

BIBLIA
SACRA
Cum Glossa ordinaria,
Nouisq; Additionibus.
ECCE VIRGO CONCIP

# AD SANCTISSIMVM ET BEATISSIMVM P. ac Dominum Nostrum Sixtum Quintum.

## Totius Ecclesiæ Catholicæ, Pont. Max.

***F. FRANCISCI FEV-ARDENTII, ORDINIS F. MINORVM, ac Parisiensis Theologi, in locupletatam emendatamque Sacrorum Bibliorum Glossam Ordinariam,***

## PRAEFATIO.

MAXIMAM Diuinãq; semper in ecclesia Catholica fuisse Sacrorum Bibliorum authoritatem, mirabilem vtilitatem, summamque veritatẽ, nihil ambigi potest inter eos, qui Christi sacris initiati, quæcunque illorũ paginis cõprehenduntur, pro alio nõ ducẽt, quã pro verissimo Dei verbo, quod Prophetis & Apostolis interpretib⁹, velut ore suo cęlesti, tubæque alicuius diuinioris clãgore apud omnes homines non loquitur solum, verũetiã personat, Deum vnicum esse illorum conditorem, rectorem, iudicem, & seruatorem. Illi nãque veteres Dei optimi maximi interpretes internunciique ea omnia, quæ ex diuina mente dedicerunt, ac scriptis ad posteros transmiserunt, omni constanria & adseueratione appellãt verbũ Dei, verbũ iustitiæ, verbum sanctum, os domini, mandatum vitę, legem domini immaculatam, testimoniũ domini fidele, eloquiũ domini igne examinatum, aurũ terra purgatum septies, lucernam pedibus, & lumen semitis humanis. Isti, quibuscum Deus nouissime locutus est in filio suo, diuini, Spiritus in seipsis loquentis cõscii, palam contestantur Euangelia, Epistolas, & alia tum dicta tum scripta sua esse verbum regni cælestis, verbum vitæ ęternę, verbum reconciliationis, verbum quod procedit de ore Dei, verbum veritatis & virtutis, testimonium Iesu Christi, scripturam sanctam, doctrinam sanam & irreprehensibilem, vocem de cælo delapsam, quibus elogiis ac epithetis non tantum libros suos ab omnibus profanis humanisque scriptis secernunt, verũ, & Deũ ipsum præcipuum habere auctorem confirmant, & illos non posse á quoquam despiciant oppugnari, quin eadem opera cælo bellum inferat, ipsamque Dei infinitam maiestatem & veritatem cõtumeliosissime aspernetur. Iure itaque Sacra Biblia definiens summus Ecclesiæ pastor Gregorius, ea vocat, Epistolam Dei viuentis ad creaturas missam. Et Augustinus: Literæ, inquit, quæ de ciuitate cælesti nobis venerunt, ipsæ sunt Scripturæ. Easdem, diuinę sapientiæ fontes, puteumque aquæ salientis in vitam ęternam censet Philo Carpathius. Alioquin enim vnde tantum authoritatis & dignitatis culmen toto orbe obtinuissent; tot linguæ, tot gentes, tot ætates, pro diuinis oraculis illas suscepissent; in his totius salutis suę proram puppique collocassent eas hæreticis vt muros aheneos opposuissent, ac pro illarũ dignitate tot subiuissent martyria? Quis vnquã pro Socratis, Platonis, vel Aristotelis summorũ Philosoporũ placitis, ad ignes, ad bestias, ad cruces vsq. decertauit? Aut quis pro asserendis Numæ, Draconis, Solonis, Lycurgi ve legibus animam aliquando posuit? humana q̃ppe inuenta hæc esse nouerant: illa veri ac viuentis Dei ęterna sunt cõsilia suo tẽpore hominibus patefacta & reuelata: atque inter atroces, innumerasque Ecclesię persecutiones, clades, ruinas, incendia, in hãc vsque diẽ sũma fide, ac prorsus cęlesti beneficio & miraculo sarta tectaque seruata. Quod itaq; eximius Prophetarũ Dauid de se ipso, ęque & alii omnes diuinorum Bibliorum scriptores constanter pronunciare possunt: Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Nam locutus est per os omnium qui a seculo fuerunt Prophetarum: quando quidẽ Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Istud vero quantum reuerentiæ, quantumque fidei ac venerationis in cordibus omniũ piorũ diuinis illis Scripturis peperit, quantum denique admirationis & amoris illarum accenderit, testantur homines integri, innocentes, religiosi, qui cum beatissimo Patre nostro Francisco sanctissima earũ verba, & nomina scripta, vbicunque inuenerint in locis illicitis, colligunt, & in locis honestis reponunt. Testantur Iudęi, piaculũ publicis ieiuniis expiandum existimantes, sacros codices super nudam terrã deponere; aut illotis manibus attingere, aut in suis Synagogis a Leuita circumlatos, non religiosissime venerati, simulq. adorare. Testantur prosfremo et Ethnici, qui earum partem ante bis mille annos in linguã sibi notam translatã, & in publica bibliotheca repositã, tanq̃ diuina oracula exosculari & suscipere non detrectauerunt. His accedit diuina vltio, qua horrendo plane modo in belluinos mores tranformatus Nabuchodonosor; Diocletianus prius corporis tabe, lingua vermibus corrosa, mentisque insania correptus, vim sibi ipsi intulit, & Proculus Genserici VVandalorũ Regis minister sibi frustulatim linguã dentib. lacerãs, fędaq. morte sublatus, eo quod sacra volumina flãmis voracibus

Gene. 41. Isa.45. Ps.104. Baruc.3.4. & 5. Num.9. Ps.18. Ps.11. Ps.118. Matth.13. Act.5. 12. & 14. Io.6. 2.Cor.5. Matt.4. Apoc.1. Tit.2. 2.Tim.4. 2.Pet.1. Epi.40. In Ps.90. In c.4. Cã. 2.Re.23. Ps.84. Luc.1. 2.Pet.1. In Testamẽto suo. Aristeas. Iustinus. Ireneus. Tertul. August. Dan.4. Euse.li.8 hist. Nic.l.7.c.4. Sigeb.

bus publicè concremarint. Quid quod Theopompus nonnulla ex Hebræorū libris Greca oratione conatus exornare, mentis turbatione illicò percellitur? Theodectes tragœdus, cū ad quandā fabulam et aliqua ex illis desumpta aptare vellet, continuò capitur luminibus? Alius quoque, Philone referente, nominis Abrahæ cōmutatione irridens, & contumeliosis verbis identidē exagitans, vesaniæ suæ pœnas impura & preposterā morte persoluit? Num his iræ cœlestis ac diuinæ vltionis exemplis, contemptores hostesque diuinorū librorū, ipsius quoque Dei viuentis contēptores ac hostes esse conuincuntur? Iure itaque optimo Patres Arelatenses eos iā dudū ex ordine Cleri submouerunt, qui Scripturas sanctas persecutoribus dedisse probarentur: & non ita pridē Tridentini, vt temeratores & violatores verbi Dei eos seuere coerceri iusserunt, quiquomodolibet earum verba ex sententias ad scurrilia, fabulosa, adulationes, detractiones, supstitionesve detorquerent. Nihil in illis est, ait Hieronymus, quod non luceat, & splendore suo mundū illuminet: vt etiam quæ parua putant, Spiritus sancti fulgeant maiestate. Iterūque. Singuli sermones, ait, syllabę, apices, puncta, in diuinis scripturis plena sunt sētētiis.

Eufeb. li. 8 Præp. Euā. c. 1. Li. de mu. nom. in sac. lit. Concil. 1. Arelat. c. 13. Tridē. Sess. 4. Epist. In 1. c. Ephes.

Quis igitur fructus vtilitatesque, vt & hoc perstringamus quæ ex diligenti earū lectione meditatione, ac explicatione colliguntur, satis posset enumerando percensere, dicente presertim Apostolo, easdē perutiles esse ad cendum, ad arguendum, ad corripiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, & ad omne opus bonū instructus? Et idem rursum ait. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiā & cōsolationem scripturarum, spem habeamus. Et iterum: fides est ex auditu, auditus autē per verbum Dei. Qua enim luce tot hominum mentes densissimis errorum atque eidolomaniarū tenebris pridem offusæ, de Dei vnius & trini, æterni, omnipotentis, immortalis cognitione: de angelorū, hominum, totiusque huius mūdi creatione: de generis humani lapsu & instauratione, de lege & decem præceptis: de Euāgelio & Sacramentis: de resurrectione ac futuro iudicio: denique de finibus bonorū & malorum, aliisque præcipuis religionis Christianæ capitibus, fuerunt collustratæ, nisi Euaugeliorum & reliquarum scripturarū prædicatione? Declaratio, ait Vates, sermonum tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis. Lex domini immaculata conuertens animas. Et alius. Nonne verba mea, inquit, sicut ignis, & quasi malleus conterens petras? Vere ignis, quo super omnē glaciem frigidæ & induratæ in vitiis animæ ad Dei, & proximorum, adeoque inimicorū amorem accenduntur. Verè malleus, quo deorum aureorum, argenteorum, & lapideorum cultus, qui orbē tot seculis fascinauerat, breui contritus & deletus est. Breue Dei verbum, sed multa illius virtus. At gēma non in corporis mole, sed naturę secreta vi pretium continet. Verbū Dei, ait Syradices, fons sapientiæ, & ingressus illius mandata ęterna. Ex hoc enim fonte haustum & acceptū est, quicquid huius mundi sapientes de Deo, de virtutibus, de legibus rectę vereque tradiderunt. Biblia, aiunt patres, officinæ sunt omnium medicamentorū generibus refertæ, in quibus quisque aduersus quamlibet infirmitatem, medelā reperiet. Prata quoque virentia, quæ omnigenos virtutum flores cunctis ostentāt, & suauissimis odoribus ad eos sibi decerpendos transeuntes liberaliter inuitant. Thesauri, omni gemmarum copia redundantes. Turres, omni armorū genere ad ethnicos, hæreticos, & alios diuinæ religionis hostes oppugnandos, superandos, funditusque delendos instructæ: fœtent quorūcunq; hominū scripta, nisi hoc sale condiantur. Tulliani Hortensii lectione flagrans Augustinus, hoc solo deferuescebat, quód nomen Christi ibi non erat. Horū lectio vel minus a nobis intellecta, inquit magnus Adamantius, angelicos etiam spiritus ad nos allicit, malignarum autem virtutum insidias, & teterrimorū dæmonū incursiones procul repellit: Et Os aureū. Vt arma regalia, etiamsi nemo eis vtatur, custodiam tamen præbent: sic vbi cunque fuerint hi libri, illinc expellitur vis diabolica, multaq. habitantibus accedit consolatio, quando quidē ipse etiam illorum aspectus segniores nos reddit ad peccandū. Et Ambrosius: Illic pascua sunt in quibus grex domini recreatur. Carpis illinc nouum florem, qui bonum odorem dat resurrectionis. Carpis liliū, in quo splēdor æternitatis. Carpis rosam, hoc est, dominici corporis sanguinē. Horum quotidiana lectione pascimur, recreamur, ac reficimur, cū ea degustamus, vel summo ore libata frequentius ruminamus. Quantam ergo beatitatem putamus esse hominis illius, qui in illis meditatur die ac nocte? Nam qui scripturę incūbit, Tertulliano authore, totus in cælo est. Itaque si ad tribunal cælestis iudicis pertractus Hieronymus, ad necē propemodū cæditur, quod Tullii, Plautique lectionem sacrorum Bibliorū studio prætulisset: nec liber dimissus est, quoad usque Gentilium libris vale dicturū se, vt diuinis penitus vacaret, fuisset ex animo pollicitus: quantis, quæso, pbris suppliciisque digna est eorū socordia & amentia, qui salutaribus istis oraculis prætermissis, adeoque neglectis, in quæstionibus perobscuris, incertis, inutilibus, pugnantibus, quæ omnia disserendo potius inuoluūt, quam euoluunt: suspendunt, quam expendunt: obscurant, quam illustrant, miserum ac exiguum huius mortalis vitę suæ curriculum impendunt ac conficiunt?

2. Tim. 3. Rom. 15. Rom. 10. ps. 118. Ps. 18. Iere. 23. Eccle. 1. Orig. Basil. Chrysost. Li. 3. Confess. c. 4. Hom. 20. in tos. Hom. 3 de Lazaro. In ps. 118. Octo. 24. Exhor. ad Castita. Epist. ad Eust.

Nihil aūt discors est in diuina scriptura, inquit Epiphanius, neque opposita dictio aduersus dictionē reperietur; sed oīa mirabiliter cōsentientia ad nostram salutem scripta sunt. Qui enim fieri posset, vt sibi cōtrarius esset diuinus Spiritus, quo authore sunt reuelatæ & traditæ? Aut vniuersæ salutis humanæ in his iactum positū que fundamentum, satis firmum consisteret, si quid illis nutans labansque in vtramque partē vacillaret? Enimuero verissima & certissima esse necessum est, quæcunque in his traduntur, quando ad illarum studium fidemque, potius quam ad eos, qui ex inferis ad superos redirent, ablegamur: & Propheticus sermo etiā visione cœlesti, ac voce de cœlo delapsa firmior a principe Apostolorum asseritur. Cælum & terra transibunt, verba filii Dei non preteribunt, Fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Conf. Hæres. 70. Ioan. 5. Luc. 16. 2. Pet. 1. Mat. 24. ps. 116. ps. 144. ps. 88. Num. 23. Malac. 3.

Veritas

# Præfatio.

Veritas Domini manet in ęternum. Quæ procedunt de labiis suis, non faciet irrita. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur: nec vt filius hominis, vt mutetur. Impossibile est mentiri Deum. Itaque vt contra rationē nemo sobrius, inquit Augustinus, contra Ecclesiā nemo pacificus: sic cōtra Scripturā nemo Christianus senserit. Idē rursum profitetur solis se diuinarū Scripturarum libris canonicis hunc timorē amorēque deferre, vt nullum eorū auctorē scribendo aliquid errasse firmissime credat. Quod si vel minima falsitatis, aut mendacii quantumuis officiosi, suspicio in eas incidat, iam oīs illarū veritas & authoritas fluctuat, protinusque victa labascit. His ergo cedat oīs philosophia & humana rō, his Concilia, his Patres, his oīs lex & consuetudo, his vniuersi homines & Angeli: quandoquidem si quid illis contrarium attulerint, aut Euangelizauerint, nobis erunt anathema. Sed hactenus de Sacrorum Bibliorum authoritate, vtilitate, atque veritate: de horum interpretatione aliquid etiam videamus.

Heb.6. Libr.4. de Trini.c.6 Epist.19. Epist.86. 87.& 97. Gal.1.

Penitus aberrat à vero, ac longissime falluntur huius tempestatis hæresiarchæ, cùm passim clamitant, Scripturam per se facillimā, cuiuis è triuio apertissimā, nihil obscuritatis esse in ea, interpretatione non indigere, ac proinde Patrum glossas, postillas, & commentarios non solum aspernandos, sed & reiiciendos, vtpotè qui pro auro obtrudant carbones, eamque potius obscurent, quàm explicent. At quàm impudenter mentiatur hæc iniquitas sibi, satis ostendunt eorum plusq̄ feralia ferinaq; se certamina, quib. non minus contra seipsos, quā contra veterū dogmata pugnant: simulq; tot contrariæ Hebræo Græcoque versiones, & interpretationes, quib. hi pseudoprophetæ prœla, officinas, nundinas, quotannis grauāt & onerant, seipsosque spectāte orbe mirificè proscindunt & lacerant. Ostendunt insuper recondita de Trinitate & vnitate Dei; de emanatione personarū, de incarnatione, duplici natura, & vnica Verbi hypostasi, æterna prædestinatione, reprobatione, de Angelorū creatione, natura, & ministeriis: de Sacramētorū formis & effectis, dēque aliis arcanis atque diuinis iudiciis abdita mysteria. Ostendunt denique tot ambiguæ sentētiæ, tot hyperbata & metonymię, tot hyperbolę, tropi, synecdochæ, ironię, metaphoræ, anthropopathiæ, parabolæ, & innumerabiles alię loquēdi figurę, quib. abūdat Scriptura, hanc non quibuslibet obuiā & apertā: sed multa in ea esse intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles deprauāt ad suā ipsorū perditionē. Quorsum verò interpretatio sermonū Spiritus sancti, donū appellaretur, si humanę sagacitati & prudentię tam facilis est Scriptura? Aut opus fuisset Apostolis alio Paraclito, qui suggereret & doceret oīa, qui virtutē conferret ex alto, quiq. aperiret eis sensum, vt intelligerēt Scripturas? Mirū profectò, cur Dauid tam anxiè postulet, sibi dari intellectū à Deo, vt scrutetur legem eius, reuelari sibi oculos, vt considerct eiusdem mirabilia, aut Eunucho legis studiosissimo opus fuerit Philippo interprete, si nihil obscurum, nihil latens, nihil ambiguum, & quod in contraria sensa rapi valeat, in Scripturis reperiatur. At enim germanus earū sensus, thesaurus est absconditus in agro, & puteus altus: in quo eruendo, effodiendo, exhauriendo, vigilandum, laborandū, orandum est enixissimè. Iudæos, ait Chrysostomus, Christus ad Scripturarum inuestigationem perquàm diligentem relegauit, cū dixit: Scrutamini Scripturas. Diuina enim summa indigent diligētia. Multis obscuritatibus & ambiguitatibus, quę densissimam caliginem obducunt, inuolutam Scripturā esse docet Augustinus ad edomandam labore superbiā, & intellectum à fastidio reuocandum, cui facile inuestigata, plerunque vilescunt. Tanta est, ait rursus idem, Christianarū profunditas literarum, vt in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutē, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer ediscere. Multa igitur incerta & occulta sapiētię suæ in illis reseruat Spiritus sāctus, quo nos exerceat, & semper discipulos habeat: multa ostendit, vt alliciat: multa tradit vt afficiat: semper autem Deus & hic, & in futuro seculo doceat, homo autem semper discat quæ sunt à Deo.

2.Pet.3. 1.Cor.12. Ioan.15. & 16. Luc.24. Psal.118. Act.8. Matth.13. Ioan.4. Hom.40. Ioan. Ioan.5. Lib.2.de doct.Chri. ca.6. Epist.3. Iren.lib.2. cap.47.

Quid ergo? Scripturam diuinam propter sui obscuritatē negligemus, contemnemus, relinquemus? Absit. Verum ad antiquissimorum, sanctissimorum, & doctissimorū Patrum, qui vel sanctam & Apostolicā Sedē, in qua nunc Beatissime, resides, tenuerunt, vel perpetuó constanterque cū eadem senserunt, Commentaria cōfugientes, illius germanam synceramque interpretationem discamus: cum his sapiamus, ni decipere maluerimus: horum scriptura diu noctuque euoluamus, & sensa inuestigemus. Ad eorū namq. subsellia nos remittens diuinus Spiritus, ait: Non te prætereat narratio seniorum: ipsi eni didicerūt à patrib. suis: quoniā ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. Et iterum: Memento dierū antiquorum: cogita generationes singulas: interroga patrē tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Rursumque. State super vias & discite, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigeriū animabus vestris. Et Sapiens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. An non hoc idē confirmat, cum in omni re difficili & ambigua, præcipit ascendere ad locum quem elegerit dominus: & Sacerdotes, horumq. Principem consulere, &, sub interminatione mortis, audire? Ecquid sibi aliud volūt hęc noui Testamenti præscripta: Dic ecclesiæ: non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus? Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit? Confirma fratres tuos? ecclesia est columna & confirmamentū veritatis? Portæ inferi non prę ualebuut aduersus eam? Ecquid obsecro, aut quando finis tot controuersiarū, his & illis Scripturarum voces in rem suam producentibus, & confertim laudantibus, nisi de summorum Sacerdotum, Conciliorum, Patrum veterum interpretatione omnes cōsenserint, & sententias suas horum iudiciis submiserint? An non Patres Niceni diuinarum trium personarū vnam inter se substantiam, Constantinopolitani, Spiritus sancti coæternitatem: Ephesini, Mariā esse Deiparam, & Chalcedonenses, impermixtas Dei & hominis in Christo

Eccl.8. Deut.32. Ierem.6. Prou.22. Deut.17. Matth.18. Luc.10. Luc.22. 1.Trim.3. Matth.16. Augu.lib. 2.cont.Iu lian.Pela.

in Christo substantias, aduersus veterum hęreticorum latratus & blasphemias, potius ex diuinorũ Patrum interpretationibus, quam disertis Scripturarũ verbis eruerunt, vindicauerunt, definierunt? Illi namque quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt: qđ didicerunt, docuerũt: quod à Patrib. acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Hi eodẽ (tametsi pro suæ fidæi mensura) Spiritu sancto, quo & sancti Apostoli inspirati & afflati, doctrinã eorũ explicauerunt, integrã incontaminatamq; oĩ conseruarunt & propagarũt. Pastores enim fuerunt, quos dominus promiserat se missurum, vt Ecclesiam iuxta cor suum pascerent. Hi fortes & ad bella idonei, qui lectulum Salomonis nostris ambiunt: & custodes murorum Sion, qui nec die tacent, nec nocte, quandoquidem defuncti adhuc loquuntur. Hi filii sunt pro patribus nati, & constituti principes dogmatis nostri super oẽm terram. Hi quos posuit spiritus sanctus regere Ecclesiam quam Christus acquisiuit sanguine suo. Hi pastores & doctores dati ad consummationem sanctorum, & ne fluctuemus ad omnem ventum doctrinæ in nequitiis hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. Horum exitum intuentes, fidẽ imitari iubemur. Quisquis hos religiosè imitatur, Catholicus: qui insectatur, aut schismaticus, aut mox euadit hęreticus. Vbi igitur charismata dñi posita sunt, ibi oportet discere veritatem, ait vir Apostolicorum tẽporum Irenæus, apud quos est ea quæ est ab Apostolis Ecclesia successio, & id quod est sanum & inadulteratum. Ab his sine fictione custodita est Scripturarum tractatio plenissima, neque additamentum neque ablationem recipiens, & lectio sine falsatione, & secundum Scripturas expositio legitima & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia.

Ezech. 34. Cant. 3. Isa. 62. Heb. 11. Psal. 44. Act. 20. Ephes. 4. Heb. 13. Li. 4. c. 45. Li. 4. c. 63.

Laudabile sane, ac toti Ecclesiæ perutile opus præstitisse multis iam seculis, doctorum & piorum virorum consensione approbationeque censentur Strabus Fuldensis monachus, Rabani Abbatis auditor & Scriba, simulque aliquanto post Ambrosius Laudunensis, quando immensum & laboriosum illud in sacrosancta Biblia Glossæ ordinariæ, ac interlinearis opus, ex multorum veterum veterum Patrum scriptis concinnarunt, atque in studiosorum commodum euulgauerunt. Illud cùm in Galliis nouissimè recudendum sciremus, nõ parum operis ac studii in his recensendis posuimus, Beatissime Pater, quando Patrum interpretationes ad ipsos fontes reuocare, eosdem ad marginem signare, insuper, & ex vniuersa æquè pia ac erudita antiquitate locupletare studuimus, ipsas denique perdocti domini NICOLAI LYRANI Postillas, ad ipsius αὐτόγραφον quod ex conuentu Vernoliensi, prouinciæ Normanię, in quo nostrum beatis. P. Francisci ordinem professus est, ad nos adferri curauimus, diligenter contulimus. Ampla hæc & magnifica inquiet aliqui, Beatissime Pater: ego perexigua & pertenuia, donec ad tuam sanctissimam & æquissimam censuram fuerint reuocata, & summa tua authoritate probata. Has igitur lucubrationes pedibus tuę Sanctitatis aduoluimus, eandemq; obtestamur, vt pro eius in nostrum ordinem non exiguis, in nostram Galliam maioribus, in vniuersum deniq; Christianum orbem maximis summisque meritis, hæc in tuo nomine, ad Reipublicę Christianæ ornamentum, piorumq; ac studiosorum emolumentum apparere sinas. Magno nostro dolore, nec sine lachrymis dicimus, quantas nos in his perficiendis exorbere oportuerit molestias, dum intermedios armorum strepitus, confertàque militum agmina scriberemus, & à Christiani nominis desertoribus ac hostibus, nobis pręsertim Theologis, ac diuini verbi præconibus, cruces, ignes, gladios, culeos, euiscerationes, & alia id genus supplicia, uel ipsi olim Phalaridi & Domitiano, vel nunc Ottomanicis inaudita parari audiremus. Multa eam ob rem in his adhuc desiderari posse non diffitemur, sed quæ singulari Dei Opt. Max. munere, tuæque Sanctitatis non mediocri cura & studio restituta Reipub. Gallicę salute, emendatiora multa & locupletiora prodibunt in lucem, atque in hominum manus aliquando peruenient.

Circa annum. 840. Circa annũ dom. 1114.

Habes, Beatissime Pater, nostri erga te officii obseruantiæque monimentum, quod si amplissimam, summamque eiusdem beatitudinis in his terris potestatem maiestatemque spectes, leuidense ac tenue: sin ab ea animum tantisper auoces, eiusque qui hæc Sanctitati tuæ dicat consecratque voluntatem in SIXTVM V. P. M. propensam aduertas, non nisi plurimi feceris. Quod dum cogito, Deum oro atque obsecro, vt tuã Sanctitatem nostro ordini, bonis omnibus, vniuersæ denique Ecclesiæ suæ incolumem seruet Iesus Christus æternus Dei filius, Angelorum hominumque vnicus seruator & vindex. Parisiis, anno. 1589.

## *EPITAPHIVM OPTIMI PATRIS, ATQVE eruditissimi Doctoris F. N. LYRANI.*

Ne me ignores, properans, dum plurima lustras,
 Qui sum ex his noſces, quæ pede busta teris.
Lyra breuis vicus, Normanna in gente celebris,
 Prima mihi vitæ ianua, forsque fuit.
Nulla diu mundi tenuit vesania natum:
 Protinus euasi religione Minor.
Vernolium admisit currentem ad sacra tyronem:
 Et Christi docuit me domitare iugo.
Vt tamen ad mores legis doctrina beatæ
 Adyta planaret simplicitatis iter,
Artibus ipse pijs, & Christi dogmate fretus
 Parisÿs excepi sacra magisterij.
Et mox quæque vetus, & quæque recentior affert
 Pagina, Christicolis splendidiora dedi.
Litera nempe nimis quę quondam obscura iacebat,
 Omnis per partes clara labore meo est.
Et quos sæpè locos occidens litera tradit,
 Hos typicè humanis artibus exhibui:
Extat in Hebræos sanctissima condita turris,
 Nostrum opus, haud nullis communienda petris,
Insuper & nostri releguntur, sæpè libelli,
 Quos in sensu Petri quatuor arte tuli.
Et quoque Quolibetis non irrita gloria nostris,
 In quę tu iustus arbiter esse potes.
Non tulit hęc vltra vitam proferre meremur
 Omnipotens dominus, quo sumus & morimur.
A cruce tu cuius numeres si mille trecentos.
 Adiungens vnà quatuor & decades
Ille me rapuit mors omnibus æmula siclo
 Cum micat Octobris terna vigena dies.
Iam quo tendis, Nicolai illectus amore?
 Quo doctore tibi lex reserata patet?

# ELENCHVS LIBRORVM SACRORVM OMNIVM.

Qui singulis Tomis Glossæ ordinariæ continentur.

# BIBLIORVM SACRORVM GLOSSA ORDINARIA

Primum quidem à Strabo Fulgensi, collecta.

*NVNC VERO NOVIS PATRVM, CVM GRÆCORVM, tùm Latinorum explicationibus locupletata.*

Annotatis etiam locis, quæ antea confusè citabantur.

CVM POSTILLA NICOLAI LYRANI,
Nec non additionibus Pauli Burgensis, ac Matthiæ Thoryngi Replicis.

*Ab infinitis mendis purgata, in commodioremq; ordinem digesta.*

PER F. FRANCISCVM FEVARDENTIVM ORDINIS MINORVM,
Ioannem Dadræum, & Iacobum de Cuilly Theologos Doctores Parisienses.



VENETIIS, Apud Magnam Societatem. MDCIII.

# BEATISSIMO AC SANCTISSIMO

## DOMINO NOSTRO ET PATRI, Sixto V. Pont. Opt. Max.

*IOANNES BAPTISTA REGNAVLD, & Societas Bibliopolarum Pariensium.*

*S. D.*

SACRORVM BIBLIORVM raros & vberes fructus laudibus referre meditanti, tot proculdubio, Beatissime Pater, libros conscribere opus esset, quot & ipsa habent. Nulla est enim in his pagina, quæ tantis mysteriis non abundet, vt siue summi illius Moysis verba spectes, siue populi Dei miros progressus, siue Prophetarum oracula, siue reparatę salutis labores, nihil diuinius, nihil Christiano gregi charius consequi posse in his rerum humanarum scatebris existimabis animum: adeo vt eorum studio & energia multi ex antiquis Patribus diuini illius ignis feruore æstuantes (quo incalescunt generosiores spiritus) Philosophorum abstrusis inuolucris vale dixerint. Totius siquidem Philosophiæ adyta, & quandam summi boni Theosophiam penetrasse putabant, huius sacræ lectionis cognitione, cuius efficaciam omnibus animi symptomatis mederi eleganter scripsit Lactantius. Nec ignorabant pii Patres præstantiora & salubriora multo magis esse religionis nostræ dogmata, anilibus commentis Ethnicæ superstitionis. Quantum erit cornicularia collatio, si cum Mose, Herodotus: sacra Nomothesia, cum Pythagoræ numeris: Regum Chronographia, cum Liuii Decadibus: sublimes illi concentus Psalmorum, cum Pindaricis adulationibus, Prouerbia Salomonis cum Theocriti Idylliis conferantur? In his siue res, siue celsitudinem personarum consideres, nihil simile, omnia ex diametro intra se distant: vt ex illis nulla pharmaca quæ ad pietatem Christianam faciant: sic ex nostris locupletissima vitæ beatioris munera colligimus. Sitit aliquis iustitiam, hic reperiet fontem limpidissimum, vnde qui ex eo biberit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dolet, torquetur, aut cruciatur, omnigenæ consolationis flosculos hic decerpat. Ex hac sacra Bibliorũ Oeconomia, cumulatissima nobis paratur supellex Virtutum, Pietatis, & Doctrinæ. Sed vt hæc verenda semper & augusta fuere priscis patribus, sic nostræ tempestatis hæreticis exosa, non minus, quam sunt canes lupis, quam iudices furibus. Nam cum sacris sententiis iugulentur & profligentur eorum prophani & phanatici errores, omni conatu earum minuere maiestatem, & sacram pessum dare autoritatem tentant, vnasque meditantur in contrarium παρανοίας καὶ παρεξηγήσεις deliras & prauas interpretationes euomere, vt de Theodoro Mosuestia conquestus est iampridem Leontius Monachus: Hinc prodeunt tot commentationum farragines, tot contortæ, & a genuina veritate conuulsę interpretationes, quibus nihil vel dici potest ineptius aut turpius ad antiquandum & extirpandum radicitus Christianæ doctrinæ decus. Quamobrem vt contunderetur Giganteæ illius audaciæ superbia, operepretium visum est bonis & sapientissimis viris, qui nihil habent cum carne & sanguine commune, aduersus hæreticorum commenta receptissimam vsu & authoritate vtriusque instrumenti elucidationem oponere, qua nostra tutissima Panoplia strueretur. Fatentur Iurisperiti se plurimum debere Iustiniano Cæsari, qui vniuersi Iuris Ciuilis volumina propemodum innumera & confusa ordine præclaro digessit, & posteris faciliorem intellectum ad legum scatebras aperuit. Sed quanto maiores nos agere & habere conuincimur gratias Esdræ sapientissimo, qui post Babylonicam captiuitatem ab interitu legem vindicauit? Eleazaro Hebræorum Pontifici Maximo, Ptolomæo Philadelpho Ægypriorum regi, Septuaginta illis interpretibus, tum beato Hieronymo, cuius lucubrationibus prælucet nobis fax quædam per medias te-

nebras sacræ Scripturæ? Veruntamen cum hic multa abstrusa & difficilia adeò sint, vt iux-
ta Isaię vaticinium liber signatus sit, qui si scienti literas legendus tradatur, respondebit vti
que non possum, signatus est enim: & si nescienti literas porrigatur, librum ille a se excu-
tiet, & se nescire literas profitebitur. Glossematibus ergo, scholiis, & illustrationibus (vt
Lesbia regula) opus fuit amplissima, quæ quidem a priscis Ecclesiæ Patribus iuxta quadru-
plicem sensum tradita, absolutissimam totius sacræ scripturæ enarrationem complectun-
tur, quam nos GLOSSAM ORDINARIAM congruo sane nomine appellamus.
Cuius vtilitati & honori ne quid deesset, Nicolaus Lyranns religiosorum eius seculi, & He
braicæ linguæ coryphæus, sacri tui instituti Minoritanæ familiæ alumnus, Postillas, & in-
terpretationem κατὰ λέξι cum facillimis rerum quæ ad mores & Christianam Philosophiam
conducunt obseruationibus adiecit. Ego postremo vna cum Societate nostra Bibliopo-
larum Parisiensium ne quid huic tantorum laborum operi deesset, quod pro temporum
vicissitudine desideraretur, magnis sumptibus propriis officinę typis illud iterum vt excu-
deretur elegantioribus, summa qua potui diligentia Lugduni curaui, iamque tute progre-
ditur ad Augusta Vaticanę Bibliothecæ limina, eo confidentius, quod pręse ferat SIXTI
V. Pontificis Optimi Maximi insignia, & vndique fulgeat amplissima congerie veterum
Patrum labore & industria eruditissimorum Theologorum, ordine quoque tam pulchre
digesto niteat, vt nemo sit tam hospes & peregrinus in sacræ historiæ ædibus, qui non ali-
quando eo sit doctior futurus. Ingenti applausu congratulabuntur diuini studii archigym-
nasia S. T. quod eius temporibus pristino honori restitutus sit sacer hic thesaurus, quem
profecto tibi summo scripturę sacræ interpreti, cui interest, vt scribit Basilius κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δο-
κίμου καὶ καθαροῦ διακρίνειν adulterinum a puro & legitimo discernere, veluti maximo totius orbis
ornamento miseriarumque schismatis Gallici æquissimo iudici in perpetuum debiti offi-
cii & Christianæ pietatis monimentum quod ex animo præstamus, illudque constantissi-
me præstituros ad supremam vsque vitæ catastrophen pollicemur, cum omni obser-
uantiæ & humilitatis genere dicamus, & ante tuos supplici affectu deosculatos
pedes humiliter deponimus, Deumque Optimum Maximum assiduis
precamur votis, vt Petri annos procul excedens diu in excelso Apo
stolicæ sedis culmine optatis tuis in Reipublicæ Christia-
nę commodum felicissime frui valeas. Ex
nostra Typographia Lugdunen-
si, Calendis Octo-
bris. 1589.

*

# CHRISTIANO LECTORI SALVTEM.

COMMVNE hoc est (amice Lector) omnibus qui in publicum aliquid laboris aut industriæ collocant, ante omnia suscepti laboris, finisque quo ij tendant sudores, causas afferre, & quæ inde Reipublicæ euentura sunt emolumenta ostendere. Cui nos labori ex ipso quippe titulo operis, & antiquitate a nemine hactenus reprobata, re satis manifestata, supersedendum primo existimauimus: Nam BIBLA Sacra satis per se commendata: GLOSSA verò ORDINARIA Autorum grauitate collaudata, Postilla Nicolai de Lyra antiquitate, vtpote ante ducentos annos edita, copiosè probata, noua nostra commendatione egere non videbantur: Sed cum antiqua conseruandi colendique religio, immutando quicquam aut innouando habeat periculum, multa in nostra editione addita, non pauca immutata, quædam denique extincta & deleta, horum omnium rationes reddere compulerunt. Scribendi itaque munus tres nostri seculi flores, & in Alma Pariensi Academia, Sacræ Theologiæ Doctores susceperunt, IACOBVS DE CVELLY Rector Parochiæ Regiæ Sancti Germani Antißiodorensis Lutetiæ Parisiorum. FRANCISCVS FERVARDENTIVS in collegio Patrum Minorum Sacrarum literarum Professor. IOANNES DADRÆVS Rothomagensis Ecclesiastes & Pœnitentiarius, quibus prima ea omnium cura fuit: Opus totum ab innumeris quibus scatebat mendis summo studio, summaque diligentia vindicare: Autorumque fragmenta passim sub incerto citata, apposito vel in margine libri, vel in ipso Opere maiusculis literis notato, vnde sunt desumpta quæque, Autoris nomine & libro, plerumque etiam si ita opus fuerit distinctum, capite. Qui labor vt est omnium grauissimus, ita nullus est nostro caliginoso, miserisque referto seculo accommodatior. Non enim dubitans de Deo Protagoras, quo omnes natura duce vehimur: aut diuinitatem omnem peranegants Diagares Milesius Diodorusve Syrenaicus, aut Philosophorum turba, qui putantes se sapientes stulti facti sunt, et euanuerunt in cogitationibus suis, de figuris deorum, de locis atque sedibus & actione vitæ certantes nos oppugnant, Epicureusue aliquis contra mundi ædificatorem, Stoicorumque πρόνοιαν differens, quomodo parere et obedire voluntati Architecti aer, ignis, aqua, & terra potuerunt: vnde ortæ illæ quinque formæ ex quibus reliquæ formantur, apte cadentes ad animam afficiendum, pariendosque sensus, curiosius inquirens, venit in occursum, quorum omnium iam pridem sunt explosæ sententiæ. Sed qui eodem nobiscum Baptismatis fonte abluti, ijsdemque sacris initiati, qui Christianorum se insigniri titulo volunt, qui denique à nobis exierunt, sed non sunt ex nobis, sacræ religionis nostrae mysteria mentis suae tenuitate metientes, debilitateque ingenij ponderantes. In sua victrici conuersi viscera dextra; quicquid maiorum traditione probatum & receptum, quicquid animo ipsi comprehendere nequeunt, demoliuntur, euertunt, & nisi, non philosophorum, quod facilimum, non Theologorum, quorum illi insane causas postulant, sed suis principijs coerceantur, pernegant, & reijciunt. Horum itaque insaniae, furorique audaciae nefario & conscelerato, viri isti doctissimi singulari industria perspicacique prudentia, triennalem hunc multis vigilijs exantlatum laborem opposuerunt, & vt Gallinae auesque reliquae pullos ex ouis cum excluserint, ita tuentur, vt et pennis foueant ne frigore laedantur, & si est calor à sole, se opponunt. Cum autem pulli pennulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur, eandem ad pullorum Ecclesiae (quos sub alis voluit congregare Christus Dominus) conseruationem & salutem posuerunt so-

lertiam. Hisce siquidem commentarijs tanquam pennis fulti Theologiæ candidati, aut qui omnem suam curam in hoc studio nolunt conferre, absque Delio (quod aiunt) natatore, ex tantis Noui & Veteris Testamenti scopulis & Syrtibus emergent. Hæreticorum verò rabies si tanquam solis ardor vehementius inuaserit, Doctorum hæc loca, vtpote ex hisce plerunque libris quos illi sponte se amplecti velle (etsi falsò) confitentur depromptam, tanquam matris alæ se audacter opponent & tuebuntur: Prouectiores autē Theologi qui iam pinnulis vti possunt, locis, vt diximus in margine citatis, matrum volatus persequentes, ad ipsa Doctorum scripta transuolabunt. Loca porro obscura, & multis inuoluta difficultatibus, quæ Glossæ huius collectores aut neglexerūt, aut breuitatis studio de industria prætererunt, multis Doctorum sententijs illustrarunt. Hæreses, quas felix illud maiorū nostrorum seculum euitauit, Patrum autoritate refutarunt & expulerunt. Multas in Ecclesia natas controuersias, qualis est de Pœnitentia Salomonis, salute Saulis, Conciliorū sacrorū, Patrumq. testimonijs diremerunt. Et ne noua cū veteribus, primorumque studiū cum recentiorum diligentia confundantur, hac nostra editione inserta + Asterisco hoc voluerunt nostri doctores insigniri. Porro multa ab hisce addita nō citatis Autoris unde sunt desumpta locis, aut in veteri, incerto autore loca, si inueneris, non propterea aut negligentiæ, aut inertiæ hos graues viros statim accusandos esse censeas, sed hæc non esse vnius scriptoris, sed ex multis Patribus antiquis collecta loca illa, ex Autoris eius in locū illū commentarijs, aut cuius vnū tantum opus est desumpta esse scito. Historialiū deniq. (vt vocant) librorū quosdā, aut saltē partes eas quæ puriorē habent Historiam, et Apocriphos, aut omnino non attigerunt, aut leuiori brachio, etsi a multis copiose explicatos, studio et industria pertractarunt, Et ne quid in tanto opere sordis, aut quod Lectori esse oneri magis quā vtilitati posse inueniretur, Britonis in D. Hier. Prologos passim incerta commētaria et forte ab illo ideo conscripta, vt breuitati qua se oppressum dixit Nicolaus de Lyra subueniret, nullius pene ponderis, & tanto opere indigne, penitus expunxerunt.

Et ne quid tam immensi operis perfectioni & tanto doctorū virorum diligentiæ elaborato nostra incuria, aut sumptus parsimonia deesse videretur, Postillas Nicolai Lirani Glossis Doctorū prius immixtas, alio literarum charactere, & a Glossis Patrū linea quadā distinctas curauimus excudere, et numeris ad singula textus loca a dextris, vt Glossas ordinarias literis Alphabeti a sinistris reuocare, Morales quoq. Lyrani expositiones ab eiusdem literali, & additionib. Pauli Burgensis eadem quoq. linea distinguere, & eisdem quibus literalis est notatus sensus, numeris, si ad literam est explicatus locus notare, sin vero ad literam fortè locum intactum reliquerit, hoc † crucis signo ad textum remittere. Obeli porro, cruces aliæ, asterisci, numeri quoque Arithmetici in margine passim appositi, quid notent si inquiras, vide Prologum D. Hieronymi quem Galeatum vocant āte libros Regum & eiusdem in Genesim præfationem.

Cum igitur clarissimos illos viros, quos supra commemorauimus, non gloriolæ cuiusquam inanissimæ spes induxisse putanda est, vt tot labores exantlarent, tot vigilijs sese macerarent & conficerent, sed potentior quædam vis & quasi cognitio cum præstantissima illa, atque excellentissima natura, quæ idcirco optima & maxima dicta est, quod cum sit potentissima, potētia tamen sua vtatur ad iuuandos et seruandos, non ad lædēdos aut perdendos mortales, eos impulit, vt omnē ingenij sui vim ad bene merendum de hominibus expromerēt et profunderēt. Quod si de singulis affirmare difficile est, quod & variæ & obscuræ sunt voluntates hominum ea tamen ratio & natura rerum est, vt non videatur res tam leuis, tam fluxa, tam caduca, tam fallax atque incerta, excellentes virtute et ingenio homines, ad tot corporis atque animi labores subeundos fuisse excitatura, aut si etiam, non ea tamen gloria, quæ ex temeritate multitudinis imperitæ pendet, sed illustris quædam & peruagata multorum & magnorum in omne genus hominum fama meritorum, et consentiens laus bonorum, & incorrupta vox de excellenti virtute bene iudicantium, neminem tam ab humano officio alienum fore arbitramur

qui

*qui non viuis summas sit ob tanos & tam feliciter susceptos labores gratias acturus, defunctorumque memoriam grata quoque beneuolentia prosecuturus. Quod si quis omnibus numeris iniquus eorum sudori & diligentiæ, quam nos puris, nulla simulationis arte obductis, nulla inuidiæ aut maleuolentiæ labe suffusis animis dijudicandum tradimus audeat detrahere, ab improbis non laudari, imò argui laudi ducimus, & honori, illisque quod Plutarchus eiusdem farinæ homini responsum volumus,* τί τὸ ἀλλότριον ἄνθρωπε βασκανώτατε κακὸν ὀξυδερκεῖς τὸ δ᾽ ἴδιον παραβλέπεις. *Nostra denique beneuolo cuicunque existimatori, si quis nos profuisse sumptibus aut industria iudicauerit, in promouendis eius studijs nunquam deerit officiosa edulitas. Lugduno 12. Calend. Aug. M.D.XXICX.*

*Vale.*

## SACRAE THEOLOGIAE DOCTORVM
### *de hac noua Glossæ Ordinariæ editione censio.*

NOS Subsignati Sacræ facultatis Theologicæ in Academia Pariensi Doctores, quanta possumus maxima fide & religione contestamur, in instauranda & locupletanda Glossa Sacrorum Bibliorum Ordinaria, nos nihil doctrinę aut commentationis adiecisse, quod omne etiam ad uerbum ex Sanctis pricisque Patribus & Gręcis & Latinis Sanctę Apostolicę Romanæ iudicio probatis, tanquam a primis fontibus signatis & laudatis depromptum non fuerit. Actum Parisiis Anno Domini 1588. die 20. Decembris.

IACOBVS DE DVELLY, Rector Parochiæ S. Germani Antissiodor. Lutetiæ Parisiorum.
F. FRANCISCVS FEVARDENTIVS, In collegio fratrum Minorum sacrarum literarum Professor.
IOANNES DODRAEVS, Rothomagensis Ecclesiastes & Pœnitentiarius.

## ELENCHVS Authorum qui in primo hoc Tomo citantur.

# De canonicis, & non canonicis libris.

A QVONIAM plerique, eo quod non multam opertam dāt sacræ scripturæ, existimant oēs libros, qui in Biblijs, continentur, pari veneratione esse reuerēdos atque adorandos, ne sciētes distinguere inter libros canonicos, et non canonicos, quos Hebræi a canone separant: & Greci inter apocripha cōputant, unde sæpe coram doctis ridiculi videtur, et perturbantur, scandalezanturque cum audiūt aliquem non pari cum cæteris omnibus ueneratione prosequi aliquid, quod in Biblijs legatur. Idcirco hic distinxim⁹ & distincte numerauimus primo libros canonicos, & postea non canonicos, inter quos tantū distat quantum inter certum, & dubiū. Nā canonici sunt confecti spiritusancto dictāte, Non canonici aūt siue apocriphi, nescitur quo tpe quibus ve autorib.⁹ sint editi, quia tamen valde boni, & vtiles sunt, nihilq; in eis, quod canonicis obuiet, inuenitur: ideo ecclesia eos legit, & permittit: vt ad deuotionem, & ad morū informationem à fidelib. legant. Eorum tñ authoritas ad probandum ea, quæ veniunt in dubium, aut in cōtentionem, & ad confirmandam ecclesiasticorum dogmatum autoritatm, non reputatur idonea, vt ait beatus Hieronymus in prologis super Iudith, & super libris Salamonis. At libri canonici tātæ sunt authoritatis vt qcquid ibi continetur, uerum teneat firmiter, & indiscusse. Et per cōsequens illud qđ ex hoc concluditur manifeste, Nā sicut ī Philosophia ueritas cognoscit per reductionē ad prima principia per se nota. ita & in scripturis a sanctis doctorib. traditis ueritas cognoscitur, qtū ad ea quæ sunt fide tenēda per reductionē ad scripturas canonicas, quę sunt habitæ diuina reuelatiōe, cui nullo mō pōt falsum subesse. Vnde de his dicit. Augustinus ad Hierony. Ego solis eis scriptorib. qui canonici appellantur, didici hūc timorē honoremq; deferre, vt nullū eorum scribēdo errasse, firmissime teneā, ac si aliqd in eis offendero, qđ uideatur cōtrariū veriati, nihil aliud existimem, quā mendosum esse codicem, vel non esse assequutū interpretē, qđ dictū est, vel me minime intellexisse nō ambigam. Alios aūt ita lego, vt quātalibet sanctitate doctrinave pol- B leant non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per illos autores canonicos vel probabiles rōnes, quod a uero nō abhorreat persuadere potuerunt.

Canonici libro. — κανονικοί

Sunt igitur libri canonici veteris testamenti vigintiduo, ad numerū vigintiduarum literarū Hebræorum vt scribere Originē super primū psalmū refert Eusebius libro sexto Ecclesiasticæ historiæ et copiosius distictius que dicit beatus Hier. in prologo galeato sup lib. Regum ꝙ oēs ī tres partes ab Hebreis diuidūt. In legē, id est quinq. libros Moysi. In prophetas octo, & Agiographa nouē, ut statim clarius patebit, Quāuis non nulli librū Ruth separent a lib. Iudicum, & lamētationes Hieremiæ a Hieremia & inter agiographa cōputent, vt sint viginti quatuor libri ad numerum viginti quatuor seniorum quos Apocalypsis inducit adorantes agnum.

[Nu]merus [li]brorū ca[n]onicorū [H]ác diui[si]onē pro[b]ant He[b]rei quibi [...]lia sua ob [...] appellāt [...], idest [...]igītiqua[...] [...]ior. [A]poc 5.b.

Isti sunt libri qui sunt in canone, vt latius scribit beatus Hieronymus in prologo galeato q̃ est super libros Regum. Et primo quinq; libri Moysi qui appellantur lex, quorum primus est Genesis, secundus Exodus, tertius Leuiticus, quartus Numeri, quintus Deuteronomium.

Secundo sequuntur octo libri prophetales, quorum primus est Iosue, secundus liber Iudicum cum Ruth, tertius Samuel, id est, primus, & secundus, Regum, quartus Malachim, id est, tertius, & quartus Regum, quintus Esaias. sextus Hieremias cum lamentationib. septimus Ezechiel, octauus liber duodecim prophetarum, quorum primus est Osee, secundus Ioel, tertius Amos, quartus Abdias, quintus Ionas, sextus Micheas, septimus Naum, octauus Abacub, nonus Sophonias, decimus Aggeus, vn- C decimus Zacharias, duodecimus Malachias.

Tertio sequuntur agiographa nouē quorum primus est Iob, secund⁹ Psalteriū, tertius Salomonis puerbia, quartus eiusdē Ecclesiastes, quintus eiusdē cāticum canticorum, sextus Daniel, septimus Paralipomenon q̃ apud Hebræos est unus liber, non duo. octauus Esdras cū Neemia (est .n. totus vnus liber) nonus, Hester. Quicquid autē extra hos est (de veteri testamento loquor) vt dicit Hieronymus inter apochripha est ponēdū.

[...]ιογραφὴ [...]est, scri[p]ta sācta.

Isti sunt libri, qui nō sunt in canone, quos tñ ecclesia vt bonos, & vtiles libros admittit, non ut canonicos, inter quos sunt aliqui maioris authoritatis, aliq minoris. Nā Thobias, Iudith, & Machabeorum libri: Sapientiæ quoq; liber atq; Ecclesiasticus, valde ab oībus probantur, ita qđ Augu. li. de doct. Christ. tres superiores numerat inter canonicos, & de Sapientia atque Ecclesiastico dicit, meruisse illos recipi in authoritatē, et īter pphetícos debere numerari. Et de libris Machabæorum lib. decimo octauo de ciuitate Dei loquēs, & de Esdræ libris dicit qđ quis Hebræi nō habeant eos p canonicis, tñ ecclesia hēt illos pro canonicis pp quorundam martyrum passiones vehementes atq; mirabiles. Minoris autem authoritatis sunt Baruch, & tertius & quartus Esdræ. Nā Aug. in loco supradicto nullam de his facit mentiōem, cum tamen (vt dixi) alios apocryphos canonicis annumeret. Rufinus quoq; in expositione Symboli & Isidorus in libro sexto etymolog. vbi hāc Hieronymi diuisionem referunt, horum nihil meminerunt. Et vt numeres eos eo ordine quo sunt in Biblijs, quāuis alio ordine fuerint editi, primo sunt tertius & quartus libri Esdrę, q̃ dicuntur tertius & quartus, quia ante Hieronymum Græci & Latini librum Esdræ canonicum secabant in duos libros, sermones Neemiæ, secundum librum appellantes. Isti autem tertius & quartus inter omnes non canonicos minoris (vt dixi) sunt autoritatis. Vnde Hieronym. in ꝓlogo Esdræ eos appellat somnia, & in paucissimis Biblijs manu scriptis inueniuntur, & in multis impressis inuenitur solum tertius. Secundus est Thobias, liber valde deuotus & vtilis. Tertius est Iudith, quē dicit Hieronymus in prologo fuisse a Nicena Synodo computatum in numero sanctarum scripturarum. Quart⁹ liber Sapientię, quem scripsisse Philonem Alexandrinum Iudæum doctissimum fere omnes tenent. Quintus est liber. Iesu filij Syrach, qui ecclesiasticus dr̄: Sextus est Baruc, vt dicit Hieronymus in prologo Hieremiæ. Septimus est Machabæorum liber ī primum & secundum diuisus.

[C]ap. 31.

[M]inoris [au]toritatis

D

Neque aliquem moueat ꝙ in Iudith & Thobiæ prologis dr̄ ꝙ apud Hebręos inter hagiographa leguntur, quia manifestus error est, & apocrypha, nō hagiographa, est legendum: q error in oībus quos viderim codicibus inuenitur, & inoleuit (vt puto) ex pietate & deuotione scribentiū, q deuotissimas hostias horrebāt annumerare inter apochrypha. Nā ꝙ hic error multis retro annis codices occupauerit, ostendit magister in historia Iudith, vbi dicit, Hic liber apud Chaldæos inter historias computatur, & apud Hebræos inter apocrypha, quod dicit Hieronymus in prologo, q sic incipit, Viginti & duas literas. Sic ergo alicubi in prologo sup Iudith, legitur inter agiographa vitiū scriptoris est, quod in ipso tit. deprehendi pōt. Ex quo miror ꝙ dictus magister non aduerterit eūdem esse errorem in prologo Thobię, vbi ipse dicit, Hanc historiā Hebræi ponunt inter apocrypha. Hieronymus tñ in prologo suo dicit, inter agiographa. Glos. quoq; super dicto prologo Thobiæ dicit potius & uerius dixisset inter apocrypha, Vel large accipit hagiographa, quasi sanctorū scripta, & ita nō est de numero illorum nouē, q̃ ppriе dicuntur agiographa, q a sunt de catalogo, id est, de num. uiginti duorum librorum Bibliorum. Nā cum Hieronymus in ꝓlogo Galeato, post enumerationem canonicorum librorum dicat, Hic ꝓlogus scripturā, quasi Galeatum principium omnib. libris quos de Hebræo uertimus in Latinum cōuenire pōt. vt scire ualeamus quicq extra hos est, inter apocrypha esse ponendum, igitur si Sapientia quæ vulgo Salamonis inscribitur, & Iesu filij Syrach liber, & Iudith, & Thobias, & Pastor non sunt in canone, quomodo credendū est illum postea in illis ꝓlogis scripsisse eos inter agiographa & sibijpsi cōtradicere, Si qs pter ea liberatiori examine Hieronymi verba in dictis ꝓlogis perpenderit, animaduertet illū scripsisse apocrypha, nō hagiographa. Dicit. n. in prologo Thobiæ, Exigitis vt librum Chaldæo sermone conscriptū ad Latinum stilū traham, librū vtique Thobię, quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secātes, his quę apochrypha memorāt, nūciarunt, In Iudith autē ait, apud Hebræos liber Iudith inter apochrypha legitur, cuius autoritas ad roboranda illa quæ in contentione veniunt, minus idonea iudicatur. Cum itaque dicat Hebręos secare Thobiā de catalogo diuinarum scripturarum, & Iudith autoritatē minus idoneā iudicari si inter hagiographa numeraret, & nō inter apocrypha, cōtraria videret in eod. loco scripsisse. Sed (vt dixi) scriptores hoc nomē apocrypha horrētes deuotiōe ac pietate quadā reiectio apocrypha, agiographa scripserūt.

E

Rufinus vero ubi supra, enumeratis libris canonicis, in quib. cū Hieronymo concordat, infert, Hęc sunt quę patres intra canonem concluserūt, ex quibus fidei nostræ assertiones constare voluerunt.

Sciendum tamen est ꝙ & alij libri sunt, qui non canonici, sed ecclesiastici a maiorib. appellati sunt, vt Sapiētia quæ dicitur Salomonis, & alia Sapientia quę dicitur filij Syrach, & inf. eiusdem ordinis est libellus Thobiæ. & Iudith, & Machabęorū libri. Quæ omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt, nō tamen proferri ad autoritatem ex his confirmandā, Cæteras vero scripturas apocryphas noīauerūt, quasi ī ecclesiis legi uoluerūt.

Eccl. libri.

F

Præterea est sciēdū quod in libro Hester illa duntaxat sunt in canone quæ scribuntur usq; ad eū locū vbi posuimus, finit liber Hester. ꝑut est in Hebræo, q̃ postea sequuntur non sunt ī canone. Similiter in Daniele, illa tñ sunt in canone quæ sunt usq; ad eū locū vbi posuim⁹. Finit Daniel ꝑpheta quę post ea sequunt non sunt in canone. Quamuis autem Dauid, id est, Psalterium apud Hebręos nō ponatur inter prophetas sed inter agiographa, tamen fere omnes Latini eū non solum prophetam sed summum prophetarum, vel secundū uocant. Danielem quoque inter prophetas numerauit.

Psalteriū.

Daniel

Aliter quoque aliqui Latini diuiserunt vetus & nouū testamentum, scilicet in libros lagales, historiales, sapientiales, & prophetales. Legales appellant quinq. libros Moysi in ueteri testō, quib. in nouo faciunt respōdere quatuor euangelia. Historiales, Iosue, Iudicum, libros Regū Paralipomenō, Esdram Esther, & Iob, quib. in nouo correspōdet Acta apostolorum. Sapientiales tres libros Salomonis, s. Prouerbia, Ecclesiasten, et Cāticum canticorum, quib. in nouo correspōdent Epistola Pauli, et quæ canonicæ dicuntur. Prophetales faciunt Dauid, id est, Psalterium, Esaiā, Hieremiam, Ezechielem, et duodecim prophetas et Danielem, quibus in nouo respondet liber Apocalypsis.

Legales.

Historial.

Sapientia

Prophetales.

Noui autem testamēti omnes qui in Biblijs ponūtur libri, sūt in canone, testib. Hieronymo, Augustino, et Isidoro, in locis supradictis. Hi sūt quatuor sacrosancta Euangelia. s. Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, Pauli Apostoli Epistolæ quatuordecim. Quarū una est ad Romanos, ad Corinthos duæ, ad Galatas et Ephesios vna, ad Philippenses una, ad

Noui testī libri.

Thessal.

* Thessaloniceses duæ, ad Colossenses vna, ad Timotheū duæ, ad Titū una, A ad Philemonē una, ad Hebræos una. Item Acta Apostolorum. Itē epistole septē, q canonicæ appellātur, quarū una est Iacobi, duæ Petri apostolorū principis, Io. Apostoli & euāgelistæ tres. Iudæ q alias Tadę⁹ dicitur una, demū liber apocalypsis, Hi oēs libri pro canonicis habētur. Quāuis ante Hieronymū a multis de epistola ad Hebræos dubitaretur, q dubitatione ipse multis rationib. sustulit. Itidē de epistola Iudæ, ac de secū da & tertia Ioan. in ecclesia primitiua a multis an deberent in canonē recipi, ualde dubitatū est, de quarū prima sic dicit Hieronymus in libro de viris illustrib. Iudas frater Iacobi paruā quidē quæ de septē canonicis est, epistolā reliquit. Et quia de libro Enoch, q apocryphus est, in ea assumit testimoniū, a plerisq; reijcitur, tn̄ autoritatē vetustate iam, & vsu meruit & inter sanctas scripturas cōputatur. De alijs autē duab. quę incipiunt Senior: dicit Hieronymus in dicto libro in capitulis Ioānis, & Papias, quod asserebantur esse Ioannis presbyteri discipuli Ioannes euangelistæ, qui dicebatur senior Ioannes. Sed tamen omnium approbatione iā sunt receptæ, & citra cuiusquam refragationem pro canonicis habentur.

## TRANSLATORES BIBLIORVM.

*[margin: Ptolemæ⁹ Philadelphus,]*

NOTANDVM. Quod trāslatores, & interpretes Bibliorū multi fuerūt. Quia sicut dicit magister ī historijs, ante incarnationē dn̄i annis ccc.xli. tp̄ib. Ptolemæi Philadelphi regis Aegypti Lxx. interpretes floruerūt, qui legē, & prophetas hoc modo transtulerunt. Ptolemæus studiosus, & librorū cupidus percipiēs apud Iudęos legē esse ore Dei editā, & digito illi⁹ scriptam, missis epistolis, & muneribus rogauit Eleazarū pōtificē Iudæorū, ut sibi uiros seniores Hebraicæ, & Grecæ linguæ peritos, q interpretari, & trāsferre ualerēt, dirigeret. Et .n. sui desiderij erat eā in Græco translatā habere, & Archiuis regalib. interserere. Eleazarus aūt annuēs ei⁹ petitioni, de vnaquaq. tribu sex legisperitos destinauit. Hi sūt septuagintaduo interpretes q licet fuere, 72. more sac. scripturæ tn̄ cōiter dicuntur septuaginta, qa & si duo sup sūt, hoc est modicū respectu septuaginta. Hi ergo uenientes ad regē, Pētateuchū & pphetas trāsferētes, corā rege disputauerūt de uno Deo colēdo, & q nulla creatura esset Deus, inde est q ubicūq. occurrebat eis in trāsferēdo de Trinitate, uel sub silētio ptēribāt vel sub ęnigmate trāstulerūt, ne tres deos colēdos tradidisse viderēt, similiter de incarnatione uerbi faciētes. Vnde trāslatio septuaginta duorū qn̄q. est supflua, qn̄q. diminuta.

*[margin: Lxx. interpretes. B]*

*[margin: Aquila.]* Post incarnationē autē dn̄i, & passionē annis centū uiginti quatuor. Aquila quidā Iudęus ad fidē cōuers⁹, sed postea in hæresim laps⁹, prim⁹ interpres fecit aliā trāslationē de Hebraico ī Græcū tp̄e Adriani Imperatoris. *[margin: Theodotion.]* Deinde post annos. 54. Theodotiō fecit tertiā trāslatione sub Cōmodo. *[margin: Simachus]* Deinde post annos 30. Symmach⁹ interpres claruit sub Seuero. *[margin: vulgata translatio]* Deinde post annos. 8. inuēta est quędā trāslatio Hierosolymis, cuiu⁹ autor ignorat q dicta est uulgata trāslatio, uel quīta editio, Deīde post annos 18. tp̄e *[margin: Origenes]* Alexādri supuenit Origenes uidens istas trāslationes imperfectas, īcepit corrigere traslationē Lxx. interpretū p posteriores iā dictas trāslationes vel, s̄m aliquos, solā trāslationē Theodotionis immiscuit, s supplens diminuta, & resecās supflua. Vbicunq. igit ad trāslationē Lxxij. interpretū aliquid addidit ex trāslationib. sequentib. ibi ponebat astericum. i. stellā uel formā astri, per q innuit q p additionem illā elucescebant quę prius decrāt. Et dicitur s̄m aliquos asteriscus ab ἀστὴς et εἰκὸν quod est magno uel signū, et pducit penultimā, quia apud Græcos scribitur εἰκον per dipthongon. Tu dic meliusquod Græce dicitur ἀστερισκος asteriscus, & est diminutiuū quasi stellula. Vbi uero erat supfluū, ponebat obelū, ὀβελὸς .n. græce dicitur, sagitta latine, uel veru, significās per hoc q litera ibi superflua erat. Deinde ipse Origenes, ut dicit Hieronym⁹, sextā, et septimā trāslationem miro labore reperit. Quæ trāslationes s. quinta, et sexta, et septima, licet ut idē ait Hieronymus quib. censeantur autorib. ignoretur, tn̄ ita probabilē sui diuersitatem tenent, ut autoritatem sine noīb. tenuerint. Deinde qdā uolentes habere omnes istas trāslationes, simul scribebāt libros, sic eos ordinātes, q ī medio cuiuslibet folij ponebāt sex colūnas a summo deorsum descendentes, ponentes in prima uerba trāslationis primæ, in secunda secundæ, et sic alij, Et isti libri dicti sūt ἑξαπλα, ab ἑξ grece q est sex latine, quasi sexcupla. Vel dicitur ἑξαπλα, quasi liber habens sex translationes rectas uel restificatas. Et his tp̄ib. multi utriusq. linguæ scioli fecerunt alias translationes de prædictis græcis translationib. in latinum. Nouissime superueniens beatus Hieronymus peritus in trib. linguis Hebraica, Græca, et Latina. Primo correxit trāslationē 72. interpretū in latino cū asteriscis, & obeliscis. Postea uero trāstulit immediate Biblia de Hebręo in latinum sine asteriscis, et obelis. Et hac trāslatione nūc ubiq. vtitur tota Romana ecclesia, licet non in omnib. libris. Et ipsius trāslatio merito cęteris antefertur, quia est uerborū tenacior, et perspicuitate sentę clarior. Et translatio primi, s. Lxxij. interpretum facta est in Alexandria ciuitate, quæ Metropolis est Aegypti. Alię aūt translationes in diuersis partibus mundi ubi tunc magistri polluerunt.

Nota quod vbicunque in libris Sacræ Bibliæ mendum reperitur, recurrendum est ad textum ueteris, & vulgatæ editionis, quā nemo quouis pretextu reijcere potest, ita statuit Sac. S. Conc. Trid. Sess. 4. Dec. 2.

## IN NOMINE SANCTÆ TRINItatis, Incipit Prologus primus Venerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra ordinis Seraphici Sancti Francisci, de commendatione Sacræ Scripturę in generali.

HAEC Omnia Liber uitæ, &c. Eccl. 23. c. secundum quod dicit beatus Greg. Homil. xxxv. euangeliorum. Temporalis vita æternæ vitæ cōparata, mors est potius dicenda q uita. Scientiæ uero a philosophis traditæ ordinantur ad finem consequendum in præsenti uita quia scientiæ practicæ ab eis traditæ ordinantur ad felicitatem politicam, loquēdo de politia præsentis vitæ. *[margin: Sciæ philosophicæ finis.]* Similiter scientiæ speculatiuæ ordinantur ad felicitatem contēplatiuā, loquendo de contēplatione quæ pōt haberi in uita pręsenti, & per uiā natura quæ dependet ex phantasmate. Vnde dr̄ tertio de anima, q intelligentibus nobis necesse est Phantasmata simul speculari. Et de tali speculatione dicitur ibidem, quod intelligere corrumpitur in nobis, quodam interius corrupto. *[margin: Philosophus.]* Sacra scriptura enim ordinatur ad felicitatem vitæ futuræ, quam philosophi nesciuerūt, secundū quod dicit beatus Hierony. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris *[margin: Sacræ scripturæ fin. E]* Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Ex quibus concluditur quod libri à Philosophis descripti continentes scientias ordinatas ad finē in hac temporali vita, tantummodo naturaliter consequendum si comparentur ad libros sacræ scripturæ quæ ordinantur ad finem æternæ vitæ, magis sunt dicendi libri mortuis quam vitæ. Sed licet continens sacram scripturam, quæ licet in multis libris partialibus diuidatur: sub vno tamen libro continentur, qui nomine generali liber vitæ proprie nominatur, secundum quod dicitur in uerbo præassumpto. Hęc omnia, &c.

*[margin: Sac. Scripturę excellentia quadruplex.]* In quo sacra scriptura quadrupliciter describitur s̄m quatuor excellentias, quib. omnem scripturam aliam excellit. Primo .n. describitur, vt singularis eminentiæ, quod notat pronomē singulare, cum dicitur, Hęc. Secundo describitur vt generalis continentia, quod ostendit signū uniuersale, cum dicitur, Omnia. Tertio, vt specularis intelligentiæ, quod denetat conditio libri. cum dr̄, Liber. Quarto vt salutaris efficaciæ, quod ostēdit cōsecutio finis intenti, cum dr̄, Vitæ. Circa primum sciendum q vna scientia eminentior est altera seu honorabilior duplici de causa, vt habetur primo de anima. *[margin: Sciē honorabilitas ī duob. accipitur.]* Vna est, quia est de nobiliori, obiecto. Alia, quia procedit certiori mō. Et propter utranq; sacra scriptura, quæ proprie Theologia dr̄, cum ipsa sola sit textus huius scientię, omnes scientias antecellit. Primo, quia habet Deum pro subiecto, qui est in summo totius nobilitatis, propter quod nominatur Theologia, quasi sermo de Deo. Secūdo quia procedit mō certiori. Alię .n. scientiæ humanitus repertę procedunt per īuestigationem rōnis humanę. *[margin: Sapientiæ & scientię differētia.]* In quo quidem processu licet non sit error quantū ad cognitionem primorum principiorum, quę sunt per se nota secundum q dr̄ secundo Metaphy. In foribus quis delinquet, tn̄ in deductione conclusionum ex principijs pōt esse error, maxime quantum ad cōclusiones a primis principijs longinquas. Vnde & in tali processu omnes philosophi innitentes tm̄ humanę inuestigationi inueniuntur errasse, & ideo de singulari eminentia huius scientię dr̄ Deute. 4. a. Hæc est sapiētia uestra, & intellectus coram populis. Sapientia enim dr̄ proprie illa scientia, quę considerat altissimas causas, vt habetur primo Meta. Sacra uero scriptura habet Deum pro subiecto, vt dictū est, qui est prima cā simpliciter omnium, & ideo proprie dr̄ sapientia. Sed conuenienter additur. Vestra, ad distinguendum sapientiam sanctorum seu catholicorū, quæ est ipsa sacra scriptura, a sapientia Philosophorum, & hoc potissime in duobus, uidelicet in proprietatibus de Deo cognitis, & in fine cognitionis. Licet .n. philosophi habuerint cognitionem de Deo, hoc tamen solum fuit quantum ad proprietates, quę de ipso possunt cōcludi per inuestigationem rōnis procedentem ex creaturis, sicut philosophus 12. Metaphy. probat eius veritatem, & octauo Physicorū virtutis infinitatē, & sic de similibus. *[margin: Sapientiæ diuinę pręceptores qui sint.]* Sed prophetæ & apostoli sancti, qui hanc scripturā nobis tradiderunt per reuelationem spiritussancti, habuerunt cognitionem de proprietatib. diuinis trāscedentibus inuestigationem rōnis, ut de pluralitate personarū, & earum distinctione in vnitate essentię, & consimilib. Item philosophi cognitionem de Deo habitā non ordinauerunt ad alium finem, sed ipsam quęsierunt propter ipsum speculari tātum inquantū est perfectio ipsius cognoscentis. Cognitio aūt Dei, quę in sacra scriptura traditur, ad hoc principaliter quęritur, vt per ipsam ipse speculans seu contemplans feratur in amorem ipsius obiecti cogniti s. Dei ipsum super se, & super omnia diligendo. Et propter hoc saluator Matthæi vigesimo secundo, dicit quod in duob. pręceptis charitatis tota lex pendet & prophetę, & Apostolus primę ad Timothe. 1. b. Finis præcepti est charitas de corde puro. & conscientia bona, ac fide nō ficta. Et quia philosophi suo sensui innitentes, hunc finem non attenderunt, ideo errauerunt, propter quod eorum sapientia, insipientia nominatur, ad Rom. pri

* mo

# Prologi Nicolai de Lyra in postillam Bibliæ.

A me cap. Qui cum Deum cognouissent, nō sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerūt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. *Sed quoniam sacra scriptura non solum excellit alias, inquantum est de subiecto nobiliori, sed etiam inquantum procedit modo certiori, videlicet per diuinam reuelationem, cui non potest subesse falsum, ideo subditur in autoritate præmissa.* Et intellectus coram populis. *Intellectus enim proprie dicitur habitus principiorum, circa quæ non est error, vt iam dictum est, propter quod illud quod concluditur directe ex illis, iudicatur simpliciter esse verum, & quod inuenitur eis repugnans, iudicatur simpliciter esse falsum. Ita similiter quicquid ex sacra scriptura manifeste cōcluditur, verum iudicatur, Quod autem ei repugnat, falsum simpliciter reputatur, & ideo sacra scriptura, non solum vocatur sapientia, sed etiā cum hoc intellectus unde dicitur Ecclesiast. decimoquinto,* a Implebit eū spiritu sapientiæ & intellectus *Et Colos. primo. b.* Impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia, & intellectus, &c. *Et sic patet primū.*

Theologicæ sciētiæ certitudo alias superat.

*Circa secundum considerandum quod sub consideratione alicuius scientiæ non solum cadit subiectum, sed etiam ea quæ habent attributionem ad ipsum, vt habetur quarto Metaphysi. Sicut sub consideratione medici non solum cadit sanitas vel corpus sanabile, sed etiam vrina, inquantum est indicatiua sanitatis: & potio, inquantum est factiua eius, & dieta, inquantum est ipsius conseruatiua, & sic de alijs. Omnia autē creata habent attributionem ad ipsum Deum, qui est huius scientiæ subiectum, propter quod ista scientia est quodammodo consideratiua omnium. In quo apparet eius continentia generalis, quæ notatur in verbo primitus præassumpto, cum dicitur.* Omnia, *de quo potest exponi quod dicitur Sapientiæ primo. b.* Hoc quod continet omnia scientiam habet uocis. *vt sit sensus. Hoc scilicet uolumen sacræ scripturæ, quæ licet diuidantur in plures libros partiales: tamen rediguntur in vnum volumen, quod Biblia appellatur. Continet omnia: quia hæc scientia est quodammodo omnium consideratiua.* Scientiam habet uocis. *de proprietate vocis est, quod sit verbi significatiua, & proprium est sacræ scripturæ, quod sit diuini verbi expressiua, secundum quod manifeste habetur Ioannis primo, 1.* In principio erat uerbum, &c. *Et quia per verbum omnia facta sunt, vt ibidem subditur: ideo omnia sub cōsideratione huius scientiæ continentur. Non tamen sub proprijs rationibus singulorum: quia hoc pertinet ad scientias particulares, & humanitus innētas, sed inquantum ex omnibus creatis manuducimur in cognitionem, & dilectionem Dei per ueram fidem charitate formatam, ad quam consideratio huius scientiæ ordinatur, vt prædictum est, Et hoc est quod dicit Augustinus decimoquarto de Trinitate, ca. primo. Non vtique quicquid sciri pōt ab homine in rebus humanis, ubi plurimum supernacuę vanitatis & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuens, sed illud tantummodo quo fides saluberrima, quæ ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. Vnde, & Ioannis decimosexto c. Saluator loquēs de spiritusancto cuius reuelatione tradita est hęc scriptura dicit,* Docebit vos omnem ueritatem: *Glossa necessariam ad salutem, Et sic patet secundum.*

Subiecti theologicę sciētię cōmuuitas.

B

*Circa tertium quod est intelligentia specularis, quod notatur, cum dicitur,* liber: *considerandū, quod habet similitudinē speculi. Quia sicut in speculo apparent formæ sensibiles sic in libro relucent intelligibiles ueritates. Vnde, & diuina præscientia in qua relucent omnes ueritates, liber vocatur. In quo libro legerunt sancti Apostoli, & Prophetæ qui hāc scientiam tradiderunt. Et hoc est quod dicit gloss. super illud Esaiæ trigesimo octauo, a.* Dispone domui tuę, &c. *Glossa. Prophetę in ipso libro præscientię Dei, in quo omnia scripta sunt legere possunt. Quod tamen non est sic intelligendum, quod prophetę viderint ipsam Dei essentiam, quę idem est cum eius presentia, quia prophetica cognitio cum habeat ænigma, euacuatur in tali visione secundum quod dicit Apostolus 1. Corinthiorum decimotertio, c. Sed pro tanto dicuntur prophetę in libro pręscientię Dei legisse: quia per species diuinitus impressas mentib. prophetarum, & per lumen propheticum eis proportionatū, uidebāt suo modo ueritatem a Dei scientia ad eos deriuatam per reuelationem. Sicut intellectus possibilis virtute luminis intellectus agentis inspicit in specieb. a phantasmatibus acceptis sibi proportionabiles ueritates. Nos aūt qui talem cognitionem non habemus quia lumine prophetico illustrati non sumus, non possumus legere in dicto libro, sed in libro scripturę sacrę nobis tradito a prophetis.*

Speculi similitudinē habet.

C

*Habet tamen iste liber hoc speciale, quod vna litera continet plures sensus. Cuius ratio est: quia principalis huius libri autor est ipse Deus: in cuius potestate est non solum uti uocibus ad aliquid significandum (quod etiā homines facere possunt, & faciūt) sed etiā rebus significatis per voces utitur ad significādū alias res, & ideo commune est omnibus libris, quod voces aliquid significēt, sed speciale est huic libro quod res significatæ per voces aliud significent. secundū Igitur primā significationē, quæ est per voces accipitur sensus literalis seu historicus. Secundum uero aliam significationem quæ est per ipsas res accipitur sensus mysticus seu spiritualis. Qui est triplex in generali, quia si res significatę per voces referātur ad significandum ea quæ sunt in noua lege credenda, sic accipitur sensus allegoricus. Si autem referantur ad significādum ea quæ per nos sūt agenda, sic est sensus moralis, uel tropologicus. Si autem referatur ad significandum ea quę sunt speranda in beatitudine futura sic est sensus anagogicus. Et dicitur ab, ἀνάγω quod est sursum tollo. Vnde uersus.*

Quadupliciensu exponi potest litera aliqua.

Sufficiētia quatuor expositionum sensuum sacrę scripturæ.

D

Litera gesta docet, quid credas allegoria.
Moralis quid agas, quo tendas anagogia.

*Et istorum quatuor sensuum potest poni exemplum in hac dictione Hierusalem. Quæ secundum sensum literalem significat quandam ciuitatem, quæ fuit quondam Metropolis in regno Iudeæ, quæ primo fuit fundata a Melchisedech, postea per Salomonem dilatata & fortificata. Secundum sensum vero moralem, significat animam fidelem, secundum quem sensum dicitur Esaiæ quinquagesimosecundo e. a.* Consurge sede Hierusalem, *&c. Secundum sensum vero allegoricum significat ecclesiam militantem, secundum quem dicitur Apocalypsis vigesimo primo. cap.* Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cęlo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam uiro suo. *Secundum vero sensum anagogicum significat ecclesiam trimphantem, secundum quod dicitur Galath. quarto d.* Illa quę sursum est Hierusalem, est libera, quæ est mater nostra. *Et sicut positum est exemplum in vna dictione, ita posset poni in una oratione. & sicut in una, ita & in alijs. Igitur de isto libro sub vna litera continente plures sensus, dicitur Ezechielis secundo, e.* Ecce manus missa ad me, in quar erat inuolutus liber, & expandit illū corā me, qui erat scriptus intus & foris. *Et Apocalypsis 5. a.* Vidi in dextera sedentis super thronū librum scriptum intus & foris. *Scriptura exterior est sensus literalis, qui est patentior, quia per voces immediate significatur. Scriptura autem interior est sensus mysticus vel spiritualis, qui est latentior, quia per res significatas uocibus designatur vt prędictum est. Et sic patet tertium.*

*Circa quartum in quo notatur efficacia saluatoris, cum dicitur.* uitæ, *considerandum, quod sicut dictum est a principio, nulla alia scriptura nisi ista ducit immediate ad vitam beatam, quæ sola est vita simpliciter, quia mortem nescit Ideo saluator Ioannis quinto, f. loquens de efficacia huius sacrę scripturę, dicebat Iudęis in lege peritis,* Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere.

*Circa quod sciendum, quod hoc verbum* putatis, *quod importat falsi opinionem, vel saltem veri dubitationem, non refertur ad ipsam sacram scripturam quę nullum falsum continet, ut patet ex supradictis. Nec est etiam dubium quin ad vitam perducat beatam, cum sit quoddam instrumentum perueniendi ad ęternam felicitatem, ut patet ex uerbis beati Augustini superius inductis. Sed refertur ad legisperitos scripturam sacram male exponentes, & male viuentes, propter quæ merito priuandi erant consecutionis beatitudinis ęternę, quæ est finis huius sciētię, quam sine dubio consequuntur eam sane intelligentes, & secundum sanum ipsius intellectum pie uiuentes. secundum quod dicitur Ecclesiastici vigesimoquarto, c.* Qui elucidant me vitam æternam habebunt. *Elucidatur autem sacra scriptura in uera ipsius expositione, & in sancta operatione quia hæc scriptura, tanquam omnibus eminentior, continet perfectiones scientię practicę & speculatiuę. Et sic per ueri cognitionem, & boni operationem, perducit ad vitam beatam. Quam nobis concedat qui sine fine viuit & regnat.*

E

putat verbūquomodo accipiatur in euā. &c.

## PROLOGVS SECVNDVS DE intentione autoris, & modo procedendi.

VIDI In Dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris. *Apocalypsis quinto. a. Sicut dictum est in Prologo præcedenti, liber iste est sacra scriptura, qui dicitur scriptus exterius quantum ad sensum literalem, & interius quantum ad sensum mysticum, & spiritualem. Qui licet tripartitam diuidatur in generali, ut pręductum est, & licet sub quolibet membro possit fieri expositionum mysticarū multiplicatio in speciali, omnes tamen præsupponunt sensum literalem tanquam fundamentum. Vnde sicut ædificium declinans a fundamento, disponitur ad ruinam, ita expositio mystica discrepans a sensu literali, reputanda est indecens & inepta, vel saltem minus decens cæteris parib. & minus apta, & ideo volentibus proficere in studio sacræ scripturæ, necessarium est incipere ab intellectu sensus literalis maxime cum ex solo sensu literali. & non ex mystico, possit argumentum fieri ad probationē vel declarationem alicuius dubij, secundum quod dicit Augustinus in epistola contra Vincentium Donatistam.*

F

*Vlterius considerandū quod sensus literalis, a quod est incipiendū, vt dictum est, uidetur multum obfuscatus diebus modernis, partim scriptorum uitio, qui propter similitudinem literarum in multis locis aliter scripserunt quam habeat veritas textus, partim imperitia aliquorum correctorum, qui in pluribus locis fecerunt puncta vbi non debēt fieri, & uersus inceperunt vel terminauerunt, vbi non debeant incipi & terminari. Et per hoc sententia literæ variatur, vt patebit in suis locis infra prosequendo, domino concedente, partim ex modo translationis nostrę, quę in multis locis aliter habet quam libri Hebraici, secundum quod arguit Hieronymus in libro de Hebraicis quæstionibus, & in plurib. alijs locis & alij expositores sacrę scripturę legēdo uel scribendo idē dicunt, & tamen secundū Hieronymū in secundo Prologo super Genesim, & in pluribus alijs locis, pro ueritate literę habenda in scriptura veteris testamēti re-* curren-

Sensus literalis necessitas.

Literalis sensus obfuscatio unde acciderit tempore moderno.

currendum est ad codices Hebræorum. In hoc tamen valde cauendū est, quantum ad locos scripturæ veteris testamenti, qui de Deitate Christi ac de consequentibus ad hoc loquuntur. Quorum aliquos Iudæi corruperunt ad defensionem sui erroris, vt partim declaraui quadam quæstione de diuinitate Christi & declarabo plenius quando loci tales occurrent, domino concedente. In illis autem in quibus non est verisimile quod aliquid immutauerint, cum nec causam hoc faciendi habuerint, nullum uidetur periculum, sed magis securum, secundum dictum Beati Hieronymi in dubijs recurrere ad textum Hebraicum tanquam ad originale, pro veritate textus declaranda.

Literalis sensus multi obumbratus est per moder nos exposi tores.

Sciendum etiam quod sensus literalis est multum obumbratus, propter modum exponendi communiter traditum ab alijs: qui licet multa bona dixerint, tamē parum tetigerunt literalem sensum: sensus mysticos in tantum multiplicauerunt, quod sensus literalis inter tot expositiones mysticas incertus, partim suffocatur. Item textum in tot particulas diuiserunt & tot concordantias ad suum propositum induxerunt quod intellectum & memoriam in parte confundunt, ab intellectu literalis sensus animum distrahentes. Hæc igitur & similia vitare proponēs cū Dei adiutorio intendo circa literalem sensum insistere, & paucas valde & breues expositiones mysticas aliquando interponere: licet raro. Similiter intendo non solum dicta doctorum catholicorum, sed etiam Hebraicorum maxime Rabbi Salomonis qui inter doctores Hebræos locutus est rationabilius, ad declarationem sensus literalis inducere, Aliqua etiam dicta Hebræorum valde absurda aliquando, licet valde raro interponam, non ad tenendum ea, vel sequendum, sed vt per hæc appareat, quanta cæcitas contigerit in Israel secundum dictum Pauli apostoli Ad Romanos vndecimo. Propter quod etiam dictis Hebræorum nō est inhærendum, nisi quantum rationi consonant & literæ veritati. Item omissis prologis, a principio Genesis incipiam. Tum quia residuum vitæ meæ non credo ad expositionem totius sacræ scripturæ sufficere, & ideo nolui in exponendis dictis beati Hieronymi, vel alterius cuiuscunque doctoris immorari. Tum quia dicti prologi parum faciunt ad intellectum librorum sequentium, vt mihi uidetur. Aliquorum tamen librorum prologos exposui, super quos scripsi, antequam a libro Genesis inchoarem. Postremo, quia non sum ita peritus in lingua Hebraica vt Latina, quin in multis possim deficere, ideo protestor quod nihil intendo dicere assertiue, seu determinatiue nisi quantum ad ea quæ manifeste determinata sunt per sacram scripturā vel ecclesiæ autoritatē, cætera uero omnia accipiātur tāquā scholastice, & per modū exercitij dicta. Quapropter omnia dicta & dicenda suppono correctioni sanctæ matris ecclesiæ ac cuiuslibet sapientis, pium lectorē, & charitatiuū flagitās correctorē. Veruntamen antequam descendā ad expositionem literæ præmitto septē regulas exponendi sacram scripturam, quas tangit Isidorus primo libro de summo bono: capite vigesimo. Et vocantur istæ regulæ ab aliquibus claues, quia per eas intellectus scripturæ aperitur in multis.

Expositio nū extraneorū cui ratio.

Protestō scribentis

Septem regulę exponenti sac. scripturā obseruandæ.

Prima.

Prima est de domino Iesu Christo & eius corpore mystico, quod est ecclesia, quia propter conexionē capitis ad corpus sacra scriptura sub uno contextu quasi sub eadem persona aliquādo loquitur de utroq; & de vno transiens ad aliud uerbi gratia. Esa. 61. a. Induit me vestimētis salutis, & indumento iustitiæ circūdedit me, quasi sponsum decoratū corona, & quasi sponsam ornatā monilibus suis. Quod enim dicitur hic: Quasi sponsum, &c. intelligitur de Christo. Et quod subditur, quasi sponsam, &c. intelligitur de ipsa ecclesia. Similiter Can. capit. 1. a. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua uino, cū enim dicitur, osculetur me, &c. uerbū spōsæ frui sponsō desiderātis, & quod subditur, quia meliora sunt ubera, &c. verbū est sponsi sponsam commendantis. Vnde talibus sic connexis rōne pdicta dēt lector prudens attendere quid cōueniat capiti, & quid corpori.

Secunda regula.

Secunda regula est de corpore domini uero & simulato. Ecclesia. n. quæ est corpus domini mysticum, vt prædictū est, est quasi sagena nōdum tracta ad littus, & ideo habet malos permixtos cum bonis vsque ad iudicium in quo separabuntur hi ab illis, & ideo in sacra scriptura aliquando mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti, sicut Osee vndecimo. a. Puer Israel, & dilexi eum. Et econuerso aliquando boni uituperantur cum malis, sicut Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Aliquando etiam in eodē textu exprimitur, quid ad bonos pertineat, & quid ad malos, sicut Canticorum j. b. dicitur: Nigra sum, sed formosa, filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Verba sunt sponsæ, quæ rōne malorum in ecclesia contentorum dicit. Nigra sum. sed ratione bonorū subdit, sed formosa. At quod subditur (quasi pro exēplo) sicut tabernacula Cedar. Ad malos refertur. Cedar enim fuit filius Hismaelis, ut habetur Ge. 25. a quo descenderunt Sarraceni. Quod autē subditur. sicut pelles Salomonis, refertur ad nos. Per Salomonem enim hic intelligitur ipse Deus, secūdū expositores Catholicos & Hebræos, et ideo pelles eius dicūtur, quibus operiebatur tabernaculū, in quo boni colebāt Deum.

Tertia regula.

Tertia regula est de spiritu & litera secundum quod accipitur sub eadem litera sensus historicus & mysticus, quia veritas historiæ est tenenda, & tamē ad spiritualem intellectum est referenda, hoc modo exponitur ista litera communiter. Potest etiam aliter exponi, ut refertur ad sensum literalem tantum, sicut et aliæ. Circa quod considerandum, quod eadem litera aliquando habet duplicem sensum literalem. Verbigratia, primi Paralipo. xvij. c. dicit dominus de Salomone, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et intelligitur de Salomone ad literam, inquantum fuit filius Dei per adoptionem in iuuētute, propter quod Nathan propheta uocauit eum amabilem domino, vt habetur secūdi Regum 12. ca. Prædicta etiam autoritas, Ego ero illi in patrem, &c. inducitur ab Apostolo ad Hebræ. primo, tanquam dicta de Christo ad literam, quod patet ex hoc, quia apostolus inducit eam ad probandum quod Christus fuit maior angelis: talis autem probatio non potest fieri per sēsum mysticum, vt dicit August. contra Vincētium Donatistam, ut supra allegatum est. Prædicta enim autoritas impleta fuit ad literam in Salomone, minus tamen perfecte, quia fuit Dei filius per gratiam solum, in Christo autē perfectius qui est Dei filius per naturā. Licet aūt utraq; expositio sit literalis simpliciter, secūda tamen est de Christo spiritualis & mystica est secundum quid, inquantum Salomon fuit figura Christi.

Quarta regula.

Quarta regula est de specie et genere, siue de parte ad toto, cum de uno transit ad aliud, et econuerso, sicut Esa. 13. a. Primo loquitur cōtra Babilonē specialiter, cū dicitur. Onus Babylonis, &c. et trāsit ad intelligēdū uerbū de toto mūdo generaliter, per hoc quod subditur. A summitate cœli dominus & uasa furoris eius, ut disperdat omnē terrā. Postea reuertitur ad loquendū contra Babylonem specialiter, cū dicitur. Ecce ego suscitabo super uos Medos, qui argētū nō quærāt. &c. quia Darius Medus cum Cyro nepote suo cepit Babyloniā, et interfecit Balthaar regem Babylonis, ut habetur Danielis quinto.

Quinta regula.

Quinta regula est de temporibus, quę contingit quadrupliciter. Vno modo per synecdochem, quando ponitur pars temporis pro toto, sicut in Euangelio dicitur, Christum tribus diebus iacuisse in sepulchro, & tamē prima dies & tertia non fuerunt integræ. Alio modo propter minutias tēporis, quæ aliquando in scriptura computantur, & aliquādo omittuntur. Et secundū hoc scriptura sacra loquens de aliquo numero annorū in pluribus locis, aliquando in vno loco ponit plures annos, minutias prædictas computando. In alio uero loco ponit pauciores dictas minutias omittendo. Tertio modo contingit, in eo quod cōputatio annorū incipit in uno loco a priori termino, in alio a posteriori, sicut Gen. 15. c. dictum fuit Abrahę. Semen tuum futurum est peregrinū quadringentis annis. & Exo. 12. f. De ista peregrinatione dicitur, quod mansio filiorū Israel in terra Aegypti fuit quadringentorū triginta annorū, quia computatio huius maioris numeri incipit, a tēpore, quo dictum fuit Abrahæ, Ge. 12. a. Egredere de terra tua &c. Computatio autem minoris numeri incipit a natiuitate isaac, quæ fuit triginta annis post egressum Abrahę de Aran, ut plenius videbitur inf. Exo. 12. Quarto modo contingit, eo quod scriptura sacra loquitur de futuro per modū preteriti, sicut Esa. 9. a. Paruulus natus est nobis, &c. & hoc est ad denotandum certitudinem prophetiæ, cuius euentus de futuro est ita certus, sicut si iam preteriisset. Et hoc est pp certitudinē diuinæ præscientiæ, ex qua fit reuelatio ipsi prophetæ. Aduertendū tamen quod talis modus loquēdi nō habet locum, nisi in prophetia prædestinationis, quæ est quando aliquod futurum contingens reuelatur prophetæ, eo modo quo est in præscientia Dei, quæ infallibiliter futura intuetur sicut præsentia & preterita.; In prophetia vero comminationis non habet locum, quę est, quando aliqua pœna reuelatur prophetę infligenda populo, vel alicui personæ, non secundum quod est in Dei præscientia, sed secundū ordinem causarum secundarum, ut pote secundum demerita hominū, sicut est illa prophetia, Ioa. 3. b. Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Hanc enim subuersionem meruerunt peccata illius ciuitatis. Veruntamen quia talis causa mutabilis est, ideo effectus aliquando non sequitur, sicut in proposito, quia Niniuitæ egerunt pœnitentiam. & dominus non inflixit pœnam comminatam.

Sexta regula.

Sexta regula est de recapitulatione & anticipatione. In sacra enim scriptura non semper eodē ordine gesta & facta scribuntur, quo fiunt, & ideo quādo præponūtur posteriora, dicitur anticipatio, quādo autē fit econuerso, dicitur recapitulatio, sicut Ge. 10. de filijs Noe dicitur. Ab his diuisæ sunt insulę gentiū in regionib. suis vnusquisq; secundum linguā suam, &c. & inf. eo. a. Hi sunt filij Cham in cognationib. & linguis & generationibus, &c. Et postea 11. ca. dicitur: Erat autē terra labij vnius, & sermonum eorundem. Ex quo patet, quod illud quod prædicitur de diuisione linguarum, dicitur per anticipationem similiter Gen. 2. postquam Moyses 1. cap. descripserat creationem cæli & terræ, & distinctionem, & ornatum partium mundi, dicitur. Istę sunt generationes cæli & terrę indie quo creati sunt. Ex quo patet quod hoc dicitur per recapitulationem.

Septima regula.

Septima regula est de diabolo & eius corpore, secundum enim, quod dicit beatus Gre. hom. 10. Certe iniquorum omniū diabolus caput est, & huius capitis membra sunt omnes iniqui. Et ideo propter connexionem capitis ad membra, scriptura loquens de vno in eodem contextu transit ad loquendum de alio. sicut Esa. 14. cap. loquens de rege Babylonis qui erat diaboli membrū, transit ad loquendum de principe dæmonū, cū subditur ibidem. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris. Et Ezec. 28. c. loquens de principe Tyri, transit ad loquendū diabolo. cum subditur. In signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delitijs paradisi Dei fuisti. His igitur præmissis regulis seu clauibus exponendi, cum sacram scripturam, cum cōfidentia diuini adiutorij descendamus ad literam exponendam.

PRO

## PROLOGVS EIVSDEM NICOlai de Lyra in Moralitates Bibliorum.

VIDI In dextera sedentis super thronu, libru scriptum intus, & foris. *Apocalypsis quinto. a. Sedens super thronu gloriæ est Deus gloriosus, & sublimis, regens vniuersum, in cuius dextera est sacra scriptura diuinitus data; secundum quod dicitur Deuteronomij trigesimotertio. a.* In dextera ei⁹ ignea lex. *Lex enim veteris, & noui testamenti bene dicitur ignea, quia reuelatione spiritussancti (qui diuinus est ignis) fuit inspirata. Et hæc scriptura bene dicitur liber scriptus intus, & foris, foris quantum ad sensum literalem, intus vero quantum ad sensum mysticum, sub litera latentem. Deus enim qui est autor huius scripturæ, non solum vtitur vocibus ad aliquid significandum, sed etiam reb. per voces significatis. Et sic festa veteris testamenti significauerut ea quæ in nouo testamento fiunt. Sicut dicit Apostolus primo* Corinthio. decimo c. Omnia in figura cotingebant illis. *Sensus igitur, qui per uoces significatur, proprie dicitur literaris, ille uero qui per res significatur, mysticus nominatur, & hic est triplex; quia si per talem modum significetur aliquid pertinens ad credibilia, dicitur allegoricus. Si aut pertineat ad agibilia, dicitur moralis. Si autem ad sperandam in beatitudine futura, dicitur anagogicus.* ἀναγογικός, *id est, mysticus, nos in altum ducens. Vnde uersus.* Litera gesta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agas, quo tendas anagogia. *Exemplum in hoc nomine Hierusalem quod secundum sensum literalem significat quandam ciuitatem in terra Iudeæ sitam. Et quoniam hæc ciuitas à Deo fuit electa ad diuinum cultum, vt habetur, 3. Regum. 14. qui colitur in anima viri iusti, & in ecclesia militante, & etiam triumphante ideo Hierusalem secundum sensum moralem in sacra scriptura signanima fidelem, secundum sensum allegoricum ecclesiam militantem, & secundum sensum anagogicum ecclesiam triumphantem.*

Literalis sensus. Moralis. Mysticus.

*Sciendum autem, quod licet sacra scriptura habeat quadruplicem sensum prædictum, hoc tamen non est in qualibet sui parte, secundum quod dicitur in collationib. patrum, collatione octaua. Na alicubi habet tantu sensum literalem sicut Deutero. sexto a.* Audi Israel, dominus Deus tuus, dominus unus est. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c. *in istis enim, & consimilib. non est mysticus sensus requiredus. Alicubi uero non habet literale sensum proprie loquendo. Verbi gratia, Iudicu ix. b.* Ierunt ligna vt ungerent supra re regem, &c. Et Matt. 5. c. Si manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proiice abs te. *Sensus enim literalis est proprie, qui significatur, ut prædictum est, & talis sensus non est hic. nec in consimilibus. Sequeretur. n. quod sensus sacræ scripturæ esset falsus, quia ligna nunquam hoc fecerut, nec facere potuerunt. Similiter saluator non monuit quod homo manum sibi abscindat ad literam. Sed in istis est tm sensus mysticus qui per res significatas intelligitur. Na per ligna intelliguntur habitatores vrbis Sichen, qui fecerunt Abimelech super se regem vt ibidem in textu exponitur, & per manum abscindendam, intelligitur amicus quantucunque propinquus, præbens occasione ruinæ, & huius familiaritate debet homo abscindere a se. Quod aut aliqui doctores dicunt sensum parabolicum esse intelligendum large loquendo, quia ubi non est sensus per uoces significatus, parabolicus est primus, & ideo large loquendo dicitur literalis, eo φ literalis est primus quando non est ibi alius, & ad hoc significandu ipsi dicunt parabolicum contineri sub literali, & hoc modo loquendo ego sensu parabolicum vocaui in pluribus locis literalem super libros sacræ scripturæ. Alicubi vero sacra scriptura habet sensum literalem, & mysticum, sicut in Gene. dicitur. quod Abraham duos filios habuit, s. Isaac, & Ismaelem, & hoc est uerum secundum literalem sensum, & similiter secundum mysticum. Nam per illos allegorice significata fuerunt duo testamenta, ut dicit Apostolus ad Gal. 4. Et eodem moraliter possunt significari duo filij spirituales vnius prælati, quorum vnus proficeret et alter deficeret, & anagogice angeli stantes, & cadentes. Ite sicut dictum est, sensus mysticus est qui per res significatur, & unius rei subiectiue sunt plures proprietates reales, & aliqn valde vniuersæ, ideo vna res subiectiue aliqn mystice plura, & diuersa significat. Sicut leo per proprietate coitatis Christu significat Ap. 5.* Ecce vicit leo de tribu Iuda, *& per vorcitate signat diabolu. primæ Petr. 5. c.* Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuuit quærens quem deuoret.

Quadruplex sesus sacræ scripturæ. Parabolicus sensus.

*Postquam autem sacram scripturam cum Dei adiutorio exposui sm literalem sensum, & Deus dedit mihi spacium vitæ, confisus de Dei auxilio propono eam iterum exponere secundum sensum mysticum, vbi est mystice exponenda prout mihi dominus dabit, non tamen intendo omnes sensus misticos scribere, nec per singula verba discurrere, sed aliqua breuiter ordinare, ad quæ lectores Bibliorum ac prædicatores verbi Dei recurrere poterunt prout, & quando eis videbitur expedire. Nec quis miretur si in expositione mystica plura dimittam. Nam hoc faciam propter breuitatem, & quoniam sic fecerunt præcedentes expositores, & etiam Christus qui Matt. 13. b. & Marci 4. b. exponens Parabolam seminantis, illud quod dicitur in fine.* Dederunt fructum, & aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum, *inexpositum dimisit in alijs parabolaru expositionib. similiter fecit ipse Christus.* Igitur in nomine *Iesu Christi incipiam a libro Genesis, & per alios consequenter discurram: quandiu dominus donabit sua gratia mihi vitam.*

## ADDITIONES AD POstillam magistri Nicolai de Lyra, super Biblia editæ a reuerendo patre domino Paulo de Sancta Maria magistro in Theologia Episcopo Bur. Archicancellario Serenissimi principis domini Ioannes regis Castellæ, & legionis incipiunt. Quas venerabili viro Alfonso legum Doctori, Decano Compostellano filio suo ex legitimo matrimonio genito, direxit: præmittens ei prologum sub forma sequenti. Finiuit autem eas anno domini M. cccc. xxix. Quibus etiam insertæ sunt Replicæ magistri Mathiæ Doring. eiusdem ordinis Minorum fratris, et Theologi optimi, prout clarius videbitur in processu.

QVID tibi *vis vt viuens donem dilectissime fili: aut successionis titulo post vitam relinquam nisi quod ad sacrarum scripturarum notitiam conferat: & gressus tuos in Catholicæ ueritatis solidissimo feruore Confirmet. Hæc est enim quã corde gesto, ac ore profiteor, & de qua puto scriptum fuisse.* Pater filiis notam faciet ueritate sua, *quam cum ab ineunte ętate non recepissem sed sub Iudaicæ cæcitatis perfidia nat⁹, sacras literas non a sacris doctoribus didicissem ab erroneis magistris erroneos sensus trahebam, literam rectam no rectis cauillationibus (ut cæteri illius perfidiæ duces) temerariè inuoluere satages. Cu uero placuit illi cui⁹ misericordia mensuram non habet, me a tenebris ad lucem, a caliginoso turbine ad serenum aerem reuocare, ceciderunt quodammodo squamæ de oculis metis, & cœpi scripturam sacram aliquanto studiosius relegere, & iam non perfide sed humiliter veritatem inquirere, & ingenij mei uiribus no confidens toto corde à domino postulare, ut quod salubrius animæ meæ esset, cordi meo infigere dignaretur, nocte dieque eius auxilium præstolabar. Sicque factum est, ut Catholicæ fidei desideriu in mete mea de die in diem fortius incadesceret, quo in ipsam fidem quam corde gerebã, publicæ profiteret: & ea fere ætate qua tu nunc es, Baptismi sacrametum in huius ecclesiæ sacro fonte suscepi, Pauli nomen assumens, te nunc infantiæ innocetia gaudente, qui post me in ætate illa tenera sacro lauacro ab originali culpa mudatus es, antequã actuali inquinari valuisses nome Alfonsi suscipiens, priusquam literas nominare nouisses. Procedete vero tempore sacrarum literarum studio insistens, utriusq; testamenti lectioni operam dedi, & interdu a magistris viuentibus audiendo. Sæpe sanctoru doctoru aliorumq; insignium virorum, qui ab hac vita transierunt oper relegedo, diuina donãte clemetia qui prius fueram magister erroris, factus sum discipulus ueritatis: quousque ad hãc quam uides senectutem accessi. Et (ut uerum tibi fatear) inter pressuras seculi, & curias nostræ curas, quib. quandoq. uentilatus sum, hæc fuit præcipua delectatio mea, hoc singulare solatum meu, æternum, & immutabilem Deum, eiusque mirabilia opera in sanctæ, & immaculatæ legis sua lectione cotemplari. Nec tamẽ hi quos prosperos uulgus appellat successus defuerut. Nam me licet prorsus immeritum, no ad paruum ecclesiæ gradum diuina gratia sublenauit. Primo enim ad Carthaginiensem, deinde ad hanc Burgensẽ sedem promotus, amplissimis ecclesiæ Dei fauoribus sum nutritus, ecclesiasticis etiam secularia adiecta sunt: tam in domo gloriosæ memoriæ illustrissimi regis Currici: quam eius illustris plantæ inclyti regis nostri prægrandi officio suscepto satis familiariter sum uersatus. Fratrem vero tuum primogenitum, ac te quam clementer quam pie omnipotentis clementia tractauit, ego non referam, uos ipsi cognoscite. Vnu est quod silentio committere non possum, nobis ex Leuitico sanguine descendentibus aliquantulum demonstratum fuisse, quod ante tot secula scriptum est,* tribui Leui non fuisse datam possessionem. quia dominus est possessio eius, *Deus enim est possessio nostra, Christus hæreditas nostra, qui purgaturus filios Leui, ut sacrificia domino in iustitia offerret, uoce prophetica antiquitus prædicatos: his tam diebus manibus nostris sacrificium verum tractari permittit, vtinam sic acceptans, sicut, & tolerans. Nec nolo ista me putes superuacue iactanter ve inseruisse, utramque meam frustra annunciasse tibi, cum non super uacuum, animo necessarium rear omnipotentis beneficia cognoscere, & arrogantiæ attribuendum non est insinuatis propriæ aperta, & infecta confessio. præsertim cu tibi loquar, a cuius memoria hæc excidere nullo unquam tempore uellem. Nec enim puto me satis gratum tantorum beneficiorum receptore agere, si cum uita mea illorum recognitio quiescat. Tibi autem non abs re inter cæteros hæc libenter enarro, ut q beneficio ætatis non vidisti, saltem a patre audiens memoriæ tradas, iunioribusque quæ forsan non audierunt, cum horum occurrerit sermo, frequenter enarres, vt & illi enarrent filiis suis ne obliuiscantur operu domini*

A mini, sed legem eius exquirant. Cuius clariori exquisitioni, fili charissime, cum ... modicum conseruant studium, & disciplina, ad quæ te (licet ... a pueritia occupatum) interdum anhelare conspicio & inter studia iuris, & disceptationem forensiū occupationes, utriusque testamenti spicas quasi furtim ruminare tentanti aliquo munusculo excitare sæpe proposui, & desiderium que tuum paterno fauore iuuare.

Et quoniam inter innumerabilia pene opera, quorum varietate diuina scriptura circundata refulget, Postilla Nicolai de Lyra tam sui recentia, quam digna celebritate clarescit, qui utriusque testamentū studiosè discutiens, literalē sensum, qui inter cæteros præcipuum est, copiosa luculentia tradidit: hanc tibi donare proposui. Et cum infirmitatis humanę periculo detentus, dierum meorum finē suspicarer: Memor sum illā tibi ex Bibliotheca mea electam, ia bis prælegisse. Cum vero summi patris clementia uitam meam misericorditer prorogauit, visum mihi est, vt quod legare conceperam inter viuos, nunc nude donarem, sed paterna additamenta paterno munusculo cumularem & in Gazophilacio eius, qui vitæ dies addidit, etiā si modicū aliquid superadderē. Nec enim quia multa dare non possumus, manū ex toto retrahere licet. Vnusquisque .n. tanti debitor est, quantum ingenij sui uires exsoluere ualent, nec quisquam apud Deum soluendo non est, cum vltra facultatem non petit nec opulentior debitor est, cum nihil habeat quod non receperit, sed misericordia eius his quæ possumus contentatur. Iustitia enim omnia quæ valemus trāscendit, Cum ergo Postillam hanc discurrissem, & si solennissime & mirada copiositate scriptam cōspicio: quia tamen nullū opus humanum adeo perfectū est, quin ei superaddi aliqui possit. Et de sola scriptura diuina scriptum est. Ne addas quicquam verbis illius expedire putaui aliquibus in locis aliqua additare, in illis permaxime, vbi sanctorū doctrinas aliquatenus prætermissa conspexi. Nec fuit propositi mei curiose inquirere quid supplerem, sed libenter sine supplementis transiui, nisi ubi ipsa me supplementa uocarunt. Quare nec uolumen proposui scribere, nec libri nomine gloriari, sed postillam ipsam cum pacis admodū additionibus in margine transcripts tibi donare, vt & ipsi nouitij studentes facere solent, qui cum librum aliquem effectuose perlegunt, aliquibus glosulis sæpe manu propria cōscriptis margines occupant, ut firmius memoriæ quod legerint, tradāt. Nondum tamen vt proposui, totā postillam discurrere valui: Tū ætatis pondere, & passionum illi adhærentium grauitate: Tum tarditate ingenij: Tum etiam occupationum multitudine, & humanorum casuum varietatibus obsistentib. quæ his in partibus nonunquam abundant. Sed licet aliqua ex parte nondum perfecerunt, quod transcursum est confestim dono, reliquum si Deus compleri permiserit donaturus. Nec enim imperfecti occasione quod scriptum erat retinere, uolui, imo in quasdā arras cōmercij nostri illico tradere. Hoc est ergo fili mi testamētum meum, hi sunt codicilli mei, hoc ex illis prælegatum agnosce, vt in lege domini sit uoluntas tua, & in lege eius mediteris die ac nocte. Meditationem vero tuam, hac, & similia relegendo, puriorē perfecto, & suauiorem efficies gratanter. Igit donū hoc tui parētis paterna accepta affectiones & læta manu donatū. Sed omittamus hæc, & omnipotentis Dei cuius oppus aggredimur, & a quo, & cum quo omnis sapientia fuit semper, & est ante æuum, auxilio humillimis precibus inuocato quæ adhuic postilla addidimus, stilo plano, omni uerborum flore deposito exprimētes, manū aratro iā ponam.

B

Prou. 30. a.

Super prologum primum postillæ qui incipit, *Hæc omnia liber vitæ*. Similiter super secundum prologum eiusdem postillæ qui incipit *Vidi in dextera sedentis super tronum, &c.* Sequitur additio super vtrumque prologum.

Literalis sēsu an cæteris sit dignitos.

C

QVONIAM intentio postillatoris pręcipue versatur circa sensum literalē, ideo ante omnia quærendum uidetur, vtrum sensus literalis cæteris sensibus sacræ scripturæ sit dignior, & videtur ꝙ non. Nam secundum Apostolum .ij. Corin. 3. b. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Sed sensus literalis proprie fundatur in litera. Sensus uero spiritualis fundatur proprie supra significationem spiritualem, qua res significatæ per literam vlterius alias res significant, ergo sensus literalis sacræ scripturæ nō uiuificat, sed occidit, & per consequens nō est dignior cæteris sensibus. Præterea dignior est doctrina quę habetur per sensus spirituales quam illa quę habetur per sensum literalem, ergo spirituales sensus sunt digniores Tenet consequentia, quia quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. ad Rom. 15. a. Assumptum probatur Nam per sensum allegoricum habentur quę sunt credenda, quod pertinet ad fidem Per sensum anagogicum, quę sunt speranda, quod pertinet ad spem. Per sensum vero tropologicumque sunt agenda, quod pertinet ad charitatem. In quibus scilicet tribus virtutibus proprie Deus colitur secundum Aug. Per sensum uero literalem habetur historia tantum. Quod autem per prędictos quatuor sensus intelligantur quatuor prędicta. patet per uersum allegatum in prologo postillæ, & est communis scientia expositorum, in quo uersu dicitur, Litera gesta docet quid credas, allegoria. Tropologia quid agas, quid speres anagogia,

D

anagogia, Præterea secundum philosophum 1. Posterio. Vnum quodque propter aliud, & illud magis sed sensus literalis est propter sensum spiritualem, igitur sensus spiritualis est dignor, consequentia tenet, & antecedens pro secunda parte probatur. Nam sensus literalis se habet ad sensus spirituales, sicut fundamentum ad ædificium prout ponit postillator in secundo prologo. Constat autem quod fundamentum est propter ædificium, & non econtra. Præterea, sensus literalis accipitur secundum primam significationem literæ qua uoces significant res, prout communiter tenetur, & postillator ponit in primo prologo, sed secundum primam significationem quæ uoces res significat multa falsa reperiūtur in sacra scriptura, specialiter attribuendo Deo quod Deo minime competit, sicut motus localis, vt Gene. 11. descendit Deus vt videret ciuitatem, & turrim, &c. & sic de multis alijs, quæ tamen in sensu spirituali non reperiuntur, ergo sensus literalis non est dignior. Preterea illa quæ sunt interiora tam in corporalibus quam in spiritualibus exterioribus sunt digniora. In corporalibus enim illa in quibus principaliter consistit vita animalis sunt in interioribus eius partib. sicut cor. Idē etiam patet in spiritualibus. s. quod illa quæ sunt interiora fortiora sunt, et in dignitate potiora sicut patet in tabernaculo fœderis, in quo arca testamenti ponebatur in loco interiori qui dicitur sancta sanctorum. Cętera vero in locis magis exterioribus secūdum gradum sanctitatis eorū, ut patet Exo. 40. similiter. 3. Reg. 8. Idem patet in sacramentis ecclesiæ in quibus inuisibilis gratia quæ interius datur, dignior est quam visibilis forma quæ apparet exterius. Cum autem sensus literalis dicitur scriptus esse in libro foris, sensus uero mysticus intus, patet Apoca. 5. a. in autoritate allegata per postillam, ubi dicitur, Vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & foris. Consequens est ꝙ sensus literalis sit minoris dignitatis respectu sensus spiritualis. Pręterea notitia humana communiter procedit a minus perfectis ad magis perfecta, prout patet non solum in humanis scientijs, quæ procedunt ad sensib. & particularibus, & terminantur in summis rerum causis, sed etiam in his quæ ad noticiam diuinorū pertinent, Vnde Ro. 1. c. Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur. Sed in studio sacræ scripturæ incipiendum est ab intellectu sensus literali, ut postillator dicit in summa, ergo sensus literalis non est dignior. Præterea ille sensus scripturæ debet dici dignior qui alterius defectum supplet, sed sensus spiritualis quādoque supplet defectum literalis sensus Dicit enim Greg. in moral. Cum ordo historiæ deficit, sese nobis intellectus mysticus quasi apertis iam foribus ostendit, ac si patenter clamet, quia rationem literę defecisse cognoscitis restat vt ad spiritualem sēsum sine dubitatione redeatis, ergo literalis sensus non est dignior quam spirituali. Sed contra. Sensus ille ad quem tantum pertinet honor sacræ scripturæ, proprie debitus, est ceteris sensibus virtuosior seu dignior, cum honor sit præcipuum signum virtutis, ut in 1. Ethi. Sed sensus literalis sacrę scripturę est huiusmodi, ergo sensus literalis inter cæteros est dignior minor patet secundum Aug. epistola ad Hiero. Solum enim scripturarum libris qui canonici appellantur hunc honorem didici deferre ut nullum autorem eorū scribendo errasse aliquid firmissime credam. Constat autem quod hunc honorem non habet sacra scriptura secundum sensum spiritualem, quia si sic ex tali sensu spirituali posset sumi efficax argumentum, quod esset contra Aug. in epistola ad Vincentium Donatistā dicentem, quod ex solo sensu literali argumentum efficax sumitur. In hac quæstione sex videntur consideranda. Primum quis dicendus sit sensus sacræ scripturę literalis, & quis spiritualis. Secundum, an quilibet passus seu textus sacræ scripturæ exponatur quadruplici sensu supra tacto. Tertium, an cuiuslibet passus seu textus sacræ scripturę sit tantū unus sensus literalis, vel quandoque plures. Quartum posito quod aliquando vnus textus seu vna autoritas sacrę scripturę habeat plures, quis eorum est alteri præferendus. Quintum, an ex quolibet sensu literali possit sumi efficax argumentum. Sextum, respondendum est ad quęstionem, &c.

E

oppositi probatio.

F

Quis sensus literalis & quis spiritualis.

Circa primum scilicet quis dicendus sit sensus sacræ scripturæ literalis & quis spiritualis, Dicendum quod sensus literalis quandoque dicitur ille secundum quem aliqua historia narratur ad literam, & hoc videntur sonare verba Gre. in 3. Mor qui de sensu literali loquens dicit. Dum narrat gestum prodit mysterium. Similiter, & in versu prealleg. dicitur Litera gesta docet. Sed secundum hoc sola historiali sacræ scripturæ dicerent habere sensum historialem vel literalē, non aūt doctrinalia seu prophetica & huiusmodi, Cū in talibus non videtur narrari aliqua historia, sed hoc est contra communem sententiam expositorū, qui communiter autoritatibus sacræ scripturæ sensum literalem attribuunt. vnde aliter, & magis proprie dicitur sensus literalis. s. ille qui habetur per significationem literę voces significant res, Ille autem dicitur sensus spiritualis qui habetur per significationem rerū significatarū per uoces, ut in prima parte. q. 1. artic. vlt. Et est ista communis quam sequitur Postillator in prologo, Sed attendendum est, quod per prędicta non habetur desinitio seu descriptio adęquata sensus literalis, de quo hic agitur. Sunt enim quędā in sacra scriptura tradita, quę si accipiantur secundū significationē qua uoces cōmuniter significant res essent falsa, vt patet in locutionib. parabolicus, & huiusmodi, ut infra patebit Vnde addendū est p̄dictis, quod sensus sacræ scripturę ad hoc quod literalis dicitur, requiritur quod sit intentus ab authore sacrę scripturę qui est Deus. Cuius rō est,

nam

A nam sensus literalis cuiuscunque scripturę est ille quē autor intendit cum voces sint earum quę sunt in anima passionū notę, vt in prima. Periermenias. Sed constat quod autor sacræ scripturæ est Deus, & sic patet quod sensus literalis de quo agitur, est ille qui à Deo intēditur, & per voces in litera cōtēta signatur. Ex quib. sequitur quod sensus literalis sacrę scripturę non debet dici ille sensus qui in aliquo repugnat ecclesiæ autoritati seu determinationi, quātuncūq. talis sensus sit conformis significationi literę, talis enim sensus nō solum non intenditur ab autore, sed potius est hæreticus. vnde Hier. quicunque aliter scripturam intelligit, quā sensus spiritussancti efflagitat, à quo scriptura est, hæreticus appellari potest, quod intelligitur de illo qui ad hoc expositionē sacræ scripturæ retorquet, φ contrariatur ei quod per spiritūsanctū reuelatū est, Vt secunda secūdæ q. 11.

Sequitur etiam quod nec habendus est pro sensu literali ille, qui rationi rectæ repugnat, talis enim sensus nō intenditur ab autore, scilicet, Deo qui est prima veritas, à quo omnis veritas deriuatur, & ideo Augu. sup Gene. ad literam, cum scriptura diuina multipliciter exponi possit, nulli expositioni aliquis ita præcisè inhærat, quod si certa ratione constiterit hoc esse falsum, quod aliquis sensum scripturę hunc asserere præsumat. Ex hoc enim scriptura ab infidelibus derideretur, & eis præcluderetur via credendi. Hæc ille. Idem etiam est dicendum de sensu spirituali sacræ scripturæ, qui per significationem rerum per voces in litera contentas significatarum habetur: scilicet, quod talis sensus non debet repugnare autoritati ecclesiæ, nec rectæ rationi, quia si sic talis sensus spiritualis non esset atribuendus sacræ scripturæ, à Deo (qui est summa veritas) reuelatæ.

*An quilibet passus sacræ scripturæ recipiat quadruplicē expositionem.*

Circa secundum, scilicet, an quilibet passus seu textus sacræ scripturæ exponatur quadruplici sensu suprà tacto: Dicēdum quod non: Dicit enim Aug. 2. super Gen. In quibusdā solus sensus literalis quærendus est. Quod patet manifestè. Sunt enim multa in libris canonicis tā veteris testamenti quam noui, quæ non habent nisi tantum modo sensum literalem. Quod patet in multis, & specialiter in duobus preceptis charitatis, in quibus tota lex pendent, & prophetæ, vt habetur Matth. 22. d. Licet enim in his B præceptis, scilicet: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & diliges proximum tuum sicut te ipsum, multa cōtineātur exponenda. seu exponibilia, tam ad obiectū charietatis quam eius actum interiorem seu exteriorem, quàm etiam ab eius ordinē, & alia huiusmodi pertinentia, omnia tamen illa pertinent ad sensum literalem tm. Nō enim in hoc loco res significatæ per hanc vocē Deus, seu per hanc vocē proximus, & per hanc vocē diliges, iterū res alias significans, à quib. reb. sic signatis sensus spiritualis vlterius accipiatur: vnde totum quod in expositione horum preceptorum traditur; ad sensum literalem eorum tantum modo pertinet. Et sic communiter de alijs præceptis moralibus veteris testamenti & multis alis passib. quos causa breuitatis omitto. In Euangelijs etiam multa traduntur, quib. nō oportet assignare sensum mysticum, sed tantum literalem, sicut in his quæ traduntur vt precepta, vt cum Ioan. 14. a. dicitur: Creditis in Deum, & in me credite, & similib. Similiter in his quæ dantur vt consilia, sicut cum dicitur Matth. xix. c. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, In quibus & similibus non est quærendus sensus spiritualis qui ex rebus signatis per voces accipiatur, sed tantum sensus literalis qui ex significatione vocum accipitur, vt est manifestum. Similiter cum Luc. 8. b. Christus interpretatur parabolam suam, dicens, Semen est verbum Dei, &c. manifestum est φ illa verba interpretatiua nō oportet quòd habeant alios sensus spirituales, cum ipsamet interpretatio sit expositiua parabolę præcedentis. Similiter epistolæ Pauli quæ vna de C præcipuis partibus noui testamenti censeri debent per totum ferè sensum literalem tantummodo habent. Loquitur enim ibi tanquā doctor vniuersalis ecclesiæ, exponens & concordans vtrumq; testamentū. Licet enim in ipsis epistolis profunda & difficilia ad fidem pertinentia & vtriusque testamenti declarationem tradantur, non tamē allegoricè vel anagogicè traduntur, sed tantum literaliter, ipse enim historialiter loquendo seu literaliter ostendit de quibusdā scripturis quomodo sint intelligendæ in sensu spirituali, vt cum Gal. 4. dicit de duobus filijs Abrahæ quæ sunt per allegoriam dicta. Non ergo verba Apostoli sunt allegorizanda seu moralizanda & huiusmodi, sed potius enucleanda, vt ex ipsis veri sensus literales extrahantur, ex quib. discursiue procedendo multa magna & profunda inferuntur argumentatiue, sicut in alijs scientijs humanis ex certis & veris principijs multa discursiue inferuntur, prout in. 1. par. q. 1. ar. 7. quæ quidem omnia ad literalem sensum pertinent, à quo rectè deducuntur.

Et sic patet φ non quilibet passus sacræ scripturę quadruplici sensu sit exponendus. Sed prout sanctus Tho. notabiliter tradit. 7. quolibeto. q. 24. Sacra scriptura quandoque est exponenda istis quatuor sensibus, quandoque tribus, quandoque duobus, quandoque vno tantum. Vnde ea quæ secundum literalem sensum ad facta veteris testamenti spectant, possunt, quatuor sensibus exponi, similiter ea quæ ad literam de Christo capite dicuntur possunt exponi literaliter de Christi gestis. allegoricè referendo ea ad corpus eius mysticum, & moraliter eadem referendo ad actus nostros qui secundum ipsum debet regulari, & anagogicè inquantum in ipso Christo est nobis iter gloriæ demonstratum. illam autem quæ secundū literalem sensum dicuntur de ecclesia, possunt exponi moraliter & anagogicè. Et vero quæ secundum literam moraliter dicuntur, non consueuerunt exponi nisi anagogicè. illa vero quæ secundum sensum literalem pertinent ad statum gloriæ, nullo alio sensu consueta sunt exponi, eo φ ipsa non est figura aliorum, sed ab omnibus alijs figurata. Quæ quidem omnia & alia ad hoc pertinentia plenius in dicta quæstione declarantur. D

*An cuiuslibet passus sit tantum vnus sensus literalis.*

Circa tertium, scilicet an cuiuslibet passus seu textus sacræ scripturæ sit tantum vnus sensus literalis, Et videtur quòd non. Nam secundum Augustin. lib. de vti cre. Ad sensum literalem pertinent tria: Quorum primum est, cum litera simpliciter exponitur. & hunc dicit sensum historicum. Secundum est, cum causa huius quod in litera continetur, assignatur seu exponitur, quem sensum vocat Etymologicum. Tertium est, cum veritas illius literę ostenditur veritati alterius scripturæ non repugnanre: vocat anagogicum. Verbi gratia, cum legitur Genes. 2. capit. Aedificauit dominus Deus costam quam tulerat de Adam in mulierem, &c. Sensus historicus illius dicti est, cum simpliciter exponitur quod in litera continetur. Sensus verò Etymologicus est, quando redditur causa quare de latere viri formata sit mulier, & non de alia parte corporis. Similiter quare dormienti & non vigilanti subtracta sit costa, prout tractatur in secundo distinc. 18. Sensus verò Anagogicus est, cum ostenditur quòd veritas huius dicti nō repugnat veritati alterius scripturæ, vbi diditur Genes. 1. d. de Creatione hominis, Masculum & fœminam creauit eos, &c. Ex qua litera apparet quòd simul in eodem tēpore fuerunt masculus & fœmina humanę speciei creatæ, & nō successiuè, sic vt fœmina esset post creationem masculi de latere eius subtracta.

Sed bene attendēti, ex hac consideratione Aug. non habetur quòd sub sensu literali contineantur tria genera expositionum, sic quòd qualibet illarum sit sensus literalis propriè. Sed prima expositio est tantum sensus literalis. Secunda verò est redditiua causa ipsius literalis sensus. Tertia verò est solutiua contrarietatis illius. Vnde secunda & tertia expositio licet pertineant ad sensum literalē eo quòd per eas magis perficitur seu elucidatur, non tamen sunt sensus literales propriè dicendi. De quibus tribus generibus expositionum ad sensum literalem pertinentium potest E intelligi illud. 2. Esd. 8. b. vbi dicitur, Et legerunt in libro Legis Dei apertè & distinctè, & apposuerunt ad intelligendum. In hoc enim quòd dicitur, legerunt in libro aperte potest intelligi ipsa expositio literæ, quæ est quasi ianua omniū expositionum sequentium, sine cuius apertione non potest quis rectè intrare ad alias expositiones. Cum autem dicitur, Et distinctè, intelligitur sensus anagogicus ab Aug. nominatus, quia per proprias & veras distinctiones soluuntur contrarietates, quæ in sacris scripturis quandoque apparent. In hoc autem quod sequitur. Et apposuerunt ad intelligendum. potest intelligi notitia causę legis seu historiæ, vel alicuius dicti sacræ scripturæ. Cūenim intelligere sit intus legere, ille qui per cognitionē effectus deuenit ad notitiam causę, proprie dicitur intelligere, qui quidem sensus vocatur ab Aug. Etymologicus.

Sed vlterius attendendum, quòd sub quolibet genere prædictarum trium expositionum ad literalem sensum, vt dictum est pertinentium, possunt esse multæ species, Potest enim non solum vna causa, sed plures vnius dicti assignari, similiter & non solum vno modo soluere contrarietates sed pluribus vt est manifestum.

Item quantum ad simplicem expositionem scripturæ, quæ ex primaria vocis significatione consurgit, manifestum est quòd plures sensus literales traduntur non solum ab expositoribus seu scriptoribus communiter, sed etiā a doctoribus sanctis, vt patet Gen. 1. in quo loco, vt magister dicit in secundo, di. 13. Quidam sanctorum patrum qui verba Dei atque arcana scrutati sunt, quasi diuersa videntur scripsisse. Et sic patet quòd non cuiuslibet textus sacræ scripturæ sit tantum vnus sensus literalis.

F Si autem dicatur contra hoc, quòd licet diuersi diuersos sensus attribuant alicui literæ sacræ, non ex hoc sequitur quòd sint plures sensus literales talis literæ, sed tantum ille est literalis quem intendit autor. Ad hoc dicendum φ secundum Sanctum Thom. in prima par. q. 1. quia autor sacræ scripturæ Deus est, qui simul omnia suo simplici intellectu cōprehendit, non est inconueniens vt Augustinus dicit in 3. confessi. si etiam secūdum literalem sensum sacræ scripturæ plures sint sensus, quod intelligendum est dum tales sensus sint literæ conformes, & φ determinationi Ecclesiæ seu rectę rationi non repugnent, vt dictum est, similiter & φ sint inuicem compassibiles. Cum autem contingat duos sensus literales secum impassibiles alicui sacræ auctoritati attribui, necesse est dicere φ tantum alter eorum est literalis, sicut cum Daniel. 10. de Principe Regni Persarum traditur a Beato Gregorio in morali, φ esset Angelus bonus qui Regno Persarum præsidebat. Alii vero dicunt oppositum, & sic contingit in multis alijs.

*Virtus seu capacitas literalis.*

Item attendendum est, φ sensus literalis sacræ scripturæ tantæ capacitatis est seu virtutis, φ in eo continentur virtualiter omnia ad fidem seu bonos mores & virtutes pertinentia. Vnde magister qui patrum sententias breui volumine compilauit, in cuius voluminis expositione doctores postremi seu scriptores omnia quodammodo Theologica introduxerunt. in huius sensus literalis testimoniis totum suum opus fundauit. Dicit enim in suo prologo sic, Volumen Deo prēstante compegimus ex testimonijs veritatis in æternum fundatis. Constat autem φ testimonia veritatis in æternum fundata, sunt testimonia sacrę scripturæ secundum literalem sensum sumpta, ex quo sensu solo testimonium potest accipi seu argumentum secundum Aug. vbi supra.

Sed

Sed circa hoc considerandum quod non omnia quę secundum sensum literalem ex sacra scriptura habetur, sunt immediata, sic quod ex prima ria literarũ significatione intelligantur, sed requiritur quandoq; additio alicuius ueri, ex quo vero adiuncto sensui literali aliud uerum deducat. Sicut cum Christus. Lu.xx.g. ex testimonio literæ dicentis. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, concludit contra Saducæos, aliam vitam esse negantes hominũ post præsentem. Sic arguens. Est De⁹ mortuorũ vel viuorũ, q.d. cũ ex sensu literali habem⁹ de Deo, & sit Deus Abraham, &c. Et ratio dictat, quod Deus dicitur esse Deus respectu alicuius existentis in rerũ natura. Ergo sequitur quod Abraam, & Isaac essent in rerum natura quod negabant Saducęi. Constat aũt quod hæc conclusio nõ deducitur ex sensu illius literæ. Deus Abrahã, Deus Isaac. &c. nisi addatur alia propositio vera supradicta, & sic patet intentũ. Et potest etiam contingere, qđ talis conclusio ex una deductione uel ex pluribus successiuis ex sacra litera concludatur sicut contingit in scientijs seu artibus humanis liberalibus, quod aliquæ conclusiones statim a principijs naturaliter notis deducuntur. Aliæ vero ex multis medijs inuicẽ ordinatis, ut est manifestum. Sensus ergo literalis verus qui ex primaria significatione literæ consurgit, dicendus est primus sensus literalis. Alij vero subsequentes sunt sensus secundarij, quorum certitudo a certitudine primi sensus dependet, qui sensibus secũdarijs est certior, sicut prima principia naturaliter nota cęteris ab eis deductis certiora sunt. Quæ quidem consideratio attendenda est in multis passibus sacræ scripturæ.

*Quis literalis sensus in exponendo sit præferẽdus.*

Circa quartum.s. Cum plures sensus de una autoritate sacræ scripturę literales traduntur, quis illorum alijs sit præferendus? Dicendum qđ in hoc non uidetur quod possit dari vnica regula generalis. Sed sunt quædam circa hoc consideranda, præsuppositis his quæ supra in articulo primo de sensu literali dicuntur. Primum est, quod ille sensus uidetur præferendus, cuius sententia magis innititur rationi. Vnde in decretis di.xx.c. decretales. Quo.n. quisque magis rationi innititur, eo maioris autoritatis eius verba esse uidentur. Itẽ sensus ille uidetur alijs præferendus esse qui magis consonat literę. Vnde fm Aug.in.3.de doctrina Christiana. Dubia sunt determinanda secundum sñiam, quæ de scripturarum planioribus locis accipitur. Constat aũt quod planiora loca sunt illa quæ planius literæ consonant. Itẽ præferendus est cæteris paribus sensus literalis qui à sanctis doctoribus traditur, cæteris sensibus ab aliis expositoribus traditis, vnde in decretis c. allegato, In sacrarũ literarũ expositionibus sancti doctores summis põtificibus præponũtur, & a fortiori aliis scriptoribus. Itẽ ubi duo sensus literę habentur, quorum neuter repugnat ecclesię autoritati, nec rectæ rationi, unus tamen traditur a Catholicis, & alius ab infidelibus, præferendus est sensus Catholicorum: Tum quia magis præsumendum est, quod illi qui in gremio ecclesię sunt, cui Christus promisit spiritum veritatis, cerũ intellectum sacrę scripturæ habent quam infideles qui veritati fidei communiter aduersantur. Tum ne ad hoc detur in fidelibus occasio non credendi, quod ipsi melius sacram scripturam exponant quàm catholici. Vnde Leo Papa in quadam epistola ad episcopũ Alexandrinum dicit, quod inimici crucis Christi factis, & uerbis nostris insidiantur, ideo nullã eis uel tenuẽ occasionẽ demus. Qua ratione uidetur quod cũ aliqua litera sacræ scripturæ eoẽ modo exponitur à Catholicis & ab infidelibus, tunc autoritas talis expositionis attribuenda est Catholicis, & non infidelib. ratione prædicta, pręsertim si talis expositio prius emanauit a Catholicis. Cuius contrariũ reperitur aliquo modo in postilla sicut patebit infra. Genesis.1. vbi quæritur, quare in secunda die non dicitur. Et vidit Deus quod esset bonum, sicut in aliis diebus. Quia tamen vbi pluralitas sensuum literalium occurrit, raro contingit, quod vnus prædictorum sensuum cæteris pręcellat secundum omnia dicta, sed potius vnus illorum sensuum præcellit uno modo, & alius alius alio. Idcirco in talibus uidetur habere locũ illud ad Ro.14.a. Vnusquisque in suo sensu abundet, salua semper sanctorum reuerentia, & autoritate.

*An ex quolibet sensu literali possit sumi efficax argumentum.*

Circa quintum scilicet an ex quolibet sensu literali sacræ scripturæ possit sumi efficax argumentum? Dicendũ quod licet à solo sensu literali sacræ scripturæ possit sumi efficax argumentum vt patet per Aug. vbi supra, non tamen ex quolibet sensu literali sacræ scripturæ sumitur argumentum. Nam cum sint multi textus in sacra scriptura, qui diuersimode etiam a sanctis Doctoribus exponuntur, vt supra articulo tertio, sequitur quod ex nulla talium sensuum possit sumi efficax argumentum, quia sic argueretur quasi a disiunctiua ad alteram partem. Bene tamen si huiusmodi sensus diuersi in aliquo concordant, potest sumi inde efficax argumentum saltem ad hoc in quo cõcordant, sicut. Dan.9. in computatione 70. hebdomadarum, vbi licet expositores tam Hebręi quam Latini diuersimode se habeant non solum in termino a quo hebdomadæ habent initium, sed etiam in progressu computationũ, quia tamen secundum omnes terminus vltimus earum iam longe transiuit in præteritum, ideo ex ipsa autoritate argumentum efficax sumitur ad concludendum Christũ iam venisse vt ibidem patebit.

Ex quibus sequitur quod cum sensus literalis sacræ scripturæ in quibusdam locis non sit idem apud omnes, ideo potest contingere quod ex aliquo sensu literali, posset sumi argumentum validum contra quosdam, puta contra tenentes eundem sensum literalem, ex quo tamen sensu non potest sumi argumentum validum contra alios scilicet tenentes aliam expositionem seu sensum literalem, quæ quidem diuersitas sæpius contingit inter nos, & infideles. Sunt enim aliqui textus sacræ scripturæ quorum sensus qui est literalis, & verus apud Catholicos, non sufficit vt ex eo sumatur efficax argumentum contra infideles seu hæreticos, sed ex hoc non tolletur quin talis sensus Catholicorum sit verus, & literalis apud Catholicos consensus Verbi gratia, cum psalmista dicit: Verbo domini cœli firmati sunt, &c. Sensus verus, & literalis apud Catholicos est, quod verbo domini, id est, filio patris [cœli sunt firmati. Quę quidem expositio apud catholicos est quasi necessaria, etiam consona huic qđ dicitur Io.1. Et Verbum erat apud Deum, & omnia per ipsum, id est per verbum facta sunt. Sed ex hoc sensu non sumitur argumentũ efficax contra infideles, non recipientes Euangelium: Illi enim non concedunt aliquam esse distinctionem realem in diuinis, sic vt sit aliqua diuina persona æternaliter procedens ab alio per modum verbi mentalis vnde cum dicitur: Verbo domini cœli firmati sunt. Ipsi dicunt quod hic loquitur psalmista more humano Sicut cum de mandato alicuius domini aliqua fiunt, dicitur quod sunt verbo eius facta. Sumitur tamen ex hac autoritate argumentum validum apud fideles circa distinctionem personarum in diuinis prout in primo Sententiarum, di.2. Ex quo sequitur quod Catholicus exponens istam autoritatem psalmistæ debet eam Catholice exponere, non curans an ex ea posset sumi efficax argumentum contra infideles trinitatem negantes, an non, quia non oportet quod ex quolibet sensu literali argumentum sumatur apud omnes, vt iam dictum est. Quod tamen postillator in hoc loco, & alijs nõnullis videtur obseruare, vt in suis locis patebit. Videtur enim æstimare quod non sit sensus literalis, nisi ille à quo sumitur argumentum validum etiam contra aduersarios, quod tamen non est sic intelligendum, vt dictum est.

*Psal. 32.b.*

*An sensus literalis præstantior sit aliis.*

Circa sextum, s. respondendo ad principale quæsitum videtur dicendũ quod sensus literalis possit cõparari ad alios sensus dupliciter, Vno modo vniuersaliter, s. respectu totius sacræ scripturæ in cõmuni. Alio vero modo particulariter, s. secundum quędam particularia loca sacræ scripturæ. Si primo modo comparatur, & accipiatur sacra scriptura prout est principaliter speculatiua, tunc sensus literalis secundum vnam considerationem est eiusdem dignitatis cum alijs sensib. Secundũ vero aliam considerationẽ est cęteris dignior. Ad quod sciendum quod scientia speculatiua dicitur alia dignior ex duob. Vno modo ex dignitate materię Nam vt dicit philosophus in 11. de animalib. Minimũ quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum desiderabilius est quam certissima cognitio, quæ habetur de minimis rebus. Et secundum istam considerationem sensus literalis, & sensus spiritualis sacræ scripturæ communiter accepti, eiusdem sunt dignitati, De eodem .n. tractatur, fm vtrumque sensũ s. de Deo, & de creaturis, prout in Deum referantur, prima par. q.1. Alio vero modo vna scientia dicitur dignior alia ex certitudine, secundũ quã illa scientia dicitur dignior quæ certior est, & secundum hanc considerationem manifestum, quod sensus literalis est dignior, cum sit cæteris certior. Tota enim certitudo aliorum sensuum sacræ scripturæ à certitudine sensus literalis dependet. Vnde Augusti. de doc. Christiana, Nihil est quod occulte in aliquo loco sacræ scripturæ traditur, quod non alibi manifeste exponatur. Cuius ratio est: Nam spiritualis expositio semper debet habere fulcimentum ab aliqua literali expositione sacræ scripturæ, prout in quolibeto, & quæstione supra allegatis plene traditur. Si autẽ comparetur sensus literalis ad alios sensus secundum quædam particularia loca sacrę scripturę, sic manifestũ est quod in pluribus locis sensus spiritualis est dignior ex eo quod de altiori materia tractat, sicut cum legitur de Abraam Gen.21.b. quod duos filios habuit, &c. Quod exponitur ab Apostolo Gal.4. allegorice de duob. testamentis, vbi patet quod sensus allegoricus ille dignior est quàm sensus historialis illius literæ, & idem patet de multis alijs, Si autem accipiatur sacra doctrina prout comprehendit sub se scientiam practicam, tunc etiam sensus literalis, & spiritualis duplici modo comparari possunt, scilicet vniuersaliter, & particulariter vt dictum est, Si primo modo, tunc sensus literalis, & spiritualis eiusdem sunt dignitatis. Illa enim scientia practica seu ars dignior est, quæ ad vlteriorem finem ordinatur, vt ciuilis militari, vt in.1. Ethi. Constat autem quod finis vltimus totius sacrę doctrinę in quantum est practica, siue secundum sensum literalem, siue secundum sensum spiritualem, est vnus & idem, scilicet, beatitudo æterna. Si autem comparentur secundo modo scilicet, secundum particularia loca, tunc manifestum est quod in quibusdam locis sensus spiritualis est dignior, tanquam propinquior vltimo fini vt patet in multis pręceptis cerimonialibus, sicut cum dicitur Deute. 25.a. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Quod exponitur ab Apostolo.1. Corin.60. spiritualiter, ostendens quod sensus pręcepti illius literalis modicę vtilitatis est, de quo dicit: Nunquid de bobus cura est Deo; An propter nos vtique dicit? & sic de multis alijs. Sunt etiam alię considerationes quibus sensus literalis pręeminet sensibus spiritualibus: Quarum una est ex parte extentionis Sensus enim literalis extendit se ad quamlibet particulam sacrę scripturæ: quilibet enim passus sacrę scripturę habet aliquem sensuum literalẽ Sensus vero spirituales non se intendunt ad totam sacram scripturam, prout patet ex dictis in secundo articulo.

*Speculatiua sciẽtia dignior dicitur altera dupliciter.*

*Sensus literalis alio rum sensuum fundamentũ & certificatio Sẽs' spiritualis sensu literali pręstãtior ẽ &c. Sensus literalis & spũalis sm diuersam considerationẽ sciẽtię variatur.*

Alia

# Prothemata glossę ordinariæ in Genesim.

* A

* Alia vero consideratio est ex parte vniuersalitatis. Sensus enim literalis communior est seu uniuersalior, quia etiam rudes qui ad intelligibilia capienda non sunt idonei, per sensum literalem capiunt spiritualia, saltem sub similitudinibus corporalibus, prout in prima parte. q. prima, art. x. Constat autem prout in 1. Ethicor. quod Bonum quanto vniuersalius tanto diuinius.

Ex hac igitur triplici consideratione, qua sensus literalis cæteris sensibus simpliciter comparatus est dignior, potest quodammodo acicipi triplex ratio ad commendationem huius postillæ, scilicet, magistri Nicolai.

Postillæ recōmendatio ex trib.

Prima est ex parte sensus literalis qui cęteris modo prædicto est dignior. Hæc enim postilla inter alias quæ in communē vsum veniunt magis intendit literalem sensum, cæteris sensib. prætermissis seu ualde modicum tactis, ut ipse dicit in prologo.

Secunda ratio ex parte suæ extensionis. Fuerunt enim aliquæ postillæ solennes de certis seu singularibus libris diuinæ scripturę, quæ se non extenderunt ad omnes libros, Hæc vero se extendit ad utrunque testamentum nihil inde prætermittens.

Tertia vero ratio ex parte suæ vniuersalitatis seu communitatis. Hęc enim postilla saltem in his partibus Hispaniæ, & ut credo Gallię communior est cæteris citra glosam ordinariam. Ad istam enim recurrunt non solum Theologi, sed etiam iuristæ, & alij intellectum sacræ scripturæ planum habere desiderantes.

Sed licet ex prędictis tribus hæc postilla simpliciter est commendanda sunt tamen alia tria quibus videtur saltem in aliquibus locis minus sufficere.

Postillę famosa diuulgatio.

Primum, quia expositiones sanctorum in plurib. locis irrationabiliter videtur postponere propriæ expositioni, & quandoque etiam expositionibus Hebræorum, quod est inconueniens, ut dictum fuit in quarto articulo supradicto. Inter quos sanctos doctores pluris videtur impugnare irrationabiliter sanctum Thomam quandoque expresse, quandoque tacite, cuius sancti doctoris eloquia firmiter credo esse igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata. A quo etiam sancto doctore ipse postillator multa frequenter accipit, licet eum non allegat nisi solum reprehendendo.

Postillę insufficiētia ex tribus.

B

Secundum, quia in litera Hebraica ad quam pluries recurrit, non videtur fuisse sufficienter eruditus, quasi illam in pueritia didicisset, sed de illa videtur habuisse noticiam, quasi ab alijs in ætate adulta mendicato suffragio acquisitam. Quod multum refert in pluribus sacrę scripturę passibus ut in suis locis patebit.

Tertium, quia ut ipse dicit in secundo prologo inter doctores Hebraicos maxime inducit Ra. Sa. qui inter eos rationabilius ad declarationem sensus literalis vt asserit fuit locutus, cuius oppositum est manifestum apud Hebræos Qui licet ipsum Ra. Sa. reputent solennem doctorem in thalmudicis, non tamen in his quę pertinent ad fidei, & sacrę scripturæ expositionem sed potius inter eos reputantur maiores seu solenniores, in huiusmodi expositionibus, quidam alij vt Ra Moy. Aegyptius, & Ra. Moy. Gerunden. & Rab. Abenhazra, & aly prout iam videbitur.

Postillę supletio per Burgēsem Addi.

Vt igitur prædicta & quædam alia magis elucescant, quod valde vtile putatur, considerans vniuersalitatem huius postillæ ad quam etiam infideles quandoque recurrunt, & multoties non ut discant, sed potius ut reprehendant. Nam ut dicit magister in prologo. Dissentientibus voluntatum morib. dissentiens quoq; fit animorum sensus, cogitatur ex zelo diuinę veritatis illam transcurrere, & vbi iuxta modum imbecillitatis meæ aliquid visum fuerit additione egere, in marginib. superaddere, postillamque ipsam cū additionibus tibi, vt in præfatione dicebam, donare. Non tamen me putes vt corrigentem seu temerarie asserentem, quod absit, sed simpliciter tibi alijsque si hoc legerint proponentem, diffinitione, tamen eorum quę per me dicūtur, & ad probationem seu reprobationē, humiliter & deuote relinquo determinationi sacrosanctę matris ecclesiæ & cuiuscunque melius sentientis. Cum autem aliquam additionē huiusmodi legere volueris, oportet vt prius videas sñiam postillę in eodē passu ad plenum, nam quęlibet additio sñiam postillatoris eodem loco supponit pręintelligendam. Nec ignoro, ꝙ non omnib. s. qui forsan legerint hoc placebit opusculum, sed formido vt iuxta Bernardum loquar, me ob hanc rem multorum fore indignationi obnoxium, & ꝙ aliquando superfluus, aliquando iudicabor pręsumptor, Sed quia non vt nouus expositor ausus fuerim mittere manum, nec quicquam post patres quod sit contra patres quinimmo pro patrib. vt arbitror scripsi, sed potius modicum hoc quod videbis plano modo tradidi, profundorum mysteria peritiorib. relinquendo. Cessat ut ęstimo pręsumptionis reatus. Superfluitatis ēt vitium incurrere me non credo, cum non tam intendissem sacram exponere literam, quod iam multi maiorum uostrorum fecerunt, quam de eadem loquendo sumere occasionem: Tum vt senescentis ætatis meę deuotionem excitarem. Tum vt te ad studia nostra monendo in aliquo adiuuarem. Tum ēt quia tecum loqui delectabar, hanc materiam latius vtiliusque inter colloquēdum honestam vtilemque putaui. Si quid tamen superfluitatis præsumptionis ve, & si ego non sentio, tu forsan repereris, solent. n. nonnunquā aliqua vitia pręsertim spiritualia a suis possessoribus ignorari, quæ infinita clementia saluator dignetur ignoscere, tu viro tolera patienter, zelum potius, quam effectum considerans.

C

Additionum legēdi modus.

D

Responsio ad argumenta.

Sol. prima. 2. Cor. 3. D.

Nunc autem ad quæstionem propositam veniamus respondendo ad argumenta.

Ad primum dicendum, quod Apostolus cum dicit. Litera occidit, spiritus autem viuificat, non intendit distinguere inter sensum literalem & spiritualem de quib. hic agitur, sed inter legem veterem quę fuerat data in literis scriptis, s. in tabulis decalogi & in libris Mosaicæ legis, & inter legem nouam quæ fuit data in spiritu, s. in cordibus prout fuit prophetatum Hier. 31. vnde lex vetus dicitur lex literę, & lex noua, lex spiritus. Et quia testamentum uetus cognitionem peccati dabat, ex qua augebatur concupiscentia occasionaliter ex malitia humana, quæ semper nititur in vetitum, non autem dabat gratiam qua homo adiuuaretur ad implenda diuina præcepta. Ideo dicit. Litera occidit, s. lex literę quę occasionaliter occidit modo prædicto: Sed lex noua, qua lex spiritus dicitur, viuificat, inquantum est lex gratiæ qua homo adiuuatur ad implenda diuina præcepta.

Secunda.

Ad secundum dicendum, ꝙ per sensum literalem non solum habetur historiam tantum, s. rerum gestarum, sed ēt quæ sunt agenda, vt patet ex pręceptis charitatis, in quib. secundum doctrinam Christo tota lex pendet. Similiter per sensum literalem habentur quæ sunt credenda, vt de vnitate Dei Deut. 6. c. Audi Israel Deus tuus vnus est, Et de Trinitate personarum, vt Matth. 28. d. Baptizantes eos in nomine patris, & filii & spiritussancti, & sic de alijs, ad fidem & spem pertinentib. vnde secundum Thom. 1. parte, q. 1. art. vlt. in responsione ad primum argum. Nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod scriptura per literam alicubi manifeste non tradat. Vt est sententia Augustini, de doctrina Christiana. Hæc ille. Vnde ex hoc quod in quibusdam locis sacræ scripturæ sensus literalis solum gesta docet. Non sequitur simpliciter quod per sensum literalem non habeantur ea quæ sunt de necessitate salutis credenda, agenda & speranda.

Tertia.

Ad tertium dicendum quod fundamentum in spiritualibus sæpe dicitur esse nobilius seu dignius quam ædificium. Christus enim qui cæteris suppositis ecclesiæ incomparabiliter dignior existit, fundamentum dicitur. vnde 1. Corinth. 3. e. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quod dicitur secundum similitudinem. Nam sicut fundamentum in corporalibus sustinet ædificium, & est prius eo, & ipso deficiente ædificium tendit in ruinam, sic in ædificio spirituali Christus sustinet totum corpus ecclesiæ, & est prior eo dignitate & causalitate, sine quo ædificium ecclesiasticum euacuaretur. Similiter suo modo dicendum est de sensu literali, scilicet, quod est fundamentum, scilicet respectu aliorum sensuum secundum quandam similitudinem. Nam sicut in ædificio corporali fundamento sublato ædificium tendit in ruinam, sic totus sensus spiritualis sacræ scripturæ rueret sensu literali totaliter sublato, cum sensus spiritualis de his quæ ad salutem pertinent fundari habeat in sensu literali, vt dictum est.

E

Quarta.

Ad quartum dicendum ꝙ in sacra scriptura multa traduntur parabolice seu metaphorice, s. sub similitudine rerum corporalium. Et hoc propter duo. Primo propter necessitatem. Secundo propter vtilitatem. Quia enim debilitas cognitionis nostræ quæ a sensu habet initium, diuina intelligere non potest nisi varietate sacrorum velaminum circumuelata, secundum Dion. in 1. de cælesti hierar. Idcirco necesse est quod sub talibus similitudinib. diuina nobis tradantur. In quo etiam est quædam vtilitas, scilicet, rudes qui ad capienda intelligibilia non sunt idonei, saltem sub similitudinib. corporalib. spiritualia proponantur. Vnde saluator Matt. 14. a. postquam proposuit similitudinem, dicens. Exiit qui seminat, &c. postea discipulis ait. Vobis datum est nosse mysterium regni, cæteris autem in parabolis, &c. Vnde secundum D. Tho. in 1. parte, q. 1. art. vlt. responsione ad tertium arg. In talibus parabolicis locutionibus seu metaphoricis sensus parabolicus sub literali sensu continetur. Cuius ratio est. Nam per uoces significatur aliquid proprie, & aliquid figuratiue, nec in talibus est sensus literalis ipsa figura, sed illud quod est figuratum. Non ergo cum scriptura nominat Dei brachium, est literalis sensus, quasi in Deo sit membrum huiusmodi corporale, sed illud quod per membrū significatur, scilicet, virtus operatiua. Et idem dicendum est cum dicitur Deum descendere & huiusmodi, scilicet, quod non est sensus literalis, quod Deus moueatur aliquo modo, sed quod admodum descendentis operetur prouidentiam suam rebus inferioribus applicando, & sic patet quod sensui literali sacræ scripturę ex talibus locutionibus nunquam potest subesse falsum.

F

Quinta.

Ad quintum sciendum, quod si liber sacræ scripturę de quo Ezechielis 2. & Apocalyp. quinto, dicatur, scriptus foris ratione sensus literalis qui dicitur esse potentior, eo quod per voces immediate significatur, & dicatur scriptus intus propter sensum mysticum, seu sensum spiritualem qui est latentior, non tamen ex hoc sequitur quod sensus literalis sit minoris dignitatis vniuersaliter, sed solum particulariter, scilicet, in illis locis seu passibus sacrę scripturæ, in quibus concurrunt duo sensus, vnus, scilicet, spiritualis qui de altiori materia tractat seu vtiliori, & alius, literalis, qui tractat de rebus gestis, quę sunt minoris dignitatis, ut dictum fuit supra. Sed ex hac consideratione habetur quod sensus literalis simpliciter loquendo sit dignior, eo ꝙ eius notitia se extendit non so-

lum ad sapientes qui mystica intelligunt, sed etiam ad rudes, iuxta illud Rom. 1. b Sapientibus & insipientibus debitor sum. Ex quo manifeste sensus sacræ scripturæ dicitur scriptus intus & foris, etiam secundum sensum literalem tantum. Nam vt deductum fuit in tertio articulo huius quæstionis, de his quæ pertinent ad sensum literalem, quædam sunt intimiora quam alia.

Sextum.

Ad sextum dicendum, quod sicut studium humanarum scientiarum incipit a principijs naturaliter notis, sic studium sacræ scripturæ recte ordinatum incipit ab articulis fidei diuinitus in sacra scriptura reuelatis, qui fundantur in sensu literali sacræ scripturę. Ex quib. articulis vna cū alijs in sacra scriptura traditis, seu per veram & rectam rationem inuētis, proceditur ad aliqua alia probanda, sicut Apost. 1. Corinth. 15. ex resurrectione Christi arguit resurrectionem communem, & per istum processum deuenitur ad omnia quę in sacra Theologia veraciter traduntur, quæ omnia reducuntur ad sensum literalem ipsius sacræ scripturę, ut dictum est. Ex quo patet quod studium sacræ scripturæ incipit ab intellectu sensus literalis ipsius primarie sumpto, & terminatur in his quę in eadem sacra scriptura traduntur vel deducuntur ex eis modo prędicto. Cętera autem quę ad sensum spiritualem pertinent fundari habent in prædictis, ut dictum est. Ex quib. patet excellentia sensus literalis inquantū in eo includuntur circa cognitionem diuinam quę est per fidem tam illa quę se habent in alijs scientijs ut intellectus. s. prima principia, quam illa quę se habent ut scientia, scilicet, quę deducuntur a principijs, quod etiā, illa quę sunt de summis causis rerum quæ pertinent ad sapientiam, ut in 3. Ethic. Illud autem quod dicit Apostolus. Rom. 1. c. Inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quæ sunt facta intellecta conspiciuntur proprie intelligitur de his quę cognoscuntur de Deo per creaturas, vt Philosophi cognouerunt: vnde ibidem dicit, Quod notum est Dei manifestum est illis, &c.

Septimū.

Ad septimum dicendum, quod ex illa autoritate Greg. non est intelligendum, s. quod sensus literalis sacrę scripturę, s. qui ab autore intenditur deficiat in aliquo loco, vt vel falsum includat, vel aliquid penitus inutile. Primum. n. esset infirmare totam autoritatem sacrę scripturę, vt Aug. dicit. Secundum contra apostolum sic dicentem. Quęcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Sed quia sensus literalis acceptus a significatione qua uoces significant res quandoque deficit, in tali casu dicit Greg. ꝙ redeundum est ad significationem qua res per uoces significatę aliud ulterius significant, quod pertinet ad mysticam expositionem. Et in talib. sensus literalis principaliter intellectus ab autore, nō est ille qui per significationem uocum primaria intelligitur, sed potius ille qui ulterius per significationem rerum per uoces significatarum habetur. Contingit autem hoc in sacra scriptura multipliciter. Primo in locutionib. parabolicis ut dictum fuit in responsione ad quartum argumentum. Item cum scriptura loquens de uno ad literam transit ad aliud cuius est figura, ut patet in prima regula & ultima beati Isidori, quę ponuntur in secundo prologo huius postillę. Item cum aliqua historia secundum significationem uocum tantummodo intellecta non inducit aliquam instructionem in fidei, seu in morib. utilitatem, neque etiam inducit aliquam honestatem in conuersatione humana, sed potius videtur aliquam speciem mali inducere seu approbare, & ideo in tali historia, requirendus est necessario sensus, secundum mysticam significationem accommodatus & vtilis ad aliquid prędictorū. Iuxta illud Esa. 48. c. Ego dominus docens te vtilia. Et hoc insinuant verba Greg. in prædicta autoritate cum dicit. Cum ordo historiæ deficit. Historia. n. sacra ordinatur ad nostram doctrinam. Cum autem in hoc secundum significationem vocum deficiat, constat quod ordo historiæ deficit, & sic sine dubitatione, redeundum est ad spiritualem sensum modo prædicto, qui in talibus habendus est pro literali. Cuius exemplum habetur iij. Reg. 1. a. in historia de Abisag adducta ad Dauid in senectute sua, prout Hieron. ibidem notabiliter exponit, vide ibi in Additione secunda. Qui quidem defectus in sensu accepto secundum significationem vocum tantum sæpe contingit in sacra scriptura modo prædicto. Vnde in talib. locis recurrendum est ad autoritatem B. Greg. supradictam, quæ valde attendenda est.

## Copia cuiusdam literę, quę contra determinationem prædictæ quæstionis a quodam magistro in sacra pagina de Ordine Minorum, autori additionum fuit missa.

ALME Pręsul, vt alter Symeon annosus famosus studio diuinæ legis, tuam emeritam senectutem obtulisti quasi sacrificium vespertinum, in quo forsan responsum accepisti a Spiritusancto, non videre mortem nisi prius additionib. declaratiuis declarationes literales vtriusque testamenti elucidares, quasi in te esset vena vitę & in lumine tuo lumen illius videretur, idcirco tibi laus & honor in ecclesia sanctorum, sacram scripturam elucidantib. est concessus. Et quoniā, Alme præsul, apex & pastor. peculum & aga alma luciforme proœmialiter introductio tui operis, Additiones nominati, ad manus mei pauperis fratris minoris suspirātis sam in primo, secundo scriptura peruenit. In quo cernens mentis tuæ rectitudinem complanatam ram studio bonæ naturæ legis, quanta interserit Paulus thesaurizandis patrib. filijs, nec minus terminum q̄ōnis, qua quęrit tua ingeniosa solertia dignitatem literalis intelligentiæ abundare alijs sacræ scripturę sensib. Pro cuius parte contra, octo rationib. Achilleis fundamentum firmitatis quæstionatæ veritatis agitasti. Non modicum firmitatem eiusdem solidando, in eo honoris virtuti debiti decisionē assignādo sub numero senario. In quib. omnib. est si magna exuberat vtilitas, attamen non ingeniosa subtilitas mentem reficit eleuatam, non faciat tuæ q̄ōnis determinatio affirmatiuā, cum sua solidatio potius appositum concludat. Quoniam sicut adoratio imaginis non propter imaginē, sed imaginatum fit, sic reuerentia & honor literę propter spiritū, & propter quod vnumquodque, & illud potius. Honor. n. & reuerentia transit in prototypum. Non vrna aurea manente plena, virga & tabulæ propter arcam fæderis, sed arca propter talia reuerenda erat. Quid interiora nisi spiritualis intelligentia? Quid arca nisi litera prospectatur? Quod ad hoc distinctius Ezechielica visio manifestat, cum pulchrius ista depingit, sub metaphora rotæ in medio rotæ. Rotæ in medio rota. litera gratię in litera, legis. quib. non concedit uitam, sed spirituali intelligentię, cum subiungit: Et spi. ui. er. in ro. Hæc enim est vera vita, quam verbum vitæ cæcitati Iudaicæ prædicauit, cum dixit: Scrutamini scripturas, &c. Non satiat etiam primum decisionis, nec secundum, nec tertiū, nec quartum, nec quintum, imo nec sextum, vbi agitur de comparatione sensus literalis ad mysticam sensum, inter quos comparatio non est possibilis, propter gradus diuersarum specierum, extra quod non contingit comparatio propter intensionem gradualem specificę naturæ. Quare ex his dependenter fallit motiuum triplicis cōsiderationis, qua sensus literalis alijs sensibus simpliciter comparatus est dignior, scilicet. ex parte extētionis. Fallit istud cum cuncta sacra eloquia plena sint dominicis sacramentis. Hanc longiorem extensionē spiritus literam cognouit Paulus cū dixit, Omnia in figura illis contingebant, non solum scripta, sed etiam quocunq; modo alio tradita. Et propter hoc etiam fallit secundū, videlicet, ex parte vniuersitatis, quoniam quanto aliquid vniuersalius, tanto communicabilius.

Sensus literalis aliis dignior.

Sensus autem literalis propter suam limitationē per doctores famosos, & signantur per doctorem irrefragabilem est incōmunicabilis. Non enim diuiditur, sed bene mysticus multiplicatur. Et ponam multiplicationem doctores, quoniam inquit, aut refert mores aut fidem. Primo modo tropologicus, secundo modo dupliciter, quoniam uel fidē Deitatis uel humanitatis. Si Deitatis, anagogicus, si humanitatis, allegoricus. Tertium autem etiam fallit, quoniam dignitas istorum sensuum attenditur penes maiorem vtilitatem, quæ consequitur maiorem certitudinem quantum est ex se. Non enim certitudo spiritualis intelligētiæ & speculationis, sicut literalis intelligentiæ, sed est certitudo experientiæ & secundum affectum, & per modum gustus, per spirationē & testimonium spiritus sancti. Ex quibus non contingit ratio commendationis postillæ doctori Nicolai, sed confidendo de tui benigna cōditione, cui me deuo te commendo æstimo rationem suę commendationis consurgere ex oppositis additiuis, quibus Nicolaum tam immerite reprehendere niteris.

Commendationis causę unde & quādo sumendę sunt.

Commendatur enim quis ex proprio opere, quare sententias doctorum post posuit quasi impertinentes, & siquidem pertinentes vt auctorizaret opus suū Ecclesiæ doctoribus, a qua non deuiauit. Nec probas, ꝙ dicis verba sancti Tho. esse igne charitatis examinata, cum in pluribus suis determinationib. sint impugnata per plures ingeniosos Theologos, viros admirabiles, quasi in corpore vel extra corpus, scripserint, Deus scit. Cōmendat secundo, & si non proprietate sermonis Hebraici, quem non in lacte suxit, sed a ueritate sententiæ, circa quā non errauit immiscendo illam habitui Theologico qui illum lactauit. Commendatur tertio in eo, quod inter omnes doctores Hebraicos. Rab. Sal. elegit, quoniam inter omnes illum meliorem Theologum inuenit. Ista sic indigesta tuę digestæ prudentiæ (Almæ præsul) scribo calamo breuissimo commendans tuæ ingeniosæ scientiæ defectus calami ignari, attamen Deo teste tibi nunc plusquam uiuenti in seculo officior, cum inter mortales sit nunc virtuosior, & tui reuerentia esset mihi opus tuum assidua diligentia si occurisset mihi sua præsentia. Viue cum gratia, vt uiuas semper in gloria.

## Copia responsionis ad prædictam epistolam.

VENERANDAE religionis vir, frater & amice & charissime, literas tuas me recepisse recognosco, in quarum exordio me alterum Symeonem vocas, cui in nullo me credo assimilari, nisi forte in senecta, vtinam vberi. Sed literarum processu aliqualiter conspecto, te potius vocare possem alterum Samaritanum. Oleum enim laudis cum vino reprehensionis artificioso satis attulisti. De vtraque autem materia plusquam casus requireret credo te attulisse. Non enim talem ac tantum me sentio qualē me scripsisti, nec dicta mea de quib. agitur, inquantum ingenij mei modulus intelligere valet reprehēsione tua, condigna reperio. Si tamen sunt, libenter correctionem recipiam, Non enim uanum nomē acquirere sed veritatē inquirere, propositi mei est. Sed per hoc latius discurrēdo

quan-

A quantum ad primum tuum beneuolum erga personã affectum a quo huiusmodi oleum emanasse concerno, gratiam habeo, & gratiarũ retributione estimo esse condignum. De secundo vero amplector libenter effectum Ferrum enim ferro acuitur, & contrariorum solutionibus veritas magis elucescit. Decreui autem per singula argumenta tua discurrere, & omni rhetorum flore deposito, verbis planis quib. in scientiarum inuestigationib. vti solemus, singulis prout mihi videbitur respondere, obiecti ua uerba tua locio suis repetendi, ut omni confusione semota, singulorum veritas apertius innotescat.

Dicis enim primo de quæstione mea in generali, sic. In quib. omnibus & si magna exuberat vtilitas, attamen non ingeniosa subtilitas mentẽ reficit eleuatam.

Circa quod non modicum de tua discretione admiror, verba enim quę in sacræ scripturæ expositionib. magnam exuberant vtilitatem, quod si non reficiant mentem eleuatam? Quidam enim prophetarum scripsit, Ego dominus docens te utilia. (Esa 48. c.) Vnde nõ dixit subtilia seu ingeniosa talia enim quæ vt dicis mentem eleuatam reficiunt, si contra vtilia distinguantur, potius pertinere videtur ad alta sapere quã ad sobrietatem

Consequenter dicis quod non satiat me quęstionis determinatio affirmatiua, &c. Ex quo uidetur quod non uidisti, uel forte non attente considerasti determinationem meam specialiter in sexto articulo responsali, vbi manifeste habetur quod decisio seu determinatio mea non fuit affirmatiua simpliciter, sed distinctiua. Sunt enim ibi tres distinctiones, sm quarum unam sensus naturalis præeminet, secundum aliam vero est æqualis dignitatis, & secundum aliam etiam minoris dignitatis quã sensus spiritualis. (Philoso. 1. poste.) Cõsequẽter dicis, quod reuerẽtia & honor literę est propter spiritũ, quia propter vnũquodq; & illud magis. B Ex quo conaris cõcludere ꝙ sensus literalis honoratur propter spirituale. Ad ꝙ deducis exẽplũ de arca fœderis cui honor debebatur propter cõtenta in ea, & nõ ecõtra. Frater mi charissime mihi videtur te hic inuoluisse sententias. Si enim ꝑ hoc quod dicis litera, intelligis characteres in tabulis expressos, & per spiritum intelligis sensum per eos signatum, vtique conceditur tibi, sed nihil facit contra me argumentatio. Nam sensus literalis est qui primo per literam intelligitur, & ei debetur honor, potius quam literæ materiali. Si autem per hoc quod dicis litera, intelligas sensum literalem, & per spiritum sensum mysticum seu spiritualem, sic distinguẽdũ est. Nam in quibusdam locis sacræ scripturæ, ut in historialibus veteris testamẽti seu caremonialib. & huiusmodi, dignior est sensus mysticus ꝙ literalis, ut in sexto articulo responsali quæstionis prędictę fuit ostensum, & in talib. potest habere locum exemplum prædictum de arca fœderis. In alijs vero locis vbi sensus literalis solus secundum August. inquiritur, exẽplum nullum uidetur habere locum, vt patet in materia propria de qua loqueris. In tabulis enim testamenti quę in arca fœderis concludebantur nihil aliud continebatur, nisi pręcepta decalogi, quæ quidem pręcepta non exponuntur principaliter seu communiter, nisi secundũ sensum literalem, ad quem omnes expositiones eorum quantumcunque multiplices reducuntur.

Consequenter deducis visionem Ezechielis de rota in medio rotę ad tuum propositum ostendendum, (Ezech. 1. d.) quod manifeste videtur non ualere Si enim hanc visionem allegas secundum literalem sensum, interroga magistrum Nicolaũ, qui literalem sensum maxime sequitur, & dicit tibi ꝙ per quaternarium numerũ animaliũ & rotarum in uisione Ezechielis, intelligitur quaternarius regnorũ succedentium scilicet Chaldæorũ, Persarum, Græcorum, & Romanorum, & sic authoritas tua secundum literalem sensum nihil facit contra me. Si autem eam allegas secundum sensum mysticum seu spiritualem, vide Grego. qui hanc uisionem in Homel. suis super Ezechielem eleganter exposuit rotam in medio rotæ nouum testamentum in medio veteris exposuit. Constat autem quod in vtroque testamento, & per consequens in utraque rota inuenitur sensus literalis. Sed dicis licet in utroque testamento inuenitur sensus literalis & spiritualis uita tamen non conceditur nisi spirituali intelligentię, cũ subditur: Et spiritus uitæ erat in rotis. Audi rogo si per spiritualem intelligentiam solum intelligeres spiritualem sensum seu mysticum exclusiosensu literali, manifeste deuiares à ueritate sacræ doctrinæ.

Constat enim quod omnia quę de necessitate salutis traduntur credenda seu agenda in sacra scriptura, sub sensu literali reperiuntur. Mysterium enim summę Trinitatis & unitatis, quod inter credenda summum tenet locũ, in autoritatib. sacræ scripturæ secundũ sensum literalem intellectis fundatur. Vnde Augustinus tractans de ordine seruando cum de trinitate agitur in 4. lib. de Trinitate sic dicit, primo contra autoritates sacrarum scripturarum, vtrum fides ita se habeat demonstrandum est, deinde aduersus garrulos, &c.

Constat autem quod autoritates sacrarum scripturarum, quæ nos obligant ad credendum in mysterium sanctæ Trinitatis sunt illæ, quę secundum sensum literalem hoc dicunt, tantummodo enim a talibus sumitur efficax argumentum, secundum eundem Augustinum de doctrina Christiana. Vnde omnia testimonia quæ a Magistro in 1. distinct. 2. ad hoc mysterium fundandum deducuntur, intelliguntur secundum sensum literalem, ut ibidem patet. De mysterio autem incarnationis uerbi pateat, in cuius agnitione vita æterna consistit, unde: Hæc est uita æterna, ut (Io. 17. a.) cognoscant te Deum, & quem misisti filium tuum, &c. D manifestũ est, quod omnia circa hoc de necessitate salutis credenda, in sensu literali principaliter traduntur, vt cum de incarnatione dicitur. (Ioan. 1. a.) Verbum caro factum est. quod secundum sensum literalem incarnationẽ veram significat. De morte dicitur: Clamans uoce magna expirauit (Mar. 15. d.) & sic de alijs circa humanitatẽ Christi credendis, quę omnia in sensu literali inueniuntur. Idem de creatione mundi, & alijs articulis fidei, qui nobis proponuntur credendi, qui omnes sub sensu literali inueniuntur, & ideo habent vim obligatoriam, vt dictum est. De his vero quę agẽda sunt de necessitate salutis solum accipio illa duo manifesta, in quib. tota lex pendet & prophetæ, secundum testimonium saluatoris, s. (Mat. 22. d.) Diliges dominum deum tuum ex toto corde, &c. Et Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ista enim mandata non habent nisi sensum literalem. Non enim in hoc loco res significatę per hanc uocẽ Deus, seu per hãc uocẽ Proximum, & per hanc uocẽ diliges, vlterius alias res significant, a quibus rebus sic significatis sensus alius accipiatur, vt est manifestum. Et attende quod non solum prędicta quę de necessitate salutis sunt agenda. sed etiam illa quæ ad statum perfectionis pertinent, et ut consilia dantur, habentur per sensum literalem, vt cum dicitur: (Mat. 19. c.) Si uis perfectus esse, uade & vende omnia que habes, & da pauperibus. In quibus verbis secundum sensum literalem intellectis includũtur omnia illa quæ ad statum perfectionis pertinent, ut est manifestum. Itẽ doctrina sacramentorum ecclesiæ quib. gratia iustificans datur seu augetur. Quæro per quem sensum datur nobis in scripturis? Per literalem seu mysticum? Non est dubitabile quod per literalem. Cum enim dicitur, (Mar. 16. d.) Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. secundum sensum literalem institutio sacramenti baptismi intelligitur. Similiter cum dicitur. (Ioan. 6. f.) Caro mea uere est cibus, & qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c. secundũ sensum literalem dictorũ huiusmodi, habetur virtus seu efficacia sacramenti eucharistię. Similiter ꝑ sensum literalem huiusmodi dicti. (Iaco. 5. d.) Confitemini alterutrũ peccata uestra. E Sacramentum pœnitentię intelligimus. Quis ergo sanę mentis audeat dicere, quod in sensu literali non est spiritus vitæ, cum in eo omnia credenda & agenda ad vitam spiritualem pertinentia tradãtur? Sed forte diceres, quod omnia prędicta etiam habentur in sensu mystico. Nã per sensum allegoricum habentur ea quę sunt credenda, & per tropologicum quæ sunt agenda.

Ad quod dicendum quod nihil sub sensu spirituali continetur fidei vel moribus necessarium, quod scriptura alicubi per literalem sensum manifeste non tradat. Vnde Augustinus ad Vincentium Donatistam. Qui autem non imprudentissime nitatur aliquid in allegoria positum pro se adducere, nisi habeat etiam manifesta testimonia, quorum lumine illustrẽtur obscura? Sed ulterius de sensu mystico videris dicere sic. Hæc .n. est vera uita, quam uerbum uitæ cæcitati Iudaicæ prędicauit, cum dixit: Scrutamini scripturas in quibus putatis uos uitam æternam habere, per hæc tua verba sentio te æstimare, quod per scrutinium, scripturarum a Christo præceptum Iudæis, intelligitur eis mandare vt de sacris literis educerent, seu extraherent sensum spiritualem seu mysticũ quod salua pace dixerim, nullam continet veritatem. Audeo enim tibi frater dicere. Scrutare omnia sacra Euangelia Dei, & nunquam reperies Christum allegasse aliquam athoritatem sacræ scripturæ vel discipulis erudiendis, aut Iudæis contradicentibus, seu etiam diabolo tẽtanti, nisi sub sensu literali intellectã. Vnde & magister Nicolaꝰ hoc rectè cõsiderans in tota postilla sua veteris testamenti, vbi occurrit aliquis textus allegatus in nouo a Christo, & a discipulis, semper exponit eum secundum sensum literalem, intantum quod etiam vel illud Psalmistæ. La pidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli. exponit intelligendum esse secundũ sensum literalẽ de Christo, eo quod Christus Iudæis illum textum de seipso allegauit. Similiter omnes autoritates testamenti quas Apostolus allegat ad Hebræ. 1. F ad probandum diuinitatem Christi, & alia eius mysteria conatur eos reducere ad sensum literalem quãtumcunque prima facie habeant aliam apparentiã, quod est necessarium ad hoc quod sint efficaces ad concludendum intentum, & sic in alijs quibuscunque locis totius postillæ. Ex quo concluditur contra te, ipsos enim sensus, mandabat Christus scrutari, de quibus ipse quotidie docebat, prædicabat, seu disputabat, qui sunt tantummodo literales, vt dictum est, & ideo illud verbum Christi, Scrutamini scripturas, (Ioan. 5. f.) quod pro te allegas, secundum magistrum prædictũ exponitur de mysterijs Christi, quę in sacris scripturis secundum sensum literalem intellectis reperiuntur. Dicit enim super prædicto verbo, scilicet: Scrutamini scripturas. Ioan. 5. Sic scriptura veteris testamenti designat tempus aduentus eius, Gene. penul. b. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. & Danie. ix. vbi determinatur aduentus sancti sãctorũ sub numero certo hebdomadarum, Determinat etiam locum natiuitatis Mich. 5. a. Et tu Bethleem. Determinat etiã modum nascendi Esa. 7. Ecce uirgo concipiet. Et modum conuersandi Zachar. ix. b. Ecce rex tuus uenit tibi. Et modum moriendi Esa. 53. c. Sicut ouis ad occisionem ducetur, &c. Et breuiter omnia Christi mysteria in veteri testamẽto inueniuntur expressa & in Christo completa. Hæc ille. Constat autẽ ꝙ omnes auctoritates prædictæ allegatæ per postillatorem

*secundum sensum literalē prædicta mysteria significant.* Et *sic patet quod* A *cum dicitur.* Scrutamini scripturas, *referendum est ad sensum literalem, quod est intentum.*

*Sed forte dices, quod sensus literalis non indiget scrutinio, cum ex significatis per vocem accipitur, & sic statim offert se intellectui cū modico scrutinio seu rationis indagine. vnde de hoc superfluum videtur cæcitati Iudaicæ Christum prædicaße:* Scrutamini scripturas: *cum ipsi de hoc sensu satis edocti fuißent. Non sic frater mi, non sic. Sensus .n. literalis sacræ scripturæ licet ex significatis per vocem accipiatur, vt dicis, multi tamen in eius inuentione vel acquisitione errauerunt tā in veteri quā in nouo testamento. Cuius ratio est: Nam sicut de vijs domini quæ sunt eius præcepta, seu consilia, legitur per prophetam.* Rectæ sūt uiæ domini, & iusti ambulabunt in eis, præuaricatores autē corruerunt in eis. *Sic in sensu literali contingit, s. quod licet sit rectus, .i. planior, & iusti, id est, habentes lumen fidei, ambulabunt in eis, s. intentis, & significatis per sensum literalem fidei adhærendo: præuaricatores tamen, scilicet carentes huiusmodi lumine. s. fidei, corruerunt in eis. In veteri testamento Iudæi Christi contemporanei circa huiusmodi sensum literalem multipliciter errabant: sicut, & Moderni priorum suorum errorem sequentes, vt in multis locis Euangelij patet. Vnde ī preceptis decalogi, quę sunt principalia inter legis præcepta, intantum errabant quod per præcepta de obseruatione sabbathi intelligebant prohiberi ad literam, ne quis in sabbatho proximum suum curaret, quod est inhumanum, de quo confutabat eos Christus ostendens quod licet in sabbathis bene facere dicēs.* Quis ex vobis qui habet unam ouē, & si ceciderit in sabbathis, &c. *Similiter in homicidio non intelligebant prohiberi nisi occisionem corporis humani, quibus aperuit dominus* B *sensum, afferens omnem iniquum motum ad nocendum fratri ī homicidij genere debere deputari. Hoc idem declarat Augu. contra Faustum de omnibus illis de quibus dicitur in Euangelio.* Audistis quia dictū est antiquis.

*Errabant etiam circa præceptum de honoratione parentum, irritum facientes Dei mandatum propter traditionem suā, vt testificatur Mat. 15. & Marci 7. Qua ratione ostendit de eis dictum fuisse per Esaiam:* Populus hic labiis me honorat, &c. *Super quo & alijs erroribus, quibus adhærebant in sensu literali sacræ scripturæ deficientes de eis ibidem concludit.* Cæci sunt, & duces cęcorum. *Vnde cęcitas Iudaica quam Christus reprobat circa falsum intellectum sensus literalis cōsistit. Patet etiam hoc per prædictas auctoritates veteris testamenti, quas postillator allegauit super illud verbum,* Scrutamini scripturas. *quæ quidem autoritates secundum verum sensum literalem mysteria Christi significant, vt supra dictum est. Quem quidem sensum literalem Iudæi multi farie peruertentes veritatem fidei per eas expressam non* Ioan. 5. c. *ventur negare. Vnde rectè eis dicitur.* Scrutamini scripturas. *i. diligēter attendite verum sensum .n. literalem in eis contentum.*

*Item attendendum quod quia inter prædictos errores periculosior erat error circa cognitionem Christi, circa quam pertinaciſsime se habebant. Testatur enim Lucas quod cum eis semel in Synagoga illud Esaiæ lxi. a.* Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus, &c. *exponeret de seipso fuisse dictum, finaliter eiecerunt illum extra ciuitatem vt præcipitarent eum, merito igitur talib.* C *Christus dicebat,* Scrutamini scripturas. *quia si talium scripturarum sensum literalem verum habuißet, testimonium verum inuenißent de Christo, & ideo subiungit:* Illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. *Testimonium autem a sacra scriptura non habetur certum, nisi ex sensu literali, vt August. in multis locis testatur. Idem patet in nouo testamento. Nam si Arrius verum literalem sensum habuißet huius dicti,* Ego, & pater vnū sumus, *Hanc autem vnitatem intelligendo in diuina natura. Similiter, & huius dicti,* Pater maior me est, *Verū intellectum habuißet intelligēdo maioritatem respectu naturæ assumptæ, nō corruißet in hæresim suā damnatā. Sed quia prædicta aliter intellexit ad literam, quam catholici spiritusancto illuminati intellexerunt, lapsus est in laqueū. Et sic patet quod circa verum intellectum literalem euangelij prædictus error consistit, & sic intelligēdum est de alijs, Ex quo patet intentum. Vlterius dicis quod nō satiat te primum decisionis meæ, nec secundum, nec tertium, nec quartum, nec quintum. Circa quod si ostendißes rationem tuæ insatietatis, forte satisfieret tibi. Sed quia prætermisisti aßignare rationem, nullam tibi do responsionem, nisi quod cauendum est ab insatiabilitate cordis, quæ in sacris scripturis reprobatur. Circa sextum, quia ibi declarasti mentem tuam, merito respondendum est tibi. Dicis primo quod inter sensum literalem, & mysticum non est possibilis comparatio. Quod valde irrationabiliter dictum reputo. Tum quia tu ipse prædictos sensus comparas adinuicem, afferens enim quod sensus mysticus est dignior, & per cōsequens sunt comparabiles p te. Tū quia nullus rationabiliter negare poßet creatorē esse digniorem creatura. Distantia aūt inter creatorē & creaturam excedit quamcūque distātiam inter res creatas, vt est manifestum. Tum etiam quia isti duo sensus de quibus agimus sunt species sub genere expositionis sacræ scripturæ contentæ, vt patet per omnes doctores de hoc loquentes, vt Bedam, Augu. & alios.* D *Nihil enim prohibet quod sicut dicimus speciem humanam eße digniorem brutali seu irrationali, sic quod vnus sensus exponendi sacram scripturam sit altero dignior.*

*Consequenter quia dixeram in conclusione quod sensus literalis eßet dignior ex parte extensionis, eo quod quælibet propositio sacræ scripturæ habet sensum literalem verum. Sensus vero mistici non se extendunt ad totam sacram scripturam. contra quos dicis sic: Fallit istud cum cuncta sacra eloquia plena sint dominicis sacramentis, hic videris inuoluere sententias per acceptionem huius dicti sacramentū. Si enim acciperes sacramentum proprie vt significet sacramenta nouæ legis, & etiā veteris, sic falsum aßumeres. Multa enim sunt eloquia, in quib. fit mentio de sacramentis, in quocunque sensu talia eloquia sumantur. Si autem per sacramentū intelligas sacrū secretū, ut per hoc intelligatur sensus mysticus, sic etiā aßumeres falsum. Ostensum est enim in secundo articulo quæstionis de qua agitur, quod sunt multa in sacra scriptura, in quibus solus literalis est quęrendus. et est sententia Augustini super Genes. ad literam. Si autem per sacramentum intelligis quamcunque sacram doctrinam, sic verum dicis. Sed nihil facit contra me, quia in illis passibus in quib solus sensus literalis quærendus est, sunt multa sacra documenta de fide seu moribus, prout deductum fuit supra, & sic patet quod extensio sensus literalis stat in suo vigore, sed ad probationem tui aßumpti, scilicet quod sensus mystici extendantur ad totam sacram scripturam, sic allegas.* Hanc extensionem spiritus supra literam cognouit Paulus cum dixit: Omnia in figuris contingebant illis, *non solum scripta, sed etiam quocunq;* 1. Co. 10. b. *alio modo tradita.* Hæc autoritas Pauli, *si bene attendas, nihil facit contra me. Loquitur enim ibi de gestis populi tantum sub antiquo testamento degentis, quorum vita erat prophetica. Vnde narratis in eodem capitulo quibusdam eorum gestis, tam in transitu maris quam sub nube, &* E *huiusmodi, concludit, Hęc autem omnia contingebant illis in figura.*

*Non enim dixit solum, oīa contingebant sed cum hac additione.* Hæc autem omnia, *ut ostenderet se de illis & similibus tantummodo loqui. Similiter non dicitur quod omnia dicebantur illis in figura, sed contingebant, in quo manifeste ostendit quod loquitur de gestis contingentibus, non autem reuelatis seu præceptis eisdem. Nunquid quod dicitur in veteri lege:* Audi Israel Deus tuus vnus est, *contingebat eis in figura,* Deut. 6. a. *vel quod dicitur:* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, *& huiusmodi & sic de similibus? Absit, ibi solus literalis sensus est quęrendus secundum sententiam August. Et ex hac consideratione clarius patet pręeminentia sensus literalis secundum extensionem. Extendit enim se ad auctoritates notabiliores & excellētiores sacræ scripturæ, de quibus dictum est supra, in quibus auctoritatibus mysticus sensus non habet locum.*

*Consequenter dicis, quod sensus literalis non est vniuersalior, quia de quanto aliquid est uniuersalius, tanto communicabilius, sed sensus literalis propter suam limitationem, & signanter per doctorem irrefragabilem est incommunicabilis, eo quod nō diuiditur, sed bene mysticus multiplicatur.*

*Attende frater rogo, si comparas sensus sacræ scripturæ ad inuicem secundum eorum limitationem ad materias de quibus agunt, manifestū est quod quilibet sensus mysticus limitatur ad certā materiā. Tropologicus* F *enim sensus solum agit de agendis secundum mores. Allegoricus vero de credendis. Anagogicus de sperandis. Sensus autem literalis de singulis p̄dictis, & etiam de iam gestis manifeste tractat. Nec credo quod doctor irrefragabilis huius oppositum aßerat, & sic comparatio tua potius facit pro me.*

*Item si attendisti vniuersalitatem quam attribuo sensui literali satis manifesta est. Consistit autem in hoc, quod non solum literati seu sapientes, sed etiam rudes, qui ad intelligibilia capienda non sunt idonei, tamen* Rom 1. *per sensum literalem capiunt spiritualia saltem sub similitudinibus corporalibus, iuxta istud apostoli:* Sapientibus & insipientibus debitor sum. *vnde ex parte huius uniuersalitatis sensus literalis manifestā habet præeminentiam.*

*In hoc autē quod obijcis de incommunicabilitate, si sic opinaris, a veritate deuias manifeste. Communicatur enim sensus literalis cuilibet propositioni sacræ scripturæ vt dictum est, & iterum in multis locis unus passus habet multiplicem expositionem literam, prout fuit ostensum in tertio articulo quæstionis. Est etiam sensus literalis abyssus multa, propter magna difficultates in eo contentas, circa ea quæ ad fidem, & mores pertinent.*

*Nec mirandum, nam in scientiarum humanarum libris, in quib. solus sensus literalis est inquirendus, quamplurima commenta sunt, & plures expositiones seu scripta. Similiter, & multiplices quæstiones ad mentem auctorum intelligendum seu elucidādam, ut patet in Physicis, Metaphysicis, & Ethycis Similiter in facultatibus vtriusq; iuris, & huiusmodi, in quibus nec in textu, nec in glo. est sensus nisi literalis. Si igitur in illis in quib. solum illa tractantur, quę in lumine naturalis rationis cognosci possunt, tot multiplicitates commentorum varietatesque questionum, & ex-* positionum

A positionum, & huiusmodi circa sensum literalem inueniuntur, quanto magis in scriptura diuina, vbi agitur de his quæ supernaturali lumine tantummodo cognoscuntur, inueniri possunt multiplices sensus literales, seu expositiones quæstiones, & huiusmodi.

Nec credo te latere quod sensus literalis diuiditur in tres species secundum Augustin. in lib. de vti. cre. scilicet in historicam, etymologicam, & anagogicam, vt in tertio articulo exposui. Similiter, & septem claues siue regulæ quas Isidorus tradit in libro de summo bono, quæ in prologo a postillatore ponuntur, non sunt nisi quædam species sensus literalis, vt patet intelligenti. Ex quibus manifeste patet quod sensus literalis est communicabilis, & multiplicabilis.

Dicit enim consequenter quod dignitas istorum sensuum attenditur penes maiorem vtilitatem, quæ consequitur maiorem certitudinem, quod tibi concedo, prout in quæstione prædicta largius est deductum. Sed quod subiungis quod certitudo spiritualis intelligentiæ non est speculationis sicut literalis intelligentia, sed est certitudo experientiæ, & secundum effectum, & per modum gustus per inspirationem, & testimonium spiritussancti, hic manifeste inuoluis sententias. Attribuis enim sensui spirituali seu mystico quod in homine spirituali habet locum, non enim de ratione sensus spiritualis seu mystici est, vt det gratiam eum intelligenti, seu inuenienti, nec etiam est necessarium quod habens verum sensum mysticum, seu spiritualem sacræ scripturæ sit in gratia gratificante, sufficit enim ad sensum spiritualem seu mysticum recte inueniendum seu habendum, habere seu participare donum prophetiæ seu donum interpretationis sermonum, quæ licet sint gratiæ tamen sunt gratis datæ tantum, & sic certitudo illa quam dicis per modum gustus, pertinet ad donum sapientiæ, secundum quod spiritualis homo iudicat omnia etiam profunda Dei secundum Aposto. de quo non agitur in proposito.

Ex hoc dicto tuo etiam sequeretur quod nullus haberet certitudinem alicuius sensus mystici seu spiritualis sacræ scripturæ, nisi existens in gratia, & cum nemo sciat de lege communi vtrum sit dignus amore vel odio, sequitur, quod nullus sciret se habere talē certitudinem prædicti sensus mystici de lege communi, quod esset valde inconsonum rationi.

1.Cor.2.e B Consequenter dicis (quod non probo) verba sancti Tho. esse igne charitatis examinata, si bene attendisti verba mea, sic dixi, Credo verba sancti. Tho. esse igne charitatis examinata vnde de credulitate mea non requiritur aliud testimonium, nisi quod in dictis, & in scriptis meis semper sequor istum sanctum doctorem, vtinam digne, & sufficienter. Nec ignoro quod dicta sua in pluribus sunt impugnata per plures ingeniosos Theologos viros admirabiles vt dicis, nec ex hoc impeditur mea credulitas, seu prosecutio. Tum quia sæpe contingit doctrinas veras impugnari, tam in Theologicis, quorum principium positum est in signum cui contradicetur, quam in Peripateticis. Tum quia illa in quibus contradicitur, non referunt vt firmiter credo, ad expositionem alicuius passus sacræ scripturæ an sic vel aliter teneatur, & ideo talia apud me, qui de solo vero intellectu sacræ scripturæ & diuinæ curo, magis sunt curiosa quam fructuosa. Vnde, & Apost. de similibus dicit, quod quæstionem magis præstant quam ædificationem, & cætera.

Vltimo commendas magistrum Nicolaum eo quod sententias sanctorum doctorum propriæ sententiæ postposuit, vt auctorizaret opus suum, & si simpliciter illum commendares, recte vtique faceres, Commendandus est enim qui tanto studio & labore sacram scripturam exposuit sub plano & suaui stylo, sed miror te ex hoc illum commendasse, quod sententias suas dictis sanctorum præposuit, vt eis ad auctorizandum opus suum, cum huic commendationi non solum sacra scriptura repugnet. Legitur enim, Non qui seipsum commendat, probatus est. 2. Corint. 10. d. & Prouerb. 27. a. Laudet te os alienum, non tuum, Hoc etiam Physica doctrina suadet, Ait enim Philosophus Laudamus seipsos vituperantes Et sic per oppositū seipsum laudare, seu aliis præponere, non est commendabile, præsertim eum Postillator de quo loquimur, vt ordinis minorum dignus professor humilitatem non præsumptionem sequi æstimandus est. Magna enim de se sentire hi qui mollibus vestiuntur, & in domibus regum sunt, consueuerunt. Nec enim adduci possum, vt credam, quod postponere sententiam Hieronymi, vel alicuius sancti doctoris dicto Rab. Salom. (præsertim vbi ratio non suadet) commendatione reputes dignum. Lauda ergo eum in quo laudandus est, in recta videlicet intentione, quam credo eum habuisse, & propter laborem magnum quem sustinuisse dubium non est, vt sacram scripturam exponeret, & pro maiori parte recte, non autem ex eo, quod a sanctorum doctorum interdum expositionibus indebite deuiauit.

Secundo vero commendas Postillatorem ex hoc, quod per habitum Theologicum veritatem sententiæ habuit, licet in lacte non suxisset proprietatem Hebraici sermonis. Quod, salua pace, videtur minus rationabiliter dictum. Notum est enim quod habitus Theologicus non se extendit ad donum linguarum habendum. Et ideo cum Theologus dicit, Sic est in Hebraica veritate, & ibi non sic inuenitur, non est ex hoc commendandus.

Commendas eum tertio ex hoc, quod inter Doctores Hebraicos non inuenit meliorem Theologum quam Ra. Sal. Circa quod notum est, quod si in rei veritate ille fuit minus peritus quam alii, non debet commendari ex hoc quod sequitur eum præsertim in deuiis & inconsonis auctoritatibus sanctorum, commenda ergo illum vt dixi in his, & ex his quibus commendandus est, & libenter amplectar commendationes tuas. D

Concludendo ergo charissime frater non credas me reprehendere voluisse Postillatorē, vt dicis, absit hoc a me, sed potius postillam suā esse simpliciter commendandam expresse asserui in quæstione prædicta, licet in aliquibus locis sentio eam minus sufficere, quod non reputatur vitium simpliciter, nemo namque mortalium perfecte omnia examinare potest, sæpe enim dormitauit Homerus. Sanctū autem est in omnib. scientiis præsertim in scriptura diuina, semper præponere veritatem.

Vtinam frater dilectissime esses in meo consortio, saltem aliquantulo tempore, vt simul discurrere valeremus additiunculas has, & sic experimento cognosceres, quod in illis locis in quibus ab eius dictis deuiare videor zelo veritatis non reprehendendi studio processi, & etiam in his non iudicio proprio deuiaui, sed sequendo maiorum sententiam. Vale frater in domino, & meliora charismata semper æmulare, &c.

INCIPIT Prologus in Replicas Defensiuas postillæ venerabilis ac deuoti patris fratris Nicolai de Lyra ab impugnationibus domini Burgensis, editas a venerabili & religioso patre fratre Matthia Thoring sacri ordinis minorum prouinciæ Saxoniæ ministro, ad plurimorum rogatum præfatam postillam vt veritate lucentem, amplexantium.

Modestiam antiquā tenere homines iustos atque sanctos decebat, & ordinata regulariter iniuriis nō grauare molestiis. Nam sicut minus bene gesta correctionis limam, sic E optime facta laudem & gloriam requirunt, sed quia omnimoda perfectio solis diuinis rebus competit, in cunctis humanis operibus reperiri poterit quod reprehēsione dignum est cum modestia tamē, vt ait beatus Augustinus in principio retracta. quæ modestia non modo in agibilibus, sed & scibilibus locum habet. Nam secundum verum intellectum sacræ scripturæ circa diuinum scibile errare non contingit ideo ipsa sola hunc honorem sibi vendicat vt recte intellecta sine reprehensione consistat, vt vult beatus Dionysius de diuinis nominibus, capit. secundo Nihilque ei contrarium nisi omnino sit falsum. In ea quoque nihil reperitur absurdum secundum Augustinum 11. super Genesim, capite primo. Diuersitas igitur et contrarietas in eius expositione nō habet ortum ex illa doctrina irrefragabili, sed ex eo quod eius expositores intellectum plenum non sunt assecuti, vt vult Beatus Hilarius secundo de Trin. Quæ tamen expositorum diuersitas non omnino inutilis est quinimo per ea pigritia studentium excutitur vt veritas inquiratur. sicque ecclesia proficiunt insurgētes hæreses vt inquit beatus August. 1. super Genesim contra Manichæos. Omnes igitur sancti & catholici sacræ scripturæ tractatores antiqui nedum consentiendo verumetiam salua fide dissentiendo a successoribus gratias meruerunt immortales. Nam post & per eorum venerandos sanctosque labores excitati, pro patribus nati filii doctores, in eorum comparatione moderni non paruum laude digni surrexerunt, qui in sacræ scripturæ expositione desudantes vt vitā haberent æternā talibus promissam, ipsam elucidauerūt sensum ipsius literalem tanquam magis authēticum inquirentes, inter quos magister Nicolaus de Lyra in lingua Hebraica simul & Latina peritus, F vniuersalior & præclarior reperitur, cuius spiritum tanquam pueri iunioris de minorum fratrum ordine Deus illustrando misericorditer suscitauit. Ipse quoque sic suscitatus, quod sine fictione didicit, sine inuidia communicauit. & tanquam sapientibus & insipientibus, magnis & paruulis debitor effectus, satisfacere cupiens, opus egregium composuit, & in ecclesiæ sanctæ gazophylacium pauper professione cum vidua paupercula studere volentibus profuturum obtulit, & hoc ipsum opus suum, Postillam nuncupare decreuit, Hoc inquam opus postillæ, & si tantæ sufficientiæ fuerit, quod ipsum non solum paruuli, sed magni, nec solum fideles, sed & infideles in dubiis circa sacræ scripturæ literalem intelligentiam requirunt, ipse tamen magister Nicolaus vt vere humilis, imperfectum se recognoscens, & vt pius culpam agnoscens, vbi fortassis culpa non est, in procemio sui operis, se, & per se scripta determinationi sanctæ matris ecclesiæ submittens, lectorem beneuolum, & correctorem efflagitat charitatiuum, sciens quod nemo omni ex parte beatus, Vbi autem charitatiuum correctorem expostulat, insidiosum corrupte inuenisse probatur. Nam quidam Iudæus, vt dicitur, in Hispania ad fidem conuersus, Paulus in baptismo nominatus, tandem ad ecclesiam Burg. promotus, omni modestia postposita, præfatā postillā Ecclesiæ sanctæ necessariam, et cunctis studiosis venerandam, hostiliter inuasit, immoderatione per beatū Hylariū decimo de Trinitate reprehensiue descripta, vbi dicitur, Contra veritatem aut non intellectā, aut offendentem, vel stulte, vel vi-

Hylarius.

Postilla.

Paulus Burgensis

tiose voluntatis error obnititur. Immoderata est enim omnis susceptarum

A

voluntatum pertinacia, vbi non rationi voluntas subijcitur, sed his quæ volumus rationem inquirimus, & placitis doctrinam coaptamus. Iamque nominis potius quam rei erit doctrina quæ fingitur. Hos inquam immodestiæ modos (vt ita dicam) dictus Paulus Burgensis manifeste tenuit, quia in multis ostendit se postillam odisse, & non intellexisse, vel intelligere noluisse, sicque vt irrationabilem, falsam erroneam, in multis improbauit, vt opus tam insigne tamque laudabile, apud minus sapientes parui pensum reddat. Et vt vanam tolerantiam præfatis modis assumptam colorare videatur, inuisiones quas scripsit, Additiones (quamuis vere sint corruptiones) nominauit, postillamque (vt patet in effectu) ficte commendauit.

Additiões Burgensis

Sensus literalis.

Nam in proœmio sui corruptorij, de hac postilla scribens filio suo Alfonso sic ait, Quoniam innumerabilia pene opera quorum veritate diuina scriptura circundata refulget, postilla Nicolai de Lyra tam sui recentia, quam sui digna celebritate, clarescit, qui vtrunque testamentum discurrens studiose sensum literalem (qui inter cæteros præcipuus est) copiosa luculentia tradidit, hanc tibi donare proposui, & quod legare conceperā inter viuos nō nude condonare, sed paterna additamenta paterno munusculo cumulare visum est. Hæc Burgen. Vnde si operi sic commendato non detrahentia addidisset, & vbi emendandum foret cum modestia emendasset, non esset locus redargutore. Sed quia sub titulo Additionum, calumnias corruptorias miscuit, quantum per eum stetit, minus cautis opus vile reddere studuit, & ad modum scorpionis facie blandiens, cauda pupugit, & corrupit, quatenus opere sic vilificato, sensus sacræ scripturæ literalis, & præcipuus, alibi ita plane, & compendiose non reperibilis non minus negligenter quam periculose transiret in abusum. Ego frater Matthias ordinis fratrum minorum inter sacræ Theologiæ professores minimus, prouinciæ Saxoniæ minister indignus, ad multorum pręfatam postillam care pendentium rogatum certamen contra Burgen. pro magistro Nicolao suscepi, non vt postillæ quæ seipsam sufficienter defendit conferam adminiculum, sed vt ostendam magistrum Nicolaum, & eius opus sine modestia stimulo inuidiæ, aut vanę gloriæ, vel vtriusque à Burgen. viliter impugnatum.

Matthias Thoring.

B

Et sic opus Burgen. vere est postillæ corruptorium, ita vt opus illud cum Deo fauente consummatum fuerit. Correctorium corruptorij venit merito nuncupandum. In quo corruptorio quicquid dictis magistri Nicolai non obuiat, & si reprehensione dignum, tamen vt additamentum relinquā intactum, nec vim faciam, vbi Burgen. aliquem passum aliter quam postillator exponit. Scimus etiam apud sanctos doctores eiusdem passus esse varias expositiones, nisi fortasse a veritate vel a communi sententia doctorum notabiliter deuiaret. In hoc autem opere, & quocunque alio per me facto vel in posterum fiendo, me totum dignis, & legitimis correctoribus summitto. Et si in hoc opere reperiatur, quod dixerim Burgen. delirare, non recipiatur vt blasphemia, sed ad literā quod delirat, quia cum Lyra non concordat.

Correctorium corruptorii.

In hoc igitur correctorio hunc ordinem communiter seruabo. Primo enim punctum correctoris fideliter referam, de hinc quod, & quantum contra postillam magistri Nicolai facit ostendam. Hoc præsupposito circa sensum literalem, quod, & postillator, & Burgen. principaliter quærunt, quod adæquata ratio sensus literalis sit, & quod sensus literalis sit ille qui est verus rationabilis per spiritumsanctum intentus, & per voces aut res sine absurditate significatus. Ista ratio adæquata sensus literalis habetur a beato August. super Gen. ad literam, & a beato Greg. in moralibus, prout ita etiam Bur. eosdem ad id allegat in disputatione quæstionis præambulæ.

Ordo correctorii.

Ratio adęquata.

Sensus literalis.

REPLICA Contra quædam dicta Burgen. in quæstione præambula. In cuius quęstionis articulo quarto Burgensis notat postillatorem in duobus. Primo quod pręponderat expositionem infidelium. Secundo quod dissimulauerit reuerentias, & autoritates sanctorum doctorum. Quid veritatis sit in primo, dicetur in loco per Burgens. allegato, videlicet Gen. primo. Circa secundum notandum, quod sanctorum autoritas, & reuerentia, vbi vt sancti locuti sunt, semper debet a fidelibus venerari, vt patet. 15. distin. decreti per totum. Vbi autem vt homines, & ex opinione locuti sunt, nec sancti in huiusmodi sibi volunt honorem deferri, vt patet 4. super Gene. ad literam. cap. 22. Sciuerunt enim sancti quod ex opinione sapientiæ contradicitur, sine vitio sapienti, imo expedire videtur in materia opinabili dubia moueri.

C

Sanctorū autoritas.

D

Nam sicut beatus August. primo super Gen. contra Manich. ecclesię proficiunt insurgentes hæreses ad excutiendum pigritiam. Ita expedit in ecclesia contrarias esse opiniones, eadem ratione, & quam contrarie sancti doctores opinentur in pluribus sacræ scripturę passibus non nisi dicta sanctorum ignorans ignorat. Nec puto inconueniens dicta infidelium assumi in expositionem sacrarum scripturarum, & confirmationem dubiorum occurrentium. Nam beatus August. facit sic. 3. confessio. in principio, & multis alijs locis, vbi assumit, & laudat dicta Ciceronis, & Platonis, & aliorum. Omnia enim quę contra fidem non sunt, licet assumere in adiutorium. Omne enim verum vero consonat ex primo Ethi. Et fortassis veritas fidei posita ab infideli, ea quæ sunt fidei confirmat, vt dicit 11. de ciuit. Dei, cap. 21. Et 2. de do. Christiana Beatus August. ad propositum dicit, Si qua forte fidei nostrę accommoda dixerint, non solum formidanda non sunt, sed ab eis tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda. Et posito exēplo de Iudæis spoliantibus Aegyptios subdit, Sic fecerat Cyprianus doctor suauissimus, & martyr beatissimus, Lactantius Victorianus, Optatus, & Hilarius. frustra ergo Burg. postillatorem in eo redarguit, cum & ipsemet Aristo. dicta aliquoties adducit.

Dicta infidelium.

In 6. articulo eius quæstionis post ueram, quamuis apud Burg. fictam commendationem, postillatorem ipse Burg. vituperat in tribus. Primo dicit in postilla irrationabiliter postponi dicta sanctorum, & specialiter sancti Thomę, cuius dicta dicit igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata. Ad hoc dico quod Burg. in postillatore ægre ferre non debuit, quod ipsemet sępe facere consueuit. In plerisque enim locis (vt patebit in processu) Et beatum August. Hieronym. Gregor. Isidor. & sanctum Thom. quem cęteris grandi compendio postponit, sine ratione, quod in postillatore non reperitur, qui nullius sancti dictum reprobat, nisi ex maiori ratione, & autoritate declinandum ostendat, Et specialiter huic Burg. videtur crimen læsæ maiestatis repugnare, cum dicta sancti Thomę præferre videtur dictis Aug. Greg. Hieron. & aliorum, quasi illa non sicut ista sint igne charitatis examinata, & quasi illa sicut ista non egeant retractatione. beatus enim Aug. in exordio suę retractationis dicit, quod in multiloquio peccatum non deerit. Qui non habet primas partes sapientię. s. recte docendo, habeat saltem secundas. s. modestia, in reuocando errata.

Dicta Th.

Partes sapientię.

Concludit. Qui ista scituri sunt non imittentur me errantem, sed in melius proficientem. Modestum fuisset Burg. sanctum Tho. beato Aug. non præferre, quasi omnia dicta sancti Thom. sint prima uera, quoniam multa dicta beati Aug. sunt hodie opinabilia, qui etiam libros suos super Gen. ad literam reputat magis esse inquisitionis quam diffinitionis, & quædam dicta eius etiam non retractata, a moderna schola communiter non recipiuntur, ut de ratione intelligendi opera sex dierum, &c. Non igitur ęgre ferat Burg. si dicta beati Tho. non usquequaque recipiantur.

Libri Aug. super Genesin.

Secundo autem Burgen. notat postillatorem quasi non fuerit perfectus in idiomate Hebraico, eo quod a pueritia non didicit. Sed illa ratio non ualet, quia stat senem addiscere idioma quodcunque perfecte. Nec Burg. debuit ex eo notare postillatorem sed ei gratias agere, quia ad exaltationem Catholicæ fidei, & sacræ scripturę dilectione, tantum impendit studiū ut intellectum lingua Hebraica etiam adultus assequi mereretur. Quod si reprehensibile est, vel visibile, beatus Hieronymus similiter culpandus, quod absit

Lyra carpitur quod non perfectus Heb.

Tertio Burgens. culpat postillatorem, quia secutus est Ra. Sa. potius quam alios Hebræos eo potiores. Respondeo quod postillator non sequitur nec illum nec alios, nisi quantum ratio, & fides admittunt, imo hi quos Burgen. præfert Ra. Sa. non reperiuntur fidei plus fauisse, & rationi, nec scripturam clarius exposuisse quam Ra. Sal. vt patebit in locis suis.

Aab. Sa.

EPIST

# EPISTOLA BEATI HIERONYMI AD PAVLINVM PRESBYTERVM, DE OMNIBVS DIVINAE HISTORIAE LIBRIS.

## CAPVT PRIMVM.

FRATER Ambrosi⁹ tua mihi munuscula perferẽs, detulit & suauissimas literas q̃ a pricipio amicitiarũ, fidẽ ꝓbatæ iã fidei et veteris amicitię ꝓferebãt. Vera. n. illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, q̃ non vtilitas rei familiaris, nõ ꝑsentia tm̃ corporum, nõ subdola et palpans adulatio, sed Dei timor & diuinarũ scripturarũ studia conciliant. Legimus in ueterib. historiis quosdam lustrasse prouincias, nouos adiisse populos: maria trãsiisse; vt eos quos ex libris nouerant, coram quoque uideret. Sic Pythagoras Mẽphiticos uates, sic Plato Aegyptum et Archytã Tarentinum: eandemq; orã Italiæ quæ quõdã magna Gręcia dicebatur, laboriosissimé peragrauit: vt qui Athenis magister erat & potens, cuiusque † doctrinas Academiæ gymnasia personabant; fieret peregrinus atque discipulus; malens aliena verecundè discere: quàm sua impudenter ingerere. Denique cum literas quasi toto orbe fugientes persequitur, captus à piratis & venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, vinctus, & seruus, tamen quia philosophus maiore mente se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam uenisse nobiles legimus, quos ad contemplationẽ sui Roma nõ traxerat, vnius hominis fama ꝑduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis celebrandumque miraculum, vt vrbem tantã ingressi: aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, siue ille magus, vt vulgus loquitur: siue philosoph⁹ vt Pythagorici tradũt, intrauit Persas: pertrãsiuit Caucasum, Albanos, Scythas. Messagetas: opulẽtissima Indiæ regna penetrauit: ad extremum latissimo Physon amne transmisso peruenit ad Brachmanas: ut Hierarchiã ĩ throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem inter paucos discipulos de natura, de * motibus, ac sydcrum cursu audiret docentem, inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæstinos, reuersus Alexandriam, perrexit in Aethiopiã, vt Gymnosophistas & famosissimam solis mensam uideret in sabulo. Inuenit ille uir vbique quod disceret: & semper proficiens, sẽper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus.

† Doctrinam.

* de motibus sydcrũ ac dierum cursu.

## CAPVT SECVNDVM.

QVid loquar de seculi hominibus: cũ apostolus Paulus vas electionis magister gentium: qui de cõscientia tãti in se hospitis loquebatur. An experimentum q̃ritis eius qui in me loq̃tur Christus? Post Damascũ Arabiãq; lustratam ascendit Hierosolymam vt videret Petrum, et 1 mãsit apud eũ diebus quindecim (Hoc enim mysterio 2 hebdoadis et ogdoadis futurus gentiũ prædicator instruendus erat.) Rursumque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba et Tito, 3 exposuit cum apostolis euangeliũ, ne forte in uacuũ curreret, aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis ἐνεργείας uiua vox, et aures discipuli de autoris ore transfusa fortius sonat. Vnde et Aeschines cum Rhodi exularet, et legeretur illa Demosthenis oratio quã aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait: Quid si ipsam audissetis bestiam, sua verba resonantem.

1 mãserit

2 hebdomadis.

3 Exposuerit Apost.

## CAPVT TERTIVM.

NEC 4 hoc dico, quod si ĩ me aliquid tale quod vel possit 5 uel uelis discere, sed 6 quo ardor tuus et discẽdi studiũ et absque nobis per se ꝓbari debeat. Ingeniũ docile et sine doctore laudabile est. Non quid inuenias, sed quid quæras consideramus. Mollis cera et ad formãdum facilis, etiam si artificis et plastæ cesset manus, tñ virtute totũ est quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legẽ Mosi et prophetas didicisse se gloriatur: vt armatus spiritalib. telis, postea † doceret confidenter. Arma enim nostræ militiæ non carnalia sunt: sed potentia Deo: ad destructionem munitionũ, * cogitationes destruentes: et omnem altitudinem extollentes se aduersus scientiam Dei: et † captiuantes omnem intellectum ad obediẽdũ † Christo, et parati subiugare * cunctam inobediẽtiã. † Ad Timotheum scribit ab infantia sacris literis eruditũ: et hortatur ad studiũ lectionis: ne negligat gratiam quæ data sit ei per impositionem manus presbyterii, Tito præcipit: ut inter cæteras uirtutes episcopi quem breui sermone depinxit: sciẽtiam quoque intelligat scripturarum, obtinentem, inquit, eum qui secundum

4 Hæc nõ dico.

5 A me audire.

6 quod

† diceret

* alias consilia

† captiuãtem.

† alias, Deo

* omnem

doctrinā est fidelē sermonē: vt potēs sit exhortari in doctrina sana:& cōtradicētes reuincere.

CAP. IIII.

SAncta quippe rusticitas solū sibi prodest:& quātum ædificat ex vitæ merito ecclesiam Christi: tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias ꝓpheta: imo per Malachiam dominus interrogauit sacerdotes legem. † Intantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus: Interroga patrem tuum & annūciabit tibi, seniores tuos & dicēt tibi. In psalmo quoque centesimooctauodecimo. Cantabiles mihi etant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri: cum eum arbori vitæ Dauid quæ est in paradiso compareret: inter cæteras uirtutes † hoc etiam intulit:* In lege domini volun tas eius:& ī lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis: iustos ait fulgere sicut stellas: & intelligentes: id est, doctos quasi firmamentum. Vides quantū inter se distent iusta rnsticitas,& docta iustitia. Alii stellis, alii cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem, utrūque de eruditis, possit ītelligi. Ita enim apud eos legimus. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti,& qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur Paulus Apostolus, vas electionis? Nēpe quia vas legis:& scripturarum sanctarum †armariū Pharisæi stupent in domini doctrina:& mirantur in Petro & Ioanne, quomodo legem sciat, cum literas non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet: illis hoc spiritussanctus suggerebat: Et erant iuxta quod scriptum est: θεοδίδακτοι: docibiles Deo Duodecim annos saluator impleuerat:& in templo* sedens de quæstionib. legis interrogās: magis docet dum prudenter ī terrogat: Nisi forte rusticū Petrum: rusticum † dicamus Ioannem: quorū uterque dicere poterat: Et si imperitus sermone: non tamen sciētia. Ioannes rusticus, piscator indoctus. Et unde illa uox obsecro: In principio erat uerbum & uerbum erat apud Deū:& Deus erat uerbū λογός: Logos enim Græcè multa significat. Nā & verbum est:& ratio: & supputatio & causa vniuscuiusq; rei, per quā sūt singula quę subsistūt: quę uniuersa recte intelligimus ī Christo.

† 51.d. qui in aliquo. de tēpor. ordin. cap. si archiepiscop. Sacerdot propriū. Deut. 32.a

†& hoc intulit. * Psal. 1.a. Visio Danielis secretissima. Dan. 12.b.

* dicitur Paulus. † erat armarium.

* senes

† dicimus

CAP. V.

HOc doctos Pilato nesciuit: hoc Demosthenes eloquēs ignorauit. † Perdam inquit sapientiam sapientium:& prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam. Et quāquam stultitia prędicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. Sapientiam autem non seculi huius: nec principum seculi istius* qui destruuntur: sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prędestinauit Deus ante secula. Dei sapientia, Christus est, Christus enim Dei uirtus & Dei sapientia ī mysterio abscondita est: de qua et noui psalmi titulus pręnotatur, pro occultis filii. In quo sūt omnes Thesanri Sapientię et Scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio abscōditur erat prędestinatus ante secula. Prædestinatus autem & prefiguratus in lege et prophetis. Vnde et prophetę appellabantur uidentes, quia videbant, eum quem cęteri non videbant, Abrahā vidit diem eius et lętatus est. Aperiebantur cęli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. †Reuela inquit Dauid oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est: et reuelatione opus est ut intelligatur: ac reuelata facie * domini gloriam cōtemplemur Liber in apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat respondebit ribi: Non possum: Signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, tenent signatū librum, nec aperire possunt nisi ille reserauerit qui habet clauem Dauid: qui aperit et nemo claudit: qui claudit et nemo aperit. In actibus apostolorū sanctus eunuchus imò vir (sic enim eum scriptura cognominat) cum legeret Esaiam prophetam: interrogatus a Philippo? Putasne intelligis quæ legis? Respondítque: Quomodo possum nisi aliquis me docuerit? Ego (ut de me interim loquar) nec sāctior sum hoc eunucho, nec studiosior, qui de Æthiopia, id est, de extremis mundi finibus, uenit ad templum: reliquit aulam regiam. et tantus amator * diuinę scientię fuit, ut etiam in uehiculo sacras literas legeret. Et tamē cum librum teneret:& uerba domini cogitatione conciperet; lingua uolueret. labiis personaret: ignorabat eum quem in libro nesciens uenerabatur. Venit Philippus: ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris uirtus: Eadem hora*credidit eunuchus: baptizatur:*fidelis & sanctus est magister de discipulo plus in deserto fonte ecclesiæ, quam in aurato synagogę templo reperit.

† 1. Cor. c. 1. Cor. 2. b.

* quæ destruitur.

† Ps. 118. b

* domini

* Legis diuinæ quæ scientię.

* Et fidelis & sanctus factus est. * Credit.

CAP.

CAP. VI.

HAEC a me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) ut intelligeres te in scripturis sanctis sine p̄uio & monstrante semitam non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia moralibus vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, τὸ δόγμα τὴν μέθοδον τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniã, & quæ non tam λογῳ, quam manu administrantur. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarii quoque & fullones, & cęteri qui variam supellectilem & vilia opuscula fabricant, absq; doctore non possunt esse quod cupiũt. Quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi omnes passim uendicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hãc garrula anus, hanc delitus senex, hanc sophista verbosus, hanc uniuersi præsumunt, lacerant, docẽt antequam discant. Alii * adducto supercilio grandia uerba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alii discunt proh pudor a fęminis quod uiros doceant. Et ne parum hoc sit, quadam facilitate uerborum, imo audacia edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aurem populi mulserint, quicquid dixerint hoc legem Dei putant. Nec scire dignantur quid prophetę, quid apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia, quasi grande sit & non uitiosissimum * dicendi genus deprauare sententias, & ad uoluntatem suam scripturarum trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homero centonas & Virgilio centonas, ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripsit: * Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium, * Nate meæ vires mea magna potentia solus. Et post uerba Saluatoris in cruce: Talia perstabat memorãs fixusqne manebat. Puerilia sunt hæc & circulatorũ ludo similia, docere quod ignores, imo ut cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

*abducto. Docẽdi. * Vir. Bucol. egl. 4. *Ene. 4.

CAP. VII.

Genesis. VIdelicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum, & gentiũ usque ad * Aegyptum scribitur Hebræorum.

*Ad exitũ

Exod. Patet Exodus cum decem plagis, cum decalogo cum mysticis diuinisque præceptis.

Leuiticus. In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imo singulę pene syllabæ, & uestes Aaron & totus ordo leuiticus * inspirant cœlestia sacramenta.

* Spirant.

Numeri. Numeri vero, nonne totius arithmeticæ & prophetię Balaam, quadraginta duarum mansionum per eremum mysteria continent.

Deuteronomium. Deuteronomium quoque secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nonne sic ea habet quæ priora sunt vt tũ noua sint 1 omnia? De veteribus hucusque Moyses, hucusque, πεντατεύχος Pentateuchus, quibus quinque verbis loqui se velle apostolus in ecclesia gloriatur.

1 oĩa de veterib. Hucusque &c.

Iob. Iob exemplar patientię quæ non mysteria suo sermone complectitur. Prosa incipit, uersu labitur, pedestri sermone finitur, omnesque leges dialecticæ propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus. Et ut de cæteris sileam, resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius vel cautius scripserit. Scio inquit quod redemptor meus viuat, & in nouissimo 2 de terra surrecturus sim, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

2 die de

Iosue, siue Ies⁹ Naue. Veniam ad Iesum naue † qui typum domini, non solum gestis, verum etiam nomine † præfert. Transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina: torrẽtes, atque confinia ecclesiæ cœlestisque Hierusalem spiritualia regna describit.

aliasnõ habet † qui. aliasnõ habet † præfert.

Liber Iud. In Iudicum libro quot principes populi, tot figuræ sunt.

Ruth. Ruth Moabitis Esaiæ explet vaticinium dicentis, Emitte agnum domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion.

Reg. 1. et 2. Samueli in Heli mortuo & in 3 occisione Saul veterem legem abolitam, 4 porrò in Sadoch atque Dauid noui sacerdotii nouique imperii sacramenta 5 testatur.

3 Occiso Saul. 4 Mõstrat porro. 5 Testãtur

Malachin, idest, tertius & quartus regum liber, a Salomone vsque ad Iechoniam, & a Hieroboam filio Nabath vsque ad Osee, qui ductus est in Assyrios, Regnum Iuda, re-

regnum deſcribitur Iſrael. Si hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi 1 in litera ſenſum latentem 2, eccleſiæ paucitas & hæreticorum contra eccleſiam bella narrantur.

1 literis 2 inſpexeris eccleſiæ.

Duodecim prophetæ in vnius voluminis 3 anguſtia coarctari: multo aliud quam † ſonant in litera præfigurant.

3 Anguſtias al. † ſonat.

Oſee. Oſee crebro nominat Ephraim; Samariam; Ioſeph: Iezrael: & vxorem fornicariam & fornicationis filios: & adulterã cubiculo clauſam mariti: multo tempore ſedere viduam, & ſub veſte lugubri viri ad ſe redditum præſtolari.

Ioel. Iohel filius Phatuel deſcribit terram duarũ tribum 4 herucha, brucha, locuſta & rubigine vaſtante cõſumptam: & poſt euerſionem prioris populi effuſum iri ſpiritum ſanctum ſuper ſeruos Dei, & ancillas: id eſt, ſuper centum viginti credentium nomina: & effuſum iri in cænaculo Sion.

4 eruca.

Qui centum viginti ab vno vſque ad quindecim paulatim: & per incrementa ſurgentes, quindecim gradum numerum efficiunt: qui in pſalterio miſtice continentur.

Amos. Amos paſtor & ruſticus & ruborum mora diſtringens, paucis verbis explicari non poteſt. Quis enim digne exprimat tria & quatuor ſcelera Damaſci, 5 Gazæ, Tyri, Idumeæ, filiorum Ammõ & Moab, & in ſeptimo octauoque gradu Iudæ & Iſrael? Hic loquitur ad vaccas pingues quæ ſunt in monte Samariæ: & ruituram domum maiorem minoremq; teſtatur. Ipſe cernit fictorem locuſtæ; & ſtãtem dominum ſuper murum litum, vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem ſupplicia peccatoribus, & famem in terra: nõ famem panis neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei.

5 & gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorũ.

Abdias. Abdias qui interpretatur ſeruus domini, perſonat contra Edom ſanguinem terrenumque hominem fratris quoque Iacob ſemper æmulum haſta percutit ſpirituali.

Ionas. Ionas columba pulcherrima: naufragio ſuo paſſionem domini præfigurans: mundum ad pœnitentiam reuocat; & ſub nomine Niniue ſalutem gentibus nunciat.

Micheas. Micheas de morasthi cohæres Chriſti: vaſtationem annunciat filiæ latronis, & obſidionẽ ponit contra eam: quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael.

Naum. Naum conſolator orbis, increpat ciuitatem ſanguinum: & poſt euerſionẽ illius loquitur: Ecce ſuper montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem.

7 Abacuk luctator fortis & rigidus: ſtat ſuper cuſtodiam ſuam & figit gradum ſuper munitionem; vt Chriſtum in cruce cõtempletur: & dicat: Operuit cælos gloria eius: & laudis eius plena eſt terra: Splendor eius vt lux erit vt cornua in manibus eius: ibi abſcondita eſt fortitudo eius.

7 Abacuc.

Sophonias. Sophonias ſpeculator & arcanorum domini cognitor, audit clamorem a porta piſcium & eiulatum a ſecunda, & contritionem a collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pylæ, quia conticuit omnis populus Chanaam, 8 diſperſi ſunt vniuerſi qui inuoluti erant argento.

8 diſperſe ſunt

Aggeus. Aggeus feſtiuus & lætus, qui ſeminauit in lachrymis vt in gaudio meteret, deſtructum templum ædificat, Deumque patrem inducit loquentem. † Adhuc vnum modicum & ego commouebo cælum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes: & veniet deſideratus cunctis gentibus.

† Aggei. 2. b.

Zacharias. Zacharias memor domini ſui, multiplex in prophetia, Ieſum veſtibus ſordidis indutum & lapidem oculorum ſeptem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas a ſiniſtris lampadis cernit, a dextris, vt poſt equos ruſos: nigros, 9 varios; & albos, & diſſipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Hieruſalem, pauperum regem vaticinetur, & prædicet ſedentem ſuper pullum filium aſinæ ſubiugalis.

9 Albos, et varios.

Malachias. Malachias aperte & in fine omniũ prophetarũ, de abiectione Iſrael & vocatione gentiũ. Non eſt mihi ait voluntas in vobis: dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur & offeruntur nomini meo oblatio munda.

10 Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem, & Danielem, quis poteſt vel intelligere, vel exponere. Quorum primus non prophetiam videtur mihi texere, ſed euangelium.

10. Iſaiam.

Secundus virgam nuceam, & ollam ſuccenſam a facie aquilonis, & pardum 11 expoliatũ ſuis coloribus, & quadruplex diuerſis metris nectit alphabetum.

11 Spoliatum.

Tertius principia 12 & finem tantis habet obſcuritatibus inuoluta, vt apud Hæbreos ipſe partes cum exordio Geneſeos: ante annos triginta non legantur.

12 iſtę partes

Quar-

Quartus vero qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius & totius mundi 1 philohistoricus, lapidē precisum de monte sine manibus & regna omnia subuertentem, claro sermone pronunciat. Dauid Simonides noster Pindarus & Alcæus, Flaccus quoq; Catullus & Serenus Christum Lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem. Salomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, ecclesiam iungit & Christum sanctarumque nuptiarum dulce canit epithalamium.

1 Philistoros.

2 Hester in ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuii & diem celebrem mittit in posteros.

2 Ester.

Paralipomenon liber 3 instrumenti veteris ἐπιτομὴ epitome, tantus ac talis est, vt absq; illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasque verborum & prætermissę in regum libris tanguntur historię, & innumerabiles explicantur Euangelii quæstiones.

3 Id est testamenti:

Esdras & Neemias adiutor videlicet & consolator a domino, in vnū volumen coarctantur, instaurāt templum, muros extruunt ciuitatis, omnisque illa turba populi redeuntis in patriā, & descriptio Sacerdotum, Leuitarum, Israelis Proselytorum, ac per singulas familias murorum ac turriū opera diuisa, aliud in cortice prēferunt: aliud in medulla retinent.

Cernis me scripturarum amore raptū, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod volui. Audiuimus tantum quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoq; possumus dicere: † Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tpe. Cęterum Socraticum illud impletur in nobis: Hoc tantum scio quod nescio. Tāgam & nouum breuiter testamentum: Matthęus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga domini, & verum † Cherubim, quod interpretatur scientiæ 4 plenitudo: per totum corpus oculati, sunt: scintillæ emicant, discurrunt fulgura:, pedes habent rectos: & in sublime tendentes: terga pennata, & vbique volitantia: tenent se mutuo sibique perplexi sunt: & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus sancti spiritus duxerit; Paulus Apostolus ad septem scribit ecclesias, octaua enim ad Hebræos a plerisq; extra numerum ponitur. Timothęū instruit ac Titum, 5 Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur, super quo tacere melius puto, quam pauca scribere.

† Ps. 118. c.

aliis † Cherub.

4 Multitudo.

5 Et philemonem.

Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere, sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse Medicum, † cuius laus est in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam. Iacobus, Petrus: Ioannes: Iudas, septem epistolas ediderunt, tam mysticas, quam succinctas, & breues pariter ac longas. Breues in verbis, Longas in sententiis, vt rarus sit, qui non in earum lectione cæcutiat. Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis, multiplices latent intelligentiæ. † Oro te frater charissime inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere. Nonne tibi videtur iam hic in terris regni cælestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborū, quæ vel vitio interpretū, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticā concionē facilius instruerent, & in vna, eadeq. sñia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Nō sum tam petulans & hēs vt hęc me nosse polliceat, & eorum fructus carpere, quorum radices in cœlo fixæ sunt, sed velle fateor, † sedenti me præfero, magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit, Discamus in terris quorum nobis scientia perseueret in cœlo. Obuiis te manibus excipiā. Et vt inepte aliquid ac de Hermagoræ tumiditate † effutiam, quicquid quæsieris tecum scire conabor.

† 2. Co. 8. d

† Conclusio cohortatiua ad Paulinum

aliis, † sed eniti me fateor.

aliis, † effundam.

CAP. VIII.

HABES hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui litterarũ tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquii venustatem etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina quæso te, & 1 hærenti in salo naviculæ funem magis præcide quam solue. Nemo renunciaturus seculo bene potest vendere quæ contempsit vt venderet. Quicquid insumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est, Auaro tam deest quod habet, quã quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est. Infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus 2 quasi nihil habentes, & omnia possidentes. 3 Victus atque vestitus, diuitię Christianorum. Si habes in potestate rẽ tuam vende, si non habes, proiice. Tollenti tunicam & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahẽs caute & pedetẽtim tuas possessiunculas vendideris, nõ habet Christus vnde alat pauperes suos? Totum Deo dedit qui 4 se obtulit. Apostoli nauem tantum & retia reliquerunt: Vidua duo æra misit in Gazophylacium; & præfertur Cræsi diuitiis. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

1 hærens.

2 tãquam nihil.

2. Co. 6. b.

3 Victus atque vestitus diuitiæ Christianorum.

4 seipsum.

*Finit Epistolæ B. Hieronymi ad Paulinum.*

# Prologus Sancti Hieronymi in
## PENTATEVCHVM MOYSI.

A

DESIDERII Mei desideratas accepi epistolas, qui quodam presagio futurorũ cum Daniele sortitus est nomen, obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebręo sermone Pentateuchum nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certe & obtrectatorum latratibus patens, qui me asserunt in septuaginta interpretum suggillationẽ noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes, cum ego sæpissime testatus sim, me pro † vili portione in tabernaculo Dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me studiũ prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, Asterico & Obelo, id est, stella & veru opus omne distinguens, dum aut illucescere facit quę minus ante fuerant, aut superflua quęquæ iugulat & confodit, maxime quę Euangelistarum & Apostolorũ autoritas promulgauit. In quibus multa de veteri testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur. vt est illud: † Ex Ægypto vocaui filium meum, & quoniam Nazaræus vocabitur. † & videbunt in quem compunxerunt. & flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. & quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis 1 ascendit, quę pręparauit Deus diligentibus se. & multa alia quæ proprium σύνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint, & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee. Secundum in Esaia. Tertium in Zacharia. Quartum in Prouerbiis. Quintum æque in Esaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sectantur, & 2 Iberas nenias libris 3 autenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factũ dicunt esse consilio, ne Ptolomæus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque sacratum aliquid scriptura testatur de patre & filio & spiritusãcto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent: Et nescio quis primus 4 autor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit, quibus diuisi eadem scriptitarint, cũ 5 Aristhæus eiusdem Ptolomæi ὑπερασπιστής † & multo post tempore Iosephus, nihil tale retulerint, sed in vna basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim 6 vatem: aliud esse interpretẽ. Ibi spiritus ventura prædicit, hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Oeconomicum Xenophontis, & Platonis † Pythagoram: & Demosthenis pro Ctesiphonte afflatus, rhetorico spiritu trãstulisse. Aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes, aliter per Apostolos spiritussanctus testimonia texuit, vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minime: Sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, et quod nesciebant, dubiis protulere sententiis, nos 7 post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam quam historiam scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferrimus; Audi igitur æmule, obtrectator ausculta. Non damno, non reprehendo septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat, † quos ante prophetas inter spiritualia charismata positos lego, in quibus vltimum pene 8 locum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Sicubi tibi in translatione videar errare, interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent. Aliud est, si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt, et emendatiora sunt exemplaria Latina quam Gręca, et Græca quam 9 Hebræa. Verum hæc contra inuidos. Nunc te 10 precor Desideri charissime, vt quia tantum opus me subire fecisti, et a Genesi exordium capere, orationibus iuues, quod possim eodem spiritu quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

*Finis præfationis.*

Marginal notes: B; C; D; E; † Alias virili.; † Osee 11.; † Zachariæ 12. c.; 1 ascenderunt.; 2 hiberas.; 3 authenticis.; 4 autor.; 5 Aristæus; † non'.; 6 esse vatẽ; † alias Prothagoram; 7 vero post; † 1. Corin. 12. p.; 8 gradum; 9 Hebraica.; 10 deprecor.

# Prothemata glossę ordinariæ.

A

CVM OMNES diuinos libros legimus, in tanta multitudine verorum intellectuum, qui de paucis verbis eruuntur, & sanitate catholicæ fidei muniuntur, potissimum id diligamus, quod certum apparuerit eum sensisse quem legimus. Si autem hoc latet, id certe quod circunstantia scripturæ non impedit, & cum sana hoc concordat. Si autem scripturæ circunstantia tractari,& discuti non potest,saltem id solum,quod fides exigit sana vel præscribit. Aliud est enim,quid potissimum scriptor senserit, non dignoscere, aliud a pietatis regula errare. Si vtrunque vitetur, perfecte se habet fructus legentis. Si uero vtrunque, vitari non potest, etiam si voluntas scriptoris incerta sit, sanæ fidei congruam non inutile est eruisse sententiam. AVGVST. In rebus obscuris atque a nostris oculis remotissimis, si qua in scriptura etiam diuina legim⁹, quę possunt salua fide alijs parere sententiis, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita proiiciamus, vt si forte diligentius exquisita veritas eam labefactauerit, corruamus. Non pro sententia diuinarum scriptuarum, sed prō nostra dimicantes, ita vt eam velimus scripturarū esse, quæ nostra est, cum potius eā quæ scriptuarum est, nostram esse velle debeamus.

In reb. obscuris non est facile eligere vnā aut certam partē, cui sit habēda fides

Notandum quia hæc scriptura ita allegoricis verbis texitur vt allegoricum sensum cōtineat, & historicam fidem rerum gestarum nō amittat. Dicitur autem Genesis a suo principio, secūdum morem Hæbræorum, qui ex principiis maximè nomina libris imponūt sicut Matthæus Euangelicam suam historiam, librum generationis appellat. Cum multa vtraq; scriptura in sequentibus contineat, in quibus nulla generationis mētio fiat. Introducit quippe hæc historia primum hominē, futuri formam, vt pote de terra uirgine cōditum, vt per quē generandi terreni erant in vitam transitoriam, sicut euangelium secundum nouum hominem inducit de matre uirgine genitū, qui filios generaret in vitam æternā. In hac ergo scriptura figuræ sunt futurorum. In euangelio vero manifestatio completorum. Liber iste more Hebræorum a principio Genesis appellatur, quia in eo de cæli & terræ generatione agitur, licet alia multa sequantur, sicut euangelium Matthæi, *Liber generationis Iesu Christi.* Inducit enim Moyses primū hominem formam futuri de terra virgine cōditum, qui generaret terrenos in vitā trāsitoriā, sic & Euangeliū secundū hominē. s. Christū de matre virgine genitum, qui generaret cœlestes in uitā ęternā. Hic ergo figura, in euāgelio veritas. Hierony.

B

*In prin. creauit Deus cælum & ter.* Plerique autumāt, sicut Tertull. & Hilar. in Hebræo haberi, *In filio fecit Deus cælum & terrā.*

Lxx. vero & Symmachus & Theodocion. *In princip.* transtulerūt. Et in Hebræo dictū est Beresithit, quod Aquila interpretatur, in capitulo, Magis igitur secundum sensum, quam secundum verbi trāslationem, de Christo accipi potest, qui in ipsa fronte Geneseos (quę caput omnium librorum est) & in principio Ioannis, cæli & terræ conditor approbatur. unde psal. xxxix. b. *In capite libri scriptum est de me.* id est, in principio Geneseos. *In principio. s. creauit Deus cęlum & terram.* & in principio Ioannis, *Omnia per ipsum facta sunt, &c.* Apud Hebræos quoque hic liber Beresithit, appellatur, qui uoluminibus ex librorum principiis nomina imponunt. Quatuor sunt regulæ sacræ scripturæ: id est, Historia, quæ res gestas loquitur. Allegoria, ī qua aliud ex alio intelligit. Tropologia, id est, moralis locutio, in qua de morib. ordinandis tractatur. Anagoge, id est, spiritualis intellectus per quem de summis, & celestibus tractatur, ad superiora ducimur. His quatuor quasi quibusdā rotis tota diuina scriptura voluit, verbi gratia Hierusalem secundum historiā est ciuitas, allegor. ecclesiam significat, secundū tropologiam, id est, moralitatem, animam cuiuslibet fidelis, quę ad pacem æternam anhelat, secundum anagogen, celestium omnium vitam, qui reuelata facie vident Deum. Diuina scriptura aliquando ęterna intimantur, ut est, *In princi. erat uerbum,* Aliquando facta narrātur, vt, *Cum uenerit filius hominis in Maiestate sua, &c.* Aliquando quæ agenda sunt præcipiuntur, ut, *Dilliges proximum tuum, sicut teipsum.* Et est bipartita diuina scriptura. Quia alia sunt quæ secūdum figuram dicūtur, vt est, *Audiuit Adam uocem domini deambulantis in paradiso.* Alia secūdum rerū gestarum fidem, vt est quod populus exiēs de Aegypto per mare pedibus ambulauit. Alia sunt, quę utroq; dicta sunt modo, ut est transitus maris Rubri, & miracula quæ dominus in euangelio fecit. Tribus modis significat hæc scriptura generationē seculi esse factam. Aut enim sola uoluntate aliquid dicitur factum, ut, *In principio creauit Deus cęlum et terram.* Aut uoluntate simul & uoce pręceptiua, ut *Fiat lux.* Siue deliberatiua, ut *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Aut uoluntate uoce & diffinitione, ut *Crescite, & multip. & replete terram, & germinet terra herbam virentem, & facientē semen, &c.* Et ea q̄ sola uoluntate & uoce dicunt, nouitate facta sunt. Quæ uero per diffinitionē, hæc sunt similia illis q̄ nouiter facta sunt, & hęc sunt quæ post septimum diem usq; in finē operat Deus, & ex illa diffinitione proueniunt. Quidam tria principia posuerunt, Deū Exemplar, & materiam eaque increata, & sine initio. Deumq; non tamquam creatorē materiæ, sed quasi artificem, ad exēplar de præiacenti materia mundum fecisse. Alii duo principia putauerūt, materiam & speciem, & cum his tertium, quod operatorium dicitur, mūdumque semper fuisse, & futurum esse. His & huiusmodi erroribus obuiās Moyses, in vno spiritu, in uno principio temporis, modum à creatore Deo factum narrat, tanta velocitate, vt effectu sensum temporis præueniret, vt videlicet Deum cognoscens initium vniuersorum æternum intelligere dedit, & omnipotentem, ex tanta celeritate operis, vt necdum primum nascentis mūdi momentum translactū dicatur, quā do mūdus creatus dicitur, his verbis. *In prin. cre. Deus cęl. & ter.*

Quatuor regulę sac. scripturæ.

C

Ioan. 1. a.

Generatio seculi facta quotupliciter.

D

Principia rerū quotuplicia.

STRABVS *In principio. &c.* Moyses in vno principio temporis a Deo creatore mūdum factum refert, vt sensum tēporis præueniret effectu volūtatis, vt Deū sciamus † temporis initium, & ipsum esse initium omniū, Plato enim tria initia vel principia existimabat, Deū, exemplar & materiam, & ipsa increata sine principio, & Deum quasi artifice non creatorem. Aristoteles duo, materiā, & speciem, & tertium operatoriū dictū, Mundum vero semper esse & fuisse. Contra hæc ergo & huiusmodi dicitur. *In princip. creauit Deus cælum & terram.*

al. ast† esse ante tpis initium.

Principia rerū secūdum Plat. & Arist. q̄ & quot.

E

AVGVS. Sicut Paulus per reuelationem dicit Euangelium ita Moyses docente spiritusancto, conditi mundi exordium. Moyses in hoc libro de inferiori mundo ad instructionem hominis agit, & q̄a homo præponendus erat mundo visibili. Primum, regnum paratum describit, postea rectorē inducit, cui seruiat plenitudo regni. Dicit ergo *In princ. creauit Deus cælum & terram.* Cæli & terræ nomine, quicquid Deus fecit, simul factum esse materia iter potest intelligi, sed informiter, siue spirituale, siue corporale sit. Deīde prosequitur, quomodo Deus singulorum formas fecerit, & operum distinctiōes, & q̄a nōdum erāt distinctæ formæ, addit de terra, *Terra aūt erat inanis & uacua.* his, s. quæ de ipsa erant processura. *& tenebræ erāt super fa. a.* Per abyssum cætera elemēta possunt intelligi, q̄ adhuc confusa & incerta erāt, quas formas essent habitura.

Quatuor modis operat Deus. Primo in verbo, Secundo in materia informi. Vnde Ecclesiastici 18. a. *Qui uiuit in æternum creauit omnia simul.* Tertio per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quarto ex primordialibus seminib. non incognitę oriuntur naturę, sed notæ sæpius ne pereāt reformantur.

Quomodo Deus dicatur operari.

*Isidorus, & Beda Mystice.* Primordia generis humani, quibus ipsa luce pfrui cępit, bene cōparātur primo diei, quo Deus lucē fecit. Et hæc ætas tāquā infantia putāda est ipsius vniuersi seculi, qd̄ tāquam vnius homo ætatē agit infantiā. Hæc protēdit ab Adā vsq; ad Noe gn̄ratiōib. x. Quasi uespera huius diei sit in diluuio, quia infantia nostra tāq̄ obliuionis diluuio deletur. Incipit mane secundæ diei a tēporib. Noe tanquam pueritia, & renditur hæc ætas vsq; ad Abraham generationibus decem. Et bene comparatur secundo diei, quo factum est firmamentum, inter aquam & aquam, quia & arca ī qua erat Noe cum filiis suis, firmamētum erat īter aquas inferiores, in qb. natabat, & superiores quib. cōpluebatur. Hæc ætas diluuio non delet, quia nec pueritia nostra obliuione tollitur de memoria. Meminimus. n. nos pueros fuisse, infantes non meminim⁹. uespera est confusio linguarum, in eis qui turrem faciebant. Et fit mane ab Abrahā. Sed nec ista ętas secunda gn̄rauit populum Domini, quia nec pueritia apta est ad generādum.

Mystice comparatio sex dierū ad sex ætates mūdi.

F.

Incipit mane diei tertiæ ab Abrahā, & succedit tertia ętas similis adolescentiæ, Et bn̄ comparatur diei tertio, in quo ab aquis terra separata est. Ab omnib. enim gentib. quarum error instabilis, & uanis simulachorum doctrinis, quasi uentis omnib. mobilis (quod bene significatur maris nomiae) fidelis popul⁹ secernit. Ab hac ergo gētium uanitate, & huius seculi fluctib. separatus est populus Dei per Abrahā, tanquā terra cum apparuit arida, id est, sitiēs imbrē diuinorum mādatorū. Qui popul⁹ unū Deū colēdo, tanq̄ irrigata terra, ut fructus vtiles posset afferre, sanctas scripturas & prophetias accepit. Hęc. n. ætas iam potuit generare populum Dei, quia & tertia ætas, i. adolescentia iam filios habere potest. Et ideo ad Abrahā dictum est Genesis 17. a. *Patrem multarū gentium posui te, augebo te nimis valde, & ponam te in gentes, & reges ex te erunt. Et ponam testamentū, &c.* Hæc ętas porrigitur ab Abrahā usq; ad Dauid, quatuordecim generationib. Huius uespera est in peccatis

A cat's populi, quibus diuina mandata præterebāt, vsq; ad malitiam pessimi Saulis. Deinde mystice fit mane quartæ diei, regnum.s. Dauid. Hęc ętas similis est iuuētuti. Et reuerta inter oēs ętates regnat iuuentus, & ipsa est ipsum firmamentū omniū ętatū, & ideo bene cōparat' quarto diei, in quo facta sūt sidera cæli in firmamēto. Quid enim euidentius significat regis eminentiā quam splendor solis, & plebis obtemperantiā lunæ splēdor ostēdit, tanquā Synagogā ipsam & stellę principes eius, & omnia fundata in stabilitate regni, tanquam in firmamento. Huius quasi vespera est in peccatis regum, quibus illa gens meruit captiuari. Fit deinde mane Quintę diei, Trāsmigratio in Babylonē, cum in captiuitate populus † leuiter in peregrino ocio est collocatus. Et porrigitur hęc ętas vsq; ad aduentū Christi.i. quinta ætas, secūdum quam est declinatio a iuuentute in senectutē, Nōdū quidem senectus, nec iam iuuētus, quia senior ętas est quæ Gręcis γῆρας dicitur. Senex enim apud eos γέρων, & πρεσβύτης appellatur. Et re vera sic ista ętas a regni robore est inclinata, & fracta in populo Iudęorū, quem admodum homo a iuuētute fit senior. Et bene cōparatur illa diei quinto, in quo facta sunt animalia in aquis, & volatilia cęli postea q.s. inter gentes tāquam in aquis cœperunt viuere, et habere incertā sedē, & instabilē sicut aues volāte. Sed plane ibi erant cete.i. magni homines, qui magis dominabāt fluctibus seculi, quā seruirent in illa captiuitate. Nō enim ad cultū idolorū aliquo terrore deprauati sunt. Vbi sane animaduertendū, q̄ benedixit Deus illa animalia, dicens: *Crescite & multip. & rep.aq.ma.auesque mul.su.ter.* Quia re vera gens Iudæorū (ex quo dispersa est per gentes) valde multiplicata est. Huius diei, hoc est, huius ętatis quasi vespera est multiplicatio peccatorū in populo Iudeorū, qa sic excæcati sunt, vt Deū & dominum nostrum Iesum Christum non possunt agnoscere.

Margin: alias † leuiter

B Mystice. MYSTICE. Mane sextæ diei fit prædicatio Euangelii per Iesum, & finito die quinto.i. quinta ętate, incipit 6.s. senectus veteris hominis, in qua homo minus potēs est, & quasi ad extremū uitæ tendit, Et hoc etiam apparet, quia illud carnale regnū iam est vehementer attritum, quando & templū Dei deiectum est, & sacrificia cessauerunt. Et nunc ea gēs, quantū ad regni vires attinet, quasi extremam vitam trahit. In ista tamē ętate tanquā in senectute veteris hominis homo nouus nascitur, q iam spiritualiter viuit. Sexta enim ætate siue die dictū est: *Prod.ter.ani.vi.* Nā quinta die nō dictū erat, pducāt aquæ animā uiuētē, sed reptilia animarū viuarū. Quomodo enim corpora sunt reptilia, sic tūc adhuc ēt corporali circūcisione & sacrificiis, tāq in mari gentiū populus ille seruiebat. Istam vero animā viuam dicit, quia vitam iam incipiunt æternā desiderare. Serpētes ergo & pecora, quę terra producit, gētes significāt iam stabiliter credituras Euangelio de quibus dicitur & illud, quod Petro demōstratū est in Actib. Apost. Act.x.b. *Macta & manduca.* Et cū ille immunda diceret, respōsum est illi. *Qd Deus mūdauit, tu cōmune ne dixeris.* Tūc fit homo ad imaginē & similtudinē Dei sicut in ista ætate sexta nascitur in carne dominus noster, de quo dictū est per Prophetam: *Et homo est, & quis cognoscens eū?* Et queādmodū in illa die masculus & fœmina ↄiūcti sunt sic & in ista Christus & Ecclesia. Et pręponit homo illa die pecorib. serpentibus, & volatilibus cęli. Sic & in ista ętate Christus regit animas sibi obtemperātes, quæ ad Ecclesiā eius, partim de populo Iudæorū, & partim ex Gētib. venerūt, vt ab eo domitę mansuescerēt, homines.s. vel carnali ↄcupiscētiæ dediti, sicut pecora, vel tenebrosa curiositate obscurati, quasi serpenres, vel elati superbia, quasi aues. Et sicut in illa die pascit homo & animalia quæ cum ipso sunt herbis seminalibus, & lignis fructiferis, & herbis viridibus, sic in ista ętate, homo quicunq; bonus est minister Christi, & eū bene quantū pōt imitatur, cum ī ipso populo spiritualiter pascitur sāctarū scriptuarum alimētis, & lege Dei partim ad ↄcupiscēdum fęcunditatē rationum atq; sermonnm, tāq̄ herbis seminalib. partim ad vtilitatē morum & ↄuersationis humanę, tāquā lignis fructiferis, partim ad vigorē fidei, spei, & charitatis vitā ęternā, tāquam herbis virentib. quæ nullo æstu tribula- C tionum possunt arescere. Sed spiritualis sic pascit istis alimentis, vt multa intelligat. Carnalis autē, id est, paruulus in Christo, tāquā pecus Dei, vt multa credat, quæ intelligere nōdum potest, tamen eosdem cibos omnes habent. Huius autē ętatis vespera est, de qua domin' ait, Luc.18.b. *Putas veniēs filius hominis inueniet fidē super terrā?* Post illā vesperā fiet mane, cū ipse dominus in charitate vēturus est. Tunc reqescēt cū Chro ab omnib. operibus suis ij, quib. dictum est Mat.v.g. *Estote ergo vos perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* Tales enī faciunt opera bona valde, post talia enim opera sperāda est requies ī die septimo, q uesperā nō habet. Nullo ergo modo potest dici queādmodum fecerit Deus cęlum te terrā, et omnē creaturā, quam condidit. Sed ista expositio per ordinem dierum sic indicat, quasi historiā rerum factarum, vt prędicationem futurorum maxime obseruet. Si autē aliquem monet, quod in istis ætatibus seculi duas ętates primas denis generationibus aduertimus explicari. Tres autem cōsequentes singulæ quatuordecim generationibus cōtexuntur. Sexta vero ista nullo generationum numero diffinita sit. Facile est videre ēt in vno quoque homine duas primas ætates, infantiam & pueritiam; corporis sensib. inhærere: qui sensus corporis quinque sunt, visus, auditus gustus, olfactus, & tactus. Quinarius aūt numer' duplicatus (quoniā duplex est sexus humanus, vnde gnrationes tales existunt, masculinus, & fęmininus) denarium numerū facit. Iā vero ab adolescētia, & deinceps, vbi rō incipit in homine pualere, accedit quinq; sensib cognitio & ratio, quib. vita regitur & administratur, vt iā septenarius numerus esse incipiat, qui similiter duplicatus, quatuordecim generationibus eminet & apparet. Quas habēt tres ætates consequentes, adolescentis scilicet, iuuenis, & senioris. Senectutis vero ætas sicut in nobis nullo statuto annorum tpe definitur, sed post illas quinq; quantū q sq; vixerit, senectuti deputat, sic in ista ętate seculi nō apparēt generationes definitæ, vt occultus sit vltimus dies, quem vtiliter dñs latere oportere demonstrat.

Margin: D; Antipophora.

Mystice. MYSTICE, *Igitur perfecti sunt celi.* Quia post illorū quasi sex dierū opera bona valde, speret hō quietem ppetuā, & intelliget qd sit *Requieuit Deus septimo die ab omni opere suo.* Quia & ille in nobis hæc bona operatur, q vt operemur iubet. Et recte ipse reqescere dr̄, quia post hæc omnia opera nostra requiē nobis præstabit. Quomodo recte paterfamilias dicitur ædificare domum, cum ut ædificēt operarii sui iubet, & requiescere, cū post perfectionem fabricæ, illis quibus imperabat, permittit vt uacent, & iocundo ocio perfruantur.

Moraliter E. ISIDORVS. *Moraliter.* Habet vnusquisque nostrum in rectis operibus & recta vita tāquā distinctos istos sex dies, post quos debeat quietem sperare. Primo die lucem fidei, quando primum visibilib. credit, propter quam fidem dominus uisibiliter apparere dignatus est. Secundo die factum est tanqnā firmamētum disciplinæ, qd̄ discernit inter carnalia & spiritualie opera, sicut firmamētum.īter inferiores aquas & superiores. Tertio die, quo mentem suam ad proferendos bonorum operum fructus pparat, & erigit, separata enim labe & fluctibus tentionum carnalium, tanquā aridam habet mentem, videlicet, tāquam a perturbationibus maris, vt iā possit dicere. *Mente seruio legi De, carne autem seruio legi peccati.* Ro.7.d.

Mystice. IDEM. *Mystice. In prin.cre. Deus cæ. & ter.* Spirituales.s. qui cęlestia meditant, & ter.i. carnales terrenum hominē imitātes. *Ter.au.erat ina. & ua.* Hoc caro nostra, antequam doctrinę accipiat formam. *Et tene erant su.fa.aby* quia peccati obscuritas, & ignorantiæ cæcitas tegebat corda nostra. *Et spi.do.fere.su.aq.* hoc est sup cor tenebrosum, & fluidum, ut in spiritu subsistētes reqsceremus, & stata eius unificaremus, cuius unda abluimus. *Dixitque De fiat lux.* id est, appareat illuminatio fidei.

Primo enim die lucem fidei dedit, quia prima est in cōuersiōe fides Vnde primum mādatum est, *Domin' Deus tuus unus est.* Deu.6.a. pp hanc fidē Christus uisibiliter apparuit præsentia sua. *Diui.lu.* i. filios Dei & lucis. *a tenebris.* i. peccatorib. Hos appellauit diem, illos noctē. Vnde Eph.5.b. *Fuistis aliquādo tenebre, nunc autem lux in domino.* Die secunda posuit firmamētum sanctas.s. scripturas in ecclesia. De quibus dicit, *Cælū sicut liber plicatus.* Hoc firmemētū discernit aquas i. populū angelorū, qbus nō est necesse vt in lectiōe audiāt uerbū Dei. Sed illud firmamētū posuit in sublimi sup infirmitatē inferiorum populorū, vt suspiciētes in eū cognoscāt, qualiter discernent inter carnalia & spiritualia, quasi inter aquas superiores & īferiores.

Die tertia ↄgregauit inferiores & falsas infideles.s. concupiscentiarū & tentationū fluctib. sese quatientes, & segregauit ab eis aridā.i. fideles fontē fidei sitientes. Infideles uero coercuit, ne iniqtatis suę fluctibus aridā.i. animā sitientē Deum, ↄturbēt, sed liceat ei germinare fructus bonorū operū, & diligere proximum, ut habeat in se semē secundū similitudinē suā. ut.s. ex sua infirmitate compatiatur alii indigenti. producat lignum forte fructiferum.i. beneficium, eripiēdo oppressum, & prębendo ei protectionis umbraculum. Die quarta F micuerunt luminaria ī firmamēto cęli, i. legisdoctores scripturę sanctę inherentes, & inferioribus lumen sapientię demōstrantes. Prodiit quoq. siderum [illegible] doctorum, scilicet, & legisperitorum numerositas qui in huius uitæ nocte fungētes diuidāt scripturæ sensibilia & intelligebilia, quasi inter lucē perfectorum & tenebras peccatorum, facientes signa virtutum, & miraculorum, q sunt in tēpora & annos quia propriis temporib. fiunt & transeunt, uerbum autē domini in æternum manet. Bene autem terra germinauit primo & postea facta sunt luminaria, quia post bona opera uenit illuminatio, quia uidetur species supernæ ueritatis.

Dei

☞ Die quinta facta sunt in aquis reptilia animarum viuarum A id est, homines in vitam; reuocari per sacramentū baptismi. *Facta sunt uolatilia*. id est, animæ volantes ad superna.

Sexta die produxit terra animam viuā, quando caro nostra ab operib mortuis abstinens, viua virtutum germina parit, secundum genus suum, id est, vitam imitādo sanctorum. Vnde Phil. 3. d. *Imitatores mei estote, &c.* Secundum genus nostrum viuimus, quādo sanctos quasi proximos imitamur. *Producit terra bestias*. id est, homines ferocitate superbiētes. *& pecora*, id est, simpliciter mentes, *& serpentes*, astutos. s. & bonum a malo discernētes. & quasi reputando scrutantes terrena, per quę intelligant cœlestia: Post hęc fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam virum. s. perfectum, qui ipsam veritatem contemplando operatur iustitiam. Hic accipit potestatē piscium maris, & volatilium celi, pecorum, ferarum, atque repentium, quia spiritualis similis Deo factus omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur. *Masculum & fœminam creauit eos*, quia B sicut viro mulier, sic spirituali & perfectio viro minus pfecte obedire debet. Dicitur enim eis. *Crescite & multiplicamini & replete terram*. In spiritualibus scilicet donis, vt ratio dominetur carni, quasi insensato animanti, & perturbationibus eius. Per herbam seminalem & lignum fructuosum in escam hominibus datum, intelligimus oblationes sanctorum. Vnde Paul⁹. j. Corin. ix. b. *Seminauimus spiritualia uobis, magnum est si carnalia uestra metamus.*

Avg. Cū in diuina scriptura de paucis verbis plures intellectus veri & catholici habent, illū deligamus maxime quem constat scriptorem sensisse, vel quē non impedit circunstantia scripturę, si cōuenit cum sana fide, aut saltem quem sana fides præscribit.

Idem. Si quia obscura legimus, q̄ possunt sane variis exponi sententijs, nullā præcipianter affirmemus, ne forte velimus eam esse scripturæ sententiam, quę nostra est, cū potius scripturæ sententiam debeamus facere nostram.

Nota. Idem. In narratione rerū gestarū nō omnia secundum figuraie tantū intellectum accipiunt, sed quædam secundum fidem rerū gestarum asserenda & defendenda sunt. Quærendum est ergo, quomodo præter allegoricam significationem dictum sit, *In principio creauit Deus cælum & terram. In princip.* scilicet temporis, Vel quia primo facta sunt. Vel. *In princip.* id est, in Dei filio, qui ait Ioa 8. d. *Ego sum principium, qui & loquor uobis Cælum & terram*. spiritualem, corporalemque creaturam intelligunt, vel corporalem tantum, per cælum, superiorem, per C terram, inferiorē. Vel vtriusque informis materia dicta est cęlum & terra. Spiritualis enim vita sicut in se est, non cōuersa D ad creatorem, informis est. Conuersa vero ad eum, formatur. Corporalis autem per priuationem omnis corporeæ qualitatis, quæ apparet informata materia. Vel cælū est creatura spiritualis, q̄ ab exordio quo facta est, & perfecta, & beata semper est. Terra vero corporalis materies adhuc imperfecta, qa terra (inquit) *erat inuisibilis & incomposita, &c.* Vbi videt informitatem significare corporalis substantiæ. Vtriusq; tamen informitas hic significari potest. Corporalis in eo quod dictum est, *Terra autem erat inuisibilis & incomposita*. Spiritualis autem ī hoc, *Et tenebræ erant super faciem abyssis.* Vt abyssum tenebrosā naturam vitę informem intelligamus, nisi ad creatorem cōuertatur, in quo solo formatur & illuminatur, ne sit tenebræ vel abyssus.

Tertia.

Gregor. Quærendū est quomodo Deus cuncta simul cōdidit, dū idem Moyses ex dierū mutatione uariante, distincte creata describit? Sed rerū materia simul creata est, simul vero formata per species nō est, & quod simul extitit per substantiam materię, nō simul apparuit per speciem formæ. Cum enim simul factum cęlum terraque dicitur, simul spiritualia & corporalia, & q̄quid de terra producit, simul facta indicatur. Sol, luna, & sydera quarto die in cælo facta perhibent. Sed E quod quarto die processit in specie, primo die in cęli substantia extitit per conditionem. Primo die terra creata dicitur, tertio arbusta condita, & cuncta terræ virentia describuntur. Sed quo die tertio in speciem prodijt, prima die in ipsa terræ substantia cōditū fuit. Hinc Moyses distincte per omnes vel singulos dies, omnia cōdita retulit, & tamen omnia simul creata subiungit dicens, *Istæ sunt generationes cæli & terræ, quando creatę sunt, in die, quando fecit Deus cælum & terram & omne uirgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbā regionis, &c.* Qui enim diuersis diebus creatum cælum, terram, virgultum, herbamque narrauerat, hinc vno die facta manifestat, vt ostēderet, quod omnis creatura simul per substantiam extitit.

Quō Deus cuncta simul condiderit.

Genes. 2. a.

† Quæ non simul per speciem processit. Vnde, *Et creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam. Ad imaginem Dei creauit illū, Masculum & fœminam creauit eos.* Fœmina nondum erat facta, iam homo masculus & fœmina perhibetur. Sed quia ex F latere Adæ erat processura, in illo iam computatur per substātiam, a quo fuerat producenda per formā. In minimis quoq; licet hęc considerare. Herba enim cum prodit & formatur, nondum in illa fructus nec dum fructus sui semen ostenditur, inest tamen ei fructus, & semen, quia simul sunt in radice substantiæ, quæ non simul prodeunt per temporis incrementa.

alias † Quāuis. Gen. 1. a.

In principio.

# POSTILLA NICOLAI DE LYRA SVPER GENESIM.

## CAPVT PRIMVM.

IN PRINCIPIO, &c. Tota sacra scriptura diuiditur in duas partes, in vetus & nouum testamentum. Nam licet tota sacra scriptura sit de Deo, tanquam de subiecto, tamen prima pars principaliter est de Deo, tanquam creatore & gubernatore: secunda vero de Deo, tanquam redemptore & glorificatore. Prima pars videlicet veteris testamenti, diuiditur in quatuor partes, in libros Legales, Historiales, Sapientiales, & Prophetales. Et quia vetus testamentum & nouum se habent sicut rota in medio rotæ, vt habetur Ezech. 1. d. Ideo nouum Testamentum consimiliter diuiditur, quia legi, in nouo testamento correspondet Euangelium, libris Sapientialibus correspondent epistolæ Pauli, & aliorum Apostolorum. Libris historialibus correspondent Actus Apostolorum. Libris prophetarum correspondet Apocalypsis. Circa primam partem veteris testamenti quę continet libros legales, videlicet quinque libros Moysi, considerandum quod lex non datur vni personæ, sed communitati populi adunati, ideo primo describitur adunatio fidelis populi sub cultu vnius Dei, quod fit in lib. Gen. Secundo describitur legislatio populo adunato, & hoc fit in Exod. & duobus libris sequentib. Tertio ponitur prædictæ legis repetitio & explicatio, & hoc fit in Deuter. Prima in duas, quia primo Moyses ostendit naturę humanę productionem. Secundo ipsius propagationem 4. c. vt sic procedat ad electionem fidelis populi, & distinctionem eius ab infideli populo per successiones generationum, vt patebit inf. Circa primum considerandum, quod tota corporalis creatura facta est propter hominem. Nam elementa sunt propter mixta, & mixta inanimata, propter mixta animata, & imperfecta propter perfecta, vt plantæ propter animalia, animalia vero propter hominem, quantum ad eius nutritionem & iuuamentum. Corpora etiam cælestia facta sunt propter hominem, secundum quod dicitur. Deut. 4. c. Ne forte oculis eleuatis ad cęlum, videas solem & lunam, & omnia astra celi, & errore deceptus adores ea, & colas, quę creauit dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus. Et ideo primo describit corporalis creaturæ productionem generaliter. Secundo hominis formationem specialiter ibi. ait, Faciamus hominem, &c. Circa primũ tria facit scriptura: Quia primo exponit opus creationis. Secundo opus distinctionis seu formationis, ibi. Dixit Deus, Fiat lux. Tertio opus ornatus seu dispositionis, ibi. Dixit autem Deus, Fiant luminaria. Opus creationis describitur ante omnem diem. Opus distinctionis, primis trib. dieb. Opus autem ornatus alijs trib. dieb. seqq. Et septimo die quieuit Deus a bonis creaturis cõdendis. Secundum vero sententiam Hieron. in epistola ad Paulinum presbyterum de omnib. sacræ scripturæ libris. Principium Genesis est tantis obscuritatib. inuolutum, vt ante triginta annos apud Hebræos non legatur, & huiusmodi obscuritates satis apparent ex varijs & multiplicib. expositionib. tam doctorum Hebræorum quam catholicorum. Et quia confusio est tam intelligentię quam memorię inimica, intendo vitare talem multitudinem expositionum illarum maxime quæ a sensu literali remotæ videntur, cui sensui intendo insistere secundum gratiam a Domino mihi datam. Igitur circa principium Gen. sunt tres expositiones solennes, ad quas aliæ videntur reduci. Prima est ipsius Aug. qui illos sex dies exponit, nõ put important successionem temporis, sed prout dicunt cognitionẽ angelicam relatam ad sex genera rerum conditarum. Ista cognitio angelica duplex est. Vna est rerum in genere proprio, & hęc dicitur vespertina, quia omnis creatura ad Deum comparata, qui est lux per essentiã, tenebra est. Alia est cognitio in verbo, & hæc dicitur matutina. Et sic exponit, Factumque est vespere & mane dies vnus, inquantum angeli cognouerunt lucem productam, & a tenebris diuisam in genere proprio, & hęc dicitur vespere. Et rerum in verbo, & hæc dicitur mane. & eod. modo de alijs dieb. seqq. Sed ista expositio videtur nimis longinqua a literali sensu, maxime quia secundum alios sanctos & doctores, Moyses rudi populo loquebatur, qui non poterat capere spiritualia sed tantum corporalia & grossa, & ideo de productione angelorum non fecit expressam mentionem. Et iterum quia populus ille pronus erat ad idololatriam, si fecisset mentionem de creaturis spiritualib. coluisset eas tanquam Deos, & ideo ista expositio, quæ longinqua videtur a litera, dimittatur. Aliæ autẽ duæ expositiones videntur propinquæ literæ, & ideo intendo eas prosequi & procedunt secundũ varias opiniones de natura materiæ positas a Philosophis, & ideo primo videndum est de hoc. Nec mirum si circa hoc diutius immoremur, quia ex hoc dependet intellectus operationis sex dierum, quę hic describitur multum obscure. Igitur circa naturam materiæ corporalium tres sunt opiniones solennes. Dicit. n. Commentator lib. de substantia orbis, quod in corporib. cęlestib. non est materia propriè dicta, quę est pars substantiæ compositæ. Cuius ratio est, quia materia propriè dicta quæ est in genere substantiæ, est potentia contradictionis ad esse, & ad non esse, simpliciter, talis aũt potentia non est in corporib. cælestib. quę sunt incorruptibilia, vt ab omnib. supponitur tanquam verum, ergo, &c. & ideo si aliquando in corporib. cælestib. a philosophis dicatur esse materia, hoc est large accipiendo, inquantum subiectum accipitur pro materia, quæ est ibi subiectum motus localis, & potentia ad vbi. Alij autem dicunt quod in corporib. cęlestib. est materia quę est pars substantię compositæ, alioqn corpora cælestia essent formæ actu intelligibiles, quia essent a materia separatæ. Item quia ibi est quantitas quę sequitur materiam, sicut qualitas formam, sed est alterius rationis quam materia corporum elementorum & mixtorum, quia ibi ipsa est tantum potentia ad formam quam habet, & ad nullã aliam, sicut materia solis est solum in potentia respectu formę quam habet, & non alterius & sic est de alijs corporib. cęlestib. propter quod corpora cælestia sunt incorruptibilia. Materia vero elementorum & corporum mixtorum est in potentia ad plures formas, quę non possunt simul esse in materia. & ideo quando est sub vna forma, est in potentia ad aliam, qua caret, & sic habet priuationem annexã, propter quod prędicta corpora sunt corruptibilia, quia priuatio semper machinatur ad maleficium, vt dicitur primo Physicorum. Alij vero dicũt, quod in corporib. cęlestib. est materia, & quod est eiusdem rationis cum materia generabilium & corruptibilium. Cuius ratio est quia materia substantiatur per suum posse (secundum commentatorem & Philosophum) & ideo circunscripta omni forma, materia quæ est in genere substantiæ, & est pars cõpositi, non potest intelligi nisi pura potentia. Cum igitur actus sit qui distinguit, & per meram potentiam nulla possit esse distinctio, videtur quod circumscripta per intellectum omni forma corporum corruptibilium & incorruptibiliũ, non remaneat aliquid vnde hęc materia possit distingui ab illa, sed remanet vnius simpliciter rationis in corporib. cęlestib. & corruptib. Item secundum Aug. lib. confessio. Materia est prope nihil, ita quod nihil potest excogitari intermedium. Si aũt in corporib. cęlestib. est materia alterius rationis quam in elementis, opottet quod ista ratio sit nobilior quia ignobilior non potest esse, ergo magis recedit a nihilo, & per consequens perdit rationem materiæ, & accipit rationem formę. Verumtamẽ licet in ipsis sit materia eiusdem rationis, tamen corpora cælestia sunt incorruptibilia, inferiora autem corruptibilia. Cuius ratio est, quia secundũ Philosophum libro de sensu & sensato. Ignis & terra non agunt & patiuntur adinuicem quantum huiusmodi, sed solum inquantum contrarietatem habentia, ideo corpora elementaria & mixta, quorum formę substantiales habent annexas contrarias qualitates actiuas & passiuas, agunt & patiuntur adinuicem passione proprie dicta, quæ est cũ abiectione contrarij, ideo transmutantur, generantur, & corrumpuntur. Formæ autem substantiales corporum cęlestium non habent annexas tales qualitates actiuas & passiuas, & per consequens non est in eis passio quę magis facta contraria abijcit ab ipsa substantia, & per consequens remanent incorruptibilia, licet habeant materiam eiusdem rationis cum corporib. corruptibilib. accipiendo materiam præcisè, prout est pars compositi in genere substantia, quę distinguitur a priuatione, prout habetur 1. Physic. Et secundum istos materia corporum cælestium non est priuationi adiunctã, quia materia non habet priuationem adiunctam propriè loquẽdo, nisi prout est informata forma substantiali habente annexas qualitates, habentes contrarietatem ad qualitates annexas alteri formæ substantiali incompassibili in eadem materia. Sicut forma substantialis ignis habet annexas, caliditatem & siccitatem. Forma substantialis aquę habet annexas frigiditatem & humiditatem, quæ sunt generationis & corruptionis causa, ut superius expressum est. Quæ autẽ istarum trium opinionem sit verior, nõ est pręsentis speculationis inquirere, nec per consequẽs multitudinem rationum ad hoc inducere, cum (sicut prędictũ est intẽdam insistere expositioni literali, propter quod intendo literam quæ est in principio Gen. secundum prędictas opiniones varie exponere, & rationes ad

Ezech. 1.

B

Liber Gen. difficilis.

C

Tres expositiones solennes Genes.

Cognitio angelica duplex.

D

Opiniones tres de materia corporum cælestium.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

E

Materia prope nihil lib. 12. confes. c. 6.

Aristot. de sensu & sensato.

F

A IN PRINCIPIO *creauit, &c.* Non dicit. *In Principio dicit Deus fiat celum & terra.* Sed dixit. *fiat lux. Et facta est lux*: quoniam vniuersaliter nomine celi & terræ comprehendendum erat quicquid fecit Deus. Deinde per partes explicandū quomodo fecit. Vnde sequitur. *Dixit Deus Fiat*, idest, per verbum suum fecit. Vel quia cum primum fiebat informis materia spiritualis vel corporalis, non erat dicendum, *dixit Deus fiat*. Incongruum enim erat a Deo dici: *fiat*, quia formam verbi non imitatur imperfectio, nisi cum generis sui conuersione ad creatorem sit perfecta creatura, vt cum dicitur. *Dixit Deus fiat*, intelligamus eum ad se imperfectionē creaturæ reuocare. Cum ergo dicitur. *in principio fecit Deus cęlum & terram*, commemoratio filii fit, quia principium est. Sed cum dicitur. *Dixit Deus fiat*. commemoratur, quia verbum est. Per principium notat exordium creaturæ existentis ab illo, per verbum, perfectionē creturæ ab illo ad ipsum reuocatæ, vt formetur imitando formam verbi incommutabilem.
B Non enim habet vitam informem uerbum Dei, cui est idem esse quod uiuere, imo idem viuere, quod beate uiuere. Creatura uero spiritualis habet informem uitam, cui non est hoc esse quod uiuere, nec uiuere, quod beate viuere, quia auersa a sapientia Dei, stulte & misere viuit.

† De consec. di. 2. c. quia tempus. verb. ergo sicut & c. panis est in alta. de pe. d. 2. c. quod ergo de sum matri c. 1. Bed. in Genesim.

a *In prin. creauit Deus celum & terrā.* Creationē mundi insinuans scripturæ, primo verbo, ęternitatem & oīpotentiam Dei ostēdit. Quem enim in principio temporum mūdum creasse, eundem ante tempora æternaliter significat extitisse. Et quem in conditionis initio celum & terram creasse narrat, tanta celeritate operationis, oīpotentem esse declarat, cui valuisse, facere est. Bene ergo dicitur *In priu, creauit, &c.* Vtrunq. simul, quāuis vtrunque simul ab hoīe non dicatur. Vnde propheta terram in initio factam ostendit dicens. Psal. 101. d. *Initio tu domine ter. fun. &c. In principio creauit Deus cælum & terram*, Cęlum non visibile firmamentum, sed empyreum, idest, ignem vel intellectuale, quod non ab ardore, sed a splendore dicitur, quod statim repletum est angelis. unde in Iob 38. a. *Vbi eras cum me laudarent astra matutina, &c.* Et nota tria hic commemorari elementa. Nomine cęli, aerem intelligimus. Nomine terrę, ipsam & ignem qui in ea latet. Quarti, id est, aquę in sequentibus fit mentio.

D

ALCVI. *In principio.* Filio, quo humanato patuit qui essent cœlestes qui terreni. Cęlum, creatura spiritualis ab exordio perfecta & beata. Terra, corporalis materies adhuc imperfecta. Cęlum, informem materiam spiritualis vitę, sicut in se potest existere non cōuersa ad creatorem in quo formatur. Terram, corporalem, sine omni qualitate quæ apparet in materia formata. Scriptura ait. *Qui fecisti mundum de materia informi.* Materia facta est de nihilo. Species mundi de materia informi.

E Sapiēt. 11.

BED. Proinde duas res fecit Deus ante oē tps, angelicā creaturā, & materiā informē, quis Sal. dicat. *Qui uiuit in æternū, creauit oīa simul.* Eccl. 18. a. s̄m Origenem tn̄ informis materies antecedit formatā speciem, Itaq; mundum & angelos & aīam de nihilo fecit Deus, hominem, & creaturas cæteras de aliquo.

In Genes.

BEDA. Septem sunt cœli, quorum hæc sunt nomina, aer, æther, olympus, spacium vel igneum, firmamen-

*Liber Genesis, Hebraice dictus* בראשית, *Beresit, id est, in principio. Græce* γένεσις, *id est, generatio.*

## CAPVT. I.

a Temporis, vel ante cætera, vel in filio suo.
b Tanquam omnium creator.

a IN † principio creauit 1

a Pater.
a Id est spirituales, quia cęlestia meditantur. 2
c Carnales, scilicet, qui terrenum hominem nec dum deposuerunt.
Id est, spiritualem & corporalem creaturam.
Omnem, scilicet creaturam corporalem superiorem, & inferiorem. 3

Deus cœlum & terram 4

### NICOLAVS DE LYRA.

C *vtramque partem inductas soluere, quibus solutis aliæ quæ possent induci, de facili poterunt solui, sicut credo. Et sic lector eligat expositionem quam tenere voluerit, vel vtramque si voluerit, prosequatur. Prima expositio est, quod omnes partes mundi principales, videlicet corpora cęlestia omnia, & quatuor elementa, per opus creationis a principio fuerunt producta in formis suis substantialibus distinctis, & totum opus distinctionis seu formationis in tribus diebus sequentibus, & etiam opus ornatus corporum cęlestium, quod factum est in quarta die, intelligitur quantum ad qualitates & proprietates accidentales superadditas, vt patebit magis in particulari prosequendo istam expositionem. Et procedit ista expositio secundum duas primas opiniones de natura materiæ suprapositas. Illi enim qui dicunt, quod in corporibus cælestibus non est materia, non possunt dicere, quod materia omnium corporalium sit producta sub vna forma communi, & posita secundum diuersas sui partes per formas substantiales specificas distincta, cum secundum eos in corporibus cælestibus non sit materia, & ideo consequenter habent dicere, quod omnia corpora cælestia a principio sunt producta in formis suis substantialibus distinctis. & consimiliter dicunt de elementis quæ sunt partes integrales, mundi principales, quod in suis formis substantialib. simul sunt producta, licet non sit necessarium sequi de elementis ad dictum eorum de natura materiæ, sicut sequitur de corporibus cælestibus, in quibus non ponunt materiam. Eodem modo dicendum est illi qui tenent opinionem secundam de materia supra positam, quia si materia cuiuslibet corporis cęlestis est solum in potentia ad formam substantialem quam habet, non potest dici, quod materia corporum cęlestium & elementorum sit producta sub vna forma communi, & postea per formas substantiales distincta, nec etiam, quod materia corporum cęlestium per se sit producta sub una forma communi, & postea distincta per formas substantiales solis & lunæ, & aliorum corporum cęlestium, quia ad utrumque istorum sequitur oppositum dicti sui: videlicet, quod materia corporis cælestis non sit in potentia ad vnam formam, sed ad plures. Secunda autem expositio literalis quam tenent Strab. & Bed. & aliqui alij doctores, est, quod materia omnium corporalium & elementarium per opus creationis producta est sub una forma cōi genere substantiæ, utpote corporeitatis, & dieb. seqq. sit distincta secundum diuersas sui partes per formas specificas tam cœlestes, quam elementares. Considerandum uero quod si in qualibet particula litera exponeretur, secundum utramque opinionem prædictam successiue, talis frequens mutatio & transitus de una expositione ad aliam confunderet intellectū, propter quod intendo exponere totam literam a principio capituli usque ad opus quartæ diei inclusiue. Primo secundum primam opinionem, & secundo quantum ad secundam. Litera autem quæ sequitur opus quartæ diei secundum utramque opinionem uniformiter potest exponi. Primo igitur exponitur opus creationis cum dicitur.*

F

1 In principio. *Et sic describitur factum ante omnem diem, sed illud, ante, secundum istam expositionem non accipitur duratione, sed natura tantum, sicut sonus precedit uocem, dicit igitur.* In principio. *s. temporis uel productionis rerum.*

2 Creauit Deus. *id est, de nihilo produxit quod est proprium ipsius Dei.*

3 Cælum. *i. corpora cœlestia omnia in suis formis substantialibus, distincta, licet adhuc in aliquibus proprietatibus accidentalibus essent informia, ut patebit infra.*

4 Et terram. *in sua forma substantiali distinctam, & aliquibus proprietatibus formam substantialem necessario concomitātibus, quia tamen adhuc quantum ad aliqua erat informis, ideo sequitur.*

* 1 Terra

### MORALITER.

† 1 *In principio creauit Deus cælum & terram, &c.* In hoc c. mundi creatio describitur, per quam bene hominis creatio designatur, eo quod homo minor mundus dicitur a philosophis, & etiam a sanctis. Gregorius enim exponens illud Marci vltimo d. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* dicit omnis creaturæ nomine signatur homo, mundus enim & vniuersitas creaturę idem penitus significant, igitur primo describitur hominis perfectio in esse naturæ, cum dicitur.

*In prin. crea. Deus cælum.* i. spiritum humanum, qui cęlum dicitur, eo quod a Deo celitus donatur.

4 *Et terram.* i. carnem humanam, quæ dicitur terra, eo quod est terrę a dominio. Caro uero hominis lapsi non habet ex se aliquod bonum Rom. 7. c. non habitat in me, i. in carne mea bonum, ideo subditur.

† 1 Terra

mamentum, cœlum angelorum, & trinitatis.

A HIERONYMVS autem dicit cœlum trinitatis primum, secundum angelorum. tertium firmamentum.

Li. de mũdi opificio

✲ PHILO. Propter traditam à Mose creationem, præclarissima & omniũ optima edocti sumus. Primum esse & subsistere in natura rerũ aliquod numẽ, aliquam diuinitatem, idq; propter impios ostensũ. Secundũ ꝙ Deus sit vnus, propter eos qui multos Deus induxerunt, ã Tertiũ ꝙ mundus is est creatus, propter eos q eum statuerũt sempiternũ, Quartum quod vnus sit etiam ille mundus, quia creauit hunc ipsum quem fecit.

Hom. 1. examer.

✲ BASILIVS. Ex duobus extremis, vniuersi sane totius innuit ortum, cęlo quidem primis ortus redditis partibus, terræ vero secundis. Quidquid autẽ isto rũ mediũ est, id una cum ipsis omnino finib. exortũ esse, consentaneum est rationi. Itaque si nihil etiã de cęteris dixerit elementis, tu tamen ipse tua solertia capere uelis.

a ¶ Nostræ carnis. ¶ Corporalis substantia. b ¶ Priusquam doctrinę formam acceperet. ¶ Informis, imperfecta. c ¶ His quę de ipsa erant formanda.

**Terra autem erat inanis & vacua,**

a ¶ Peccatorum. ¶ Ignorantię cęteris. ¶ Spiritualem naturam significat, quę conuersa ad creatorem formatur, & illuminaretur. ¶ Quia non erat lux quę superesset & supersunderetur. b ¶ Humani cordis.

**b & tenebrę erãt sup faciẽ abyssi, &**

a ¶ Spiritus Sanctus. ¶ bona voluntas creatoris, cui subiacebat quod formandum erat. ¶ tanquam dominus. b ... a lingua, fouebat sicut auis oua ¶ sicut sapientia artificis superfertur fabricando operi. c ¶ informem sed ductilem materiam. ¶ totam corporalem machinam, quia ex humida natura formantur, quę videmus in species varias. ¶ vel spiritualem vitam quasi fluitantem, ante conuersionis formam. c ¶ cor tenebrosum & fluidum.

**c spiritus † Dñi ferebatur sup aquas**

Homil. 2. in Genes.

✲ CHRISOST. Merito dubitatur, cur Moses qui multis seculis post mundi cõditionem vixit, hæc nobis exponat. Quia scilicet, Deus per seipsum ab initio hominib. loquebatur. Sic B enim ad Adã venit, Caim increpauit, cum Noë locutus est apud Abrabam hospitatus est. At ubi in magnam malitiam humanum genus degeneraruit, qa familiaritate sua indignifacti fuerant, iterum suam erga illos amicitiam innouare uolens, quasi longe absentib. literas mittit. Et has quidem literas dedit Deus, attulit autem Moses.

quæst. 2. in Genes.

✲ THEODORETVS. Cur nullam apertam Moses de creatione Angelorum fecit mentionem? Huic respondemus, ꝙ Iudęi qui legem acceperant, nihil firmum q habebant. Nam si post tanta miracula, uitulum sibi in Deum conflauerunt, quid fecissent si angelicarum naturarum cognitionem habuissent Ideo ante Abraham ad neminem veterum per Angelos locutus est Deus.

Quæst. 1.

✲ IDEM. Cur ante rerum opificem Moses de Deo nil meminit? Metiri solet diuina scriptura doctrinam suam pro viribus erudiendorum. Et perfectis quidem perfecta, imperfectis autẽ uelut elemẽta tradit, Itaq; quia Iudaicus populus diu cũ Aegyptiis vixerat, qui plures Deos colunt, iure populo huic Moses primũ doctrinã de vero & solo Deo & omniũ creatore tradidit, ostẽdens oĩa principium habere, creatorem vero sempiternũ & absq; princip. esse, vñ ait, *In principio fecit*, &c.

Mystice.

MYSTICE. *In principio creauit Deus cęlum*, eos, scilicet qui cęlestis imaginem portauerunt, & terram, id est eos qui postea superbiendo, terram, id est terreni hominis imaginem portantes, se fecerunt deformes. *Terra autem erat inanis*, quia deposuerat formam bonam. *& vacua*, boni operis fructu. *& tenebræ erant*, veri scilicet luminis priuatio. super faciem abyssi, corda scilicet superborum.

Vbi supra

C a *Terra autem erat inanis, &c.* BEDA. Quod vel quale cœlum in principio cum terra factum est, ostẽdit. Hoc enim de terra subdit, quod de cœlo intelligi voluit. Hoc enim superius cœlum quod a volubilitate mundi secretum est mox vt creatũ est, sanctis angelis est impletum, quos in principio cum cœlo & terra cõditos testatur dominus dicẽs Iob 38. a. *Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent oẽs filij* Dei Astra matutina eosdẽ angelos, & filios Dei vocat. De cęlo enim ĩ quo posita sunt luminaria, quomodo vel quãdo factũ sit postea dicit. D

STRAB. *Inanis & vacua.* Inutilis, scilicet, & infructuosa, & incomposita. Omnia enim elementa cõmixta & confusa, & totum hoc aëris spaciũ aquis plenũ, non quales nunc sunt, sed sicut nebulæ tenues erant quales adhuc supercęlestes sunt.

Lib. 1. examer. c. 7.

✠ BASILIVS. Alia litera habet, *terra autẽ inuisibilis erat & inextructa.* Atqui 1 duas terrã ob causas inuisibilẽ dixit, aut 2 quia nõdũ erat spectator ipsius homo, aut quod cerni non poterat, cum obruta fluitantibus aquis esset, Nõdũ enim aggregatæ erãt suis in locis aquæ, quas 3 Deus cũ aggregasset maria nũcupauit. Nã cũ inuisibile dicatur, tũ id quod oculis corporeis videri nõ potest, vt mens humana, tũ id, quod natura sua cõspici potest, obiectu tamẽ corporis occultatur, ut ferrũ quod in alto gurgite iacet: hoc modo secundonũc inuisibilẽ terrã 4 dictã esse putamus, aquea natura velatam, adde tamen & lucem nondum ex ortã fuisse, absentia cuius terra inuisibilis a scriptura dicta est, quod aër vndique circa ipsam diffusus luce careret.

Homil. 2. examer.

✲ AMBROSIVS. Bonus artifex prius fundamẽtũ ponit, postea fundamẽto posito ædificationis mẽbra distinguit, adiungit ornatũ. Merito inuisibilis (terra) qa aquis operta, & quia incomposita, quæ figuram & speciem congruentẽ adhuc non E acceperat a pprio conditore. Et fortasse dicãt, cur nõ simul ornatus congruos dedit elemẽtis, Primo, ne vere increata & sine principio crederentur, si species rerũ velut ingeneratę ab initio, nõ postea additæ viderentur, accedit, ꝙ Deus imitatores nos sui esse voluit, ut primo faciamus aliqua, postea uenustem⁹, nedũ simul vtrũq; adorimur, neutrũ possim⁹ implere.

In eundem locum.

✲ EVCHERIVS. *Terra ergo erat inuisibilis & incomposita*, id est adhuc informis erat ipsa materia prima, quia necdũ ex ea cęlum & terra, necdum oĩa formata erãt q formari restabant. Hæc. n. materia de nihilo facta, precessit tamẽ res ex se factas.

b *Et tenebrę erant super faciem abyssi.* AVGVST. quia scilicet non erat lux, quę si esset, etiã superesset & superfunderetur, quod fit in creatura spirituali, cum conuertitur ad incommutabile lumen quod Deus est.

†Ecc. 18. a.

BEDA. *Teneb. erant. &c.* Non sunt audiendi qui reprehendendo dicunt, Deum prius creasse tenebras quam lucẽ, quia nullas in aqua uel aëre fecit tenebras, sed distincto ordine prouidentiæ prius aquas cum cœlo creauit & terra, & has cum uoluit lucis gratia uenustauit. Et notandum, ꝙ cum cęlo duo elementa mundi creata sunt, qu. b. alia duo inserta sunt, aqua, scilicet, & terra, quib. insunt ignis & aër. Aquæ autem totam superficiem terræ tanta altitudine tegebant, vt ad illos quæ locos pertingerent, ubi nunc usq; super firmamentũ partim resident. Ipsa aũt terra & aqua informis dicuntur materia, quia omnia quę uidemus, uel ex istis sumpserunt exordium, uel ex nihilo, & priusquã ĩ lucẽ venirent, nõ erat uñ formã haberẽt. F

Homil. 3. in Genes.

✲ CHRYSOS. Discimus hic, quod omne quod videbatur, erat abyssus aquarum tenebris velata, & opus habebat sapiẽte opifice, qui omnem hanc informitatem discuteret, & ornatum aliquem inducere posset.

In Genes. Li. 1. de Genes. ad literam, c. 1.

✲ ACACIVS. Declarat tenebras lucem præcessisse. Neque mirum. Nam & rationis expertia, hominem ratione præditum, in rerum creatione precesserunt.

c *Et spiritus domini ferebatur super aquas.* AVGV. Siue totam ☞ corpo

## NICOLAVS DE LYRA

1 Terra autẽ erat ina. *id est inuisibilis, qa erat undiq; aqs cooperta.*
2 Et uacua. *Quia non erat adhuc plantis & herbis ornata. Sequitur.*
3 Et teneb. erant super fac. absſi. *id est, super faciem elementorum. Abyssus, ἄβυσσος enim Gręce, est vorago Latine, & importat immensam aquarum profunditatem. Importat etiam confusionem quandam & commixtionem, totum autem quod est infra circulum lunæ erat confusum, quia licet elementa essent producta in suis formis substantialib. non tamen adhuc habebant omnes proprietates accidentales debitas usq; in tertiam diem, in qua sunt distincta elemẽta, & ideo vsq; tunc aqua ipsa non habuit debitam densitatem, sed quasi vaporaliter eleuabatur per totum spacium aeris, & ignis, cooperiebat enim terram, & sic quędã cõfusio & cõmixtio erat in elemẽtis, & ideo hoc uocabãt abyssus.*
4 Et spiritus &c. aquas. *id est super illam congeriem et commixtio-* ✲ *nem*

## MORALITER

✲ 1 *Terra autem erat, etc. et uacua.* scilicet a bone moris.
3 Et *tene. etc. abyssi.* Nomine abyssi potest anima humana significari propter sui profunditatem. vnde Hiere. 17. b. Prauũ est cor hominis, & inscrutabile. Alia translatio habet, Profundũ est cor hominis, &c. Nec obstat, quod spiritus hominis, q est idẽ quod anima, supra per cœlum significatur. Nam unum idẽ propter diuersas sui proprietates per diuersas res figuratũ, ut supra dictum est in prologo. Nã anima in sua creatione caret scientiarũ luce, ut habetur 3. de anima. propter quod bene dicitur de ipsa, Et tenebrę erant super faciem abyssi. Sed quoniam scire naturaliter desiderat, ideo subditur.
4 *Et spiritus domini.* id est spiritus hominis qui conuenienter dici potest domini spiritus, eo quod a domino creatus.
*Ferebatur super aquas.* id est naturaliter desiderans sciẽtias, q ✲ nomi

A corporalem materiã aquam appellauit, vt insinuaret vnde facta & formata sunt omnia, quæ ex humida natura per species varias in terra formari videmus. Siue spirituale vitã ante conuersionis formam quasi fluitantem. Spiritus Dei superferebatur: quia subiaceqat bonæ voluntati creatoris, quod formãdũ & perficiẽdũ inchoauerat. dictũ est etiã: *Spiritus domini ferebatur sup aquas* Ne faciẽdo opa potius p necessitatẽ indigẽtiæ, quã per abundantiam beneficentiæ Deus amare putaret. Cõmodè .n. prius insinuatur aliqd inchoatũ, cui superferret: nõ loco, sed omnia superante potentia. a

* non temporaliter, non sono vocis, sed in verbo coæterno. a Hic incipit distinguere opera. angelica natura vel corporalis lux. illuminatio fidei scilicet appareat. lux luendo id est purgando tenebras. b bene ab æterna luce prius sit temporalis lux, vt per eam cætera videantur. angelica natura Dei visione illustrata.

Dixitque Deus: Fiat lux, & facta est.

*Et spiritus dñi ferebatur, &c.* Hier. in b heb. haber .merahephet, id est, incubabat vel fouebat, more volucris oua calore animantis. Intelligimus ergo nõ de spiritu mundi dici, vt putãt multi, sed de spiritusancto, qui & ipse est omnium viuificator. Si aũt viuificator, & conditor. Si cõditor, & Deus. Psal. 103. d. *Emitte* (ait) *spiritum tuum & creab.*

Spiritus domin.

Homi. 2. i Genes.

✱ BASILIVS. Siue id dicat spiritum diffusionem aëris naturæ spirabilis, siue quod verius est, & à maiorib. nostris probatum, Spiritussanctus spiritus Dei sit dictus, qui diuinæ trinitatis numerum complet.

Hom. 3.

✱ CHRISOST. Mihi videtur significare quod affuerit efficax quędam & vitalis operatio aquis, & nõ fuerit simpliciter aqua stans, sed mobilis, & vitalem quandam vim habens.

Libr. 1. de Genesi ad literã imperfe. c. 4.

✱ AVGVSTINVS. Nõ autem superferebatur spiritus Dei, sicut oleum aquę, id est, quasi cõtineretur. Sed si ad hoc de visibilibus exẽpla capienda sunt, sicut superfertur lux ista solis, his corporibus quę illuminat in terra, non. n. continetur illis.

B *Et spiritus.* In quo subsistẽtes requiesceremus flatu eius viuificati, & vnda baptismi abluti. *Et spiritus do. fer. sup aq. & c.* Sicut Deus s. & conditor præerat fluitanti & cõfusæ materiei, vt distingueret qñ vellet. Tota ergo trinitas hic operata intelligitur, Deus pater. s. Principiũ filius. Spiritus Dei, spiritussanctus.

Comparatio sex dierũ ad sex ætates mũdi & hoĩs.

*Et spiritus.* ISID. Corda. s. fluctuantia, quæ mentis quietem amiserant, quia eis spiritus non inritebatur: sed superferebatur quasi potens naturã à cõfusione in melius reuocare. Deinde per totum huius scripturæ textum sex quasdam operosas ætates videmus, licet quasi proximis limitibus distinctas, vt in septima quies speretur, & eas habere similitudinem sex dierũ, quibus ea facta sunt, quę Deum fecisse scriptura commemorat. Primordiũ enim generis humani quo ista luce frui cępit, comparatur primo diei quo lucem Deus fecit. Hæc ætas tanquam infantia est totius seculi, quod tãquam vnum hominẽ proportione magnitudinis suę cogitamus. Homo enim cum primo nascitur in lucem, infantiam agit primam ętatem, quę tendit ab Adam vsq; ad Noë generationibus decem, diluuiũ quasi vespera huius Dei est, quia infantia nostra obliuionis diluuio deletur.

Ex cathena græca.

✱ CIRILVS. Alexand. *Et spiritus domini ferebatur.* per hoc autem obscure innuit iam ab ipsius mundi exordio sacri baptismatis gratiam.

C a *Dixitq;* ALCV. perfecit, posuit, vt celeritatem, vel facilitatẽ operis Dei ostenderet.

Ho. 2. exameron.

✱ BASILIVS. Vocem in Deo, verbum, imperium, præceptumque dicimus, nec eũ intelligimus sonum, qui per instrumenta vocis elicitur, nec aërem lingua formatum, orationẽ diuinam esse asserimus, sed pro voluntatis momento vocẽ atque præceptum, sumi, dicique censemus.

Vbi supr. cap. 17.

*Dixitq; Deus Fiat lux.* AVG. Lux primo die facta: spiritualis vel corporalis ĩtelligitur. Si spiritualis: nõ illa patri coæterna, D per quem facta sunt omnia. Sed de qua dicitur. Sap. 8. d. *Prior omnium creata est sapientia.* i. intellectualis & angelica vita, quæ informiter fluctuat: nisi ad creatorem conuersa, quæ põt esse prima creatura, & cœlum dicta, cũ dicitur. *In principio creauit Deus cælum, & terrã.* Sed ad creatorẽ conuersã cũ dicitur. *Fiat lux, & facta ẽ lux.* In qua luce spirituali forte diuisio lucis à tenebris, distictio rei ĩtelligit iã formatæ ab ĩformi. Appellatio diei & noctis, significatio distributionis, qua significat nihil Deũ inordinatũ relinquere, nec ꝑfect⁹ creaturę, sine suplemẽt o vniuersi decoris esse. Vespera in triduo antequã fieret luminaria cõsumati operis terminus. Mane futuri ĩchoatio. Si aũt primo die corporalis lux facta est, cõgrue mundi ornatus à luce inchoat: vnde cætera quæ creanda erant, videbatur. Si autẽ quærit, vbi est facta, cũ abyssus omnem terrę altitudinem tegeret? patet, ꝙ ĩ illis partib., quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirũ lucẽ in aquis posse lucere, cum etiã nautarũ operatione sæpius illustrent, q in profundo mersi, misso ex ore oleo, aquas sibi illustretur: quæ tũc multo rariores quã sit modo, fuere in principio, quia nondum congregatæ in vno loco.

1 2

Quõ aquę a illustrentur.

Ibid. c. 2.

*Dixitq; De. Fiat l.* AVG. Non temporaliter. Si enim temporaliter, & mutabiliter. Si mutabiliter, & per subiectam creaturã nõ est lux prima creatura. Sed forsitan quia iam dictũ erat: *In principio fecit Deus cælum, &c.* poterat per cœlestem creaturam vox ista tpaliter fieri: *Fiat lux.* Quod si ita, ista corporalis lux facta est per subiectã creaturã, quã ante fecerat, dicẽte domino *Fiat lux.* Quomodo per spiritualis creaturę occultũ motũ dici potuit diuinitus. Non. n. corporaliter sonuit vox Dei, sicut illa Mar. 1. b. *Tu es filius meus, &c.* Qua .n. lingua sonaret cum linguarum diuersitas nondũ esset, nec lingua erat vna & sola quę loqueretur, nec erat quẽ oporteret audire & intelligere. Bene ergo accipitur vox Dei verbũ, quod in sono vocis intelligitur. Ad naturã .n. verbi: per quod omnia facta sunt, hoc ipsum pertinere dr. Aeternum ergo est, quod dixit Deus: *Fiat lux,* qa verbum Dei patri coęternũ. Cum .n. audiuimus: *& dixit Deus, Fiat,* intelligimus in verbo esse, vt fieret. Cũ vero addit: *Et factũ est* ita, intelligimus factã creaturã non excessisse præfixos ĩ verbo terminos generis sui. Cum verò dr: *vidit Deus quod esset bonũ,* intelligimus in benignitate spiritus eius, non quasi cognitum postquam factum e st placuisse, sed eadem bonitate placuisse vt factum maneret, in qua placuit vt fieret. Ideo .n. diligit Deus creaturam suam, vt sit, & vt maneat.

E vox Dei.

Ibid ca. 4. 5. 9.

b *Fiat lux.* AVG. ea conditione s. qua cuncta subsistunt intẽporaliter in Dei sapiẽtia priusquam in seipsis. *Et facta est lux,* id est, angelica & cœlestis substantia, in se temporaliter, sicut erat in sapiẽtia, quãtum ad eius incõmutabilitatẽ æternaliter Vel notatur huius creaturę informitas. s. & imperfectio ante quã formaretur in amore conditoris. Formatur enim cum conuertitur ad incommutabile lumen verbi.

Ibi. c. 10. e 11. & 16.

*Fiat lux.* AVG. Si corporaliter lux facta est, quęnã illa ẽ? quã cũ sol ociderit, videre nõ possumus, qa nec luna erat, nec erãt stellę. Sed forsitã in ea parte cœli est, ĩ qua sol, nõ solis lux, sed sic ei iuncta, vt discerni non possit: vel forte in parte lucẽ De⁹ fecerat, in qua hominẽ facturus erat, vt cum ab illa parte lux discessisset, vespera diceret. Sed quare factus est sol ĩ potestatem diei, si lux illa faciẽdo diei sufficiebat? Sed forte lux prior superiores tantum partes illustrabat, & ad illuminationẽ inferiorum F

NICOLAVS DE LYRA.

*nem elementorum prædictam, & vocatur nomine aquarum, quia sicut dictum est, ipsa aqua cooperiebat terram, & alijs duobus elementis commixta erat modo prædicto: & accipitur hic spiritus Dei id est voluntas artificis super materiam quam formare & ornare intendit.*

Spiritus.

Opus distinctiõis.

Distĩõ diei & noctis. Quare a luce incipiat.

Dixitque Deus &c. *Hic incipit opus distinctionis, & primò ponitur distinctio diei & noctis. Secundo distinctio corporum cœlestium, ibi:* Dixit quoque Deus. *Tertio distinctio elemẽtorum, ibi,* Dixit vero Deus &c. *Circa primum considerandũ, quod dies & nox distinguuntur per lucem quæ est quoddam positiuum: & per tenebras, quæ important priuationem lucis: & ideo opus distinctionis incipitur à luce, & hoc conuenienter. Primo quia est qualitas communis, in qua corpora cœlestia communicãt cum inferioribus, vtpote cum igne, & cum aliquibus corporibus mixtis, quæ lucida sunt, & quia secundum istam expositionem distinctio rerum accipitur secundum qualitates & proprietates accidẽtales, ideo conuenienter inchoatur à luce, quæ est qualitas communis, sicut in generatione naturali inchoatio fit à communibus formis. quia secundum philosophum embrio prius viuit vita plantæ: postea animalis, postea hominis vel leonis, & huiusmodi. Et. 1. Physi. dicit Phylosophus, quod à communioribus est incipiendum via doctrinæ, sicut pueri in principio vocant omnes viros patres, & omnes fęminas matres, postea distinguũt. Secundo quia distinctio non apparet nisi per manifestationem, omnia autem per lucem manifestantur, & ideo distinctio incipit à luce. Tertio quia dies non potest esse sine luce, ideo lucem oportuit fieri prima die. Dicit igitur.* Dixitque d *Istud dicere Dei, non importat aliquam vocem sensibilẽ, sed intelligere Dei practicum, quod includit ipsum velle, quia secundum formam sitæ dispositionis & voluntatis sequitur effectus.*

Dicere Dei.

2 Fiat lux. *Ista lux est lux solis, quæ est qualitas accidentalis, à qua* ✱ *luce*

MORALITER.

✱ nomine aquarum designãtur. Prouer. 5. c. In plateis aquas tuas diuide. docendo scilicet publice.

*1 Dixit*

1 *Dixitque Deus. Fiat lux.* Scilicet rationis naturalis, quę est quædam impressio diuini luminis in nobis. Psal. 4. b. *Signatum est super nos lumen vultus tui, &c.*

✱ *Appel-*

riorum solem fieri oportebat. Potest quoque dici auctū esse fulgorem diei sole addito. Emissionem vero cōtractionēq; illius lucis, si noctem & diem intelligimus, quę cā redderetur? Nōdū enim erāt animalia quib. hic vicissitudo exhiberetur.

Lib. 1. c. 9. examer. ✠ AMBROS. Lucem fieri voluit, que oculis corporalib. comprehēderetur. Qui ędificiū aliqđ dignū habitaculo patrisfamilias struere desiderat, anteq̄ fundamenta ponat, vnde lucē ei fundat, explorat, & ea prima est gratia, q̄ si desit, tota domus deformi horret incultu.

Quæst. 9. in Gen. ✠ THEODORET. Non præcipit Deus alteri cuidā creare, sed eaq̄ nō sunt, vocat, ita ut hic pceptū sit ipsa uoluntas. *Omnia*. n. ait, *quęcunq; uoluit Deus fecit*. Quod si creādo uoce quadā vsus est, certū est, hoc nō ī inimatorū elementorū cā, sed inuisibiliū uirtutū gratia factū esse, ut sciāt qa ipso iubēte, ea q̄ nō sunt subsistunt.

Lib. 1. de sacramentis cap. 9. ✠ HUGO VICTORINUS. Principium diuinorum operum fuit creatio lucis, qñ ipsa lux non materialiter de nihilo creata est, sed de pręcarenti illa vniuersitatis materia formaliter facta est. Hoc opus prima die factum est, sed operis materia ante lucem creata est.

Lib. 2. de fide, c. 7. ✠ DAMASCENUS Ignis unum est ē quatuor elemētis primo die cōditum. Ait. n. scriptura, *Et dixit Deus fiat lux*. neq;. n. ex quorundam snia ignis quicquam aliud est quam lux.

B a *Et vidit Deus luc. &c.* AUG. Nō quasi incognitā lucem laudauit, sed iam factam dignam laude declarauit. Sed qnia nō totas mundi tenebras luce expulit recte subditur.

Lib. 1. examer. c. 9. ✠ AMBROS. Lucis natura huiusmodi est, vt nō in numero, nō in mēsura, nō in pondere vt alia, sed oīs eius in aspectu gratia sit, ppriis itaq; sermōnibus naturā lucis expressit, quę uidendo cōplacet, qm̄ ipsa uidendi officium subministrat.

✠ PROSPER. in sententiis. Tria quędā nobis maxime sciēda de cōditione creaturæ oportuit īstimari, Quis eā fecerit, p quid fecerit, quare fecerit. Si ergo q̄rimus quis fecerit, Deus est, Si per quid fecerit, *Dixit, & facta est*. Si quare fecerit, quia bona est. Nec author excellentior est Deo, nec ars efficacior Dei verbo. nec causa, melior q̄ vt bonum crearetur a bono.

Hom. 3. in Gen. ✠ CHRYSOSTO. Quare hac dictione vsus est? Demittit se & iuxta humanā cōsuetudinē hæc oīa loquitur beatus ppheta. Et quemadmodū homines cum aliqđ magno studio elaborauerint, & finem laborib. suis imposuerint, tūc pbāt opus, & laudib. extollunt, hic scriptura nunc ad nostrarum aurium infirmitatem demisit. *Et vidit Deus quod esset bona.*

Quæst. 10. in Gen. ✠ THEODORETUS. Hoc dixit, ut moneret ingratos, non esse damnanda quæ bona suffragio Dei censeantur.

C b *Diuisit lucem*. Diuisit enim nō solum qualitate, sed & locorum distantia, diffundendo lucem in superiori parte, inferiori in tenebris remanente.

Ibid. c. 17. c *Et diuisit, &c.* AUGUST. Hoc factum est ex quo lux facta est, Sed nō potuit ab homine simul dici, sicut a Deo fieri. Discretio aūt lucis a tenebris, distīctio est inter pfectū cuiusq̄ rei statum, & quem habet ex se defectum. Diem quippe ī specie rei cōditæ intelligim⁹. Noctem vero in eius rei priuatione vel defectu q̄ rebus temporaliter cōditis ex se inest, etiam si desit effectus. Vespera exordiū incipientis. Omnis. n. creatura certis initiis & terminis cōtinet. Nondum. n. erant solares dies, ut ortus solis dies, occasus vespera diceretur, q̄ quarta die factū est, cū luminaria primū ī firmamēto ordinata sūt.

STRAB. Lucē & tenebras fecit De⁹ vide Dā. 3. f. *Benedicite lux & tenebræ dño*, cum oīs creatura ad benedicēdū inuitat.

Hom. 2. in Gen. ✠ BASILIUS. *Et diuisit*, id est Naturam istarum talem effecit, vt misceri non possint, oppositaq; sint perinde atque contraria. Nam maximo interuallo eas seiunxit.

D Lib. 1. de Gen. ad literam imperf. ✠ AUG. Sciendū est q̄ Deus species & naturas rerū facit & ordinat, priuationes autem specierū defectusq; naturarū nō facit sed ordinat tantum. Ideo non dixit, *fiant tenebræ*, quę nil aliud sunt q̄ lucis priuationes.

Ibidem. ✠ CHRYSOST. Quid est distinxit? vnicuiq; locum ppriū distribuit. Nā ab initio cuiq; terminos suos pfixit, quos ppetuo custodierunt. Satis ne hoc vnum īgratis sufficere debe ret, ut credāt, & obediāt his q̄ a diuina scriptura dicta sunt, ita vel elemēta imitentē, q̄ cursum suum ppetuo seruāt, & mēsurā suā nō egrediuntur, sed agnoscunt propriā naturā.

In Genes. ✠ EUCHERIUS. Diuisio lucis a tenebris, boni angeli separati a malis. Et qa ex his quosdā pſciebat casuros, per incōmutabilitatē pſcientiæ suæ diuisit īter bonos & malos.

Firmamētū vox Hebrea i. p̄ a. ra, quia fit nat extensionem, & expensionem. ISIDO. Habet quisq; in operib. & recta uita, distinctos sex dies, post quos requiē speret. primo die lucē fidei, qñ primo inuisibilib. credit, propter q̄ fidem dns apparere dignatus est.

d ✠ *Appellauitq; lucem, &c.* IUNILIUS. Nō lingua hæc appel latio facta est, quia apud Deū purus itellectus est, sine strepitu linguæ. Sed appellauit. i. appellari fecit, qa sic distinxit, ut discerni possent, & nominari. Sic enim dicimus, iste paterfamilias ædificauit istā domū. i. ædificari fecit. q̄ vbicunq; dicitur, q̄ uocauit significatur æquiuocatio nominis. Quod ergo dicitur, *Vocauit lucem diem*, propter hoc dictū est, quia etiam dies uocatur spacium uigintiquotuor horarum.

E e *Factum que est vespere*. AUGUST. Occidente luce paulatim & post spaciū diurnę lōgitudinis inferiores partes subeūte, factū ē uespere, sicut nūc vsitato circumitu solis solet fieri. Factū est aūt mane eadem sup terrā redeunte, & alium diē inchoante, & dies expletus est vnus 24. horarū Notādū vero q̄ nox in illo triduo omnino tenebrosa fuit, quæ post creata sidera aliqua luce claruit: decebat etiā ut dies a luce inciperent, & in mane sequentis diei terminaret, ut opera Dei a luce inchoata, & in lucem completa esse significarentur.

Vespere quomodo factum. ✠ ORIGEN. Nō dixit dies prim⁹ sed dies vna, qa tps nōdū esset anteq̄ esset mundus, tps aūt ē esse īcepit cum mundo.

Hom. 1. in Gen. Vbi supra cap. 10. ✠ AMBROS. Sicut virorum generatio cōputatur & intelligitur etiam fœminarum, quia necdum secunda potiorib. ita etiā dies enumerantur, & noctes æstimantur adiunctæ.

De Genes. ad literam imperf. ✠ AUGUST. Nō eodem modo nunc appellatur dies cum dicitur, *Et facta est uespere, & mane dies unus*, quo cum diceret, *Et uocauit Deus lucem diem*, sed eo modo quo dicimus triginta dies habere mensem. Hic. n. nomine diei etiam noctes includim⁹, superius aūt dictus est dies ut a nocte seiungeret.

Lib. 11. moral. c. 10. *Factūq; est vespere, &c.* GREG. Nequaq̄ in hac uita p exercitationem iustitiæ peccatum deteritur, ipsa vt reconcilie maneatur, qa si culpā rectitudo eliminat, cogitationis nr̄æ foribus assidens, ut sibi aperiatur, pulsat. Vnde ait Moyses, *Facta est lux*. & paulo post, *factū est uespere*. Creator. n. humanæ culpę prescius expressit in tpe q̄ nunc versatur in mente. Lumen namq; rectitudinis sequitur umbra tentationis. Sed qa electorum lux tētatione nō extinguit, nō nox, sed vespera facta memorat, qa tentatio lumen iustitię abscōdit, nō interimit.

F Lib. 4. de Gen. c. 22. AUGUS. Notandū, q̄ ceteræ creaturę, q̄ p̄ lucem sunt spiritualem, sine eius cognitione nō sunt. Ideo idem dies vbiq; repetit, ut eius repetitione tot fiant dies quoties distinguunt genera rerum creatarū pfectione senarii terminanda, ita. s. vt vespera primi diei sit sui cognitio, non se. s. esse q̄ Deus est. Mane aūt post hanc vesperā, quo clauditur primus dies, & ī choatur

---

lux. Et † vidit Deus lucem, quòd esset bona, & diuisit lucem, 1 ac tenebras, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Factumque est vespere, & mane dies 2 vnus.

† Idest videri voluit. quod prius placuerat in sapientia. ¶ Idest placuit ei in sua essentia. a ¶ i. ses filios lucis. ¶ rem formatam. ¶ in qua operentur homine. ¶ informitatem. ¶ peccatores. ¶ in quibus quies. ¶ tenebras a tenendo dictas: tenent enim oculos. b ¶ perfectionem re. a ¶ defectum scilicet. a ¶ Perfectæ rei terminus. b ¶ exordium. ¶ perfectio boni operis. ¶ initium fidei. c ¶ Prima diuinorum operum distinctio.

---

NICOLAVS DE LYRA

luce alia cęli luminaria illustrantur, propter quod. ij. de anima dicitur quod sol est pater uirorum deorumque, quia reliqua cœli luminaria, q̄ ab antiquis uocabantur dij, recipiunt lumen a sole.

1 Et vidit Deus lucem q̄ esset bona. *quia utilis est ad multa ut patebit infra in opere quartæ diei. Aduertendum tamen, quod ista lux solaris, quæ facta dicitur prima die, adhuc fuit informis quantum ad aliqua vsq; ad quartum diem, secundum q̄ dicit Diony. c. 3. de diuinis nominib. qualiter autem fuerit formata quarta die, patebit infra.* 2 Et

2 Et diuisit luc. ac te. *Ista diuisio est per motum solis, quia quando mouetur super vnum hemisphærium fiunt tenebræ in opposito hemisphærio, propter opacitatem terræ quæ est in medio.*

3 Appellauitque lucem diem. *quia dies est latio solis sup terrā.*

4 Et ten. noctem. *quia sicut per præsentiā solis efficitur dies, ita per suā occultationem efficitur nox. Notandū. n. quod cū dicitur.* Appellauitque lucem diem. *loquitur de die artificiali. cum autem subditur*

5 Factumq; est ue sp. & mane dies unus. *loquitur de naturali, q̄ est. xxiiij. horarū, & cōplectitur diē & noctē, & ideo dicit,* factumq; ✠. *est vesp.*

---

MORALITER

✠ 1 *Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem.* Cognitio ei lux est, & ignorantia tenebra.

A choatur secundus, conuersio eius, ut quod creata est, ad laudē referat creatoris, & cognitionē creaturę pcipiat de verbo Dei: quod post ipsā lit. i. firmamēti, quod prius per uerbū in eius cognitione fit, post in natura ipsius firmamēti, deinde fit, vespera huius lucis, cum firmamentū non tā in uerbo Dei sicut ante sed ī firmamēti natura cognoscitur, quod cognitio qua minor est, & vespera vocatus. Post fit mane, quo clauditur secunda dus & incipit tertius. in quo similiter mane couersio lucis est. i. huius diei, ad laudandū Deum, qui fecit firmamētū, & ad percipiendū de verbo eius cognitionē creaturæ post firmamentum faciendæ, & sic vsq; ad mane post vesperā sextæ diei. Multum enim interest inter cognitionem rei ī verbo Dei & cognitionem eius in natura, vt illud, s. ad diem pertineat, hoc ad vesperam.

Hom. 7. in Ezech.

c *Fiat firmamentū, &c.* GREGO. Angelicæ virtutes, quæ in Dei amore pstiterūt, hoc in retributione acceperūt ut in cōtemplatione cōditoris perenni felicitate maneāt, & in hoc quod cōditę sūt eternaliter subsistant. Vnde apud Moysen, coelū factum dicitur, & idē postea firmamētū uocatur, quia angelica natura prius subtilis est in superioribus cōdita, & post, ne unquam cadere possit, mirabilius confirmata.

B Lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 1.

*Fiat firmamentū &c.* AVGVST. Quæritur vtrum illud coelū nunc fiat quod excedit aëris spacia, an ipse aër uocet firmamentum? Asserunt enim aquas super cęlum siderev esse nō posse, cū earum pondus exigat hoc, ut supra terram fluāt, vel ferantur uaporaliter in aëre. Nec quisquā dicat fieri hoc omnipotentia Dei Quo enim Deus naturas rerum fecerit quęritur? Non quod ex eis ad miraculum potentiæ operetur. Qui uero negāt aquas super coelum esse posse, non tantum locis, sed & qualitatibus distinguūt elemēta, pro quibus sortiantur propria loca, ut sit aqua super terram, aër super aquā coelum super aërem. Vnde colligitur quod si aër super celū maneret, ex pōdere suo caderet, & sic aquam super celū esse nō posse. Vnde quidā conantur demonstrare, aquas esse sup cęlos, aërem hic, cęlum, & firmamentum accipientes, propter hoc tantum, quia internallum eius diuidit inter quosdā uapores aquarum, & aquas quæ sunt in terris.

Ibid. c. 4.

*Fiat firm.* AVG. &c. Notandum quod firmamentū nō propter stationem, sed propter firmitatem & intrāsgressibilem terminum superiorū & inferiorū aquarum appellatum est. Siue cęlum intelligimus ęrium, siue quod excedit spacia nubilosi aëris, quod exhalatione terræ aquas uaporaliter trahit, & p subtiles

C

† ¶ verbo domini cœli firmati sunt & cætera. ¶ Diuinæ scripturæ de qua dicitur Isa. 34. a. Cœlum sicut liber plicabitur. ¶ in transgressibilis terminus.

† Dixit quoq; De⁹. Fiat firmamētū
a ¶ quarum superior pars, in modum crystallini lapidis congelata est, inferior in matricem redacta.
¶ vaporaliter suspensarum & per terram labentium. ¶ superiores. ¶ b populos angelorum, qui non indigent firmamento scripturæ.
in medio aquarū: & diuidat aquas
a ¶ inferioribus. ¶ populis hominum qui indigent.
b ceusaliter. c ¶ in cognitione angelorum.
¶ scripturæ. ¶ moraliter: vt per ipsum firmamentum scripturæ, scilicet inter carnalia, & spiritualia quasi inter fu
ab aquis. Et fecit Deus firmamen-

tiles minutias suspendit. & post corpulentius cōglobatas pluuialiter refundit. Si uero potest aqua sicut uidemus ad tantas minutias puenire, vt ferat vaporaliter sup aërem aqs naturaliter leuiorē, cur nō credamus & sup illud leuius celū, minutioribus guttis & leuioribus immanere vaporibus? Sed quoquo modo ibi sint, ibi esse nō dubitamus

D

*Fiat firmamētum in medio.* BEDA. &c.
1 Celi ī quo fixa sunt sidera creatio de
2 scribit quod cōstat esse in medio aquarū. Nā suppositæ sunt ei aquę in aere & in terra sup positæq; de quibus dicitur Psal. 103. b. *Qui tegis aquis superiora eius.* In medio ergo firmamentum, est sidereum cęlum, quod de aquis esse factū credi pōt. Crystallus enim lapis cuius magna firmitas, magna pspicuitas, de aqs factus est. Si quē mouet, quo aquę naturæ fluidę & in ima
3 labiles super coelum possunt consistere, euius figura rotunda videtur esse, de quo scriptum est meminerit Iob 26. c. *Qui ligat aquas in nubib. suis, &c.* Qui. n. inf. cęlum ligat ad tps uaporibus nubium retentas, pōt super coeli spherā ne labant, nō uaporali tenuitate, sed glaciali soliditate aquas suspendere, quod et terræ molē appendit in nihilo. Quales aūt & ad quod utiles: nouit quod cōdidit.

✲ CHRYSOSTOMVS. Quid est fiat firmamentum? Quasi quis dicat humana lingua fiat paries quidem & interstitium in medio diuidens & separationem faciens.

E Hom. 4. in Genes.

✲ AMBROS. Firmamentum dicitur a firmitate, quod nō sit inualidum nec remissum, uel quod diuina uirtute firmatum sit, sicut scriptura nos docet, dicens, *Laudate eum in firmamento cęli.*

Lib. 2. examer. c. 2.

✲ ORIGENES. Cū iā antea Deus fecisset cęlum, nunc firmamentum facit. Fecit enim cęlum prius de quo dicit, *cęlū mihi sedes est.* Post illud aūt, firmamentum facit, id est, corporeum coelum. Omne enim corpus firmum est sine dubio & solidum, & hoc est quod diuidit inter aquam quæ est super coelum, & aquam quæ est sub coelo.

Hom. 1.

✲ THEODORETVS. Quia cęlum ex fluida natura cōstitit, fluxa alioqui natura spissitudinem firmitatēq; ōhit, firmamētū est appellatū. Bifariā uero Deus naturā secreuit aquarum, partim s. firmamētū pfundēs, parti deorsū relinquēs, uti superioris illę sua humiditate de frigore firmamētū defundāt, ne syderū calore fatiscat, īferiores aūt ut sua exhalatione aëre refocillent, quod ab imminente igni iugiter siccat & arescit

Quæst. 11. in Genes.

b *Et fecit de fir. &c.* AVGVST. Quæritur quare cū dixisse, *Fiat firmamentū & factū est ita,* postea addit, *& fecit Deus firmamentū,* cū in creatione lucis additū nō sit. In quo demōstrat, primo die

Lib. 2. de Gen. ad literam, c. 8.

## NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio lucis à tenebris.

est vespere & mane dies vnus, *In uespere. n. cōpletur dies artificialis quod est prima pars diei naturalis, et in mane diei sequētis cōpletur nox, quod est secunda pars diei naturalis, & ideo præponit vespere ipsi mane, ut ostendat completionem diei naturalis, exprimendo terminos diei artificialis & noctis, quę sunt partes integrantes diem naturalem.*

Opus 2. diei.

1 Dixit quoq; Deus. *Hic describitur opus secūdæ diei in qua facta est distinctio corporum celestium ab elementis. Ad cuius intelligentiā considerandum quod præter cęlum empyreum (de quo dubitauerunt doctores) utrū sit aliquis locus corporalis an non, propter quod de ipso hic non fit mentio secundum istā expositionem, quā nunc prosequor, est coelum crystallinum, quod et dicitur aqueum pp similitudinē quam habet cum aqua in diaphaneitate, & sub ipso cęlo crystallino est firmamentum: sub quo nomine intelligitur octaua sphæra quæ magis proprie dicitur firmamentum, & sphæræ septem planetarum, quæ continentur sub octaua sphæra, uidelicet Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ, ita quod spæra Saturni est superior existens immediate sub octaua sphæra. Sphæra autem lunæ inferior, cui immediate coniunguntur elementa, Ex quibus patet quod firmamentum prout includit sphæras septem planetarum, medium est inter coelum crystallinum & elementa, quæ nomine aquarum designantur, ut prædictum est, & hoc est quod dicitur.*

Sphæræ planetarum.

2 Fiat firmamentum, &c. aquas ab aquis, *id est, cęlum crystallinum ab elementis.*

Celū christallinum.

3 Et fecit Deus firma, &c. *Istud fieri non intelligitur quantum ad formam substantialem, quia sic factum est per opus creationis secundū istam expositionem, ut prædictum est, sed intelligitur sm aliquam qualitatem ipsius firmamenti, quæ aūt sit illa qualitas, in textu non exprimitur, sed dicit Ra. Sa. Hebræus, quod est soliditas, de qua dicitur Ioab* 35. Tu forsitan cum eo fabricatus es coelos, qui solidissimi, quasi ære fundati sunt. & *propter hoc ipsum cęlum tunc uocatum est firmamentū, a firmitate dictū. Alij autē dicunt, quod ista qualitas est quædam virtus, ad influendum super elementa, ad ipsorum conseruationem & gubernationem, propter quod dicitur.* 1. *Metheo. quod mūdus, qui est circa terram, id est, elementa, contiguus est superiorib. Lationib. vt omnis ipsius virtus gubernetur inde. Quod autē in scriptura sacra, res aliqua fieri dicatur, secundum acquisitionem alicuius dispositionis accidentalis, probat idem Ra. Sa per illud quod habetur Deut. 21. De muliere gentili captiua apud Hebræum uirum, de qua dicitur ibidem* quod si uolueris habere eā uxorē radet cesariē suā & circūcidet ungues suos, *sm translationem nostram, sed textus Hebraicus habet* et faciet ungues suos. *Ex quo patet manifeste quod fieri unguiū, ibi accipit pro dispositione accidentali ipsorum. Possumus etiam ad hoc ponere exemplum secundū translationem nostrā Daniel. 4. f. vbi dixit Nabuchodonosor Rex Babylonis,* Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ædificaui? *Et tamen certum est quod non fecit primo illam ciuitatem, quia multi reges fuerūt ante eum in Babylone, imo etiam illa ciuitas uidetur fundata & ædificata satis cito post diluuium, vt habetur Genes. 1. a, Sed quia Nabuchodonosor eā ampliauit & fortificauit, ideo dicitur eam ædificasse, seu fecisse, & eodem modo dicitur hic,* Et fecit Deus firmamentum, *quia secunda die dedit sibi qualitatem accidentalem, ut prædictum est.*

✲ 1 Diuisitq;

## MORALITER.

✲ 1 *Fiat firm.* id est, cognitio primorum principiorum indebilis & firma.

† In

† *In medio aquarum,* id est, scientiarum, quarum aliq sunt sub isto firmamento, quia deductæ sunt ex primis principiis & aliquæ supra firmamentum, quia sunt a Deo per reuelationem datæ.

✲ Congre

A mo die quo facta eſt lux, cõditionẽ ſpiritualis creaturæ, id eſt, ſanctos angelos per lucem ſignificari. Ideo nõ reperitur poſt quam dixit, *facta eſt lux*, quia nõ primo nouit rationalis creatura formationẽ ſuã, & poſt formata eſt. ſ. ĩ ipſa ſua formatione cognouit. Cõditio enim lucis in eis eſt, prius in ſapiẽtia, poſt in conditione ſua, illic genita, hic facta id eſt, ex informi formata, vnde, *Fiat lux & facta eſt lux*, vt quod erat in verbo, eſſet in opere. Cætera prius fiunt in ſapientia, poſt in angelorum cognitione, tandẽ in proprio genere. Cum ergo audimus: *Dixitque Deus, fiat lux*, intelligim⁹ ad ſapiẽtiam Dei ſcripturam recurrere. Cum audimus, *factum eſt*, intelligimus in creatura ſpirituali factã cognitionẽ faciendæ creaturæ. Cũ additur, *& fecit Deus*, fieri intelligimus ipſam naturam in genere ſuo: Nec toties dixit Deus, *fiat*, quoties ſcriptura dicit, quia vnum verbũ genuit, in quo omnia dixit, ꝑ quod ſingula facta. Sed ſcriptura condeſcẽdens paruulis, in vno quoq; genere creaturæ reſpicit, in verbo Dei ęternam rationem, dicens, *Dixitque Deus fiat, &c.*

Ibid. ca.3. & 5.

B AVGVSTINVS. Super aẽrem purus ignis dicitur eſſe cœlum. Vnde ſidera & luminaria facta coniectant, illius ſcilicet igneæ lucis conglobata diſpoſitaq; natura in eas formas quas in cęlo cernimus. Quidam etiam noſtri, aquas non eſſe ſuper cœlum ſidereũ, qualitatibus & meatibus conuincere uolũt, aſſerentes tamen ſtellam Saturni eſſe frigidiſſimam. Quærit ergo ab eis, vnde frigida ſit? quę tanto debet eſſe ardentior, quãto ſublimior, & cęlo propinquior. Cum enim rotũda moles circumagitur, interiora tardius, & exteriora eius mouentũ celerius, & ideo feruẽtius, debuit ergo magis eſſe calida quã frigida. Facit ergo frigidam aquarũ ſupercœleſtiũ vicinitas:

Saturni ſtella, quõ frigida.

Ibidem.

AVGVST. Notãdũ vero quòd prima die cum facta eſt lux, dictũ eſt tantũ, *Fiat lux*, & hoc in verbo, & *facta eſt lux*, in opere, ſtimque adhęſit increatę luci lux creata, vt vicinior, & omni creatura capacior. In ſecũda die quædam mora, & verborũ multiplicatio, *fiat*. & *fecit Deus*, & *factum eſt ita*. vt intelligamus iſtas naturas ad deficiẽdũ pronas, et ad obediendũ min⁹ aptas.

Lib.1. cõtra in Iouinianum.

HIERONYM. Notandum etiam, quòd huius diei ſecundi opera ſecundum Hebræos nõ dicuntur bona. Cum bona ſint ſicut cętera, quod fit propter binarium principem alternitatis, q primus ab vnitate diſcedit, & in figura bigamiæ ponĩt & multorum reprehenſibilium. Vnde quę bina ingrediũtur in arcam immũda ſunt, impar numerus mũdus. Vel ideo bona non dicunt, quia in hoc opere diſtinctio aquę nõ fit perfecta, quę in proximo fit, vbi dicit, *Congregentur aquæ*, vt ibi dicetur.

C

Cuius figuræ ſit cęlum. Ibid. ca.9. & 10.

AVGVST. Quæri ſolet, cuius figuræ ſit cœlum? Sed ſpiritus ſãctus, quamuis autores noſtri ſcierint, per eos docere noluit, niſi quod proſit ſaluti. Quæritur etiam, ſi ſtet, an moueat cęlum? Si moueatur inquiunt, quomodo eſt firmamentũ. Si ſtat, quomodo ſidera in eo, fixa circumeũt? Sed firmamẽtum nõ propter ſtationem, ſed propter firmitatem, aut terminũ aquarum intranſgreſſibilem dici poteſt. Si autẽ ſtat, nihil impedit moueri & circumire ſidera. Secũdo die factum eſt tanquam firmamentũ diſciplinæ, quod diſcernit inter carnalia et ſpiritualia, ſicut inter inferiores & ſuperiores aquas.

ISIDORVS. Die ſecunda poſuit firmamentum, ſanctas ſcilicet ſcripturas in eccleſia, de quibus dicitur Eſa.34.a. *Cęlum ſicut liber plicabitur*. Hoc firmamẽto diſcernit aquas ſuperiores id eſt populum angelorũ, quibus nõ eſt neceſſe, vt in lectione audiãt Dei verbũ. Sed illud firmamẽtum poſuit ſuper infirmitatem inferiorum populorum, vt ſuſcipiẽtes in eo cognoſcant qualiter diſcernat inter carnalia & ſpiritualia, quaſi inter aquas ſuperiores, & inferiores.

a ¶ vaporaliter imminutas. ¶ Angelos.

tũ, 1 diuiſitq; ãquas, quę erãt ſup fir

a ¶ ſidereum cælum. b ¶ denſioribus aquis: ¶ hominibus.

mamentũ, ab his, quę erãt ſub fir-

a ¶ ſidereo cælo. b ¶ actualiter ſcilicet.

mãmẽto, Et factum eſt ita. Vocauitq; Deus firmamentum cęlum.

2 b Et factum eſt veſpere, & mane

a ¶ Aug. Diuinorum operum ſecunda diſt. b ¶ verbo ſeparauit.

c dies ſecundus. 3 Dixit vero Deus:

D

Lib.2. examerõ. c.3.

a *Diuiſitq. aquas quæ erant, &c.* AMBRO. Cum hęc audis quid miraris; ſi ſupra firmamentum potuit vnda ſuſpendi? De aliis hæc collige quomodo ad Iudæorũ tranſitum, ſi rationem quæris, ſe vnda diuiſerit. Non ſolet hoc eſſe naturæ, vt aqua ſe diſcernat ab aqua, & in profundo inter fuſiones aquarum terræ medio ſeparentur. Nonne potuit etiam aliter Hebręum populum liberare? Sed tibi voluit oſtendere, vt eo ſpectaculo ẽt illa quæ nõ vidiſti, affirmares eſſe credenda. Iordanis quoque reflexo amne in ſuum fontem reuertitur.

Beda d̃ natura rerũ.

✲BEDA. Aquas ſuper firmamentũ poſitas cęlis quidem ſpiritalibus humiliores, ſed tamẽ omni creatura corporali ſuperiores, quidã ad inũdationem diluuii ſeruatas, alii vero rectius ad ignem ſydereum temperãdum ſuſpenſas affirmant.

In Geneſ. cap.23. Pſal.148.

✲RVPERTVS. Aquas quas ſuper firmamentum poſitas eſſe dicit, nos Angelorum multitudines intelligimus, iuxta illud, *Et aquæ quæ ſupra cælos ſunt laudent nomen domini.*

E

✲IVNILIVS. Meminerit, ſi quem mouet, quomodo aq̃quarum natura eſt fluitare ſemper & ad ima delabi, ſuper cęlum ꝯſiſtere poſſint, cuius rotunda videtur eſſe figura, meminerit inquam, ſcripturæ dicentis, de Deo, *Qui ligat aquas in nubibus ſuis, ut non erumpant pariter deorſum*, & intelligat, quia qui in ſra cœlum ligat aquas cum vult, vt non pariter decidant, ipſe potuit aquas ſuper rotundam cęli figuram ſuſpendere.

Hom.1. in Geneſ.

✲ORIGENES. Myſtice autem. Illud primum cœlum qđ ſpiritale diximus, mẽs noſtra eſt, id eſt, ſpiritalis homo noſter qui perſpicit Deum. Iſtud autem corporale cęlum qđ firmamentum dicĩt, exterior homo eſt, qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamentum cęlum appellatum eſt, ex eo quod diuidat inter eas aquas q̃ ſup ipſum, & eas quæ ſub ipſo ſunt, ita & homo qui in corpore poſitus eſt, ſi diuidere potuerit & diſcenere quæ aquę ſunt ſuperiores ſuper firmamẽtũ, & quę ſunt quę ſub firmamẽto ſunt, etiam ipſe cęlum, id eſt, homo cœleſtis, appellatur, ſecundum Apoſtoli Pauli ſententiam dicentis, *noſtra conuerſatio in cęlis eſt.*

b *Et factum eſt veſpere, &c.* Incipit mane ſecũdę diei a Noe, tãquã a pueritia, & tendit vſq; ad Abrahã, aliis generationibus decem. Et bene cõparatur ſecũdo diei, quo factum eſt firmamentũ inter aquas. Sicut arca Noe inter aquas inferiores, in quibus natabat, & ſuperiores qbus cõpluebatur. Hęc ætas nõ diluuio deletur, qa pueritia noſtra obliuione de memoria nõ deletur. Meminimus. n. nos pueros fuiſſe, infantes nõ meminimus. Huius veſpera eſt cõfuſio linguarum in eis qui turrẽ faciebant, & fit mane ab Abrahã. Sed nec ætas ſecunda generauit populum Dei, quia nec pueritia apta eſt generationi.

c *Dixit uero Deus.* AVGVST. In hoc die factum videt, vt duo tantũ inferiora elementa ſecernerẽtur. De aẽris tamẽ formatione intelligi poteſt, qui tũc primum notam nobis formam accepit, cum aqua quę aẽris & terræ ſpacium occupabat, in vnam terrę partem ſeceſſit. Ita in ſecundo & tertio die quatuor elementa in proprias formas videntur eſſe diſtincta. Et quoniam per enumerationem dierũ ex informibus formata numerãtur, & ex corporali materia iam factum cęlum Moyſes dixerat, cuius multum a terrenis ſpecies diſtat, quod ex ea formandum in infirma parte reſtabat, noluit inſolitis verbis ĩſerere,

F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Diuiſitq; aquas, &c. *Hic aquæ dicũtur æquiuoce, ut patet ex prædictis, quia iſtæ quę ſunt ſuper firmamentum, ſunt de natura cæleſti, illæ autem quę ſub firmamento, de natura elementari.*

2 Et factum eſt ve. & m. di. ſe. *Exponatur ſicut prius, & eodem modo in ſequentibus dieb. Hic quęritur, Quare in ſecundo die non dicitur.* Et uidit Deus quod eſſet bonũ, *ſicut in alÿs diebus. Ad quod reſpõdẽt aliqui quod hoc eſt, quia numerus binarius eſt infamis, eo quod prius recedit ab unitate. Sed ita reſponſio uidetur truphatica, maxime quia ĩ ſacro euangelio numerus binarius laudabilis myſticus deſignatur, unde ſup illud Luc.18.a.* Miſit illos binos & binos ante faciem ſuam. *dicit Grego. quod per binarium ibi dominus deſignauit charitatem, quæ eſt excellentiſſima uirtus & forma uirtutum. Alÿ autem dicunt quod hoc ideo eſt quia angeli peccantes ceciderunt ſecunda die. Sed hoc ſcripturę authoritatem non habet, ideo eadem facilitate contemnitur, qua probatur, maxime quia doctores dicũt cõmuniter, quod inter creationem angelorum & eorũ lapſum fuit modica morula tẽporis, ſecundum autẽ iſtã reſponſionem interfuiſſet ad minus ſpacium unius diei naturalis, qa ſecundũ omnes angeli fuerunt creati a principio. Ideo aliter reſpondet Ra Sa. & magis ſecundũ intentionẽ literæ ut uidetur, dicẽs (& uerum eſt) quod hoc uerbũ,* Et vidit Deus, ꝙ eſſet bonũ, *&c. in alÿs dieb. dicĩt ad approbationẽ operis illorũ dierum, approbatio autẽ propria reſpicit opus completum. In ſecunda autem die, licet principaliter fiat diſtinctio corporũ cęleſtium, tamẽ cum hoc etiã fit mentio de diſtinctione aquarũ elementarium, & quia iſta diſtinctio non fuit completa uſque ad tertiã diẽ, quãdo congregatæ ſunt aquæ in locum unũ, ut uidebitur infra, ideo ſubticuit uerbum prædictum die ſecunda. & tertia illud bis dixit, ut patet in litera, ſemel pro opere ſecundæ diei. & ſemel pro opere tertiæ diei.*

Binarius numerus.

Quando Angelus peccauit.

3 Dixit vero Deus. *Hic conſequenter deſcribitur opus tertÿ diei quo diſtincta ſunt elementa. quæ diſtinctio facta eſt, per hoc quod aqua prius producta in forma ſubſtantiali, ut prædictum eſt, accepit tunc a Deo debitam denſitatem, & ſic occupauit minorum locum, aeris ſpaciũ dimittendo, & per hoc quod uirtute diuina factæ ſunt concauitates in terra, ubi recepta eſt pars aquarum, & ſic apparuit pars terræ diſcooperta aquis, ad habitationem hominum & animalium, & ſic fuerit elementa diſtincta in loci. ſibi debitis, & hoc eſt quod dicitur.*

serere, vt diceret, *fiat* quia infirmiorem & informitati proximam susceptururn erat speciem, vt his verbis: *Congregentur aquæ & appareat arida*, intelligamus hæc duo ꝓprias formas accepisse nobis notas & tractabiles, aquas scilicet mobilem terrã immobilẽ. Vnde aqua cõgregat, terra apparet. aqua enim labilis & fluxa, terra stabilis & fixa.

a *Congregentur aquæ.* BEDA. Quæ inter cœlum & terrã vniuersa compleuerant, in vnũ locum congregantur, vt lux quæ præterito biduo aquas clara luce lustrauerat, in puro aëre clarior fulgeat, & appareat terra quæ latebat & quę aquis limosa erat, fiat arida, & germinibus apta. Si quæratur, vbi congregatæ sunt aquæ, quæ omnes partes terræ vsque ad cœlũ texerant? Potuit fieri vt terra subsidens cõcauas partes præberet, quibus fluitantes aquas reciperet. Potest etiam credi primarias aquas rariores fuisse, quę sicut nebula tegerent terras, sed congregatione esse spissatas.

Lib. 3. exa. cap. 3. ✠ AMB. Quomodo vna collectio, cũ hodie diuersa sint maria? Nã & Oceanum mare dicimus, & Tyrrhenum, & Adriaticum, & Indicum, vna aquarum congregatio est, sed diuersi sinus maris. Meritóq; in diuersis locis diuersa sunt nomina, quia vocabula aquis ex regionum vocabulis adhæserunt. Ita vna est collectio quæ dicitur mare, & multæ collectiones quę maria pro regionibus vocãtur. Sicut multę terrę, vt Aphrica, Hispania, Thracia, ꝓ regionũ appellãtur vocabulis, et vna est terra, ita multa dicũtur pro locorum appellationibus maria, & vnum est mare.

Lib. 1. de sacramẽ. capit. 21. a ✠ HVGO DE SANCTO VICTORE. Locus in quo cõgregatę sunt aquę, abyssus magna creditur, quę ab ipso mundi exordio in terrę corpore tantę capacitatis facta fuisse putat, vt omnium receptaculum aquarum esse potuisset.

Homil. 4. in examer. ✠ *Et appareat arida.* BASILIVS. Aduertẽdum etiam quod non dixit, *vt appareat terra*, sed *arida*, ne rursum ipsam inextructam & incompositam ostẽdat, luto refertam, atque nondũ aquis immixtã, propria forma facultateq; recepta. Et simul ne telluris exiccandę soli nos causam tribuamus, terrę siccitatem ortu solis vetustiorem opifex fecit.

Ibid. ca. 6. ✠ AMBRO. *Arida* expressio naturę est, *terra* appellatio simplex negotij, quę in se habeat proprietatẽ, sicut animal gñris significatio est, rationabile proprium est homini, ita, & terra potest communiter dici vel ꝓcẽtes aquis vel sine aqua.

b *Et vocauit Deus aridam terram.* AVGVST. Prius ad distinctionem aquarum totam solidiorem mũdi partem terrã appellauit dicens. *In principio creauit Deus cælum & terram.* Postquã mundus iam formari incipit, & terrę facies apparet, recedẽtibus aquis ad distinctionem partis quæ adhuc premebatur aquis, portio quam aridam esse licebat, terrę nomẽ accepit, eo quod pedibus teratur, *congregationesque aquarum appellauit maria.* Sic enim appellãtur apud Hebræos omnes ꝯgregationes aquarum, siue salsę, siue dulces. Et quia per continuationem omnium aquarũ quę in terris sunt, dixit eas congregatas in vnum locum, nũc vocat pluraliter ꝯgregationes aquarum propter multifidos sinus earum.

BEDA. Cum multa constat esse maria, in vnum tamẽ locũ dicit aquas cõgregatas, quia cuncta magno mari iungũt. Si qui lacus in semetipsis stricti videtur, occultis tamẽ meatibus in mare reuoluũtur, fossores quoq; puteorum hoc probãt, quia omnis tellus per inuisibiles venas aquis repleta est quibus ex mari principium est.

✠ HIERONYM. Frustra igitur Porphyrius euangelistas ad faciendũ ignorãtibus miraculũ, eo quod dominus super mare ambulauerit, ꝓ Genezareth, mare appellasse calũniatur, cũ omnis lacus & aquarum cõgregatio, maria nuncupẽt.

In quęstionibus Hebraicis.

**Cõgregẽtur aquæ, quæ sub cęlo sũt, i locũ vnũ, & appareat arida. 1 Factũq; est ita. Et vocauit Deꝰ aridam terrã, congregationesq; aquarũ appellauit maria. Et vidit Deus, ꝙ esset bonum, & ait: Germinet terra herbam virentẽ & facientem semẽ, & lignũ pomiferum faciẽs fructũ iuxta genus suũ, cuius semen in seipso sit super terrã. Et factum est ita.**

*[Interlinear glosses:] a ꝗ secedant in vnam partem terre. b ꝗ infideles qui cupiditatum tempestate & tentationibus fluminum quatiuntur. a ꝗ fontem fidei sitiens. a ꝗ dedit naturam vel proprietatem vt posset sic vocari. a ꝗ quod placuit in verbo placuit in opere: a ꝗ Potens sit germinare. b ꝗ ab aquis liberata. ꝗ anima fructifere. c ꝗ bonorum operum fructus. a ꝗ vt ex sua infirmitate compatiatur indigentibus. a ꝗ de quo similia propagentur. a ꝗ causaliter.*

d ✠ CHRYSOSTOMVS. Ecce aquę nomẽ suum sortitę sunt. Nam queadmodum optimus artifex vas aliquod facturus, nõ anteã illi nomẽ imponit, donec absoluat, ita & misericors dominus, nomina elementis nõ anteã imponit, donec ea in proprio loco, suo præcepto ponat. Igitur postquam terra nomen suum accepit, etiam aquę congregatę proprio vocabulo nominatę sunt.

Ho. 5. in Genes.

c *Et vidit Deus.* BEDA. Nondum terra germinauerat nec aqua animãtia viua produxerat, & tamen dicitur Deus videre, quod esset bonũ, cedẽtibus aquis apparuisse aridã, quia estimator vniuersitatis pręuidens quę sunt futura, quasi iã perfecta laudat, quę adhuc in primo operis exordio sunt, quia apud eũ rerũ perfectio, non in cõsummatione est operis, sed in prędestinatione volũtatis.

Vbi suprà. ✠ CHRYSOSTOMVS. *Et vidit Deus quod esset bonum.* Nã qui à natura humana imbecillis est, & opera Dei digne laudare nõ sufficit, scriptura acceptam ab ipso opifice laudem nos doceret.

Lib. 2. de Genes. ad literam, capit. 12. d *Germinet terra &c.* AVG. Aduertendum est moderamen ordinatoris, quamuis distincta est creatura herbarũ atq; lignorũ a specie terrarum & aquarũ, vt in elementis numerari non possint, quia tamen fixa radicibus terrę nectuntur, ad eundem diem voluit pertinere.

Verno tẽpore mundus factus. BEDA. Patet in his verbis, quod verno tẽpore mundus pfectus est & ornatus, in quo solẽt herbę virentes apparere, & ligna pomis onusta. Simulque notãdum, quod non prima herbarum germina, vel arborum genera de semine ꝓdierũt, sed de terra, quia ad vnam iussionem cõditoris apparuit arida herbis cõpta, nemoribusque vestita, quę sui generis ex se poma produxerunt & semina. Oportebat enim vt forma rerũ, Dei imperio primo perfecta prodiret, quomodo homo, propter quem omnia, iuuenili ætate plasmatus est.

Ibid. lib. 5. cap. 18. AVGVST. Quæritur etiã de spinis & tribulis & quibusdã lignis infructuosis, cur vel quãdo creata sint, cũ Deus dixerit *Germinet terra herbam, &c.* Sed fructꝰ nomine quędam vtilitas signatur. Multę autẽ vtilitates sunt manifestę vel occultę, omniũ quæ terra radicitus alit. Possumus autẽ absolute respõdere, spinas & tribulos post peccatum, terrã homini ad laborẽ peperisse, nõ ꝙ alibi antea nascerentur, & post in agris quos homo coleret, sed prius & postea ĩ eisdẽ locis, prius tñ nõ homini sed post. Vnde pariet tibi. i. vt tibi, nasci incipiunt ad laborẽ, quę ad pastũ tãtũmodo aliis animalibus ante nascebãt.

Cur & qñ spinę creatæ.

Bas. vbi supra. ✠ BASILIVS. Fortasse quispiã dixerit, Cur omnia quę nascuntur a terra semen efficere scriptura dixerit, vbi non arũdinem, non gramen, non cicutam & alia genera plantarũ semẽ efficere cõstat, ad quem dicemus, complura nascẽtium a terra, vim in ipso fundo seminũ radicibusque obtinere, quemadmodũ arundo post annum incrementum ẽ radicibus quandam appendicem elicit, rõnem seminis obtinentem. Quare ĩ singulis stirpibus aut semen est, aut quędam vis propogandi.

e *Facientem semẽ.* BEDA. Omnia creata sunt pfecta & homo perfectus ętate erat, & arbores cum foliis & fructu. Vnde dicitur hoc lignum promiferum.

☞ a Et

NICOLAVS DE LYRA.

1 Congregentur aquæ, &c. & *patet litera ex predictis.*

2 Cõgregationesque, &c. maria. *Loquitur scriptura mere Hebraici sermonis, quo vocat* ים *mare non solũ Oceanus, sed quælibet congregatio magna aquarum, secundum quod in euangelio frequenter nominatur mare Tyberiadis, & mare Galideæ, & tamen non est, nisi quidã lacus. Vnde & in euangelio uocatur stagnum Genezareth. Luc. 5. a.*

3 Et vidit Deus ꝙ esset bonum. *Hoc dicitur pro opere secundæ diei completa distinctione aquarum, sed quia terra superius dicta est inanis, id est inuisibilis, eo quod esset cooperta aquis, quæ inuisibilitas remota est per congregationem aquarum, quia tunc apparuit arida. Itẽ dicta est uacua, eo quod non erat ornata plantis & herbis. Ideo remouẽdo hãc uacuitatem, consequenter subditur.*

4 Et ait, Germinet, *id est uirtutem germinandi accipiat.*

5 Et lignum pomiferum. *per hoc lignum intelligitur omnis arbor faciens frutus.*

6 Cuius semen in semetipso sit. *sicut grana sunt in pomis quæ sunt semina. & eodem modo in alijs fructibus.*

✠ 1 E

MORALITER.

✠ 1 *Congregentur, &c.* Nam omnes scientię sunt intra intellectum & sic apparet terra arida, id est caro scientiis vacua, quæ tamen per cœlum, id est spiritum gubernata proficit in exercitio bonorum operum, ideo subditur.

2 *Germinet ter. her. vir.* per sensuum honestatem.

3 *Lignum po* applicando membra corporis ad bonũ exercitiũ

✠ 1 Fiant

A a *Et protulit terra herb. &c.* GREG. Quod testat historia, sic est veraciter factum, vt significaret aliud faciēdum. Terra .n. est ecclesia, q verbi pabulo nos reficit. & patrocinii vmbraculo custodit. quo quādo pascit, opitulādo protegit, ut nō solū herbam refectionis proferat, sed etiam arborem protectionis.

Lib. 19. moral. c. 15.

Lib. 6. moral. cap. 23.

b *Lignumq;* GREG. Lignum ſm ſpeciē ſuam ſemē produxit, cū mēs nostra ex ſui cōſideratione qꝫ in alterū faciat colligit, & recti operis germē parit. Hinc quidā ſapiēs ait: Tobiæ iiij. c. *Quod tibi nō uis fieri, alij non feceris.* Et alibi, Matth. vij. b. *Quæcūq. vultis ut faciāt uobis hoīes, & uos eadem illis facite.* Quaſi ſpeciē ueſtrā alterutrū c reſpicite, & ex uobiſmetipſis cognoſcite qd oporteat uos aliis exhibere.

c *Semētē.* STRA. RAB. Semētis frugū & arborum. Semē hoium & aialiū. Seminū uel ſemētū cuiuſq; rei exordiū. Tertio die, quo mētē ſuā ad ferēdos bonorū operū fruct⁹ pparat hō, ſeparata labe ac fluctib. carnaliū tentationum, tāq aridā hēt terrā tētationib. ſeparatis, ut dicere poſſit Ro. vij. d. *Mēte ſeruio legi Dei, &c.*

a ¶ actualiter. b ¶ Gregorius pabulum

a Et protulit terra herbam virentem, 1 & 3 afferentem ſemen iuxta genus b ſuum, Lignumq; faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem, ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: Et 2 d factum eſt veſpere, & mane dies tertius. Dixit autem Deus: † Fiant luminaria in firmamento cæli:

a ¶ de tritico trītico:de legumine ſ.gumen:

a ¶ Auguſtinus tertia diſtinctione.

a ¶ hic ordinantur ornamenta ſuperioris mundi.

a ¶ doctores. b ¶ quia vitina non quia fixa. c ¶ ſcripturæ.

d *Factū eſt ueſp. & ma.* ISID. Mane tertii diei incipit ab Abraham, & ſuccedit tertia ætas ſimilis adoleſcētiæ, & bene cōparatur diei tertio, quo ab aquis terra ſeparata eſt. Ab omnibus enim gētibus quarū error inſtabilis, & vanis ſimulacrorū do B ctrinis, tāq uētis omnib. mobilis (quod maris nomine bene ſignificatur) populus Dei per Abrahā ſeparatus eſt, tāquā terra cū apparuit, arida. id eſt, ſitiēs imbrā diuinorū mādatorū q vnū Deū colēdo tanq irrigata terra vt fructus afferat, ſanctas ſcripturas accepit & prophetias. Hæc ætas iā potuit generare populū Deo, quia & tertia ætas, id eſt, adoleſcētia filios habere iam pōt. Vnde Abrahæ dictum eſt. Geneſ. xvij. a. *Patrem multarum gentiū poſui te, &c.* Hęc ætas porrigit ab Abrahā uſq; ad Dauid, generationib. quatuordecim. Veſpera in peccatis populi, qb. diuina mandata pteribant uſq. ad Saulis malitiā.

BED. Die tertia congregauit aquas inferiores & ſalſas, infideles ſcilicet concupiſcentiarū & tentationum fluctib. ſe ſequatiētes. & ſegregauit ab eis aridā, id eſt, fideles fontē fidei ſitiētes. Infideles vero coercuit, ne iniquitatis ſuæ fluctib. aridā id eſt animā ſitientē Deū conturbēt, ſed liceat ei germinare fructus bonorū operū, & diligere proximū, vt hēat ī ſe ſemē ſm ſimilitudinē ſuā, vt. ſ. ex ſua infirmitate compatiatur alii indigēti, & producat lignum forte fructiferum, id eſt, beneficiū eripiendo oppſſū, & pbēdo ei protectionis umbraculū.

Lib. 2. de Geneſ. ad literam.

e *Fiant lumi. &c.* AVGVS. Quia uiſibili mundo duo dies ſūt atributi, ſupremę, ſcilicet, & infimæ parti mundi. Viſibilib. & mobilib. mūdi partibus quæ intra mundū creantur, tres reliqui deputati ſunt. Et quia cęlū prius factū prius erat ornādū, quarto fiūt ſydera quib. illuſtretur inferior pars, ne eſſet habitātib. tenebroſa. Infirmitati quoq; hoīum puiſum eſt, vt circūeūte ſole, diei, noctiſq; uiciſſitudine ppter vigilād: & dormiēdi uiciſſitudinē potirent. Et ne īdecora remaneret, ſed luna & ſyderib. cōſolarēt hoīes, qb. operādi noctu: a neceſſitas incūberet, & qdā aīalia ſunt q lucē ferre non poſſunt. Qd aūt dictum eſt, *& ſint ī ſigna, &c.* ita dictum uī quaſi quarto die cœpiſsēt tpra cum prius triduum ſine tpe nō fuerit. Nā ſi aliqs motus corporalis uel ſpūlis pcdōnū luminariū, pceſſit, aliqd a futura expectatione p pſēs ī pteritū trāſierit, ſine tpe eſſe nō potuit. Ideo tpra q ſint p ſydera nō ſpacia morarū, ſed uiciſſitudinē affectionū cæli debem⁹ accipere, qa dies & anni quos uſitate nouim⁹ motib. tm̄ ſyderū fiunt. Vel forte circa ſpeciē factę reidies ē appellatus, & circa priuationē nox, ut mā nondū p ſpeciē formata ſit nox dicta, vnde formāda erāt cętera. Vel potius ipſa re facta atq; formata, mutabilitas, id eſt, deficiēdi poſſibilitas nox dr. Poſſunt .n. res mūtari, ēt ſi nō mutētur. Veſpere aūt & mane ītelligātur, nō p tpris pteritionē & aduētū, ſed per terminum quo intelligit vſq; quo ſit naturę modus, & vnde exordium. Nimirū qꝫ dicit, ſint in ſigna & tpa nō ſigna dicit, qꝫ obſeruare ſit vanitatis, ſed vtilitatis, q. ſ. nautæ obſeruāt uel quilibet hoīes, ad puidēdas aeris qualitates. De ſole qppe certū ē, qꝫ circuitū cōpleat trecētis ſexagintaq;q; dieb. & quadrāte, q eſt ann⁹ ſolaris. Sic reliq planetæ annos ſuos cōplēt breuiores, & prolixiores. Eſt ēt ſol ad diſtinctionē tēporū, qa ab æquinoctiali circulo vernali, ad ſolſtitiū æſtiuum aſcendens, & inde ad æquinoctiū autūnale trāſiēs, atq; inde ad ſolſtitiū brumale p ueniēs, tādēq. ad æqnoctiū uernale rediēs quatuor anni tpa determinat. Luna poſt æqnoctiū uernale ueſpe plena, pcedēs paſcalē terminū facit, q regula uſq. hodie uiget. De qua cū q rat utrū plena, an prima facta fuerit? Rñdēdū eſt, Deū quotacūq. fuerit pfectā feciſſe, qa ut aiunt, nō decebat Deū illa die aliqd īpfectum facere. Alii dñt, debuit luna prima fieri nō quatadecima, q nemo ſic incipit numerare. Sz tñ aliqd īpfectum feciſſe Deum dicat rephēſibile nō eſt. Q. n. ab illo inchoatū eſt, ab ipſo, nō ab alio pfectum eſt. Credit ēt ideo plena facta qa ſeptuaginta īterpretes, legūt. Luna factā εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, in inchoationē ſeu principatum noctis, qꝫ fit cum plena eſt.

D

3 Faciente ſemen.

Sol Luna, Stellæ. Pſal. 135. b

E

Solaris annus.

Paſchalis terminus.

✲ PROCOPIVS. Quæ hactenus commemorauimus, ſimilia

In capit. 1. Geneſ.

NICOLAVS DE LIRA.

2 Et protulit terr. *Hoc intelligitur paſſiue, quia uirtute diuina acti ue protulit. Videtur forſitā alicui quod iſta productio plantarum & herbarum pertineat ad ſextam diem, in qua ornata eſt terra, vt dicetur infra. Ad quod dicendum quod ornatus hic accipitur ex ſimilitudine ornatus in hominibus, in quibus non pertinent ad ornatum proprie ea quę inſeparabiliter adhærent corporib. humanis, ſed ea quę poſſunt apponi & auferri, ſicut ueſtes, ſerta, monolia, &c. huiuſmodi aūt plantæ & herbæ* C *immobiliter adhærēt terræ, & ideo ptinent ad opus terræ dici, qū apparuit arida. Item notā ium quod ex eo quod dicitur.* Germinet terra herbam uirentem, *dicunt aliqui Hebręi, uidelicet Rab. Ioſue, & ſui ſequaces, quod mundus factus fuit in menſe Martio, qū terra incipit germinare herbas, &c. unde & Exod. xij. a. Martius uocatur primus menſis. Ex hoc autē quod ſubditur.* Et protulit terra herbā uirentē & facientē ſemē. *Dicunt aliqui uidelicet Ra. Eliezer & ſui ſequaces, qꝫ factus eſt menſe Septembri, quādo fructus ſunt in arboribus maturi, et habentes ſemina in ſemetipſis, & hæc opinio communis tenetur ab Hebræis tanquam rationabilior, quia ſcriptum eſt Deut xxxij. a.* Dei perfecta ſūt opera. *unde ſecundū omnes homo primus factus eſt in ſtatu perfecto potens generare, tūc enim unumquodque perfectum eſt qū pōt generare ſibi ſimile. & eodem modo uidetur dicendum de terræ naſcentib. quod eſt quando habent in ſeipſis ſemina.*

2 Et uidit Deus, &c. *Iſtud replicatur pro approbatione operis huius tertię diei.*

Diuiſio. 3 Dixit autem Deus, &c. *Hic cōſequēter deſcribitur opus ornatus, & primo deſcribitur ornatus corporum cæleſtium ſecundo ornatus elementorum mediorum, ſcilicet, quinta die, tertio ornatus elemēti inferioris, ſcilicet, terræ ſexta die, & ſic patet quod ornatus correſpondet diſtinctioni. Circa primum deſcribitur primo productio luminariū in generali, ſecundo magis in ſpeciali, ibi.* Fecitq; Deus duo luminaria. *Circa primum conſiderandum, quod ad ornatum hominis pertinent illa q ſunt ſeparabilia, ut dictum eſt, ad ſimilitudinem huius in firmamento cœli dicuntur pertinere ad ornatum illa quæ habent proprium motū ſecundum rem, uel ſaltem ſecundum apparentiam ſenſus. Septē uero planetæ habent proprios motus diſtinctos a motu firmamenti. Stellæ autē fixæ, licet non habeant motum proprium ſed moueantur tantū motu firmamenti, uerūtñ quantū ad apparentiā ſenſus deprehēduntur manifeſte moueri, nō ſic autē motus corporis firmamēti, ſed ſolū ratione arguitur, ex motu ſtellarum. Et quia Moyſes rudi populo loquebatur, ut ſup. dictū eſt, qui capiebat tantū ſenſibilia, ideo nō ſolū planetæ, ſed ēt ſtellæ fixæ deſcribūtur pertinere ad ornatū firmamenti. & hoc eſt quod dicit.*

F

4 Fiant lu. *Iſtud, fiēt, ſecundum illam expoſitionem non intelligitur quantū ad ſubſtantiā luminariū, nec quantū ad lucem quæ facta eſt primo die, quia tūc facta fuit lux ſolis, vt pdictū eſt, & per cōſequēs aliorū luminariū, quæ illuminātur a ſole, ſed intelligitur quātū ad quādā informationē huius luminis, qꝫ fuit informe aliquo modo uſq; ad quartā diē, in qua fuit formatū, quia tūc accepit a Deo uirtutē influendi ad uarios effectus in inferioribus, ſenſibiliter .n. percipitur quod radij diuerſorum luminarium cœli habent uarios effectus & diſtinctos circa inferiora.*

5 In fir. cœ. *Aliter dicuntur in firmamēto cæli eſſe ſtellæ fixę, quia ibi* ✲ *ſunt*

MORALITER.

† 1 *Fiant lumi. &c.* per quæ uirtutes policitæ poſſunt deſignari. ſ. per ſolem, quod eſt luminare maius, prudentia, quæ dirigit alias uirtutes, per lunā uero, iuſtitia de qua dicitur 5. Et hic, quod neque heſperus neque lucifer eſt ita admirabilis, per ſtellas vero cæterę virtutes intelliguntur.

A lia sunt magnifici epuli apparatus. Primum locus mūdat̄ ne sordes offendat conuiuas, Dein conuiuium parat̄. Deinde lucernæ accenduntur. Postremò via qua conuiuæ veniant præcedentibus seruis & ministris, nempe brutis animalib. nouissime accedit ad id epulum quasi dn̄s & rex, rationalis creatura, homo. Cæterum Deus purissimā partem primogeniæ lucis accipiēs, trāstulit ī solē, reliq̄ partem lucis distribuit inter lunā reliquaque astra. b Quemadmodū Deus vniuersā aq̄, q̄ prius inundabat totā terrā, in vnum quasi receptaculū, nempe in maria, flumina, puteosq. ꝯiecit. sic lucem in oīa diffusam vberti, in unum ꝯxit solem, lunā astraque inde illustra- c uit. Sciendū ē t̄n, lunā illico ubi creata est, & ꝓprio nituisse iubare, & occupasse occasū. sole obtinēte orientalē horizōtē: siqdē huic. diei, illi, noctis impetiū decretū est. Eo itaq; tēpore erat plenimulium.

a ❡ discernendo.

**& diuidant diem, ac noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram. Et factum est ita.**

a ❡ serenitatis & tempestatis. ❡ virtutum, b ❡ ver, æstatem, autumnum, hyemem. ❡ cum suum compleuerunt cursum. ❡ qua prædicatores proprijs temporibus viuunt & transeunt: prius germinauit terra, deinde facta sunt luminaria: quia post bona opera venit illuminatio lucis ad contemplandam speciem supernæ veritatis.

a ❡ ne homo in tenebrosam adducatur habitationem. b ❡ causaliter.

Lib. de Genes. ad lit. imperf.

✲ AVGVSTINVS. Vtrum autem de fixis tantum dictum est syderib. an etiam de uagis, *fiant luminaria in firmamento cœli?* Sed duo luminaria maius & minus inter vaga sydera numerantur. quomodo ergo facta sunt omnia, cum singulos suos vel globos vel circulos vaga singula q̄que possideāt. an quoniam in scripturis & cœlos multos legimus, & cælū, sic in hoc loco cum dicitur in firmamento cœli, intelligēdum est oēm B istam ætheream machinā dici, quę omnia substantia continet, sub qua puri & tranquilli aëris serenitas uiget, sub qua item iste aër turbulentus & procellosus agitatur?

a *Et diuidant diem.* BEDA. Ea. s. diuisione, vt sol diem, luna noctem illuminet, hoc enim factis syderibus ad augmētum primariæ lucis accessit: vt ēt nox prodiret luminosa, lunę uel stellarum splendore radiata; quæ hactenus tantum tenebras nouerat. Et si enim nox tenebrosa videtur obscurato aëre, qui terris proximus est, superiora tamen aeris spacia semper syderum fulgore sunt lucida.

Homil. 6. examer.

✲ BASILIVS. Superius a tenebris lucem diuisit, vt inter ipsa nulla sit prorsus immixtio, luciq;, cum tenebris nihil cōmercii. Etenim tenebrę lucis incursiones minime patiuntur, sed fugiunt. Nunc autem metiendo quidem, diei solem præfecit, lunā aūt cum luminis plenum totum suū obtinet orbē principē noctis cōstituit. Tunc. n. hęc lumina e regione dispo sita sunt, In pleniluniis nāq; exoriente sole, luna descendit, ad delitescit, occidēte, orit̄ sępe numero, ex aduersoq. exurgit.

Quæst. lib. 2. de Gen. ad literā.

AVG. Solet quæri. vtrū hæc luminaria corpora sola sint, aut habeant rectores spiritus & ab eis uitaliter inspirentur, sicut p animas animalium carnes animantur. Sed de tam obscura re nihil temere credendum.

b *Et sint in sig. &c.* BEDA. Quia priusquam sidera fierent, ordo tēporū nullis notabatur indiciis, uel meridiana hora, uel q̄libet alia. sunt ergo luminaria *in signa* & c. non quod a ꝯditione horū tēpora ceperint, uel dies uel anni, sed quia per ortus eorum vel transitus tēporum, dierū annorūq; signat ordo.

Vbi sup.

✲ BASILIVS. Quanto emolumento sint vitæ humanæ qs ignorat. Licet nautæ suam in portu continere nauem, pericula ventorum præuidenti, licet viatori incommoda cæli uitare. licet agricolis in ferendis seminib. oīum hic officiorum, ope- C rumque suorum exercendorum opportunitatem inuenire. Iam vero dissolutionis etiam uniuersa signa, dominus solem daturum, lunam & stellas prædixit. *Sol uertetur in sanguinem, & luna non dabit lucem suam.*

Luc. 21. Matth. 24.

✲ AVGVSTINVS. Non illa dicit signa quæ obseruare uanitatis est, sed utique vtilia, & huius vitæ vsibus necessaria.

Lib. 2. de Gen. ad literam, capit. 14. Quæst. 15. in Gen.

✲ THEODORETVS. *In signa,* non ita intelligimus quemadmodum imprudentes quidam Neque. n. Genethlialogiā, id est, ex hominis natiuitate diuinationē, Pytagoras, Socrate, Plato approbarunt. Quod si hæc fabulis innutriti neglexerunt. atque ab ominati sunt, quis diuinis credens scripturis facere D debet? signa igitur appellat diuina scriptura, scire plātandi, serendi tempora.

Ex cathena græca in Gen.

✲ DIODORVS. Fortasse dictum est, *erunt in signa,* ut cum sol & luna stat, vt accipit, sub Iosue, vel cū retrocedit, ut Ezechiæ tempore, ut cum stella Magis apparuit. Inuenire etiam licet quasdā stellas bona aut mala significare.

Lib. 4. examer. c. 4.

✲ AMBROSIVS. Nōnulli natiuitatū tētauerūt exprimere qualitates cū hoc sit uanū & inutile q̄rentib. ī possibile pollicentibus. Qūo dn̄s aut præmia proposuit bonis, aut impro bis pænas, si facit necessitas discipli nā. Quāmultos uidem° ereptos criminib. ī melioré statū esse ꝯuersos, Redēpti sunt Apost. & ꝯgregati ex peccatorib. nō utiq; natiuitatis suę hora, sed Christi eos sanctificauit aduentus, & hora dn̄icæ passionis redemit a morte, Latro dānat° capitis, ille, cū dn̄o crucifixus, nō bn̄i. natiuitatis suę, sed fidei ꝓfessione ad paradisi ęterna trāsiut. Iona in mari nō uis natiuitatis, sed dissimulatio diuinæ ꝓceptionis pręcipitauit.

Lib. 5. de Ciuitate, cap. 1.

✲ AVGVSTINVS. Quod si dicantur stellę significare potius ista q̄ facere, non quidem ita solent loqui mathematici, vt verbi gratia dicāt, Mars ita posit° homicidā significat, sed homicidam facit. Verum in vt concedamus, non eos vt dēnt E loqui, & a philosophis accipere sermonis regulam ad ea pnuncianda, quæ in syderū positione se reperire putant, quid sit, q̄ nihil vnq̄ dicere potuerunt, cur in uita geminorum, in actionib, in euentis, in professionib. artib. honorib. atq; in ipsa morte, sit plerumque tanta diuersitas, vt similiores eis sint quantum ad hæc attinet, multi extranei, q̄ ipsi inter se gemini, per exiguū tp̄ris interuallum, in nascendo separati, in ꝯceptu autem p unum ꝯcubitum uno etiā momento seminati.

Lib. 2. de Gen. ad literā, c. 14.

✲ IDEM, Vel tp̄ra, articulos quosdā quos p horologia cōputamus. uel in cælo notissimos, cum ab oriente usq; ad meridianā altitudinem sol insurgit, atq; inde rursus usq; in occidentem vergit, vt possit deinceps aduerti uel luna, uel aliqđ sydus ab oriente statim post occasum solis emergere, quod item cum ad mediam cęli venerit altitudinem, medium noctis indicet, tunc. s. occasurum, cum sole redeūte fit mane.

Vbi supra.

✲ BASILIVS *Sint in dies.* Nō quidē vt diē efficiāt, sed ut ip sis dieb. ꝓsint. Dies. n. & nox luminariū ortum antecesserūt.

✲ IDEM. Itaq; nemo prorsus errauit, si diem definiens aërem esse dixerit illuminatum a sole, aut quantitatem tēporis tantum quo sol in globo nostro dimidio moram trahit.

Vbi supra.

✲ AMBROSIVS. In annos quoq. ordinati sunt sol & luna. Luna enim per trecentos dies duodenis uicibus cursum ꝯficiens, consummat annum s̄m Hebræos, aliquibus diebus ad dictis secundam Romanos, bisexto semel intra quinquennium unius diei adiectione celebrato.

Vbi supra. F

✲ AVGVSTINVS. Annos uero vel istos vsitatos dicimus, solis anfractus. non enim ad orientē q̄ quotidie facit, sed cū ad ead. loca syderū redit, q̄ nō facit nisi p actis trecentis sexaginta quinq. dieb. & sex horis, quæ pars quater ducta cogit interponi vnum diem, quē Romani bisextum uocāt, ut ad eundē circuitum redeat. Vel ēt maiores & occultiores annos. Nā cōpletis aliorū syderum spatiis, maiores anni fieri dicūt.

Vbi supra.

✲ THEODORETVS. At uero ex lunæ cursu numerū mensium dicere possumus. Triginta. n. dieb. sex horis minus cursum suum cōficit. Ex quo dierum numerus, ab ipso lunæ nomine, quę μήν, dicitur, μὴν, hoc est, mensis appellatur.

c *Vt luceant &c.* BEDA. Semper luminaria in firmamento lucent, sed oportunis tempori b° terrā illuminant. Aliquoties. n. nebulosus aër obsistit, ortus etiam sol maiori lumine lunam stellasque ne terrā illuminent, impedit. Vnde sic uocat, quia solus obtusa luna stellisq. ceteris per diē fulgeat terris.

☞ a *Fecit*

NICOLAVS DE LYRA.

*sunt immobiliter, & planetę quia habent proprios motus & ꝓprios orbes, & ideo non sunt in firmamento cœli, nisi large loquēdo de firmamēto. prout continet sub se orbes planetarum. ut sup. dictum est. Considerādum autem quod luminaria cæli sint facta principaliter propter gloriā Dei, tamen facta sunt consequenter ad vtilitatem hominum, veruntamen quia populus Iudaicus erat pronus ad idololatriam, ideo Moyses ut reuocaret ipsum a cultu luminarium, tetigit tantum scd̄am cām, unde* Deut. iiij. c. *dicitur.* Ne forte oculis eleuatis ad celum uideas solem & lunam omnia astra cæli, errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentib. *Hoc autem ministerium explicat Moyses hic cum. dicit* 1 et diui, diem. *Ad cuius intellectum considerandum, quod luminaria cæli deseruiunt homini inquantum faciunt uicissitudinem temporis apti ad operandum, & temporis apti ad quiescendum, quia homo non pōt continue laborare, sed oportet cum somnum capere ad recreationem sensuum & quietem corporis, & quantum ad hoc dicitur.* Et diuidant diem ac noctem. *Secūdo deseruiunt, inquātum ex cæli luminarib. accipitur significatio pluuiosi temporis uel sereni, & huiusmodi, q̄ sunt apta diuersis operib. humanis & negocijs, & quantum ad hoc dicitur,* Et sunt in signa. *Tertio deseruiunt, in quantū distinguunt diuersas partes temporis, scilicet, ueris, æstatis, autumni. & hyemis, in quib. omnia or* ✲ *odinantur*

Luminaria cœli, quō seruiant homini.

A

a *Fecit De⁹ duo luminaria.* BEDA. Luminaria magna possumus accipere, non tam aliorum comparatione quã per se, ut cęlũ dicitur magnũ, & magnũ mare. Sol.n. magnus dicitur, quia cõplet orbẽ terræ suo calore: sicut luna suo lumine, q̃ in quacunq; parte cęli fuerint, totã terrã illuminãt & a cũctis vidẽtur. Magnitudinis eorũ magnũ est argumentũ ꝙ oĩb. hõib. idem orbis eorum videtur. Nã si lõge positis minor, & ꝓpe maior, exiguitatis indiciũ esset.

Solis, & lunę magnitudo.

✻ AMBROS. Magna possumus accipere luminaria, non tã aliorum cõparatione magna, q̃ suo munere, vt est cœlũ magnũ, est mare magnũ. Nã & magnus sol q cõplet orbẽ terrarũ suo calore vt luna suo lumine, nec solũ terras, sed ẽt aerem hũc & mare cęliq; faciẽ. Quę illuminãt oĩa, & æq; spectãtur a cunctis.

Vbi supra.

✻ BASILIVS. His similia de luna intelligamus, Est enim corpus ipsius magnum & splẽdidissimũ post solẽ. Nõ tamen semp eius cõspicitur magnitudo. Sed nunc tota sinuata in orbẽ, nunc accrescẽs, aut decrescẽs, haud tota cõspicitur, id altera ꝙ deest sui parte, offerẽs semp. Nã alia nimirũ obũbratur parte cũ ĩcrementa suscipit, alia pars eius occultatur, cũ imminuitur.

Vbi supra.

✻ IVNILIVS. Luminare maius est sol nõ solũ forma sui corporis, sed & magnitudine luminis, qua & ipsũ luminare minus & stellas illustrare credit̃. Maius est & virtute ardoris qua mũdum calefacit, cũ pręteritis ante eius creationẽ dieb. nihil omnino caloris habuisset. Quod aũt æqualis vniusque magnitudinis luna cũ sole cernitur, ex eo fieri dicunt, ꝙ ille multo longinquior a terris atq; altior quam luna incedat.

In capit. 1. Genes.

B

✻ ORIGENES. Sicut in firmamẽto isto, iubet Deus fieri luminaria, vt diuidãt inter mediũ diei & noctis, ita & in nobis fieri põt, si lumen nos studeamus effici cœlum, & luminaria habebimus in nobis, quæ illuminent, Christum & ecclesiam eius. Ipse enim est lux mũdi, qui ecclesiã illuminat luce sua, vt luna dicit̃ de sole lumẽ accipere. Et sicut luminaria ista posita sunt *in signa, in tpa, dies & annos, vt luceant de firmamento cęli his qui super terram sunt,* Ita Christus illuminans ecclesiam suam, signa dat per præcepta sua, vt sciat quis quõ accepto signo fugiat a superuẽtura ira. Et qm̃ stellas posuit in firmamẽto Deus, vt videamus q̃ sint in nobis stellę, id est in cordis nostri cęlo. Moses stella est ĩ nobis q̃ illuminat nos actibus suis. Et Abrahã Isaac & Iacob, &c. Et sicut sol & luna illuminãt corpora nostra, ita a Christo & ecclesia illuminantur mẽtes nostrę. Ita tñ illuminamur, si nõ sumus mẽtib. cęci

In capit. 1. Gen.

a ¶ in manifesto.

1 Fecitq; De⁹ duo magna luminaria: luminare maius vt præesset 2 diei, & luminare minus vt pręesset 3 nocti, 4 & stellas. Et posuit eas ĩ firmamento cœli, vt lucerent super terrã, & pręessent diei ac no- 5 cti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et uidit Deus quod esset

a ¶ viroru numerositatem. b ¶ ad decorem noctis.

a ¶ Luce sapientiæ.

a ¶ Perfectorum. b ¶ Paruulorum:

a ¶ Quia quæ facienda placebant, vt fierent, facta placuerunt, vt manerent:

D

✻ AMB. Sicut luna luminis ĩminutionẽ hẽt nõ corpis, cũ ꝑ vices mẽstruas depõere videt̃ lumẽ suũ. Ita eccłia tpa sua hẽt psecu. & pacis. Nã videt̃ sicut luna deficere, sed non deficit.

Vbi supra.

b *Luminare maius, &c.* BED. Solem, s. nõ solum corpis forma, sed luminis magnitudine, quia luminare minus & stellas illustrat. Maior est etiam in calore, quia mundũ calefacit, cum ꝑteritis ante eius creationem dieb. nihil caloris habuisset. Quod aũt æqualis vniusq; magnitudinis luna cum sole cernitur, hinc esse aiũt, quod multo lõginquior a terris atque altior q̃ luna ĩcedit, ideoq; magnitudo eius a nobis nõ posse dignosci. Oĩa .n. longius posita videntur breuiora.

c *Et lum. mi. &c.* Et si lunã & stellas maiores in die aliquando videri contingat, non tamen diei, sed nocti lucis solatium eas afferre constat.

AVG. Tunc enim in noctis exordio videtur luna cum plena est, alias non, & per diem incipit videri ante plenitudinem, & in progressu noctis.

d *Vt lucerent, &c.* Hęc de magnis luminarib. intelligi possunt, & stellis, ut quod dictum est, *vt præessent diei,* & ad solem specialiter, quod subiunctum est, *& nocti,* ad lunam & stellas pertineat. Quod vero additur, *diuiderent lucem ac tenebras,* omnib. æque conueniat, quæ quecunque incedunt, lucem circumferunt, vnde cum absunt, tenebrosa cũcta relinquunt. Si quęrat quale potuit esse lumẽ diurnũ ante creationẽ syderũ? Respõdemus quale uidem⁹ solis ortu proximãte, necdũ apparẽte, qñ s. lucet obtusis radiis stellarũ dies, sed minime sol ortus refulget. Die quarta micuerũt luminaria ĩ firmamẽto cęli, id est, legisdoctores, scripturæ sãctę inhærẽtes, & ĩferiorib. lumẽ sapiẽtiæ demõstrãtes, Prodiit quoq; syderũ turba, id est uirorũ doctorũ s. & legisperitorũ numerositas, q̃ in huius vitę nocte fulgẽtes, diuidãt scripturę sẽsibilia, & intelligibilia, quasi ĩter lucẽ pfectorũ, & tenebras peccatorũ, faciẽtes signa virtutũ & miraculorũ. Qui sũt *in tpa & annos,* q propriis tẽporib. viuũt & transeũt. *Verbum autem dñi ęternũ manet.* Bene aũt terra germinauit primo, & postea facta sunt luminaria, qa post bona opa venit illuminatio, qua videt̃ spẽs supnę veritatis. Quarto die quo in illo firmamento disciplinę mens spales intelligẽtias opatur atq; distinguit, videt q̃ sit incõmutabilis veritas, q̃ sicut sol fulgeat in aĩa & quõ anima ipsius particeps fiat, & corpori ordinẽ & pulchritudinẽ tribuat, tanq̃ luna illuminãs noctẽ. Et quõ stellæ oẽs id est intelligentiæ spirituales, in huius vitæ obscuritate, tanq̃ in nocte fulgeant.

Quale erat lumẽ ante creationẽ syderum.

E

Sydera legisdoctores.

✻ AMB.

a *Et*

NICOLAVS DE LYRA.

*dinãtur & disponũtur vsui humano necessaria, & quãtũ ad hoc dicit̃,* Et tempora & dies & annos *quia ꝑ replicationẽ quatuor tpũ & dierũ multiplicãtur anni. Quarto deseruiũt hõi quãtũ ad visũ, q est directiu⁹ in operib. humanis, & maxime utilis est ad cognitionẽ rerũ, ut dicitur j. Met. & quãtũ ad hoc dicitur,* Vt luceãt in firmamẽto cęli, &c.

1 Fecitque de. duo lumi. &c. *Consequenter describit productionẽ luminariũ in speciali, cũ dicit,* Fecitque Deus duo luminaria magna, *scilicet solem & lunam.*

C

2 Luminare maius, *id est solem.*

3 Vt præesset diei. *quia dies est latio solis super terram.*

4 Et lu. mi. *scilicet lunam.*

5 Vt pręesset nocti. *quia de die nõ apparet lux eius. Sequẽs litera patet ex prædictis. Doctores aũt Hebrei ex hoc ꝙ dicitur hic,* Fecitque Deus duo lu. mag *dicunt ꝙ sol & luna a principio fuerunt æquales in claritate, sed luna suggessit ipsi Deo, ut diminueretur lux solis, uolẽs habere singularẽ gloriam luminis, propter ꝙ Deus puniuit ipsam diminuẽdo de eius lumine. Sed istud dictũ distruit seipsum, quia ſm ipsos lux solis & aliorũ luminariũ facta est prima die. Luna et sunt facta in opposito solis, ut sic pęesset nocti, & ideo si fuisset equalis claritatis usq; ad quartũ diẽ, nõ fuisset nox, nec ꝑ cõsequẽs successio diei & noctis, sed fuisset cõtinua dies, cuius cõtrariũ expresse dicit scriptura. Itẽ corpora cęlestia sunt inanimata & insensibilia, ſm Damas. & iõ friuolum est ꝙ luna loqueretur ipsi Deo. Motiuum aũt ipsorũ nullũ est, q̃ magnum & paruum relatiue dicuntur, & iõ sol & luna luminaria dicuntur magna respectu aliarũ stellarũ, licet sol sit maioris quãtitatis & claritatis q̃ sit luna. Exposita igitur litera ſm duas primas opiniones de materia corporalium, soluendæ sunt rõnes tertiæ opi. quæ ponit materiam in corporib. cęlestib. & esse eiusdẽ rõnis cum materia corporum elemẽtarium & mixtorum. Ad primum cum dicitur, Actus est qui distinguit, dicendum, quod omnis distinctio est per actum, non tamen oportet ꝙ sit semper per actum actualiter informantem. Materia igitur cœli & materia corruptibilium differunt inquantum sunt in potentia ad actus diuersarum rõnum, quia forma cęli est actus inseparabiliter informans, non aũt forma elementi uel mixti. Ad ſm dicendum quod materia corporis cęlestis nobilior est materia mixti vel elementi. non per aliquam formam vel actum actu informantem, si consideratur omni forma subtracta, sed per relationem seu aptitudinem ad nobiliorem actum, s. formam. His visis exponenda est iterum litera a principio secundum tertiam opin. Vbi aduertendum quod diuisio est eadem in utraque expositione, ꝑ quod non intendo eam repetere. Item in expositione prædicta plurima sunt, quæ non variantur propter tertiam opin. de materia prædicta, propter quod similiter, nõ intendo ea repetere, sed ad prædicta remittere. Igitur secundum opinionem illã, quæ ponit materiã eiusdem rationis in corporib. cęlestib. & elementarib. quam sequuntur Beda. & Stra. est exponẽda sic litera.* In prin. ipso creauit Deus cęlum, *scilicet, empyreum, quod statim factum, angelis est repletum. et dicitur empyreum πυρ, quod est ignis, non quia sit de natura elementari, sed quia conuenit cum igne in splendore, sicut & cęlum crystallinum dicitur aqueum, quia conuenit cum aqua diaphaneitate, vt prædictum est. Et est cęlum empyreum secundum istam expositionem, locus splẽdidus, immobilis & quietus, cõtemplationi gloriæ aptus.* Et terram, *id est materiam omnium corporum quæ sunt sub empyreo, quæ ꝑducta est sub vna formæ cõi i genere substantiæ, ut pote corporeitatis, & propter talem communitatem nominatur diuersis nominibus, vt pote nomine* abyssi & aquæ, Terra autẽ erat inanis & uacua, *quia illa materia non erat adhuc ꝑ formas spãles distincta.* Sequitur, Fiat lux. *Secundum istã expositionẽ, ista Lux fuit quædam nubes lucida de superiore parte materiæ communis prædictæ facta a Deo, quæ motu suo faciebat diem & noctem vsq; ad quartam diem, in qua factus est sol, ueruntamen imperfectiori modo quam ipse sol. Quia sicut in generatione naturali est ꝓcessus ex imperfecto ad perfectum, ita in prima rerum ꝓductione non propter imperfectionẽ agentis, sed ad ostendendum ordinem suæ sapientiæ. Considerandum tamen quod illa nubes lucida non potest conuenienter dici eiusdem rationis cum nubibus quæ sunt in aere, quia illa erat de natura cęlesti, istæ autem sunt natura elementari.*

An sol, & luna ęquales fuerũt in claritate.

Ridicula doctorum Hebręorũ opinio de luna.

Expositio tertię opinionis.

F

Lux prima.

✻ Fiat

Et factū est vesp. & ma. &c. BEDA. In hac vespera popul⁹ Dei in Aegypto agnū obtulit, & verus agnus sacramēta sui corporis sub hac ... In hoc mane populus Israel iugū seruitutis excussit, & Christus nos suo sāguine redimēs, a diaboli seruitute liberauit, q̄ dies lunę plenissimę ī creaōne mūdi quarta pcessit. At ī tpe dñicę passionis, altioris gratia sacramēti in q̄ntā sabbati incidit, vt dñs a sexta sabbati crucifixus, sabbato in sepulchro quiesceret, & prima sabbati resurgeret. ī qua nobis resurgēdi, et lucē perpetuā intrādi spē atq; fidē donaret.

ISID. Et factū est vesp. &c. Mane quartæ diei regnū Dauid. Hæc ætas similis est iuuētuti, q̄ inter omnes regnat ætates, & firmū est omnium ætatū firmamētū. vnde cōparat quarto diei, quo facta sūt sydera in firmamento celi. Splendor siqdem talis regni figurat excellentiā, plebem obtēperātem aūt regi lunę splendor ostendit, tanq̄ synagogā. Stellæ vero principes eius sunt, & oīa fundata in regni stabilitate tanq̄ in firmamento.

b Dixit etiam Deus, &c. Post ornatā quarto die cęli faciem luminaribus, ornant suis animalibus die quinto īferiores mundi partes, aqua, scilicet, & aer.

AVG. Dixit etiam Deus, Prod. a. rep. &c. Oportebat in creandis habitatoribus inferioris partis, quæ tota sæpe terra uocatur, prius pduci ex aquis animalia, postea de terra, eo q̄ ita sit aeri aqua similis, vt eius exhalationibus pinguescat, spiritum procellæ & ventos faciat, nubila contrahat & aues sustineat volātes. Est ergo ordo seruatus vt prius memorentur animalia aquarum, q̄ terrarum. Nec putādum est ptermissum asse aliquod elementum, quāuis de aere tacere videatur. Sed aer ad cęlum more scripturæ pertinere intelligitur, si qua sūt in eius superioribus pacatissima spacia, vel ad terrā, ppter turbulentum & caliginosum locum, q̄ humida exhalatione pinguescit, quis & ipse aliqñ cœli nomine nuncupetur. Ideo nō est dictum, producāt aquę reptilia, & aer volatilia, sed vtrumq; ex aquis pductum esse narrat. Quidqd. n. aquarum siue, labiliter vndosum, siue vaporaliter tenuatū est, vtrūq; tñ humidę naturę deputat. Vnde qdā elementā sic distinguūt, vt oculos ad ignē, aures ad aerē ptinere dicāt, olfactū & gustū tribuāt humidę naturæ. Tactus aūt cōgruit terræ. Ignis tamē omnia penetrat, vt motū in eis faciat. Inchoat. n. anima motū suū in omnibus a subtilitate ignis, sed nō in omnib. ad idem puenit. In visu enim peruenit. represso calore vsque ad ei⁹ lucē. In auditu vsq; ad liquidiorē aērē calor ignis penetrat. In olfactu, transit aērē purū, & puenit ad humidā exhalationem, vnde crassior hęc aura subsistit. In gustu vero et hāc trāsit, & peruenit ad humorē corpulentiorē. Quo traiecto cū ad terrenā peruenit grauitatem tāgendi vltimū sensū agit. Hūc ordinem nō ignorabat, qui pditionem eorum quę ītra mundum sunt inducens, prius cęli lumina. post aquarum animantia, tertarū postrema narrauit, nec aerem ptermisit, sed gestissimam partem, eius celo, turbulentā aquæ vel terræ deputauit. Vnde & Psalm. cxlviij. a. omnia superiora cœlū dicendo: *Laudate dominum de cęlis*, omnia inferiora terræ nomine comprehendit. *Laudate dominum de terra, &c.* vbi spiritus tempestatis & omnes abyssi nominantur. Et ignis iste qui vrit tangentem, qui de terrenis & humidis motibus ita existit, vt vertatur in aliud elementum. Ac per hoc ī superiorem trāquillitatem euadere nō valens, ī ista pinguiori parte turbulentis motibus agitatur, ad temperandum eius rigorē, & ad vsus terroresque mortalium. In summo autem aer tam tenuis esse dicit, vt neque nubibus obumbretur, nec vento turbetur, nec aues sustineat ne homines si qui forte ascenderit, crassiori spiritu alat, sicut aēr iste. Aēr tamen est, & in humidam naturā tempore diluuij cōuersus creditur. Arios etiam cęlos diluuio periisse in quadā canonica epistola legi: Quod intelligendum nō est nisi in aquarum naturā pinguioris aeris qualitate conuersos.

c Animę uiuentis. AVGVSTINVS. id est quæ sunt in animabus uiuis, sicut dicitur, Ignobilia hominum id est, qui sunt in ho.

Lib. 3. de Gen. ad literam, c. 8.

bonū: Et factū est vespere & mane b dies quartus. Dixit etiam Deus: c Producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile super terrā, sub

a Augustinus. Quarta distinctio. a Quia vicinior est aqua cœlo quàm terra: præordinantur ... Aquatum dicuntur reptilia: quia pauca repunt in terra: pedibus gradiantur plura. b Pnēs. c Renatos per sacramentum baptismi. a Volantes ad superna. Productum ex aquis.

1. Volet.

## NICOLAVS DE LYRA.

Fiat firmamentū in medio aquarum. *Istud fieri hic accipit quantum ad formam substantialem, quia de vna parte materiæ prius producta sub forma communi factum est firmamentum secundum formā specificam celi sydereì. In qua productione intelligūtur etiā producti orbes septem planetarum, qui sub nomine firmamenti comprehenduntur. De parte autem superiore illius materiæ communis factum est cœlum crystallinum quantum ad formam substantialem secunda die, sicut de firmamēto dictum est. Et significatur per aquas quæ sunt super firmamentum propter conuenientiam cum aqua, vt praedictum est. Sub firmamento autem prout comprehendit orbes septem planetarum, remansit materia cōmunis ex qua facta sunt elementa tertia die, quę materia designat nomine aquæ. vt prædictum est. & sic patet quomodo secunda die factū est firmamentum in medio aquarum, id est, inter cęlum crystallinum et materiam elementorum, & sic patet litera.* Dixit uero Deus, Congregentur aquæ. *Hic ponitur opus tertiæ diei, in quo distincta sunt elementa per hoc quod ex illa parte materia quæ remanserat adhuc sub forma communi, vt prædictum est, facta sunt elementa in suis formis substantialibus & proprietatibus consequentibus. In terra etiam factę sunt aliquæ concauitates diuinæ virtute, in quibus receptis aquis, apparuit pars tertiæ discooperta, & sic apparuerunt elementa in suis locis distincta.* Dixit autem Deus: Fiant luminaria. *Hic describitur opus quartæ diei, & intelligitur hic, fieri luminariū, quantum ad suas formas substantiales specificas, & secundum illum expositionem sol factus est de illa nube lucida prędicta, quæ tribus diebus præcedentibus fecit diem & noctem motu diurno. Nec ualet quod contra hoc obiicit frater Thoma. prima parte summæ suæ dicens, quod non potest conuenienter dici, quod in prima rerum productione aliquid fit productū satis cito corrumpendū, ex quo concludit inconuenienter dici solem factū ex illa nubecula, quia sic fuisset corrupta. Non enim corrumpitur, proprie loquendo de corruptione, secūdum perfectam eius rationem quod transmutatur in melius. vt dicitur 1. lib. de generatione, sicut non dicuntur elementa proprie corrumpi, quando ex eis fit corpus mixtum, quia corruptio proprio modo dicta est via ad defectum, hic uero ad perfectum. Illa autem nubecula erat quid imperfectum respectu solis. Ipse etiam Tho. incidit in id quod reprobat, quia in opere quinti diei dixit quod aues & pisces facta sunt ex quatuor elementis, licet in textu solū nominetur aqua, quod non potuit fieri nisi per corruptionem formarum elemētarum modo prædicto. Alia autem luminaria celi, luna & stellæ dicuntur facta quarta die quantum ad suas formas specificas ex aliqua parte suorum orbium, & sic patet litera secundum istam expositionem. Cætera autem quæ in hac expositione nō sunt tacta, exponantur sicut dictum est in alia expositione. His dictis soluendæ sunt rationes quæ sunt contra istam expositionem. Ad rationem commentatoris cum dicitur, materia substātiatur per suum posse. Dicendum quod verum est, si accipiatur posse eius vel potentia prout est in genere substantiæ. & sic talis potētia non est aliud quam ipsa essentia materiæ. circumscripta omni forma, & hoc modo potentia est in potentia ad esse sub forma quacumque quātum est de se, & sic materia cęli est in potentia a. formā elementis, & ad non esse forma cœli, sed ista potētia nō est reducibilis ad actum nisi per agēs quod immediate attingit materiā secundum suam essentiam, quod est agens diuinum, Sed si accipiatur potentia propinqua, scilicet, reducibilis per agens naturale uel creatum, sic non est in potentia vt transmutetur de forma ad formam, nisi prout sub est qualitatibus actiuis & passiuis cōtrarijs, & ideo materia quæ est sub forma corporis cęlestis, non est sic in potentia ad non esse suæ formę, & ad esse alterius, quia non subest talibus qualitatibus, vt supra dictum est. Rationes autem illius opinionis, quæ ponit materiam in corporibus cœlestibus, tamen alterius rationis, concedendæ sunt secundum istā expositionem inquantum ponit materiam in corporibus cęlestibus, sed inquantū dicit eam alterius rationis, quod non probat, neganda est, & ratio negationis patet ex prædictis.*

1 Dixit etiam Deus. *Hic describitur opus quintæ diei, in qua ornata sunt elementa media, scilicet aer. & aqua, ad quorum ornatum pertinent illa quæ mouent in eis, s. aues & pisces, & hoc est quod dicitur.*

2 Producāt aquæ. *Non quia aues & pisces de sola aqua sint formati, sed de quatuor elementis, tamen aqua sola exprimitur propter quandam cōuenientiam cum istis. Habet enim aqua humorem & vaporem, per humorem conuenit cum piscibus, per uaporem qui sursum eleuatur ī aere, cōuenit cum auibus. Considerādum et, q̄ aues & pisces nō sunt producti ex aqua actiue, sed a Deo, passiue antē ex elementa, ut dictum est.*

3 Reptile, &c. *Reptilia dicuntur illa quæ non habent pedes, uel si habent breues tamen, nec in altum eleuantur, & talia sunt quę cōmuniter habitāt in aquis, dicitur etiā hic,* Reptibile animæ uiuētis, *ita quod vita animalis ponitur in obliquo ad signandum quod uita est imperfecto modo*

Quomodo ad materia substatiatur p suū posse.

Piscibus, & auibus vim generandi dat Deus Reptilia.

MORALITER.

1 *Producant aqua reptile animę uiuentis & uolatile super terram,* &c. Sicut dictum est, per aquas ītelliguntur scientiæ, quarum aliquæ sunt speculatiuæ, quæ signi ficātur per aues, & aliquæ practicæ, quæ significantur per pisces.

in hominib. ignobiles. Quod quidā ꝓpter tarditatē sensus putant dictum esse, vel quia pisces nullius sint memoriæ: sed certissimum est eos habere memoriam.

De cōuersione elementorū.

AVGVSTINVS. De cōuersione elemētorum quæstio est. Alii dicūt omnia posse cōuerti in omnia, Alii aliquid ꝓpriū esse singulis, ꝙ in alteri⁹ qualitatē nequeat cōuerti. Dicitur etiā nihil sine igne uideri, nec sine terra tāgi, & sic oīa omnibus inesse, sed unum quodq. ex eo quod plus habet vocabulū accepisse. Inde hoc caloris priuatione cū corpus nimiū frigescit, b qui ex calore inest corpori: dū ignis aërem, aer humorem, & humor terrena afficit, subtilioribus crassiora penetrātib. Aër ergo superior, qa ad cęleste pertinet partem, vel quia nullū visibilem habet habitatorem, neq; ꝓtermissus est cælo nominato, nec annumeratus in creand. s animalib. Inferior vero non nisi ex aquis accipit animalia, Qđ. n. humidū ē, aues sustinet, quę initūtur pēnis uolātes, vt pisces quibusdam suis alis natantes. Vnde ex aquis dicuntur producta volatilia. Aquarum. n. natura bipertitū locū sortita est. Inferiorē in unda labili. Superiorē in aura flabili, Illū natantib. hunc volātibus. Ex hoc elemento duo sensus animalib. dantur. Olfactus uaporibus. Gustus explorādis liquorib. Quod. n. tactu aquas uētosque sentimus: hinc est quod solida terra omnib. elementis miscetur, sed in his crassioribus sentitur amplius.

a ¶ non vsque ad firmamentum.

firmamento cęli. 1 Creauitque Deus

a ¶ Maximo vsque ad minimum. b ¶ Quia sunt aquarum animantia, quæ non reptando, sed natando, uel pedibus ambulando incedunt. Sunt & volatilia, quæ pennas habent, sed omnino volatu carent, ne aliquod genus prætermissum videretur generaliter comprehendit omne genus, reptilium, natatilium, volatilium, & quæ cautibus inhærent fixa vt concharum plurima genera.

cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam pro- 2 duxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum,

Hom. 5. in Gen.

✻BASILIVS. Nunc primum animans sensu præditum, animal, inq̄, creatur. Arbores. n. fructus atque herbę, quanquā uiuere dicuntur, propterea quod alendi sensu facultatis augendique participes sunt, non tamen animalia huiusce cā nec animantia ita sunt.

Lib. 5. exameron. c. 1

✻ AMBROSIVS. Scimus reptilia dici genera serpentum. eo quod super terram repant, sed multo magis omne ꝙ natat, reptandi habet vel speciem vel naturam. Nā & si q̄ se in profundum demerserunt, aq̄ videant̄ fundere, tamē cum supra innatant, repunt toto corpore quod trahunt super q̄dam dorsa aquarum. Vnde & Dauid ait, *Hoc mare magnū & spatiosum, illic reptilia quorum non est numerus.* Quinetiā cum pleraque pedes habeant, & ambulandi usum, eo ꝙ sint amphibia q̄ uel in aqs vel in terris viuūt, ut sunt, focæ, crocodili, eq fluuiales, tñ cū in alto aquarū sunt, nō ambulāt sed natāt, nec vestigio vtunt̄ pedis ad incedendū, sed tanq̄ remo ad reptādū.

Psal. 103.

In ge. c. 49

✻RVPERTVS. Quod opus erat adiici animę uiuentis, cū ipsum nomen reptilium, viuentē aīam satis exprimere possit, videlicet, vt aiam reptiliū distingueret ab aīa hoīum, Cū. n. dicit an mæ v iuentis, subaudiri vult, & nō ēt discernentis.

Hom. 7. in Gen.

✻CRISOSTOMVS. *Educant aquę reptilia animarum uiuarum.* Quę lingua ad opificis præconia sufficiet: Dixit tantum *germinet terra*, & statim illam parturire fecit. Nunc dicit, *educant aquę*, uide q̄ consonant præcepta. Illic *germinet terra*, hic, *educant aqua reptilia animarum uiuentium.* Verbum quidem breue, uerbum vnum, genera autem animalium diuersa.

vbi supra.

✻ *Et uolatile super terram.* BASILIVS. Cur ortum ex aquis volucrib. vt aquatilibus præstitit, an quia uolantibus ad ea q̄ natant, quasi consanguinitas quædam atque affinitas est? Nā vbi pisces humorem secant agitatione pennarum, caudæ uero mutatione flexiones sibi, rectosque impetus gubernantes sic in volatilib. fieri cōspicere licet, aerē pēnis alisque findēti bus simili natātis modo. Quare cum vtriusq; natare sit cōe. C vna quidē ipsis affinitas ex aquarū sane gn̄atione tributa est ✻Au-

D ✻AVGVSTINVS. Volatilia cōuenienter sunt aquis attributa, quia non inconuenienter aër iste aqua nominantur.

Lib. de genesi ad literam impf. cap. 14.

✻PROCOPIVS. Aues ex aquis originem sumunt propter quandum elemētorum agnationem aër enim in humorē resoluitur, & in nubes cōcretus tandem crescit in aquam, ꝓter ea aqua per sui euaporationē in aërē vertitur, Inquit quoque, 1 *volatilia super terrā uolantia* Nam in terra habet uictum ex qua euolant, & iterum in hanc deuolant, ꝓpea plereq. aues nobis in cibum datæ, humi pleræq. volirāt, reliq sublimes abeūt. Qđ apditur *super terram*. Quia plerunq; ibi morantnr, & necessario quietē agi 2 turæ in terram delabuntur.

Quæstio 16. in Ge.

✻THEODORETVS. Sed quæritur curnam Deus plantas ante luminaria, animātia vero post luminaria fecerit, oculos habēt aīalia, & ucis exuperantiam magnā ferre potuissēt. Quæ quidem lux postmodū in solē & lunā, ac stellas dispēsata, cōgruū animātium aspectui fragorem emittit, plantæ autem sensus sunt expertes.

a *Sub firmamento. &c.* Et si immenso interiacēte spacio, uolāt tamē aues sub sidereo coelo, quæ super terrā uolāt, sicut homines qui in terra sunt. sub cælo esse dicuntur. Alia trāslatio. Secus firmamentum cæli, quia vicina sunt ętheri spacia hui⁹ aëris: qui aues subuehit

Demones aerea animalia.

AVG. Notandum quosdam Philo. ita sua cuilibet elemento distribuisse animalia: vt terrena dicerent, non tantum quę in terra repunt aut gradiuntur, sed etiam aues quæ in terra te quiescunt. Aëria animalia dæmones esse. Cælestia deos, quorum nos partem luminaria, partem angelos dicimus. Idem ta men aquis pisces, & generis sui bestias distribuunt, ut anima libus suis nullum uacet elementum.

E

Ibidem li. 10.

Aerea animalia.

AVG, Dęmones aëria dicuūt animalia, qũia corporum aeriorum natura viget. Nec per mortem dissoluunt̄, quia præualet in eis elementum aptius ad faciendum, q̄ ad patiendū. Ad patiendum enim humor & humus, ad faciēdum aer & ignis. Transgressores vero angeli cum principe suo nunc diabolo, tunc archangelo, si fuerunt ante transgressionem suā ī puriore aetis parte (quidam. n. nostri non putant, eos cælestes vel super cęlestes an elos fuisse) non mirum, si post peccatū in hanc caliginem detrusi sunt, ubi tamen aer⁹ sit. (Si saltem ante peccatum cęlestia opera generabant.) Neque hoc mirum est, si conuersi sunt ex pęna in aeriā qualitatem, ut possint ab igne, id est elemēto superioris naturę pati. Caliginosa tñ aeris loca tenere tantum permissi sunt, qui eis quasi carcer sit usque ad tempus iudicii.

Mari dat Deus vim gignendi pisces.

vbi supra.

✻*Cete grandia, & omnem, & c.* BASILIVS. Non quia sequala & halece maiora sunt cete, ideo magna sunt dicta, sed quia maximis mole mōtibus ęquātur. Nam cum ad summa maris efferuntur, insularem sæpenumero sensionem conspiciētibus pręstant. Talia sunt animantia quæ ad terrorem nostrū creata sunt.

✻THEODORETVS. Cete omnia ea vocat, quæ inter aquæ vasta sunt, quanquam eorum quoddam sit discrimen, quam obrem addidit magna.

b *Et omnem animam &c.* Ad differentiam hominis qui faciendus ad imaginem Dei, & si præcepta seruaret, perpetua immutabilitate maneret. Cętera uero animalia sic facta sunt, ut alia aliis in alimoniam cederent, uel senio deficerent.

Benedi- F

## NICOLAVS DE LYRA.

*modo in piscibus respectu hominum & animalium.* Et sequitur.

Opin. hebi. de cete.

1 Creauitque Deus cete. &c. *Dicunt hic Hebræi, ꝙ istud genus piscium est incredibilis magnitudinis, propter quod si eorum multiplicata fuissent indiuidua, destructū fuisset seculū, quia mare non esset nauigabile, nec alij pisces possent stare in mari. Ideo postq̄ Deus creauerat hāc speciem in sexu masculino & fœmineo, occidit fœmellam, ne multiplicarentur indiuidua, & reseruat eam iustis ad comedendum in futuro seculo. Ex quo patet Iudæos cecidisse in errorem Saracenorum, qui beatitudinem futuræ vitæ ponunt in delectationibus corporalibus ciborum & venereorum, quod non solū apud catholicos absurdum reputatur, sed*

Beatitudo

*etiam apud Gentiles philosophos, qui beatitudinem hominis ponunt in operibus intellectiue partis, asserentes uitā uoluptuosam esse uitā pecudum, ut patet. 1. Ethi. propter quod beatitudo ibi non est ponēda, cū felicitas nullo modo pertineat ad bruta animalia, sed soluād intellectua lē, & rōnalē creaturā, propter quod catholici bene ponūt beatitudinē in uisione & fruitione ipsius Dei, & ab hac beatitudine animæ post resurrectionē fiet redundantia ad corpus, per quā fiet gloriosum per dotes corporis, inter quas ponitur impassibilitas, & per consequens resurrectio erit ad uitā immortalē, operib. nutritiuę gn̄atiuæ nō indigentem, Ad hoc sunt authoritates clarissimæ no. test. sed quia non recipiuntur a Iudæis, ad hoc potest adduci authoritas prophetæ Dauid dicentis,* Satiabor cū apparuerit gloria tua. *Quia ex beatitudine animæ fiet talis redundantia ad corpus, ꝙ satiabitur oīs hominis appetitus. Ad hoc ēt facit exemplum Moysi, q existens in mōte cū dn̄o. xl dieb. & xl. noctib. non comedit neq; bibit, consortio et colloquio domini satiatus. et multo minus in statu futuræ beatitudinis, usus ciborum est ponendus.*

Psal. 16. d.

2 Quam produ. &c. *In piscibus enim & auibus & brutis animalibus sunt multæ species subalternæ, ac etiam specialissimæ, & ideo in productione eorum fit mentio de generibus & speciebus, natura autem humana producta est primo in uno solo indiuiduo, ut patebit infra, & ideo non fit ibi mentio de genere, uel specie.*

✻ 1 Be-

a *Benedixitque illis.* AVG. Benedictionem ad fœcunditatem ualere uoluit, quæ in successione prolis apparet, ut ea benedictio ne qua infirma & mortalia creata sunt, genus suum nascēdo custodiant.

Lib. de Genes. Imp. cap. 15.

CHRYSOSTOMVS. Ipsa ergo benedictio est in magno numero & multitudine augeri & multiplicari, Nā q̃a animatæ creaturæ erant animalia, volebatq; ppetuo esse, ideo subdidit. *Crescite*. Verbū.n. illud vsque in præsentē diem illa pserurat.

Hom. 7. in Gen.

b *Crescite, & multiplic. &c.* ad vtrunq. genus animantium de aquis factorū, id est pisces & aues pertinet. Quia sicut oēs pisces non nisi aquis uiuere possunt, ita plurimæ aues, quę si ĩ terris aliquando requiescunt, fœtusque faciunt, non tñ de terra, sed de mari uiuunt, & libentius mari quam terra vtuntur.

a ¶ Hoc ad vtrunque genus de aquis factum, ad pisces, scilicet & ad aues pertinet.

Benedixitque eis, dicens: [1] Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere & mane, dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuen-

a ¶ Quæ vel de aquis vel de terra viuunt.

a ¶ Augustinus quinta distinctio.

a ¶ infirmæ partis ornamenta. ribus malis.

b ¶ Cato abstinens ab ope-

c ¶ Germina virtutum.

Lib. 1. in Gen. c. 52.

✻ RVPERTVS. Tria sunt verba benedictionis, *Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris*: sed vnus idemque sensus est, quippe qui vno tantum uerbo rursus exprimitur, cum subiungitur, *auesque multiplicentur super terram*. Nec mirum: etenim tria nomina, siue tres sunt personæ eius qui benedixit, sed unus idemque meus est.

Ibidem

✻ IDEM. Quare autem herbā lignumque pomiferum non benedixit? Crescit quidem & multiplicat herba uirens lignū que pomiferum, sed differt crementorū ratio pro diuersa essentiarum qualitate. Etenim herbam virentem cadem terra quæ germinat, multiplicat, & semen illis ipsa importat & cadentia recipit, & ideo multiplicandæ posteritati solum ipsorū esse sufficit. Verum reptilibus siue volatilibus si nullus fuisset appetitus, non ipsa crescerent & non stetisset eorū genus. Cū ergo initium existēdi accepissent, oportuit creatoris imperio naturalem illis medullitus inseri amorem, uel appetitum, ut masculus ardens ad semen ingerendū, fœmina nihilominus auida foret ad recipiendum. Hoc illis benedictio contulit.

Cathena Græca in Ibidem.

✻ DIODORVS. Quia ergo constat sensu phantasia, dignior a hominique propria, ideo benedicuntur.

✻ GENNADIVS. Vel vt ostenderet Deus maiorem apud se animantium quam inanimatorum curam haberi, quia propter animalia plātæ, ideo benedici digniora, tum etiam quia plantæ & semina perseuerant, agriculturæ labore adiuta, animantia vero mutua inter se coitione.

quæst. 17.

✻ THEODORETVS. Aut quia cum uoluit terrā omnigenis fructib. herbis, arboribus plenam reddidit, animalia vero bina condidit, merito igitur eis benedixit, ut fœcunditate sua alia quidem maria, alia lacus & flumina, alia uero aerem, alia terram implerent.

Lib. 1. in c. 1. Gen.

✻ PROCOPIVS. Sed quomodo ratione carentib. imperauit. Satis planum existimo naturalem motum & ardorem q̃ inest cunctis animalib. ad generis sui propogationem Dei esse quodammodo præceptum. Sic vt docet Ionas, Deus imperauit ceto: Nam Dei iussus seu imperium credendum est, qđ ipso volēte fieri cognoscimus. Quod ait, implere aquas in mari, &c. Ne mireris. Siquidē similiter de hominibus quoque dictum est, implete terram, vt scilicet nullus locus aquę destituatur animalibus quę ibi natent.

In cap. 1.

✻ ORIGENES. Si mens nostra illuminata fuerit a nostro sole Christo, iubet ex his quę in ea sunt aquis producere reptilia & volantia, id est, cogitationes bonas vel malas proferre in mediū, & discretio fiat bonorū a malis, quę vtique utraque ex corde procedunt. Sed nos utraque ꝑ referamus ad conspectū & iudiciū Dei, ut cū ipsius illuminatione discernere possim⁹, et quę super terrā repunt, & terrenas solicitudines gerunt separemus a nobis, illa uero quæ meliora sunt, id est uolatilia, sinamus uolare non solum super terram, sed etiam secundum firmamentum cœli, id est, vt sensum & rationem tam terrenorum, quam cœlestiū pertractemus in nobis, vt intelligere possimus quæ sint noxia in nobis ex repentibus. Si viderimus mulierem ad concupiscendū, illud est in nobis reptile venenatum. Si vero sit in nobis ebrietatis sensus, ex obscœnis eructabimus.

Li. 1. de sacram. c. 17

✻ HVGO A SANCTO VICTORE. Duo igitur sunt genera animantiū, [1] quæ ex vna origine prodeunt, sed nō [2] vnam mansionem sortiuntur. Pisces in originali sede permanent, volatilia sursū tollunt, & fiunt quasi s. id quod sūt. Sic de vna massa corruptibilis naturæ, vniuersa generis humani ꝓpago trahit, sed aliis deorsū ĩ ea qua nati sūt corruptione iustè derelictis, a- [3] lis sursum dono grãe ad sortem cœlestis priæ eleuatis, iudicij seruat ęqtas

c *Auesque multip. super ter.* ad vtrūq. genus auium, q. s. de aquis vel de terra [4] viuunt, respicit: qa et aues quæ sine aquis nō uiuūt, quæ et in ꝓfundo sępe, sicut pisces, latēt, nōnū q̃ sup terrā egredi solēt, maxime cum fœtus faciunt & nutriūt.

MYSTICE. Die quinta facta sunt in aquis reptilia animarū uiuarum, id est, homines in uitam renouati per sacramentum baptismi, facta sunt uolatilia id est, animæ uolantes ad superna. Incipit prouecta mens quinto die in actionibus turbulenti seculi, tanq̃ in aquis maris operari, ꝓpter vtilitatem fraternæ societatis, & de corporalibus agnitionibus, quæ ad mare. i. ad hanc vitam pertinent, producere animarum uiuarum reptilia. i. opera quæ prosunt animis uiuis, & cetos magnos, id est fortissimas agnitiones, quibus fluctus seculi dirumpuntur & contemnunt, & uolatilia cœli. i. voces cœlestia prædicantes.

d *Et factum est uespere & mane.* ISID. Mistice Mane trāsmigratio in Babyloniā, cum ea captiuitate populus leuiter in peregrino ocio est collocatus, & porrigitur hæc ętas usque ad aduentum Christi. i. quinta declinatio. s. de iuuentute usq; ad senectutem, nondum senectus, nec iam iuuentus, sed senior ætas, quæ Græcis γηρας uocatur, & senium ultimum πρεσβύτης senex apud eos γέρων & πρεσβύτης dicit. Et reuera sic ista ætas a regni robore est inclinata & fracta in populo Iudæorum: ut homo a iuuētute senior fit. Quæ bene cōparatur diei quinto, quo facta sunt animalia in aquis, & volatilia cæli, postquā inter gentes tāq̃ ĩ mari uiuere cœperunt, sedē incertā & instabilē habentes, sicut aues volātes. Ibi cete id est fluctus magni, qui magis dominari fluctib. seculi, q̃ in captiuitate seruire potuerunt, nullo.n. terrore ad idolatriā deprauati sunt. Vbi aduertendum quod benedixit Deus animalia dicens: *Crescite, & multiplicamini.* quia gens Iudęorum per gētes dispersa ualde multiplicata est. Huius diei id est hui⁹ ętatis quasi uespera est multiplicatio peccatorum in populo Iudæorum, quia sic excęcati sunt, ut nec possent Christum cognoscere.

e *Producat terra, &c.* IVNI. Post cœlū, repletum siderib. & aerē uolatilib. qui pp uiciniā cælum nominatur, post impletas animalib. suis aquas, quę aeri vicinæ sunt, cōsequēs erat terrā animalib. suis impleri. Ipsa.n. cognationem habet cū aquis, sine quarū succo & irrigatione nec fructificare pōt, nec subsistere. Iubet ergo Deus terrā producere iumenta & reptilia & bestias terrę. In bestiis quicquid ore sæuit uel unguib. præter serpentes cōprehendit. In reptilib. ēt serpentes. Noīe iumētorū, quæ in usu hoīum sunt animalia designātur. Cōditionē uero cæterorum quadrupedum, ut ceruorum & hmōi ꝓ indomita feritate inter bestias numeramus. Iuxta antiquā translationē qua scriptum est, *Quadrupedia & reptilia & bestias terræ.* Nomine quadrupedum omnia comprehensa sunt prȩter bestias & reptilia, siue fera & agrestia.

Bestiæ. Reptilia. Iumenta.

*Prod. ter.* AVG. Cōsequens erat, ut terrā iā ornatet suis animalibus. Ter dicendo iuxta genus suum, tria genera significat. Primo iuxta genus suum, quadrupedia & reptilia. Vbi pōt intelligi,

NICOLAVS DE LYRA.

1 Benedixitque. *Ista benedictio est ordinatio ad multiplicationem indiuiduorum per commixtionem maris & fœminæ, ideo statim sequitur.*

2 Crescite & multiplic. &c. *Et quia multiplicatio per talem modum non est in plantis & herbis, ideo in productione earum non fit mentio de tali benedictione earum.*

3 Dixit quoque Deus. *Hic describitur opus sextæ diei, in qua ornata est terra animalibus. Et hoc est quod dicitur.*

4 Producat terra, &c. *i. animalia uiuentia, quæ significantur per animā, q̃a res denominatur a forma, & consequēter magis specificat dicēs.*

✻ Iu-

MORALITER.

†4 *Producat terra, &c.* Per bestias & iumēta intelligi possunt artes mæchanicæ, quæ sunt quædam hominis iumenta in corporali vita. Adquiruntur ēt p motū corporis, propter quod dicuntur produci de terra. Post formationem hoīs in esse naturæ, cōsequenter ponitur eius formatio in esse gratiæ, secun

† dum

a Aug. Vitam imitando sanctorum quasi proximorum.
b Bed. humanos vsus iuuantia. c Scrutantes terrena per quę intelligant cælestia. Quæ vngue lædunt vel dente.

a tē in genere suo, iumenta, & repti-
a Aug. ferocitate superbientes.
lia, & bestias terræ secundū species
a Beda ne homo vacuam domum intraret.
suas. Factumque est ita. Et fecit
b Deus bestias terræ iuxta species
Simplices.
suas, & iumenta & omne reptile
* Bed. Preparatis quæ hominib. famulentur.
terræ in genere suo. Et * vidit Deus
a trinitatem significat.
quod esset bonum & ait: Faciamus
c a Facta & ornata habitatione mundana, homo tanquam habitator & dominus omnium erat creandus. b Vnitatem trinitatis insinuat. In æternitate. Rationalem, immortalem.
c Motum sanctitate, & iustificatione. Innocentiæ & iustitiæ.
homine ad imaginē & similitudi-

A telligi quæ quadrupedia dixerit. s. quæ sunt in genere reptiliū vt lacerti & huiusmodi. Vnde in repetitione, quadrupedū nomina nō iterauit, quia reptiliū vocabulo ea intellixit. Ideo nō simpliciter dixit, reptilia, sed oīa reptilia terræ. Sunt enim & aquarum, ideo oīa, ut cōprehenderet ea quæ quatuor pedibus gradiūtur. Bestias, de quibus item ait, *iuxta genus suum*, intellexit quicqd ore sæuit aut vnguibus, prętersepētes. Pecora vero de quibus tertio dixit, iuxta genus suum, quæ vngue lædūt, vel cornib. Quod late pateat quadrupedum nomē, numero pedum potest facile dinosci. Et nomine pecorū & bestiarum oē irrationale animal solet cōphēdi.

in c. 12.

a *In genere suo.* AVG. Hæc forsitan secū dum genus dicuntur, quia Ita orta ut ex eis nascātur alia, & originis formā successione cōseruent. De homine autem hoc dictum nō est, quia unus fiebat, de quo & femina facta. Nō enim multa genera hominū facta sunt, sicut herbarū & lignorū, ut dicatur secūdū genus suū, acsi diceretur gen. ratim vt inter se similia, atq; ī vnā originē feminis pertinētia distinguerent a cæteris.

An minuta animalia primo creata. Ibid. c. 14.

AVG. De quibusdam minutis animalib. qō est, utrum in primis conditionib. creata sint, an ex reb. productis? Pleraque enim de humidorū corporum vitiis vel exhalationib. vel cadauerib. gignuntur. Quędam etiam de B corruptione lignorum & herbarum & fructuum, & Deus autor omnium est. Potest autem dici, minutissima quę ex aquis & ex terra nascuntur, tunc esse creata, in quib. & alia intelligūtur, quæ nascūtur ex eis, quę terra germinante orta sunt. Quę vero de corporib. animalium maxime mortuorum, absurdū est dicere cum animalib. ipsa creata esse, nisi quod potentialiter in ipsis & materialiter erant præseminata.

Ibid. c. 15. venenosa & pernitiosa animalia.

AVG De venenosis & pernitiosis quæritur, vtrum post peccatum hominis ad uindictā creata sit an potius creata innoxia, peccatorib. nocere cęperunt? Potuerūt ergo creata nil nocere si causa non fuisset, vel terrendorum puniendorumq. vitiorum, vel probandæ & perficiendę virtutis, quia & exempla virtutis & patientiæ aliis danda, & hō tētatus certius sibi innotescit, & iure salus illa turpiter per uolupratem amissa, per dolorem fortiter est recuperanda. Bestię tū bestiis nocent, quæ

Ibi. c. 16.

peccatum non habent, vt nec vindicta dicatur, nec tali exercitio recipiant virtutem. Sed aliæ sunt cib. aliarum, nec ideo recte non essent quib. aliæ vescerentur. Habent enim omnia q̃ diu sunt, mensuras, numeros, ordinesque suos, quæ cuncta merito considerata laudantur.

Quæstio. Ibid. c. 17.

AVG. Illud etiam mouet. Si animalia noxia viuos lædunt pœnaliter, exercent salubriter, aut ignorātes docent, cur in escas mortuos lacerent? Quasi quicquam interfit caro iā exanimis per quos iam transitus eat, quę mirabili potentia est reformāda. Quamuis & hinc doceatur propter inanes curas exanimatorum corporum suorum nulla genera mortis esse horrēda.

AVG. Sic quamuis & hinc fiat quędam prudentibus admonitio, ut uitā se commendent creatori, omnia maxima & minima occulto nutu administrā ri, cui etiam nostri capilli nu C merati sunt, ne propter inanes curas exanimatorum suorum corporum vlla genera mortis perhorrescant, sed piæ fortitu- D dinis numeros ad omnia præparare non dubitent.

Vbi supra c. 57.

✲ RVP. Fiunt tamen nonnunquam quæ eam naturam ex in æquali permixtione adulteria, cum verbi gratia, de equo & asino mulus, de hirco & oue nascitur tytirus, quod hominum instinctu fieri lex vetat, cum dicit, iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus.

c. 55.

1 ✲ IDEM. Et nota præiudiciorū Dei 2 inuestigabilium diligentiam. Ab vna 3 namq; specie, id est, a reptili homo seductus est, ab una, id est bestiis terræ, iustepeccator idem infestatur, ab vna id est, a iumentis, eiusdem miseri hominis debilitas iuuatur, dicuntur enim iumenta, quod sunt quædam hominis adiumenta.

Ho. 9.

✲ BASIL. Nemo creatorem incusa- 4 re uelit, quod animalia venenata & exitialia vitæ in ratiōem rerum induxit. Fidei sane demōstratiōes sūt ipsæ E feræ, cōfidis in domino? Super aspidē & basiliscum ambulabis, &c. Nō cernis viperam euasisse Paulum, quia fidei plenum inuenit.

quæst. 18.

THEOD. Per illas (bestias & reptilia) velut quædam terriculamenta auxiliū Dei quæreremus. Ex his medici pharmaca non pauca componunt ad morbos profligandos.

quæst vbi supra c. 1.

AVG, Quæritur quare hic non sit additum, quod dictum est de animalib. aquarum. *Benedixitq; eis Deus dicens. Crescite & multiplicamini, &c.* Forte quod de prima creatura animæ uiuentis dictum erat, de secunda subintelligendum reliquit, maxime quia in huius diei operib. alia plura dicturus. Herbas autem atq; ligna quia non habent generandi affectum, huius benedictionis forsitā indigna iudicauit. Quod necessario repetitum est in homine, ne quis putet, in officio gignendi filios esse peccatum, sicut in fornicatione sine coniugio.

b *Bestias terræ, &c.* BEDA. Ordinis est mutatio. Nec curandū in nostra loquela, quod prius creaturarū ordine nominemus cum Deus creauerit omnia simul.

BEDA: ISID. Sexta die producit terra animā uiuam, quando caro nostra ab operib. mortuis abstinens uiua uirtutū germina parit, sm genus suum. i. uitā imitando sanctorum. vnde. 1. Cor. 4. p. Imitatores mei estote, &c. Secundū genus nostrū viuimus, qn sanctos quasi proximos imitamur. Producit terra bestias. i. hoēs ferocitate superbientes, Et pecora. i. simpliciter viuentes: Et serpentes astutos. s. & bonum a malo discernentes, & quasi reprādo scrutātes terrena p q̄ intelligā. cęlestia.

li. 3. de Genesi ad li. c. 19.

c *Faciamus hominem.* AVG. Insinuatur pluralitas personarum. p. & fi. & ss. & statim unitas deitatis. cum dicitur. *Et fecit Deus hominem ad imaginem* Dei, non pater ad imaginem tm filij. Nō enim vere diceretur ad imaginem nostram, sed ita dictū est: *Fecit Deus hominem ad imaginem* Dei, acsi diceretur *ad imaginem suam*, Cum autem dicitur *ad imaginem Dei*, cum superius dictū sit, *ad imaginem nostram*, significatur quod non agit pluralitas personarum, ut plures Deos credamus, sed & patrem & filiū F & spiritum sanctum unum Deum accipiamus.

BEDA. *Faciamus homin.* Apparet, quare dictum sit vt cætera ✲ fierent

NICOLAVS DE LYRA.

1 Iumenta: *Quantum ad animalia quæ ueniunt ad usum hominis quę generali nomine dicuntur iumenta, quasi iuuamenta.*

2 Et reptilia. *quantum ad animalia pedibus carentia, & quantum ad habentia pedes breues, ut lacertę & consimilia, propter quod se uidentur trahere super terram.*

Diuisio.

3 Et bestias terræ. *quantum ad animalia siluestria, ideo dicuntur bestiæ, quasi uastiæ.*

4 Et uidit Deus quod esset bonum, &c. *Postquam Moses descripsit creationem eorum quæ facta sunt, quodammodo propter hominē, ut prædictum est, hic consequenter describit hominis formationem, Et diuiditur in duas partes, quia primo describit hominis formationem, secūdo eius lapsum & transgressionē, in c. 3. ibi.* Sed serpēs. *Prima in duas, quia primo describit hominis formationē. Secundo eius statū & conditionē 2. c. ibi, Igitur, &c. Prima adhuc in duas, quia primo describit hominis formationem, secūdo eius conseruationē, ibi:* Benedixitq; illis Deus. *Circa primū considerandum q anima intellectiua, quę est forma hominis, nō est ex semine per gnationem, sed a deo p creationē, & io in formatione hominis nō dicit.* producat terra, *uel aliqd horum simile, sed* faciam[9] hominē. *Et dicunt Hebræi, q est uerbum Dei ad angelos, sed hoc autē falsum, quia angeli nō cooperantur Deo in creatione animæ, in qua consistit imago ipsius Dei, & in eo dicendum q dicit,* Faciamus, *in plurali, ad denotandum pluralitatem personarum in diuinis, uerumtū, quia ista pluralitas stat cum unitate siplicis essentiæ, ideo postea subdit in singulari.* Et creauit Deus hominem ad imaginē & similitudinē suam. *Imago autem Dei consistit in anima quantum ad proprietates naturales s. memoriam, intelligentiam, & uoluntatem. simil tudo autem in gratuitis, ideo similitudo est quædam perfectio imaginis, quia gratia perficit naturam. Iudæi autem in gloss. super Psal. ponunt imaginem in anima quantum ad quasdam alias proprietates, Primo, quia sicut anima* ✲ replet

Anim ç pricipiū verbum Dei. ad angelos Faciamus hominem.

Imago anima secundum Heb.

MORALITER.

1 *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, &c.* Per ✲ dum uirtutes theologicas, cum dicitur. imaginem fides congrue designatur. Greg. super Ezech. Facies itaque ad fidem pertinet. Per similitudinem vero charitatis quæ transformat amantem in amatum.

A fierent, iuxta genus suum, & species suas. Erat enim hō creandus, qui nō solū generi suo, & speciei cogrueret, sed ad imaginē creatoris fieret, cuius dignitatis magnitudo ostēditur, cū quasi cōsilio creatur. Nec simpliciter dicitur, sicut de cęteris: fiat homo, sed *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. In quo vnitas trinitatis ostenditur & cōmendatur. Trinitas enim in præcedētib. insinuatur, cum dicitur, *Dixit Deus, fiat, & fecit Deus, & vidit Deus quod esset bonum*. Sed manifestius cum dicitur. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram*. Dū enim qui doceretur non erat, occulta fuit prædicatio deitatis. Vbi creari cœpit hō, fides & dogma veritatis emicuit. In eo enim quod dicit, *Faciamus*, Vna operatio trium personarum ostēditur. In hoc vero ꝙ *ad imaginem & similitudinem nostram*, vna & æqualis substantia trinitatis. Angelis enim a Deo nō dicitur, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* Dei enī & angelorū nō est una & eadē imago vel similitudo. Non aūt ſm corpus, sed ſm intellectum mentis ad imaginem Dei creatus est hō, quanquam in corpore quandam proprietatem habeat q̄ hoc indicet, quia est erecta statura, ſm quam corpus animæ rationali cōgruit, quia in celū erectum est. Queritur quō immortalis factus sit hō pręaliis animantib. & cum illis communem acceperit alimoniam? Sed alia est immortalitas carnis, quam in Adam accepimus, alia quam in resurrectione per

Quomodo ad imaginem Dei homo creatus.

a Trinitatis. inferiorum. b Irrationali creaturę dominus omnium

a nem nostram, & præsit piscibus 1 maris, & volatilibus cœli, & bestiis, vniuersæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. Et

B Christū speramus. Ille factus est homo immortalis, ut nō posset mori si nō peccaret. Moreretur autē si peccaret. Filii vero resurrectionis æquales angelis, nec poterūt vitra peccare nec mori. Caro ergo nostra post resurrectionē non eget ciborū refectiōe, quia nec fame, nec lassitudine, nec alia infirmitate ad est defectio uel poterit corrumpi. Caro Adæ ante peccatū ita immortalis creata est, ut p alimoniā adiuta, esset mortis & doloris expers, donec corporalib. incrementis p ductus ad ætatē, quæ conditori placeret, multiplicata progenie ipso iubēte sumeret ēt de ligno vitæ, quo perfecte immortalis factus, cibi vlterius adiumēta nō requireret. Sic ergo immortalis, & īcorruptib. condita est caro hominū, ut suā immortalitatem & incorruptionem per custodiā mādatorū Dei custodirēt. In quib. & hoc erat, vt de illis lignis concessis manducarent, ab hoc interdicto abstinerēt. Per horū edulīū immortalitatis dona cōseruarēt, illi' tactu mortē iuenirēt. Sic vero incorruptibilis & immortalis erit in fine caro nr̄a, ut sicut angeli, in eodē statu semper maneat, & corporalib. cibis (qui ibi nō erūt) egere nō possit. Nā ꝙ angeli cum Patriarchis mādu cauerunt, nō indigētia sed benignitate factū est, vt hominib. familiarius cōgrueret. Christ' quoq. post resurrectiōē māducauit, nō vt cibo idigeret, sed ut verā post mortē se carnē recepisse mōstraret.

li. de Gen. ad literam imperf.

* AVG. Primum aduertenda est quædā cōiunctio & discretio animantiū. Nam eodem die factus homo quo bestiæ, sunt enim simul oīa terrena animantia, & tamen propter excellē-

C tiam rationis, secundum quam in imaginem Dei & similitudinem efficitur homo, separatim de illo dicitur.

Ho. 1. in Genes.

* ORIG. Hō a Deo factus est, omnia vero reliqua eius iussione facta esse dicuntur. Ex hoc ergo cōsidera quāta sit magnitudo hominis, qui tam magnis elementis adæquatur, qui habet honorem cęli propter quod repromittitur regnum cœlorū. Habet & terræ honorem, quoniam in terrā bonam fluētem lac & mel ingredi sperat. Habet honorem solis & lunę, habens promissionem fulgere sicut sol in regno Dei.

Ho. 8. in Genes.

* CHRYS. Quare tardius creatus est homo, si omnia dignitate præstat. Merito. Nā ut ingressuro in ciuitatem aliquam rege, operepretium est pręmittere satellites aliosque omnes, vt bene adornatis palatiis, rex honestius, ibi agat. Ita simili modo, quasi regem in reb. terrenis pręfecturus, prius omnē hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hoīem formauit, declarās factis ipsis quāto honore animal hoc psequatur.

q. 20. ī Gē. Ho. 9. in Exam.

* THEOD. Aiunt Iudęi Deum ad seipsum hæc dixisse, principum more, qui dicere cōsueuerunt, faciamus, mandamus.

* BASIL. Et in hoc absurditas est. Quis enim faber præsentib. sibi artis instrumentis; solus ipse nullo socio comitante, faciamus ait cultellum. CHRY-

D * CHRYS. Quis igitur hi ad quem inquit, *Faciamus*. Quis est alius quam magni consilii angelus, ille admirabilis consiliarius, princeps pacis, pater futuri seculi.

vbi supra.

* IDEM. Idem in hoc etiam Arianos perstringit. Nō. n. imperādo dixit, fac, vt subdito & inferiori, uel vt minori secūdū essentiam, sed par honor declaratur. cum dicit, *faciamus*.

Ibidem.

* EPIPH. Credendum est in homine esse quod scriptū est secundū imaginē, at vero vbi sit, vel vbi impletū sit soli Deo, hoc ſm imaginē, notū ē.

Hęresi 70.

* ORIG. Hunc sane hominē quē dicimus ad imaginem suā faciendū, non intelligimus corporalem. Non enim arboris figmentum Dei imaginē continet, neq; factus etiam hō corporalis dicitur. Is autem q ad imaginem Dei factus est interior hō noster est, inuisibilis & incorporalis. Quæ est autem imago Dei, ad cuius imaginis similitudinem factus est homo, nisi creator noster qui est primogenitus omnis creaturæ?

vbi supra.

* AMB. Quæ sit imago Dei, audi dicentē, Qui eripuit nos, in q̄, de potestate tenebrarum, &c. qui est imago Dei inuisibilis.

li. 6. exam. c. 8.

* IDEM. Quæ imago ex interioris hominis nobilitate est cōsideranda. Primo quidem, ꝙ sicut Deus vnus semper vbique totus est, omnia viuificans, mouens, & gubernans, Sic anima in suo corpore tota viget, viuificans illud, mouens, & gubernans. Nec enim in maiorib. membris suis maior, & in minorib. minor, sed in minimis tota, & in maximis tota. Et est hęc

li. de dignitate humanæ conditionis c. 2.

E imago vnitatis oīpotentis Dei, quam anima habet in se. Quæ quoq; quandā Trinitatis habet imaginem, Primo in eo, quia sicut Deus, est, viuit, & sapit. Est quoq; alia Trinitas in ea, quę ad imaginem sui conditoris, perfectæ quidē & summæ Trinitatis, quæ ex Patre & Filio & Spiritu sancto condita est. Et licet vnius illa naturæ, tres tamen in se dignitates habet, intellectum, uoluntatem, & memoriam, nā sicut ex Patre generatū Filius, & ex Patre Filioq. procedit Spiritus sanctus, ita ex intellectu generatur volūtas, & ex his ambob. generat memoria.

* GREG. NYSSE. Deus nō aliam ab causam creauit hominem, nisi quia bonus est, vt bonorum suorum faciat eum participem. Quia vero bonorum ipsorum multa probatur esse congestio, quæ non possit numero facile cōprehendi, idcirco generali quadam voce vniuersa scriptura coplectens, significare curauit, cum ad imaginem Dei factum hominē retulit. Aequale enim est hoc, ac si diceret, humanam naturam oīs boni factam esse participem.

lib. de conditione hominis. c. 17

* CRYS. Imaginem dixit de principatu & dominio, nō de alio aliquo, quia Deus fecit hominem principem omnium quæ sunt super terram.

* GEN. Hominem ad imaginem Dei esse, hac ratione intelligendus est. Deus vniuersorum prouidentiā habet, hō quoq; ex his nonnullis prouidet, Deus incircunscriptus est, & oīb. præsens adest, & hō per cogitationem vbicunq; voluerit momēto temporis præsto adest, Deum scimus vniuersorum re-

Catena Græca in Genes.

F gem esse, homo quoq; multarum rerum regnū tenet. Deus ita omnium iudex est, vt tamen nullius iudicio subiectus sit, homo quoq. iudiciaria potestate a Deo honestatus est.

* HVG. DE SANCT. VICT. Ad imaginem Dei factus est hō secundum animam. Sicut imago Dei cernitur in speculo, ita anima in sua ratione Deū cognoscere potest. *Ad imaginem*, q a non est ei vsquequaq. similis. Filius est imago Patris, non ad imaginem, quicquid habet Pater, totum habet filius per naturam. Homo vero ita est imago Dei, quod ad imaginē, nō p naturā, sed participatione vel imitatione habet ea q̄ Dei sūt.

In annot. Gen.

* *Et similitudinem*. AMB. Cum dicit, *Ad similitudinem*, anima describitur plena sapientiæ, plena pietatis atque iustitiæ, q̄m omnis uirtus a Deo est, cui dixit Deus, *Ecce ego, Ierusalem, pinxi muros tuos* Illa anima a Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renidentem.

li. 6. exam. c. 8.

* RVP. *Ad imaginem*, vt sit rationalis, *Ad similitudinem nostram*, vt sit rectus sectando iustitiam Dei. Horum altero, vt sit rationalis carere non potest, alterum, id est, diuinæ rectitudinis vel iustitiæ similitudinem, nisi per gratiam assequi nō potest.

ti. 2. in Gē. ca. 3.

a *Et præsit*. AVGVS. Notandum etiam, quia cum dixisset, ad ☞ imagi-

li. 3. de Gē. c. 20.

## NICOLAVS DE LYRA

Imago animæ secundum Heb. 33. d.

*replet totum corpus, ita Deus totum mundum. Hier. 23. d.* Cęlū & terram impleo, dicit Dominus. *Itē quia sicut Deus vnicus est in suo sęculo, sic anima vnica in suo corpore. Itē sicut* Deus *nō inquinatur sordib. corporis. Itē sicut Deus videt omnia, & nō uidetur* Exo. 23. d. Nō videbit me homo, &c. *sic anima uidet exteriora, & nō uidetur. Itē sicut Deus non dormit, iuxta Psal.* 120. a. Ecce non dormitauit neque dormiet, qui custodit Israel, &c. *sic aīa non dormit in corpore. Sed ista assignatio imaginis videtur multum accidentalis, prædicta autē est magis propria, quia ponitur in illis potentijs animæ, per quas efficitur capax Dei per cognitionem, & amorem.*

Ps. 120. a.

1 Et præsit pis. mar. *scilicet, quandiu stabit subditus Deo, quia talis* * *fuit*

quomodo homo præsit animalibus.

imaginem nostram, continuo subiunxit: *Et præsit piscibus maris & volatilibus cœli.* Vt scilicet intelligamus, in hoc factum hominem ad imaginem Dei, in quo irrationabilibus antecellit. Id autē est ratio vel mens vel intelligentia, vel si alio nomine cō modius vocetur, in quo scilicet cōtēplandæ veritati inhæret.

Hom. 9.

✱ CHRYSOSTOMVS. Ferè ab initio non erant homini terribiles, sed timebāt & suspiciebāt dominū. Nā cū adduxit Deus bestias ad Adā, ut videret quid vocaret ea, nō resiliit, a sed tāq; dominus aliqs seruis nomina imposuit. Et si terribiles fuissēt hominib. bestię mulier serpente cōspecto non māsisset, nec cōsiliū acceplsset. Verū colloqt nec metuit. Cęterum vbi peccatū intrauit, ablata est hęc potestas & dignitas.

†Infra 5.a 1Mat. 19.a Eccl. 17.a. 40.dt.c.illud. 33.q.5 hæc.2. sen ten.di.15.

a ¶ Quis spiritualis quisque effectus & Deo similis omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur. primæ Corinthiorum secundo.d.

b ¶ In ratione qua contemplandæ veritati inhæret.

† creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam

a ¶ Repetit, vt confirmet & qualis facti simus, diligentiua inculcet. b ¶ Idest suam ¶ Non patris, non filij. ¶ Spirituales Doctores; b ¶ Prolepsis nondum erat mulier formata. ¶ Obedientes.

a *Et creauit Deus hominē ad imaginē, &c.* Qui non quemlibet sanctorū imitādo, sed ipsam veritatem intuendo operatur iustitiam, vt ipsā veritatem intelligat & sequatur. Hic accipit potestatem sup omnia, quia spiritualis quisque effect⁹ & Deo similis omnia iudicat, & ipse a nemine iudicatur.

Vbi supra. c.20.21.& 22.

*Et creauit Deus, &c.* AVGVSTINVS. Notandum quod sicut in creanda luce dicitur, *Fiat lux*, & statim sequitur, *& facta est lux.* Sic cum dicitur, *Faciamus hominem*, infertur, *& fecit Deus hominem ad imaginem Dei*, quia ista natura intellectualis est, sicut illa lux, & hoc est ei fieri, quod agnoscere verbū per quod fit. Si enim diceretur, Et factum est ita, & adderetur, & fecit Deus, quasi prius intelligeretur factum ī cognitione rationalis creaturæ & tādē in creatura quæ rationalis nō esset. Quomodo autem homo immortalis factus sit, & alimonia vel escam cum aliis animalibus acceperit, herbam afferentē semē &c. difficile est dicere. Si enim mortalis peccato effectus est, ante non indigebat his cibis, quia non posset fame corrumpi. Quod enim dictum est, *Crescite & multiplicamini, & replete terram*, quamuis nisi per concubitum posse fieri non videatur, (Vnde hic quoque mortalium corporum extitit indiciū) potuit tamē esse alius modus in corporibus immortalib. vt charitatis affectu, nulla corruptionis cōcupiscentia filii nascerentur, nec mortuis parētib. successuri, nec ipsi morituri, donec terra hominibus impleret, & sic instituto sancto populo, qualem post resurrectionem futurum credimus, nascendi et modus fieret. Quidam suspicati sunt, nūc interiorē hominē factum, corpus autē cū ait, & finxit Deus hominē de limo terrę, nec attendūt masculum & fęminā in corpus tantum fieri potuisse. Neputaretur enim solum spiritū esse factū, quamuis secūdum eum solum ad imaginē Dei sit factus, additur, *Masculum & fœminam creauit eos*, vt corpus factum intelligatur. Rursus ne in in vno homine vterque sexus deputaretur, sicut quos ἀνδρογύνους vocant, pluraliter subiecit: fecit eos, quāuis mulier nondum esset a viro diuisa, sed materialiter præseminata.

b *Masculum & feminam creauit eos, &c.* AVGVSTINVS. Postea plenius & vnde & quomodo homines facti sunt, exponitur. Sed nunc breuiter creati referūtur, vt sexti diei operatio, & septimę dedicatio cum cæteris explicetur. Masculum vnum & fęminā vnam in principio creauit Deus, non vt cętera animātia, quę in singulis generationibus creauit Deus plura, vt humanum genus firmiori copula cōstringeret, cum se ex uno ortū meminisset, unde cum subiungeret, *Masculum & feminam creauit eos*, noluit addere *ad imaginem Dei*, quod unitate coniunctionis etiam in fęmina intelligendum reliquit. Bene autem in hoc loco creati dicuntur, & si modus creationis non explicatur, ut congrue inducatur diuina benedictio, qua dicitur: *Crescite et multiplicamini.* Multiplicatio enim hominum coniunctione maris & fœminæ perficitur. Non igitur damnandæ nuptię, quas ad propagationem superna benedictio instituit. & si virginitas præferatur.

✱ ORIGENES. Quomodo nondum facta muliere dixit, *Masculum et feminam creauit eos.* Fortassis arbitror, propter benedictionem qua benedixit eos dicens, *Crescite*, præueniens quod futurum erat, dixit, *Masculum & feminam, &c.* quoniam crescere & multiplicare non poterat aliter homo, nisi cū fœmina.

CHRYSOST.

## NICOLAVS DE LYRA.

Quō homo præsit animalib.

*fuit homo in statu naturæ condita, vt quamdiu staret in obedientia ipsius Dei, inferiora obedirent ei, & istud dominiū est homini naturale. Primo quia imperfecta sunt propter perfectiora, ut plantæ propter animalia, et animalia propter hominem. & ideo sicut plantæ vtuntur a qua & terra ad sui nutrimentū, & animalia plantis, ita homines animalibus, & ideo iuste praeest eis. Secundo quia perfectiora gubernāt imperfectiora, vt angeli homines, regimē vero est per prudentiā, quæ proprie est in homine, in quo est prudentia generalis. in animalibus vero sunt quædam prudentiæ particulares tātum, vt in aranea ad faciendum telam, & sic de alijs. & ideo animalia sunt homini subiecta. Tertio quia homo factus est ad imaginem Dei. ideo iuste obediunt ei inferiora secundum naturam institutam, sed in pœnam peccati ista obedientia est ei subtracta, sicut & obedientia uirium inferiorum respectu rationis, & corporis respectu animę. Sequitur.*

Quō vir & mulier primō creati.

1 Mascu. & fœmi. &c. *Ex ista litera dixerunt aliqui Hebrei, quod a prima formatione natura humana formata est in vtroq; sexu. veruntamen corpora viri & mulieris ita erāt coniuncta in lateribus q faciebant vnum continuum, sed postea separata sunt uirtute diuina. Sed quia cōtra hoc uidetur illud qd īfra dicitur.* Tulit unā de costis eius, & ædificauit eam in mulierem. *Item quod ibidem dicitur,* Repleuit carnē pro ea. *talis autem repletio non esset necessaria, si fuissent tantū corpora separata, ideo ad hoc respondēt dicentes, q istud uocabulū zela* צלע *quod hic accipitur pro costa, hic in Hebræo est æquiuocū, quia significat costam & latus, de hoc habentur plura exempla in Biblia Hebraice scripta, quæ pertranseo. & simile est in gallico, vbi costa & latus eisdē literis scribuntur, & modicum differunt in prolatione. vbi ergo trāslatio nostra habet.* Tulit vnā de costis eius, *dicūt quod debuit dicere iuxta vim vocis* צלע *zela. Tulit vnū de lateribus eius, quia illius totius corporis continui, vnum latus erat corpus mulieris, & aliud latus erat corpus viri, vt prædictū est, separando autē corpus mulieris a corpore viri, tulit vnum de lateribus. Ad secundam dicunt, & verum est, q vbi trāslatio nostra habet,* Et repleuit carnē pro ea, *litera Hebraica habet,* & clausit carnē in loco suu. *s. extēdendo cutē super carnē in loco separationis. Sed nō obstātibus illis, adhuc videt dicta expositio irrationabilis, quia talis cōiunctio duorū corporū pertinet ad monstra, sicut legitur in chronica Guil. Quod tēpore Philippi regis Frāciæ, qui fuit nonus ante istū Carolum qui modo regnat. Anno domini. M.cccxxij. in cōfinio Normanniæ & Britanniæ, natæ fuerūt duæ mulieres in uno corpore, ita tamen q oīa superiora vsque ad vmbilicum erant duplicia, inferiora autē erant simplicia, & quod essent vere duæ mulieres, apparuit per hoc quod aliquādo vna tristabatur, & alia & gaudebat, & aliquando vna dormiēte, alia vigilabat, & vna fuit mortua plus q per annū ante aliā, secunda tamē ex pondere & fetore cadaueris mortua est. Monstra autē per accidens cōtingunt in natura, & ideo non est rationabile quod in prima rerum institutione artifex omnium inciperet ab illis quę sunt per accidens quia talia non cadunt sub arte, & maxime in natura humana, quę nobilior est. Item videtur contra veritatem literæ, quia infra dicitur, quod formatis cunctis animantibus, dominus adduxit ea ad Adam, & quod in illis non inueniebatur adiutor similis illi, propter quod processit ad formationem mulieris de costa viri. Item ibidem dicitur, Et ædificauit costā quā tulerat de Adam in mulierem. Si autem non esset ibi costa, sed latus quod separasset dominus ab alio latere modo supradicto, per talem separationem non magis ædificata fuisset mulier quam uir. Propter quod Ra. Sa. hanc expositionem non tenet, sed illam quæ sequitur scilicet quod natura humana primo fit formata in sexu masculino tantum, & postea mulier sit formata de costa viri. Quod autem hic dicitur.* Masculum & feminā creauit eos, *hoc est per anticipationē, quia statim uolebat facere mentionem de multiplicatione humanæ naturæ quæ fit per commixtionē maris et fœminæ, cū subdit,* Crescite & multiplicamini. *Sed postea secūdo capitulo seriose explicat modū formationis mulieris de costa uiri. Et ideo tenendum est quod natura humana prima fuit producta in vno indiuiduo, & in sexu virili tantum, vt sic esset primus homo principium omnium indiuiduorum naturæ humanæ, & per consequens totius speciei suo modo, sicut Deus est principium totius uniuersi, vt in hoc esset quędam similitudo hominis ad Deum propter dignitatem humanæ naturæ, vnde dicitur Actuum decimoseptimo. f.* Deus fecit ex uno omne genus hominum. *Secundo ut uir magis uxorem diligeret, & ei inseparabilius inhæreret dum cognosceret eam ex se ipso productam esse, unde dicitur infra. De uiro sumpta est.* Quamobrē relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit uxori suæ, *& hoc fuit maxime necessariū in specie humana, in qua mas & fęmina secundū dictamē rōnis recte habent simul manere per totam uitam, quod non contingit in alijs animalibus. Tertio quia mas & fęmina coniunguntur in hominibus, non solum propter generationem ut in alijs animalibus, sed etiam propter domesticam uitam in qua sunt aliqua propria opera uiri, & aliqua fœminæ, in qua uir est caput mulieris, propter quod conuenienter ex uiro formata est, sicut ex suo principio. Quarto est ad hoc ratio sa*

Monstrū mirabile i Normania.

Actu. 17. f.

b ✱ cram

✱ CHRYSOST. Vidisti quomodo quod nondum factum A quasi iam factum narrauit. Tantum ualent oculi spirituales.

✱ *Crescite & multiplicamini*. AVGVST. Quidam non secundum carnalem fœcunditatem uolunt intelligi. *crescite*, quia secundum animam tale aliquid legitur: *Multiplicabis anima mea uirtutem*. Carnales autem fœtus sine libidine, quæ post peccatum exorta, inspecta, cõfusa velata est, nec tunc nasci potuisse, sicut neque nunc possunt, nec i paradiso futuros fuisse, sed foris sicut & factum est. Nam postquam in de dimissi sunt, ad gignẽdos filios coierunt. Nos autem nullo modo dubitamus, secundum benedictionẽ Dei, crescere & multiplicari, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum constituit. Nec dubitamus s̃m benedictionem Dei corporaliter potuisse illos in paradiso multiplicari, & si non peccassent, coituros sine vlla libidinis perturbatione, ut membra sola uoluntas, non libido moueret. Illud tamen credendum, quod tãta multitudo nasci potuit hominum, quoadusq; pdestinatorum munerus compleretur, quanti & nunc p Dei gratiã colligunt.

Lib. 14. de ciuitate, c. 21.

✱ CYPRIANVS. Prima sententia, *Crescite & multiplicamini* precepit, secũda ad continentiam suasit. Cũ adhuc rudis mundus & inanis est, copia fœcũditatis generantes propagamur, & crescimus ad humani generis augmẽtũ. Cum iam refertus est orbis, & mundus impletus, qui capere continentiã possunt, spadonum more uiuentes, castrantur ad regnum celorum.

Lib. de habitu virginum. B

Lib. cõtra Heluidiũ.

†24. q. 3. c. quidam. b floriani.

✱ HIERONYMVS. Quandiu lex illa perm(anſit), *Crescite & multiplicamini & replete terram, & maledicta sterilis quæ non parit semen in Israel*, nubebant omnes & nubebãtur. Quãdo vero lex illa pertonuit. *Tempus breuiatum est, reliquum est, ut qui habent uxores sic sint quasi non habeant, adhærentes domino unus cum eo efficimur spiritus.* Quare, quia *qui sine uxore, cogitat ea quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, solicitus est quæ sunt huius mũdi, quomodo placeat uxori.*

Aduersus hæreticos qui hoc loco probãt omnes & singulos ad nuptias contrahẽdas obligari.

✱ IDEM. Quod uero ait (Iouinianus) *Crescite & multiplicamini & replete terram*. necesse fuit prius plantare syluam & crescere, vt esset quod postea posset excidi, simulque consideranda uis uerbi, Nuptiæ terram replent, uirginitas paradisum.

Li. 1. cõtra Iouinian.

✱ EVSEBIVS CAESARIEN. In ecclesia Dei duo uiuendi modi instituti sunt. Alter quidem naturam nostram, & cõmunem hominum uitæ rationem excedens, non nuptias, nõ sobolem, non substantiam, non opum facultatem requirens, soli diuino cultui addict⁹. Qui hunc modũ amplexa sunt, qua si ab hac mortali uita seiucti, solum corpus i terra gerẽtes, cogitatione uero & animo in cœlo degentes, quasi quidã cœlites reliquorũ hoĩum uitã despiciunt. Alter remissior atq; humanior, hic & modesto coiugio & sobolis pcuratione iplicat

Lib. 1. de demõstratione, c. 8.

C

.. BEDA. Isi Post hoc *fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam*, uirum, scilicet perfectum, qui ipsam ueritatem contẽplando, operatur iustitiã. Hic accipit potestatem pisciũ maris, & volatilium cœli, pecorũ, ferarum, atque repentiũ, *qui spiritualis similis Deo factus, omnia iudicat: & ipse a nemine iudicatur*. 1. Cor. ij. d. *Masculum et fœminã creauit eos*, quia, sicut uiro mulier

a ❡ Non simul in tempore, sed in præscientia.

creauit eos. Benedixitque illis Deus,

a ❡ Fœcunditatem sexus accipite. b ❡ Spiritualis intelligentiæ gradibus.

& ait: Crescite & multiplicamini,

a ❡ Nuptiæ replent terram, virginitas cœlum. b ❡ Necessarijs vsibus.

& replete terram. & subiicite eam,

a ❡ Vt ratio dominetur omni carnali perturbationi quasi insensibili animanti.

& dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouẽtur super terrã.

Dixitque Deus: Ecce dedi vobis

❡ Vt de oblationibus subditorum viuant prælati.

oẽm herbam afferentẽ semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima

a ❡ i. in esum sibi concessa cognouit homo.

viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita †. Viditque Deus

❡ Non commendat hominem specialiter sicut cætera, quem ab ordine recessurum præsciebat.

cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus.

a ❡ Augustinus sexta distinctio

lier, sic spirituali & perfecto viro, minus perfectus obedire debet, dicit enim eis. *Crescite & multiplicamini & replete terram*. In spiritualibus. s. donis, vt ratio dominet carni, quasi insensato animanti, & perturbationibus eius. Per herbam seminalẽ & lignum fructuosum in escam hominibus datum, intelligim⁹ oblationes sanctorum, unde Paulus: 1 *Seminauimus spiritualia vobis, magnũ est si carnalia uestra metmaus*. 1. Cor. ix. b.

D Prouidentia Dei de victu.

a *Et dominamini piscib. & c.* Quod prius 2 quasi consulendo dixerat de eis, nũc dicit imperãs, vt habet. s. dñiũ oĩum creaturarum in inferiore parte mundi. Quod per singula exequitur.

*Et dominamini piscib. maris.* BE. Quæritur qua vtilitate homo dominatũ inter cætera animãtia pcepit, & ad quos vsus, quæue solatia sunt hæc creata homini si nõ peccaret. Nõ enim ad escã, sed herbæ tm̃, & arborum fructus pri-4 mo cõcessa sunt. Sed forte quia pecca-3 turũ præsciebat Deus hominẽ, & sic futurũ mortalẽ. quẽ creauerat imortalem, ea primordialiter instituit, quibus se iã mortalis posset tueri, habẽs. s. ex his alimentũ, & indumentũ, & laboris adiumẽtũ. Postq̃ aũt cõditori subiect⁹ esse noluit, iure dominiũ perdidit. In testimoniũ vero primæ creationis legimus aues uiris sanctis seruisse, & rictus bestiarũ & serpẽtum venenũ cessisse.

Eccl. 17. a. Mouẽtur reptãt. Vt habeãt ad vescendum. Omnis generis herbæ vides e tunt in escam.

b *Ecce dedi & c.* BE. patet q̃ ante pecca-5 tũ hominis, terra nihil noxium ptulit, nõ herbã uenenatã, nõ arborẽ sterilẽ. Oĩs. n. herba & ligna data sunt hominibus, & uolatilibus & animantibus terræ in escã. Vnde patet, quod tunc animalia aĩalium esũ nõ viuebãt, sed concorditer herbis, & fructibus, vescebãt.

E

c *Et factum est ita*. ATG. Notãdũ q̃ vbi dat potestas homini herbas & fructus edendi, subinfertur, *& factum est ita*: in quo significatur q̃d hoc dicente Deo, hæc sibi in esum cõcessa cognouit homo, nõ quod statim ederit. Si. n. ad oĩa supradicta referimus quod ait *& factum est ita*, cõsequẽs erit vt dicam' eos iã multiplicatos sexta die, q̃d post multos factũ est annos.

d *Viditq. Deus, & c.* AVG. Quæritur cũ singillatim cætera bona dicãtur, cur homo ad imaginem Dei factus cum cæteris hoc dicatur. Sed forte præsciebat Deus eum peccaturum, nec in perfectione imaginis mansurum. Qui enim singillatim bon⁹ est magis cum omnibus, sed non conuertitur. Cautum est ergo, vt diceretur, q̃ in pręsenti uerum esset, & præscientiam futuri significaret. Deus aũtoĩa ordinauit, vt si qua singillatĩ fuerit deliquẽdo deformia, sẽp tñ cũ eis vniuersitas sit formosa.

✱ AMB. Cum oĩa opera sua laudauerit Deus, ubi ad hoĩem ventũ est, solus nõ vr̃ esse laudatus, ppter quẽ oĩa generata sunt. Hæc forte causa est, qa alia in specie sunt, homo in occulto. Nihil in bestiis plus reperias quã qd videtur. in hoĩe nihil inferius q̃ qd vr̃. qui cũ ex animo cõstet & corpore, hoc ubiq. in eo seruit quod videtur, illud aũt in eo regit hominem qd nõ videtur. Merito ergo alia in exordio laudãtur, istius laudatio nõ pmitur, sed reseruatur, quia aliorũ gr̃a foris, huius intus est, aliorũ in natiuitate, huius in corde. Quid. n. tã altũ aut tã pfundũ q̃. mẽs hoĩs. Et ideo laudatio eius nõ in exordio sed in fine est. Ideoq; sapiens tibi dicit, *Ante mortẽ ne laudes quẽquam*.

Lib. de institutione virginis. cap. 1. F

Eccl. 11

e *Et factũ est ue. & ma.* ISIDORVS. mane sexti diei fit prædica-



NICOLAVS DE LYRA.

*cramentalis, figuratur enim per hoc quod ecclesia sumpsit principium a Christo, vnde dicit Apostolus Ephesiorum. v. g.* Sacramentum hoc magnum est in Christo & ecclesia.

Ephe. 5. g.

1 Benedixitque illis. *Hic consequenter describitur humanę naturæ iam formatæ conseruatio, & primo quantum ad speciem, secundo quantum ad indiuiduum, ibi.* Dixitque Deus. *Circa primum considerandũ, quod species humana cõseruatur per generationem, maxime post lapsũ, per quem incurrit necessitatem moriendi, & hoc est quod dicitur* Benedixitque illis. *Ista benedictio est Dei ordinatio ad multiplicatione indiuiduorum in natura humana per generationem, ideo subditur,*

Species humanã quomodo conseruatur.

2 Crescite & multiplicamini, & c. *Catera patent ex prædictis.*

3 Dixitq; Deus. *Hic describitur conseruatio quantum ad indiuiduũ, quæ fit per nutritionem, & hoc est quod dicitur,*

4 Ecce dedi uobis omnem herbam affe. & c. *Non est sic intelligendum, quod herba & fructus arborum darentur in escam hominibus bestiis & auibus communiter, sed singula singulis secundum conditionẽ naturæ suæ, ut pote fructus arborum hominib. ut dicitur inf,* Ex omni ligno paradisi comedetis. *Herbę autem & semina herbarum, animalibus & auibus, diuersa tamen diuersis animalibus secundum conuenientiam naturæ suæ, aliqua tamen animalia & aliquæ aues fructibus arborum uescebantur, esus autem carnium & piscium non est, laxatus siue permissus hominibus, nisi post diluuium, ut habetur inf. ix. a. ubi dicitur sic.* Omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum.

Esus carnium non ante diluuiũ fuisse.

5 Viditque Deus & c. *Hæc est conclusio præcedentium. Licet enim qlibet species entis bona sit in se, ex uniuersis tamen partib. uniuersi ordinatis ad se inuicem & ulterius ad Deum sicut ad ducem, admirabilis pulchritudo & bonitas consurgit.*

tio Euangelii per Christum. finito vero quinto, incipit sextus in quo veteris hominis apparet senectus. Hac enim ætate uehementer attritum est illud regnum. quando templum deiectum est, & sacrificia cessauerunt, & nunc gens illa quantum ad uires regni quasi uitam extremam trahit. In hac tñ ætate tã q̃ in ueteris hominis senectute nascitur nouus homo qui spiritualiter uiuit. Sexto. n. die dictum est, *Producat terra animã uiuentem*, &c. quia quinto die dictum erat. *Producãt aquę non animam uiuam sed reptilia animarum uiuarum.* Quomodo. n. corpora sunt reptilia, sic corporali circumcisioni & sacrificiis tanq̃ in mari gentium populus ille seruiebat. Istã uero animã uiuã dicit, quia uita iã incipit ęterna desiderari. Serpentes uero & pecora quæ terra producit, gentes significant euãgelio stabiliter credituras, de quib. dr̃ Petro: Act. x. b. *Macta & manduca.* & cum illa immunda diceret audiuit. *Quę Deus mundauit, tu immũda ne dixeris.* Tunc fit humo ad imaginem & similitudinem dei. Sic in sexta ætate nascit̃ Chritus de quo dr̃, *Et homo est, & quis cognoscit eum.* Et sicut in illa die masculus & fæmina, sic in ista ætate Christus & ecclesia. In illa die præponitur homo pecorib. & serpentibus & volatilibus cæli, & in hac ætate Christus regit animas sibi obtemperantes, quæ partim de gentibus partim de Iudæis uenerunt, ut ab eo domitæ mãsuescerent, carnali. s. concupiscentiæ dediti sicut pecora, uel tenebrosa curiositate obtenebrati quasi serpentes, uel superbia elati quasi aues. In illa die pascitur homo & animalia, quæ cum ipso sunt herbis seminalib. lignis fructiferis & uiridibus herbis. In ista quoque ætate homo spiritualis quicunque bonus minister est Christi & eum pro posse imitatur, cũ ipso populo spiritualiter pascitur scripturę alimentis & diuinæ legis, partim ad concupiscendum fœcunditatem rationum atque sermonũ tanq̃ herbis seminalibus, partim ad vtilitatem morum & humanæ conuersationis tanq̃ lignis fructiferis. partim ad vigorẽ fidei spei & charitatis in uitam ęternam tanquam herbis viridibus, id est, vlgentibus quę nullo æstu tribulationum arescant. Sed spiritualis sic pascitur vt multa intelligat. Carnalis aũt, id est, paruulus in Christo tanq̃ pecus Dei, ut credat & si non intelligat, eosdem tamen cibos omnes habent, Huius ætatis uespera est de qua dominus ait: Luc. 18. b. *Putat ueniens filius hoĩs inueniet fidẽ in terra.* Post illã uesperã fiet mane cũ Christ⁹ veniet in claritate, tunc requiescẽt cũ Christo ab oĩb. operibus suis, quibus dicitur Mat. v. g. *Estote perfecti sicut & pater uester cælestis perfectus est.* Hi. n. faciunt opera valde bona post quę requiescent in die septimo q uesperã non habet: MORALITER. Sexto die pducit terra animã uiuã. i. homo de stabilitate suæ mẽtis vbi habet fructus spirituales. i. bonas cogitationes, oẽs motus animi sui regit vt sit in illo anima uiua. i. rationi & iustitiæ seruiens non terrenitati & peccato. Ita sit homo ad imaginẽ & similitudinem Dei masculus & fæmina, id est intellectus et actio, quorum copulatione spiritualis fœtus terram impleat. i. carnem subiiciat, & cetera, quæ iam in hominis perfectione dicta sunt. In istis namque diebus vespera est: est ipsa perfectio singulorum operum, & mane inchoatio sequentium.

Eccl. 39. c.
Mar. 7. d.

## ADDITIONES BVRGENSIS in postillam Nicolai de Lyra.

*CIRCA expositionem literalem huius primi capitu. Genes. quæ valde difficilis est, & varie a Doctoribus traditur, tam Græcis, quam Latinis, & Hebrais, quædam videntur præsupponenda ad hoc, vt ex multiplicitate sensuum aliquod planum saltem simpliciter capientibus extrahatur. Primum præsupponitur quod in hac expositione dictum Augus. maxime est attendendum, qui supra Genesim ad literam de hac materia tractans sic dicit:* In huiusmodi *quæstionibus duo sunt obseruanda. Primum quod ueritas scripturæ inconcusse teneatur. Secundum quod cum scriptura diuina multipliciter exponi possit, nulli expositioni aliquis ita præcise inhæreat, quod si certa ratione constiterit hoc esse falsum, quod nemo secundum sensum scripturæ hoc asserere præsumat. ex hoc enim scriptura ab infidelibus derideretur & eis præcluderetur via credendi,* Hęc ille. *Ex quo sequitur quòd veritas quæ in scriptura planè traditur, inconcussè tenenda est non obstante quod philosophi aliter sentiant tenendo circa hoc varias seu contrarias opiniones. Licet enim ea quę per rationem demonstratiuam habentur esse falsa, non sint attribuenda alicui autoritati sacrę scripturæ, eo quod talia certa ratione constat esse falsa, tamen illa quæ non demonstratiue, sed opinatiuè & probabiliter habentur, non constant tanta certitudine, ut ueritas plana scripturæ propter talem debilem certitudinem formidolosam & opinatiuam omittatur, nec ob hoc eius plana expositio uarietur seu dissoluatur, & hoc sonat planè autoritas Aug. prædicta. Et inde est quod licet Philosophi pagani communiter opinentur mundum fuisse ab æterno: non tamen catholici uariant ex hoc expositionem huius dicti.* In principio creauit Deus cęlum & terram. *Sic ut ex ipso non intelligant mundum a Deo per creationem incepisse, Non enim de perpetuitate mundi a parte ante demonstratiuam rationem philosophi habent, vt in prima parte sancti Thom. q. 46. argum. 2. sed solum opinatiuas & probabiles. Ex quo præsupposito infertur quod postillator minus conuenienter se habet circa processum introductorium expositionis literalis huius cap. Dicit enim quod ex uarietate opinionum de natura materię a philosophis positarum dependet intellectus operationis sex dierum, quod uidetur inconuenienter dictum. Constat enim quod philosophi in hoc non demonstratiuè procedunt, alias non contingeret eos diuersimodè uel contraria opinari, sicut nec in geometricis & huiusmodi, sed solum procedunt opinatiue. vnde non debet sensus scripturæ propter hoc uariari, & ideo sancti Doctores modicum curauerunt de huiusmodi opinionibus varijs in hac materia, sicut nec etiam refert ad articulum creationis credendæ, vtrum cæli sint immateriales uel habeant materiam eiusdem rationis cum his inferioribus, uel alterius rationis. Secundo præsupponitur quod non est inconueniens multiplicare expositiones in hoc loco dum tamen a ueritate scripturæ plano modo intellecta non deuient, & cum hæc non asserendo sed quasi proponendo dicantur, hoc patet per autoritatem August. superius inductam. Magister etiam in 2. distin. 7. de hac materia tractans dicit: Quidam sanctorum patrum qui verba Dei atque arcana excellenter scrutati sunt super hoc quasi diuersa scripsisse uidentur, Hæc ille. Vbi notanda sunt uerba magistri, quod non dixit, diuersa asseruisse uidentur, hoc enim esset periculosum, sed scripsisse tantum, scilicet sine assertione: taliter enim expositiones multiplicare non est periculosum etiam sanctis & perfectis uiris, quorum doctrina locum autoritatis habet, & multo fortius potest conuenire simplicibus scriptoribus, quorum dicta nullam habet autoritatem nisi quantum ueritas literæ sacræ uel ratio efficax eis tribuit. Nihil igitur temerarie asserendo, nec aliquam ueritatem a sanctis patribus traditam excludendo, nec in aliquo diminuendo ad expositionem literalem eorum quæ in hoc capitulo continentur, specialiter usque ad opus quartæ diei inclusiue procedam, & principaliter secundũ primum sensum literalem de quo prius in additione super prologum dictum est. Et quanquam de secundario sensu etiam literali quædam tangentur, & hoc omissa recitatione narariũ seu diuersarum expositionum, similiter & curiositate distinctionum secundum ordinem literæ plane prosequendo. In primis igitur quoddam summarium totius diuinæ operationis seu creationis in toto spacio* sex dierum contentum Moses uidetur proponere, cum dicit,* In principio creauit Deus cœlum & terram. *In his enim uerbis secundum Chrysto. promittitur summarie & cõpendiose, totum opus diuinum circa creationem, distinctionem & ornatum mundi in omnibus sex diebus primis successiue factum. Sicut si quis dicat, talis artifex ædificauit hanc domum, & postea subdatur. primo fecit fundamenta, secundo erexit parietes, & tertio supra posuit tectum, & huiusmodi. Secundum quam expositionem, cum dicitur Deum creasse cælum & terram, intelliguntur omnia cælestia. & terrena esse a Deo creata, quæ in processu sex dierum fuerunt creata, seu producta, & hoc videtur sentire Basil. in hexa. qui super hoc uerbum:* Creauit cœlum & terram. *sic dicit. Ex duobus autem quæ extrema sunt totius existentiam ænigmatice significat, & sic non oportet per cælum in hoc loco intelligi empyreum tantum, uel sidereum seu firmamentum & huiusmodi, sed simul omnia cælestia in hoc intelligenda sunt. Similiter per terram in hoc loco non solum intelligenda est arida seu elementum terræ, sed tota substantia generabilium & corruptibilium, tam elementorum quam mixtorum in prędictis sex diebus a Deo productorum. Veritas huius expositionis patet ex modo loquendi sacræ scripturæ communiori & frequentiori, similiter ex doctrina sanctorum apostolorum.* Primum *patet, nam infra* Gene. 2 *super illud uerbum:* In die qua fecit dominus cælum & terram. *Glo. his igitur paucis uerbis insinuata est omnis creatura.* Legitur *etiam Exod. 31. d. circa obseruationem sabbati,* sex diebus fecit Deus cœlum & terrã, & in die septimo requieuit. *In quo loco manifestũ est, quod cælum accipitur pro quacunque cælesti creatura, & terra similiter pro quacunque terrestri, modo supradicto. Si enim hic accipitur, cælum, pro aliquo cælorum tantum, & terra, pro aliqua terrarum tantum, cætera terrena & cęlestia, uiderentur excludi ab operibus sex dierum quod est manifeste falsum. Similiter & Deuteron. 4. f.* Scias hodie quod dominus ipse est Deus in cœlo sursum & in terra deorsum, & non est alius: *Intelligendum est uniuersaliter, scilicet quod in cęlestibus & in terrenis nullus alius Deus est. Similiter Hierem. 23. e. ubi propheta intendens asserere Deum esse vbique dicit:* Nunquid non cælum & terram ego impleo, dicit dominus, *quod habet intelligi de totius mundi integritate. Eodem mo-*

Nota dictum Augustini.

Quod mũdus creat⁹

Expositiones multiplicate.

Sũmariũ diuinæ operationis

* Prolepsis vsus est Moses.

Cœlum.

do psalmus dicit, Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt coeli. Idem patet de alijs innumerabilibus locis sacræ scripturæ, licet enim in nonnullis locis sacræ scripturæ quandoque cum prædictis scilicet cum cęlo & terra, mare vel aqua exprimatur, hoc tamen est in paucis præter modum & stilum communem supradictum. Secundo hoc idem patet ex doctrina seu modo loquendi apostolorum, quibus sensus sacræ scripturæ perfectius fuit apertus, iuxta illud Lucæ xxiiij.d. Aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Hi enim circa articulum creationis mundi nihil amplius expresse runt fuisse a Deo creatum, nisi cęlum & terram, dicentes in symbolo, Credo in vnum Deum creatorem cœli & terræ. Vbi manifeste tanquam doctissimi in scripturarum intelligentia nos docent, quod in hoc quod profitemur Deum creasse cęlum & terram, cuncta cęlestia & terrena, a Deo fuisse creata testamur. Nullus.n. sani intellectus diceret, quod apostoli articulum creationis mundi imperfecte tradidissent. In symbolo autem patrum hæresibus insurgentib. specialiter Manichæorum, qui dicebant vnum Deum esse bonorum, & alium malorum, & alijs similib. fuit additum in hoc articulo, de creatione mundi, quasi exponendo visibilium omnium, & inuisibilium, ad denotandum quod in hoc quod dicitur in primo symbolo. Creatorem cœli & terrę, intelliguntur cęlestia & terrestria, non solum visibilia, sed et inuisibilia. Secundum igitur hanc expositionem consonam veritati, tanquam fundatam in planiori & communiori modo loquendi apostolorum & prophetarū, non restat locus inquirendi de quo cælo scriptura hic loquitur, cum non solum de cælis quibuslibet, sed etiam de quibuscunque rebus cœlestib. creatis, sicut de angelis intelligi debeat. Similiter non est inquirendum de aere elementari, vel igne in qua particula sacrę scripturæ in hoc loco spăliter intelligantur, cum non solum de terra elementari, sed de tota natura generabilium & corruptibilium in primis sex diebus creatorum seu productorum intelligitur, cum dicitur. Creauit Deus terram. Circa sensum uero secundarium seu vlteriorem ad sensum literalem pertinentem huius verbi. In principio creauit Deus cœlum, & terram, multa traduntur a sanctis doctorib. & alijs quodammodo inennarabilia: inter quæ videtur expositio sancti Tho. in prima part. q. xlvj. art. iij. in cor. q. compendiosa & recta literæ & rationi consonans. Dicit.n. sic quod hoc dictum. In prin. crea Deus, &c. tripliciter exponitur ad excludendum tres errores. Quidam.n. posuerunt mundum semper fuisse, & tempus non habere initium, & ad hoc excludendum exponitur, in prin. s. temporis. Quidam uero posuerunt duo esse creaturarum principia, vnum bonorum & aliud malorum. Et ad hoc excludendum exponitur, in princ. i. in filio, Sicut enim principium effectiuum appropriatur propter potentiam patri, ita principium exemplare appropriatur filio propter sapientiam, ut sicut dicitur, Omnia in sapientia fecisti. ita intelligatur Deum omnia fecisse, in prin. id est, in filio, secundum illud Apostoli ad Colos. 1.b. in prin. id est, in filio, condita sunt omnia. Alij uero dixerunt corporalia esse creata a Deo mediantibus creaturis spiritualibus, & ad hoc excludendum dicitur, in principio creauit Deus cœlum & terram, id est, ante omnia. Hęc ille. Quæ quidem tres expositiones intelligendæ sunt non disiunctiue, sed copulatiue, sic. s. quod scriptura in hoc loco intendit quemlibet istorum trium errorū excludere, & non unum eorum tantum. Si.n. disiunctiue intelligerentur istę expositiones, tunc non excluderetur plus quā vnus error, & forte nullus, quia ex una propositione tres causas veritatis habente, ex qualibet earum non posset concludi veritas vnius causæ earum determinante. Sed videndum est, quo qualibet illarum trium expositionum ex litera sane intellecta consurgat, vt sic qualibet illarum dicenda sit literalis. Ad quod sciendum, quod cum hęc dictio principiū, communiter intelligatur, relatiue respectu principiati, idcirco in sacra scriptura communiter vbi principium seu initium legitur, in eodē contextu adiungitur aliud, significans illud respectu cuius dicitur tale principium seu initium, sicut dicitur infra. Genes. x. b. Fuit principium regni eius Babylon, ubi in hoc quod adiungitur regni eius, exprimitur respectu cuius dicitur principium, & sic communiter in alijs locis. Cuius ratio est. Nam nisi sic exprimeretur, remaneret quasi ignotum quid significaretur per illud principium nisi subintelligeretur ex præcedentib. seu subsequentib. immediatè adiunctis. Et quia in hoc loco nō exprimitur determinatè in litera ad quid referatur hoc quod dicit, in prin ci. sed quasi absolute nominatur, oportet quod referatur ad illud quod sibi adiungitur. Vnde primo occurrit referēdum ad hoc quod dicitur statim, Creauit. i. in principio creationis, seu in principio illius quod creauit, & sic intelligunt multi doctores Hebreorum, sicut Rabbi abenhazra, & Rabbi Salo. & alij. Et iste modus loquendi concordat cū tertia expositione prædicta secundum quam intelligitur, in prin. id est, ante omnia, vt prædictū est. Secundo referri posset ad hoc quod subditur, Deus, sic quod intelligatur hoc principium esse aliquid cum quo seu per quod Deus fecit omnia, quod conuenit filio, sicut cum dicitur. Oīa in sapientia fecisti, et sic intelligit Ra. Mo. Gerunden. quod per hoc quod dicitur, in prin significatur aliquod pertinens ad naturam diuinam: licet hoc quasi balbutiendo exprimat, & hoc concordat cum secunda expositione prædicta. Tertio posset referri hoc quod dicitur, in prin. ad hoc quod dicitur cęlum & terram, quę sunt res successioni subiectæ, & sic intelligitur expositio. s. in principio temporis, hoc est in primo nunc, quod præcedit omnem successionem temporum, uel omnium rerum cælestium, et terrestrium successionem. Quarto posset referri hoc quod dicitur, in prin. ad totum processum primęuæ creationis seu productionis rerum, qui in hoc cap. Gene. primo, continetur, vt sic intelligatur, in princip. creauit Deus. i. in primis sex diebus, de quibus agitur in toto processu huius cap. Creauit Deus cœlum & terram, & sic intelligit Chrysost. vt prædictum est, & quia absolute & sine aliqua expressa determinatione dicitur hic in prin. idcirco referendum est ad literam ad omnia signata per quatuor modos prædictos, inquantum quilibet eorū ex adiacentia seu continuatione literæ intelligatur, ut dictum est. Item attendendum, quod secundum vlteriorem sensum literalem ex hoc quod dicitur, in prin. creauit Deus cœlum & terram, intelligitur ad literam s̄m Hebraicam ueritatē pluralitas in diuinis, prout magister allegat in 1. parte, dist. 2. quod patet ex hoc, nam vbi nos dicimus Deus, hebraica veritas habet elohim, quod est plurale huius nominis singularis hel. & sic exponit in hoc loco expresse Rabbi Abenhazra, licet ex hoc non ueram conclusionem eliciat, sed extortam. Vult autem intelligi, quod hoc non significat pluralitatem in diuinis, sed pluralitatem virtutum seu potentiarum ab eo procedentium, in cuius signum allegat ipse & sui sequaces, quod in scriptura quandoque etiam iudices dicuntur elohim, propter eorum uirtuosam potentiā in iudicando, ut Exo. xxij. d. vbi dicitur, Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. Sed hæc cauillatio est ualde irrationabilis, quod patet ex duobus. Primo enim hebræi nobiscum conueniunt in articulo creationis mundi, præsertim in hoc quod solus Deus mundum creauit, & cum immediate produxit, intantum quod ipsi tradunt angelos fuisse creatos in feria secunda, ne si in prima fuissent creati, crederetur de angelis, quod fuissent cooperatores Dei in mundi creatione. Si igitur hoc quod dicitur elohim, intelligatur de uirtutib. procedentibus a Deo, aut tales uirtutes sunt aliquid creatum, aut quod increatū, Si primo modo, sequitur quod aliud quod non est Deus, creauit mundum, vel saltem cooperatum est in creatione mundi. Si secundo modo, sequitur quod in diuinis est aliud increatum a Deo procedens, quod est intentum. Nam cum Deus etiam ab illis concedatur esse summe simplex, quicquid in Deo est Deus est. Secundo hæc cauillatio uidetur irrationabilis ex eo, quod Moses pręcipue intendebat informare populum de unitate Dei, & exclusione pluralitatis Deorum, vt cum dicitur Deute. vj. Audi Israel, dominus Deus vnus est, & Deut. xxxij. f. Videte nunc quod ego sum, & non est alius Deus mecum, & sic de multis alijs. Cum igitur Moses dixisset, Creauit elohim, manifeste dedisset occasionem credendi populo pluralitatem quā intendebat excludere, s̄m eos etiam potius debuisset dicere hel, quod nullam pluralitatem significat, & ex quo nullum inconueniens sequeretur. Item quod allegat pro parte sua quod quandoque iudices vocantur elohim, hoc manifeste facit contra eos, nā vbi elohim accipitur pro iudicibus sei dijs opinatiuis uel falsis, semper construitur cum verbo, uel adiectiuo plurali numeri, vnde Exo. xxiii. b. ubi dicitur. Ad deos utriusque cā perue. ponitur ibi elohim, & statim sequitur ibi verbum plurale sic. s. & si illi iudicauerint, Et in Psa. lxxxi. b. Oēs dii gentium dæmonia, vbi dicitur elohim, & tamē ibi nō dicitur da mon sed dæmonia. Similiter in psal. xcv. b: vbi dicitur, ego dixi elohī estis. i. dii. non dicit. Ego dixi elohim es, & sic de multis alijs, sed in hoc loco, & in alijs vbi elohim ponitur pro uero Deo semper adiungitur verbum singularis numeri. Non enim dicitur hic, In principiu creaue runt dii, sed creauit, quod quidem verbum substantiuum. s. fuit creās. ad denotandam vnitatem essentiæ. Ex quib. patet manifeste, quod Moses intendit instruere populum specialiter quantum ad doctos, quod in Deo qui cęlum & terram creauit, est pluralitas personarum, inquantū dixit elohim. Similiter & vnitas secundum essentiam, inquantum dixit creauit, & hoc notanter insinuat Moses in prima propositione totius sacrę scripturæ, in qua continetur articulus creationis, vt innueret hoc mysterium in primo exordio fidei esse attendendum. Quod autem hęc pluralitas attribuenda sit personis seu suppositis, habetur etiam secundū sensum literalem vlteriorē in hoc loco, vbi innuitur aliqua instructio de diuinis personis. Nam cum dicitur: In principio, intelligitur in filio, cui attribuitur causalitas creationis per modū causæ exemplaris, ut dictum est, & per consequens cum dicitur Deus intelligitur pater, cui attribuitur causalitas creationis per modum efficientis. Cum autem dicitur: Spiritus domini ferebatur, intelligitur persona spiritus sancti, pront plenius declarabitur infra. Non tamen est intelligendum, quod creare sit proprium alicuius personæ diuinę, & commune toti trinitati, hoc enim esset erroneum: cum omnia opera trinitatis ad extra sint indiuisa, sed quia Deus est causa rerum per suum intellectum & voluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum. Artifex autem per verbum in intellectum conceptum, & per amorem suæ voluntatis ad aliud relatum operatur, vnde similiter Deus pater operatus est omnem creaturam per verbum suum, quod est filius, & per suum amorem qui est spiritus sanctus, & secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum inquantum includunt

Margin notes: Secundarius sēsus. — Principia rerum. — Principiū in scriptura. — Psal. 103. c. — Vlterior sensus literalis. — Cōueniētia Hebręorum cum Christianis.

A cludunt essentialia attributa quæ sunt scientia & voluntas, vt patet in prima parte q. xlv. ar. 6. Sequitur litera. Terra autem erat inanis, &c. Vbi Moses postquam summarie tradidit totum opus diuinum circa creationem mundi in primis sex dieb. successiue productum, hic explicat illud per particularia. Circa quod primo ostendit statum seu conditionem quarundam rerum creatarum in prima sui creatione seu productione. Secundo procedit ad alia quæ creata seu producta sunt in prædictis sex diebus successiue, secunda ibi: Dixitque deus, fiat lux. Circa primum sciendum, quod cum Moses rudi populo loquebatur, vt omnes doctores tenent, qui non solum spiritualia ueraciter non capiebant, sed etiã de corporalibus illa communiter tantum apprehendebant, quę uisui corporali subiacent, vt in prim. parte. q. q. l. 67 art. 4. Idcirco licet in generali visibilia & inuisibilia cœlestium & terrestrium creaturarum sub quodam summario (vt di. um est) comprehendat, attribuens ea diuinæ creationi, ita vt nihil in rerum natura excluderetur a creatione Dei, loquens tamen postea in particulari, vt imbecillitati rudium seu simplicium audientium condescenderet, prætermissis inuisibilib. tam cœlestium quam terrestrium, de visibilibus tantum mentionem facit, vnde de cęlestibus prætermisit empyreũ & angelicam naturam, & de terrestrib. prætermisit duo elementa, s. aerem & ignem, eo quod non ab omnibus percipiuntur. Multi enim etiam Philosophorum elementum ignis non cognouerunt vsque ad tempus Aristotelis. Similiter & aerem nihil dicebant, adeo vt loca plena aere vacua existimarent. vt 4. Physi. Vnde in prima rerum productione de trib. visibilibus principaliter facit mentionem, s. de infimo fundamento vniuersi sensibilis, & de summo tecto eius, & de quodam medio inter vtrunque, quæ sunt principales partes integrales cuiuscunque ædificij, quorum duo se habent ad totum vniuersum visibile, sicut centrum & circunferentia ad corpus sphæricum, quæ complent totam eius rationem plasmaticam. In quo quidem scilicet corpore sphærico, centrum se habet vt fundamentum, & circunferentia sicut summum tectum, & alia inter vtrunque contenta se habent, vt medium inter vtrunque, s. inter. centrum & circunferentiam. Primum ostendit cum dicit: terra autem. Terra enim secundum philosophos & astronomos se habet ad vniuersum corporale, vt centrum. Secundum autem & tertium ostendit, cum dicit Super faciem abyssi. Abyssus enim secundum grammaticos multitudinem aquarum impenetrabilem significat, quæ quidem impenetrabilitas ideo potest intelligi non solum ex magna eius profunditate, sed etiam ex hoc quod ex eius confusione non potest abyssus penetrari, per quod intelligitur aqua elementaris quæ ante eius congregationem in vna permixtione confusa erat cum alijs duobus elementis. scilicet aere & igne. Prout Magister ponit in 2. li. dist. 13. quod totum uocatur abyssus secundum estimationem simplicium seu rudium, quib. loquebatur, qui aerem et ignem elementarem propter eorum inuisibilitatem (vt dictum est) non percipiunt. Quę quidem abyssus totam terram vndique cooperiebat & vsque in altum porrigebatur, quousque nunc summitas corporeæ naturę pertingit, sicut quibusdam videtur, prout Magister ponit distinct. supradicta. Intelligatur tamen hæc summitas naturæ corporeæ circa cœlum chrystallinũ, quod per superficiem abyssi intelligendum est. & hoc est primũ corpus mobile quod se habet ad omnia corpora naturalia, sicut superficies ad corpus sphæricum, quæ totam eius soliditatem continet. Vnde notandũ est, quod non dicit scriptura: tenebræ erant. in terra. nec in abysso, neque supra abyssum, sed super faciem abyssi. Cuius ratio est. Nam illa multitudo aquarum impenetrabilis & profundissima in prima sui productione erat turbida, & quasi opaca ex eius confusa permixtione seu cõpositione, intantum quod non erat capax lucis, sicut nec terra, & sic non erãt in terra nec in abysso tenebræ proprie loquendo, sicut nec in ligno dicitur esse cęcitas licet non videat, super faciem abyssi, quod est primũ

C mobile (ut dictum est) ex sua pura & impermixtibili natura est diaphanum, & fuit semper capax lucis, sed quia nondum lux facta erat. ideo proprie loquendo tenebræ erant pro tunc supra faciem abyssi. i. in primo cœlo mobili. Conuenienter igitur in primordiali rerum visibiliũ productione fit expressa mentio de terra quod est centrum & quasi fundamentum vniuersi sensibilis, & de circunferentia, quod est summum tectum. s. primũ mobile eo modo quo dicitur Esai. xlviij. c. Manus enim mea fundauit terram, & dextera mea mensa est, alias, tetendit cœlos. Et loquitur ad modum formantis circulum cum circino, qui primo ponit vnum pedem in centro quod est fundamentum, & alium tendit circunducendo circunferentiam. Sequitur in litera. Spiritus domini ferebatur super aquas. quæ quidem verba proprie & notabiliter exponuntur a Hiero. de Hebraicis quæstionibus, vbi sic dicit, Pro eo quod in nostris codicibus scriptum est, Spiritus domini ferebatur: in Hebræo habetur מרחפת Merahephet, quod nos appellare possumus incubare, in similitudinem volucris oua calore animantis. Ex quo intelligimus, non de spiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrantur, sed de spiritusancto, qui & ipse viuificatur omnium a principio dicitur, de quo Psal. 53. d. Emitte spiritum tuum creabuntur, Hæc ille. Quę quidem uiuificatio potest recte intelligi secundum motum primi mobilis. Nam motus secundum philosophum. 8. phis. est vita rerum naturalium, & cum

*Intentio Moses.* *Abyssus.*

D inter omnes motus rerum naturalium motus primi mobilis sit primus & præcipuus, et a quo omnes motus corporales regulantur & mensurantur tanquam a prima omnium motuum mensura, et a Deo tanquam a primo mouente principaliter causatus. Idcirco in primordio creationis rerum naturalium, de hoc primo motu tanquam de vita rerum naturalium fit mentio attribuendo ipsum motum Deo in persona spiritus sancti, cui appropriatum est viuificare. Et ex hoc tollitur quædam inconuenientia quæ quodammodo animũ pulsat. s. quod inter primo creata fit mentio de tempore cum dicit: Dies vnus, dies secundus, & huiusmodi. Sed de motu nulla videtur fieri mentio, cum tamen motus sit prior ipso tempore naturaliter. Vnde secundum prædictam expositionem prædicta tollitur inconuenientia. quia de motu fit mentio antequam de tempore, vt patet ex prædictis. Sed contra prædicta quædam dubia breuiter possunt moueri in quisitiue, ex quorum solutione veritas magis elucidatur. Primum, Posset rationabiliter quæri prout Augustinus quærit super Genesim, ad literam. Cur non scriptum est, Dixitque Deus fiat terra, & facta terra est. Fiat aqua seu abyssus & factum est, sicut dicit de luce & de firmamento & huiusmodi. Secundo pot quæri. Si abyssus hic accipitur vt dictum est pro aquarum multitudine impenetrabili terram vndiq; circundante, cur non hoc proprie declarauit Deus dicens, Multitudo aquarum erat super terram, cum aqua ab omnibus quantumcunque rudibus sit perceptibilis. Et de aqua in hoc capitulo frequenter fit mentio, non autem de abysso in hoc loco. Tertium, Si facies abyssi accipitur in hoc loco pro primo mobili, vt dictum est, cur statim ipsum nominat aquas, cum dicit. Ferebatur super aquas, secũdum istam expositionem. Quartum, Cum spiritus domini seu spiritus Dei, pluries in sacra scriptura accipiatur pro aere seu vento, vt in Psal. 147. b. Flauit spiritus eius & fluet aquæ, & in alijs, vnde ergo cogimur vt in hoc loco accipiatur pro spiritusancto, vt dictum est. Quintum: Si spiritus Domini, seu spiritus Dei in hoc loco accipitur pro Spiritusancto, vt dictum est, cum Spiritussanctus sit Deus inconuenienter dicitur quod ferebatur super aquas, cum Deo non competat localiter ferri nec situm habere. Ad primum igitur dicendum quod ex verbis Aug. ubi supra. apparet quod in hoc dicitur. Terra erat inanis & vacua, & tenebræ super faciem abyssi, intelligitur materia omnis informis. Dicit. n. in 12. confess. Quid. n. in omnibus mundi partibus reperiri potest propinquius informitati omnimodæ quam terra & abyssus, Et infra subdit, Illud autem totum † proprie nihil erat, quoniam adhuc omnino informe erat. Hæc Aug. Ex quo patet, quod secundũ ipsum ideo prætermissum est dicere, fiat terra, seu abyssus. Similiter & factum est ita, & vidit Deus quod esset bonum, sicut dicitur in alijs, propter informitatem omnimodam materię quæ in prædictis verbis signatur, & est ratio, quia cum dicitur, Dei perfecta sunt, opera, vt Deut. 32. a. Ideo inconuenienter de natura omnino informi diceretur, Dixit Deus, fiat hoc. Similiter & vidit Deus quod esset bonum. Ambrosius autem & alij sancti Doctores non concordant cum Aug. in hoc, s. quod cũ dicitur, Terra autem erat inanis & vacua, intelligatur materia informis, sed ipsum elementum terræ. Secundum quos sanctos doctores aliter ab Aug. opinantes dicendum est, quod aliæ tres informitates attribuuntur creaturæ corporali in primordio productio, propter quas nõ decebat vt de creatura sic informi diceret fiat, &c. Vel, vidit Deus quod esse bonum, & huiusmodi, deerat enim corpori diaphano. s. primo mobili pulchritudo lucis. vnde dicitur, quod tenebræ erant super faciem abyssi. Deerat etiam terræ duplex pulchritudo. Vna quam habet ex hoc quod est aquis cooperta, & quantum ad hoc dicitur quod terra erat inanis. s. inuisibilis. Alia uero quam habuit cum non esset ornata herbis & plantis, & ideo dicitur quod terra erat vacua. Vnde in hoc loco Moses intẽdit exprimere informitates creaturæ corporalis tam cælestis quam terrestris in primordio productę, & ideo non oportebat in hoc loco dicere. Dixit Deus fiat terra, & huiusmodi, sicut in alijs creaturis, quę in prima sui productione tales informitates minime habuerunt. Si autem contra hoc dicatur, quod lux in 1. die facta etiam videtur imperfecta seu informis respectu lucis luminarium, quod patet ex excellentia proprietatũ luminarium quæ in opere quartæ diei exprimuntur, quæ non pertinent ad lucem in prima die factam, vt infra patebit, & tamen de ipsa luce dicitur, Fiat lux, & cætera. & vidit Deus lucem quod esset bona, & sic similiter potuisset dici, de terra, non obstantibus informitatibus prædictis. Ad hoc dicendum, quod lux in prima die facta licet non esset ita perfecta sicut lux solis, habebat tamen perfectionem sibi pertinentem quantum ad illud pro quo facta fuit, scilicet diuisionem noctis & diei, vt patet in litera. Sed terra fuit facta a Deo ad hoc vt habitaretur ab animantibus, iuxta illud Esa. 48. capitulo. Non in vacuum creauit eam, scilicet terram, sed ut habitaretur, & cæte. Et quia hæc perfectio ad quam ordinata est terra sibi deerat in primordio suæ creationis. Idcirco non erat conueniens ut de ea dicerentur uerba prædicta quæ de alijs creaturis, quæ in prima sui pro-

*Quæstio.* *B* *August. respon.* *† prope.* *Ambr. respon.* *Duplex pulchritudo terræ.* *E*

ductione perfectiones ad quas productæ sunt attigerunt. Idem de abysso dicendum, quæ propter eius commixtionem confusam supradictam, non dum habebat perfectionem sufficientem ad producendum generabilia. Superficies autem abyssi in hoc loco non intelligitur per se nisi respectu ipsius abyssi cuius dicitur esse superficies, & ideo non oportebat vt de ipsa superficie fieret mentio seorsum in huiusmodi creatione. Vtrum autē ex auctoritatibus sanctorum, & specialiter Basilij, Ambrosii & Chrysost. intelligatur quod omnimoda informitas materiæ tempore præcessit formationem eius, omitto causa breuitatis, vide tamen in prima par. quæst. xlvj. ar. primo veritatem huius quæsiti a sancto doctore determinatam.

Respōsio ad secundā qōnem.

Ad secundum faciliter respondetur ex dictis, Abyssum enim hoc loco hoc nominat aquam solam, sed aquam cum aliorum elementorum permixtione confossam, vt dictum est, prætermisit tamen expressam mētionem de alijs elementis cum aqua permixtis, propter ruditatem eorū quibus loquebatur, qui pro maiori parte ea quæ non subiacent visui non cognoscebant, vt iam dictum est.

Respōsio ad tertiam qōnem. Primū mobile nominatur diuersimode.

Ad tertium dicendum quod primum mobile in hoc loco nominatur diuersimode propter diuersitatem eorum quæ sibi competunt, de quibus in proposito agitur. Competit enim primo mobili, omnia corpora naturalia & mobilia continere, sicut superficies corpus continet cuius est superficies. & ex hoc nominatur facies abyssi, id est, superficies abyssi, de qua continentia hic est agendum tanquam de loco vniuersali omnium corporum naturalium, competit etiam ei diaphaneitas secundum sua naturæ puritatem. Similiter & prima mobilitas corporalis, de qua diaphaneitate in hoc loco est agendum tanquam de prima capacitate lucis, quæ quidem lux in corporibus primum locum tenet secūdum Aug. de lib. arb. Similiter & de prima mobilitate eius hic est agendum, tanquam de prima vita vel de primo effectu vitæ corporum naturalium, quæ duo, nulli earum creaturarum (de quibus scriptura mentionem facit) inter primo creata sic competunt sicut aquis. Aqua enim inter visibilia corpora maxime est obediens motori, & est perspicua. Et hæc est rō quare primū mobile in hoc loco hic diuersis nominibus appellatur. Hæc expositio de primo mobili & de primo motu videtur rationabilis, considerando quod in prima rerum productione fieri debet mentio de summo loco vniuersali corporum naturalium. Similiter & de primo motu & de primo mobili, & etiam de tempore quæ sunt mensura omnium rerum naturalium.

B

Respōsio ad quartā qōnem.

Ad quartum, dicendum quod dicere quod spiritus domini in hoc loco intelligatur pro aere elementari est valde irrationabiliter dictum propter tria. Primum, quia si in hoc loco spiritus domini accipitur pro aere elementari, prout Rabbi Moses & quidam alij volunt dicere, quod scriptura in hoc loco nominat quatuor elementa. Terram scilicet cum dicit: Terra autem. Aqua vero cū dicit: Super aquas. Aerem cum dicit. Spiritus domini. Ignem uero cum dicit. Et tenebræ erant. Et hoc quia ignis, vt dicunt in loco proprio non lucet, secundum hanc positionem nulla esset ratio propter quam aer qui dicitur spiritus magis appropriaretur sic Deo, vt nominaretur spiritus domini, quam elemētum aquæ seu terræ vel ignis, quorum nullum in hoc loco tali modo nominatur, vt dicatur, aqua domini, terra domini. Secundum, quia vt ex serie literæ patet, spiritus domini de quo hic agitur, ferebatur super aquas, ante earum diuisionem, quæ facta fuit secunda die per firmamentum, diuidens aquas ab aquis, & sic ferebatur indistincte super aquas, non solum inferiores, sed etiam superiores, nulla. n. distinctio aquarum legitur in prima die. Ex quo sequitur quod huiusmodi spiritus adhuc facta diuisione, ferretur super aquas superiores: cum in scriptura nulla fiat mentio de hoc quod huiusmodi spiritus Domini congregaretur seu attraheretur ad hoc, vt post aquarum diuisionem ferretur super aquas inferiores tantum, quod tamen esset valde inconueniēs & contra mentem Ra: Moysi, & aliorum sequentium, qui spiritum in hoc loco dictum accipiunt pro aere elementari tantum, cui nullo modo competit esse super aquas quæ superiores sunt cælo sydereo. Tertiū, quia vt ex prædictis patet, Moses in toto processu sex dierum nunquam nominauit aerem, etiam in loco vbi fuisset congruum aerem nominari, sicut cū dicitur, producant aquæ volatile super terram, vbi congruum fuisset dicere, producant aquæ & aer. similiter & dicere, vt volitēt in aere, & non solum sub firmamento, cum volucres pro maiori parte participant naturam aeream plus quam aqueam, vnde in aere viuunt & nidificant pro maiori sui parte, vnde earum volatus principaliter ad ornatum aeris pertinet, vt dicit Magister senten. distinc. 15. Et tamen in hoc loco nullam mentionem facit de aere propter eius inuisibilitatē, & propter imbecillitatem, vt supra dictum est. Non. n. dicit de auibus, vt volent in aere seu in spiritu, sed super terram & sub firmamento cæli, prætermittens totaliter nominationem aeris. Vnde eadem ratione cū hic dicitur. Spiritus domini, non est intelligendū de aere de quo nunquam fecit mentionem in processu sex dierum, vt dictum est. Si autem contra hoc dicatur, quod sit Spiritus domini, non potest hoc intelligi de aere propter eius inuisibilitatem, eo quod ille populus inuisibilia non percipiebat, sequeretur a fortiori, quod non debet intelligi de spiritu sancto, qui incomparabiliter est magis inuisibilis oculis corporalib. quam aer, cum sit penitus incorporeus & immaterialis. Ad hoc dicendū, quod quantumcunque populus ille rudis fuisset & incapax spiritualium, nihil ominus necesse erat vt eis proponeretur primo, & supponerentur quædam penitus inuisibilia, sicut Deum esse, quia sine hoc in vanum instituerentur de fide, secundum quam accedentē ad Deum, oportet credere, quia est, vt ad Heb. 9. b. Similiter licet anima humana sit inuisibilis de sui natura, tamen proponendum erat eis de ea inquantum secundum illam principaliter homo est capax remunerationis diuinæ quod est principium in his, quæ credibilia traduntur. Vnde Apost. cum dixisset. Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, statim subiunxit. Et inquirentib. se remunerator est, & ideo de anima humana circa firmationem hominis expressam scriptura fecit mentionem dicens. Spirauit in faciem eius spiraculum vitę. Gen. 2. b. De inuisibilib. ergo nulla mentio fit in processu sex dierum, nisi tantum de Deo & de anima humana, quorum cognitio saltem ænigmatica necessaria est cuicumque fideli, vnde spiritus domini non inconuenienter in hoc loco accipitur pro ipso Deo, licet inuisibilis sit. De alijs vero inuisibilib. quorum cognitio non est explicite necessaria omnib. fidelib. sicut est natura angelica, vel aer elementaris & huiusmodi, prætermittitur mentio expressa in hoc loco ratione iam dicta. Si autem obijciatur de primo mobili quod est inuisibile, & tamen secundum prædictam expositionem de eo fit mentio, cum dicit: Super faciem abyssi. vt dictum est. Dicendum quod primum mobile satis est visibile per suum effectum qui est motus diurnus solis, & aliorum corporum cælestium.

C

D

Notandum etiam, quod antiqui expositores Hebræorum notabilissime & compendiose exposuerunt prædictum verbum, spiritus domini. in illo libro qui dicitur Bereschith rabbaa. i. Genesis magna, ubi sic habetur interrogatorie, Quid est quod dicitur, Spiritus dñi ferebatur super aquas? Ad quod respōdet, nil aliud est, nisi spiritus Messię de quo legitur, Requiescet super eum spiritus domini. s. Esa. 11. a. Ex quo dicto manifeste datur intelligi, quod spiritus domini, hic intelligitur spiritus sanctus qui est spiritus Messię, inquantum secūdum Catholicam veritatem procedit a patre & filio, qui quidem filius est verus & benedictus Messias. Ad quintum dicendum, quod per hoc quod in hoc loco dicitur, Ferebatur, non debet intelligi aliquid passiue in spiritu domini, nec hæc dictio merahephet, quod in Hebraico in hoc loco ponitur, est uerbum passiuum, sed mere actiuum, significans quod spiritus domini fouebat & viuificabat aquas, ad similitudinem gallinæ cubantis, & vitalem uirtutem his quæ fouentur tribuentis, quæ quidem viuificatio in hoc loco intelligitur per primum motum qui est præcipue viuificatiuus corporum naturalium vt dictum est, unde simile uerbum omnino habetur Deuter. 33. b. ubi dicitur. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, &c. quod est propria similitudo ad propositū. Nam sicut auis mouet pullos suos ad volandum, & sic eos fouet & viuificat, sic Deus primum mobile mouet ad viuificandas creaturas corporales, licet enim sit aliqua intelligentia immediate mouens primum mobile, de quo hic agitur, tamen prima causa & principaliter huius motus Deus est, in quo omnes creaturæ viuunt, mouentur, & sunt, ut Actu. 17. f. Allegorice etiam sequendo concordantiam antiquorum Hebræorum prædictam, qui spiritum domini qui hic super aquas ferebatur, exponunt esse spiritum Messiæ, de quo dicitur Esa. x. a. Requiescet super eum spiritus domini, vt dictum est, notabiliter dici potest quod sicut spiritus domini viuificabat aquas, s. corpora naturalia, vt dictum est, sic idem spiritus dat uitam spiritualem per aquam baptismi, de qua Ioā. 3. a. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c.

E

Respōsio ad quintā qōnem.

F

Dicere Dei. Quæ sit lex prima

Sequitur in litera. Dixit Deus: Fiat lux, qualiter autem intelligitur quod dicitur: Deus dixit, Ambr. in hexa. declarat dicens. Non per organa uocis, nec quod aerem istum, quidam uerborum strepitus uerberaret, sed vt voluntatis suæ æternam cogitationē proderet in operationis effectu. Continuatur autem productio lucis ad prædicta sic: nā cū præmissa fuerat circa creationem corporalem multiplex informitas; Vna scilicet cum dicitur. Terra autem erat inanis & vacua. Alia cū dicitur. Tenebræ erant super faciem abyssi. Conueniens ergo fuit ut informitas tenebrarum primo remoueretur per lucis productionē. Tum quia lux est qualitas primi corporis. Tum, quia inter cæteras qualitates corporeas lux est spiritualier, vnde Aug. in lib. de lib. arbit. dicit, quod lux in corporibus primum tenet locum. Tum propter communitatem lucis in qua inferiora cum inferioribus communicant. Sed quę sit ista lux, uarie traditur a doctoribus. Quidam enim dicunt illam lucem fuisse quandam nubem lucidam quæ postmodum facto sole in materia præiacentem rediit, uel adhuc remanet soli coniuncta imperceptibiliter, vel ex illa nube formatum est corpus solis quę quidem tres positiones non solum sunt improbandæ per rationem, vt in prima parte, quæstion. quinquagesimaoctaua, articulo quarto, in responsione ad secundum argu. sed etiam ex serie sententię literę non videntur stare. Tum, quia lux significat qualitatem tantum, nubes aūt lucida non est lux, licet sit corpus luminosum uel luminare & huiusmodi, sicut album non albedo, unde in tali lucidæ nubis productione, debuisset exprimi substantia,

A stantia cum sua qualitate, dicendo, Fiat nubes lucida, uel quid luminosum & huiusmodi. Fieri enim sicut & esse principaliter pertinet ad subiectum seu substantiam. Accidentium enim prout in Methaphysica traditur, non est esse sed in esse. Nec etiam videtur literæ consonum nec rationi, quod illa lux fuerit lux solis, sed adhuc informis prout Postillator dicit. Tum quia si sic debuisset dicere, producatur, seu procedat lux, uel producat sol, seu cęlum lucem, sicut dicitur in hoc ca. in his quæ ab alijs procedunt. Tum quia secundum hoc diuisio lucis a tenebris in prima die facta fuit per circularem motum solis, vt etiam Postillator dicit, sicut in quarta die, & tamen scriptura in hoc loco attribuit hanc diuisionem Deo, dicens. Et diuisit Deus lucem a tenebris. In quarta autē die attribuunt hanc diuisionem luminaribus dicentes, vt diuidant lucē a tenebris. Tum quia maxime inconueniens videtur dicere quod accidens seu motus alicuius rei singularis sit in rerum natura antequam suū subiectum in esse producatur. Ex quibus patet quod lux in prima die facta, differt a luce solis, de qua fit mentio in quarta die, non solum quantū ad particulares effectus, sed etiam quantum ad essentiam. Vndę positio Basil in hoc loco videtur literæ concordare, & rationi non dissentire, dicit enim in hexame. sic, post solis creationem dies est cum a sole illuminatus est aer, in eo quod super terram est in hemisperio relucens, & nox vmbra terræ occultato sole. Tunc autem. s. in primis tribus diebus non secundum motum solarem, sed refuso principali lumine illo, & rursus contractio secundum determinatam a Deo mensuram, dies generabatur & nox reducebatur. Hæc Basil. Vnde secundum eum hæc lex non fuit corpus seu substantia corporea, sed quædam qualitas formaliter illuminatiua, non procedens ab aliquo corpore luminoso, sed solum a voluntate diuina per creationem, prout ipsa litera plano modo significat, cū dicit, Fiat lux. quæ quidem lux non habebat per se motum, & ideo non poterat de

Basilius in hexamer.

B se diuidere lucem a tenebris, sed hoc faciebat per emissionem & contractionem luminis virtute diuina determinatam, & ideo dicitur hic: Diuisit Deus lucem a tenebris. Sed in quarta die vbi de luminaribus agitur, expresse dicit, Vt diuidant lucem a tenebris. quia luminaria per motum proprium sibi connaturalem hanc faciunt diuisionem, secundum quam positionem Basi. quæ valde videtur consonare literæ, non est inquirendum quid factum fuit de illa luce prima post creationem solis, nā adueniente prouisione naturaliter, rationabiliter cessat prouisio miraculosa, sicut & legitur Iosue. 5. cap. Defec. manna postquam comederunt de frugibus terræ. Obijcitur autem contra positionem Basil. primo ex hoc quod pro tunc, animalia & homines non essent, ideo ista vicissitudo lucis & tenebrę non habebat aliquam necessitatem seu vtilitatem. Secundo ex hoc quod hæc contractio & emissio non essent naturalis, sed miraculosæ, quod (vt dicunt) non habet locum vbi agitur de institutione naturæ. Sed respondetur ad primum quod hæc obiectio est communis, etiam contra ponentes quod hæc lux fuisset lux solis. Sed dicendum, quod hæc vicisitudo deseruiebat distinctionib. sex dierum, ad hoc, scilicet quod in sex diebus perficeretur opus creationis, prout in proposito diuino ab ęterno fuerat dispositum, & etiam vt per hoc sex dies prefigurarentur ætates mundi, & traderentur alia mysteria secundum doctores. Ad secundum dicendum quod in hoc capitulo nonnulla miraculosè facta traduntur, sicut productio herbarum & plantarum antequam luminaria & stellæ essent, quod est manifeste miraculosum, quia excedit facultatem

C naturalem creaturarum, & etiam est penitus insolitum, quæ duo perficiunt rationem miraculi. Idem dicendum est de congregatione aquarum facta in secunda die, & ideo nimirum si productio huius primæ lucis & eius contractio & emissio sit miraculosa. Cætera autem exponantur prout in postilla vsque ibi, Factum est uespe. & ma. dies unus. scilicet naturalis. Circa quod attendendum, quod Hebræi per uespere, intelligunt noctem, quæ incipit à vespera & terminatur in uespere sequenti, & sic dicunt quod dies naturalis incipit a principio primæ noctis, & terminatur in principio noctis sequentis, quod intendunt probare per hoc quod in primordio rerum, tenebræ quæ a Deo nox vocantur, vt patet in litera, præcesserunt lucem in ordine temporis, nam postquam dixit, Tenebræ erant, &c. consequenter dixit. Fiat lux. Ex quo uidetur quod nox naturaliter debet præcedere diem in computatione dierum. Hoc etiam confirmauit ex eo quod legitur in Exod. A uespera usque ad uesperam celebrabitis sabbatha uestra. Sed licet hoc habeat locum ex hac autoritate in festiuitatibus antiqui testamēti, eo quod festiuitates eorum habuerunt initium a festo paschali in quo agnus ad uesperam immolabatur tamen in ordine computationis dierum naturalium, tenendum est cū doctoribus nostris: scilicet, ut computentur dies a mane usque ad mane, prout magister ponit. in 2. di. 13. reddens ad hoc rationem mysticam. s. eo ꝙ homo a luce per peccatum corruit in tenebras ignorantiæ & peccatorū. Sed potest hic sumi alia ratio naturalis ex hoc quod res denominantur a termino ad quem, non a termino a quo, vt in primo Phys. & ideo dies artificialis debet denominari a uespera, in quam terminatur, & nox denominari a mane in quo terminatur. & sic per hoc quod dicitur, Factum est uespere. intelligendus est dies artificialis, cuius terminus ad quem est uespera siue nox. Et consequenter cum dicitur, Et mane, intelligenda est nox, cuius terminus ad quem est mane, & sic prima pars diei naturalis est dies artificialis, & secunda nox sequens. Nec ualet quod dicunt, quod in primordio tenebræ præcesserunt lucem, nā illæ tenebræ non erant dicendæ propriè nox, nam sicut dies propriæ loquendo, est latio lucis seu solis super terram, sic & nox est occultatio talis lucis seu solis sub terra, quod non competit tenebris quæ fuerunt in primordio antequam aliqua lux corporalis produceretur. Circa opus secundę diei duo sunt principaliter consideranda. Primum ꝙ cęlum sit illud quod dicitur firmamentum. Secundum qualiter hoc intelligatur quod dicitur. Vt diu. aquas ab aquis. Circa primum omissa uarietate opinionum et sequendo positionem Chry. quæ magis videtur planiori sensui literæ concordare, vt iā dictum est uidetur dicendum quod hoc firmamentum de quo hic agitur est cęlū sydereum, quod diuiditur in octauam sphæram quę est stellarum fixarum, & in septem planetarum orbes, de quibus etiam stellis & planetis legitur plane in s. in opere quartę diei. posuit eas Deus. s. luminaria & stellas in firmamen. cę Nec obstat quod dicitur in prima die. In princi. creauit Deus cęlum. quia ibi summariè includitur totum opus sex dierum, vt supra dictum est. Et quia in prima die mentionem fecerat de primo mobili & eius motu, vt ibi fuit expositum. Nunc autem in secunda die de firmamento in quo sidera fuerunt posita mentionem facit ostendens quod hoc firmamentum fuit productum de nihilo in sua propria specie per creationem, quod consonat huic quod dicitur, Fiat firmamentum. non exprimendo aliquid de quo tale firmamentum fieret. Si. n. de abysso uel ab aliqua parte eius firmamentum fuisset formatum, vt quidā dicunt, dixisset utique. Fiat abyssus. uel, fiat de abysso firmam. sicut dixit de herbis & plantis quæ de terra fuerunt producta, exprimendo. Germinet terra herbam. &c. consequenter dicit. Protulit terra

D

Hebr. per vesp. intelligunt noctem.

Opus secūdæ diei. An cęlum idē sit cū firmamento.

E herbam, Similiter in quinta die dicit. Producant aquæ reptile. & in sexta. Producat terra animam viuentem. Ex quo sequitur ꝙ illa vbi non exprimitur materia, sed solum dicitur, Fiat. non debent intelligi fieri ex materia præiacente sed in sua propria specie totaliter ex nihilo per creationem produci, & sic intelligendum est, cum dicitur. Fiat lux, Fiat firmamentum, Fiant luminaria: Si autem contra hoc dicatur quod sic, scriptura debuisset vti in illis uerbo creationis, vt intelligerentur talia de nihilo fieri seu produci. Dicendum, quod hoc non requiritur secundum opinionem Chrys. supradictum quam hic sequimur. nam in hoc quod dicit, Creauit Deus cęlum & terram. intelliguntur omnia cælestia & terrestria in processu sex dierum a Deo immediate creari, pręterquam illa de quibus in litera assignatur ipsorum materia, ut iam dictum est. Si autem quæratur de hoc quod sequitur, & Fecit Deus firmamētum. quomodo habeat intelligi, cum n. dicitur de Deo in Psal. 148. a. Ipse dixit, & facta sunt cum dixisset. Fiat firmamentum. statim debuisset dicere, Et factum est ita. sicut in luce prima. Dicendum quod quia fieri quandoque importat acquisitionem alicuius dispositionis accidentalis in re facta, prout in postilla deducitur, idcirco ut denotaret scriptura firmamentum in sua prima productione fuisse a Deo secundum omnes suas qualitates accidentales perfectum, ideo subdit. Fecit Deus firmamentum. Idem est dicendum de luminaribus, cum dicit, Fecitque Deus duo luminaria magna. de luce autem non sic. Nam licet lux in prima die esset facta perfecta quantum ad hoc, ꝙ Deus per eam diuideret diem a nocte, non simpliciter tamen fuit perfecta, sicut lux luminarium, ut infra patebit, & ideo de ea non dicitur, Et fecit Deus lucem, sicut dixit, fecit Deus luminaria. Circa secundum principale attendendum est, ꝙ licet de aquis superioribus multæ sint opiniones sanctorum doctorum, semper salua autoritate, prosequendo in hoc loco quæ supra dicta sunt, dicendum est, ꝙ corpora diaphana sub nomine aquarum intelliguntur propter conformitatem perspicuitatis, unde & primum mobile eadem similitudine aqueum dicitur seu crystallinum Vnde magister in litera de aquis superioribus dicit, quod non uaporali tenuitate, sed glaciali soliditate suspenduntur ne labantur, sed quia primum mobile, & cætera corpora cęlestia maxime obediunt motori, sicut aqua inter omnia corpora uisibilia mixta hoc habet, idcirco potius nominatur nomine aquæ in scriptura, quam nomine chrystalli, iuxta illud Psal. 103. a. Qui tegis aquis superiora eius. Non ergo mere ęquiuoce superiores & inferiores dicuntur, sed quodammodo quasi analogice. Et notandum, quod huiusmodi firmamentum, s. cęlum sidereum, diuisit aquas superiores ab aquis inferioribus, non solum secundum locum, sed etiam secundum quasdam proprietates essentialiter consequentes motum earum. Prout magister Bonauentura super 2. dist. 13. hoc videtur dicere. Aquæ enim superiores, s. cælum crystallinum, seu aqueum est primum mobile, quod uniformiter & continuè vnico motu mouetur, secūdum quem reuoluitur totum cælum motu diurno, maxime uniformi. Aquæ vero inferiores. s. elementares, mouentur multipliciter & difformiter secundum quodlibet genus motus, seu mutationis & alterationis, & huiusmodi. Firmamentum vero, scilicet, cælum sidereum participat proprietatem primi mobilis, inquantum est immune ab alia mutatione quacunque, præterquam secundum situm, imperfecte tamen attingit vniformitatem motus primi mobilis, eo quod cælum sidereum participat et hoc firmamētum quodammodo proprietate inferiorū

Quæstio.

Vt diuidāt aquas ab aquis.

Diaphani nomine aquę intelligunt.

Nota.

F

A aquarum, non formaliter sed effectiue inquantum habet virtutem causandi diuersitatem generationis & corruptionis, & cuiuscunque alterationis seu mutationis, per accessum & recessum, per diuersas stellarum, seu constellationum influentias, vnde hoc firmamentum, sic intellectū quasi medium inter prædictas aquas & quodammodo participans vtriusque similitudinem extremorum, distinguit aquas ab aquis. Alij verò dicunt scilicet quod firmamentum die secunda factum intelligitur illa pars aeris quæ condensatur in nubes, & dicitur firmamentum, propter spissitudinem aeris in parte illa. Sed quia hęc expositio licet ab Augu. super Genesi commendetur inquantum nihil dicit contra fidem, & quod proponit prompto documento credi potest, quia tamen remota videtur à planiori sensu literali, secundum quem traditur plane, quod in quarta die posuit Deus luminaria & stellas in firmamento celi, idcirco prima expositio videtur verior. Quod autem sequitur. Vocauit Deus firmamentum celum, intelligendum est secundum Rab. Moys. quod vbi ista vocatio habetur intelligendum est esse aliquid aliud, quod hoc nomine principalius vocatur, sed appropriatur ad minus principale, propter vsum communem hominum. Sicut dies principaliter dicitur spacium 24. horarum prout ibi. Factum est uespere & mane dies unus, sed communi in vsu, latio lucis, seu solis super terram, dies dicitur, vnde Deus vocauit lucem diem. Similiter in hoc loco cœlum principalius significat omnes orbes scilicet nouem sphæras, & etiam empyreum, & cœlos inferiores, prout ibi. In principio Deus creauit celum & terram, vt supra expositum est, sed communiori modo cœlum dicitur sidereum tantum, & ideo vocauit Deus firmamentum cœlum. Similiter non solum arida, sed totum terræ elementum principaliter dicitur terra prout ibi. Terra autem erat inanis & uacua, sed communiori modo loquendi arida dicitur terra, & ideo vocauit Deus aridam terram. De opere tertiæ diei qualiter intelligatur hoc. Congregatio aquæ in uno loco: Non modicam uidetur habere difficultatem, cum enim terra secundum suæ naturæ grauitatem absolutam undique debeat esse aquis cooperta non videtur aliquis locus super terram ad quem seu in quo aquæ naturaliter sint congregatæ, sic vt terra discooperietur. Ad quam difficultatem tollendam diuersi uarie scripserunt. Quidam enim dicunt, quod terra præbuit aliquas partes concauas, in quibus aquæ confluentes ad partes terræ, quæ nunc est discooperta reciperentur. Sed hoc non videtur posse stare. Nam elementum aquæ est multo rarius quam terra, sicut & aer multo rarior est aqua, ut patet ad sensum, nam modica quantitas aquæ in vaporem aereum per operationem ignis resoluta, multo maiorem quantitatem aeream facit. Vnde quidam philosophi dicunt elementum aquæ in decupla quantitate esse maius terra. Similiter & elementum aeris, in multo maiori proportione excedere quantitatem elementi aquæ, prout satis patet consideranti loca propria elementorum, quæ quanto magis recedunt a centro versus circumferentiam, tanto sunt multo maioris capacitatis: Non ergo terra habet capacitatem recipiendi in concauitatibus suis tantam quantitatem aquæ, quanta erat super totam terram habitabilem, quæ est quarta pars fere totius orbis terræ secundum astronomos. vnde alij dixerunt, quod aqua ante eius congregationem erat valde nebulosa, quæ post congregationem † densata est, idcirco minorem occupat locum, quod etiam non videtur valere. Tum quia quia litera non dicit. Condensentur aquæ, sed congregentur, Tum quia sensibiliter videmus, quod aquæ receptæ in concauitatibus terrę non sunt magis condensatæ quam aliæ. Tum quia quantitas elementi aquæ semper excedit quātitatem elementi terræ, propter aquæ raritatem in magna proportione, vt dictum est, & sic idem inconueniens sequitur sicut prius, scilicet quod capacitas terræ non sufficit ad tantam aquæ quantitatem in concauitatibus suis recipere.

Vocauit Deus firmamentū cęlum.

Opus tertię diei. B

Quōd aquę congregatę in vnū locum.

alias † depressata.

Vnde aliter dicitur ab alijs, scilicet quod aquæ in loco ubi nunc sunt congregatę, in maiorem sunt eleuatæ altitudinem. Nam ut dicit Basi. experimento compertum est in mare rubro, maro esse altius terra, quæ quidem responsio adhuc non totaliter videtur sufficere. Tum quia pluries in scriptura, euntes ad mare descendere dicuntur, sicut Psalm. 107. c. Qui descendunt mare in nauibus, & Ionæ primo, a. De Iona eunte in mare dicitur. Et descendens cum Ioppen inuenit nauem, &c. Tum quia aqua de sua natura sit fluida, non potest habere in se partes montuosas scilicet cæteris altiores, sicut in terra propter sui soliditatem hoc contingit. Tum quia rotunditas aquæ potest demonstrari physice, sicut & terræ rotūditas, quod patet. Nam qualibet partes aquæ habent æqualem inclinationem naturaliter ad centrum, eleuatio etiam poli in diuersis partibus maris, similiter & diuersitas in ortu & occasu solis & stellarum, uniformiter se habet sicut in terra, & vbicunque sunt nauigantes in mari Oceano. seu Mediterraneo tempore tranquillitatis semper vident hemisphæria plana absque montuositate seu altitudine in aliqua sui parte, sicut fit in planissima terra in qua nulli montes seu colles reperiuntur. Et ideo saluo semper meliori iudicio, vlterius videtur de hoc aliquid dicendum. Pro quo attendendum est, quod sicut terra secundum Astronomos & philosophos est in medio vniuersi, tanquam eius centrum, & est rotunda seu sphærica, cuius centrū est idem cū centro vniuersi, prout demonstratiuè probatur in vtraque scientia prædicta, sicut elementum aquæ ratione pari de sua natura est rotundum, seu sphericum, cuius centrum est idem in sua prima productione cum centro terræ seu vniuersi, sed oportuit terram esse discoopertam ab aquis secundum aliquas partes sui propter necessitatem ignis, scilicet propter habitationem animalium & huiusmodi. Sapientia autem diuina (quæ disponit omnia suauiter) sic disposuit, ut elementum aquę seruando suam rotunditatem naturalem haberet centrum separatum a centro terræ & vniuersi, secundum astronomos qui motus siderum diligenter inuestigarunt, centrum quorundam orbium planetarum est separatum a centro vniuersi, vnde apud eos tales orbes dicuntur eccentrici seu egressæ cuspidis, vt in quarto Almagesti, et in alijs locis illius libri pertractatur. Quæ quidem diuersitas seu distantia vtriusque centri, scilicet, terræ & aquę, ab inuicem sic a Deo fuit disposita, vt inde sequerentur quinque ad propositum pertinentia. Quorum primum, quod licet sint multæ congregationes aquarum in diuersis locis, tamen omnes aquæ q̄ sub cœlo sunt, sunt ad vnum locum congregatæ prout Deus disposuit, nam qualibet aqua habet æqualem inclinationem ad centrum elementi aquæ, sicut qualibet pars terræ ad centrum terrę, & sic habetur verus intellectus illius quod dicitur, Congregentur aquæ ad locum vnum, hoc est dicere, inclinentur aquæ omnes quæ sub cęlo sunt ad vnum locum, scilicet ad vnum centrum seorsum a centro terræ, ad quod centrum congregentur aquę sicut partes terrę. Quę quidem congregatio veritatem etiam habet in omnibus congregationibus aquarum siue in fluminibus, siue in stagnis, siue in cisternis, & huiusmodi. Nam omnes aquæ vbicunque sint habent inclinationem ad centrum aquę ad quod fluunt cessante impedimento, sicut partes terrę etiam si sint in aere & extra terram suspensæ, semper habent inclinationem ad suum centrum. Secundum quod sequitur ex prædicta distantia est, quod aqua non totam cooperiat terram, sed aliquam partem dimittat discoopertam prout requirit talis distantia centrorum ab inuicem, & de hoc dicit in litera, Et appareat arida. Sequitur tertium ex huiusmodi distantia centrorum, quod hæc congregatio fuit a Deo facta per certam legem seu dispositionem in gyro vallantem abyssos, scilicet multitudinem aquarum, prout litera sonat Prouerb. 8. c. Quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Quartum sequitur ex prædicta distantia, quod licet in ripa maris communiter terra & aqua sint æqualis altitudinis, tamen procedendo in mari per elongationem a terra, mare semper est altius terra, vnde in Psal. 68. Veni in altitudinem maris. Et in tantum quandoque procedit, quod mare est altius quam montes in terra, & sic intelligitur illud Psal. 103. a. Super montes stabunt aquæ, quia altiores sunt aquę Oceani præsertim procedendo versus medium quam montes terræ. Sequitur quintum ex prædicta distantia quod incedentes per terram, ad mare, descendētes debent dici sicut in autoritate preallegata, & in alijs quāpluribus habetur. Similiter quod mare dicitur esse seu fundari super terrena prout legitur in Psal. 23. Ipse super maria fundauit eam. Et vt prędicta clarius intelligantur, ponitur hęc figura quæ repręsentat hæc elementa, scilicet terram & aquam, tam prima eorum productione, quam post aquæ congregationem. In qua figura licet corpus mathematice consideratum non possit in superficie plene repręsentari, tamen satis sufficit recte imaginanti.


C

Nota de terra.

D

Congregatio aquarum.

E




IN hac figura sit A. centrum terræ, quod est etiam centrum vniuersi, & sit sphæra terræ B. D. G. E. super centrum. A. & sic sphęra

ra aquæ ante eius congregationem.m.n.o.super centrum.a.supradictum quod est centrum vniuersi. Nam aqua ex sui primæua natura æqualiter habebat circundare terram, cum qualibet pars aquæ æqualiter haberet inclinationem ad centrum terræ, quod est centrum vniuersi. Disposuit autem Deus quod hęc sphæra aquæ cogregaretur ad vnum locum, sic vt arida appareret. Sit ergo spæra aquæ secunda, scilicet post huiusmodi iussionem congregatæ, vbi nunc est sphæra.c.d.e. quæ quidem sphæra est est æqualis primæ sphæræ aquæ scilicet.m.n.o Sit etiam centrum sphæræ aquæ post eius congregationem.f.quod est eccentricum, ut dictum est, eo quod distat seu egreditur a centro.a.quod est centrum vniuersi. Intersecet ergo hæc sphæra aquæ sphæram terræ in duobis punctis seu locis, scilicet.d.e. Patet igitur in hac figura primum intentum, scilicet ꝙ omnes aquæ vbicunque fuerint sub cælo, ad sphæram aquæ sunt uirtualiter congregatæ. Et per consequens ad unum locum. Nam qualibet aqua habet æqualem inclinationem naturalem ad sphæram seu centrum sui elementi scilicet aquæ quod est.f.etiam sic sint separata in locis alijs, vbi impediantur ne possint fluere ad locum suum, sicut etiam partes terræ vbicunque suspendantur seu detineantur ad sphæram terrę seu ad centrum terrę habent inclinationem naturalem, & hoc est quod dicitur: Congregentur aquæ ad vnū locū. ubi notanter dicitur, Quæ sub cœlo sunt, ad excludendum aquas superiores, quę non intelligūtur sub hac ordinatione. Patet etiam in hac figura secundum intētum.s.ꝙ aqua non totam cooperiat terram, sed aliquam eius partem dimittat discoopertā: nam arcus e.b.d.qui est in spæra terræ est discoopertus ab aquis, ut patet in hac figura. quod secundum cosmographos est fere quarta pars terræ, cæteris partibus ipsius terræ remanentibus sub aqua coopertis, vnde notanter dicitur: Vocauit Deus aridam, terram, ad differentiam terrę coopertæ aquis, quæ non dicitur arida. Patet etiam in hac figura tertiū intentum s.ꝙ hæc congregatio fuit à Deo facta per certā legē seu institutionem quia Deus uallauit.id est circummuniuit in gyro, hoc est, in circuitu abyssos.s.aquarū multitudine, nam per gyrū, seu per circuitū sphæricum.s.c.d.e.vallauit tātam multitudinem aquarum virtualiter, sic, ꝙ qualibet aqua quæ sub cęlo est, ad hunc gyrum ex certa lege diuina habeat inclinationem connaturalē, & sic habetur uerus sensus huius dicti. Certa lege & gyro vallabat abyssos. Similiter & huius quod dicitur, Circumdedit mari terminū suum. & similium. Patet etiā quartū intentum in hac figura.s.ꝙ licet in ripa maris terra & aqua in eodem loco concurrant, ut puta in d.procedendo tamen in mari per elongationem a terra, mare semper est altius terra, quod sic patet, nam si procedatur a loco d.in quo concurrunt aqua & mare (vt dictum est) per elongationem a terra vsque ad aliquem locum, ut puta ad locum c.qui est in superficie maris, tūc c.est locus altior quam d.nam si protrahatur linea ab a.quod est centrum terræ seu uniuersi usque ad c.talis linea intersecabit superficiem terrę in aliquo loco, & sit uerbi gratia in g. & cum a.d. & a g.sint æquales, quia procedunt a centro ad circumferentiam, sequitur, ꝙ linea a.c.est maior quam linea a.d. & per cōsequēs c.locus est altior d. quia magis accedit ad circumferentiā uniuersi, quam d. Et quia diameter elementi aquę est in magna quantitate maior diametro terræ, vt puta in decuplum, ut dictum est, sequitur quod tantum posset procedi per elongationem a terra, quod sit mare ibi altius quam montes in terra, nam montes quantuncunque alti nullam proportionem perceptibilem habent per comparationem ad orbem terrę, vt patet in eclypsibus lunaribus, in quibus ex quantitate vmbrę a terra causatę, commensuratur certitudinaliter quantitas eclypsis, nulla mentione facta de vmbra montium, ratione prędicta. Idem etiam patet in commensuratione dierum & noctium, in qua non fit aliqua mentio de altitudine montium, acsi esset terra sphærica penitus, & sic intelligitur illud Psal.103.a. super montes stabunt aquæ. s.quod altiores sunt aquę Oceani procedendo versus medium, quam montes terræ. Sequitur quintum intentum.s.ꝙ incedentes per terram ad mare descendere dicuntur, sicut patet in autoritate pręallegata, & in alijs quod sic patet, nā assignetur aliquis locus in superficie terrę discoopertæ circa ripā, & sit.b. & sic protrahatur linea a centro aquę ꝙ est.f.vsque ad punctum.b.tunc talis linea intersecabit superficiem aquæ in aliquo loco, & sit uerbi gratia in puncto.a. & tunc cōstat ꝙ linea.f.b.est maior quam linea.f.a. & per consequens locus.b.respectu.f.quod est centrum aquæ, est altior quam locus.d. ubi est ripa, ut patet manifeste. Et sic patet ratio quare aquæ ubicunque ponantur in terra naturaliter descendendo fluunt ad mare, nisi impediantur, iuxta illud Eccl.1.a. Oīa flumina intrant in mare. Et ex hoc sequitur quod incedens per terram ad mare, descendentes debet dici, ut supra allegatū est, nam de communi modo loquendi, loca terrę a quib. aquę fluunt dicuntur superiora respectu locorum ad quę fluūt. Patet etiam in hac figura quod terra dicitur fundari super mare, ut in Psal.23.a. Quia ipse super maria fundauit eam. Terra enim habitabilis.s.d.b.e. super elementum aquę fundatur. altior enim est respectu.f.quod est centrum aquę, quam tota sphæra aquę post eius congregationem, & eadem ratione dicitur esse terra super flumina nā flumina a terra descendunt in mari ut dictū est tanquā a superiori loco ad inferiorem. Ex quibus bene consideratis potest haberi verus intellectus scripturarum quę de comparatione aquę ad terram quo ad situm tractat, quę diuersimode ab aliquibus expositoribus exponuntur. Patet etiam ex supradictis quod terram esse discoopertam secundum aliquam partē ab aquis modo prędicto, nulli potest attribui, nisi potestati & ordinationi diuinæ, ut scriptura in multis locis testatur, vt Hier.v.e. Me ergo non timebitis ait dominus, & a facie mea non delebitis, qui posui arenam terminum mari. Ex quo patet hoc pertinere ad omnipotentiam diuinam solum. Similiter & ad eius ineffabilem prouidentiā, quę disponens omnia suauiter. locum dedit aquis miro modo connaturalem, ne vlterius terrā cooperirent, iuxta illud Psal.102.b. Terminum posuisti quem non transgredientur nec conuertentur operire terram. & hoc est satis manifestū, nā licet exiccatio superficiei terrę aliquo mō possit causari ex actione solis desiccantis & huiusmodi, mutatio tamen seu separatio centri aquę a loco sibi in prima productione debito, ad alium locum distantem non potest causari, nisi à Deo qui solus est institutor naturę. In hoc enim quod Deus dixit, Congregentur aquę & cætera. modo prędicto, dedit aquis aliā naturalem inclinationem ab illa quam in primordio habuerant, ut supra expositum est, & ideo rationabiliter huiusmodi congregatio aquarū fuit facta antequam sol fieret, vt innueret terram esse discoopertam, non per exiccationem solis (vt quidam erronee putant) sed iussione diuina. Item patet ex modo loquendi scripturę in hoc loco. Non enim dixit. deficcētur aquæ quæ sunt super terram, ut appareat arida, sed dixit. Cōgregentur aquæ, Quanta autem sit distantia vnius centri ab altero, valde difficile esset humanitus inuestigare, sed sufficit quod tanta est illa distantia, quanta requiritur ad hoc vt prędicta inde sequantur. Potest etiam probabiliter opinari, non tamen certitudinaliter, quod centrum aquę elementaris sit idem cum eccentrico lunę, eo quod elementum aquę prout experimur, sequitur motum lunę secundum fluxum, & refluxum. De opere quartę diei. Circa productionem luminarium & stellarum variæ sunt opiniones, sicut & circa multa alia in hoc capitulo contenta, secundum tamen expositionem quam sequor, luminaria & stellę fuerunt quarta die producta a Deo per creationem in suis proprijs & perfectis formis, quas sequuntur proprietates & virtutes quæ exprimuntur in litera, & aliæ quæ ibi non sunt expressæ, cum sacra litera in hoc loco non tradat nisi illa quæ uisui seu sensui hominum communiter subiacent ut dictum est. Huic enim sententiæ litera ualde consonat, cum dicit. Fiant luminaria, eo modo quo dixerat fiat lux, Nō enim dixit, Producant cœli luminaria, vel nubes lucida producat solem, vel aliquid huiusmodi, in quo denotarentur ipsa fuisse ex aliquo facta, nec etiam dicit in eis esse aliquid informe quod perficeretur, sed simpliciter in primo eorum fieri explicat eorum proprietates, ut litera plano testatur. Circa proprietates autem eorum attendendum, quod non omnes proprietates luminarium & stellarum etiam sensibilium hic exprimūtur, sed illa quæ humanæ vtilitate manifeste deseruiunt in quibus etiam differentia inter lucem primo die factam, & lucem luminarium innuitur, unde de prima proprietate dicit. Diuidāt diē a nocte. in quo ostenditur quędam differentia inter hanc diuisionem diei & noctis, & illam de qua fit mētio in prima die, nam ibi non dicitur quod lux diuideretur inter diem & noctē, seu lucē a tenebris. sed quod Deus diuidit, eo ꝙ illa lux non habebat propriū motum de se, sed per diffusionem & contractionē a Deo factā, dies diuidebatur a nocte, ut dictum fuit secundū Basi. sed luminaria quę habēt motum a se secundū naturam a Deo sibi collatam proprie diuidunt inter diē & noctem. vnde dicit, Fiant luminaria, &c. & diuidant diē & noctē. Et notandum, quod licet dies sit proprie latio solis super teram, tamen quilibet planeta & stella habet suum proprium diem, scilicet cū ipsa super terram fertur, & noctem econuerso, & ideo non † simpliciter dicit de sole, vt diuidat diem ac noctem, sed etiam de omnibus dicit ut diuidant. Secunda proprietas est cum dicit, Sint in signa. quod communiter exponitur inquantum ex luminaribus cæli accipitur significatio pluuiosi temporis uel sereni, quę sunt apta diuersis negocijs, quod non sic intelligendum est, ut per luminaria & stellas communiter accipiantur signa serenitatis, uel pluuiæ cuiuslibet temporis sequentis, quia hoc pertinet ad astrologos, qui de his pronosticationibus intendunt, nō autem ad populum præsentum rudem cui Moses loquebatur. Et etiam ipsi astrologi sæpe falluntur in pronosticando, sed hoc intelligi debet secundum quādam generalitatem significandi, ut cum cognoscitur quod sole existente in parte septentrionali, seu in signis seu mensibus, huiusmodi calor uiget ut in pluribus, & pluuiæ diminuuntur. & econtra de meridionalibus & hoc communiter intelligitur a popularibus, qui communiter dicunt talem mensem esse calidum, & talem temperatum esse & huiusmodi, quod veritatem habet in pluribus, quæ quidem noticia est magnæ vtilitatis in cultura terræ, ut est manifestum. Si autem intelligatur per quod dicitur signa, quod de huiusmodi luminaribus & stellis possunt accipi signa aliorum euentuum, talis intellectus, & si forte aliquid contineat veritatis, non tamen secundum primam significationem literalem, quæ de primaria significatione literæ secundū cōmunē modū intelligendi accipitur. Et de talib. signis intelligit illud Hie.10.a. A signis cęli nolite metuere quæ gent.ti. Et patet, ꝙ hæc ꝓprietas nō ptinebat ad lucē prima die factā. Alia ꝓprietas luminariū ad utilitatem hominū exprimit, cū dicit,



Primū intentum.

Secūdum intentum.

Tertium intentum.

Quartū intentum.

Quintū intentum.

Op' quartę diei.

Luminariū proprietates.

Nota de die.

alias † singulariter.

Secunda proprietas.

Tertia proprietas.

☞ vt sint in tempora. *Pro quo attendendũ, quod non dicit, ut sint in tempus, ut sic intelligeretur de tempore simpliciter sumpto, quod factum est cum primo motu, in prima die, ut dictũ est, sed dicit,* in tempora, *vt intelligatur de vicissitudine temporum ex qua fastidium tollitur. Vnde in hymno:* Et tẽporũ dans tẽpora, vt alleues fastidium. *& valitudo etiam conseruatur, & necessaria victui oriuntur, ut patet per experientiam, quod etiam lunę uidetur pertinere, quę secundum quatuor aspectus quos habet ad solem, diuersas influentias etiam sensibiles causat. Vnde in Psal. 103. c.* Fecit lunam in tempora. *Alia proprietas ad vtilitatem hominum, est mensuratio durationis rerum temporalium & negociorum, de quo dicit:* Et in dies, & an. *Per hoc enim quælibet duratio temporalis, mensurabilis est tam præterita, quam futura secundum certitudinem, uel saltem æstimationem, quod non pertinet ad lucẽ prima die factam, præsertim cum non durauit nisi per tres dies. Alia uero proprietas maximę utilitatis est.* Vt illu. su. ter. *quod est necessarium quantũ ad uisum qui est directiuus in operibus, & maxime utilis est ad cognoscendas rerum differentias, ut in primo Metaph. quod non pertinebat ad lucem prima die factam, quæ non legitur illuminaße terram, quia ex sui tenuitate non poterat ad hoc attingere. Et ex hoc etiam sequitur illam lucem non habuiße alias utilitates prædictas, quæ omnes prueniũt mediãte illuminatione luminarium & stellarum super terram. Et ut summarie includeret alias proprietates luminarium, & stellarũ, quæ eßent quodammodo inenarrabilia, dicit,* Vt præesset diei, & no *s. per potestatẽ influendi suas proprias impreßiones. Vnde & in Psal. 135. b. de hac materia dicit.* Solem in potestatem diei, & lunam & stellas in potestatem noctis. *quia enim mediantib. radijs influunt, & ideo potestas diei pręcipue attribuitur soli, cuius radij in die cæteros obũbrãt, potestas uero noctis lunę & stellis attribuitur, quæ de nocte clarius irradiant. Et notandum ꝙ Moses in hoc loco. cãm productionis luminarium assignat solum secundum ꝙ sunt facta ad utilitatem hominum, unde Deut. 4. ca. de eis dicitur:* Quæ creauit Dñs Deus tuus in ministeriũ cunctis gentib. *sed ex hoc non tollitur ipsa fuiße facta propter totũ uniuersum, & finaliter propter gloriam Dei, ad quam omnia producta, seu creata ordinantur. Vnde Prouer. 16. a.* Omnia operatus est Deus propter semetipsum.

Quinta proprietas

Quarto proprietas

### ADDITIO II.

*In eod. c. 1. Gen. ubi dicitur in postilla. Maxime quia secundum alios sanctos doctores Moses, &c.*

*Licet uerum sit, ꝙ expositio beati Aug. in hoc loco sit ualde lõginqua a plano literali sensu, non tamen ex hoc quod Moses rudi populo loquebatur, qui spiritualia capere non poterat, sed tantum corporalia, poßet sumi ratio contra expositionem Aug. sed potius uidetur facere pro eo, quia propter ruditatem populi, & pronitatem ad idololatriam, oportet ꝙ Moses de angelica natura & eius cognitione quasi parabolice loqueretur ꝑ similitudinem uespere & mane, &c. Vnde sensus literæ in hoc loco secũdum Aug. si proprie intelligitur, est parabolicus, qui sub sensu literali cõtinetur, qui quidem modus exponendi necessarius est & utilis in multis locis sacræ scripturæ, prout supra in quæstione super prologum in respõsione ad quartum argumentum plenius continetur.*

### ADDITIO III.

*In eod. c. 1. ubi dicitur in postill. Hic quæritur quare in secunda die nõ dicitur:* Et uidit Deus quod esset bonum, &c.

Culpatur postillator in tribus.

*In hoc loco uidetur Postillator, a rectitudine in trib. deuiare, quia primo autoritates doctorum non mediocrem autoritatem inter catholicos habentium irreuerenter tractat. Secundo, quia irrationabiliter dicta eorũ improbat. Tertio, quia expositionis literalis autoritatem, quã nostri doctores primo inuenerunt. Ra. Sa. Hebr. attribuit. Primum patet, nam responsio quam ipse uocat truphaticam, est illius magni doctoris Rabani qui in hoc loco ad hanc quæstionem sic respondet, Nisi forte sicut quidam patrum exponunt non esse bonum duplicem numerum, quia ab unitate diuidit, & præfigurat, fœdera nuptiarum. Vnde & in arca Noe omnia animalia quę bina ingrediuntur immunda sunt, & impar numerus mundus esse ostenditur. Hæc ille Magist. etiam in 2. dist. 14. respondens ad hanc q. sic dicit. Sacramentum aliquod hic cõmendatur, nõ enim forsan non hoc dicit, quod tamen in alijs factum est, quia binarius principium est alteritatis, & signum diuisionis ab unitate. Hæc ille. Non igitur modica irreuerentia est tatum doctorum seu patrũ expositionem truphaticam uocare. Secundum patet, nam motiuum postillatoris ad reprobandum huiusmodi expositionem doctorum, quod sumitur ex hoc, quod in sacro Euangelio binarius numerus est laudabilis ad quod allegat Greg. super Luc. 10. nodicæ valoris est apud sane intelligentes. Cuius ratio est, nã in expositionib. mysticis, per unam & eandẽ rem secundum diuersas sui qualitates sępe opposita designantur. Sicut & cœlum empyreum ratione splendoris per ignem poßet designari, unde & igneum dicitur, Infernus autẽ quia deuoratiuus est, et maxime obfuscatiuus, de eo legitur Iob. 10. d.* Deuorabit eos ignis qui nõ succendit. *Similiter & de binario numero est dicendum, quia si cõsideretur prout in eo ratio charitatis primo saluatur, sic est laudabilis, & in bonum sonat, & ideo binariũ intelligit isto modo Greg. super* Luc. *Inquantum autem binarius numerus ab vnitate primo discedit, principiũ seu signum diuisionis, per consequens non bonam habet significationem, & isto modo accipitur a doctorib. in hoc loco. unde prædictorũ doctorum expositio & si non sit literalis, non tamen est truphatica, sed uere expositio mystica, & ideo interposuerunt aduerbium dubitatiuum scilicet, forte uel fortaße, ad designandum quod ex ea non potest sumi efficax argumentum sicut nec ex alijs mysticis expositionibus. Tertium patet, nã respõsio literalis quam attribuit ipsi Ra. Sa. inuenitur prius in gl. nostra, vbi sic dicitur. Vel ideo non additur, quia in hoc opere distinctio aquarũ non est perfecta quæ in proximo fit, ubi dicit:* Congregentur aquæ in locum unum, *& ideo ibi addendũ reseruatur, Hæc in gl. potius igitur erat attribuenda autoritas huius expositionis gl. nostræ, quã Rab. Sa. prout ostensum est in 4. artic. quęst. superaddita in prologo.*

Rabanus comendatur.

Binarius numerus quãdo, & quã do non est laudabilis.

### ADDITIO IIII.

**In eo. c. 1. ubi dicitur in postilla, quæ distinctio facta est per hoc, quod aqua prius producta in forma substantiali.**

*Congregatio aquarum de qua hic agitur non est intelligenda per densitatem aquarum nec per earum receptionem in concauitatibus terræ, prout aliqui voluerunt, sed per alium modum rationabiliorem, prout litera sonat sicut plenius in additione supradicta in opere tertiæ diei declaratur. vnde ibi.*

### ADDITIO V.

**In eod. c. 1. ubi dicitur in postilla.** Et protulit terra. ***intelligitur passiue, quia virtute diuina actiua protulit, &c.***

*Ex hoc quod diuina virtute terra protulit herbam, non tollitur quin terra actiue protulit prædicta. unde Aug. in hoc loco causaliter dictũ est produxiße terram, herbam, & lignum. i. producendi accepiße virtutem. Hæc Augusti.*

### ADDITIO VI.

*In eo. Gen. c. 1. ubi dicitur.* Stellæ autem fixæ,

*Octaua sphera vbi sunt. 12. signa & stellæ fixæ, motum habet proprium distinctum a motu firmamenti, qui quidem motus dicitur apud astronomos motus acceßus & receßus.*

Octaua sphæra.

### ADDITIO VII.

**In eo. c. 1. vbi dicitur in postilla:** Nec valet quod contra hoc obijcit frater Thomas, &c.

*Si uerba sancti Thomæ tractantis de luce in prima die producta in prima parte q. 67. art. vlt. in respon. ad 2. arg. recte intelligantur, improbatio postillatoris nullum habet locũ: Verba enim sua in hac materia loco alleg. hæc sunt in forma. Quidam dicunt, lucem illam fuiße nubẽ quandam lucidam, quæ postmodum facto sole in materiam præiacentem redijt. Sed istud non est conueniens, quia scriptura in principio Genesis, commemorat institutionem naturæ quę postmodum perseuerat. vnde non debet dici, quod aliquid tunc factum fuerit, & post modum eße desierit. Et ideo alij dicunt, quod illa nubes lucida adhuc remanet, & est coniuncta soli, ut ab eo discerni non poßit. Sed secundum hoc illa nubes superflua remaneret, nihil autem est vanum in operibus Dei, & ideo alij dicunt, quod ex illa nube formatum est corpus solis. Sed hoc etiam dici non potest, si ponatur corpus solis non eße de natura quatuor elementorum, sed eße incorruptile per naturam, quoniam secundũ hoc materia eius non potest eße sub alia forma, & ideo dicendum, & cætera. Hæc ille. Ex quibus uerbis manifeste patet, quod sanctus Tho. nõ improbat tertiã positionem, quæ dicit solem eße factum de illa nube lucida, per hoc quod in prima rerum productione non est dicendum, quod aliquid sit productum satis cito corrumpendum, prout postillator eidem imponit, sed Sanctus doctor improbat hanc positionem per aliudmodum & conditionaliter. s. si ponatur corpus solis eße incorruptibile per naturam, quia secundum hoc materia eius non potest eße sub forma nubis lucidæ, seu alia forma quæcunque distincta a forma solis quę nunc est. Primam autem positionem, quę dicebat illam nubem lucidam postmodum facto sole in materiam præiacentem rediße, improbat sanctus Tho. per hoc, quod non est dicendum quod aliquid in prima rerum productione sit productum satis cito corrumpendum. Quæ quidem improbatio est manifesta quo ad istam positionem primam. nam si nubes illa lucida in materiam præiacentem redijsset, certum est ipsam corruptam fuiße secundum perfectam rationem corruptionis, non enim transmutabatur in melius. Vnde in hoc loco uidetur quod postillator aut nõ legit uerba sancti Thomæ prędicta, aut noluit innoluere sententias eius, ut eum irrationabiliter reprehenderet. Quod autem subiungit postillator de sancto Thoma, quod incidit in illud quod improbat, eo quod in opere quintę diei dicit, quod aues et pisces facti sunt ex quatuor elementis &c. nihil rationis uidetur continere, nam sanctus Thomas non improbat quod aliqua natura in principio Gen. commemorata secundum aliquid sui produceretur aliqua alia natura, sicut herbæ uel plantæ ex terra, & aues & pisces ex aqua seu ex quatuor elemẽtis, sed dicit eße inconueniens quod aliquid tunc factum fuerit, & postmodum eße desierit. s. secundum totum ut quod totum elementum aquę vel huiusmodi nunc perseueraret, sed post modicum desineret eße, quod eßet contra constitutionem naturæ quæ perseuerans est.*

De prima luce.

### ADDITIO VIII

*In eo. c. vbi dicitur in postil. Considerandum etiam quod aues & pisces, &c.*

*Dicendũ est hic sicut supra, super illud verbũ,* Et protulit terra. *s. ꝙ ex hoc*

ex eo quod pisces & aues fuerunt producti a Deo actiue, non sequitur quod non fuerint producti ex elementis actiue. Causa.n. primo non semper excludit actionem causarum secundarum, vt dictum est.

ADDITIO IX.

In eodem cap. 1. vbi dicitur in postill. Ex quo patet Iudaeos cecidisse in errorem Sarracenorum.

Sicut inter Christianos fuerunt aliqui haeretici, vt Ariani, Nestoriani, & huiusmodi, quorum errores non imponendi veris Christianis, sic inter Iudaeos fuerunt aliq; habentes erroneas opiniones, quae non approbantur à Iudaeis communiter: Vnde licet in aliquibus opusculis eorum appareat quod in alia vita sint corporales delectationes, communitas tamen eorum hoc omnino respuit: Et.n. contra illud Esa. lxiiij. b. A seculo non audierunt, nec auribus perceperunt, oculus non uidit Deus absque te, quę praeparasti expectantibus te. Ex quibus verbis manifeste, quod remuneratio praeparata iustis, superat omnem sensum vnde determinatio communis apud eos, prout Rab. Moses dicit, quod in alia vita non est cib. nec potus, nec actus venereorum, sed iusti delectantur ex splendore diuinae gloriae. Quapropter attribuere istum errorem Iudaeis in cōi non est vtile ad eorum reductionem, credunt.n. quod nos fingimus mendacia contra eos, quod non modicum impedimentum praestat ad hoc vt reddamur eis credibiles.

Remuneratio in alia vita q̄ & qualis sit, secundū Iudęos

B

ADDITIO X.

In eodem. Gene. cap. 1. vbi dicitur in postilla: Imago autem Dei consistit in anima, &c.

Haec expositio Postillatoris, de imagine & similitudine, satis congrua est, & ponitur a Magistro in 2. distin. 16. Sunt tamen alij modi exponendi vt ibidem habetur, quorum vō differentiae prout in prima par. q. xciij. artic. 8. potest sic sumi: Nam similitudo aut consideratur vt praeambulum ad imaginem inquantum est communior quam imago (omnis.n. imago est similitudo & non econtra) vel potest considerari, vt subsequens ad imaginem inquantum significat quandam imaginis perfectionem. Dicimus.n. imaginē alicuius esse similē ei cuius est imago, inquantum perfecte repraesentat ipsum. Vnde similitudo, si distinguatur ab imagine primo modo prout est praeambula ad ipsam, sic similitudo attenditur secundum ea, quae sunt communiora proprietatibus intellectualis naturae, & secundum hoc ad imaginem Dei mens pertinent, secundum Augustin. in lib. lxxxiij. Quaestionum. Caetera autem bonis, s. quae pertinent ad partes inferiores animae, vel etiam ad ipsum corpus, ad similitudinē facta esse dicuntur: Si autem distinguantur secundo modo, s. prout similitudo significat imaginis perfectionem, sic habet locum expositio postillatoris.

Imago & similitudo quomodo differant.

C

## Tractatus magistri Matthiae Doring, Ordinis Minorū quē intitulauit, Correctoriū corruptorii Burgensis. Inquo dicta Postillatoris, contra Burgensem defenduntur.

POST Prologum Burgensis ad literā accedens, dicit se velle aliqua supponere ex quibus trahi debeat aliquid planum pro simpliciter capientibus. Et hoc faciens inuoluendo sententias, circa primum capitulum replet totum vnum sexternum & suis inuolutionibus per optime pensatis, videri poterit quod primum capitulum remanet plus dubiū in multis, quā explanata postillatoris expositione. In qua disgressione reprehendit aliquando postillatorem: Primo, dicens, quod minus sufficienter se habuit circa processum introductorium primi capituli, in eo quod dicit intellectum operationis sex dierum dependere ex varietate opinionum de natura materiae a philosophis positarum. Vbi dico quod Burgensis non bene reprehendit postillatorem: Nam postillator dicit duas solennes expositiones literales doctorum esse, quae procedunt varie secundum opiniones varias de natura materiae a philosophis positas, & excludit admirationem eorum qui agre ferre possent eum dicta philosophorum opinabilia tractare in expositione literali dicens: Ex illarum pertractatione dependet intellectus operis sex dierum, non directe & per se, sed inquantum exponitur varie a diuersis: Non igitur uult quod sensus literalis sit sumendus ex opinionibus philosophorum, sed quod videri possit, quae doctorum expositio innixa & fundata super huiusmodi, sit rationabilior & sensui literali propinquior, non igitur inconueniens dictum, vt putat Burgensis. Rationes igitur suae reprehensionis non valent. Non prima: quia ex diuersitate opinionum non sumit sensum scripturae, sed solum inquirit ex eis quae sententia doctorum sit aptior. Nec secunda, quia articulum orationis non inquirit ex praefatis opinionibus, sed conuenientiam expositionum adductarum, intendit.n. solum expositionum varietatem & obscuritatem declarare, a quo etiam ipse Burgensis, non abstinet si reprehensibile est. Nam diuersitatem inter Beatum Augustinum & Ambrosium sumi de informitate materiae pertractat in solutione primae quaestionis quam mouet, quare, s. scriptum non sit, fiat terra, sicut fiat lux, &c. Nec puto sine intellectu opinionum de natura materiae expositionem Bedae, Strabi, Linconiensis, & caeterorum de prima forma corporali quicquam posse intelligere, quamuis ad verum sensum literalem huius passus, etiam sine eorum expositione quis possit peruenire. Item eadem disgressione improbat Burgensis rationes per postillatorem adductas, ad ostendendum aggressiones aquarum in vnum locū, vt appareret arida, videlicet condensationem elementis aquae, & receptionem multarum partium eius in concauitatibus terrae, quas rationes improbando Burgens. improbat, non modo Postillatorem, sed & Beatum Augustinum, qui asserit has rationes super Genes. cap. 12. Sicque Burgens. ad reuerentiam sanctorum non respicit, quod supra in Postillatore valde reprehendit, sed frustrà. Rationes nanque ipsius Burgensis contra beatum Augustinum & Postillatorem modicae sunt apparentiae. Nam prima fundatur super falsa imaginatione, quasi tota ratio siccitatis terrae, sit receptio aquae in concauitatibus terrae, quod falsum est. Sed ex condensatione eius facta est, cum in prima creatione aqua fuisset rara ad modum nebulae, & ex multis pugillis nebulae factus est vnus pugillus aquae sicut patet ad sensum. Sicque condensatione facta, pars recepta est in concauitatibus terrae. Et illae sunt duae causae partiales siccitatis terrae, vt vult beatus Augustinus vbi supra. Nec secunda ratio Burgensis valet, cum dicit in litera dici. Congregentur aquae, non condensentur: Nam congregatio simul & condēsatio, est partium propinquior positio, & ita illā difficultas potius est vocalis quam realis. Similiter quod tertio adducit, fundatur super falsa imaginatione. Imaginatur enim quod aquę in terra receptę, sint densiores, quod uerum non est, quantum est de ratione aquae: quia toto elemento condensato, pars eius vna recepta est in terrae visceribus. Et per ea quę dicta sunt, patet, quod non valet illud, qđ quarto adducit, quia condensatio & receptio sunt ambae causae partiales ad vnum effectum ariditatis terrae. Praeter has potior ratio ariditatis potest addidi diuina voluntas, quae legem posuit aquis ne transirent fines suos. Item in eadem disgressione, reiectis modis dicendi beati August. & aliorum, Burgens. imaginatur aquā, quae in prin. creationis fuit concentrica terrae, & vniuerso, factam eccentricam terrae, & concentricam lunae, vt apparere posset arida: Sed quanquam sua imaginatio sit ualde inuoluta, ad sensum tamen literalē modicum conferre uidetur, nec fundat eam super aliqua autoritate sacri canonis, sanctorum doctorum, uel alicuius Philosophi. Et multa huic imaginationi cōtingunt inconuenientia. Primum, quia secundum illiam aer & ignis ponerentur necessario elementa eccentrica, per egressionem .n. aquę necesse est aerem egredi, cū non habeat in sua sphęra soliditatem resistendi, & idem arguitur de sphęra ignis. Secundum, quia sic ordo elementorum a prima creatione institutus, & inclinatio naturalis ad centrum vniuersi, omnibus elementis indita, secundum Beatum Augustinū & ipsummet Burgensem cito cessassent, quod est contra Burgensem, & suum magistrum pręcipium Sanctum Thomam, quiideo reputat incōueniens lucem prima die factam. sole facto quarto die, redijsse in praiacentem materiam, quasi in prima rerum productione aliquid fuerit productum, satis cito corrumpendum, ut patet prima parte, quęst. lxiij. artic. ultimo, in responsione ad secundum argumentum. Nec uideatur modicum inconueniens ordinem illum, quo ad naturam elementarem specialiter aquę, fore corruptum, cum multi ponderis sit ordo ille, in quo etiam fęda in se, uideretur pulchra & ualde bona, ut inquit beatus Aug. 3. super Genes. circa fi. Tertiū, q̄a sic uideretur natura aquę corrupta. Proprijs.n. passionibus, & naturalibus inclinationib. immutatis. necesse est naturā immutari, cessante.n. inclinatione motus sui ad centrū uniuersi, iā cessaret esse grauis, cessante grauitate, cessaret esse frigida & humida & per consequens cessaret esse aqua. Nec ualet instantia de qua quae est supra firmamentum, quę non est mobilis ad centrum, quia secundum Burgensem in eadem disgressione. Illa dicitur quasi ęquiuoce aqua per quandam analogiam ratione diaphaneitatis, non ratione grauitatis. Est enim appetitus naturalis grauis motus ad centrum intrinsecus & naturalis, ut docet beatus Augustinus tertio super Genes. ca. nono. Propter hęc, & alia multa, imaginatio sua non uidetur posse stare: Sed & mirum est, quod nullus Philosophorum (qui de naturis rerum & earum connexione multa scripserunt) huiusmodi eccentricitatem uidere nō potuerint, quia de huiusmodi nulla scripta reliquerunt. Et manifestum signū quod sphęra aquę non sit eccentrica, sed potius terrę & uniuerso concentrica uidetur esse tale, quia cessante lege quam Deus posuit aquis & gyro uallante abyssos, aqua naturaliter aridam absorberet, ut patet in diluuio, de quo capitul. 8. infra, ubi etiam Burgens. sibijpsi conditionem

D

E

Aquarum congregatio siue cōdensatio.

Rō ariditatis terrae.

Imaginatio Burg. īprobatur.

F

Optima rō q aqua non fit terrę & vniuerso eccentrica.

nem dicit, cum aquæ sit naturaliter fluida, oportet, quod tempore diluuij orbiculariter se habuerit circa centrum, id est terram. Congregationis igitur aquarum, vt appareret arida (prout super dictum est) principalis causa est diuina voluntas, quæ terminum posuit aquis, ne transirent fines suos. Nec aqua per positionẽ talis legis detinetur uiolenter, quia quãuis illa detentio sit contra inclinationem naturalem grauis ad centrum, non tamen obedientialem, secundum quam Deus potest facere quolibet ex quolibet.

Item in eodem cap. Burge. quærens occasionem contra postillatorem dicit eum recedere a beato Augustin. in hoc quod dicit ad literam per cælum non intelligi angelicam naturam: Vbi dico quod nec beatus Augu. ad literam sic videtur exponere, sed quod Burgen. dicit talem acceptionem esse parabolicam, non videtur verum: Nam secũdum Britonem parabola differt a metaphora & paradigmate, quia secundum Donatum vt eum allegat Brito: Parobola est rerum genere differentium comparatio, & sic ponitur semen pro uerbo Dei, leo pro Christo, & cętera. In proposito beatus Augusti. quia talem comparationem exponendo nõ facit ut videtur, non est expositio eius comparabolica quæ solum habet locum in his vbi res significant, non uoces ad autoris intentum, & in illo casu parabolicus sensus non continetur sub literali, sed est vere literalis, quia a spiritusancto intentus imo sensus parabolorum secundum significationẽ vocum sæpe falsus est, vt patet Iudic. 9. b. de lignis in consilium conuenientibus, & de electione regis loquentibus, & sic de alijs passibus sacræ scripturæ. Ex quo bene infertur, quod Burgen. in primo articulo suæ quæstionis præambulæ, non ponit sufficienter ad æquatam rationem sensus literalis, cum dicit quod adæquatus sit ille qui a Deo intenditur & p uoces in litera contentas significatur. Debuit enim addere propter præmissa, aut per res vocibus expressas significatur, & hic est vere parabolicus, qualis nõ apparet sensus beati Aug. de quo sermo præsens. Postillator igitur verum dixit expositionem beati Augustin. non esse literalem, nec per hoc recedit à beato Augustin. cuius expositio potius videtur allegorica quã parabolica, quia ex alio aliud intelligitur. Ex cælo ad literam angelus per allegoricam, vt patet in Gloss. ordin. in prin. §. quatuor sunt regulæ, cum etiam natura angelica & eius cognitio matutina aut vespertina sint a sensu nostro valde remotæ, ideo cadere videntur sub fide, iuxta vulgatum vt dicitur. Fides est credere quod non vides. Sicque ad allegoriam eius expositio pertinet iuxta commune dictum. Litera gesta docet, quid credas allegoria, &c. Huic igitur expositioni postillator non contradicit, sed eam quasi non literalem dimittit, sicut & ipsemet Burgen.

Parabola.

Item eodem cap. vbi postillator mota quæstione, quare secunda die facta non dicuntur bona sicut alijs diebus, tres responsiones adducit, quarum primam dicit truphaticam, secundam abijcit tanquam non fundatam, tertiam approbat a Rab. Sal. acceptam, in quo passu Burgen. dicit eum in tribus deuiare a rectitudine, quia rationem sanctorum irreuerenter dicit truphaticam. Secundo quia contra eos non adducit validam rationem. Tertio quia veram responsionem attribuit infideli. quæ tamen in nostra gloß. continetur, cui potius debuit honorem exhibere.

Quo ad primum respondeo, quod postillator non truphatur de sanctis doctorib. sed de imperitis lectoribus qui id pro sensu literali eligunt, quod sancti mystice per quasdam particulares congruentias adducũt, vt patet in multis lecturis super Gene.

Postillator defenditur.

Quo ad secundum dico, quod ratio postillatoris valida est ad probandum quod Binarius non est generaliter infamis, quia etiam laudabilis in scriptura reperitur. Est igitur illa ratio sanctorum fundata super quibusdam incongruentiis binarij, non super ratione eius essentiali quia alias omnis binarius esset infamis, quod efficaciter improbat rõ postillatoris.

Quo ad tertium ratio literalis quam postillator sumit a Ra. Salamon non est in glossa nostra, vt Burgensis dicit. sed glossa videtur sentire oppositum illius rationis literalis. dicitur enim in gloßa allegante Bedam super illo verbo & uiuit Deus, &c. Nondum terra germinabat, nec aqua animantia viua produxerat, & tamen dicitur Deus vidisse quod esset bonum, cedentibus aquis apparuisse aridam, quia vniuersitatis æstimator præuidens quæ sunt futura, quasi iam perfecta laudat, quæ adhuc in primo operis exordio sunt, quia apud eum rerum perfectio non in consumatione est operis, sed in prædestinatione voluntatis. Hæc glos. Si Burgensi & nobis communis est Glo. ordinaria, mirum est quod obijcit, cum ipsa glo. ponat ad quæstionem prædictam hanc primam rationem, non tertiam prout Burgens. fingit.

Item in eodem cap. cum dicitur, Protulit terra herbam, & cætera. Postillator dicit intelligendum esse passiuè, quia actiuè à solo Deo hæc virtus germinandi fuit. Contra quod Burgens. adducit beatum Augustin. dicentem, Causaliter dictum est produxiße terram, herbam, lignum & c. id est ad producendum accepiße virtutem. Ex quo dicto arguit Burgen. terram etiam actiuè protulisse ibi in litera enumerata: Sed non videtur Burgens. bene inferre ex dicto beati August. quia illa enumerata in litera sunt subito producta in esse perfecto: quia herbæ habentes semen, & lignum habens fructum, in quibus modis producendi, creatura non potest actiue concurrere, quia Deus sic res condidit, vt eas proprios motus habere sinat, proprius autem motus creaturarum non est subitus, nec ad terminum primo perfectum, sed via generationis est ab imperfecto ad perfectum. ideo embryo primo uiuit vita plantæ, deinde animalis, post hominis, vt dicit Aristo. de animalibus. Imo generale est quod primum, perfectione est ultimum in via generationis, & econuerso. Nec videtur concurrere in generatione plantarum & reliquorum nisi materialiter, nec potest hodie actiue concurrere, quia ministrat solum materiam generationis, & quia materia est vna de quatuor causis, causaliter dici potuit: Protulit terra. & sic dictum beati Augu. per Burgen. adductum accipiendum videtur: Actiuè autem à solo Deo primo, & tunc per virtutem seminalem inditam ab eodem, vt sonat litera. Ad idem gl. interli. Et factum est: glos. causaliter: & protulit, glossa, actualiter.

Item in eodem capitulo vbi postillator notauit sanctum Thomam dicentem quod ex luce prima die facta corpus solis fieri non potuit. Burgens. in defensione sancti Thomæ, exardescens passionibus permouetur, & dicit postillatorem dicta sancti Thomę non vidisse in hoc loco qui tamen vt apparet, clarius & magis intime uidit quam ipse Burgensis. Qui enim ad illa dicta sine passione respicit, clare cognoscit quod improbatio tertiæ opinionis innititur eodem medio, sicut improbatio primæ opinionis, illi videlicet quod quia nihil fuit in prin. conditum, cito est corrumpendum, ideo lux primæ diei sole facto non redijt in præiacentem materiam. Quod autem probatio tertiæ opinionis imitatur eodem medio, patet sic: Nam tertia opinio per eum adducta est illa quod corpus solis quarta die factum sit ex luce prima die producta, hanc improbans idem sanctus Tho. dicit eße inconueniens, si ponatur corpus solis non eße de natura quatuor elementorum, sed esse per naturam incorruptibilem, quoniam secundum hoc materia eius non potest esse sub alia forma: Hæc ille Ex qua obiectione duo sequi videntur. Primum, quod ex illa luce sine sui corruptione corpus solis fieri non potuit, quia materia solis non potuit fuisse sub alia forma sine corruptione prioris, cuius formæ corruptio non erat conueniens propter medium, per quod prima opinio fuit improbata, videlicet quod nihil fuit in principio conditum, cito post corrumpendum. Hoc intrinsecus postillator videns, rationabiliter dixit solem factum ex illa luce, non obstante obiectione sancti Tho. prima parte sum, quæstione septuagesima septima, articulo vlt. in responsione ad secundum argumentum. Secundum quod sequi uidetur ex illis dictis est, quod nulla materia existens sub forma priori, potest esse sub forma posteriori, nisi priori corrupta, ideo reprobat opinionem tertiam, quia forma solis specifica formam lucis generificam non compatitur, ideo ex luce non potuit fieri sol nisi forma lucis corrumperetur, quod est inconueniens propter medium, per quod primi opinio secundum eum fuit improbata, & quanquam illud dictum incidit in errores condemnatos Oxoniæ, inter quos habetur sic: Dicere tantum vnam formam substantialem in quolibet composito, error, tamen cum eodẽ dicto sanctus Tho. incidit in id quod improbat, quando ponit aues & pisces factos ex natura elementorum, quia ex hoc formæ elementorum positione formarum piscium & auium fuissent corruptæ secundum eum, & per consequens aliquid in princ. productum, cito post corruptioni fuisset obnoxium. Nec valet euasio Burgensis de parte & toto secundũ hoc de aliqua portione lucis, corpus solis productum fuisset sine totius lucis corruptione.

Item in eodem cap. vbi de productione piscium ex aqua postillator dixit hanc productionem actiuè eße a solo Deo, passiuè ab elementis. Burgen. dicit quod causa prima non semper excludit actionem causarum secundarum, volens contra postillatorem, quod elementa etiam actiue ad productionem piscium concurrerint: sicut supra correctorio quinto de productione herbarum & arborum a terra: Dicitur autẽ hic sicut ibi. In speciali tamen dico, quod si in rerum productione prima causa secũdarum causarum actionem non excludit, excludit tamen certum modũ agendi vel cogendi, s. subito, in quo modo creata virtus coagere non potest, multo minus tunc, bene igitur dictum est, quod actiue a solo Deo pisces & cætera à princ. creata sunt.

Item in eodem capitulo vbi dicitur. Creauit Deus cete grandia, postillator reprehendit Iudæos in Thalmudicis communiter studentes, & simplices ex eis docentes, & errantes & errare facientes, quam reprehensionem Burgen. ægre ferens, quasi adhuc affectione sanguinis Iudaizans dicit non esse utilem talem reprehensionem, cum non omnes Iudæi sic errent, & sic credunt nos fingere mendacia contra eos, & per consequens minus per nos potuerunt ad fidem reduci. Respondeo ego, quod non possunt existimare per nos confictum mendacium, quod clare sciunt in suis Thalmudicis contentum, & fortasse talis reprehensio cooperatur ad eorum reductionem, quando ex ea vident suos magistros, & apud Iudęorum communitatem authenticos ita male de beatitudine & futura uita sentire.

Thalmud. Iudęorũ.

Igitur

## C A P. I I.

i ❡ Causaliter quidam & potentialiter, quorum numeros profectus & defectus opus post visibiliter explicaret. ❡ Perfectione senarij. ❡ Sex diebus perfecta est rerum conditio. ❡ Sex ætatibus perficitur hominum reparatio.

IGITVR perfecti sunt cęli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suũ

a ❡ In semetipso, quia post nihil nouum fecit.

quod fecerat, † & requieuit die se-

## C A P. I I.

IGITVR *Perfecti sunt cæ. & ter.* ALC. Nullo modo dici potest, quomodo fecit Deus cęlũ & terram. Sed hæc expositio per ordinem 'dierum indicat tanquã historiam factarum rerũ, sed maxime obseruat pdicationẽ futurorũ. Si quẽ mouet, ꝙ in ętatib. seculi, duę primę denis gñationibus explicantur, tres sequentes singulę 14. sexta vero nullo numero gñrationũ definitur, facile est uidere, etiam in vno quoque homine infantiã & pueritiã quinq; sensib. corporis inhærere. Quinarius autem duplicatus (quia duplex est sexus humanus vnde generationes tales fiũt) denarium facit. Ab adolescentia vero ubi ratio preualere incipit in hominẽ, accedit quinque sensibus cognitio & actio quibus uita regitur & administratur, ut sit septenarius, qui duplicatus propter duplicẽ sexũ 14. generationibus eminet, quas habẽt tres ætates, adolescentis scilicet iuuenis, & senioris. Senectus uero nullo annorũ termino finit, sed post illas quĩq; ętates, quãtũ quisq; vixerit, senectuti deputatur. In hac quoq; ætate seculi nõ apparẽt generationes, vt etiam occultus sit ultimus dies, quem dominus vtiliter latere monstrauit.

Ornatus. i. exercitus.

†De feriis c. luet.

a *Igitur perfecti sunt cęli & terra, & omnis ornatus eorum* ALLEGORICE. Post illorum quasi sex dierum opera valde bona speret hõ requiẽ ppetuã, & ĩtelligat qđ sit *& requieuit De⁹ die septimo ab operib. suis,* quia & ipse in nobis hæc bona operatur qui iubet ut operemur. Et recte quiescere dicitur, quia post hæc omnia opera requiẽ nobis pstabit, quomodo paterfamilias domum ædificat, cum seruiẽtib. facere imperat & post ab operib. requiescere, cum perfecta fabrica, iubet quiescere.

Allegor.

ISID Habet unusquisq; nostrum in suis operib. & recta vita tanq̃ distinctos illos sex dies, post quos debeat quietẽ sperare, Primo die lucẽ fidei qñ primum uisibilib. credit pp q̃ fidem dominus uisibiliter apparere dignatus est Secundo die fact⁹ est tanq̃ firmamentum disciplinæ, ꝙ discernit inter carnalia & spiritualia opera, sicut firmamẽtum inter inferiores aquas & superiores. Tertio die quo mentẽ suã ad pferendos bonorum operum fructus pparat & erigit, separata labe & fluctib. † tentationum carnalium, tãq̃ aridã hẽt mentẽ a pturbationibus maris, ut iã possit dicere, Rom. 7. d. *Mẽte seruio legi Dei, &c.*

Moraliter

alias† desideriorum

b *Compleuitq; Deus &c.* AVG. Alia trãslatio *consumauit Deus die sexto opera quę fecit*, quæ nihil qõnis affert, quia manifesta sunt quæ in eo facta sunt. Sed secundum Hebraicã veritatem quærendum est. Quomodo dicat Deus septima die opus suum cõpleuisse, ĩ quo nihil nouũ creasse dicit, nisi forte ipsum tunc fecisse, & ĩ eius factura op⁹ suum cõpleuisse dicat, ꝙ eo facto mẽsurã numerũq; pfecit dierũ quorũ circũitu oĩa secula voluũtur nã in reuolutione idẽ est octauus q prim⁹. Cõpleuit igitur die sexta opus suum, addito septimo quẽ sabbatũ dici & esse voluit, qa mystica, pcæteris bñdictione & sanctificatione eum donauit. Vñ & dies iudicii, quia post septimã sabbati uẽtura est octaua in scripturis dicta est, quasi septem tm̃ pręcesserint. Dies quoq; resurrectionis domini cum post tot dierũ milia ventura esset, octaua dicta est. Potest autem dici cõpleuisse Deum die septima opus suum, quia ipsum benedixit & sanctificauit, opus enim est benedictio & sãctificatio, aliquid enim operis fecit Salomon cum templum dedicauit.

Quæstio.

Septima dies.

HIER. In Hebræo habet *die septima* Arctabimus ergo iudeos, qui de ocio sabbati gloriãtur, quia iã nũc in principio sabbatũ solutũ est, dũ Deus operat in sabbato cõplens opa sua in eo.

Quęst. Hebraic. in Genel.

a ✤ PROCOP. Verbum (*cõplenit*) hunc sensũ apportat, quasi De⁹ loqueretur de pfectione eorum, q̃ cum pri⁹ 1 non essent, in essentia pduxit. Extãt enim quędã opera Dei, nondũ ad rẽ collata 2 sed lõge ante sunt prædicta ut futura. Quorũ de nume. est resurrectio mortuorũ, nec nõ q̃ per prouidẽtiã di 3 uinã eueniunt, quæ sane peculiari quadã consequẽtia, Deo sic disponẽte eueniũt.

In cap. 2.

*Compleuiq; De. &c.* AVG. Quæritur vtrum illi sex dies præterierunt & addito septimo nunc p uolumina tpm non re sed nomine repetantur. In toto enim tpe multi veniunt preteritis similes nullus. idem. Vñ dubitatur, vtrum illi sex dies pretererint? An istis vsitatis quotidie transcurrentib. illi maneant in rerum conditionib. vt non solum in tribus ante luminaria sed etiam in reliquis trib. intelligamus diem in specie rei quę creata est, noctẽ in defectu vel priuatione, cum scilicet amittitur species aliqua mutatione quę inest omni creaturæ sine possibilitate, cum desit effectus. sicut in cęlestib. corporib. siue actu, ut in terrenis & mortalibus. Vespera autem in omnibus perfectæ conditionis terminus sit. Mane incipientis exordium Omnis enim creatura certis initiis & finibus cõtinetur. Sed sine hoc, siue illud, siue aliud probabilius dicatur, perfecto numero dierum, id est, senario, perfecit Deus opera sua q̃ mẽsura & numero dierum, & pondere disposuit, idest, ĩ se: qui est mensura omnique rei modum pfigens, & numerus p bẽs & speciẽ, & põdus, qa oĩa ad quietem & stabilitatẽ trahit, omnia enim terminat, format ordinatque. Vel sic disposuit oĩa, ut haberent mensurã, numerũ, & põdus, sicut dicit, Deus corpora in colorib. disposuit, nõ hinc esse cõsequens ut colores in se prius habuerint, sed ut ipsa colores haberent. Nec senarius numerus ideo perfectus est quia sex diebus Deus opera fecit, sed ideo perfecit opera sex diebus, quia senarius est perfectus. Sine his ergo perfectus esset qui nisi esset perfectus secundum eum perfecta non fierent.

Libro 4. de Genesi ad literã, c. 4. Quæstio.

c *Et requi. Deus &c.* BEDA. Non quasi operando lassus, sed ab uniuerso opere quieuit, quia nouam creaturã facere cessauit. Requiescere enim cessare dicit, ut in Apo. 4. c. *Requiem non habebant dicentia, Sanctus. sanctus. sanctus.* i. dicere non cessabant.

Requiescere.

BEDA. Altius quoque intelligetur requieuisse ab uniuerso opere suo, idest, nõ opus habuisse illis operibus, in quib. requiescere, cuius requies in semetipso uera est semper sine initio & fine, sed sola bonitatis cã fecisse opera. q̃ in ipso requiescerent, humana uero indigentia quotidie laborat, ut in operib. suis requiescat, dicente Deo, inf. iij. d. *In sudore vultus tui. re. p. t.* Deus autem non habuit necesse in creaturis suis requiescere, sed creaturis rationalibus in se requiem dedit.

Anagoricè.

*Et requie. Deus &c.* AVG. Non laborauit Deus in operãdo q solo uerbo fecit, dicendo *fiat*. Nec homo dicendo fiat, laborat, Sed forte dicitur laborasse, cogitãdo quid fieret. Aliqua cura perfectis rebus quieuisse dicitur. Sed hoc sapere desipere est. Deum

Vbi supra cap. 8. † Exo. 20. b. Heb. 4. b.

## NICOLAVS DE LYRA.

## C A P. I I.

IGITVR perfecti sunt &c. *Postquam descripsit Moyses hominis formationem propter quem alia fuerunt producta. Hic consequenter describit hominis formati statũ siue conditionem.* Et *quia ex fine sumitur ratio eorũ quæ sunt ad finem ideo primo describitur ipsius hominis vltimus finis. Secundo explicatᷓ magis modus suæ formationis, ibi,* istę sunt generatio. *Tertio describitur locus suæ habitationis, ibi.* Plantauerat autem. *Quarto actus multiplicationis, ibi.* Dixit quoq;. *Circa primũ sic proceditur, quia primo continuantur dicta dicendis. Secundo describitur ipsius hominis finis, ibi.* Et benedixit diei. *Circa primum cõtinuat de operibus sex dierum ad diem septimum in quo quieuit dicens.*

Diuisio.

1 Igitur perfecti sunt cœli & ter. *sex prædictis dieb. per opus distinctionis & ornatus ut prædictum est.*

2 Compleuitq; De. die septimo. *Alia translatio habet,* sexto die *& utraq; vera est, vario tamen modo. Est. n. duplex completio vel perfectio alicuius rei. Prima est, quando assequitur formam debitam, sicut ignis quando per generationem assequitur formam igneitatis & qualitatum concomitantium. Alia est perfectio seu completio, quando exit in operationem sibi debitam, sicut quando ignis calefacit vel generat ignem. Et perfectio ordinatur ad secundam, quia forma est propter operationẽ. Igitur quia sex diebus perfectæ sunt creaturæ in suis formis & proprietatib. ideo sexto die compleuit Deus opus suum quantum ad primam perfectionem. Sed quia a septimo die dicitur incepisse tempus administrationis & gubernationis rerum, sicut sex dies præcedentes dicuntur tempus productionis, ita dies septimus, & deinceps dicitur tempus gubernationis. Per gubernationem. n. res applicantur ad suas operationes, ideo dicitur Deus die septimo compleuisse opus suum quantum ad secundam perfectionem, & de isto opere administrationis & gubernationis rerũ, Saluator dicit, Io. v. c.* Pater meus vsque modo operatur & ego operor: *Aliter etiam potest dici, quod Deus potuisset plures species addidisse speciebus iam productis. De agente autem potente noua opera addere suo operi, non dicitur, quod impleuerit opus suum, donec videatur requiescere, & cessare a nouis condendis, hoc autem apparuit septimo die & non ante.*

3 Et requieuit septimo die. *scilicet a nouis creaturis producendis, quia nihil est factum postea, quod tunc non fuerit factum in operibus, sex dierum*

Deum ergo requieuisse, est creaturæ rationali in se requiem præstitisse, vt illuc. s. desiderio feramur quo requiescamus. i. nihil amplius requiramus. Sicut enim facere dicitur, quod ipso in nobis operante facimus, & cognoscere cum cognoscimus, sic requiescere, cum eius munere requiescimus.

Avg. Non est mirū si diem quo Christus erat in sepulchro quieturus hoc modo prænuncians dixit: *die septimo requeuit*, deinceps operaturus ordines seculorum. (cap. 11.)

ptimo ab †omni opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo, & sāctificauit illū, qa in ipso cessauerat ab omni opere suo, qđ creauit Deus, (a ¶ in verbo)

Avg. Pōt aūt intelligi Deū requieuisse a faciēdis generib. creaturæ, quia vltra noua non condidit, vsq; nūc tñ operatur administrationē eorundem generū, q̄ tunc instituta sūt. Creatoris. n. virtus causa subsistendi est oī creaturæ. Quod. n. dr̄ Io. 5. ca. *Pater meus usque modo operatur, &c.* vniuersæ creaturę continuam administrationem ostendit. Die septimo requieuit, vt nouam creaturam vlterius non faceret, sed vsq; nunc operatur, vt quod condidit, continere & gubernare non cesset. (cap. 12.)

Avg. Deꝰ aūt nec creādo defessus, nec cessando refectus ē, sed p scripturā suā ad qetis desideriū nos hortat: dicendo se diē sctificasse in quo reqeuit. Cęteros. n. dies operis sui non legit sāctificasse, tanq̄ apud ipsum plus quies q̄ operatio valeat. (cap. 14.)

Avg. Vitium quoq; aīæ est ita suis operib. delectari, vt potius in ipsis q̄ in se, requiescat ab eis: cū in ipsa vel aīal vel rōne aliquid melius sit quo fecerit, q̄ ipsa sint quę fecerit. Ideo oñditur Deus cū dr̄ requieuisse, nullo opere sic delectatus quasi faciendi eguerit: vel minor si nō fecerit, vel beatior cū fecerit. Qđ ex illo ita est: vt ei debeat qđ est ipse aūt nulli, quia ex ipso est, quod beatus est. Seipsum reb. quas fecit diligendo p̄posuit. Iō non sanctificans diē quo ea facienda inchoauit nec illū quo fecit ea, ne illis faciendis vel factis gaudiū ei creuisse videret, sed eū quo ab ipsis in seipso requieuit qui nunq̄ reqe caruit, sed eā nobis per diē septimum ostendit, significans eā nō dari nisi perfectis, cui deputauit diē, qui perfectionē rerū oīum sequebatur. Qui. n. semper quietus est, tunc nobis reqeuit, cum se requieuisse monstrauit: & requiescit in nobis cū in se requiem tribuit. Requies ergo Dei est quæ nullius indiget bono, & iō certa est nobis in illo, quia beatificamur bono quod ipse est, non ipse bono quod nos sumus. Porrò nec vllo præterse alio bono eget, qui bono quod fecit non eget. Hæc est. n. requies eius ab oīb. operib. quæ fecit, quia bono quod fecit non eget, nec egeret si non fecisset. Nā si pōt dici nullis egens bonis non a factis requiescendo, sed nulla faciēdo. Sed facere si non posset, nulla potentia esset. Si posset & non faceret, magna esset inuidia. Sed oīpotens & bonus, oīa valde bona fecit. Quia vero seipso bono pfectè beatus est, à bonis quę fecit in seipso requieuit, ea requie a qua nunquam recessit. (cap. 15. — Requies Dei.)

Avg. Si aūt diceretur requieuisse a faciendis, intelligeretur tm̄ non fecisse. Si a factis, fortè ipsis factis egere videret, nos aūt non in nobis, sed in illo requiescamus, nec ita velimꝰ similes esse Deo, vt in nobis reqescamus, vt ipse in se. Sed sicut nō requieuit nisi in seipso, qa beatus est seipso, ita in ipso nos qeturos speremus, qui non nostro bono, sed ipso bñdicti sumꝰ. (Mysticè. Ibid.)

Avg. In se aūt reqeuit Deus sēp. In dieb. vero quib. rerum cōsummatio narrat, in septimo tm̄ requieuit, q rerū sequit p fectionē, a pfectis. n. reqescit, q pfectis nō eget, vt beatior sit.

Avg. Opera eius videmus bona: qetē vero eius post bona opera nr̄a videbimus. Ob quā significandā vnā diē sabbati p̄cepit obseruari: quod in tpe gratiæ sublatum est, in qua perpetuum obseruat sabbatum, qui spe futuri omnia bona operatur, nec in bonis operib. suis, quasi non acceperit gloriatur. (Ibid.)

Avg. Apud illum quieti eius nec mane nec vespera est, qa nec aperitur initio, nec claudit fine. In perfectis aūt operibus mane habet, & non vesperā, quia perfecta creatura incipit conuerti ad quietem creatoris, sed illa non habet finem suę perfectionis & sic requies Dei non ipsi Deo, sed rerum perfectioni inchoatur, & habet in eo mane, quod ab ipso pficitur, sed in suo genere tanquam vespera terminatur, qđ in Deo vesperam non habet, quia nihil erit perfectius ipsa perfectione. (cap. 18. — † alias vniuerso. Benedicit sabbatum Exo. 20. b. Hebr. 4. b.)

Avg. In illis aūt dieb. quib. oīa creabantur, vespera est terminus conditæ creaturæ. Mane initium alterius cōdendę, & sic quintę diei vespera est terminꝰ cōditæ in eo creaturæ. Mane post ipsam initium faciendę sexta die, qua cōdita, terminꝰ est uespera, & quia nihil cōdendum restabat, ita post illā mane factum est, ut esset initium alterius creaturę cōdendæ, sed quietis oīs creaturę in creatoris reqe. Intelligitur. n. cōpleto sexto die post eius uesperā mane quo significat initium manendi & qescendi, q̄ quies Dei, nec initium hēt nec terminū. Creaturæ hēt initium, sed non finē. Iō. n. septimus dies cœpit a mane, sed nullo terminatur vespere. Si aūt in cæteris dieb. vespere & mane vices tēporum significant, qualia quotidie peragunt, nihil phibet septimū diē uespera maneq; cōcludi. Vt mane post vesperā septimi diei sit initium octaui de quo silendū fuit, qa idē primus ad quē reditur. Vñ probabilius & & hos septē dies sub illorum noīb. sibimet succedentes tpa peragere. Illos autem primos inusitata nobis specie in ipsis rerum conditionib. explicatos permanere: quod de trib. fateri cogimur, qui conditi ante luminaria memorantur. (ibidem.)

Avg. Quæritur qūo dicatur in die septimo, in seipso reqeuisse Deus, cum scriptum sit: *Et requieuit Deus die septimo.* quasi non in seipso? Quid est ergo dies septimus? creatura, an tpale spacium? qđ & ipsum creaturæ tpali concreatum est, & sic creatura: Nulla. n. tpa sunt, quæ a Deo creata non sint. Sex autem dies cum quib. & in quib. creaturis creati sunt superius dictum est. Sed septimum qñ creauit? In ipso. n. nihil fecit, sed ab his quæ fecerat requieuit. Qūo ergo requieuit in die quē non creauit? Aut qūo eum post sex dies creauit, cum sexto die oīa consummauerit, nec aliquid in septimo creauit. Fortè vnum tm̄ diē creauit Deus, vt eius repetitione multi p̄terirent: nec opus erat vt septē crearet, quia illius quē creauerat septima repetitio hunc faciebat. Lucem. n. discreuit a tenebris diemq; uocauit, & tenebras noctem. Huius diei repetitionem scriptura appellat 2m diem, deinde tertium, & deinceps vsq. ad sextum quo cōsumauit opera. Cuius repetitio septimi diei nomē accepit uel cōtraxit, & ita dies septimus, nullus dies, nulla creatura, nisi illa q̄ prius condita & dies uocata. (Quæstio cap. 20.)

Avg. Sed qūo circumirè poterat lux, ad exhibendam diurnam nocturnamq. vicissitudinem, non solum ante luminaria, sed ante factum firmamentum, imo ante speciem terræ, vel maris, quæ circumitum locis amitteret? Hac difficultate compulsi, supra diximus lucem factam prius, esse spiritualis creaturæ consummationem vel confirmationē. Noctem uero, adhuc formandam in cæteris operib. materiam quę fuerat instituta, cum primo fecit cœlum & terram, & reliqua. (cap. 21.)

☞ Avg.

## NICOLAVS DE LYRA.

*dierum, uel in suo simili, uel in suis causis. Aliter exponitur, prout reqes ponitur pro completione desiderij, & sic Deus requieuit in seipso, quia in seipso beatus est creaturis non indigens: & ad hoc designandum non dicitur, quod quieuit in opere suo, sed ab opere. s. cessans, & in seipso beatificè requiescens.*

1 Et benedixit. H*ic describitur ipsius hominis finis. Ad cuius intellectumꝰ considerandum, quod experientia docet appetitum hominis non quiescere totaliter in adeptione cuiuslibet boni finiti, sed adepto illo ulterius tendit per desiderium, adepto autem fine ultimo totaliter quiescit, sicut lapis in centro, & per hoc arguitur, quod finis ultimus ipsius hominis non consistit in adeptione cuiuslibet boni finiti, sed solum in adeptione boni infiniti, quod est solus Deus, unde dicit Augu. in libro confess. Inquietum est domine cor meum donec requiescat in te, scilicet per cognitionem & amorem. Item experimur, quod quantumcunque cognoscatur Deus ab homine per effectum, non terminatur tamen hominis desiderium donec cognoscatur per seipsum. Ex quo concluditur vlterius, quod ultimus finis hominis consistit in uisione Dei per essentiam, prout tamen includit fruitionem. unde Ioan. 17. a.* Hæc est uita æterna, ut cognoscant te Deum, &c. *Ista autem beatitudo in præsenti vita quodammodo inchoatur per hoc quod mens humana a terrenis eleuatur, & occupatur in contemplatione sui creatoris in ænigmate tamē, perficitur autem per hoc quod homo perducitur finaliter ad æternam uisionem, & ad hoc deputatur dies septima, ut homo uacet a terrenis, & circa diuina occupetur, & hoc est quod dicitur.* Et benedixit, &c. & sanctificauit illum, *idest, ad diuina obsequia applicauit. Sanctificatio enim in una significatione idem est quod applicatio ad diuina obsequia. Vnde etiam res inanimatæ, quæ per benedictionem uel consecrationem applicatæ sunt diuino cultui, scilicet, ecclesiæ materiales & uestes dicuntur sanctæ uel sanctificatæ.*

2 Quia in ipso cessauerat. *Requiescendo in seipso, ut prædictum est. Et per boc designatur, quod homo die septimo debet cessare ab operibus terrenis, & requiescere in Deo per contemplationem & amorem.*

* Ista

AVGV. Sed facilius est, vt nos ignorare fateamur quomodo lux quæ dies dicitur, circuitu suo si corporalis est, vicē diei no ctisq; egerit, Si spiritualis est, condendis omnib. p̄sentata sit, suiq; præsentia diem, absentia noctē, Vesperā initio absentiæ, Mane initio p̄sentiæ suę fecerit, quā cōtra naturā diuinæ scri pturę conemur, dicendo aliū diem esse septimū quā illius diei quā fecit Deus, septimā repetitionē. Alioquin aut nō creauit Deus diē septimum aut septimus post illos sex, falsumq; erit eū sexta die consumasse omnia opera sua.

Ibidem. A

a ¶ in opere. b ¶ recapitulatio. ¶ Conclusio superiorum: ¶ vel historicæ vel mysticæ:

avt faceret. Istę [b] sunt generationes cęli & terræ, quādo createę sunt,

a ¶ Beda, in tempore. b ¶ August. omnium visibilium mater iaih.

[a] in die quo fecit dn̄s Deus cęlum

Cap. 22.

AVG. Sed quoniam lux corporalis antequam fieret cælū, quo circumitu noctē dieq; exhibuerit non inuenimus, sic quæstionem terminamus. Lux prius creata nō corporalis sed spiritualis, sicut post tenebras facta. i. à sua informitate cō uersa ad creatorē, ita post vesperā hēt mane, cū post cognitio nē propriæ naturæ (quæ nō est quod Deus) refert se ad laudā dā lucē, quæ est Deus, cuius visione formatur. Et qa creaturæ inferiores sine eius cognitione nō fiunt, vnus dies vbiq; repe titur, cuius repetitione tot dies fiant, quoties distinguūtur re rum genera, senarij perfectione termināda: Vt vespera primi diei sit sui cognitio, qua scit se nō esse quod Deus. Mane post vesperam quo clauditur dies vnus, & inchoatur secundus, cō uersio eius, vt quod est creata, ad laudē referat creatoris, & co gnitionē creaturæ percipiat de verbo Dei, quæ post ipsam fit i. firmamēti, quod in eius cognitione fit prius, cum dicitur: *Et factum est ita*, post in natura firmamenti, cū addit, *& fecit Deus firmamentum*. Deinde vespera lucis huius, cū ipsum nō in verbo Dei sicut ante, sed in ipsius natura cognoscitur, quę cogni tio tanquā minor vespera dicitur. Postea fit mane, quo clauditur dies secūdus, & incipit tertius, in quo itidē est mane cō uersio huius lucis ad laudē Dei: quia fecit firmamētū ad per cipiendā de verbo Dei cognitionē post firmamētū faciendę creaturæ. Et sic cætera vsque ad mane post vesperā sexti diei. Multū enim interest inter cognitionē cuiusq; rei in verbo. & in ipsius natura. Vnde hoc ad diē, illud ptinet ad vesperā. Pręlucet enim quę in verbo cōspicitur cognitio, & illa qua creatura in seipsa noscitur rectè vespera dicitur.

B

Ioh. 1. a. cap. 25.

✠ AMBROSIVS. Pone ideo tibi hoc lignum de scientia boni mali displicere, quia postea quam gustauerunt ex eo homines, intellexerunt se nudos, attamē ad cōsummationē diuinæ operationis dicā tibi hoc lignū fuisse exortū. Cape exēplum de cōditione humani corporis, nempe habet amaritudinem quandam fellis, quæ si in cōe prospicias, ad salutē hominis utilis inuenitur. Ergo quod malum putamus, plerunq; nō per omnia malum est, sed in commune vtile. Nā sicut fel in parte corporis est, & tñ ad totius vtilitatem prodest, ita vtilitati hominum per futurum sciens Deus scientiā boni & mali, in parte constituit, ut in commune prodesset.

Lib. 2. de paradiso. c. 3.

† 15. di. c. canones. De conse. dist. ecclesia paradiso.

✠ THEODORETVS. Lignum illud eiusdē naturæ cum cæteris fuisse dicēdum est. Sicut crucis lignū salutare est, ita hęc ligna è terra orta, alterum uitę alterum scientiæ boni & mali appellatum est. Lignum quidem scientiæ boni & mali, quia per id quid peccatum esset, sensit Adā, cui hoc lignum tanquam certamen a Deo propositum fuerat. Lignum uero vitæ tanquam certaminis præmium, si mandatū Dei custodisset. Similiter patriarchæ locis ac puteis nomina imposuerunt, & hunc quidē puteum uisionis appellarunt, nō quia uidendi uim quandā potātib. daret, sed quia apud illum Deus uniuersorum uisus est.

Vbi supra q. 26.

Vbi supra

✠ DAMASCENVS. Lignum uitę produxit, sic dictum uel quasi habens virtutem tributiuam vitę, vel quia his solum comestibile, qui morti non sunt subiecti. Lignum aūt scietiæ ad experientiam quandam, probationemque & exercitium obedientiæ & inobedientiæ hominis.

E

✠ RVPERTVS. vel ironice dictum est lignum scietiæ boni & mali, cū re vera potius sit dicendū lignum mortis. Dixit n. Deus *quacunq; die comederitis & morte moriemini.* & uerum dixit. Dixit e contra serpens *eritis sicut dij scientes bonū & malum* & falsum dixit. Nec enim comedendo dii facti sunt.

Lib. 2. in Genesim.

✠ PROCOPIVS. Hoc lignū vitæ posuit in medio paradisi, ne dum frequenter eā arborē in conspectu cernerent, quasi quibusdā irritamentis illecti, in datam legem cōmitterēt. Præterea quia præceptū iubebat vt illa abstineret Adam, necessariò in mediò cōstituerat, seu ille qui legē erat accepturus, in medio paradisi erat cōmoraturus, vt credi par est, sic potiturus fructibus eius. Quod aūt naturaliter insitum fuerit arbori uitę īmortalitatē donare, satis euidens exemplū est Adā, qui vbi vetitū fructū in ventrē demisit, peccauit, & deturbatus est de possessione paradisi, ne vesceretur ligno vitę, & sic in ęternū uiueret. Cæterū altera, arbor nō tenuit suapte natura bonorū scietiā, Deus aūt volēs ad liberū arbitriū aperire fenestrā, & simul cōtrariorū notitiā inuehere, arborē interdicit, arborē ostēdit cuius esu interdicit, vt disceret obedētiā esse bonū inobedētiā malum. Queadmodū lex Iudæis posita, mortis nomē iterdū hēt, nō suopte ingenio mortē cōplectens, sed quod eā transgressoribus importet. sic nec lignum mortem continuit in sese.

Vbi supra

✠ ACACIVS. Nec vero mirum uideri debet, si per sensibiles arbores immortalitas conferatur, quando & per sensibilē agnum remissio peccatorum credentib. datur

*Lignum scientiæ boni & mali.* Animæ medietas, & ordinata integritas signatur, quod in medio paradisi plantatum, & scietia boni & mali dictum, quia aīa quod det ī Deum extēdi, si Deo deserto ad se cōuersa fuerit, & potētia sua sine Deo frui voluerit, pęsequēte experiēdo discit, quid sit inter bonū, quod deseruit, & malū quo cecidit, & hoc erit ei gustasse de ligno scietię bōi & mali.

Ex cathena Græca. F Mysticè.

c *Et fluuius egrediebatur.* BEDA. Ad irrigandum paradisum ligna. s. pulchra & fructuosa, quæ omnem illam regionē deco

rabant,

# NICOLAVS DE LIRA.

*animalem continuandam requiritur cibus, per quem restauratur humidum deperditum per actionem calidi naturaliter. Veruntamen ista restauratio non fit secundum æquiualentiam, ut dicit philosophus primo de generatione, quia caro generata ex alimento impurior est quam primasicut & uinum generatum per aquæ appositionem & conuersionem, quia si continuaretur talis appositio, uinum fieret aquosum, & tandem deficeret species uini. Et eodem modo quia caro generata per alimentū impurior est, & per talem continuationem inducitur senectus in qua carnes sunt impuriores, & tandem deficit uita. igitur quia (sicut dictum est) homo factus est in uita animali, in qua calidum consumit humidum, intelligebat esu lignorum de quibus hic dicitur.* Omne lignum pulchrū visu, & ad uescendum suaue. *Sed ad hoc quod prædicta restauratio fieret secundum æquiualentiam, & per consequens impediretur senectus, indigebat esu ligni vitæ, quod propter hoc sic nominatur, & hoc est quod dicit Aug. 14. de ciuitate Dei, quòd cibus aderat homini ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vitæ ne illum senectus dissolueret.*

Vita aīalis cibo eget.

1 Lignumque scientiæ boni, & mali. *Dicit Iosephus 1. lib. antiquitatum, quod fructus illius arboris habebat virtutem accelerandi & acuendi vsum rationis, sed hoc est falsum, quia ad hoc non se extendit corporalis. & hoc etiam infra magis reprobabitur. Ideo dicunt Doctores catholici, quod dictum est,* lignum scientię boni & mali, *ex euentu consequenti, quia per esum illius ligni homo experimentaliter cognouit, quanta esset distantia inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ.*

Iosephus improbat

2 Et fluuius egre, &c. *Hic describitur amœnitas paradisi quantum ad irrigationem, cum dicitur,* Et fluuius egrediebatur: *quia ibidem*

✠ de

rabāt, ſicut Nilus plana Aegypti irrigat. Voluit enim Deus ī noſtro orbe haberi ſimilitudinem cœleſtis patriæ, ad quam poſſidēdā creati ſumus, vt ad redeūdum vicino nos moneret exemplo. Cōſtat autem fluminum quæ de paradiſo exire feruntur, ī noſtra terra notos eſſe fontes. Phiſon enim qui & Gāges, in locis Caucaſi montis, Geon qui & Nilus, non procul ab Atlante, qui eſt mons Aphticæ ad occidentem. Tigris & Euphrates ex Armenia. Ferunt hiſtorici Trigin & Euphratem & Nilum plerīq; locis terræ abſumi, & paulo poſt emergentia ſolitum agere curſum.

Vbi ſupra. ca. 7. Fluminū paradiſi ortus. Gæon. phiſon.

AVG. Alia tranſlatio. *Fons exijt de Edē qui irrigat paradiſum, etc.* Hæc flumina gentibus per quas fluunt notiſſima ſunt, duobus vetuſtas mutauit nomina. Gæon enim Nilus nunc uocatur. Phiſon Ganges. Tigris & Euphrates antiqua nomina ſeruauerunt. Debemus hæc prius ad literam accipere, nec figuratam tantum locutionem putare, Sed alliorum fontes tes noti dicuntur, aliorum omnino ignoti, ideo non videntur ad literam ex uno fonte diuidi, quia & locus ille paradiſi remotus eſt a cognitione hominum, qui in quatuor partes aquarum diuiduntur. Sed flumina quorum fontes noti eſſe dicuntur, ſub terras eunt: & poſt longos tractus erumpunt, vbi tanquam ſuis fontibus nota eſſe perhibentur, ſicut ſæpe faciunt flumina. Exibat ergo fluuius de Eden. i. de loco delitiarum & irrigabat paradiſum, ligna ſcilicet pulchra & fructuoſa.

1 Fluuii ſecundi Geon. 2 Contra Aſſyrios. Ad orientalem Aſriæ. Eden.

Myſtice. ISIDO. *Myſtice.* Fluuius de paradiſo egrediens, affluentia eſt ęternę iucundiatis, de qua dicitur Pſal. xxxv. c. *Torrente voluptatis tuę p. &c.* Quatuor flumina quatuor principales virtutes. Phiſon, qui mutatio oris interpretatur, eſt prudentia quæ ad capacitatem auditorū mutat verba ſua, vnde j. Cor. x. d. *Omnibus omnia factus ſum.* hic circuit terrā quę habet optimū aurū, id eſt viuēdi diſciplinam, a terrenis ſordibus decoctam, quæ niteſcit in aurum optimum, nec falſitate vincitur, ſicut carbunculus nocte non obſcuratur. Habet quoque ſpeciem vitæ æternę, quę virore praſij ſignificatur, propter virorem qui nō areſcit. Geon interpretatur hiatus terræ, qui ſignificat tēperantiam, quę illicitis moribus reſiſtit, qui Aethiopiam circuit quia terros mores & incētiua libidinis abſorbendo cōſumit. Trigis a nimia velocitate, fortitudinē ſignificat, qui vadit ꝯtra Aſſy-

Phiſon, mutatio oris, alias, īcrementū. Gæō hiatus terre ſiue inundatio. Tigris, velox, leuis, acutus.

a ¶ Verbo & baptiſmo. b ¶ Eccleſiam.

voluptatis ad irrigandū paradi

a ¶ Virtutes principales. ¶ Euangelia.

ſū: qui inde diuidit' in quatuor

a ¶ Flumina. ¶ Mutatio oris, quia viliorem faciem habet apud nos quam in paradiſo. ¶ Qui & Ganges. ¶ Hic ſignificat prudentiam.

capita. † Nomē vni phiſon: Ipſe eſt q circuit omnem terram Euilath, vbi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimū eſt. Ibique inuenitur bdelliū, & lapis onychinus. Et nomē 2 fluuio ſcdo Gehō. Ipſe ē

a ¶ Hiatus terræ, hic eſt Nilus qui ſignificat tēperantiā.

a Terros mores, ſcilicet & incentiua libidinis.

q circuit oēm terrā Aethiopiæ.

a ¶ A nimia velocitate, hic eſt fortitudo.

Nomē vero fluuius tertii tigris.

a Conſtanter. b Aduerſarios prudentiæ.

Ipſe va'dit cōtra aſſyrios: fluui'

a ¶ Frugifer quia terram facit fructiferā, & ſignificat iuſtitiam. Nec dicitur quam terram circumeat, quia in vicino irrigat terram promiſſionis, & facile a populo qui hæc lecturus erat, cognoſci poterat.

aūt quart' ipſe eſt Euphra'tes.

Aſſyrios, quia impigrā aduerſus eos qui conſiliis prudētiæ reſiſtūt exercet actionem. Aſſyri enim ſæpe pro aduerſariis ponūtur, quia Iſraelitas ſæpe expugnauerunt. Euphrates frugifer interpretatur, nec contra quos vadat dicitur, quia iuſtitia ad omnes animæ partes pertinet. quia & ordo & æquitas animę eſt, quæ ſibi copulantur prudētia, temperātia, fortitudo. Iuſtum eſt enim vt prudens ſit anima, veritatem contemplando, temperans, concupiſcentiam refrænando, fortis aduerſa tolerando.

Euphrates, frugifer minas. Moraliter

GREGO. Quatuor fluminibus de paradiſo egredientibus terra irrigatur. Solidum ratione noſtræ ædificiū, prudentia, temperantia, fortitudo iuſtitia continent, quia his quatuor virtutibus tota boni operis ſtructura conſurgit. Quatuor flumina paradiſum irrigant, quia dum his quatuor virtutibus cor infunditur, ab omni deſideriorum carnalium æſtu temperatur.

† Ecc. 24.

a *Euilath.* Regio Iudiæ quæ poſt diluuium poſſeſſa eſt ab Euila filio Iectān, filii Heber patriarchæ Hebræorū. Enilath interpretatur parturiens, quia aliquis loquens veritatem, magis parturit quā pariat. Plini' dicit regiones Indię præ cæteris venis aureis abundare.

Euilath. Plinius.

b *Bdellium.* Secūdum Plinium arbor eſt aromatica magnitudine oleagina, cuius lachryma lucida, guſtu amara, boni odoris, ſed odoratior infuſione vini,

Bdellium.

*Onix.* Eſt lapis pretioſus ſic dictus, quia permixtum habet cādorem ad humani ſimilitudinē vnguis, quia vnguis, Græce dicitur Onix. Antiqua tranſlatio habet carbūculum & praſium. Carbunculus eſt ignei coloris, & dicitur illuſtrare tenebras noctis. Praſins eſt uiridis, unde Grece a porro, quod praſon dicitur, nomen accepit.

Onix.

✠ PROCOPIVS. Commemorat ſolum duos lapides primitias ſacerdotii, & aurum. Sacerdos eternum gerebat mitrā auream, & duos lapides ſupra pectore. Præterea Pragnus peculiariter dedicatus eſt ſacerdotali tribui, quæ cœleſtium cognitionem rimatur. Carbunculus conſecratus eſt regiæ poteſtati. Vt enim ignis eſt, vt v.ar, & lucem præbeat, ſic regis eſt vt benefaciat & puniat. Quapropter in hoc Iudam expoſuit, ex quo Chriſtus. Idcirco Iſaias introducit Deum dicētem ad Ieruſalem. *Ecce paro carbunculum lapidem tuum*, id eſt, Salvatorem.

Vbi ſupra

☞ *Tulit*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *de fonte uel fontibus oriebatur ad irrigandum totum paradiſum, quia per illum tranſibat ad amœnitatem loci & fructificationem.*

1 Qui inde diuiditur. *in flumina principalia, quæ deriuantur extra paradiſum, ideo ſequitur.*

2 Nomen vni phiſon. *a fertilitate Piſcium, quia terram per quam tranſit fertilem facit, Phiſon enim in Hebræo abundantiam ſignificat, vel fertilitatem, & iſte fluuius aliter nominatur Ganges.*

Phioſn.

3 Ipſe eſt qui. &c. *Euilath quædam Regio eſt Indiæ ſic nominata ab Euila fiiio Iectan, de hoc habetur infra 10. a.*

4 Vbi naſcitur aurum. *dicit enim Plinius, quod terra Indiæ præ cæteris abundat in uenis aureis.*

5 Et aurum, &c. *quia regio Euilath habet melius aurum quam cęteræ regiones Indiæ.*

6 Ibique inuenitur bdellium. *arbor eſt aromatica ſecundum qđ in libro de proprietatibus rerum habetur. Hebræi dicūt hic cryſtallus, & habet apparentiam, quia numeratur cum alio lapide, unde ſequitur.*

Bdellium.

7 Et lapis Onychinus. *ſic nominatus propter ſimilitudinem quam habet in colore cum vngue humano ὄνυξ, Onix enim Græcè idē eſt quod vnguis Latinè.*

Onychinus. Onix

8 Et nomen, &c. Gyon. *ipſe eſt Nilus.*

9 Ipſe eſt, &c. *& inde deſcendit in Aegyptum.*

10 Nomen uero fluu, &c. *ſic nominatus a uelocitate curſus. Tigris enim eſt animal uelociſſimum habens curſum.*

Tigris.

11 Fluuius autem, &c. *De curſu iſtius ſcriptura nō facit mentionem, quia erat unus terminus terræ Iſrael, & ideo curſus eius erat ſatis not' filijs Iſrael, quibus Moyſes ſcribebat. Sed contra prędicta uidetur, quia origines iſtorum fluuiorum inueniuntur ab hominibus extra paradiſū, & ideo non videtur quod inde deriuentur. Ad quod dicendum quod frequenter viſum eſt aliqua magna flumina abſorberi in terra, quę currentia ſub terra per magnum ſpacium poſtea egrediuntur alibi, & ſic videntur ibi oriri, cum tamen prima origo ipſorum ſit alibi: & ſic poteſt dici de prędictis fluuijs paradiſi.*

✠ Tu-

## MORALITER.

✠ 1 *Diuiditur in 4. cap.* propter quadruplicem ſenſum contentū in ea, ſicut ſuperius eſt expreſſum. In hoc ēt paradiſo ponitur lignum vitæ. i. doctor ſanæ doctrinæ, de quo dicitur Pſal. 1. a. *In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte, Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo*, i. doctrinā ſanā in auditorib. fructificantē, & vitam gratiæ continuantem. Lignum ēt ſcientiæ boni & mali. Per quod intelligitur hæreticus doctor, cuius doctrina eſt mortifera. Dicitur tamen lignum ſcientiæ boni & mali, quia nulla doctrina eſt ita peſtifera, quæ non habeat admixtum aliquid boni. Per alia vero ligna quibus veſci licitum erat homini, deſignantur documenta bonis quorumcunque ſimplicium, verbis & exemplis ad bonos mores inducentium. In hoc autem paradiſo ponitur homo, id eſt, quicunque eſt in eccleſia merito & numero, ad operandum & cuſtodiendū, id eſt, ad faciendum bonum opus & continuandum. Sequitur.

A a *Tulit ergo dodeete.* AVGVS. Hominem in paradiso positum iam dixit. Nunc recapitulat ad quid positus est, *vt operaretur, etc.* Non est enim credibile quod Deus eum ante peccatum ad laborem dānauerit, sed uidimus quosdam ex uoluptate agricolare, quæ tunc amplior erat, cum nihil aduersi accidebat de cœlo uel de terra. Dederat autem homini facultatem operādi quā tum uolendi satis esset, non quantum indigentia cogeret. Gemina est enim prouidentię operatio, naturalis & uoluntaria. Naturalis, per occultam Dei administrationem. Voluntaria, per angelorum uel hominum operationē. Secundū primam arbusta & animalia habēt concipi & nasci, cœlestia & terrena ordinari. Secundum illam fiunt quę interiori & naturali motu geruntur. Secundum alteram habent homines docere, discere, agricolare, & huiusmodi. In humano quoq; corpore naturalis operatio agitur secundum quam humanum corpus naturaliter fit crescit, senescit. Per uoluntariam uero curatur. Anima quoque naturaliter uiuit, sentit. Voluntarie discit, consentit. Deus autem omnes creaturas bonas creat, omnes uoluntates iustas ordinat. Credibile est ergo hominē in paradiso positum, *ut operaretur*, nō laboriose, sed deliciose, & mentem prudentis magna & utilia cōmoneret. *Et custodiret.* hoc est forte, ut qd faceret in terra per agriculturam, custodiret ī se per disciplinam, ut sicut ager obtemperaret colenti, ita ipse Deo pręcipienti, ut scilicet sumpto pręcepto obedientię fructum non spinas inobediētiæ redderet, Sed quia hoc noluit, similem sibi agrum dānatus accepit, qui scilicet spinas & tribulos reddidit. Vt custodiret paradisum, ne committeret unde expelli deberet.

*Vbi supra ca.8.*

*1 Voluptatis. i. eden.*

a ¶ Assumpsit ca. 3 ein.

**Tulit ergo dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis ut operaretur, & custodiret illum. Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradisi co-**

a ¶ Vt ex omnibus gentibus ecclesiam impleret.
b ¶ Homo ex voluptate paradisum, uel Deus hominem faciendo iustum.
a ¶ Homo paradisum ne amitteret, vnde quos de diuitiis mira custodiuit.
¶ Idest omni virtute ad beate viuendum vtere.

B Vnde acceperit & pręceptū, quo custodito, id est, quo seruato nō perderet. Rem enim suam non custodisse dicitur, qui sic agit ut perdat, & si aliis sit salua. Sed præcipue dicendum est, ut ipsum hominem operaretur Deus & custodiret, operatur homo terrā, non ut faciat eam esse terram, sed cultam & fructuosam, & Deus hominem quē creauit ut esset homo, operatur ut iustus sit, si ab illo per superbiam nō discesserit, unde Eccle.x.b. *Initium enim superbiæ hominis est apostatare a Deo.*

✻ AMBROS. Aduerte quia extra paradisum uir factus est, & mulier intra, ut aduertas quod non loci, non generis nobilitate, sed uirtute unusquisque gratiam sibi cōparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiore loco, uir melior inuenitur. Et illa quę melior loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior reperitur. Mulier enim prior decepta est, & uirum ipsa decepit. Vnde Apostolus Petrus, *Subiectas fortiori vasi mulieres sanctas viris suis velut domino obedire memorauit.* Et Paulus ait, *quia Adam non est deceptus sed mulier.* Deinde cōtuendum, quia nemo debet sibi facile præsumere. Nam ecce illa quæ in adiumentum facta est uiro, pręsidio utili indiget, quia uir est caput mulieris. Ille autem quia adiumētum uxoris habiturum se esse credebat, lapsus est propter uxorem.

*Lib. de paradiso. c.4*

*1. Petri. 3. 1. Timo. 2*

✻ IDEM. *vt operaretur.* Non idem est operari & custodire. In opere quidā uirtutis processus est, in custodia quędam cōsummatio operis deprehenditur, eo quod quasi consummata custodiat. Hęc duo ab homine requirunt, ut & operib. noua quærat, & parta custodiat, quod est generale.

✻ CHRYSOST. Erat operatio tum citra laborem, Dederat enim occupationem quamdam quę neque dolorem neque molestiam afferret.

*Hom. 14. in Gen.*

GREGORIVS. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, &c.* Pensandum est quia bona prodesse nequeunt, si mala non caueantur quæ surrepunt, perit enim omne quod agitur, nisi solicita humilitate custodiatur. Vnde *vt operaretur, &c.* Operatur .n. qui agit bonum, quod præcipitur: sed quod operatur non custodit, cum hoc surrepit quod prohibitur. Vnde oportet & semper bona agere, & nos in ipsis bonis operibus caute in cogitatione custodiret, ne si mentem eleuent, bona nō sint, quæ non authori militant sed elationi. De libris quoque nō canonicis, sed ad ædificationē editis, testimonium proferamus. j. Macha.vj.f. Eleazar in prælio elephantum feriens strauit, sub ipso uero occubuit. Sunt enim qui uitia separant, sed sub ipsis superbiendo succumbunt.

*Lib.19.moral.c.17*

C

D

HIERON. *Et sumpsit dominus. Deus.* h. &.p.&c. Pro *voluntate* in Hæbreo habetur *Eden.* Ipsi ergo. Lxx. nunc Eden interpretati sunt voluptatem. Symmachus uero, qui paradisum florentem ante transtulerat, hic amœnitatem uel delitias posuit.

*In q̄onib Hebraicis in Gen.*

b *Et posuit eum, &c.* ISID. *Mystice.* Ex eo quod additum est. *Et custodiret:* innuitur qualis operatio esset, quia in tranquilitate beatæ uitę ubi mors non est: omnis operatio est: custodire quod tenes. Datum est enim præceptum vt de omni ligno paradisi sumerent: sed non de ligno scientię boni & mali, id est non sic eo fruerentur, vt integritatem naturæ suæ vsurpando vetitum violaret.

c *Præcepitq; ei &c.* AVG. A ligno prohibitus est, quod malū non erat, vt ipsa præcepti conseruatio bonum illi esset, transgressio malum, nec melius consideratur quātum malum sit inobedietia, cū ideo reus factus sit homo, quia prohibitus rem tetigit, quam si nō prohibitus tetigisset: nō peccasset. Si enim venenosam herbam prohibitus tetigeris, pęna sequitur, & si nemo prohibuisset, similiter sequeretur. Si vero prohiberetur res tangi quę nō tangenti, sed prohibenti obest, sicut aliena pecunia. Ideo prohibitio est peccatum, quia prohibenti est damnosum. Sed cum tāgitur, quod nec tangenti obest, si non prohiberetur, nec cuilibet si tangatur, quare prohibetur, nisi vt per se bonum obedietiæ, & malum inobedientiæ mōstraretur? A peccāte autem tantum appetitum erat, non esse sub damnatione Dei, quando admissum est a quo debebat sola iussio damnantis dehortari, vt Dei voluntas humanę præponeretur: eius iubet, qd iubet, seruus faciat. Magna est vtilitas homini q̄ Deo seruit, q iubēdo vtile facit. Grādi ruinę patet volūtas propria, si Dei volūtati se extollendo prēponat, hoc expertus homo didicit quid sit inter bonum obedientiæ, & malū inobedietię.

*Lib. & tract. ad litteram*

*Vbi supra cap. 13.*

E

AVGVST. Quæritur si viro soli vel etiam fœminę præcepit hoc? Scriptum est. *Præcepit dominus Adæ dicens,* Non dicitur præcepit eis Et subditur, *Et omni ligno paradisi comede,* non comedite, *de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas,* non dixit ne comedatis, Postea pluraliter alloquitur, *In quacunque die co.ex eo mor.mo.* forte quia facturus erat mulierem, sic præcepit, vt per virum ad mulierē perueniret, Vnde Apostolus. j. Cor.xiiij.g. *Si quid, discere volūerint, domi uiros suos interrogent.*

*Quæstio c. 17.*

✻ GREGORIVS NYSSENVS. Obseruare dignum est in tota mundi conditione dictum esse, *Dixit Deus, fecit Deus.* Quæ quidem vox Deus proprie opificem signat. Domini autem appellatio proprie regis ac principis potestatē significare videtur. Merito igitur cum Deus Adæ iniūgeret, scriptum est iuxta aliam literam, *& madauit dominus Adæ,* vt simul Deum opificē regemque omnium declaret.

*De conditione hoī*

PROCOPIVS. Dicunt aliqui si immortalitate nos amicire voluit, quid opus erāt pręcepto, propter quod peccaturi eramus, & deinde iudicii eius sentire seueros aculeos. Respōdeo, cum sit benignus & mansuetus, & vellet in incorruptibilē & immortalem cōditionem asserere humanū genus, ne suę vel propriæ virtuti beneficium id accepto ferent, in hūc modum egit. Voluit vt gratias ei haberent, his etiā destinauit præsentem vitam, vt palestram & quasi doctrinam futuræ vitæ Dei de inferēs mortem ob peccatum, voluit vt agnosceremus nostram infirmitatem, & deinde nos ipsi magis appeteremus futurum donum.

*In cap. 2*

F

*Præcepitq; ei di. Ex omni, &c.* Si quæritur quomodo ista locutus sit: non proprie a nobis potest comprehendi. Certum est im-

*Quō Deus loquitur.*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Tulit ergo dominus, &c. *Postquam descripsit paradisi conditionem, hic describit eius habitationem dicens,* Tulit ergo, &c. *de loco in quo formauit eum extra paradisum, ut prædictum est. Et dicunt aliqui, quod formatus fuit in agro Damasceno.*

2 Et posuit eum, &c. *tanquam in loco conuenienti statui innocentiæ.*

3 Vt operaretur, &c. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo, ut operari & custodire referatur ad Deum actiue, ut sit sensus, Deus posuit hominem in paradiso ut operaretur ipsum hominē, beneficijs suæ gratiæ ipsū perficiendo, & custodiret illum in paradiso terrestri ad tempus, donec esset ad cęlestem gloriam transferendus. Alio modo exponitur, ut referatur ad hominē, sic intelligendo, quod Deus posuit hominem in paradiso, ut homo operaretur ibi, non opere labrioso, sed magis delectabili ad experentiam, & exercitium suæ uirtutis.*

*Ad Deum referri nequit, si Hebraice relatiui vim notes.*

4 Et custodiret illum. *non ab inuasoribus, sed seruando iustitiam originalem, ne propter peccatum suum inde abiceretur.*

5 Præcepitque eis dicens, De omni ligno, &c. *tenebatur enim ad conseruationem sui comedere de alijs lignis, & de ligno uitæ, ut prædictum est. sed quia lignum scientiæ boni, & mali excipiebatur, ideo subditur.*

✻ De

☞ enim aut per suam substantiam loqui aut per creaturã subditam sibi. Sed per suam substantiam non loquitur nisi ad creãdas omnes creaturas, & ad spirituales illuminandas, cum iam possunt capere locutionem quæ est in verbo Dei. His autem qui capere non possunt per creaturam loquitur, aut per spirituaiē sicut in ecstasi, vel in somnis, similitudine corporaliũ rerum, ait ẽt per corporalem, dum sensib. corporis apparet aliqua specie vel insonãte voce. Si ergo Adã poterat capere locutionem Dei, quam per substantiã suam præbet angelis, mẽtem eius ad horã mouit miro modo & ineffabili. Si autẽ adhuc necessaria erat sanctioris creaturæ authoritas qua cognosceret iussionem Dei, sicut nobis pphetæ & angeli, locutus est Deus per aliquam creaturam vocibus quas intelligeret. Postea vero audierunt vocẽ Dei in paradiso deambulantis, non per ipsam substantiã, sed subditam sibi creaturam.

cap. 18. — A — † 11. q. 3. c. admensã. §. itẽ illud & c. quid ergo. — † Interdicit homini Deus ligno vitæ. — Eden.

AVG. Quæritur, quomodo loqui potuerunt, vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo, vel magisterio? Sed eos Deus tales fecerat qui possent loqui, & discere ab aliis si essent.

AVG. De Christo dicitur. Esa. vij. c. *Priusquam sciat puer bonũ aut malum contemnet malitiam, vt eligat bonum.* quomodo quod nescit, aut contemnit, aut eligit? Hęc duo aliter sciuntur per prudentiam boni, aliter per experientiam mali. Per prudentiam boni, malum scitur & non sentitur, tenet enim bonũ ne sentiatur malum. Per experientiam mali scitur bonum. quid enim amiserit, sentit, cui amisso bono male fuerit. Puer ergo anteq̃ sciret, per experientiam bonum quo careret. aut malũ quod bono amisso sentiret, contempsit malũ vt diligeret bonum, idest, noluit amittere quod habebat, ne sentiret amittẽdo, quod amittere non debebat.

cap. 14.

a *De lig. autem. &c.* AVG. Lignum ex eo quod inde secutum est nomen accepit. Malum enim nisi experimento non sentiremus, quia nullum esset nisi fecissemus, quia malũ natura non est, sed amissio boni sic vocata est. Si autem obedientes essent, nec ɔ̃ præceptũ peccassent, lignum tamen scientiæ boni & mali diceretur, quia hoc accideret si vsurparetur. Sed inquiunt, quomodo intelligeret homo lignum esse scientię boni & mali, qui vsum mali nesciebat omnino? Sed ex cõtrariis contraria nascuntur, vt ex plenitudine inanias, & auditum ex silentio iudicamus. Sic ex vita quę inerat, potuit cognosci priuatio vitę, quæ mors modo vocatur. Vita autem dulcis erat, quam amittere deuitabant, nec peccatum persuaderetur, nisi quod ex illo non essent morituri prius diceretur, id est, quod amabant non amissuri.

cap. 14. — Quæstio.

✠ AVS. Licet morituri non essent primi parentes nisi peccassent, alimentis tamen vtebantur, nondum spiritalia, sed adhuc aĩalia corpora terrena gestantes. Quæ licet senio nõ veterascerent, vt necessitate perducerentur ad mortem, qui status eis de ligno vitę, quod in medio paradisi cũ arbore vetita simul erat mirabili Dei gratia præstabatur, tamen alios sumebant cibos præter vnam arborem quę fuerat interdicta, non quia ipsa erat malum, sed propter commendandum puræ & simplicis obedientię bonum.

Lib. 13. de ciuitate c. 10. — C

✠ SEVERIANVS. Tres arborum differentiæ erãt in paradiso. Vna quidem data illi erat ut viueret, altera vt bene viueret tertia vt semper viueret.

Ex cathena Gręca.

1 *In quocunque enim d. &c.* Non ait, si comederis mortalis eris, sed *morte morieris.* Mortuus est enim homo in anima, cum peccauit, quia recessit ab illo Deus qui est vita animę, quam secuta est mors corporis, discedente ab illo anima quę est vita corporis, quæ Adæ euenit, cum pręsentem vitam finiuit. Potest ita intelligi, quod quãdo peccauerunt, statim morte illa puniti sũt, de qua dicitur Rom. septimo. d. *Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* & Ibidem octauo. b. *Corpus mortuum est propter peccatum.* non ait mortale sed *mortuum*, quamuis mortale, quia moriturum. Non credendum est ante peccatum ita fuisse illa corpora, sed animalia nondum spiritualia, non tamen mortua, quæ scilicet necesse esset mori, quod in die preuaricationis factum est.

D

¶ Quasi medietatem quã Deo habes, & creaturę p̃ ręcs ne corrumpas.
b ¶ Proprij arbitrij, quod in medio positum est ad cognoscendum bonum & malum, de quo qui relicta Dei gratia gustauerit morte morietur priuata, vita beata.

a medẽ, [a] de ligno autem scientiæ [b] boni & mali ne comedas. In quocunque enim die comederis ex eo morte morieris. Dixit quoque [b] do-

a ¶ Symachus melius, mortalis eris.
¶ Priuatus beata vita.
b ¶ Augustinus forte tẽporalibus vocibus vel ratio ipsa memoria est, quę in verbo Dei principaliter erat.

a b c d — 1 2 3

✠ AMBROSIVS. Appelles sicut habes in trigesimo octauo tomo eius. hanc qõnẽ proponit. Si homo nõ gustauerat mortem, vtique quã ñ gustauerat, scire nõ poterat. Ergo si non gustauerat, nesciebat, si nesciebat, timere non poterat. Frustra igit Deus mortẽ pro terrore obiicit. quã homines non timebant. Hoc aũt facile ex cõmuni naturę vsu absolutionem habet. Est enim natura insitũ omnibus, vt etiã ea quæ nondũ sibi nocere experta sunt, quasi noxia reformidẽt. Vnde. n. columbæ in ipso ortus sui visu terror accipitris?

Li. de paradiso. c. 4

*Morte morieris.* Duplex mors significatur. Animæ, domino discedente, qui est eius vita. Vel corporis, quam in si. vitæ accepit. Sed statim necessitatem moriendi incurrit.

Mors duplex.

✠ HIERONYMVS. Sed melius interpretatus est Symmachus *mortalis eris.*

✠ AVGVSTINVS. Cum quæritur quam mortem Deus fuerat comminatus. Vtrum animæ an corporis, an totius hominis, an illam quę secunda dicitur, Respondendum est, omnes. Prima constat ex duabus, secunda ex omnibus tota. Sicut. n. sit vniuersa terra ex multis terris, & vna ecclesia ex multis constat ecclesiis, sic vniuersa mors ex omnibus. Quoniam prima constat ex duabus, vna animæ, altera corporis, vt sic prima totius hominis mors, cum anima sine Deo & sine corpore ad tempus pœnas luit. Secunda vbi anima sine Deo cum corpore æternas pœnas luet.

De quæstionibus Heb. — Li. q. 13. de ciuitate, cap. 12. — E

d *Dixit quoque do. &c.* AVG. Vel forte in mente ipsius hominis dixit, sicut loquit quibusdã sanctis in ipsis. vnde Psal. lxxxiiij. a. *Audiam quid loquatur in me do. Deus* aut aliqua ipsi homini per angelum facta est reuelatio, aut in somnis, aut in ecstasi, aut aliter sicut prophetis. Vel per corporalem creaturam vox sonuit, sicut de nube, *Hic est filius meus dilectus* Sed si modum nescimus, Deum tamen dixisse non dubitamus. Si autem voce corporali, vel temporaliter expressa similitudine corporis, dixit, non per substantiam suam sed per subditam creaturam sicut visus est albo capite sicut lana, & inferius sicut aer calcham. Intelligamus ergo quid dixerit, quia adiutorium homini simile fuisse faciendũ æterna veritas habet, & in illa audit quæ potest cognoscere, quid quare creatum sit. Erat autem faciendum adiutorium propter filios creandos, sicut adiutoriũ semini terra est vt virgultum ex vtroque nascatur. Vnde supra. j. c: *Crescite & multiplicamini & replete terram,* &c. Hæc ratio connunctionis, nec post peccatum pęnãque defecit, scd̃m quam terra hominibus plena est, Emissa quidem de paradiso conuenerunt & genuerunt. Sed potuerunt in paradiso eis esse nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus, sine ardore libidinis, sine labore pariendi, non vt morientibus patribus succederent filii, sed in aliquo formæ statu manentibus, & de ligno vitæ vigorem sumentibus, & filii ad eundem producerentur statum, donec impleto numero sine morte animalia corpora in aliam qualitatem transirent, in qua omnino regenti spiritui deseruiret, & solo spiritu viuificante, sine corporeis alimentis viuerent. Cur ergo non coierunt in paradiso? Quia muliere creata, mox transgressio facta est, & eiecti sunt de paradiso. Quantum enim fuerit inter eos factos, & natum Cain, scriptura non exprimit. Vel quia Deus nondum iusserat, vt coirent, & poterat diuina expectari authoritas vbi concupiscentia non angebat. Deus autem non iusserat, quia casum eorum præsciebat. vnde genus humanum mortale propagandum erat. Si autem parentes filiis cedere oportebat, vt p successiones certus numerus expleretur, potuerũt genitis

Libr. 9. de Genes. ad litera. c. 2. — Matth. — F — Quare n coierunt in paradiso.

☞ filiis

NICOLAVS DE LYRA.

1 De ligno autem, &c. *Et istud præceptum fuit negatiuũ, & quantum est ex se ualebat ad exercitium uirtutis obedientiæ. Et quia inobedientia meretur pœnam, ideo sequitur.*

2 In quocunque enim die, &c. *idest, necessitatem moriendi incurres, & ideo in Hebræo habetur* מות תמות *moth tamuth, moriens morieris, quia gustato ligno non statim mortuus, sed cepit ad mortem tendere.*

3 Dixit quoque Deus, non est bon. *Hic consequenter describitur humanę humanæ naturæ multiplicatio, & quia ista multiplicatio fit per generationem, ad quam requiritur coniunctio maris & feminæ, ideo primo explicat mulieris formationem, secundo eius coniunctionem matrimonialem, ibi:* Dixitque Adam. Hoc nunc os. *Adhuc primo ponitur formationis ratio. Secundo subiungitur ipsa formatio, ibi:* Misit ergo dominus Deus soporem. *Ratio autem formationis mulieris fuit multiplicatio generis humani, quæ non poterat esse per solum masculũ, & hoc est quod dicitur.*

A filiis Perfectaque humani officii iustitia, ad meliora transferri non per mortē, sed per aliquam mutationem, aut per illā summam, qua receptis corporibus fieri sancti, sicut angeli in cœlis, aut per aliquam inferiorem, qua haberent meliorē statum quam habet hoc corpus. vel quę prius facta fuit viri ex limo terrę, mulieris ex uiri carne. Nō enim putandum est Heliā esse, sicut sancti erūt accepta retributione. Vel sicut homines qui adhuc viuunt. Si quis autē putat quod Helias hoc mereri non posset, si vxorem duxisset, & filios procreasset. Creditur enim non habuisse, quia scriptura nō dicit, quā uis & de cœlibatu non dixerit aliqd. Enoch genitis filiis Deo placens, nō mortuus, sed translatus est. Similiter Adā & Eua transferri possent. Nam si Enoch & Helias in Adam mortui, & gestantes in carne propaginē mortur, vnde creduntur ad hanc vitam vt moriantur redituri, nunctamē in alta vita sunt, vbi ante resurrectionē carnis, antequam corpus animale fiat spirituale, nec morbo, nec senectute deficient, q̄to magis primis hominibus daretur, si non peccassent, vt in meliorem statum filiis genitis cederent. vnde finito sęculo, cum omni posteritate in angelicam formam, non per mortem, sed per Dei virtutē mutarentur, facta est ergo mulier generandi causa, quæ non est subtrahenda. Apud Deum enim excellit virginitas, quia cum ad implendū numerum sanctorū largissima suppetat copia, libido sibi non vendicat, quod iam suscipiendæ prolis necessitudo non postulat. Infirmitas quoque prona in ruinam turpitudinis, excipit honestatę nuptiali, & quod sanis est officiū, ægrotis est remedium. Incontinentia quidem malum est, sed non ideo conubium non bonum, quo incontinentes copulantur, nec ꝓpter illud malum culpabile est hoc bonum, sed propter hoc bonū veniale illud malum. Bonum enim nuptiarum nō pōtest esse peccatum, hoc est fides, proles, sacramentum. Fides, ne propter vinculum coniugale cū altero vel altera coeatur. Proles, vt amanter suscipiatur, nutr atur, religiose educet. Sacramentum, ut coniugium non separetur, & dimissus vel dimissa nec causa prolis alteri coniugatur. Hæc est regula nuptiarum, qua naturæ fœcunditas decoratur, incōtinentiæ prauitas regitur.

1 simile sui vel qd sit cora meo. lxx. scdm, vel penes ipsum. Ratio coniūctionis cōiugalis.

virginitas excellit.

B

Bona coniugii.

Avg. qui sentiunt ad gignendos filios in paradiso misceri non licere, forte putant omne connubium peccatum esse, ꝙ qui non faciunt, sed fœcunditatem carnis propter successionem mortalitatis diuinitus datam sentiunt, primos homines concumbere potuisse non consentiunt nisi post peccatum. Sed si recte possunt queri successores morituris, rectius quæruntur socij victuris. Illi autem animales quidem, sed non morituri, nisi peccassent, accepturi angelicam formam, cœlestēque qualitatem, vbi peccauerunt, mox membris corū ægritudo letalis concepta est, & si enim nondum spirituale, sed animale corpus erat nōdum huius mortis erat, de qua & cū qua nati sumus. Cur ergo non credamus illos ante peccatum genitalibus membris: ad procreationem imperare potuisse sicut cæteris, quain quilibet opere anima sine molestia vlla & pruritu voluptatis habet? Cur etiam incredibile videatur, Deum fecisse talia corpora, vt si non peccassent, illis membris sicut pedib. imperarent, nec cum ardore seminarent, vel cum dolore parerēt? Sed post peccatum motū legis illius, 1 quę repugnat legi mentis, meruerūt, quam nuptiæ ordinant, continentia prohibet, ut sicut de peccato factū est 2 supplicū, sic de supplicio fiat meritū. 3 Factam ergo viro fœminam ex viro, 4 in eo sexu, in ea forma, & ea distinctione membrorum, qua fœminæ notæ sunt, quæ peperit Cain, & Abel qui dubitat, cogit omnia mutare quę cre 5 dimus. Quid autē iustius hac pœna, 6 quam vt non ad omnem nutum seruiat corpus quasi famulus animæ, sicut domino noluit ipsa seruire? Siue vtrunque ex parentibus fiat corpus ex corpore, anmami ex anima siue alio modo fiat anima.

Libr. 9. de Genę. c. 8.

C

D

minus Deus: non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutoriū 1 simile sibi. Formatis igitur dominus Deus de homo cunctis animantib. terrę & vniuersis volatilib. a cęli adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis,

a ¶ Quia in homine suscepto ecclesia copulata est Deo.
b ¶ Fœminam ad procreandos filios.

Augustinus: Nutu quo condidit vel per angelos, vt sic intelligerent dominum suum.

✻ Rvbertivs. Cur tandiu mulieris facturam scriptura narrare distulit? Videlicet ut singulas historiæ partes secundum proprias causas rationabiliter ordiuaret.

Libi. 2. in Gen. c. 32.

✻ Ambrosivs, Si vero culpæ ēst auctor mulier, quo modo pro bono videtur adiecta. Si consideras quia Deo vniuersitatis est cura, inuenies plus placere domino debuisse id in quo esset causa vniuersitatis, quam condemnandum fecisse illud in quo causa esset peccati. Et ideo quia ex viro solo non poterat humani generis esse propagatio, pronunciauit Deus non esse bonum solum hominem. Maluit enim Deus plures esse quos saluos facere posset, & quibus donaret peccatum, quam vnum solum Adam, qui liber esset a culpa.

Lib. de paradiso. c. x

E

a *Adduxit ea &c.* Non sicut venatores vel ancupes, nec iussionis vox de nube facta est, quam rationales animæ intelligere solent. Hanc enim naturaliter non intelligunt bestiæ vel aues sed per ministeria angelorum qui capiunt in verbo eius, quid quando fieri debeat. Omnis enim anima etiam irrationalis mouetur iussis. Sed rationalis voluntatis arbitrio consentit, vel non Irrationalis quæ hoc non habet pro suo genere iussu tacita propellitur. Cum autē iussa per angelos ministrantur, peruenit iussio Dei non solum ad homines pecudes, aues, sed etiam ae pisces, sicut ad cetum qui glutiuit Ionam, nec solum ad ista maiora, sed etiam ad vermiculum. De piscibus non dicitur, quod eis Adam imposuit nomina, sed credibile est paulatim cognitis pro diuersitate gentiū imposita esse Notandū autem quod nō dixit, Formatis volatilibus de aquis, sed de terre, secundum vniuersalem appellationem terræ de qua dicitur Act. xvij f. *Deus qui fecit cœlum & terram &c.* secundum quā quæcunque siue de arida, siue de aquis creata sunt, de terra esse creata intelliguntur.

Quomodo Deus bestias Adę adduxit.

Adam cūctis imponit noīa.

F

✻ Chrys.

NICOLAVS DE LYRA

1 Non est bonum hominem esse solum. *quia tolleretur multiplicat onis bonum.*

2 Faciamus ei adiutorium. *quia in generatione requiritur appropinquatio actiui ad passiuum. Virtus autem actiua generandi consistit in mari, virtus autem passiua in fœmina.*

3 Simele sibi: *id est eiusdem speciei, licet alterius sexus. & quia tale adiutorium respectu hominis non inueniebatur in animalibus iam formatis. Ideo sequitur.*

4 Formatis igitur &c. Adduxit ea ad Adam. *ministerio angelico vel suo imperio*

5 Vt uideret. *diligenter considerādo naturas eorum, quarum primus homo habuit perfectam noticiam, Cuius ratio est, quia perfectum naturaliter præcedit imperfectum sicut principium eius, quia reducit ipsum ad perfectionem. Res autem instituenda sunt non solum in seipsis, sed ut princiia sequentium. Homo autem non solum est princioium aliorum hominum per generationem, sed etiam quantum ad instructionem, in quantum discipului ad perfectionem scientiæ deducitur per doctorem, Et ideo sicut in prima productione rerum Deus produxit alias species perfectas, sicut potentes similia producere ex suis seminibus, ut supra dictum est, ita formauit hominem perfectum, non solum quantum ad corpus, vt potentem statim generare, sed etiam quantū ad animam in sciētia ad quam potest naturaliter attingere, ut statim posset docere. Illa autem ad quorum cognitionem potest attingere virtute naturali, sunt oīa illa quę naturaliter continentur in primis principiis per se notis, se quibus potest intellectu: possibilis in actum reduci virtute intellectus agentis, & quia homo in statu innocentiæ ordinabatur ad finem supernaturalem, ideo etiam tunc de supernaturalibus cognitionem habuit quantum pertinebat ad statum.*

Qd Adam habuit perfectam notitiā rerū naturaliū.

6 Omne enim quod, &c. *scilicet secundum veritatē. Et quo patet. quod habuit noticiam de proprietatibus naturalibus viuentium, quia nomina bene imposita a proprietatibus rerum imponuntur.*

✻ 1 Adæ

MORALITER.

1 *Non est bonum hominem esse solum.* Hic agitur de formatione mulieris de viro. Et secundum Augustinū p virū intelligit rō, per mulierem autem sensualitas seu appetitus sensitiuus. Dicitur autē mulier formari de latere viri, quoniā appetitus sensitiuus est rationalis per participationem, & est in adiutorium viri, id est rationis, quando regulatus ratione perficitur virtute morali.

Dicitur

A

Ho.14. in Gen.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quod magna sapiētia præditus fuerit Adam, disce ex his quæ nunc fiunt. *Et adduxit, inquit illa ad Adam vt videret quid diceret ea.* Fecit hoc Deus non solum demonstraturus nobis magnam illius sapientiam, sed vt & symbolum Dominij per nominum impositionē cognoscatur. Nā hominibus mos est, hoc facere in signū dominij, vt cū seruos emerint, ipsorum nomina mutēt. Vnde & Adam instruit vt omnibus brutis tanquam dominus nomina indat.

Lingua prima.

HIERONYMVS. Videtur primam linguā humano generi, fuisse Hebræā, quia nomina quæ vsque ad diuisionem linguarum in Genesi legimus constat esse illius.

Mystice.

a *Appellauitq; &c.* AVGV. *Mysticè.* Significans gentes quę saluę fierent in ecclesia per Christum, nomen Christi accepturas, quod prius non habebant, vnde Esay. lxv. cap. *Vocabo seruos meos nomine alio*

a ¶ Hebræa lingua, quæ sola fuit ante confusionē turris.

ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis a cuncta aīantia, & vniuersa volatilia cęli, & oēs bestias terrę.

a ¶ Inter omnia animantia sibi adducta.
a ¶ Apostolus: Dei adiutores sumus hi non inuenibātur ante Christi dominationem.

Adę vero nō īueniebaturadiu- b tor 1 similis eius. Immisit ergo c

a ¶ pater. b ¶ per mortem crucis. c ¶ Christum scilicet. d ¶ causa mysterij no de terra plasmatur mulier sicut vir.

dñs De⁹ soporē ī adā. Cūq; ob-

Libr. 9. de Gen. ad litera, c. 15. & seqq.

b *Adā vero non inue. &c.* AVGVST. Videndum est quomodo facta sit mulieris formatio, quæ mystice dicitur ædificatio. Angeli nullam possunt creare naturā, ergo nec formare costā in mulierem, nec carnis supplementum in loco costæ, nō quod nihil agāt, vel aliquid creetur, sed nō ideo creatores, sicut nec agricolæ segetum aut arborū. Solus enim Deus. i. trinitas est creator. Facta est ergo fœmina à Deo et si costa ministrata sit per angelos, sicut vir factus ex fœmina nullo concubitu, cum semē Abrahæ dispositū est per angelos in manu mediatoris.

B

Sed quæritur an ratio quā primis operibus Deus concreauit id haberet, vt secundum ipsam ex viri latere fœminam fieri necesse esset, an hoc tantū vt fieri posset. Vt autem ita fieri necesse esset, non ibi iā conditū, sed in Deo absconditum erat. Omnis naturæ iustissimus cursus habet naturales leges, sm quas & spiritus vitæ qui creatus est habet appetitus suos quodam modo terminatos, quos etiam voluntas mala non possit excedere, & elemēta mundi corporei distinitam vim qualitatemque suam, quidq; quod valeat vel non, quid de quo fieri, vel non, super hunc naturalem cursum creator habet apud se posse de omnib. facere aliud quam eorum naturalis ratio habet, vt virga. s. arida repente floreat, fructū gignatu, &, & in iuuentute sterilis fœmina in senectute pariat, vt asina loquaē, & huiusmodi Dedit autē naturis Deus, vt etiam ex his hæc fieri possent, non vt in naturali motu haberent. Habet autem in se absconditas quorundam futurorum, vel factorū causas, quas rebus conditis non inseruit, easque impiet, non opere prouidentiæ, quo naturæ subsistūt vt sint, sed quo illas administrat vt voluit, quas vt voluit condidit. Omnia ergo quæ ad gratiam significandam nō naturali motu rerum, sed mirabiliter facta sunt, eorum absconditæ causæ in Deo fuerunt, Quorum vnū erat, quod mulier facta est de latere viri dormiētis, quæ per ip D sum firma facta, quia ex osse eius. Ille propter ipsam infirmus quia non costa, sed caro suppleta. Non habuit prima rerū conditio, quando sexta die dictum est *masculum & fæminam. c. e.* vt fœmina vt fieret, sed vt fieri posset, ne contra causas quas Deus voluntarie instruit, mutabili voluntate aliquid faceret.

Ecstasis in missa i Adami

C

Ecstasis ergo recte intelligitur ad hoc immissa, vt mens Adę particeps angelicę curię & intrās sanctuarium Dei nouissima intelligeret Vnde euigilans prophetico spiritu eructauit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & ca. d. c. m.* quæ verba cum Adę scriptura fuisse dicat Christus in euangelio deum dixisse declarat, vt intelligamus per illam ecstasim Adā diuinitus hæc dixisse. *Adæ verō non in. a.* Nullus fidelis iustus Christo æquari potest. Psal. xliiij. a. *Speciosus enim forma præ. fi. ho,* Nemo enim poteral genus humanum liberare nisi ipse vnde Apocalipsi. v. a. *Nemo inuentus est dignus aper. re lib, & sol. sig. e. &c.*

Hom. 15.

✠ CHRISOSTOMVS. *Adæ vero, &c.* Quasi doceret nos beatus Moses. & diceret. Hęc omnia quidem (animalia) producta sunt, & ab Adam sua nomina acceperunt, nihil tamen ex his omnibus dignum fuit inuentum illius adiutorio. Quārū cunque enim ministerium exhibent nobis hæc bruta, aliud tamē adiutorium est excelentius, simile sibi, id est eiusdem substantiæ, dignitateque; illō nihil inferius.

Mystice D

*Mysticè Adæ vero non inue. &c.* Facta est mulier in adiutorium viri, quia adhuc erat quod fieret, vt non solum anima corpori dominaretur, sed etiam viri is ratio subiugaret sibi animalem partem suam, per quod adiutoriū imperat corpori. Ad huius exēpla fœmina facta: qua ratio viri subiugauit, vt quod ī duobus planius apparet. i. in masculo & fœmina, in vno consideretur, vt appetitū animæ per quem de mēbris corporeis operamur mens subiugatum habeat. i. iuste regat adiutorem suum. Demōstratur etiam homini quanto melior sit pecoribus, quæ adducta nominatim distinguit & iudicio rationis discernit. Sed hic intellectus facilis. Ille vero difficilior quo intelligit aliud esse rationale quod 1 regit alius animale quod regitur. In quo 2 datum est ei irrationales motus discernere, & dominio rationis cooperante gratia subiugare.

similis eius quod esset corā eo.

c *Immisit ergo dominus, &c.* ISIDORVS. Non possunt hæc corporeis oculis videri. Sed quanto quis à uisibilibus ad secreta intelligentiæ quasi obdormiēdo secesserit, melius & sincerius videt. Ipsa ergo cognitio qua cognoscitur, aliud esse ratione quæ imperet, aliud animalitatē quæ obtēperet, quasi effectio mulieris est de costa viri propter coniunctionem significandam. Vt huic parti quisque dominetur, & fiat quasi coniugalis in seipso, perfecta sapientia indiget, cuius contēplatio secreta est, & à sensu corporis remota, quę per soporem intelligitur. Tūc enim ordinatissime caput mulieris est vir, cū viri caput Christus est. In loco costæ carnem posuit, non vt caro carnalem cōcupiscentiā significet sed affectum dilectionis, qua quisque animā suam diligit, & non est durus vt eam contemnat, quod diligit quisque cui præest *Vocauit ergo Adam vxorem suam,* tāquam potior inferiorem, & dixit, *Hoc nunc os ex ossibus meis, &c.* Os de ossi- E bus propter fortitudinem, & caro de carne, propter temperātiam. Hæ duæ virtutes ad inferiorem animi partem pertinent quam prudētia rationalis regit. Vnde hæc pars animę virago dicta, tanquam à viro deriuata. Quod autem sequitur, *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, &c.* prophetia est, ad sacramentum Christi & ecclesiæ referenda.

An aīa ex aīa fiant. lib. 10. c. 1.

AVGVS. Qui putant animam ex anima, sicut carnem ex carne fieri, dicūt deum vnam fecisse animam sufflādo in faciem viri, vt ex illa cæteræ crearētur, quoniā primo Adam formatus est, deinde Euā. Et unde corpus & animam ille habuit dictum est, sed non de illa quod flatu Dei sit animata, tanquam de viro vtrumque dictū sit qui iā fuerat animatus. Sed si propterea putant animā mulieris ex anima viri, quia scriptum non est, quod eam Deus sufflando animauerit, cur ex viro animatam credūt, cum & hoc scriptum non sit, Si uero deus omnes animas sicut primam fecit ideo de aliis scriptura tacuit, quia quod in una factum est, de cæteris intelligi posset. Nam si aliud fiebat in fœmina quā in uiro, ut ex carne animata anima duceretur, non, sicut uiri aliunde corpus aliunde aīa. quod aliter fiebat, scriptura tacere non debuit, ne ita factum putaremus sicut iā didiceramus: quia ergo nō dixit ex anima uiri factam animam mulieris, innuit nihil aliud putandum, quam de uiro fuerat dictum.

F

Vnde aīa Christi. Li. 10. c. 19. & 20.

AVGVSTIN. Si queratur unde accepit animam Christus, Mallem audire meliores & doctiores, tamē pro meo capitu libentius respondeo, nō de Adam, quam de Adam. Si uero nō secundum animā, sed tantum secundū carnē dicimus Leui fuisse in Abrahām, ibi erat Christus, qui secundū carnem ex Abrahā. & ipse ergo decimatus est, quæ est ergo differentia sacerdotii Christi & Leuitici, q̄ Leui decimat⁹ est à Melchisedech, nisi quia necesse est aliquo modo nō fuisse ibi Christū, Nā secundum carnē ibi fuit, secundū animam non fuit, Non est ergo anima Christi de traduce præuaricationis. Sed dicendū est, quā uis nullius anima sit in lumbis patris secundum carnē tamē in lumbis. Abrahæ decimatū Leui, Christū nō decimatum, quia secundū rationem seminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum uenturus erat in uentrem, secundum quam nō erat ibi Christi caro, quamuis secundū ipsam fuerit Mariæ caro. Leui enim de carne concupiscentiæ nascit, Christus secundum carnalē solā substantiā. In Abrahā decimabaē quod

*Mystice*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Adæ uero non inueniebatur, &c. *Repetit hic causam formationis mulieris de qua in principio huius partis mentionem fecerat, & occasione cuius nominationem animantium interposuerat.*

2 Immisit ergo Dominus Deus, & cætera. *Hic describitur.* ✠ *formatio*

A quod curabatur, non illud vnde curabatur. Sed si dicitur sicut potuit esse fecundum carnem, & non decimari ita secundũ animam. Respõdetur: Si potuit de anima fieri quod de carne dictum est, ita est de traduce aĩa Christi, vt habeat præuaricationis non ẽxit. Si aũt sine reatu non possit inde esse, non inde est. Cæteræ aũt animæ vtrum de parentib. an desuper fiat vincant q poterunt, ego adhuc inter vtroq; moueor, aliqñ sic, aliqñ aũt sic. At oĩa paria vel pene paria ex vtroque latere munimenta rõnum pronunciarẽ, nisi sñia eorũ quæ aĩas ex patrib. creari putant, de baptismo paruulorũ præponderaret, de quib. qd rñderi possit, nondũ mihi occurrit.

Vincant q poterunt.

✠ HIERON. Alia litera habet, *et misit Dominus ecstasin super Adã*. Pro ecstasi, id est, mentis excessu in Hebreo hr̃ תרדמה tardema quod Aquila κατάφορα, Symmachus, κάρον. id est, grauem & profundum soporem interpretati sunt.

Instõ amtrimonii. 1.Cor.11.b. Mr.19 a. Mat.10. a. Ephe.5.g. 1.Cor.6.d. † Mat.19.a. 1.Cor.6.d. Ephe.5.g. 27.q.2.c.l. diuinç, de diuor. ca. gaudemus, & de bigamis. c.debitũ. 30.4. c.1. De pec. dũ. 2.c.sapiens. &c. sed nec.

✠ RVPERTVS. Sopor utiq; quẽ Deus immisit, nõ claudere vigilias rationis debuit, sed obturatis quinque sensib. corporis, sensum mentis liberum reliquit, vt scire posset q erga se ageret oĩum artifex sapiẽtia Dei, vñ postmodũ adducta sibi muliere dicere potuit, *hoc nũc os, etc.*

✠ PROCOPIVS. Sopor vel ecstasis dicitur ideo, quod Adam as fuerit solita sentiẽdi facultate priuatus, ut assolet interdu n Deus, qui sua decenter ad finẽ deducat facere. Sic & in Abraham irruit sopor uel ecstasis, cum susciperet notitiam eorum, quę longe post futura erant. In hunc modum quoque prophetis reuelationes fiebant. Vigilantib. n. prophetis secundum diuinam uirtutem, sæpissime quasi somno captis, reuelationes quasdam denũciauit Deus.

B *Tulit vnam de costis eius, &c. Et ędificauit, &c.*

✠ AMBRO. Illud non otiosum, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius costa facta est mulier, ut sciremus unam in uiro & muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani, ideo non duo a principio facti uir & mulier, neque duo uiri, neque duæ mulieres, sed primum uir, deinde ex eo mulier.

✠ THEODOR. Deus a latere Adam fœminam finxit, ut duas

a ¶ ecclesia in Christo est fortis.

dormisset, tulit vnam de costis eius, &

a ¶ quia Christus pro ecclesia infirmus. A ij, posuit carnem pro ea, scilicet Christus moriendo pro ecclesia.
b ¶ ecclesia templum Dei est, per sacramenta de eius latere exeuntia generata.

1 repleuit carnem pro ea. Et ædificauit
a dominus Deus costam, quam tulerat
2 de Adam in mulierem, & adduxit
a ¶ per fidem.
3 eam ad Adam. Dixitque Adam
a ¶ ecclesiam. b ¶ Christum.

a ¶ quia in cæteris adiutorium simile sibi non inuenit, & quia non ex sua substantia, sed ex aquis & terra erat nouerat.
¶ quia ecclesia corpus Christi est secundum apostolum, ex carne eius constans, id est ex minimis, & ex ossibus, id est fortibus membris. b ¶ In ecstasi, prophetiæ spiritu intellexit costam sibi esse subductam & mulierem formam.

4 Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur vi-
5 rago, quoniam de viro sumpta est:

a ¶ Similiter in Hebræo congruit, quia ab * is quod est vir, issa, id est fœmina dicitur: Theodotio aliam etymologiam, suspicatus est, dicens: Et hæc vocabitur assumptio, quia ex viro assumpta est. Ita enim secundum varietatem accentus etiam assumptionem sonat.
b ¶ Christi latere. ¶ sicut a Christo christianum nomen datum est ecclesiæ.

D duas species inter se coniugeret, & amore cõciliaret, & naturali quadam amicitia inter se copularentur, quod vt arctius atque tenacius fieret, nuptiarum vinculo etiam coniugauit.

✠ HVGO A SANTO VICTORE. Non de capite nec de pedib. sumptum est id vnde fieret mulier, ne aut domina si de capite, aut ancilla si de pedib. putaret, ideo de medio, id est, costa sumi decuit, vt socia intelligeret. *Et repleuit carnem pro ea*, ne aut turpis esset fossa, si uacua oĩno, aut si os pro osse regeneraret, nullũ signũ remaneret ablatę costæ, p qd constat unũ tm̃ principiũ gñis humani, & ideo retentũ est signũ, sicut ẽt cicatrices Christi, in triũphum.

Moral. GREG. in morali lxxx. *Immisit ergo Do. Deus so. &c.* Culmẽ cõtemplationis nõ attingimus, si nõ ab exterioris curę oppssione cessemus, nec nosipsos intuemur. vt sciamus in nobis aliud esse rõnale quod regit, aliud aĩale qd regit, nisi ad secretũ silentii recurrẽtes, ab exteriori perturbatione sopiamur. Qd bene Adã dormiens figurauit de cuius mox latere mulier processit. Qui. n. ad interiora intelligenda rapit, a reb. uisibilib. oculos claudit, & tũc intellig it in seipso aliud esse qd regere dẽat, tanq uir, aliud qd regatur tanq fœmina.

Moraliter

Hoc nũc. hac vice, vel hęc nunc.

איש isch, vir. אשה ischa, fœmina.

*Et ędificauit, & cætera. quamobrem relinquet, & c.*

ISIDORVS. Quod per historiam completum est in Adam, per prophetiam significat Christũ, qui reliquit patrem id est, non sic apparuit hominibus, sicut apud patrem. *Et matrem*. id est sinagogę carnalem obseruantiam. de qua natus secundũ carnem. *& adhæsit vxori*, id est ecclesiæ, *vt sint duo in carne vna* est enim caput ecclesiæ, & ipsa corpus eius, qui soporatus somno passionis, ut ei coniux ecclesia formaret. unde Psal. iii. b. *ego dormiui & soporatus sum* ergo formata est ecclesia de latere eius i. fide passionis & baptismi, *quia de latere eius exiuit sanguis, & aqua*. Io. 1.19. f. & Roma. 1. a. *factum est autem ex semine Dauit secundum carnem*, tanquam de limo terræ. *cum homo non esset qui operaretur in terra*, qa nemo in uirgine operatus est, de qua nat⁹ est Christus. *Fos ascendebat e terra & irrigabat faciẽ terræ* Facies. i. dignitas terræ, mater eñ. q irrigauit spiritus, ut de limo tali

Mysticè.

E

NICOLAVS DE LYRA.

formatio mulieris de latere hominis dormientis in figura. quod ecclesia erat formanda in futuro de latere Christi dormientis in cruce. Dicit igitur. Immisit ergo Dominus Deus, &c. *Ex quo patet q iste sopor non fuit naturaliter causatus sed à Deo immissus, ne Adam videret amotionem costæ.*

Quõ mulier de costa formata.

1 Tulit vnam de costis. *Hoc videtur inconueniens: quia illa costa aut erat de integritate ipsius Adæ, aut superflua. Si primo modo, tunc remansit corpus Adæ diminutum & imperfectum: quod non decet conditionem primi hominis, qui erat simpliciter perfectus quantum ad animam & corpus. Si secundo modo tunc illa costa in Adam fuit monstruosa sicut sextus digitus fuisset in manu: quod etiam est inconueniens in primo homine ut prædictum est. Dicendum ad hoc quod aliquid est superfluum in natura humana ratione indiuidui, quod tamen est necessariũ ratione speciei. Sicut superfluum alimenti de quo fit semen est superfluũ in indiuiduo, quod aliter inquantũ huiusmodi. Est tamen necessarium in quantum est principium producendi sibi simile ad conseruationem speciei: quia semen mediante quo fit generatio est de superfluo alimenti, vt habetur. ij. de anima Et tale superfluum non est monstruosum, imo naturale & per se inuentum quia vt ibidem dicitur, Generale est opus naturalissimum, & natura magis intendit conseruationem speciei quam indiuidui: Eodem modo dicendum de illa costa, quod fuit superflua ratione indiuidui, & ideo illa sublata remansit corpus Adæ integrum & perfectum, fuit tamen necessaria inquantum mulier de ipsa erat formanda, vt sic Adam esset principium totius humanæ speciei, vt prædictum est, propter quod non fuit monstruosa.*

C

2 Et ædificauit. *Formationem mulieris exprimit per modum edificationis, vt dicit Ra. Sa. & verum est, eo quod sicut ædificium latius est et grossius inferius magis subtile superius, ita corpus mulieris grossiusest in partib. inferioribus de communi cursu, & subtilius & gracilius in superioribus, & hoc est propter debilitatem calidi naturalis in muliere, quæ naturaliter est frigida, & ideo maior pars alimenti de qua fit nutritio, & augmentum remanet in inferioribus partibus & minor pars superius eleuatur. Contrarium autem est in masculo propter fortitudinem calidi naturalis, & ideo communiter habet pectus latius, scapulas grossiores & caput.*

3 Costam quam tulerat de Adam, & cætera. *Non enim formauit eam de pede, quia non erat serua, nec de capite, quia non erat viri domina sed de costa, quia erat viri socia. Dicunt vero aliqui quod hæc formatio de costa fuit per additionem alterius materiæ, alioquin corpus mulieris fuisset nimis rarum si eadem materia accepisset maiores dimensiones, & dicunt quod fuit simile in multiplicatione quinque panũ. Ioan. sexto. a. de qua videtur dicere Augustinus manifeste, quod fuit per additionem materiæ dicens. Ille in manibus suis multiplicauit quinque panes qui de paucis granis creat segetes, & certum est quod segetes multiplicãtur de granis per additionem materię. Alij vero dicunt, quod formatio mulieris de costa fuit sine additione materiæ. Deus enim qui de nihilo produxit materiam, multo fortius potuit facere de modica materia magnam non per additionem materiæ aliunde sumptæ, sicut est in segetibus, sed per multiplicationem eiusdem materię in seipsa, nec ex hoc sequitur corpus mulieris carere debita densitate, quia formatione facta tantũ fuit ibi de materia, ac si fuisset aliunde addita, & ista expositio videtur magis propinqua literæ.*

Quare de costa mulier.

F

Eua facta per additionẽ materiæ.

4 Dixitque Adam, hoc nunc os ex ossibus meis. *Hic consequẽter describitur viri & mulieris coniunctio matrimonialis. vnde dixit; Dixitque Adam, Hoc nunc os, & cætera. Ex quo patet Adam cognouisse supernaturaliter formationem mulieris de costa sua, quia non viderat hanc formationem.*

5 Et caro de carne mea. *Quia illa costa de qua formata est mulier, non fuit sublata de Adam nuda sed cum aliqua carne.*

6 Hæc uocabitur uirago. *Quia de viro sumpta est.*

✠ *Ista*

A mo tali ille homo fieret. qui constitutus est in paradiso, id est, in uoluntate patris, *ut operaretur, & custodiret*, implere scilicet, & conseruaret, præceptum. n. nos accepimus in illo qui ait Matthæi vigesimoquinto. d. *Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecistis.* Lignū autē paradisi spirituales significat delitias, Gala. quinto. f. *Fructus autem spiritus est gaudium, charitas, pax*, & huiusmodi. *Lignum scientiæ boni & mali.* non debemus tāgere, id est, de natura, quæ nobis est media non debemus superbire, ne decepti experiamur inter bonum & malū, scilicet, inter catholicam fidem & fallacias hęreticorum Ita enim peruenimus ad notitiā boni & mali. primæ Corinth. secundo, a d. *Oportet enim hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant.* Serpens enim hęreticorum uenena præsignat.

Hom. 15. ✱ CHRYSOST. *Adę uero, &c.* Quasi doceret nos beatus Moyses, & diceret. Hec omnia quidem (animalia) producta sunt, & ab Adam sua nomina acceperunt, nihil tamen ex his omnib. dignum fuit inuentum illius adiutorio. Quantuncunque enim ministeriū exhibent nobis hęc bruta, aliud tamen adiutorium est excellentius, simile sibi, id est, eiusdem substantię, dignitateque illo nihil inferius.

B a *Erant autem uterque nudus.* AVG. Si Dei verbis uel cuiuslibet prophetæ aliquid dicitur, quod ad literam absurdum uidetur, & ideo figurate dictum, ob significationem tamen dictum esse non est dubitandum. Corpora vero duorum hominum in paradiso nuda erant, nec erubescebant, quia nullā legem in membris senserant legi mentis repugnantem, quæ in obedientiam secuta est. Nihil putabant uelandum, quia nihil senserant refrenandum.

✱ HIERONYMVS. Alia litera habet, *& misit Dominus eostasin super Adam.* Pro ecstasi, id est, mentis excessu in Hebræo habetur תרדמה tardema, quod Aquila, καταφορὰν, Simmachus κάρον, id est, grauem & profundum soporem interpretati sunt.

lib. 2. c. 34. ✱ RVPERTVS. Sopor utique quem Deus immisit, non claudere vigilias rationis debuit, sed obturatis quinque sensibus corporis, sensum mentis liberum reliquit, ut scire posset quid erga se ageret omnium artifex sapientia Dei, unde postmodū adducta sibi muliere dicere potuit. *Hoc nunc os, &c.*

In c. 2. Ge. ✱ PROCOPIVS. Sopor uel ecstasis dicitur ideo, quod Adamus fuerit solita sentiendi facultate priuatus, ut assolet interdum Deus, qui sua decenter ad finē deducat, facere. Sic & in Abraham irruit sopor uel ecstasis, cum susciperet notitiam eorum, quæ longe post futura erant. In hunc modum quoque pro- C

a ¶ Verbum caro factum est. ¶ Formam serui accipiens. ¶ Exiui a patre, & ueni in hunc mundum,

1 quamobrem relinquet homo patrem

a ¶ Synagogæ obseruantiam, quæ est mater Christi secundum carnem.

suum, & matrem, & adhærebit v-

a ¶ Id est, ecclesiæ. b ¶ Christus & ecclesia.

xori suæ, & erunt duo 1 in carne v- 2

a ¶ Quia vnum corpus. b ¶ Vellamine duplicitatis.

na. Erat autem vterque nudus, A- 3

¶ Christus & ecclesia.

dam scilicet & vxor eius, & non e-

a ¶ Quia nullum motum carnis sentiebant.
b ¶ Quia sine macula & ruga.

rubescebant.

phetis reuelationes fiebant. Vigilantibus. n. prophetis secundum diuinam uirtutem, sępissimè quasi somno captis, reuelationes quasdam denuntiauit Deus. *Tulit unam de costis eius &c. Et ædificauit, &c.* D

vbi supra. ✱ AMBROSIVS. Illud non otiosum, quod non de eadem terra de qua plasmatus est Adā, sed de ipsius costa facta est mulier, ut sciremus 1 unam in viro & muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani, ideo nō duo a principio facti uir & mulier, neque duo uiri, neque duæ mulieres, sed primū uir, deinde ex eo mulier.

✱ THEODORETVS, Deus a latere Adam fœminam finxit, ut duas species inter se coniungeret, & amore conciliaret, & naturali quadam amicitia inter se copularentur, quod vt arctius atque tenacius fieret, nuptiarum vinculo etiam coniugauit.

1 duo in carne vna in vnā carnē .i. in una carne. vel in carne vna .i. generatione: vnius carnis in p.s. In annot. in Gen.

✱ HVGO A SANCTO VICTORE. Non de capite nec de pedibus sumptum est id vnde fieret mulier, ne aut domina si de capite, aut ancilla si de pedibus, putaretur, ideo de medio id est, costa sumi decuit, vt socia intelligeretur. *Et repleuit carnem pro ea* ne aut turpis esset fossa, si uacua omnino, aut si os pro osse regeneraretur. nullum signum remaneret ablatæ costæ, per quod constat unum tantum principium generis humani, & ideo retentum est signum, sicut etiam cicatrices Christi in triumphum. E

Mysticè. ISIDORVS. *Erat autem uterque nudus, & cætera.* Quod nudi erant nec erubescebant, simplicitatem animæ & castitatem significat. unde secundę Corinth. vndecimo. a, *Despondi enim uos vni viro uirginem castam exhibere Christo, Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam, ita corrumpantur sensus uestri, &c.* Serpens diabolum significat, qui non est simplex. unde sequitur, *Serpens erat callidior cunctis animantibus*, in quo significatur uersutia eius. Paradisus uita beata, in qua serpens non erat, quia iam diabolus erat. Locutio illa tentatio occulta, sicut accessit ad Iudam persuadens ut Iesum traderet, quoniam intrauit in cor eius. Ioannis decimotertio. c. Sed uir reppellit, qui paradisum incolit, sed per mulierem decipitur, quia ratio nostra non ducitur ad consensum nisi delectatio mota fuerit in aliqua parte animæ quæ debet obtemperare rationi ut uiro rectori, nec aliter quis in peccato labitur. In serpente suggestio, in muliere libido, consensus rationis in uiro. Si cupiditas mota est, persuasum est mulieri. Si ratio consentit suadenti libidini, a beata uita tanquam a paradiso expellitur homo, & imputatur peccatum, etiam si non sequatur factum, quia in consensu rea tenetur conscientia. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *Ista est locatio impropria, quia Virago non signat mulierem de viro sumptam vel deriuatam, sed magis mulierem viriliter agētem. & ideo magis proprie diceretur. Vira, si sermo latinus pateretur. Ista autem deriuatio magis apparet in Hebræo vbi dicitur* אשה *issa, id est, mulier, quę nomen deriuatur an* איש *is, quod signat uirum.* (Virago)

(Vir. Issa.) C Quemadmodum relinquet homo patrem & suum, & matrem, &c. *Non quantum ad dilectionem, quia filius non potest denegare parentes, sed quantum ad cohabitationem, quia filius cum est vxoratus statim est emancipatus, & habet prouidere sibi vxori & familiæ.*

2 Et erunt duo in carne vna. *Quia masculus & fœmina coniunguntur ad vnam carnem prolis procreandam. Aliter exponitur.* Quamobrem. &c. *excludendo per hoc patrem & matrem a copula matrimoniali, quia istud nunquam fuit licitum, sed est contra dictamen rectę rationis, quia est contra reuerentiam parentalem. Aliæ autem personæ quantumcunque propinquæ consanguinitate fuerint licitè poterunt copulari matrimonialiter in principio, vt frater & soror, de pueris Adæ & Euæ.*

3 Erat autem. &c. *secundum Iosephum hoc erat ex simplicitate, vel carentia scientiæ in primis parentibus, sicut contingit in pueris carentibus vsu rationis, qui non erubescunt ex sua nuditate: sed hoc est supra improbatum, quia homo a sua formatione fuit perfectus in scientia, & ideo dicendum, quod istud contingebat ex conditione status innocentiæ, quia nullus motus inordinatus poterat cōtingere in membris genitalibus nec* (Causa erubescentiæ) *inhonestas in alijs partibus, durante illo statu, & ideo nuditas quarumcunque partium corporis non erat causa erubescentiæ.*

*Genesis c. 2. ubi dicitur in postilla, Aliter exponitur, prout requies ponitur, prout completione desiderij, &c.*

### ADDITIO I.

(Quæstio) *Circa hanc expositionem vlterius quærendum est, Cum Deus ab eterno in seipso requiescit, eo quod ipse sibi sufficit & implet desiderium suum, quomodo ergo scriptura dicit,* Requieuit in die septima. *Talis enim requies ab eterno competit Deo. Ad quod dicendum secundum Thomam in 1. parte, q. 73. art. 2. in cor. q. quod quamuis ab æterno requieuerit in seipso Deus, tamen quod post opera condita in seipso requieuerit, hoc pertinet ad septimam diem, & hoc est ab operibus requiescere. Ad quod allegat Aug. super Gen. ad literam.*

*In eodem capitulo 2. vbi dicitur in postilla,* Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illum, &c.

### ADDITIO II.

*Quod benedictio & sanctificatio diei septimæ intelligatur secundum applicationem ad diuina obsequia, hoc non pertinet ad literalem sensum, sed mysticam expositionem. vnde magister in 2. dist. 15. illum autem diē sanctificasse & benedixisse dicitur, quia mystica pre ceteris benedictione & sanctificatione, dotauit eum. Vnde in lege dicitur.*

✱ Men-

A Memento sanctificare diem sabbati, Hæc ille. Si enim ex sensu literali huiusmodi sanctificationis & benedictionis habetur, quod homo die septimo deberet cessare ab operibus terrenis, &c. sequeretur q̃d sancti patriarchæ fuissent obligati ad conseruationẽ sabbati, q̃ minime reperitur ante legem. Vnde literaliter intelligitur benedictio sabbati, p̃ hoc q̃ benedictio ad multiplicationẽ pertinet. unde creaturis quas Deus bñdixit dictũ est, Crescite & multiplicamini. multiplicatio aũt rerũ fit per administrationẽ creaturæ s̃m quam ex similib. similia generantur, quæ quidem administratio incipit a septimo die, sanctificatio etiã cõpetit septimo diei, inquantũ res conditæ & multiplicatæ in Deo requiescunt, unde & res Deo dicatæ, sanctæ dicuntur. ut in postilla, &c.

In eo. ca ij. vbi dicit in postilla. Tibi est etiam ij. metheo. dicit, &c.

ADDITIO. III.

Sequentes opinionem Arist. possunt concedere, quod inter duos tropicos sit regio habitabilis & temperatissima, propterea quod in illa regione sit aliqua pars alta & montuosa intantum quod reflexiones radiorũ solis non attingunt ad illum locum cum excessu caloris, sed temperate, modo quo contingit in aliquibus partibus climatum calidorũ, ubi aliqui montes alti tantam attingunt frigiditatem, quod ibidẽ niues generantur, & etiam durant per magnum tempus anni, vt patet per experientiam, unde etiam s̃m opinionem philosophi concedi potest quod paradisus terrestris sit in orientali plaga sub æquinoctio modo prædicto.

In e. c. ij. vbi dicitur in postilla, Vt operari & custodire refeeratur ad Deum.

ADDITIO. IIII.

Hortus cõis generis s̃cdm Hebræos.

Iste modus expositionis non habet locum secundum Hebraicam ueritatem. In Hebræo enim in hoc loco habetur ut operaretur & custodiret illã in fœminino genere non illum in masculino, unde oportet ut referatur ad Paradisum, qui sub nomine hortus dicitur. Hortus autem in B Hebræo est communis generis, quia quandoque in masculino, quandoq; in fœminino nominatur.

In eo. ca. ij, ubi dicitur in postilla, Formationem mulieris, &c.

ADDITIO V.

Hæc ratio Ra. Sa. & si contineat aliquid ueritatis, est tamen impropria seu impertinens ad propositum. non. n. pertinet ad sacram scripturã dicere an fœmina sit grossior in partibus inferiorib. an non, nec ex hoc sequitur aliquid pertinens ad mores. Sed in hoc posset aliter dici, & forte melius & magis ad propositum. Ad quod sciendum quod in rerũ primordijs scriptura triplici modo denominat productionem hominis. vno scilicet modo per hoc verbum formauit, sicut cum dicitur Gene. ij. b Formauit Deus hominem de limo terræ. Alio modo per hoc uerbum genuit, sicut dicitur Gen. iiij. d. quod Adam genuit Seth. Alio modo per hoc verbum ædificauit, sicut dicitur, hic, ædificauit Dominus costam quam tulerat de Adam in mulierem. Primo autem modo productio hominis specialiter quantũ ad corpus, facta est per quandã transmutationem quasi naturalem, secundum quã res p̃ducta non habet identitatem specificam cum re ex qua producitur, imo est ibi oppositio cum ex non tali fiat tale, vt in primo Physicorum, & ideo talis productio proprie nominatur formatio, eo quod perficitur per nouam formam de nouo aduenientem, & ideo de tali productione dicitur. Formauit Deus hominem de limo terræ. Secundo vero modo productio hominis facta est per generationem naturalem, secundũ quam res aliqua generat sibi similem secundum speciem, ut cum ignis generat ignem. & in tali productione communiter inter generantem & generatum est identitas specifica. secundum q̃ dicitur, quod Adam genuit Seth ad imaginem & similitudinem suam. Tertio uero modo productio hominis facta est quodammodo per modum ædificationis, secundum q̃ manet aliqualis identitas, quasi indiuidualis inter ædificatum & id de quo ædificatur: cum. n. domus fit ex ligno vel lapidibus, non solum remanent in domo ligna seu lapides eiusdem speciei cum lignis & lapidibus ex quibus domus fuit ædificata sed etiam ligna uel lapides remanent in domo ædificata eadem quæ prius indiuidualiter erant, secundum quem modũ quodammodo facta fuit mulier de costa Adæ. Non enim fuit facta primo modo, ita ut non remaneret identitas specifica inter ipsam & Adã, vt C est manifestum. Nec etiam secundo modo, sic, s. vt remaneret inter eos identitas specifica tantum, sed tertio modo. scilicet, ut inter eos ẽt remaneret quodammodo quasi indentitas indiuidualis, sicut inter ligna ex quibus domus ædificatur, & ligna quæ sunt in domo iam ædificata, remanet identitas indiuidualis, & hoc clare innuit litera cum dicit, Dixitque Adã, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea quia sine omni extrinseco adiutamento per diuinam potentiam, costa in semetipsa multiplicata, mulieris corpus factum fuisse dicitur, ut magis videtur velle magister in. ij. d. xvij. siue per additionem factam ad materiam præexistentem costæ. prout uidetur uelle sup. in prima parte. & costa de Adam sublata remansit eadem indiuidualiter in productione corporis mulieris. Similiter & caro quæ etiam cum costa fuit de corpore Adæ, sublata, vt magister ponit in historijs scholasticis, & ideo s̃m istum modum productionis dicitur ædificare, non formare, seu generare, quia habet similitudinẽm cum ædificio ratione iam dicta. secundum q̃ D denotatur maiorem identitatem esse inter virum & uxorem quam inter patrem seu matrem cum filio. sic maior est identitas indiuidualis, quam specifica. De quo potest etiam intelligi illud, Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne una, quasi dicat. Rationabile est ut homo relinquat patrem & matrem quantum ad domesticam conuersationem, & alia huiusmodi, & adhæreat uxori in eisdem, eo quod inter uirum & uxorem est quodã modo identitas indiuidualis, quia sunt duo in carne una, non autem inter filium & patrem seu matrem. Hoc etiam sonant uerba Apostoli ad Ephes. v. g. dicentis, Iã nõ sũt duo sed una caro. ista tñ intelligantur non excludendo alias sanctorum expositiones. Consonat etiam expositio mysterio Christi & ecclesiæ, quod in hoc sacramento. s. matrimonij figuratur, iuxta illud ad Ephes. v. g. sacramentum magnũ inter Christũ & ecclesiam. Nam corpus Christi mysticum, licet multa contineat supposita, vnum tamen est quodammodo indiuidualiter, cuius compositio etiam ædificatio dicitur, iuxta illud Mat. xvj. c. Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Quærentes relinquat hõ patrem.

Correctorium magistri Matthiæ contra Burgen.

IN secundo capitulo ubi Postillator exponit benedictionem septimæ diei per applicationem ad diuina, &c. Burgensis dicit illam applicationem ad sensum literalem non pertinere, sed ad mysticam expositionem ad quod probandum adducit Magistrum li. ij. d. xv. dicentem, illum diem Deus sanctificasse, & benedixisse dicitur, quia mystica præ ceteris benedictione, & sanctifica tione dotauit illum, vnde in lege dicitur. Memento sanctificare diẽ E sabbati. Sed consideranti dictum magistri, clarum fit quod Burgensis non probat per ipsum quod intendit, nam magister non dicit mysticam esse septimæ diei expositionem sed esse mysticã eius benedictionem, id est diuinam. Mysticum. n. secundum Britonem uno modo dicitur diuinũ, sic nihil ad propositum Burgen. Extra propositum etiam est quod addit Burgen. arguendo sic, Si ex sensu literali huius sanctificationis habetur, quod homo die septimo deberet cessare ab operibus terrenis, sequitur q̃ sancti Patriarchæ fuissent ad obseruationem sabbati obligati, quod non reperitur ante legem. Hic dico quod Burgensis noluit postillatorem intelligere, quoniam bene lictionem septimæ diei lite a non exponit de sabbato Iudaico, & cermoniali sed morali, qualiter pertinet ad decalogum, & ita implicite obligabat ante legem, & post, scilicet in consideratione creaturæ, non requiescere, sed regrediendo in opificem, & ibi sistere contemplationem, vt sic sex dies pertineant ad usum, septima ad fruitionem, cui competit benedictio mystica, id est, diuina. Nec uidetur ualere literalis expositio quam Burg. prætendit. Ait enim quod literaliter benedictio sabbati ad multiplicationem pertinet. vnde creaturis quas Deus benedixit dictum est. Crescite, & multiplicamini. Si enim hæc congruentia Burgensis ualeret, tunc omnia contenta sub creaturarum benedictione ad sabbatum viderentur pertinere, quod est falsum, quia omnia ad usum creatarum rerum extenduntur. Dicit enim Deus benedicendo homini, primo huius. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eã: dñamini piscibus maris, &c. quæ omnia ad usum rerum pertinent, & a benedictione sabbati distrahere uidentur. Nec uideo si Burgen. noluerit ad literam intelligi sabbatum, quomodo non coget Christianos in sabbati obseruantia Iudaizare, cum ad decalogi teneatur obseruationem. Post huiusmodi igitur demum Burgensis intentionem. postillator concludit dicens. Sanctificatio competit septimæ diei, inquantum res conditæ, & multiplicatæ in Deo requiescunt. Item in eodem capitulo ubi postillator dicit de situ paradisi in oriente, allegat Aristot. in ij. Metheo. qui dicit inter tropicos non esse regionem habitabilem, igitur ibi non est paradisus sequendo Aristot. Burgen. autem somniando nescio quid, dicit sequendo Aristot. poni potest paradisus inter tropicos. Sequitur enim; inter tropicos non est regio habitabilis secundum Aristot. ergo paradisus non erit habitabilis, si inter tropicos positus fuerit. Et sic ex opposito consequentis contradicitur. Aristo. & inconuenienter dicitur sequendo eum, quia F sequitur. Si paradisus est habitabilis, & paradisus est inter tropicos, ergo inter tropicos est locus seu regio habitabilis, quod est oppositum dicti Arist. Item in eodem ca. ubi postillator exponit formationem mulieris p̃ quandam congruentiam sumptam a Ra. Sa. Burgensis significans Ra. Sa. bene dixisse, dicit se melius dicere uelle, quare uidelicet formatio illa exprimitur per ædificationem, distinguens tres modos circa rerum productiones in principio tribus terminis expressos. scilicet per formare, per generare, & per ædificare, Formare dicit proprie in his in quibus res producta non habet identitatem specificam cum re ex qua producitur, imo est inter eas quædam oppositio; quia ex non tali fit tale, & sic ubi forma apponitur materiæ, formatio dicitur. Sed uidetur Burgensis frustra laborare, quia secundum eum ædificatio costæ in mulierem

Mysticũ.

Productio hominis tripliciter notatur.

lierem non differt a formatione, eo quod mulier producta non habet identitatem specificam cum costa ex qua producitur. Patet, quia nō continētur sub eodē genere immediato. Est enim mulier animal quod de costa dicere non est uerum, nisi in aliquo. Inter mulierē ēt productam & costā ex qua est, est oppositio sicut in formatione, qa ex nō mulier fit muliere. Costæ ēt in formatione mulieris forma apponitur quasi materiæ, ex quo vere igitur formatio dicitur, nec s̄m eius rationes a Burg. positas differt ab ædificatione mulieris. Sed cum addit Burgē. quod productio hominis dicitur ædificatio, sicut quando inter productum & illud ex quo producitur remanet identitas quasi indiuidualis, & exemplificat de lignis & lapidibus in ædificio, illud non uidetur verum, quia domus ædificata & ligna & lapides, non habent identitatem indiuidualem, eo quod non habent aliquam speciem eis communem. Ligni enim indiuiduum non est indiuiduum domus, nec econuerso, sed sunt non solum indiuidualiter, sed etiam specificē & essentialiter distincta, quod patet per possibilitatem separationis partium singularium. Nec sequitur, lignum ante ædificiū & in ædificio est unum & idem indiuidualiter: igitur est idem indiuidualiter cum ædificio, sed sequitur bene, igitur est vnū & idem indiuidualiter in ædificio, sed tunc imaginatio Burg. nihil ad propositū: Nam costa unde mulier facta est, non mansit in Eua indiuiduum costæ, ut patet, siue ponatur in se multiplicata siue aliunde aucta: vnde & si uerū sit dicere, quod costa fuit materia ex qua mulier fuit producta, nō tamē verum est, quod tota materia mulieris factæ sit inuiduum costæ. Nec uerum est quod costa illa & caro in Adam suppleta sit indiuidualiter una in Adam & Eua, vt ex identitate tali magis propriē & literaliter productio mulieris dicatur ædificatio quam formatio. Certum enim est Deū costæ sicut & limo terræ nouam formam attribuisse, & sic ædificatio a formatione non vī differre. Ideo doctores tractantes hanc materiam, sæpe uerbo formationis vtuntur pro uerbo ædificationis dicentes: Sicut mulier formata est de lat re uiri dormientis, ita ecclesia de latere Christi morientis, & puto de figuram illius dictum: Ædificauit costam in mulierē sic & ecclesia ex latere Christi vi... ute p...ssionis per sacramentorū vsum construitur & ædificatur. Omnis.n. productio diuina materiam assumens sicut limum in productione viri, costā in productione mulieris, &c. Non ideo est ut egeat, quia potuit sicut & cœlum & terram ex nihilo producere vtraque, sed ad aliquid significandum. Productio.n. viri ex limo significatiua est, vt sicut puluis est ex origine, ita in puluerem reuertatur in fine, vt infra 3.c. dicitur. Ædificatio uero costæ quid significet, vide Apostolum ad Eph. 5. cuius allegatum ad literam oportet accipere, ut inde possit aſsumi efficax argumentum, sicut idem Burg. dicit in quæstione præambula. Non oportet igitur Burg. tantam digressionem facere de illo termino, ædificare, nec sua distinctio ualet de proprietate sermonis: non enim Deus proprie generauit cœlum & terram, cum non sint generabilia, & tamen in hoc 2.c. dicitur: Hæc sunt generationes cœli & terræ. Vtitur.n. scriptura transsumptiuē uno pro alio, aliqū exprimens creationem per producere, aliquando per facere, aliquando per plantare, ædificare, generare, &c. Sed quia secundum Arist. Omnes transferentes secundum aliquam similitudinem trāsferunt, potest tamen rationi Ra. Sa. talis congruentia. aſsignari, vt limus in virum dicatur formari ratione prædicta, sed costa in mulierem ædificari ad instar domus, quæ secundum Aristotelem fit, ut nos defendat ab incommodis imbribus caumatibus, &c. ita mulier constructa est ut sit domus & receptaculum naturalissimi effectus naturæ. s. generationis, in quo præseruetur ab incommodis, foueatur nutrimentis, &c. Hęc congruentia uidetur fundari circa finem. Eccl. 26. c. vbi mulierem dicit ornamentum domus, columnas aureas super bases argenteas, fundamenta æterna super petram solida. n. Ex quibus patet institutionem mulieris merito exprimi per ædificationem, quia est domus naturæ.

## CAP. III.

SED & serpens erat callid or cunctis, &c. AVGV. Alii prudentissimus, translatiue dictum. Quidam codices habent sapientissimus, non proprie. Sicut in bono solet accipi sapientia Dei uel angelorum, uel animæ rationalis. Sed sicut apes uel formicas dicimus sapiēter, propter opera sapientiam imitantia. quamuis serpens non rationali anima, sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici, quia mali angeli superbia deiecti, natura sunt excellētiores oībus bestiis pp eminētiā rōnis. Nō ergo mirū, si diabol' spiritu suo implēs serpentē, sicut uates implebat, sapiētissimū reddirat oiū bestiarum, s̄m animā uiuā & irrationalē uiuētiū. Ita th̄ sapiētia dr̄ in malo, sicut astutia in bono, cum latine sapiētes ppriē in bono accipiant, astuti uero male cordati. Nec putādum est, q̄ diabolus serpentem per quem tētaret eligeret, sed cum decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal posse permissus est. Nocendi enim uoluntas inest cuique a se, sed potestas a Deo.

Lib. 11. de Gen. ad li. cap. 2. & 3. Serpentis prudētia qualis.

Tertullia. de specta culis. Ipse gestus, colubrina vis tenax est ad occupandū, tortuosa ad obligādum, liquida ad elabendum.

a STRABVS. Sed serpens &c. Sic diabolus loquebatur per serpētem ignorātem, sicut per energuminos uel phanaticos. Quemcunq; enim arripit intellectum & ratione tollit. Spiritus uero bonus quoscūq; gratia repleuerit, uidentes & intelligentes facit, unde spiritus pphetarum subiectus est pphetis.

In cap. 3 Gen.

✱ PROCOPIVS. Cōcedimus serpentē habuisse prudentiā sicuti reliqua bruta, uerum ut potuerit ratiocinari & quid syllogismo cōcludere, negam'. Nec uolumus ut qs credat potuisse loq, utcunq; scriptura fa cra eū loquētē inducat. Oīa igit referenda sunt ad eū q p serpentē loquebatur. Qui iā phibent, q̄ serpentē pp innatā suā astutiā & solertiā insitā seu instr̄m & organum ad eā rem comparauerit: eiq; sermonis vsum, qui ipsi alioqui deerat, dederit. Igit diabolus nequiuerat sermonis usum tribuere serpenti & ei' mutare naturā? Nequaquā. Hoc enim quasi peculiare mun' Dei est. Ceterum Deus q per liberum arbitrium fortiter decertātib. coronas pponit cum conspexisset diabolū obseruare nom ne & instituisse hunc fraude circūuenire, cōcessit, ut hoc fieret, & suā cre itatā loquendi facultate instruxit, nō secus ac Balami asinijos aperuit. Quēadmodum aūt in paradiso erāt arbores tres, ac differētes. Duæ namque cōparatę erāt ad cibum

## CAP. III.

a ¶ Alleg. diabolus vel hæreticus error.

SED & serpens

a ¶ Quia plenus dæmonio. ¶ Quia filij tenebrarum sapientiores sunt filijs lucis in generatione sua. ¶ Hæc in hebræo habetur arum, quod Theodotio & Aquila nequam vel versipellem interpretati sunt.

erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus Deus.

ערום aurum.

## NICOLAVS DE LYRA. Cap. III.

SED & serpens. Postquam descripsit hominis formationem, & statum, hic consequenter describit eius transgressionē siue casum, & primo describitur transgressio culpę secūdo inflictio pœnæ, ibi, Et aperti sunt oculi, tertio transfusio miseriæ, ibi, Et uocauit. Circa primum primo describitur cōditio tentatoris. Secundo processus tentationis, ibi, Qui dixit Tertio actus trāsgressionis ibi. Vidit igitur. Circa primum considerandum quod forsitan alicui non uideretur esse conueniens quod Deus hominem tentari permisisset, maxime cum sciret eum casurum esse. Ad quod dicendum, quod sicut Augu. dicit, Deus sic res quas condidit administrat, ut eas proprios motus agere sinat, & ideo iustum & rationale fuit, ut hominem dimitteret vti libertate arbitrij sui, secundum quod dicit Eccle. xv. c. Deus a principio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui, & sicut uoluit ipsum per bonos angelos ad bonum incitari, ita permitteret eum a malis tentari, maxime cum pro statu illo posset facile tentationem superare. vnde dicit Augu. xi. super Gene. ad literam: Non mihi videtur magnæ laudis futurum fuisse hominem si propterea possum bene viuere, quia nullus male viuere suaderet. Considerandū etiam, quod tempore innocentiæ diabolus non habebat potestatem tentandi hominem interius, mouendo ut pote appetitum sensibilem motus illicito excitando, nec per motum phantasiæ intellectui aliquod illicitum proponendo. quia in uiribus inferioribus nihil inordinatum cōtingere poterat, nisi prius deordinata rōne, & ideo hominem tentare non poterat nisi exterius proponendo sensui, & ideo in specie sensibili apparuit ad tētandum. Quod autem ad hoc serpentem intrauit, non fuit ex dæmonis electione, sed magis ex diuina dispensatione, quæ non permisit hominem tentari per diabolum, in specie gratiosa & nobili, per quam posset facilius decipi, sed magis in specie horribili, in qua fallacia dæmonis citius poterat deprehendi. Aliqui tamen dicunt, quod ille serpens habebat faciem gratiosam & uirgineam, sed hoc de scriptura nullam habet autoritatem, & ideo primum melius uidetur. Dicit igitur.

Homo nō tētatus interius.

1 Sed & serpēs erat callidior cunct. &c Ista calliditas principaliter

## MORALITER.

✱ 1 Sed & serpēs erat callidior cunctis animātibus, quæ fecerat dominus Deus. Per serpentem intelligit diabolus, q̄ i serpente loquebat, & bene dr̄ callidior. De cuius calliditate dicit Leo Papa in sermone de Circūcisione, Omniū vētilat curas, discutit cōsuetudines, animos scrutat̄, & ibi quērit cās nocēdi, vbi quē uiderit studiosi' occupari. Propter q̄ mulierē, i. appetitū sensitiuum, fragilē icitat ad malum p suggestionē & delectationē sequentē, & ipsa delectata uirū. i. rōnem attrahit ad cōsensū, cōsequēter ad opatio nē usq; ad peccati mortalis cōsummatiōē.

Dæmonis æstus.

✱ Cumque

Qui dixit ad mulierem: 1 Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? Cui respondit mulier: De fructu lignorum quę sunt in paradiso, vescimur, de fructu vero ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem: † Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in

a ¶ Non Christum sed Christianum fallit diabolus vel hæreticus.
b ¶ Vlc quasi cur fugitis scientiam latentem? Noua exquirite, malique bonique scientiam penetrate. vnde Prouer. 9. d. Aquæ furtiuæ dulciores sunt.

a ¶ Immortalitatem promittunt hæretici.

a ¶ Hæretici diuinitatis meritum profitentur, & scientiæ promissione decipiunt, & simplices reprehendunt.

A ad cibum ad vitam, tertia vt per eam probaretur humanū ingenium. Sic quoad animātia bruta tres quoque habebantur differentiæ. Quædam alebant & recreabant hoīem, quædā iuuabant, eique quasi ancillabantur: quædā uero eum insigniter exhilarabant & oblectabant suaui uocis modulamine, & variis imitationib. Maximum aūt solatium hauriebat ex serpēte. Quia mirabiliter varias res imitari poterat, ne non mirabiliter norat blādiri, & adulari, licet nūc nobis sit infestus, & a nobis formidetur, ita ordināte Deo. Eo itaque vsus est diabolus ad id malū. Solent.n. familiæ semper destrui, & subuerti ob domesticorum malitiā & perfidiam.

*Serpens seducit mulierem.*

✠ Cassianvs. Intelligitur quod ante illam circumuentionem primi hoīs (diabolus) de angelica discesserat sanctitate, ita vt non solū nominis eius insigni mereretur infamia, sed ēt in nequitię tergiuersatione cæteris præferretur bestiis terræ. Deniq. liuoris ac seductionis materia, qua ut hominem deciperet instigatus est, de anterioris ruinę extitit cā, quod scilicet de limo terræ figuratum, ad illam eū gloriam cerneret euocandum.

*In collationib. patrum, coll. 8. c. 10.*

a *Qui dixit ad mulierem.* Av. Inexcusabilis est preuaricatio mulieris, qa memor erat præcepti Dei. Obliuio tamē vnius præcepti, & tam necessarii culpa esset negligentiæ dānabilis. Inde autem maior transgressio, quia memor pręcepti erat, & Deus in illo tanquā præsens contemnitur. Talem inquiunt faceret hominem, qui nollet omnino peccare. Cōcedim' meliorem naturā esse, quæ omnino peccare nollet. Cōcedāt, non esse malam quæ talis facta est, q̄ posset nō peccare si uellet, & iuste punitam, quæ uoluntate non necessitate peccauit. Cumque ergo hæc bona sit, illa melior, cur nō utramq; fecerat, vt vberius laudaretur de vtraque. Illa. n. in sanctis angelis, hæc de sanctis hominib. est. Quis autem sanus dicat, melius non crearet quem præsciebat ex alterius iniquitate corrigi, quam quem præsciebat pro sua iniquitate dānari. Hoc est dicere: Melius est non esse qui alterius malo misericorditer bñ vtendo coronetur, quam esse malum, qui pro suo malo iuste puniatur.

*† 2. Cor. 6. a. dist. sed pēsandū. Lib. 11. de Gen. c. 30. Mulieris præuaricatio inexcusabilis.*

*B*

*cap. 7.*

*cap. 8.*

Avg. Sic autem mouent quidam, quod Deus Adā tentari permiserit, quasi non videant, omnes diaboli insidiis quotidie tentari, quod Deus permittit, forte quia probatur & exercet virtus, & est gloriosius non consentisse quam tentari non potuisse, cum etiam consentientes præbeant exemplū iustis cupiditatem deuitandi, & timorem superbiēdi. Frustra ergo dicitur. Non crearet Deus quos præsciebat malos futuros: Sciebat enim bonis profuturos, & iuste pro mala volūtate puniēdos. Dicit aliquis. Si Deus uellet, isti boni essent. Sed melius uoluit, ut quod vellent, essent. Sed boni non infructuose, mali autem impune non essent, & eo ipso vtiles essent. Sed præsciebat quod eorum futura esset mala uoluntas. Præscientia sane, quia & falli non potest eius præscientia, non ideo ipsius, sed illorū est. Cur ergo creauit quos tales futuros esse pręsciebat? Quia præuidit quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim

*Cap. 6.*

*Cap. 9.* *C*

nim fecit eos vt relinqueret eis vnde aliquid facerent, & si culpabiliter aliquid facerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent. A se habent voluntatem malam, ab illo naturā bonam, & iustam pęnam, & sibi debitum locum. Alii exercitationis adminiculū, & timoris exemplum. Posset inquiunt uoluntatē eorū vertere in bonū, quia oīpotens, posset, cur nō fecit, quia noluit, ipse nouit. *Non debemus plus sapere, quā oportet.* Puto autē non parui boni esse rationalem creaturam, quæ malorū comparatione cauet malum, q̄ genus bonæ creaturæ non esset, si Deus omnes volūtates in bonum verteret, & nulli iniquitati pænā infligeret, & essent solū genus, quod nulla peccati et supplicii cōparatione proficeret. Prouidet bonos & malos futuros & creat, seipsum ad fruendum præstans bonis, multa etiam largiens malis.

*D*

*Ro. 12. a. Aug. ibid cap. 10. 1 Cur pręcepit. verū ne est 9 dixit.*

b *Cur præcepit, &c.* Strab. Ideo callidus hostis interrogat hoc, & mādatū Dei memorat, ne cum peccauerit, excusationem habeat quasi oblita.

✠ Ambrosivs. Simulat se uerba Dei dicere, & proprios intexit dolos. Cum. n. dixisset Deus *ex omni ligno edetis, de ligno autem scientię boni & mali nō edetis, qua die autem manducabitis ex eo, morte moriemini.* Serpens quasi interrogans mulierem, cum dixisset Deus, *Ex oī ligno quod est in paradiso edetis, de ligno autem non edetis,* mendacium interuit.

*Lib. de paradiso. c. 12*

*† Eccl. 15. d. an diabolus fuit beatus.*

*E*

✠ Chrysost. Cur dixit Deus *ne comederetis de omni ligno?* Quasi diceret malignus ille dæmō. Quare Deus priuauit vos tanta fruitione? Cur non concedit vt participes sitis bonorū q̄ sunt in paradiso? sed prætitit quidem vt uisu fruamini, maiori tamē voluptate interdixit. Vidisti quomodo per verba, quasi per escam virus suum infudit? debebat mulier ipso aggressu eminentem coniectare malitiam. Oportebat colloquium illius non ferre.

*Hom. 6. in Gen.*

✠ Rvpertvs. Vide quanta subtilitas fallaciæ deceptoris. Tria nempe dixerat. Deus. *Ex omni ligno comede,* aliud *de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Tertium, *In quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* Hoc vltimum quasi nesciat, dicit *cur præcebit vobis Deus.* Superiora duo, scilicet *ex omni ligno comede, de ligno autem illo ne commedas.* confundit ac permiscet, & de duobus ueris vnum falsum complet dicendo, *ne comederetis de omni ligno.*

*Lib. 3. in Gen. c. 4.*

Grego. in morali. xxiiij. *Cur præcepit, &c.* Idem quotidie agit hostis humani generis. uerba Dei de cordibus hominum molitur euellere, & minas leuiare, & ad credendum q̄ falso ꝓmittit, inuitat enim ad temporalia vt leuet quod Deus minetur æterna supplicia. Spondens siquidem gloriā præsentis uitę, dicit, *Gustate & critis sicut dij,* & temporalem concupiscentiam tangite, & in hoc mundo sublimes appparere, & cum timorem diuinæ sententiæ conatur amouere, quomodo dicit. *Cur præcepit uc. Deus.*

Avg. Quęritur. Cur Deus hominē tentari permiserit, quē decipiendum esse pręscierit, Sed non esset laudabile hoī si bene uiuere posset, quia nemo malē uiuere suaderet, cum in natura

*F Vbi supra c. 4.*

## NICOLAVS DE LYRA.

*liter referenda est ad dæmonem, qui in serpente apparebat, ad serpentem autem non refertur nisi inquantum calliditate dæmonis agebatur, sicut lingua hominis alicuius dicitur erudita, quia prudenter mouetur ab intellectu.*

2 Qui dixit ad mulierem. *Hic ponitur consequenter processus tentationis, in quo primo accessit ad mulierem, tanquam facilius deceptibilē, vt per eam consequenter hominē deciperet, & hoc est quod dicitur. Illa verba erant dæmonis ut principaliter agentis, quia formabantur uirtute ipsius dæmonis mouentis linguam serpentis ad hoc, sicut de locutione asinæ Balaam, nisi quod ibi lingua asinæ mouebatur ad loquendum per bonum angelum, lingua autem serpentis per malum, neuter tamen intelligebat uerba formata, sed solum angeli mouentes linguas eorum ad formationem uerborum.*

2 Cur pręc. uo. &c. *Sicut dictum est supra stante statu innocētiæ nō poterat esse decordinatio in uiribus inferioribus, nisi prius esset in rōne. ideo non tentauit primo de comestione ligni, sed de restrictione præcepti dicens* Cur pręcępit. *q. d. istud præceptum non fuit conueniens, cum sitis liberæ conditionis, & superiores omnibus lignis. & ꝑ hoc mulier mota quadam elatione, inclinata fuit ad præcepti displicentiam, & vlterius ad dubitationem de pęna mortis comminatæ. & hoc patet ex eius responsione cum subditur.*

3 De fructu, &c. *Istud vltimum addit mulier de suo. Non enim Deꝰ prohibuerat ligni tactum, sed tantum gustum. & ideo istud addit mulier ex displicentia præcepti, quia ille cui displicet præceptum impositum referendo illud libenter aggrauat. Aliqui uero dicunt, quod etiam tactus ligni erat eis prohibitus, ut magis elongarentur a gustu. Sed quia hoc nō habetur ex litera uel eius circunstantia, prima expositio melior uidetur, & quia ad displicentiam præcepti quod reputatur indebitum, sequitur dubitatio de pęna imposita pro transgressione, & ideo addidit mulier.*

4 Ne forte moriamur. *apponens de suo forte, quod est aduerbium dubitandi, cum tamen Deus assertiue præcepisset, ut sup. patet.*

5 Dixit autem, &c. *uidens mulierem iam de morte sequutura dubitātem, statim asseruit ipsam non futuram, dicens.*

6 Nequaquam mo. &c. *scilicet ex esu ligni, & subdit causam falsā prædictæ inhibitionis dicens.*

7 Scit enim Deus, &c. *Per plenitudinem scientiæ.*

✠ Et eri-

tura posse,& in potestate haberet velle non consentire, Deo iuuante. Recte ergo tentari fuit permissus,qui futurus erat ꝓpria voluntate aliquid per culpam,& ordinandus Dei æquitate,per pœnam,vt ostenderet animæ superbæ ad eruditionem futurorum,quã recte vteretur animarum malis voluntatib. cũ illę bonis naturis peruerse vterentur.

Natura diaboli an alia a creatura Dei. Ibid.c.13.

Quidam alienare conãtur naturã diaboli a creatura Dei, & alterũdare ei principium contra Deum, qui nõ intelligũt omne quod est, bonũ esse, & ab alio esse non posse, malã uoluntatẽ inordinare moueri bona inferiora superioribus ꝑponẽdo. Qua potestate rationalis creaturæ spiritus delectatus,& tumuit & cecidit & inuidia tabescit. In quo tamen bonum est, ꝙ viuit & viuificat corpus,siue aërium vt diaboli siue terrenum,vt hominis.

Ibid.c.5.

AVGV. Nec putandũ quod homo deiiceretur, nisi pręcessisset in eo qdã elatio cõprimenda,vt per humilitatẽ peccati sciret,ꝙ falso de se prę̄sumpserit,& ꝙ non bene se habet natura,si a faciẽte recesserit. Cõmẽdatur enim quale bonũ De⁹ sit,quãdo nulli bene est ab ipso recedere.

Ibid.c.18.

✠ CHRYS. Serpentes sunt omnes hæretici Nam sicut serpentes varii sunt in colore, sic hæretici varii sunt in errorib. multiplices in malignitate, qui deposuerunt imaginẽ Dei, q est in iustitia & sanctitate veritatis. Facti sunt serpentes filii serpentis illius, ad quem dominus in persona ecclesię, & diaboli dicit *inimicitias ponam inter te & mulierem & inter semen tuũ & semen illius. Super ventrem & super pectus tuum repes, terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.* Propter quam sententiam inter Catholicos & hæreticos pax non potest esse. *Super ventrem & pectus repunt,* quoniam quicquid faciunt, propter ventrem faciunt, & propter uana gloriam pectoris sui. *Terram autem manducant,* quoniam nemini nẽ lucrantur, aut capiunt

Homi. 45. operis im perfect. Hæretici serpentib. similes.

a ¶ Superbiam: quia in pectore impetus animi dominatur. ¶ .n quo doli & insidię.

bestia terræ. Super pectus tuum 1 gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias po 3 nam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. 1 ipsa coteret 4 caput tuum: & tu 2 insidiaberis 5 calcaneo eius. Mulieri quoque di- 6 xit: Multiplicabo ærumnas tuas 7 & conceptus tuos †. In dolore 8

a ¶ In Hebræo habetur aphar, id est, puluerem. ¶ Peccatores. ¶ Terrena opera.

¶ Tum potestatem habes decipiendi.

a ¶ Partem animalem qua tentat. ¶ Ecclesiam. ¶ genus humanum. b ¶ Prauam suggestionem & omnem iniquitatem. ¶ Originale peccatum.

a ¶ Fructur qui est Christus. ¶ Fructus boni operis. b Ecclesia. c ¶ Resurgente Christo.

a ¶ Quid est mors, vnde Super aspidem & ba[illegible]. ¶ Initium suggestionis. b ¶ Vt capias eum. ¶ Idest supplantabis Christum ut mo[illegible].

a ¶ Si in illicita labatur, vel fini cui maxim insidiatur diabolus. b ¶ Insidiabere ¶ quę significat.

c ¶ Illam partem animæ quæ gaudet carnalitate.

d a ¶ difficultate nascendi primæ consuetudinis.

D piunt in perfidia sua, nisi illos qui in terra sunt, id est carnales homines. Spirituales autem viros seductio non consumit. Nõ solum autem serpentes sunt, sed & viperæ, quarum natura est, vt rumpentes viscera matrum nascantur, sic authores hæreseũ rumpentes fidem matris ecclesiæ pcesserunt ad principatum

b *Inimicitias ponã in &c.* GREG. in moral. Caput serpentis cõterere, est initia suggestionis manu solicitæ cõsiderationis à cordis aditu extirpare, qui cum ab initio dephenditur, percutere calcaneo molitur, quia quem prima tentatione nõ percutit, decipere in fi. cõtendit. Si autem cor 1 tentatione corrumpitur, sequentis actionis medietas & termin⁹ ab hoste possidetur, quia totã sibi arborem fructus ferre cõspicit, q̃ veneni dente in radice vitiauit.

Caput serpentis cõterere.

HIERO. *Ipsa seruabit c. t. & tu con. eius calcaneum,* Melius in Hebræo habetur, *Ipsa conteret caput tuum, & tu conteres calcaneum eius,* quia & nostri gressus præpediuntur a colubro, & Dominus conteret Satan sub pedib. eius.

1 ipsa ipsũ subaudi semen, q est Christus. 70. ipse vertunt intelligentes Christum 2 Insidiaberis calcaneo. i. conteres calcaneũ.

✠ IOSEPHVS. Abstulit serpenti vocem, iratus eius malignitati quam gesserat in Adam, & venenum ei sub lingua ponens, quod esset hominib. nocituum, præcepit vt mulier eius capiti plagas inferret.

Li. 1. antiquit. c. 3.

✠ CHRYS. Directa est inter mulierem & serpentem acies. Statur cominus: Stat mulier in procinctu serpentis caput obseruans, & uitans. Obseruans, vt calcet, uitans ut serpentis morsus declinet. Hanc pugnã aspicit Christus, si tandem illæsa mulier serpentem calcando deuincat.

E † s. dist. c. cũ enixa. Homi. 40. in Matth.

c *Mulieri quoq. &c.* AVG. Hæc figurate & prophetice melius intelliguntur. Sed quia dolor & gemitus parturientis de corpore mortis est, quæ trãsgressione cõcepta est, refertur & hęc pena ad proprietatem literæ Sed quod dictum est, *Sub viri potestate eris, & ip. q.* Videndum est quomodo proprie possit accipi. Sic. n. & ante peccatũ facta est, ut uir, ei dominaretur, & ad eum conuersa seruiret. Sed potest intelligi hanc seruitutẽ potius esse conditionis, quam dilectionis, ut etiam talis seruitus qua postea homines seruirent hominib. de pœna peccati orta reperiatur. possunt igitur coniuges per charitatem seruire inuicem. Sed mulieri in uirum dominari nõ permittitur, quod nisi caueatur, deprauabitur, nam & augebitur culpa.

Historia. Mulieris maledictio. vbi supra. cap. 37. Sub ptãtẽ viri mulier.

d *Multiplicabo aurũ &c.* Manifestũ est multiplicatos esse dolores mulieris atq. suspiria. Sed sacramẽtum magnũ est. Nemo enim a uoluptate carnali abstinet, qui nõ patiatur in exordio dolores,

C NICOLAVS DE LYRA.

1 Super pectus tuum gradieris *Secundum Aug. per pectus hic intelligitur superbia, quia diabolus incedens ad suasionem hominum. à superbia incipit, quæ in omni peccato includitur. Vnde & Eccle. 10. b.* Initium omnis peccatis superbia.

2 Et terram comedes cũc. *id est, homines terrena diligentes incorporabis tibi eos decipiendo.*

3 Inimicitias ponam inter te &c. *Secundũ Aug. per mulierẽ intelligitur hic ratio inferior, & per semen eius operatio bona. Per semen autem hominis intelligitur suggestio eius praua. Per hoc ergo quod dicitur.* Inimicitias ponã, &c. *ostendit dominus, quod diabolus mediante suggestione praua oppugnat rationem inferiorem, quæ mulier dicitur, vt si consentiat delectationibus, & per eam deiiciat rationem superiorem, quæ per virum designatur. & sic diabolus insidiatur calcaneo eius quia non oppugnat eã nisi à parte inferiori, sensualitati delectabilia proponendo.*

4 Ipsa conteret, &c. *in principio tentationis resistendo. Alii autem sancti exponunt de beata virgine ab illo loco:* Inimicitias ponam inter te & mulierẽ. *Non istam Euam sed aliam ab ea descendentem scilicet virginem Mariam. Quæ est infesti dæmonibus vnde Cantic. 3. d. dicitur* Terribilis est, ut castrorum acies ordinata. Et semen tuum. *i. alios angelos malos, q dicũtur semen eius propter similitudinẽ naturæ & malitiæ.* Et semen illius. *s. Christũ qui est Mariæ naturalis filius* Ipsa conteret caput tuũ. *quia per ipsum mediãte filio suo, potestas dæmonis est cõtrita.*

5 Et tu insidiaberis &c. *Quia diabolus tentauit Christum exterius. tantũmõ suggerendo. quæ quidem tentatio nõ fuit vitium in tentato, sed virtutis exercitium, & eodem modo credendum est de virgine. Alii vero exponunt literam de serpente materiali, non de dæmone, ab illo loco,* Et ait dominus ad serpentem, quia fecisti hoc *i. quia fuisti instrumẽtũ huius maleficii. sicut Leui. 20. c. Iumentũ cum quo aliquis coierit præcipitur occidi* cũ eo. Maledictus es inter omnia animãtia. *quia secundum ipsos ille serpens prius habebat formã & faciẽ gratiosam super omnes bestias & factus est horribilior omnibus.* Supra pectus tuum gradieris. *quia secundũ illos prius habuit pedes & staturam erectã, sed pedes sunt ei amotis, & sic reptando. incedit.* Et terram comedes. *prius autem ligno rũ fructib. vescebatur.* Inimicitias ponã inter te & mulierem, &c. *quia odiosus es humanæ naturæ, & cõuerso.* Ipsa conteret caput tuũ. *quia ex quo reptando incedit, mulier potest caput eius calcare.* Et tu insidiaberis calcaneo eius. *quia non potest se eleuare ad mordendũ in superiori parte. Sed ista expositio quantũ ad multa videtur irrationabilis. Primo quia Deus dirigeret sermonẽ suũ ad animal brutũ nõ intelligens. Secundo quia serpens in nullo peccauerat, sed solũ dæmõ mouendo linguã eius. Tertio quia statura recta nõ cõpetit alicui. sed tantũ homini, vt dicit poeta O uid. in 1. Meta.* Pronaq. cũ spectãt aliiacætera terrã, Os hoĩ subli me dedit celũque uideri iussit, & erectos ad side ra tollere uul tus. *& ideo prima expositio quæ est Augu. melior videtur.*

Ouid. 1. Metha. 1.

6 Mulieri quoque dixit. *Hic ponitur punitio mulieris in speciali, & hoc quantum ad duo propter quæ mulier coniuncta est viro. Primum est ad procreationem prolis. et quantum ad hoc dicit,*

Mulie. maledictio.

7 Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. *Licet autem actus generandi sit delectabilis, tamen habet turpitudinem annexam post peccatum. In Hebræo pro conceptus habetur* הרון *haron, id est, impregnationem, quæ est laboriosa. et ærumnas tuas, quia portando fœtum conceptũ mulier patitur plures labores et miserias.*

8 In dolore paries. *Quia in partu sunt vehementes angustiæ, talia autẽ nõ fuissent in statu innocentiæ, sed concepissent absq; turpitudine, et fœtũ conceptum portassent absq; ærumna et labore, & peperissent sine dolore. Secũdo cõiungitur mulier viro propter domesticã vitã, et quantũ ad hoc puniit eã viro subiiciẽdo, dicens.* Et sub uiri potestate eris, &c.

1 Adæ

paries filios. 1 & sub uiri potestate eris, & ipse dominâbitur tui. Adæ verò dixit: † Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedesti de ligno ex quo præceperā tibi ne comederes, † maledicta terra in ôpere tuo. In laboribus comedes 2 eam cūctis diebus vitę tuę. Spinâs & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę. In sudore vultus tui vísceris pane, † donec reuertaris in terram de qua sumptus es: * quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et vocauit Adam nomen vxoris suę † Eua,

a ❡ rationis. ❡ Per consuetudinem bonam. ❡ vt spiritus dominetur carni. ❡ victa consuetudine praua cautius obtemperabis rationi, ad aliquam perniciosam consuetudinem defluas.

a ❡ Hieron. non ruris colendi, sed peccato, sicut in Hebræo habetur. b ❡ inueniendæ veritatis.

a ❡ vitiorum. ❡ punctiones tortuosarum quæstionum, & cogitationes de prouisione huius vitæ.

❡ id est donec finias hanc vitam.

❡ id est vita

mores donec cōsuetudo vertatur in melins Sed cū ad hoc id est, ad bonum paratus peruenerit, natus est quasi filius, affectus per consuetudinem bonum, sed prius reluctarum est cnm dolore consuetudini malæ.

* RVBERTVS. Mulier triplicē pœnā habet, quia peccati quātitas in muliere triplo maior, quā in viro est. Primo qa credēdo serpenti plus quam Deo, seducta est. Secūdo quia pulchritudinē & suauitatē legis delectabiliter concupiuit. Tertio, qa nō cōtenta trāsgressione ꝓpria, post quā comedit, viro dedit. Itaq; triplici peccato triplex vindicta reddita est. Prima, *multiplicabo conceptus tuos*. Item quia vidit ꝙ lignū esset bonum ad vescendum, & pulchrū oculis, ꝓ illo visus sui delectamēto, contrarius redditur dolor. Tertio quia viro suo dedit, & eū ad comedendū induxit, idcirco *sub uiri*, ĩquit, *potestate erit*. Ita pro seductione, ꝯceptuū multiplicitas, pro gulæ oblectamento, vteri dolor, ꝓ temerario imperio, seruitutis pęna reddira est. Sed quæritur q̄ differant mulierē sub viri potestate esse, & virū mulieris dūm. Ad hoc respondendū valentioris esse diminutionis, mulierē sub domino, quā sub viri potestate esse. Nā & ẜm Romanas leges, sub viri potestate est mulier, antequā in manū viri conueniat. Quę aūt in manū viri cōuenit, multomagis quādiu vixerit vir, testm̄ illi sine virō facere nō licebit, vnde & capite diminuta dicitur mulier, q̄ in uiri manum cōuenit. Adeo apud Gentiles quoque hæc lux naturæ valuit.

* PROCOPIVS. Hoc sciens Paulus, ꝓhibet mulieri, ne doceat publice. Primitus enim male docuit. Nec permisit mulieri dn̄im in virum, siquidē primitus perperam imperauit viro.

* HVGO. *Et conceptus tuos*. Non uidetur hæc maledictio, sed benedictio: In lege enim maledicta erat sterilis. Sed hoc dicens, ad dolorem respicit pariendi, quia nō totiens pariet, vel quia morituri etiam erant post partum, vel quia non oēs prædistinandi erāt ad vitam æternam, sicut futurum fuit, si nō peccassent. *In dolore paries filios*, qui oēs dolores superat, iuxta illud Psalmi, ibi, *dolores sicut parturientis. & sub viri potestate eris*, non sub regimine tantum vt prius, sed sub violenta dominatione, vt te etiam verberibus vulneribus affligat.

* PROCOPIVS. Mariæ typus Eua fuit, Vtraque siquidem virginitate vigebant. Verum Eua in virginitate existens, deliquit. Proinde tristitiam & dolores à serpente traxit, qnos deinde transfudit in omnes peccatrices mulieres, quæ secutæ sunt seculis omnibus. Verum Maria gaudium & lætitiam toti mortalium generi obnūtiauit, humaniq; generis maledictionē, in quam deuenerat, fugauit. Præterea partus doloris expers, finiuit ęum, qui cum multis doloribus fit. Ideo Euam omnes culpant & incusant, Mariam omnes laudāt & beatā pronunciāt.

* RABANVS. Figuratè uerba hęc ecclesię conueniūt, cuius ęrūnę multiplicantur in hac uita, ut ad uitā perpetuā castigata perueniat, multiplicantur conceptus cū spiritualē Deo sobolē prædicādo ac rectè viuēdo gignere satagit. vnde Paulus, *filioli mei, iterum quos parturio* parit in dolore filios, cum metujt, ne sicut serpēs decepit Euā, ita corrūpātur sens⁹ eorū & excidāt à à simplicitate quæ est in Christo, Agit sub viri potestate, qa seruit dn̄o in timore, cui si nūq̄ peccasset, solo dilectiōis copularetur amplexu. *& ipse dominabitur ei*, carnales ei⁹ cohibēs mot⁹

a *Sub viri potestate eris, &c.* Hoc est cū illa pars animæ, quæ carnalibus gaudet malam consuetudinē volens uicerit, difficultatā & dolorū passa, & bonā pepererit, cautius obtēperabit uiro, i. rationi, & liberius seruiet iubenti, ne in perniciosā consuetudinē disfluat. Sñiam vero in Adam datā patet, qa nemo euadit.

b *Maledicta t. in o. t.* Hoc enim ipsum quod quisq; in hac terra natus difficultatē patitur inueniendę veritatis, ex corruptibili corpore habet. *Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam*: hinc dolores & tristitiæ, hæc profert homini terra. Spinę & tribuli, pūctiones tortuosarum qōnū, & cogitationes de ꝓuisione huius vitæ, quæ nisi extirpata proiiciantur, suffocant verbum, ne ĩ hoīe faciat fructum. hęc patitur qui colit agrum suum donec in terram de qua sumptus est redeat, id est donec hanc vitam finiat.

*Maledicta terra &c.* AVG. Hos esse labores humani generis ĩ terra nemo ignorat, & ꝙ non esset, si fęlicitas quę erat in paradiso teneretur, indubitanter constat.

* HIERONY. Vel *maledicta terra in operibus tuis*. Opera hìc non ruris coleudi, ut plerique putant, sed peccata significant, vt in Hebræo habetur. Et Aquila non discordat dicens, *Maledicta humus propter te*.

PROCOP. His verbis indicat calamitas & miserias quæ occurrūt agricolis plerūq;, vt post infinitos labores nihil aut parū fructus percipiant. Verum mirandum est, quod nulla benedictione Deus a se creatos fructus exhilarauit, cū tamen benedictione dignum existimauit hominē & cætera animalia. Deus, ne erres, sciuit peccatum futurū. Reseruauit itaque pænam, quę in mortale genus excurrit.

STRA. Terra maledicitur non Adā, vt cuncti propter quos hæc scripta sunt terrerētur, ne similia faciētes simili pæna plecterentur. Ipse vero Cain, quia primæ prçuaricationi fratricidiū addidit, maledicitur, cū dr̄, *maledictus eris super teeram, &c.*

ALCV. Terræ maledixit, nō aquis, quia homo de fructu terræ contra vetitum manducauit: non de aquis bibit, & in aquis erat peccatum abluendum de fructu terræ contractum. Animalia quoq; terrestria plus maledictionis habent, quam aquatitia, quia plus viuunt de maledicta t. Inde Christus post resurrectionem de pisce manducauit, non de terrestri animali.

GREG. in mora. *Maledicta ter. in o. t.* Deus maledicit homini peccanti, & homo maledicere prohibetur. Sed maledictū duobus modis dicitur, aliud probatur, aliud improbatur. aliud.n. est ex iudicio iustitiæ aliud ex liuore vindictę, maledictum in iudicio, iustitiæ est: *Maledicta ter. in o. t.* & quod ad Abraham dicitur: *Maledicam maledicentibus tibi*. De eo vero quod fit liuore uindictæ dr̄ *Nolite maledicere*. Et alibi, *Maledici regnum Dei n. p.* Viri quoque sancti maledicunt, non desiderio uindictæ, sed vltione iustitię. Intus.n. sublimei Dei iudicium aspiciunt, & mala foris exurgentia, quo maledicto debeanr feriri cognoscunt, & non peccant, quia ab interno Dei iudicio non discordant. Hinc Petrus ait Act. 8. d. *Pecunia t. t s. in.* Quod.n. non ait, est, sed sit. Non indicatiuo, sed optatiuo modo se dixisse indicauit. Hinc Helias 4. Reg. 1. *Si homo Dei sum descendat ignis de cęlo, & cōsumat vos*, quorum tamen sententiam ratione ueritatis prolatam exitus monstrauit. Simon.n. æterna damnatione interijt, & duos quinquagenarios flamma combussit.

c *In laboribus, &c.* RABA. Spinę antea erant, sed non ut laborē homini inferrent, cui post peccatum fuerūt ad laborē & afflictionem, sicut serpentes, & quæcunque noxia, ante erant innoxia. Et notandum, ꝙ Adę extrinseca pena imponitur, *Maledicta terra in opere tuo*. Mulieri uero intrinseca, cum dicitur, *Multiplicabo, e. t. &c.* quia seducta seduxit uirum.

Ru-

Marginalia: vt sup. c. 21 — 1 Sub viri ptāte. Eris ad virum tuū concupiscentia tua (seu desiderium tuum) — alias, † tuo — *Paul⁹ vel lutum. alias, † Eua. — vbi supra. — In annotat. — vbi supra. — In Genes. vbi supra. — Sap. 9. d. — Adęob peccatum ipsius pœna. — † 33. q. 5. c. manifestū & ca. hoc ima. — † 4. q. 3. ca. sed qui. & infr. c. seq. 2 ex ea. In q. Hebraicis. — vbi supra. — * 13. dis. q. 2. c. ecclesiastico. — 3 Eua quare dicta sit — lib. 4. c. 5 & 6. — Rom. 22. — In ppere tuo pr... ter te. — A B C D E F

NICOLAVS DE LYRA.

Vir punit

1 Adæ ue. d. *Hic ponitur punitio uiri. Circa quod sciendum, quod sicut in domestica vita mulier subijcitur viro, ita ad viri pertinet procurare necessaria uitæ, pro se, familia, & uxore, & ideo quantum ad hoc punitur cum subditur.*

3 Maledicta terra in &c. *In quo notatur terræ sterilitas, quæ post peccatum non produxit fructum conuenientem homini nisi cum cultura & labore, quæ ante sponte producebat fructus conuenientes in abundantia, & produxisset si homo in statu innocentię perstitisset. In Hebręo habere* בעבורך *baaburecha. i. ꝓpter te. Maledicta terra propter te. i. propter peccatū tuū, ꝓpter ꝙ incurrit sterilitatem, ut dictū est.* In sudore uultus tui, &c. *ꝓ hoc notat anxietas hoīs in labore agriculturæ q ante peccatū nō opabatur nisi ad recreationē & uirtutis exercitiū, ut prędictū est.*

3 Spinas & tri. *In hoc notantur impedimenta quæ proueniunt homini labori ex terra.*

4 Et comedes. &c. *Qui prius comedebas fructus paradisi, & quia istę pœnæ inflictę sunt homini ad totam uitam usque ad mortem.*

5 In su. vu. &c. *Patet litera.*

6 Et uoc. Adam. *Hic consequenter describitur miseriæ inflictę transfusio, quia quales facti sunt primi parentes per peccatum, tales filios genuerunt, & ideo dicit.* Et uoc. &c. Eua. *In Hebræo est* חוה *haua. quod nomen sonat vitam pœnalitatibus tamen subiectam.*

A

vbi supra. cap. 24. Sermo feriæ. 4 maioris hebdomadæ.

✱ RVPERTVS. Versiculus iste, quo sensu dixerit, *Maledicta terra*, declarat. Quid enim affert terra si non laboraueris.

BERNARD. Duo reliquit nobis in hæreditatem vetustus Adā, laborē, & dolorē, laborē in actione, & dolorē in passione.

*Puluis es, &c* GREG. Homo ita conditus fuit, ut manēre illo decederent tēpora, nec cum temporibus transiret. Stabat ergo in momētis decurrentib. nec ad vitę terminū per dierum incremēta tēdebat, quia sem per stanti inhærebat, vbi uetitū contigit, offenso creatore, ire cœpit cum tēpore. unde *Terra es, & in terram ibis*. Statu scilicet immortalitatis amisso, cursus eum mortalitatis absorbuit, & ad mortē trāseundo, didicit stādo ꝙ fuit, cuius radicis amaritudinē quasi in uirgulto tenemus, quia eius cursū nascēdo sortimur, ut ipso momēto quo uiuimus, a uita transeamus, dū infantia ad pueritiā, pueritia ad adolescentiā, adolescentia ad iuuentutē, iuuētus ad senectutem, senectus trāsit ad mortē,

a *Et uocauit Adā nomē v. s. E. eo quod, &c.*

B AVG. Verba primi hoīs, hæc fuerūt, quoniā hæc est mater omnium viuētiū, tanq̃ reddat causam nominis a se impositi, cur scilicet Euā vocauerit.

Mystice. *Mistice*. Post peccatū & iudicis sententiā uocauit Adam vxorē suā Euā, quia sit mater viuorū, cum mortē & mortales fętus parere meruerit. Sed illos fętus scripturæ attendit, quos ī dolore cū peperit: ad virum cōuertitur, vt ei dominetur. Sic enim est vita & mater viuorū, vita in peccatis mors dicitur. Rectè ergo pars animalis cum per rationē de verbo vitæ, affectum recte viuendi conceperit, vita appellatur, & mater viuorū, id est, bonorū, quāuis in dolore & gemitu malę consuetudini resistens, bonam consuetudinē ad recta facta pepererit, quibus cōtraria sunt peccata quæ mortua solēt appellari. Mors autem quæ debetur naturæ post peccatum, in tunicis pelliceis figuratur, tandiu autem in paradiso fuerunt, quamuis sub sententia damnantis Dei, donec ad tunicas pelliceas ventum est, huius vitæ scilicet mortalitatem. Bene autē mors, quam in corpore sentimus, in pellibus exprimitur, quæ mortuis corporibus detrahuntur.

alias, † nō habet ēt.

a ¶ Reddit causam quare vocauerit eam vitam. ¶ animalitas conuersa ad rationem mater est Viuorum, id est bonorum operum. b ¶ recte factorum, quibus contraria sunt peccata quæ dicuntur mortua.

a eo ꝙ mater esset cunctorum viuentium. Fecit quoq. Dominus Deus

a ¶ antequam de paradiso eijceret.

b a ¶ quibus significatur mors, quæ post peccatum debebatur naturæ. b ¶ quia mortales ex mortalibus.

Adę & vxori eius tunicas pelliceas

a ¶ non sunt verba insultantis Dei, sed alios deterrentes a superbia. ¶ ironia. ¶ quasi nec illud quod volebat assecutus est, & perdidit quod factus est.

& induit eos, & ait: Ecce Adam fa

a ¶ trinitatis mentio inculcatur.

c ctus est quasi vnus ex nobis, sciens

a ¶ hæc verba sunt Dei. ¶ Aposiopesis, quæ irato & perturbato congruit.

bonum & malum. Nunc ergo ne

d a ¶ id est si. ¶ Impleto numero electorum qui gustaturi erant de ligno vitæ, & sic ad beatum statim migraturi sed custodia est adhibita, ne qui indigni facti sunt attingant vlterius.

fortè mittat manum suam, & sumat † etiam de ligno vitæ, & comedat & viuat in ęternum.

a ¶ quod erat ei pro sacramento.

erat accepturus, si perstitisset, sed ab illa quā in paradiso habebat quasi excommunicatus a ligno vitæ, quod erat et pro sacramento, sicut in ecclesia solent homines a sacramentis visibilibus ecclesiæ disciplina remoueri. D

AVG. Mirum est, si Adā spiritualis erat mente, quamuis nō corpore, qūo credit serpenti, dū diceret Deum lignum prohibuisse, quia sciebat eos, si comederent, futuros vt deos per sciām boni & mali, tanquam hoc solum creator creaturæ inuideret. Sed nullo modo credendū est spirituali mente prę̄ditū hoc credere potuisse. *Vnde Adam non est seductus, &c.* vt per mulierē, s. vir præuaricaretur, secundum illud Rom. 5. c. *In similitudinem præuaricationis Adæ*. Seductus tñ non est. Vnde non ait. *Mulier seduxit me, &c. sed ipsa dedit mihi, & comedi*. Illa vero, inquit, *seduxit me, &c*. Ita Salomon, vir quidem tantæ sapientiæ, non in simulachrorū cultu aliquid vtilitatis credidit esse, sed mulieris amori resistere non valuit, & quod sciebat nō esse faciēdum fecit, ne mortiferas delicias contristaret. Si vxorem quę iam seducta manducauerat, noluit Adam cōtristare, q̃ credebat à se alienatā tabescere. & sine solatio interire, nō q̃dē carnis cōcupiscentia, sed amicabili beneuolentia, qua sæpe Deus offenditur ne offendatur amicus. Alio ergo modo deceptus est quam mulier, quæ falsum verum esse putauit. E

b *Fec. quoque, &c.* AVG. Hoc quoque significationis causa factum est, & in factis quæritur quid factum sit, & quid significet, & in dictis quid dictum sit, quidvè significet.

C STRA. Ipsi fecerunt sibi perizomata, vt peccatum suum absconderent. Deus vero tunicas pelliceas, quibus totum eorum corpus induit, quia, & in corpore & in anima eos iustè dānauit. Stulta vero quæstio est, qualiter vel quo operante pelles ab animalibus deductæ sint, quærere. qui enim de nihilo omnia condidit, quomodo & qualiter voluit, hec fecit.

vbi supra. ca. 18.

✱ CHRYSOS. Vestium amictus, continuum sit nobis monimentum, quo memores simus quātis bonis exciderimus, & discamus quanto supplicio genus humanum ob inobedientiā sit affectum. Dicant igitur nobis, qui tanto vtuntur apparatu, ut iā lanę vsum prorsus audire nolunt, sed serico vestiuntur, eoquè insaniæ peruenerunt, vt aurum vestibus intexāt. Quare corpus ita ornas, & gaudes eiuscemodi,

lib. 11. de Gen. c. 42.

c *Et ait: Ecce A. &c.* AVG. Propter trinitatē pluralis numerus ponitur, sicut & ibi, *Faciamus ho. &c.* Replicatur igitur in caput superbi ad quem venerit exitum, quod à serpēte est sugestum *eritis sicut dij*. Nec sunt verba insultantis Dei, sed à superbia deterrentis alios, vidētes hominem no esse factum qualē voluit, sed amisisse, quod factus sit. *Videte, ne forte sumat de ligno vitę, &c* Superiora verba Dei sunt, hoc autē factum est propter verba Dei secutura, alienatus est à vita, non solum quā cum angelis erat

quqst. 40.

✱ THEODORETVS. Hoc per ironiam à domino dictum est, vt ostenderet fuisse diaboli promissionem, *Eritis sicut dij*.

Ex Lyppomani Cathena in Gen.

✱ EPYPHANIVS. Refellendo ergo opinionē Adę, & quasi obiurgans dicit, an quod putasti euenit, vt esses quasi vnus ex nobis? Hoc est enim quod dixit, *Quasi vnus ex nobis*. Nam cum desiderasset altior fieri in peiorem statum est delapsus,

*Ecce Adā fa. est q. v. &c. serpens seduxit, &c.* Dupliciter intelligi potest. *Quasi vnus ex nobis*. i. Deus quod pertinet ad insultationem. Sicut dicitur vnus ex senator. b. i. senator Vel quod Deus esset non natura, sed creatoris sui beneficio: si sub eo manere voluisset. *Sciens bonū & malum*. quasi potestatem Dei pęna sua discet esse ineuitabilē, quā pati noluit beatus & consentiēs: & habebit scientiam per penā, quam Deus habet per sapientiā.

d *Nunc ergo ne forte, etc.* Simile dicit apost. 2. Tim. d. *Ne forte det illis Deus pęnitentiā ad cognoscendā veritatē*. Videt autē homo dimissus esse in labores huius vitę, vt aliquādo porrigat manum ad arborē vitæ. i. ad crucē. p q̃ vita reparatur ęterna. Prohibitio quoq; itelligi pōt, vt iuste pœna p⁹ peccatū, īter clus⁹ sit ad sapiētiā addit⁹, donec Dei misericordia, reuiuiscat, q mottu⁹ fuerat.

Lib. 11. de Gen. c. 10. F

✱ AVG. Alienatus enim à vita, non solū q̃ fuerat, si pceptum seruasse cum angelis accepturus, sed ab illa ēt quā dicebat in paradiso, fęlici quodam corporis statu separare vbiq; debuit à ligno vitæ. Siue quod ex ipso illi subsisteret fęlix ille status corporis ex re visibili, virtute inuisibili. Siue quod in eo esset sacramentum visibile inuisibilis sapientię, alienandus inde vtique fuerat, vel iam moriturus, vel etiam tanquam excommunicatus, sicut etiā in hoc paradiso, id est, ecclesia, solent à sacramētis altaris visibilib⁹, homines disciplina ecclesiastica remoueri

vbi supra.

✱ EPIPHANIVS. Quoniā igitur in diminutione erat Adā, noluit eum Deus viuere in ęternum in detrimēto, sed vt optimus figulus in proprium figmentum, vas extinctum & confractum per seipsum reparare constituit, In regeneratione igitur quasi iterato in renocatum reficiet uas, ut possit semper uiuere sine priore detrimento.

quæstæst.

✱ THEODORETVS. *Ne forte extendat, &c.* Non adeo dictum est quod Deus vitā æternā illi inuiderit. sed vt per mortem

NICOLAVS DE LYRA

1 Eo quod mater esset, *id est omninm hominum in hac uita mortali degentium*.

2 Fec. quoque, &c. *id est, de pellibus animalium mortuorum in signum suæ mortalitatis, & quia indigebant tegumento contra intemperiem aeris loci, ad quem erant eijciendi, uerumtamen ante eiectionem Deus improperat Adæ suam transgressionem dicens:*

Ironia.

3 Ecce Adam factus, &c. Ironia *est, ac si diceret, non es assecutus, quod serpens promisit, sed contrarium.*

4 Nunc ergo uidete, Ly *uidete, non est de textu* Hebraico, *sed subintelligitur, & est modus loquendi satis frequens in* Hebraico *quo omittitur una dictio. Translatio uero nostra expressit quod in* Hebræo *omittitur, uel subintelligitur. Notandū ēt quod hoc est uerbum Dei ad angelos, per quorum ministerium homo primus eiectus est extra paradisum.*

5 Et sumat, &c. *Cum homo incurrisset iam necessitatem moriendi, ut prædictum est, lignum uitæ iam non poterat uitam eius perpetuare, poterat tamen ex sua bonitate ipsam prolongare, & ista prolongatio nomine æterni significatur, sicut in Psal. Montes ęterni nominantur propter longitudinem durationis. unde & in* Hebræo *dicitur*. Et viuat in seculum, *quod designat tempus longum.*

tem, peccati impetum detineret. Vt cum ait Apostolus, *Qui mortuus est, iustificatus est a peccato.* Itaque mors non supplicium sed medicina fuit.

Rom. 6.

a *Emisit eum, &c.* In locum sibi congruum, sicut plerunque malus cum inter bonos uiuere cœperit si in melius mutari noluerit, de bonorum congregatione pellitur pondere prauæ consuetudinis suæ.

b *Fecitque Adam.* HIER. LXX. *Et eiecit, & habitare fecit contra paradisum voluptatis, & statuit cherubin & flammeam rhompheam, quæ vertitur ad custodiendam ligni vitæ viam.* Alius sensus est in Hebræo, *Ait. n. & eiecit dominus,* Adam. s. *& habitare fecit ante paradisum voluptatis, cherubin & flammeum gla.* Non quod Adam habitare fecerit contra paradisum voluptatis, sed illo eiecto ante fores paradisi, cherubin, & flammeum posuit gladium, ne quis posset intrare.

In quæst. Hebraicis. † Eiicitur Adã de paradiso.

c AVG. *Et collocauit, &c.* Hoc per cælestes potestates etiam in paradiso visibili factum esse credendum est, vt per angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia, non tamen frustra, sed quia aliquid de paradiso significat spirituali.

Historice. Lib. 11. de Genes. c. 11

STRA. *Collocauit, &c.* hoc est per ministerium angelorum igneam custodiam constituit: Flammeus gladius tribulationes, dolores & labores huius vitæ, quib. nos exercemur. Vel pœna iuste damnationis, quæ homini est data, qui ita dãnatus est, vt Christi passione redimi posset. Vnde gladius versatilis dicitur, quia pot removeri. Remotus est. n. Enoch & Heliæ, & quotidie remouetur fidelib. de hac vita ad supernam beatitudinem transeuntib. Nec dicit flammam & gladium, sed flameum gladium. Qui. n. ad paradisum redeunt, necesse est vt igne spiritussancti omnes concupiscetias huius vitæ exurant, & gladio verbi Dei omnia noxia præcidant.

a Emisit eum dominus † Deus 1 de paradiso voluptatis vt operaretur b terram de qua sumptus est. Eiecitque Adam & collocauit ante † paradisum voluptatis cherubin & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. 2

a Hæc Dei actio est. Quasi excommunicando, sicut modo praui emittuntur ab ecclesia. a Vt in hoc corpore laboraret & meritum redeundi sibi collocaret. a Quasi excommunicatum. a Angelicam potestatem. Plenitudinem scientiæ & charitatem. a Pœnam temporalem vrentem, sed transitoriam. b Quia in aduentu filii remouendus. a Quia reuerti non possumus nisi per hæc.

✻ RVPERT. Vbi autem vel in qua parte terrarum hic infelix operarius habitauerit, non legimus, nisi quod eum sepultum esse in Hebron ciuitate quatuordecim milibus ab Hierosolymis distante sacra scriptura testatur. Sic. n. in libro Iosue scriptum est, *Nomen Hebron antea uocabatur Cariatharbe. Adam autem maximus ibi inter Enacim situs est.*

Li. 3. in Gen. c. 31. Iosue. 14.

✻ HVGO DE S. VICTORE. Quia homo & diabolus in paradiso peccauerunt, vterque eiectus est. Et ne alterutri illorum iterum liceret intrare, contra vtrunque posita est custodia & offendiculum. Cherubin, vt repellat diabolum, igneus gladius, vt repellat hominem.

In anno. 1 Gen. c. 1 De paradiso voluptatis. de horto Edẽ.

✻ PROCOP. Quidam inquiunt, satius fuisset hoiem nõ nasci, quam vt in tanta veniret mala, quæ Deus forte ignorans, non auertit. Aut si sciuit mala, quæ inuasura essent hoiem eaque nõ prohibuit, iniustitiæ conuinci potest, quod hominem nihilominus creauit. Quibus respondetur. Ergo secundum vestram opinionem ne boni quidem creandi erant, qui præter suam essentiam etiam fortiti sunt, vt ipsis sit bene, & habeantur filij Dei. Sic nec angeli & inuisibiles potentiæ a Deo formãdæ erant propter diabolum qui de sua felicitate decidit. Deus quidem vt bonus, tam visibiles, quàm inuisibiles creaturas cõstituit. Cæterum homo & angeli cum sui iuris essent, ea libertate sunt abusi, & sua propria culpa, ad miseriam sunt deuoluti.

Inc. 3. in Genes. † Ante paradisum voluptatis ab oriente horti Edẽ.

ISIDOR. *Et collocauit, &c.* Cherubin plenitudo scientiæ, hæc est charitas, quæ plenitudo legis est, diuinæ. Gladius flammeus, pœnæ temporales, quæ versatiles sunt, quoniam tempora volubilia sunt. Ad arborem igitur vitæ non reditur nisi per cherubin, id est, plenitudinem scientiæ, id est, charitatem, & per gladium versatilem, id est, tolerantiam temporalem.

Cherubin. Mistice. Gladius flameus.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Eiecitque Adam, &c. *Istud dupliciter exponitur secundum duplicem opinionem suprapositam de situ paradisi terrestris. Secũdum enim illos qui dicunt, quod est sub æquinoctiali circulo gladius flammeus intelligitur zona torrida inter habitationem nostram & paradisum, et dicitur uersatilis, quia sol per quem causatur ibi caliditas impertransibilis, appropinquat ad nos in æstate & hyeme elongatur. Per Cherubin autem intelligitur angelica custodia, per quam tota natura corporea administratur, & maxime motus orbium.*

Gladius flameus.

2 Ad custodiendam viam, &c. *Ne homo inde eiectus posset illuc redire, nec aliquis alius adire. Secundum uero illam opinionem quæ ponit paradisum terrestrem circa tropicum cancri, per gladium flammeum intelligitur aliquis ignis materialis, ibi factus a Deo & oriens de terra, sicut dicitur de monte Aetna, qui continue ardet, & significatur nomine gladij, quia ignis ascendens sursum in superiori parte acuitur ad modum gladij. Per cherubin autem intelligitur natura angelica, ut prædictum est.* Ad custodiendam viam, *quia ille ignis est ante introitum paradisi prohibens accessum hominis ad ipsum.*

## MORALITER.

† 1 *Emisit eũ Deus de para, &c.* per quod designatur quod peccator pro peccato mortali desinit esse de ecclesia militãte merito, & si nõ numero. Per hoc aũt quod gladius flameus ponit ante paradisum, designat quod manẽte peccato mortali nõ est reuersio ad ecclesiam militãtem secundum meritũ. Dicitur tamen gladius versatilis, quia si vera pœnitentia sequitur, homo secundum meritum ad eam reuocatur, dicente dño Ezech. 18. g. *Nolo mortẽ peccatoris, sed ut magis conuertatur & vinat*

*In c. Gen. 3. ubi dicitur in postila. Sed contra dicta occurrit dubium*

### ADDITIO. I.

*Licet gratia gratis data possit remanere cum peccato mortali, impossibile tamen uidetur quod iustitia originalis simul maneat cum peccato mortali, prout uidetur postillator uelle. Quod sic patet: nam prout doctores cõmuniter loquuntur in statu innocentiæ, in quo homo institutus fuit in originali iustitia, nulla erat rebellio carnis ad spiritum, nec spiritus ad Deum, & per consequens impossibile erat stante illo statu peccatum mortale incurri. Peccatum. n. secundum Amb. est inobedientia diuinæ legis, & transgressio cælestium mandatorum, quod de directo opponitur statui innocentiæ. Ad dubium autem motum per postillatorem ipsum, s. quo in muliere remansit donum originalis iustitiæ post primum & secundum peccatum, & usque post comestionem ligni aliter posset responderi.*

Inobedientia.

*Pro quo attendendum est, quod licet præceptum de inhibitione comestionis ligni fuit datum Adæ antequam Eua fuisset in rerum natura producta, ut litera testatur. tamen secundum Aug. super Gen. c. 8. ex hoc non sequitur quod Eua non fuisset obligata ad præceptum obseruandum. Transgressio autem huius præcepti non fuit consummata donec, Adam comedit, licet fuisset quodam modo inchoata per comestionem mulieris: Quod patet per magistrum in 2. dist. 24. ubi ostendit quod talis est ordo peccandi in nobis qualis fuit in primis parentib. sic dicens. Vt. n. nunc serpẽs mulieri malum suasit, ipsaque consensit, deinde uiro suo dedit, sic consummatum est peccatum, ita & nunc in nobis pro serpente est sensualis motus animæ, pro muliere inferior rationis, pro uiro superior portio rõnis: Hæc ille. Ex quo patet quod transgressio præcepti ipsi Adæ dati non fuit totaliter consummata usque ad comestionem uiri, nec est et necessarium dicere, quod Adã fuerit transgressor illius præcepti sibi dati ante comestionem ligni per actũ interiorẽ in hoc consentientẽ. Nã prout ex serie literæ patet, sola comestio fuit prohibita, nõ aũt deliberatio seu consensus præcedens comestionẽ. Dicit. n. in die quo comederis ex eo, &c. Nõ autẽ dicit in die quo consenseris, seu deliberaueris comedere, et huiusmodi, unde sicut de quibusdã præceptis ue. test. dr a doctorib. quod lex prohibet manũ, non aũt animũ, eodẽ modo in proposito dici posset, prout litera sonat. Ex quib. ulterius sequitur, quod licet tã Eua quã Adã ante comestionẽ ligni peccassent per actus interiores peccato superbiæ, quod est initium oĩs peccati, ut patet Ecc. 10. nõ tamẽ transgressio præcepti sibi dati fuit facta usque ad hoc quod Adã comedisset, & tũc & non antea nuditatem suã erubuisse debuerunt, quod uidentur sonare uerba Aug. in 4. de ciuit. Dei, quod post quam transgressio præcepti facta est gratia Dei deserẽte, de corporum suorum nuditate confusi sunt, non. n. dixit* postquam peccauerunt, *quod posset intelligi de quocunque genere peccati, sed postquã* trãsgressio præcepti facta est, *ut intelligatur de transgressione præcepti de quo agitur, quæ nunquam fuit consummata donec uir comederet, & sic de nuditate sua tempore congruo erubuerunt.*

Ordo peccandi.

*In eo. c. 3. ubi dicitur in post. Serpentem autem non interrogauit.*

### ADDITIO II.

*Alia et ratio assignatur ad hoc quod serpẽs non fuit interrogatus. unde Aug. cõtra Manichæos lib. 2. nã serpẽs non interrogatur, sed prior excipit pœnã, qa nec confiteri peccatũ potest, nec habet omnino unde se excuset.*

*In ed. c. 3. ubi dr in post. Sed ista expositio quantum ad multa, &c.*

### ADDITIO. III.

*Ista expositio ult. non est tanquã irrationabilis excludenda: consonat. n. literæ plusquã alia, & est sñia Hier. de Hebraicis qõnibus: nec obstat quod postillator obijcit. Primo de hoc quod Deus dirigeret sermonẽ suum*

A sumpt ad aīal brutū, nam alibi legitur. Et ait dominus ad piscem. Ionæ 2.d. quod significat expressionē diuinæ voluntatis per effectus exteriores. Quod aūt obijcit secundo, q serpens in nullo peccauerat, sed solū dæmon, non obstat: nā in signum detestationis peccati ēt bruta quandoq; puniuntur, vt patet de iumento cū quo aliquis coerit: Leui. 20. c prout allegat postillator. & non solū hoc sed ēt res inanimata quæ oīno caret sensu & motu voluntario, præcipiuntur comburi & destrui propter horrorē alicuius magni peccati, vt Deut. 13. c. de ciuitate auersa a cultu Dei ad idolorum seruitutē, vbi præcipitur q non solum pecora occidantur, sed ēt comburantur suppellectilia. Et habemus idem 1. Reg. 15. a. de Amalechitis vbi propter peccatū a suis prædecessorib. longe ante perpetratū Deus præcepit occidi non solū viros & mulieres, sed ēt paruulos & lactentes, boues & oues, &c. Quod aūt postillator tertio obijcit de statura recta quæ non competit nisi tantū huiusmodi, non obstat: nā ad saluandā veritatem literæ ſm hanc expositionem, sufficit q serpens antea cum pedib. altis incedebat, sicut & alia animalia, & post huiusmodi sententiam pedes sunt ei amoti, sic ut non posset incedere, nisi reptando, unde hæc expositio vr̄ tenenda tanquam literalis: aliæ vero expositiones Aug. & sanctorum tenendæ sunt tanquam veræ spirituales seu mysticæ.

In eo. cap. 3. ubi dicitur in postil. Et vocauit Adam, &c.

## ADDITIO. IIII.

Eua in Hebraico חוה chauah vitā sonat simpliciter, non connotādo q sit pœnalitatis subiecta vel non. sicut. n. cum dr̄, mater omnium viuentium, non denotatur q sint in hac vita mortali, uel non, vnde hæc vocatio aliter vr̄ continuari ad prædicta. Ad quod sciendū, quod licet Adam ſdm quod tradunt doctores sciuerit naturas oīum animalium & oīum scientiarum, de quib. homo natus est instrui, prout patet in 1. par. q. 94. art. 3. in cor. a. non tamen habuit notitiam futurorum contingentium, nisi prout ex diuina reuelatione habuit, vel experimentaliter poterat adquirere. & ideo cum mulier statim postquā fuit producta sibi adducta fuerit, nesciens an Deus disponeret eos sic remanere, & alios de nouo procreare, an ex ea esset proles per propagationem procreanda, uocata est ab eo uirago, quasi de uiro sumpta, ad denotandum quod erat sibi data in consortium domesticæ conuersationis, non declarans an esset sibi data ēt ad prolis propagationem quod ēt consonat verbis Dei dicentis ante mulieris productionem supra Gen. 2. c. Dixitq; Deus. Nō est bonū hoīem esse solū, faciamus ei adiutoriū simile sibi. Sed post peccatum ex diuina snīa contra ipsum & uxorem suam lata duo collegit: Vnum, s. quod ipsi essent mortales, & hoc cū sibi fuit dictū. Puluis es, & in puluerē reuerteris. Scdm̄ quod debebant habere filios per propagationem, sicut cætera animalia, & hoc cum dictum fuit mulieri, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus, & in dolore paries filios. Ex quib. concludit, quod illa deberet esse mater omniū succedentiū, cum iam cessauisset Deus a nouis creaturis condendis, & ideo audita diuina sententia vocauit eam Euam, quod nomen interpretatus est ipse Adam. d. eo quod esset mater omnium viuentium.

B

## REPLICA.

Correctorij contra Burg. In 3. c. ubi postillator mouet dubium. Cum Eua peccauerit actu interiori superbiæ & diffidentiæ, & actu exteriori comestionis vetiti, & tñ non percepit suam nuditatem vsq; post esum uiri, quō iustitia originalis potuit stare cum præfatis peccatis Euæ? Et respondet dicens iustitiā originalem fuisse gratiā gratis datam quæ stare pōt nedum cum peccatis uenialib. sed ēt mortalib. Hanc responsionem Burg. impugnat rōne minus efficaci ut dicetur, & ponit ad motum dubium aliam responsionem dicens. q Adæ datū est præceptū, non Euæ, ideo transgressio non fuit consummata quousq; Adam comederet, & eo usque mansit iustitia originalis. Et multa circa hoc dicit inepta. Suppositum. n. Burg. ex litera apparet falsum. Dicitur. n. in litera q mulier respōdit diabolo. nobis præcepit Deus, &c. Igitur mulier recepit præceptum siue per se, siue per virū, sicut quibusdam placet. Si igitur fuit mulieri præceptum, ad seruandum erat obligata, transgrediendo igitur non solā uenialiter sed & mortaliter peccauit: stat igitur responsio postillatoris. Quod aūt Burg. de magistro snīarum adducit, allegoria est, nō sensus literalis, ut patet per eandem in eo. c. Illud quoq. nec uerum uidetur quod addit Burg. dicens solā exteriorē comestionem fuisse prohibitam, non actū interiorem, quia ſm oēs illa prohibitio fuit ad probandum obedientiam, ideo dicitur cōiter quod fructus non erat malus, nec eius esus, nisi quia prohibitus: nunc aūt inobedientia sicut & obedientia respiciūt actum interiorē principaliter, consequenter exteriorem, nec exterior aliquid malitiæ intensiue addit super interiorem, vt vult magister snīarum per eum inductus lib. 2. distin. 42. Etenim, inquit, una inobedientia vnusquisque contemptus, siue quando vult siue quando agit, licet ſm expositionem doctorum distinctio sit in malo extensiue. Nec ualet similitudo per eum, s. Burg. inducta de lege cohibente manum et non animum quia hoc vr̄ ratione tpalis pœnæ per legem taxatæ, sed non quo ad Deū, apud quem, ubicunque manus cohibetur, animus non manet sine obligatione. Immo dato, sed non concesso, q solus actus eius exterioris prohibitus fuisset, adhuc staret dubium motum, quō iustitiæ originalis mansisset in Eua manducante ante virū? Mansit quidē ſm postillatorem, & non mā sit ſm Bur. Pro utriusq; partis concordantia notandū prout scripsit ... in snīas lib. 2. dist. 31. 32. & 33. q iustitia originalis multos habuit effectus. Vnum principalē, alios secundarios. Principalis fuit ordinatio voluntatis in Deū. Sed secundarij effectus non fuerunt simpliciter & directe a iustitia originali, sed concurrentib. quæ enumerat Scotus circa ſm dist. 19. quæ sunt immortalitas, præseruatio a siti, & alijs passionibus, & tranquillitas uirū sensitiuarum. Oppositum effectus principalis est culpabile, oppositum aūt effectuum secundariorum non est culpabile, sed potius pœnale. Per peccatum igitur actuum interiorum ceciderunt a iustitia originali quantū ad effectū principalem, quia uoluntas eorum fuit quo ad Deū inordinata, dū Adam se ad amorē uxoris conuerteret diuino præcepto dissimulato, sicut colligitur a B. Aug. 11. super Gen. c. 9. ubi dicitur Adā peccasse quadā societatis necessitudine. Sed his se habentib. effectus secundarij non secuti, quia pœnale reseruatum est usq. post peccatum operis manifeste per mulierē inchoatū, & per uirū consummatū. Mansit igitur iustitia originalis cū peccato quo ad effectus secundarios pro positione postillatoris, & non mansit quo ad effectū principalē pro positione Burg. Signū huius dicti sumi pōt ex eo, qui restitui pōt gratia æquiualens iustitiæ originali quo ad effectū principalem, restōne non facta quo ad effectus secundarios. Nec per huiusmodi concertationem fit uariatio in sensu literali. Ad argumentū igitur principale Bur. dr̄ q per actum interiorē superbiæ & diffidentiæ, qui uenit ex rebellione spiritus ad Deū ceciderunt a statu innocentiæ, & iustitiæ originalis quo ad effectum principalem, sed non quo ad effectus secundarios quousq. peccatū actu exteriori foret consummatum. Item in eo. c. ubi postillator ponit de locutione Dei ad serpentem expōnem B. Aug. q ponit ex intentione fore literalem, subdit postillator ponens expōnem aliam quam B. Hiero. in lib. quæst. Hebrai. uidetur recitare: sed hanc reprobat postillator trib. rationib. Sed Burg. opponit se postillatori, dicens expositionem B. Augustini fore mysticam, sed eam quam recitat B. Hiero fore literalem, & nititur soluere rōnes per postillatorem in contrariū adductas. Et cum primum postillator arguit q irrationabile est, q Deus dirigeret sermonem uocalem ad animal brutum non intelligens. Respondet Burg. quod non obstat quia alibi legitur, & ait dominus ad piscem. Ionæ 2. d. Sed illa responsio non ualet, quia locutio Dei hic fuit uocalis, ibi aūt quædam interior inspiratio, ut Burg. met testatur dicens. Locutio ad piscem significat expressionem diuinæ uoluntatis per effectus interiores. Sed q hic fuerit uocalis, patet per B. Aug. 11. super Gen. c. 1. ubi propter illam locutionem Dei ad serpentem dicit, ubi in sacra scriptura aliquid dicitur quod non nisi absurde ad literam pōt intelligi, proculdubio figuratiue dictum esse, & ad aliam significationem accipi debere. Et ob idem B. Augu. eo. lib. c. 9. ponit differentiam inter locutionem Dei ad uirum & mulierem & serpentem, dicens: Locutionem ad primos esse ad literam, sed ad serpētem figuratiuam, quia absurde sonaret, ut arguit postillator ex illo loco beati Aug. sed non sonaret absurde, si per inspirationem locutus fuisset serpenti sicut pisci, de quo supra. Constat ergo quod fuit uocalis, sed ad diabolum sub nomine serpentis. Confirmatur totum ex intentione beati Gregorij in moral. prout Burg. eum allegat in solutione vlti. arg. quest. suæ preambulæ, ubi dicitur. Cum ordo historiæ deficit, sese nobis intellectus mysticus quasi apertis iam foribus ostendit, & tunc mysticus pro literali habendus est, ut Burgen. met ubi supra testatur, & sic est in propositione de locutione Dei ad serpētem sicut de locutione lignorum: Iud. c. 9. b. Certum est. n. utrobique historiam secundum uocem significationem deficere. Est igitur ad mysticum sensum tanquam ad uere literalem recurrendum secundum doctrinam beati Gregor. & Aug. & omnium communiter scribentium. Frustra igitur laborauit Burgen. cum solutione primi argumenti. Nec responsio ad secundum ualet: nam instantia de iumento est contra Burgen. pro eo quod serpens potissime uenit destruendus plus quam iumentum, si instantia ualeret. Nec aliæ instantiæ ualent de interemptione pecorum & etiam inanimatorum, nam cum iumento, pecoribus, uasis, & suppellectilibus inanimatis commissa sunt peccata idololatriæ, & alia, tanquam cum subiectis pollutis, diabolus autem serpente non utebatur ut subiecto quod polluit, sed solum ut instrumento, quod Deus permisit, ut cito dicetur infra, ideo illa in detestationem peccati destructa sunt, serpens autem quia solum fuit permissum instrumentum, puniri non debuit. Exemplum familiare: Occidat quis clericum gladio, in detestationem peccati locus execratur, interdicitur & tota terra supponitur interdicto, quia uidentur subiecta in quibus sanguis clerici effusus est. Contra gladium uero, qui solum instrumentum fuit occisoris, nihil fit ipso iure. Nec ualet responsio ad tertiam rationem postillatoris, nam expositio quam improbat dicit, serpentem erectam staturam habuisse, non more pecudis pedes. Nec tamen serpētem habuisse pedes est in scriptura fundatum. Nam ante tentationē serpens fuit dictus a serpendo, ut dicit Isidor. Et inter reptilia computatus, nec litera quam putat Burgen. saluare eius propositum: nam cum in serpentis maledictione dixit dominus. Super pectus tuum gradieris, non intelligi debet ad literam secundum intentionem beati Augu. quasi prius super pectus repere non consueuerit, sed ad diabolum dictum intelligitur, non ad serpentem, quamuis sub nomine serpentis, secundū quod postillator ad beati August. intentionem exponit. Et dato, quamuis non concesso, quod serpens tēpore tentationis erectus uel super pedes incessit: diabolus enim ad hoc potuit eum erigere, aut pedes formare, qui ad loquendum eius linguā poterat mouere, et tunc sensus literæ est super

pectus

C D E

Iustitia originalis quō mānit in Eua &c.

a ¶ fundamentum quærens in hac vita. ¶ Forsitan quia in timore erat, & tremore. a ¶ dedicatio. ¶ quia iniqui terrenæ vitæ se dedicant. a ¶ Primus contra naturam, & morem adulterium committens. a ¶ quorum mutabilitas significat eos, qui circumferuntur omni vento doctrinæ. a ¶ ipse fuit inuentor scilicet musicæ: quæ pertinet ad voluptatem aurium. a ¶ qui opera, scilicet æris, incitauit concupiscentiam oculorum. a ¶ arte ferraria exercuit crudelitatem bellorum. a ¶ quæ interpretatur, in qua significatur carnis concupiscentia.

a *Et ædifi. &c.* AVGV. Quæritur quibus adiutoribus eam ædificauerit, si plures homines nō fuerunt quam scriptura dicit, Sed sciendum est multo plures fuisse tunc, quia diu viuendo plures poterant generare. Nec mirum cum filii Israel per quadringētos annos sic multiplicati legantur, ut nō possint numerari.

(Quæst. li. 15. de ciuitate, c. 8.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide quo modo res nostræ paulatī deteriores fucatioresq; fiūt. Quippe hominib. factis mortalib. studium fuit, vt immortalē suam memoriam facerent, partim ex filiis quos generabāt, partim ex locis quibus filiorum nomina imponebant. Hæc omnia recte quis diceret peccatorum & ruinæ primæ monumenta, quæ è pristina gloria exciderunt.

(Ibid.)

✠ RVPERTVS. Notandū quod prima terrenarum ciuitatum cā homicidiū fit. Nam quia Cain fratrem occiderat, & ob hoc omnib. odiosus vagus ac pfugus super terrā erat, idcirco ciuitatē q tutaretur ędificauit.

(Mauiael. Irad. Mathus. Lamech, q. 1. c. quo vbi supra. c. 10. pater habitantiū, id est, inuentor q primus habitauit. vbi supra. alias, †Tubal. alias†Iuba.)

b *Porro Enoch, &c.* HIERON. Nō de oīb. his certa mysteria exculparent. nec inueniretur, nisi prius quędam radices historiæ iacerentur, nec de ramis arborum fructus legeres, nisi truncos antea plantasses.

ISID. Notandū q generationes ab Adā per Caī vndenario terminātur, in quo transgressio signat. Lamech nāq; septim⁹ est, cui tres filii & vna filia addūtur, vt vndenari⁹ impleatur p quē peccatū significatur, nam & à fœmina clauditur gñatio, q initiū peccati fuit, p quod voluptas carnis, q resistit spiritui. Vnde Noema vocatur, idest, voluptas. In hac pgenie, Lamech prim⁹ ɔ morē, cōtra naturā, p bigamiā adulteriū ɔmisit.

(Generationes ab Adam per Cain vndenario terminantur. Noema. i. voluptas vbi supra. Noema.)

c *Genuitq; Ada Iabel, &c.* HIER. De bigamia nascitur Iabel habitans in tentoriis, quæ mutabilia, instabilitatē eorum figurant qui circunferuntur omni vento doctrinæ. Nascitur & Tubal, qui inuentor musicæ, de qua dicitur, Aures per canora musica tenerat, quod pertinet ad voluptatem aurium. Nascitur Tubalcain, qui in per opera æris concupiscentiā oculorum inuitauit, & arte ferraria crudelitatem bellorum excitauit, per cuius sororem quæ Noema, id est, voluptas vocatur, carnis concupiscentia signatur. Notandum quod hæc tropica locutione partim intelligūntur per nominum interpretationes, sicut Enoch, & Noema. Partim per hominum actiones bonis moribus obuiā, sicut Iabel, Tubal, & Tubalcaim.

(Tropica locutio.)

d *Et nomen. ei. t.* RAB. Hūc scribit Iosephus musicam scripsisse in duabus columnis. Vna lapidea, altera latericia, quarum altera non dissolueretur diluuio, altera quæ nō solueretur incēdio, duo iudicia Adam ventura prædixerat.

e *Tubalcaim.* RAB. Qui secūdum Iosephum res bellicas exercuit, & deceteris artem ferrariam docuit, quæ dam etiam q ad oculorum pertinēt concupiscentiam inuenit.

f *Dixitque Lamech.* RAB. Aiunt Hebræi, Lamech diu uiuendo caligine oculorum incurrisse, & adolescentē ducē & rectorem itineris habuisse. Exercēs ergo uenationē, sagittā direxit quo adolescēs īdicauit, casuq; Cain iter fruteta latentē interfecit, & hoc est q dicit, *Occidi uirū in vulnus meum*, id est, vulnere quod infixi, nō bestiā, sed hominem occidi, vnde & furore accensus occidi adolescentē.

(Quo Lamech cæcos. Lamech, & ipsius bigamia. Ada. Sella. Iabel.)

✠ AMBROSIVS. Quia homicidio noluit Deus homicidā vindicari, q manult peccatoris correctionē, q̄ mortē, in Lamech septuagies septies vindicatur, qa grauior pęna eius est, qui nec post dānationē se correxit. Cain impetu quodā impudo ante peccauerat, Lamech vtiq; q ī alterorū pœnā aduerterat, cauere debuerat, suo quippe iudici ī̄nīa debebat, ne qs passi reū esse feriēdū putaret.

(vbi supra. cap. 10. Tubal. Tubalcaī.)

✠ HIER. Primus Lamech sanguinarius atque homicida, vnā carnē in duas diuisit vxores, fratricidiū, & bigamiā eadem cataclysmi pęna deleuit, & de altero septies, de altero septuagies septies vindicatum est tantum distat in numero, tantum & in crimine.

(li. 1. cō tra Iouinianum.)

✠ PROCOPIVS. Ex oratione Lamechi certo coniicitur ab eo duos cæsos esse uiros, potest enim uir dici & is qui mediæ ætatis statum obtinet, & postea in senem euadit. sed adolescentulus est minor utroque.

(vbi supra.)

✠ RVPERTVS. Videtur secundum numeri quantitatem plus esse, septuagies vltio dabitur, quam setuplum punietur, sed profecto minus est. Non enim quantitas vtriusque numeri, sed natura hic attendenda est. Hoc ergo septenarius & septuag

(vbi supra. cap. 8.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ędificauit ciuitatem. *Ad sui defensionem, quia semper erat in timore & tremore positus, vt prædictum est.*

2 Porro Henoch, &c. *Ista genealogia describitur, vt perueniretur ad Lamech qui Cain occidit. De quo sequitur.*

3 Qui accepit, &c. *Hic primus introduxit bigamiam contra naturæ institutionem, quæ fuit vnius cum una.*

4 Genuitque Ada. *Ipse enim adinuenit artem faciendi tentoria, ut pastores haberent domos portatiles; quia oportet eos frequenter transire de loco ad locum.*

5 Et nomen fratris, &c. *Hebræi dicunt in melo & cithara ipse enim primo adinuenit instrumenta musica.*

6 Sella quoque, &c. *Hebræi dicunt limator.*

7 In cuncta opera æris, & ferri. *Quia artem ferrariam adinuenit. Hebræi dicunt q ipse adinuenit arma ad occidendum, & in hoc fuit imitator patris sui Cain, qui fuit occisor. De Iabel fratre suo ex patre dicunt quod fecit tentoria ad ponendum idola. Et de Tubal dicunt, q canebat instrumentis musicis coram idolis, ea venerando. Ex quo patet quod isti qui descenderunt ex Cain, fuerunt mali & peruersi.*

(Ciuitatis initium a malo. Bigamiæ primus introductor Lamech. Iabel, tētorij inuētor. Musicæ inuentor. Ferrariæ artis inuētor.)

8 Soror uero, &c. *Ista adinuenit lanificium ad faciendum uestes, cum prius homines pellibus animalium tegerentur.*

9 Dixitq; Lamech, &c. *istud interponitur ad ostendendum occisionem Cain. Vnde sequitur.*

10 Quoniam occidi uirum. *Istud exponitur communiter sic. Lamech enim qui bigamiam introauxerat, in uxoribus fuit punitus, quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur, & ideo iam senex factus a suis vxoribus male tractabatur, & uolens eas reprimere a malis quæ sibi faciebant dixit eis.* Quoniam occidi uirum, &c. *Ad cuius intellectum sciendum, quod Lamech iam cæcutiens cum puero ductore exiuerat in campum ad uenandum, & non pro carnibus, quia illis non uescebantur homines, sed pro pellibus quibus induebantur, & Cain inter fruteta latebat, quia semper in timore erat, quem uidens ille iuuenis, qui erat acutioris uisus quam Lamech, suspicatus est esse bestiam aliquam, & ideo dixit ipsi Lamech quod illuc dirigeret iaculum, uel sagittam quo facto, cum percepisset se interfecisse Cain, cuius occisionem Dominus sibi graui pœna prohibuerat, tantum uerberauit puerum quod interfecit eum, &* ✠ hoc

(Lanificiū qs inuenerit.)

MORALITER.

1 *Genuit Lamech, &c.* Lamech qui interpretatur doctrina signat malum hominem, literatum tamen, qui accipit duas vxores, id est, beneficia plura ecclesiastica, quorum quodlibet per se deberet sufficere consideratis conditionibus status & personæ: Generat autem quatuor pueros, scilicet,

2 *Iabel qui fe. &c.* Inuenit enim tentoria pastorum ad quæ rendum pascua de loco ad locū, & ideo significat multiplicitatem & diuersitatem ferculorum.

3 *Et tu. q.* Propter quod significat ineptā lætitiā dissolutorum.

4 *Tubal. q.* Et per hæc subintelliguntur alia metalla, scilicet auri & argenti & huiusmodi, & significat multiplicitatem & superabundantiam vasorum auri & argenti, & huiusmodi.

5 *Et Noema.* Et quę reperit lanificium ad curiositatē vestium, cum prius homines pellibus animalium vterētur, sicut dicitur Gen. 2. *Fecit Deus Adæ & vxori suæ tunicas pelliceas.* In prædictis uero quatuor expendunt superflue multi clerici ecclesiastica bona, & de aliis turpibus ad quæ inducunt ista quatuor.

Et

tuagesimus septimus differunt, quod septenarius incõpositus, & ppea insolubilis. Septuagesimus septimus vero cõpositus, ac per hoc magis solubilis habetur. Nã septenarius præter vnitatem nullus metitur numerus, septuagesimi septimi vero, & septenarius & vndenarius mensores sunt. Cũ igit dicit Deus, *Qui occiderit Cain septuplum punietur*. insolubilis pœna debet intelligi, & subaudiri oportet, nisi præcedens pœnitentia solubile, id est, remissibile peccatum fecerit. Cum autem dicit Lamech, *Septies vindicta dabitur de Cain, de Lamech vero septuagiessepties*, insolubilis vindicta Cain, & solubilis vindicta Lamech debet intelligi. Et recte, quia Cain penitentiam non egit, ipse uero Lamech pœnitentiam agit, quia peccatũ suum confitetur.

a *Occidi uirum, &c.* STAB. id est, *Cain in vulnus meum*, quia pro illo vulnerabor, id est, occidar, *& adolescentulum in liuorem meum*, quia prõ illo quoq; damnabor.

b *Septuplum vltio dabitur, & cæt.* ALLEG. ALCV. Peccatum Lamech (qui interpretatur humiliatus) significat deiectionem humani generis quod præuaricante Adam corruit, nec per legem vel per circumcisionem, nec per suam iustitiam surgere potuit, donec post septuaginta-septem generationes secundum Lucam Christus in mundũ veniens, effusione sanguinis peccatum deleuit, unde Matth. 18.c. *Non dico tibi septies, sed vsq; ad septuagies septies*, hoc est Iudæum

deum recipiendum esse post septuaginta septem vindictas, si resipuerit & Christi indulgentiam quæsierit. Septenarius vniuersitatem significat, per quem ducto vndenario fit. 77. in quo omnimoda transgressio signatur, quę tamen in euangelio pœnitenti dimitti precipitur.

HIER. Aiunt ab Adam vsque ad Christũ generationes esse. lxxvij. secundum Lucam. Sicut ergo septima generatione peccatum Cain solutum est. *Non enim iudicabit Deus bis in idipsum*, & qui semel recepit in vita sua non eosdem cruciatus patietur in morte quos passus est in vita sua ita & Lamech, i. totius mundi peccatum Christi soluetur aduentu. Referebat mihi quidã Hebręus lxxvij, animas exisse de Lamech, quæ omnes interiere diluuio.

6 c *Cognouit quoque adhuc, & cæt.* Per Seth qui interpretatur resurrectio, signatur vita Christi ex mortuis, quod in verbis matris significatur. *Posuit mihi dominus semen aliud*, quasi dicat ecclesia quæ luctum pertuli de mortuo, gaudeo de resuscitato.

✻ CHRYSOS. Vide hic quomodo ferme postea doceat, in appellationibus filiorum, suæ gratitudinis indicium. Non solum hic parentum monstratur pietas, sed magna erga pueros diligentia. Et quomodo a principio erudiebant pueros, admonentes appellationibus, quas illis imposuerant, vt virtutem exercerent. Et non sicut nunc fortuito & absque causa, nomina fiunt

a Cain secundum Hebræos. b Quod infixi. c Quasi hoc facto mordente conscientia me ipsum grauiter vulneraui.

a occidi virũm ĭ vulnus meum, et 1

a Qui semen regebat. b Zelo furoris mei.

adolescentulũ † in liuore meo. 2

b † Septuplũ vltio dabit de Cain: 3

a Crescente peccato, crescit vltio. Quia adulterio homicidium addidit, quę peccata apud hoĩes grauiora sunt. b id est post septuaginta septem generationes.

de Lamech vero septuagies septies. 4 5 Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suã, & peperit 6

a Posthio, qui loco interfecti surrexit.

filiũ, vocauitq; nomẽ eius Seth 7

a Gaudium resurrectionis.

dicẽs: Posuit mihi Deus semen 8

a Luctu mortis.

aliud pro Abel: quem occidit

a Iudaicus populus.

Cain. Sed & Seth nat⁹ est filius 9

Marginalia: adDamas. Naum. 1. a secundũ literam. † 15. q. 1. §. sed obiicitur. — ... alias in liuorem, in liuorem meum. — Allegor. Peccatum Lamech. — Seth. — homil. 20. in Gen. — Nominũ impositio apud veteres.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ hoc est quod dicitur. Occidi virum, id est, Cain.

1 In vul. m. &c. id est, per vulnus a me illatum.

2 Et adolescent. &c. me dirigentem.

3 In li. &c per liuorem a me sibi indictum, quia non occiderat eũ vulneratione, vel gladio sed per ictus graues sine effusione sanguinis qui faciunt carnem nigrescere sub cute.

4 Septuplum vltio, &c. secundum sententiam domini.

5 De Lamech ve. qui occidit Cain septuagiessepties, i. multo grauius punietur qui occiderit Lamech, ac si diceret vxoribus suis: Quare me tantum affligitis, quia si per istam afflictionem mortar, grauiorem pœnam incurretis. Sed ista expositio non videtur rõnabilis. Primo, quia non est verisimile quod vir illius tpis quando vigebat fortitudo hominum tantum affligeretur a duabus mulierib. Secundo quia duę vxores vnius viri raro concordant, & ideo si vna fuisset sibi tędiosa, uerisimile est quod alia fuisset sibi propitia. Item Lamech iam genuerat plures filios, vt prædictum est, de quib. non est verisimile, quod permisissent patrem suum ita tractari, maxime illo tempore, in quo erat maxima reuerentia ad patres. Item sup. improbatum est quod Lamech occisor ipsius Cain septuplum deberet puniri. Item friuolum vr quod aliquis puniretur septuagiessepties si occideret Lamech, & ideo aliter exponunt aliqui Hebræi dicentes, quod vxores Lamech quãdo audierãt diluuium debere inundare propter luxuriam illius tpis, sicut dicitur infra. 6. b. Omnis quippe caro corruperat viam suam. de quo vitio Lamech erat notatus, ideo subtrahebant se a concubitu Lamech dicentes: Ad quid concipiemus & pariemus filios, quia vna die superueniet diluuium & interficiet eos, & ideo volẽs eas inducere ad coitum dicebat. Occidi virum in vulnus, &c. Et sic exponitur negatiue, ac si diceret. Occidi uirum & adolescentulum in liuorem, i. ex iniuria, sicut fecit Cain qui interfecit Abel q. d. non. Et uocatur hic Abel vir propter perfectionem virtutis, & adolescentulus. quia adhuc erat iuuenis quãtum ad annos, sed ista expositio videtur extorta. s. quod prædictum verbum. Occidi virum, &c. intelligatur de Abel. Item vide tur contra uerbum domini, Luc. 17 f. Edebant & bibebant, ducebant vxores, & dabantur ad nuptias vsque in diem in quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Ex quo vr quod mulieres prædictę non retrahebantur a copula carnali pp timorem diluuij. Et ideo exponitur quod istę mulieres refugiebant concubitum Lamech, propter horrorem facti sui, sciebant n. eum interfecisse Cain, cuius occisionem dominus prohibuerat sub graui pœna. Interfecisse etiam filium proprium Tubalcain, quem dicunt Hebræi aliqui fuisse directorem ipsius Lamech in occisione Cain, & ideo propter ista timebant probabiliter ne proles ab eo genita post prædicta esset a Deo grauiter punienda, propter quod Lamech uolens super hoc eas pacificare excusabat se dicens. Quoniam occi. virum in vul. meum. acsi diceret. Licet occiderim Cain, hoc fuit præter intentionem, credens interficere bestiã, & adolescentulum in liuorem meum, acsi diceret, licet iuuenis me dirigens ex uerberatione quem ei intuli, fuerit mortuus, tamen ad hoc fui motus ex liuore, i. ex dolore concepto, eo qp interfeceram Cain contra præceptum domini, & ideo facta mea sunt grauia. Septup. vltio dab. de Cain. acsi diceret. Si igitur Cain q fuit pessimus non fuit interfectus nisi usque ad septimam generationem, multo fortius ergo qui leuiter peccaui, non puniar in prole mea usque ad multo plures generationes, uel usque in generationes sine termine. Et talis modus loquendi est in euangelio Matth. 18. c. Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagiessepties, id est toties quoties, absque determinatione numeri.

6 Cognouitque adhuc Adam. Descripta generatione Adæ delenda, hic describitur eius generatio ornanda & eligenda, quia de ista natus est Noe, qui reparauit seculum, Dicit igitur. Cognouit quoque adhuc Ada n vxorem suam. Dicitur cõiter quod Adam interfecto Abel proposuit continere de cætero, & diu continuit, sed postea ex Dei reuelatione admonitus cognouit vxorem suam, vt per illam lineam nasceretur Christus, & non Cain qui erat a domino maledictus. Hebręi autem aliter exponunt continuando hanc literam ad præcedentem, dicentes quod Lamech fecit conueniri vxores suas coram Adam, qui erat pater & iudex eorum, eo quod nolebant sibi reddere debitum, & cum Adam eas increpasset & cogere uellet ad redditionem debiti, dixerunt ei: Castiga prius temetipsum, quia iam a multis annis segregasti te ab Eua uxore tua quantum ad torum, et tunc cognouit Euam uxorẽ suam, ne exemplo sui impediretur multiplicatio generis humani. Si autem contra hanc expositionem obijciatur, non est uerisimile quod in centum triginta annis quibus tantum vixit Adam ante generationem Seth secundum Hebræos generatio descendens per Cain processisset vsque ad septimam generationem, cum homines tunc centum annorum, & aliquando plus incipiebant generare, vt dicetur sequenti cap. Filij autem Lamech erant iam in septima generatione ab Adam, ut supra dictum est, & ideo non uidetur Lamech & eius vxores adhuc esse tempore generationis Seth. Dicendum quod filij Seth erant continentes & religiosi, ideo tarde incipiebant generare. Sed filij Cain mali erant, & luxuriosi, ideo festinabant accipere uxores, propter quod in toto tempore uel minori potuit esse ibi processum usque ad septimam generationem tempore Lamech & uxorem eius.

7 Vocauitque nomen eius Seth. Seth, שת, a uerbo שת, Sath, i. posuit, interpretatur positio propter quod sequitur.

8 Posuit m. &c. Qui fuit iustus & ut sic ex isto iusto nasceretur Chrs.

9 Sed & Seth natus est & filius, &c. Ipse enim instructus a patre iusto tantũ profecit in cultu diuino, qp adinuenit quędam uerba deuota ad deprecandum Deum. Litera Hebraica sic habet, אז הוחל לקרא, id est, tunc cœptum est ad inuocandum uel tunc incepit inuocari nomẽ domini, quod exponunt Hebræi de idololatria, quia (ut dicunt) tunc inceperunt homines attribuere nomen domini creaturis, ut Soli & Lunæ, & idolis, non tamen ab isto Enos, qui iustus fuit & deuotus, sed a filijs Cain sibi contemporaneis, sicut supra dictum est de Iabel & Tubal.

ADDI-

fiunt. Dicunt.n. iuxta nomen aui vel abaui nominetur puer. At prisci non ita, sed omnem operam adhibebant, vt talibus natis imponerent nomina, quib. & illos ad virtutem adducerent, & alios omnes qui sequentib. seculis futuri sunt, nullam non sapientiā docerent. Igitur neq; vulgaria nomina pueris indamus, neque auorum, sed sanctorum virorum nomina tribuamus.

a Homo. b Confitentes Deum conditorem & vitę reparatorem.

a quem vocauit Enos: Iste cę- b pit inuocare nomen dñi.

a Colere & deprecari.

Iste cœpit inuocare, tunc cœptum est inuocare.

a *Quem uocauit Enos, &c.* Enos interpretatur homo qui cępit inuocare nomen domini, quia per mortem Christi quam significauit Abel, & per resurrectionem quam significat Seth, fit homo confitens dominum conditorem, & vitæ perditæ reparatorem.

D

Hiero. *Quem uocauit Enos.* Enos interpretatur homo qui cœpit inuocare nomen domini: sicut Adam homo interpretatur. ita etiam Enos iuxta Hebraicam ueritatem homo uel uir. Et pulchre, quia hoc uocabulum habuit dictum est, quia initium fuit tunc inuocandi nomen domini, licet plerique Hebræorum arbitrantur, quod tunc primum in nomine domini, & in similitudine eius fabricata sunt idola.

Enos, i. homo vel vir

Enos. Cult' Dei restituitur

☞ 1 Hic

*A D D I T I O.*

*In capitulo quarto, vbi dicitur in postilla. Dicunt aliqui quod sic sit nominatus ab euentu.*

*A D D I T I O I.*

Habel. Abel.

*Abel cum scribitur in Hebraico cum litera a, significat luctum proprie, sed quando scribitur cum litera b, s. quod dicatur Habel non significat luctum, sed uanitatem tantum, prout in principio Ecclesiastes dicitur:* Vanitas vanitatum. *est ibi Habel sicut hic.* Et *ratio huius nominationis potest sumi ex hoc, quia de Habel non remansit aliqua posteritas: & sic quo ad mundum sensibilem videbatur esse in vanum conditus, prout* Iosephus *declarat, licet quo ad Deum remāsit in vita immortali, cum Christus dicat eum iustum. Matth. 23. d.* A sanguine Abel iusti. *Cain autem secundum Hier. &* Hebraicam *veritatem acquisitio seu possessio interpretatur, eo quod ipsi* Cain *posteritas successit in hoc mundo sensibiliter, licet vaga & profuga, vnde hæ duæ denominationes non ueræ seu propriæ sed mundanæ sunt, unde* Aug. *in 15. de ciuit. Dei. Prior, s. Cain natus est filius huius seculi, posterior autem peregrinus in seculo, & pertinens ad ciuitatem Dei.*

B

Cain.

*In eodem cap. 4. ubi dicitur in postilla.* Fuit autem Abel pastor ouium, &c.

*A D D I T I O II.*

*Distinctio officiorum huiusmodi fratrum secundum bonitatem & malitiam potest considerari, ex hoc enim quod sciebat* Abel *iuste Deū maledixisse terram propter peccatum Adæ, vnde supra Gen. 3. c.* Maledicta terra in opere tuo, &c. *Idcirco separauit se a terræ cultura tanquam a re maledicta a Deo; & quia in illa sententia* Adę *non fuerunt pecora maledicta, ideo elegit sibi officium pastoris.* Cain *uero elegit sibi agriculturam quasi non curans de sententia diuina prædicta, quod ad contemptum reputatur.*

*In eodem cap. 4. ubi dicitur in postilla.* De fructibus terræ, *scilicet de peioribus, &c.*

*A D D I T I O. III.*

Oblatio Abel.

*Non habetur ex litera, quod Cain obtulisset de peioribus & corrosis fructibus, vt postillator ait, simpliciter enim dicitur, quod* Cain obtulit de fructibus terræ munera domino. *Sed ex prouidentia Abel, seu eius diligentia, intelligitur improuidentia Cain, similiter & eius negligentia. Ait enim.* Abel quoq; obtulit de primogenituris gregis sui, & de adipibus eorum. *Ex quo patet, quod elegit de pecorib. potiora, & de partubus pecorum meliora, quod Cain minime fecit. Vnde* Aug. *de quæst. no. & ue. test. Abel de placidis potiora elegit, q̄ Deo offerret. Cain uero uelut rusticus negligens & improuidus nullam fecit electionem, ut per hoc intelligatur minus deuotus.*

C

*In eodem cap. 4. ubi dicitur in postilla. Quid autem dixerat, non exprimitur in Hebraico textu, &c.*

*A D D I T I O IIII.*

Ionathę translatio magnę est autoritatis apud Heb.

*Notanda est gl. seu translatio Caldaica ipsius* Ionathæ, *quæ apud Hebræos, quasi tantæ authoritatis est, sicut textus, in qua in hoc loco sic habetur.* Dixit Cain ad Abel fratrem suum. Non est iustitia, neq; iudex, neque sæculum aliud, nec remuneratio iustis, neq; punitio impiis, & cum Abel hæc omnia renuisset, consurrexit Cain, &c. *Ex quibus patet, q Abel primus martyr fuit, sicut & primus sacerdos, & primus uirgo.* Vnde *Aug.* de mirabilibus *sacræ scripturæ. Triplex iustitia fuit in Abel. Prima fuit quia etiam munera Deo placita ut sacerdos obtulit, prosapiam generis in seculo non reliquit, & martyrij coronam sanguinis effusione promeruit, merito igitur huic dominus Iesus primatum iustitiæ hominum cōmisit, ita inquiens.* A sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ. *Hæc Aug.*

Abel primus mart. Triplex iustitia in Abel.

*In eodem cap. 4. ubi dicitur in postilla. Propter quod aliter exponūt Hebræi.*

*A D D I T I O V.*

*Hæc expositio ultima quæ uidetur approbari a postillatore est ipsius Ra. Sa. & est ualde inconsona literæ. Tum quia dicere, quod cum dicitur* Omnis q occiderit Cain. *est ibi finis sententiæ, & quod sub intelligitur grauiter puniendus, & subticetur modus punitionis, totum hoc in vanum fundatur, et contra literam quæ statim exprimit grauitatem punitionis illius qui Cain occiderit. Sequitur enim immediate.* Septuplū punietur. T*um quia ueritas* Hebraica *in hoc loco nil significat nisi* septuplum, *prout translatio nostra habet. Idem enim uocabulum ponitur hic & in Psal. 11. b. ubi dicitur.* Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ purgatum septuplum. *Et* Esa. 30 *f. cum dicitur.* Et lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, *& sic in alijs consimilibus, unde ab alijs expositoribus Hebræorum & magis autenticis alio modo exponitur hęc litera ab hoc loco, ubi dicitur.* Maior est iniquitas mea, quā misericordia Dei. Ad *quod sciendum, quod sententia diuina contra Cain a Deo lata fuit grauior quam sententia lata contra Adam in tribus. Primo; quia Deus non maledixit Adam, sed terram, vnde dixit:* Maledicta terra in opere tuo. *In sententia uero contra Cain lata, Cain fuit a Deo expresse maledictus, unde ibidem dicitur.* Nunc ergo maledictus eris super terram. *Secundo, quia in sententia Adę non continetur, quod terra non daret ei fructus, sed quod fructus haberet in labore & sudore vultus. Dicit enim.* In laboribus comedes, & in sudore vultus tui uisceris pane, &c. *Sed circa* Cain *grauius dicitur, s. quod terra nullos fructus daret sibi. Vnde dicit.* Cùm operatus fueris terram, non dabit fructus suos. T*ertio, quia* A*dę fuit assignatus locus sibi connaturalis ad habitandum, s. in loco in quo fuit creatus seu formatus. Dicit enim ibi.* Misit eum dominus Deus de paradiso, ut operaretur terram de qua sumptus est. *Ad Cain uero dicitur.* Vagus & profugus eris in terra. *Qua quidem Dei sententia a Cain audita, desperās de uenia dixit.* Maior est iniquitas mea, quā ut ueniam merear. *Petiuit tamen quod nō puniretur ultra hoc quod in sententia continebatur s. pœna occisionis, quę non continetur in sententia prędicta, ut patet ex litera. Ad quod dicebat.* Ecce eijcies me a facie terræ, & a facie tua abscondar, &c. *hoc est dicere,* T*u non condemnasti me morte occisionis, & tamen ex tua sententia hoc sequetur, quia ex hoc quod proijcis me, vt sim uagus & profugus super terram, non potero habere refugium in alto loco munito, & sic non possum facere aliquid ad meam tuitionem, nec etiā ero in protectione tua, eo quod me maledixisti, & de hoc dicit.* Et a facie tua abscondar. *Illi enim q a Deo proteguntur, dicuntur abscondi † a facie* Dei. *Iuxta illud Psalm. 30. f.* Abscondes eos † a facie tua a conturbatione hominum, &c. Ex *quibus infert, quod isto modo incedendo uagus & profugus in terra.* Omnis qui inuenerit me, occidet me, *& per consequens Cain pateretur iniustitiam, quia ultra sententiam a Deo taxatam, vt dictum est.* Ad *quod Deus condescendens suæ petitioni tanquam iustæ (quia ut scribitur.* Non iudicabit Deus bis in idipsum) *Respondit.* Nequaquam ita fiet. *hoc est dicere.* N*olo quod tu patiaris ultra pœnas a me taxatas. Vnde ad tuitionem ipsius Cain Deus duo fecit. Primo comminatus est magnam pœnam cuicunque occisori ipsius Cain, scilicet,* quod puniretur in septuplum, *prout plane litera sonat, tam Hebraica quam latina, ut dictum est. Secundum etiam Deus fecit ad securitatem ipsius* Cain *ab occisione, quod sequitur scilicet.* Posuit Deus in Cain signum, ut eum non interficeret omnis qui eum inuenisset. *Quod autem fuisset istud signum nō exprimitur in litera, & ideo diuersi diuersa dicūt: sufficit tamen quod erat signū sufficiens, ut Cain esset ab occisione securus. Quę quidem expositio satis uidetur consona literę & rationi, non obstantib. obiectionibus. Postillatoris.* N*am quod obijcit dicens quod occidēs Cain multo minus peccasset quā ipse Cain, & ideo non debet septuplum puniri respectu illius, nō uidetur valere.* N*am occisioni Cain debebatur maior pœna in quantū erat contra specialem securitatem diuinam, quia Deus eum securauerat cū appositione signi securitatis, ut dictum est. Cuius fractionis Deus taxauit maiorem pęnam q̄ in alijs homicidijs ratione securitatis supradictę. Et ēt quia maiores pœnæ taxantur quandoque criminib. in quib. hoīes sunt proniores ad delinquendum, sicut erat in proposito, nam proniores sunt homines ad occidendum Cain ex grauitate suæ malitiæ pręteritæ quam alium hominem. Quod autem obijcit postillator secundò contra modum adimpletionis huiusmodi cōminationis, dicens q Cain fuit interfectus.*

E

Alias † in alias † in

F

Signū in Cain positum.

✻ a Lamech

a Lamech, &c. Non videtur etiam valere, nam ex litera non habetur, quod Cain fuisset interfectus à Lamech, nec ab aliquo. Cui concordat Hieronymus, de quæstio. noui. & vete. testa. dicens: Frustra putant qui arbitrantur quod Lamech dixerit de Cain, Occidi virum in furore meo, & iuuenem in uulnere meo. Hoc etiam sonat planus sensus literæ, cum enim Cain Deo dixisset: Omnis qui inuenerit me occidet me, Deus statim respondit, Nequaquam ita fiet. Vnde non videtur rationabiliter dictum, quod assertio diuina frustraetur. & ideo secundum istam expositionem tenetur, quod Cain nunquam fuerit interfectus sed solum fuit punitus iuxta diuinam sententiã contra eum latã, vt dictũ est vsque ad diluuium, In quo quidem diluuio secundũ quosdam de antiquis Hebræorũ submersus fuit Cain & tota posteritas eius. Ideo dicunt quod scriptura non dicit quanto tempore vixerit Cain, nec etiam aliquis de suis successoribus, sicut in alijs ponit, eo quod omnes vno & eodem tempore vitam finierint. Et probabiliter potest dici, quod ideo Deus voluit tueri Cain ab occisione, vt pœna sui facinoris diuturnis ab omnibus perciperetur, quam si modicum tempus durasset sub ea, sicut etiam voluit cum per mundum discurrere vagum & profugum, ut non solum in vno loco seu regione, sed in multis & varijs iustitia Dei erga ipsum ostenderetur, iuxta illud Psal. lviij. c. Ne occidas eos, ne forte obliuiscantur populi mei, sed amore eos in virtute tua, & disperge eos, &c. ut ibidem forte amplius declarabitur.

*Quando Cain occisus.*

In eodem capitulo. 4 ubi dicitur in postilla, Et ędificauit ciuitatẽ ad sui defensionem.

### ADDITIO VI.

Dicitur a quibusdam Hebræorum expositoribus, quod cum ex sententia diuina terra non dabat fructus suos, Cain (ut dictum est) idcirco habuit dimittere agriculturam, quam sibi primo elegerat in officium, vt supra in litera continetur. Et quia secundum Augu. Deus adeo est bonus, vt etiam ex malis quandoque eliciat bona, ex hoc fuit secutum, quod Cain & sua posteritas in artibus mœchanicis inueniendis studuerunt, quæ quidem artes ad conuictum hominum sunt vtiles. vnde ipse Cain primo inuenit artem seu prudentiam politicam, de qua dicit, Aedificauit ciuitatem. Lamech autem qui penultimam generationẽ post Cain obtinuit, inuenit tres artes pro tribus filijs suis scilicet artem faciẽdi tentoria, vt facilius de loco malo seu pestifero in locum conuenientem mouerentur. Et artem faciendi musica instrumenta, vt iocondius tristia mundi portarentur. Et artem ferrariam ad armu bellica fabricanda, ut tutius ab inimicis & bestijs uiuere possent. In qua quidem politia & artibus, nimirum si Cain a Deo eiectus & posteritas sua, cæteros homines præcessissent, quia vt Luc. xv. b. dicitur, Filii huius seculi prudẽtiores sunt filiis lucis in generatione sua, quod intelligitur de prudentia humana.

*Artes mœchanicę.*

In eodem cap. 4. ubi dicitur in po. Aliter exponitur quod istæ mulieres, &c.

### ADDITIO VII.

Prout dictum fuit in additione præcedenti, non habetur ex litera ꝙ Lamech interfecisset Cain, nec etiam quod Cain fuisset interfectus ab aliquo, sed potius ex litera potest oppositum comprobari, ut dictum est, quia de facto Lamech cum uxoribus suis scriptura non facit expressam mentionem, sed solum de verbis quæ eis dixerit, Occidi uirum, &c. Ideo diuersi diuersimode hoc exponunt. Sed attendendum est in hoc loco & similibus vbi scriptura prætermittit totalem narrationem facti, illa expositio videtur esse magis literalis, quæ minus præsupponit de facto in litera non expressio, eo quod iuxta sententiam Hiero. Quæ autoritate scripturæ non habentur, eadem facilitate † condemnantur quæ approbantur. Vnde in proposito expositio vltima, quam videtur postillator approbare, in qua præsupponitur quod Cain fuit interfectus a Lamech, & etiam Tubalcain filius eius, eo quod erat director suus &c. quæ in litera nullum habent fundamentum, non videtur tenenda, sed magis videtur propinqua literæ & rationi expositio Ra. Moy. Gerunden. qui retractans expositionem Ra. Sa. quam postillator tenet, aliter hunc passum exponit, continuando hæc verba Lamech cum præcedentibus, sic scilicet quod quia uxores Lamech videbant, quod Lamech instrueret filios suos in artibus mœchanicis, inter quos Tubalcain iunior erat malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Timebant ergo mulieres, ne forte ex hac arte introducerentur arma bellica, quibus homines disponerentur ad vulnerationes & homicidia, & huiusmodi, & ideo Lamech retrahebat eas ab isto timore dicens, Occidi uirum in uulnus meum, &c q. d. possem occidere virum in vulnere vel liuore sine armis, sicut fecit Cain, quia nondum erant inuenta arma bellica, & ideo ꝓ inuentione huius artis non est pena rationabiliter timenda. Et etiam si forte aliquis euentus occurrisset contrarius scilicet cum contingeret ꝙ aliquis homo fuisset occisus vel uulneratus occasione huius artis ferreæ nouiter inuentæ. non debetis timere quod Deus me puniret, eo quod dedissem operam tali arti, quia si septuplum vltio dabitur de Cain, qui insidiose & ex † praua intentione interfecit Lamech viro qui non occidit, nec intendit occidere sed potius artem inuenire ad multa alia vti le multo amplius vltio a Deo daretur. s. septuagiessepties, quod significat numerum ampliorem sine terminatione, prout postillator dicit.

*Nota quæ scriptura magis literalis.*

*alias † contemnuntur*

*al. † praua.*

In eodem cap. 4. vbi dicitur in postilla, Cognouit quoq. &c. Descripta generatione delenda, hic, &c.

### ADDITIO VIII.

Istæ Hebraicæ fabulationes non requiruntur ad litera expositionem. non enim ex hæc quod legitur. Adam granuisse nisi cum esset centum 30. annorum habetur, quod Adam proposuisset continere de cætero propter mortem Abel. Manifestum est enim quod præter personas genitas in litera expressas. Adam genuit alios filios & filias, vt litera testatur. Et similiter dicendum de Seth, & Enos & alijs. Scriptura tamen fecit mentionem de istis propter bonorum descendentium ab eis, patriarcharum scilicet & prophetarum, & præcipue propter reuerentiam Christi qui est super omnes. Nec est uerisimile, quod cum Adam esset in 130. suæ ætatis anno, Lamech qui erat in septima generatione ab Adã, esset iam in ætate apta ad contrahendum, prout sequitur ex ista fabulatione Hebræorum, præsertim illo tempore, in quo nullus circa ætatem 60. annorum legitur generasse.

In eodem capitulo. iiij. vbi dicitur in postilla, Iste incępit inuocare nomen Domini, &c.

### ADDITIO IX.

Expositio Hebræorum in hoc loco est inconsona literæ & rationi. Primum patet, Nam inuocare nomen Domini semper sonat in bonum, nec accipitur in mala significatione, vnde infra. 12. ca. de Abraham dicitur, Et inuocauit nomen eius. Et infra capitulo 13. a. Et inuocauit nomen Domini, quod non intelligitur nisi de inuocatione ad latriam pertinere, & sic de similibus, vnde quod in hoc loco inuocare nõmen domini, intelligatur de idololatria, nullum habet fundamentum in litera. Secundum patet, nam secundum sanctum Thom. secunda secundæ q. 94. in prima ætate non fuit idololatria propter recentum memoriam creationis mundi, ex quo adhuc vigebat cognitio vnius Dei in mente hominum, Dicere enim quod a filijs Cain, contemporaneis ipsi Enos incepit idololatria, est omnino irrationabile, quia si sic hæc inceptio fuisset ab eis qui fuit appropriata, sicut Tubal, qui fuit pater canentum, & Tubalcain qui fuit malleator & faber, vt supra eodem capit. Non autem ipsi Enos hoc erat appropriandum, quod erat adhuc immunis.

*Inuocare nomen Domini.*

### REPLICA.

Correctorij contra Burgen. In capitulo 4. vbi postillator ponit Cain abtulisse de corrosis & peioribus &c. Burgen. accepit uel assumit contra eum, ꝙ hoc non habeatur ex litera. sed dicit Cain fuisse rusticum & improuidum, & ex eo fuisse minus deuotũ, Sed nec hoc dictum Burgen. habetur ex litera, nec aliqua autoritate consulcitur, unde & si dictum postillatoris in translatione beati Hiero. non habeatur, sumpsit tamẽ magister historiarum ex alia translatione in qua habetur Nunc si recte offeras non recte diuidas, quod dictum exponens dupliciter. In secunda expositione ponit de frugibus attritis & corrosis, & sic postillator secutus est eum & alios: Imo ex litera nostra rationabiliter trahi potest, quod Cain de melioribus non obtulerit, quia cum Abel commendetur ex his quæ obtulit, ideo a contrario sensu uidetur accipienda reprehensio oblationis Cain.

Item in eodem ca. vbi postillator postquam posuit expositionẽ illius passus. Omnis qui occiderit Cain septuplũ punietur, quia occisor debeat septies plus puniri quam Cain, & probat illam expositionẽ non esse apparentem, quo ad rationem & etiam executionem, & aliam adducit expositionem illius literę quam sumpsit a Iosepho & magistro historiarum, quibus Burgen. se opponit, multa quasi ficta supponens, & rationibus postillatoris non satisfaciens. Supponit primo quod Cain petiuit a Domino, quod vltra sententiam latam contra se, non puniretur Et quia in sententia Dei non continebatur Cain interfectio, petiuit quod non interficeretur, quod tamen dixi sequi ex Dei sententiam, quia maledictus, quia uagus, & profugus, ideo nõ habuit protectionem Dei, sed ne ipse potuit ad aliquam munitionẽ habere refugium. Sequitur igitur. Quicunque inue. m. inter. m. & sic pateretur iniustitiam contra latam sententiam. Supponit secundo Burgen. quod hic requisitioni tanquam iustæ Deus condescendens dixit, Nequaquam ita fiet, & sic Deus pro tuitione Cain duo fecit, Primo, quia comminatus est occisori pœnam septuplã. Secundo quia posuit signum in Cain, quod eum non interficeret qui eum inuenisset. Sed Burgen. qui semper innititur literæ in his suppositionibus ualde uidetur a litera recedere, cum huiusmodi petitio Cai & requisitio nullibi videatur habere fundamentum. Et specialiter fictũ est, ꝙ allegauerit se nullũ habere posse refugiũ, cũ statĩ nato filio eius primogenito quẽ uocauit Enos, ędificauit ciuitatẽ, ut dicitur in litera, i quo secundũ Iosephũ recollegit de rapina uiuẽtes, primus

 terrę

terræ terminos posuit. & muros fecit, timidus. quia propter Dei sententiam pro sui securitate se recepit in eis. Idem dicit magister historiarũ. Nec verbum Cain scilicet quicunque inuenerit me occidet me. videtur sonare impetitionem vel requisitionem, sed potius in desperationem. Nec verum est Deum condescendisse illi petitioni tanquam iustę, nam si petitio fuisset non erat iusta, sed potius iniqua, quia præposuit salutem corporalis vitæ saluti æternæ & animæ, de qua desperauit dicens, Maior est iniquitas mea quam ut ueniam merear. Ex quibus figmentis Burgen. concludit, quod Cain non fuit interfectus, sed diluuio reseruatus, quod quia ex scripturis nullum habet fundamẽtũ, ea facilitate contemnitur, qua probatur secundum regulam beati Hiero. Nec satisfacit Burgen. rationib. postillatoris. Cum enim arguit, quod non uidetur rationabile interfectionem Cain grauius debere puniri, quam fratricidium. Respondet Burgẽ. quod ista grauitas pœnæ debeat attendi penes securitatem ei datam, contra quam occisor Cain faciens, septuplam pœnam mereretur. Sed illa responsio non videtur ualere, quia illa securitas Cain data non fuit publica alijs potentibus eum occidere, & sic siquis eum occidisset ignoranter, illi securitati contrauenisset, & sic maneret ratio ficta, quia non est rationabile, peccatum ex ignorantia procedens, plus puniri quam fratricidium. Nec signum impositum in Cain potuit esse significatiuũ illius securitatis, nisi per modum cuiusdam compassionis, vt qui vidisset eum capite & manibus tremulum, uel aliud signum suæ miseriæ expressiuum, potius moueretur ad miserendum quam occidendum. Nec satisfacit secundæ rationi postillatoris factæ, qua arguit de executione pœnæ comminatæ. Respondet Burgen. quod oportet dicere, nec Lamech, nec quemcunque Cain occidisse propter sententiam Dei qua dixit. Nequaquam hoc fiet, alias videretur sententia Dei frustrata, si occisus fuisset. Sed nec ista responsio valet, Deus enim assecurauit Cain quod rationibus per eum allegatis, videlicet quia maledictus, quia a facie Dei eiectus, quia vagus & profugus, & in detestationem fratricidij nequaquam deberet a quocunque occidi & hoc vtique seruatum est, & non frustratum, quia occisio eius secundum historiam vulgatam non prouenit ex causis illis, sed fuit mere casualis & inuolantaria, nec contrauentum fuit per hoc diuinæ assecurationi præfatis rationibus factæ. Rationes autem Burgen. quibus persuadere nititur suum propositum non ualent, quia non sequitur, Scriptura non facit mentionem quanto tempore Cain vixit, sed in alijs facit, igitur diluuio submersus est, nam scriptura communiter non prosequitur generationes & ætates, nisi eorum qui sub cultu vnius Dei persliterunt. Si enim aliquando alias genealogias tãgit, breuiter id & occasionaliter facit. Nec dignũ fuit multam ipsius fratricidæ & suæ posteritatis facere memoriam, quia communiter vsque ad diluuium ad vitia defluxerunt. Fit igitur de eis memoria sicut de Esau & Ismael, &c. Argumentum igitur non valet: Non fit de Cain multa memoria, igitur seruatus est vsque ad diluuium, & non occisus, sed potius posset inferri oppositum, quod igitur fuisset occisus saltem casualiter, ut dictum est. Nec secunda eius ratio valet, quod videlicet debuit seruari diluuio, vt pœna facinoris ab hominibus diuturnius perciperetur. Nam per hoc argumentum, hodie deberet seruari, ut cohiberentur homines a fratricidijs, quia hodie pugna fratrum satis communis est. Nec potuit occisio illa diluuium multum præcedere, quia ipse Lamech senio cæcutiens eum occidit qui diluuio periit patet in litera. Sufficit igitur eius peccatum & pœnam scripto commẽdare ad futurorum instructionem & cautelam. Ratio igitur hæc Burgen. reducitur ad contrarium, nam si Cain durasset vsque ad diluuium, eius ætas super omnium in scriptura enumeratorum ætates excessisset, merito igitur rememorabilis.

An Cain occisus

B

C

Item in eodem capitulo Burgen. pro confirmatione suæ assertionis præfatæ contra postillatorem ponit pro regula, quod videlicet illa expositio sit magis literalis quæ pauciora extra literam præsupponit, secundum quam regulam nititur exponere illum passum. Occidi uirum in uulnus meum, etc. Sic quod quia uxores Lamech attendebant filios suos proficere ĩ artibus mechanicis specialiter. quoniam Lamech docuit Tubalcain cuncta opera æris & ferri, timebant ergo mulieres ne forte ex illa arte introducerentur arma bellica, quibus homines disponerentur ad homicidia & uulnerationes, ideo Lamech volens eas ab isto timore retrahere dixit, Occidi virum in vulnus meum, &c. q.d. possum occidere virum in vulnere siue liuore, sine armis, sicut fecit Cain quando nondum erant inuenta arma bellica, ideo pro inuentione huius artis non est pœna rationabiliter timenda, etiam si occasione huiusmodi artis quis occideretur, non esset ita pœnale sicut fratricidium Cain, qui malo proposito occidit, cum ars illa ad multa vtilis, principaliter occidere non intendat.

D

Sed videtur Burgen. propriæ regula contrauenire multipliciter, secundum quod multa imo omnia extra literam, imo cõtra literã presupponit. Contra literam primo est quod Lamech docuit artes filios suos, cum in litera expresse habeatur filios suos fuisse artium patres & inuentores, secundum magistrum historiarum. Secundo presupponit illas insolentes mulieres fuisse sollicitas de periculis armorum, quod ex litera fundamentum non habet, sed potius oppositum cum iam mulieris magna ex parte huiusmodi timorib. non occupentur. Sed verisimile est si quis respectus mulierum fuit ad illas artes, quod potius attribuebant vtilitati defensionis contra bestias, & alias hostilitates quam periculis vulnerationis. Sunt enim arma de directo plus in defensionem quam in offensionem. Tertio supponit, quod verbum Lamech, Occidi virum, &c. exponitur, id est possum occidere virum, quę expositio est valde extorta, nec tali expositione timore mulierum fuisset minoratus, sed auctus Quomodo enim mulieres (vt dicit Burgensis) solum timuerunt mortẽ ex armis. si secundum illam expositionem Burgen. Lamech declarasset non solum armis occisiones & vulnera prouenire, sic multiplicare inconueniens, non est soluere, nec ex omnibus illis adhuc habetur clarus intellectus illius quod sequitur, Septulum vltio dabitatur de Cain, Lamech septuagesies, &c. Septula enim vltio non est imprecata Cain propter fratricidium a proposito factum, vt Burgensis prætendit, sed est comminata occisori Cain, vt patet in litera, Extra literam igitur, imo contra literam sunt omnes istæ suppositiones Burgensis, per consequens minus autheticæ.

Nõ Lamech, sed filij artium inuentores.

E

Item in capitulo, vbi postillator dicit de continentia Adæ post mortem Abel vsque ad generationem Seth. Burgensis dicit illam continentiam habere vim ex fabulis Hebræorum. Sed hoc non videtur, nam Strabus (vt eum allegat magister historiarum) dicit Adam vouisse continentiam sempiternam, sed per angelum Deo iubente admonitus votum soluit, vt Deus filius ex eo nasceretur, potius enim ratio adducta per Burgensem de Lamech Iudaica fabula videtur.

Adã uouit continẽtiã

Item in eodem capitulo vbi postillator propter literam Hebraicam quæ habet, Cœpit inuocare nomẽ Dñi, dicit Hebræos exponere de idololatria. Sed Burgensis Hebræorum expositionem improbans, dicit duo. Primum, quod inuocare nomen Domini semper sonat in bonum. Secundum, quod in prima ętate non fuit idololatria. Allegat enim ad hoc sanctum Thomam secunda secundę, quęstione nonagesima quarta. Sed primum non videtur verum quia in prophetis & euangelio sæpe iteratur. Populus hic labiis me honorat, &c. Et cum orationẽ multiplicauetitis nõ exaudiã, quę cũ ad inuocationẽ Dei pertineãt non tamen sonant in bonum ut patet. Nec secundum dictum est ita certum quin sententia magnam patiatur instãtiam. Nec ratio sancti Thomę ad id cogit, quia si memoria recens creationis exclusit idololatriam per mille & plures annos, memoria seuerę punitionis per diluuium debuit excludere adhuc per plures annos, certum tamen est, quod cito post diluuium defelxerunt ad idola homines imo beatus August. decimosexto de ciuitate Dei dicit, quod a benedictione filiorum Noe usque ad Abraham de commemoratione iustorum, qui Deum pie colerẽt per annos plus quam mille siletur, aliquos tamen non defuisse credendum est. Hęc Augustin. s.

Matt. 15. a.

F

☞ CAP.

## CAP. V.

HIC est liber generationis Adam in [a Tempore.] [quia in claritate contemplationis conditus.] die qua creauit Deus hominem. [a Intellectu voluntate, & memoria.] [b quia hoc in vtroque sexu factum est.] † Ad similitudinē Dei fecit illum. masculum & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit [a id est homo, quia sumptus est de humo.] nomen eorum adam in die quo [a Redit ad ordinem texendæ genealogiæ.] creati sunt. Vixit autē adam centū [a necis te exceptus] triginta annis, & genuit filiū ad similitudinē & imaginē suam: vocauit nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth octingenti anni, genuitque filios & filias. Et factū est omne tempus [a Homo vel rubra terra.] quod vixit adā, anni nongenti tri-

### CAP. V.

HIc Liber generationis Adam, Ad similitudinem Dei factus est. Alii ad similitudinem Adæ, est quasi cōclusio a superioribus cum restapitulatione. *in die qua c.d.h.* In die eīn creatus est, quia in claritate diuinæ contemplationis constitutus: *Ad similitudinem Dei,* quia rationem ei dedit, qua intelligendo bona & mala discerneret. intellecta diligeret: & dilecta obliuioni nō traderet, & in hoc Dei similitudinē retineret. Sed postq̄ p inobediētiā, hāc similitudinē deleuit, fact⁹ terren⁹ terrenos gn̄rauit vn̄ qualis terren⁹, tales et terreni.

[Repetit creationē hominis. Sap. 2. d. Eccl. 7. a. Psal. 2. d. — Similitudo Dei. — Alias † ad imaginē, &c. — Hom. 21. in Gen.]

✲ CHRISOST. Cōsidera quomodo iisdē verbis vsus fuerit, quib. & initio, vt doceret nos, quod generationes illas quasi reprobas factas, neq; memoria posthac dignetur, sed ex Seth, q̄ nūc illi natus est, genealogiā orditur, ut ex hoc discas quantum Deus humani generis rationem habeat, & quomodo illos auersetur, q̄ bus sanguinaria mens est.

[Adæ ętas. 1. Para. 1. a in quæstiu per Gene.]

a ✲ *Ad similitudinem Dei fecit illum.* AVGVSTIN. Hoc est autē ad imaginem Dei factū esse hominem, qa vnus vnū fecit, vt sicut ab vno Deo sunt oīa, ita & ab vno homine omne genus humanū. Similitudo autē hęc est, vt sicut de patre est filius, sic de viro est mulier, vt vni⁹ principis auctoritas conseruetur.

[In quęstio hebraicis.]

b *Vixit autem Adam, &c.* HIERON. Sciendū, quod vsque ad diluuiū vbi in nostris codicibus ducentorum, & quod excurrit annorū genuisse quis dicitur, in Hebræo habet C. annos & reliquos qui sequuntur.

c *Et genuit, &c.* Quasi & iste portauit imaginem terreni, qui pro Abel iusto repositus est, & iterpretatione nominis Christū significat. Sed omnes prius portāt imaginē terreni hominis quam cęlestis, licet multi ad aduentum Christi per fidem eandem gratiam habuerunt, qua saluantur Christiani.

[vbi supra.]

✲ CHRYSOST. Cū de priore loqueretur filio (Cain) nihil tale assignauit nimirū iam antea significans illius in malū procliuitatem. Et merito. Non enim seruauit paternos characteres & mores. Hic autem secundum speciem suam, & secūdum imaginem suam, hoc est, eorundem morū quibus ille q̄ genuerat.

STRABVS. Ferunt post mortem Abel voluisse Adam se vxore nō vltra cogniturū nec filiū generaturū. Sed Deo iubente fregit votum, vt Dei filius de eo nasceretur, & homo redimeretur, De stirpe enim Cain nasci non debuit. Vnde ante Seth nullum legit genuisse, post eum vero dicitur, quia *genuit filios & filias.* Hæc computatio genealogiarum quasi ramos spargit historiarum de quibus suis locis colliguntur fructus mysteriorum. Et notādum quia in generatione Seth nulla fœmina ponitur nominatim, sicut in generatione Caī. Iustorum enim est omnia uiriliter agere, nihil fœmineum, nihil fragile usurpare. Procedit enim hęc generatio per denarium vsque ad Noe, in quo præceptorum signatur impletio, sicut per undenariū in generatione Cain trāsgressio. In generatione iustorum primus Enoch ponitur, qui dedicatio interpretatur, quia reprobi ī præsenti uita spei suæ radicē figunt. & ab amore immarcessibilis hæreditatis arescunt. De quibus dicitur Ioa. v. a. *Vidi stultum firma, radice, & maledixit pulchritudini ei⁹ statim.* In generatione iustorū Enoch ab Adā septimus ponit̄ qa hic manentē ciuitatē nō quærūt, sed expectationē usq; in finē tēporis extēdūt quod septenaria reuolutione terminat̄, cū ęternitas octaua successerit, uñ iste Enoch qui ponit̄ septimus, & trāslatus est, qa Deo placuit, septimā requiē significat ad q̄ post hāc vitā qui Deo placuerāt adhæret sine dilatione trāsfertur. Interpretatio quoq; nominū huius generationis idē signat. Adā interpretatur homo, vel rubra, uel terra. Seth positio uel resurrectio. Enos hō. Cainan lamentatio. Malaleel laudās deū, Iared roboratus. Enoch dedicatio. Mathusalā mortis emissio. Lamech humiliatus, Noe requies. Procedēs ergo homo de terra, resurgens a peccatis, erit homo inuocās deū, & deflēs peccata pristina, sicq; laudās deum, roboratus spiritu dei, dedicat in uitam æternā. Atque uictor mortis deo subiectus, requiem possidet sempiternam, quam significat Noe, qui requies interpretatur, & decimo loco numerat̄, quia

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. V.

[Diuisio.]

HIC est liber generationis Adam. *Hic consequenter ponitur recapitulatio generationis Adæ ut illa deducatur de qua Christus erat nasciturus. Et primo ponitur in generali recapitulatio. Secundo generationis electæ deductio, ibi.* Vixit autem Adam. *Dicit ergo.*

1 Hic est lib. *id est recapitulatio breuis.*

2 Generationis Adæ. *prout prædictum est capitulo præcedenti.*

[Adā an genuit filios ī paradiso]

3 In diē quecreauit, &c. *Ex hoc dicit ne Hebræi quod Adam in ipsa die creationis suæ genuit filios, cum ad huc esset in paradiso, ut supra dictum est. Sed quia doctores catholici tenent contrarium, ideo dicendū. quod dies hic non accipitur pro die naturali uel artificiali tantum. Sed accipitur hic singularr pro plurali sicut supra dictum est. ij. capitu.* Istæ sunt generationes coeli, & terræ, qn̄ creatæ sunt in die quo fecit Deus coelum & terram, & omne uirgultū agri, *& tamen certū est quod omnia ista non sunt facta una die, sed plurib. Et eodem modo accipitur hic. In die. i. in diebus, quia alia die fuit hominis creatio & alia eius generatio, scilicet post eiectionem de paradiso. Alia patent ex dictis usque hic.*

4 Masculum fœminā, &c. *Hic accipitur creatio large pro formatione.*

[Adā quale nomē est.]

5 Et uocauit nomen, eorum Adam. *Notandum quod hoc nomē Adam, est commune appellatiuum in* Hebræo, *sicut hoc nomen, homo. in latino & ideo sicut hoc nomen, homo, est cōis generis, & accipitur pro uiro & muliere, ita & hoc nomen Adam in hoc loco accipitur. Qd̄ autem appropriatum est primo homini, hoc propter eminētiam est ipsi⁹ ad alios homines, sicut hoc nomen philosophus appropriatur Aristoteli ad denotandum eius excellentiam super alios philosophos.*

6 Vixit autem Adam. *Dimissa generatione Cain reprobata, incipit deducere generationem electam ipsius Seth. In qua deductione præmittit truncum, scilicet Adam. Secundo ramos, id est filios ab eo descendentes per ipsum Seth ibi.* Vixit quoque Seth. &c. *Tertio ponit fructū, scilicet ipsum* Noe, *qui fuit stipes secundus in generatione electorum, ibi* Vixit quoque Lemech. *Circa primum dicit sic.* Vixit autem Adā, &c. *Secundum Methodium & aliquos alios doctores hic tacentur centum anni uita. in quibus luxit Abel. Secundum Hebræos autem nihil omittitur.*

7 Et genuit filium, &c. *id est destitutum originali iustitia, & per consequens peccatorem & mortalem, qualis iam erat Adam. Aliter exponitur,* Ad imaginem, &c. *id est perfectū incognitione & Dei timore, sicut docuit Adam per hoc eum distinguendo a Cain & eius posteritate, & hoc uidetur melius dictum, quia si intelligeretur de destitutione ab originali iustitia, magis debuisset hoc dici in generatione Cain ut uidetur.*

8 Genuitque filios & filias. *scilicet post ipsum Seth, quorum nomina non exprimuntur, quia eorum genealogia non deducitur.*

9 Et factum est, &c. *preter centum annos, qui hic subticentur, secundū aliquos doctores, ut prædictum est, legatur litera sicut iacet usq; ibi* ✲ Et

### MORALITER.

[Moraliter]

1 *Hic est liber gen. Adam.* Hic agitur de gn̄atione Adæ p Seth, in qua dicit infra q̄ Iared qui interpretatur roboratus, genuit Enoch, qui interpretatur dedicatus vel dedicatio, per q̄ moraliter designatur quod ad robustam pugnam contra tentationes mundi carnis & diaboli, sequitur pax & tranquillitas mētis, & sic efficitur habitaculum inhabitationis diuinæ per gratiam dedicatum, propter quod subditur.

quia per impletionẽ mandatorum possidetur regnũ celorũ.

A *a *Ambulauitque cum Deo, etc.* ISIDO. Enoch septim⁹ ab Adã placẽs Deo, qui & translatus est, septimã requiẽ significat: ad quã transferuntur qui tanquã sexta die, id est sexta ætate seculi per Christi aduẽtũ formãtur: Transactis aũt sex milib. annis facto iudicio & renouato cęlo & terra, transferuntur sancti in vitã æternã. Quod autẽ per seth ab Adam usque ad Noe denarius numerus insinuatur, cõplemẽtum mandatorũ in ecclesia in operibus figuratur, cui numero si addũtur vel adiiciuntur duo filii Noe medio reprobato, duodenarius consummatur, qui in Patriarcharũ & Apostolorum numero insignis habetur, propter partes septenarij. altera per alterã multiplicata, nam ter quaterni ipsum faciunt.

Hom. 21. in Gen. ✠ CHRISOT. Vide excellẽtem Dei misericordiam. Nã quia inuenit aliquem qui potuit peccatũ Adę reuocare, B monstrando reipsa, quia non uolens mortẽ humano generi inuehere, ꝑpter mãdati trãsgressionẽ, cum qui mãdatũ acceperat cõdẽnauerit, nunc viuentẽ illũ transfert. *Et non apparuit*, inquit. *quia tulit illum Deus*. Vides sapientiam Domini. Non immortalitatem largitus est, vt peccãdi metum eneruaret, sed mortii humanum genus ius suũ reliquit.

2 Enoch. In ca. 5. in Gen. ✠ PROCOP. Enoch credidit se nunq̃ moriturum. Hoc immortalitatis donũ dedit si des naturę, Enoch mortalis existẽs, coarguit Adamũ morjens, morientẽ nõ esse mortalẽ, præceptũ enim Domini diligẽter conseruauit. Quaꝑpter ipse ingressus est in paradisum, Adamus inde fertur expulsus. Cæterum nec Elias nec Enoc domuerũt mortẽ. Mortẽ uincere, & penitus e medio tollere, Christi op⁹ est. Attamẽ Christus naturã humanã restaurans, illis, qui natura erãt mortales, immortalitatis munus elargitus est, ꝙ nobis omnibus præstat. Necnon per illos resurrectionem adũbrauit, ut illo exẽplo confirma-

3 Mathusala. *Et ambulauit Enoch cũ Deo

Fol. 44. b. Heb. 11. b.

C

ginta & mortuus est. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitq; Seth postquã genuit Enos octingentis septẽ annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth, nonagentorũ duodecim annorũ, & mortuus est. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainã. Post cuius ortũ vixit octingentis quindecim annis: & genuit filios & filias. Factiq; sunt omnes dies Enos, nõgẽtorũ quinq; annorũ, & mortuus est. Vixitque Cainan septuaginta annis, & genuit Malalehel. Et vixit Cainã postquã genuit Malalehel octingentis quadraginta annis genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainã nongenti decẽ anni & mortuus est. Vixit aũt 1 Malalehel sexaginta quinq; annis, & genuit Iared. Et vixit Malalehel postquã genuit Iared, octingẽtis triginta annis, & genuit filios & filios. Et facti sũt oẽs dies Malalehel octingenti nonaginta quinq; anni, & mortuus est. Vixitq. Iared cẽtũ sexaginta duobus annis: & genuit 2 Enoch. Et vixit Iared postq̃ genuit Enoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt oẽs dies Iared nõgenti sexaginti duo anni, & mortuus est. Porrò Enoch vixit sexaginta quinq. annis, genuit 3 Mathusalã. Et ambulauit Enoch cum Deo. Et vixit Enoch 1 postquã genuit Mathusalã trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sũt oẽs dies Enoch trecenti sexagintaquinq. anni; ambulauitq. cũ Deo, & nõ apparuit, quia tulit eũ Deus. Vixit quoque 2 Mathusalã cẽtũ octoginta septẽ annis, & genuit 3 b Lamech. Et vixit Mathusalã, postquã genuit Lamech, septingentis octogintaduobus annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt oẽs dies Mac thusalæ nõgenti sexaginta nouem anni, & mor- 4

[Interlinear glosses: a resurrectio vel positio. — a homo. — a lamentatio. — a Laudans Deum. — a Roboratus. — a Dedicatio. — a Mortis emissi. — a Humiliatus.]

D firmati pii homines, uõ tristitia afficerenẽ ob mortẽ. Exẽplo Enoch instruxit nos, vt nouerimus quo pacto in extremo die pii ab impiis sint segregandi. Exemplum Eliæ docet quo pacto corpora in aetem sint subuehenda.

Lib. 15. de ciuitate. c. 19. ✠ AVGVST. Huius Enoch translatio, nostræ dedicationis est præfigurata dilatio. Quæ quidem iã facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, vt non moriatur vlterius, sed etiã ipse translatus est. Restat autem altera dedicatio uniuersę domus, cuius ipse Christus est fundamentum, quæ differtur in finẽ, quando erit omnium resurrectio, non *morituro rum* amplius.

ALCVI. Enoch tanto tempore seruatur a morte, in quo ostenditur quia homo semper viueret, si non peccasset.

vbi supra. c. 13. b *Vixit quoque Mathu. &c.* AVGVSTINVS. Quæritur quomodo Mathusalam ſm annorum cõputarionem post diluuium uiuere potuerit, cũ omnes præter eos qui in arcam ingressi sunt, perierunt. Sed hanc quæstionem codicum mendositas

1 Malaleel E peperit: nõ solũ enim in Hebraicis aliter inuenitur, uerũetiam in lxx. interpretatione, paucis codicibus septem annis ante diluuium Mathusalam defunctus reperitur. Quod Mathusalã iuxta. lxx. vltra diluuiũ numeratur anni, inde est, quia significat Christũ, cui⁹ uita nullã sentit ætatem. vt in maioribus quoque nõ sensisse diluuiũ uideretur.

In quęstio Hebraicis c *Et facti sunt omnes dies, &c.* HIERON. *Et fuerunt omnes dies Mathusalẽ quos uixit anni nongenti sexagintanouem, et mortuus est.* Iuxta diligentem supputationem quatuordecim annis post diluuium vixisse refertur. Cum enim esset, clxxxij. annorum, genuit Lamech. rursus Lamech cum esset clxxxij. annorum, genuit Noe, & sunt usque ad diem natiuitatis Noe à Mathusalam, ccclv. Sexcentesimo autem anno uitæ Noe diluuium factum est, nongentesimo, scilicet, lv. anno Mathusalam. Cum autem supra nongentis sexagintanouem annis vixisse F dictus

NICOLAVS DE LYRA.

Et ambulauit Enoch cum Deo. *Iuste uiuendo, sicut sequentis codicitur de Noe.*

Et non apparuit, &c. *Dicunt Iudæi quod licet esset iustus et bonus, tamen habebat pronitates magnas ad malum, quibus cũ difficultate summa resistebat, et ideo ex diuina prouidentia mortuus est ante terminum vitæ suæ naturalis, ne laberetur in peccatum, secundũ quod dicitur Sap. iiij. b* Iustus si præoccupatus fuerit, in refrigerio erit, &c. *Et sequitur,* Raptus est, *ne malitia mutaret animum eius. Doctores autem catholici dicunt, quod propter excellentiam suę uirtutis assumptus fuit à Deo, & positus in paradiso Terrestri, ubi & Helias postea raptus est ut habetur. iiij. Re. ij. b. & inde exituri sunt ad prædicandum contra perfidiam Antichristi, et hoc magis uidetur sonare litera: quia de ipso non dicitur hic quod sit mortuus, sicut de aliis, sed quod nõ apparuit scilicet inter homines peccatores.*

3 Quia tulit eum Deus. *de medio eorũ ad locũ prædictũ. Sequitur.*

4 Et facti sunt, &c. *Eodem scilicet anno quo inundauit diluuium parum antequam inundaret, secundum quod dicit Hierony. libr. de Hebr. quæst. Et hoc potest uideri per literã, quia si accipiantur sexcenti anni quibus uixit Noe ante diluuium ꝙ dicitur infra, vii. c.* Eratque sexcẽtorũ qñ diluuii aquę inundauerunt sup terrã. *& iterũ, clxxxvij. quibus uixit Lamech antequam Noe esset genitus, et clxxxvij. Mathusalam ante natiuitatem Lamech filij sui, et aggregetur totum simul, inueniuntur nongenti sexagintanouem anni, et sic patet propositum. Si ousem quæratur quomodo homines illius temporis ita diu uiuebant? Ad hoc poterit ratio multiplex assignari. Prima est ex bonitate cõplexionis primorum parentum. Fuerant enim a Deo immediate formati, et ꝑ consequens optime cõplexionati, & sic ad longiorem uitã dispositi, & illa bonitas cõmplexionis magis uenit ad homines propinquos illius tẽporis, q̃ ad remotos tẽporis moderni. Secunda est ex modo uiuendi, qa tẽperate uiuebãt. Tertia est ex bonitate nutrimenti, ante diluuium terrænascẽtia fuerunt meliora q̃ post, qa inundatio diluuij fuit ꝑ maiori parte* ✠ ex agnis

MORALITER.

1 Et ambulauit Enoch cum Deo, iuste & sancte uiuendo.

2 Et non apparuit ultra. scilicet in præsenti uita.

3 Quia tulit eũ De⁹. ad gloriã sẽpiternã, ad q̃ nos cũ eo ꝑducat.

dictus sit, patet eum quatuordecim annis vixisse post diluuiũ. Sed octo aĩæ tm̃ in arca saluę factæ sunt. Est ergo error in numero, sicut in pluribus. In Hebræis. n. & Samaritanorum libris ita reperi. Et vixit Mathusalam. clxxxvij. annis, & genuit Lamech, & vixit Mathusalam postquam genuit Lamech septingentos 82. annos, & genuit filios & filias, & fuerunt omnes dies Mathusalæ anni nongenti 119. & mortuus est, & vixit Lamech. 182. annos, & genuit Noe a die autem natiuitatis Mathusalę vsque ad diem ortus Noe, sunt anni 369. his adde sexcentos annos Noe, quia in sexcentesimo vitæ eius anno diluuium factum est, atque ita fit vt nongentesimo sexagesimo nono anno vitæ suæ Mathusalam mortuus sit, eo anno scilicet quo cępit esse diluuium.

Lamech. Noe quare sic dict'. Noe.

tuus est. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium, vocauitq; nomen eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus & laborib. manuum nostrarum in terra cui maledixit dominus. Vixitque Lamech postquam genuit Noe, quingentis nonagintaquinq; annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham & Iaphet.

a ¶ Requies, id est, Christus in quo requiem inuenimus.

✠ DHEODORETVS. Lamech ergo in natiuitate filii sui Noe prophetat, quemadmodum, & Zacharias.

a *Noe uero cum quingentorum esset annorum, & cæt.* HIERONYMVS. Noe interpretatur requies, quia sub illo omnia retro opera per diluuium quieuerunt.

Vbi supr

Cumque

## NICOLAVS DE LYRA.

*ex aquis Oceani secundum quod dicitur infra, 7. b.* Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, *aquę aũt salsæ inducunt sterilitatem terræ. & per consequens reddunt terręnascentia peiora, ex quib. abbreuiat̃ hominis vita. Quarta ex scientia Adæ quia formatus fuit in perfectione scientię ut supra dictũ est 2. c. & ideo cognouit virtutes fructuũ herbarũ & lapidũ, quæ faciũt ad conseruandã sanitatem, & vitã prolongandã, et de hoc docuit homines ad uitã prolongandã. Quinta ex bono aspectu syderũ super regionem illã in qua manebãt, qui aspectus multũ facit ad longitudinem uitę, sed per motũ cęli continuũ mutatus est tp̃e procedẽte. Sexta ex diuina dispositione hoc ordinante, ut per longã uitã hominum cito multiplicaretur genus humanum. Itẽ ut homines illius tẽporis per longã vitã possent habere experientias de cursu cæli & effectib. syderum, & aliarũ rerum quę experientiæ sunt principia artis & scientiæ, ut habet̃. 1. Metaphys. Item uidemus magnã latitudinem in quãtitate molis in natura humana, quia aliqui sunt valde parui sicut pigmei, q dicuntur homines longitudine vnius cubiti tãtum, alij aũt sunt ualde magni sicut gigãtes. vnde Deu. 3. a. dr̃ de Ogrege Basan.* Mõstratur lectus eius ferre' q est in Rabath filiorũ Ammõ, habẽs nouẽ cubitos lõgitudinis & quatuor latitudinis, &c. *vnde & Aug. dicit. 15. de ciuitate Dei c. 8. ꝙ vidit dentẽ gigãtis q si diuideretur minutim, faceret centũ dẽtes hominũ cõis staturę. Si igitur est tãta latitudo et excessus unius ad alterũ in quãtitate molis, non vr̃ irrationabile, quod fuerit tantus excessus in quãtitate durationis hominum primorum ad illos qui nunc sunt, sicut scriptura determinat. Item in quãtitate durationis vr̃ etiã magna latitudo, quia etiã de pigmęis dr̃, quod quinto anno generant & nono anno senescunt, & ideo si homines alij, tantum excedunt eos in quãtitate durationis, quia viuunt cõiter 70. vel 90. annis, nõ est mirãdum si homines primæ ætatis tantum excedebant modernos in quãtitate durationis. Ego aũt tot rões induxi ad propositum ostendendum, quia si una per se non sufficit, plures simul sumptę uideatur propositum persuadere.* Seq.

1 Vixit aũt Lamech, *& patet litera vsque hic:* Iste cõso. nos. *Hoc exponitur cõiter de Noe, eo quod reparaturus erat seculum, qđ erat ad consolationem illorũ qui timebãt ipsum totaliter deficere per diluuiũ. In Hebræo aũt habetur.* Iste qetabit nos, &c. *& huic literæ consonat interpretatio huius nominis* Noe, *quod interpretatur requies, & ratio huius interpretationis exprimitur, cum dr̃:* Vocauitq; nomẽ ei' Noe dicens: Iste qetabit nos. *Et Hebræi dicunt quod hoc non dr̃ proprie' ꝑpter reparationem seculi post diluuium, sed quia ante tempus Noe homines multum laborat in agricultura, quia proprijs manibus tantum colebant eam. Ipse autem adinuenit artem arandi, in qua plus satis laborãt animalia quam homines, ideo dicitur dedisse requiem hominibus, & hoc videtur per literam sequentem.*

2 Ab opib. &c. *qa ꝑ artẽ arãdi impositi sunt labores isti suꝑ animalia*

3 In terra cui maledixit dñs, &c. *Et propter hanc maledictionẽ fructificare non poterat nisi multis laboribus coleretur, & ista expositio uidetur magis consona literæ. Potest tamen ad ipsam aptari translatio nostra, cum dicitur:* Iste cõsolabitur nos, *quia magna consolatio fuit hominib' cum per artem arãdi labor eorum fuit positus super animalia, & propter talem artem q̃ inuenit Noe, uocatur* vir agricola. *inf. 9. c.* Noe uero: *Descripta multiplicatione per primum stipitem, s. Adã, hic consequenter describitur per secundũ s. Noe. Et primo describitur ipsius Noe generatio. Secundo suæ generationis multiplicatio. x. c. ibi:* Hæ sunt generationes. *Circa primum adhuc primo describitur dicta generatio. Secundo ipsius Noe status siue conditio, ibi:* Cumq; cępissent. *Circa primum dr̃ sic:* Noe vero cũ quingentorũ esset annorũ, &c. *Hic potest quæri quare tantum tardauit ad generãdum, quia alij præcedentes circa centesimum annũ generauerunt, ut patet ex prędictis? Respondent Hebræi quod fuit quia dominus disposuerat eũ saluare in diluuio cũ sua posteritate tota, si autem in centesimo anno generasset, infra quingentos annos sequentes ante diluuium, quia (sexcentorum annorum erat Noe qñ inundauit diluuium,) fuissent tot ex eo & filijs eius multiplicati & fuissent inter eos multi mali, de quibus non esset dignum quod saluarentur. Item tot personæ cum necessarijs ad vitã, per annum integrum quo durauit diluuium, non potuissent competenter in arca collocari.*

4 Genuit Sem, &c. *Dicunt* Hebręi *ꝙ Sem non fuit primogenitus Noe, quod probant, quia hic dr̃ quod quingentesimo anno vitæ suæ cœpit generare, & sic primogenitus eius erat centũ annorum tp̃e diluuij, quia tunc fuit* Noe *sexcentorum annorum. Sem uero non habuit centum annos vsq; post diluuium per duos annos, vt dr̃ infra, 11. c. dicunt tamen quod præponitur alijs propter dignitatem circuncisionis, quia natus fuit circuncisus. Sed hoc videtur fictitium, quia Abrahã dr̃ pater circuncisionis, & quod hoc signũ primo accepit a Deo. Ideo aliter secundũ dictã prædictã opinionem de primogenitura, ꝙ hic primo nominatur* ꝑꝑ *reuerentiã Patriarcharũ, & Christi maxime, q ab ipso descenderunt. unde et infra. 48. ca.* Iacob *Patriarcha benedicens filijs* Ioseph, *prępoiuit Ephaim iuniorem ipsi Manaße, quoniã futurus erat in prolem maiorem vt ibid. dicitur* Nota *quod Sem ubique debet scribi per m in fine.*

Agriculturæ inuentor.

### ADDITIO I.

*In c. 5. vbi dicitur in postilla: Quo homines illius tp̃is viuebant. Istæ rões quæ assignãtur ad diuturnitatem uitę hominum illius temporis, & si ualerent ad aliq longitudinem vitę, non tñ vr̃ ad tantã differentiã durationis sufficere. Bonitas. n. complexionis, & ẽt modus uiuendi temperatus, licet non in multis, in qbusdã tñ inuenit̃, ponit. n. Galenus in suo techni possibilem esse complexionem temperatissimã, ꝑut humanæ naturæ pertinet, inueniri, q̃ uocãt* εὐκρατον *Eucratõ, & multo magis possibile est hominem boni regiminis ręperiri, nunq̃ tamen a tertia ætate & citra reperitur aliquis q cc. annos fere attingat. Christus etiã qui per spiritum sãctum conceptus est, optime complexionatus fuit, & non nisi temperate & virtuose in hac uita vixit, & tñ in iuuenili ętate passus est, prout cõiter tenetur, ne in eo appareret naturæ humanę diminutio, ut patet in 3. parte, q. xlvi. art. 9. in responsione ad ultimum arg. Ex quo patet, ꝙ ętas xxxiij. annorum in Christo erat iuuenilis, ꝙ non esset si Christus ẽm naturã humanam habuisset uiuere sicut Adam, & alij antiq: quia si sic, illa ætas in qua fuit passus non esset iuuenilis, sed infantiæ seu pueritiæ. Ratio etiam sumpta ex bonitate nutrimenti ante diluuium, non ur̃ ualere, nã inundatio diluuij plus debuit terrenascentia reddere peiora in tp̃e ꝓpinquiori ipsi diluuio q̃ in magis remoto, & tamẽ post diluuium s. in secũda ętate, legunt̃ hoĩes vixisse cc. annos fere, & cum magis a tp̃e diluuij fuerunt remoti, plus fuit diminuta diuturnitas vitę: Illa etiã q̃ Adam cognouit de virtutib. fructuum & herbarũ, & c. q̃ faciunt ad prolõgãdã vitam, de quib. dr̃ docuisse homines, uerisimile est ut ea addisceret Noe ab antiqs suis, cũ uita ipsius Noe fuerit prolõgata, sicut uita eorũ qui fuerũt in prima ętate, q quidẽ* Noe *cũ iustus & ꝑfectus fuisset, uerisimile est, ut doceret ea posteritatẽ suã, ꝙ tamen nõ apparet per effectũ. Bonus ẽt aspectus syderum etsi faciat ad longitudinẽ uitæ, non tamen tantam dissimilitudinẽ faceret, nec etiam Astronomi hoc videntur tradere. Sexta autẽ ratio quam ponit, s. quod hoc fuit ex diuina dispositione hoc ordinante, cõcedenda est.* Sapientia enim diuina oĩa disposuit suauiter. *Sapiẽt. 8. a Sed rationes quas assignat ad huiusmodi dispositionem diuinam, sunt minus sufficientes:* Nam *non minus multiplicaretur genus humanum per uitam, breuẽ sicut modo, quam per longã uitam, sicut tunc, & forte citius sicut modo, nam tũc incipiebant generare post centũ annos, & mõ ante 20. an: & sic in primo cẽtenario vnius primi gñrantis possẽt generari multi filij et nepotes, et pronepotes, quorũ qlibet vel maior pars infra illum centenarium generasset, & sic magis multiplicaretur genus humanum, quod manifeste potest haberi in multiplicatione filiorũ Israel in Aegypto, de quib. in Deut. x. d.* In. lxx. animab. descẽderũt patres vestri in Aegyptũ, & tũc posuit te Deus sicut stellas cęli in multitudine. *Manifestũ est. n. ꝙ populus Israeliticus non fecit morã in Aegypto tanto tp̃e, quanto Adã & Seth filius eius abstinuerant a gñratione, nam* Adam *abstinuit ꝑ cẽtũ xx annos, & Seth centũ 5. annis, qui faciũt ccxxxv. an. & cũ populus* Israeliticus *in Aegypto fuit ccx. annis ꝓut inf. patebit. Alia ẽt rõ quam assignat ad diuinam dispositionem. s. ut hoĩes illius tp̃is possent habere experientias de cursu cęli & effectib. syderum, & c. nõ ur̃ ualere. Cursus. n. cæli & syderum, q magna et difficili*

A investigatione indaũt, fuit perfecte declaratus tempore Græcorũ quando Ptolemæus perfecit librum, Almagesti, in quo omnes cursus cæli & sy derũ plene traditur, & tamen inuestigatio sua incæpit a tẽpore cuiusdã prædecessoris qui eũ præcessit per ccc. annos fere, & non plus, vt in eodẽ libro habetur, vnde illud tẽpus sufficit ad illam inuestigationẽ. Similiter ad cognoscendos effectus syderum de quibus ipse Ptolemæus large ait in libro quadripartito, & in centiloquio suo cuius sententias sequuntur astronomi qui ei successerunt. vnde propter hæc & similia, non fuit necessaria diuturnitas vitæ in antiquis, & ideo potius tenendum est cũ Aug. qui in lib. de ciui. Dei. de hac materia tractãs sic ait: Annorum ista numerositas cuiusque hominis qui tẽporibus illis fuit, nullis tunc talibus documẽtis venire potest in experimentũ, nec tamen ideo fides huius sacræ historiæ deroganda est, cuius tanto imprudentius narrata non credimus, quanto impleri citius prænunciata conspicimus, Hæc ille. Et nimirũ si Aug. qui tãtus ecclesiæ doctor fidelissimus fuit, hoc asserat esse omnino supernaturale, quod patet ex hoc quod in prædicta auctoritate continetur. s. quod ista numerositas nullis documentis in experimentum venire posset, cũ ipse Rabbi Moys. Hebræus in suo libro de directione perplexorum istam diuturnitatem vitæ attribuit miraculo diuino. Dicit etiam & forte non inconuenienter, quod licet diuturnitas fuit solum in illis qui in sacra scriptura nominantur, scilicet Adam, Seth, & Enos, &c. non autem in alijs contemporaneis, qui vt dicit, non tam diuturne viuebant, sed sicut post diluuium, cuius ratio est secundum eum, nam vt dicit, ideo Deus disposuit illos tam diuturne viuere, ut fides de creatione mundi quã pagani pro maiori parte negabant, in cordibus fidelium magis radicaretur, quod sic factum est: Nam Lamech pater ipsius Noe concurrit in vita cum ipso Adam. Abraham et qui principalis erat in fidei publicatione, erat lxiij. annorum quando mortuus est Noe, & sic testimoniũ creationis mundi venit satis de propinquo ad tẽpus Abrahæ, quia de Adam ad Lamech, de Lamech ad Noe, & deinde ad Abraham.

In eo. c. ubi dicitur in postilla, & dicunt Hebræi, quod hoc non dicitur propter reparationem seculi, &c.

### ADDITIO II.

Hæc expositio Hebræorum non videtur habere fundamẽtum in litera, si. n. Noe fuisset primus inuentor artis arandi, hoc expressisset scriptura, sicut supra quarto c. de inuentore musicæ artis & ferrariæ, & huiusmodi. Quod autẽ allegat postillator de hoc quod Noe uocatur uir agricola, infra. ix. ca. magis facit contra hanc expositionem, nam ibi legitur. D Cœpit aũt Noe vir agricola exercere terrã. Ex quo intelligit ꝙ tunc in plantatione illius vineæ cœpit esse agricola & non ante. Veritas etiam Hebraica nõ dicit, iste quietabit nos, sed iste consolabitur nos quod consonat primæ expositioni.

### REPLICA.

Correctorij contra Burgen. cauillantem. In ca. 5. vbi postillator multas adduxit persuasiones ad hoc quod homines primæ ætatis tandiu viuere potuerunt vltra vitam aliarum ætatum, & in fine conclusit, Adduxi multas rationes vt si vna non sufficit per se, plures simul sumptæ uel omnes videantur propositum persuadere, inter quas etiam sexta est beati Aug. 15. de ciuitate Dei ca. 9. & cũ postillator non uelit eas esse demõstratiuas sed persuasiuas, Burgen. tamen occasiones communiter quærens longam facit digressionem, pertractãs quasdam rationes quasi singulas, quas tamen postillator nec reputat singulas singulariter, sed omnes simul persuasiuas. Item in eodem capitulo. vbi postillator prefert expositionem Hebræorũ super illo uerbo, Noe cõsolabitur ab operib. & laborib. manuum nostrarum in terra cui maledixit Deus dicens, quod Noe inuenit artem arandi cum animalibus, cũ ante homines consueuerant, manibus terram operari, & hæc fuit hominibus magna cõsolatio, & legitur 9. c. Noe vocatus est vir agricola. Sed Burg. se opponit dicens, quod Noe fuisse inuentorem agriculturæ non habet fundamentũ ex litera, quia supra dicitur expresse de inuentore musicæ & ceterarum artium, quod hic de Noe non dicitur. Ad quod videtur dicendum, quod scriptura inter electorũ opera non facit curã recensendi de in E uentoribus artium, sicut inter opera reprobatorum supra fit mentio, a principalioribus enim consueuit fieri denominatio. Sicut igitur principalis occupatio reprobatorum est circa mundana, ita electorum principaliter circa diuina. Argumentum igitur Burgen. non est a simili. Et quod Burgen. dicit allegatũ postillatoris, videlicet quod Noe dictus est vir agricola, facere contra intentionẽ postillatoris, quia dicitur in litera allegata: Cœpit aũt Noe vir agricola exercere terrã, ꝙ Burgen. dicit intelligi debere, quod post diluuium in plãtatione vineæ cœpit esse uir agricola & non ante, sed hic intellectus Burg. non habet fundamentum ex litera, quia non dicitur: Cœpit Noe vir agricola esse, sed agricola existens cœpit terram exercere post diluuium, ante diluuium enim artem inuenit, per quam post diluuium cœpit exercere terram in uinearũ conditione, plantatione, & cæteris.

NICOL.

---

# CAP. VI.

Cunque cœpissent, 1 homines multpli cari super terrã, et filias procreassẽt, a Filij Seth religiosi. b De stirpe Caĩ

b Videntes filii Dei † filias hominum 2 a Concupiscentia.

ꝙ essẽt pulchrę, † acceperũt vxores; 3

CAP. VI.

Cumq; cœpissent homines multiplicari super terram.

*In q. hebraica.* a HIER. verbũ Hebraicũ אלהים Elohim vtriusque numeri est, Deũ enim & Deos significat; ideo Aquila filios Deorũ dicere ausus est, deos sanctos vel angelos intelligẽs, quem sequens Symmachus ait: Videntes filij potentum filias hominum.

b Videntes filii Dei, &c. STRABVS. Filii Seth religiosi intelliguntur. Per filios Dei qui victi concupiscentia ex filiab. hominum, id est, ex stirpe Cain vxores acceperũt, & viros potentes genuerunt, immẽsos scilicet corporib. superbos virib. inconditos moribus, qui gigantes appellantur. Non est incredibile ab hominib. nõ ab angelis, vel quibusdam dæmonibus, qui mulieribus sũt improbi, eiusmodi homines esse procreatos, quia & post diluuium corpora non solum virorum. sed & mulierum incredibili magnitudine extiterunt. C *Filii Dei vel principum.*

*In q. super Genesi.* ✱ AVGVS. Quæritur quomodo potuerunt angeli cũ filiabus hominũ ꝯcũbere, vnde gigãtes nati esse perhibẽtur, quãuis nõnulli Greci & Latini codices, nõ angelos habeant, sed filios Dei, quos quidã ad soluendũ istã q̃stionẽ iustos homines fuisse crediderũt, qui potuerũt etiã angelorũ nomine nũcupari. Nã de homine Ioanne scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum, vnde credibilius est, hoĩes iustos appellatos, vel angelos vel filios Dei, cõcupiscentia lapsos peccasse cũ fœminis, quã angelos carnẽ non habẽtes, vsque ad illud peccatum descendere potuisse, quãuis de quibusdã demonibus qui sunt improbi mulieribus, a multis multa dicantur. *Causa diluuii.* F

*qõ. 47. in Gen.* ✱ THODORET. filios Dei quidam angelos male intellexerunt, neque enim caro sunt, neque terminus eorũ vitæ definitus est. attente ergo scriptura legi debet. Quæ ait, ex Adam Seth ex Seth Enos ortum esse. Deinde addit iuxta interpretationem Aquilæ, Tunc cæptum est vocari in nomine Domini, id est, Enos primus ob insignem pietatem, Dei appellatione dignus est habitus. Vnde ex illo nati filii Dei

---

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. VI.

1 CVmq; cœpissent, &c. Hic cõsequẽter describitur status Noe & conditio, & primo ante diluuium, secundo in diluuio. 7. c. tertio post diluuiũ. viij. c. Circa primũ sic procedtur, qa primo cã diluuij generaliter decernit. Secũdo ipse Noe excipit, ibi. Noe vero inuenit gratiã. Tertio arcæ cõstructio præcipitur, ibi: Fac tibi arcã. Circa primum sciendũ, ꝙ cã diluuij fuit multiplicatio peccari, ex quo, secuta est prouocatio iræ Dei, & illa duo pluries hic replicãtur, vt magnitudo peccatorũ, & offensa dei ostẽdatur, dicit igitur.

1 Cumque cœpissent homines multiplicari. Ad ostendendum quod multiplicatio peccatorum non incepit tempore Noe sed ante.

2 Videntes filii Dei. Hoc exponitur multipliciter. Vno modo quod per hoc intelliguntur dæmones incubi, qui dicuntur filij Dei, propter naturã spiritualem. vnde & Iob. 1. cap. dicitur: Satan fuisse inter filios Dei, & isti in specie humana commiscuerunt se mulieribus, & inde nati sunt gigantes, vnde dicitur infra. Gigantes aũt erant in terra. Sed hæc expositio non uidetur irrationabilis, quia hic exprimitur causa diluuij. quod inundauit in pœnam peccatorum, diluuium autem nunquã fuit in pœnam dæmonum, sed tantũ hominũ, ideo aliter exponit Ra. Sa. dicẽs ꝙ hæc

---

### MORALITER.

1 Hic agitur de cõstructione arcę cõtra dubium, per quod designat diluuium peccatorũ, de quo dicitur Osee. 4. a. Maledictum mendaciũ homicidiũ, furtũ, & adulterium, inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Huius aũt diluuii cã ponitur, cum dr.

2 Videntes filii Dei. id est clerici & religiosi mali ad dei cultum deputati, propter quod dicuntur eius filii.

† Filias hominum. id est concupiscentias mundanorum.

† Acceperunt uxo. sibi. ipsis ardẽter inherẽtes, & ex hoc inducit diluuium viciorũ. Nam laici imitantur mala eorum dicẽtes, quare non faceremus talia, cũ sacerdotes, clerici & religiosi faciant ea? Contra hoc autem ponitur remedium, cum dicit ipsi Noe, per quem bonus prælatus significatur.

Dei dicti sunt, sicut a Christo Christiani, ea rōne qua principes & iudices Dii a Moyse & Psalmus dicuntur, qui gñre Cain a Deo maledicti non se immiscuerūt per multos annos.

✻ PROCOP. Hi Dei filii erant filii Seth, quos ad concubitum pellicere non cessabant mulieres. Quod autē filii Seth erant filii Dei, satis ex Euangelio probatur, vbi in hūc modū legimus, *Qui fuit filius Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.*

a *Non permanebit, &c.* HIER. Hebr. [Hebrew] lo iadon. *Non iudicabit spiritus meus homines in sempiternum, quoniam caro sunt.* hoc est, q fragilis est hominū cōditio, non eos æterno cruciatu reseruabo, sed hic reddā quod merent. Clementiæ ergo est non seueritas φ peccator hic pro scelere visitatur. Vñ Deus iratus dicit Oseæ. 4. c. *Non visitabo filias eorum cum fornicatæ fuerint.* Et psalm. 88. e. *Visitabo in virga iniquitates eorum, &c.* Ne autē videatur crudelis, quasi locū pœnitentiæ nō dederit, ashūgit. *Sed erunt dies eorum 120. anni.* Nō enim intelliguntur pdicti esse anni vitæ humanæ, cū post inueniat homo amplius vixisse, sed intellig. t anre annos. 20. q̄ inciperet arca fieri, quæ facta legit. c. annis, Deū ad Noe hoc dixisse, prænūciādo diluuiū, nō vitæ humanæ deinceps futuræ præscribendo spacium, sed eorum quos erat diluuio deleturus.

B

✻ CHRYSOS. Perpetuus scripturæ mos est carnē vocare carnales, sicut & virtute præstātes carnis expertes nominat, queadmodū Paulus dicit *uos autem non estis in carne*, nō quod non carne circundati, sed qa carne circundati superiores erant carnal. b. affectib. Nam sicut dicebat, *uos non estis in carne*, eo quod carnalia despiciebant, ita de illis dicitur quod sint carnes, eo quod carnalib. reb. erant continuo occupati. Et quia ipsi sunt carnes, non iam concedam eis, suis peccatis coinquinari.

✻ RVI. Quid enim futurum erat, si viueret homo in æternum, cum certissime moriturus, & quotidie moriens, etiā nunc, *corrumperit viam suam*? Igitur dico *quia spiritus meus*, id est, spiritus a me ad imaginem meā factus, *non permanebit in hominibus in æternum, quia caro sunt*, sc̄. q̄ q̄ quæ carnis sunt, sapiūt. Adeo in sententia perdurabo, ut nō modo non uiuat in æternū, verumetiam breuius sit uiuendi tempus.

*1 permanebit vel iudicabit vel disceptabit. vbi sa.*

*2 Filii Dei vel principum.*

*Hom. 22. in Gen.*

*h. 4. in Gē cap. 12.*

sibi ex omnibus quas elegerant. 1

a Dixitque Deus: Non 1 permanebit 2
*Indignatio.*
spiritus meus in homine in æter- 3
*Fragilis conditionis.*
nū, quia caro est: Eruntque dies il- 4 5
*Vsque ad diluuium ad agendam pœnitentiam, probus qui illo ... ea arca. Ante quam incipiet fieri arca.*
lius centum viginti annorum. Gi- 6 7
*a Immanes corpore, superbi viribus incompositi moribus. Vnde gigantes ... illi, filii terræ dicuntur. In Hebræo cadentes.*
c gantes autem erant super terram in 8
diebus illis. Postquam enim ingressi
sunt 2 filii Dei ad filias hominum,
illæque genuerūt: isti sunt potētes a 9
d seculo & viri famosi. Videns autem 10
e Deus, quod multa malitia homi- 11
nū esset in terra, † cuncta cogita- 12
tio cordis intenta esset ad malū om
*a Visitatis verbis nobis loquitur scriptura, vt ex cognitis procedat ad incognita.* 13
f ni tempore, pœnituit eum, quod 14

D

b *Eruntque, &c.* STRAB. Ante diluuium, scilicet ad agendam pœnitentiam. Sed quia in malitia perseuerauerunt ante præfixum terminum, cētesimo anno deleti sunt.

c ✻ *Gigantes autē.* AVG. De Gigantibus, id est, nimium grandib. ac fortibus, puto non esse mirandum, quod ex hominib. nasci potuerint, quia & post diluuiū tales fuisse reperiuntur, & quædam corpora hominum ad incredibilem modum in gētia nostris quoque temporib. extiterunt, non solum virorum, sed etiam mulierum.

d ✻ *Videns autē Deus, &c. cuncta cogitatio, &c.* CHRYSOSTOMVS. Vide quomodo singula quæ dicūtur, peccatorum ostendunt magnitudinem. Quia enim i genere dixit, *quod multa malitia esset in terra* subdit, *& cūcta*. Magna huius verbi Emphasis est. Nō inquit, *aliqua cogitatio*, vt diuerteret quæque a malo, sed *omnis cogitatio eorum*. Et uerba, *cogitatio cordis*, multum habent momenti. Non enim ex subreptione hoc illis accidit, sed in corde cogitant, & hæc per singulas horas volunt, & neque semel & iterū, aut fortuitu a malitia sibi temperant, sed diligenter eam exercent.

e *Videns autem domin. &c.* Non i Deū pœnitentia cadit, aut dolor cordis, cui est de omnibus tam fixa sententia, quam certa præscientia, sed utitur scriptura vsitatis verbis coaptans se nostræ prauitati, vt ex cognitis incognita cognoscamus. Nā ira Dei non est perturbatio animi, sed iudicium, quod irrogatur peccatori. cogitatio vero cordis eius mutandarum rerum immutabilis ratio.

f *Pœnituit eum quia, &c.* GREGORIVS. in moral. lib. 5. Plerunque

*120 q. furer Genes. in.*

*120. anni ad conuersionē dati.*

*vbi supra.*

*† Et quod omnis imaginatio cogitationū cordis eorū intentio modo esset malum*

## NICOLAVS DE LYRA.

C

✻ *Hæc est litera: Filij iudicū, vel potentū, quia nomē Hebraicū q ibi ponitur, scilicet Eloh m, aliquādo accipitur pro Deo, & aliquando pro ang. in plurali, aliquando pro iudicibus. unde Exod. 22. b. ubi translatio nostra habet.* Dominus dom⁹ applicabitur ad Deos, *id est ad iudices. In Hebræo dicit*, applicabitur ad Elohim. *Dicit igitur iste, φ filij iudicū & potentū, q̄n uidebant filias subditorum pulchre ornari, & quando dabantur ad nuptias, quod accedebant ad ipsas cognoscēdo eas carnaliter, antequam mariti eas cognoscerent. Sed hæc expositio non uidetur ualde rationabilis, quia ista causa diluuij fuisset particularis, scilicet quātum ad potentes solum, sed infra eodem capitulo dicitur contrarium.* Omnis quippe caro corruperat viam suam. *Nec generale diluuium induci debuisset propter causam particularem. Et ideo aliter exponitur & melius, quod filij Dei hic intelliguntur illi qui desiēderunt de Seth, qui a patre suo fuerunt instructi in cultu diuino, unde & in pluribus locis veteris ac noui testam. fideles vocantur* filii Dei. *Per* filias hominum *intelliguntur mulieres descendentes de Cain, q erant curiosæ, dissolutæ & lubricæ. & de illis præceperat Seth filijs suis de uoluntate domini, quod non contraherent matrimonia cū eis, sicut dominus præcepit filijs Israel, ut non contraherent matrimonia cum mulieribus Chananæis. Sed filij Seth procedente tempore transgressi sunt hoc præceptum, & hoc est quod subditur.* Acceperunt sibi vxores, &c. *Et sequitur.*

1 Dixitque Deus, *prædictis prouocatus.*

2 Non permanebit spiritus meus. *Hoc exponitur vno modo sic.*

3 Spiritus meus. *id est indignatio mea.*

4 In homine. *id est contra hominem.*

5 In æternum. *Ac si dicat, quia non irascar contra eum irreuocabiliter, sicut contra angelum malum cuius peccatum est irremediabile.*

6 Quia caro est. *id est habens pronitatem ad peccandum ex corruptione animam aggrauante, propter quod est magis sibi parcendum, puniendo eum pœna temporali, & non æterna. Aliter exponit Ra. Sa. dicens, quod hæc est veritas literæ.* Non disceptabit spiritus meus in homine i æternū, *ac si diceret Deus, vsq; nunc tenui sentētiā de deletiōe gñris humani per diluuiū, in suspenso per modum cuiusdā disceptationis, sed ex nunc proferam sententiam.* Quia caro est. *id est, nimis implicatus peccatis carnalib. ueruntamen ad declarationem iustitiæ meæ differam executionem sententiæ meæ, vt habeant locum pœnitentiæ, & hoc est quod subditur.*

7 Eruntque dies, &c. *Non enim potest dici quod hic determinetur tempus vitæ humanæ post diluuium, quia multi diutius satis uixerunt post diluuiū, ut patet infra. 11. cap. sed determinatur tempus a prolatione sententiæ diuinæ vsque ad executionem, in quo poterant pœnitere, & hoc idem dicit Hieronymus. lib. de Hebra. quæstioni. Item patet, quia hæc sententia fuit data. 20 annis antequam Noe generaret, quia inter primam eius generationem, & inundationem diluuij fuerunt tantum centum anni, quia quingentorum annorum erat quando cæpit generare. ut dictum est, & sexcentorum annorum tantum quando diluuium inundauit, ut habetur. 7. c.*

8 Gigantes autem erant. *id est proceri, excedentes homines in statura, & robusti viribus, & incompositi morib. Nec valet quod supra dictum est, tales fuisse genitos a dæmonibus, secundum unam opinionem, quia etiam post diluuium in quo deleti sunt omnes isti, leguntur fuisse gigantes, Deute. 2. & 3. c. Et 2. Regum. 21. qui tamen fuerunt ab hominibus geniti.*

9 Isti sunt poten. &c. *id est ab antiquo.*

10 Viri famosi, *scilicet mala fama, quia raptores & luxuriosi. unde sequitur.*

11 Videns, &c. *quantum ad multitudinem uitiorum.*

12 Et cuncta, &c. *Ex quo patet quod peccabant non ex passione tantum, sed ex certa malitia.*

13 Omni tempore, &c. *quantum ad continuationem peccatorum suorum.*

14 Pœnituit, &c. *Pœnitentia autem & dolor & cæteræ passiones nullo modo sunt in eo secundum rem, sed secundum modum. & ideo dicitur pœnituisse, quia ad modum pœnitentis se habuit volens dissipare quod prius fecerat.*

Plerūq; in sacro eloquio sapiētes Dei cōsiliū trahunt a sapiē tib.seculi. Sic nunc p utilitate hoīs, uocem in se passionis humanæ ipse cōditor hoīm sumit, cum cōstet, quia qui cuncta priusq̃ ueniāt, cōspicit, nihil fecerit quod pœnitēdo resipiscat. Vt ergo mirum nō est, si spirituales plerunq; ut ante uerbis carnalium, sicut neq; mirādū, si ipse creatorum omnium, vt carnem pertrahat, ad intellectum suum in seipso carnis sermonem seruet vel sumat.

✱ PROCOP. Quod pœnituit Deum, humano more locutus est, Quomodo enim pœnitentia caderet in illum, qui omnia anteq̃ fiant prænouit? Hac scribendi formula vsus est, vt demonstraret merito illos expendere pœnas, proinde resipiscere ne abnuāt. hic præceptor agit cū discipulo, increpitās: pīget quod talia tantaq; tibi proposuit, cum tuam video negligentiam.

a ✱ *Delebo hominem quem creaui, &c.* CHRYS. q.d. Quæ mei erant officij omnia exhibui. Ex nihilo illum produxi, naturę illius scientiam indidi, liberum arbitrium donaui, ineffabili lōganimitate vsus sum, & post longum illud tēpus, & post indignationem & minas quas dixi, aliud præfiniui tēpus, vt peccata sua sentiret. Et quia sic nihil proficio, cogit necessitas vt minas meas opere compleam.

g ✱ PROCOP. pulchre scriptum est, *abolebo hominem a facie terræ*, nam nequaquam vult hominem penitus abolere & ad nihilum redigere, neque etiam eius animā perdere vult. Quid igitur? delebit eum de superficie terræ.

✱ AMB. Quid læserant irrationabilia? sed quia propter hominem illa facta erant, eo vtique deleto propter quem facta sunt, consequens erat vt etiam illa delerentur.

b *Noe uir iustus.* Hic peractus suos significat Christum qui ait Mat. 11.d. *Discite a me, quia mitis sum & humilis cor.* Solus iust' inuenitur cui propter iustitiā suā septem homines donantur. Iustus quoq; Christus & perfectus, cui septē ecclesiæ septiformi spiritu illum inatę ī vnā ecclesiā condonant. Noe p aquā & lignū liberat & familia eius, sic familia Christi per baptismum & crucem.

✱ PROCOP. Noe solus in illo deplorato seculo inuenitur iustus. Duæ illæ artes, quas adinuenerunt nepotes Cain, plurimū conducebant exulcerato seculo. Musica irritabat cōuiuijs & comessationib. Ars æraria iuuabat bellū.

Marginalia: In c.5. — Pœnitet Deū hominē fecisse. eccle.44.e alias fdño vbi supra. — Noe iust'. — Sem. Chā Iaphet. — In c.5. — Li d. Noe & ar ca. c. 9. — Allegoria. — 2 Quia repleta e.t. — Prædicit Deus diluuium ipsi Noe. in cap.4. Gen. — Form arc. — 3 Mansiunculas Origenes. nidos in ca facies.

hominem fecisset in terra. Et præ
a Ne deterius contingat.
cauēs in futurū,) & tactus dolore [1] cordis intrinsecus, delebo, inquit, [2] hominem quem creaui a facie terrę, ab homine vsque ad animan [3] tia, a reptili vsque ad volucres cœ [4]
a Videtur pœnitere dum opus mutat, & voluntate tamen & dispositione immobili permanente.
li. Pœnitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiam coram Deo. Hę sunt generationes Noe: [5]
a Viator non comprehensor.
Noe vir iustus atq. perfectus fuit [6]
a Id est, secundum iustitiā perfectā præsentis vitæ non futuræ.
in generationibus suis, cū Deo am
a Sequens vestigia eius. b Nomen vel nominatus.
bulauit, & genuit tres filios Sem, [7]
a Callidus. b Latitudo.
Cham, & Iaphet. Corrupta est au
a Homo, propter quem cuncta creata, quo peccante omnia dicuntur corrupta.
tem terra corā Deo, & repleta est [8] iniquitate. Cumq; vidisset Deus [9]
a Id est homo quo peccante omnis caro dicitur corrupisse viā quia propter eum omnis caro creata.
terram esse corruptam, omnis
Vitam actiones.
quippe caro corruperat viam suā [10] super terram, dixit ad Noe: Finis
a Omnium mortalium præter eos, qui in arca erant saluandi, quasi seminarium secundæ originis
b Beneplacito mihi iudicio.
vniuersæ carnis venit corām me.
a Id est habitatores terræ.
2 Repleta est terra iniquitate a
a Præsentia.
facie eorum, & ego disperdam eos
a Vt non sit suo more fructifera. b Ecclesiam.
cum terrā. Fac tibi arcā de lignis [11]
a In Hebræo bituminatis. Alii quadratis. Politi, ne quid nociuum inhæreret. Quia vita sanctorum firma & stabilis. [12]
b Ad distinctionem animalium. Diuersos ordines vitæ.
leuigatis. Māsiunculas ī ea facies, [13] [14]

c *Noe uir iustus, &c.* Si nullus sine peccato quomodo pfect'? Perfecti dicuntur aliq nō sicut sunt perficiendi: nō æquabuntur angelis, sed sicut possunt esse in peregrinatione, vnde addit, *in generationibus suis*, id est, sicut p modo suo Dei gratia poterat esse perfectus, nō sicut in alia uita, in qua nec uolet, nec peccare poterit. *Cum Deo ambulauit*, vestigia eius sequens.

d *In generationibus suis.* Quasi nō consummatæ iustitię, sed iuxta generationem suam.

e ✱ *Omnis caro corruperat, &c.* AMBROSIVS. Carnem posuit pro homine terreno, in quo carnis illecebra viam eius corruperit.

✱ *Finis vniuersæ carnis, &c.* CHRYSOSTOMVS. q.d. Magnam ostendi longanimitatem, volens hanc inferre pęnam, sed quia peccatorū multitudo in hoc tempus eos adduxit, finem his imponere oportet, ne vlterius progrediantur.

f *Disperdam eos cum, &c.* Tradunt doctores terrę virorem & fęcunditatem longe esse inferiorem post diluuium, & ideo hominib. esum carnium concessum, cum antea tantum terræ fructibus uictitarent.

g *Fac tibi arcam de lignis.* scilicet fortibus & insolubilib. & bene coartatis, quę alia trāslatio dicit *quadrata*: vt nec vi uentorum, nec inundatione soluetur.

✱ ORIGEN. alia litera habet *de lignis quadratis.* Quadrata ligna fuisse referunt, quo & facilius alterum alteri posset aptari.

✱ HIERONYM. Pro, *quadratis lignis bituminatis*, legimus in Hebræo.

h *Mansiunculas, &c.* STRA. LXX. Bicamerata, & tricamerata in arca facies. Bicamerata in inferiorib. Tricamerata in superioribus. Quinque ergo mā sionib. distincta sunt. Prima, id est inferior fuit stercoraria quo stercora defluebāt, ne qui erāt in arca fetore lędirentur. Secūda apothecaria. Tertia immitium animalium & serpentiū Quarta māsuetorum Quinta id est suprema hominum & auium, ostiū vbi bicamerata & tricamerata iūgebāt, id est inter apothecariam & bestiarū habitationem. AVG. In prima habitatione in inferioribus semel camerata erat, arca, in secunda super inferiorē habitationē bicamerata. In tertia vero super secūda tricamerata. AVG. Dicūt alii ī īferiorib. duas fuisse māsiūculas, & ✱ decā. cam

Marginalia: Et p. aut in futurū li. de Noe & arca. c.5 — Ho. 24 in Gen. — B — Ho. 2 in Gen. — in quęstio Hebraicis — Venit coram me. i. ob tutū est apud me amputare oēs homines. — Leuigatū. צוהר gopher ligni leuissimi. nomen est Cal. interpres cedri vertit. Hic bituminatis 70. quadratis. — F

## NICOLAVS DE LYRA.

C

1 Et præcauens in futurum. *ne multiplicarentur talia mala.*
2 Et tactus do. &c. *quia ad modum dolentis se habuit delendo hominem quem formauerat ad imaginem suam.*
3 Ab homine vs. &c. *quia peccata hominum facta fuerant in terra ideo ad detestationē criminis deleta sunt animalia quæ habitat in terra.*
4 Ad volucres cœli *quia accipiunt ibi pastum. pisces autem habitantes in aquis non sunt mortui per diluuium, quia peccata hominum non fuerunt facta in aquis.*
5 Noe vero. *Hic consequenter generali sententia diluuij, Noe cum filijs excipitur cum dicitur.* Noe vero, &c. *Et causa subditur.*
9 Noe vir iustus, &c. *& ideo cum alijs non perijt.*
7 In generationib. suis. *Hoc dupliciter exponitur, Vno modo ad diminutionem laudis suæ, acsi diceretur, licet Nos fuerit iustus & perfectus in comparatione ad homines illius temporis, qui mali erant, tamen si fuisset tempore Abrahæ, parum fuisset respectu eius. Alio modo ad augmentum laudis iustus & perfectus fuit, etiam inter malos homines qui ipsum nitebantur verbis & exemplis trahere ad malum, & ideo multo maioris*

*maioris perfectionis fuisset si uixisset inter bonos, & hoc modo dicitur Grego. dicit quod ad laudem ipsius, Ioth dicitur infrā. 13.c. quod habitauit in Sodomis, quia inter homines illos pessimos mundiciam seruauit.*
8 Corrupta est, &c. *& quantum ad carnalia peccata.*
9 Et repleta est iniqui. &c. *Quantum ad fraudes & rapinas.*
o Omnis quippe ca. &c. *id est omnis homo quia non solum peccauerāt peccatis fornicationis & adulterij sed etiā peccatis cōtra naturā, Alio modo intelligitur* omnis caro, *quia et aues & animalia inordinate cōmiscuerāt se cū illis quæ non erāt sui generis uel speciei. Sequit.*
11 Et ego disperdā, &c. *quia p salsedinē aquarū diluuij ipsa terra peiorata est. Hebręi aūt dicūt, q tres palmi de superficie terræ per aquas fuerunt tabefactati, & in aquā conuersi & ideo additur hic*, cū terra.
12 Fac tibi arcam. *Hic consequenter constructio arcæ præcipitur, cum dicitur:* Fac tibi, *i. ad salutem tuam & aliorum qui tecum sunt saluandi.* Arcā, *quia non fuit facta per modum nauis, sed per modum arcæ quadrata latera habentis, tamen erant inæqualia, ut dicetur infra.*
13 De lignis leuigatis. *id est dolatis & complanatis.*
14 Māsiūculas ī ar. fa. *i. distinctiōes ut diuersa possit collocari distīcte.*

✱ 1 Et

## MORALITER.

12 *Fac tibi arcam*, id est, virtutum fabricam.
13 *De lignis leuigatis.* id est dolatis, Per fabricam enim virtutū motus interiores & actus exteriores asperitate & tortuositate remota, ad rationis rectitudinem reducuntur.

14 *Mansiunculas in arca facies.* per quas distinctus virtutum designatur. Nam aliquæ dicuntur politicæ vel humanæ. Aliquę vero hæroicæ seu diuinæ, vt habetur 7. Ethi. Et diuinæ distinguntur. Nam aliquæ dicuntur exemplares, & aliquæ purgatoriæ, & aliquæ purgati animi secundum Macrobium.

sic arcam fuisse bicameratam harum inferior stercora suscipiebat, secunda escas, quæ apothecaria dicebatur in superioribus tricamerata erat vbi homines & animalia congrua distinctione continebantur.

Hom. 2. in Gen.

✱ ORIG. Inquit Appelles, quomodo arca quatuor saltem elephantos cōtinere potuit. Sed ad hæc quæ ab Hebraicarum traditionū ignaris didicimus ad notitiam auditorum deferemus. Aiebant ergo maiores, q̄d Moses qui omni sapientia Aegyptiorum fuerat eruditus, secundum artem Geometricam, quam præcipue Aegyptii callent, cubitorum numerum, hoc in loco posuit. Apud geometras enim secundam eam rationem quę virtus vocatur, ex solido & quadrato vel in sex cubitos vnus deputatur, si generaliter, vel trecētos, si minutatim deducetur. Quę vtique ratio si obseruetur, in huius arcæ mensura, inuenientur & longitudinis & latitudinis tanta spatia, quæ verè totius mundi reparanda germina, capere potuerint.

Comparatio arcę & eccl.

ISIDO. Arcam construxit Noe de lignis imputribilibus, & Christus ecclesiam de victuris in sempiternum hominibus, quæ sicut arca natat in fluctibus. Arca de lignis quadratis, ecclesia de sanctis, quorum de stabilis vita ad omne opus bonum parata, sicut lignum quadratum ab omni parte firmum stat. Ex bitumine conglutinētur ligna intrinsecus & extrinsecus, vt ex cōpage vnitatis significetur tolerantia charitatis, ne concussa ecclesia ab his quæ intus sunt, vel ab his qui foris, cedat a fraterna iunctura. Est enim bitumen feruentissimum & violentissimum gluten, & significat dilectionis feruorem, vi magnitudinis ad tenendam societatem, omnia tolerantem. Quod sexies longa ad latitudinem, & decies ad altitudine n humani corporis instar ostendit, in quo Christus apparuit. Corporis longitudo a vertice vsque ad vestigium, sexies latitudinē continet, quæ est ab vno latere vsque ad alterum, & decies altitudinem quæ est à dorso vsque ad ventrem. Quod quinquaginta cubitis latitudo expanditur, latitudinem significat cordis quæ fit charitate spirituali. vnde Roman. 5. a. *Charitas Dei diffu. &c.* Quinquagesimo die post resurrectionem Christus spiritum misit, quo corda credentium dilatauit. Trecentorumque cubitorum longitudo sexies quinquaginta continet, sicut sex ætatibus omne tempus sæculi extenditur, in quibus non destitit prædicari Christus, in quinque prophetizatus, in sexta euangelizatus.

Bitumen.

Corporis humani et arcę comparatio.

Tau. Matt. 25. b

a *Trecentorum cubitorum, &c.* ISI. potest in trecentis cubitis lignum crucis ostendi. Huius. n. numeri litera, T, Tau, crucis signum ostendit, quo roseij passionis per baptism ū effecti, longitudinem vitę æternæ adipiscemur. Altitudo. 30 cubitis surgit quem numerum decies habet longitudo in 300. cubitis, quia Christus est altitudo nostra, qui 30 annor. euangelium consecrauit, contestans quia non venit *legem soluere, sed adimplere.* Lex vero cum in decem præceptis agnoscitur, in decies tricenis cubitis arcæ longitudo perficitur. Vnde & Noe decimus ab Adam computatur. Centenarius solidus quadratus denario in se ducto multiplicatus, significat electos per iustificationem perceptorum glorificandos. Vnde homo qui habebat centum oues vna perdita, reliquit nonagintanouem, & quæsiuit eam quæ perierat, & inuentam vt centenarium reformaret, reposuit qui triplicatus gratiam immortalitatis, a patre per filium & spiritumsanctum suscipit apud eos qui per gratiam trinitatis augentur, & qui ex centenario lapsi per agnitionem trinitatis eidem reformantur. Latitudo quinquaginta cubitorum remissionem significat, quia quinquagesimus annus, id est iubilæus, seruos liberat, possessiones restituebat, debitoribus indulgentiam dabat, exulibus patriam. Christus ergo in ecclesia sua quinquagesimum numerum collocauit in latitudine, nisi enim peccatorum remissionem donasset, ecclesia per orbem dilatata non esset. tricenarius in altitudine numerus, simile tricentenarius continet sacramentum. Ad vnum autem summa reuocatur, quia vnus Deus ex quo omnia, & una fides, & vnum baptisma.

Luc. 15.

Mystice. Arcę significatio Hom. 16. in Ezech.

GREG. Arca quę trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est, quinquaginta in latitudine, triginta in altitudine, vno cubito consummata est, ecclesiam namque significat, quæ inferius ampla, superius angusta, quia ab ea latitudine quam adhuc in membris infirmantibus habet, paulatim per angustata, & in altum proficiens, ad vnum tendit. Ratio enim exigit et in arcæ longitudine omnes bestiæ, quadrupedia & reptilia in inferioribus fuerint, homo & volatilia in superioribus. Iuxta superiorem partem fenestra fuit in latere de qua columbam vel coruū dimisit homo. Homo ergo & volatilia iuxta unū cubitum fuerunt. In multis enim carnalibus suis ecclesia lata, in paucis spiritualibus angusta, & quia ad unum hominem qui sine peccato est, colligitur, quasi in uno cubito cōsummatur. Videmus multos in ecclesia superbire, lasciuire, & terrenis rebus inhiare, irasci, & rixari, & proximos lædere. Sed quia ecclesia

Vide similes allegorias arcę apud Orig. Hom. 2. in Gen. Aug. 15. de ciuit. te cap. 26. Amb. de Noe & arca.

&c bituminé linies intrinsecus, & [1] extrinsecus. Et sic facies eam, Tre † a centorum cubitorum erit longi- [2] tudo arcæ, quinquaginta cubi- † rum latitudo, & triginta cubito- [3] rum altitudo illius. Fenestram in [4]

a Quod est gluten feruentissimum, quo linita ligna nulla violentia dissoluentur. Dilectionis ardore. b Ne dissoluatur ab his qui intus sunt: vel ab his qui foris sunt.

a Geometricorum quorum quisque sex cubitis humanæ manus impletur.

a Arca in fundamento quadrata inæqualis longitudinis & latitudinis fuit ab angulis in arctum conscendens, donec in cubito longitudinis & latitudinis summitas perficiatur.

a In Hebręo, meridianum facies arcę. Symmachus: dilucidum arcę facies, id est, fenestram. Ad emittendum coruum vel columbam. Hanc tradunt Iudæi crystallum fuisse.

## NICOLAVS DE LYRA.

Vasculum quo Moses expositus fuit.

1 Et bitumine, &c. *Litera Hebraica habet,* כפר *chopher, pice. Quod autem fuit linita intrinsecus & extrinsecus, hoc fuit propter magnum impetum aquarum, & quia diu stetit in aqua. Vasculum autem in quo fuit positus Moses, fuit tantum linitum exterius, quia non diu stetit in aqua nec etiam aqua in quam positus fuerat, erat ita impetuosa. Hebræi dicunt, quod hoc fuit ne malus odor picis noceret infanti interius posito.*

Cubitus.

2 Trecentorum cubitorum, &c. *Aliqui dicunt quod isti cubiti qui describuntur hic in fabricatione arcæ fuerunt geometrici, quorum unus continet nouem vsuales.* Sed *tunc occurrit dubium, quomodo ædificium tantæ longitudinis & latitudinis poterant simul contiguari & consolidari; Hebræi autem dicunt quod fuerunt vsuales. Sed tunc occurrit dubium, quomodo tot animalia & cibaria poterant ibi collocari? Istud tamen dubium mihi videtur minus quam primum, quia cubitus vsualis tenet pedem & dimidium, id est tantam longitudinem quātam est a cubito brachij vsque ad manum secundum aliquos. Secūdū alios vero tenet duos pedes, id est tantum spacium quātum est a cubito brachij vsque ad summitatem digitorum, quod est magis verisimile iudicio meo. Pedes etiam temporis illius erant multo maiores quam nunc, sicut et homines erant maioris quantitatis in mole & duratione. Hebræi autem loco cubitorum dicunt vlnarum, ex hoc tamen loco & pluribus alijs scripturę videtur q̄ vlna eorum esset cubitalis longitudinis tantum.*

Vlna.

3 Et triginta cubitorum, &c. *Dicunt aliqui, quod corpus arcę erat tantæ altitudinis præter tectum. Alij autem dicunt, quod altitudo tecti hic includitur.*

Fenestra arcæ.

4 Fenestram in ar. fa. *Hebræi autem habent,* lucernam, *& dicunt aliqui, quod ista lucerna erat lapis pretiosus suo lumine illuminans arcā sicut carbunculus. Alij autem dicunt, quod fuit fenestra crystallina, vt lumen reciperet et aquas prohiberet. Sed quia uidetur difficile, quod una fenestra sufficienter illuminaret tantum ædificium, & maxime tot mansionib. distinctum, ideo dicunt alij q̄ erant ibi plures aliæ fenestræ, sed una erat maior & principalior, & ideo de illa sola fit hic mentio.*

1 Et

## MORALITER.

1 *Et bitumine.* id est charitate.
2 *Lines eam intrinsecus.* id est charitate ad Deum.
† *Et extrinsecus.* id est charitate ad proximum. & bene dicitur *lines*, quia charitas est forma virtutum.
3 *Trecentorum cub. erit long.* Per quod designatur meritum perfectorum, s. virginum martyrum & doctorum, & meritum quorumlibet istorum trium est centenarium.
† *Quinquaginta cubitorum latitudo.* id est meritum proficientium.
3 *Triginta cub. altitudo.* i. meritum incipientium, quod est minus perfectorum.
4 *Fenestram in ea facies.* Per quam oratio deuota significatur, quia per eā gratiæ lumen ingreditur. Sap. 8. a. Inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ.

1 Et

A sia tolerat eos vt conuertantur, quasi in arcæ latitudine bestiæ su[s]tinentur. Videmus alios aliena non rapere, illatam iniuriam æquanimiter tolerare, rebus propriis contentos esse, humiliter viuere. Sed quia iam pauci sunt, angustatur arca. Alios videmus etiam possessa relinquere, terrenis rebus nullum studium dare, inimicos diligere, carnē domare, omnes rationes præmere per cœleste desiderium contemplationis pennam subleuari. Sed q[uia] valdè rari sunt, iā arca iuxta cubitū ducit. vbi hoēs & volatilia cōtinent. Sed q[uia] nullus sine peccato est, nisi ille q[ui] cōceptus est sine peccato in vno cubito arca consummat[ur] q[uia] vnus est author & redēptor ecclesiæ sine peccato, ad quem & per quem omnes proficiunt, qui se peccatores nouerunt.

a *In cubito. c. s. eius.* Sic ecclesia in vnitate collecta sublimatur atq[ue] perficit. vnde Matth. 12. c. *Qui non colligit mecū dispergit.*

b *Ostium autē ar. &c.* nemo intrat ecclesiā nisi p[er] sacramentū remissionis peccatorum, quod de latere aperto emanauit.

B c *Cænacula & tri. &c.* LXX. *Bicamerata & tricamerata, ex omnibus gentibus.* vel bipertitā multitudinē cōgregat ecclesia, ex circūcisione & p[rae]putio, vel tripartitā, ex trib. filiis Noe, q[ui]b[us] totū p[ro]genie repleti orbis. Inferiora aūt arcæ distincta sunt, quia ī hac vita terrena est diuersitas gentium: in summo autē omnes consummantur in vnum, quia omnia & in omnibus Christus.

ALCVI. Congruè arca in summo velut tecto quo tam angusto cacuminata est vt imbrium minas diffunderet, & ima in aquis stabilitate quadrata consistens, nec impulsu ventorum nec impetu fluctuum, nec inquietudine animalium quę intus erant inclinari posset aut mergi.

GREG. Arca in inferioribus ampla, in superioribus angusta, in summitate ad vnius cubiti mensuram excreuit. Inferius .n. quadrupedia & reptilia. Supius vero aues & homines habuisse creditur. Ibi lata, vbi bestię. Ibi angusta, vbi hoēs, quia in carnalibus ampla, in spiritualibus angusta. Vbi enim bestiales tolerat, latius sinum laxat: vbi rationales habet, ad summum ducitur. *Lata est quippe via quæ ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam. Angusta est porta quæ ducit ad vitam, & pauci veniunt ad eā.* Arca summis angustatur vsque ad vnum cubitum, quia in ecclesia quanto sanctiores tanto pauciores, qui in summo ad illum perducūtur, quia solus homo sine comparatione sanctus natus est, sicut passer vnicus in ędificatione. Tanto ergo magis mali tolerandi sunt, quanto plures sunt, quia in areæ triturapauca sunt grana, quæ in horreis seruantur, grandes aceruipa[le]arum, quę ignibus comburuntur.

GREG. *Moraliter* autem qui se ab amore mundi conuertit, in corde ædificat arcam salutis, habens in se longitudinem, i. trinitatis fidem, ac longitudinem vitę & immortalitatis. Latitudinem in charitate, qua potest bene facere etiam inimicis. Altitudinē in spe qua se erigat ad cęlestia & summam actuum ad vnum referat.

✿ d *Et vniuersa quę in terra sunt consumentur.* AMBR. Quid muta deliquerant animātia? Sed quemadmodum in bello cum imperator ab hoste occiditur commoritur eius exercitus. Denique si quando est pestilentia, corrupto cęli tractu, prius ea quę sunt irrationabilia, lues dira contaminat, & maxime canes, equos, boues, atque ea inficit quæ cum hominib. conuersari videntur. Sic morbi vis genus humanum implicat. Tertium illud est, quia rationis expertia non propter se, sed propter hominē generata sunt animalia, alia propter vtilitatem, alia delectationis gratia, alia voluptatis. Consequens ergo erat, vt cum deleretur homo a facie terræ, propter quem facta sunt, etiam ipsa pari delerentur occasu.

E ✿ e *Et ingredieris tu & filii tui, &c.* CHRYS. Licet a virtute iusti illius abfuerint, tñ duas ob causas salute potiti sunt. Vna in honorem iusti. Consuetudo. n. misericordis Dei est, vt pp seruos suos saluentur & alij. Quod Paulo concessum est, cum Romā nauigaret, orta tempestate oīb. qui in naui erant, dicit, *bono animo estote, amissio nullius erit ex nobis præterquam nauis. Astitit mihi hac nocte angelus dicens, Ne timeas Paule, dedit .n. tibi dominus omnes qui tecum nauigant.* Altera causa est, quia volebat semen aliquod & radicem ad posteritatis constitutionem relinquere.

f *Et ex cunctis, &c.* AVGVSTINVS. Quæritur de minutissimis ☞ an-

Biblical text (centre):

a † ea facies, & in cubito cōsummabis summitatem eius. Ostium autē arcæ pones ex latere, deorsū, 1 cœnacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuii super terram, 2 vt interficiam omnē carnem, in qua spiritus vitæ est subtus cęlū, & vniuersa quę in † terra sunt consumentur. Ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tu & filii tui, vxor tua & vxores filiorum tuorum tecū. Et ex cunctis

Interlinear: a Ostium in latere arcæ, vulnus in latere Christi. — a LXX. Bicamerata & tricamerata. — a Dete & de familia tua conseruanda ad reparationem humani generis.

Margin notes: † alias, Tarca. — 1 Deorsū cænacula & tristega. Cal. Inferiores mansiones inferiores secundas & tertias. — 2 Et interficiam. — 3 Qui arcā ingredi deberent. — Matt. 7. b. — al. † terra. — Mali tolerandi. — li. de Noe et arca c. 13. — Homi. 24. in Gen. — li. 15. de ciuit. c. 27.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et in cu. &c. *Ab angulis arcę superioribus tectum procedebat sese constringendo, ita quod in summitate latera non distabant nisi per cubitum, & hoc erat ut pluuia descendens super tectum extra arcam deflueret facilius, & ut arca inter impetu[s] [ventorum] staret firmius.*

Ostiū arcę 2 Ostium autem ar. &c. *Hic est punctus secundum Hebraicam literam. Ostium enim arcæ non poterat conuenienter poni in inferiori parte, quia arca fuit profundata inter aquas per duodecim cubitos & plus, vt videbitur inferius. Item secundum expositores Catholicos istud ostiū fuit in confinio habitationis animalium & apothecæ, ita quod ostium erat supra duas mansiones.*

3 Deorsum. *Hebraicus textus habet,* infima, secunda, & tertia, *vel terna. Ex hoc patet quod ly deorsum, coniungitur cum litera sequenti: secundū. n. istam literam videtur q[uod] in arca erant tres mansiones ascendendo, vna super alteram, ita quod infima vocabatur sentina vel stercoraria, quia ibi feces defluebant, & ista dicitur fuisse simplex absque aliqua inclusione, media autem vocabatur apotheca, quia ibi reposita erant victualia, & dicitur fuisse bicamerata, quia alia animalia viuunt herbis, alia fructibus, & ideo in vna distinctione erant fructus, & in alia herbę. Superior autem mansio quia maior erat, erat distincta duabus interclusionibus, & sic erant ibi tria spacia, medium erat pro hominibus & auibus, duo autem lateralia pro animalibus mitibus & immitibus, vt patet in figura prima. Aliqui dicunt, quod iste quinque mansiones erant absque distinctione media, vna super aliam secundum longitudinem & latitudinem arcæ, ut patet in figura secunda.*

*Sciendum tamen, quod quadratura huius arcę non potest bene figurari in plano, sed figuratur unum latus secundum longitudinē, & alia tria latera supponenda sunt per imaginationem suspicientis. sed prima expositio magis consonat literæ in Hebraico et latino.*

Fœdus Dei cum Noe. 4 Ponamque fœdus, &c. *Non loquitur de fœdere quod pepigit cum Noe per apparitionem iridis, vt habetur infra 9. c. sed magis de fœdere ad conseruandum ipsum Noe et societatem suam a malis hominibus illius temporis, dicebant enim quod si viderent eum velle intrare arcam, ipsum interficerent ne ipsis morientibus in diluuio ipse remaneret. hoc est quod uidetur sonare litera sequens.*

5 Et ingre. ar. &c. *s. salui. Cętera patent usque ibi.* 1 Vt

## MORALITER.

1 *Et in cubito consumma. summitatem eius.* Per cubitum qui est mensura minima hic descriptorum intelligitur virtus humilitatis, quæ ad summa eleuat. Luc. 14. c. *Qui se humiliat, exaltabitur.*

2 *Ostium autem arcę pones in latere.* Habuit enim arca quatuor latera, per quæ quatuor virtutes cardinales designantur. Latus vero in quo fuit ostium, prudentiam designat, quæ constituit medium in aliis uirtutibus, & ideo per eam est ingressus intra arcam, quæ, ut dictum est, significat ædificium virtutum.

3 *Cœnacula & tristega in ea facies, &c.* Repetitio est eius, quod † dictum

A animantib. quales sunt mures & stelliones, quales & muscæ & scabrones, scarabei & pulices, si numerus seruatur? Sed q̃ non de coitu generantur, sed de terrę humore vel cadauerũ vel aliarum rerum corruptione nascuntur, nõ fuit necesse in arca esse, quod innuitur cum dicitur, dę volucrib. iuxta genus suũ, & de iumentis in genere suo. Illa quoque quę in domibus versantur, sicut pulices, mures, muscæ, non fuit necesse secundum numerum esse quę intelliguntur tunc in domibus plura fuisse. Quæ autem ex commixtione diuersi generis nascuntur, sicut muli, burdones, & huiusmodi, non est dicendũ in arca fuisse. Quæ autem in aquis & in terris cõmuniter viuunt sicut luteres, vituli marini, extra arcam habebant loculos præparatos, quibus se possent recipere velut in aridis. De auibus quoque marinis & fluuialibus idem sentiendum. Quod cuncta animalium genera includũtur ĩ arca, significat quod ex omnibus gentibus & nationibus congregatur ecclesia, sicut in disco petri munda & immunda sunt animalia, sic in in ecclesiæ sacramẽtis versantur boni & mali.

a Tolles

a Omnib. iumentis.

animantib. vniuersæ † carnis bina induces in arcã, vt viuãt tecũ masculini sexus, & fęminini. De volucrib. iuxta genus suum, & de 2 iumentis in genere suo, & ex oĩ reptili terrę secũdũ genus suum.

a Sponte non hominis actu, sed Dei nutu.

Bina de omnib. ingredientur te-

a Ne diluuio perirent.

a cum: vt possint viuere. Tolles igi

a Quasi quæreret vnde viueret.

tur tecum ex oĩbus escis quę mãdi possũt, & comportabis apud te, & erunt tam tibi, quam illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

a Tolles igitur, &c. Solet quæri de animalibus quæ tantum putantur vesci carnib. vtrum præter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati quæ aliorum alendorum necessitas coegisset includi, vel quod magis credendum est præter carnes alimenta esse potuerunt, quæ omnibus conueniret. Multa enim animalia quibus caro cibus, fructibus est pomisque vescuntur, maxime fico & castaneis. Potuit ergo vir iustus & sapiens & diuinitus admonitus, quæ cuique congrueret, alimoniam præter carnes reperire & condere, & omnibus vesci cogit fames & nihil est quod De⁹ suaue & salubre facere non possit, qui etiam vt sine cibo viuerent diuina facultate donaret. D

† * Procopius. Quidam ambigũt, 1 qua ratione possibile fuerit, vt arca pro sua magnitudine quiuerit recipere alimenta quę sufficerent tot anima 2 libus, per annuum tempus. Hi sciant totum illud ædificium excitatum esse Deo imperante, proinde non multo 3 indigebant pabulo bruta, cum benedictione Dei pascerentur. Habes Mosem qui quadraginta dieb. vixit in mõte sine vllo cibo.

in cap. C.

☞ a Ex

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt possint viuere. *Ex quo patet quod pisces non erant ibi positi, quia saluati sunt in aquis peccata enim propter quæ dominus adduxit diluuium super terram, facta fuerunt in terra & non in aqua, & ideo pisces non fuerunt mortui sicut alia animalia & aues.*

2 Tolles igitur tecum, &c. *Ad munitionem arcæ vsque ad annum integrum, quia ad tantum temporis fuerunt in arca, vt patebit infra.*

3 Et erunt, &c. Nõ *tamen indifferenter & communiter, sed singula singulis secundũ conditionẽ naturę suæ, verumtamen tẽpore necessitatis bene viuunt homines & animalia de cibis, quos alias non comederent.*

1 Dixitque

MORALITER.

† dictũ est, *mansiunculas in arca*, &c. ideo nihil nouũ hic pono.

† *Bina de omnibus, &c.* Per binarium charitas designatur eo q̃ sunt duo præcepta charitatis, Dei scilicet & proximi. Per hoc igitur quod bina de omnibus ingressa sunt arcam, designat quod qui charitatẽ non habent, extra ędificiũ virtutũ manẽt.

1 *Tolles igitur, &c. escis.* id est ex scripturis sacris quibus nutriũtur omnes fideles &, reficiuntur.

Hic

*In c. 6. vbi dicitur in postilla. Hoc exponitur multipliciter, vno modo per hoc quod intelliguntur dæmones incubi, &c.*

*ADDITIO I.*

*Hæc expositio quã refutat postillator est consonans literæ & ẽt conformis sententiæ Aug. Nec ratio cõtra eã per postillatorẽ facta videtur valere. Primũ patet, Nam vbi nostra litera habet:* Gigantes aũt erant super terrã. *Hebraica veritas habet* נפילים *Nephilim, quod nihil significat nisi cadentes, prout etiã in gl. nr̃a interliniari habetur, per quod proprie significantur dæmones, qui de cęlo ceciderũt. De quib. Esa. 14. c.* Quõ cecidisti de cęlo lucifer, &c. *Et Christus Lucę. x. c.* Videbã satanã sicut fulgur cadentẽ de cęlo, &c. *Isti. n. cadẽtes dicuntur fuisse super terrã in dieb. illis. s. ante diluuiũ, q̃a pro tũc cognoscentes magnã dispositionẽ seu pronitatẽ hominum ad malũ, frequentabant magis conuersationem suã cũ eis, intantũ quod in corporib. assumptis mulierib. commiscebantur. Secundum patet, nam secundũ Aug. 15. de ciui. Dei. c. 23. huiusmodi dæmones tales concubitus exercentes, vulgus vocat incubos. Nã dicit: Et quoniã creberrima fama est multiq; se expertos, vel ab eis qui experti essent (de quorũ fide dubitandũ non est) audisse confirmant. Ex quo quidẽ, talẽ commixtionẽ concubitumq; negare (prout ipse* Aug. *ibidẽ dicit) imprudentia videtur esse, eo q̃ a multis expertis confirmatur:* Hoĩes *interdũ nascuntur nõ per semen ab ipsis dæmonibus decisum, sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum, vt pote q̃ idẽ dæmon qui est succubus ad virũ, sit incubus ad mulierẽ, & sic ille qui nascitur, nõ est filius dæmonis, sed filius hominis. s. illius cuius est semen acceptũ, prout ẽt patet in prima parte, q. 52. art. vlt. in respõsione ad vltimũ arg. Tertiũ patet. Nã diluuiũ non erat pena dæmonum hoc exercentiũ, sed in pęna hominũ ad hoc se disponentiũ, & potius in pęnã hominũ qui ex tali concubitu nascebantur, qui erant potentissimi & pessimi, sicut inf. declaratur postilla, qui nõ solũ per se exercebant mala, sed ẽt alios per suã potentiã & maliciam ad hoc inducebant, eo modo quo legitur inf. 10. b. de Nemroth. Et hanc expositionem tenent antiqui Hebræorũ. s. q̃ cadẽtes in hoc loco intelliguntur dæmones qui de cęlo ceciderunt. Si aũt quæratur, quõ tales. s. sic nati per dæmonum administrationem erant tam proceræ staturæ, ita q̃ alij homines quasi locustæ videbantur in comparationẽ eorũ, vt habetur Num. 13. d. cũ tales nõ erant filij dæmonũ, sed potius filij hominũ, vt dictũ est, & per consequens deberent esse in cõmuni hominũ statura. Dicendũ q̃ hoc fiebat (Deo permittente) virtute dæmonum, qui s̃m Aug. in 13. de trinit. possunt adhibere semina corporalia ad aliquos effectus mirabiles producendos. vnde cum non omnis virtus naturæ creatæ est nobis nota, possibile est quod dæmones illi cum semine virili & fœmineo adhibebant quædam alia seminales rationes habẽtia, per quæ commixtio complexionis taliũ pdicto modo gñatorum esset apta ad hoc, vt tales cæteros homines multũ excederẽt in statura, & in aliis virib. corporalib. vt possent eos compellere ad libitũ suum. Et hoc modo magi per dæmones miracula dicuntur facere, licet non simpliciter, sed quo ad nos, prout in prima parte. q. cx. art. vlt. in responsione ad s̃m arg. Quæ quidẽ res sic per administrationem dæmonum productæ quandoq; sunt vere res, quandoq; s̃m apparentiam tantum, ut in prima parte. q. 64 art. vlt. Et circa hoc videtur notandum, q̃ sicut ante diluuium quidã fuerunt excedentes cæteros homines in duratione vitæ, & hoc dispositione diuina, vt diuinorũ cognitio propinquius & certius deueniret ad posteros, vt dictum fuit supra in additionẽ in c. supra proximo, sic quodãmodo cõtra per administrationẽ dæmoniacam permissione diuina fuerunt illo tpe quidã alij cæteros excedentes in corpulentia & corporalib. virib, vt alios inducerent ad corporalia, & distraherent a diuinorum cognitione. Vnde primus excessus laudabilis & a Deo causatus & inceptus fuit in longitudine vitæ, q̃ quidẽ vita pprie pertinet ad animã, q̃ corpus viuificat. Secundus vero excessus execrabilis fuit in quantitate, mole corporali potẽtias aĩę superiores aggrauante, &c.*

Incubi.

F

In eo. 6. cap. *vbi dicitur in postilla:* Aliter exponit Rab. Sal.

*ADDITIO II.*

*Alij expositores Hebræorum hunc passum aliter exponunt, & forte melius. Dicunt. n. q̃ cum hic dicit:* Spiritus meus, *intelligitur anima humana q̃ est a Deo in ipso hoĩe inspirata s.* Gen. 2. b. Inspirauit in faciem hominis spiraculũ vitæ. *Et vbi nos habemus:* Non permanebit sps meus in hoĩe, *veritas literæ* Hebraicæ *habet quoddã verbum q̃ vno modo deriuatur a vagina, & est sensus:* Deus Nõ vaginabitur spiritus meus in homine. *i. non intrabit aĩa a me inspirata in homine, id est in corpore humano, in quo anima consideratũ seu imaginatur intrare seu contineri sicut gladius in vagina.* In æternũ, *id est, de cætero, & per hãc sententiã videtur q̃ Deus iudicabat de cætero homines non esse procreandos. s. post cxx. annos. Hoc etiam videntur sonare verba, quæ inf. in hoc c. circa hoc dicunt. s.* Delebo inqt hominẽ quẽ creaui, &c, Et penitet me fecisse eos. *Ex quo videtur q̃ sententia lata erat contra totum gen⁹ humanum de cætero nõ pcreãdum seu p successionẽ cõtinuãdum, fuit tñ contra hãc senĩam postea dispensatum cum Noe, & ideo subdit immediate:* Noe vero inuenit gratiã corã dño. *s. quod fuit fuit a pdicta sententia exceptus cum sua posteritate, ut statim sequit. Cuius sentẽtiæ diuinæ ratio subditur, cum dicit:* Quia caro est. *Pro quo notãdum, q̃ cum aĩa mouet corpus ad opera spalia bona, tunc*

Nota de anima.

* *est in*

*est in hoīe sicut spiraculū vitæ, prout fuit in prima hominis conditione.* A *Sed cū non potest corpus mouere isto modo, sed potius ab eo aggrauatur, seu detinetur, tunc videtur esse in homine sicut gladius in uagina, qui nō mouet eum, sed potius occultatur & detinetur in ea, & hoc est quod dicitur.* Quia caro est, *non dixit, quia carnalis est, sed* quia caro est. *q.d. totaliter videtur esse separatus ab anima in suo esse, sicut gladius a uagina, ac si esset caro formata sine spiritu spiritualiter viuificāte. Vel potest dici,* Quia caro est. *i. non inclinatur ad opera spiritus mei, sed ad opera carnis, & sic in vanū uidetur quod spiritus meus inuaginetur in corpore humano.* Eruntq; dies illius, &c. *exponatur sicut in alia expositiōe, &c.*

*In eod. cap. 6. vbi dicitur in postilla.* Gigantes autem erant. *i. homines proceri, &c.*

## ADDITIO III.

Gigantes. *Gigantes autem in hoc loco, prout dictū fuit supra in alia additione cadentes dicuntur in Hebræo, quod proprie significat dæmones, ut ibidē dictum fuit, sed exinde deriuatū est hoc nomē ad homines proceræ staturæ, & robustissimos corpore, qui generabantur per illā cōmixtionē seu concubitum incuborū & succuborū, uel ex eis descendebant, licet tales sic geniti essent ueri homines, nō cadentes de cęlo, sed de terra nati, & de talibus dicitur* Num. 13. d. Vidimus filios Enos de genere giganteo. *s. ꝙ non erant gigantes primo nati, sed ex giganteo genere modo prædicto. Nec ex hoc ꝙ tales fuerūt post diluuiū, sequitur tales non fuisse genitos a dæmonib. ut postillator videtur uelle, quia eod. modo potuerunt generari post diluuiū sicut & antea, ꝙ ueritas Hebraica etiam testatur, quæ in hoc loco sic dicit* Gigātes. *s. cadentes* erāt sup terrā ī dieb. illis, &c. ēt postea, cum egressi sunt filii Dei ad filias hoīm, illęq; genuerunt, &c. *unde in hoc ꝙ dicit.* gigātes erāt sup terrā in dieb. &c. *intelligit plane ante diluuiū. Quod autē immediate seqtur,* & ēt postea, *intelligi dēt post diluuium. s. quod ēt post nati fuerunt gigantes sicut prius* B *s. ex concubitu dæmonum. licet non ex eorum semine, sed humano, prout fuit supra dictum, & inde per succeßionum humanam, licet forte non ita frequenter post diluuium sicut ante, uel quia homines nō sunt ad hoc ita dispositi, uel etiam quia non concurrebant ita frequenter aspectus syderum ad hac pertinentium, quæ in hoc loco multum possunt operari,*

*In eodem cap. 6. vbi dicitur in postilla,* Pœnitentia autem & dolor *& cætera passiones, &c.*

## ADDITIO IIII.

*Pœnitentia & cæteræ passiones, inquantum defectum importāt, non dicuntur esse in Deo, nec s̄m rem, nec secundum similitudinē. Malum. n. licet cognoscatur a Deo, non tñ habet ideam in Deo, nec secundum ꝙ est exemplar, nec secundum ꝙ est ratio, prout patet in prima parte, q. 15. ar. 3. in responsione ad primum ar. Vnde uerius & tutius dicitur, ꝙ huiusmodi passiones dicuntur de Deo secundum similitudinē effectuum. s. quod a Deo producuntur effectus similes effectibus a pœnitente productis. Magna enim differentia est inter huiusmodi locutiones. nam prima ponit similitudinem inter Deum & pœnitentem inquantum est penitens, quod est inconueniens. Secunda vero non ponit similitudinem nisi inter effectus a Deo productos, & effectus productos a pœnitente.*

*In eod. cap. 6. ubi dicitur in postilla.* Non loquitur hic de fœdere. *quod pepigit cum* Noe.

## ADDITIO V.

*Dicere quod mali homines illius tēporis uel bāt interficere Noe, si uideret ipsum intrare in arcā, videtur ficticium, cum nullum habeat in scriptura fundamētum. Nec ēt hoc requiritur ad planum sēsum literæ habēdum. Indigebat. n. Noe maxima cōseruatione diuina, ne periclitaretur cum suis in tot fluctib. & maximis inundationib. similiter in riparum concussionib. in quib. sæpe periclitantur etiam experti in arte nauigatoria. vnde requirebatur fœdus diuinum, seu eius securatio, ad hoc, ut ab huiusmodi periculis esset tutus, ad humani generis reparationem. Vnde Gl. interlinearis in hoc loco vbi dicitur.* Ponāq. fœdus meum, *dicit de te* C *& familia tua conseruanda, ad reparationem humani generis, ad quod litera sequēs satis concordat, cum dicitur.* Ingrediens arcam, tu & filij tui, *hoc est, ingredi potes securus a periculis occurrentib.*

## REPLICA.

*Correctorij contra Burg. in c. 6 vbi postillator refutat eorum expositionē qui ꝑ* filios Dei *dicunt intelligi debere dęmones incubos, &c. Bur. opponens se, dicit illā expositionē esse conformem literæ & dictis beati Aug. Primū declarat, qa ubi litera nostra hēt* gigātes, *litera* Hebraica hēt Nephilim, *quod nihil significat nisi cadentes, ꝙ proprie conuenit dæmonib. Ad secundum probādum adducit beatum Augus. 15. cap. 23. de ciui. Dei, dicentem, quod impudentiæ est negare quod a multis expertis confirmatur, sicut de incubis. Sed his non obstantib. non uidetur de incubis litera præsens exponenda, nec Gl. nostra ordinaria sic exponit; Argumentū autem Burg. de dictione Hebraica, scilicet Nephilim, quam dicit significare cadentes, non multum cogit, quia non solum dæmones, sed et quicunque peccatores dicuntur in scriptura cadentes, iuxta illud Psal.* Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatē, *& in Apoc. Prauorū casus sub nomine Babylonis geminatur cum dicitur.* Cecidit, cecidit Babylon, &c. *Cum. n. iustorum conuersatio sit in cęlis, & quidam ascensus, quid igitur peccatores sunt nisi de cęlis id est cęlesti conuersatione cadētes? Secundum dictum Burg. quod expositio de incubis sit conformis dictis beati Augustini non uidetur uerum, nā beatus Augustinus 3. de ciuitate Dei. c. 4. mouet quæstionem de hac materia, sed eam ibi non determinat. Quintodecimo aūt lib. c. 23. dicit, quod non audet diffinire de incubis, sed imprudentiæ est negare quod tā multorum sententijs approbatur, ubi non negat beatus Augustinus incubos esse, uel fuiße Sed hoc nihil est ad propositum huius literæ, secundum suā intentionem. Nā in eodem c. allegato pertractās hanc literam, dicit, quando scriptura ponit quod filij* Dei ingressi sunt ad filias hominum, *ꝑ filios Dei intelliguntur de genere Seth, & per filias hominū, illæ de genere Cain, vñ patet primo ꝙ postillator secutus est beatū* Augustinum. *Patet secūdo, quod Burg. truncatū uidit textum beati* Augustini. *Patet, tertio quod sicut hic ita sæpe Burg. ꝯtra postillatorem fingit occasiones. Patet quarto, quod Bur. ꝓfert expositionē Iudæorum infidelium sanctis Doctorib. & Glosæ ordinariæ, quod tamen apud Burg. est ualde reprehensibile, ut patet in quæstione sua præambula. Item in eod. ca. ubi postillator exponit hunc locum.*

Non permanebit sps meus in homine, &c. *De spiritu Dei, non de anima hominis, ad modum beati* Hieronymi. *Gl. ord. & Magistri historiarum. Burg. uero quasi Hismael (cuius manus contra omnes) præponderat figmenta Hebræorum omnib. adducens modū loquendi rusticalem, quod anima sit in corpore quasi gladius in uagina, cum s̄m omnium una vox sit, quod sit tota in toto, et tota in qualibet eius parte, qualiter gladius non est in uagina, nec gladius cum uagina constituit totum essentiale, sed unū per accidens. sicut continens cum contento, qualiter non aīa cum corpore. Nec ex hoc modo loquendi sequitur conueniens expositio literæ, cum dicitur.* Non permanebit spiritus meus in homine, *ubi ipse loco* permanebit, *dicit in* Hebræo poni inuaginabit, *quia hæc vaginatio aīæ quā describit, non est in homine, sed in corpore, cum litera dicat.* Nō ꝑmanebit, sps meus in homine, quia caro est, *i. carnalis, Illud etiā* E *quod ad declarādum suum ꝓpositum ponit, non uidet ualere, uidelicet quod anima mouens ad opera bona, est in corpore ut spiraculū vitę. Sed cū non potest corpus inclinare ad bene operandū, sequitur ex consequenti, tunc peccatū non committi.* Laudabile. *n. & uituperabile non nisi ex uoluntate oritur, siue eliciente, siue imperante, & secundū doctrinā beati Aug. 1. retracta. c. 12. Vsq; adeo peccatum uoluntarium est, vt nullo modo sit peccatum, si non fuerit voluntarium. Vnde si anima foret in corpore contenta, actione carens in actu peccandi, sicut gladius in uagina, vtiq. animæ peccatum imputari non posset. Hic etiā Burg. contra duas suas regulas supra positas venit, Primo supponendo extra literam multa quæ in nulla sunt authoritate fundata. Secundo præponendo sententiam extortam* Hebræorum *expositioni communi sanctorum, & puto quod non nisi in odium postillatoris. Item in eodē capitulo, ubi postillator dicit ex intentione Augustini. Gigantes genitos ex filis Dei, id est de genere Seth. ingreßos ad filias hominum, de genere Cain, Burg. instat dicēs, quod ex dæmonibus, ex eo quod Gigantes in Hebræo dicuntur* Nephilim, *id est, cadentes, quod supra improbatum est & solutum, & specialiter uidendum est quod non plus dicitur in litera de* Gigantibus, *nisi quod fuerint illis diebus super terram, & sic credendo Burg. intentioni, nihil plus significaretur iuxta suam interpretationem, nisi quod dæmones illis diebus fuissent super terram. Non dicitur autem in litera, quod Gigantes, id est, dæmones secundum eum. genuerint gigantes, quia per hoc significaretur quod dæmones genuissent dæmones; Sed dicitur in litera, filios Dei genuisse, & ad filias hominum ingressos, quos & quas irrationabiliter Burgensis Dæmones uel gigantes appellat, per ea quæ hic & supra dicta sunt.* Non negatur positio incuborum, & succuborum, nec negatur quod illis vijs poterant generari gigantes, sed solum negatur F *haberi ex ista litera, prout negat beatus Augustinus. Et Burgen. aggrediens & uolens ostendere quare nunc non nascantur gigantes sicut tunc, dicit, quia non concurrunt ita frequenter aspectus syderum ad huiusmodi pertinentium, qui in hoc multum possunt operari. Quod dictum nihil facit ad sensum literalem, sed uidetur fauere errori Mathematicorum & fatorum, quo dicitur homines disponi varie ex constellationum varietate, quem reprobat beatus Augustinus, & beatus Gregorius, & alij sancti Doctores.* Item in eodē capitulo vbi postillator dicit passiones *humanas secundum similitudinem cadere in Deum nullo modo secundum rem, similitudine tamen attenta non penes Deum & pœnitentem, sed penes effectus vtriusque, & hoc exēplum postillatoris cū dicit, quod Deus se habuit sicut volens dissipare quod fecerat, circa quem modum dicendi Burgensis laborat, sed redit in idem. Item in eodem capitulo vbi postillator dicit fœdus Dei cum* Noe *pertinere ad defensionem eius a malis hominibus & cætera, non excludit, quin pertinebat ad quæuis alia pericula, quorum aliqua Burgensis tangit. Sed quod Burgensis dicit præfatum modum dicendi postillatoris esse ficticium, & ad sensum literalem non pertinere, frustra & calumniose loquitur, nam ad habendum literæ veritatem secundum* Augustinum, *in principio tertij libri de doctrina Christiana, non est abiiciendum quicquam in expositione sacræ scripturæ, nisi quod fidem impedit.* D *ictum autem postillatoris fundatur supra manifesta verisimilitudine non impediente, sed promouente fidem, est enim verisimile, si Abel iustus cum vnico iniquo Cain non potuit esse securus, quod* Noe *iustus (ex ista litera) minus inter tot reprobos securus fuisset, nisi iuxta fœdus Dei fuisset protectus a Deo.*

Psal. 35. c. Apo. 14. b.

CAP.

CAP. VII.

A

**E**X omnibus animantibus mundis, &c. RABANVS. Nō geminatū septenariū, id est, xiiij. sed tātū septem debemus accipere. Similiter duo & duo, nō quatuor, se tātum duo, masculum et fęminā. Et notandū ꝙ munda animalia impari numero, id est septenario introducuntur. Immūda vero pari, quia impar numer⁹ virtutis speciem portēdit, par vero infirmationē. Plura sūt mūda, vt egress⁹ Noe de arca haberet qd immolaret & manducaret.

Pręcipit Noe arcā ingredi. Noe iust⁹ Hom. 24. in Gen. † 32. q. 1. c. nuptiæ.

✱ CHRYSOSTOMVS. Vnde sciebat iustus quæ munda & immunda? Nondum enim erat distinctio hæc facta in lege Mosis. Cōsidera quomodo in nōnullis locis ab aliquibus abstinent aliqui, vt immundis & non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur, consuetudine sed ad hoc inducente, sic & tunc quoq; erat. Ipsa scientia a Deo insita docebat, quęnam ad cibum accomoda & quæ immunda non vt sint, sed vt pro immūdis habeantur. Nam quare asinum immundum censemus, cum tantum legu minibus pascatur. Posset autem aliter dici, quia Deus qui præceperat, idem & scire ea manifeste fecit.

Alias † tolle.

B

In ca. 6.

✱ PROCOPIVS. Ausus est pronunciare Bardesanes, alium esse qui dixerat bina & bina, & alium qui septem & septē Nam Hebræorum genus aliis atque aliis nominibus appellat Deum. Et proinde duos fuisse gestit concludere, qui illa protulerint. Verum munda & immunda vocātur animalia, nō qđ Deo talia esse videātur, qui fecit omnia valde bona Sed sic a nobis & ab his qui illo seculo viuebant iudicabāturl

Quæst. 20.

✱ THEODORETVS. Septena de mundis seruari iussit, ut pietatis cultores ex his sacrificanda haberent, & quia hominib. vt carnes comederent permissurus erat, ita vt sex ad ꝓpagationem, vnum ad sacrificium sufficeret.

ISIDO. *Ex omnibus animantibus, &c.* Non quod plures sint boni quam mali, sed quia boni *seruant vnitatem spiritus in vinculo pacis*, qui septiformi operatione commedatur. *Sapientia, intellectus, consilij fortitudinis, scientiæ, pietatis, et timoris domini.* Vnde quinquagenarius numerus ad aduentū spiritussancti pertinens in septies septem consummatur: qui sunt quadraginta nouem vno addito Vnde: *Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.* Mali vero in in b nario continentur tanquā diuisibiles, & ad schismam faciles. Noe vero cum suis octau⁹ numeratur, quia in Christo spes resurrectionis apparuit, qui octaua die, id est, post sabbati septimam resurrexit, qui dies a passione tertius in numero dierum, qui per omne temp⁹ voluuntur & primus & octauus.

D Septemdona Spūs sancti. Eph. 4. a.

CAP. VII.

**D**Ixitque dominus ad eū: Ingredere tu & oīs dom⁹ tua in arcā. † Te .n. vidi iustū corā me in generatione hac. † Ex oībus animentibus mūdis

a ¶ Vt plura essent quæ hominibus prodessent, quam quæ nocerent.

†tolles septena & septena masculum & fęminam: de aīantib⁹

¶ Omnia munda sunt naturaliter: sed comparatione meliores naturæ quædam dnt immūda: sicut bos leone melior: quia homini necessarior pp quem creata sunt oīa.

vero immūdis duo & duo, masculū & fęminam: Sed & de volatilib⁹ cęli septena & septena, masculū & fęminā, vt saluetur semen super faciē vniuersæ terræ. Adhuc enim & post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus & quadra

AVGVSTINVS. Quæritur vtrum tam magna arca centum annis potuit fabricari a quatuor hominibus, id est, Noe & filiis eius tribus. Sed si non potuit, non erat magnum alios fabros adhibere, quamuis operis sui mercede adepta, non curauerunt vtrum Noe sapienter, an inaniter faceret, & in eam non intrauerunt, quia non crediderunt quod ille credidit.

Quæstio. In qōnib. super Ge. † 2. Pe. 1. b

b *Ego pluam, etc.* ISIDOR. Quia omnis reatus contra decalogum committitur per vniuersum orbem, qui partibus quatuor diuiditur. Quater vero decem quadraginta fiunt. Siue reatus contrahatur ex prosperitate, quod pertinet ad dies, siue ex aduersitate, quod ad noctes in baptismo abluitur

✱ AMBROSIVS. Cur postquam Noe ingressus est in arcam, post septē dies diluuium factum sit. Tot interpositi sunt dies, quot in constitutione mundi fuerunt. Sex enim diebus factus est mundus, septimo requieuit. Quo declarauit se esse auctorem mundi & diluuij. Mundum propter suam bonitatem condidit, diluuium fecit nostrorum merito delictorū. Admoniti sunt ergo homines, vel ex numero dierum quib. mundus est conditus, quod conditorem suum non lacrymis solum & precatione, sed correctione morū recōciliare debuerāt. Secundū est, vt hinc domini clementiam colligamus, quia multorum annorum offensionem, paucis diebus si pœnituisset eos, vol uisset relaxare.

Li. de Noe & arca. ca. 13. E

c✱ *Ego pluā super terrā quadr. dieb. et quadraginoctib. et deleb. &c.*

IDEM. Delebo tanquam apices qui delentur sine fraude librorum & sine immunitione tabularum. Attramētum deletur sed lignum manet. Delētur elemēta, vt scribantur plerunque meliora, Delebo corruptelam carnis, vt scribam incorruptionem. Delebo de libro terræ, vt scribam in libro uitæ.

☞ a Eratq.

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. VII.

1 Stat⁹ Noe describitur

**D**Ixit dominus ad eum. *Hic consequenter describitur status Noe, & in primo diluuio existente super terram, Secundo in illo recedente c. 8. c. Circa primum, primo describitur Noe ingressus in arcam. Secūdo diluuij accessus super terram, ibi,* Anno sexcentesimo uitæ Noe. *Tertio diluuij excessus, ibi.* Factū est diluuium. *Quarto creaturę viuentis decessus, ibi:* Consumptaq. est omnis caro. *Circa primum sic dicit.*

2 Ingredere tu, &c. *Idest prepara te ad ingressum, quia post septem dies ingressus est, vt dicitur infra.*

3 Ex omnib. animātibus mūdis. *Dicunt hic aliqui ꝙ mūda & immunda dicuntur hic pro futuro. i. quæ distinguēda sunt munda ab immūdis per legem dandam tpe Moysi. Hebræi aūt dicunt quod ante legē fuit distinctio mundorū & immundorū, maxime quātum ad oblationē & sacrificiū, vt patet ꝑ illud quod dicitur ca. se. vbi dicitur quod Noe obtulit sacrificium de aīalib. mundis tātum. Vnde & aliqua legalia seruata sūt ante legē, sicut de obseruatione sabbati, ut patet sup. 2. c. & de prohibitione esus sanguinis, ut patet inf. 9. c. & de circumcisione, ut patet inf. 17. c.*

Andreę reiellit opinionem.

4 Septena & septena, &c. *Ex hoc loco dicit Andreas ꝙ de aīalib. mūdis fuerunt quatuordecim: septē masculi, & septē fœmellę, ex immūdis uero duo, masculus & fœmella. Et arguit hic ex textu, quia ibi dr̄ infra.* Ex oī qđ mouet super terrā duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam. *Et postea, & quæ ingressa sunt masculus & fœmina ex oī carne introierūt & ideo ex hoc reprobat dictū eorū qui dnt, ꝙ de animalib. mundis, & auib. fuerunt septem tantum indiuidua. Sed ad multiplicandū per generationē, uidelicet tres masculi & tres fœmellę, septimū aūt etiā fuit masculus, vt haberet Noe quod offerret in exitu de arca, qa vt arguit ista Andreas sic introisset septimū indiuiduū nō cōbinatū & masculus sine fœmella quod vr̄ contra literam pręallegatam. Nec ut dicit oportuit addi septimum pp oblationē fiendam, quia sciebat Noe quod tādiu starent in arca aīalia & aues, qđ ibi poterant prolificare, & sic de fœtib. & pullis poterat sacrificare. Sed dictū istius Andreæ vr̄ minus rationabilis q̄ aliorū, quia si de oībus mundis fuissent ibi quatuordecim, ar ca fuisset nimis occupata de tot animalib. & auib. & cibis eorum. Item non fuerunt seruata indiuidua, nisi propter multiplicationem & oblationē. Ad multiplicationē aūt sufficiebant tres masculi, & tres fœmellæ de qualibet specie mundorum, qđ ēt patet ex specie humana, cuius multiplicatio erat principaliter a Deo intenta, & tñ nō fuerunt seruata nisi octo indiuidua, quatuor masculi & quatuor fœmellæ. propter quod vr̄ inconueniens dicere quod de aliqua alia specie aīalis, vel auis quatuordecim sint seruata. Itē quod assumit de prolificatione aīalium & auium in arca falsum est, qa in arca nō fuit coitus hoīum neq. bestiarū seu auiū, sicut dr̄ Rab. Sal. & alij Hebræi, & hoc pp vniuersalē tribulationē mundi. Vnde Ionę 3. c. tribulatione Niniue dr̄.* Hoīes & iumenta & boues & pecora non gustent quicquā, & non pascātur, & aquā nō bibāt. *& de hoīb. hoc satis patebit per literā inf. c. seq. & de aīalib. & de auib. idē probabile vr̄ ratione prædicta. Itē quod arguit de cōbinatione nō ualet, quia licet fuerunt septē de mundis, fuit tñ cōbinatio sufficiens in qualibet specie, & masculus & fœmina ad multiplicationem. Nec aliud habetur per literam pcedentem. Itē per hoc quod hic dr̄,* septena, & septena, *non arguitur quod fuerit quatuordecim de mundis. Quia eadem rōne sequeretur quod fuissent quatuor indiuidua de immundis, quia de omnib. generaliter dr̄.* Bina & bina, *& ideo dicendum cū alijs, ꝙ fuerunt septē tm̄ de mundis pro multiplicatione & septimū pro oblatione. Sequit.*

F

5 Ad huc enim & post, &c. *Isti septem dies fuerunt dies luctus*

☞ Mathu.

*MORALITER*

Hic agitur de arcæ ingressu & ingressorum salute & cæterorum intetitu. Quantū ad primū omnia verbo Dei sunt ingressa, ideo dicitur.

1 *Dixitque dominus ad eum, ingrede re. ect.* & per ipsum in arca sunt inclusa, ideo subditur.

✱ 1 Et

Noe ætas. A

Arcę fabricandæ anni 100.

a *Eratq; sexcentorū annorum, &c.* ISIDORVS. Quingentorum annorum erat Noe cum præcepit ei dominus vt arcā faceret & sexcentorum cum iam ingressus esse. Vnde colligitur p cētum annos arcā fabricatā. Centum vero anni significāt singulas ætates sæculi. Vnde sexta complens quingētis vsq; ad sexcentos significat in manifestatione euāgelii ecclesiam construi. Qui ergo vult vitam, sit lignum quadratum, paratus ad omne opus bonum, & intret ī fabricam sanctam. Secundus quoque mensis sexcentesimi anni, significat senariam ætatem, Duo enim menses sexagenario cōcluduntur. A senario autem sexaginta nuncupantur, & sexcenti, & sex milia, & lx. milia, deinceps in maioribus summis dum per eundem articulum numerus consurgit. Quia vigesimus & septimus dies memoratur, ad quadraturam pertinet, de qua supra scriptum est. Sed & hic apertius dicendum, quia nos ad omne opus bonum paratos trinitas efficit. Memoria qua Deum recolimus, intelligentia qua cognoscimus, & amore quo diligimus, tria enim ter & hæc ter, fiunt. xxvij. qui est ternarius quadratus.

†Ma.24.d Luc.17.f. 1.Pet.3.d.

Noe ingreditur arcā

Hom.25.

✲ CHRISOSTOMVS. Quæritur, Quare cum dixerit dominus, Centum viginti anni erunt dies eorum, antequam implerentur anni promissi, introduxit vniuersale excidium. Etiam hoc misericordiæ suæ maximum est argumentum. Nam quoniam vidit quotidie illos incurabiliter peccare, & non solum nihil ex indicibili longanimitate sua proficere, sed & incrudescere vlcera, propterea succidit tempus, ne maiori scilicet pœnæ se ob noxios facerent.

B

b *Ingressus est Noe, etc. et uxor, etc.*

RAB. Notandū φ seorsum ingreditur in arcam Noe cum filiis suis, & uxores eorum seorsum. Ideo distincte dicitur, *Ingressus est Noe & filij eius*, & distincte additur, *uxor eius & uxores filiorum eius.* Mixtim aūt uiri cū mulieribus egressi sunt. Sic enim scriptū est, *Egressus est Noe & uxor eius. Tempus enim amplectendi & tempus abstinendi*, Eccl. iij. a.

1 In die hac rupti.

a ¶ Sæpe malorum nequitiam increpando replicat: mala ventura denunciat, vt vel sic ad pœnitentiam moueat.

ginta noctibus, & delebo omnē substantiam quam feci de superficie terræ. Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei dn̄s. a Eratq; sexcentorum annorum, † quādo diluuii aquæ inundauerunt sup 1

a ¶ Seorsum viri.

b terram, † Et ingressus Noe & filii 2

a ¶ Seorsum fœminæ, quia abstinendum est in afflictione.

eius, uxor eius, & vxores filiorum eius cū eo in arcā propter aquas diluuii. De animantibus quoque mundis & immundis: & de volucribus, & ex omni quod mouetur

a ¶ Nutu diuino quomodo adducta sunt ad Adam, vt nominaret ea.

super terrā, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcā masculus & fœmina, sicut præceperat Deus Noe. c Cumq; trāsissent septē dies,

a ¶ diuino nutui.

aquæ diluuii inundauerunt sup

a ¶ Quod superius præeaxatum est, per ordinem exequitur.

d terram. Anno sexcentesimo vitæ 3

a ※ Nisan quia latinis maius dicitur.

Noe, mēnse secūdo septimodeci-

a Vt non sensim de more fluerent: sed repentina inundatione terram operirent.

mo die mēsis 1 rūpti sunt omnes 4 e fontes abyssi magnæ: & cataractę 5 cęli apertæ sūt, & facta est pluuia

b *Cum transissent, &c.* ISID. Quia in spe futuræ quietis, quam significat septimus dies, baptizamur, omnisq; caro extra arcam diluuio consumpta est, quia extra ecclesiam aqua baptismi quamuis eadem sit, non valet ad salutem, sed ad perniciem. D

d *Anno sexcentesimo, &c.* Allegori. Notandum, quod sexcentesimo anno inundauerūt aquæ diluuij, quia sexta ętate mūdi, primo commendatum est Sacramētum baptismi, & hoc septimadecima die secundi mensis, quia denarius Decalogum significat. Septenarius propter sabbatum septimam requiem significat, & quia in decalogo renunciatio uitiorum uidetur quicunque in baptismo initiatur, propter æternam requiem, omnibus uitiis se abrenuntiare profitetur.

e *Cataractæ.* Fenestræ, nubes, scilicet, quę sunt apertæ, ut inde insolitę & maiores pluuiæ funderentur. Cataractę uero proprie sunt ostia Nili, sed abusiue pro omnibus fenestris pronuntur.

Cataractę a verbo καταρήγνυμι quod est disrūpo, discindo, vel deorsū ruo. Hom. 25. E

✲ CHRYSOSTOMVS. Omnia loquitur iuxta humanam consuetudinē, non quod cataractę & fenestræ sint in cœlo quasi diceret, pręcepit tantum Dominus, & statim aquarum natura mandato conditoris obediuit, & ut confluxit, tum orbem illuit.

Libr.4. in Genesin. c.20. Gen.1.

✲ RVPERTVS. Si quęras, unde tāta moles aquarum? Facilis est responsio, quia inde uenerunt, quo abierant, dicēte Deo, *Congregentur aquæ quæ sub firmamento sunt in locum vnum, & appareat arida.* Item si quęras, quo data requie recesserint? Notum est secundum Ecclesiasten, quod omnes aquę atque torrētes, per occultas uenas ad matricem reuertuntur abyssi.

RAB. De arca solet quærit, utrum tanta capacitate, quanta describitur, animalia omnia quę ingressa dicūtur, & escas eorum, ferre potuerit? quod cubito geometrico soluit Origenes, aserens nō frustra dictū ☞ esse

## NICOLAVS DE LYRA.

*Mathusalem, vt dicunt Hebræi, de quo supra dictum est, quod mortuus fuit anno diluuij. voluit enim dominus eum honorare propter iustitiam suam, & ideo noluit quod inundaret diluuium donec transissent dies luctus eius. Dicunt etiam quod isti septem dies propter hanc causam fuerunt additi ad terminum supra taxatum cxx. annorum in capitulo 6. ibi.* Eruntque dies illius cxx. annorum.

C

1 Eratque sexcentorum annorum. *Non quod Noe tunc quod cōplesset annum sexcentesimum, sed quia inchoauerat. Patet ex hoc loco, quod ædificatio arcæ durauit per centum annos ferè, tantum enim tēpus appositum est ad ostendendum patientiam Dei expectantis peccatorū pœnitentiam. & admonentis eos de pęnitentia per ędificationem prædictam & ipsius Noe prædicationem.*

Aedificatio arcæ 100.ann.

2 Et ingressus est Noe, &c. *Separatim nominantur viri a mulieribus ingrediendo arcā, & ex diuino præcepto, ad ostendendum quod quādiu fuerunt in arca, fuerunt separati quantum ad thorum, sicut patebit magis infra.*

Diluuii inundatio. Diluuii excessus sup terram.

3 Anno sexcentesimo, &c. *Hic describitur diluuij accessus super terram, & primo quantum ad tempus, cum dicitur,* Anno sexcentesimo *Apud* Hebræos *duę sunt opiniones circa hoc, quia Ra. Heliezer, & sui sequaces dicunt quod iste secundus mensis octobris, qui Hebraicè nominatur* מרחשון *marhesuan. Dn̄t. n. φ primus mensis anni est* תשרי *tisri, qui nobis est september, in quo arbores sunt perfectæ in suis fructib. quia hic productæ sunt a principio ut patauit sup. c. 1. Et ideo quia mundus videtur fuisse creatus in isto mense, ideo dicūt eum esse primum simpliciter in anno, quia in eo a principio inceperunt anni & menses. Ra. Iosue & sequaces eius dicunt quod ipse est secundus mensis* אייר *Iard. idest Aprilis, quia* Martius *qui* Hebraicè *nōminatur* ניסן *nisan, uocatur primus. vnde Exod. 12. d. pręcipitur immolare phase. 14. lunę ad vesperam primi mensis. Sciendum tamen quod martius Hebręorum aliquando concurrit cum Aprili nostro, & ideo aliqui doctores nostri dicunt quod Aprilis est primus mensis apud Hebręos. & plenius de hoc dicetur Exo. xij. a. Incipiūt enim ipsi annū a nouilunio quod est equinoctio uerno propinquius, siue præcedat, siue sequatur. Prima autem opinio cōmunias tenetur apud Hebręos, & rationalibiter ut uidetur, quia in aliquo genere aliquid bene nominatur primum, non quia sit primam simpliciter, sed propter aliquem notabilem euentum, sicut. j. Mach. j. a. primus annus Alexādri magni uocatur primus annus regni Græcorum. p pter facta notabilia Alexandri, & tamen ante eum fuerunt plures reges in Græcia. Ita etiam videtur dici de Martio, quod tunc sit nominat, primus mensis apud* Hebræos *propter exitam eorum de terra Aegypti ī illo mēse. & hoc uidetur litera sonare.* Exo. 12. a Dixit quoq; dn̄s ad Moysen, mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni. *ac si diceret. licet de præterito non fuerit prim⁹ nominatus, de cętero tamen erit ex causa dicta.*

F

4 Rupti sunt omnes fontes. N*omine ruptionis uititur, ad ostendendum. quod istud diluuium non processit ex causa naturali. sed supernaturali & ideo deridendi sunt illi, qui huius diluuij uolunt causam naturalem assignare dicentes, quod causa fuit coniunctio planetarum humidorum in signis pluuialibus, ex qua coniunctione factum fuit istud diluuium. et eodem modo uolunt assignare causam incendij futuri ante iudicium per coniunctionem planetarum calidorum in signis calidis. Licet enim diluuium particulare in aliquia parte terræ causam habeat naturalem, generale tamen diluuium maxime in tanto excessu quod quindecim cubitis transcendat cacumina montium, non potest naturaliter euenire. Vnde & philosophus secundo meteor. dicit quod cum vna pars terræ, quę prius erat arida, operiretur mari, alia pars in alia regione, ubi erat mare, discooperiebat̄, & fiebat arida. Sed qđ tota terra simul cooperiatur aquis, secundum eum impossibile uidetur, nec uirtute aliqua naturali potest tantum de aliis elementis conuerti in aquam, quod excedat capita montium; maxime in tanta altitudine.*

Diluuii generalis naturalē esse causam dicunt, quidam.

5 Et cataractę cœli. *id est fenestræ, Loquitur hic metaphorice, nec loquitur de cælo stellato, sed de cælo aereo, ubi generantur nubes & pluuia.*

esse Mosen in omni sapientia Aegyptiorum fuisse eruditum qui geometriam dilexerunt, & cubitum geometricum quātum sex nostros continere.

a *Bina & bina &c.* AVG. Præcepit superius septena & septena de mundis duo & duo tolli de immundis. Quomodo ergo nunc dicit, duo & duo intrasse, siue de mundis siue de immundis. Sed hoc refertur non ad numerum mundorū & immundorum, sed ad masculum & fœminā. In omnibus enim duo sunt, masculus & fœmina.

Notandum uero quod dicitur; *In qua erat spiritus uitę*, non solum de hominibus, sed & de pecoribus dictū, quia quidam de spiritusācto uolunt intelligi, quod scriptum est. *Insufflauit in faciem eius spiritum uitæ*, sed quidam codices habent melius, *flatum uitę*.

b *Quadraginta dieb. &c.* AVG. Quadragenario numero pluuia inūdauit, qui tribulationē pœnitentię ostēdit. Post quadraginta dies Noe fenestram aperuit, significans ieiunantibus cœlum aperiri. Vnde Moses, Helias, & ipse saluator quadragenario numero ieiunia consecrauit, tanquam tribus tēporibus necessaria, ante legem, sub lege, sub gratia.

c *Quindecim cubitis altior, &c.* Si terra Olympi montis (ut tradit historia) potuit inuadere spacium tranquilli aeris, ubi dicitur, nec nubes uideri, nec uentus se sentiri, cur non & aquæ crescēdo? Septima uero requies cum octaua resurrectione iungitur. Reddito enim corpore, sanctorum requies non finitur quæ post hanc uitam datur. Sed totus homo nō iam spe, sed ipsa re, corpore & spiritu pfecta & immortali salute renouatus, in æternā uitā assumit. Hoc ergo in sacramento regenerationis nostrę, id est baptismo a tum mysterium est, altum quod quindecim cubitis excreuit aqua super omnem altitudinē montium. Septem eīm & octo quindecim fiūt. Septenarius quietem, octonarius significat resurrectionem. Hoc igitur sacramentum resurrectionis & quietis transcendit omnem sapientiam superborum ut non possint † indagare scientiæ altitudine resurrectionis quietē, & quia septuaginta a septem, & octuaginta ab octo nominamus. cōiuncto utroq; numero 150. diebus exaltata est aqua, commendant & confirmans eandem baptismi altitudinem in consecrādo nouo homine ad tenendam quietem & fidem resurrectionis.

*Quindecim.* Sunt qui putant, nec terræ qualitatem, nec altitudinem montium tantam ante diluuium fuisse qualis & quanta est hodie.

d *Deleta sunt de terra.* AVG. Ideo magis terrena animalia quam aquatilia perierunt, quia de maledicta terra uiuūt.

*Margin:* 1 In articulo diei illius eodē die. — Sup. 1. c. — Omnia diluuio pereunt. — Sap. 10. a. 26. q. 5. ca. quid ergo. 6. dist. c nō est. §. naturale. — August. in quęstio. super Gene. — Sap. 10. a. — Eccl. 39. c. — Alias † genus suum. — alias † indicare. — Nota de montibus

super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. 1 In articulo diei illius ingressus est Noe Sem, & Chan & Iaphet filii eius, & uxor illius & tres uxores filiorum eius cum eis in arcam. Ipsi & omne animal secundum genus suum, uniuersaque iumenta in † genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque uolatile secundum genus suum. Vniuersæ aues omnesque uolucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, a bina & bina ex omni carne in qua erat spiritus uitæ. Et quæ ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus, & inclusit 2 eum dominus de foris.

a ¶ Quod homo facere non poterat, ne aquæ introirent Deus exterius bituminauit.

Factumque est diluuium b quadraginta 3 diebus super terram, & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime a terra. Vehementer enim inundauerunt. & omnia repleuerunt in superficiæ terræ. † Porrò arca ferebatur super aquas, & aquæ 4 præualuerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub uniuerso cœlo. c Quindecim cubitis al- 5 tior fuit aqua super montes quos operuerat. Consumpta- 6 que est omnis caro, quæ mouebatur super terram, uolucrū, animantium bestiarum, omniumque reptilium quæ reptāt super terram. Vniuersi homines & cuncta in quibus spiraculum uitæ est in terra, mortua sunt. † Et deleuit omnem substantiam, quæ erat super terram ab homine usque ad pe- 7 cus, tam reptilia quā uolucres cæli, d & deleta sunt de terra. † Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca. Ob- 8 tinueruntq; aquæ terram centum quinquaginta diebus. 9

a Ad-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In articulo die illius. *Articulus imperiat rem distinctū & manifestam. Deus enim fecit ingredi Noe de die clara & manifesta, ad ostendēdū quod poterat eum tueri a malis hominibus illius temporis. qui cogitauerant eum occidere. Cætera patent usque ibi.*

2 Et inclusit eum dominus de foris. *Noe enim intra arcam existens, non potuit ostium extra bituminare. & ideo dominus suppleuit ꝙ homo non potuit. unde & Hebraica litera habet.* Et clausit dominus pro eo.

3 Factumque est diluuium. *Hic ponitur diluuij excessus, quia ascendit ultra cacumina montium, & patet litera usque ibi.*

3 Porro arca ferebatur super aquas. *Non est intelligendum, quod tota arca esset super aquas, sed quantum ad maiorem partem. Duodecim enim cubitis profundata fuit intra aquas, ut uidebitur in sequenti capitulo.*

5 Quindecim cubitis etc. *eodem modo accipiendi sunt cubiti sicut supra.*

6 Consumptaque est omnis caro. *Hic consequenter describitur creatura uiuentis decessus, & patet.*

7 Et deleuit omnem substantiam. *scilicet uiuentem, ideo sequitur.* Ab homine usque ad pecus. *sequitur.*

8 Remansit autem, &c. *Ex hoc patet falsitas aliquorum Iudæorū dicentium, quod Og, qui postea legitur rex Basan, propter sui magnitudinem & fortitudinem euasit diluuium. Hoc enim dictum manifeste contradicit huic literæ, ac etiam præcedenti, cum dicitur.* Consumptaque est omnis caro, *& sequitur;* Vniuersi homines & cuncta in. *&c.*

9 Obtinueruntq; aquę &c. *s. computando a principio inundationis diluuij usque ad diem qua aquę cœperunt minui. scilicet post centum quinquaginta dies, ideo dicitur in textu sequenti.* Et cęperunt minui post centum quinquaginta dies. *Ra. Sa. dicit quod isti centum quinquaginta dies computāti sunt a fine descensus pluuiarum, ita quod dies quadraginta præcedunt quibus facta est pluuia, et sic exponit* obtinuerunt, *scilicet, in magnitudine & fortitudine sua. Et sic secundum eum a principio inundationis usque ad inchoationem decrementi aquarum fluxerunt centum nonaginta dies. Et quod dicitur.* Et cœperunt minui post centum quinquaginta dies. *exponit a fine descensus pluuiarum, scilicet postquam obtinuerant in fortitudine sua terram.*

*Margin:* Og rex.

Recordatus

## MORALITER.

2 *Et inclusit eum dominus de for.* Per quę significatur quod nullus perfectionem uirtutum ingreditur, nec in ea manet, nisi Dei gratia adiuuetur. secundę Corin. tertio. b. *Non quod simus sufficientes aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex Deo est.* Et si non possumus cogitare, multominus facere. Quantum ad secundum, sicut patet ex textu, in arca saluatæ fuerunt aues, bestiæ, & similiter saluati fuerunt homines, per quod designatur, quod in arca uirtutem saluantur contemplatiui a alta uolantes, & actiui in terra agentes, & prælati utrisq; præsidentes. Quantum ad tertium omnia quę fuerunt extra arcam mortua fuerunt, ideo dicitur.

*Consumptaq; est omnis ca. &c.* Nam exclusi ab edificio uirtutis iam mortui sunt morte culpę, licet adhuc uiuant uita naturę, sicut dicitur Apocal. iij. a. *Nomen habes quod uiuas, & mortuus es.*

Hic

Cap. VIII.

a ADduxit spiritum super terram. &c. ALCVIN. De illo spiritu intelligi potest, de quo dictũ est *Spiritus Dei ferebatur super aquas*, tunc ferebatur ut congregatis in † suũ locũ terra appareat. nunc adducitur, vt ablatis aquis diluuii, faciem terræ reuelaret. Potest per spiritum ventus intelligi, iuxta illud Psal. cvj. c. *Et stetit spiritus procellæ*, cuius scilicet flatibus aqua recederet.

Psalm. 2. a

Alias, † vnum.

✲ THEODORETVS. Non solent aquæ vẽtis imminui, sed potius fluctuare, atque turbari. Iam. n. hoc pacto, ẽt rapacissimi sinus essent exhausti. Spiritum ergo diuinũ innuit, quo sane omnia fiunt, & agitata quiescũt

b *Reuersaq. sunt, &c.* ALCVI. Videtur quod omnis fluuiorũ decursus p occultos meatus ad abyssum redeant: Iuxta illud Eccle. j. b. *Ad locum unde exeunt flumina reuertentur.*

1 Reuersæ que sunt.

c *Requieuitq. arca mense, &c.* ISID. Septenariam requiem significat, & qa perfecti requiescunt ibi, supradictæ quoq; quadraturç numerus iteratur Nõ vicesimaseptima die secũdi mẽsis commendatur sacramentũ, & rursus vicesimaseptima die septimi mẽsis cõfirmatur, cũ arca requieuit. qđ eñ promittitur in spe, exhibet in re.

✲ HIERONIMVS. Ararat, Armenia. Si quidem in montibus Ararat, arca post diluuium sedisse perhibet, & dicuntur ibidẽ vsq; hodie manere vestigia. Ioseph' in primo antiquitatũ libro, meminit. Animaduertẽs, inquit, Noe terrã diluuio liberatã, septẽ alios dies abire pmisit & uniuersa animalia, patẽtibus claustris emittẽs, ipse cũ sua ple egressus est. Hunc locum Armenii exitum vel egressum uocant. Si quidẽ cultores illarum regionum arcam primam sedisse testantur, & lignorum quædam superesse monimẽta. Arcæ huius & diluuii oẽs qui barbaras scripsere historias, recordantur, quorũ vnus est Berosus Chaldæus, qui sup diluuio referens, hæc locutus est. Dicitur huius nauis in Armenia pter montem Carduenorum pars aliqua permanere.

In quæst. Hebraicis

GLOSSA GRAECA. Attende ante diluuium in æquinoctio factum fuisse, quando humanum genus primo conditum fuit, ut Noe sit primus Adam secundi mundi.

AVG. Quçritur utrum post centũ quinquaginta dies hçc facta sunt, an per recapitulationem omnia rememorata, quç post quadraginta dies pluuiç cœperunt fieri, vt hoc solum centumquinquaginta dies, ptineat, quod usque ad ipsos mõtes aquas est exaltata, aut de fontib. abyssi iam cessante pluuia, aut quia mansit in altitudine nullo spiritu siccante. Cætera vero, quç dicta sunt non post centũ quinquaginta dies omnia facta sunt, sed commemorata, quç ex tine quadraginta dierum fieri cœperunt.

Imminuũtur aquæ diluuii.

d *Decimo enim mense.* Notãdum, qđ decimo mense apparuerunt cacumina montium, ut quæ. 15. cubitis excesserant aqua diluuii, quia sacramẽta æternç quietis & gloria resurrectionis (q̃ nesciuit sapiẽtia superborum) intellexit eminentia sanctorum per impletionẽ præceptorũ unde Ps. 118. n. *Amandatis tuis intellexi* Ex alibi Luc. x. d. *Abscondisti hçc a sapientibus & prudentbus. & reuelasti ea paruulis.*

☞ a Egne-

## CAP. VIII.

a ¶ Post' inundationem quadraginta dierum.

b RECordatus est autem 1 Deus Noe, cunctorũque animantium, & omnium iumentorũ, quæ erãt cum eo in ar

a Sanctum vel ventum, cuius flatibus aqua recederet.

a ca, & adduxit spiritum super terram, & 2 imminutæ sunt aquæ, & clausi sunt 3 fontes abyssi, & cataractæ cæli, & pro-

a ¶ Videtur quod fluuiorum & riuorum decursus per venas terræ ad matricem abyssum redeant.

b hibitæ sunt pluuiæ de cælo. Reuersæ 4 1 sunt aquæ de terra euntes & re- 5 deuntes. & cœperunt minui post 6 c centum quinquaginta dies. Requie- 7 uitque arca mense septimo, vicesima- 8 septima die mensis super montes Armeniæ. At vero aquæ ibant, & 9 decrescebant vsque ad decimum d mensem. Decimo enim mense 10

## NICOLAVS DE LYRA.
Cap. VIII.

RECordatus autem dominus Noe. *Hic consequenter describitur status ipsius Noe in diluuio recedente, & primo describitur àquarum recessus, secundo hominum de arca egressus, ibi.* Locutus est autem dominus ad Noe dicens: Egredere. *Circa primum sic proceditur, quia primo superficies montium denudatur, secundo terræ planities desiccatur, ibi:* Cumq. transissent quadraginta dies. *Circa primum sic dicit.*

Diuisio

1 Recordatus est autem dominus Noe, *Nec est sic intelligendum, quod aliqua obliuio cadat in Deum sed scriptura loquitur secundum modum nostrum loquẽdi. Dicitur enim aliquis alicuius obliuisci, quando eum nõ liberat a præsentibus malis cum possit, & dicitur ipsius recordari quando incipit eum liberare.*

Recordari quomodo Deus dicatur.

2 Et adduxit spiritum super terram. *i. ventum siccum aquas diminuentem, vnde sequitur.*

3 Et imminutæ sunt aquæ. *verumtamen quia ista diminutio non sufficeret, nisi Oceanus ad suum locum rediret:* Ideo sequitur.

4 Reuersæque sunt aquæ de terra. *Sicut enim per præceptum domini egressæ fuerant de Oceano super terram ita de terra regressæ sunt illuc.*

5 Euntes & redeuntes. *Per hoc designatur fluctuatio aquarum, & quo tempore aquæ incœperunt minui, ostendit.*

6 Et cęperunt minui post centum quinquaginta dies. *In quibus obtinuerunt terras, vt supradictum est, & computatur iste numerus a principio inundationis vsque ad diem in quo cęperunt aquæ decrescere secundum communem opinionem.*

7 Requieuitque arca mense septimo. *s. anni illius.*

8 Vicesimaseptima die, &c. *Hebræus habet* אררט *Ararath. Et dicũt. quod non significat Armeniam sed aliam terram, cuius montes protenduntur vsque prope Armeniam, & ideo illi montes etiam vocantur montes Armeniæ.*

Ararath.

*Aduertendum est hic quod in* Hebræo *habetur* 17. *dies mensis, & secundum hoc non potest accipi mensis septimus ille qui est septimus in anno, quia a* 17. *die mensis secundi quo incepit diluuium vsque ad decimumseptimum mensis septimi eiusdem anni non fluxerunt centumquinquaginta dies, sed deficiunt tres uel duo ad minus, & tamen oportet dicere, quod aquæ cœperunt decrescere, antequam arca requiesceret, quia aquis existentibus in fortitudine sua, arca super aquas deferebatur fluitando, & per diminutionem aquarum accepit fundum & quieuit, & secundum hoc septimus mensis hic esset accipiendus a secundo mense in quo incepit diluuium & iste est octauus mensis anni.*

*Ad quorum intellectum secundum quod* Iudæi *faciunt menses per lunationes. duæ autem lunationes faciunt* 59. *dies, & ideo primum mensem faciunt Iudæi triginta dierum, secundum autem vigintinouem dierum, & sic consequenter de alijs decem eodem modo combinando, & quia Moses scribebat* Iudæis, *menses sunt hic accipiendi isto modo. Si autem a decima septima die mensis secundi computentur dies centumquinquaginta, qui fluxerunt antequam aquæ incœperunt decrescere, non inuenientur completi decem & septem dies mensis septimi, accipiendo septimum mensem illius anni, sed deficiunt tres uel quatuor dies, ut patet cõsiderando quantitatem mensium dictam.*

Mensis secundum Hebræos.

9 At vero aquæ, &c. *non est intelligendum quod ibi finierit decrementum aquarum simpliciter, sed tantum aquarum quæ excedebant capita mõtium, ideo subditur.*

10 Decimo enim mense. *scilicet anni non enim potest hic accipi* ✲ de-

### MORALITER.

Hic describitur egressus de arca, quç ut dictum est significat ędificium virtutum, ideo per hunc egressum designat *mors iustorum in conspectu domini preciosa.* Psal. 115. a. tunc enim transeunt iusti perfecti ad palatium cœli. ideo dicitur.

1 *Recordatus est autem Deus Noe cunctorumq. animantium*, scilicet, ipsum ad se vocando, & tunc egredietur virtuosus de arca virtutum. Nam in patria non remanẽt cardinales, nec ẽt de theologicis fides & spes, saltem quantum ad actus quos habent in pñti. Et primo ponitur diluuii cessatio, cum dicitur.

3 *Et imminutæ sunt aquæ, & clausi sunt fontes, &c.* arefacta est terra. quia per aquas inundanles significantur vitç pręsentis tentationes, quç post mortem cessant ab anima. Huius autem cessationis verus nuntius est columba, id est spiritusancti gratia consummata. Gloria enim est gratia consummata, & quoniam sancti ad gloriam translati, tanto nobis magis proficiunt orationibus suis, quanto propinquiores sunt domino, maiestatis, ideo subditur.

Crescite

a *Egrediebatur.* ISIDO.. Quod post xl. dies coruus non rediit, aut aquis intercæptus, aut cadauere natante illectus, figurat immunditia cupiditatis teterrimos, & ideo his quæ foris sunt in mundo nimis intentos, aut rebaptizari, aut ab his quos præter arcam, id est, ecclesiam baptismus occidit, seduci & teneri.

*in quæst. super Ge.*

AVG. Queritur utrum coruus mortuus sit, an aliquo modo viuere potuerit? Si enim fuit terra, vbi requiesceret similiter columba requiem † inuenisset. Vnde conicitur, quod cadaueri potuit coruus insidere, quod naturaliter refugit columba.

*aliàs † non venisset.*

*de Noe, & arca. c. 17. Non reuertebatur, de est negatio in Heb. Allegor.*

✻ AMBRO. Querenda causa, nec tantum latet, quantum ad literam pertinet, quia plerique quasi annucium futurorum coruum æstimāt, & voces eius obseruant, uolatusque rimantur.

b *Emisit quoque.* ISID. Emissa columba, nec inuenta requie, reuersa, significat per nouum testamentum requiē sanctis in hoc mundo nō esse promissam, post quadraginta enim dies emissa est, quo numero vita quæ in mūdo agitur designatur.

STRAB. Arca continet coruum & columbā, & ecclesia bonos & malos, Coruus emissus non reuertitur, quia reprobi illecebris sæculi inhærentes pereunt. Columba rediit, portans ramū oliuæ virentib. foliis in ore suo, quia sancti simplicitate gaudentes, munus pacis in ore portāt: dicētes. Psal. cxix. a Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis, &c.

*† De sacr. vnc. c. vnico ante fi.*

c *Reuersa est.* Quæstio est: Quomodo columba non inuenerit vbi resideret: cum iam nudata essent cacumina montium, secundum narrationis ordinem? Quod recapitulatione potest solui, vt posterius narrata intelligantur, quæ facta sunt prius, aut potius nondum sic data fuerunt.

*Quæstio de colūba redeunte.*

1 primo die mensis apparuerunt cacumina montium. 2 Cumque trāsissent quadraginta dies: 3 aperiens Noe 4 fenestram arcæ, quam fecerat, di- a misit coruum: 5 qui egrēdiebatur, et non reuertebatur donec siccarētur aquę super terram. b 6 Emisit quoque columbam post eum, ut uideret si iam cessassent aquæ super faciem terrę. 7 Quę cum non inuenisset ubi requiesceret pes eius, c reuersa est ad eum in arcam. 8 Aquæ enim erant super uniuersam terram. Extenditq. manū 1 et apprehēsam intulit in arcam. d 9 Expectatis autē ultra septem diebus aliis, rursum dimisit colūbā ex arca. † At illa uenit ad eum ad uesperā, 10 portās ramū Oliuę uirētibus

a In Hebræo: Egressus est, exiens & reuertens donec siccarentur aquæ.

✻ GLOSSA GRAECA: Columba requiē non inuenit, vel quia per aerē humidum difficulter volabat, vel quia nullum sui generis inuenit. Coruus vero qui humidis gaudet, in nantib. vel corporibus sic pernatātibus, requeuit.

d *Expectatis, etc.* Post septē dies alios, dimissa colūba ꝑpter septenariā operationē spiritualem, oliuæ fructuosū surculum † retulit, signās multos ext. ecclesiam baptizatos, si pinguedo charitatis non defuerit, posteriore tempore in ore columbæ, tanquam in osculo pacis ad vnitatis societatem † reduci.

*al. † detulit*

✻ AMBROSIVS. Sed vnde cognouit Noe quod defecit aqua de terra? primo quia potuit intelligere, vtrum siccum an humidum folium esset allatum. Deinde quia non est huiusmodi columba, vt possit fructus latentes sub aqua eruere.

*aliàs † adduci. cap. 18.*

E

*1 Manum suam.*

e *Portans ramum.* ALCVI. Columba ramum oliuæ expulso teterrimo alite ad Noe post diluuium portat, quia columba spiritussancti ad Christum post baptismum veniens, ramo refectionis & luminis pacem annunciat.

a *Expe-*

NICOLAVS DE LYRA.

*decimus a secundo mense, quia esset undecimus mensis anni, quia in litera dicitur, quod ab illa die qua apparuerunt cacumina montium, scilicet a prima die decimi mensis expectauit* Noe *quadraginta diebus, & postea ter septem diebus, qui simul iuncti faciunt sexaginta unum. Mensis autem undecimus & duodecimus illius anni non faciunt nisi quinquagintanouem dies: & sic non esset verum quod dicitur in litera, quod post illos lxi. dies prima die primi mensis anni sequentis. Noe aperuit tectum arcæ. &c.*

1 Primo die mensis apparuerunt cacumina montium. *Et tūc primo arca fuit tota extra aquam. Ex hoc dicto & alijs prædictis potest colligi, quot cubus arca intrabat aquam, quando aquę fuerunt in fortitudine suæ. Patet enim quod non intrabat quindecim cubitis, quia aquæ in fortudine sua excedebāt montes quindecim cubitis, quoniam & tunc arca ferebatur, id est, fluctuabat super aquas. Si autem tunc intrasset aquam quindecim cubitis non fluctuasset, quia fundus arcæ capita montium tetigisset, & ex hoc patet consequenter, quod tantum præcise arca intrabat aquam, quantum aqua excedebat montes, quando arca primo requieuit super montes. Ad hoc uidendum, accipiendum est tempus a primo die quo cœperunt aquæ decrescere, usque ad diem quo apparuerunt primo capita montium: quia tunc diminutæ sunt aquæ quindecim cubitis, quibus excedebant montes. Dicitur autem in litera,* quod aquæ cœperunt minui post centum quinquaginta dies, *qui accipiendi sunt a primo die inundationis aquarum, & completæ fuerunt septimo mense. xix, die inclusiue, & sic in uicesima die septimi mensis cœperunt aquæ decrescere. Dicitur in litera, quod decimo mense prima die mensis apparuerunt etiam capita montium. Ex quo patet, quod tunc primo completum est decrementum quindecim cubitorum, quibus aqua montium cacumina excedebant, a uicesima autem die inclusiue mensis septimi usque ad primam diem decimi mensis fluxerunt septuaginta dies, qui si diuidantur per quindecim, qui est numerus cubitorum prædictorum, assignatur decremento cuidslibet cubiti quatuor dies & dimidia & sexta pars unius diei. Idem dicitur in litera quod* mense septimo vigesimoseptimo die mensis, requieuit arca super montes. *Ex quo patet. quod a principio decrementi aquarum usque ad requiem arcæ fluxerunt tantum octo dies, in quibus aquæ decreuerunt duobus cubitis fere secundum prædicta. Ex quo concluditur secundum prædicta, quod arca intrabat aquam tredecim cubitis & parum plus. Et ista probatio procedit secundum textum nostræ translationis, ut patet ex prædictis. Si autem secundum literam Hebraicam quę habet,* septimo mense, decimoseptimo die mensis requieuit arca, *procedatur: oportet accipere mensem septimum non solum qui est septimus in anno sed qui est septimus a secundo mense anni, in quo incepit diluuium, ut dictum est supra.* Et *iste est mensis octauus anni, & tunc a principio decrementi aquarum usque ad requiem arcæ fluxerunt dies uigintiseptem, in quibus secundum prędicta aquę decreuēt sex cubitis imperfecte tamen, & secundum hoc arca intrabat aquam nouem cubitis, & parum plus.* In *toto autem isto processu accipiuntus menses secundum acceptionem* Iu*dæorum, & sic debent accipi, sed quomodo accipiantur, iam dictum est.* Su*pponitur etiam, quod aquę qualibet die decrescebant ęqualiter, quod est satis probabile.*

2 Cumque transissent quadraginta dies. *Hic consequenter describitur quomodo terrę planicies fuit desiccata per ulterius decrementum aquarum.* Cumque transissent quadraginta dies *ab apparitione capitum montium.*

3 Aperiens Noe fenestram arcæ. *Non fuit ostium per quod ingressi sunt homines & animalia, sed fenestra, de qua supra dictum est.*

4 Dimisit coruum. Et *hoc fuit undecimo mense anni.*

*Coru' quare nō redijt.*

F

5 Qui egrediebatur, &c. *Secundum communem expositionem non est intelligendum, quod reuersus sit ad* Noe *aquis desiccatis, sed remāsit apud cadauera, ut communiter dicitur, & est similis modus loquendi. Matth. 1. d. de* Ioseph *& Maria, ubi dicitur.* Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum, *non quod postea cognouerit. In Hebræo dicitur.* Qui egrediebatur exiens & reuertens. Et *hoc idem dicit Hieron. in li. de* Hebræi. *quæst. quod exponunt* Hebræi *dicentes, quod coruus emissus de arca non fecit legationem suā prout Noe intendebat, sed magis extra arcam volitabat querens reingredi in arcam. Causam autem huius assignant aliqui Hebręi, scilicet quod coruus habebat Noe suspectum de fœmella sua.* Ex *quo patet in eis cęcitas magna, qui tam absurda dicunt & credunt, imo etiam in hoc sibi contradicunt. Dicunt enim (& satis apparet ex textu) quod coitus fuit simpliciter interdictus a Deo intra arcam. Sed quia translatio quam habemus de emissione corui uidetur contraria Hebraicæ literę, ideo potest sic concordari.* Qui egrediebatur & non reuertebatur. *ut per hoc exprimatur intentio* Noe. *Ad hoc enim eum mittebat, ut per suum reditum haberet aliquod signum de siccatione aquarum. Sed quia non iuit secundum intentionem Noe, sed magis reuersus est, statim nullo signo apportato, ideo litera Hebraica factum corrui exprimit, cum dicit.* Qui egrediebatur exiens & reuertens. *Sed secundum hoc dictum non remansit apud cadauera, sed quia aquæ adhuc eraut super totam terram plęnam, ut dicitur infra, regressus est ad arcam, ut haberet pastum.*

6 Emisit quoque columbam. *Quia coruus non fecerat legationem suam.*

7 Quæ cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius. Hoc *uidetur falsum, quia iam ante apparuerant camina montium.* Sed *dicendum quod ex diutina mora aquarum super totam terram non erat desiccata adhuc, sed erat quasi lutum, in quo non libenter quiescit columba.*

8 Aquæ enim erant super uniuersam terram. *scilicet planam, quia iam ante cacumina montium discooperta erant.*

9 Expectatis autem ultra septē dieb. aliis. Ex *quo patet quod* 14. *dies transierunt ab emissione corrui.*

10 Portans ramum oliuę. I*n signum desiccationis terræ. Sequitur.*



Sex-

a *Expectauitq; nihilominus septem alios dies, &c.* ISID. Post alios septem dies dimissa columba, nec reuersa, significat finē sæculi, quando requies sanctorū erit, non in sacramento spei, quo nūc ecclesia consociatur, quandiu bibitur quod de latere Christi manauit, sed in pfectione salutis, cū tradetur regnū Deo & patri, vt in illa cōspicua contēplatione veritatis, nullis egeamus mysteriis.

b ISID. *Sexcentesimo primo anno, &c.* vitę Noe, id est, peractis sexcētis annis aperit arcę tectū, quia finita sexta ætate sæculi reuelat sacramentū. Vicesimaseptima die secūdi mēsis dr siccata terra, tanquā finita sit baptizādi necessitas. Quia in numero dierū .lxij. Ipse est.n. secūdi mensis xxvij. resurrectionis tēp⁹ exprimitur quo baptismus cōpletur. Qui numerus ex cōiūctione corporis & spiritus septies octonos habet vno addito propter vnitatis vinculum.

Siccantur aquæ.

Historicè.

c *Mense secundo.* STRAB. id est, Maio. Noe annū fecit ī arca, & ipsa die qua īgressus fuerat egressus est. Ingressus est enim xvij. die mēsis secūdi. Nūc dicit, qa egress⁹ est septima & xx. die eiusdē mensis. Sed sciēdū est quia si præsenti diei addantur vndecim qualis luna hodie est, talis erit post annū ipsa die. Qñ ergo Noe ingressus est xvij. luna, vel septimadecima dies mēsis secūdi fuit. Ideo post annū xj. additis, fuit xxvij. dies & xvij. luna.

1 Præcipitur Noe egreditur arcam. Temporū diuisio secūdū He.

Mysticè.

*Mense secūdo, &c.* Sicut supra dictū est decimaseptima die sexcētessimi anni aqs diluuii terra madefacta est. vicesimaseptima die secūdi mensis arefacta est, qñ pceptum est, vt de arca egrederetur: & pactū acciperent, ne vltra aqs diluuii perirent In quo intelligi pōt, quia p 5. & 7. sicut sup. status inchoātiū significari pōt, qñ vitiis abrenunciatur per 17. pmotio perfectorum in cōsummatione virtutum. Si enim decem & septē decem addas fiunt uiginti septem. Si enim decem præceptis quibus peccatis renunciatur, Euāgelicā perfectionem addicias, qua pcipitur nō solum nō irasci, sed etiam inimicos diligere, & similia, ad illam ætatem perfectionis peruenisti, de qua nec sacramētis prædictis egeas, & de arca exiens, id est, in spe ad spem perueniens, requiem in sacramentis promissam inuenies.

Qñ Noe egressus.

d *Egredere de ar. &c.* ISID. Iuncti exeunt, qui disiuncti intrauerunt, quia *nunc caro concupiscit aduers⁹ spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Sed in resurrectione iustorum pfecta pace spiritui corp⁹ adhęrebit nulla mutabilitatis indigentia uel cōcupiscentia resistente.

foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessassent aquæ super terram: a expectauitque nihilominus septem alios dies, & emisit columbam, quæ non est vltra reuersa ad eum. b Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis imminutæ sunt aquę super terram. 1 Et aperiēs Noe tectum arcæ aspexit, viditque 2 quòd exciccata esset superficies terræ. c 3 Mense secundo, septima et vicesima die mensis arefacta est terra. Locutus

a ¶ Coniuncti exeunt viri, & fœminæ, qui disiuncti intrauerunt.

d est autem Deus ad 1 Noe 4 dicens. 5 Egredere de arca tu & vxor tua, 6 filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum: cunctaque animantia, quæ sunt apud te: ex omni carne tam in uolatilibus quam in bestiis et uniuersis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, et 2 inigredimini super terram.

b ¶ Quia his replendus erat mundus, redditur primæ creaturæ benedictio.

† 7 Crescite et multiplicamini super eam. 8 Egressus est ergo Noe et filii eius, vxor illius, et uxores filiorum eius cum eo: sed et omnia animantia, iumenta et reptilia, quæ reptant super terram secundum genus suum, egressa sunt de arca. 9 Aedificauit autem Noe altare domino: et tollens de cunctis pe-

✻ AMBROSIVS. Quæramus qua rōne quando ingrediebantur in arcā hic ordo fuit ingrediētium, ut primo ipse īgrederetur, & filii eius, īde uxor eius, & uxores filiorum eius, qñ autē exeundi preceptum suscipiunt, commutatum est. Nā scriptum est, *Egredere tu et uxor tua, et filij tui, & uxores filiorum.* Et litera quidem significat in ingressu abstinentiam generationis in gressu, gñrationis usum. Apertè igitur velut ordine ipse īgressionis uocē quandā iustus emittit, tēpus illud nō esse cōcubitus, neq; delitiarum, quo omnibus immineret interitus. Vnde in euangelio dominus ait, reprehendens quod tēporibus Noe manducarent & biberent, uxores ducerent, & ideo propter intemperantiam superuenisse diluuium.

vbi su. c. 11

e *Et tollēs, etc.* AVG. ingressa sunt ī arcā munda & immunda animalia, sed post egressum nō offeruntur Deo nisi munda. Quod uero ait: *Nō percutiā omnem anima vi. sicut feci,* & addidit, q largitate bonitas donat indignis forte no. test. indulgentia figurata est, ut pterita ultio ad legis pertineat seueritatem, hoc ad gratiæ bonitatem.

2 Ingredimini. vel reptāt vel generent. † sup. 1. c. & d. & infra 9. a. Hom. 26

✻ CHRYSOSTOMVS. Consideraquō omnium cōditor, in natura certā inseuit uirtutis scientiam Vnde.n. dico oro, iusto uenisset, nullus erat alius quē uidebat, uel a quo discebat. Sed sicut principio dixi, Abel à seipso cōmonitus, magna diligentia oblationem perfecit, sic utique & nunc iustus sua uoluntate & arbitrio sano, censuit domino per sacrificia gratiarum actionem offerendam.

✻ 1 Odo

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sexcentesimo primo an. &c. *Quia iam nō apparebant in superficie terræ. Ideo sequitur.*

2 Viditque quod exciccata esset, &c. *Scilicet ab inundatione aquę. Veruntamen terra non erat adhuc ita sicca & solida, ut esset apta ad ingressum animalium & hominum. Ideo sequitur.*

3 Mense secundo septima & vicesima die, &c. *id est, perfectè desiccata & aptata ad ingressum animalium & hominum.*

Diuisio.

4 Locutus est autem do. ad Noe di. *Postquam descripsit diluuij recessum, hic consequenter describit ipsius Noe egressum, vbi sic proceditur: quia primo describitur obedientia egredientis, secundo deuotio offerentis ibi:* Aedificauit autem Noe. *Circa primum dicitur sic:*

5 Egredere de, &c. *Sicut enim ingressus fuerat arcam de mandato domini, ita ad egrediendum expectauit eius mandatum. Egressus est autem Noe anno reuoluto eadem die qua ingressus fuerat: Quod probatur sic, & quia sexcentesimo anno vitæ suæ mense secundo xvij. die mensis ingressus est arcam, & anno reuoluto illa dies fuit 27. mensis secundi, in qua dicitur exisse: quia annus solaris excedit annum lunarem in 6. diebus. Iudæi autem faciunt menses per lunationes, & sic accipiuntur hic vt dictum est.*

6 Tu & uxor tua, filii tui, & uxores filiorum tuorum tec. &c. *In ingressu arcæ dixit:* Tu et filii tui, *separando viros a mulieribus, in exitu coniungit vxorem cum viro, vt ex modo loquendi ostendatur quod sicut in ingressu arcæ concubitus fuit prohibitus, ita in exitu fuit laxatus & impotus, unde sequitur:*

7 Crescite & multiplicamini su. &c. *Nec istud refertur ad homines tantum, sed etiam animalia & aues, quorum egressum præceperat & sic patet quod etiam brutis tunc relaxatus est coitus qui ante fuerat prohibitus.*

8 Egressus est ergo Noe & filii eius, uxor illius, &c. *obediens mandato Dei.*

9 Aedificauit autem Noe altare, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Noe deuotio, per hoc quod obtulit sacrificiū Deo gratias agēs de sua liberatione.*

1 Odo

MORALITER.

7 *Crescite et multiplicamini super terram:* scilicet uiuentium, ut p orationes uestras electi transferātur ad uestrum consortium. Ideo subditur.

8 *Egressus est ergo, &c.* quia per orationes sanctorum & ministerium angelorum electi egrediuntur de vita psenti, & transferuntur ad cœlestia. Luc. 16. e. *Factum est autem ut moreretur mēdicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.* Quod nobis concedat, &c.

8 Egres- 1 Benedi-

coribus et volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. 1 Odoratusq; est dominus odorem suauitatis, 2 & ait ad eum: Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines, Sensus enim & cogitatio humani cordis in 3 malum prona sunt ab adolescentia sua. Non igitur vltra percutiam omnem animam sicut feci. Cunctis 4 diebus, terræ sementis et messis et frigus et æstus, æstas et hyems, nox et dies non 5 requiescent. 6

a ¶ corporali iudicio. a ¶ Seruiendo homini.

a ✱ *Odoratusq; est.* IDEM. Ne offendaris verbo crassiore, sed huius verbi attemperationem tuæ infirmitati ascribe. Intellige hinc quod accepta fuerit Deo oblatio iusti. Quare autē hæc fieri permittit Deus? Et in hoc nostræ infirmitatis habetur ratio: Quia enim homines à vero Dei cultu defecturi erant, & proprios Deos effecturi, quibus sacrificia immolarent, prius voluit vt sibi dona offerrentur, quo vel sic a proposito depelleret pernicioso errore illiciendos.

b *Sensus enim, &c.* GREGO. in moral. libro xxxviij. Nemo sibi attribuat si cogitationes vicerit quia corruptionis malum quod quisque ab ortu carnalium desideriorum sumpsit exercet ī profectu ætatis, & nisi hoc citius diuinæ fortitudinis reprimat manus, omne bonum naturę culpa vertit in profundum. *Neque qui plātat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.*

✱ CHRYSOSTOMVS. Vide quantam cōsolationē affert vniuerso hominum generi, per hęc enim nobis demonstrare vult, quod non sit vltra tale diluuium venturum, & quod neque talis hominum communis interitus tātum orbem inuadet.

✱ AMBROSIVS. Cum dicit *non maledicam*, ostendit quod magis alleuet ærumnas hominū quam ingrauet, sciens quod penitus peccata hominum auferri nequeant. Tāquam ī prouerbio. Si quis reti subtili haurire cupiat aquam, sic qui malitiā ex pectoribus hominū auferre conatur.

✱ RVPERTVS. Singulari sensus nomine, quinq; sensus corporis significans, qui proni sunt in malum, præsertim ubi cogitatio cordis, qua restringi debuerāt, & ipsa prona in malum, eisdem sensibus pro armis utitur ad op⁹ malum. Igitur non vltra faciam sicut feci, idest, non ita confusa ultione cum homine qui solus peccat, terram quoque insensibilem vel iumenta quorum sicut nulla iustitia, sic nullum peccatum est, delebo, ut nunc deleui.

Ibidem. 1 Odoratusq;. Cal. interpres Et suscepit dominus cum bene placito oblationē eius. Diluuium vniuersale nō vltra futurum. † 12. q. 1. c. 1. Cor hominis malū sup. 6. a 1. Cor. 3. b. Hom. 27.

Vbi supra c. 22. 2 Et ait ad eum: & dixit dominus in corde ipsius sub. Noe, id est, ita sensit īcorde suo per Deum. lib 14 in Gen. c. 29. 3 In malū prona sūt mala est.

a Repli

NICOLAVS DE LYRA.

1 Odoratusque est dominus. *In hoc ostenditur acceptatio diuina, & per consequens Noe bonitas & deuotio declaratur: quia tales oblationes non erant acceptæ Deo, nisi ex fide & deuotione offerentium, & quia propter gratitudinem in aliquo beneficio homo meretur aliud beneficium, ideo post beneficium liberationis datur beneficium assecurationis, cum dicitur.*

2 Nequaquam ultra maledicam. &c. *eam generaliter dissipando per diluuium.*

3 Propter homines, *id est, propter peccata hominum, & causa subditur,* Sensus enim & cogitatio, &c. *Sequitur.*

4 Cunctis die. terrę, &c. *secundum Hebræos hic diuiditur sex tempora, & cuilibet tempori duo menses attribuuntur. Tempori sementis attribuitur medietas Septembris, & totus October & medietas Nouēbris Tempori frigoris assignatur medietas Nouembris, & totus Decēber & medietas Ianuarij. Tēpori vero hyemis medietas Ianuarij & totus Februarius & medietas Martij: & secundum eos grauius est tempus frigoris quam hyemis. Tempori messis attribuitur medietas Martij totus Aprilis & medietas Maij. In terris enim callidis aliqua tempestiua incipiunt colligi circa finem Martij, & maxime secundum menses Iudæorum, quia primus mensis Hebræorum cui correspondet Martius, semper concurrit cum aliqua parte Aprilis, & aliquando fere totus includitur. Tempori æstatis attribuitur medietas Maij & totus Iunius & medietas Iulij. Tempori æstus attribuitur medietas Iulij & totus Augustus & prima medietas Septembris, & est tempus æstus grauius in calore quam tempus æstatis, & ideo sic nominatur sicut & de frigore et hyeme dictum est in contraria qualitate.*

5 Nox & dies. *Ista circumeunt omnia tempora.*

6 Non requiescent. *Id est prędicta nō cessabunt de cętero propter diluuium, sed deducentur secundum ordinem suum.*

1 Bene

Egreditur

ADDITIO.

*In cap. 8. vbi dicitur in postilla. Ex hoc dicto & alijs prædictis potest colligi. &c.*

ADDITIO.

*Inquirere quot cubitis arca intrasset aquam tempore diluuij, videtur magis curiosum quam vtile, cum non solum habere notitiam certam de hoc nullam pręstat cognitionem utilem in credendis nec in agendis, sed nec etiam requiritur ad planam literę expositionem. quantūcunque n. arca aquam intrasset siue plus siue minus, non variatur ex hoc aliquid ī expositione literę, ut patet intuenti, & ideo Glossa nostra mentionem de hoc non facit, nec ut credo aliquis sanctorum, nec etiam doctorum Hebræorum, nisi solum Ra. Sa. qui in huiusmodi vanis quęsitis per modum quæstionis facit longam altercationem. Dato etiam, quod hæc inquisitio requireretur vel esset aliqualiter vtilis rationes tamē a Postillatore ad hoc probandum inductæ nullam videntur habere efficaciam: Nam præsupponit ad hoc probādum quædam manifeste non uera. Dicit enim primo, quod si arca intrasset aquam quindecim cubitis. quod non fluctuasset, eo quod fundus arcę capita montium tetigisset, quod non est verum, nam potuisset arca fluctuare in locis non mōtuosis, quę sunt maior pars & præcipua vniuersæ terræ, non enim necesse erat, quod semper arca trāsisset super capita montium, vt manifestum est. Vult etiam deducere ꝙ decrementum cuiuslibet cubiti durauit per quatuor dies & dimidium, & sextā partem vnius diei: & hoc diuidendo septuaginta dies (quod fuit tempus decrementi) per quindecim partes, qui est numerus cubitorum, quibus aqua excedebat montes, ut largius hoc videtur deduci in postilla. Quæ quidē deductio manifeste est inualida. Quod sic patet: Nam cum aqua sua natura sit fluida, oportet, ꝙ orbiculariter se habeat circa centrū. Ex quo sequitur, ꝙ multo maior quantitas aquæ cōtinebatur in summo cubito primo exiccato, quod est remotius a centro, quam in cubito immediate sequente, quod est propinquius centro, & per consequens minoris capacitatis, & sic de sequentibus, in tantum quod cubitus ultimus, q terram immediate circundabat, continebat minorem quantitatem aquę respectu cuiuscunque cubiti superioris, ut satis patet cuilibet aduertenti. Præsupponitur etiam in dictis suis (licet non exprimat) quod super montes Armenię in quibus requieuit arca, creuerūt aquę quindecim cubitis: Et hoc est ignotum seu incertum. Nam si montes Armenię non sunt de altissimis montium, tunc aqua creuit super eos plus quam quindecim cubitis. Excessus enim cubitorum quindecim intelligendus est respectu summorum montiū, vt patet per literam dicentem:* Opertique sunt montes excelsi sub vniuerso cęlo quindecim cubitis. *Præsuppponit etiam, quod aquæ qualibet die decrescebant ęqualiter, quod dicit esse probabile. Quod quidem præsuppositum non facit ad propositum suum concludendum. Nam dato, quod tāta quātitas aquę decresceret vna die sicut in alia, ex hoc tamen non sequitur quod tanta quantitas cubiti seu altitudinis aquę decrescat ī una die sicut in alia rōne iam dicta. Nam unus cubitus in altitudine positus est multo maioris capacitatis, quam alius cubitus non ī tanta positus altitudine, ut dictum est. Si autem quis dicat, cū prædicta qō (ut dixi) sit potius curiosa, quam utilis, cur circa eam tantā fecerim altercationem, Dicendum, quod hoc introduxi ad ostendendum ineptitudinem ipsius Ra. Sa. in expositione sacrę scripturę, licet eum frequenter alleget Postillator.*

REPLICA.

*Correctorij contra Burgen. in c. 8. ubi postillator attendit varias sanctorum opiniones de arcę quantitate. Quibusdam sentientibus, quod eius quantitas attendenda esset secundum cubitos geometricos, alijs secundum cubitos usuales, sic quod beatus Aug. Originem commendans 15. de ciuit. Dei. c. 27. stat cum prima mensura, concludens quod qui talē magnitudinem nimiam reputant, cogitent centū annos quibus fabricatū est arca. Vnde & Gl. ord. allegans eundem beatum Aug. dicit, quod si p Noe & tres filios eius in centum annis arca tantę magnitudinis fabricari nō potuit, non mirum alios artifices assumptos, &c. uide in gl. 18. Idcirco ui debatur idem postillatori rōnabiliter disputandum de arcæ ingressu in aquā, sciens quod oportet naues magnas plus ingredi quam minores, cōcludens quod non potuit secure ingredi quindecim cubitis, sed minus, quia alias periculum fuisset naufragij ad cacumina montium, quæ tantū quindecim cubitis fuerunt cooperta. Quam disputationem Burg. ualde ægre ferens Postillatorem pro curiositate reprehēdit plus existens curiosus (ne dixerim vanus) quia vana assumit ad reprobationem Postillatoris. Primo namque dicit postillatorem assumere quædam manifeste non uera, ī hoc quod dicit arcam latam super montium cacumina non fluctuasse, si quindecim cubitis ingressa fuisset aquas. Hoc dicit esse falsum ex medio quod in uico straminum nō valuisset, videlicet qđ arca potuisset in locis non mōtuosis fluitare: Nō erat inquit necesse quod arca semper trāsiret super capita montiū. Ecce quantum concludit: Concessit enim illis,*

i 2 ✱ adhuc

A *adhuc stat dictum postillatoris. Quod si aliquando impetu aquarum & ventorum arca fuisset lata super cacumina montium, vtique naufragiũ tactu arcæ ad montes affuisset in illo casu scilicet si quindecim cubitis aquam intrasset. Quod autem aliquando, & si non semper, arca ferretur super cacumina, oportet Burgen. concedere, nisi uelit fingere miraculum, & sic nihil ualet ipsius argumentum. Quod autem secundo Burgẽ. dicit contra Decrementi æqualitatem, nõ ualet, immo suæ propriæ asser tioni contradicit. Dixit enim supra de opere tertiæ diei, quod elementũ aquæ sit ecentricum, &c. nunc autem dicit quod de sua natura fluidum, oportet quod orbiculariter se habebat circa cẽtrum. Eadem enim rõne, qa fluidum, non oportet quod nunc sit ecentricum; Vbi satis fuisset dicere: Quod sicut aridæ in principio apparent pro hominum generatione, cooperta fuit, ita ex alia parte nunc cooperta, tempore diluuij fuisset denudata, & redeundo diuina iussione ad locum suum diluuium cessasset, & sic probabilia essent quæ dixit postillator, & Burgen. improbauit. Sententia ista trahi potest à beato Aug. xvj. de ciu. Dei. c. ix. vbi dicit, quod nulla discretionis ratio assignari valeat, quare terra apud nos debeat discooperiri, & non infra nos, & sic cõiecturari possent antipodes. q. d. quod quia sola Dei voluntas potest assignari pro causa, ꝙ aqua relicta sua natura quia fluida, quare tẽpore diluuij a parte infra nos, denudata defluxisset ad partes nostras, & refluxisset iuxta arbitriũ diuinæ uolũtatis, & cessasset diluuiũ. uel dicatur si placet sicut dictũ est supra c. 1. correctorij. D

1 Bene

CAP. IX.

a [B]Enedixitque Deus Noe & filijs, &c, Crescite & multiplicamini. Homo in terrorem, cæteris animalib⁹ præponitur, in solatium trãsactæ vindictæ, & ne pauci homines à pluribus bestiis opprimant, & sciant se irrationabilib. sed nõ rationabilibus domini.

B b *Et terror vester, etc.* GREG. Homo nõ rationabilib. sed irrationabilibus ꝑlat⁹ est natura, & ideo dicitur ei, vt ab animalibus, nõ ab hominibus timeat: qa contra naturã, supbire est, ab æquali velle timeri.* Vnde antiq patres nõ reges hominũ, sed pastores pecorũ fuisse dicuntur. Oẽs ergo hoĩes naturales genuit, sed ꝓ variis meritis, alius alios dispensatio Dei iusta, sed occulta præponit, vt humana formidine peccare metuant, qui diuina iudicia nõ formidant. Nõ autẽ præpositi ex hoc timore superbiant, in quo non suã gloriã, sed subditorũ q̃rant iustitiam. Non enim hominibus sed bestiis dominantur, qa ex qua parte bestiales sũt, ea formidini substrati sũt. Manu ergo humilimæ cõsiderõnis ꝑmendus est tumor elationis. Si enim apud semetipsam mẽs descẽderit de veritate culminis, inueniet planiciẽ naturalis æquitatis vt non ꝑesse gaudeat, sed prodesse.

lib. 21. moralis c. 11. Benedicitur Noe. Cõfir. coniugij sup. 1. c. 8. c. alias† implete. Homo dominatur bestiis. Homini rursũ oĩa subiiciuntur. * Antiqui non reges sed pastores. Concessio ciborũ omnium præter suffocatum.

c *Omnes pisces maris manui vestræ, etc.* HVG. A S. VICT. Vel arte vel vi capere valeatis, & vesci eisdẽ. Quod autem interdum beluæ quædam marinæ euertant naues, & deuorẽt homines, cõtecutũ est ex peccato. Nã pisces, & cætera bruta non sunt ita perfecte subiecta potestati humanæ in statu naturæ corruptæ, sicut fuerũt in statu innocentiæ.

in annot. in Gen.

d *Omne quod mouetur, etc. erit vobis in cibum.* CHRYS. Hic est initium edendarũ carnium, non vt nos ad ventris ingluuiem paret, & instruat, sed qa ex ipsis erat Noe sacrificaturus & gratias acturus, vt ne videamur quasi ab execreatis abstinere, idcirco edendi facultatem concedit, & valde securos reddit.

Hom. 27.

* THEOD. Deus post diluuiũ carnium edendarũ legem statuit, vt morbũ morbo expelleret, & minori maius sanaret, Prẹuidens enim Deus talia in deorũ numero atque honore quãdoque habẽda, eorũ escam cõcedit, vt impietatẽ è medio tollat. Extremæ enim dementiæ est adorare quod comedas.

queſt. 55.

CAP. IX.

a [B]Enedixitque Deus 1 Noe & filiis eius, & dixit ad eos: Crescite & †multiplicamini: & †replete terrã, b & terror vester ac 2 tremor sit super cuncta animalia

¶ Non hominibus sed irrationalibus præponitur homo.

terræ, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis quæ mouentur in

¶ Potestati.

c terra. Omnes pisces maris manui 3 d vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. e Quasi olera virentia tradidi 4 vobis omnia, excepto quòd car- 5

¶ Quia sedes animæ in sanguine est.

f nem cum 1 sanguine non comede-

* RABAN. Esus carnium concessus videtur post diluuiũ, propter infẹcũditatẽ terrẹ & hominis fragilitatẽ.

* HVG. A S. VICT. Non est autem hoc absolute intelligẽdũ de oĩ animato & mobili ex seipso, sed ĩtelligendum est, de vniuersis animalib. humano esui aptis.

vbi sup.

e * *Quasi olera*, AMBR. *Sicut olera* (inquit) pabuli dedi vobis oĩa, non olera omnia dedi vobis ad escam: Vtantur igitur q̃ vtũtur carne tanquã olerib⁹, non ad distẽtionẽ, non ad ruinã corporis, quã epulæ carnis facere cõsueuerũt. Sed quemadmodum & olera nõ oĩa ad escæ vsum habilia sunt, ita non omne viuũ reptile accommodandum ad vsum epulandi.

de Noe & arca c. 25. E

f *Carnem cum sanguine.* ISI. Dantur eis cuncta animalia in escam, qa in vocatione gentiũ ad fidem nulla distãtia est, quod in disco Petri figuratur. Sãguinẽ manducare prohibent, ne vita pristina quasi suffocata ĩ cõsciẽtia teneat, sed effundatur per confessionem. Esus carniũ concessus videtur post diluuiũ, propter infẹcũditatem terræ, & hominis fragilitatem.

1 sãguine aĩa eius, quæ est sãguis eius. vbi sup.

* CHRYS. Attende eãdem regulam. Nam vt protoplasto dictũ est, vt frui posset omnibus quæ sunt in paradiso, abstineret tantum ab vnico ligno, ita & hic, *Omne reptile viuens erit vobis in cibum, vt olera herbarum vobis omnia dedi.* Deinde sicut Adã dictum est, vt de vno ligno ex oĩbus non ederet, ita hic dictũ est, *carnẽ in sanguine animæ ne comedatis*, Quid est caro in sanguine animæ? id est, suffocatũ. Bruti. n. anima sanguis est. Quia igitur sacrificia perfecturi erant ex brutis, quasi doceret illos, dicẽs, quia sanguis mihi segregatus est, vobis caro. Hoc autẽ facit,

* THEO-

C NICOLAVS DE LYRA. F

CAP. IX.

1 [B]Enedixitque Deus Noe & filijs eius, Et dixit ad eos, &c. *Hic cõsequenter describitur status Noe post diluuium, & Primo quãtum ad Dei beneficium: Secundo quantum ad ipsius exercitium ibi:* Cœpitque Noe vir agricola. *Circa primum primo describitur Dei beneficium quantum ad collationem boni. Secundo quantum ad amotionem mali, ibi.* Hoc quoque dixit Deus ad Noe, *Circa primum describitur primo beneficium ipsius Dei erga Noe & filios eius in spiritualibus, cum dicitur.* Benedixitque Deus Noe & filijs eius, *gratiam suam in eis augmentando. Secundo tangunt Dei beneficia in temporalibus, & primo quantum ad conseruationẽ speciei. quæ est per generationem, cum dicitur.* Crescite, & multiplicamini, &c. *Secundo quantum ad præsidentiam dominij super bruta, cum subditur.*

Diuisio. Beneficiũ Dei erga Noe.

2 Et terror vester, &c. *Non tamen sic est intelligendum, ꝙ ipsi & filijs eius sit datum tantũ dominium super animalia, sicut hẽbat Adam in statu innocentiæ. sed quia sunt * domesticabilia per hominem, & naturaliter timent faciem hominis. Tertio tangitur beneficium* Dei *quantum ad conseruationem indiuidui per nutritionem, cum dicitur.*

* Domabilia.

3 Omnes pisces ma. &c, *Tunc enim concessit eis Deus ꝙ possent vesci piscibus & carnibus, duplici ratione. Vna quia terra per diluuium fuit peiorata, vt dictum est supra, & ideo terræ nascentia non sunt, ita nutritiua sicut ante. Secunda, quia natura humana facta est fragilior, & ideo concessus est eis victus lautior, vnde sequitur,*

Cõcessum vesci carnib. & piscib.

4 Quasi olera virentia, &c. *Id est sicut homini primo concessi vesci oĩbus terræ nascentibus, ita vobis concedo vesci piscibus & carnibus.*

5 Excepto ꝙ carnem cum sanguine non comedetis *Ab illa generalitate illud excipitur. Et exponitur a Iudæis vno modo sic.* Carnem cum sanguine, *id est, mẽbrum abscissum de animali viuo. quia*

2 Et

*isted

MORALITER.

1 *Benedixitq; Deus* Noe *& filijs eius.* Per Noe autẽ & filios eius intelligitur bonus prælatus & subditi eum imitãtes, quos saluat a diluuio viciorum. Ideo bene dicitur,

*Benedixitq; Deus* Noe *& filijs eius.* Et quia nõ solũ saluat eos à vitijs, sed ẽt multiplicat in spiritualibus bonis. Ideo subditur; † *Crescite & multiplicamini, &c.* Sequitur.

4 Quasi

4 *Quasi olera virentia tradidi vobis omnia.* Per hoc autem quòd debilitata in diluuio humana natura, cõceditur esus carnium & piscium: ostenditur quòd subueniendum est necessitati debilium: Excipitur sanguis per quem significatur peccatũ, quod non est alicui concedendum: Psal. 50. c. *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, &c.* Contra vero timorem diluuij signum datur; cum dicitur.

† Ecce

facit vt primis illis temporib. comprimat illorum impetum A & propensionem in homicidia.

*Lib. 4. in Gen. ca. 31.* ✻ RVPERT. Bona exceptio dicentis, *excepto quod carnem cũ sanguine* id est, nisi prius effuso sanguine non comederis.

*Vbi supra.* a ✻ *Sanguinem enim anim. &c.* CHRYS. Animane hominis sanguis est, Nõ hoc dicit, absit, sed humano more vsus est, quasi qs dicat alicui sanguinẽ tuum porto in manib. meis hoc est potestatẽ habeo īterficiẽdi te.

*in cap. 9.* ✻ PROC. Quis dubitet quo pacto vlciscatur animalia bruta, cũ hęc neutiquã sint resurrectura. Respõdetur, nõ in futuro iudicio vniuersali expo scet pęnas sed legib. quas longo post posuit interuallo, pęnas dabũt. Nam eum qui cædem cõmittit, & quadrupedem quę pauperiem fecerit iisdem pęnis subdit. Vlciscitur ergo per magistratus & iudices, quib. imperiũ me rum cõcessum est. Cęterũ his verbis satis sub obscurè prædicit resurrectionẽ & extremũ iudiciũ. Nec tamen credẽ etiã bruta animalia in resurrectione apparitura, & pęnas expensura, si qñ pauperiẽ fecerint. Sed hic est sensus. Si à feris fueritis deuorati ex ipsa vos conquiram terra & instaurabo deperditam hominis naturam.

*1 Viri fratris eius, est hebraismus, & uniuscuiusq; hominis, vel intellige vt vertit Chaldeus interpres vir q effuderit sanguinẽ fratris sui. Supra 1. c. 8. d.*

*†Esa. 54. c.*

b ✻ *Effundetur sanguis illius.* CHRYS. Si à tam peruerso conatu nõ te repellit naturæ cõmunio, cogita quod ad imaginẽ Dei formatus est, & quãtis cũ donauerit prærogatiuis, & quod omni creaturæ pfectus sit, & qescens à mala voluntate. Quid ergo si quis ĩ numeras patrauerit cędes & tãtũ sanguinis effundat, quomodo dignã dabit pœnã sanguinis effusi? Non hoc cõsidera, sed talẽ, nõ multo post accipiet corpus incoruptibile, quod poterit cõtinuam & æternam pœnã ferre.

*Hom. 27.* B *Pactũ Dei cum Noe non' rursum diluuiũ fore. Isa. 54. c.*

*aliàs † oẽm alias † est.*

c *Ecce ego sta. pact. &c.* Testamẽtũ posuit Deus inter se & hoĩes, & omnẽ aĩam viuã, ne perdat eã diluuio, arcũ s. qui apparet in nubibus. qui nunquã nisi de sole resplendet. Illi. n. non pereunt diluuio separati ab ecclesia, qui in prophetis & in omnib. sanctis scripturis tanquã in Dei nubib. agnoscũt gloriam Christi, non suam quærunt: Sed ne adoratores huius solis intumescant, sciant ita Christum significari per solem, sicut per leonem, per agnum. per lapidem, similitudin:s cã non proprietatis substantia.

*Sãguinem cõfirmamus. fędus iris ĩ nubibus eccl. 43. b.*

*Lib. 4. in Gen. c. 34.* ✻ RVPERT. Dicimus pactũ multotiens totiẽs promissum, sed vnum & semel initum, pactũ vnũ quo solo inimicitię soluũtur, incarnatio vel passio filij Dei. Huius pacti duo tantũ sunt signa præcipua, sed multæ promissiones præcesserũt. Primũ signũ. *Arcum meũ ponã in nubibus.* Secundũ quod datum Abrahæ. *Circumcidetis carnem præputij vestri.* D

---

a tis. Sanguinem enim animarũ vestrarum requiram de manu † omnium bestiarum, & de manu hoĩs, De manu 1 viri & fratris eius requirã aĩam hominis. † Quicunqne effuderit humanum sanguinem, 2 fundetur sanguis illius ad imaginẽ quippe Dei factus est homo. † Vos autem crescite & multiplicamini, & 3 ingredimini super terrã, & 4 implete eam. Hæc quoque dixit Deus ad Noe & ad filios eius cũ eo: † Ecce ego statuã pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos, & ad omnem aĩam viuentem, quæ est vobiscũ tam in volucribus quam in iumentis & pecudibus terræ, cunctisq; quæ egressa sunt de arca & vniuersis bestiis terrę. Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquã vltra interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium dissipans † terram. Dixitq; Deus: Hoc † signũ fęderis quod do inter me & vos, & ad oẽm animam viuentẽ, quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcũ meum ponã in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terrã. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuẽte, quę carnem vegetat, & non erũt vltra aquæ

*a† Fortium hominum.*

*Omnem hominem fratrem, omnis hominis vult intelligi, quia ex vno omnes.*

(marginal letters: b, c, d)

---

d *Arcum meum ponam, &c.* ALCV. Arcũ dedit Deus in signũ securitatis ne hoĩes formidolosi timerẽt altero diluuio deleri pluuiarũ inũdationes sæpe cernentes. Hic in cęlo posit⁹ est, vt ab oĩb. videri possit, & pro quacunq; tribulatione ad eũ attolamus oculos cordis, qui habitat ĩ cælis, quia vero arcus nõ est, nisi ex radijs solis & humida nube, vr̃ ꝙ ante diluuiũ nõ fuissent pluuię. Poteratq̃; ex rore & fontium inundatione terra fœcundari.

*†Aliàs cũ ctorum.*

*Ius gladii. † Mar. 26. c. Ap. 13. c.*

STRAB. Arcus duos habet colores cæruleũ & igneum, q duo iudicia exprimunt. Vnum, ꝙ preteriit Aliud ignis quod venturum creditur in fine seculi. Vnde cæruleus color extrinsecus. Igneus vero intrinsecus.

*2 In hoĩe lxx. pro sãguine hominis. Chaldeus interpres cũ testib. alii vertũt p hoĩem alii Hebraismũ esse volũt sanguinẽ hominis in hoĩe, id est humanũ sanguinẽ.*

✻ AMBR. Nõ arcũ istũ dicit, quo pluuiarũ signa declarãt. Hic arc⁹ qui iris dr̃, per diẽ videri solet, per noctẽ nõ apparet, ergo videamus ne quia arcus quo sagittę iaciũtur, nũc tẽditur. nũc resoluit q̃ã extẽsionẽ & remissionẽ, videat scriptura significare, vt sit quædã mẽsura, & qddã diuinæ virtutis examẽ. est ergo virtus inuisibilis Dei, q & specie extẽdẽdi & remittẽdi moderatur, pdiuina uolũtate, misericordia potestatẽ, quæ neq; cõfunci oĩa nimia resolutione, neq; dirũpẽ nimia irruptione patiat. Quã ideo ĩ nubib. dicat poni, q tũc maxime op⁹ est diuinę auxilio prudẽtiæ, qñ agmina nubiũ in pcellas tẽpestatesq; cogunt. Ideo dicit, *arcũ põnã*, nõ sagittã. Arcus .n. instrm iaculandę sagitę est. Itaque nõ ipse arcus vulnerat sed sagitta. Et ideo dominus in nubib. arcũ magis q̃ sagittam ponit id est, nõ illud quod vulneret, sed quod habeat terroris indicium.

*E Vbi supra cap. 27.*

*3 Ingredimini, vel generatio nẽ facite. 4 Implete eam, multiplicemini*

*in cap. 9.* ✻ PROC. Aiunt arcũ nõ esse quãdã armaturã, qua corp⁹ læditur, sed esse telũ vulnera infligẽs, & in lõgũ pijciatur manẽte illæso eo q id torquet. Sic igitur non oẽs diluuio opprimentur, quẽuis quidã eã calamitatẽ sũt experturi. Arc⁹ ẽ quasi visibile signũ Dei uirtutis inuisibilis inhærẽs aëri ĩ tẽsionẽ & remissionẽ qdãmõ gubernãs. F

a Erant

---

## NICOLAVS DE LYRA.

*istud videtur crudele & inhumanum. Alio modo, vt per hoc intelligatur, prohibitum, strangulatũ, summersum & per se mortuũ, & huiusmodi quod moritur absque sanguinis effusione. Tertio modo intelligitur, vt per hoc intelligatur prohibitus esus sanguinis separatim à carne, ac si diceret:* Carnem cum san. &c. *id est, licet esus carnium sit vobis concessus, non tamen esus sanguinis. Quarto modo sic exponitur Leuit. 17. c. quod si aliquid acciperetur venatione uel aucupio, prius deberet effundi sanguis quam comederetur. Et ratio huius acceptionis subditur.*

1 Sanguinem enim anim. &c *Ideſt corporum animatorum.*

2 Requiram de ma. &c. *Quod exponitur dupliciter, vno modo quia Deus requirit vltionem de homicidio, non solum si fiat manu hominis immediate, sed etiam si fiat mediantibus bestijs, sicut tyranni tradebant martyres bestijs deuorandos. Alio modo, vt homo non solum puniatur propter homicidium, sed etiam bestia si interficiat hominem, propter facti horrorem, quamuis animal brutum peccare non possit, vnde & Leu. xx. c. dicitur:* Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite.

3 De manu uiri & fratr. &c. *Hoc similiter dupliciter exponitur. Vno modo sic.* De manu uiri, *ideſt, fortis, & audacis,* & de manu fratris, *ideſt, quantuncunq; propinqui, ut per hod ostendatur, ꝙ homicida nõ euadet diuinam ultionem, nec pp fortitudinem suam, nec propter propinquitatem. Alio modo ut per hoc intelligatur pœna homicidy uoluntarii, cum dicitur:* De manu viri, *& casualis seu fortuiti, cum dicitur.* Et de manu fratris eius, *ideſt, dd manu illius qui diligebat occisum, tanquam fratrem proprium, quia etiam talis homicida lege punitur Deberet. n. fugere ad unam ciuitatem refugii, & sic manere quasi exul à ciuitate sua vsque ad mortem summi sacerdotis, ut habetur infra Num. 35.*

4 Quicunque effuderit human. &c. *scienter & a proposito.*

5 Fundetur sanguis, &c. *Et ratio sumitur propter dignitatem naturæ humanæ, cum subditur.*

6 Ad imaginem quippe Dei factus, &c. *Et patet.*

7 Hæc quoque dixit Deus &c. *Hic consequenter describitur Dei beneficium erga Noe, & posteros eius, quantum ad amotionem mali. Licet enim iam assecurasse eos de diluuio amplius non futuro per verbum, hic amplius assecurat per sensibile signum, videlicet per apparitionem iridis temporibus pluuiosis, & patet litera vsque ibi.*

*Beneficiũ Dei erga Noe.*

1 Et

---

## MORALITER

1 *Ecce ego statuam, &c.* Et hoc signum est cęlestis arcus, p quem significatur Christus, ĩ quo est forte lignum & chorda mollis, per q significeatur virtus diuinitatis, & fragilitas humanitatis; & sicut in arca chorda mollis flectit lignum, sic ĩ passione humanitatis flex⁹ fuit rigor iustitiæ & seueritatis. Qui vero fide pura & hũci deuotione respiciũt arcũ, securi sunt a diluuio vitiorũ. Eccl. xliij. b, *Vide arcũ & bñdic eũ qui fecit illum.* Sequitur.

a *Erant igitur filij.* HIER. Sæpè LXX. non ualentes, ה heth literam, quia duplicē aspirationem sonat, in Græcum vertere, χ chi Græcam addiderunt, docentes in huiusmodi vocabulis esse aspirandum. Vñ Cham transtulerunt pro eo quod est Hā, a quo Aegyptus usque hodie lingua Aegyptiorum dicitur Hā.

in q. Heb. Ham.

Homi. 28.

✻ CHRYS. Quare scriptura assignauit, *Cham autem erat pater Chanaam?* Voluit per hoc nobis illius intemperantię nimietatē insinuare, & quod neq; calamitatis magnitudo illū coercere potuit, neque tanta in arca angustia illius concupiscentiā sedauit, sed quamuis senior frater nondū filios procreauerat, hic incōtinentiæ deditus, in tēpore generalis īteritus, rei uenereę deditus fuit. Itaque non multo post propter cōtumeliā in parētē, maledictionē susceptur' erat eius fili' Chanaam.

† aliàs nō habet illū

in cap. 9.

✻ PROCOP. Ex hoc textu elici potest, Chanaā priorem conspexisse verenda patris & aui. Patri id reñncianti nudus faciēs bonum senem. Ex textu. Nam inquit scriptura. *Noe experrectus è somno, cognouit quæ fecerit filius suus natu minimus.* Cham autē non erat filius natu minimus, sed secundus. Et cum aui plerū que nepotes appellent, filios natu minimum vocauit Chanaam.

filii Noe.

B

✻ RVPERT. Porro Chā est pater Chanaam, subauditur habitatoris terræ huius, quam tu ò Israel ingredieris posidendam.

cap. 39.

✻ CHRYSOST. Sicuti per tres illos hominum genus multiplicauit, uniuersi conditor, ita & in fide per duodecim piscatores idiotas & illiteratos, omnem sibi ordinem conciliauit.

vbi supra.

b ✻ *Plantauit uineam.* CHRYSOSTO. Verisimile est, quod ab initio uinea fuerit in sex diebus creata, sed non dico, quod fuerit notus ab initio plātæ vsus, uel fructus ex illo manifestus. Nam si fuisset ab initio notus, Abelis tempore inter oblatas hostias & uinum libassent. Et quia neque Noe gustauerat prius, neque aliū sciebat qui gustauerat, ignarus qua mensura vti debebat, per ignorantiam in ebrietatē incidit. Propterea quoniam carnis esus in uitam hanc introductus fuerat, postea & uini potus accessit.

Noe inebriatus.

Chanaan.

Homi. 29.

D

diluuii ad delendam vniuersam carnem.

a Ceruleo colore designans preteritum diluuium, igneo futurum iudicium.

Eritque arcus[a] meus in nubib. & videbo † illum, & recordabor fœ-[1]

Initi vel habiti.

deris sempiterni, quod pactum est inter Deum & omnem animam viuentem vniuersæ carnis, quæ est super terram. Dixitque Deus Noe: Hoc [1] erit signum fœderis, quod [2] constitui inter me & omnem carnem super terram. Erant igitur fi-[3] lii Noe qui egressi sunt de arca,

a Nomen vel nominatus. c Callidus. c Latitudo.

Sem,[a] Cham,[b] & Iaphet.[c] Porrò Cham [4] ipse est pater Chanaam. Tres isti sunt filii Noe, & ab his disseminatum est omne hominum genus

Christus homo factus.

super vniuersam terram. Cœpitque [5] † Noe vir agricola exercere terram,

Vinea domini sabaoth domus Israel est.

& plātauit vineā, & bibēsq; vinū ine-[6]

a Calice passionis. Passus.

b Crucifixus vbi infirmitas mortalitatis apparuit.

c Alij in domo, id est, in gente sua scilicet Iudaica.

[7] briatus est, & † nudatur in taber-[8]

✻ PROC. Fortassis non citra diuinā prouidentia, nec carnium nec uini vsus ante diluuium frequētatus est. Si enim ut docet scriptura, tanta fuit dementia illorum mortalium, ut aquis domandi fuerit, quid euenisset, si carnium & uini vsus fuisset cognitus.

vbi supra.

✻ IDEM. Agricola Noe plantauit uineā, nempe populū suum ī Christo. Primus ex uino bibit, sic Christus passione cōsummatus est. Noe nudatus est in domo sua, sic Christus crucifixus est a Iudæis. Chamus typus est populi Iudaici qui illusit Christo è cruce pēdēti. Reliqui duo populi sunt fideles qui præcessere legem & qui secuti sunt.

1 hoc est signum.

E

c *Bibensq; uinū etc.* Christus quoque inebrietatus, dum passus, nudatus, dum crucifixus *In tabernaculo suo*, id est, inter domesticos sāguinis sui, tūc nudata est mortalitas carnis, *Iudæis scandalum, gentibus stultitia.* ipsis autem uocatis Iudæis & gentibus, quasi Sem & Iapheth, Dei uirtus, & Dei sapientia, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.

ALCVI. Post diluuium Noe inebriatus est, quia forte nesciebat uino posse inebriari. Nec enim ante diluuiū legūtur homines vino vsi. Ideo de Noe specialiter dicitur, quod plantauerit uineam.

† 35. d. ca. ante fi. & a sexto die. Noe victū sibi parat. ex agricultura & vineā plātat.

aliàs † nudatus est.

## NICOLAVS E LYRA.

1 Et recordabor fœd. &c. *Non quia obliuio cadat in Deū, vt supra dictum est, sed dicitur recordari alicuius quando subuenit ei quia sic subueniēdo se habet ad modum recordantis ipsius.*

2 Hoc erit signum fœd, &c. *Tunc enim dominus fecit apparere iridē & ostendit ipsi Noe, vt de cætero cognosceret illud signum cum sua potestate. Circa hoc autem quæritur. Quomodo iris sit signum fęderis, cum procedat ex causa naturali. Et dicunt aliqui, quod vsque ad diluuium non fuerat pluuia, nec iris apparuerat. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum cum pluuia fiat ex dispositione aeris & motu stellarum, & istæ causæ multo tempore præcesserant. Propter quod non est verisimile, quin & effectus consecutus fuisset multis vicibus, & ideo alij dicunt, quod licet præcessissent nubes & pluuiæ, non tamen fuerat nubes in tali dispositione quod ibi generaretur iris. Quia ad generationem iridis requiritur nubes densa, & ante nubem densam nubes rorida, vt habetur tertio Meteororum, quia iris generatur in nube per modum speculi. vbi requiritur receptio in roratione, & terminatio in densitate nubis, sicut in speculo requiritur perspicuitas vitri, & densitas plumbi terminans. Dicunt igitur quod primo facta est talis dispositio quando Deus ostendit ipsi Noe iridē. Sed hoc non videtur quia secundum Augustinum, Deus res quas condidit, sic administrat, vt eas proprios motus agere sinat. & ideo cum talis apparitio fiat ex causa naturali, non est verisimile, quin multoties præfuit eius causa, quē et per consequens effectus concomitabatur. Vnde idem inconueniens est negare quod pluuia ante diluuium fuerit, & quod iris apparuerit, vt videtur. Supposito igitur quod apparuerit ante diluuium, dicunt aliqui, quod nihilominus post diluuium est datum in signum diluuij non futuri. Nec est signum ad placitum, vt nomina significant res, sed est signum naturale, sicut digestio vrinæ est signum futuræ sanitatis, vel mortis non futurę ex illa ęgritudine. Ad cuius intellectum præmittunt modum generationis iridis, quia non generatur tempore multum sicco, nec multum pluuioso, eo quod in nube rorida opposita ipsi soli, & hoc quando sunt vapores in aere sufficientes ad generationem talis nubis. Non tamen sunt in tanta abundantia, quin calor solis possit eas deuincere, sic quod non sequitur ex eis magna pluuia: & est signum naturaliter significans diluuium non futurum de propinquo, quia signat remotionem diluuij de propinquo futuri scilicet remotionem vaporum in tanta multitudine, quod inde possent generari pluuiæ in tanta abūdantia, quod sequatur diluuij innundatio. Veruntamen quia talis dispositio aeris non semper durat ideo vna apparitio non est signum diluuij de cætero non futuri, sed apparitio continuata per frequentem apparitionem, & ideo dicunt quod ante diluuium non fuit signum diluuij non futuri, quia talis apparitio fuit interrupta magno tempore ante diluuium. Sed hoc dictum videtur esse contra veritatem & contra textum. Accipit enim causam diluuij partialem pro totali scilicet quod pluuiæ fuerint, & possint esse causa, quod est falsum. Quia diluuium generale de quo non est quæstio non potest causari naturaliter, vt dictum est supra octauo, capitulo. Item contra textum qui causam diluuij actiuam attribuit virtuti diuinæ ex influentia speciali, & materialem principalem aquis Oceani virtute diuina eductis super terram, & multiplicatis vltra cacumina montium quindecim cubitis. Vnde supra sexto ca. dixit dominus.* Ecce adducam aquas diluuij super terram, *quantum ad causam efficientem. Et septimo c. quantum ad causam materialem dicitur,* Rupti sunt omnes fontes abyssi magnę, & cataractæ cœli apertæ sunt. *Ex quo patet quod causa materialis & principalis fuerunt aquæ Oceani. Patet igitur quod aparitio iridis non potest esse signum naturale diluuij generalis non futuri, cum non sit signū remotionis causæ nisi materialis tantū. nec adhuc materię principalis, sed secundariæ, vt patet ex textu, & ideo dicendū, quod est signum magis ad placitum, scilicet ex ordinatione diuina inquantum Deus ordinauit quod apparitio iridis de cętero esset signum rememoratiuū pacti vel fæderis ipsius Dei facti ad Noe, quod diluuiū decætero non induceretur generaliter terrā disperdens sicut dicitur in textu.* Eritq; arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recor. fœd. &c. *Ex quo patet quod ante diluuiū non fuit in signū huius licet apparuerit, quia tale pactū vel fædus non erat adhuc institutum: sed pacto facto Deus instituit apparitionem iridis, siue ipsam iride de nouo in signū huius pacti vel fæderis licet iris sit res naturalis, & ante diluuiū fuerit. Sicut aliquando contingit in humanis, quod lapis magnus qui diu stetit in aliquo loco immobilis, de nouo statuitur in signū alicuius distinctionis, vtpote hæreditatū vel regnorum.*

F

3 Erant igitur filij Noe. *Istud ponitur per quandam recapitulationem & vt exprimatur quod sequitur.*

4 Porro Cham ipse est pater Chanaan. *Istud specialiter exprimitur, eo quod dominus daturus erat filijs Israel terram Chananęorum.*

5 Cœpitq; Noe vir agricola. *Hic describitur status Noe post diluuium, quantum ad exercitum: erat enim terra per diluuium peiorata, vt supra dictum est, & ideo indigebat diligentiori cultura.*

6 Et plantauit vineam. *Licet enim esset producta à terra, erat tamen quasi siluestris dimissa: & ipse diligentius coluit.*

7 Bibēsq; vi. &c. *Ignorabat enim fortitudinē vini, quia prius erat inexpta.*

8 *Et* nudatur in tab. &c. *Id est, discoopertus in partibus, inferioribus.* Quod

## MORALITER

*Cępit. q. Noe uir, &c.* Cōtingit autē diabolo procurante & Deo permittere, quod bonus Prælatus qui per Noe significatur, prius intētus spiritualibus, ad terrenorum cōcupiscētiā couertitur, ideo dicitur. † Quod

neã. Nudatio femoris sequit̃ ebrietatẽ, sicut libido satietatẽ.

a ✻ *Quod cum vidisset, &c.* PROCO. Ex his circũstantiis Chami peccatum amplificatur. Despectui habet parentem, effutit q̃ turpiter iacuerit pater, nec vni ex fratribus nunciat, sed utrisque, si plures præsto fuissent, facinus detexisset omnibus: ridiculum ei visum est facinus, cui minime debebat, dignum erat id factũ pudore & cautela, ne ad cæteros eius infamia dimanaret, nec his qui domestici erant, id annunciat, sed externis.

b ✻ *Faciesq; eorum, &c.* AMB. Litera euidẽtẽ pietatis expressit affectum, qđ nudatũ amictu patrẽ boni filii videre cauerũt. Siquidem etiam tacito vultu pietas offenditur. Vnde Romę vetus fuisse vsus dicitur, ne filii cũ parentib. & maxime puberes intrarent lauacrũ.

ISID. Iudæi Christi mortem viuentes subsãnauerũt. Sem vero & Iaphet duo populi ex prępυtio & circuncisione credẽtes auersi operuerunt, nec uiderunt. Quodam velamẽto passiõem Christi tegimus, id est, sacramẽto honoramus, eiusq; mysterii rationẽ reddẽtes, a Iudæorum detractione operimus. Vestimentum enim significat sacramẽtum, dorsa memoriam præteritorum. Passio enim est transacta, non expectatur futura, *Cham uidit*, quia in necẽ an dñi consensit. *Foras nunciauit*, quia per eum est manifestum, qđ erat in prophetia secretum. *Ideo fit seruus seruorũ fratrũ suorũ*, quia gẽs illa Christianorũ scriniaria baiulat, legem et ꝓphetas ĩ testimoniũ ecclesię, vt honorem᷒ p sacramẽtũ quod illa litera nunciat.

*Quod cum, &c.* Hæretici in maledicta medietate reputantur, quia nec in parẽte qui ex circũcisione credidit, agnoscũtur. De quo Apostoli. *Nec in illo qui ex præputio, ex quo gentes in unitatem fidei tanquam in pacem anguli concurrentes.*

a naculo suo. † Quod cum vidisset

a ¶ Quia neci Christi consensit. ¶ Israel secundum carnẽ. ¶ Medius frater, i. populus Iudæorum, qui nec primatum Apostolorum tenuit, nec vltimus in gentibus credidit. b ¶ Mortalitatem patris nudatam.

Chăm pater Chanaã, verenda, scilicet, patris sui esse nudata, nũciăuit duobus fratribus suis foras. At vero † Sem et Iapheth, pallium imposuerũt humeris suis, et incedentes retrorsum, operuerunt verẽda patris sui: Faciesque eorum auersæ erant, et patris virilia non viderũt. Euigilans autem Noe ex vino, cũ didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait: † Maledictus Chanaan puer, seruus seruorũ erit fratribus suis. Dixitq;: Benedictus Dñs De᷒ Sem, sit Chanaã seru᷒ ei᷒. Dilatet Deus Iapheth et habitet in tabernaculis Sem, sitq; Chanaan seruus

a ¶ Per literam legis & prophetiæ.

a ¶ Duo filii maximus, & minimus, duo populi sunt. b ¶ Sacramentum transactæ passionis.

a ¶ Velamento honorantes vnde sint nati scientes.

a ¶ Quia in necem Christi non consenserunt.

a ¶ Prophetico spiritu.

a ¶ Plebs Iudaica, quæ dum Christum crucifixit pœnam in filios transmisit dicens: Sanguis eius super nos & super filios nostros, Matth. 27. b.

a ¶ Ex quo Iudæi.

a ¶ Ex quo gentes. b ¶ Conuenientib. in ecclesia Iudęis & gentibus.

c ¶ Ecclesiis quas construxerunt apostoli Prophetarum filii.

a ¶ Scinarius diuinorum librorum.

Incipit enim iudiciũ a domo Dei. Quis ergo finis eorũ q non crediderũt? Qui tẽporalia flagella nõ sentiũt. Quia in æternũ peribũt, quorum nequitia Chã peccãte figurata est. Cui dr: *Maledictus Chanaan puer &c.* Patre peccante, filius sñiam accepit, qa reproborũ neqtia hic diu proficit, sed perit in posterũ.

✻ PROCOP. Quidam tradunt Chamũ nominatũ esse Chanaan ob Chananæos, quorum hic autor & pater fuit quos eadem maledictio deinceps percutit. Alii docẽt Chanaã ictũ esse maledictiõe, quia patrisauerit quo ad impietatem. Chã quia ĩ suum deliquerat parentem, punitus est in filio, qui maledictionis expertus est aculeos. Et maior dolor cruciabat patrẽ, cum videret filium maledictione diuexari. Graui᷒ n. affligimur calamitate liberorum, q̃ si nobis aliqua miseria obiiceret. Verum quæstio est, quomodo (Chanaã) seruiret fratribus? Id facile probatur. Nam Gabaonitę qui descendebãt ex Chanaan prosapia, seruitutem seruierũt Israelitis, quorum autor erat Sem. Quãuis igitur nunc dira videatur imprecari nepoti, attamẽ prĩcipaliter deuouet eius posteros, ex quo seu ex fonte, multi populi nationesq; exorti sũt.

d *Benedictus Dominus Deus Sẽ.* Cum sit Deus omnium gentium quasi ꝓprio vocabulo, etiã in ipsis gentib. dicitur Deus Israel, quod est ea benedictione Iapheth, quia ĩ populo gẽtiũ orbẽ terræ occupauit ecclesia, quod ꝓnunciabatur cum diceret. *Dilatet Deus Iaphet*

✻ PROCOPIVS. Cernis Noe fatidico ore illa insonuisse. Potest hoc loco prędici imperiũ Romanum, ꝙ inuasit tabernacula Sem & Chanaan. Itaq. Noe oracula q̃ in modũ bñdictionis ꝓfatur, abiere in maledictiõẽ, siquidẽ Persis & Romanis seruierũt Iudęi, & adhuc Chanaã seruitũti subiectus est

e *Chanaan.* STRABVS. A quo Chananæi, qui hac maledictione prophetantur expellendi de loco habitationis.

† *At uero Sem. &c.* GREG. in Moral. Auersari dicimur qđ reprobamus. Quid est ergo quod filii verunda patris subiectis dorso pallis auersi veniendo operuerunt? Nisi qa bonis subditis sic præpositorum suorũ mala displicent, vt ab aliis nota occultent, operimentum auersi deferunt, quia diiudicãtes factum, & venerantes magistrum, nolunt videre quod tegunt.

c *Maledictus Chanaan puer, &c.* GREG. in moral. libr. xxvj. Nõ prætermittit Deus multa peccata, sed ita iudicium in nostra correctione incipit, vt in reproborum damnatione quiescat. Incipit

f *Dilatet Deus Ia. &c.* HIERONYMVS. De Sem Hebræi, de Iapheth gentiles. Quia igitur lata est multitudo credentium, à latitudine quæ Iapheth dicit latitudo nominatur. Quod autẽ ait, *& habitet in tabarnaculis Sem.* de nobis prophetatur qui in eruditione & scientia scriptuarum eiecto Israel uersamur.

ISID. *Dilatet Deus, &c.* Sem maior natu, ipse Iudaicus populus, ex quo patriarchæ & prophetæ & apostoli. Iapheth pater

li. 1. of. c. 18

inebriatus Noe deridetur a filio.

† 96. d. c. ĩ scripturis.

† 2. q. 2. c. qualis. & c. pietũ. 15. q. 6. c. de criẽ.

1 Foras in platea.

Benedicũtur Sem et Iaphet, Iudęi de Sem Gentes, de Iaphet.

Moraliter

† 1. q. 4. c. Ec. 24. q. 3. cum ergo.

Maledicitur Chanaã. in c. 9

## NICOLAVS DE LRYA.

Quod cum uidisset Cham pater Chanaan. *Hic nominatur Chanaan quia secundum aliquos ipse primo vidit & patri suo Cham indicauit. Secundum alios quoniam hic agitur de malitia ipsius Cham, qui irreuerenter se habuit ad patrem, ideo fit mẽtio hic de filio eius Chanaã, qui secutus est malos mores patris, et im̃ creuit malitia in posteris ꝙ postea interfecti sunt de mãdato domini, & terra eorũ data est filijs israel.*

1 Verenda scilicet, &c. *Ex hoc patet quod homines adhuc non vtebantur fœmoralibus. Sed postea inuenta sunt. Primo a quadam muliere quæ vocata fuit Semiramis, vt habetur in historia scholastica.*

2 Nunciauit duob. &c. *Vt incitaret eos ad derisionem patris, sed ipsi e contrario uoluerunt eum honorare, eius turpitudinem tegendo, ideo sequitur,* At uero Sem & Iapheth, &c. *Et patet litera usque ibi.*

3 Maledictus Chanaan. *Maledixit patri in filio, quia filius istud flagitiũ inceperat, vt dictũ est secundũ aliquos, Vel aliter, vt per hoc ostẽdatur, quod ipse Chã nõ solũ esset maledictus in persona sua, sed quod ẽt ista maledictio ad suos posteros deriuaretur, et quia sicut irreuerentia paterna mereretur maledictionẽ, ita reuerentia benedictionẽ. Ideo subdit.*

4 Benedictus dominus Deus Sem, sic Chan, &c. *Vidit. n. in spiritu, quod cultus vnius Dei remansurus erat in filijs Sem, alijs ad idololatriã declinantibus, quod non potest fieri sine gratia Dei speciali, ideo ĩ benedictione ipsius Sem benedixit domino; Per hoc etiã quod præponit in hac benedictione ipsum Sem ipsi Iapheth, ostendit quod Sem fuit principalis in reuerentiam patris, & induxit ipsum Iapheth ad hoc.*

5 Dilatet Deus, &c. *Per hoc ostendens quod esset dilatandus in multitudine prolis.*

6 Et habitet in tab. *&c. Istud exponitur dupliciter, uno modo vt referatur ad ipsum Deum, vt sit sensus, quamuis Iapheth sit dilatandus* ✻ in

C Quare Chanaam pro patre nominat.

Fœmoralia quis inuenit.

F Sẽ quare benedicatur.

## MORALITER.

† *Quod cœpit exercere terram, &c.* Bona querẽs immobilia ad superabũdãtiã, cuius vino inebriatur, id est, extra mẽsurã rationis ponit̃ ad pompã abutendo, Gulã, Luxurã, & nudãtur eius verẽda per infamiam, quod aliquãdo contingit in eadem persona, sicut 3. Reg. 11. a. dicitur de Salomone: *Cũ esset senex deprauatum est cor eius per mulieres*, qui tamen valde bon᷒ erat in iuuẽtute, propter quod Nathan ꝓpheta uocauit eum [illegible] dediah, id est amabilẽ domino, & frequentius contingit in diuersis personis sibi succẽdentibus, nam in ecclesiis & cœnobiis, vbi prelati fuerũt valde boni paucisq; contenti, vigent pompæ ĩ equitaturis, vasis, & ferculis, vt de aliis taceamus, propter quod præbent scandalum populis.

† *Quod cum uidisset, &c.* Per istum qui patris turpitudinẽ aliis nunciauit, significãtur subditi cauillosi & maliciosi, q contra eos appellant non ad eorũ correctionem, sed infamiæ diffusionem, & sui malignam promotionem. Vnde & Cham calliditas interpretatur.

† *At uero Sem & Iapheth, pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt, &c.* Per illos qui verẽda patris operuerũt significãtur boni subiecti, qui superiorẽ delinquentem cũ debita reuerentia monent charitatiue, antequam ecclesiæ denuncient, id est superiori prælato, qui potest remedium adhibere.

pater gentium est, q latitudo interpretatur. Dilatatus est enĩ gentilis populus, q cum prophetis & apostolis hæreditatem accepit. *Et in tabernaculis Sem trãsit habitatio Iapheth*, hoc est in domo legis & prophetarum ecclesiã iustificari. Minor est q dem temporis ætate, sed maior est in lege gratiæ. Cham uero qui interpretatur calidus, tanquam medius est ab vtroque discretus, nec in primitiis Israelitarum, nec in plenitudine gentium, significat non

eius. Vixit autẽ Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis, & impleti sunt omnes dies eius nongentorũ quinquaginta annorũ, & mortuus est.

non solũ Iudæos sed etiã hæreticos callidos, non spiritum sapientiæ, sed impatientiæ, quo solent primo feruere, & sanctos perturturbare: Significat ẽt omnes falsos Christianos, qui passionẽ Christi annunciãt profitendo, sed inhonorant male uiuẽdo: *A fructibus eorum cognoscetis eos*. Matth. 7. b. Nõ in se sed in filio suo maledictus est tãquam in fructu id est, in opere. Chanaam namq; ĩterpretatur motus eorum idest, opus eorum.

Aetas Noe

☞ a *Hæ*

## NICOLAVS DE LYRA.

*in multitudine gentium ab eo descendentium, tamẽ nõ habitabit Deus in eo per verum & specialẽ cultum, sed in ipso Sem, quia a filijs ab eo descẽdentibus factum est tabernaculum fœderis tempore Mosi, & tẽplum tempore Salomonis in quibus dicitur Deus habitaße. Alio modo vt refertur ad ipsum Iapheth, vt sit sensus, quod aliqui descendentes de Iapheth habitent in tabernaculis Som, id est, in tabernaculo & templo quia in festiuitatibus solemnibus aliqui gentiles qui descenderant de Iapheth, ascensuri erant causa orationis in tabernaculum & templum vt habetur Io. xij. c. Vel quia in aduentu Christi & prædicatione euangelij cæcitas contigit in Israel quę descendit de Sem, & plenitudo gentium, quæ descendit de Iapheth intrauit ecclesiam per fidei susceptionem, vt dicit Apostolus ad Rom. 11. c. Et sic habitauit in tabernaculis Sem. Cætera patent.*

Hæ

### ADDITIO.

In ca. ix. vbi dicitur in postilla. Et ratio huius exceptionis subditur, &c.

### ADDITIO I.

*Ex hoc quod Deus prohibuit homicidiũ non habetur ratio ad hoc, ꝙ nõ comedatur caro animalis cum sanguine, qualitercunq. exponatur. Homo enim non cõceditur in esum hominis nec alicuius animalis, sicut animalia sunt cõcessa ad esum hominis: Vnde in hoc loco, ubi nostra litera dicit.* Sanguinẽ. n. anim. vestr. requirã, *litera Hebraica habet.* Verun tamẽ sang. ani. vest. er. *& exponitur sic, licet. n. vobis concesserim occisionẽ animalium, non tñ hominum. Et exponãtur cætera sicut in posti. In eodem cap. jx. vbi dr̄ in postilla: Supposito igitur, quod apparuerit ante diluuium, &c.*

### ADDITIO II.

B *Quod antẽ iris apparuerit ante diluuium, satis patet ex veritate literæ, nam ubi translatio nostra habet.* Arcum meum ponã ĩ nubib. &c. *litera Hebraica hẽt.* Arcum meum posui in nubib. &c. *ex quo vr̄ ꝙ ante diluuium fuerat positum, licet tunc nõ in signum. expositio autẽ q̄ hic refutat postillator vr̄ satis sustinenda. Pro quo sciendum ꝙ ĩter signa q̄ sũt ad placitum (sicut nomina) & res per ea significatas sæpe aliqua inuenitur cõgruẽtia: Vnde ex hoc ꝙ* Adã imposuit nomina cuncta animalib. *vt dr̄ Gen. 2. c. arguũt doctores qđ Adã sciuit omnium animalium naturas qđ non sequeretur ex hoc nisi nomina naturis rerum cõgruerẽt. Et ideo ĩ ꝓposito licet apparitio iridis, ad placitum, s. ex ordinatione diuina sit signum, qđ de cætero non ĩducatur gñrale diluuium vt litera sonat, non tollitur ex hoc, qđ inter signum & rẽ signatã sit aliqua congruẽtia naturalis. Quæ quidem congruentia est. Nã ad generationẽ iridis reqritur, quod in aere non sit multa siccitas, nec multa humiditas, sed quod istæ duę qualitates sint certo modo proportionatę, ut tactum est ĩ supradictis opinionib.* Et unde *est ꝙ Ptolomæus in quadripartito dicit, ꝙ cum iris apparet statim post tempus pluuiosum, est signum a serenitatis futuræ: Nec ex illa expositione quam reprobat postillator, sequitur quod causa actiua diluuij non fuißet virtus diuina, nec etiam quod causa materialis ipsius, licet partialis, essent aquæ Oceani: Sed dicit quod apparitio iridis est signum, ꝙ humiditas non est in tãta abundãtia. ꝙ sequatur magna pluuia, & ideo est signum naturale conueniẽs ad significãdũ diluuium non futurum de propĩquo, non tñ per hoc intelligitur, ꝙ sit signũ omnino necessarium, sicut nec digestio urinæ, de qua postillator exẽplificat, est signum oĩno necessarium futuræ sanitatis, unde de ꝑdicta expositio non vr̄ repugnare textui, nec rationi, nec etiã est omnino incompossibilis cum expositione postillatoris que est Ra. Mo. Gerunden. Stant. n. simul, quod iris sit quædã res naturalis, & quod fuit ante diluuium, & quod postea ex beneplacito diuino fuit datum in signum, & quod hoc signum sit congruens rei, per ipsum signatæ vt dictum est.*

C

### ADDITIO. III.

Habitare ĩ tabernaculis Sem.

*Non videtur prætermittenda in hac prima expositione secundum quam ĩtelligitur,* quod Deus inhabitet in tabernaculis Sem, *illa summa & ineffabilis habitatio diuina,* qua uerbum Dei habitauit ĩ nobis *Io. 1. a. Quę quidem habitatio fuit primo, & proprie in tabernaculo virginis gloriosæ descẽdentis de Sem, in cuius officio legit ecclesia illud Ecc. 24. a.* Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo *Vnde in his benedictionib. status vtriusque legis diuinæ prophetizatur. In prima enim benedictione dixit:* Benedictus dominus Deus Sẽ, *quod intelligitur de cultu vnius Dei remansuro in filijs Sem, ut in postilla dr̄, quod pertinet ad statum veteris legis. In secunda vero benedictione, vbi dicit:* Et habitet (scilicet Deus) in tabernaculis Sẽ, *intelligitur status nouæ legis. In quo Deus* habitauit in tabernaculis, *Sẽper carnis assumptionẽ modo prædicto, & ĩ quib. etiam habitat sacramẽtaliter in sacrificio altaris, & etiã per amplioris gratiæ infusionẽ. Exponẽdo autẽ ly* (& habitet in tabernaculis Sẽ) *secundo modo, s. quod referatur ad* Iapheth, *non debet intelligi sic, quod Iapheth habitante in tabernaculis Sẽ, eßet Sem exclusa ab illa habitatione, sed quod* Iapheth *simul habitaßet cum Sem in tabernaculis suis, quadã tamẽ primitia remanẽte ipsi Sẽ iuxta illud ad Rom. 1. b.* Iudeo primum & Græco: *vnde et tabernacula Deinde qb. hic agitur, ipsi Sẽ principaliter ĩtitulantur.*

### REPLICA.

*Correctorij contra Burg.* Iudaizantẽ. *In c. 9. ubi postillator mutipliciter exponi illum paßum.* Carnẽ cũ sanguine nõ comedetis *Bur. nititur diuinorum ꝑceptorum curiosus inquirere rõnem, q̄ tamen sæpe ad diuinã resoluũtur uoluntatẽ, cuius ratio q̄renda non est, & ur̄ hic assumere ꝑsonã serpentis qđ dixit* Cur ꝑcepit vobis Deus, &c. *sup. ca. 3. a. Sed ut verum fatear, & si illius præcepti poßent & physicæ & morales rationes assignari, certum tñ est, quod prohibitio homicidij non assignatur pro eius ratione, ut putat Bur. cum dr̄.* Sanguinẽ anim. uestr. requirã, &c. *sed per hoc dictum respondetur tacitæ quęstioni. Quod. n. generaliter dictum est:* Omne quod mouetur, &c. *quæri poßet, cum homo moueatur & viuit, an etiam homo homini cibus fieri debat aut possit. Respondetur huic tacitæ quęstioni, ꝙ quia ex litera sanguis humanus impune non dẽt effundi, igitur excipitur homo ab illa concessione generali, q̄ dr̄* Omne ꝙ mouetur, &c. *Et formatur ratio sic.* Carnẽ cum sanguine, &c. *igitur caro humana non erit vobis ĩcibum seucib. Tenet consequentia per medium in litera positum, quiã hominis sanguis non dẽt effundi, & sequitur ꝙ cum nõ possit sine sanguine manducari, ideoq; additũ pœna effundentis sanguinẽ humanum, cum dr̄.* Sanguinem anim. vestr. &c. *In eodem cap. cum postillator reprobaßet opinionem de iride, dicentem quod est signum naturale, non ad placitum institutum diluuij non futuri. Burg. vt habeat occasionem contra postillatorem, dicit, quod habeat quandã congruentiã naturalem, vt dr̄ in postilla, ideo est signum naturale. Sed conceßo antecedente, consequẽtia non valet. Manifestum. n. est quod illã congruentiã naturalem habuit ante diluuium. sicut post, quia eodẽ modo generabat sicut post. Ex huiusmodi igitur congruentia naturali non potest argui, ꝙ sit signum naturale in comparatione diluuii, sed potius naturale, quia habet congruentiã talem naturalem ad significatum. Dr̄. n. homo quia ab humo. Si. n. Burg. fideliter referret opinionem postillatoris, non diceret quod opinio reprobata staret in postilla Non. n. stant simul quod (q̄uis sit ibi aliqua congruentia) iris sit signum naturale & non, ut si homo ad placitum, & qđ sit signũ ad placitum rememoratiuum pacti diuini, Illa etiã opponunt ut patet. Item in eo. c. ubi postillator exponit illum paßum, quomodo* Iapheth *habitaret ĩ tabernaculis Sem. qñ cæcitate Israel se indignũ faciente intrauit plenitudo gentium, &c. Bur. pro suo gente dimicãs* Iudaizando *dicit qđ hoc intelligendum est, ꝙ Semper hoc non sit exclusus de tabernaculis, sed ꝙ* Iaphet *ibi habitãte remãsit ipsi Sem q̄dã primitas, iuxta illud ad Rom. 1. b.* Iudęo primum & Gręco. *Sed hoc allegatum modicum facit pro primatu* Iudæorum, *nisi ꝓ primatu tꝑis, quia* uirtus Dei, etsi sit in salutẽ omni credẽti, *primum tamen ipse illuxit Iudęo & Græco, ſm autem primatum dignitatis de quo Bur. loquitur, vr̄ dici ad Rom. 10. c.* Nõ est distinctio Iudæi & Græci, nã idẽ dñs omnium salutẽ apud quẽ idẽ liber & seruus. *Quomodo. n. Iudæis assignabit primatum ecclesiæ quæ tabernaculum Sem dr̄ etiã a Bur. quib. Paulus & Barnabas dixerunt:* Vobis quibus oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniã repellitis illud & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gẽtes, sic enim præcepit nobis dñs. *ita habetur Act. 13. g. Quomodo inquã primatiã assignat eis in ecclesia qui noĩe reliquarum q̄ saluæ intelligunt Esa. 10. f. et ita per Apostolum autoritas illa exponit ad Rom. jx. nisi forte Burg. per* Iudæos *velit intelligere Christum et Apostolos, quos primatũ habere in ecclesia Dei fateor cum eo. Non tamen ut Iudæos, sed vt Christũ et Christianos. Locus enim hic intelligitur de repulsa* Iudæorum, *et gentium electione.*

D E F

✻ NICO-

CAPVT X.

a HAE *sunt generationes*. Benedictis duobus filiis Noe, & medio maledicto, generationes eorum texuntur, ex quib. 72. generationes sunt ortæ. Quindecim de Iaphet, triginta de Cham, uiginti septe de Sem. Ad quas misit domin' lxxii. discipulos.

b *Sem.* ALCVI. ut æstimant Asiā, Cham Aphricam. Iaphet Europam sortitus est.

c *Iaphet.* Minoris filii, de quo nati sunt septem filii qui tenuerunt septentrionale regionē à Tauro & Amano, montibus Ciliciæ & Syriæ, vsq; ad fluuiū Thanaim, in Europa vero usq; ad Gadira. Nomina vero locis & gentib. relinquētes ex quib. plurima mutata, cętera permanent.

d *Gomer.* Hi sunt Galathæ secundum Iosephum qui Latine Gallogręci dicuntur.

e *Tubal.* Iberes q & Hispani, a quibus Celtibernia, licet quidam Italicos suspicentur.

f *Chanaan* Hic obtinuit terrā, quā Iudęi postea possederunt, eiectis Chananęis.

g *Regma & Saba, &c.* HIERO. Paulatim antiqua nomina perdiderunt, & quæ nunc pro veteribus habeant ignoratur.

h *Saba.* Alia quā superior, & differunt in scriptura Illa .n. per Samech, hæc per schin scribit, ubi enim dicimus reges Ara. & Sa. do. ad in Hebręo habetur סבא & שבא scheba & seba.

i *Nemrod.* Qui ultra naturam coelum penetrare voluit, significat diabolum, qui ait. *Ascendam super astra cæli.* Nemrod. sm Iosephum noua regni cupiditate tyrannidem arripuit & fuit author ædificandę turris quæ tangeret cęlum *Ipse cępit esse potēs,* uel *gigas* secūdum alios. Sed antea gigantes natos scriptura commemorat. Sed forte post diluuium nouitas generis humani reparandi memoratur, *quia ipse cœpit esse gigas super terram.*

k *Robustus venator.* Al. i. hominum oppressor & extinctor, quos allexit, ut turrem contra Deum cōstrueret.

l *Babylon.* Est confusio, quia ibi facta est linguarum diuisio.

m *Assur.* Imperium Assyriorum, quod primum fuit sub Nino

CAP. X.

1 HÆ sunt generationes filiorum Noe: Sem, Cham, 2 Iaphet. Natique sunt eis filii post diluuium, † filii Ia-3 phet, Gomer & Magog, & Madai & Iauan, & Tubal & Mosoch & Thyras. 4 Porro filii Gomer Asenez & Riphat, & 5 Thogroma. Filii autem Iauan Elisa & Tharsis Cethim & Dodanim. 6 ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam & familias in nationib. suis. Filii autē Cham, Chus & Mesraim & Phuth, & Chanaan. Filii Chus Saba Heuila & Sabatha & Regma & Sabathacha: filii Regma, Saba & Dadam. Porro Chus genuit Nemrod. † Ipse cępit esse potens in terra, & erat robustus venator coram domino. Ad hoc exiuit prouerbium, quasi Nemrod robustus venator corā domino. Fuit autē principium regni eius Babylon: & arach & Archahc & Chalanne in terra Sennaar. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen & plateas ciuitatis & Chale. Resen quoque inter Niniuē & Chale est ciuitas magna.

*Interlinear glosses:* a Galathę. b Schytę qui & Massagetæ putantiur. c Medi. d Iones qui & Gręci, a quib. Ionium mare, & quinta lingua eorum Ionica dicitur. alias. Madal. e Iberes vel Hispani. — a Cappadoces quorum metropolis hodie Mathaca dicitur. b A quo Thraces. c quos Græci Regnos vocant. d Paphlagones. — a i. Phryges. a quo Elisei, id est, Græci qui & Eolides. c Cilices, quorum ciuitas Tharsus Paulo Apostolo nobilis. d a quo Cithij quorum hodie ciuitas Cithium dicitur. e hi sunt Rhodij. — a Hæc per prolepsim, id est præoccupationem, necdum enim linguę diuisæ. — a Hæc est Aethiopia. b Aegyptus. c Libya. vnde Fluuius Mauritaniæ Phut: & Omnis regio Phutensis dicitur. A quo Chananęi. e A quo Sabei. f Pars Aethiopiæ Occidentalis. Getuli in parte remotioris Aphricę deserto adhęrentes — a A quo Sabatheni, qui nunc Astabari secundum Hier. b Arabia. c Aethiopiæ vltima regiæ. — a Qui princeps superbæ turris. b Post diluuium. c Vel Gigas. — a Animarum deceptor, quia cogebat homines ignem adorare. b Id est, non ignorante vel contra dominum. — a Confusio. b Edissa Mesopotamiæ ciuitas. c Seleucia a Seleuco rege Asiæ nunc dicta. d Mi sibi. e Babylonia, vbi putei Bituminis. — a Sennaar. Secundum Hebræos, quamuis Ninus filius Beli ædificanit & Niniuen appellauit. — a Quę Hebraicæ Rehoboth. Rheg.

*Margin:* Sortitio terrę. Filii Iaphet. † 1. Par. 1. a. A quib. diuisę sūt regiones. Filii Chā. Esai. 14. d. Historiæ. † 6. di. non est. §. ius uero. *Plateas ciuitatis vel Rehoboth ciuitatem. Prouerbiū. Aradium. Babylon. Achad. Assur. Niniue. ędificauit.

NICOL. DE LYRA. CAPVT X.

1 HAE sunt generatiões filiorum Noe. *Postquā descripta est ipsius Noe generatio, hic describitur suæ generationis multiplicatio, & primo describit multiplicatio suę generationis, secundo electio vnius partis, 11. c. Adhuc primo describitur multiplicatio generationis. Iaphet, secundo ipsius Chā, ibi:* Filii autem Cham. *tertio ipsius Sem, ibi:* De Sem quoq; nati sunt. *Circa primū ponitur multiplicatio filiorum Noe in generali, & patet, vt descendat ad filios Iaphet in speciali. d.*

2 Filii Iaphet, &c. *Et primo agit de multiplicatione filiorum Iaphet. ut continuet dicta dicendis, quia in fine præcedentis c. loquendo de filijs Noe sermonem terminauerat si ipso Iaphet.* Cōsiderandum *quod sicut dicit B.* Hiero. lib. de Hebrai. q. *Filij Iaphet possederunt in Asia terrā ab Amano & Tauro montibus vsq. ad Tanai fluuium.* In Europa *uero usq. ad Gadirā nomina locis & gentib. relinquentes, ex quib. postea mutata sunt plurima, cætera permanent in se, uel in aliquo simili, uel propinquo.*
3 Gomer. *a quo nominati sūt Galathæ, & postea Gallici ut dicū taliq.*
4 Et Magog. *a quo descenderunt Scythæ secundum Hieronymum.*
5 Et Madai, *a quo dicti sunt* Medi.
6 *Iauan, a quo Græci, unde in Hebræo. Græcia adhuc nominatur* יון *Iauan, & Gręci* ויונים *Ieuanim Iones. Inde quarta lingua eorum dicta est Ionica, inde etiam & mare Ionicum.* 7 Et Tubal, *a quo descenderunt* Hispani. 8 Et Mosoch, *a quo Capadoces descenderunt, vnde & apud eos adhuc Mathaca ciuitas nominatur.* 9 Et Thyras, *à quo nominati sunt Thraces.* Porro filii Gomer, Asseneht vel Assenem, &c. *Sequitur.* 10 Filii autem Iauan Elisa, *a quo dicti sunt Elizei primo, & post* Eolides, *vnde a lingua quinta Græcorum Eolis Græce nominatur.* 11 Et Tharsis. *a quo descenderunt Cilices. unde & ciuitas Metropolis eorum uocata est Tharsis, unde natus fuit Paulus apostolus, ut habetur in Act. apost. 21. c. Sequitur.* 12 Ab his diuisę sunt insulæ gentium in regionib. suis; &c. *Hoc dicitur hic per anticipationē, quia factum fuit postea tempore diuisionis linguarum, de qua habetur c. seq.*
13 Filii autem Cham. *Hic cōsequēter agitur de multiplicatione generationis ipsius Chā, cum dicitur:* Filii autem cham, Chus, *a quo dicti sunt Aethiopes, unde & in* Hebræo *Aethiopia* כוש *Chus nominatur.*
14 Et Mesraim, *a quo Aegyptij, vnde & in* Hebræo *Aegyptus* מצרים *Mizraym dicitur.* 15 Phuth. *a quo Libyes, qui tamen primo uocati sunt Phuthei, unde ibidem scilicet in Mauritania est fluuius, qui vsque nunc Phuth dicitur.* 16. Et Chanaan, *a quo dicti sunt Chananæi, quorum terra postea filijs Israel data est.* Filii autem Chus Saba. *a quo dicti sunt Sabęi. & hi Arabes sunt.* 18 Heuila. *a quo dicti sunt Getuli.* 19 Et Sabatha. *a quo Sabatheni. Sequitur:* 20 Porro Chus. *Iste fuit qui induxit posteritatem Noe ad faciendum ciuitatem & turrim contra dominum, de qua dicitur sequenti cap. Ideo dicitur.*
21 Ipse cœ. es. po. &c. *quia per potentiam alios sibi sub mittebat, & nolentes ad opus prædictum compellebat. ideo sequitur.* 22 Et erat robustus venator, *id est, oppressor hominum.* 23 Coram domino. *quia nihil latet eius aspectum* 24 Ad hoc exiuit prouer. *id est, uerbum commune uel vulgatum.* 25 Quasi Nemord robustus venator, &c. *Quando enim postea videbatur aliquis oppressor hominum, uocabatur alter Nemrod, vel similis ipsi Nemrod.* 26 Fuit autem principium regni eius Babylon. *Hoc nomen hic dicitur per anticipationem, quia impositum est propter diuisionem linguarū ibi factam postea.*
27 Et Arach. *Hęc postea vocata est Aedissa.* 28 Et Chalamne, *quæ postea verso nomine à Seleuco rege dicta est Seleucia.*
29 De terra illa egressus est Assur. *Istud interponitur hic occasionabiliter ratione Babylonis, de qua immediate factus sermo. Iste enim Assur non fuit de filijs Cham, sed filius Sem, vt dicitur infra, & quia nolebat rebellare contra* Deum *cum Nemrod in ædificatione Babylonis, ideo fugit de terra Sennaar ad aliam regionem longinquam prius inhabitatam, quæ ex nomine eius est dicta Assyria.*
30 Et ædificauit Niniuen. *Aedificauit enim ciuitatem quę postea per longum tempus uocata est Niniue a Nino primo rege Assyriorum sm Eusebium, & durauit illud regnum per mille ducentos quadraginta annos, Sequitur.* 31 Hæc est ciuitas magna. *De cuius magnitudine dicitur* Ion. 3. b. Erat autem Niniue ciuitas mag. iti. die. trium

*Margin:* Possessio Iaphet. Græcia. Ionia. Eolides. Tharsis. Aethiopes. Aegyptus. Libya. Sebæi.

*M O R A L I T E R.*

* Hic nō occurrit mihi moralitas, nisi de Nemrod, q significat regem, vel principem seu dominum quemcunque malum de cuius potestate dicitur.
21 *Ipse cœpit esse pot. &c.* Et de ipsius malitia subditur.
22 *Quasi Nemrod robustus venator hominum.* Nam talis rex princeps aut dominus, per machinationes diuersas & violētias rapit bona subditorum, sed subditur.
23 *Corā dn̄o.* qa dn̄s videt talia ad puniēdū tpe debito grauissima pęna, sm qđ scribitur Sap. 6. a. *Potētes potēter tormēta patiēt*
26 *Principium regni eius Babylon,* q̄ cōfusio interpretatur, tale nanque regimē caret ordine rationis, & sic cōfusione replēt.

Nino qui ædificauit Niniuem, quæ propter pœnitentiam pulchra appellatur. hoc nouiſſime loquitur, quia eius generationem & generationis lineam proſequitur.

a *At vero Meſraim, &c.* HIERONYMVS. Excepti Laabin a quibus Libyes poſtea nominati ſunt, qui prius Phuthei vocabãtur, & Cheluim, quia poſtea Philiſtiim dicti ſunt quos nos corrupte Palæſtinos dicimus, cæteræ ſex gentes nobis ignotæ ſunt, quia bello Ethiopico ſubuerſæ: Poſſederũt autem terram a Gaza vſque ad extremos fines Aegypti.

b *Ludim & Amanum. Laabim, Nephetuim &c.* Hæc omnia ignorantur, vel quia deletæ sũt gẽtes bello Aethiopico, vel quia ignorantur quæ nomina nunc habeant.

c *De Sem.* De hoc

a ¶ Hæc eſt Libyes quæ prius Phuth.

a At vero Meſraim genuit Ludim & Amaním & Laabim † Nephetuim [1] b & † Phetuſim & Chaluim, de quibus egreſſi ſunt Philiſtiim & Caphthorim, [2] Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum ſuum Hethæum [3] [4] & Iebuſæum & Amorrhæum, Gergeſæũ, Heuæum & Arachæũ [5] Synæum & † Aradium, Samarithẽ, & Hamathæũ. [6] Et per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorũ. [7] Factique ſunt termini Chanaã venientibus [8] a Sidone Geraram vſque Gazam donec ingrediaris Sodomam & Gomorrham, & Adamam, & Seboim, vſque † Leſa. [9] Hi filii Cham in cognationibus & linguis & generationibus, terriſque & gentib. ſuis. c De Sem [10] quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber d fratre Iapheth maiore. [11] [12] e Filii Sem Elam & Aſſur & Arphaxad, & Lud, & Aram. [13] Filii Aram [14] Hus & Hul & Gether, † & Mes. [15] At vero Arphaxad genuit Sale, de quo [16] f ortus eſt Heber. Natique ſunt Heber filii duo: nomen vni Phaleg, eo [17] quod in diebus eius diuiſa ſit terra, & nomen fratris eius Iectan. Qui [18] Iectan genuit Elmodad & Saleph, & Azarmoth, † Iare, Adorã, & Vzal, [19] et Decla, et Hebal, et Abimahel, Saba et † Ophir, et Heuila, et † Iobab. [20] Omnes iſti filii Iectan. Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergentibus [21] vſque Sephar montem Orientalem. Iſti filii Sem ſecundũ cognationes [22] et linguas et regiones in gentibus ſuis. Hæ familiæ filiorum Noe, iuxta populos [23] et nationes † ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium. [24]

a ¶ Filius. b ¶ A quo Sidon ciuitas Phœnicis. c ¶ Hos populos expulit Iſrael de terra promiſſionis.
a ¶ Hieron. Hic condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani.
a ¶ Qui ciuitatem propinquam prædictæ nomine Syn ædificauit. b ¶ A quo Aradij, qui Aradium inſulam tenuerunt. c ¶ A quo Samaria. d ¶ A Syris vel Hebræis Antiochia, licet apud veteres Emath vocatur.
¶ Hæ ciuitates notæ ſunt ſua ſubuerſione.
a ¶ Minoris fratris.
a ¶ A quo Elamitæ, ſ. principes Perſidis. b ¶ A quo Aſſyrij. c ¶ A quo Chaldæi. d ¶ A quo Lydij. e ¶ Aſſyrij quorum metropolis Damaſcus.
a ¶ A quo terra Hus, quam LXX Aux idem, i. auſtralem dicunt: vnde vir erat in terra Hus, nomine Iob: hic condidit Traconitidem & Damaſcum. b ¶ A quo Armenij hi ab Euphrate fluuio partem Aſiæ vſque ad Indicum Oceanum tenent. c ¶ A quo Arcananij, ſiue Arcanij. d A quo Meſij, quos LXX. Moloch vocant, i. Meones.
a ¶ Diuiſio. ¶ Forte in diebus eius facta eſt linguarum diuiſio, per quam & gentes diuiſæ.

d *Heber.* Qui tamen quintus filio Noe Sem. Vtrum quia Hebræi dicũtur ex illo appellati, vel quia per illũ generatio ad Abraham tranſit. Quid ergo probabilius ſit Hebræos dici tanquam Heber eos vel tanquã Abraeos, merito quæritur.

e *Aſſur.* Qui ædificauit Niniuen.

f *Natique ſunt Heber filij, &c.* Heber trãſitor a quo Hebræi, id eſt, tranſitores. Veri Hebræi ſunt qui de præſentibus ad futura, de caducis ad manſura tranſeunt. Hæ gentes a fluuio Cono poſſederunt omnem regionem quæ vocatur Geria.

*Chaſluí. Philiſtiim. 1 & generationib. *anamim. Philiſtiim. Chananæi. Syria. Samaræi. alias † Aradeum. alias † Ieſa. 1. Par. 1. b. Filii Sem. Heber. E † alias Meſa Arphazad. alias † Iarã. alias † Iophir. alias † Obad. 1 Filiorum Noe. † alias hæc & linguas. Terræ ac gentibus diuiſæ poſt diluuium.

a Erat

NICOLAVS DE LYRA

1 At vero Meſraim genuit, &c. *Iſti populi ſunt ignoti, ut dicit Hieronymus exceptis Laabin, qui dicti ſunt Libyes, qui primo vocabantur Phuthei a Phut.*

2 De quibus egreſſi ſunt Philiſtiim. *Iſti habitauerunt cum filijs Iſrael in terra promiſſionis. Dicunt autem Hebræi quod Phetruſim & Chaſluim commutabant adinuicem concubitum vxorum ſuarum, & ſi egreſſi ſunt Philiſtiim.*

3 Chanaan autem. *Hic deſcribuntur generationes Chanaan.*

4 Genuit Sidonem primogenitum ſuum, *a quo nominata eſt ciuitas Sidon, quæ eſt in prouincia Phœnicis.*

5 Et Arachæum, *qui condidit Archas oppidum contra Tripolim in radicibus Libani ſitum.*

6 Sinæum, *qui ciuitatem prædictæ propinquam nomine Sin ædificauit.*

7 Haradium, *a quo dicti Aradij qui Aradium inſulam poſſederunt anguſto freto a Phœnicis littore ſeparatam.*

8 Amathæum, *a quo nominata eſt ciuitas Emath.*

9 Factique ſunt termini, &c. *Hæ ciuitates ſatis notæ ſunt & deſcriptæ inferius in ſcriptura.*

10 De Sem quoque. *Hic deſcribitur generationes ipſius Sem, & ponuntur ultimo, vt continuentur dicta dicendis, quia inferius proſequitur ſcriptura de eis, dicit ergo,* De Sem quoque, &c. *Iſtum primo nominat in ſpeciali, quia ab ipſo nominati ſunt Hebræi quibus ſcribebat Moſes, ubi autem noſtra tranſlatio habet Heber, Hebræi dicunt tranſitus. Heber enim eſt nomen proprium & commune, quia ſignat vnũ hominem ſingularem de quo iam dictum eſt, & ſignificat tranſitum. Dicunt enim Hebræi quod inter iſtos populos & alios erat quidã fluuius quẽ tranſierunt ad poſſidendum terrã quæ erat vltra, ideo vocati ſunt filij tranſitus.*

11 Fratre Iapheth maiore. *Dicitur autem Iapheth frater ipſius Sem, quia ſociatus fuit ei in reuerentia patris.*

12 Maiore, *hoc refertur ad Sem, quia maior fuit alijs fratribus dignitate, ut prædictum eſt. Hebræi autem dicunt, maioris, & tunc refertur ad Iapheth, qui ſecundum eos fuit primogenitus Noe.*

13 Filii Sem, Elam, *a quo dicti ſunt Elamitæ.*

14 Et Aſſur, *a quo Aſſyrij, vt dictum eſt.*

15 Arphaxad, *a quo Chaldæi deſcenderunt.*

16 Et Lud, *a quo Lidij.*

17 Et Aram, *a quo dicti ſunt Syri, vnde & in Hebræo Syria nominata eſt* ארם *Aram, cuius Metropolis eſt Damaſcus.*

18 Filii Aram Hus, *qui Traconitidis & Damaſci principatum tenuit & inde dicunt aliqui Iob fuiſſe natum, ſcilicet de terra Hus, vt habetur Iob primo capitulo.*

19 Et Hul, *a quo Guari & Armeni.*

20 Et Gether, *a quo Erati, qui & Armeni.*

21 Et Mes, *a quo Meones.*

22 At uero Arphaxad genuit Sale. *de quo ortus eſt Heber, de quo iam ſupra dictum eſt.*

23 Natiq; ſunt Heber duo filii, nomẽ vni Phalech, eo quod in diebus ſuis diuiſa ſit terra. *Ex hoc dicunt Hebræi, quod Heber habuit ſpiritum prophetiæ, quia impoſuit nomen filio ſuo ex diuiſione terræ, quæ futura erat.*

24 Iectan genuit Elmodad & Saleph & Azarmoth, &c. *Iſtorũ populorum plurimi ſunt nobis ignoti, vt dicit Hieronymus vel propter longinquitatem terrarum, uel propter mutationes populorum & nominum ex guerris & ſubuerſionibus, vel alijs cauſis ſimilibus. Et patet litera ſequens ex prædictis.*

*Chaſluí. Sydon. Heberqua le nomen.

ADDITIO.

*In cap. 10. vbi dicitur in poſtilla, Iſtũ primo nominat in ſpeciali, &c.*

ADDITIO

*Licet Hebræi deſcendãt ab Heber filio Sem, non tñ ab eo dicũtur Hebræi, prout largius in additione ſuper Matth. 21. c. habetur, uide ibi, &c.*

REPLICA.

*Correctoris contra Bur. In ca. 10. vbi poſtillator dicit quod ab Heber dicuntur Hebræi. Burg. ſe opponit dicens, Ergo omnes deſcendentes ab Heber dicerentur Hebræi, quod falſum eſt, ideo non ab Heber ſed ab Abraham dicuntur Hebræi, Sed tunc argumentum Burg. eſt contra ſe, quia Hiſmaelitæ deſcẽdẽtes ab Abraam, & in cultu vnius Dei remanentes dicti ſunt Hebræi, alii non. Ita reſpondeo, quod & taliter valere poteſt de filiis Heber ſicut Abrahæ. Nec iſta ratio ſua cũ reſpõſione ualet, quia conſtat decẽ trib. Hebræos fuiſſe, & eſſe, & tamen cultum vnius Dei defuiſſe, & ad idola defluxiſſe, ut patet in libris prophetarũ, Regũ, & Paralipomenon. Verius eſt igitur dictũ poſtillatoris ſequentis dictũ Augu. quod Burgenſis, ex debili motiuo ſæpe relinquit contra ſuam doctrinam propriam in quæſtione præambula, vbi docet ſanctorum reuerentiam ſemper eſſe ſeruandam. Dicit namq; B. Augu. l. 16. de ciui. Dei cap. 11. quod Hebræi dicti ſunt ab Heber, licet poſſet eſſe quod ab Abraã dicantur quaſi Abraei. Et quia beatus Aug. fuit illius opinionis in libro de conſenſu euangeliſtarum, retractat tamen in ſecundo libro retractat. c. 15. vbi ex intentione ponit propoſitum. Similiter & Ioſephus dicit ab Heber dictos Hebræos in primo libro antiquitatum.*

Erat

A In qō. super Gen.

CAPVT XI.

a ERat autem. AVGVSTINVS. Dictum est superius q̄d filij Noe, vel filiorū eius, distributi sunt per terras secundum linguas suas. Sed hoc per recapitulationem, postea commemorat quod prius erat. Sed obscuritatem facit, quod eo genere locutionis ita contexit, quasi de his a narratio, quæ postea facta sunt, cō sequatur.

Homi. 30. in Gen. Vnus sermo i terra

b CHRISOSTOMVS. Non de terra loquens, sed de hominum genere, vt nos doceat omnem linguā oī hominum fuisse naturæ. Et erat terra omnis labiū vnū & vox vna. Labiū vnum sermonē dicit, & idipsū iterū per vocē, significans oēs vsos eadem uoce & lingua,

Ihidem. * b Cumq; proficerentur. CHSYSO. Vide quomodo humanum genus non potest subsistere intra suos limites, sed amplius concupiscens, maiora semp appetit. Atq; hoc est quod humanū genus perdit, quia non vult naturæ sue mēsurā agnoscere, sed semp maiora desiderat. Quoniam uiderunt inquit, cāpum in terra Sennaar, migrantes & relicto priori loco illic habitauerunt.

† 6. dist. c. non est, §. ius vero. ✠ RVPERTVS. Scriptura vocat Sennaar cōgruo noīe, ab euentu.

B li. 4. in Genes. c. 41. Interpretatur enim Sennaar excussio dentium, id est, sermonū siue verborū q̄ sine dentib. non fiunt. Plurimum namq; dentes iuuant

aliàs † vsq; ad edificatur turris Babel. ad loquendū, qui tunc illis quodā modo excussi sunt, quādo solitā loquendi facultatē denrati, id est, superbi perdiderunt. Nihilominꝰ recte dicitur fœtor eorum, quia fœtorem superbiç eorum tali ausu usque ad nares Dei emiserunt.

c Venite Timebant iterum diluuium: ideo authore Nemrod voluerunt sibi cōstruere turrem, in qua diluuium non timerent. Stulta & impia audacia, vnd secuta est vindicta, & linguarum diuisio.

CAP. XI.

a Hebraice linguę.

ERAT autem terra labii vnius, & sermonum eorundem. Cumque pro-

a relicto vero sole.

ficiscerentur de orien-

a quod est fœtor vel excussio dentium, quia hęreticorum dogmata, non habent bonum Christi odorem, ... amiserunt, quib. cibos verbi Dei molere debuerunt.

te, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proximum suum: 2 Venite faciamus lateres, & coquamus eos igni. Ha-

a quod aquis dissolui non potest nec aliqua re, nisi menstruo sanguine postquam siccatum fuerit.

bueruntque lateres pro saxis, & 3 bitumen pro cęmento, & dixerunt: † 4 Ve-

a quam Deus non ingreditur.

nite, faciamus nobis ciuitatem, & tur-

a superbiam mundi, vel elationem hæreticorum, qui figmenta sua erigunt contra Deum: vnde merito turris Babel, i. confusio dicitur.

rem, cuius culmen pertingat † ad cæ-

a vt non possit vlt ra pertingere diluuium. b celebre faciamus.

lum, & celebremus nomen nostrum 5 an-

a diuersitate erroris.

te quam diuidamur in vniuersas terras. De-

a Descendere Dei est humanorum actuum attendere prauitatem.

scendit autem dominus, vt videret ciuitatē, & turrem, quā ędificabant filii 6 Adā, & dixit: Ecce vnus est populus & vnum labiū omnib. Cęperuntq; hoc facere, nec desistēt á cogitationib. suis donec eas opere compleant,

D quæst. 58.

✠ THEODORETVS. Bitumen quidam ex magistris absestum lapidem esse dixerunt, ignorantes fontes qui in Assyria sunt, coque turrim illam conditā fuisse existimarunt. Diligenter. n. 1 ab his qui inde profecti sunt didici, fontes huiusmodi materiæ ibi 2 esse, qua lateres in ædificium componantur. Nec desunt, qui huius terris partem oculis spectarint hac materia constructam, quin etiam ideo laterib. vsos fuisse, quod lapidū iopia maxime Assyria laboret.

3 ✠ Venite faciamus ciuitatē. CHRY 4 SOSTOMVS. Faciamus ciuitatem 5 non Deo, sed nobis. Vide quā inualuit malitia. Habentes adhuc re 6 centem memoriam generalis in diluuio interitus, in tantam incide runt insaniam.

vbi supra.

✠ AVGVSTINVS. Ista ciuitas, q̄ appellata est confusio, ipsa est Babylon cuius mirabilē costructio- 7 nem gentium cōmendat historia.

d Descendit autem Dominus. quando sensib. humanis se commodat, vel operib. Vnde Exod. 3. b. Vidi afflictio- 8 nem populi mei, et descendi liberare eos. Et alibi, Descendam & uidebo vtrum clamorem opere compleuerint.

2 Venite. eia age siue agite. li. 16. de ciuitate Dei cap. 4. 3 Bitumē vel lutum. 4 Veniretur eia siue agite. E Sap. 10. a. Mystice. 5 Antequā ne forte. Genes. 18.

9 ISIDORVS. Turris mundi superbia, vel hereticorum dogmata, q 10 moti ab Oriente, id est, vero lumine, & venientes in Sennaar (quod 11 est excussio dentium) superbiam erigunt dogmatis ɔ̄ Deum, volentes illicita curiositate cęli altitudi- 12 nem penetrare, sed ab vnitate & 13 cōfessione fidei segregati, diuersitate erroris quasi dissonātia līguæ ab inuicē separant, & quos armat cōtra Deum perniciosa cōtentio: diuidit

6 Adā, uel hominū.

NICOLAVS DE LYRA

CAPVT XI.

Diuisio. C

ERat autem terra labij vnius. Postquā descripta est generationis Noe multiplicatio. Hic describitur vnius partis electio, & primo præmittitur quo ad aliquos sententia reprobationis, secundo additur quātum ad alios gratia electionis, ibi Hę sunt generationes Sē. Reprobati sunt autē aliqui, quia rebellauerūt contra dominum uolentes facere turrim, ubi possent seruari contra diluuium, & hoc quod describitur sic.

1 Erat autem terra labij vnius, id est, idiomatis, scilicet Hebræi, quod usque tunc solum fuit inter homines.

2 Cumque proficiscerentur de Oriente. Ab illa enim parte recesserunt querentes sibi locum ubi possent simul manere, quia Nemrod uolebat eos sub suo dominio tenere.

3 Inuenerunt campum, id, est, terram planā & magnā ad hoc aptā.

4 In terra Sennaar, quæ nunc dicitur Chaldæorum.

5 Dixitque alter ad proximū suum, Inducente enim ipso Nemrod consenserunt in hoc facto.

6 Venite faciamus lateres, quia illa terra campestris est non habens lapidicinas.

7 Venite, faciamus nobis, &c. utrunque enim facere inceperunt, ut turris esset in medio ciuitatis, tanquam eius fortalitium.

8 Cuius culmen pertingat ad cœlum, id est sit ita altum quod non possit illuc attingere diluuium.

9 Et celebremus nomen nostrum. & sic uideretur quod non solū moti sunt ad ædificandum timore diluuij, sed etiam ex superbia.

F

10 Antequam diuidamur, &c. In Hebræo dicitur, Vt non dispergamur superfaciē vniuersæ terræ. i. ne diluuium superueniens dispergat cadauera nostra super faciem terræ, sicut fecit de præcessorib. nostris

11 Descendit autem dominus. Hoc autem dicitur, nō quod indigeat, descensu ad uidendum ea quæ fiunt in terra, cum omnia pateant oculis eius sed ut per hoc instruantur iudices hominum, ne procedant ad sententiandum, donec causam examinauerint diligenter.

12 Filij Adam, id est, imitatores eius, quia sicut ille rebellauerat Deo in transgressione pręcepti, sic isti in ædificatione turris.

13 Cęperuntque hoc facere, nec desistent, nisi prohibeantur uirtute superiori.

6 Venite 1 Venite

MORALITER.

1 Erat autem terra labij unius. Per terram homo intelligitur qui formatus fuit de terra. Genes. 1. d. Est autem homo labii unius, quando similiter loquitur de proximo in presentia & absentia eius. Et linguæ diuersæ, quando bona loquitur in psentia proximi, & mala ipso absente. Et de tali dicitur Eccle. 28. b. Susurro & bilinguis, maledictus multos. n. turbauit pacem habentes. Possunt etiā per labia sensus exteriores hominis intelligi, eo quod enuntiant aliquo modo dispositiones animi. Eccle. 19. d. Ab occursu faciei cognoscitur sensatus. In facie vero sunt omnes sensus igitur terra est labii unius, quando sensus exteriores hominis componuntur ad unitatem rectæ rationis.

2 Cumq; proficiscerentur de Oriente, hoc faciūt exteriores sensus, quando recedunt a lumine rationis rectę attracti delectabilibus. & tunc mutuo se hortantur ad faciēdum turrim superbię contra Deum, & ad hoc trahuntur sensus interiores animi per consensum, sed Deus confundit labium eorum, scilicet puniē doꝑ pœna gehennæ, ubi nullus est ordo, & per consequens ibi tunc est extrema confusio.

ALLEGORICE. Per terram intelligitur militans ecclesia, per labium vero prædicatio & doctrina. Illud autem labium de ecclesię principio fuit vnum prædicādo & docēdo vnum Deum vnam fidem, unum baptisma sicut dicitur Ephe 4. a. Sed in recessu aliquorum ab Oriente, id est, a Christo, de quo dicitur. Zach. 6. c. Ecce uir, Oriens nomen eius, turris superbiæ fabricata est ex qua secuta est diuisio, linguarum per doctrinam & prædicationem hæresum diuersarum.

1 Dixit

A diuidit erroris repentina confusio. Hos damnat trinitas & dispergit, in quam offenderunt. vnde *Venite igitur, descendamus & cõfundamus ibi linguam eorum* varietate scilicet eorum vel schisma tum, quando facta est linguarum diuisio. In sola domo Heber pristina lingua remansit, sicut in sola ecclesia (quæ est domus Christi) vnitas confessionis & fidei.

a *Venite igitur, &c.* Ad angelos dixisse intelligitur. Vel s̃m illud, *Faciam⁹ hominem ad imaginem & similitudinem nostrã.* Nam singulari numero subiunctũ est, & *diuisit eos*, &c. sicut ibi: *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.*

✠ PROCOPIVS. Hæc verba ad filiũ & spiritũ sanctũ, nec ad angelos referũtur. Nõ.n. angeli creare quicq̃ possunt, sed creaturæ sunt. Creatoris est, nouas formare linguas. Spiritussãcti op⁹ est linguas mutar, vt discim⁹ Apostolorũ exẽplo, qb. donũ lĩguarũ, obtulit sub specie ignis. Verum diligẽter obB serua, quãtum incõmodet humano gñi peccatum. Immortalitate nos exuit p Adamũ. Eripuit nobis p diluuiũ spm sãctũ. Nequaq̃.n. ait, *permanebit spiritus me⁹ in eis.* Nunc linguarum varietatẽ apportauit. GRE. in Mora. li. 2. *Venite, &c.* dicitur his q Deo adhærẽt. *Venite*, qa diuina contẽplatione nunq̃ decrescere, sed sẽper accrescere, & nũq̃ corde recedere, stabili motu est sẽper venire. Ascẽdunt angeli creatorẽ cõsiciẽdo, descendunt, creaturã illicite se erigentẽ, examine districtionis p̃mendo. Dicere ergo *descẽdam⁹ & cõfundam⁹ linguã eorũ*, est in semetipso q̃ recte agatur ostendere, & per vim intrenæ visionis eorũ mentibus exhibenda iudicia, occultis motibus inspirare.

b *Diuisit eos.* ALC. In hac diuisione lĩguarũ nihil nouũ fecit De⁹, sed dicẽdi modos & formas loquelarũ diuersis gẽtib. diuisit. vñ easdẽ syllabas, & eiusdẽ potestatis literas aliter cõiũctas in diuersis linguis inuenim⁹, & sæpe eadẽ nõia vel verba significãtia, vñ vbi dicit Psal. 2. b *In virga ferria*, in Græco hr̃, ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ i raudo syde-C ra. Igit ĩ Latino sydera, nõ ferrea significat, sicut ĩ Græco, sed astra.

✲ AVG. Merito malus punit̃ affectus etiã cui nõ succedit effect⁹. Genus vero pœnæ quale fuit? Qm̃.n. dominatio iperantis in lingua est, ibi dãnata est superbia, vt nõ ĩtelligeret iubens hoĩ, qui voluit itelligere, vt obediret iubẽti Deo

✲ c *Et ĩde dispersit eos, &c.* AVG. Ex illis igitur tribus hominibus Noe filiis 73. vel potius 72. gentes, totidemque linguæ per terras esse cœperunt, quæ crescendo insulas impleuerũt. Auctus est autem numerus gentium, multo amplius quam linguarũ. Nã & in Africa Barbaras gentes in una lingua plurimas nouimus. Profecto itaq; cum quæritur in diuisionẽ linguarũ, vbi lingua illa remanere potuerit, q̃ fuit ante cõis, q̃ sine ulla dubitatione ubi remãsit, nõ fuit illi pœna q̃ facta est mutatione linguarũ quid aliud occurrit, nisi q̃ in eius gente remãserit, a cui⁹ nõie nomẽ accepit, Et cũ legat̃ una fuisse lĩgua primit⁹ oĩum & ante oẽs filios Sẽ cõmẽdet Heber q̃uis ab illo quint⁹ oriat̃, & Hebræa uocet̃ lĩgua, merito credenda est ipsa fuisse primailla communis.

✲ THODO See contra, antiquissimaõium linguã Syram esse nomina declarant. Adã enim Caim & Abel Syrorũ lĩguæ ppria sunt. Adãtha.n. terrã rubram Syri appellare solent. Existimo Hebræã esse sacrã vocẽ; q̃ per Mosem De⁹ hominib. dedit, nõ naturalem tñ. Cũ. n. alii gentis suę, in qua nati sũt, lingua loquãtur, ut Itali Itala. Greci Græca, Hæbreorũ tñ pueri nõ statĩ Hebræa loquũtur, sed illarũ gẽtiũ lĩgua apud quas nati sũt.

d *Sem centũ erat annorũ.* BEDA. Magnã qõ nobis nascitur s̃m literam quomodo Sem biennio post diluuium centum esse annorum dicatur, cum s. quingentesimo anno Noe natus asserat, & sexcẽtesimo anno eiusdẽ Noe diluuiũ uenisse legat̃. Vt ergo numerus tpm sibi metipsi nõ repugnet, itelligẽdum est, aut Noe duos plus q̃ quingentos annos habuisse, qñ natus est Sẽ, aut duos minus; aut sexcentos annos qñ venit diluuiũ, aut Sem habuisse cẽtum & duos annos qñ natus est Arphaxat. Solet .n. sic loqui scriptura nonnunq̃, ut etsi modicum supsit uel desit, plena riũ tñ numerũm & pfectum ĩ cõputo sonet, uidet̃ autẽ uerisimile, vt mea fert suspicio, cũ nat⁹ esset Sẽ, duos sup quĩgentos annos habuisse Noe. Neq; falsũ dixit scriptura, qa quingẽtos annos habuit ẽtsi quĩgẽtos & 2. annos habuerit, qa nimirũ minor numerus intra maiorẽ cõtinetur, Forte aũt sanctæ scriptor historiç, diligẽti⁹ hoc loco curauit explicare, dicẽdo Sẽ biennio post diluuiũ centũ fuisse annorũ, qa se meminit annũ natiuitatis ei⁹ quasi negligẽtius annotasse. Nusq̃ ĩ tota hac serie gñatio nũ addit mortu⁹ est, sicut ĩ ętate q̃ præcessit

a ¶ Trinitas in personis, vt ibi faciamus ho. &c.

1 Venite igitur, descendamus & confundamus ibi linguam eorum, vt non

a ¶ intelligant. b ¶ solitam.

audiant vnusquisque vocem proximi sui.

b a ¶ vnitas deitatis, sicut ibi. Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.

Atque ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædifica-

a ¶ Turrem superbiæ.

re ciuitatem. Et idcirco vocatum est nomen eius Babel, quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ. Et inde dispersit eos dominus super facie cunctarum regionum. Hæc generationes Sem. Sem centum erat annorum quando genuit 1 Ardhaxat, biennio post diluuium, Vixitque Sem postquam genuit 2 Arphaxat quingentis annis, & genuit filios & filias. Porró Arphaxat vixit trigintaquinque annis & genuit Sale, Vixitque 4 Arphaxat postquam genuit Sale 5 trecentis tribus annis, & genuit filios, & filias. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitque Sale, postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Heber trigintaquatuor annis, & genuit 6 Phalech. Et vixit Heber, postquam genuit 7 Phalech, quadringentis triginta annis, & genuit filios, & filias. Vixit quoque 8 Phalech triginta annis, & genuit Reu. Vixitque 9 Phalech, postquam genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Reu trigintaduobus annis, & genuit 1 Saruch. Vixit quoque Reu, postquam genuit 2 Saruch, † ducentis septem annis, & genuit filios, & filias. Vixit veró 3 Saruch triginta annis,

supra 1. c. Ibid. In ca. 10. lib. cap. 5. li. 16. de ciuitate. c. 4. Ibid. c. 6. venite eia vel agite hortantis. Cõfusio linguarum. Trinitatis articulus. qõ. 39. in Genes. Babel. Aetas Sem. 1 Aphaxad & 2. 3. 4. Quæst. de ætate Sem. 5 quadringentis. Sale. Heber. 6 Phaleg. & 7. 8. 9. 1. Para. 1. b. Reu. 1 Sarug, & 2. 3. 4. Et mortu⁹ est quare hic non dicitur sicut prius.

NICOLAVS DE LYRA.

† 1 Venite igitur &c. *Verba ista in plurari posita sunt verba Dei ad angelos, qui sunt executores diuinæ iustitiæ.*

2 Vt nõ audiat unusquisq; uocem proximi sui. *i. non intelligat Bene.n. audiebant sonos verborũ, sed non intelligebant significata eorum*

3 Atque ita diuisit eos dominus, &c. *Illos qui erant vnius idiomatis ad unam terram, alios unius idiomatis ad aliam.*

4 Et cessauerunt ædificare. *Quia quando vnus petebat lapides alter portabat sibi cæmentum, vel aliquid simile, & sic credebat unus se derideri ab alio, propter quod mota est inter eos rixa & contentio, et sic oportuit quod cessarent ab ædificando, et idcirco uocatum est nomen eius Babel, id est confusio, vel secundum proprietatem* Hebraici *sermonis, id est mixtio, quia homines ad inuicem mixti non intelligebant se mutuo propter multitudinem idiomatum.*

5 Sem centum erat annorum qñ genuit Arpha. &c. *Hic cõsequenter ponitur unius partis electio. s. generationis ipsius Sem, & nõ omnis, sed vnius, de qua in fine prosequitur, & legatur litera sicut iacet, hoc excepto, quod duo sunt hic notãda, Vnũ est, quod in descriptione huius generationis dicuntur aliqui uixisse quingentis uel quadringẽtis annis post diluuiũ. Ex quo patet, quod illud q̃ supra dictũ est sexto cap.* Eruntq; dies illius centum uiginti annorũ, *nõ fuit terminus vitæ humanæ post diluuiũ, ut credunt aliqui, sed fuit terminus vsq; ad inundationem diluuij, infra quem poterant pœnitere. Secundum, hic notandũ est, quod descripta vita cuiuslibet istius generationis, non dicitur hic in fine, &* mortuus est, *sicut supra dictum est describendo generationem ipsius Seth ante diluuium. Cuius ratio est, quia in illa generatione vnus, scilicet* Enoch, *fuit sublatus de medio hominum, non per mortem, sed quia translatus est in paradisum, ut supra dictum est, hic autem nullus est excipiendus a morte per talem modum, & ideo non dicitur in fine alicuius, & mortuus est, quia hæc est lex communis & certa de omnibus.*

† 1 Vixitq;

præcessit diluuiū: quia nemo erat in tota hac complectione nascentiū, de quo ex cæteris excepto dici posset sicut tibi de Enoch. *Ambulauitque cum domino, & non apparuit, quia tulit eum Deus.*

✱ AVGVST. Sicut in his in ante diluuiū fuerunt, conuectū tur hi filii Seth filii Adam, per quos puentū est ad Noe, sic & nūc omnis cęteris filiis Sē, illi describuntur & connectuntur in ordine generationis, non per quos directè venitur ad Abram.

a *Thare genuit Abram & Nachor.* AVG. Nō simul sed suis temporibus ex quo gignere cępit. Nec attendendus est in his ordo natiuitatis, sed significatio futuræ dignitatis, in qua excellit Abram.

✱ AVG. Fiunt itaque anni à diluuio vsq; ad Abrā mille septuaginta & duo secundū vulgatam editionem. hoc est, interpretum 70. In Hæbræis autem codicibus, longe pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationem aut nullam, aut difficillimam reddunt.

✱ *Mortuusque est Aram, etc.* EPYPHA. Nullus vnquā ex prioribus hominib' fili' ante patrē mortuus est: sed patres ante filios moriētes filios successores relinquebāt. Et ne quis dicat de Abel, non enim morte propria mortuus est: donec Thara æmulū Deo per propriā versutiam cōmentus erexit, & ex ultione similia his quæ fecit, recepit, dum etiam ipse per proprium filium per æmulationem prouocatus est. Vnde admiratiōe ducta diuina scriptura, adnotauit dicens, *Et mortuus est Aram in conspectu Tharæ patris.*

✱ PROCOPIVS. Primus itaque ille merito filium amisit, qui adinuenit artem aduersam Deo.

b *In Vr Caldæorum.* HIERO. In Hebræo in באורכשדים, id est, in igne Chaldæorum. Hic fabulantur Hebræi, quod Abram in ignem sit missus, quia ignem noluit adorare, quem Chaldęi colunt, & Dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne effugerit. Vnde ad eū dicitur: *Ego sum qui eduxi te de Vr Chaldæorum.*

c *Aram patris Melchæ.* HIERO. Idem pater vtriusque, Aram filius Thare, frater Abrę & Nachor, duas filias genuit Melcham & Sarai cognomento Ieſcham. Melchā duxit Nachor, & Sarai Abrā. nondū enim inter patruos & neptes nuptiæ fuerant prohibitæ, quę, in principio etiam inter fratres et sorores sunt celebratæ.

[Margin: cap. 10. vbi supra. — Nachor. — quæst. 25. sup Gene. — Thare. — li. 16. de ciuit. c. 13. — li. 1. cōtra Gentil. — Sarai. — Melcha. — Abrā ignē adorare voluit. — In quæstionibus Hebraicis.]

& genuit Nachor. Vixitq; 1 Saruch postquā genuit Nachor, ducētis annis, & genuit filios & filias. Vixit autē Nachor vigintinouem annis, & genuit Thare. Vixitq; Nachor, postquam genuit Thare, centū decem & noué annis, & genuit filios et filias. † Vixitq; Thare septuaginta annis, et genuit Abrā, et Nachor, et Aram. Hæ sunt autem generationes Thare, Thare genuit Abram et Nachor et Aram. Porrò

a ¶ Ab igne consumptus, vt aiunt Hebræi, quem adorare noluit.

Aram genuit Lot. Mortuusque est 2 Aram ante Thare patrem suum in terra natiuitatis suæ, in Hur Chaldæorū: † Duxerunt autem Abram & Nachor vxores. Nomen vxoris Abram, Sarai: Et nomē vxoris Nachor, Melcha, filia, Arā, patris Melchæ & patris Ieschæ. † Erat autem Sarai sterilis nec habebat liberos. Tulit itaque Thare Abrā filiū suū, 5 & Lot filium Aram filiū filii sui, & Sarai Nurum suam, vxorē Abram filii sui, et eduxit eos de Hur Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan. Veneruntque vsque 3 Aram, & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorū quinque annorum, et mortuus est in Haran.

¶ Vel Charran.

d *Tulit itaq; Thare Abram, &c.* AVGV. *Vsq; facti sunt dies Thare. 205. anni, & mortuus est Aran.* Prius dicitur, *quod cum esset Thare septuaginta annorum genuit Abram, & postea cum omnibus suis, mansit in Charan, & mortuus est.* Et dictum est Abræ vt exiret de Charā & exiuit cum esset lxxv. annorum. Sed per recapitulationem ostenditur viuo patre dominū pręcepisse, & Abram de Charā exisse cum esset. lxxv. annorū, & pater. ca. 75. Sic dies uitæ eius 205. anni fuerūt. Vt ideo scriptū sit: *Fecerūt anni vitæ Thare, 205. anni in Charan,* quia ibi impleuit annos totius uitę. Soluitur ergo quæstio per recapitulationem quæ insolubilis est, post mortem Thare diceremus. domi nū dixisse Abrę ut exiret de terra, quia non erat. 75. annorum, cum pater iam mortuus esset, qui eū anno ætatis. lxx. genuit, ut post mortem patris esset c. xxxv. annorū, si omnes anni patris. ccv. fuerunt. Sed quia quidā uolunt annos Abræ computari. ex quo liberatus est de igne Caldęorū, secūdum Hebręorum traditionē, potest dici, ꝙ scriptura quæ ait, *cum esset Thare annorum lxx. genuit Abram & Nacor & Aram.* non intelligi voluit, ꝙ lxx. annos tres genuerit, sed qñ generare cępit, memorauit. Fieri autē potest, ut posteriorē Abrā genuerit sed priuilegio dignitatis prior nominat' sit, sicut factū est ibi. *Iacob dilexi. Esau autem odio habui,* & in Paralipomenon Iudas ordine quartus, prior nominatus est, a quo Iudæi dicti propter regiam tribum.

✱ PROCOPIVS. Sara erat filia Arę, sororque Melchæ & Loth, vt scribit Iosephus antiquitatem libro' primo. Quapropter Abrahamus vbique eam sororem vocat. Soror tamen erat, nō ex matre, sed ex patre. Similiter moris est scripturæ, vt propinquos & cōsanguineos fratris nomine complectātur, sicut & nepotes filiorum continētur nomine.

[Margin: Sarug. — † Abrā Nachor Arā. 1. Para 1. b Iudic. 5. a. Iosue 24. a — Lot. — † 35. q. 1. c. 1. & eadē c. 1. ac itaque. Sarai. — † 32. q. 4. c. recurrat. §. his itaq. Thare cū Abrā i charam. Iosue 24. a Neem. 9. b Iudith 5. a In cap. 11. — 2 Eduxit eos Egressi sunt. — 3 Haram. — Thare moritur.]

Egre-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vixitque Thare septuaginta annis, &c. *Et hoc dicunt aliqui doctores Catholici & Hebræi, quod Abram fuit primogenitus Thare, & Aram vltimus. Sed contra hoc arguitur, quia secundum ipsos & omnes alios expositores Sara uxor Abram fuit filia Aram, de ipsa vero scribitur infra 17. cap. e.* Putans centenario nascetur filius et Sara nonagenaria pariet? *Ex quo patet quod Sara erat iunior Abrā decem annis tantum. Si igitur Abram fuit iunior ipso Aram, sequitur, quod non habebat decem annos quando genuit Saram, imo nec octo, quia inter natiuitatem Abræ & Aram fuerunt plus quam duo anni quod videtur inconueniens, maxime illo tempore in quo incipiebant generare, quando erant sexaginta annorum vel septuaginta, & ideo melius videtur dicendum, quod Abram fuit vltimo natus de tribus filijs Thare, tamen nominatur primo propter eius dignitatem, & quia ponēdus erat caput & stipes generationis sequentis, & quia primo facta est ei repromissio expressa de Christo, sicut supra dictū est de Sem filio Noe 6. cap. quod præponitur alijs propter dignitatem, non propter primogenituram. Item licet Abram non fuerit in textu uocatus Abrahā usq; ad 17. ca. in quo describitur mutatio nominis ipsius, tamen in hoc opere frequenter nominatur Abraham ante illum locum, quia cū nomen magis vsitatum & scribenti vel dictanti citius occurrit, nec est uis de illo, cum per hoc sententia non mutetur.*

2 Mortuusque est Aram ante patrem suum, &c. *Hoc dupliciter exponit. vno modo sic:* Ante patrem suum, *id est, ipso uidente & procurante. Dicunt enim Hebræi, quod Thare idololatra existens accusauit Abram filium suum ipsi Nemrod, eo quod nolebat ignem colere sicut faciebant Caldæi de præcepto Nemrod. propter quod Abram de præcepto Nemrod proiectus est in ignem. Aram autem frater eius assistens dicebat in corde suo: si vicerit Abra illæsus ab igne sequar eius fidem, sin autem, colam ignem sicut alij: Cum igitur Abram virtute diuina liberaretur illæsus ab igne, & quæreretur ab Aram de eius cultu, respondit se uelle sequi Abram, tunc proiectus est in ignem & ibi mortu' est, quoniam non fuit tantæ fidei sicut Abram, vt patet ex prædictis, nec tanta bona futura erant per ipsum, & sic consequenter exponitur quod sequitur.*

3 In Vr Chaldęorum, *id est, in igne vel incendio Chaldæorum, Sed ista expositio non uidetur rationabilis, quia postea subditur:*

4 Patris Melchę & patris Iescę. *Aram enim de cuius morte dictū est, genuit istas duas filias, & ipsa Iescha fuit binomina, quia uocata fuit alio nomine Sarai. Sequitur:*

5 Tulit itaq; Thare Abrā filium suum, & Lot filium Arā, &c. Et eduxi eos de Vr Caldęorum, *Non autem eduxit eos de incendio. Maxime cum secundum istam expositionem dictum sit, quod per eius accusationem filij eius proiecti sint intra ignem, & ideo melius videtur dicendum, quod Vr sit hic nomen terræ vel villæ, in qua manebāt, ita quod Vr nomen commune est, & proprium, prout significat villam determinatā vel ignem. Et hoc idem dicit quidā doctor Hebręus authēticus nomine Manahē, & ideo alio modo exponitur:* Ante Thare patrē suū. *id est, ipso adhuc uiuēte, qa alij filij Thare post patrē mortui sūt.*

6 Vt irent in terram Chanaā. *Hęc fuit intentio eorum in recessu de Chaldæa, sed occasione habita remanserunt in loco intermedio, scilicet in Arā, ubi mortuus est Thare. In actibus vero Apostolorū uocatur Charā, & hoc est, quia prima litera est beth, pro qua in Gręco ponit chi litera, & in Latino duę litera, s. c. h. Lucas autem scripsit actus Apostolorum in Gręco. Notandum etiam quod Abram accepit vxorem filiam fratris sui, quia tunc temporis talis gradus non erat prohibitus.*

[Margin: Abrā vel Abraā, dicere parū refert.]

In c.

*Vt cap. 11. ubi dicitur in postilla: Hoc dupliciter exponitur uno modo sic.* Ante patrem suum, &c.

ADDITIO I.

Abram liberatus ab igne.

*Quamuis ea quæ dicuntur ab Hebreis de morte Aram fabulosa uideantur, cum non habeant fundamentum in litera, tamen quod Abram fuisset diuinæ uirtute liberatus ab igne uel ab aliquo magno periculo in Chaldæa seu in Vr Chaldæorum, aliquod uidetur habere fundamentum in litera. Dicitur enim infra 25. c.* Ego sum dñs qui eduxi te de Vr Chaldæorum, *quæ quidem uerba sonant aliquam liberationem diuinitus factam, eo modo quo dicitur Exod. 20. a.* Ego sum dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. *Nec obstat quod hic legitur:* Tulitque Thare filiu. su. Abrã & Lot filii. Arã & edu. eos de Vr Chaldæorum. *quia ubi nos habemus.* Et eduxit eos, *ueritas Hebraica habet.* Et egressi sunt cũ eo de Vr Chaldæorũ, *cõcordat cũ hoc glossa quę habetur infra 12. ca. super illud uerbum.* 75. annorũ erat Abram cum egrederetur de Arã *sic dicens: Vera est igitur Hebræorũ traditio, qd egressus sit Thare cum filijs suis de igne Chaldeorũ, & quod Abram ualatus Babilonico incendio, quia illorum idolum, scilicet ignem siue incendium illud, adorare nolebat, liberatus sit auxilio Dei. Hæc in glossa, & est* Hierony. *Narrat etiam Ra. Moy. in libro de directione perplexorum, parte tertia, quod in quodam libro de agricultura Aegyptiaca, scilicet idolorum, continetur quòd quidem uir nomine Abram disceptabat publice cum idolorum cultoribus, asserens quod nõ erat ignis colẽdus ut Deus, & quod rex timens ne populum auerteret ab illa cultura, incarcerauit eum & spoliatum de terra sua eiecit. Quæ quidem historialia etsi ab infidelibus tradantur, quia tamen in fauorem fidei sonant, non sunt repellenda. Habetur. n. ex hoc quòd Abram fuit tam ardens in confessione fidei quod etiam publice & corã tyranno rege idolatras confutabat, & cum hoc quod Deus ipsum de manu tyranni liberauit.*

D

In eo c. 11. *ubi dicitur in postilla.* Notandum etiam quod Abram.

ADDITIO II.

*In lege ueteri nũquã fuit prohibitũ, quod homo acciperet in uxorẽ filiã fratris sui, seu filiã sororis suæ, prout patet Leu. 28. b. ubi oẽs in matrimonio prohibiti exprimuntur, inter quos prædictus gradus cõnumeratur.*

*Nulla te admiratio teneat, lector dignissime, si excellentissimus doctor magister Matthias corrector Burg. istis duabus additionibus non respondet nec replicat ad illas: sicut nec ad multas alias inferius adductas quoniam prædictus doctor non intendit replicare nisi ad illas quæ sunt contra postillatorem, quę uidentur facere difficultatem contra dictã postillatores. Alias autem tanquam additiones aut tanquam indignas responsiones dirimit, ut potest intelligi ex dictis eiusdem inferius in Correctorio corruptorij c. 11. Exod.*

CAP. XII.

a A

alias † cogit nos, vt &c.

*Egredere de terra, etc.* AVG. Consideranda est narratio Stephani de hac re, cui magis harum expositionum non repugnet. Et illud quidem † cõtingit, vt sicut uidetur narrari in Gene.) post mortem Thare locutus sit Deus Abræ, vt exiret de terra & de cognatione sua. Sed cum esset in Mesopotamia, priusq̃ habitaret in Chara, iam egressus de terra Chaldæorum, vt in illo itinere intelligatur ei locutus Deus Sed quia Stephanus postea sic narrat, tũc Abrã egressus de terra Chaldæorum habitauit in Chara, et inde postquã mortuus est pater ei⁹, collocauit eũ ĩ terra hac, nõ paruas affert angustias huic expositioni, q̃ fit per recapitulationẽ. Videtur. n. habuisse imperiũ Dñi, qui ei locut⁹ fuerat in itinere Mesopotamiæ egresso de terra Chaldæorũ, & eũti in Arã: & post mortẽ patris sui impleisse, cum dicitur, & habitauit in Chara, & inde postquam mortuus est pater eius, collocauit eum in terra hac. Ac p hoc

B manet quęstio. Si lxxv. annorũ fuit quãdo egressus est de Chara, quomodo possit hoc esse verum? Nisi forte φ ait Stephanus, tunc egressus Abram de terra Chaldæorum habitauit in Chara, sic accipiatur, tunc egressus est postquam ei locut⁹ est dñs, iã. n. erat in Mesopotamia (sicut supra dictũ est) qñ audiuit illud a dño. Sed per regulã recapitulationis contexere voluit Stephanus, & simul dicere vnde egressus, & vbi habitauit cũ ait. Tunc Abrã egressus est de terra Chaldæorũ, & habitauit in Chara. In medio aũt. i. iter egresũ de terra Chaldæorũ, & habitationẽ in Chara, locutus est Deus. Qđ vero adiũgit Stephanus, & inde postquã mortu⁹ est pater ei⁹, collocauit eũ Deus ĩ terra hac. No tãdũ q nõ dixit. & postq̃ mortuus est pater eius, egressus est de Chara, sed inde collocauit eũ Deus in terra hac: vt post habitationẽ ĩ Chare collocaret in terra Chanaã, nõ post mortẽ patris egressus, sed collocatus in terra Chanaan. Vt sit ordo verborũ. Habitauit in Chara, & inde collocauit eũ ĩ terra hac postq̃ mortuus est pater eius, tunc. s. locatus est quãdo illic nepotẽ suscepit cuius omne semen fuerat regnaturũ, ex promisso Dei hęreditate donata, ex ipso enim natus est Hismael de Agar, & alii de Cethura, & ex Isaac Esau, ad quos nõ pertinet hæreditas. Ex Iacob autem filio Isaac quotquot nati sunt

E Iubetur Abram egredi terram & à Deo bene dicitur. Act. 7. a.

CAP. XII.

Dixit autem do- ¶ Augustinus, viuente patre. ¶ Pater. 1
a ¶ Christum.
min⁹ ad Abram:
a ¶ Terreno homi^ne.
Egredere de terra 2
a ¶ Iudaica. ¶ Vitiorum.
tua, et de cogna- †
a ¶ Diaboli. Obliuiscere populum & domum patris tui.
tione tua, et de domo patris tui, et 3
Psal. 44. c. a ¶ Gentium.
b ¶ Per Apostolos notitiam tui dando.
veni ĩ terrã quã mõstrauero tibi. 4

NICOLAVS DE LYRA.

Dixit autem dominus ad Abram, &c. *Postquam Moses descripsit multiplicationem humani generis, & distinctionem fidelium ab infidelibus per duos stipites primos, s. Adam & Noe, hic consequenter facit hoc idem per tertium stipitem s. p Abrã. Et currit ista descriptio per tres partes, primo per Abrã, scdo per Isaac. c. 25. tertio per Iacob c. 28. Circa primum describitur quomodo Abrã processit de imperfecto ad perfectum, & ideo primo ostenditur quõ se habuit ut incipiens, secundo quõ ut proficiens, c. 17. tertio quõ ut perfectus c. 22. Circa primum sic proceditur, quia primo ostenditur qualiter se habuit circa Deum, secundo qualiter circa proximum. 13. c. tertio qualiter circa ipsum c. 15. Circa primum tria ostenduntur. Primum est ipsius Abræ obedientia ad Deum siue subiectio, secundum, ipsius deuotio, ibi:* Apparauitq; dominus Abrã, *tertium, suæ fidei probatio ibi:* Facta est autem fames. *Primũ autem describitur per hoc quod Abram obediuit Deo prompte, dimittendo terram & cognationem, cum dicitur.*

1 Dixit autẽ dominus ad Abram. *Secundũ φ dicit Ra. Sa. istud fuit ei dictũ per sexaginta annos ante mortem patris sui, quia pater suus & frater eius Nachor declinauerunt ad idolatriã in terra Aran: & ideo dominus Deus dixit Abræ, q recederet a patre & cognatione. Quod autem in fine præcedentis c. facta est mentio de morte ipsius Thare, hoc est per anticipationem secundũ ipsum, quia Moses uolebat ponere tertium stipitem, scilicet Abram ut prædictum est: Sed dictum Ra. Sa. procedit ex suppositione, quod Abrã esset primogenitus ipsius Thare, quod improbatum est c. præcedenti: ideo dicendũ quod post mortem Thare dictũ est ei.*

F

2 Egredere de terra tua. *i. Chaldæa in qua natus fuit. Sed quæritur, quomodo hoc sibi dicitur, cum iamdiu ante egressus fuisset inde cum patre suo, ut prædictũ est? Et respondẽt aliqui, quod licet egressus fuerit corpore, non tamẽ mente, quia intendebat illuc redire: et ad hoc excludendũ dicitur ei.* Egredere de terra *&c. Sed hoc nõ uidetur pbabile, φ uellet redire sub tyrãnide Nerod qui adhuc regnabat, sicut habetur inf. 14. c.* Amraphel rex Sẽnaar, &c. *de quo dicũt oẽs Hebræi φ iste erat Nerod, q & erat binomius, & ideo melius dr.* Egredere de terra tua. *i. lõgius recede ab ea, & hoc uidetur p literã Hebraicã q̃ sic hẽt.* Vade tibi de terra tua, *ac si diceret, pro utilitate tua uade longius a terra tua.*

3 Et de domo patris tui. *Non quia pater uiueret adhuc, ut prædictũ est, quia bene denominatur domus ab aliquo etiam postquam mortuus est, ut patet in scriptura in pluribus locis.*

4 Et veni, &c. *Adhuc enim determinationem terræ ei nõ reuelauerat, vt ostendatur obedientia Abræ exeuntis ad domini mandatum, etiam ad locum indeterminatum.*

✠ 1 Faciam

MORALITER.

C 1 *Dixit autem dominus ad Abram.* In vocatione Abræ designatũ hominis literati ad religionẽ vocatio, sicut fuit beatus Augu. & Gregor. & plures alij, qui multum profecerunt in ecclesia Dei. Cui per inspirationem dicitur a domino.

2 *Egredere, &c.* dimittendo terrenas possessiones.

† *Et de cognatione tua*, relinquendo amicos carnales.

3 *Et de domo patris tui*, dimittendo mores & gestus parentum secularium, aliter nõ valeret habitũ sumere religiosum. Exemplum de asino, quem fingit poeta pellem leonis assumpsisse, quem cum dominus suus quæreret, & propter pellem leonis ad eum appropinquare formidaret, tãdẽ p gestus asininos eũ recognouit, & ad suum seruitium reduxit dicens. Tu mihi q quondam semper asellus eris. Sic diabolus sub habitu religioso mores & gestus seculares ɔspiciẽs, in suã redigit seruitutẽ.

Esopus.

4 *Et ueni in terram, &c.* scilicet uiuentium vita gratiæ, ad quam religiosus deuotus iã venit in spe, & post mortem veniet in re: quia Tanta gratia datur accipientib. habitum religionis deuote, quanta datur fidelibus in baptismo, vt dicitur in collationibus patrum, collatione, &c. Et per consequens iam venit in spe ad terram viuentium vita gloriæ, quia gratia est arra gloriæ. Et hæc terra uitæ gratiæ fluit lacte eruditionis (sicut dicit Apostolus 1. Corint. 3. a. *Lac uobis pótum dedi.*) & melle deuotionis, nam in ea prægustatur mel futuræ beatitudinis.

Religionẽ ingredientes quãtã gratia acquirant.

✠ 1 Faciam

sunt, id est, vniuersum semen eius ad illam hæreditatem pertinuit. Sic igitur locatus est in terra illa Abram, quando ibi vixit vsque ad natiuitatem Iacob.

STRA. Notandum, quod iã egressus fuerat de terra sua, sed tunc egressus fuerat corpore non mente & voluntate, habebat enim animum forsitan reuertēdi, quando dictum est ei. Egredere, &c.

(li. de Abraham. ca. 2.) ✻ AMBROS. Satis fuerat dixisse: *de terra tua*. Ibi enim erat *exire de cognatione*, exire de paterna domo. Sed ideo addidit singula, vt eius affectū probaret, ne forte aut impudenter cæpisse uideretur, aut fraus aliqua mandatis cælestibus pararetur.

(Sermo 68.) ✻ AVGVST. Nouum probationis genus; habenti propria exilia indicere peregrina, ingerere laborem itineris quiescenti, imperare penuriã possidenti, & tantarum facultatum domino, necessitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit, quicquid arduum videbatur incredulis. Leue nō est cuiquã dimittere propria, & sectari aliena incerta, dimittere quod sciatur, quærere quod ignoras. Quis enim propria sine dolore & lacrymis dereliquit? Cui non est durum illos conscios naturalium parietes, dulcia illa limina, atq; amabilem larem, quem & parentū memoria, & ipsius infantiæ rudimenta cōmendant. vbi incunabula illa noui & mox orietis hominis famulabātur, &c.

✻ CASSIANVS. Tres uocationum sunt ordines, tres quoq; renūciationes monacho necessariæ. Primus ordo vocationis ex Deo est, quoties inspiratio quædã nos ad desideriū uitę ęternæ ac salutis exsuscitat, deūq; sequi cohortat. Vt Abrahã voce dominica de genitali solo patrisq; domo legimus euocatū. Quo etiã modo beatū Antonium accitum esse cognouimus. Secundus est, qui fit p hominem, cum vel exemplis quorundam sanctorum, vel monitis instigāti ad desiderium salutis accendamur. Tertius qui ex necessitate descendit, cum nos diuitiis mundi huius, vel uoluptatibus obligati, ingruentibus repente tentationibus, ad dominum saltē inuiti properare cōpellimur. Prima abrenunciatio est, qua corporaliter vniuersas diuitias mundi facultatesq; contemnimus, Secūda, qua mores & vitia, affectusq; pristinos animi carnisque respuimus. Tertia, qua mentem de præsentibus vniuersis ac visionibus euocantes, futura tãtūmodo cōtemplamur. Quæ tria ut perficeret, Deus Abrahamo pręcepit. Primum, cum dixit *de terra tua*, id est, de facultatibus mundi huius. Secundū, *De cognatione tua* .i. de conuersatione & moribus, vitiisque priorib. Tertio, *de domo patris tui* .i. memoria mundi huius quæ oculorū occurrit obtutib.

a Prima benedictio temporalis altitudinis.
b Populus quem non cognouit seruiuit mihi. Psal. 17.

† Faciaq; te in gentē magnã & benedicã tibi, & magnificabo nomē tuū, eris; benedictus. † Benedicã benedicētib. tibi: & maledicã maledicentib. tibi: atq; in tę benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaq; Abram sicut præceperat ei dominus, & iuit cū eo Loth. Septuagintaquinq; annorum erat Abram cum egrederetur de Harã. Tulitq; Sarai vxorē suã, & Loth filiū fratris sui: vniuersamque substantiam, quã possederant, & animas quas fecerant in Arã: & egressi sunt vt irent in terram Chanaan. Cumque venissent in eam: pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, Vsque

a ¶ In Christo quid de te nasceretur. b Secunda benedictio spiritualis amplitudinis.
a ¶ Gentes.
a ¶ Strab. firmamente, vt nunquam redeat: iam enim corpore exierat.
¶ Augustinus viuente patre.
a Ciuitas quæ corruptè dicitur Sichar, & interpretatur humerus.

ISID. Reliquit terram Christus cognationē Iudæorū, & magnificatus est in populis gentiū. Nobis quoq; exeūdū est de terra nostra .i. de facultatib. & opib. terrenis, & cognatione .i. cōuersatione vitiorū, quę nobis a natiuitate coherētia, quasi affinitates cōsanguinitatis sunt cōiūcta, & *de domo patris* .i. de memoria mūdi, vt ei renūciātes possim⁹ cū populo Dei dilatari, & in terrã p missionis celestis cū tpe ueerit introduci.

a *Faciamq; te ingen. &c.* ISID. Duo promittuntur Abre, quod scilicet terram Chanaan semē eius possidebit, cum dicitur: *& ueni in terram quam monst. ti.* Aliud autē longe pręstantius, non de carnali, sed de spirituali semine, quo pater futurus est, nō tantum gentis Iudaicę, sed omnium gentium fidem suam sequentium. quod ita promittitur: *& benedicentur in te omnes gentes terræ.*

b *Septuagintaquinq; annorū.* HIERO. Si Thare pater Abrahę in regione Chaldę lxx. ann. genuit Abrã, & in Charã ccv. anno mortu' est quomodo post mortē Thare, Abrã exiēs de Chara lxxv. anno. memoratū. Cū a natiuitate eius usq; ad mortē patris. 130. anni fuisse doceantur. Vera est igitur Hebreorum traditio, q egressus sit Thare cū filiis suis de igne Chaldæorū, & q Abrã uallat⁹ Babylonico icēdio, qa illud adorare nolebat, liberat⁹ sit auxilio Dei, & ex illo tpe reputetur

(Marginalia: † 32. q. 3. c recurrat. § his itaque Promitti Christus. Galat. 3. b. † 24. q. 3. cū ergo. §. sed qui. & c. cum sciti † aliàs opibus. Abrã egreditur terrã suam. He. 11. b. Præceperat, locut⁹ fuerat. Possederãt, uel acquisierant Fecerãt vel genuerant vel acquisierant vt de uernaculis intelligatur. Chaldæi, i tēp. quos subiecerãt legi. In quæst. Hebraicis. 1 Abram. 2 Haran.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Faciamque te in gentem magnam. *quantum ad multitudinem prolis, licet Sara sit sterilis.*
2 Et benedicam tibi. *Multiplicando te in bonis spiritualibus & corporalibus.*
3 Et magnificabo, &c. *Augendo famam tuam.*
4 Erisq; benedictus. *Antonomastice & excellenter præ cæteris patribus tuis: & ad hoc designandum in Hebræo dicitur.* Erisque benedictio. *sicut de aliquo excellenter largo vel liberali, non solum dicitur quod sit liberalis in concreto, sed etiam liberalitas in abstracto. Aliter exponunt Hebræi dicentes quod propter hoc dictū est:* Et eris benedictio, *quia futurū erat vt benedictio sacerdotum fieret secundum hunc modum,* Deus Abrã, Deus Isaac, & Deus Iacob benedicat tibi. *& iterum repetebatur nomen Abram dicendo.* Et Deus Abram benedicat tibi, *ita quod forma benedictionis qua sacerdotes vtebantur super populum incipiebat a nomine Abrę, & in nomen eius terminabatur.* 5 Atque in te benedicentur, uniuer. cogna. ter. *Hebræi exponunt sic, quando aliquis imprecabatur bona alteri dicebat: Benefaciet tibi Deus, sicut fecit Abræ Christiani exponunt de Christo, & melius, ut uidetur. id est,* In te benedicentur, &c. *in semine de te nasciturο, qd est Christus. In omni enim gente sunt aliqui Christiani, & ideo benedictio Christi fit super omnem narrationem terrę, hoc autem non potest dici de persona Abrę.*
6 Egressus est itaque Abram. *sicut verus obediens.*
7 Et iuit cum eo Loth, *uoluntarie magis uolens esse cum anunculo suo fideli & iusto, quam cum aliis remanere.*
8 Septuagintaquinque annorum erat Abram. *Istud patet ex dictis si ponatur exisse ante mortem Thare per sexaginta annos, ut dicit Ra. Sa. quia Thare septuaginta annorum genuit Abram secundum ipsū quia dicit eum fuisse primogenitum: & Abram septuagintaquinque annorum egressus est de Aran, quibus si adiungantur sexaginta quibus pater superuixit, vt ipse dicit (sed non probat) habentur anni ccv. quibus uixit ipse Thare, sicut habetur in fine præcedēn. cap. Sed quia hoc dictum procedit ex suppositione quod Abram fuit primogenitus Thare, quod est improbatum: est ideo dicendum quod Abram exiuit de Aran post mortem patris sui Thare, & quod nō fuit primogenitus eius, sed ultimus, ita quod inter natiuitatem primogeniti Thare & natiuitatem Abrę fluxerunt lx. anni, & sic in morte patris sui Thare fuit lxxv. annorum, quia Thare cum esset lxx. annorum cępit generare, & inde usque ad natiuitatem Abræ fluxerunt lx. anni, & Abram lxxv. annorum erat quando exiuit de Aran immediate post mortem patris, qui anni si simul iungantur faciunt ccv. annos, & tot annis uixit Thare, ut habetur in fine præcedentis ca. Sequitur.*
9 Et animas quas fecerant in Aran: & egressi sunt ut irent in terrã, &c. *id est, seruos & ancillas quos emerant. Vel secundum alios, uiros & mulieres, quos de idolatria conuerterant ad cultum unius Dei.*
10 Vsq; ad locū Sichem. *De hoc fit mētio specialis, quia dñs ibi ostendit sibi montē Gazirim, & montem Hebal, ubi filij Israel suscepturi erant iuramenta legis seruandæ per benedictiones super seruantes legē, & maledictiones super transgressores, ut habetur Deut. 27. c.*

1 Vsque

MORALITER.

1 *Faciamq; &c.* Per conuersionem aliorum ad bonum.
2 *Et benedicam tibi.* Multiplicatione bonorum spiritualium.
3 *Et magnificabo te. &c.* Per regni cœlestis meritum.
4 *Erisq; benedictus.* Gloriæ namque collatio est Dei perfecta benedictio. Sequitur:
† *Tulitq. Sarai uxorem suam.* id est, sapientiam prius acquisitam, de qua dicitur Sapien. 8. a. Hanc amaui & quæsiui mihi sponsam assumere.
† *Et Loth,* qui interpretatur vacans. ideo per ipsū intelligitur amor studii qui querit vacationem a tumultu terreni negotii. Hec enim in religione conuerti debent in obsequiū Dei, sicut fecerunt doctores supradicti.
† *Pertransi. Abram. ter. usq. ad lo. Sichem.* qui interpretatur humerus, quia religiosus supponere debet humerum ad onera religionis portandum.

1 Vsque

reputetur ei tempus ætatis, ex quo cõfessus est Deũ: spernens idola Caldæorũ. Potest autẽ fieri, vt quia scriptura reliquit incertũ, ante paucos annos Thare de Chaldæa profectus ueniret in Aran quam morte obiret, vel statim post persecutionem, & ibi diutius moratus sit.

Homil. 31. in Gen. ✠ CHRISOST. Vidisti quomodo nec ętas fuit obstaculo, nec aliud quid quam quod domi eũ potuit detinere, vt domi resideret, sed vicit oĩa in Deũ amor. Anima. n. vigilans est sobria, cũcta dissecat impedimenta, totaq; fit eius quod amat, propterea iustus hic nõ curabat, vel cõsuetudinem, vel domũ paternam, vel sepulchrum, vel senectutem ipsam.

Promittit ei terra Chanaan, vetus testamentum, infra 12. b. 13. d. 15. d. 16. a. Deu. 34. b.

Ex catena Græca in Genes. ✠ THEODORE. Si Thare septuagenarius genuit Abrahem & Nachor et Arã, ducẽtesimo autem quinto anno mortuus est, post obitũ autem ipsius Thare, Abrã in Charan profectus est, septuagintaquinque annos agens. Cõsequens enim erat, illũ centum triginta quinq; annorũ fuisse. Ita Mosis verba intelligenda sunt, Thare cũ septuagenarius esset, genuit, trigeminos aũt non genuit, quãuis triũ filiorum Moses mentionem fecerit, sed tres simul commemorat. qui tamẽ diuerso inter se tempore geniti sunt. Scimus autem multos cum ptimum vxorẽ duxerint, primogenitũ genuisse, in senecta vero nouissimum edidisse. Igitur & Arã, ita natu maior ipso Nachor fuit, vt Sara filia eius, fratri suo nupserit. Neque vero existimet mulieres, qspiã vxores viris suis iuniores fuisse. Audiat Mosem dicentem, & dixit *Abraham, si centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* Inuenitur itaque Aran, cuius tanquã nouissimi meminit Moses, adeo maiorem natu ipso Nachor fuisse, ut filiã ipsius, ipse Nahor vxorem duxerit. Primum tamen Abraham commemorauit, eo quod cæteris præstaret.

a *Bethel.* RAB. Interpretatur domus Dei, quæ post Bethauen vocata est, id est domus idoli.

lib. de Abrahã, ca. 2. ✠ AMBROSIVS. Vbi Bethel, ibi est domus Dei, ibi & ara, vbi ara, ibi & inuocatio Dei nostri, meritòque processus tantos habuit, quia Deum sperabat sibi auxilio fore.

b *Hai.* Oculus vel fons interpretatur. Patriarcha ergo tẽdens ad terram promissionis, tetendit tabernaculum iter Bethel Hai, quia sãcti fonte baptismi regenerati in cursu huius vitæ circunspecti ad Dei tabernaculum, id est, cœlestẽ properant ciuitatem. (Mysticè.)

c ✠ *Facta est fames.* CHRYSOSTOMVS. Audiant qui temere & incircumspecte loquunt, & diuinãt, dicentes, quoniam quispiã aduenit, famas facta est, & quoniã affuit, hæc cõtigerunt. Ecce etiam in aduẽtu iusti fames valida, & nõ turbatur iustus, neque humanum quid patitur. (vbi supra)

d *Dic ergo obsecro.* &c. AVGVSTIN. Quæritur cur patriarcha voluit mẽtiri vt diceret sororem suam, & nõ potius Deo commisit, qui si vellet eius pudicitiam apud Pharaonẽ conseruare posset? Sed veritatem voluit celari, non tamen mẽdacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris, & in hoc ostenditur, quia nemo debet tentare Deum suum, dum habet quid faciat rationabili cõsilio. Fecit enim pro vita sua qđ potuit, quod autem non potuit, Deo commisit, in quem sperauit, cui pudicitiam coniugis commendauit. Nec eũ fides aut spes fefellit. Nõ ergo audeat Deum tẽtare homo, dum habet quo rationabiliter qđ cauere oportet, euadat. Nec Paul' de protectione Dei desperauit, aut fidem perdidit, quãdo in sporta submissus inimicorũ man' aufugit. Ipse autẽ Abrahã si interrogatus illam vxorem suã indicaret, duas res Deo committeret, & uitam suam, & vxoris pudicitiam. (lib. 16. de ciuitate, c. 19. Abrã an mẽtit' est. — † 22. q. 2. c. quæritur.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Miserabilia sunt hæc verba, sed & erat timor propter insaniam Aegyptiacam. Et quia nondum mortis erat soluta tyrannis, propterea in adulterium vxoris cõsentit iustus, vt mortem effugiat. (Hom. 32 — † inf. 20. c.)

✠ PROCOPIVS. Non abque diuina (in cap. 11.)

---

a ¶ Quæ nunc mare salis vel mortuum dicitur & lacus Asphalti & salinarum vallis.

cõuallem illustrem. Chananęus 1 autem tunc erat in terra, Apparuitq. dominus Abrã, et dixit ei: 3 Semini tuo dabo terram hanc.

a Qui renuntians adololatriæ altare domino ædificauit. ¶ Contempto igne Chaldæorum.

Qui ædificauit ibi altare domi- 4 no, qui apparuerat ei. Et inde † transgrediens ad mõtem qui erat

a Ciuitas in tribu Beniamin, quæ prius Luza, id est amygdalus vocabatur.

a contra orientem Bethẽl, tetendit † ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab orien-

a Ciuitas in tribu Iuda.

b te Hai. Ædificauit quoque ibi al-

a Quia cultor vnius Dei.

tare domino, et inuocauit nomen eius. Perrexitque Abram uadẽs et vltra progrediens ad meridiẽ. Fa- 5 c cta est autem fames in terra. 1 De- 6 scendit igitur Abrã in Aegyptum 7 ut peregrinaretur ibi. Præualuerat enim fames 2 in terris. Cumq. pro- 8 pè esset ut ingrederetur Aegyptũ, dixit Sarai uxori suæ: † Noui quòd pulchra sis mulier, et quod cũ ui- 9 derint te Aegyptii, dicturi sunt, v xor 3 ipsius est, et interficiẽt me, et

a Veritatem voluit celari non mendacium dici.

d te reseruabunt. † Dic ergo obsecro 10 

a Quia filia fratris.

te, quod soror mea sis, ut bene sit

Margin: 1 Descenditque. Famem fugiẽs descẽdit in Aegyptum. 2 In terra. 3 illius. Reseruabũt, viuere facient Heb. Act. 9. c.

---

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vsque ad cõuallem illu. *Hæc est regio Pentapolis vbi erãt quinque ciuitates quas subuertit dominus, quę erant valde delectabiles ante subuersionem, vt habetur ca. sequenti.*

2 Chananæus autem tunc erat inter. *id est, occupãs iniuste terrã datam Sem & filijs eius, quia vt dicunt Hebręi: Noe post diluuium ordinauit quod Sem filius suus haberet terram illam, vnde infra. 14. ca. d. citur quod Melchisedech erat rex Salem, quæ ciuitas postea dicta est Hierusalem, & est metropolis in regione ista. Secundum autem omnes Hebræos ipse Sem nominatus est Melchisedech, propter bonitatem sui regiminis, qui Melchisedech interpretatur rex iustitiæ. Si enim computentur anni ipsius Sem, inuenitur vixisse ultra illud tempus.*

Salem. Sem noĩatus est Melchisedech ĩm Hebr.

3 Apparuitq; *Hic consequenter describitur ipsius Abræ deuotio, & hoc ex duobus. s. ex diuina apparitione sibi facta & ex ipsius Abræ gratiarũ actione Deo reddita, vt patet litera. Sciendũ tamẽ quod cũ dicit.*

4 Qui ædificauit ibi altare, domino qui appa. ei. *illud quod sequitur.* Et inuocauit ibi nomẽ eius, *non est de textu, sed subintelligitur, & propter hoc aliqui doctores posuerunt illud in gl. inter lineari, sed postea aliqui nesciẽtes discernere inter glossam & textũ, inseruerũt illud in textum. Et simile habetur in multis locis in Biblijs nostris. Sequitur.*

5 Progrediens ad meri. *id est, illam partem Iudæ, quæ est versus Aegyptũ, quia terra Aegypti est ad meredię respectu terrę promissionis.*

6 Facta est autem fa. *Hic describitur fidei Abræ probatio. Ad hoc enim permisit dominus famem fieri in terra Chanaam, & maxime in illa parte vbi erat Abrã, vt ostenderetur fides eius, quia dominus dixerat ei parum ante, quod in terra illa multiplicaret eũ, & nihilominus propter famem imminentem oportebat eum exire, & tamen non est diffisus de diuina promissione.*

7 Descenditq; Abram in Aegy. *quia in illa terra erat fertilitas, & erat propinqua loco terra Chanaan, in qua erat Abram. Et bene dicitur:* Descendit, *quia terra Aegypti inferior est respectu Iudææ.*

8 Cumq; prope esset, &c. *ante ingressum hoc sibi dixit, vt præcaueret periculo de castitate uxoris suæ quantum fieri poterat uia humana.*

9 Et quod cum uiderint te Aegyptii, &c. *Sciebat enim Abram nefas esse apud Aegyptios adulterium, & morte plectendum, & minus reputabant homicidium viri, quam accedere ad vxorem alicuius ipso viuente: & ideo ad hoc periculum euitandum, dixit vxori suæ.* (Adulterium apud Aegyptios nefas est.)

10 Dic ergo obsecro te quod soror mea sis, &c. *Sed quæritur hic* (Quæstio.) ✠ *Quomodo.*

---

MORALITER.

✠ 1 *Vsq; ad conuallem illu.* id est, humilitatem: quæ dicitur cõuallis illustris, quia decor est, & custos omnium virtutum.

2 *Apparuitq; dominus Abrã.* religiosum spiritualiter cõsolãdo.

3 *Qui ædificauit ibi al. domino.* gratias agendo de sua uocatione.

† *Et in. trãsg. ad mon. qui. &c.* i. tẽdens ad religionis perfectionẽ,

† *Tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente. &c.* in bono perseuerando.

4 *Progrediens ad meridiem.* i. in feruore charitatis proficiendo.

5 *Facta est autem fames in terra illa.* Dominus enim aliquando permittit famulos suos egere vt a secularibus pascãtur corporaliter, & sæculares ab ipsis spiritualiter. Exemplũ. 3. Reg. 18. b. de Helia & vidua Sareptana. vnde dicit Apost. 1. Cor. 9. b. *Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metam'.*

7 *Descendit igitur Abrã in Aegyptũ,* ad quærendũ v cum corporalẽ & dandum spiritualẽ. Dicit enim Iosephus primo libro antiquitatis Iudaicę, quod docuit Aegyptios de morib. & aliquibus sciẽtiis specialib. Et sic pauper religiosus de claustro descendit ad sęculares vt eos doceat bonos mores. Sequitur.

8 *Dic obsecro quod soror mea sis.* Religiosus sapientiam de Deo ✠ sibi

uina prouidentia accidit, vt in metu esset Abramus, talia prę ciperet Saræ, Sara ei eriperetur. Sic docuit Pharaonem, dum vlciscitur iustum ei quē benefacit, vt vna cum gentib. agnosceret Deum, simul ēt quasi sub typo indicat pro sua consuetudine, quæ semini eius essent ibi euentura.

A

a *Sublata est mulier.* RAB. Excusatur Sarai, quæ in domū Pharaonis transfertur inuita, non solum in hoc quod non inquinatur corpus, nec anima nisi mentis consensu sed etiam in hoc, quod conueniente & permittente viro suo factum est.

Nunciauerunt principes Pharaoni, viderunt eā principes Pharaonis Vsi sunt, fecerunt. Inq. super Gen.

AVGVST. Apud Pharaonem tandiu potuit esse intacta, quia in Hester legitur, quod puellæ non statim ad reges introducebantur, sed vnno anno custodiebantur, & sex mensib. oleo myrrhino vngebant, & aliis sex mensib. in diuersis odoramentis erant. Potuit ergo p inducias temporis intacta manere. Et interim: bene vsi sunt Abrā Aegyptii. donec Pharao à Deo flagellatus, & cognoscens q esset vxor eius, redderet intactā.

B

De quęst. Hebraicis

✻ HIERONYMVS. Licet corpus sanctarum mulierum non vis maculet sed voluntas, & excusari possit Sarai, quod famis tempore, sola regi in peregrinis locis conniuente marito, resistere nequiuerit, tamen potest & aliter fœda necessitas excusari, quod iuxta liberum Hester quæcunque mulierum placuisset regi apud veteres, sex mensib. vngebantur, & sex mensibus in pigmentis variis erat, & tunc ingrediebatur ad regem Atque ita potest fieri, vt Pharao sit percussus a domino, illa intacta permanente.

D

mihi propter te, & viuet anima mea ob gratiam tui. Cum itaq; ingressus esset Abrā Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem, q esset pulchra nimis: Et nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum. Et sublata est mulier in domum Pharaonis. Abram verò bene vsi sunt propter illam. Fueruntq; ei oues & boues & asini & serui † famulę † & asinæ & cameli. Flagellauit autem dñs Pharaonem plagis maximis, & domū eius, propter Sarai vxorem Abram. Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei: Quidnam est quod fecisti mihi? Quare non iudicasti mihi, quod vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nūc igitur ecce coniunx tua, accipe eam & vade. Præcepitque Pharao super Abram viris, & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quę habebat.

(interlinear: 1 … 2 … inuita … 3 … 4 … Aegyptij … 5 … 6 … a Quam intactam voluit seruare. … 7 … 8 … 9 … 10 … 11)

Rapitur vxor eius in domū Pharaonis.

✻ THEODORETVS. Ex hoc loco manifestum fit, ēt apud gentes adulterium crimē fuisse, & supplicio dignū. Id.n. Pharao & Abimelech declararunt.

Quæst. 61.

alias, † familiæ. alias non habet † & asinæ.

✻ CHRYSOSTOMVS. Nō Pharaonem solum flagelauit sed domum eius. Quare? quia verisimile est eos cooperatos fuisse, vt aliquando com mitteretur iniquitas. Audisti enim, quia vt viderunt eam principes, laudauerunt illam, & sublata est mulier. Ecce ergo quomodo lenonis egerunt officium in regis gratiam, auferendo iusti vxorem.

Hom. 32. in Gen.

Percutitur Pharao a Deo propter raptam vxorem Abræ Plaga Pharaonis.

E

Redditur Abrę vxor

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *Quomodo Abram homo tantæ perfectionis per tale mendacium exposuit vxorem suam periculo adulterij, quia vt videtur, magis debuisset eligere mori? Ad hoc dicēdum quod homo in periculo positus semper debet agere ad sui liberationem id quod potest secundum viam humanam vt non tentet Deum, omittendo illud, per quod potest euitare periculum quantum potest: & quando nihil potest vltra, tunc absque tētatione Dei potest residuum committere dispositioni diuinæ. Abram, autem in terra Chanaā habebat familiam magnam, nec habebat bona temporalia, vt panē & vinum & similia, vnde posset eam sustentare cum esset ibi peregrinus, nec habebat magnam pecuniā, vnde posset victualia emere etsi haberet incolæ illius terræ non venderent sibi cum essent in tanta fame positi, quod vix haberent victualia pro seipsis & familia propria, & ideo si mansisset Abram in terra illa, statim imminebat sibi & familiæ suę periculum mortis propter famem: & ideo illi periculo primo debuit occurrere, quod & fecit, descendendo in* Aegyptum, *quæ erat terra fertilis. Periculum autem castitatis suæ vxoris non erat ita propinquū, quia probabiliter existimabat, qd vxor sua reseruaretur regi propter sui pulchritudinem, sicut & factum est. Sciebat.n. quod tempore illo reges non accedebant ad uxores suas de nouo acceptas, nisi post anni circulum, qa sicut habetur in lib. Hester. 2. b. Primis sex mensib. vngebātur oleo myrrhino, & postea sex alijs mensib. quibusdam unguentis, & varijs pigmētis utebantur, & postea ad regis cubiculum transibant, & infra tantum tempus sperabat de Dei adiutorio, sibi, uxori, & familiæ affuturo.* Dic ergo obsecro te, qd soror mea sis. *Nō docuit eā mētiri, sed veritatē occultare caute. Mulieres enim & viri de eadē cognatione ppinqua, fratres & sorores nominabātur, vnde & in ca. sequenti: Abram vocauit* Lot *nepotē suum fratrem, dicens,* Ne quæso fit iurgium inter me & te inter pastores tuos & pastores meos fratres em sumus.

C

Sarai inarcā inclusa

1 Viderunt Aegyptii, &c. *Dicunt hic Hebræi, quod Abram vt nihil omitteret de his quæ poterat facere ad conseruandam castitatem vxoris suæ incluserat eam infra vnam arcam, ne videretur ab Aegyptijs quos sciebat esse luxuriosos. Sed cum peruenissent ad quoddam passagium, vbi scrutabantur ea q ex ferebantur, custodes passagij aperuerunt arcam illam, & viderunt quod illa mulier esset apta coniugio regis propter suā pulchritudinem, & ideo subditur.*

2 Et nunciauerunt principes, *id est prædicti custodes passagij.*

3 Pharaoni. *id est regi Aegypti. Tunc.n. omnes reges Aegypti vocabantur Pharaones, sicut & aliquo tēpore omnes Imperatores Romani vocabantur Cæsares.*

4 Et laudauerunt eam. *dicentes quod esset valde conueniens sibi, et hoc dicebant ad captandum regis gratiam.*

5 Et sublata est mulier. *vt fieret vxor regis, ut patet infra.*

6 Abram vero bene vsi sunt propter illam. *ipsum honorando et munera exhibēdo, credentes q esset frater eius & nō maritus, & quia docuit tunc Aegyptios astronomiā, quam ignorabant, vt dicit Iosephus.*

7 Flagellauit autem dominus Pharaonem. *quia Abram fecerat fideliter quantum poterat, secundum uiam humanam, & residuum, scilicet castitatem uxoris commiserat diuinæ protectioni, ut supra dictum est, ideo dominus qui est protector omnium sperantium in se castitatem vxoris sibi commissam conseruauit, flagellando Pharaonem plagis maximis. Quæ autem sint illæ plagæ, non est expressum in textu, sed Hebræi dicunt q fuit fluxus seminis, ita q concubitus esset grauis, vel impossibilis Pharaoni & seruis eius. Expositores nostri dicunt, q fuit conclusio vuluæ vxorū Pharaonis & seruorum eius. ita quod parere nō possēt*

8 Propter Sarai. *In Hebręo habetur.* Propter verbū Sarai. *Dicunt .n. Hebræi q Sarai habebat angelum custodem corporis sui, sicut de beata Agnete legitur, & quādo Sara dicebat angelo, vt percuteret Pharaonē plaga prædicta, tūc percutiebat, & sic cognoscere eam non poterat.*

9 Vocauitque Pharao Abram, &c. *per reuelationē .n. sciuit quod Sarai esset vxor eis, & quod flagellabatur propter eius detentionem.*

10 Accipe eam & vade. *Et non dixit ei Terra coram te est, vbicunque, tibi placuerit habita, sicut dicit Abimelech rex Gerare, vt habetur infra. 20. c. Sciebat .n. Pharao Aegyptios esse luxuriosos, propter quod Abram non posset habitare securus in terra Aegypti cum uxore sua.*

11 Præcepitque, &c. *ad conducendum eum secure donec esset extra terram suā, ne aliqua molestia sibi uel uxori suæ uel familię inferretur.*

Ascen-

MORALITER.

† sibi data vocare debet sororem. Prouerb. 7. a. *Dic sapientiæ soror mea es.* Hanc autem communicauit Aegyptijs, quia religiosus sapientiam sibi datam a Deo communicare debet ignorantibus, & per hoc dicatur gratię bonis in præsenti, & gloriæ in futuro.

1 *Ascendit*

In ca. 12. *ubi dicitur in post.* Egredere de terra tua. *i. de Chaldæa.*

*ADDITIO. I.*

*Non uidetur rationabiliter dictum, ut cum dominus dixit Abræ.* Egredere de terra tua, *intelligatur de Chaldæa, sicut nec dicendū est, quod Abram fuit in Chaldæa natus. Constat.n. quod Babylonia cū tota terra Sennaar, quæ est Chaldæa, pertinebat ad Cham filiū Noe & posteritatem eius ubi Nemrod regnauit, ut supra c. 10. Abram autē descendebat a Sem, cuius Sem posteritatis habitatio erat in alijs regionibus, vt in eo. ca. habetur. Nec huic obstat quod dicitur supra vndecimo capitulo de Aran fratre Abræ, quod mortuus est in terra natiuitatis suę in Vr Chaldæorum. Nam prout in hoc loco dicit Ra. Moyses. Gerūd. & bene vt uidetur, cum ibi .dicitur. In terra natiuitatis sue, referendū est ad Aram solum, qui natus fuit in Chaldæa, non aūt ad Abram, nam infra 23. c. Abram mittens seruum suum in Mesopotamiam dicebat ei.*

g ✻ Ad

*Ad terrã cognationemq; meã proficiscaris, in quo loco vbi nos habemus,* A *Ad terram cognationemq; meã, Hebraica veritas habet, Ad terram natiuitatis meæ: eadẽ enim dictio ponitur ibi & supra 11.d. vbi dicitur, In terra natiuitatis suæ, & sic patet φ locus natiuitatis Abræ erat in Mesopotamia. Legitur etiã Iosu.24.a. quod Iosue alloquens filios Israel dicebat* Trans fluuium habitauerunt patres vestri ab initio Thare pater Abrã & Nachor. *Constat autẽ φ trans fluuiũ est Mesopotamia vt in eodẽ ca. declaratur. Cum aũt dicit ab initio, satis patet φ inde erãt oriundi. Et notanter ibi dicitur. Thare pater Abram & pater Nachor pretermittens Aram, eo quod Arã (vt dictũ est) fuit natus in Chaldæa & nõ in Mesopotamia. Ex quib. habetur quod cum dicitur Abræ:* Egredere de terra tua, *intelligitur de quodam loco, qui dicitur Harã, qui erat in Mesopotamia, a qua terra nunquam legitur Abram fuisse egressus nisi nunc de præcepto domini, & sic quæstio postillatoris & eius solutiones non videtur hic habere locum. Si autem quæratur: quomodo Aram frater Abrę dicitur natus in Chaldæa, Thare autẽ, Abram, et Nachor in Mesopotamia? Ad hoc dicendum, φ litera nos cogit ad vtrumque cõcedendũ, vt tactũ est, Cuius ratio põt esse secũdũ Ra.* Moy. *prædictũ, φ Thare habuit ire de terra sua in Chaldæam post natiuitatẽ Abrę & Nachor, & antequã nasceretur Arã, & ibi in Chaldæa fuit natus Arã. Ratio aũt quare Thare iuit in Chaldęã non exprimitur in litera, põt tamen probabiliter dici, φ cũ Nemrod fuisset vir oppressor hominum, vt supra dictũ est, & volebat attrahere gentes ad culturã ignis, φ ideo vocasset Thare & familiam suã qui erãt notabiles de genere Sem vt ex diuturna habitatione eorum in Chaldæa communicarent cũ aliis in huiusmodi cultura, & sic ampliaretur iste cultus execrabilis, qui fuerunt ibidẽ diu cõmorati intantum quod ibi natus fuit Arã & mortuus, & Thare & Nachor ignẽ coluerunt, & quia commixti sunt inter gentes, didicerunt opera eorum Abram autem a Deo illuminatus & protectus diuinitus fuit eductus inde, vt litera dicit in authoritate: supra alle infra 15. c.f. Ego sum dominus qui te eduxi de Vr Chaldæorum, Si forte quęratur Quare scriptura ꝑmittit ista particulariter narranda? Dicendũ ſm Rab.* B *Moy. prædictum, quod scriptura videtur abbreuiate & obscure loqui in his quæ ad idololatriam pertinent in primo statu, s. ante legẽ reseruans ea ad tempus legis (in † qua principaliter fuit idololatria prohibita) plene declarãda, vnde supra 10.c. dicitur de ipso* Nemrod, *qui deceptor animarum fuit cogens homines ignem adorare, vt in glo. nihil tamen traditur in scriptura de eo, nisi quod fuit robustus venator coram Domino, quæ sunt verba breuissima & diuersimode interpretabilia, & eadem ratione prędicta hic omittuntur. Et attendẽdum, φ in hoc c. & aliis Aram est dictio æquiuoca, secundum linguã latinam quia vno modo significat Aram patrem Lot, et alio modo significat quendam locum in Mesopotamia, vt cum dicitur infra eo.c.* Cũ ingrederetur de Haran. *Sed in Hebraica lingua non est in hoc loco æquiuocatio, quia Aran prout significat hominẽ scribitur cum he quæ est quinta litera alphabeti Hebraici, prout autẽ significat locũ, scribitur cũ alia litera cheth fere in expressibili in lingua nostra quę est 8. litera in alphabeto Hebraico.*

Haram.

Quæst.

alias quo

In eo.c.12. *vbi dicitur in postila, Hebrai exponunt sic.*

### ADDITIO. II.

Licet *quod in hac expositione continetur sit verum, s. quod benedictio Christi sit super omnem nationem terræ, non tamen in hoc loco hoc fuit Abrę promissum, prout patebit infra c.22.*

In eo 12.c. *vbi dicitur in postilla. Sed quæritur hic, Quomodo Abram homo tantæ perfectionis*

### ADDITIO. III.

C *Hęc responsio postillatoris vera est, & consona dictis sanctorũ & glossæ communi, potest tamen præter hoc vlterius dici, quod Abram cum esset propheta, vt infra 20.c. in spiritu prophetiæ cognoscebat, quod ex hoc quod vxor sua esset sublata, non sequeretur aliquid contra vxoris pudicitiam, sed potius laus Dei, & eius cognitio apud ipsos infideles reluceret. Cognouerunt.n. Pharao & sui, quod Dominus eos flagellabat maximis plagis propter Sarai vxorem Abrę, vt patet in litera, & sic diuinam prouidentiam & eius iustitiam aliqualiter fatebantur promptius & humilius, quam Philistim, qui videntes idola sua corruentia & ipsos multipliciter a Deo plagatos propter detentionem arcæ domini, adhuc nitebantur proteruire, dicentes, nequaquam manus sua tetigit, nos sed casu accidit. 1. Reg. 6.b. Et peramplius Pharao populum Israeliticum tyrannice detinens se & suos multipliciter flagellatos a Deo cum aliis signis et prodigiis, adhuc non cessabat diuino mãdato resistere, vt patet in Exod. in multis locis. Aliter autem fuit in proposito, cũ statim Pharao deo obtemperauit dimittendo illicita. ex eo quo et famagloriosa ipsius Abrę ꝑ quo deus tanta operabatur apud ipsos infideles claruit iuxta promissionem sibi supra a deo factam, cum dixit: Magnificabo nomen tuum. Ex quibus satis patet quorundam Hebræorum error, specialiter Ra. Moy. Gerũden. qui in hoc loco asserit, quod Abram multipliciter peccauit, nõ solum in mẽdacio & huiusmodi, sed etiam inquantum terram promissionis exiuit sine mandato domini, ad quam terrã de eius mandato speciali venerat propter quæ quidem peccata Abræ, asserit quod filii Israel fuerunt in captiuitate Aegyptiaca per multos annos. Quę quidem assertio vana est. Nam licet de multis sanctis legatur quod abũdãdo peccassent, vt de Mose in aqua contradictionis: & Dauid in facto Vriæ & huiusmodi, tamen scriptura palam eos reprehendit, eis certas pœnas iniungendo, vt de Mose Nu.20.b. & de Dauid. 2. Reg.12.c. ne eorum gesta in talib. ad exemplum trahantur. Sed in proposito est per oppositum, nam huiusmodi factum Abræ non reprehẽditur in scriptura, sed potius ad laudem dei, & sui facti honorem refertur. De hoc.n. facto Abræ, & quibusdam similib. legitur in Ps. ad literam.* Pertransierunt de gente in gentem, *&c.* Non reliquit hominem nocere eis & corripuit pro eis reges. Nolite tangere christos meos *Ex quo patet, quod ista ad laudem Dei & etiam sanctorum suorum referuntur.*

Ra. Moy. dicit Abrã pec asse &c.

D

Ps. 104.

### REPLICA.

*Correctorii contra Burgen.* In c.12. *postillator exponens illum locum Egredere de terra tua dicit quod intelligendum est de Chaldæa, quod ægre ferens Burgen. inutili (vt apparet) digressione se fatigat dicens Abram natum in Mesopotamia. non Chaldæa, & quia sua digressio est intricata, ad clarius videndum ineptias eius, reuoco ad certa puncta,* Primum: *Abraham non est natus in Chaldæa. Secundum Chaldæa non est terra de qua in proposito iubetur egredi. Tertiũ. Quod Abrã fuit natus ante Aram, quem genuit Thare in Chaldęa.* Quartum, *quod Abram fuit natus in Harã loco Mesopotamiæ sic dicto. Alia quæ addit Burgẽ. fabulosa videntur. Sed primum eius dictum est contra beatum* Hieron. *prout allegatur in gl. ordi. Potest etiam probari authoritate* August. *et alleg. in gl. eadem, vbi dicitur quod Aram fuit primogenitus Thare, & is natus in Chaldæa secundum ipsum Burgen. & omnes. Thare autem semper mansit in Chaldæa vsque ad mortem Aram secundum omnes, & inter natiuitatem Aram & mortem eiusdem natus est Abram secundum beatum Hieron. & August. supra alle. quos sequitur magister historiarum dicens: Abram primo nominari quamuis sit vltimo genitus propter prænosticum dignitatis. Similiter & gl. ord. & Iosephus cõcordant quibus omnibus plus credere oportet quam Burg. sine ratione dicta sanctorum postponenti. Est igitur terra natiuitatis Abræ ipsa Chaldæa. Nec obstat, quod Burgen. dicit posteritatem Sem in Chaldæa: non habuisse habitationem, quod quamuis verum sit pro maiori parte, solus tamen Thare cum familia sua dicitur in litera ibi habitasse, vt etiam idem Burgen. post in eadem digressione. Nec obligat quod Burgen. dicit de Hebraicis literis, nam credendum est magis nostræ translationi per sanctos doctores con[illegible]liter expositæ. Nec puto omnes vsque ad Burg. Hebraicum ignorasse. Nec valet quod adducit de Iosue. 24.a Trans fluuium asserens illam terram esse Mesopotamiam, cum Chaldæa etiã sua sit iuxta eundem fluuium Euphratem, & ita bene dicitur transfluuium sicut Mesopotamia. vnde dicit Isid. lib. 14. quod Babylonia Asiæ est prouincia in Chaldæa, cuius caput est vrbs Babylonia, a qua regio est nuncupata tam nobilis, vt Chaldęa, Assyria. & [M]esopotamia in eius nomẽ aliquando transierunt, quam præterfluunt Tigris & Euphrates. Inepte igitur Burgen. exponit tras fluuium esse Mesopotamiam, cum secundum Isidorum vbi supra & magistrum proprietatum lib. 15. sit sita inter prædicta duo flumina, vnde patet primum dictum Burgen. fore falsum, nam & ipse Burgen. fortasse de præsenti errore pœnitentia ductus hoc dictũ retractat: verius.n. contradicit, infra circa 28. Deuter. circa medium dicens, Abram primus pater fidei non ignorauit Chaldæã sed in ea fuit natus, & inde fuit eductus, & nisi accipiatur pro retractatione, sustineatur a suis amatorib. pro contradictione. Patet ergo primum dictum esse falsum, similiter & secundum, quia cum Chaldæa sit terra natiuitatis Abrę vt patet ex dictis, iubetur hic exire Chaldæam. Hęc est intentio beati Augustini 16. de ciuit. dei. & allegatur in Gl. ord. & Iosephus. 1. libro antiquitatum dicit de hoc egressu, Abram cum 65. annorũ esset dimisit Chaldæã, vt domino iubẽte migraret in Chananeam. Et ita hunc egressum sanctus Stephanus exponit Act. septimo a dicens,* Tũc exiit de terra Chaldęorum & habitauit in Charam, *&c. Nec tertium dictum Burgen. potest esse verum, quia Sarai fuit filia Aram, quæ fuit nonagenaria, cum Abram esset sentenarius, vt infra 17. ca. Si igitur Aram fuit iunior quam Abram 13. vel 9. annorum genuisset Sarai quod falsum est & fictum. ideoque & quartum eius dictum nullum est, nam terra transfluialis dicitur in textu confinium Mesopotamiæ vt patet Iosue. 24.a. Nec potest conuenienter intelligi ipsa Mesopotamia. nam ibi patres non seruierunt diis alienis quos nominat textus ibidem. sed in Chaldæa ad requisitionem, & fortasse compulsionem* Nemrod. *prout dicit idem Burgensis in ista digressione. Chaldæa autem confinis est Mesopotamiæ, quia circa & intra eadẽ flumina (prout supra dictũ fuit) sita. Nec ptractione dignum est in quo Burgen. circa c.13. & 14 notat postillatorem, nam pueriliter occasiones scribendi accepit.*

E

Terra natiuitatis Abrę.

Babylonia

F

CAP.

CAP. XIII.

A Scendit ergo Abram, &c. HIER. De Aegypto liberatus bene ascendisse legitur. Sed quomodo potuit diues esse valde. Sed in Hebraica veritate habetur כבד grauis vehementer. Aegypti enim pondere grauabatur. Et licet videantur esse diuitiæ auri & argenti, si autem Aegyptiæ sunt, sancto viro graues sunt. Nec vt in LXX. legitur. Abiit vnde venerat in desertum vsque ad Bethel. Sed secundu Hebræu. Abiit in itinere suo per austru vsq; Bethel. De Aegypto.n. profectus est, nō vt deserto peteret, quod in Aegypto reliquerat, sed ut per austru, qui Aquiloni cōtrarius est, ueniret ad domu Dei, vbi erat tabernaculu eius inter Bethel & Hai.

*In quæstionibus Hebraicis.* — *In possessione auri & argenti, In pecoribus & auro & argento.* — *Ho. 33. in Gen.*

✠ CHRYS. Abram (ait scriptura) erat diues valde. Non temere diuitem nunc vocat patriarcham, id quod nullibi alias meminit, sed nunc primum dicit quod diues fuerit, quare? vt discamus diuinæ sapientiæ solertiam, & prouidentiæ excellentem potentiam, Nā qui famis necessitate in Aegyptum peregrinari coactus fuit, is subito diues factus est, non tantum pecoribus, sed argento & auro.

*Bethel.*

b *In Bethel, &c.* Est autem Bethel ciuitacula in duodecimo lapide ab Helia ad dexteram euntib. Neapolim, quæ prius Luza, id est, Amygdal' vocabatur in tribu Beniamin. Hai vero in tribu iuda separata sacerdotib. Bethel domus Dei. Hai oculus vel fons. Bene ergo tabernaculu inter Bethel & Hai figens, altare dño ædificauit, quia sancti a mūdi principe & sæculi voluptatib. recedentes, ab uti sancto fonte baptismi, cursum præsentis uitæ considerate ducentes, & hostiam laudis & boni operis super altare fidei Deo exhibentes, ad domum Dei, id est, ad cœlestem Hierusalem fœliciter tendunt.

*Lot & Abram diuites.* — *Diuitiæ causa sunt discordiæ.* — *Hai.*

c *Erat quippe substantia eorum multa, &c.*

✠ AMB. Seculare vitium vt diuites terra non capiat. Quanto ditior quis fuerit, tanto auidior ad possidēdum est? Nunquid huiusmodi Abram? Minime. Nam minime auarus, electionem nepoti obtulit, & vt iustus dissensionem amputauit.

*Lib. de Abrahā c. 3.* — *Vbi supra.*

✠ CHRYS. Vide quomodo facultatum multitudo statim causa sit discessus, diuisionem operatur, concordiā impedit, & cognationis vinculum dirimit *Vnde facta est rixa inter pastores.* Attēde quomodo valde famuli a res discessionis initium faciunt. Hinc enim omnia mala pullulāt, a famulorum nequitia.

d *Ne quæso sit, &c.* Nos quoque nihil concordiæ & charitati præponamus, sed per dexterā prosperitatis, vel sinistrā aduersitatis in pace & dilectione perseueremus. Rixa inter pastores Lot & pastores Abræ, controuersiā significat inter pastores Catholicos, & subuersores hæreticos. Vnde & Lot hæresiarchas significat, qui declināns interpretatur, & circa Iordanem, id est, descensum regionē sibi elegit. Pastores eius hæreticos & scismaticos, qui pulchra & decliuia petunt, nec in montē cum Mose ascendunt ad dominū, pacē & vnitatem continentes, & optionem quo uolunt eundi accipiunt, & gratiam fugientes, libero arbitrio se committunt. Pastores vero Abræ catholicos doctores significant, qui hæreticos etiam localiter fugiunt, secundum illud ad Titū. in 3. cap. Hæreticum hominem post primam & secūdam correctionē deuita. & hoc inter gentes Chananæi & Pherezæi, in terra scilicet promissionis, quia inter catholicos & hæreticos quorum fit regnū cælorum solet esse contentio.

*1 Abram.* — *2 In prin.* — *3 Ibi. sup. 12. a.* — *+ In 26 a.*

✠ AMB. Tolerabilius enim putauit, vt copula sequestraretur, quam gratiam dirimeretur. Quod te facere oportet, si forte in huiusmodi aliquid incideris, vt seminarium dissentionis auferas. Neque enim te fortior Abrā. Ille declinanda censuit, non despicienda seruulorum iurgia. Et si fortior, caue ne alter infirmior qui aurem præbeat seruulorum susurris. Frequēter indiuisa seruitia, inter parentes discordiam serunt.

*Vbi supra.* — *4 Inter pastores gregum Lot.*

✠ IDEM. Ipsa quoque cuiusmodi esse

CAP. XIII:

A Scendit ergo Abrā de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Australem plagam. Erat autē 1 diues valde in possessione argenti & auri. Reuersusque est per iter quo venerat a meridie in Bethel, vsq. ad locum vbi prius fixerat tabernaculum 2 inter Bethel & Hai, in loco altaris quod fecerat 3 prius, & inuocauit ibi nomen domini. Sed & Lot qui erat cum Abrā, fuerunt greges ouium & armenta & tabernacula, nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul. + Erat quippe substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter. Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram & 4 Lot. Eo autem tempore Chananæus & Pheresæus habitabāt in terra illa. Dixit ergo Abrā ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me, & te, et inter pastores meos &

a Cultoribus Dei, licet nox instet & persecutio, non refrigescit tamen diuini cultus intentio.

a Catholicos & hæreticos. b Subditorum.

a Prælatorum catholicorum. b Hæresiarcharum.

a Notandum quanta cura sit sancto viro conseruandæ pacis.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIII.

A Scendit ergo Abrā de Aegypto ipse & vxor, &c. *Hic consequenter ascribitur quō Abrā bene se habuit ad proximum. Et primo quō se habuit ad proximum tempore prosperitatis. s. eius pacem cōseruando Secundo quō tēpore aduersitatis. s. ipsum velociter ad iuuando. 14. c. Circa primum tria declarantur, quia primo describitur inter familias Abræ & Lot contentionis occasio, secundo occasionis præcisio, ibi. Dixit ergo Abram ad Lot. tertio præcisionis approbatio, ibi. Dixitq; dominus ad Abram. Occasio autem contentionis fuit, quia vterque erat diues ualde & habebat familiam, & ex tali cohabitatione solet sæpe contentio surgere. Dicit igitur.*

*Diuitiæ cōtentionis causa.*

1 Ascendit ergo Abram de Aegypto. *Sequitur.*

2 Ad australem plagam. *Non est intelligendum, φ terra promissionis ad quam ascendit Abrā rediens de Aegypto, sit in parte australi respectu Aegypti, sed est in Aquilonari, sed australis plaga hic accipitur respectu Hierusalem, quia illa pars terræ promissionis, quæ est vicinior Aegypto, est pars australis respectu Iudeæ.*

*Abrā ęgypto egreditur.*

3 Erat autem diues valde in pos. &c. *In Hebræo habetur* כבד *Grauis vel pōderosus multum, quia habebat multa pondera auri & argenti & aliarum rerum, & in idem redit.*

4 Reuersusque est per iter. &c. *In Hebræo autē habetur* למסעיו *Per mansiones quib. venerat, & duplici de causa. Vna, quia homines reuertentes ad terrā suā, unde exierant, cōsueuerāt ac. ipere hospicium redeundo ubi fuerunt prius hospitati eundo. Alia, quia qñ Abram iuit in Aegyptum non habebat pecuniam pro expensis sufficientib. & contraxerat in hospicijs aliqua debita, sed in redeundo erat diues valde, vt prædictum est, & ideo rediyt per eadē hospicia ad soluendum illa debita.*

5 A meridie in Bethel. *quia sicut dictum est, intrauit terram promissionis a parte australi. Sequitur.*

6 Et inuocauit ibi nomē domini, &c. *Gratias Deo agēs de hoc φ ipsum, uxorē & familiam conseruauerat, et in bonis multiplicauerat.*

7 Sed & Lot qui erat, &c. *hoc exprimitur ad ostendendum occasionē discordiæ. Diuitiæ enim frequenter sunt causa discordiæ inter homines etiam propinquos & amicos. vnde sequitur.*

8 Vnde & facta est, &c. *quia tam isti quā illi volebant sibi præoccupare meliora pascua & meliores aquas. Hebræi dicunt quod causa cōtentionis fuit, eo quod pastores Lot pascebāt animalia sua in bladis alienis. pastores autem Abrā increpabant eos, qa erant edocti in iustitia a magistro suo, non sic autē pastores Lot. Sed prima expositio melior videt.*

9 Chananęus & Pheresęus habitabant, &c. *ac si diceret, licet terra illa promissa esset a Deo ipsi Abrę. non tñ erat sibi tradita, & iō magis voluit Abrā recedere a nepote suo. ne forte ex contentione prædictorum famulorum moueretur lis coram iudicibus infidelibus.*

10 Dixit ego Abram ad Lot. *Hic consequenter describitur conten-*

MORALITER.

1 *Ascendit ergo Abram de Aegypto.* Per quod designatur φ religiosus postq̄ profecit in doctrina secularium ad claustrū redire debet, ad agendū Deo gratias, & orationi studioq. vacādū.

4 *Reuersusq; est per iter quo venerat a meridie.* Nā eadem charitate qua descenderat propter ædificationē proximi, redire debet ad contēplationem Dei. Sed quia talis religiosus aliquando sumitur ad regimē ecclesiæ, sicut beatus Gregorius & plures alii. Et huic consonat interpretatio nominis Abram, φ interpretatur pater excelsus, quia status episcoporum altior est statu religiosorum, & tunc fit in eo quedā rixa uel contentio. Nam consuetudo in religione habita trahit ipsum ad contē-

*Episcoporum status altior quā religiosorum.*

 ✠ pla-

esse debeat diuisio. Patriarcha edocet Firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat quod conqueratur.

✠ RVPERT. Nec in cognitione Lot, quamuis in persona sua iustus fuerit, typum tamen gerit vitiosę multitudinis aut hęreticorum. Nam & in Euangelio Lazarus amicus est Domini, sicut testatur ipse, & tamen eadem dormitione sua, vel quatriduana sepultura, typum gerit peccatoris, iam consuetudine nequitiæ inueterati, iamque mala opinione fęcentis.

a *Fratres enim sumus.* Tribus modis dicuntur fratres in sancta scriptura. Natura, vt Iacob & Esau. cognatione, vt Abram & Lot. Gente, sicut omnes Iudęi. Vnde si attenuatus fuerit frater tuus & vendiderit se tibi, &c.

b *Sicut paradisus, &c.* Hinc disci mus esse paradisum terrenum, cui comparatur terrena irrigatio. Hæc enim regio plana erat & campestris & irrigata Iordane fluente, sicut Aegyptus Nilo.

✠ GREG. Dicitur vbi habitauerit Lot, vt hoc eius laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuerit. Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis.

c *Coram domino.* Cui crimen puniendum committitur. Nam & hominibus manifestum crimen, sed non puniendum.

✠ HIERON. Superflue a septuaginta interpretibus additum est, in conspectu Dei. Si quidem Sodomorum coloni apud homines mali, & peccatores erant. Ille autem dicitur, in conspectu Dei peccator, qui potest apud homines iustus videri, quomodo de Zacharia & Elizabeth in pręconio ponitur, quod fuerint iusti ambo in conspectu Dei.

✠ GLOSSA GREC. Homines igitur Sodomitæ mali erant & peccatores. Quantum ex lectione scripturarum colligere potuimus, πονηρὸς, id est, malus, is est qui spôte & de industria peccat. ἁμαρτωλὸς vero, id est peccator, qui voluptate quadam inductus peccat. Vtrumque autem Sodomitæ erant, ut ex litera nostra patet.

✠ CHRYS. Vides Lot spectantem terræ naturam, & non aduertentem inhabitantium malitiam. Quæ enim vtilitas, si terra sit fructuosa, homines autem adeo mali? Caput enim & summa bonorum, inhabitantium gratitudo.

d *Leua oculos, &c.* Quasi aspice per quatuor climata orbis, possessio Palæstinæ promittitur ei & semini eius. Quod in quibusdam codicibus, *mare*, pro occidente, ponitur, ideo fit, quia Palęstina mare habet ab occidente.

HIS itaque, &c. Postq descripsit Moses qualiter Abrā bene se habuit ut incipiēs, et hoc quantū ad Deū & pximū, Hic cōsequēter ostēdit qualiter se habuit ad seipsū, & qa proles reputatur una p̄sona cū patre, et fm illud Eccl. 30. a. Mortuus est pater ei⁹, & quasi nō est mortuus, reliquit. n. filiū similē sibi. & similiter vir & vxor quasi vna persona computantur, fm dictū saluatoris Matt. 19. a Itaq. iā nō sunt duo sed vna caro. Ideo primo ostēditur qualiter Abrā se habuit in petēda ple. Secūdo, qualiter i regēda uxore. 16. c. Circa primū primo ponit Abrę petitio. Secūdo petitionis exauditio, Fact⁹ est sermo Dñi, &c. Tertio exauditionis cōfirmatio, ibi: At ille ait, dñe Deus. Circa primū describitur occasio petitionis. Abrā. n. victoria tā solenni, quā dominus dederat ei, timuit ne in hoc accepisset totā mercedē iustitiæ suę a domino, & ideo dñs assecurauit eū de contrario dicens. 2 Noli timere. de eo quod cogitasti. Sequitur. 3 Et merces tua. &c, id est, victoria quā dedi tibi nō est merces tua. sed maiorē satis ergo reseruo tibi. Et ex isto verbo dñi habuit occasionē petēdi prolē, quia quilibet naturaliter desiderat in bonis suis habere hæredem siue successorem. Propter quod sequitur. 4 Dixitq; Ab. ostēdēdo suū desideriū. 5 Dñe deus, &c. ac si dicat parū ualebūt ista mihi, ex quo filiū nō habeo. 6 Ego vadā absq; li. &c. quia Sara erat sterilis. 7 Et filius pro. &c. Hoc exponitur dupliciter. Vno modo sic, ut sit sēsus, Procurator dom⁹ meę habet filiū, cui pōt bona sua relinquere, nō aūt ego, & sic, melioris cōditionis ille est, quātum ad hoc. Alio modo ut cū dicit, Et filius pcuratoris dom⁹ meæ, subintelligitur, erit hæres meus. quia cogitabat eū adoptare in filiū, eo q uxor sua erat sterilis, Et ista expositio magis cōsonat literę, qa seqt postea. 8 Et ecce vernaculus. i. seruus natus in domo mea. 9 Heres meus erit. Iste Damasc⁹ Eliezer. Eliezer. n. erat procurator domus Abrę, & Damascus filius ei⁹ fuit, a quo et denominata est ciuitas Damasci. 10 Statimq. sermo dñi factus est ad eū. Hic ponitur suæ petitionis exauditio. Petitio. n. est desiderii ostensio, & iō qa Abrā ostenderat desideriū suū de prole habēda, dñs respōdit dicens. 11 Nō erit hic hæres tuus. s. filius pcuratōis tui. 12 Sed qui egredie. &c. i. quem generabis in vxore tua, & qa nō solū promisit sibi prolem, sed etiā prolis magnā multiplicationem. iō seqt. 13 Suspice cœlū, &c. 1 Et accipitur hic si, pro non. 14 Sic erit semē tuū. s. in tāta multitudine, q vix aut nunq possit numerari ab hōie. Patet etiam ex dictis, q ista visio ostēsa est Abrę de nocte qñ stellę possunt uideri. Cōsiderādū quod licet Deus et per hoc intenderet significare multitudinē seminis Abrę, cōparādo ipsum stellis celi, tñ principaliter intendebat promittere ei & semini eius uitā beatā, q erit in resurrectione mortuorū. vñ dicit Apost. 1. Cor. 15. e. Stella differt a stella in claritate, sic & resurrectio mortuorū. Multiplicatio. n. prolis et bona que cunq. tpalia, nō possūt esse merces vel finis principalis operū iustitię uel uirtutis, qa finis principaliter intētus melior est semp his q sunt ad finē, & premiū a Deo principaliter pmissū semp est melius qua opus meritorū, pp quod promittitur. Bona aūt quæcunq; tēporalia, sunt minora quā iustitię opera, & iō hic et in alijs locis sacrę scripturę, vbi pro operib. uirtutis uere & proprie dictis, pmittūtur aliqua bona tēporalia, nō intelligūtur principaliter pmissa, sed quasi manuductiua ad bona spiritualia et eterna, q principaliter intelligūtur pmissa. et hoc cōueniebat maxime tēpore legis Mosaicæ & naturæ, in quo hoīes imperfecti erāt respectu tēporis gratię fm quod dicit Apost. ad Heb. 7. c. Nihil. n. ad perfectū adduxit lex. Mos aūt imperfectorū est, ut ad amorē bonorū spiritualiū & cęlestiū inducātur p amorē tēporaliū & terrestriū ut fm Grego. animus ex his quæ nouit surgat ad incognita que nō nouit. Et p hoc ipse notū diligere, discat & incognita amare. Quod aūt Abraā in hoc loco intellexerit sibi et semini suo nō solū esse pmissa terrena, sed et cęlestia, quæ p Xp̄m sūt adimpleta, patet Io. 8. g. Vbi dicit Abrahā pater vester exultauit, vt videret diē meū, vidit & gauis⁹ est. Dies aūt Xp̄i, uel tēpus, intelligit tēpus passiōis, & resurrectiōis eius fm q ipse dixit imminēte passiōe. Matth. 26. b. Tps meū ppe est, &c. Et tūc aperta est ianua cęlestis, et educti sunt sancti patres de inferno. & pp prædi[cta] a bñ dicitur in off. de mortuis. Sed signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucē sanctā quā olī Abrahę pmisisti & semini ei⁹. accipit ex hoc loco. cōsiderādū q in hoc passu et cōsimilib. est aliquo mo io duplex sensus literalis. Vn⁹ de bonis terrenis, q minus principaliter et manuductiue pmittitur. Alius de spiritualib. & eternis, q principaliter intēduntur. qa sēsus principaliter intētus literalis dicitur, absque mō pōt dici unus, quia fm philosophū. Vbi unum pp alterū, vtrobiq. tñ unū. Minus principale uero sēper est pp magis pricipale. Illud aūt q hic dictū est pōt etiā ad intelligēdū multa q cōtinent in ueteri testā. pp q dictus hic moratus sum. 15 Credidit, i. nulla hesitās de dūo pmisso. 16 Et repu. &c.

C

Eliezer procurater dom⁹ Abrę.

E

MORALITER.

Secūdū Hebręos Abrā ex victoria excellēti de quatuor regib. habita, timuit, ne foret ī hoc sua iustitia remunerata pp q dixit dñs ei, ne ti meret. Igitur. Abrā significat quēlibet iustū, q exultat⁹ ex aliquo bono Dei timet, ne forte de bonis suis remunerat⁹ sit ī psēti, Propter q dñs cōsolat eū p inspirationem īternā dicēs. 2 Noli timere Abrā, &c. tñ futurū reseruata. Hō vero sic visitat⁹ a Deo reputat se parū aut nihil fecisse, fm illud Luc. 17. c. Cū o. q̄ uñ fecerit i, ... inutiles sum⁹. Sic beat⁹ Frācisc⁹ dicebat fratrib. suis. Modo incipiam⁹ seruire dño, qa vsq; nūc parū pfecimus. Iō subdit: Ego vadā, &c. a absq; operib. bonis in quib. eū Dei gratia hō per liberū arbitriū operat. 9 Iste Damasc. i. ille. q oſti vel status ei me minor ī operib. bonis. 11 Nō erit hic hæ. i. hæreditabit vitā eternā me excluso, vel saltē ecce me cū ibid. ī maiori loco pp q subdit assecuratio de prio [...] 13 Suspi. cæl. Q. d. pl⁹ q possis credere augmētabit meritū tuū.

1 Ego

dño Deo rationẽ videamur exigere. Etenim q̃ indignũ, vt humanis testiis de alio credam⁹, Dei oraculis de se nõ credam⁹?

✻ AVG. Hic iã illa snïa ponitur, cuius Apostolus meminit ꝓpter Dei gratiã cõmendandã. *Credidit Abram Deo, et deputatum est ei ad iustitiã.* ne circũcisio gloriaret, gentesq. incircũcisas ad fidẽ nollet admitti. Hoc enim quado factum est, vt credenti Abræ deputaretur fides ad iustitiam, nondum fuerat circuncisus.

a ✻ *Domine deus unde.* AVGVS. Non ait vnde sciã, quasi adhuc non crederet, sed ait: *secundum quid sciã*, vt ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut nõ est Mariæ virginis diffidẽtia quod ait, *Quomodo fiet istud*, Quod enim futurum esse certa erat, *modum quo fieret*, inquirebat.

Quæst. 64. Columbã pullum columbarũ. Heb.

✻ THEOD. Videbat enim innumeram multitudinem, Palęstinã obtinere, Scire igitur auebat vtrũ bello, an alio aliquo modo expellẽda gens illã esset. Ob id post Abrę sacrificium apparuit De⁹ dicẽs, *Scito prænoscẽs, &c.* quo oraculo Abrã edoct⁹ ẽ quam diu seruituti erant Hebręi, & quo pacto terram Philistinorum possessuri.

vacca triẽnis.

b *Sume inquit mi. &c.* ISID. Vacca triẽnis plebs Iudaica posita sub iugo legis, capra eadẽ futura peccatrix, aries regnaturã significat. Hęc trima dicũtur, qa particulos tẽporũ ab Adã vsq. ad Noe, & inde vsq; ad Abrã, & inde vsq; ad Dauid, tanq̃ trimã ætatẽ gens adoleuit. Per turturẽ & colũbã spirituales populi figurãtur, filii ꝓmissionis & hęredes regni futuri, quorũ ætas tacet, qa æterna meditãtes, tẽporalia trãsgrediũtur. Aĩalia trima ꝯtra se partib constitutis diuidunt, quia carnales & ĩ veteri populo, & nũc ab inuicẽ separãtur. Aues nõ diuidunt, qa spirituales, nec schismate, nec hęresi seducũt, sed pace frũ-

*a Quia iustus ex fide viuit.*
iustitiã. Dixitq. ad eũ: Ego dñs q̃ eduxit te d ur Chaldęorũ, vt darẽ tibi terrã istã
*a Igne & Mysticeignis Chaldæorum incentiua vitiorum.*
*signum quærit non tentando, sed sperando, & modum quærendo. Hinc mos inoleuit Iudæis vt signa petant.*
& possideres eã. At ille ait. Dñe De⁹ vnd scire possũ q, possessurus † sim eã? Et † rñdens dñs Sume, inquit † mihi vaccã triẽnẽ, & caprã trimã & ariẽtẽ annorũ triũ, turturẽ quoq. & colũbã. Qui tollẽs vniũesa hæc, diuisit † ea ꝑ mediũ, & vtrasq. partes contra se altrinsecus posuit
*a plebem Iudaicam iugo legis pressam. b Eandem peccatricem futuram.*
*a Regnaturam. b simplices innocentes. Vtraq. enim auis simplicitatem habet & innocentiam.*
*a Quia carnales ab inuicem diuiduntur. b Animalia.*

tur. Siue solitarii, vt turt, siue cũ aliis, vt colũba cõuersant. VOlucres descẽdẽtes sup corpora diuisa, significãt dęmones passũ sibi d carnaliũ diuisiõe q̃rẽtes. Abrã aues abigẽs, significat multos carnales merito sãctorũ ĩ fine mũdi liberãdos. Circa solis occasũ *pauor irruit in Abrã, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum*, qa circa finẽ sęculi magna perturbatio ab Antichristo inuadet sanctos. Vñ erit tribulatio qualis non fuit ab initio. Cum ergo occubuisset sol, &c. significat post finem seculi futurũ diem iudicii, quando perignẽ separabuntur boni a malis.

Tertio promittitur Abrę terra Chanaam ad cuius cõfirmationẽ dat De⁹ signũ. al. † sum. al. † respondet. al. nõ habet † mihi al. non habet. † ea. Quęst. 65.

✻ GLOSSA GRECA. Trium annorũ animalia significant Hebræi populi iuuentutẽ ac vigorem. Vitula indomita signat primam Hebræorũ generationẽ, quæ in Aegyptũ quidẽ descendit, a seruitute tñ libera fuit. Capra quę modicũ dñis suis prouẽtũ præbet, secundã generationẽ quæ modicã seruitutẽ Aegyptiis seruiuit. Aries qui copiã lanæ præstat, tertiã generationem, quæ longo seruitio Aegyptiis subiecta fuit. ✻ THEOD. Aenigmata hæc erant eorum quę generi Abrã euẽtura erãt. Ob id tria mundorum quadrupediũ, & vnũquodq. trium annorũ sacrificare iubet, vt tres gñationes signaret, quæ in Aegypto peregrinaturæ erãt. Turtur vero declarat gñationẽ illam quæ ex Aegypto auolauit, in deserto autem permansit Auis enim hęc desertũ amat. Columba vero generationẽ quę promissam terram adepta est. Columba enim domos inhabitat.

Ex catena Græca.

✻ CYRIL. Non autem legẽ sacrificiorum statuit Deus, sed quia antiqui hostis fœdera sanciebant, hoc fieri permisit.

c *Vaccam triennem, & capram trimã, &c.* qa ab Adã vsq. ad Noe & inde vsq. ad Abrã, deinde vsq. ad Dauid populus adoleuit.

Descen-

## NICOLAVS DE LYRA.

*qa fides formata ꝑ dilectiõẽ illa sola est q̃ uere iustificat & tẽ formaliter*

17 Ego dominus, &c. *id est igne Chaldæorum secundum vnam opinionem, vel de tali loco qui est in Chaldæa, sicut dictum est supra. 11. c.*

2 Vt darem, &c. *Per q̃ principaliter intelligĩt terra viuẽtiũ ꝓmissa.*

3 Et possideres eam. *In hæreditatem perpetuam.*

4 At ille ait, &c. *Hic cõsequenter ponitur prędictæ promissionis cõfirmatio ꝑ signũ, Abræ diuinit⁹ ostẽsũ. Ad cui⁹ intellectũ cõsiderãdum q Abrã nõ dubitauit quin haberet prolẽ sibi ꝓmissã, & similiter hæreditatẽ in persona ꝓpria vel filiorum, Aliter nõ esset verum quod dictum est.*

Credidit Abraã Deo, &c. *Sciebat tñ Abram quod sicut bona conferuntur a Deo propter opera meritoria, ita propter opposita auferuntur, & ideo ad conseruationem boni diuinitus collati, requiritur quod homines sint solicitui conseruando per exercitium operis Deo placiti, & propterea de hoc quæsiuit Abraham dicens.*

5 Dñe. d. vnde, &c. *acsi diceret, quid est illud quod cõseruabit bonum quod promisisti. ideo non dixit.* vnde scire possum quod, acceptu*rus sim eam, sed* possessurus.

Cult⁹ diuini efficacia.

6 Et respõdit do. *Ad ĩtellectũ hui⁹ cõsiderãdũ, q sicut patet ex discursu totius veteris testĩ quãdiu filij israel steterũt in cultu unius veri Dei possederũt pacifice terrã ꝓmissionis sibi collatã, & qñ declinauerũt ad idololatriã, fuerũt ab alij impugnati & deiecti, sicut patet in lib. Iud. & Reg & alijs locis, & aliqñ qñ eorũ malitia nimis abũdauit, fuerũt eiecti & captiuati terra illa. primo ꝑ Nabucodonosor regem Babylonis & secũdo ꝑ Romanos, eo q authorẽ fidei Iesũ Xpm negauerũt & occiderũt. Verus igitur cultus vnius Dei est illud ꝑ q possideri poterat terra illa Abrę ꝓmissa. Iste aũt cultus principaliter est in actib. interiorib. mẽtis sm q dicit beat⁹ Aug. in Enchiridio. Fide, spe, & charitate colit un⁹ De⁹, verũtñ cũ huiusmodi cultu interiori req̃rĩt cultu exteriori q est quasi quędã ꝓtestatio interioris cult⁹. Talis aũt cult⁹ ĩ ueteri lege fuit ꝑ sacrificia Deo oblata, iõ de talib. sacrificijs ĩ lege fiẽdis dñs ĩstruit Abraã dicẽs.*

6 Sume inquit mihi vaccã, &c. *Quia de istis trib. specieb. animalium solum erant sacrificia fienda in lege, ut patebit in* Leuit. *& ideo de qualibet specie nominat unum indiuiduum. Considerandum etiam, quod de qualibet specie prædicta fiebat in lege triplex sacrificium. Vnũ vocabatur hostia pro peccato q fiebat pro expiatiõe alicuius peccati cõmissi. Aliud vocabãt hostia pacifica, q offerebatur* Deo *pro aliquo bono obtẽto, vel obtinendo. Tertiũ erat hostia in holocaustum, quæ tota incẽdebãt ad honorem diuinum, & ideo ad hoc triplex sacrificium designandum dicitur hic, quod quodlibet indiuiduum prædictorum sit trium annorum.*

Triplex sacrificium in lege.

7 Turturẽ quoq. & columbã. *qa futurũ erat in lege dãda per Mosen, ut fieret sacrificiũ de istis specieb. auiũ tñ, nisi in emundatione lepsi vbi fiebat oblatio de passerib. propter quod de ista specie auis nõ fit hic mentio, qa non erat cõis oblatio uel sacrificium. Licet autem assignare rationes plenius, & in particulari, quare de prędictis fiebãt sacrificia magis quã de alijs, pertineat ad librum Leuiticum, tñ potest hic breuiter præmitti. Dictum est autẽ q sacrificia legis erant quædã protestationes fidei iõ rationes sacrificiorum sunt accipiendę ex ipsa protestatione, sm vero Aug. in lib. de lege & gratia nullus vnquam hominum fuit saluatus nisi in fide mediatoris, in quo duplex est natura, diuina. s. et humana. Diuinitatem autẽ ipsius protestabantur sacrificia, inquantam homines per illa sacrificia ostendebant se habere uitam a Deo, et per consequens alia bona. Hoc autem fiebat in sacrificijs ꝑdictorum aĩalium. s. bouis, ouis, & capræ, qa ista animalia tanquam domestica sunt cum hominib. & cedunt in usum eorum ad sustentationem uitæ.* Alia *vero animalia cõiter sunt syluestria, uel si sunt domestica sunt immunda, ut porcus, & similia. Item prædicta aĩalia representabant humanitatem Xpi, inquantum fuit instrũm nostræ redemptionis, quia ouis reprę̨sentabat eius innocentiam, capra similitudinem carnis peccati, bos fortitudinem Xpi ad sustinendum labores, maxime in passione. Turtures autẽ et columbę abundabant in terra illa, & ideo ex illis fiebant sacrificia pauperum, qa de facili poterant haberi. Turt etiam castitatem Xpi significat, columba vero, quę sine felle est, eius humilitatẽ, sm illud Matt. 11.* Discite a me quia mi. sum, &c. *Et sic patet quare de predictis fiebant sacrificia ut cõiter.*

8 Qui tol. s. h. &c. *Cã huius diuisionis & partionis est, qa tũ tẽporis qñ hõies adinuicẽ faciebãt pactũ uel fœdus inuiolabile ad hoc designãdũ interficiebãt unũ animal, & diuidebãt ĩ duas parts, et trãsibãt ĩter illas*

✻ *partes*

## MORALITER.

1 *Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorũ.* i. de incendio vitiorũ.

2 *Vt darem tibi terram.* s. viuentium. Et de hoc consequẽter datur signum cum dicitur.

b *Sume vaccam triennem*, Id est humilitatẽ quę per vaccã significatur, eo quod vacca iugo subiicitur q̃ bene dicitur triennis, quia ꝑ humilitatẽ homo subiicitur maiori, ęquali, & minori.

9 *Et capram trimam.* Id est uerã pęnitentiã in quo cõfitetur homo suã ignorantiam, propter q per caprã significatur, & dicitur trima propter tres pęnitentiæ partes, quę sunt contritio confessio, & satisfacio.

7 *Et arietem trium.* i. fortitudinẽ, q̃ aries designat, quia cornib. fortiter pugnat, & dr̃ annorũ, triũ, qa per virtutẽ fortitudinis hõ sustinet patiẽter dura verba, rerũ dãna, corporis supplicia.

7 *Turturem.* Quæ significat castitatem.

8 *Et columbam.* Id est, charitatẽ, qa spiritussanctus apparuit in specie colũbæ super Christi humanitatẽ. Oblatio vero facta Deo de istis, signum est assecurans coniectuualiter de adeptione futuræ beatitudinis, ideo sequitur postea.

a Quia spirituales seruāt vnitatē spiritus in vinculo pacis
Aues autem non diuisit. Descē- 1
a Dæmones importunę cogitationes.
derūtq. volucres super cadaue- 2
a Quia multi carnales merito sanctorum in fine liberabuntur. b Illius merito de angustiis liberatus est Israel.
ra et abigebat eas Abrām. Cūq. 3
a Quia circa finem mundi perturbatio magna ab antichristo inferetur sanctis.
sol occūberet, †pauor irruit su- 4
per Abrā: et horror magnus et 5
tenebrosus inuasit eū. Dictūq. 6
est ad eū. † Scito pnoscēs ꝙ pere- 7
a Populus Israel.
grinū futurū sit semē tuū ī ter-
ra nō sua. et subiiciēt eos serui-
a Extranei. b Isido in afflictione ecce anni complebuntur. Vltima parte huius temporis.
tuti, et affligēt quadringētis an-
nis. Verūtamē gētē cui seruitu- 8
ri sūt, ego iudicabo, et post hęc 9
Alias magna.
egredietur cū multa substantia 10
a Moriendo· b Sanctos prædecessores
Tu autem ibis ad patres tuos ī 11
pace, sepultus ī senectute bona 12

a *Descenderuntque uo. &c.* GREG. Tropologice, In ipso orationis sacrificio ingerunt se importunæ cogitationes rapere vel violare cupiētes. sed manu sanctę discretionis debem⁹ custodire, quod foris offerimus, ne maligni spiritus & peruersæ cogitationes rapiant.

A — li.16. mora. 20. Tropologice.

✽ GLOSSA GRECA. Hostium concursus per descendentes aues super cadauera, Iudæorum autem diuina tutela & inimicorū expulso, per id quod Abram aues abigebat, significatur.

b *Pauor irruit su. &c.* AVG. Tractanda est ista quæstio propter eos qui contendunt istas perturbationes non cadere in animum sapientis, vtrum tale sit quale memorat Aulus Gellius quendā scilicet philosophum in magna maris tempestate, & animaduersum a quodā luxurioso adolescente, qui cum ei post periculū insultaret quod philosophus cito perturbatus esset. Respondit ideo illū nō perturbatū, quia nequissimę animę suę nihil timere deberet, quod nec digna esset pro qua aliquid timeret. Cęteris aūt protulit librū, in quo legebatur non placuisse Stoicis, nullā talē perturbationē cadere in animum sapiētis, quasi nihil tale in eorum appareret affectibus, sed perturbationem ab eis deliniri, cum ratio talib moribus cederet. Cum autem non cederet, non dicendā perturbationem.

eq Hebraicis. — Aulus Gellius li.19.c. — B

✽ IDEM. Quod circa solis occasum *pauor irruit in Abram, & timor tenebrosus magnus*, significat circa huius seculi finē magnam perturbationem ac tribulationem futurā fideliū, de qua dominus in euangelio dixit, *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio.*

li 16. de ciuitate ca. 24.

✽ RVPERT. Bis in hac visione solis occubitus, & tenebrarū mentio facta est, primo cum hic dicitur, *Cumq; sol occumberet, timor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.* Secundo cum infra dicitur, *Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans.* Hæc tenebrarū iteratio, geminam seminis Abrę significat aduersitatem. primā scilicet qua fratrem suum vendiderunt, quę causa fuit seruitutis illorum. Secundam qua post mortem Ioseph a Pharaone tribulati & afflicti sunt.

li.5. in Gē. c.22. — D

c *Scito prænoscens, &c.* ISID. Populus Israel in Aegypto seruiturus prophetatur non quod Aegyptiis annis quadringentis seruierit, sed quia hic numerus in illa afflictione completus est, quia ab illo tempore computatur, quod ista Abrahæ promittuntur. AVGVST. *Scito prænoscens, &c.* Non sic accipiendum est, tanquam in illa durissima seruitute † quadringentos annos populus Dei fuerit. Sed quia dictum est, *in Isaac uocabitur tibi semen.* Ab initio natiuitatis Isaac vsque ad annum egressionis Israel ex Aegypto computantur anni 405. Cū ergo de quadringentis triginta, detraxerit. 25. qui sunt a promissione vsque ad natum Isaac, non mirum est si quadringentos quinque annos summa solida voluit appellare scriptura, quę solet ita numerare tempora vt ꝙ summa numeri paululū excrescit, aut infra est, non computetur. Non ergo quod ait *in seruitutem redigēt eos et affligent*, ad 400. annos referendus est, tanquam per tot annos in seruitutem habuerint eos. Sed referendi sunt anni 400. ad id quod dictum est. *Peregrinum futurum est semen tuum in terra non sua.* Siue enim in terra Chanaan siue in Aegypto peregrinum erat anteq̄ hæreditatē haberet, ex promissione Dei, quod factum est, postquā ab Aegypto liberati sunt. Vt per hyperbatō sit ordo verborū. *Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua quadringentis annis.* Illuc aūt sit īterpositū. *Et subiiciēt eos seruituti, & affligent*, ita, vt ad quadringētos annos hęc īterpositio nō ptineat. In extrema.n. parte sūmę huius .i. post mortē Ioseph popul⁹ Dei ī Aegypto dura seruitute afflict⁹ ē.

prophetia seruitutis filiorū Israel in Aegypto. li.16. de ciuitate c 24. al. † opor. al. † 400. annis predicitur seruitus & liberatio filiorum Israel ex Aegypto. Act.7.a. Exo.12.f. — E — Hiperbaton.

Generatione

## NICOLAVS DE LYRA.

*illas partes, ad designandum quod digni essent morte, si pactum illud transgrederentur. Dominus autem hic pepigit fœdus & pactum cum Abram, ut dicitur infra eodem cap. & ideo animalia ista fuerunt diuisa in duas partes, & partes sic positæ quod posset esse transitus inter illas partes.*

Mystice.

1 Aues aūt non diuisit. *quia in confirmatione talis pacti vel fęderis auis non occidebatur, nec diuidebatur etiā cū alias immolabatur holocaustū, ut habetur Leu.1.d. Alia est causa mystica, quia per animalia designatur uita actiua, quę diuidit hominem circa multa, secundū illud Luc.10.* Martha Martha sollicita es & turbaris erga plurima. *Per aues uero propter uolatum designatur uita contemplatiua quę unit hominem ad Deum, ideo subditur ibidem.* Porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit, &c.

C

2 Descenderuntq. volucres super cadauera. *id est super sacrificia, ad designandum quod dæmones qui per aues designantur (Matt.13.a. & maxime quia istę erant aues de nocte volantes, ut patet per sequentia) nituntur destruere, vel fœdare bona opera.*

3 Et abigebat eas Abram. *quia si in operib. bonis dęmones nos uolunt impedire, debemus eos feruore charitatis repellere.*

4 Cumque sol occumberet. *In Hebræo dicitur* occubuisse. *Ex quo patet quod iam erat nox.*

5 Sopor irruit super Abram. *In Hebræo habetur* תרדמה *tardema id est, exstasis. Ecstasis uero non signat proprie somnum, sed magis raptum a sensibus exterioribus.*

Extasis.

6 Horor magnus, &c. *per hoc enim designabantur afflictiones & anxietates quas passuri erāt filij eius, antequā obtinerent terrā promissionis, & quas oportet sustinere fideles ante quam ueniant ad terram uiuentium secundum illud Act. decimoquarto.d.* Per multas tribulationes oportet transire ad regnum. *propter quod subditur.*

7 Scito prænoscens quod, &c. *Isti quadringenti anni possunt referri ad seruitutem & afflictionē quā passi sunt filij Israel in Aegypto. quod probatur manifeste, quia Caath descendit in Aegyptum cū Leui patre suo, & Iacob auo suo, vt habetur Genesis xlvi.b. Item iste Caath vixit 133. annis & Amram filius eius. 137. vt habetur Exod.6. capit. Et Moses filius Amram erat octoginta annorum in exitu de Aegypto, vt habetur Exod. septimo.b. qui anni coniuncti faciunt. 350. annos tantum, & adhuc si uolumus habere præcise numerum annorū a principio descensus in Aegyptum vsque ad Exitū, oportet subtrahere a prædictis. 350. annis omnes annos quibus vixit Caath antequam descenderet in Aegyptum, & annos quib. vixit Amram postquam genuit Mosen. Ex quo patet quod non fuerunt in Aegypto quadringentis annis, sed fuerunt ibi ducentis decē annis tantū, ut dicunt Hebræi ex alijs suis chronicis, quib. credendum est in talibus, quando ex textu bibliæ non potest ueritas haberi, sicut est in proposito, & eodem modo Hieronymus & alij doctores catholici in casu simili recurrunt ad historiā Iosephi, & annales Iudæorum, & ideo isti anni quadringenti prędicti reducendi sunt ad illud quod prædicitur:* Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum, &c. *quia a natiuitate Isaac, in quo uocatū est semen Abrahæ, ut habetur.21.c. vsque quo genuit Iacob fluxerūt anni. 60. ut habetur infra 25. capit. Iacob autem erat annorum 130. quando descendit in Aegyptum, ut habetur infra xlvii.b. Et sic a natiuitate Isaac usque ad descensum in Aegyptum fluxerunt anni. cxc. quibus si iungantur anni. 400. & 10. quib. filij Israel fuerunt in Aegypto, habētur anni 400. pręcise in quib. semen Abrahæ* fuit peregrinum in terra non sua. *scilicet partim in terra Chanaan, in qua Isaac cum patre suo fuit peregrinus, primo, quia licet Deus promisisset sibi terram Chanaan, non tamen dedit sibi in actu passum pedis in ea, ut habetur Act. 7.a. postea peregrinatus est Isaac in Gerare, & postea Iacob cum filijs suis in Aegypto, & propter hoc non dixit dominus Abrahæ.* Peregrinum erit semen tuum in terra Aegypti 400. annis. *sed dixit* in terra non sua, & subiicient eos seruituti & affligent. *Ista fuit seruitus & afflictio Aegypti, quæ terminata est in illis 400. annis, sed nō incepit a principio illius temporis, ut uisum est.*

Temp⁹ afflictionis in Aegipto. — Nota. — F

8 Veruntamen gentem cui, &c. *id est, gentem Aegyptiorum.*

6 Ego iudicabo. *Percutiendo decem plagis, ut habetur in Exod.*

10 Et post, &c. *quia filij Israel in exitu de Aegypto acceperūt mutuo a uicinis suis* vasa aurea & argentea & vestes, *ut habetur Exo.12. f. Et sic egressi sunt cum magna substantia.*

11 Tu autem ibis, &c. *id est, antequam prædicta seruitus & afflictio superueniant semini tuo.*

12 Sepultus in se bona. *id est decedens in gratia, quia non dicitur hoc nisi de iustis,*

✽ Generatione

a *Generatione autem,&c.* HIER. Moses vero alibi dicit quinta progenie ascenderunt filii Israel de terra Aegypti, sed quarta generatione egressi sunt Leui n, genuit Caath, Caath genuit Amram, ille Aaron, Aaron Eleazar, & ille genuit Phinees. Caath cũ patre suo Leui ingressus est in Aegyptũ, Eleazar vero cũ Aaron egressus est. A Caath vsque ad Eleazar generationes quatuor. Quidã tamẽ ab Amrã incipiunt, & ad Phinees perueniũt. Quinta vero generatione egressi sunt, quia Iudas genuit Phares, Phares genuit Esrõ, Esrõ genuit Arã. Arã genuit Aminadab. Aminadab genuit Naason, qui genuit Salmõ. Phares cũ Iuda patre suo igressus est Aegyptũ. Naason princeps trib. Iudæ in deserto subscribitur, cuius filius Salmõ in terrã promissionis intrauit. A Phares vsque Naason generationes quinq; Quidã tñ ab Esrõ incipiũt, & ad Salmõ pueniũt.

b ✱ *Nõdum enim cõpletæ sunt iniquitates,* CHRYSOST. &c. quasi dicat aliquis, Nondũ in tanto numero peccata fecerunt, ut talẽ ferant pœnã. Deus enim cũ misericors sit, nõ solũ nõ indicit pœnas peccatis grauiores, sed & valde minores. Atque propter hoc tantã ostendit longanimitatẽ, ut cũ sub ipsis pœnarũ sint auctores, nullã post hac excusationem habeant.

✱ THEODOR. Declarat Deum non prius vltorẽ esse, quã homo sit peccator. Nam per id temporis quo Deus loquebat, Amorræi pietatem colebant & sectabãtur, quod vel ex ipso Melchisedech & Abimelech & habitatorib. Hebron, intelligi facile potest, qui dicebant, *princeps Dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum.*

a Caath filio Leui vsque ad Eleazar generationes quatuor, & ab Abraam vsque ad Phinees. b Filii Abrahæ.

Generatione aũt quarta reuertẽtur huc: Necdum. n. † completæ sunt iniquitates 1 Amorrẹorũ vsq. ad præsens tẽpus. Cũ ergo occubuisset sol, facta ẽ caligo tenebrosa, & apparuit clibanᵘ fumans, & lampas ignis trãsiẽs inter diuisiones illas. I die illo pepigit dñs cũ Abrã fœdᵘ dicẽs: † Semini tuo dabo terrã hãc, a fluuio Ægypti vsque ad fluuium † magnũ Euphratẽ: Cinæos, & Cẹnezẹos, & 2 Cedmonæos, & 3 Ethẹos, & Pherezæos, Raphaim quoque & 4 Amorræos, & Chananẹos, & Gergesẹos, & Iebusæos.

(Interlinear: a Vt iam debeant amittere terram suam. — a Tribulationem & angustiam futuram significat. — a Iudicium per ignem significat, quo separandi sunt mali a bonis. b Ignis iudicii separandi bonos a malis. — a Rinocorula, qui diuidit palestinam & ægyptum.)

✱ GREGORIVS. Hoc autẽ nobis cum timore considerandum est, quo modo iustus est omnipotens Deus cũ præcedentibus peccatis irascitur, permittitur vt cæcata mens etiam I aliis labatur. Vnde Moses ait, *nondum completa sunt peccata Amorræorum.* Dauid quoque ait, *Appone iniquitatem super iniquitatem.*

c ✱ *Et lampas ignis,&c.* PROCOPIVS. Lampades significabant maiora quædam quæ patriarcham scrutari oportebat.

Nec nũc primo ignis visus est, cum fœdus inter Deum & Abraham pangeretur, lex quoque per Mosem interuentu ignis promulgata est. Cum enim lex in medio ignis lata proponat piis præmia, transgressoribus statuat pœnas, merito accessit ignis, vt portenderet impiis conflagrationem, piis illuminationem præberet.

☞ IGITVR

(Margin: epist. ad Damasũ. — al. † imple. tę. — 1 Amorrheorum, al. † in. — Hom. — quæst. c. 4. — 1 Ezechiel. Hom. 11. — Ps. 68. — 23. q. 7. c. de reb. Quarto promittit terra Chanaã. 12. b. 13. d. & 26. a. Deut. 4. † al. nõ habet. † magnũ. 2 Cedmonęos. 3 Hetheos 4 Amorrhęos. — Rinocorula.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Generatione autẽ quarta re. huc. *i. ad terrã Chanaan Abrę promissam. In illa enim erat Abrã actu qñ dominus sic loquebatur cum eo. Aduentũ tñ φ istæ quatuor generationes nõ sunt accipiendæ ab Abrã, sed a Iacob, qui descendit in Aegyptũ, & cõnumerãtur generationes ab eo per lineã regiã, inueniũtur quatuor vsq; ad reditũ in terram promissionis, qa Iacob genuit Iudã, Iudas aũt genuit Phares, Phares aũt genuit Esron, ut habetur Mat. 1. a. Esron aũt genuit Caleb, ut habetur. 1. Paral. ij. a. Et iste Caleb in quo cõpleta est quarta generatio, fuit de intrantib. terram pmissionis, vt habetur Nu. 14. d. & Iosue 14. b. Translatio vero 70. habet.* Quinta generatione reuertentur huc. *& hoc est uerũ si computentur generationes p lineã sacerdotalẽ, quia Iacob genuit Leui. Leui aũt genuit Caath, Caath aũt genuit Amrã, Amram aũt genuit Aarõ ut habet Exo. 6. c. Aarõ aũt genuit Eleazarũ sacerdotẽ & iste Eleazarus ĩ quo cõpleta est quĩta gñatio fuit de intrantib. terrã pmissionis. qa ipse & Iosue filii Nũ diuiserũt terrã illã filiis Israel, ut habe. Iosu. 14.*

3 Necdũ enim cõ. &c. *Istud interponitur pro cã dilationis implendæ promissionis factæ Abræ de terra illa, quia iniquitates populi qui habitabat terrã actu, adhuc non tantum increuerant quod deberet inde expelli. Deus enim expectat in talib. mensuram sui iudicij.*

3 Cũ ergo oc. sol. *Repetit quod supra prædixit, ut reuertatur ad consummationem sacrificij Abrahæ.*

4 Et ap. clibanus, &c. *Sicut enim supra dictum est, iniens pactũ uel fœdus firmum cum aliquo transibat inter partes animalis occisi. Deus autem faciebat pactum firmum cum Abraham, ut statim subditur.*

5 In illo die pep. &c. *Deitas vero oculis sensibilib. videri nõ potest. ideo apparuit ignis repræsentans præsentiã Dei, sicut Mosi in rubo, Exo. 3. a. & transiens inter diuisiones prædictas, ad ostendendum firmitatẽ pacti cum Abram. Sequitur.*

6 A fluuio Aegypti. *Qui diuidit terrã Chanaã ab Aegypto & uocatur rinocorula, & iste est terminus terræ promissionis a parte australi.*

7 Vsque ad fluui. Euphra. *qui est alius terminus ex parte opposita.*

8 Cinęos & cę. &c. *Enumerat hic decẽ gẽtes quarũ terras dedit hic dominus filiis Abrã & Iacob. Filij enim Esau aliquã partẽ obtinuerũt.*

✱ IGITVR

### MORALITER.

4 *Et ap. cliban. &c.* Quæ sunt signa diuinæ acceptationis, sicut habetur 3. Reg. 18. f. de igne descẽdẽte sup sacrificiũ Heliæ, & Leuit. ix. d. sup sacrificiũ Aarõ & filiorũ eius ĩ eorũ cõsecratiõe.

✱ Hic

*In c. 15. vbi dicitur in postil. Circa primũ describitur occasio petitionis.*

### ADDITIO I.

*Dicere φ Abrã timuit, ne in uictoria q̃ habuerat accepisset totã mercedẽ iustitiæ suæ a domino, uidetur irrationabiliter dictũ. Tũ quia primũ promissum Abræ factũ fuerat, faciãq. te in gẽtẽ mag. supra. 12. c. sed hoc nõ erat impletum ĩ illo tpe quo Abram timuit, pro tunc enim nullã prolẽ habebat. & sic nõdũ habebat mercedẽ a Deo sibi promissam. Tũc qa ẽt ueteri philosophi licet felicitatẽ æternam nõ cognouerũt non tñ ponunt totã mercedẽ bonorũ operũ in uictoria uel huiusmodi. vt patet. 1. Ethi. Et multo minᵘ præsumendũ est de Abrahã, φ totã mercedẽ a Deo sibi promissã æstimaret cõsumi in quadã tẽporali uictoria. Sed iste locus aliter põt exponi, & ut credo melius. s. φ Abraam ex prædicta uictoria timuisset propter duo. Primũ ne forte illi reges ab eo uicti irruerẽt sup eũ sicut pluries cõtingit inter bellatores, eo modo φ timuit Iacob a Sichimitis & conuicinis eorum. inf. 34. d Secundum timebat, ne forte ex cessissent in persecutione illorum regũ & deuastatione eorũ. Nõ enim legitur φ hoc fecisset ex iussu diuino, & ideo timuit ne forte in illo actu peccasset, iuxta illud Iob. ix. d.* Verebar opera mea. *pſertim cum in litera non appareat φ Abrahã fuisset certificatus quod illi quatuor reges iniuste se habuissent contra alios quinque aduersarios suos. Vnde Deus assecurauit ipsum de utroque timore. De primo. s. cum dicitur.* Ego prot. tuus sum. *Et ne terrearis a facie eorum, quia ego ptegam te. De secundo vero assecurauit eum dum dicit* En merces tua mag. *q. d. non solum non deliquisti aliquid in prædicta persecutione & uictoria prædictorum regum, sed etiam per eam ulterius meruisti mercedẽ magnam, inquantum ex zelo charitatis fraternæ & ad honorem diuinum hoc fuit factum.*

*In eod. c. 15. ubi dicitur in postilla, Quod autem Abram in hoc loco intellexerit sibi & semini suo.*

### ADDITIO II.

*Hæc uerba Christi a Ioanne narrata. s.* Abrahã exultauit vt videret diem meũ, &c. *non sunt referenda ad uisionẽ Abrę, de qua in hoc loco. agitur quia hic nõ fit mẽtio de passione Christi, nec de eius resurrectiõe, nec in re, nec in figura, & satis patet aduertẽti, Sed hęc uerba euangelij potius sunt referẽda ad tps immolationis Isaac. de quo inf. 22. c. amplᵘ ui. debit. Sed φ Abraam ĩtellexisset ĩ hoc loco sibi & semini suo esse pmissa, nõ solum bona terrena, sed ẽt celestia, ex trib. põt comprobari in hac visione contentis. Primo ex hoc quod promissio de multiplicatione prolis facta Abræ, aliter facta fuit. supra 13. cap. & aliter hic. Ibi enim assimilat multitudinem prolis multitudini arenæ in hoc: quia arena est quasi innumerabilis. Dicit enim, Si quis potest numerare puluerem terræ &c. In hoc aũt loco cõcludit similitudinẽ simpliciter inter semẽ suũ & stellas cæli. Dicit enim, Sic erit semen tuum. s. celeste, lucidum, & incorruptibile, iuxta illud Dan. 12.* Qui autem ad iustitiã erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Secundo ẽt hoc designatur per illud quod prædicitur immediate:* Eduxitque eum foras. *non uidetur proprie intelligendum per motum corporalẽ, nam hoc uidetur superfluum esse, qa Abram nõ posset suspicere cęlum existens inf. domum, vel*

vel tentoriū, & sic suffecisset dixisse ei, suspice cælū. Et ait illi. Suspice cœlum & numera stellas. Cum.n.dicit. Eduxitq; eum foras: Ipse.n.obediendo mandato exiuisset ad locū ubi posset suspicere. Sed hæc eductio aliter intelligenda est, s. q ad hoc q Abraham haberet cognitionē saltē enigmaticā per fidē de felicitate æterna, oportebat eū sup. se seu extra se educi, iuxta illud Ecc.3.c. Plurima enim sup sensum hominis ostensa sunt tibi. Et sic exponunt istud uerbū antiqui Hebræorum, licet non ad eundem finem. Dicunt. n. Quid est quod eduxit eū foras? Hoc est dicere, eduxit eum de credulitate seu opinione sua. Et notandum, quod non dixit. Exi foras, sed eduxit eum foras, ad denotandū quod fides, Dei donum est, vt Sap.3.c. Tertio cōprobatur q Abrahā in hoc loco credidit bona spūalia sibi, & semini suo promitti. Ex hoc quod sequitur. Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Ad quod sciendū, quod licet Abraham a principio sui exitus de domo sua, & de cognatione sua separauerit se ab infidelib. tanquam fidelis, fides tñ Abræ in hoc loco fuit approbata a Deo tanq̄ fides iustificans, & de hoc dicitur, & reputatum est ei ad iustitiam. Cuius rō est sm Apostolū ad Ro.4.c.eo.q contra spem in spem crediddit. s. contra spem naturæ in spem gratiæ, quod intelligitur non solū in hoc quod credidit ipsum futurum esse patrē multarū gentium sm carnem, quod est contra spem naturæ, cum ipse esset senex & vxor sua sterilis, sed potius in hoc q credidit se & semen suum consecuturos esse uitā beatam. s. cælestem, quod est maxime contra spem naturę, iuxta.1.Cor.2 b. Oculus non vidit quæ præparauit Deus diligentibus se. Illa.n. quæ fuerunt antea dicta seu promissa Abrę, non excedebant totā facultatem naturæ, sicut cū dicitur. Faciā te in gentē magnam, &c. Et ideo in hoc loco præcipue fides sua reputata fuit ad iustitiam pp p̄dicta.

In eo.c.15.ubi dicitur in postilla. Sopor irruit super Abram.

ADDITIO. III.

In Hebrę in hoc loco proprie dicitur. Sopor irruit super Abram, sicut in translatione nostra, eadem tamen dictio ponitur hic sup.2.cap. dicitur. Immisit dominus Deus soporem in Adam.

REPLICA.

Correctorij contra Burg In c.15.ubi postillator introducit Abram timuisse ne forte promissio sibi facta.c.12.sup.per datam tam solemnē victoriam esse impleta. Burg. hoc dicit forte irrationabiliter dictū ex motiuis modicū ualentib. ut patebit. postillator.n. conformat se dictis sanctorum & Gl. ord. qui hunc passum mystice introducentes dicunt. Triumphata multitudine vitiorum confortatur pes cuiusque fidelis a domino ne titubet, sed mercedem expectet. Ad cuius instar hic facit postillator attendens ex litera hanc victoriam non esse mercedem, sed aliam multo maiorem expectandam. Nec ualet obiectio prima Burg. quia etsi per istam uictoriā non creuit in prolē, creuit tñ in gentem, iuxta uerba promissionis supra factæ.c.12.ubi dicebatur. Faciam te crescere in gentem magnam. Ex illa.n.uictoria creuit in gentem magnam, quia non solum coram oīb. illis regib. pro quib. dimicauit reputatus est, sed & magna gens ei adhæsit, ut putaret Abram promissionem illam impletam esse, quia nō dicebatur de prole, sed de gente. Rationabiliter igitur dictū est Abram timuisse. Nec secūda obiectio Burg. ualet, nam etsi Abrahā concedatur fuisse Philosophus & Theologus, nondū tñ perfectus, quia uidetur de promissis, c.12. & hic temporaliter sapuisse, ut patet de textu. Nam de promissione hic facta dixit. Domine Deus quid dabis mihi? & cætera, quæ sequuntur, non grandi pendens promissum, nō habito hærede temporaliter succedente. Si.n. eam promissionem ad æterna mercede intellexisset, plane frustra hæredem carnalem petisset, cum in ea nemo alteri succedit ut hæres eius, cum omnes sint ibi cohæredes Christi, nec sine culpa uernaculo inuidisset, cum ī æterna mercede liber, & seruus appenduntur æqua lance. Non ualent igitur obiectiones Burgen. stat.n. timor per postillatorem inductus cum duob. timorib positus per Burg. Item in eo.ca. ubi postillator facit utilem digressionem, ad intelligendum multos locos ueteris testamenti, inter cætera ostendit Abrā per Deum in hoc loco instructum, ut de cætero intelligeret sibi & semini suo promissa non solum de temporalibus, sed principaliter de æternis bonis fore intelligenda, quæ non nisi per Christum potuerunt sortiri effectum, & sic diem Christi eis spiritualiter hic insinuatum & implicitē, de quo imponitur illud Io.8.g. Abrahā pater vester exultauit, &c. Burg. obijcit hic, quod de Christo hic nulla fiat mentio nec in re nec in figura. Ad quod dici potest, quod Burg. hoc trib. rationibus ostendit, Abraham intellexisse promissiones sibi factas principaliter de æternis, ad quas tamen peruenire non posse sciuit, nisi per Christum. Idcirco oportet eum dicere, quod implicite fiat mentio de die & tempore Christi, ut de causa sine qua non. nam illius mercedis ęternę sibi promissæ effectus fuit impossibilis sine merito Christi, quod consurgit ex die natiuitatis, & passionis, &c Et ad id uidentur pertinere tres rationes Bur. in hac digressione positæ, ut patet intuenti. Et ad plaue satisfaciendum obiectioni Burg. uidetur quod in hoc cap. fiat mentio de Christo per figuram uaccæ triennis, capræ, arietis, & columbarum, prout declarat late postillator authoritate beati Aug. in lib. legis & gratię. In eod. cap. facit Burg. difficultatem in hoc termino, sopor, cum tamen multi textus loco eius habeant, pauor. Et huic alludit quod sequitur. Et horror inuasit Abram, & ita beatus August. uidetur exponere, ut patet in glo. ord. Vbi autem habetur, sopor, non debet accipi pro somno, sed ecstasi, sicut supra, ij.c. Ibi enim Adā p soporem exstaticum illustratus prophetauit, hic Abram doctus futura prævidit.

Multi Theologi sed nō pfecti.

IGI-

CAP. XVI.

a GITVR Sarai vxor Abrā [a Gratia.] nō genuerat liberos, [a Qui libere seruirent Deo.] sed hñs ancillā Ægyptiā noīe Agar, dixit marito suo: Ecce cōclusit me dñs, ne pareré. [a Datur locus carnali obseruantię, quia nondum venerat gratię tempus.] b † Ingredere † ad ancillam meam

a IGitur Sarai vxor Abram, &c. Ra. Nō est adulter Abrā si viuēte vxore ancillę iungitur, qa nondū promulgata erat lex euangelii vnius vxoris, & genus suū multicādū audierat, sed per q̄ mulierē nesciebat, quia Sarā sterilē nouerat, nō fuit in coitu libidinosa voluptas, sed prolis habendæ pia charitas, vxor quoque hoc voluit, & coegit, quę filios habere non poterat. Ideo ex alia suscipere cupiebat quem in locum proprii adoptaret.

C Diuisio. Adulteriū Abraę excusatur.

Sarai dat viro ancillam suam in cap. 16.

☆ PROCOP. Sara quæ erat generis illius scaturigo seu origo inducitur sterilis, vt instar miraculi appareat copiosa illa soboles. Vides hoc loco sanctos è matrimonii copula, non voluptatē, sed liberos esse venatos. Siqdē aut quo gentis instituto abstinebāt grauidis, nec accedebant ad lactātes, & nutrices infantes, sed eo tm̄ tpe quo conceptus non negabatur. ☆ CHRYS. fortassis suspicabatur Sara, sterilitatē illā non a se sola esse, sed ēt ex patriarcha, ideo volens reipsa illū certis coniecturis docere, ancillę cedit, & illā in lectum eius ducit, vt discat se solūm in causa esse, sibiq; soli ascribendam sterilitatem.

†32.q.4.c. dixit Sara & ea, q §.j. in prin. & c. qs ignoret.

*Nūc (vel obsecro.)

Homi.39.

b Ingredere ad ancillā, &c. HIER. Nota diligēter, quod procreatio filiorum in Hebræo ędificatio dicta est. Legitur enim ibi. Ingredere ad ancillam meam, si quomodo ædificet ex ea forte, hoc est quod in Exod. dicitur. benedixitque Deus obstetricibus, & ędificauerunt sibi domos. Agar terrenam Hierusalem significat, in qua vetus lex carnaliter, & seruiliter exercebatur. Sara vero gratiam no.te.q̄ ciues supernę Hierusalē liberos parit. Sed gratia no. test. diu in manifesto nō fuit, & vete.test. quasi ancillę generan- [☞] di li-

F

1 Sibi. Exo.1.c. Mystice.

†2.q.3. tātú valet. 56.d c.his

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVI.

IGitur Sarai. Ostenso qualiter Abrā se habuit in desiderio prolis, hic cōsequenter ostenditur qualiter bene se habuit respectu vxoris ei consentiēdo. Primo in ancillę desponsatione, secūdo in eius humiliatione ibi: at illa, & c. Circa primum dicitur sic.

1 Igitur Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos, (ly sibi) Quod interponitur non est de textu.

2 Sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar. Ista Agar, ut dicunt Hebręi, fuit filia regis Aegypti, una.n.de vxorib. Pharaonis uidens sanctitatem Saræ, cum esset in domo regis, & quomodo Pharao et domus eius fuerat flagellatus a domino propter ipsam, ut supra dictū est, 12.c. Dixit in corde suo, quod melius esset filiæ suę Agar, si seruiret Sarai tanquam ancilla, quam si remaneret in magno honore in domo paterna, & ideo tradidit eam Sarai, tanquam ancillam eius. Nec istud est absonum rationi, quia in libro Hester dicitur, quod multi gentiles uidentes quid dominus fecerat pro Iudæis liberādo eos a persecutione Aman iungebantur cęrimoniis eorum.

Agar filia regis Aegypti.

3 Ingredere ad ancillam, &c ut quia non possum habere filios naturales, saltem habeam per adoptionem. Videbat enim Sarai quod non esset bonum quod tam sanctus homo sicut Abram careret prole, & quia ipsa concipere non poterat de corpore suo, ancillam suam vxorem sibi tradere uolebat, quæ etiam ancilla sibi ex deuotione tradita fuerat, ut prędictum est, & ideo in hoc uolebat eā honorare præ aliis mulierib.

☆ 1 Cumque

MORALITER.

Hic describit̄ ɔceptio Ismaelis de ancilla cū dr̄. 3 Ingredere ad ancil. &c. Per Abrā aūt pōt intelligi vir quicūq; bonus l̄r̄s in sua domo. i. in seipso Sarai, q̄ interpretat̄ princeps mea, p q per spūm significat ro. eccl. q̄ debet dñari, & Agar ancillā. i. carnē q̄ dēt subijci castigare, p hoc aūt q dixit Sarai, ingredere ad ancillā, intelligit ɔdescensio facta carni ex causa rōnabili. Sed qa difficile est ibi tenere modū debitū, ideo frequēter ex hoc

A di licentiam dedit, seruos s. timore, non amore seruientes, an regnum in semine Abræ filios generans, quos unius Dei cultu. ram astringeret, & ab idolis quibus gentes similia sacrificia impendebant, reuocaret. Sed cum populus ille de operibus carnis inflatus ueniente Christo gratiam refutaret, & in seruitute incredulus perduraret, prævalēte gratia sic afflictus & attritus est, ut regnum & sacerdotium perderet, Vnde ī solitudinē redactus sedulo scrutādo & meditando fontē legis sitiens, nihil īuenit nisi vt monente lege p Mosen tanq̃ per angelū lata ī gratiam redeat & se subiiciat. RAB. Hę duę mulieres sunt duo testamenta. Agar vetus quod in synagoga Iudaicum populū seruituti nutriebat obnoxium. Sara nouum, quod populum Christianū in libertate fidei generauit. Multiplicati sunt ancillæ filij, vt non numerarētur prę multitudine, qui sup. arenę comparantur. Ipse ergo populus ferocitate sua ęmulus & oīb. bonis contrarius. & maxime cū Christianū populū toto B orbe inuidia stimulāte psequit, & lōge lateq; dispersus, vagando & negociando oīb. est onerosus. ✻ AVG. Illud sane defendi non pōt, si Abram, vt Faustus obiecit, minimè credens Deo, qui sibi iam prolē de Sara promiserit de Agar suscipere voluit. Sed apertissime falsum est. Nondū hoc promiserat Deus, nondum .n. patefactum fuerat, vtrū semenis illius propagatio futura esset, ex carne Abræ, si de se ipse generaret, an ex uoluntate, si aliquem forte adoptaret. D Deinde si de carne ipsius, utrum ex Sara, an ex alia.

a ✻ *Despexit dominā suā.* CHRYS. Vide ancillę ingratitudinē & muliebris sexꝰ īfirmitatē. *Vidēs, inqꝰ, illa se cōcepisse despexit dominā suā.* Ille .n. fere seruorū mos est, vt cū parū psperitatis eis aspirauerit, nequeāt intra suos limites manere, sed statim sui ordinis obliuiscantur.

b ✻ *Ecce ait ancilla tua.* AVGV. O uirū uiriliter utentē feminis, ꝯiuge tēperanter, ancilla obtēperanter, nulla intēperanter. Demonstrauit hic Abrā, nō se amatorē seruū, sed liberū fuisse genitorē, & in Agar Saræ ꝯiugi pudicitiā custodisse. nec voluptatē suā, sed volūtatē illius implevisse, accepisse, nec petiuisse, accessisse, non hęsisse, seminasse non amasse.

c ✻ *Multiplicans multiplicabo.* PROCOP. Quantū attinet ad ministeriū, Angelorū sūt isti sermones, si spectes virtutē a quo mouēt, Dei sunt. Agar tn̄ neutiq̃ E vulgaris & extremæ sortis mulier habēda est, cum uideamus angelū illā suo dignatū alloquio. Verisimile nāque est ipsam extitisse bonā. Alioqui haud esset tradita Abrahamo a dn̄o, vt cu ea ꝯcūberet. Illius iustitia & ęquitas hinc quoq; elucet, qđ nihil criminatur Sarai.

a Mihi adoptando.

a si forte saltem ex illa suscipiam †filios. Cūq. ille † acquiesceret deprecāti, 1 tulit⁺ Agar ægyptiā ancillā suā, 2 post annos decē quā habitaret† cęperant in terra Chanaan, & dedit eā viro suo vxorē. Qui ingressus est ad

a Videns multiplicatum Israel secundum carnem. b Gratiam liberos parituram.

eā. At illa cōcepisse se videns, despexit dominā suam. 3 Dixitq. Sarai ad Abraā: Inique agis cōtra me. Ego de- 4

a Quasi de hęrede pręsumens.

di ancillā meā in † sinū tuū, quæ videns ꝙ cōceperit, 5 despectui me habet. Iudicet dn̄s inter me & te. Cui re- b spondens Abraham, ecce (ait) ancilla tua in mānu tua 6

a Quasi cesset vmbra, dominetur veritas. b Destruente gratia regnum & sacerdotium, non vult subiici superbia Iudęorum.

est, vtēre ea vt libet. Affligēnte igitur eam Sarai, fugā 7

a Seruo diuinus. b Literæ legis innitentem.

iniit. Cūq. inuenisset illā āngelus domini iuxta fontē 8

a Cærimonijs suis priuatum. b Consequenter ęgyptia in via Sur, quæ per hæremum ducitur ad Aegyptum, festinabat re in Aegyptum. c In angustia.

†aquę in solitudine, quę est in viā Sur in deserto, di- 9 xit ad 11 llā: Agar ancilla Sarai vnde venis, & quo va- 10

a Quasi nolō subijci gratiæ.

dis? Quę respondit: A facie Sarai dominę meę ego fu- 11 gio. Dixitq. ei angelus domini: Reuertere ad dominā 12

a Ex persona Dei loquitur angelus.

13 tuā, & humiliare sub manu 2 ipsius. Et rursum. Mul- c tiplicās (inquit) multiplicabo semen tuum, & non nu- 14 merabitur præ multitudine. Ac deinceps, ecce ait, 15 † concepisti & paries filium, vobisque nomen eius 16

a Exauditio Dei.

Ismāel, eo quod audierit dominus afflictionem tuā: 17

Deprecāti voci Sarai. al. † liberos. al. acquieuisset. † Sarai vxor Abraham. Concipit Agar & dominam irridet. Mystice. Duo testamenta. Fugit Agar Sarā. al. † nō hēt † aquæ. Cōsolatur eā angelꝰ. Vbi supra. † al. cęperat. li. 16. de ciuitate. c. 25. Inique agis contra me, iniuria quę mihi infertur super te ē. i. tibi imputanda. al. † sinu tuo. Bigamia Abræ non reprehenditur. in ca. 16. 1 Ad an. illam. 2 Illius. al. † concipies.

hoc ☞ a Hic

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cūq; illa adqesceret deprec. *Propter q' Abrā nō uituperaretur de bigamia, sicut Lamech qa non accepit scdam uxorē motus libidine, sed prolis amore, nec absq: consensu primę uxoris, imo ipsa supplicante, quod nō fecit Lamech, sed libidine motus, et sine cōsensu alterius uxoris.*

2 Tulit Agar, &c. *Iste erat terminus, ut dicunt Hebræi, infra quem debebat uir experiri, utrum de uxore sua posset habere prolem, antequā ratione sterilitatis acciperet aliam.*

3 At illa cōcepisse se uidēs. *Hic consequenter ostenditur quō cōsensit uxori de ancillæ humiliatione, & primo ponitur pp hoc ancillæ recessus, & secūdo eius regressus, ibi.* Cūq; inuenisset eā. *Circa primū sciendū, ꝙ licet Agar esset prius bona & deuota puella, quia tamē non erat in bono cōfirmata, postq̃ fuit cōiuncta Abrę in matrimoniū, & uidit se cōcepisse ab eo, æstimauit ꝙ omnia bona promissa semini Abrę cō* C *plerentur in sua prole, & ex hoc prorupit in quandam elationem.*

4 Dispexit dn̄am suā. *tanquā a diuino promisso repudiatā. Ideo seq.*

5 Dexitque Sarai, &c. *Quia nimis dissimulabat iniuriam sibi factā, & ille statim acquiescens rationi dixit.*

6 Ancilla tua in manu tua est. *id est in potestate tua ad castigandum & humiliandum eam sicut tibi uidetur.*

7 Affligente igitur eam Sarai. *Non est uerisimile, quod mulier tam sancta affligeret eam iniuste, sed castigabat eam & humiliabat rationabiliter, quę humiliatio erat ipsi Agar afflictio, eo quod ex elatione uolebat Sarai se præferre. Ideo sequitur.*

8 Fugam iniit. *uersus terram Ægypti unde erat.*

9 Cumque inuenisset illam angelus domini, &c. *Hic describitur ipsius regressus per monitionem angeli dicentis sibi.*

10 Agar ancilla Sarai. *Acsi dicat, aduertere debes, quod tu es seruilis conditionis respectu Sarai, & ideo non debes ei pręferri.*

11 Vnde uenis & quo uadis. *Non quęrit ex ignorantia, sed ut ex responsione Agar efficacius corrigat eam.*

12 Quæ respondit, &c. *Ex hoc enim quod recognouit eam dominā conuenienter angelus dixit ei.*

13 Reuertere ad dominam tuam & humiliare, &c. *Quia hoc est iustum, & quia angelus uidit eam monitis suis adquiescentem, nunciauit ei ex parte Dei bonos rumores de futuro, dicens.*

14 Multiplicabo semen tuum. *hoc patet impletum in Saracenis, qui Agareni deberent nominari, tanquam descendentes ab Agar per Ismaelem filium eius, sed usurpauerunt sibi falsum nomen a Sara tanquā a libera & digniori, qui Saraceni sunt ualde multiplicati.*

15 Ac deinceps, ecce ait concepisti & paries filium, &c. *In Hebreo habetur* הנך הרה, *hinnach harah*... ecce tu prægnans Ecce cōcipies. *Et probatur per illud quod habetur Iudic. 13 a. de uxore Manue, cui angelus apparens dixit.* ecce concipies. *Et est ibi idem uerbū Hebraicum sicut hic propter quod dicunt Hebræi, quod Agar passa fuerat aborsum, quod potuit esse in pęnam contemptus dominæ suæ, & superbi recessus sui ab ea, & ex labore itineris in fugiendo. Sed cum acquieuit angelo monenti de regressu, & humiliatione, dominus, qui respicit hu-* E *miles, uiuificauit fœtum in utero extinctum, & ista uiuificatio uocatur hic ab angelo cōceptio de nouo. Et quia ista expositio est secundū literā Hebraicā, & satis consona literę sequenti, ideo secundum hoc pōt exponi translatio nostra, cum dicitur.* Ecce ait, concepisti, *ac si diceretur, prius concepisti per concubitum Abræ, nunc iterum concepisti, diuina uirtute fœtum extinctum uiuificante. Et propter rationem huius miraculi pōt conuenienter dici, quod prænominatus est ab angelo antequam natus esset secundum miraculi facti proprietatem. Ideo sequitur.*

16 Vocabisque nomen eius Ismael *quod interpretatur exauditio Dei. Ideo sequitur.*

17 Eo quod audierit dominus afflictionem tuā. *In hoc quod passa fueris aborsum, & Deus uiuificauit abortiuum, uel afflictionem suam uocat humiliationem, quia voluit reuerti ad dominam. Nō enim potest hoc intelligi de afflictione, quam fecerit sibi Sarai, quia illa fuit rationabilis & iusta, ut prædictum est. Nota quod duo alij leguntur prænominati antequam nati in ueteri testamento scilicet Isaac capitulo sequenti. & Iosias tertij Regum 13. a. In primo fuit duplex miraculum scilicet propter patris & matris senectutē, & etiam sterilitatē matris*

Saraceni essent dicendi Agareni. Qui, & q̃ nō pręnominati.

13 Reuer- ✻ In secundo

*MORALITER.*

consurgit rebellio carnis ad spiritū, quod notatur cū dicitur. 3 *Despexit dominā suā.* Sed cū rō denunciat homini talē rebellionē, debet rōni subiicere carnem, qđ notatur cū subditur. 6 *Cui respondēs Abraham, ecce ait ancilla tua in ma. &c.* i. ad castigandū eā, & si caro talem castigationem refugiat, debet nihilominus reduci ad rationis obedientiam. Ideo sequitur. 13 *Dixitq; ei angelus domini reuertere ad dominā tuam, &c. Sequitur.*

a *Hic erit ferus homo*. Vel rusticus, secundum alios. HIERON. in Hebræo habetur, פרא, pere, quod interpretatur onager, significat semen eius habitaturum in deserto, i. Saracenos vagos incertis sedibus, qui omnes gentes quib. desertum ex latere iungitur incursantes, impugnantur ab omnibus.

q *Vocauit autem Agar*. Rectè nomen eius ita vocauit, quia gratuito consoli miseris, & humiles consulatur. vnde: *Tu laborem & dolorem consyderas, & tibi derelictus est pauper, &c. Profectò hic vidi posteriora videntis me*. Tale est illud: *videbis posteriora mea, nam facies non apparebit tibi*. Exo. xxxiij.d. *Non enim homo videbit faciem meam & viuet*. Illā enim manifestationē sapientiæ Dei nemo potest videre & uiuere. Ipsa est species, ad quam suspirat, qui Deum diligit toto corde, tota anima, tota mente, ad quam contemplandam, etiam proximum diligendo sicut seipsū quantum potest ædificat. Posteriora vero eius, id est incarnationem eius, quam assumpsit postremis temporibus, nunc per fidem & dilectionem desiderando contemplamur, & in futuro æterna contemplatione fruemur.

5 c *Propterea appellauit. &c.* 6 HIERONYMVS. Vsque hodie puteus Agar demonstratur in deserto Arabiæ inter Cades & Barad, q significat veteris legis & nouæ scripturā, quā cōditor noster vita viuentiū, spes morientiū, intuitu piæ miserationis mortalibus dedit, vt edocti & a vitiis correcti, Dei visione ppetuo digni esse mereant.

In q. Hebr. — Ismael qualis futur⁹. — Psal. 9. g. — Parit Agar. Gal. 4.

a Feraliter viuentes præfigurans. Agrestis rusticus. b Impugnans domestico fidei.
a Resistendo infidelitati. b Qui de semine Abræ. Militabit.
a Propitius fuisti. In figura prophetię.
a Incarnationem Christi post venturam.
a Puteus significat profunditatem dominicæ incarnationis in ęternum manentis. b Altitudinem consilij conseruantis.
a Nouum & vetus testamentum. b Quia & filii carnis reputantur in semen.
a Quia nondum peruenerat ad numerum cęlestium ciuium, recipit carnalem filium.

1 a Hic erit ferus hō, 2 manus eius cōtra oēs, & manus omniū contra eū, 3 et è regione vniuersorū fratrum b suorū figet tabernacula. 4 Vocauit aūt nomē dñi, q loquebatur: 5 tu Deus qui vidisti me. 6 Dixit.n. 7 pro c fectò hic vidi posteriora vidētes me. 8 Propterea appellauit puteū illū, 9 puteū viuentis & vidētis me. Ipse est inter Cades & Barad. 10 Peperitq; Agar Abrę filiū, 11 q vocauit nomē eius Ismael. Octoginta & sex annorū Abrā erat, qñ peperit ei Agar Ismaelem.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

*In secūdo. s. scissio altaris Bethel, & effusio cinerū, & arefactio brachij regis. In nouo testamento duo leguntur prænominati. scilicet Ioannes Baptista, & Iesus, de miraculis in utroque patet. Et ideo probabile est quod in Ismaele similiter fuerit miraculum, quantum ad viuificationem fœtus prædictam.*

1 Hic erit ferus homo. *In Hebræo habetur*, syluester homo, *diligens nemora, & venationes, quia factus fuit iuuenis sagittarius, ut habetur infra. 21. c.*

2 Manus eius contra omnes, & manus omnium contra, &c. *quia illi qui exierunt de eo, habitantes in deserto frequenter faciebant insultum his, qui habitabant in circumitu deserti, & econuerso illi resistebant eis, & adhuc videmus, q Sarraceni sunt infesti multis gentib.*

3 Et è regione, &c. *tab. i. teutoria, sicut in bellis solet fieri:*

4 Vocauit aūt no. do. &c. *quia ille angelus in persona domini loquebatur, ideo vocauit eum dominum & Deum, sicut verbum præconis dicitur verbum regis, & eodem modo dicit B. Greg. de angelo qui loquebatur Mosi in monte Sinai, quod aliquando Deus & Dominus nominatur, quia in persona* Dei *loquebatur.*

5 Tu Deus qui uidisti me, &c. *consolando & viuificando fœtum.*

6 Dixit enim: *reddendo rationem quare eum sic nominabat.*

7 Profectò hic vi. &c. *Dicunt expositores nostri, quod ille angelus. qui apparuit sibi, sic apparebat in similitudine assumpta, quasi habens faciem ab ea auersam, quod aūt sic uidetur. s. a dorso, non manifeste & determinatè cognoscitur. & per hoc designatur quod de angelis nō habemus cognitionem nisi valde longinquam & remotam, non propriam & determinatam. Et simile habetur de Mose Exod. 33. d. quādo dixit dominus.* Videbis posteriora mea, faciē autē meā videre non poteris, *tales. n. apparitiones frequenter fiunt exterius, ad designandū dispositionem hominis interius, cui fit apparitio secundum quod dicit B. Greg de discipulis quibus post resurrectionem suam Christus apparuit in peregrini effigie,* & finxit se longius ire, *vt habetur Luc.* 24. b. *Hoc ergo simplex veritas non per duplicitatem fecit, sed talem se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente.* Hæc Greg. *Hebræi autē aliqui dicūt q est verus hic tex.* Hic vidi post videntē me. *& est sensus. Angelus uidit me hic, vocando & monendo, & postea uidi eum. Alij autem dicunt quod ueritas textus est:* Hic vidi post visum meum, *& est sensus. Hic uidi angelum in hoc deserto, postquam uideram eum ante in domo Abrę, cuius ille angelus erat custos & visitator, & propterea non fuit territa ad uisionem angeli, sicut Manue qui dixit:* Morte moriemur, quia vidimus angelū dñi. Iudic. 13. d. *quia fuerat assueta uidere angelos domini in domo Abræ. Nec mirandum si in hoc loco & alijs pluribus locis vet. test. litera plurib. modis & sensibus accipiatur etiam secundum Hebræos doctores, quia Hebræi non habent grammaticam ita distinctam & dearticulatam per declinationes nominum & uerborum sicut Latini & Græci habent. Item apud eos sunt multæ dictiones æquiuocæ, & propter hoc eadem litera aliquando varijs significationibus & sensibus accipitur.*

8 Prop. ap. pu. il. *quē prius uocauerat scriptura fontē, quia oīs puteus fons, non oīs fons puteus, secundum quod dicit B. Aug. super Io.*

9 Puteū vi. & vidē. me. *Dicitur aūt, videntis. quia angelus ibi viderat ipsam Agar, vt prædictū est.* Et viuētis. *quia ibi fœtus extinctus fuit uiuificatus, uel quia angelus prædictus sp viuit cū esset immortalis*

10 Peperitque, &c. *postquam reuersa fuerat ad eius domum.*

11 Qui vo. no. eius. If. *Cognouit. n. per reuelationem illud quod dictum fuerat Agar de nominatione pueri, & ideo sic nominauit.*

Nota. — Hebręi nō habēt Grāmaticā ita distinctā sic, &c.

CAP.

MORALITER.

10 *Peperitq;, &c.* qa cū caro obedit spūi, pducit opus bonum.
11 *Qui vocauit nomen eius Ism.* quod interpretatur auditio Dei. nam ex Dei beneficio procedit talis operatio propter quod regratiandum est ei dicendo illud Ps. 27. c. *Refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor ei.*

*In c. 16. ubi dicitur in postilla. Nec istud est absonum rationi.*

ADDITIO I.

*Ex illa historia Hester nō ducitur sufficiens similitudo ad hoc qd filia regis Aegypti uolūtarie fieret ancilla Sarai. Tū quia ibi gētiles non fiebāt serui Iudæorū quāuis iungebātur eis in suis ceremonijs, quod longe minus est, quā quod filia regis fieret ancilla Sarai volūtarie Hebrææ. Tū quia scriptura ibi facit de hoc expssā metionē ad laudē Dei: hic aūt nihil exprimit, nec ēt innuit de hoc, uñ reputādū est fictitiū potiꝰ q̄ uerū*

In eo. c. 16. *ubi dicitur in postilla.* Ecce ait concepisti. *In Hebręo habetur.* Ecce concipies.

ADDITIO II.

*Bene concordat in hoc trāslatio nostra cū Hebraica ueritate. Nō. n. hic ponitur dictio determinate significās futurā conceptionē: sic Iudic. 12. ubi sm Hebraicā ueritatē ponitur uerbū futuri tpis conceptionis significatiuū. Sed in hoc loco non ponitur dictio oīno, similis dictioni quę ponitur inf. Ge. 38. f. ubi ponitur.* De viro cuius hæc sunt cōcepi: *vnde proprie ēt concorditer ad Hebraicā ueritatē translatio nostra posuit:* Ecce cōcepisti. *Et sic non oportet fingere aborsum, nec reuiuificationē de quib. nulla fit mentio in litera. Nec ēt rōnabile uidetur, q hic fieret miraculum, sicut in alijs qui fuerunt prenominati ante natiuitatē. Tū quia non fuerunt similes in uita, imo ualde dissimiles. Tum quia illa miracula fuerunt publice facta ad laudē Dei & honorem natorū. hoc aūt dato q esset miraculum fuisset occultū, & sic non induceret utilitatē.*

REPLICA.

*Correctorij contra Burg. in c. 16. ubi postillator non reputat absurdā historiā Hebræorū dicentiū Agar ancillā Sarai fuisse filiā regis Aegypti, ex deuotione oblatā, & cætera quę narrantur in postilla. Burg. aūt reijcit eam tanquam fictam & falsam: Primo ex eo quia etsi in libro Hester dicatur, gentiles coniunctos ex deuotione Iudæorū cerimonijs, non tñ ut essent serui Iudæorū. Sed quid mirū hic & ibi, q iunctus ex deuotione præstaret obsequia & seruitia? unde cōi nomine diceretur seruus uel ancilla, non obligatione, nec ex hoc ulis oritur conditio, nec uerisimile est Sarai, Abræ personā uilis condōnis uoluisse coniungi, ut inde fructū adoptaret. Nec secunda obiectio Burg. ualet, quia procedit ex authoritate negatiue, q Hussitis & Vuicleffistis est multum familiare. Nec poterit esse formale. Nā non sequitur: In biblia non habetur: igitur non est uerū. nā multæ sunt catholicę ueritates in canone non repertę. Itē in eo. c. ubi postillator sequēs narrationē Hebręorū, falsē non reprobans, dicit de aborsu Agar & viuificatione fœtus in fuga, & c. dicit q Hebræi exponūt cōcipies pro cōcepisti, ubi Burg. dicit Hebraica ueritate non contineri seu haberi* cōcipies, *sed* concepisti. *De hoc non iudico nec est magni ponderis, quia postillator exponit in uno sensu sm vtrūq; tps. Sed cum Burg. dicit illum aborsum fictum per Hebræos, & irrationabile esse quod dicūt factū miraculū in reuiuificatione fœtus: Rationib. tamē Hebræorū quas tangit postillator non satisfacit Burgensis. Nā non poterit dicere, quod panā Agar per Sarai iuste inflictam, & per Agar superbe designatam Deus respexerit, & consolationem dederit, cum ei dederit reprehensionem, non consolationē dicens:* Vade humiliare sub manu dnæ tuæ. *Oportet igitur cum Hebręis sentire*

A *sentire, quòd alia grandis tribulatio occurrerit ipsi Agar citra afflictionem iustam Sarai, propter quam visitandam miserit Dominus angelum promittentem multiplicationem seminis, significantem acceptionem prolis, & publicationem nominis nondum nati, nominis inquam gratiosi, quia Ismael interpretatur exauditio Dei, quæ omnia non possunt dici rationabiliter facta propter superbiam Agar quando dominā suam sprevit, nec propter fugam, qua disciplinam contemnendo declinavit. Videtur igitur quod propter angustias aborsus. vt dicunt* Hebræi, *domino humiliata orauerit, & meruerit consolationem à* Deo, *qui respicit humilitatem, vt dicit Glossa interline. in cuius signum dicit angelus,* Ecce concepisti. *scilicet per vivificationem fœtus, de qua dicunt Hebræi, frustrà enim dixisset ei angelus,* concepisti, *designādo naturalem conceptionem ab Abraham, quia hoc anteà nouit, & illius occasione dominam contempsit. Consentiat igitur Burgen. Hebræis, magistro historiarum, postillatori, & aliis. Nec moueat in contrarium debilis obiectio quam facit de facto miraculo. Non enim est inconueniens concedere miracula fieri per malos, multo minus inconueniens est fieri pro malis.* D *Cedunt enim talia ad Dei laudem, & hominum vtilitatem. Et igitur enim per ea spes hominum, cum tanta vident & audiunt malis præstita beneficia, non desperant maiora sibi si voluerint, posse præstari. Et mirum quod Burgens. putat propter paruam rem hanc apparitionem fuisse factam, quam grandi pendit beatus Hila. de trinitate libro. 4. circa medium dicens, quod is qui apparuit Agar, magni consilij angelus fuit nomine, & natura Deus. Hæc ille.*

CAP. XVII.

a *Postquam vero.*

✻ AVGVST. Postquā nat' est Ismael, ī quo putari posset impletum qđ Abrę promissū fuerat, cū sibi vernaculū suū adoptare voluisset dicere Deo, *Non erit hæres tuus hic, sed qui exiet de te ille erit hæres tuus,* hoc promissū ne in ancillę filio iustus putaret impletum, *Postquam,* inquit, *nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit illi Dominus.* (li. 16. de ciuitate c. 26) B

b ✻ *Ego Deus omnipotens.* HIERONYMVS. Ex decem Dei nominibus, quæ sunt apud Hebræos, primum & decimum hoc in loco positum est. Primum enim est אל el, quod septuaginta θεὸν, id est Deum, Aquila etymologiam eius exprimens, ἰσχυρὸν, id est fortem interpretatur. Decimū autem est שדי sadai, quod Aquila interpretatur ἄλκιμον, quod nos robustum & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus. (epist. ad Marcellā. — Al. non habet † ponā. — † Ecc. 24. c — Eccl. 44. c. — Rom. 4. c.)

c *Fœdus*: In Hebræo ברית berith: quod non testamentum, sed fœdus, siue pactum significat.

d *Vul-*

CAP. XVII.

*Idest postquā cœlestium ciuium cœperat desiderare societatem.*

a Postquā verò nonaginta & nouē annorū esse cœperat, apparuit ei dn̄s, di-

a Qui possū humiliare, & exaltare.

b xitq́; ad eū. Ego Deus ops: Ambula

a Secundum placitum. b Vt non timore, sed amore seruire.

corā me, & esto pfectus. Ponāq́; fœ-

a Promissionem. b Imitatoribus fidei tuæ.

c d dus meū inter me, & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit

a Humilis. b In anteriora se extendens

Abrā pronus in faciē. Dixitq́. ei De⁹

a Immutabilis.

Ego sum, & † ponā pactū meū tecū,

a Id est prima vita credendi.

† erisque pater multarū gentiū. Nec

a Pater excelsus.

e vltrà vocabitur nomē tuū Abram,

a Pater multarum gentium, quia omnes gentes in semine eius creditur æ. Quia in semine tuo, id est, in Christo omnes gentes crediturę. Mutato affectu, mutatur nomen.

sed appellaberis Abrahā, qa patrē 10 multarū gentiū cōstitui te: Faciāq́; 11

a In successoribus. b Benedicentur in te omnes gentes.

te crescere vehementissimè: & po- 12

d ✻ *Multiplicabo te, &c.* PROCOPIVS. Duplicis multiplicationis scriptura meminit. Alterius vis in nobis 1 sita videtur secundum benedictionē Dei dicentis, *Crescite & multiplicamini,* Altera propriè ad Deū pertinet, de qua hoc lo o. Quod ergo multiplicās multos faciat homines De⁹, minime mirandum est. Nam aliæ gentes præ- 2 ter iudęos extitere populosæ. Verum Abrahamus sic multiplicatur, quasi 3 plurimi futuri sint Abrahami, plurimique Iacobi. Nam ex ipsis proditu- 4 ri sunt sancti, libere quæ imitabuntur 5 fidem & opera patrum. (in cap. 17.) E

6 e *Nec vltra vocabitur nomen tuum* 7 *Abram.* HIERONYMVS. Dicunt 8 Hebræi, quod Deus ex nomine suo quod apud illos tetragrammaton est. h. literam Abrahę & Sarę addiderit. Dicebatur autem Abram, quod est pater excelsus. postea dictus est Abra- 9 ham, quod est pater multarum, nam gentium, in nomine non habens sed subauditur. Nec mirandum, quod cū apud Grecos & nos. A. litera videatur addita. H. litera addita dicat. Idioma enim Hebręę linguę, e, consueuit scribere & a. legere, sicut è contrario, e, pronuntiare &, a, scribere. (In quæ. Hebraicis. — Abrahā dicitur pater multarum — Hebręi, h. scribūt & nō legunt — Allegor.)

f *Chanaam*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVII.

1 Postquàm verò nonagīta, &c. *Postquā Moses descripsit statū Abræ inquantū fuit incipiens, hic consequenter describit eiusdē statum inquantū fuit proficiens. Et primo quantum ad Deū, secundo quātū ad proximū. xix. c. tertio quātū ad seipsum. 20. c. Circa primū ostenditur profectus fidei eius, inquātū accepit mandatū circuncisionis, quæ fuit signum distinctiuum ab infidelib. & obedientia eius ad Deum sustinendo dolorem circuncisionis voluntariè & promptè, in se, & in filio suo, & familia. Sic ergo in hoc capi. proceditur. quia primo ponitur ipsius Abrę dispositio ad circuncisionem. secundo exprimitur circuncisionis forma & ordo, ibi :* Hoc est pactum meum. *Tertio subiungitur mandati executio ibi :* Tulit autē Abraham. *Circa primum considerandum, quòd dispositio Abræ fuit per Dei monitionem ad opera perfectionis, & per eius promissionem, in bonis conferendis, & per mutationem nominis. & hoc est quod subditur.* (Diuisio.) C

2 Ego Deus omnipotens. *Et ideo plus possum tibi tribuere quàm tu possis cogitare.*

3 Ambula coram me. *Id est, acsi me presentialiter semper videres.*

4 Et esto perfectus. *tendens ad perfectionem, quia scriptura non loquitur hic de statu Abrahæ, vt iam perfectum, sed ut proficientis vt dictum est: Et est similis modus loquendi Matth. xix. c.* Si vis perfectus esse, vade, &c. *non quia ille iuuenis hoc faciens statim esset perfectus, sed per hoc tendens ad perfectionem.*

5 Ponamque, &c. *per specialem amicitiam.*

6 Et multiplicabo, &c. *Exaggeratio est uerborum, ad designandum multitudinem & magnitudinem bonorum, quæ dominus intendebat sibi facere.*

7 Cecidit, &c. *ad reddendum gratias Deo de tanto promisso. Aduertendum tamen est, quod licet istæ promissiones frequenter factæ sunt Abræ, tamen procedendo semper in expressiorem, & maiorem promissionem. Sicut enim natura & ars in operibus suis procedunt de imperfecto ad perfectum, ita est in processu diuinarum reuelationum, & promißionum.* (Nota.) F

6 Dixitque ei Deus Ego sum, & ponam pactum meum, &c. *acsi diceret, sicut sum immutabilis, ita pactum meum erit firmum, & stabile tecum.*

9 Nec vltra vocabitur nomen tuum. *quod interpretatur pater excelsus, quę interpretatio conuenit magno homini, etiam si habeat modicam prolem vel familiam.*

10 Sed appellaberis Abraham. *cuius ratio subditur cum dicitur.*

11 Quia patrem, &c. *Abraham enim interpretatur pater multitudinis vel multorum. Quod enim additur, gentium, non est de significato nominis, sed subintelligitur.*

12 Et ponam te in gentibus. *quia Saraceni descenderunt de eo per Ismaelem, & Idumæi per Esau, & Iudæi per Isaac.*

1 Regèsque

MORALITER.

1 In hoc capitulo ponitur circuncisionis carnalis præceptū, quæ fuit circūcisionis spiritualis signum. Rom. 2. d. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto est carnis circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.*

1 *Infans*

a *Chanaan*, interpretatur, motus eorũ, cuius terra a fidelib. in possessionem accipitur, cum mẽs prius diuersis circumacta motib. in melius mutata, postmodum irreflexis oculis in anteriora extenditur.

b *In possessionem æternam*. AVG. Scriptura vocat æternum cuius finis non constituitur, aut quod non ita fit vt deinceps nõ sit faciendum, quantũ pertinet ad curam vel potestatẽ facientis. vnde: *Seruiet æternum qui parũ nesciet vti.*

c *Circuncidetur ex vob. masc. &c.* STRA. Tribus de causis hoc præcipitur Abrahæ. Primo vt per obedientiam mandati placeat. Per cuius præuaricationẽ Adã displicuerat. Secundo, vt hoc signo a cæteris nationibus discerneretur. Tertio, ut in eo membro circuncisus, quo libido solet dominari, castitatem sibi seruandum, & impudiciam rescindẽdã cognosceret.

d *Carnem præputij*. RAB. STRA. Circuncisio facta in uno membro significat circũcisionẽ spiritualem quæ ĩ corde & in omnibus sensibus exhibenda est. Circũcidẽdũ est cor, ne noxia cogitemus. Oculi, ne vanitatẽ videamus. Aures circũcidẽdæ sunt, id est, obturãdę, ne audiãt sanguinem. Et sic in omnibus sensibus celebranda est circuncisio.

✻ RVPER. Sicut Noe fidei suæ tecte in nubibus positũ est signũ, dicente Deo, *arcum meũ ponã in nubibus*, videlicet, quia predicenti Deo crediderat, ꝙ diluuium de nubibus vlterius inundaturũ non erat, Sic Abrahæ quia crediderat dicẽti Deo quod in *semine eius benedicentur omnes gentes*, in loco seminis, id est, in genitali corporis parte, signum eiusdẽ fidei positũ est.

✻ THEODORET. Circuncisionem Deus instituit, vt Abraham, & posteri inter fideles tanquam peregrini commorantes pietatem colerent. Quodq; hoc verum sit, hinc facile colligi potest, quod Hebræis quadraginta annos in deserto commorantibus, nihil de circuncisione illis a Deo mandatũ est, ab omnium gentium consuetudine remotis. At postquã in promissionis terram peruenerunt, Deus Iesu Naue iussit, vt filios Hebrçorum circuncideret.

ALCVINVS. Ideo autem Abrahæ circuncisio commendata est, ut sub lege esset sicut Adam, ne de ligno manducaret, vt probaretur, si hoc compleretur, an nõ. Credidit enim Abraham filium se habiturũ, in quo benedicerentur omnes gentes, & in cuius nepotibus castitatis & sobrietatis exemplar maneret. Vnde ibi signũ fidei accepit, vnde Isaac filius Dei, nõ carnis, nasciturus erat: intruncata corporis parte deformior, sed fidei signo glorior. igit pro Deo aliquid perdere, lucrum est, nõ damnum. Si Adam pactum Dei custodisset, Abraham hoc pactum nõ suscepisset. Sed quia ille in hoc membro culpam inobedientiæ prius cognouit, decuit, ut iste ĩ hoc membro signum obediẽtię secundo acciperet † vt ita ostenderetur obedientes quandoque generare filios ad vitã, vnde olim præuaricatores generauerunt ad mortem.

ALLEG. Iam tunc propter futurã peregrinationẽ, ne misceretur semen eius gentibus, circuncisionis pactum daturĩ signum, quia significat naturã renouatam per baptismũ post spoliationẽ veteris hominis p Christũ, qui resurrexit post baptismum. Seruos vero vernaculos emptitios etiam circuncidi precepit, vt doceret ad omnes pertinere redemtionis gratiã. Ibi & parentum mutantur nomina, ut omnia resonent nouitatem. Abram pater excelsus, Abrahã pater multarũ gentiũ.

a Dauid, Ezechias & alii bene se & subditos regentes.

nam 1 in gentibus, regesque ex te egredientur: Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semen tuum post te, in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim 2 Deus tuus & seminis tui post te. † Daboq; tibi, & semini tuo terrã peregrinationis tuæ, a omnẽ terram Chanaã in possessionem æternã, b eroque Deus eorum. Dixit iterũ Deus ad Abrahã: Et tu ergo custodies pactũ meum, & semen tuũ post te in generationibus suis. Hoc 3 est pactum † quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuũ post te: Circuncidetur ex vo c bis omne masculinum, & d circuncideris carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. † Infans octo dierũ circuncidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam 4 vernaculus quam 5 emptitius, circũcidetur, & 6 quicunque non fuerit de stirpe vestra. 7 Eritque pactum meum

[Interlinear glosses: Circuncisionis. — a quia aliquid sempiternum significabat. — a Voluntate qui sum potestate. — a Imitatoribus fidei tuæ. — a Quia aliquid æternum pet eam figuratur, vel æterna, id est, in hoc sæculo habenda. — a Circuncisionis. — a Sequaces. — a Exponit quid pactum. b Conditum. — a Circuncisio vetustatis est depositio. — a Quia in hac parte est propagatio corruptionis. b In testimonium. s. quod ego vester Deus, & vos populus meus & gentibus diuisus. — a Quia in octaua ętate, id est, in æternitate septenariæ volubilitati succedente exuimur carnali corruptione. — a Domo natus. — a Quia ibi neque seruus neque liber. b Quia neque ibi barbarus neque Scytha.]

[Marginalia: In q. super Genes. — Aeternum — Quib. causis Abram circuncidi tur. — Mystice. — 2. Post te. — circõcisio † signũ fœderis l. 6. 5. in Gen. c. 31. † actu. 7. a. leon. 4. b. † Luc. 2. c. — quæst. 61. — Historice. — † 32. q. 4. c. recurrat. §. his itaque. Quito pro mittitur. Abrahę. Chanaan. alias † nen — † 25 q. 1. c. 1. §. ita ergo. alias † vt. — Allegorice. † Lu. 1. c. Circunci dẽdo circũ cidet vernaculus tu⁹ & emptus ar. en to tuo. Circũcidetur & quicunq; non fuerit de stirpe vestra, cum emitti ab omni alie nigena q non est de semine tuo. † Priapus dicitur De⁹ hortorum Chanaan.]

a Mascul

NICOLAVS DE LYRA.

1 Regesque ex te egredientur, *quia in qualibet gente prædicta fuerunt plures reges.*

2 Vt sim Deus tu⁹ & seminis tui post te. Daboq; tibi & semini tuo terram peregrinationis tuę, omnẽ, &c. *Licet enim ipsi sit Deus omnium generaliter per creationẽ, speciali tamen modo est Deus fidelium per specialem, & verum cultum. Cætera patent ex dictis.*

3 Hoc est pactum meum. *Hic consequẽter exprimitur forma circũcisionis. Et primo dicta forma describitur, secundo mutatio nominis Sarai inducitur, ibi:* Dixit quoq. ad Abraham. Sarai vxorem. *Ad circuncisionem uero tria necessaria requiruntur. Primũ est sexus masculinus, & quantũ ad hoc dicitur,* Circũcidetur ex vobis oẽ masculinũ. *Secundum est corporis pars determinata, ideo sequitur.* Et circuncidetis carnẽ præputii vestri. *Tertiũ est tempus determinatũ, & quantũ ad hoc dicitur:* Infans octo dierũ circuncidetur in vobis. *Ratio aũt istorũ est, qa circuncisio signũ fuit distinguẽs Israel a gentilib inquantũ habebant verã fidẽ et cultũ unius Dei.* Et datum fuit istud signũ tempore *legis naturæ, & ideo debuit dari in sexu per se intento a natura, qui est sexus masculinus. Secũdum enim philosophũ, femina est mas occasionatus. Itẽ fides illa & cultus deriuabantur tũc tẽporis ad alios per generationẽ carnalẽ inquantum patres docebant filios de talib. In masculo vero est principium generationis actiuũ & tõ solis masculis datũ est prędictũ signum. & eadem ratione factũ est in membro generationis. Itẽ ad debilitatẽ concupiscentię, q magis uiget in illa parte. Itẽ in detestationẽ idololatriæ, quia gentiles in sacris Priapi partẽ illã honorabant, & per modum cuiusdã augmenti aliqua addebant, quia Priapus propter magnitudinem mẽbri virilis inter Deos fuit reputatus a gentib. Propter quod etiã dicebatur Deus hortorum, propter fœcunditatem quę designatur in mẽbro generationis. Propter quod signũ distinctionis fideliũ ab infidelib. fiebat recisio. Tempus autem octo dierum non poterat anticipari, sicut nec animalia ante octauum diẽ poterant Deo offerri, quia ante sunt quid imperfectũ, perfecta autem sunt Deo attribuenda. Item periculum esset puero de uita, si statĩ egressus de utero matris circuncideretur. Nec poterat vltra octo dies differri, alioquin pater pueri, vel eius tutor, si pater esset mortuus, morte debebat puniri, Ipse etiã puer veniẽs ad ætatem adultã si negligeret circuncisionẽ accipere, puniendus erat morte. unde prędicta cadunt sub præcepto circuncisionis. Cætera autẽ, q de circuncisiõe possent dici pertinent magis ad quartum Sententiarum.*

4 Tam uernaculus. *id est, seruus natus in domo,*

5 Quam emptitius. *i. seruus acquisitus per emptionem, circũcidet.*

6 Et quicunque non fuerit de stirpe vestra. *Si debeat recipi in consortium & ritum uestrum.*

7 Eritq; pactum, &c. *Ad hoc enim circuncisio in carne facta est, ut firmius eorum memoriæ imprimeretur, Cętera patent usque ibi.*

1 Sarai

MORALITER.

✻ † *Infans octo dierum circuncidetur in uobis.* Per dies intelligũtur anni, secundum illud Ezech. 4. b. *Diem pro anno tibi dedi.* Infans enim octo annorum incipit habere rationis vsum, & ex tunc restringendus est a turpib. & inhonestis, per quam restrictionem intelligitur circuncisio spiritualis, propter quod dicit Philosophus secundo Ethicorum, quod non parũ faciat ad virtutem a pueritia assuefieri ad virtutis opera.

† *Omne masculinum in generationib. uestris, tam uernaculus quam emptitius, circumcidetur, & quicunque, &c.* Per sexũ masculinũ intelligitur fortitudo. Sexus enim muliebris inconstãs est, & fragilis. Per hoc igitur designatur quod illi, qui sunt cõtra vitia fortes, & ĩ uirtute stabiles sunt spiritualiter circuncisi, molles autem, & instabiles sunt effœminati.

a *Masculus cuius praeputij caro.* Isid. Quaeritur quomodo pueri incircuncisi, qui pactum Dei irritum non fecerunt, sed qui eos circuncidere neglexerunt, perire debeant? Sed pactum Dei non secundum opus, sed secundum originem in primo homine irritum fecerunt, in quo omnes peccauerūt. Nascūtur enī omnes, nō proprie, sed originaliter peccatores. Ideo pereunt omnes, qui per regenerationem non liberantur.

Quęstio.

In c. 17.

✱ Procopius. Hoc mirum videtur. Lex enim nullum crimen incōsulto admissum punit violentius. Imo veniam dat ei qui cędem inconsulto commisit. Quid peccat octo dierum infans, si non circuncisioni admoueatur? Aut relatio itaq. ad parentes facienda est, qui sic puniuntur, vbi neglexerint circuncisionem, aut hyperbolicos de infante hęc dicta sunt, vt appareat quam indigne ferat, si non circuncidantur, vel ut cognoscamus eum inexorabilē fore adultis, si circuncisionem aspernati fuerint. Syrus non habet passiue, *circuncidetur*, sed sic legit, *omnis qui non circuncidit.* Hebręus habet, *omnis non circuncidens.*

Sarai nominatur, Sara.

b *Sarai uxorem tuam.* Isidor. Declaratur promissio de vocatione gētium in Isaac filio promissionis, id est, gratiæ, non naturæ, quia de sene patre & sterili matre. & quia hoc non per generationē sicut Ismael, sed per regenerationem futurum erat, imperata est circuncisio, quādo Saræ filius promittitur in typo ecclesiæ, non quādo Ismael qui typus Iudæorum.

Rursū promittitur Abraę Isaac.

Hier. Isid. Errant qui putant primum Saram per vnum. r. scriptum fuisse, & postea additum esse alterum r. & quia r. apud Græcos. c. significat, multas super hoc nomine suspicantur ineptias, & cum vtcunque velint vocabulum commutatum, non Gręcam, sed Hebraicam debet habere rationem. Hebræum est enim. Nemo enī altera lingua quemlibet vocans, etymologiam vocabuli sumit ex altera. Sarai ergo primum vocata est שרי per Scin, res, Ioth. Sublata ergo Ioth addita est he litera, quæ pro a legitur, & vocata est שרה Sara. Antea enim dicebatur princeps mea, quasi vnius familię mater, postea absolute princeps, omnium, scilicet gentium princeps futura. Quidam pessime suspicantur eam prius lepram fuisse vocatam & postea principem, cum lepra צרעת Sarai dicatur, quod in nostra lingua videtur habere aliquam similitudinem, sed in Hebræo penitus est diuersa. Scribitur enim per Zadich & Eyn & Res & Thau. quod a trib. superioribus, id est, Schin, Res, & He, quibus scribitur Sara, manifeste distat.

Abrahamę erat pro Ismael. infra 18. b. 22. a.

Hom. 40.

c ✱ *Et benedicam ei, &c.* Chrys. Excedunt humanam fidem hæc promissa. Et simile fuit quasi aliquis polliceretur ex lapidibus se facturum hominem. Nihil enim a lapidib. differebant, quātum ad generationē attinet. Et patriarcha præ senectute prope actione carebat, ad filiorum generationē omnino inutilis. Et Sara sterilis erat, laborabat & senectutis & ętatis vitio.

In c. 17.

✱ Procopius. Primum hanc mulierem legimus benedictam. Vtatur igitur ea quasi exēplo ad cohortandas mulieres, vt illam imitentur. Vt autē Isaacus sit sanctior, vna cum patre & mater benedicitur. Vt legitime & sanctus nascatur, nascitur ex vtroque parente benedicto. Nec hic silentio prætereundum, quod inde ex vtero id nomē Isaacus gestat. Hinc eius nomen non mutatur, vt accidit Abram & Iacob.

Quare nomen Isaac non mutatur.

e ✱ *Vtinam Ismael viuat, &c.* Chrysostomus. Quasi diceret, Domine satis me cōsolatus es, & dolorem quem ex prolis inopia gerebam, dato Ismaele in lætitiam vertisti. Nato enim illo, neq; in mētem postea accepi vel agitaui aliquādo, e Sara fit mihi futurus filius, sed quod neq. hæc ipsa expectauit, eo quod Agar mihi tradidit, omnem sibi spem denegās. Hic igitur qui a te datus est, viuat oro te, & abunde satis recreati erimus.

Vbi supra.

Alias non habet, tuā.

✱ Ambrosius. *Vtinam, &c.* Hoc est, Non dubito quod facias, vt & cētum annorum senio dones filium, & naturæ auctor, naturę metas relaxes. Sed tamē etiam Ismael quem habeo de vernacula, viuat in conspectu tuo, ab undat mihi gratia.

1 Vere Saram. Vbi supra. c. 11.

Alias † ct.

d *Cecidit Abrahā in faciem suam, & risit in corde suo.* Hieronymus. Post paulum sequitur: *Et vocabis nomen eius Isaac.* qui risus interpretatur de risu Abrahæ, non de risu Saræ. Postquam enim ex risu Abrahę vocatus est filius eius Isaac, legitur Saram risisse.

Benedicetur Ismael.

Alias non habet; crescere.

f *Nomen eius Isaac.* Hier. Sciendum, quod quatuor in veteri testamento nominibus suis aperte antequam nascerentur vocati sunt, Ismael, Isaac, Samsom, & Iosias, Lege scripturas.

g *Constituam pactum meum, &c.* Pactum vero dominicū Isaac populo, scilicet fideli, quem mater ecclesia per fidē, & baptismum generauit, *& fœdus sempiternum*, quia æternæ vitæ possessio, ei soli promittitur, qui cum capite suo Christo regnum cœli semper possidebit.

h *Super Ismael, &c.* Ismael populum Iudæorum significat, qui multiplicatus est ualde duodecim duces generauit, cū multitudo carnalium Iudæorum ex duodecim patriarchis genita, in duodecim tribus est diuisa.

Historice.

---

*Textus (cum glossa interlineari):*

a In depositione carnalium. b Quoniam ad æternitatem ducit. c Qui carnalia non deposuerit.

a in carne vestra in fœdus æternum. Masculus

a Non computabitur inter sanctos.

cuius præputii caro circūcisa nō fuerit, dele-

a De cœtu sanctorum. Vnde. Tu autem ibis ad populum tuum. b Adę in paradiso datum in quo omnes peccauerunt.

bitur anima illa de populo suo, quia pactum

a Id est non seruauit quod in baptismo promisit.

b meum irritum fecit. Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarai vxorem tuam non vocabis 1

a Id est, principem meum. b Absolute. Exaltando principem, quia ecclesia in omni gente principatur. d Non ex Agar.

c Sarai, sed Saram, & benedicā ei, & ex illa da 2

a In cuius semine benedicentur omnes.

bo tibi filium, cui benedicturus sum. Eritq. i 3

a Quia Christus dominabitur in gentibus. b Dauid & alii vel motus suos bene regentes.

nationes, & reges populorum orietur ex eo.

a Non retro vt reprobi. b Gauisus est, vnde filius Isaac risus vocatur.

Cecidit Abraham in faciem † suam, & risit i 4

a Applaudendo, non disceptando. Vnde Paulus Nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam esset centum annorum & emortuam vuluam Saræ.

d corde suo dicens: Putasne centenario nasce- 5 6

tur filius, & Sara nonagenaria pariet. Dixitq.

a Optabat enim vt filii carnis reputarentur in semine.

e ad Deum: Vtinam Ismael viuat coram te. Et ait Deus ad Abraham: Sara vxor tua pariet ti 7

a Risus propter gaudium parentis.

f bi filium, vocabisq. nomen eius Isaac. Et cō 8 9

a In Isaac vocabitur tibi semen, non filio carnis, quia filii promissionis illi Dei vocabuntur.

g stituam pactum meū illi in fœdus sempiter- 10

a Filium carnis.

h num, & semini eius post eum. Super Ismael 11

a Quodammodo. b In temporalibus non æterna promissione.

quoq. exaudiui te. † Ecce benedicam ei, &

a Duodecim tribus carnalium Iudæorum. Apostolos duodecim, qui de Iudaica plebe fuerunt, vel duodecim tribus populi.

augebo, & multiplicabo eum valde, Duodecim duces generabit, & faciam illū † crescere

a Æternæ promissionis.

in gētem magnam. Pactum vero meum sta

---

## Nicolavs de Lyra.

✱ 1 Sarai vxorem tuam. *Vbi ponitur mutatio nominis Sarai. Vir enim & uxor sunt quasi una persona, & ideo, quia mutauerat nomen Abrahæ, consequenter hic mutat nomen uxoris suæ dicens.* Sarai vxorem tuam, &c. *quia interpretatur principissa mea. quia per hoc designaretur quod esset princip ssa unius domus tantum.*

2 Sed Saram, *id est, principissam absolute, quasi per excellentiam.*

3 Et benedicam tibi. &c. *Quia Isaac non fuit ex ea natus uirtute naturæ tantum, sed cum hoc affuit adiutorium gratiæ, quia transierat tempus concipiendi secundum naturam.*

5 Cecidit Abraham in faciem. *regratiādo Deo de tanto beneficio.*

5 Et risit. *Non ex derisione, alioquin fuisset increpatus a Deo, sicut fuit Sara, ut habetur c seq. sed risit, præ cordis exultatione.*

6 Putasne, &c. *Hoc non dixit dubitando, sed diuinum beneficium admirando.*

7 Vtinam Ismael. *Id est, faciens voluntatem & beneplacitum tuum.*

8 Et ait dominus. *Repetendo præmissum beneficium, & explicando magis prædicens nomen pueri nascituri dicens.*

9 Vocabisque nomen eius Isaac. *quod interpretatur risus, eo quod pater præ exultatione risit, ut prædictum est.*

10 Et constituam pactum meū illi fœdus sempiternum, &c. *de circuncisione & hæreditate promissa.*

11 Super Ismael quoque exaudiui te. *Et ex hoc dicunt Hebræi, & verum uidetur, quod Ismael finiuit uitam suam in bono, quia de hoc Abraham rogauerat ipsum Deū, ut prædictū est. Cætera patent ex sequentibus.*

✱ a Ascen-

a *In anno altero.* Annus alter quo Sara genuit Isaac, tempora sunt regenerationis, quib. fusus est sanguis Christi, & genus hum mum ad vitam restaurarum.

b ✱ *Ascendit Deus ad Abrahã.* GLOSSA GRAECA. Ergo, vt ita dicam, descenderat, & humilem se circuncisionis legem statuens, præbuerat.

c *Tulit autem Abraham, &c.* Non intendebat Deus vt tantum præputium carnis Abrahæ & sobolis eius circuncideretur, sed ei quem a cunctis elegerat, æterni testamenti munera conferebat. vnde Paul. Phili. 3. a. *Nos sumus enim circuncisio, qui spiritu Deo seruimus.* Et alibi Roman. 2. d. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque, quæ in manifesto, in carne est circuncisio.* Circuncidamus ergo Dei verbo aures, labia, cor, præputium, & omnia membra carnis. De circuncisione aurium dicitur Luc. 8. *Qui habet aures audiendi audiat.* Incircuncisis auribus verba sapientiæ & veritatis non possumus audire. Circuncidamus labia, ne aliquid turpe vel malum vel ociosum loquamur. Circuncidit carnem præputii, qui sola causa posteritatis certis & legitimis temporibus coniugio vtitur, qui aliter agit non circuncidit. Ecclesia vero gratia Christi pro se crucifixi roborata, non solum se ab illicitis temperat, sed etiam à concessis, & tanquam virgo sponsa Christi pudicis virginibus floret, in quib. vera circuncisio præputii seruatur in carne.

Circuncisio spiritualis.

a Christianum populum. b Ad eos, scilicet quos fide generabat. c Gratia noue. d Vetustate immutata.

tuã ad Isaac, quem pariet tibi Sara tẽpore a isto, i anno altero. Cũq. finitus esset sermo b loquẽtis eũ eo, a scendit Deus ad Abrahã. 1

a Præsenti vita. b In assumpta forma visibili. a Inuisibilem se præbuit.

a Præfigurans quia ad omnem professionem spiritualis pertinet circuncisio, quia circuncidendi sunt omnes sensus.

c Tulit autẽ Abraham Ismaelem filiũ suũ, et oẽs vernaculos dom⁹ suę, vniuersosq; quos emerat, 2 cunctos mares ex oĩbus viris domus suę, et circũcidit carnẽ præputii eorũ, statim in ipso die, sicut præceperat ei Deus.

a Quia obedientia est complenda sine mora.

a Innouatus hoc numero insinuatur pertingere ad societatẽ ciuium supernorum.

Abraham nonagintanouẽ erat annorũ, qñ circuncidit carnẽ præputii sui, et Ismael

a Non pertingens scilicet ad expletionem legis & euangelij quę quaternarii numero figuratur.

filius eius tredecim annos impleuerat tpe circuncisionis suæ. † Eadem die circuncisus est Abraham, et Ismael filius eius, et oẽs viri domus illius, tam vernaculi quam emptitii, et alienigenę pariter circuncisi sunt.

ne. Qui autẽ non obscœnis desideriis, vel sensib. hæreticis & blasphemis assertionib. mœchatur, sed fidei puritatem in conscientia custodit, corde circuncisus est, & de eo dici pôt Matt. 5. *Beati mundo corde, &c.* Circuncidantur manus, ne mala faciant. Pedes, ne in malũ currant. Visus, ne illicita concupiscat. Gustus vt ad gloriam Dei manducet, & bibat. Odoratus, vt Christi odorem capiat, & operibus misericordiæ odorem suauitatis spargat. Singula quoque membra, si in officiis Deo seruiant, circuncisa sunt. Si vltra præscriptam legem luxurient, incircuncisa.

HIERO. STRA. Quæri solet, quomodo fœminæ saluabantur, quæ non circuncidebantur? Fide, scilicet & hostiarum oblatione sicut ante circuncisionem viri sancti mundabãtur. vnde: *Fide purificans corda eorum.*

✱ CHRYSO. Considera Dei erga nos beneficentiam. Illa circuncisio dolorem habet & laborem. Et nulla alia ex circuncisione fuit vtilitas, quam quod ex hoc signo essent cognoscibiles, & ab aliis gentibus sequestrarentur. Nostra autem circuncisio vel baptismatis (inquam) gratia, medicinã habet citra dolorem, & innumera nobis bona affert, & spiritussancti gratia nos implet, & nullum definitum habet tempus, vt illic, & in hac (circuncisione) non sustinetur labor, sed peccatorum deponuntur onera, & remissio inuenitur omnium peccatorum.

alias † ab

Questio.

1 Et cũctos Act. 15. b.

Vbi supra E Abrahã se ipsum. Ismaelem & domesticos circuncidit.

† De pę. d. 1. c. porro. Rom. 5. d.

Alienigenæ, quos emerat ab alienigenis.

¶ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ascẽdit Deus ab Abrahã. *id est, disparuit apparitio et visio illa.*

2 Tulit autem Abraham, &c. *Hic consequenter ponitur executio mandati de circuncisione. & patet obedientia Abrahæ, quia eadem die absq. retardatione adimpleuit illud mandatũ in se, licet esset senex, & in alijs. Ex quo patet etiam obedientia Ismaelis qui fuit, qui cum esset* 14. *annorum, non recalcitrauit, & similiter totius familię ipsius masculinę. & patet litera. Notandum tamen quod Saraceni exemplo Ismaelis a quo processerunt, circuncidunt filios* 13. *annorum, transgredientes formam præcepti, quod diem octauam includit, ut prædictum est.*

Saraceni qñ circuncidunt.

✱ CAP.

*In c.* 17. *vbi dicitur in postil.* Ambula coram me, *id est ac si me semper præsentialiter videres.*

ADDITIO I.

*Ille qui coram alio ambulat, non semper eum uidet, sed potius ille qui sequitur hominem, communiter videt eum, saltem eius posteriora, unde cũ dicitur:* Ambula coram me, *non proprie ponitur dicendo, acsi me præsentialiter semper uideres, vt in postil. & ideo aliter videtur hic dicendum. Pro quo attendendum est, quod de iustis seu perfectis qui fuerunt ante aduentum Christi, sæpe dicitur in scriptura, quod ambulant coram Deo, ut in hoc loco. & in* 4. *Regum* 20. *a. vbi Ezechias dixit:* Memento, obsecro quomodo ambulauerim corã te. *Similiter de eodem Esaiæ.* 38. *a. & sic in quibusdam alys. De iustis autẽ qui fuerunt post aduentum Christi, non dicitur, quod ambulauerunt coram Deo, sed potius quod sequuntur Deũ, vnde Ioa.* 12. *d.* Qui mihi ministrat, &c. *& Ioa.* 8. *b.* Qui sequitur me, &c. *& sic de quam plurimis alijs. Cuius ratio est, nam secundum doctores exemplar perfectionis humanæ est ipse Christus, in cuius imitatione tota consistit humana perfectio & ideo quia primi iusti exemplar perfectionis, scilicet Christum in hac vita existentem habebant post se, ideo perfectio eorum consistebat in hoc, quod ambulauerunt coram Deo, id est, ambulauerunt per uiam per quam Christus erat ambulaturus. postremo vero, quia exemplar perfectionis, scilicet Christum habebant ante se seu coram se perficiebantur in hoc quod Christum sequerentur. vnde Matth.* 19. *cap.* Si vis perfectus, &c. *Vnde in proposito notandum est, quod Deus daturus Abrahæ mandatum circuncisionis, in quo præcepto Abraham fuit † præuius cæteris fi delib. conuenienter dicitur ei.* Ambula coram me, &c. *nam impletione huius præcepti Abraham fuit imitator perfectionis Christi, specia liter in duobus. Primo in placendo Deo per obedientiam, cui per præuaricationem Adam displicuerat, ut in* 4. *distinctione prima. Secundo in hoc quod obedientia ipsius Abrahæ fuit quodammodo exemplaris ad eius posteritatem. Vnde sic de Christo dicitur Rom.* 2. *d.* Quod sicut per inobedientiam unius, &c *sic suo modo Abrahæ obedientiam secuti sunt fideles. Et hæc potest esse ratio, quare iusti, qui ante aduentũ Christi seu eius passionem decesserunt, dicuntur esse in sinu Abrahæ, vt patet Lucæ* 16. *Quamuis multi iusti decesserunt antequam Abrahã fieret, ut Adam, Abel, & multi alij : & ideo in hoc loco proprie dicitur* Abrahæ. Ambula coram me, &c. *hoc est dicere, ambula per viam obedientiæ, per quam ego sum ambulaturus :* & esto perfectus, *sic per eam tradas posteris tuis imitandam, eo modo quo ego tradam viam meam imitandam cunctis. De hoc enim commendatur Abrahã à Deo infra* 18. *ca. vbi sic dicitur.* Scio enim quod præcepturus sit filiis suis & domui suę post se, ut custodiant viam domini, &c. *Quę quidem expositio etiam concordat rationi naturali. Natura enim secundum Boetium initium sumit a perfectis, & ideo quia Deus disposuerat, quod Abraham esset pater multarum gentium, & accepisset signaculũ fidei iustificantis, quem postea alij quam plurimi sequerentur, ideo eidẽ dicit in hoc loco:* esto perfectus, *quasi diceret, accipiatur a te quodam modo initium perfectionis modo prædicto. Et notandum quod de quibusdam iustis, qui fuerunt ante Abraham, legitur, quod ambulauerunt cũ Deo. Vnde de* Enoch, *supra Genes.* 5. *c. de Noe Genes.* 6. *d. quod concordat prædictis. Nam de istis non potest dici proprie quod ambulassent coram Deo, sicut de Abraham, cum non eis conueniant ita expresse pręd ictæ rationes, nec de eis posset dici quod fuissent secuti Deum, cum fuerint ante aduentum Christi, sed bene eis conuenit ambulare cum Deo, scilicet in via iustitię & innocentiæ : quæ sanctis conuenit communiter.*

Ambulare cum domino, &c.

alias † primus.

*In eod. c.* 17. *vbi dicitur in postilla,* Alioquin pater pueri vel eius tutor, &c.

ADDITIO II.

*Omittens circuncisionem non erat morte corporali puniendus etiam secundum Hebræos, non enim dicitur :* hic morte moriatur, *sicut in alijs criminibus in quibus lex vetus mandabat puniri morte, corporali, sed dicitur hic:* delebitur anima ipsius, &c. *id est, non computabitur inter sanctos secundum Glossam. Cuius ratio est quia talis anima remanebat obligata originali peccato, in cuius remedium circuncisio fuit data, ut in* 4. *dist.* 1.

pęna omittentis circũcisionẽ.

*REPLICA.*

A *Correctorii contra Burg. De ly. In cap.17. vbi postillator exponens illum passum:* Ambulam coram me. *dicens ac si me præsentialiter semper uideres. Burg. dicit illam expositionem non esse propriã, quia (vt inquit) qui ambulat coram aliquo, non semper eum videt, Sed solum qui sequitur aliquem, semper videt posteriora eius. Sed hoc videtur quoddam senectutis delitamentum, loqui de Dei aspectu, sicut de hominibus sese aspicientibus. Nam qui Deum videt, vel quasi videt præsentialiter, videt eum ante, post, sursum, deorsum, &c.* Sine errore *non potest dici assignando Deo sic vnam differentiam positionis quasi non aliam, quia sic diceret Deum diffinitiue in loco, quod est erroneũ, quia Deus vbiq. totus est secundum essentiam, præsentiam, et potentiam. proprijssime igitur dixit postillator.* Ambula coram me. *acsi me præsentialiter semper uideres, quia me præsente male facere timebis, & filialiter timendo proficies. Ideo sequitur,* & esto perfectus, *Sic et beatus Gregorius 33. moral super illo passu* Iob. In oculis eius quasi hamo capient. *cum dicit, In oculis quippe habere dicimur, quod coram nobis positum videmus. Non igitur magni ponderis est distinctio quam Burgens. ponit inter ambulare coram Deo, cum Deo, & post Deum. Deus enim cunctis iustis ab initio non solum coram, sed præuius & obuius ostendit viam perfectionis & iustitiæ, his quidem clarius, his vero obscurius, vt non solum sancti noui Testamenti possint dici imitatores* Dei, *sed etiam veteris. Nunquid Iosue cũ populo veteri imitator fuit quando dixit:* Absit a nobis hoc scelus, ut recedamus à domino, & relinquamus uestigia eius. *Iosue 23. f. Nunquid & Ezechias de quo dicitur 4. Regum 18* Adhæsit domino & non recessit a uestigiis eius. *Nunquid Iob quando dixit :* Vestigia eius secutus est pes meus. *Iob. 23. c. Nunquid Iosias quando percussit fœdus coram domino, vt ambularet post dominum, ut dicitur 4. Regum 23. a. & 2. Paral. 34. g. & sæpe sancti veteris testamenti dicuntur post posteriora* Dei *vidisse, & idcirco non solum coram, sed post dominum ambulasse. Et verum est secundum rem, omnem iustum, diuini exemplaris imitatorem vocari, non obstante vocali diuersitate quam Burgen. fabricat, quæ tamen ad sensum literalem nihil facit, nisi habendo respectum ad Christi humanitatem. Nam si per hypothesim Christus non fuisset incarnatus, nihilominus non defecissent iusti, qui in via* Dei *ambulassent. Nec videtur valere quod Burgens. dicit Primos iustos exemplar perfectionis, scilicet Christum solum habuisse post se, non ante se, coincidit enim cum Eluidio, qui dixit Christum ante Mariam non fuisse, Apostolo tamen dicente ad Hebr. vlt. a.* Iesus Christus heri & hodie ipse & in sæcula. *Sapientia enim Dei patris quæ Christus est, ab initio uiam perfectionis, & si non humana conuersatione, tamen doctrinæ & legis dematione multipliciter exemplificauit. Vnde & Burgen. sibijpsi in hac digressione contradicendo dicit Abraham fuisse imitatorem perfectionis Christi in duobus. Nec mirum, quia omnes patres veteris testamenti spiritualiter legem intelligendo dicendi sunt viri euangelici secundum Bonauenturam, & alios inter quos potissimus Abrahã fuit, quemadmodum Burgens. ipse fatetur. In eodem capitulo vbi magister Nicol. dicit: Negligentem circuncisionem siue patrem siue tutorem morte plectendum, & cæt. Burgens. credidit quod de morte corporali dictum esset, & ita vadit sua inuectio. Sed videtur postillator non de morte corporis, sed animæ dixisse secundum Glo. ordi. specialiter de morte comminata primis parentibus, quia omnes nati pereunt, qui de regeneratione non sonantur, vt dicit Hugo. & est Glos. ordin.*

## CAP. XVIII.

a Apparuit autem ei Dominus in conualle. ISIDOR. Abraham triplicem figuram gerit. Primã saluatoris, qui relicta cognatione venit in mundum. Alteram patris, quia filiũ vnicũ immolauit. Tertiam (quæ in hoc loco apparet) sanctorum, qui aduentum Christi cum gaudio susceperũt. Tabernaculum Abrahę Hierusalem significat, vbi pro tẽpore prophetæ & apostoli habitauerunt, & Christus adueniens à credentibus exceptus, ab incredulis in ligno suspensus est.

*Tropologia. Abrahę hospitalitas. Deus hospitio suscepitus sub persona triũ angelorũ.*

b ✻ *Sedenti in ostio.* PROCOPIUS. Diligenter attendenda est peregrini hospitalitas. Eo tẽpore quo plerique deficere solent iter facientes æstu fatigati, ipse pro tabernaculo con[...] cũ sol foret feruidissimus. Sed quare hunc laborẽ subibat? Quia grauem iacturam facere se putabat, si se inscio & oscitante præteriisset viator aliqs.

✻ GLOSSA GRAECA. Sed quid hoc est, quod priores Dei apparitiones ad Abraham de cælo fiunt, nouissima vero in tabernaculo, nisi vt figuret Deum verbum in nouissimis dieb. cum hominib. in humani cordis tabernaculo versaturum.

*Allegor.*

c *Tres viri.* Tres viri Christi pronunciant aduentũ quẽ duo angeli comitantur. Moses secundũ quosdã & Helias, vnus legislator, qui in lege aduentũ domini indicauit. Alter qui in fine venturus est. secundum aduentum Christi nũciaturus, & euangelium eius prędicaturus Vnde transfigurato domino in monte cum eo videntur. *Tres vidit & vnum adorauit,* saluatorem, scilicet ostendens, cuius aduentum prę̨stolabatur. Vnde: *Abraham vidit diem meum & gauisus est.* Ioannis 8. g. Præuidit enim mysterium futuri sacramenti. Vnde pedes eorum lauit, vt in fine mundi purificationem lauacri futuram monstraret. Pedes enim nouissima significant.

*Mysterii trinitatis.* *Mar. 9. a.*

## CAP. XVIII.

a APPARVIT autem ei Dominus in con- 1 *a Apparet Deus humilibus.*

b ualle Mambre, sedẽti in 2 *a Fide per quam intratur in ecclesiam, quæ est tabernaculum, quia in ea Deo militatur.* 3 ostio tabernaculi sui, in 4 *a Affectu boni desiderii.* ipso feruore diei. 5 Cumque *a Quia ita affectus manifestatur fides trinitatis.*

c 6 eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XVIII.

Apparuit autem ei dominus. *Hic ostenditur quo Abraham ut proficiẽs se habuit ad proximum. Et primo in operibus charitatis corporalib. hospitalitatem præbendo. Secundo in spiritualib. pro liberatione Lot, & aliorum orãdo, in medio capituli, ibi:* Dixitq; dominus, celare non potero. *Circa primũ sciendum quod aliter exponitur a doctorib. Catholicis, aliter ab Hebræis, vtraque tamen expositio consona est fidei nostræ & ideo utramq. intendo ponere & primo expositionem Hebraicam, recisis tamen quibusdam friuolis, quæ ab ipsis interferuntur. Dicunt igitur quod describitur hic duplex apparitio, prima est ipsius* Dei, *cum dicitur.*

*Diuisio.* *Apparitio duplex.*

1 Apparuit autem ei. *id est, Abrahæ.*

2 Dominus in conualle. Mambre. *nomen est hominis a quo denominabatur illa vallis in qua manebat Abraham.*

3 Sedente. *Hic dicit quædam gl. Heb. quod Abraham voluit surgere ex reuerentia diuinæ apparitionis, sed dominus dixit ei.* Sede, tu es. n. in signum filiis tuis. *Futurum est enim vt filij tui sedeant tanquã iudices in consilio, & ego stem. Quæ glo. fidei nostræ est consona, quia hoc fuit adimpletũ, quãdo saluator noster verus* Deus, *& verus homo stetit coram principib. sacerdotum, sedentib. in concilio ad iudicandum ipsum, vt describunt quatuor euangelistæ quod sustinuit pro salute electorum. qui sunt veri filij Abrahę. Cõtingit enim aliquãdo ꝙ præter intẽtionẽ loquẽtis, diuina virtute hoc faciẽte aliꝗ verbum sic proferatur, ut est cõsonũ fidei catholicæ, licet pronũciãs illud verbũ hoc nõ ĩtelligat, sed aliud. Sicut Caiphas dixit de Christo.* Expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo, &c. *vt habetur Io. 11. f. et euangelista subdit:* Hoc autẽ à semetipso nõ dixit, &c. *Intẽdebat enim Caiphas solũmodo dicere, ꝙ melius erat Christũ mori, licet nõ haberet cã sufficiẽs cõtra eũ q̃ ꝙ occasione populi credẽtis in eũ, venirẽt Romani & destruerẽt locum & gẽtẽ. Sed a Deo factũ est, vt hãc sniam per talẽ modũ loquẽdi proferret Caiphas, vt illa locutio significaret mortẽ Christi futurã pro redemptione generis humani, quod Caiphas nõ intelligebat, sicut plenius dixi exponẽs hoc verbũ Caiphę, scribẽdo sup Io. Sic dico in proposito. Quid enim intellexerit iste glossator, nescio, sed manifeste patet ꝙ sic glo. prędictã protulit vel scripsit, ꝙ verba glos. prædictæ cõsonant fidei nostræ.*

4 In ostio taberna. *ad uidendum si transirent uiatores, quos posset ad mensam recipere, quia hospitalitatem diligebat.*

5 In ipso feruore diei. *Cũ enim incipit dies feruescere, tunc est hora, qua uiatores solent ad domum aliquam causa refectionis declinare.*

6 Cũq; eleuasset, &c. *Cum enim* Deus *videret affectũ eius ad opus* ✻ *hospi-*

*MORALITER.*

✻ 1 *Apparuit aũt ei &c.* Hic pnunciatur Sarę cõceptus & Sodomorũ iterit⁹. Circa primũ dicitur. *Apparuit aũt ei, s. Abrahę*

2 *Dominus in conualle, &c.* Per hoc aũt designatur quod reuelationes diuinæ fiunt illis, qui sunt in humilitatis conualle. Matth. 11. c. *Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientib. & prudentib. et reuelasti ea paruulis.*

3 *Sedenti in ostio, &c.* Vt trãseuntes videret & eos ad prandiũ inuitaret, & ecce tres viri, id est, angeli in specie hominũ, per quos designantur prædicatores, fidem trinitatis annũciãtes: & quia non solum sunt suscipiendi, sed etiam deuote inuitandi. Ideo subditur.

✻ 1 *Cucur-*

A

✲ AMBR. Vide primo fidei mysteriū. Deus illi apparuit, & tres respexit. Cui Deus refulsit in trinitate, non sine filio patrem suscipit, nec sine spiritusancto filium confitetur.

li.2. de Abrahā c.5. li.16. de ciuitate c.19

✲ AVGVST, Hos autem dubitandum nō est tres angelos fuisse, quamuis quidam existiment unum in eis fuisse dominū Christum, asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Est quidem diuinæ potestatis, & inuisibilis, incorporalis immutabilisq; naturæ, sine vlla sui mutatione, etiam mortalib. aspectib. apparere, nō per id quod est, sed per aliquid quod sibi subditum est.

Adorauit interp. noster fert vbique adorauit pro inclinauit vel incuruauit se vertit. 1 Nunc.

✲ CYRILLVS. Tres angelos vidit Abraham in figuram trinitatis, duos autem Lot, vt ostenderetur ordo filii ad spiritum sanctum.

Ex catena Græca. vbi supra Hom.5.

✲ ORIGENES. Veniunt ad Abraham tres viri meridie, ad Loth duo vespere veniunt. Non enim capiebat Loth meridianæ lucis magnitudinem. Abraham autem capax fuit plenum fulgorem lucis excipere. Obserua autem quod Abraham cum duobus angelis etiam dominus affuit, ad Loth verò duo tantum angeli pergunt, & quid dicunt? *Misit nos dominus conterere ciuitatem.* Ille ergo suscepit eos qui perditum darent, non suscepit eum qui saluaret.

B

lib.9. Moral. c.52.

a *Quos cum vidisset.* GREGOR. Moraliter. Abraham tribus angelis occurrit, quia vir & dominus domus, scilicet spiritualis intellectus, debet in cognitione trinitatis claustra carnis excedere, & quasi habitationis infirmæ ianuā exire. Cura carnis, quā Sara significat, foris ad iactantiam non appareat, sed post tergum uiri, id est, sub discretione spiritus, solis necessarijs intenta, nesciat procaciter detegi, sed verecundè moderari.

lib.28. Moral. c.4.

✲ GREG. Abraham non potuisset angelos videre, hospitio suscipere, & cibos adhibere, nisi corpus ex aere assumpsisset. Non enim apparerent, nō cibos sumerent, nisi solidū corpus ex

C

a Studio hospitalitatis hoc in exemplum relinquens nobis.

a stantes propè eū. Quos cum vidisset, cucurrit in occursū eorū de ostio tabernaculi † sui, 1

a Initio fidei.

a Vnum qui tres viderat. b Deum in angelis sentiens, mauult domino loqui quam angelis.

& adorauit in terra, & dixit. † Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruū tuū: sed afferam pauxillū aquę, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. † Ponamque bucellam panis † & confortetur cor vestrum, postea transibitis. Idcirco .n. declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. Festinauit Abrahā in tabernaculū ad Sarā, dixitq. ei: Accelera, tria sata simile commisce, Et fac subcinericios panes. Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum, deditq. 2 3 4 5 6 7 8 9

a In beneplacito. b Ne transitoriè fruar visione tua.

a Vt hęc officia vobis exhiberem.

a Ne charitatis vitare viderentur officia.

a Ne senex ministrare videretur tepide.

a Vt mulier infidelis per virum fidelem saluetur. b Quasi dicat ecclesiæ congregare de omnibus partibus. c Amphoras. Idem mysterium hic & in euangelio, vbi mulier tria sata fermentat.

a Quia sancti spiritus igne decocti sunt, Deo cibus acceptabilis. b In pane vnitas credentium signatur, quia panis ex multis granis conficitur.

a Vt ecclesia ex gentibus congregaretur, recurrendum erat ad antiquos.

a Chr̄m de Patriarchis natum, vnde Placebit Deo super vitulum nouellum, &c. b Excellentem in genere humano. c Committit ordini prophetarum annunciandum.

ex cælesti elemento haberent. Nec mirum, quod modò angeli, modò dominus vocantur, quia angeli vocantur qui exterius ministrant, & dominus ostenditur, qui eis interius imperat.

D

b *Sed afferam.* Ad hospitalitatis officia reuertitur, quæ etiam angelis exhiberi possunt, cum ex elementis corpoream formam assumunt: quod Abraham intelligens, deitatem in vnitate adorabat, & dispensationi angelicæ in forma visibili ministrabat.

c *Tria sata.* Hæc in typum ecclesiæ dicuntur, quæ de tribus mundi partibus in unitatem fidei congregata est, & quasi panis sine fermento igne Spiritussancti decocta est.

STRA. Satum genus est mensuræ, Tria sata, tres filios Noe significant, ex quibus omne genus hominū disseminatum est. Significatur ergo ecclesia, vel euangelica doctrina per totum mundum disseminādā, & in tribus mundi partibus, Asia, Africa, & Europa, multiplicanda.

*Tria sata.* de quibus Sara subcinericios panes facit, tres filios significant Noe, ex quibus omne genus hominum natum est: qui diuinæ trinitati credentes aqua baptismatis per Saram, id est, ecclesiā conspersi sunt, & in vnum panē corporis Christi redacti. Hæc sunt tria sata farinæ, quę mulier in Euāgelio fermentauit: Azimi sunt panes, quia sine fermento maliciæ, & † languore nequitiæ & feruore peruersæ doctrinæ oportet esse credentium vnitatem.

1. Cor.7. c

d *Subcinericios.* Subcinericij sunt vt p pœnitentiā delictorum spiritussancti vapore decocti, esca Deo acceptabilis efficiant.

e *Vitulum teenrrimum.* Vitulus tener & saginatus, Christi corpus est † quo pro salute mundi ad arborem Crucis † immolatum est. Hic est uitulus, qui prodigo filio occiditur.

✲ AMBROS. Tener, quia non dura ceruice, sed molli iugū legis

Alias † rancore. Alias † qui Alias † immolatus.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *hospitalitatis, & non venirent aliqui homines, fecit tres angelos apparere in specie virorum, ut eis exhiberet hospitalitatis beneficium. Dicunt etiam* Hebræi, *quod cum hoc alia de causa apparuerūt, quia vnus veniebat ad nunciandum* Saræ *conceptum. alius ad subuertendum Sodomam, & alias quatuor ciuitates, & tertius ad sanandum* Abraham *qui de nouo erat circuncisus, & liberandum Lot de subuersione Sodomorum. Dicunt enim quòd apparitio fuit tertia die postquam fuerat Abraham circuncisus, & ista apparitio angelorum est secunda. Expositores autem catholici dicunt, quod à principio capituli usque adhuc, & in toto cap. sequenti fuit vna apparitio tantum, ita dominus non apparuit in se, vel in aliqua similitudine ipsum immediatè repręsentante, sed tantum in angelis, quos fecit apparere, quorum vnus postea locutus est in persona ipsius Dei: Sic igitur exponunt literam a principio capituli,* Apparuit autem ei dominus. *in hoc primo describit apparitio ista in generali, & in sequentib. describitur modus apparitionis in speciali. & primo quantum ad locum, cum dicitur:* In conualle Mambre. *Secundum quantum ad dispositionem Abrahę cui fiebat apparitio, cum dicitur:* Sedenti in ostio tabernaculi su. *Tertio quantum ad tempus, cum subditur:* In ipso feruore diei. *Quarto quantum ad personas apparentes authoritate Dei cū dicitur,* Apparuerunt ei tres uiri, *id est, angeli in specie virorum. Litera autem exponatur sicut in expositione prędicta, excepto principio, cum dicitur.* Apparuit autem ei dominus sedenti, *scilicet per angelos quos fecit apparere,*

Tres angeli qui fuerunt, &c.

1 Quos cum uidisset, &c. *In quo ostenditur eius promptitudo ad hospitalitatis beneficium, & in hoc datur diuitibus exemplum.*

2 Et adorauit. *adoratione duliæ vt illos conuenientius posset inuitare.*

3 Et dixit, domine si inueni gratiam, &c. *Licet essent tres, tamē sic apparebant quasi vnus esset principalis & dominus inter illos, & ideò illum alloquitur credens, quod si ipsum inducat ad hospitium, alij duo sequantur. Dicunt autem Hebræi, quod isti tres angeli fuerunt Michael, Gabriel, & Raphael. ita quòd Michael erat in medio, alij autem duo ad dextram & sinistram. Et hic erat modus ambulandi tunc, quando aliquis superior erat duob. alijs, quia ille ambulabat in medio, & inde hoc cognouit Abraham quis erat superior, & dicunt quod Michael hic erat in medio, & hic uenerat ad denunciandum Saræ conceptum. quia hoc erat principale negotium, eo quòd Messias, id est, Christus erat innasciturus, & interpretatio nominis consonat: Michael enim interpretatur quis, vt Deus: Gabriel autem venerat ad subuertendum Sodomam, & interpretatio consonat, interpretatur enim fortitudo Dei: Raphael autem venerat ad sanandum Abraham, & saluandum Lot, & interpretatio consonat, quia interpretatur medicina Dei.*

4 Sed afferam pauxillum aquę, &c. *Homines enim tunc non ita ibant equitando & calciati sicut modo.*

5 Et requiescite sub arbore. *in vmbra & ad auram, propter æstum imminentem.*

6 Ponàmque buccellam panis, &c. *Ex hoc manifestè patet, quod tunc credebat eos esse homines, sciebat enim quòd angeli non indigebant talibus.*

7 Qui dixerunt, &c. *in quo apparet gratia hospitalitatis.*

8 Festinauit Abraham. *ne attædiarētur in nimia expectatione.*

9 Et tulit, &c. *puero, id est, coco. Hebræi autem dicunt. quòd iste puer* ✲ *fuit*

*MORALITER.*

1 *Cucurrit in occursum, &c.* ad eos deuotissimè inuitandū, sicut patet in textu sequēti. & hoc modo susceperunt Galatæ Paulum. Vnde dicit Galat. 4. b. *Sicut angelum Dei suscepistis me.*

4 *Et lauentur pedes vestri,* scilicet per famulos meos. Ecce humilitas.

5 *Ponàmque buccellam pa.* Ecce humanitas, quæ prædicatorib. est imponenda.

7 *Qui dixerunt, fac ut locutus es,* prædicatores enim gratanter accipere debent, quæ sibi a suis hospitibus offeruntur.

legis agnouit, crucis patibulū non recusauit. Et merito tenet, de cuius capite & pedib. & intestinis nihil relictum est, & os non est contritum ab eo, sed totus epulantium cibo cessit.

a *Butyrum & lac*, cū carne vituli apposuit, quia lac veterem legem signat. vnde 1. Corinh. 3. a. *Lac potum dedit vobis, non escam, &c.* Tradiderat enim illis legis mandatum, quasi Lac de duarum tabularum expressum vberibus hoc est testamentum fidei, quia nondum poterant, euangelicæ doctrinæ solidam escam sumere. Butyrum uberrimum, & pinguissimum, euangelicum est testimonium, quod velut oleum fidelibus in signum datur. Vitulum cum lacte & Butyro apposuit, quia nec corpus domini sine lacte legis, nec hoc sine euangelio esse potest. Sub arbore autem sederunt in dominicæ passionis signum cuius prędicatores sunt.

*Margin: 15. dist. ca. & dic & 42 cilij. §. 1.*

✠ *Cumq; comedissent, &c.* GLOSSA GRAECA. Comederunt angeli diuina virtute, quod appositum erat cōsumentes, quemadmodū historia Gedeonis & Manue patris Samson & Tobiæ intelligi potest.

*Margin: †4. Re. 4. c. Ro. 9. b. Intra 21. c.*

b *Ecce in ta.&c.* STRA. Abraham foris cum angelis. Sara in tabernaculo est, quia fortiū & doctorum est à parte prædicare, exemplis instruere. Infirmorum & insipientium discere, & subditos esse.

*Margin: Allegor. Desierat Saræ fieri muliebria deuerant esse ipsi Saræ consuetudo mulierū Heb. Occulte intra sese. 1 Pet. 3. e. In q. Hebraicis † vxor tua. † nunquid patitura.*

✠ HIERONYMVS. *Reuertens veniam, &c.* Iuxta aliam literam, *reuertens veniam ad te in tempore hoc, & in hora hac, & habebit filium Sara.* pro hora, *vitam*, legimus in Hebræo, vt sit ordo vel sensus, Reuertar ad te in tempore vitæ, quasi dixero, si vixero. Hæc autem ἀντρωποπάτως, vt cætera.

c *Et habebit fi.* Promittit Deus Saræ sterili filium dicēs, Circa hoc tēpus veniam, non tempus, sed qua itatem sui aduentus significat, quoniam per filium repromissum fidelis populus erat nasciturus. Vnde Esa. 54. a. & Gal. 4. d. *Lætare sterilis, quæ non parturis, &c.*

d *Quo audito, &c.* AVG. Arguitur Sara, quia risit, & non Abraham cum similiter riserit, quia illius risus admirationis fuit, huius dubitationis, quod diiudicare potuit qui corda nouit. Negat Sara se risisse cum Deū non possit latere, sed forte homines putabat. Abraham vero Deū intelligebat, sed humanitatis officia † præbendo, quæ tantum infirmæ carni necessaria sunt, mirum est, nisi homines prius arbitratus est, sed in quib. Deum loqui intelligeret, quibusdā signis diuinæ maiestatis appa-

*Margin: In q. super Genes. — alias † exhibendo.*

[Biblical text with interlinear glosses:]

a Studiose prædixit passionem consummandum.
a puero: Qui festinauit & coxit illum. † Tulit
a Euangelicam pinguedinem vel doctrinam. b Potum paruulorum, veterem scilicet legem. c Christum passum.
quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis. Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore. Cumque comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit: Ecce in tabernaculo est. Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito, Sara risit post ostium tabernaculi. † Erant autem ambo senes prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. Quæ risit occulte, dicens: † Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abraham: Quare risit Sara † dicens: † Num vere paritura sum anus? Nunquid Deo est quicquam diffi-

[Interlinear glosses:] a His sacramentis aluntur ministri Christi. a Quia sacramentum crucis intuebatur. b Cruce. a Quia in ecclesia mulieri non permittitur docere, latet Sara. Quasi, non est mulieris in publicum prodire. a Prius refecti vt homines in vinitate deitatis, cuius beneficio erant impleti, a ventura prædicunt. a Hic Sara synagogam significat, quę in vmbra sacramentorum se abscondens: Christum venisse non credit. Quia nondum fidem adhibuit. a Presbyteri tam ætate quam moribus. a Quibus deficientibus mulier parere desinit: vt commendetur miraculum si sterilis pariat. b Menstrua. c Disceptando de oraculo. a Naturalem consequitur rationem. Disceptando. a Quasi quare plus acquiescit naturæ quam diuinæ potentię.

apparentib. sicut in hominib. Deum apparuisse sæpe scriptura testatur, sed postea angelos fuisse cognouerunt.

✠ ORIG. Ideo Sara latuit, quia in ecclesia mulieri non permittitur docere.

*Margin: Hom. 4. in Genes.*

e *Erant autem, &c.* Seniorum ætas minor est, quam senum, & si senes appellentur seniores. Vnde secundum medicos senior vir de muliere seniore filios facere non potest etiam si adhuc muliebria fluant. secundum hoc Abraham miratur Dei potentiam de promissione filij, & hoc miraculum posuisse Apostolum accipere possumus. Emortuū enim corpus non omnino ad generationem erat, si mulier iuuenilis ætatis fuisset. Sed de prouecta etate generare non poterat, de Cethura enim postea generauit, quia iuuencula fuit. Tradunt enim medici, qa senex de fœmina prouectioris ætatis (& si muliebria contingant ei) generare nō possit, de iuuencula autē possit. Rursus mulier prouectæ ætatis, & si adhuc muliebria contingant ei, de seniore parere non potest, de iuuene potest. Miraculum ergo fuit, quia vterque senex & prouectæ ætatis, & desierant muliebria Saræ.

*Margin: Vita comite, Ipsa viuente Chald. inte præ. quo vos estis viui. † Et ipsum subaudiosium erat a tergo ipsius ibi Abrahæ. Alij legūt ipsū tabernaculū Sarai post tabernaculū Abrahæ. † Lucæ 1. Vbi supra Abrahę.*

✠ ORIGENES. Quantum ad ętatem corporis pertinet, multi ante eos numerosioribus annis duxerant vitam, nemo tamen presbyter appellatus est. Vnde uidetur nomen hoc sanctis nō longæuitatis ratione, sed maturitatis ascribi.

f ✠ *Voluptati operam dabo.* HIER. Alia li tera. *Risit autem Sara in semetipsa, dicens, needū mihi factum est vsque nunc, & dominus meus senex est.* Aliter multo legitur in Hebræo *Risit Sara, etc.* dicens, *postquam attrita sum, facta est mihi voluptas.* Symmachus ita transtulit, *postquam vetustate consenui, facta est mihi adolescentia.*

*Margin: Vbi supra*

*Voluptati operam dabo, &c.* GREGORIVS MORAL. Cura carnis, cum sæpe dicitur, vt de semine præsumat, & totam se in diuinę spei fiduciam transferat despicit, & cessante studio ad esse sibi vitę subsidia diffidit. Vnde Sara promissiones Dei audiens ridet, sed ridens corripitur, correpta protinus fœcundatur, & quę in iuuentute vigens fœcundari non potuit, annis fracta senilib. concepit, quia cum curam carnis sui confidentiā habere desistit, contra spem ex diuina promissione accepit, quod habituram se ex humana ratione dubitauit. vnde bene qui generatur risus dicitur, quia dum supernæ spei fiduciam concipit, quid mens nostra aliud quàm gaudium parit?

*Margin: lib. 9. Moral. c. 51.*

✠ a Non

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *fuit Ismael filius suus cui tradidit cibum parandum, vt eum assuefaceret hospitalitatis operibus.*

1 Ipse vero, &c. *videndum ne aliquid deficeret. Sequitur.*

2 Vbi est Sara vxor tua. *Hoc petunt non ex ignorantia, sed vt conuenienter nunciet ei eius conceptus de propinquo futurus.*

3 Ecce in tabernaculo est. *Erat enim simplex & uerecunda, & ideo [illegible] tenebat aspectib. hominum.*

4 Cui dixit: *scilicet ille angelus de tribus qui uenerat a[d] nunciandum eius conceptum.*

5 Reuertens veniam ad te. *In quo ostenditur quod angeli sunt soli citi [illegible]*

6 Vita comite. *Loquitur more humano, quia homo æstimabatur ab his q[ui] [illegible] uebat.*

7 Et habebit fi. &c. *Non adoptiuum.*

8 Quo audi. &c. *Reputans illud dictum friuolum, & causa subditur.*

9 Erant autem am. &c. *Et sic erat unū impedimētum generationis commune ambobus, & unū speciale in Sara, quod notatur cū subditur.*

10 Et desierant Saræ fieri muliebria. *Id est, menstrua, post quorū cessationem non est apta mulier ad conceptionem. Sequitur.*

11 Postquam consenui, &c. *quasi dicat non decet, & ex hoc uidetur, quod Sara continuit ab actu coniugali, ex quo transiuit tempus suum concipiendi secundum naturam, quousque fuit certificata de conceptu futuro diuina uirtute.*

12 Dixit autem dominus ad Abraham, *id est, ille angelus qui inter tres apparebat ut superior, & qui uenerat ad nunciandum Saræ conceptum.*

13 Nunquid Deo est quicquam difficile. *Acsi dicat, licet impossibile sit naturæ dare tibi conceptum, non tamen Deo est difficile, cætera patent usque ibi.*

8 Quo — 1 Cum

## MORALITER.

5 *Cui dixit, Reuertens ueniam ad te. Sequitur.*

7 *Et habebit filium Sara.* Per hoc ostēditur, quod prędicatores non debent suis hospitibus dicere friuola, sed ædificatoria, ex quib. Sara, per quam ratio significatur, vt dictum est supra, concipiat dicitur, & pariat opus bonum. Circa secundum, scilicet, Sodomorum interitum dicitur.

5 Descen-

a *Non risi, &c.* AMBROS. Vel ideo negauit se risisse, quia ignorauit, ideo risit: quia prophetauit.

A

Vbi supra

b *Num celare pote.* Bene dominus Abrahæ secreta sua committit, quem voluntatis suæ & secretorum fidelem executorem cognouit, de quo in carne nasciturus erat, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* 2. Cor. 2. a. Promittit quoque Abrahæ non solum præmia, sed obedientiæ filiorum eius iustitiã, & circa eos promissa cõpleri. Rursumque promittitur Isaac, *in gentem magnam futurus*, & quod *in eo benedicentur omnes gentes terræ.* Quibus verbis duo illi promituntur, Gens Iudęorum secundum carnem, & omnes gentes per fidem.

Dei familiaritas & bonitas cũ Abraham. Christus pdictio fidelium. lib 6. ca. 2. Abraham docet familiã suã, viam Dei.

✱ RVPERTVS. *Num celare potero, &c.* Subauditur tantis repugnantibus causis. Primo, quia futurus est in gentem magnã futurus, inquam magis secũdum fidem quam secundum carnem, in gentẽ magnam ac robustissimã, videlicet, cuius merendo fortitudinem, recte dicam, quia *regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.*

B

alias † gemorrhæorum. in q. super Genes.

c *Clamor Sodomorum & Gomorrhæ, &c.* AVGVST. Si hæc verba non dubitantis, sed irascentis & minantis accipiamus, nulla est quęstio. Humano enim more ad homines loquitur Deus, & ira eius sine perturbatione est, quia immutabilis est. Sępe autem sic minãdo dicim⁹. Videamus si nõ tibi facio, & si nõ potero tibi facere, vel sciam, i. experiar vtrũ nõ possim. Sed perturbatio non cadit in Deũ. Mos autẽ humanę locutionis est cui Deus se coaptat, vt humanę infirmitati conueniat.

D

a Quasi sicut dixit fiet.

ficilè? Iuxtà condictum reuertar ad te hoc eodẽ

a Anni futuri, quia præterito tempore vmbræ succedet qui signabatur in vmbra. b Antropospatos sicut cætera.

tempore: vitã comite, & habebit Sara filium: Ne

a Quia scilicet timuit. b Adhuc femineam incredulitatem increpat.

a gauit Sara dicens: Non risi, timore pterrita. Dñs autem: Non est (inquit) ita, sed risisti. Cum ergo

a Quia cum Abraham tractauerant de futura misericordia: iam contra Sodomam iudicium intentatur.

1 surrexissent inde viri, direxerunt oculos cõtra So-

a Euentum futurorum ignorans. sed dominus sicut vult pios scire pręmio iustorum sit non ignorare supplicia impiorum.

2 domam, & Abrahã simul gradiebatur, deducẽs

3 b eos. Dixitq́. dñs: Nũ celare potero Abrahã q́ ge-

4 sturus sum, cũ futurus sit in gentem magnã, ac

5 robustissimã: & benedicendæ sint in illo oẽs na-

Quasi ideo notifico ei iudicia mea, vt sequacibus suis nota faciat. Non solum prima, sed etiam obedientiam iustitiæ filiorum eius promisit Deus Abrahę, vt circa eos etiam promissa compleantur.

6 tiones terræ? Scio.n. q̃ præcepturus sit filiis suis,

a Eo fine. b Precepta. c Recedant a malo.

& domui suę post se, vt custodiãt viam dñi, & faciã iustitiã & iudiciũ, vt adducat dñs pp Abrahã oĩa quæ locutus est ad eum. Dixit itaq; dñs: Cla-

Euidentia publicati flagitii, quæ accusatore non eget.

7 c mor Sodomorũ & † Gomorrhę multiplicatus

a Consuetudine quasi superposito lapide. b Vt a præcipitatione iudicii compesceret mala. Sodomæ: prius voluit probare quam iudicare.

8 d est, & peccatum eorũ aggrauatũ est nimis. † De-

9 scendã & videbo, vtrũ clamorẽ, qui venit ad me,

10 opere cõpleuerint, an non est ita, vt sciam. Con-

a Quia dominus in angelis loquitur: nunc in eius persona: nunc in angelorum stilus alternatur.

11 uerteruntq́. se inde, & abierũt Sodomã. Abrahã

12 vero adhuc stabat corã dño, & appropĩquãs ait:

a Per iustitiam paucorum vult impetrare misericordiam multorum. Aliqui remissione digni, quia quinquagesimus remissionis annus est.

13 e Nũquid perdes iustũ cũ impio? Si fuerint quĩn-

14

GREG. MORAL. Peccatum vero cũ voce, culpa est in actione. Peccatũ vero cũ clamore, culpa cũ libertate.

lib. 5. moral c. 7.

d *Descendam & videbo, &c.* Mala hominum nõ ante credamus quàm probemus. Et ecce per angelos ad cognoscenda mala descendit, & tanto crimine inuolutos inueniens, quasi patientiam prætermisit, & eos igne iudicii ante iudicii diem præuenit, qui cum tranquilitate iudicat, vt maiora crimina tarde credantur, & veraciter agnita citius puniantur.

lib. 19 moral. c. 32.

✱ ORIGENES. Quando ad Abrahã responsa dantur, non dicitur Deus descendere, sed supra ipsum astare, nunc autẽ quia peccatorum causa agitur, descendere dicitur Deus. Vide ne ascensionem & descensionem localem intelligas. Sed descendere dicitur Deus, quando curã humanę fragilitatis habere dignatur.

Homi. 4.

E

Propter, super.

† 2 q. 1. De accusa. qualiter 2. & c. cũ di lecti. 1. l. e sim. c. licet Heli.

e *Si fuerint quinquaginta iusti, &c.* ISIDOR. Quinquagenarius numerus a quo vsque ad decem descendit, pœnitentiam significat. Vnde & quinquagesimus Psalm. pœnitentialis est. Si ergo conuerterentur, saluarentur. Sed cum

Prędicitur Abarthęin teritus Sodomorum Mystice. Quinquagenarius numerus pęnitentiã signat.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

C

1 Cum ergo surrexissent inde viri. *i. angeli in similitudine virorũ.*

2 Direxerunt oculos, &c. *incipientes ire versus partem illam.*

3 Et Abraham similiter gradiebatur. *Sicut solet fieri ex curialitate humana, quod hospites per aliquod spacium conducantur. Abraham enim adhuc credebat eos esse homines itinerantes.*

4 Dixitque dominus. *Hic ostenditur pietas Abrahę orando pro proximo, & primo eius oratio describitur, & secundo exauditio ostenditur. c. 19. Circa primũ sic proceditur, quia primo ponitur reuelatio Abrahæ facta de Sodomorum subuersione. scdo ponitur oratio eius pro populi liberatione. ibi:* Abraham verò. *Primum exponitur dupliciter, secundum.n. expositionem Hebraicam in principio huius capituli positam dominus qui loquebatur non est aliquis de trib. angelis prædictis, sed ipse dominus qui sm illam expositionem dr apparuisse Abrahæ in principio capituli. Secundum aũt aliam expositionem iste qui vocatur hic dominus, est ille angelus qui denunciauit conceptum Saræ, vt prædictũ est, et sm hoc dicendum q̃ licet Abraham vsque tunc crediderit illos angelos esse homines, tamen tunc reuelauerunt ei quod essent Angeli, & ex tũc ille principaliter Angelus loquebatur in persona* Dei. *Litera autem sequens in aliis vniformiter exponitur secundum istam & aliã expõnem.*

5 Num celare po. Ab. &c. *ac si diceret. Cum Abraham sit mihi familiaris amicus, non est dicens quod ego celem ei vindictam quam facturus sum in ciuitatib.* Sodomorum, *& maxime cum illam terram promiserim Abrahæ, & causa amicitiæ Dei cum Abraham, subditur.*

6 Scio enim, &c. *Et sequitur.*

7 Clamor Sodomorum & Gomorrhę. *Peccata.n. eorum erant patentia & manifesta, secundum quod dr Esa. 3. b.* Peccatum suum, quasi Sodoma prędicauerunt nec absconderunt. *& ppter hoc dñr hic clamare. Et est hic considerandum q̃ tria genera peccatorũ leguntur clamare ad* Deum. *Primum est occisio innocentis. sm quod dicit dominus ad Cain Gen. 4. b.* Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra: *Secundum est peccatum contra naturam. sicut hic dicit. Tertium est defraudatio pauperum laborantium de quo habetur Iacob. 5. a.* Merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis clamat, & clamor eorum in aures domini Sabaoth introiuit.

8 Multiplicatus est. *A liendo peccata peccatis.*

9 Et peccatum eorum aggraua. &c. *Hebræi dicunt, quod ista aggrauatio fuit eo quod quandam puellam occiderũt morte insolita, eo quod dederat alimentum pauperi. & hoc consonat dicto Ezec. 16. f.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & ocium & manum egeno & pauperi non porrigebant.

10 Descendam & vi. &c. *Hoc dicitur non quia Deus indigeat tali inuestigatione, sed vt doceantur per hoc iudices non sententiare donec diligenter inquisierint veritatem.*

11 Conuerteruntque, &c. *s. duo angeli, qui apparebant in specie virorum ut hr in principio sequentis capituli. Tertium aũt qui annunciauerat Saræ conceptum, & qui loquebatur in persona domini, vt dictum est, adhuc remansit tibi cum* Abraham *sm istam expositionem. Scdm vero expositionem Hebraicam prætactam, ille angelus qui annunciauerat* Saræ *conceptum, quia perfecerat legationem suam, disparuit & recessit, quia duo tantum angeli mittebantur a* Deo Sodomã, *vnus ad subuertendum patriam, alius ad liberandũ* Lot. *Et ille qui vocatur hic cõiter cum quo Abraham loquebatur, est ipse Deus qui sibi apparuit prout dictum est in principio capituli. In aliis aũt litera vniformiter exponitur Abraham uero adhuc stabat coram domino. Abraham.n. audita populi condemnatione, pietate motus cępit rogare dominum pro eius liberatione. Et ideo dicitur.* Stabat coram domino, *paratus ad populi adiutorium, & accipitur hic* domino, *pro ipso Deo scdm expõnem Hebraicam, secundum aliam vero pro angelo loquente in persona* Dei.

12 Et appropinquans ait. *Vt conuenientius orationem suam proponeret.*

13 Nunquid perdes iustum cum im. q. d. non. *Et quia sciebat Lot esse iustum. liberationem eius habuit pro obtenta & ideo conuertit se ad liberationem aliorum, dicens.*

14 Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, *id est in ciuitatibus,* quia

## MORALITER.

† 11 *Descendam, & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint, &c.* Per hęc domini verba, *cuius oculis omnia sunt nuda & aperta.* Heb. 4. d. ostenditur nobis, quod sententia contra aliquem non est citò, sed post diligentem examinationẽ ferenda. Sequitur.

cum Deus aspicit delinquentes nulle ad pœnitentiã conuertendo ardorem immoderatæ luxuriæ igne gehennę compescit. Vsque ad decem iustos non perire Sodomã dixit. quia si in quolibet per decem præceptorum custodiã Christi nomẽ inuenitur, non peribit. Denarii.n.numeri figura & crucem Christi significat.

Quid diuitias suas æstimabat, qui seipsum puluerẽ cineremq. putabat. Aperte cernimus in quo loco se posuerit, qui se pulucrem,& cinerem etiam cũ Deo loqueretur, æstimabat. Qua ergo pena feriendi sunt, qui ad summa non proficiunt, & de minimis se extollunt.

In cap.18. ✠ PROCOPIVS. Quamobrem cupit iniustos quoq; seruari? in hunc sensum loquitur. Paucæ salis micæ cõseruãt a putredine multam carnem, pauca & parua vincula continent magna ædificia, sic iusti conseruant iniustos.

lib. 18 moral.c.33. a Loquar ad dominum, &c. GREG. MYSTICE. Sancti quanto magis diuinitatis interna prospiciunt, tanto magis se nihil esse conspiciunt. Nusquam legitur Abrahã se cinerem & puluerem professum esse, nisi cum meruit Dei locutionem habere. Et ait. Loquar ad dominum meũ cum sim puluis, &c. Fortasse enim aliquid se esse crederet, si veram essentiam quæ super ipsum est nõ sensisset Vnde & Dauid exclamat: Memento domine quoniam puluis sum, &c.

(Abraham puluis & cinis perstat in oratione. — Psal 102.c ibi.)

B GREGOR. MORALITER. Quosdam per tumorẽ sensus nõ eleuat, sed per misericordiæ opera. Quidam dum se terrenis abũdare cõspiciunt, veras diuitias non requirunt, & † æternum regnum non amant, quia temporalia sufficere putãt. Non est ergo sensus in crimine, sed affectus. Cuncta.n. quæ Deus cõdidit bona sunt. Sed qui bonis male vtitur † hic agit vt p edacitatis ingluuiẽ eo quo viuere debuit pane moriatur. Pauper ad requiẽ Lazarus venerat, superbum diuitẽ cruciabãt tormenta, Diues tamen Abraham fuerat qui Lazarum in sinu tenebat Ait tamen. Loquar ad do. meum cum sim puluis & cinis, &c.

(alias† ęter nã patriã. — alias† hic Luc. 16. e.)

quaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, & non parces loco illi propter quinquaginta iustos si fuerint in eo? Absit a te, vt rem hãc facias, & occidas iustum cum impio: fiatq. iustus, sicut impius. Nõ est hoc tuum qui iudicas omnem terram: Nequaquã facies iudiciũ hoc. Dixitq. dñs ad eum. Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Respõ a dens Abraham ait: Quia semel cœpi, loquar ad dominum meum, cum sim puluis, & cinis. Quid si b minus quinquaginta iustis, quinq. fuerint, delebis propter quadragintaquinque vniuersam vrbẽ? Et ait: Nõ delebo, si inuenero ibi quadragintaquinq. Rursum locutus est ad eum: Sin aut quadraginta inuenti fuerint, quid facies? Ait: Non percutiam propter quadraginta. Ne quæso (inquit) indigneris, domine, si loquar. Quid si inuenti fuerint ibi triginta? Respondit: Nõ faciam, si inuenero ibi triginta. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad dominũ meũ. Quid si inuenti fuerint ibi viginti? Dixit: Nõ interficiam propter viginti. Obsecro (inquit) c ne irascaris domine, si loquar adhuc semel: Quid d si inuẽti fuerint ibi decem? Dixit: Non delebo pro e pter decem. Abiit dominus, postquã cessauit loqui ad Abraham, & ille reuersus est in locũ suum.

a Vt innocens pereat. b Iuste disponis. c Orando hęc dicit, non inuehendo.
a Sublimitatem promissionis temperat subiectione humilitatis.
a Quinque sensibus dediti, & remissione indigni.
a Id est propter eos qui corpus quadragenaria abstinentia domant, & sensibus quinque ordinate vtuntur non parces omnibus.
a Parcam.
a Legis, & euangelii præcepta seruantes. quater. n. decem quadraginta fiunt.
a Quia videbatur dominum interrogans arctare responsio, temperat præfatione quod quærit.
a Legem cum fide trinitatis seruantes, ter enim decem triginta fiunt.
a Seruantes mandata cum dilectione Dei, & proximi propter denarium & binarium.
a Decalogi mandata seruantes.

b Quinque fuerint. Quinq; ciuitates igneis imbribus combustæ. Omnes enim quinque corporis sensus libidinose tractauerunt, futuro incendio sunt cremandi.

c Quid si inuenti, &c. ALCV. Non necesse est hoc de omni loco accipere. De Sodomis autem potuit dici, quia sciebat Deus nec decem esse ibi, & ideo sic respondebatur Abrahę ad exaggerationem iniquitatis Sodomorũ.

d Decem. Denarius crucem Christi designat quia, x. litera qua denarius exprimitur in figura crucis formatur.

e Dixit. Sciebat enim nec vnum ibi esse præter Lot, ad exaggerandam iniquitatem hoc dicitur, sicut apud Hieremiam. Videte si inueniatis hominem facientem iustitiam, qua si, inuenite vel vnum, & parco eis.

(Abraham intercedit pro Sodomitis. — Non est hoc tuum qui iudicas omnẽ terram nequaquã facies iudicium hoc absit a te nũquid in de omnis terrę non faciet iudicium. — Denarius crucem Christi significat. — Hiere.5.a. & b)

✠ AMBROSIVS. Discimus ex hoc loco quãtus murus sit patrię vir iustus, quẽadmodum nõ debeamus inuidere sanctis, nec temere derogare. Illorũ etenim nos fides seruat, illorum iustitia ab excidio defendit. Sodoma quoq; si habuisset viros decẽ iustos, potuit nõ perire

✠ CHRISOSTO. Sæpe solet dominus propter paucos multis dare salutem. Et quid dico propter paucos iustos. Sepe qñ non inuentus est, in hac vita iustus, ppter defunctorum virtutem, viuentium miseretur & curam habet, vnde clamat dicens, protega ciuitatem hanc propter me & propter Dauid puerum meum. q. d. hic author erit salutis his, qui sua se perdiderũt desidia.

(li.2. de Abram.c.6. — Homi.42. — Si loquar adhuc semel. & loquar tantummodo hac vice.)

☙CAP.

C NICOLAVS DE LYRA.

✠ quia erant quinq; ciuitates In Hebræo autẽ aliquando accipitur singulare pro plurali sicut Exo. 8.f Venit musca grauissima, i. multitudo muscarũ. Vel in ciuitate in singulari p Sodomã, quia illa ciuitas principalis erat, & sub illa intelliguntur aliæ quatuor quæ erãt ei subditę propter quod reges illarũ iuerunt cũ rege Sodomorũ ad prælium tanquã nasalli sui vt habetur supra 14 Patet ergo quod pro qualibet ciuitate accipiebat decem iustos, petens a domino liberationem cuiuslibet ciuitatis p decem iustis in ea repertis secundum quod exponunt Hebręi. Sequitur.

1 Quid si minus quinquaginta iustis quinq; fuerint. Ita quod cuilibet ciuitati assignentur nouem iusti, petit Abrahã quod pro illis nouem parcatur cuilibet ciuitati, nõ.n. ausus fuit ad minorem numerũ descendere, quia considerabat, quod octo personæ iustæ fuerant in arca tẽpore diluuii, & tamen nullus alius fuit saluatus propter eorũ iustitiam & ideo quando Abraham querit vltra, si parceret propter quadraginta intelligitur de liberatione quatuor ciuitatum tãtum, & quando propter triginta, intelligitur de liberatione trium, & quando propter viginti, de liberatione duarum, & quando propter decem, de liberatione vnius, & ideo ibi stetit, quia non erat vltra descensus. Expositores autem catholici dicunt, quod a principio petitionis Abrahæ vsq; ad finẽ intelligitur facta pro liberatione totius populi quinq; ciuitatũ, sed procedit sic descẽdendo vsq; ad decem iustos, tentando, obtenta vna gratia, si possit maiorem impetrare. vltra vero decem, non descendit Decem.n. homines, & non pauciores faciunt populum. Quod aũt pro iustitia minoris populi, petatur liberatio populi maioris iniusti, non videtur irrationabile petere, sed quod pro iustitia tam paucorũ, qui non possunt dici populus, peteretur liberatio populorum quinque ciuitatum uidetur magis extraneum, & ideo Abraham non fuit ausus vltra descendere.

(F — Decem homines faciunt populum.)

MORALITER.

† Non delebo si inuenero ibi quadragintaquinque. Rursumque, &c. Postea subditur.

† Non dele. pro. dec Ex quo patet, q ppter paucos iustos, parcendum est multitudini, qñ bono modo potest fieri, & qñ mali sine periculo bonorum non possunt exterminari. Propter quod saluator Matt. 13.d dicit. Sinite vtraque crescere vsq; ad messem, ne colligentes zizania, era dicetis simul & triticum.

in cap. 18. ubi dicitur in postilla. Expositores autem catholici dicunt quod a principio capituli.

ADDITIO I.

Discussio seu examinatio harũ duarũ expositionũ circa apparitionẽ Abrahæ factã in hoc loco, rõ est sic superficialiter transeũda sicut in postilla. Cõiter.n. tenet ecclesia i hoc loco, Abrahę fuisse factã reuelationẽ de trinitate diuinarũ personarũ, & vnitate diuinæ essẽtiæ. Vnde ecclesia cõiter cãtat, q Abrahã tres vidit, & vnũ adorauit. Sed diligẽter aduertẽti satis cõprobat ueritas ex litera catholica expõnis ex multis. Primo, qa si h c essent dux apparitiones, primo esset omnino superflua. Cũ.n. dr Apparuit ei dñs, &c. nõ exprimit qd aliqd dixisset dñs Abrahæ, nec econtra, quia statim subdit. Cũq; eleuasset oculos. Ex quo patet, qd processus seu forma illius uisionis consistebat in apparitione illorũ triũ virorũ, Et sic exponit Rab. Moy. in lib. de directione perplexorũ. s. quod apparitio domini in hoc facta Abrahæ exprimitur per hoc quod sequit. Cum eleuasset, &c. Item quia angelo loquente cũ Abrahã de annunciatione Saræ, & ipsa ridente Deus loctus est Abrahę cõtinuãs locutionẽ angelicam sine aliqua interruptione quasi esset idẽ angelus sci

licet qui loquebatur & Deus. Vnde dicit, Dixit autem dn̄s, &c. quari. Sa quod non est intelligendū de identitate essentiali, sed de identitate repręsentatiua. s. quod ille angelus tunc loquæbatur in persona diuina quam in illa apparitione repræsentabat. Item dictū angeli. s. reuertēs veniam ad te, &c. si legitur impletum nisi in hoc quod dicitur infra. 21. cap. Dominus autē visit. Sa. &c. In quo apparet quod ille angel⁹ qui dicit se reuersuum, & dominus visitans accipiuntur in hoc loco pro eodem, modo prædicto. Item hoc patet ex adoratione Abrahę quod postquam uidit tres, unum adorauit, quod intelligendum est de adoratione latriæ. Dicit enim Et adorauit in terra quod vnū ab ipso adoratum, adonai uocauit, ut patet in litera Hebraica, Item hoc patet ex obsequio Abrahæ prædictis viris seu angelis impenso. Tum in locutione cum se vocat seruum. Vt cum dicit, Ne transeas seruum, &c. Tum in hoc quod ea quæ ad conuiuium parauerat per seipsum cū magna diligentia seu festinatione, faciebat, ut cū dicitur: Festinauit Abrahā in tabernaculū, &c. Ipse uero ad armentū cucurrit, &c. q̄ festināt, &c. Tulit quoque butyrum, &c. & posuit coram eis, Vnde Orige. Consydera protinus senem Abraham impigrum & alacrem in officys. Item quia ipsis recumbentibus dicitur: Ipse vero stabat iuxta eos, quasi non audens considere cum eis, nec etiam illi ipsum Abraham ad hoc inuitabant, quæ omnia attenta dignitate Abrahę & eius senectute irrationabiliter fierēt, nisi hæc apparitio esset sibi representatiua diuinorū, & Abrahā hoc spiritu pphetico cognouisset. Vnde Am. in li. de Abrahā. Vide primo fidei mysterium Deus illi apparuit, & tres aspexit, cui Deus refulsit in trinitate, non sine filio patrem suscipit, nec sine spiritusancto filium confitetur. Hæc ille. Ex quibus & alys ad hoc correspondentibus in litera contentis si attentè consideretur, manifeste patet quod hæc fuit una apparitio incedens ad hoc quod dicitur, Apparuit autē ei dominus, in principio huius cap. 18. usque ad principium sequentis c. s. xix. ubi dicitur. Abijt dominus postq̄ cessauerat loqui Abraham, Et ideo cum angeli recessissent abeundo Sodomam, interponitur, Abraham uero adhuc stabat coram domino, cōtinuando prædicta dicendis sub eadem apparitione. In qua Abrahæ postquam à Deo audiuit, Ambula corā me, & esto perfectus, &c. prout supra fuit dictum in additione in c. immediate præcedenti, & recepit pactū dn̄i in carne sua in fœdus æternum, &c. scil. ad æternitatem docens: vt in Gl. statim fuit sibi facta apparitio trium diuinarum personarū cū vnitate diuinæ essentię repręsentatiua; Vt ille qui pater multarum gentium constituebatur a deo in vera fide ultimum terminum in quē fides tendit saltem ænigmaticè seu repræsentatiue uideret. Et consequēter ostēderetur esse intercessor pro delinquentib. etiam alienigenis, tanquam pater multarum genitum vt patet in facto Sodomorū, quę est secunda pars post principalē huius apparitionis. Vnde recte consideranti hæc expositio est uera apud catholicos & literę magis cōsona, licet fortè apud infideles distinctionē personarum in diuinis non recipientes posset irrationabiliter declinari, De quo catholicus exponens curare nō debet prout declaratum fuit in quæst. super prologum art. 5. Et notandū quod licet in exordio creationis mundi, & deinceps sępe pluralitas personarū diuinarum cū essentiæ unitate innuatur, non tamen numerus determinatus diuinarum personarum explicitę ostenditur vsque ad tempus Abrahæ in hac apparitione, ex quo dignitas Abrahę demonstratur, & pręsertim in his, quę ad fidem pertinent.

In eo. c. 18. vbi dicitur in postilla. Et adorauit adoratione dulię.

## ADDITIO. II.

Hæc adoratio uidetur esse latriæ, quia ubi dicitur. Domine si inueni gratiam. &c. ibi ponitur adonai, vt dictū est. Adorabat enim Abrahā deū repræsentatū per istos tres uiros, Vnde Aug. 15. de ciui. dei. Abraham in tribus viris Deum cognoscebat, cui per singularē numerū loquebatur, etiā cū eos homines esse arbitraretur. Hęc ille. Nec ualet quod Hebræi dicūt, ꝙ unus apparebat quasi dominus inter alios, quem Abrahā alloquebatur. Nā Abrahā ibi expresse uocat se seruū illorum, nō tn̄ vni⁹. Dicit enim: Idcirco declinastis ad seruū vestrū. De nominib. autem horum trium angelorum nō uidetur temere aliquid asserendum sed uerisimiliter uidetur esse dictum quod ille qui venerat ad denunciādum Saræ conceptum, a qua Christus secundum carnem nasciturus erat, esset Gabriel. Ipse enim denunciauit Danieli tempus aduentus Christi. Dan. ix. f. Similiter & Zachariæ conceptum præcursoris ipsius Christi. Luc. 1. a. Et finaliter beatæ uirginis Christi conceptionem. Luc. 1. ca.

In eo. c. 18. ubi dicitur in postil. Secundum autem alia expositionem.

## ADDITIO. III.

Secundum uero expositionem. s. catholicam supra dictam iste qui vocatur hic dominus, est uerus Deus sub ratione deitatis ab Abraham apprehensus, non habito respectu ad distinctionem personarum, sicut in q̄ quamplurimis locis sacræ scripturæ reperitur.

In eo. c. 17. ubi dicitur in post. Vltra verò decem non descendit.

## ADDITIO IIII.

Hier. 5. a. legit: Circūite uias hierus. & q̄rite ī plateis ei⁹, an inueniatis virū facientē iudiciū, & q̄rētē fidē, & ppiti⁹ ero ei hierus. ex quo uī ꝓ iustitia uni⁹ hoīs, nō esset irrationabile ꝙ liberaretur vni⁹ popul⁹. Vn̄ non vī extraneū. ꝙ Abrahā ausus fuisset petere quod Hier. in psona domini cōcedebat. Ad ꝗ dictū ꝙ in hoc loco deus loquitur more humano, ut doceret Abrahā, q(ut deus in hoc loco testat) præceptu rus erat filiis suis ne domui suæ post se custostire viā domini, & facere iudicium, & iustitiam addisceret, quoniam procedendum esset per viā iustitię in puniendis magnis flagitys, quæ publicā euidentiā habent, de qb. intelligit clamor. Vnde secundum Ambr. Peccatum cum clamore, culpa cū libertate est. Et ideo istę collatiōes inter Deum, & Abrahā referēdæ sunt ad informationē ipsius Abrahæ modo humano, ut cū dicit, descēdā & uidebo, præcipitationē iudicy cōpesceret, præsertim quo ad maiora crimina, quę quanto acrius sunt punienda, tanto uidentur tardius credēda, ut in gl. Abrahā autē nō petiuit in hoc loco misericordiā simpliciter, sed admixtā cum iustitia, Vn̄ dicit: absit à te, ut oc. iu. cū im. et. Et ideo postq̄ accessit ad numerum decē, cessauit ultra petere, æstimans ꝙ modicum quasi nihil reputatur, ut dicit philosophus. 2. Phy. Hieremi. vero in persona dei more diuino loquitur, cuius misericordia est infinita, vt sic etiā propter unum tantum parcendum dicit esse quandoq. cæteris:

## REPLICA.

Correctory cōtra Burg. fictorē. In c. 18. exponit postillator apparitionem factam. Abrahæ secundum intentionem Hebræorum & etiam doctorum catholicorum ad literā multum sufficiēter & intelligibiliter. Sed quia mysticā expositionem hic non tangit, sed in opere suo morali. Burg. dicit eum superficialiter facere, & facit longam digressionem, quę tamē ad sensum literalem non uidetur pertinere. Nam illum passum, Tres vidit & unum adorauit, et exponit de trinitate personarum & vnitate essentiæ, per allegoriam. Similiter beatus Aug. 2. de tri. c. 5. & glo. ordi. unde etsi in hac apparitione deus repræsentabatur ad literā, & ī eius persona fiebat locutio ministerio angelico in corporib. assumptis. Abraham tamen primo putabat eos esse homines, quib. humanitatis impendebat obsequia, sed ex colloquio aliquid supra homines excellētię habere eos cōcepit, vtputa scire occultum, scire risum, etc. quę ex litera trahi possunt, unde nō dubitauit Deum adesse. Hęc est sententia beati Aug. 16. de ci. Dei. c. 18. & magistri histor. Patet ēt in speciali ex gestis Abrahæ ipsum primo non intellexisse Deum uel angelos fuisse in hac apparitione. Quemadmodum sentit Burg. hic contra postillatorem. Nam stultum fuisset deo uel angelis pedum corporalē exhibere loturā, nec minus stultum intelligentiys infatigabilibus deputare locum quietis post laborē, multumq. irrationabile immortalib. proponere cibum. Qui enim cibo egent immortales esse non possunt. Quod uidit Aristoteles in lumine naturali, & Abraham non dubitauit, nec dubitare debuit ex lumine fidei. Ex quib. manifestum est ꝙ primum putabat eos homines esse, & pro tunc eis cultum duliæ tantummodo exhibuisse, sed per colloquia, mores, & eorum conclusiones & determinationes continuo didicit Abrahā angelos eos esse, ipsumq. deum repręsentare, Idèo aliquando loquebatur eis pluraliter dicēs: Idcirco declinastis ad seruum uestrum. Aliqn̄ singulariter dicēs: Nunqd pdes iustum cum impio, sicq; exhibuit eis cultum hyperduliæ, sed si latriæ, recepit signatum pro signo, repræsentatum deum pro repræsentantib. angelis. Quib. bene pensatis soluuntur faciliter ea quæ per Burg. sunt adducta in contrarium.

In eo. c. ubi postillator exponens adorationem Abrahæ dicit eam fuisse latriā, allegans ad hoc quod in Hebræo habetur Adonai, ubi nos habemus dn̄e. Hos uidetur Burgen. fingere, quod in Hebræo scilicet habeatur Adonai. Nā Exo. 6. a. dicitur: Ego sum dn̄s qui apparui Abrahā, Isaac & Iacob, & nomē meū Adonai nō indicaui eis? Quomodo igitur Abrahā vocasset dn̄m Adonai cum nomē illud nō fuit ei notum nec indicatum. Et puto eum sępe sic fingere qn̄ loquitur de Hebraica ueritate. Hoc tn̄ nō urget, quia sm̄ beatum Hiero. Adonai nō est proprium nomē, quia interpretatur dominus vel dominator, quę possunt cōuenire alys quā ei cui latria est adhibenda. Nec valet instantia ad illud quod dicunt Hebręi, uuum illis trib. apparuisse quasi alys præstantiorē, quia dicit Burg. ꝙ Abrahā dixi se seruum oīum trium. Stat enim apparere regē cum quatuor uel quinque principib. Inter quos rex appareret solennior, & tn̄ quis dicat se seruum oīum. Sed in principali uidetur Bur. implicare. Allegat enim beatum Aug. qui d Abrahā arbitrabatur eos homines esse, sicut & uerum est, ut patet ex dictis in pcedenti. Et ibidē Burg. dicit Abrahā deo latriā exhibuisse in proposito, qui singulariter de eis loquebatur. Vnde arguitur contra Burg. quia Abrahā in eodē literę contextu loquebatur de eis pluraliter, igitur nō exhibuit eis latriam à contrario sensu. igitur si exhibuit latriam, non exhibuit latriam, quæ est implicatio, Nec fortasse ualet fugere ad mysteriū trinitatis personarū, quia hoc ueteri lege fuit ualde uelatū, quāuis multipliciter fuit sub uelaminib. expressum. Nec Abrahā adhuc in hoc loco in eo mysterio forte plene fuit instructus. Quib. sic stantib pro Burg. respondetur, quod cū Abraham eos quos æstimabat esse hoīes, ex certis signis cognouit angelos esse, & ipsos Deum repræsentare, locutus est eis singulariter, habendo respectum ad angelos repręsentantes, & ita æstimatione prima exhibuit illis duliam, ut vult postillator. Sed posthac melius instructus propter repræsentatum latriam exhibuit, ut vult Burg. Et hunc intellectum uidetur aperire idem Burg. in additione sequenti ubi dicit ꝙ Abraham apprehendit in hoc loco Deum uerum sub ratione deitatis, non habito respectu ad distinctionem personarum. Sed quid ueritatis habeat hoc Burg. quo ad aliqua, alium requirit tractatum. In eodem cap. ubi postillator dicit Abraham ultra decem non descendisse, &c. Burg. instat per illud Hiere. 5. a. Circumite vias Hierusalem, &c. ubi secundū quod Bur. exponit pro unius iustitia tantū conceditur uenia toti communitati

A

ritati; ergo fuisset contrarium Abrahā petere pro paucioribus quā decē. Hic dico quod illū possunt Hieremias aliter postillator exponit & melius dicēs, quod virum, nō accipiatur hic pro unico tātū, sed accipietur singulare pro plurali. Sicut Exod. 8.f. Venit musca grauissima. i. multitudo muscarū. Probat autē suā expositionem ex eo, quia ibi erant Hieremias, Baruch & Abdemelech Aethiops, qui iusti commemorātur. De duob. primis dubium non est. De tertio dicitur Hierem. xxxix.d. Anima tua erit tibi in salutem, quia in me habuisti fiduciā, ait dñs. Et hunc locum dimittit Burg. intactū: Nec valere uidetur distinctio Burg. de modis loquendi hic & ibi, diuino. s. & humano, quia vtrobique sunt quæstiones, non decisiones. Deus enim parcit aliquando multis propter paucos, aliquando autem non parcit propter multos. Nam 3. Regum. 18.a. habetur quomodo non pepercit Samariæ, sed totam afflixit fame propter idololatriam, cum tamen saluati fuerat septem millia virorum qui non curuauerant genua sua ante Baal: vt patet. xix.a. ibidē. Sic & aliquando punit multos propter vnum, sicut propter peccatum Dauid, ut patet. 2. Regum ultimo. quorum omnium causas quærere non est præsentis propositi.

D

a CAP. XIX.

Veneruntq; duo angeli, &c Notādū quod tres angeli numero impari Abrahę apparent, qa numero impari Deus gaudet. Sodomā venerūt pari numero. i. duo, q numerus primus ab vnitate recedit, & princeps est alteritatis, quasi fœmineā figurās mollicié. Venerūt in vespere, quia iā Sodomitis occubuerat sol iustitiæ.

Nota de impari numero.

b Qui cū vidis. &c. Dum occurrit Lot & adorat angelos videt intelligere, dū ad refectionē corporis inuitat, homines uidetur putare. Sic de his & de illis qui Abrahę apparuerunt, idē intelligēdū est. Ex hoc aūt loco scripturæ & multis alijs cōmendatur virtus hospitalitatis. Vnde Paulus Heb. 13.a. Hospitalitatē nolitæ obliuisci. Per hāc enim placuerūt quidā Deo, angelis hospitio receptis.

Pueri, serui. Hospitalitas cōmendatur

B ✲ CHRYSO. Verè admirari licet Loth uirtutem, qui commersans in medio impiorū, nō solū nō fuit negligētior, sed maiorē uirtutē prę se tulit. Vbi sunt qui dicūt, quod non sit possibile in media ciuitate seruare virtutē, sed opus esse secessu & mōtana. quadā cōuersatione? Et hęc dico nō prohibēs secessum ab urbibus, sed mōstro nolēti sobrieagere nihil indè obstaculi esse.

Homi. 43.

Cœnā eis parat.

✲ GLOSSA GRECA. Notandum

i. ciuitatis Sodomæ. alii nō habet † illius

tādū ubi bñficia Dei explicantur, Deū adesse, ubi uero supplicia exercentur, Angelos mitti, ut sciamus Deo benefacere, iucūdū & placitū Deo proprie esse, vlcisci uero Deo, ingratū esse.

✲ PROCOP. Tres adeunt Abrahamum, duos ueniunt Sodomam. Nam pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, cui adest naturaliter spiritus sanctus.

## CAP. XIX.

a Veneruntq. duo angeli Sodo-
a Expectante cuius libet hospitis aduentum:
mā vespere, sedēnte Lot in
b foribus ciuitatis. Qui cū vi-
a Vt appareret quàm hospitalis esset.
disset eos, surrexit & iuit obuiā eis, & adorauit pronus in terrā, & dixit: Obsecro, dñi, declinate
c in domum pueri vestri, & manete ibi. Lauate pedes vestros, & mane proficiscemini in
a Futurum exterminium significant, dum se immunes & abhorrere flagitia Sodomorum monstrāt.
viā vestrā. Qui dixerūt. Minimē, sed in pla-
d tea manebimus. Cōpulit illos oppidò, vt di-
a Quia humana forma indutos vel vestitos videbat.
uerterēt ad eū. Ingressique domū illius fecit
a Quia immunis e fermento nequitiæ Sodomorum.
conuiuiū, coxit azima, & comederūt. Prius
a Quia tranquillitatem castitatis semper inquietare molitur circumstrepens fartago libidinum.
aūt quā irēt cubitū, viri ciuitatis vallauērūt domū † illius a puero vsq. ad senē, oīs populus simul. Vocaueruntq. Lot, & dixerūt ei: Vbi

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

✲ GREGOR. Angeli quos prius infirmos abiectosq; despexerant, iā socios venerātur. Hīc est quod Loth & Iosue angelos adorant. nec tñ adorare prohibentur, Ioānes uero in apocalypsi sua adorare angelū voluit, sed tamē idē hunc angelus ne se debeat adorare compescuit, dicēs, Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum.

Hom. 8. in euang.

Loth hospitalius angelos hospitio suscipiētis.

Apoc. 22. E

c Lauate. Quod hospitib. solet fieri, ut affectus terreno puluere sordidati, & acidia, & pusillanimitate tanquā puluerulentis squaloribus emūdentur. Vnde in monasterijs pro uenientib. de uia oratio celebratur.

d Cōpulit illos. ✲ ALCV. Angeli quasi coacti domū Lot ingrediūnt, vt charitas ipsius tentata & probata remuneraret, & vt ostenderet quantum esset hospitalitatis bonum. Hospitalem domū ingressi sunt, & hospitem liberauerūt clausas hospitibus domos ignis ingressus, peccatores perdidit.

☞ 1 Habeo

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIX.

Diuica.

Veneruntq. duo ang. &c. Hic consequenter describit Abrahę exauditio, quātū ad liberatiōnē ipsius Lot, ī qua sic proceditur, quia primo ponit destructionis Sodomę occasio. Secūdo ipsius Lot liberatio. ibi: Iā propè erat vt effringerent fores. Tertio destructionis executio, ibi: Igitur dñs pluit super Sodomā. Quarto incestus perpetratio, ibi, Ascenditq. Lot de Segor. Circa primū sciendū, quod licet peccata preterita demeruissent subuersionē Sodomorū, tamē vltima occasio fuit ex nefario crimine, quod volebant cum angelis in specie iuuenū apparentib. exercere, quod describitur cū dicitur.

1 Veneruntq; duo ang. &c. Vnus ad subuertendum patriam, alius ad liberandum Loth & eius familiam.

2 Vespere. Tantum enim tardauerunt, ut uiderent si parceret terræ propter preces Abrahæ, quia erant angeli boni.

3 Sedente Lot in forib. ciui. Dicunt hic Hebræi, quod illa die sederat tanquā principalis inter iudices, qui tunc temporis sedebant ad iudicandū in porta ciuitatis, Sed istud non consonat literę sequenti. inf. eo. c. ubi dicitur ipsi Lot: Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? quasi dicatur, non, & ideo melius dicitur, quod in domo Abrahæ didicerat hospitalitatē, & ideo circa uesperā uenerat ad portam ciuitatis, ut uideret si uenirent peregrini, & eos duceret ad domū suā. Et ideo subdit.

4 Qui cum vidi. eos. scilicet in specie uirorum.

5 Surrexit & iuit, &c. Credens eos esse homines peregrinos.

C 6 Adorauitq. adoratione duliæ, ut facilius inclinaret eos ad declinandum in domum suam. Sequitur.

7 Qui dixerunt, minime. Videtur quod mentiti sint angeli, quia intendebant a domum eius declinare. Dicendum quod non, quia licet intenderent finaliter illuc ire, tamen non intendebant immediate ire ad petitionem primam ipsius Lot, vt per hoc declararetur magis pietas ipsius, & daretur alijs exemplum hospitalitatis. Ideo sequitur.

8 Cōpulit illos oppidò. i. valde, & tūc acquieuerunt, Simile habetur Luc. vlt. d. de duob. discipulis euntib in Emaus, cum quib. dñs erat in specie peregrini, & finxit se lōgius ire, cū subditur, quod coegerūt eum, remansit cū illis, Ex quo patet quod ad simplicē inuitationem non remansit cū eis, & ex istis locis & similib. habetur quod peregrini non solum sunt inuitandi ad hospitium superficialiter & leuiter, sed cum instantia magna.

9 Coxit azima, &c. Ex hoc loco dicunt Hebræi, quod tempus erat paschale, in quo precipitur in lege, quod Iudæi comedant azymos panes septē dieb. Et quod Lot istam obseruationem didicerat in domo Abrahæ. Sicut enim aliqua alia cerimonialia ante dationē legis obseruabantur, vt de circuncisione dictū est c. 17. Et de obseruatione sabbati. c. 2. Ita dicūt hic de obseruatione paschali, Sed hoc videtur falsum, quia Exo. 12. e. ubi agitur de exitu filiorū Israel de Aegypto, dicitur, quod exierūt nocte paschali. Et causa quare tūc cōederūt panes azymos assignatur, quia nō poterāt aliquid fermētare, eo quod Aegyptii cogebāt eos exire. ex quo manifeste patet, quod nō habebāt azima comedere ex aliqua obseruatione prius instituta, sed ex hoc quod in illo exitu fuerūt coacti vti azymis, institutū est ut de cętero in solennitate paschali azymis uteretur, in memoriā sui exitus de Aegypto. hoc ēt uidetur ex nomine paschæ, quod trāsitus interpretatur, eo quod illa nocte angelus dñi transijt per Aegyptum, Aegyptios percutiēs, & filios Israel saluās, & qa eadā nocte filij Israel incęperūt exire de Aegypto se disponēdo ad exeūdū in mane, ut uidebitur Exo 13.a. trāsirēt ad terrā promissionis. Propter quod nō uidetur quod antea esset aliqua obseruātia paschalis. Et ideo quādo dicitur, Coxit azyma, hoc est, qa tales panes cito possūt fieri hospitib. aduenientib. Sequitur.

F

10 Omnis pop. &c. Synecdoche est locutio, sicut dicitur, Tota ciuitas currit ad tale spectaculū, licet aliqñ maior pars remancat. Non enim est uerisimile quod totus populus ciuitatis magnæ esset circa domū Lot.

✲ Educ

MORALITER.

Veneruntq. duo angeli, &c. In hoc capitulo tria describuntur, scilicet ipsius Lot salus, Sodomorum interitus, & ipsius Loth incestus. Circa primum dicitur.

1 Veneruntq. duo angeli, &c. Per quos designantur prędicatores simul combinati. sicut dicitur Lucę. 10.a. de prędicatoribus euangelii, Misit illos binos ante faciem suam, &c. Qui debent denunciare Sodomæ, i. congregationi malorum destructionē.

2 Sedente Lot in forib. ciu. Vt peregrinos duceret in domū suā, per quod designatur quod homo iustus studeat alios inducere ad iustitiā. Prouer. 21.b. Excogitat iustus de domo impii, ut detrahat impios a malo. Et qm sicut iusti nituntur impios a malo retrahere, sic impii iustos ad malū inducere. ideo subditur.

✲ † Viri ciuitatis valla. do. vt cū angelis, quos homines putabāt, facerent opus nefarium, sed quoniam iustus pro posse malum nititur impedire. ideo subditur in persona eius.

a *Habeo duas filias.* AVG. Vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum vel quorumlibet peccatorum, vt faciamus mala ne fiant grauiora, an perturbationi Lot non sit consilio tribuendū, merito quęritur? & nimirum periculosissime hæc cōpensatio admittitur. Si aūt perturbatio mentis fuerit, nullo modo est imitanda.

A in q. super Genesim.

Hom. 43. Sodomorū libido.

✠ CHRYSOST. Qualem defensionem habebimus, cum iustus neque filiabus parcit, vt hospitum seruet curā. Nos autē ita im misericorditer erga fratres nostros afficimur, & sæpe frigida verba proferim*. Quid mihi cum eo commune.

b *Et introdux. ad se Lo.* GREGOR. Malis aduersantib. intra domū Lot reducitur & munitur, quia quisque iustus prauorū insidias sustinens, ad mētem reuertitur, & manet interritus. Sodomitę in domo Lot ostiū inuenire nequeunt, quia corruptores mentium cōtra vitam iusti nullum reprehensionis aditum inueniunt, percussi cæcitate quasi domum circumeunt, quia inuidentes facta & dicta perscrutantur. Sed quia de vita iusti fortis & laudabilis actio vbique obuiat, errantes parietem palpant.

†4 dist. d. c. quod ait. 32. q. 7. c. si afferebat.

Dūmodo tātū mali. al. † vmbra culmi.

*Idcirco.

† vnus ingressus es.

1. solus.

*In virum Lot.

*que.

li. 6. Mor. cap. 16.

B

† 4 re. 6. d. 26. q. ... c. gres* &c. priusquā.

(a Filij noctis operibus noctis obtenebrare volunt filios lucis.)

sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc vt cognoscamus eos. Egressus ad eos Lot, post tergum accludens ostium, ait: Nolite

(a Perturbatus flagitio vult commutare.)

a (quæso) fratres mei, nolite malum hoc facere. † Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum. Educam ad vos, & abutimini eis, sicut

(a Homines tantum putabat. b Mos fidelium est ab omni iniuria hospites defensare.)

vobis placuerit, dummodo viris istis, nihil faciatis mali: quia* ingressi sunt sub † vmbra culminis mei. At illi dixerūt: Recede illuc. Et rursum:

(a Quasi peregrina iudicia non recipimus.)

† Ingressus es (inquiunt) vt aduena, nunquid vt iudices? Te ergo

(a Quos tentatione libido superare non potest, grauioribus stimulis vrget.)

ipsum magis quàm hos affligemus. † Vimq; faciebant* Lot vehementissimè Iam *propè erat, vt infringerent fores, & ecce miserunt ma-

(a Quia cum castitas bene vsque ad lapsum impetitur, sæpe bonorum adiutorio intra conscientiæ claustra inuiolata seruatur. a Quia aditus cordis contra prauos motus ratione munitur.)

b num viri, & introduxerunt ad se Lot: clauseruntq; ostium, et eos, qui

(a Auidentia. b Ita vt in iusto nihil reprehensibile viderent.)

c foris erant, percusserunt cæcitate a minimo vsque ad maximum, ita[b]

(a Cætera videbant.)

vt ostium inuenire non possent. Dixerunt autem *ad Lot: Habes hic

(a Familiares Lot, merito eius possent saluari, si voluissent cum eo a malis longe fieri.)

tuorum quempiam generum aut filios, aut filias? Omnes qui tui sunt,

(a Quasi plus valuit apud eos malum insolitum, quam bonum insolitum.)

educ de vrbe hac. Delebimus enim locum istum, eo quod increuerit

d clamor eorum coram dño, qui misit nos vt perdamus illos. + Egressus

1 2 3 4 5 6 7 8 9

c *Percusserūntque cæcitate.* AVG. Græce ἀορασίᾳ, id est, auidentia, si possit dici, quæ faciat non videri, nō omnia sed quod nō est opus. Quō.n. deficerent quærendo ostium, si cæcitate percussi essent, vt nihil viderent. Sua enim calamitate turbati nihil vlterius requirerent. Hac ἀορασίᾳ percussi erant, qui Heliseum quærebant & qui Christum post resurrectionem cū ipso ambulantes nō cognoscebant.

d *Egressus. &c.* HIER. In sequētib. filiæ Lot virgines fuisse legūtur. Et ipse ad Sodomitas dixit: *Ecce duæ filiæ meę, quę non cognouerunt virum, &c.* Nūc autem dicitur habuisse generos. Sed quidam arbitrātur eas, quæ viros habuerunt in Sodomis periisse, & quæ virgines erant cum patre exisse. Sed Hebraica veritas habet. *Egressus est Lot. Et locutus est ad sponsos, qui accepturi erant filias eius.* Virgines ergo filiæ necdū fuerant matrimonio copulatę.

✠ CHRYS. Ne putes diuersa esse, q̄ a iusto superius sunt dicta. Mos.n. veterib. illis erat ante multū tps sponsalia facere, sæpè itē & cohabitare desponsatis, & simul cū parētib. conuersari. Quia igitur iā desponsatio erat facta, ideo vocat eos generos.

D in q. super Genesim.

in q. Heb.

1. Pe. 2. b

Sap. 19. c. Deus eripit Lot a Sodomitis quorū prædicit subuersionem.

E *viri.

Vbi supra

c Per ... a Cum

NICOLAVS DE LYRA.

Conseruā hospites.

1 Educ ills, &c. *concubitu nefario.*

2 Egressus ad eos Lot post, &c. *Ne intrarent domum eius, & impeterent hospites quos adhuc credebat esse homines.*

3 Habeo duas filias, &c. *Hoc dixit vt euitaretur maius malum, s. uitium contra naturam, & violentia hospitum suorum. De iure.n. naturali est conseruare hospites. Et patet litera. Hic quærendum est vtrum Lot peccauit offerendo filias illis luxuriosis? Et uidetur quod nō, quia de duobus malis minus malum est eligendum, sed maius malum est uitium cōtra naturam, quam defloratio uirginum per stuprum, ergo, &c. Itē Moses promisit dare libellum repudij, quod erat illicitum, secundum quod dicit saluator* Matth. 19. a. *ad duritiam cordis uestri, &c. Et hoc ad euitādum malum, s. vxoricidium. Vnde dicit glossa ibidem. Permissum est eis, ut uxores dimitterent, ne eas occiderent, & tamen Moses sanctus fuit, nec in hoc peccauit, ergo & ipse Lot potuit cōcedere filias suas ad euitandum uitium contra naturam, & violentiam hospitum suorū. Item licite permittuntur meretrices in ciuitatib. ne omnia turbentur libidinibus, secundum Augustinum. Contrarium uidetur per dictum Augusti. quod Lot turbatus dixit hoc quia tales commutationes non sunt faciendæ. Dicendum, quod illicitum fuit sibi concedere alsum filiarum suarum. Charitas.n. est ordinata, & ideo nullus debet cōmittere aliquid inordinatum quo ad se, vt præcaueat maiori peccato alterius. Vnde sicut dum* Aug. lib. *contra mendacium, etiam ad præcauendum homicidium non est mentiendum. Lot autem non potuit offerre filias suas modo prędicto, quin consentiret in re, quod erat peccatum de genere, non solum veniale sicut est mendacium officiosum, sed etiam mortale, tamen exoneratus fuit a tanto, & si non a toto. Tum ratione perturbationis mentis in qua erat. Tum quia vitio pessimo in suis conciuibus, & violentię in suis hospitibus occurrere intendebat. Ad primum in contrarium dicendum, quod verum est in corporalib. sed quod homo faciat peccatum quodcum que minimum ad euitandum maius in aliquo est licitum.* Non enim facienda sunt mala, ut ueniant bona, *secundum quod dicit Apostolus. Ad secundum dicunt aliqui, quod Moses non concessit ex se, quia pe cassit, sed autho. itate domini qui potest matrimonium coniungere & dissoluere pro ut sibi placet. Nec illi qui sic vxores dimittebant pecca*bant *quantum erat ex ipsa dimissione, sicut nec filij Israel peccauerunt spoliando Aegyptios authoritate domini, qui potest, prout vult vni auferre, & alteri dare. Poterat tamen esse peccatum in dimittentib. ex alia causa, s. si iniuste obediant vxores vel huiusmodi. Sed hoc dictum non videtur consonum verbo saluatoris. Matt. 19. b. & Mar. 10. b.* quod si quis dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchatur, *quod nō esset uerum, si primum matrimonium esset dissolutum. Et ideo aliter potest dici, quod repudium vxoris fuit permissum, quia non puniebatur in lege, non per hoc quod foret licitum, sicut & dare ad vsuram extraneo. ut habetur Deut. 24. a. ubi de hoc plenius dicetur. Ad tertium dicendū, quod lex humana permittit meretrices, inquantum non punit talem fornicationem, quia non potest omnia punire, sed aliqua rationabiliter dimittit Dei iudicio punienda, non tamen licitum est legislatori ad meretricium uel fornicationem inducere, etiam pro maiori malo vitando. Qd autem inducitur quod de iure naturali est conseruare hospites suos, &c. Dicendum quod quilibet tenetur hospites tueri inquantum potest per modum licitum, non tamen debet peccare ad eorum tuitionem propter ordinem charitatis, ut dictum est.*

4 Iam propè erat, &c. *Hic interponitur ipsius* Lot *liberatio, quia violentia super ipsum increscebat.*

Et ecce miserunt, &c. *id est, angeli, quia tempus erat ut ostenderent potestatem angelicam.*

5 Et introdux. ad se Lot. *inuitis omnibus qui erant circa domum.*

6 Et eos, &c. *Non taliter quod nihil uiderent, sed quia non uidebant ea quæ quærebant & volebant uidere, & vocatur talis cæcitas ἀορασία,* capiendo pro *ἀορασία quod est priuatio uidendi. Eodem modo percussi fuerunt illi qui quærebant Heliseum ut habetur* 4. Reg. 6.

8 Dixerunt autem ad Lot. *Reuelantes ei quod essent angeli missi ad subuertendam ciuitatem propter populi iniquitatem.*

8 Habes hic, &c. *Et hoc dicunt Hebræi quod Lot habebat duas filias maritatas in ciuitate, quarū fit hic m. Lot uocatur. Sed hoc nō uī uerū. qa infra & quod Lot iuit ad generos suos qui accepturi erant filias* suas. *ut saluaret eos, & multo fortius si habuisset in ciuitate filias maritatas & nepotes, citius iuisset ad saluandum eos, cætera patent ex q̄ sibi.*

Quæstio. Lot exponit filias. C

Quare meretrices permittuntur in ciuitatibus.

F

Non faciēda mala vt eueniant bona.

bant ... a Et

MORALITER.

1 *Habeo duas fil. &c.* Per quas intelligi possunt superbia temporalis & corporalis vita. Hęc.n. pro proximi salute sunt exponēda. Sed quia mali nolunt acquiescere verbis bonorum, ideò percutiuntur primò cęcitate per obstinationem. Et secundò igne & sulphure per æternam damnationem. Apoc. 21. b. *Pars illorum in stagno ignis & sulphuris.* Dicitur autem ipsi Lot, per quem figuratur iustus.

1 Noli

a *Cumq; esset mane,&c.* ISID. Lot frater Abraham iustus & hospitalis, in Sodomis significat corpus Christi, quod in omnib. sanctis inter impios gemit, quorum factis non consentit, & a quorum permixtione liberabitur in fine sæculi illis damnatis supplicio ignis æterni.

Mystice.

b *Dissimulãte illo,&c.* AMBR. Morabatur adhuc Lot, vt persuaderet generis suis, & penè non est profectus, vt euaderet, nisi vrgentibus angelis, & tenentibus manus eius egredi coactus esset.

li.2.de Abrahã c.6. †Accepturi erãt, lxx Acceperãt

ORIG. Ergo in flagitiorum excessu vrbib. non parcit Deus propter bonos, sed iustũ segregat, ne pereat cum impio.

Hom.4.

Nota perpetuo. eum, Lot. Scelere, vel punitione. †Dissimulante, tardante.

PROC. Non verbis solum a vitiis nos dehortatur Deus, sed opere & reipsa opitulatur, vnde Dauid. *Tenuisti manum dexteram meam.*

c *Noli resp.&c.* AVG. Ad hoc prohibiti sunt, quia non est animo redeundum ad veterem vitam, quia per gratiam regenerationis exuimur, si vltimum iudicium euadere cogitamus?

lib.16.de ciui.30. Ibique & factum est cũ eduxissent eos foras.

d *In monte.* STRA. Mons altitudinem virtutum significat, ad quam angelus hortatur, secundum illud Marc.19.c. *Si vis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, &c.* Qui vero viderit se non posse conscendere melius est vt in Segor, i. in paruula remaneãt, contentus laicali & cõmuni vita, quam montem virtutis arripiat, & ad secularia redeat. Virginitas altus mons est ad quam angelus hortatur. Si quis videt se non posse conscẽdere, maneat in Segor, i. in legitimo cõiugio, quam melius est mediocri bono vti, quã per abrupta libidinis præcipitari. Vnde 1.Cor.7.a. *Propter fornicationẽ unusquisque uxorem habeat.* Nec possum in monte, scilicet perturbatus, non credebat domino, quem in angelis agnoscebat, sicut perturbatus filias prostituebat.

Moraliter B

itaq; Lot locutus est ad generos suos, †qui acceperant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cũq; esset mane, cogebant eum angeli, dicẽtes: Surge, & tolle vxorem tuam, & duas filias quas hẽs, ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. †Dissimulante illo apprehenderũt manũ eius, & manũ vxoris ac duarum filiarũ eius, eo ꝙ parceret dominus illi, & eduxerunt eũ, posueruntq. extra ciuitatem, ibiq. † locuti sunt ad eum dicentes. Salua animã tuam. Noli respicere post tergũ, nec stes in oĩ circa regione, sed in monte saluũ te fac, ne & tu simul pereas. Dixitq. Lot ad eos: Quæso dñe mi, quia inuenit seruus tuus gratiã coram te, & magnificasti †gloriã & misericordiam tuam, quam fecisti mecũ, vt saluares aĩam meam, nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum & moriar. Est ciuitas † hæc iuxta ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea. Nunquid non modica est, & viuet anima mea? Dixitq; ad eum. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem, pro qua locutus es. Festina & saluare ibi, quia non potero

a Quos prauæ consuetudinis amor ligauerat
a Quia opus lucis est a malis recedere.
a Qui aliquo affectu carnali malorum consortium exire dissimulant, crebra bono rum admonitione cogendi sunt, ne bonos mores corrumpant exẽpla malorum.
a Ne redeas ad Sodomam.
b Quia nemo mittens manum in aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei. c Sicut Sodomitica cætera fuge vitia.
a Culmine virtutum.
a Necdum se perfectioni virtutum idoneum sentiebat.
a Si cœpero scilicet quæ ferre non possum.
a Segor, quæ sic vocata est, ex quo Lot dixit, Est ciuitas parua.
a Hoc est, non sufficit imbecillitati meæ ad vitam.
a Quasi, Qui potest capere capiat. b Id est, acquiesco precibus tuis.

e *Est ciuitas,&c.* ISID. Sodoma interpretatur cæcitas, & exprimit mundana desideria. Altitudo montium speculatio perfectorum. Sed quia multi mundi illecebras fugiũt tñ in actione positi contemplationis apicem subire nequeunt. Exiuit Lot a Sodomis, sed ad montana non peruenit. Vnde Lot ait *Est ciuitas hæc,&c.* Iuxta dicitur, & tamen ad salutem tuta, quia actiua vita nec a mũdi curis ex toto discreta, nec a gaudio æternæ salutis est aliena.

Allegor.

f *Ad quam poss.&c.* Qui ad cõtemplatiuam ascendere non sufficiunt, ad actiuam vitam confugiunt, in qua saluantur.

GREG. MORAL. Atentem Sodomam fugere est incendia carnis declinare. Altitudo montium, mundi cõtẽptor. Vel in monte sunt qui carnali copulæ inhærent, sed nisi cura suscipiende prolis, nulla soluũtur voluptate carnis. Sed quia multi carnis scelera deserunt, nec tamen in coniugio carnis positi, vsus solummodo debiti iura cõseruant. Exiit Lot de Sodomis, sed non mox ad montana peruenit, quia damnabilis vita relinquitur, sed adhuc celsitudo coniugalis continentiam subtiliter non tuetur. Est in medio Segor quæ fugientem infirmum saluet quia cum per incontinentiam miscentur coniuges, lapsus scelerum fugiunt, & cum venia saluantur. & quasi paruam ciuitatẽ inueniunt, in qua ab ignibus defendentur, quia coniugalis vita nõ virtutibus mira est: sed tantum a suppliciis secura. Vnde: *Est ciuitas hæc, &c.* Vitam suam coniuges, quasi in praua ciuitate custodiunt quando pro se assiduis orationibus intercedunt. vnde ad Lot dicitur.

Lot ridetur a generis suis. Egredi cogit ipsum Lot Deus. in pastora li par.3.c. 28. Sap.10.a.

†alias locutus est dominus ad eũ, Salua. E

Domine mi domini mei. †alias non habet gloriam &.

†alias hic.

g *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas,* quia cum Deo ratio funditur, talis vita coniugii nõ damnatur vnde 1.Corinth.7.a. *Noli te fraudare inuicem,&c.*

Preces tuas, faciẽ tuam. Heb. pro exaudiui te.

e Est a Igi-

NICOLAVS DE LYRA.

C

1 Et visus,&c. *id est, irrisorie. volebat.n. dominus quod perirent cum aliis per istos designatos peruersi & in peccatis obstinati, qui quãdo audiunt cõminationes de districtione iudicii futuri, reputant quasi ridiculũ.*

2 Cumque esset mane. *Tota.n. nocte fuerat deprecatus in oratione pro populi liberatione.*

3 Cogebant eum angeli. *Volentes diuinum mandatum exequi.*

4 Dissimulante illo ap. *Quia semper retardabat quærens misericordiam Dei super populum. Sequitur.*

5 Salua animam tuam. *Ac si dicerent: Sufficiat tibi saluare vitam tuam, & illorum qui tecum sunt.*

6 Noli respicere, &c. *Per inordinatum affectum ad ea quæ remanẽt in ciuitate, quia hoc esset contra diuinam iustitiam, quam tibi annũciauimus.*

7 Nec stes, &c. *Quia venerant ad subuertendum cum Sodoma quatuor alias ciuitates, & etiam spacium intermedium.*

8 Sed in monte, &c. *Hebræi dicunt in monte, id est, prope Abrahã, eo quod eius precib. Lot saluabatur, Alii expositores dicunt. In monte propinquo ciuitati Sodomæ, quia dominus volebat destruere vallem in quã erant prædictæ ciuitates.*

9 Dixitq; Lot, &c. *Licet.n. loqueretur duob. angelis, tamen direxit sermonem suum ad illum qui venerat ad saluandum ipsum.*

10 Nec possum in monte, &c. *secundum expositionem Hebræorũ. In monte id est, prope Abraham qui tunc manebat in monte, magis tñ remoto a Sodoma quam mons ille de quo loquuntur alii expositores, timebat.n. Lot sẽm expositores Hebræorum, ne si veniret iuxta Abraham qui erat sanctus, eius imperfectio magis appareret, & a Deo puniretur, qui tamen de Sodomis saluabatur, in quorum comparatione iustus erat. Simile habetur tertii Reg.17.b. de muliere Sareptana, quæ dixit ad Heliam. Ingressus es ad me, vt memorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum. Alii expositores dicunt, quod Lot dixit hoc, eo quod mons ille propinquus erat Sodomæ, & timebat ne subuersa ciuitate mons rueret. Vel quia erat senex, timebat ne frigus ipsum apprehenderet ibi & infirmaretur. Et ideò petit pro alio loco.*

F

11 Est ciuitas, &c. *Ac si dicat: Modicus est ibi populus, & per consequens iniquitates eius non sunt tantæ sicut aliarum quatuor, propter ꝙ facilius potest parci illi ciuitati.*

12 Et saluabor, &c. *Quod etiam concessum est ei. Sequitur.*

13 Festina & sal. &c. *sicuti petisti.*

14 Quia non, &c. *Hoc autem dixit angelus, qui erat missus ad subuertendum. Sciebat enim uoluntatem domini de liberatione Lot, contra quam venire non poterat, nec uolebat.*

1 Idcir-

MORALITER.

1 *Noli respicere post tergum.* Quia damnatis non est compatiendum, sed magis de diuina iustitia congaudendum. Psal. quinquagesimoseptimo.b. *Lætabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Circa secundum scilicet salutem ipsius Lot dicitur.

1 *Ascen-*

a *Igitur dominus pluit super &c.* GRE. Sulphur, foetor carnis, ignis ardor carnalis desiderii, cum dominus carnis scelera punire decreuisset, qualitate vltionis innotuit macula criminis. Sulphur.n. foetet, ignis ardet, qui ergo ad peruersa desideria carnis fetore arserant, iure sulphure & igne perierunt, vt ex iusta pena discerent, quod iniusto desiderio fecissent.

Sodomorum interitus. Isaiae 13.d. Iere.50.f. Eze.16.f. Ose.11.c. Amos 4.d. Luc.17.f. Iud.1.c. Sap.10.a.

STRAB. Notandum quia primos peccatores aqua diluuii exterminauit, qui similiter offenderant Deum concupiscentia carnis Sodomitae vero grauiori supplicio ignis, scilicet & sulphuris diluuio perierunt. Licet enim illi mensuram excederet, quasi naturaliter peccabant, Isti vero contra naturam, ideo grauissimi supplicii exemplo damnati sunt.

25.q.5.qd ergo 1.q.4 c.Ecc §.ite David. 24.q.3.§. in pr.32.q. 7.flagitia. 42.d. §.1. De pe.d.3 c.sunt plures.§. authoritas,d excess.pr. lat.c.cle.

b *Vniuersos habita.* ALCV. Infantes cum parentibus in Sodomis cremati sunt, ne posset aduerti impiissimum facinus Sodomitarum si de origine eorum aliquod remaneret vestigiu. Et praemissum est illis, ne diu uiuentes sequerentur exempla patru, & grauius punirentur Parentes quoque tam pro se quam pro eis rei sunt. Mors enim filiorum crimen est parentum. Ideo futuri sunt accusatores eoru. Est etiam qualecumque beneficium, non reum esse qui gloriosus nō est, prodest enim pauperem nō esse, qui rex esse non potest.

Vxor Lot in statuā salis versa. Luc.17.g. Supr.18.a Propter Abrahā liberatus est Lot. Mystice. †40.d.c. quelibet 32.qō.4.c. dixit Sara. Iustitia. Lot.

c *Respiciensq; uxor eius.* ISID. Vxor, eorum genus figurat, qui gratia uocati retro aspiciunt & ad ea quae reliquerāt redire contendunt, de quibus dicitur Luc. 9.g. *Nemo ponens manum in aratro & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Ideo prohibetur illis retro aspicere. In quo ostenditur nō esse redeundum ad veterē vitam, his qui per gratiam, sunt regenerati, si vitimū cupiunt euadere incendium, vxor retrospiciens in salem versa est, exemplū facta. f. & condimentum vnde alii saliantur: Vnde Christus ait Luc.17.g. *Mementote uxoris Lot*, vt nos scilicet tanquam sale condirer, ne negligentes essemus, sed prudenter caueremus.

Ex catena Graeca.

✠ PHILO. EPISC. Sunt ex Hebreis nonnulli qui tactam de coelo mulierem credāt ita vt ossa sulphureo igne perusta in salis statuam verterentur.

d *Cum enim subuerteret* Innuit scriptura magis meritis Abrahae Deū liberasse Lot, vt intelligamus iustū esse dictū, quodāmodo. Maxime, quia colebat vnū verūq; Deū, & cōparatione Sodomorum, inter quos viuens ad finē illi sceleris sic esse nō potuit.

e *Recordatus est Abrahae.* Patet meritis Abrahae Lot fuisse liberatum, quem scriptura appellat iustum. Et sciendum, quia iustus erat, non sicut Abraham sed cōparatione Sodomitarum.

*Esa.13.d. Hier.50.f.

f *Ascenditq; &c.* Sic cōiugati de humilitate actiuae vitae, aliquando ascendunt ad altitudinem contemplatiuae.

*Ascenditque Lot de Segor, &c.* HIER. Quaeritur cum primum montis fugae Segor praetulerit, & eam in qua habitaret, liberari uoluerit. Rursus de Segor ad montem transierit. Respondebimus, veram esse Hebraeorum de Segor coniecturam, quod frequenter terraemotu obruta, primū Bale, & post Salisa dicta sit. Timueritq; Lot dicēs. Si ceteris stantibus ista saepe subuersa est, quāto magis in communi ruina nō poterit liberari? & hāc occasione infidelitatis cōtra incestus fuisse. Qui.n. caeteras viderat subrui, & hāc stare, seq; Dei auxilio erutu, de eo q̄ sibi cōcessum audierat, ambigere non debuit.

in qō Hebraicis. Peccatum vxoris Lot †Lu. 17 g. †35.d.c. sexta die 15.q.1 c.in ebriauerunt.40.d. quālibet.

fauillā fumum.

g *Dixitq; maior ad min.&c.* HIER. Quod pro excusatione dicitur filiarū, quia genus humanū defecisse putauerunt, ideoq; cum patre accubuerunt. Non autem excusat partē quod sequitur, *& nesciuit quod dormissent cum eo*, appūgunt.n. desuper Hebraei obelo, quasi superfluū, quasi incredibile sit, quia rerū natura nō capiat coire quēpiā nescientem.

in q.10. Heb. Lot timidus egreditur Segor.

✠ ORI. Videtur mihi Lot in parte culpabilis, in parte excusabilis inueniri. Excusari namq; potest, quod a concupiscētiae & volūtatis crimine liber est. & quia neq; ipse voluisse arguitur, neque volentib. cōsensisse. Subiacet vero culpae, quod decipi potuit, quod vino nimis indulsit, & hoc nō semel sed iterum fecit.

Hom.5.

☞ THEO

facere quicquā, donec ingredieris illuc. Idcirco vocatum est nomē vrbis illius Segor
a Id est parua.
a Quia corrupta ciuitas sub face damnata est. b Fugiens incen. dii Sodomae.
† Sol egressus est super terrā, & Lot ingressus a est Segor. † Igitur dominus pluit sup Sodomā & Gomorrhā, Sulphur & ignē a dōmino de celo, & subuertit ciuitates has & b oēm circa regionē, vniuersos habitatores vrbiū, et cūcta terrę virentia. † Respiciensq; uxor eius post se, versa est in statuā salis, Abraham aūt consurgēs mane, vbi steterat prius cū dño, intuitus est Sodomā et Gomorrhā, et vniuersam terrā regionis illius, viditq; ascēdētem fauillā de terra quasi fornacis fumū. Cum.n. subuerteret dñs ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahę, et liberauit Lot de subuersione vrbiū, in quib. habitauerat. † Ascenditq; Lot de Segor, et mansit in mōnte, duę quoq; filię eius cū eo. Timuerat n. manere ī Segor. Et māsit ī speluca ipse et duę filię eius cū eo. Dixitq; maior ad minorē

a Putoris. b Vt terra in aeternum cresceret, nō sicut post diluuium virescebat.
c Diuino iudicio, quia putore & ardore luxuriae computruerunt.
a Quia clamor peccati eorum ascenderat in caelum.
a Quae similia faciebat.
a Quibus delectati fuerant.
a Quasi mente reuersa, vt fatuos hoc exemplo condiret.
b Condimentum fidelium poena impii eruditio iusti.
a Per reliquias combustionis imprimitur nobis memoria subuersionis, ad exemplum correctionis.
a In quem prius monente domino ascendere noluit.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Idcirco, &c. *id est parua, propter verbum Lot, qui dixerat*, Nunquid non modica est, &c. *Sequitur.*
2 Igitur dominus pluit. *Hic ponitur subuersionis executio, & quia poena debet correspondere peccato. Ideo subditur.*
3 Sulphur & ign. *Ignis enim sulphureus habet ardorem & fetorem ad significandum vitiū Sodomorum cuiusmodi est vitium contra naturam, quod foetet vilitate, & ardet concupiscentiae feruore.*
4 Et subuertit ci.&c. *per ministerium angeli. Dicunt enim Hebraei, quod illae quatuor ciuitates erāt sitae super rupem vnam, & angelus subuertit rupem illam, & per cōsequens ciuitates desuper situatas. Alij expositores dicunt*, Subuertit. *i. destruxit igne sulphureo praedicto.*
5 Respiciensque. &c. *inordinato affectu contra praeceptum angeli.*
6 Versa est, &c. *Dicunt autem Hebraei, quod hoc fuit, quia nocte praecedenti peccauerat in sale, vt sic poena corresponderet peccato, petenti enim Lot pro condimento sibi angelorum, quos homines credebat, ipsa renuit apportare, quia secūdum modum Sodomorum, inter quos habitabat, affectum ad hospites non habebat. Nostri autem expositores dicunt quod factum sit in figura. Sal enim est condimentū ciborū, & ideo vxor Lot respiciens retro uersa est in statuam salis, quia punitio eius dat condimentū sapientiae poenitentib. ne ad pristina peccata reuertātur, propter quod & ipse Dominus dixit* Luc.17.g. Memores estote vxoris Lot. *Et ista expositio licet mystica videatur, potest tamen dici literalis. prophetae enim sancti qui prophetabant spiritu Domini aliquādo prophetabant verbis. Sicut Hieremias destructionem praedixit ciuitatis Hierusalem, Hier.35.d. Aliquando enim prophetabant factis sicut idem Hieremias posuit cathenas ligneas in collo suo. Hier.27.a ad designandum quod sic ducerentur cathenati in Babylonem Et eodem modo dicendum quod ipse dominus cuius spiritu locuti sunt prophetae, aliquando insinuat futura verbis, vt patet quasi innumerabilibus exemplis in scriptura, aliquando factis, sicut in hoc loco de vxore Lot, & in pluribus alijs.*
7 Abraham au. &c. *motus pietate vt videret quid factum esset circa regionem illam, pro qua die praecedenti dominum rogauerat.*
8 Viditque al. &c. *id est, quasi fornacis in qua coquuntur lapides pro calce facienda. Sequitur.*
9 Recorda. est, &c. *Ex quo patet quod Lot non solum fuit liberatus pro iustitia sua, sed principaliter pro precibus Abrahe.*
10 Ascenditque, &c *Hic consequēter describitur incestus ipsius Lot, videns enim ciuitates quatuor quę erant in valle subuersas, vnde etiam montem de cuius subuersione timuerat, timuit ne Segor quę erat in ualle subuerteret, ideo ascendit in montē cū duab. filiabus suis. Ciuitas etiā Segor post eius recessū subuersa est, sicut ppter eū fuerat saluata ad tps.*
11 Dixitque ma. &c, *Ac si diceret, cito in eo deficiet uirtus generandi, uel forsitan morietur.*

1 Et

MORALITER.

1 *Ascenditq; Lot.* Quia periculū etiam viro iusto est manere pope locū peccatorum, ne patiatur in anima vel in corpore propter vicinitatē eorum sicut Supra.14.b. dictū est de isto Lot qui fuit captus a Chodorlahomor occasione Sodomorum.
† *Et mansit in mont.* scilicet, iustitiae, de qua dicitur Psal.35.b. *Iustitia tua sicut montes Dei.*
† *Timuerat enim ma.in.Se.* Timēdum est.n. viro iusto ne cadat a iustitia ex malorum consortio. Circa tertium, scilicet incestū Lot, qui significat hominē iustum, sciendum quod licet homo sit iustus, aliquando tamen diabolo procurante, & Deo permittente labitur in peccatū, cuius modus subditur cum dicitur.

1 Veni

✠ THEO. Quod si ebrietas haud omnino culpa vacat, ea tamen fuit quæ possit excusari. Vehementer enim commotus animo propter vxorem, molestèque ferens subitam rerum omnium spoliationem, ministrantibus vinum puellis, ignarus penitus quid illæ molirentur, libenter in aliorum oblivionem admisit. Ipsæ vero filiæ accusari nullo modo possunt. Nã cũ vidissent quatuor vrbes cũ omnib. vrbis igne deletas, submersã Segor, facile crediderunt genus humanũ esse peniturũ.

✠ IRENAEVS. Ipsæ filiæ excusabiles sunt, arbitrantes se solas relictas cum patre ad conseruationem generis humani.

STRAB. Lot inexcusabilis est, primo, quia angelo nõ credidit, deinde quia inebriatus est, & fuit peccatũ causa peccati.

HIE. Sic praua suggestio & delectatio, vt incestæ mulieres insidiantur continentib. vt accepta occasione torpẽtes vino fallaciæ imbuãt, & a statu rectitudinis quasi ignorantes deiiciant.

B a *Veni inebriemus, &c.* ALCV. Didicerant duæ filiæ Lot consummationẽ mundi futuram per ignem. Sed tanquam puellæ non perfectæ, neq; sciebant quod Sodomitis igne vastatis, multũ spaciũ integrũ remaneret, & suspicatæ sunt tale aliquid fieri in toto orbe. Nec audierãt, & ad reparandũ genus humanũ superstites se esse cũ patre. Et quamuis grãde crimẽ cõcubitus patris, minor videbat impietas, si seruata castitate spẽ posteritatis delerẽt. Ideo cõsiliũ ineũt, & patris mœstitiã vel rigorem vino mollĩũt, & singulis singulæ noctibus suscipiunt, ab ignorante conceptum, nec repetunt.

b *Dederũt, &c.* ISI. Lot in hoc loco legẽ significat, quã quidã ex illa pcreati, & sub illa positi male itelligẽdo quodã mõ se inebriãt, eaq; nõ legitime vtẽdo, in fidelitatis opera pariunt. Bona est enim lex, si quis ea legitime vtatur.

c *Conceperunt er. &c.* HIE. מואב Moab interptatur ex patre, & totũ nomẽ etymologiã habet. Ammõ vero, cuius, quasi causa nominis redditur, fili⁹ generis mei, siue ut melius est in Hebræo בן עמי, benãmi, id est filius populi mei, sic deriuatur vt ex parte sensus nominis, ex parte ipse sit sermo. Ammon enim a quo Ammonitę vocatur populus meus.

d *Vocauit no. &c.* THEOD. Videtur hæc impudẽtior, quæ suũ icestũ ad posteros quoq; transmittere voluit. Moab enim de patre significat. Altera verecundior, quæ filio nomẽ indidit, Benãmi. i. filius populi mei.

Margin: A · q̃st. 69. · 4. d. c. qualibet · 32. q. 4. c. dixit Sara · 15. d. c. sex to die. · lib. 5. c. 51. · Ebrietas Crimẽ incestus Lot cũ filiabus · Vbi supra · 1 ammõ be ammi, i. filius populi mei. · D · filię Lot deseruantes do semine cõsultant · in q. supe Gen. · talias sue bibere. · 1 Surrexerit. · E · Moab. · Ammon.

† Pater noster senex est et nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ terræ. Veni inebriemus eũ vino dormiamusq; cũ eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaque patri suo bibere vinũ nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitq; cũ patre. At ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quãdo surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum et hac nocte, et dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro. Dederunt et illa nocte patri vinum. Ingressaq; minor filia dormiuit cũ eo. Et nec tunc quidem sensit quando cõcubuerit, vel quando illa surrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo. Peperitq; maior filium, et vocauit nomẽ eius Moab. Ipse est pater Moabitarũ vsque in præsentem diem. Minor quoque peperit filiũ, et vocauit nomen eius Ammon, id est filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

a Quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.
a Sicut Lot in Sodomis iustus in monte peccauit, sic quidam sæculares inter malos statum rectitudinis tenent, cum vero ad altitudinem vitæ ascendunt negligentiores facti grauiter peccant.
a Tales fructus parit desidiosum ocium.
b Quia interpretatur ex patre, et significat abutentes lege, quibus dicitur: Vos ex patre diabolo estis. Ioan. 8.
a Qui interpretatur filius populi mei, & significat hæreticos de quibus dicitur pri. Io. 2. c. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et nullus, &c. *Credebant enim, quod sicut per diluuium omnes mortui fuerant excepto Noe, & qui cum eo erant in arca, ita mortui essent omnes generaliter per prædictum incendium, maxime quia audierant a patre mũdum periturum incendio in futuro sicut perierat per diluuium de præterito, & ideo habuerant piam intentionem, s. conseruationem generis humani, licet malo modo ad hoc vellent venire, s. per incestum cũ patre, quod fuit semper illicitum & detestabile.*

2 Veni inebriemus, &c. *Dicunt Hebræi, quod istud vinum factũ est a Deo in spelunca miraculose, vt per hoc fieret procreatio duorum populorum, scilicet,* Moabitarũ *&* Ammonitarũ. *Sed hoc patet falsũ, quod Deus faceret miraculum ad procreandum incestum, & ideo aliter dicitur, quod in principio, noctis angeli dixerunt Lot, & familiæ suæ, quod destruenda erat ciuitas, & quod exiret, quod patet ex prædictis, & tamen non exierunt inde vsque mane, & sic per totam noctem se potuerunt ad exitum præparare, propter quod probale est, quod portauerũt secũ victualia, quæ poterant habere in promptu, inter quæ magis reputantur panis & vinum. Dicunt aliqui quod filiæ Lot in illo vino miscuerunt aliqua alia, quæ habebant virtutem inebriandi, & prouocandi ad coitũ ignorante patre. Sequitur.*

3 At ille non sensit, &c. *Dicunt Hebræi, & videtur verum, quod impossibile est ipsum Lot cognouisse carnaliter mulierem, & maxime virginem, quales erant filiæ eius, vt supra dictum est in hoc capitulo, & non aduertere de concubitu cum muliere, & ideo dicunt quod Lot euigilans de nocte bene aduertit mulierem iuxta se, & quod cognouit eã carnaliter sed quod esset filia sua forsitan ignorauerit, quia calefactus vino nõ recoluit quod vxor sua esset mortua, & ideo credebat se esse cum ea, sed per hoc Lot totaliter non excusatur, quia in crastino nõ rauit sibi de simili et propter prædicta scriptura non dicit, quod Lot non sensit, quãdo cognouit mulierem vel filiam, sed quod non sensit.*

4 Quando accubuit filia. *i. quando lectum intrauit cum eo.*

5 Nec quando surrexit. *i. quando exiuit lectum iuxta eum, quia, ipso dormiente intrauit, & post impregnationem patre iterũ dormiente, exiuit, & eodẽ modo dicendũ est de alia filia. Et sic patet litera vsque ibi.*

6 Peperitque ma. &c. *ex patre. Ex quo patet, quod ipsa inuerecũda fuit quia turpitudinem quam operata fuerat cum patre, exposuit & reuelauit in nomine filij, ostendens quod ex patre suo conceperat.*

e *Idcirco uocatus est &c.* Duplex causa est cur appellatus sit in Hebręo Bersabee. Vel quia septē agnas accepit Abimelech de manu Abrahæ. Septem enim dicuntur Sabee. uel quia ibi iurauerunt. שבע Sabaa enim significat iuramentum. Si autem hāc causā supra hoc nomen legimus, per prolepsim dictū est, sicut Bethel & Galgala, quæ antequā haberent hęc uocabula aliter vocabātur. Notandum ex prioribus & præsenti loco, q Isaac non sit natus ad quercum mambre (Alō אלון Hebraice, Latine quercus) ut in Hebręo habetur, sed in Geraris, ubi Bersabee usq; hodie oppidū est, quæ prouincia ante non grande tempus ex diuisione præsidum Palestinæ salutaris dicta est. Vnde habitauit Abrahā in terra Palestinorū diebus multis.

f *Abrahā, uero, &cæt.* AVG. Abraham (sicut Stephanꝰ dicit) nō acceperat hæreditatem ibi, nec spaciū pedis. Sed intelligendū est hæreditas quā Deus gratis daturus erat, non pretio emptā. Intelligitur autē spacium circa puteū ad illud emptionis spacium pertinere, q̄ qou fuerant septem agnę datæ, quando Abimelech & Abraham sibi iurauerunt.

D Lib. 6. in Gen. 25.

† Quid agis, quid ti bi est.

Sabee septem & iuramentū.

* Deus.

E

† Infra 26.

Nota vbi natus est Isaac.

Abraham arguit ipsū Abimelech ob puteo amissos.

F Percutiūt fœdus inter se.

In qōnib. super Ge. Pro puteo iuramenti in Bersabee.

1 Palestinorum.

NICOLAVS DE LYRA

✠ *erat quando Isaac fuit natus, & ideo uidēs se in periculo mortis, de malis suis præteritis doluit, & dominum rogauit pro vita sua prologanda, & fuit exauditus. Vnde sequitur verbum angeli.*

1 Exaud. enim Deus uo. pu. de loco &c. *acsi di. Attendit Deus pęnitentiā quā nunc hēt in quo iacet, nō aūt malitiā q exercuit in alijs locis.*

2 Aperuitq; &c. *Non quia nō uideret ante, sed ad uidendum illud de quo nō aduertebat, s. pu. cum cuius aqua erat necessaria pro sustentatione pueri & suā. Et patet litera usque ibi.*

3 Factusq; est iu. &c. *id est, exercēs artē uenādi. Hebræi dicūt, exercēs latrocinia, & pdās a transeuntib. pp hoc dictum est supra, 16. d. Manus eius cōtra omnes, licet enim pœnituerit in infirmitate, ut dictum est tamen postea rediit ad vomitum, ut dicunt Hebræi.*

4 Et accepit il. &c. *id est, de terra in qua nata erat & nutrita.*

5 Eo. tēpore. *Hic cōsequenter ponitur Abrahæ stabilitio. quia .n. obediērat dn̄o in eiectione filij & matris, cōueniēs erat q dn̄s ostēderet ei aliq specialē beneficiū quod factū est cum rex terrę uenit ad eū quærens eius amicitiā & fœdus dicens.* 6 Deus tecum est. *Audierat .n. q quatuor reges fortissimos cū Dei adiutorio debellauerat, & viderat q dn̄s forte in senectute sup. uirtutē naturæ filiū ei dederat, & q p opter eius uxorem dominꝰ eū flagellauerat, ideo quæsiuit amicitiā eius. Et patet litera usq. ibi.*

7 Idcirco vocatus est &c. *id est. pu. eius septē, ppter septē agnas quas Abraham ibi statuit, uel puteus iuramenti, cuius causa subditur.*

8 Quia ibi vterq; iurauit *s. Abrahā & Abimelech. Bersabee .n. utroq; modo interpretatur. s. puteus septem, & puteus iuramenti. Sequitur.*

9 Abrahā uero plāt. &c. *Hebræi dicūt hortum, in quo plantauit diuersas arbores ad fructus ferendos: & hoc propter hospites transeuntes recipiendos, ut amœnitate loci recrearentur, & fructib. reficerentur.*

10 Et inuo. ibi no. &c. *Quia post recreationem acceptam inuitabat hospites ad reddendum gratias Deo de beneficijs suis.*

11 Et fuit colonus. &c. *Quia plus ibi mansit quam in Hebrō, ubi manserāt, 22. annis, hic autem mansit 25. annis.*

MORALITER.

ditorū debet esse grauis prelato, quāuis per rōnē hoc facere fingatur. Consimili modo potest exponi de prælato religioso qui subditos malos & rebelles dēt ab alijs separare, per reclusionē vel eiectionē de ordine, ne alios inficiat sicut ouis morbida separatur a grege, durū tamē debet esse prælato, quāuis facere cogatur rōne. Circa 2m dicitur, 2 *Eod. tem. di. a. &c.* Sequitur. 5 *Deus te. est. &c.* Principes enim & potētes qui fuerant ecclesiæ persecutores, uidentes eā Dei adiutorio prosperari, quæsierant cum prælatis ecclesiæ amicitia fœderari, quod significatur per fœdus Abimelech regis cum Abraham patriarcha, & q ma prælati non debent hoc refugere, salua tamen veritate. Ideo subditur.

† *Dixitq; Abraham. Ego iurabo.* scilicet tenere amicitiā bonam.

A *In c.21. ubicitur in postilla. Aliter exponunt Hebræi ubi eni m habemus lu.dentem &c.*

*ADDITIO.*

*Hæc dictio* מצחל *mezahel quasi æquiuoca est in* Hebreo, *significat enim ut plurimum ridentem, sicut in hoc cap.* Dixitque Saræ, Risum fecit mihi dominus, *vbi hæc dictio ponitur. Quãdoque uero significat irridentem seu deridentem. Vnde in Psal.2.a.* Qui habitat in cælis irridebit eos, *ibi etiam hæc dictio ponitur. Quandoque vero gaudentem sicut in Psa.cxxv.a.cum dicitur.* Tunc repletum est gaudio os nostrum. *vbi ponitur hæc dictio. Quandoque significat ludentem, sicut Exod.32.* Surrexerunt ludere. *Et in alijs quamplurimis. Nunquam tamen in* Hebræo *hæc dictio significat idololatrantem, nec occidentem, nec coeuntem seu lasciuientem, nec autoritates ad hoc inductæ per postillatorem hoc probant, sicut domino concedente in suis locis patebit. Vnde translator noster proprie se habuit transferendo hanc dictionem quandoque per ludum, quandoque per risum, seu gaudium, quandoque per irrisionem, nunquam tamen per alia prædicta significata. Iste autem passus melius exponitur ab aliquibus expositoribus Hebræorum magis authenticis quam Ra. Sa. Dicunt enim quod Ismael uidens quod tam magnum festum celebrasset Abraham in die ablactationis fratris sui* Isaac *iunioris, illudebat seu irridebat, dans intelligere, quod ex hoc nõ sequeretur, quin ipse Ismael esset heres, ex quo erat maior natu & legitimus, quia ex uxore, & etiam à Deo benedictus. vnde supra c.15. de* B *Ismaele dixit Deus, Ecce benedicam ei. Et hoc est quod dicitur,* Cumque vidisset Sara filium Agar ludentem *i. illudentem seu deridentẽ. Et quod sequitur in litera nostra,* cum Isaac, *non est textu, prout dicit postillator, ex hoc autem Sara timuit, ne forte Ismael in processu temporis i gereret sed hereditati. Et post hoc sequitur.* Eiice ancillam & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. *siue* filio meo. *q.d. non erit hæres sicut ipse se iactat deridendo. Similiter & Deus confirmans in hoc Saræ intentionem dixit Abrahæ,* Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. *Et reddens rationem sequitur.* Quia in Isaac uoca. tibi semen. *q.d. licet Ismael sit filius tuus, nõ tñ heres prout putat.* Et *hæc expositio videtur satis cõgruẽs literæ & rõni.* D

*REPLICA.*

*Correctorij contra* Burg. In.c.21. *vbi postillator exponit ludum Ismaelis pro idololatria. Burg. dicit dictionem* Hebraicam *hic positam nõ significare idololatriam, sed irrisionem. Respondeat hic beato* Hieronymo, *Glo. ordinariæ, magistro historiarũ & autoritatibus authenticis* Hebræorum *quos postillator hic sequitur, quibus omnibus rationabile videtur maiorem adhibere fidem quam soli Burgensi, qui etiam rationibus postillatoris in proposito non satisfacit.* Expositio *quoque quam ponit Burgensis non videtur rationabilis, quod videlicet pro sola irrisione. Sic finaliter etiam per diuinam sententiã, & mater & filius eijcerentur, sed propter idololatriam, vel ludum ad idololatriam disponentem, ut dicit beatus Greg.* Et *ponitur in Glo. ordi. super illo verbo* Exo. 32.*b.* Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, & ideo eiecti sunt *Non enim legitur Ismaelem, nec aliquem de eius posteritate in cultu Dei ueri perseuerasse. Iustum igitur fuit domum* Abra*hæ ea ratione ab huiusmodi purgari.*

In qõnib. u p Gene.

aliast pec cato.

CAP. XXII.

QVæ postquam, &c. AVG: Iacob' dicit, quod neminẽ tentat Deus, sed usualiter tẽtare, pro eo quod est pbare dicimus. Iacobus aũt dicit de ea tentatione, qua quisq; † peccato implicatur. Vnde i. Thessa. i. N*e forte tẽtauerit vos is qui tentat*: Alibi enim scriptum est Deut.13. a. *Tentat vos Deus vester, ut sciat si diligatis eum, id est, uos scire faciat*. Vires enim dilectionis suę homo ignorat, nisi experimento cognoscat.

.1.de Abrahã.c8.

✻ AMBROSIVS. Aliter tentat Deus, aliter diabolus. Diabolus tentat vt subruat, De' tẽtat ut coronet. Deniq; probatos sibi tentat. Vnde & Dauid dicit, Proba me Deus. C

✻ PROCOPIVS. Sunt qui tradunt Saram ignorasse q̃ mandata marito dederit Deus, videlicet ne materna cõploratione, totũ negotiũ interuerteret. Nec Eua bene consuluit Adamo, & idẽ forte & hic euenisset.

b *Tolle filium, &c.* ALC. Non statim iussus est Abraham filium occidere, sed triduo ad immolãdũ ducere, ut longitudine tẽporis tentatio augeretur. Per triduũ, enim crescentibus curis paterna viscera cruciantur, & prolixo spacio pater filium intuetur, cibum cum eo sumit, tot noctibus pendet puer in amplexu patris, cubat in gremio, & per singula momẽta in paterno affectu dolor occidendi filii cumulatur.

CAP. XXII.

a QVÆ, postquã gesta sunt, † tentauit Deus Abrahã, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit, adsum. Ait illi: b Tolle filium tuum vnigenitum, c quem diligis d Isaac, & vade in terram visionis † atq; offer eum

a Vt notificaret ei eius perfectionem quam ipse ignorabat. Vt probaret quam promptus esset ad obedientiã.

a Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

a Vbi tibi reuelabitur quid hac immolatione portendatur.

E Grauis tẽtatio fidei Abrahæ. Iudith.8.c Heb.11.d. †22.q.2.c. quælibet, §. qñque.

c *Quem diligis, &c.* De charitatis admonitione, & nominis recordatione tentatio cumulatur, & paternus affectus mouetur, in memoria promissionis, quia dictum est, in Isaac uocabitur tibi semen, tanquã si ille occideretur, tota spes promissionis frustraretur.

Terra visionis. alias † itaque ibi offere eũ in. In qõnib. Hebraicis alias† conditum. F

d *Vade in terram* HIER. Aiunt Hebræi hũc montẽ esse in quo postea templũ † ędificatum est in area Ornę Iebusæi. Vnde 2 ☞ Para.3.a.

NICOLAVS DE LYRA

CAP. XXII.

Diuisio.

QVæ postquam gesta sunt. *Hic consequenter describitur quõ Abrahã se habuit ut perfectus, & primo quo ad Deũ. Secundo quo ad proximũ, c.23. Tertio quo ad seipsum. c. 24. Circa primũ ostenditur obedientia Abrahę ad Deũ, in hoc quod ad pceptũ ei' paratus fuit absq. dilatione immolare filiũ suum. Et ideo sic proceditur, quia primo ostẽditur preceptum domini. Secundo obedientia serui, ibi* Igitur Abraham de nocte consurgens. *Tertio reuocatio precepti ibi* Et ecce angelus domini. *Quarto confirmatio promissi, ibi.* Vocauit autem angelus domini Abraham secundo. *Circa primum sciẽdum, quod tentare est accipere experimentum de ignorantia. Deus autem cum sciat lucide omnia, non tentat aliquẽ, ut accipiat experimentũ de his quę ignorat, sed ut alijs qui ignorant, detur, experientia de aliquo; & sic tentauit Abraham præcipiendo ut Isaac filium suum immolaret, ut alijs qui ignorabant, ostenderetur eius obedientia, & eis daretur exemplum.*

Tẽtare qd

2 Tolle filium tuum. *Dicunt hic Hebræi quod hic fuerunt plures reuelationes & precepta successiue facta ipsi* Abrahę. *Quia primo dixit ei dominus.* Tolle filium tuũ. *Et ipso respondente.* Paratus *sum obedire, sed duos filios habeo, de quo preceptum intelligitur. Dominus secundo dixit.* Vnigenitum. *& ipso respondente, quilibet est unigenitus matri suæ, Dominus tertio dixit,* Quem diligis. *Et ipso respondẽte. Vtrumque diligo.* Dominus *dixit quarto,* Isaac. *Et factum est hoc, ut dicunt Hebręi ut ex pluribus responsionibus ad obediendum haberet maiorem mercedẽ. Doctores autẽ nostri dicunt, quod fuit unicum præceptum similiter factum, ut similiter & subito omnia proponerentur quę possent ipsum retrahere ab impletione precepti, ut per hoc magis appareret obedientia Abrahę.* Et *ideo totum dictum est sibi in eodem contextu.* Tolle filium tuum. *quia licet Ismael esset filius eius, tamen dictum erat ei a domino* In *Isaac uocabitur tibi semen, c. præcedent. c.*

3 Vnigenitum, *miraculose conceptum à Sara.*

4 Quem diligis. *speciali dilectione, & super omnes creaturas.*

Isaac ris*.

5 Isaac, *qui interpretatur risus, ex gaudio quod habuisti in eius annunciatione & natiuitate.*

6 Et vade in ter uisio. *id est, in montẽ iuxta Ierusalẽ, qui erat altus respectu aliarũ partiũ terrę promissionis. Et ideo inde poterat videri terra in circuitu, & ille mons postea additus est ciuitati, & in loco illo postea ędificatũ est tẽpliũ tpe Salomonis, ut habetur 2. Para.3.a. & hoc preceptum est Abrahę, ut longe eundo posset deliberare de facto, & sic dimittere, nisi fuisset valde constans in obedientia ad Deum.*

7 Atque offer eum ibi, &c. *Holocaustum erat sacrificiũ, quod totũ* ✻ *incen-*

*MORALITER.*

✻ 1 *Quę postquã.* In hoc c. agitur de oblatione Isaac cũ dicit.

2 *Tolle fi.tu.uni. &c.* Per Isaac, qui interpretatur risus intelligitur Iesus Christus, in cuius natiuitate risum fecit nobis dominus. Luc.2.b. *Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator, &c.* Per Abraham autẽ qui interpretatur pater multarum gentiũ, intelligitur Deus pater, quem charitas quę Deus est tentauit, id est, ad offerendum filiũ vnigenitum induxit. Ioan.3. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret,* Ipse enim est vnigenitus Dei filius naturalis, alii uero sunt adoptiui.

7 *Atque offer eum ibi in holocau.* Id est, per charitatis incendium, nam ex charitate maxima pater ipsum obtulit, & ipse similiter voluit, Esa.53.c. *Oblatus est, quia ipse uoluit.*



† *Super*

Par. 3. *Cœperunt ędificare templum mense secundo secunda die mēsis in monte Moria*, qui idcirco illuminans interpretatur & lucēs. qui a ibi est nun debit, id est, oraculum Dei, & spiritus, qui homines docet veritatem, & prophetias inspirat.

a *Asinum suum ducens, &c.* Asinus †insensatam stultitiā Iudęorum significat, quæ portabat oīa sacramenta & nesciebat.

b *Die autē tertio.* HIER. Notādum quia de Geraris usque ad montē moria. i. sedē tēpli iter triū dierū fit, & Abrahā illuc die tertio peruenisse dicitur. Male ergo putāt, Abrahā illo tēpore habitasse apud quercum Mambre, cū inde ad mōtē moria vix vni⁹ diei plenū iter sit. Triduū quo venerūt ad locum sacrificii, tres ætates significat, ante legem, ab Abrahā vsq; ad Mose. Sub lege a Mose vsq; ad Ioannē. Inde vsq; ad dominū, & quicquid restat. Tertius dies est gratiæ, in qua tertia ętate sacrificiū cōpletum est Christi.

✲ ORIGENES. Per totum triduū iter protenditur, & p totum triduū recursantibus viris paterna viscera cruciantur, ut omni hoc spatio tā plixo intueretur filium pater, cibum cū eo sumeret, tot noctib. penderet in amplexibus patris, inhæreret pectori, cubitaret in gremio. Vide quantum tentatio cumulatur.

c *Expectate hic, &c.* Cęcitas ex parte contingit in Israel, hoc est cū asino, ut plenitudo gentium intraret, hoc est postquam adorauerimus. Vbi sacrificium crucis per gentes fuerit prędicatum, hoc est, vbi plenitudo gētiū intrauerit, reuertemur ad vos, hoc est, & sic oīs Israel saluus fiet. Duo serui dimissi, nec perducti ad locū sacrificii, Iudæi sunt q seruiliter viuentes, & carnaliter sapiētes nō ītellexerūt humilitatē & passionē Christi. Duo quidē, quia in duas partes diuidēdi, q factū est peccāte Salomone, qn diuisus est populus loco regni, nō errore impietatis, quib. dicitur Hie. 3. d. *aduersatrix Israel et preuaricatrix Iuda.*

d *Ego & pu. &c.* ALC. Indubitanti animo mactare filiū volebat. Laudandus in cōstantia offerendi, & in fide suscitādi. Sciebat enim certissime Deū fallere nō posse, & licet puer occideretur, promissionē tamē Dei saluā permanere. Vnde Apostolus Heb. 11. d. *Fide Abraham non hęsitauit cum vnicum offerret, in quo acceperat repromissionem, credens, quia & a mortuis potens est suscitare Deus.*

✲ ORIGENES. Sed dic mihi Abraham, verum dicis, ad pueros necne? Si verum dicis, ergo non facies eū holocaustum. Si fallis, tantū Patriarcham nō decet fallere. Verū dico, cum ipso, redeo ad vos, Credo enī & fides mea, hæc est, *quod a mortuis potens est eū suscitare Deus.*

✲ AMROS. Captiose loquebatur cum seruulis, ne cognito negotio aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet aut fletu.

*Dixit Abraham.* ISID. Abrahā vnicū filium ducēs ad immolandum, Deum patrē significa. Abrahā senex filiū suscepit, Deus autē non senescit, sed promissio de Christo quodammodo senuerat, quādo natus est. Inchoauit ab Adam, quando dictum est supra. 2. d. *Erunt duo in carne vna.* & completa est sexta ætate seculi. Senectus Saræ, in plebe Dei, hoc est in multitudine prophetarum, hoc idem significat, quia in fine temporū ex plebe sanctarū animarū natus est Christus. Sterilitas eius significat q in hoc seculo spe salui facti sumus, & in Christo tanquam Isaac omnes nati sumus, quem partum †ecclesię in fine tēporum,

Alias † insensatus. | Vbi supra | Distantia, Gearis ad montem moria. | Obediētia Abrahæ, verbo Dei. | Mystice. | 1 Autem. | Ro. 11. c. | Hom. 8. | Alias † post quam. | Alias, † ambo. | Historice | Mōs sacrificii. | De nomine. | Typus Christi. Isaac. | Hom. 2. | Præceptatorie. | Alias, † ecclesia.

a ¶ Signum holocausti veri. b Eminentiam fidei, quam reuelabo tibi.
ibi † in holocaustum super vnum montiū, quem monstrauero tibi: Igitur Abrahā de nocte con-
a Præparauit necessaria holocausti.
b Quia duo populi in morte in Christi consenserunt, & pater proprio filio non pepercit.
a surgens strauit asinum suum, ducens secū duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset
a Quia duobus lignis compacta est crux Christi.
lignum in holocaustū, abiit ad locū, quem præce-
a Feria quarta de proditione cum Iuda pactum est, quinta comprehensus est, sexta die. i. Parasceue crucifixus est.
b perat ei Deus. Diē autem tertio eleuatis oculis, vi-
a Longe existens a malitia Iudæorum.
c dit locum procul, dixitq. ad pueros suos: † Expe-
a Quia Iudæi a summa tarditate, non intelligunt mysterium Crucis.
d ctate hic cum asino: ego 1 & puer illuc vsq. pro-
a Vel postquam. b Hoc erit in fine mundi, cum plenitudo gentium intrauerit.
perātes, † cum adorauerimus, reuertemur ad vos:
a Quia Christus angariatus est portare crucem. Vnde Esa. 9. b. Factus est principatus super humerum eius.
Tulit quoq. ligna holocausti, & imposuit super
a Operibus.
Isaac filium suum. Ipse vero portabat in manibus
a Bonum zelum, quia separat patrem & filium.
suis ignem & gladiū. Cūq. † duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi. At ille respondit: Quid vis fili? Ecce inquit ignis & ligna, vbi est vi-
a Quantum ad innocentiam suam ignorare videtur Christus cur patiatur, vnde, Congregata sunt super me flagella, & ignoraui Psal. 34. c.
e ctima holocausti? Dixit Abrahā: Deus prouidebit

NICOLAVS DE LYRA.

incendebatur ad honorem diuinum, ita quod de filio suo non remanerent, nisi cineres, qui statim per flatum venti dispergerentur.

C 1 Igitur Abrahā, &c. *Hic consequenter ostenditur obedientia serui, scilicet Abrahæ, quia præceptum fuit sibi factum de nocte, tunc enim communius, & conuenientius fiant reuelationes diuinæ, sedatus exterioribus motibus, & non expectauit ortum solis ad exequendum mandatum quod erat valde difficile, ut patet ex dictis.*

2 Strauit asinum suum, *ad portandum ligna, quæ erant necessaria sacrificio holocausti, ut dictum est. Et notandū q ipsemet strauit. non. n. expectauit quod seruus suus surgeret ad hoc faciendum, ex desiderio feruenti quod habebat adimplendum Dei mandatum.*

3 Ducens secum duos iu. *Isti fuerunt Ismael & Eliezer, ut dicunt Hebræi, tamen nec ipsis nec uxori reuelauit preceptum Dei sibi factum ne aliquo modo impediretur ab executione.*

4 Die autem tertio. *Locus autem vnde recessit. s. Bersabeæ, non erat ita longe a monte Moriya, vbi debuit immolare filium, quin posset illuc venire in breuiore tempore, quia nō distat nisi. 20. leucis vel circiter, sed a domino illa dilatio facta est, ut appareret omnibus quod Abraham in hoc facto non fuit subito motus, sed ex longa deliberatione, vt clarius appareret obedientia eius.*

5 Expectate hic cum asino *Quia timebat ne impedirent eius obedientiam, si essent præsentes.*

6 Ego & puer *scilicet Isaac.*

7 Cum adorauerimus, &c. *Hoc prophetice dixit, non tñ aduertens quid diceret. Non enim intendebat quod Isaac reuerteretur cū eo, & ideo non fuit prophetia proprie & perfecte dicta, ad quam requiritur intelligentia, secundum quod dicitur Danie. 10. a.* intelligentia opus est in uisione. *sed large dicta, quia Spiritusancto monuente sic protulit ut significaret id quod futurum erat.*

Tulit quoque, &c *De dorso asini.*

9 Et imposuit super Isaac. *in figura domini nostri Iesu Christi, qui* baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur, caluariæ locus, ubi crucifixerunt eum, *vt dicitur* Ioan. 20.

10 Ipse vero, &c. por. gla. *ad immolandum Isaac. Ignem, ad incendendum & incinerandum ipsum immolatum.*

11 Dixit Isaac, &c. *Hoc factū est a Deo, ut uerba pietatis commouentia uiscera paterna, dicerentur a filio & magis declararetur obedientia Abrahæ, qui ex hoc non fuit ab obedientia retardatus.*

12 Deus prouidebit sibi. *Hoc etiam prophetice dixit.*

✲ Cum

MORALITER.

✲ † *Super vnum mon.* id est, caluariæ locum.

† *Quem monstra. tibi.* Sicut autem charitas supra dicitur patrē induxisse, sic intelligitur hic sibi dixisse. Et ideo codem modo dicendum est in sequentibus, vbi est talis modus loquendi.

1 *Igitur Abraham de no. consur.* id est. Deus pater uetus testm quātū ad legalia. reliquēs. Quod autē uetus testm nox dicatur, habetur. Ro. 13. d. *Nox præcessit dies aūt appropinquauit, &c.*

2 *Strauit asi. suum.* Iudaicum populum quem strauit, id est, parauit dando ei legem & prophetas.

3 *Duces secum duos iuuenes. & Isaac. filium sum, &c.* Per duos iuuenes possūt intelligi Petrus & Ioānes, qui in passione secuti sunt Christum, &. dicuntur iuuenes, eo q erāt de nouo renati per baptismum, sed quia nōdum erāt ita perfecti, quod essent apti pati cum Christo, ideo subditur.

5 *Expectate hic cum asino. Cum adorauerimus, reuertemur ad uos,* : in resurrectione, & iungitur hic pater cum filio, quia sunt inseparabiles. Ioan. 14. b. *Qui uidet me uidetur, & patrem meum.*

8 *Tulit quoque. holo. &c.* Nā ex dispositione patris Christus portauit lignum crucis. Io. 9. c *Et baiulans sibi crucem. &c.*

10 *Ipse uero portabat, &c.* Per ignē intelligit ardor Iudæorū ad occidendum Christum. Et per gladum, militis gladius quo perforatum fuit Christi latus, Hęc enim Deus pater portauit inquantum ea fieri permisit.

† *Vbi est uictima holocausti,* quasi dicat aliunde est assumenda, et per gæc cōueniēter significāt Christi verba horrorē carnis exprimentia. Matt. 26. d. *Pater mi, si fieri potest, transeat a me calix. iste*

12 *Deus prouidebit, &c.* Deus. n. pater pati Christum suum, prę † uidit

rum, non natura, sed gratia procreauit. Abraham ergo Deū patrem significat, Isaac Christum. Sicut enim Abrahā vnicū & dilectum filium victimā Deo obtulit, sic Deus pater vnigenitū filiū pro nobis tradidit. Et sicut Isaac ligna portabat, quib. imponēdus erat, sic Christus crucē, inqua figēdus erat.

A — Abraham immolat Isaac filiū. Iacob. 2. d vbi supra, alias † & venerunt.

✠ ORIG. Mouet me Abrahæ diligens & satis cauta responsio. Nescio quid videbat in spiritu, quia non de præsenti, sed de futuro dicit, *Deus prouidebit sibi ouem*. Futura respōdit filio de præsentibus requirēti. Ipse namque Dominus ouem sibi ꝓuidebat in Christo.

† 1. Ma. 2. f.

Timorem Abrahę erga Deum commendat ipse. Deus.

a ✠ *Veneruntque ad locum* IDEM. Moses cum uenisset ad locum quem ostendit illi Deus, nō permittitur ascendere, sed ante ei dicitur, *Solue corrigiam calceamenti*. Abrahæ nihil horum dicitur & Isaac, sed ascendūt, nec calceamenta deponunt. Fortassis ratio est, quod Moses quamuis magnus esset, de Aegypto veniebat, & erant aliqua mortalitatis uincula pedibus annexa.

B

a ¶ Quia obediuit patri filius vsque ad mortem.

a sibi victimam holocausti fili mi. Pergebant ergo pater, † veneruntq.

a ¶ Hoc est figura altaris, in quo consecrantur corpus, & sanguis Christi.

ad locum quem ostenderat ei Deus: In quo ædificauit † altare, & de-

a ¶ Quia vinctis manibus ante præsidem ductus.

b super ligna composuit. Cumque colligasset Isaac filium suum, posuit 1

eum in altari super struem lignorum extenditque manum, & arripuit

a ¶ Quo separauerat omnem carnis affectum. b Prophetia prenuncians cuncta quę de Christo erat ventura.

gladium, vt immolaret filium suum. Et ecce angelus Domini de cœ- 2

lo clamauit, dicens, Abraham, Abraham. Qui respondit, Adsum. Di-

a ¶ Quia caro potuit crucifigi, diuinitas non potuit tangi.

xitque ei: † Non extendas manum tuam super puerum, neq. facias illi 3

a ¶ Cognoscere feci te similiter in sequentib. dicitur. Vocauit nomen loci illius, Dominus videt, i. videri fecit, significans per efficientem id, quod efficitur, vt frigus pigrum, quod pigros facit,

c quicquam: Nunc cognoui quod timeas Deum, & non † perperceris fi- 4

a ¶ Id est, obedientiam meam.

d lio tuo vnigenito propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque 5

a ¶ Quia a longe post veritas huius vmbræ declaranda. b Tanquam ouis ad occisionem ductus est.
c ¶ Inter duo brachia crucis suspensus est.

c post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus. Quem assu- 6

stum ante immolationem spinis coronatum intelligunt.

D

d *Non peperceris, etc.* AVGVST. Nunquid non pepercit Abrahā filio suo propter angelum? Sed in angelo figuratus est Dominus, qui Deus est, & magni consilii angelus. Erat .n. in angelo Deus, & ex eius persona loquebatur. Hoc magis in sequentibus apparebit cum dicitur, *Et uocauit angelus Domini Abraham secundo de cœlo dicens, Per memetipsū iuraui, dicit Dominus.* Non enim facile īuenitur † Christū patrem dicere tāquam dominū, præsertim ante incarnationē. Nam secundum carnē hoc cōgrue dicitur, secūdum quam in Psal. 2. d. dicitur. *Dominus dixit ad me, &c.* Quod autem dictum est ibidem ca. 9. a. *Dixit dominus domino meo, &c.* ad prophetā hoc refertur q loquitur. Sicut illud, *Pluit dominus a domino*, id est, dominus noster, scilicet filius a domino nostro patre, scilicet.

In qō. super Gen.

Ostēderet dixerat. * Abrahā

alias † Christus.

alias † pepercisti.

E — Inter vepres hærē te cornib. detentum cornib. inter perplexas vepres vel arbusta densa & implicata. In Psal. 1.

Allegoric. b *Cumque colligasset, &c.* Isaac ligatis pedibus altari super ponitur, & Christus cruci affigit. Sed quod figuratū est per Isaac, translatū est ad arietem, quia Christus ouis. Ipse enim filius, qa natus. aries quia immolatus. In uepribus hęret aries, crux cornua habet. Si enim duo ligna cōpingantur, crucis species reddit. Vnde Abac. 3. a. *Cornua in manibus eius.* Cornibus ergo hærens aries, Christus crucifixus est, Vepres au ē spinę. Spinæ miq; quę Dominum suspenderunt Inter spinas enim peccatorū suspensus est. Vnde Hier. *Spinis peccatorium suorum circūdedit me populis hic.* Alii hūc arietem in uepribus ligatum Christum

Hier, 38. d

e ✠ *Nunc cognoui.* HILARIVS. Absolute Dominus ostendit in Adam & Abraham peccatores se ignorare, cognoscere aūt fideles. Nāq; Adę post peccatū dictum est, *Vbi es Adā*, non qđ Deus nesciret, sed īdignus cognitione Dei per id qđ peccauit ostēdit. Abrahā aūt diu ignoratus, cū se per oblationē filii fidelē ꝓbasset, tali in diuinā familiaritatē dignatione suscipit.

✠ CHRISOST. Quasi diceret, Nunc omnibus declarasti quomodo sincero timore Deum colas. Innotuisti nūc omnibus quod timeas Deum.

e *Arietem.* ALC. Aries qui pro Isaac immolatus est, non putatus, sed uerus est. Ideo magis putatur angelum eum aliunde attulisse

Historia. F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cumque colligasset Isaac. *Non est intelligendum quod inuitum eum ligauerit. Isaac enim iam erat xxxv. annorum, vt dicit* Iosephus, *& per consequens Abraham iam erat cxxxv. annorum, quia centum annorum erat quando Isaac natus est, vt dictum est c. præced. & sic erat fortior patre, qui erat valde senex. Hoc etiam patet, quia portauit ligna holocausti ascendēdo montem, & tamen erat ibi onus vnius asini, vt patet ex prædictis. Oportebat enim quod tantum esset ibi de lignis, quot sufficerent ad incendendum & incinerādum corpus vnius hominis. Et ideo super hunc locum dicit* Iosephus, *quod ędificatio altari & omnibus paratis, Abraham dixit filio suo quomodo magnis precibus impetratus erat a* Deo, *& quomodo conceptus erat miraculose. & quomodo natus gaudiose, & quomodo Dominus præcepit eum immolari sibi, adiungens, ꝙ credebat Deum nolle mori ægritudine vel peste, vel gladio in bello, sed. quod cum precibus deuotis* Deo *offeretur, & sic Deus acciperet secum animā eius perpetuo.* Et ex *hac obediētia Deus regeret senectutē Abrahæ loco filij. Quibus auditis* Isaac *voluntatie accessit ut immolaretur, ad implendum volūtatem Dei & patris sui. Licet autem dictum* Iosephi *sit verum, quātum ad hoc ꝙ* Isaac *voluit immolari, non tamen uidetur verum quantum ad hoc, quod Abrahum immolaret eum, credēs quod anima eius decætero esset cum Deo, & amplius inter homines non viueret, quia supra* 16. *c. dixit Deus Abrahæ de* Isaac, Reges orientur ex eo, E*t c.* 21. *b.* In Isaac uocabitur tibi semen. *& firmiter credebat uerbū* Dei *esse uerū. Et ideo melius dicitur, quod Abraham immolare uolēs Isaac, credidit, quod ipsum a mortuis suscitaret Deus, vt compleretur in eo suum promissum. & hoc est quod dicit Apost. ad Heb.* 11. *d.* Fide obtulit Abrahā Isaac cum tentaretur, & vnigenitū offerebat, in quo susceperat repromissiones, ad quē dictū est, quia in Isaac vocabit tibi semen, arbitrans, quia a mortuis suscitare, eū potens est Deus. *& hoc signauit Abraham filio suo Isaac. Et tunc uoluntarie accessit ad obediendum, in hoc significās Christū, de quo scriptum est Esa.* 53. *c.* Oblatus, est quia ipse voluit. *Aduertendum etiā quod Abraham ligauit filium, non propter hoc ꝙ timeret eum fugere uel rebellare, ut patet ex prædictis, sed vt immolaret eū sicut & animalia quæ offerebantur in holocaustum, quę ligata immolabantur, & vt per hoc Christi ligatio significaretur ante immolationē ipsius in cruce. Si autem quæratur quomodo Abraham voluit filium suū immolare, cum occisio īnocētis sit horribilis & illicitia. Sciebat etiam ꝙ homo non est animal immolatitiū Dicendū, ꝙ reuelatio illa siqi fuit facta taliter, ꝙ dubitare non poterat, quin esset sibi præceptū a Deo, vt plenius declaraui in quadam quæstione de quolibet. Ipse etiā sciebat, quod quilibet quantūcunq; iustus, est debitor mortis ipsi Deo pro peccato primi parentis, & ideo ipse* Deus *pōt illud debitum repetere quando uult, & quomodo uult, & ideo bene obedire voluit. Secus autem esset de præcepto alterius qui non esset dominus uitæ & mortis. Et per hoc patet ad obiecta.*

2 Et ecce angelus Domini. *Hic consequenter, ponitur præcepti reuocatio, quia factum erat ad declarationem obedientiæ Abrahę, & ideo ipsa declarata reuocatur, ideo subditur.*

3 Non extendas, &c. *Licet enim iam esset 35. annorum, tamē uocatur puer, quia adhuc erat sub cura patris. In sacra enim scriptura subditi & famuli licet sunt ætatis prouectę, tamē frequenter uocātur pueri.*

4 Nunc cognoui, *id est, alios cognoscere feci.*

5 Viditque post ter. arie. *Dicunt* Hebręi *quod ibi fuit paratus a principio creationis mundi. s. sexta die, in qua formauit Deus animalia. Sed hoc nec ratione nec scriptura habet apparentia, & ideo reputandum est fictitium, propter quod dicendum, quod fuit ibi adductus ministerio angelico.*

6 Quem assumens, &c. *Orabat enim Abraham in immolatione arietis*

## MORALITER.

✠ uidit & impleuit. Act. 3. c. *Deus qui per os omnium prophetarum prænunciauit pati Christum suum impleuit sic.* ideo subditur,

† *Veneruntque ad locum.* s. immolationis, tamen Isaac non fuit immolatus. sed aries: quia diuinitas Christi nō fuit passa, sed fragilitas humana.

2 *Et ecce ang. &c.* Per angelum Domini loquentem cū Abraham, intelligitur charitas, sicut superius dictum est, ꝙ ipsa induxit Deum patrem, sed quia Christus per passionem suam meruit suā exaltationem, & populi Christiani multiplicationem, ideo subditur.

a mens, obtulit holocaustum pro filio. Appellauitq. nomē loci illius, 1

a Vbique Dominus videt: sed vidit dixit pro apparuit, i. videri fecit. Vt illud, Nunc cognoui quod timeas Dominum, i. cognoscere feci: per efficientem. n. significatur id, quod efficitur, sicut pigrum frigus dicimus, quod pigros facit.

Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur, in monte Dominus vi- 2

a Hoc, sicut prophetia ventura, de Christo. b Magni consilii, vel ipse angelus, in persona Dei loquebatur. Christus.

debit.† Vocauit autem Angelus Domini Abraham secundo de celo 3

a Quia maiorem non habui. b Quia immutabiliter a Deo statutum est.
c Quia pater nimium tradidit, dedit ei nomen quod est super omne nomen, vt in eius nomine omne genu flectatur.

b dicens: Per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti rem hãc, 4 5

& non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplica- 6

a Spirituales, pauciores, fulgentes: in oleaster tranituri. Israel secundum carnem, quia erant degeneres futuri, & de bona oliua Plures carnales steriles.

bo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quę est in litore 7

a Quia descendet Christus infernum spoliaturus. b Cathechizabuntur, i. baptizabuntur.

maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & bene- 8

a Christo. b Prædestinati de omnibus gentibus.

dicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ: 9

a In fine mundi fides de Gentibus ad Iudæos reuertetur. b Tunc concorditer viuent in ecclesia.

Reuersus est Abraham ad pueros suos, abieruntq; Bersabee simul, &

a Quæ soror Saræ, Saram duxit Abraham, Melcham vero Nachor.

c d habitauit ibi. His itaque gestis, nunciatum est Abrahę, quod Melcha 10

a Vel Hus, de cuius stirpe Iob. Vnde vir erat in terra Hus nomine Iob. De quo dicitur terra Hus, secundum illud: Vir erat in terra Hus, &c.

quoque genuisset filios Nachor fratri suo: Hus primogenitum, & 11 12

a A quo Buzites dicitur, quem Hebręi putant Balaam fuisse. b Hoc non est referendum ad eum qui nunciabat, sed qui longe post hoc scripsit. c A quo Chasdeim, i. Chaldæi postea vocati.

Buz fratrem eius, Camuel patrem Syrorum & Casad, & Azau, Phel- 13

a Pro qua rememorata est genealogia, quam ducturus erat Isaac, nec mirum, si non hæc omnia mysticos sensus gerunt, quia nec omnes rami arboris fructum ferunt.

das quoque, & Iedhlaph ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo 14
istos genuit Melcha Nachor fratri Abraham. Concubina vero illius
nomine Roma, peperit Tabee & Gaham & Thaas & † Maacha.

[margin: alias † Maacha.]

---

attulisse, q̃ ibi de terra post sex dierũ opera dominũ creasse.

A *Arietem inter ve.* &c. HIERON. Aquila, *veprem* vel *spinetum*, posuit, & vt verbi interpretatio est, cõdẽsa, & inter se cõplexa virgulta, vnde Symmachus eadẽ opinione ductus ait: *Et apparuit aries post hæc retentus in rete cornibus.* Sed 70. & Theodocio videntur melius interpretari, qui ipsum nomen sebach posuerunt, quanquam id postea corruptum est in Sabeth, *In virgultis Sabeth cornibus suis.* Etenim sycheon siue rete, quod Aquila posuit & Symmachus p schin literam scribitur. hic verò samech litera posita est. Vnde patet non interptationem, stirpium condensarum. & in modum retis inter-

[margin: In quæst. Hebraic. — Sabeth.]

B se virgulta contexta verbum Sabeth: sed nomen sonare virgulti. quod ita hebraice dicitur.

✻ PROCOPIVS. Sabeth species fruticis est, ex quo pendebat aries. Nam cum fruticetum anterioribus pedibus conscendisset, fruticeto implicitus, crucisformam pendens præ se ferebant extensiones pedum.

[margin: In cap. 22. — Filii Nachor ex Melcha.]

✻ IDEM. Aries mactatus ab interitu redimit Isaacum, Sic Dominus occisus saluauit nos. Ouem videt Abrahamus, & in oue videt Christi passionem.

a *Appellauitque nomẽ,* &c. HIERO. Pro eo quod hic habetur dominus videt in Hebræo, videbitur scriptum est. Hoc apud Hebræos exiuit in prouerbiũ, vt in angustiis cõstituti & Dei optantes auxilio subleuari, dicãt, In mõte Dominus † videbitur

[margin: Prouerb. tribulatorum apud Hebræos.]

C id est, sicut Abrahæ misertus est, miserebit̃ nostri. Vnde & in signum dati arietis, solẽt cornu clangere. Peracto sacrificio dicitur Abrahæ. *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Quod factum est cum aries dicit. Psal. 21. d. *Foderunt manus meas & pedes meos,* &c. Peracto enim sacrificio dicitur ibidem f. *Conuertentur à Domino vniuersi fines terræ & adorabunt in conspectu tuo,* &c. Immolato ergo ariete, vocauit Abraham nomẽ loci illius dominus videt, i. videri se fecit per incarnationem, scilicet.

[margin: alias † videbi. — Hom. 9.]

b ✻ *Per memetipsum iuraui,* &c. ORIGENES. Quid noui veteribus promissionibus additur? Nam idem fuerat ante promis-

D sum, *Erit semen tuum sicut stellæ cæli.* Abraham si tantum secundũ carnẽ vixisset & vnius populi, quẽ secũdũ carnẽ genuit, pater fuisset, vna sufficeret repmissio. Nũc vero vt ostẽderet patrẽ futurũ eorũ, qui secũdũ carnẽ circũcisi sunt, circũcisionis suæ tempore datur ei repromissio, quæ ad populũ circuncisionis pertinere deberet. Secundo, quia pater esset futurus etiã eorum qui ex fide sunt, & qui per passionem Christi veniunt ad hęreditatem, tempore nihilominus passionis Isaac promissio renouatur.

[margin: †Ecc. 44. d. Heb. 6. c. Benedicitur Abraham. Ps. 104. a. Luc. 1. 9. Ecc. 44. d. Heb. 6. c. 1. Mac. 2. f. Luc. 1. ad p. vbi sup. c. 6. Semẽ Christus secundo promittitur Abrahæ. Act. 3. d. Ecci. 44. d.]

✻ AMBROSIVS. Tres plenarias accepit Abraham benedictiones, Vnã post victoriam qua liberauit nepotem, quando occurrit illi Melchisedech, quando dixit Deus, *respice in cælum.* Aliam, quando iussus est nominare, & accepit signaculum circuncisionis. Tertiã, quando filium non dubitauit offerre.

[margin: E — lib. 6. c. 39]

c RVPERTVS. Hoc, *nuntiatum est Abrahæ,* subauditur, nolenti accipere filio suo Isaac vxorem de filiabus Chananæorum, inter quos habitabat, & sollicito vnde sibi nurus esset sperãda digna filio suo. Nã hęc solicitudo vel occasio est idonea, cur hoc loco illi nuntiatum esse, sancta narret scriptura.

d *Melcha.* HIERO. De Melcha vxore Nacor filia Arã natus est Hus, de cuius stirpe Iob descẽdit, sicut scriptũ est, Iob. 1. a. *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* Male igitur æstimant quidã Iob de genere Esau esse. Quod enim in fine eius libri habetur, q̃ de Syro sermone trãslatus sit, & quartus ab Esau, & reliqua q̃

[margin: in q. Heb.]

F cõtinẽtur ibi in Hebræo non hñr. Secũdus natus est de Melcha Buz, ex cuius genere Balaã diuinus, sicut Hebræi tradũt, q in Iob dicitur Heliu. Primũ vir sãctus & ppheta Dei, postea p inobediẽtiã & desideriũ munerorũ dũ Israeli maledicere cupit diuini vocabulo nũcupat̃. Vnde iratus est Heliu, filius Barachel Buzites, Bathuel, &c. Chamuel vero pater est Damasci. Ipsa. n. vocat̃ Arã, q̃ hic pro Syrias scripta est, & in ipso noĩe legit̃ in Esa.

## NICOLAVS DE LYRA.

*arietis, q̃ dominus acceptaret ita, ac si filius eius propter Deum fuisset immolatus ex liberatione vero Isaac, & imolatione arietis pro eo faciũt Iudæi festũ tubarũ in principio mensis septimi, s. Septẽbris, propter quod tunc clãgunt in cornib pecorũ in memoriã arietis immolati pro Isaac.*

1 Appellauitque, &c. *Eo q̃ dominus vidit Abrahæ, et filij eius obedientiam, et Isaac liberauit à morte.*

2 Vnde vsq; ho. dicitur, *hoc est in prouerbium deductum est.*

3 In monte Dominus vide. *Quando enim Iudæi sunt in angustia constituti, dicunt. In monte dominus videbit, id est, sicut in monte vidit afflictionem Isaac, eum liberando, sic nos liberet.*

4 Vocauit autem, &c. *Hic consequenter repetitur promissio prius facta Abrahæ, et magis explicatur et iuramento diuino confirmatur, dicẽs*

5 Per memetipsum, &c. *Homines. n. per maiores suos iurant vt dicitur ad Hebr. 6. Non potest autem aliquid esse maius Deo, etc. ideo per semetipsum iurauit.*

6 Multiplicabo, &c. *Hoc dicit quantum ad bonos & religiosos.*

7 Et velut arenã, &c. *Hoc dicit quantũ ad cupidos et terrenos et maxime quantum ad filios Esau, vnde, et Esau, dictus est Edom. i. terrenus.*

8 Possidebit, &c. *Hoc impletum fuit tẽpore Iosue. qui debellauit 31. reges et ciuitates, et terras eorum diuisit possidendas Israel.*

9 Et bened. &c. *Hoc exponunt Iudæi, dicẽtes quod quando quis bona imprecatur alicui dicit. Benefaciat tibi Deus, sicut fecit Isaac filio Abrahæ. Catholici autem melius exponunt de Christo qui de semine Abrahæ descendit secundum carnem, et* in Ipso benedicentur omnes gentes terræ, *i. aliqui de omnibus gentibus, quia nullus cõsequitur salutem nisi per Christi benedictionem.*

10 His itaq; ge. *idest post liberationem Isaac, quia Abraham cogitabat sibi prouidere de uxore, eo quod iã esset sufficientis ætatis, et nolebat quod acciperet uxorẽ de Chananæis inter quos habitabat, Ideo sequitur*

11 Nunciatum est Abr. &c. *Soror Saræ uxoris suæ genuisset filios.*

12 Hus primo, &c. *A quo descendit Iob, ut dicit Hiero. li. de Hebr. q. vnde in prin. libri* Iob *dicitur,* Vir erat in terra Hus nomine Iob.

13 Et Buz. fra. e. &c. *Ab isto descendit Heliud Buzites.*

14 Et Iedhlaph ac Bath. de quo nat. est Rebe. &c. *Propter istã quæ coniungenda erat ipsi Isaac descripta est ista genealogia.*

## MORALITER.

1 *Apellauitq; no. etc. videt.* Visio nãq; clara Dei p passionẽ Christi exeuntibus in limbo fuit data, & tũc viderunt dñum suo modo sicut visi erant ab eo. 1. Cor. 13. *Tunc autẽ cognoscã. sicut et cognitus sum.* MORAL. autẽ breuiter potest exponi de homine religionẽ intrãte, quẽ Deus tẽtat. i. probat, dicẽs, per inspirationẽ internã. *Tolle fil. tu. quẽ dil. Isaac.* i. mũdanũ gaudiũ aufer à te, assumendo uoluntarium luctum. Sed quia dicitur Matth. 5. a. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* ideo Isaac non immolatur, sed aries, quia carnale gaudium per arietem significatũ asperitate vitæ trucidatur, & spirituale gaudiũ augumentatur Philip. 4. a. *Gaudete in Domino semper, etc.*

9 *Possidebit se. tu. etc.* Christus enim qui est semen Dei patris resurgens fregit portas infernorum.

ADDITIO I.

In cap. 22. vbi dicitur in postilla, Et vade in terram visionis, id est in montem.

Mons moria.

*Vbi hic dicitur*, In terram visionis, *in Hebræo habetur*, In terra moriiah מריה *Voluit.n. translator interpretari, hoc nomen morijah, per hoc nomen visionis, quod non de propinquo, sed valde longe hoc sonat. In. 2. vero* Paral. 3. *vbi de hoc monte agitur, non fuit interpretatus hanc dictionem, sed dimisit eam in propria forma dicens,* Ex cœpit Salomon ædificare domum Domini in Hierusalem in monte moriiah, & cætera. *Et melius se habuit ibi quam hic. nam hæc dictio morija habet alias interpretationes literæ, propinquiores, & magis consonas proposito, quas quidem interpretationes* Hebræi *antiqui tradunt. nam quidam eorum dicunt, quod morija interpretatur doctrina seu doctrix & cætera. & est † propinquissima interpretatio seu expositio. Nã more, in Hebraico proprie idem significat quod doctor, & sic morija est ab illo nomine more abstractum, Vel est nomen fœminini generis eiusdẽ significationis, & sic mons moriæ idem est quod mons doctrinæ seu doctoris. Secundo modo interpretatur ab eis & proprie ab hoc quod & mor, quod significat myrrham. Vnde dicunt quod idem est dicere, mons morija, quod mons mirrhæ, de quo Cant. 4. b.* Vadam ad montem myrrhæ. *Tertio modo in trãslatione Chaldaica dicitur,* ad terram latriæ, *eo quod more propriè significat timorẽ. vnde in illo loco reddebatur deo cultus latriæ, quæ præcipuè fundatur in timore Dei sancto, qui permanet in seculum seculi*. *Et notandum quod quælibet illam trium interpretationum conueniebat illi monti commu niter seu large, ratione templi ibi ædificandi. Primo quia ab illo loco doctrina legalis egrediebatur ad totum populum iuxta illud Deut. 5. c. Secundo, quia ibi offerebatur Deo thymiama, & incensum, in quo myrrha interponebatur iuxta secundã interpretationem, Tertio, quia ibi colebatur Deus cum hostijs & sacrificijs legalibus. prout in processu* Leuitici *pluries continetur. Quæ quidem tria per amplius & perfectius conueniunt illi monti per passionem Christi & alia quæ ibid. postea occurrerũt. Primo, quia exinde exiuit doctrina generalis & salutifera toti vniuerso intra illud Esa. 2. a.* In nouissimis dieb. paratus est mons domini in summo montium & cætera. *Et subdit,* Quia de Syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem, *& cętera. Secundo, quia ibi fuit passio celebrata, quæ per myrrham designatur. Myrrha enim oblata Christo per magos, Matth. 2. b. dominicam annunciauit sepulturam. Tertio, quia cultus latriæ qui in vera charitate perficitur. solum fuit perfectissime completus, cum Christus in sua passione per ineffabilem charitatem seipsum obtulit Deo patri in odorem suauitatis. Quæ quidem expositiones non sunt reputandæ mysticæ, sed literales. Fundantur enim in significatione propria huius dictionis morija prout ab Hebræis traduntur, vt dictum est. Item nota quod in Hebræo nõ scribitur morija in hoc loco cum vocali, o, sed scribitur taliter quod prope potest legi Maria, vnde non inconuenienter diceretur, quod ille mons sanctissimus intitularetur a beatissima virgine, quæ ibidem scilicet in templo filium suum obtulit Deo, & deinde iuxta illum locum proprijs oculis aspexit filium suum immolari, stans iuxta Aram crucis, ut Ioan. xix. e. Et notandum quod interpretatio nostræ translationis non videtur congrua rationi. Tum quia mons moria, in quo fuit ædificatum templum non erat sic dispositus, vt inde posset videri terra in circuitu prout postillator dicit. nam talis visio impedita erat per montes qui erant in circuitu eius, Vnde Psa. cxxiiij. a.* Montes in circuitu eius. *Tum quia cum dicitur:* Vade in terram uisionis seu in terram moriia. *non est intelligendum in montem iuxta Hierusalem, prout postillator dicit, quia Deus in primis non ostendit* Abrahæ *montem, in quo erat immolaturus Isaac, sed terram in qua erat mons ille quem Deus ipse erat sibi demonstraturus. Vnde dicit,* Vade in terram moriç & cętera, in montem quem monstrauero tibi.

alias † propriissima.

ADDITIO II.

*In eodem cap 22. vbi dicitur in postilla,* Non est intelligendum, *quod inuitum cum ligauerit, & cætera.*

*Si autem Isaac fuisset 45 annorum tempore immolationis, vt dicit Iosephus, & sic fuisset fortior patre, & tamen voluntarie accessit, & ligari consensit, vt immolaretur ad implendum voluntatum Deo & patris sui, videtur maxime admirandum quomodo in litera non attribuitur ipsi Isaac meritũ immolationis sicut ipsi Abrahæ, non enim minus merebatur quã pater, sed forte amplius.* Amicabilia enim quę sunt ad se, præponuntur amicabilibus quę sunt ad alterum. *Vnde in Ethicis dicitur, non enim minus rationabiliter diceretur ipsi Isaac, quia fecisti rem hanc, & te obtulisti sponte immolationi propter me, & cętera. quã ipsi Abrahæ, Vnde dicunt quidam Hebræorum, quod Isaac erat 15. annorum fere, & quod quasi inuitus accessit ad immolationem, Nec etiam ex hoc quod portauit ligna holocausti, sequitur quod esset tantæ ætatis, nam pot esse quod illa ligna non erant onus unius asini quia non erant tanta quod sufficerent ad totum holocaustum, sed erant quędam pauca ligna sicca, & forte odorifera, quibus erant addenda ligna alia de his quæ erant in monte, vt citius incenderentur, & suauius redolerent. Nec ex hoc Isaac erat culpandus, nam adhuc erat in puerili ætate, prout hoc patet in litera, cum dicit in hoc loco:* Ne extendas manum, &c. *Non enim habetur in Sacra scriptura, quod homo 30. annorum & vltra puer dicatur: Et ideo dicunt quod ipsi Isaac non legitur in scriptura attribui merces, sed solum Abrahæ, quia adhuc Isaac non habebat perfecte vsum liberi arbitrij ex defectu ætatis, nec etiam habebat vires ad resistendum patri.*

ADDITIO III.

*In eodem cap. 22. vbi dicitur in postil.* Nunc cognoui: *id est, alios cognoscere feci, & c.*

*Cum ex hoc quod dicitur hic in persona Dei.* Nunc cognoui: *intelligatur alios cognoscere feci, sicut communiter tenetur. Sed hanc expositionem quidam* Hebræorum *refutant dicentes, ꝙ nullus erat ibi tempore immolationis cum Abraham, nisi solus Isaac propter quem solum non diceretur, alios cognoscere feci. Sed hæc ratio non uidetur ualere, nã obedientia Abrahæ, per hunc actum cognita fuit angelis, qui forte prius non cognoscebant eam esse in tanto gradu. Similiter & cæteris fidelib. qui gesta Abrahæ credunt autoritate sacræ scripturæ. Sed adhuc hęc expositio non videtur propria: nã iste actus immolationis attribuitur Abrahæ tanquã ipsi actori: Vnde dicitur inf.* Quia fecisti rem hãc, &c. *Et sic isto actu Abraham fecit alios cognoscere quod esset timens Deũ, & per consequens scriptura proprius dixisset & † rationabilius. Nunc fecisti alios cognoscere quod timuisses Deum. Vnde videtur hoc verbum scilicet.* Nunc cognoui, *proprius posse exponi metaphorice, sicut alia quæ de Deo dicuntur secundum similitudinem, quia cum dicitur.* Iratus est Deus, *& huiusmodi, intelligitur quo ad modum irati se habuit in affectu, similiter etiam in propria materia cum dicitur.* Tentauit Deus Abraham *intelligendum quod Deus habuit se erga* Abrahã *per modum tentantis, qui vult accipere experimentum de aliquo ignoto, non tamen quod Deo qui omnia nouit hoc esset ignotum. Et similiter cum dicitur.* Nunc cognoui. *metaphorice posset exponi, vt per hoc intelligatur quod Deus se habuit in hoc actu, sicut ille qui noviter cognoscit aliquid, quod patet in hoc quod Deus post illud factum promisit Abrahæ maiora quam prius sibi promiserat, & etiam iuramento ea confirmauit, ut post pauca declarat.*

alias † rectius.

ADDITIO IIII.

*In eo. cap. 22. ubi dicitur in post.* Appellauitque nomen loci illius: † Deus uidebit, &c.

alias † Dominus.

d *Venit ergo hodie*, &c. HIERONYMVS. In Hebræo scriptum est: *Ecce ego stans super fontē aquæ, & erit adolescentula quæ egredietur ad hauriendum, &c.* Pro *adolescentula*, in Hebreo legitur, העלמה *alma, sicut in Esaia*, vbi in nostris codicibus scriptū est Esai. 7. &c. *Ecce virgo concipiet. &c.* In Hebreo legitur: *Ecce alma concipiet.* Notandum ergo quòd alma, semper virginem significat: & habet etymologiam a verbo עלם *alam* φ abscōdere significat, vnde & Græcè dicitur ἀποκρυφη, apochripha, id est, abscōdita. Nam in Iob vbi scriptū est de sapiētia: *Et abscondetur ab oculis omnis uiuentis.* In Hebræo dicitur: *na alma*. Ergo alma, quod interpretatur abscōdita, id est, virgo nimia diligentia custodita, maioris laudis videtur esse quā virgo. Nam virgo potest esse corpore, & non spiritu siue mēte, quæ vero abscondita est epithasin virginitas habet, vt & virgo & abscondita sit, & quæ abscondita est, iuxta idioma Hebrææ linguę cōsequenter & virgo est. Quæ autem virgo est non statim abscōdita. Hoc idē verbum in Exodo de Maria sorore Mosi adhuc virgine legimus. Ostendant igitur Iudæi alicubi positum alma vbi adolescentulam, & non virginem sonet.

✱ *Respondit Laban, & Bathuel. &c.* AVGVSTIN. Aut Abraham

Allegoricè. | Adorauit dūm genu flexit dūo vel gratias egit dūo | Cuncta verba. verba Rebeccæ sororis suæ. | Allegoricè. Camelorum ipsi°. | Narrat seruus causas itineris, & quæ acciderint ei i itinere. | Benedicere Dei, qd sit. | vbi supra. | In qōnib. hebraicis | vbi supra. | Gratias agit Deo seruus. | Mira solicitudo Rebeccæ & Laban erga peregrinum. | ✱ Foras. | sup. c. 21. a | Innocens eris a maledictione mea solut° eris a iure i. iuramento | Pāis cibu

adorauit dominum dicens: Benedictus Dominus Deus Domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & veritatem suā a Dño meo, & recto me itinere perduxit in domum fratris Domini mei. Cucurrit 1 itaque puella, & nunciauit in domo matris suæ omnia quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban. Qui festinus egressus est ad hominem ✱ vbi erat fons. 2 Cumque vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ: & audisset cuncta verba referentis: hæc locutus est mihi homo: venit ad uirum, 3 qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ, dixitque ad eum, Ingredere benedicte Domini. Cur foris stas? Præparaui domum & locum camelis. Et introduxit eū in hospitiū, ac destrauit 4 camelos, deditque paleas & fenum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum qui venerant cum eo. Et appositus est in 5 conspectu eius panis. Qui ait: Non comedam 6 donec loquar sermones meos. Respondit ei: Loquere. At ille seruus inquit Abrahā sum: Et dñs 7 Benedixit Domino meo valde, magnificatusque est, & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos: Et peperit Sarā vxor domini mei filium Domino meo in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat, Et adiurauit me Dominus meus dicens: Nō accipiens vxorem filio meo de filiabus 8 Chananæorū, in quorū terra habito, sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. Ego verò respondi Domino meo. Quid si noluerit venire mecum mulier? Dñs, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suū tecū, & diriget viā tuā, accipiesque vxorē filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei, Innocens erit a maledictione mea, cum veneris ad propinquos meos, et nō dederint tibi. Veni ergo 9 hodie ad fontem, et dixi: Domine Deus domini mei Abrahā, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem aquæ, &

a Sic mulier Samaritana verba domini quæ ad fontem audierat in ciuitate annunciait Io. 4. a.
a Herbam seruituti hominum. b Officium implet hospitalitatis, ne non recepto verbo excutiatur puluis in testimonio cassati laboris.
a Non quærit quæ sua sunt, non vult metere carnalia nisi primitus seminauerit spiritualia.
a Commendatio personæ, sicut illud: Paulus seruus Iesu Christi. Ro. 1. a.
a Commendatio mittentis, vt propter mittentem missus audiatur. b Fidei eius subiecit cuiusque generis homines. c simplices.
a Prudentes. b Eloquentes. c Sapientes. d Seruiliter pro temporalibus seruientes. e In tribulatione patientes. f Gratia quia filius bonæ voluntatis, qui factus est ei ex semine Abrahæ.
a In ultima ætate mundi. b Vnde: Pater omnia quæ tua sunt dedisti mihi. Ioan. 16. b.
a Hæc superius exposita sunt.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cucurrit itaque, &c. *Non dixit*, in domo patris sui, *quia sicut dicit Iosephus, Bathuel pater suus iā erat defunctus, sed hoc uidetur esse cōtra textū sequentē eodē cap. vbi dicitur*, Responderūt Laban & Bathuel, *sed si teneatur dictū Iosephi, pōt ad hoc dici, quod Bathuel qui hic nominatur, nō fuit pater Rebeccæ, sed frater, & ideo nominatur post Labā tāquā eius frater iunior ipso. Hebræi cōmuniter dicūt, quod adhuc viuebat pater eius Bathuel, et ideo aliter soluit Ra. Sa. dicens quod puellæ prius nūciāt aliquid matribus suis, quā alijs. Itē tūc tēporis mulieres habitationē habebant cū puellis separatim in domibus virorū, ubi facie bant opera, quæ cōpetūt mulieribus, & tales dicebatur domus matris suæ, ad quā cucurrit Rebecca nūtiare omnia quæ audierat, inter quę continebatur quod ille homo qui dederat sibi iocalia, erat de domo Abrahæ auunculi sui, aliter nō est verisimile, quod acceptisset a b eo cum esset puella honesta et verecunda.*

2 Vbi erat, &c. *Aliqui libri habēt, foris, sed hoc est ex vitio scriptoris.*

3 Venit ad uirum, &c. *Vt introduceret eū intra domum quia iam per signa & verba sciebat eum esse de domo auunculi sui.*

4 Destrauit, &c. *Id est sellas & onera desuper posita amouit.*

5 Et apposit°, &c. *Nomine panis in scriptura intelligit omnis cibus. vnde 4. Reg. sexto dicitur*: Appone eis panem & aquam, *Et ibidem subditur*: Appositaq; est ciborum magna præparatio.

6 Non comedā, &c. *Hic consequenter Eliezer quærit à parentibus consensum de Rebecca copulāda ipsi Isaac, & vt facilius eos inclinet, primo refert diuitias domini sui ipsi Isaac, collatas, & iuramentum quo astrinxit eū Abraham, & signum à Deo sibi datum, φ uoluntas Dei erat quod Isaac cum Rebecca copularetur, per hoc insinuans quod si renuerēt contrarient diuinę voluntati. Et patet litera exceptis aliquibus verbis exponendis. Qui ait* non comedam, *in hoc ostendit se habere negociū sibi impositum cordi.*

7 Et dominus benedixit, &c. *Id est, in spiritualibus & temporalibus bonis multiplicauit.*

8 Non accipiens vxorem filio meo, &c. *Quia erant idololatræ, et expellendi de terra per filios Israel.*

8 Veni ergo hodie ad fontem, & dixi, & cætera, *Ex hoc quod dicitur*

A ham prophetam nouerant, & prophetice a domino dictũ, q per illum dictum fuerat, agnoscebant, aut signum, ut qđ seruus narrauit locutionẽ domini appellauerint, hoc enim magis de Rebecca dictum est. Abraham enim non de Rebecca sed de aliqua ex tribu uel cognatione sua dixerat, & hoc ad utrumque, ut immunis esset seru a iuramento, si nõ impetrasset, quod nõ dicitur cum aliquid prophetatur, certã enim esse decet prophetiam.

alias † tribuam.

Allegorice.

a *Prolatisque*, *&c.* GREGORIVS. Postquam cõiugii causam puer obtinuit. Hæc omnia Rebeccę dedit, qa doctores ecclesiæ tot ornamenta tribuunt, quot uirtutum bona docuerunt. Quæ enim prius inaures & armillas acceperat, iã vasa aurea & argẽtea & vestes accepit qa ecclesia quæ antè per fidem, obiediẽtiam, & operationẽ percepit, excrescẽs ad spiritualia cõualescit ut prophetiæ spiritu & uirtutum gratia repleta amplius muneribus crescat. Matri & fratrib. dona offeruntur, quia gentilitas ex quo ecclesia ad fidẽ uenit, in gloria tẽporali conualuit. Vbiq; enim Christiani afflictionẽ sentiunt, gẽtiles in terrena virtute gloriant. Fratres eius dona pcipiũt, qui enim in ecclesia fidem verbotenus tenẽt, sed tamen professionem suam morib. non sequunt, a fidelib. honorantur, quia fideles vocantur. Mater ergo & fratres dona recipiunt, sed ab hæreditate alieni sunt, qa infideles uel carnales ad hæreditatem æternam non perueniunt, sed superne largitatis gloriã tempora liter cõsequunt.

Vasa.

*que.

† 35. qõ. 5. ca. 1.

Munera ipsi Rebeccæ & parẽtibus ipsi' offert seruus.

Initoque conuiuio uescentes, pariter & bibẽtes, mãserunt ibi, & comederunt & biberũt ipse & uiri q erant cum eo. et ibi p̃noctauerunt.

virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam audierit a me da mihi

a ¶ Alias pauxillum.

paululũ aquæ ad bibendũ 1 ex hydria tua: & dixerit mihi: & tu bibe, & camelis tuis † hauriã, ipsa est mulier quã præparauit dominus filio

a ¶ Miraculum narratur, vt qui non credunt verbo miraculo credant.

domini mei. Dum hæc tacitus mecum voluerẽ, apparuit Rebecca veniens cum hydria quam portabat in scapula, descenditq; ad fontẽ, &

¶ Eleuatam seculi facundiam, ad propheticum sermonem se inclinans quem seruus significat.

hausit aquam. Et ait ad eam: Da mihi paululũ bibere. Quæ festiuans deposuit hydriã de humero, & dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis potum tribuã. Bibit, & adaquauit camelos. Interrogauiq; eã, & dixi: Cuius es filia? Quæ respondit: Filia Bathuelis sum, filii Nachor, quem peperit 3 illi Melcha. Suspendi itaque in aures ad ornandam faciem e- 1 ius, & armillas posui in manibus, * pronusque adoraui dominum, benedicens domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrẽ si 2

¶ Hæc duo sæpe iunguntur misericordia & veritas maximè in Psalmis.

facitis misericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi. 3 Sin autem aliud placet, & hoc dicite, * vt vadam ad dextrã siue ad si- 4 5 6

a ¶ Cognita Dei dispositioni, ecclesia de gentibus ad fidem Christi uenire permittitur, ita vt qui non vult imitari, non prædinnat aduersari.

nistram. Responderuut * Laban & Bathuel: A domino egressus est 7 8 sermo, & non possumus extra placitũ eius quicquã aliud tecum loqui. 9 † En Rebecca coram te est, tolle eã, & proficiscere, & sit vxor filii do- 10 mini tui, sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer Abra-

a ¶ Sensibus scripturæ cum eloquentia. ¶ Morum honestate.

a ham, adorauit in terram dominum: Prolatisq; vasis argenteis & au- 11

a ¶ Quia gentilitas temporalia percepit.

reis ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere. † Fratribus quoque e- 12 b ius & matri dona obtulit. Initoque conuiuio vescentes pariter & bi- 13

a ¶ Studiosus prædicator non vult diu inter carnales manere, quia animas a gentilitate conuersas ad societatem spiritualium nititur velocissime perducere. b ¶ Propheticus sermo.

c bentes, manserunt ibi. Surgens autem mane locutus est puer: Dimittite me, vt vadam ad dominum meum. Responderunt * frater eius & 14 15 16

1 Pauxillum.

2 De ubi supra.

b *Dedit ea Rebeccæ.* Rebecca non ornatur auro Bathuelis, quia nõ fuit digna ornamẽta barbari & imperiti. De domo Abrahę accipit ornamẽta, qa patientia de domo sapientiæ ornat: A puero Abrahæ suscipit ĩaures, id est, aurea, in auribus verba, & brachialia, id est, aurea ĩ manibus opera, & alia ornamenta quib. figurantur diuersa uirtutum genera.

3 ei * eius.

c *Surgẽs aũt. &c.* AMB. Disce hinc quod etiã senioris ætatis seruuli, pueri a sãcta scriptura dicantur. Vnde & quidam poeta hoc sequendum putauit, siue in eorũ usum qui sibi docti & sapientes uidẽtur, ipse hoc reperit, siue de nostris trãstulit, siue trãslatũ inuenit. *Pasci te, ut ante boues pueri, submittite tauros.* Vnde & pueros dicimus, quando seruulos significamus, non ætatem exprimentes, sed conditionem.

* Mihi.

Egress' est sermo egressa est hæc res. i. hoc negociũ dei est. Extra placitum eius quicquam aliud tecũ loqui. Loqui ad te bonum uel malũ. Heb.

† 35. q. 2. c. honorant. *que

a *Vocemus,*

NICOLAVS DE LYRA.

C dicitur hodie, dicunt Hebræi, q una die uenerit miraculose de Bersabee usque ad illum locũ. Sed hoc nullam habet apparentiam, maxime cum Iosephus dicat, q Eliezer fecit uiã illã cũ magno tractu temporis & labore. Si enim fuisset ibi factũ tãtũ miraculũ, non est uerisimile, q scriptura tacuisset, cum satis prolixe narret signum datũ in Rebecca dicẽs ipsi Eliezer, Bibe., quod modicum aut nihil est respectu illius miraculi & ideo nullo modo uidetur uerum. Et ideo dicendum, quod per ly hodie, non designatur nisi terminus ad quem uenerat illa die, non autem terminus a quo recesserat aa Abraham. Interrogauitque eam & dixit, Cuius es filia, quæ respondit. filia Bathuelis sum, &c. & subditur.

1 Suspendi itaque inaures. *Ex hoc patet ueritas illius quod supra dictũ est. s. quod Eliezer prius interrogauit de patre & cognatione Rebecca quam sibi daret iocalia.*

2 Quamobram si fa. *&c. Concedendo Rebeccam pro Isaac filio suo*

3 Indicate mihi. *Vt negocium perficiatur.*

4 Sin autem aliud placet. *Scilicet eam denegando.*

5 Et hoc dicite: *Vt possim de alia prouidere, ideo sequitur.*

6 Vt vadam ad dexteram. *Id est, ad quærendum de filiabus Ismaelis.*

7 Siue ad sinistram. *Id est, ad quærendum de filialibus Lot, quæ erãt etiam de congatione Abrahæ, & Isaac.*

8 Responderunt Laban & Bathuel. *Hic consequenter describitur coniugis concessio, cum dicitur.* Responderunt Laban & Bathuel. *iste Bathuel secundum Iosephum erat fratrer Rebeccæ & erat iunior q̃ Laban ideo ultimo nominatur. Rab. Sa. dicit, quod erat pater Rebeccæ. Qđ autẽ ultimo nominatur, hoc est, quia licet primo cõsenserat in matrimonium Rebeccæ, tamen postea uoluit impedire, ut plenius dicetur.*

9 A domino, &c. *scilicet quod Rebecca detur Isaac, hoc dixerunt p̃pter signum quod Eliezer eis narrauerat.*

10 Tolle eam. *Si tamen consentiat, quod patet ex hoc quod requisit' est postea consensus est postea eius.*

11 Adorauit in ter. do. *De hoc quod direxerat eum in negocio sibi imposito.*

12 Prolatisque ua. *&c. Id est iocalibus muliebrib. de tali materia factis. In sacra enim scriptura instrumenta artificis, & militis, & iocalia mulieris, & similia, in Hebræo cõmuniter nominantur* כלים *chelim uasa unde, primo Regum cap. vigemo. g. ubi dicitur de Ionatha, quod dedit arma sua puero. In Hebræo hr̃: uasa. & in alijs multis locis similis locucutio.*

Deo omnia committunt.

13 Dedit ea Reb. pro mu. *Quod solet dari sponsis nouo concessis.*

14 Surgens, &c. *Hic consequenter describitur coniugis adductio, ubi primo accipit Eliezer licentiam.*

15 Dimittite me, &c. *Sermonem dirigit ad illos qui erãt principales, & isti erant Laban frater Rebeccę, & mater eius & ideo subditur.*

16 Responderunt. *Si aũt aliqui libri habent hic, fratres, falsa est litera, & ideo de isto fratre dicendum est, q erat Laban, qui erat primogenitus Bathuel. Sed si quæratur, quare non respondit ipsi Bathuel pater Rebeccæ, qui concesserat matrimonium, ut prædictũ est secundũ opinionẽ Ra. Sa. Respõdetur, q interim pænituerat de dicta cõcessione, et uolebat impedire, & ideo statim angelus domini percussit eũ, & mortu' est.*

Bathuel.

*1 Maneat

a ✻ *Vocemus puellam,&c.* IDEM. Consulitur puella, non de sponsalibus illa enim iudiciũ spectant parentũ, non est enim virginalis pudoris eligere maritum, sed iam desponsata viro de profectionis consulitur die. Vnde illud Euripideũ, quod mirantur plerique vnde trãslatum sit, manifestum est, ait enim persona mulieris, quæ tamen maritũ volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias. *Sponsalium quidem meorũ pater meus curam subibit.* Hoc enim nõ est meum.

b *Et nutri illius.* Honestum erat: vt ad nuptias absque parentibus virgo proficiscens, nutricis solatio foueretur.

✻ AVGVST. Quod Rebeccæ dixerunt fratres eius proficiscẽti, *Soror nostra es, esto in millia millium &c.* non prophetæ fuerũt aut vanitate tam magna optauerunt, sed eos quod promiserat Deus Abrahæ, latere non potuit.

c *Igitur Rebec. &c.* GREGORIVS. Quia ecclesia habet secum minoris meriti animas, quæ ipsam moribus sequuntur. Sed ad contemplationis thorum non prouehuntur. puer quoque quosdã habuit in comitatu, quia cũ prophetis fuerunt qui bene viuerent, etsi prophetiæ spiritum non haberent: & cum Apostolis, & doctoribus qui vitam eorum tenerent, & tamen non prædicarent, &c.

d *Qui festinus, &c.* Festinus puer ad dominum redit, quia prędicatores cum auditorum vitam obtinent, Deo de cuius munere hoc habent, non nisi præbent.

e *Eo tempore Isaac, &c.* GREG. Viuens & videns dominus est, de quo scriptum est: *Viuo ego in aeternũ, dicit Dominus.* Et Heb. 4. d. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.* Puteus sanctæ scripturæ profunditas, quæ irrigat mentes nostras. Via passionis Christi, humilitas per quã nobis aperta sunt scripturę fluenta. Nisi enim Christus incarnatus tẽtatus, apprehensus, colaphizatus, cõsputus, cruci fixusque, ac mortuus fuisset scripturæ profunditas non pateret. facta est autem humilitas passionis, clauis apertionis, vt aquã sciẽtiæ de profundo bibamus. Hæc enim prius audita, iã intelligimus facta, quæ prius legebãt, & nõ intelligebãtur. vnde Apoc. 5. b. *Vicit leo de tri. Iu. ra. &c.*

Notãdum vero, quod nõ dicit ambulabat, sed deãbulabat. Deambulat enim, qui viã eũdo vel redeũdo cõculcat, in humilitate passionis Christus deambulauit, quia modo verborum contumelias, modo falsum testimonium, modo alapas, modo sputa, modo spineam coronam, modo crucem sustinuit.

f *Habitabat, &c.* GREG. Isaac Rebecca veniẽte habitabat in terra australi, quia Christus veniẽte ad se ecclesia, in illorum mẽtibus mansit, quos non corporis frigus, sed feruor charitatis tenuit, qualis erat Anna, Symeon, & aliqui de populo Iudæorum.

g *Et egressus fuerat, &c.* HIER. Per terrã australẽ Gerarã significat, vnde ad immolandũ adductus fuerat. Egressus est, vt exerceretur in campo. In Hebræo legitur: *Egressus est Isaac vt loqueretur in agrum inclinata iam vespera.* vbi significatur quòd Dominus solus orabat in monte, & Isaac qui Typus domini fuit, ad orationem quasi virum iustum a domo egressum nona hora: vel ante solis occasum spirituales victimas, Deo obtulisse.

✻ AVGVST. Pro *meditandum* scriptum est græcè ἀδολεσχῆσαι ἀδολεσχεῖν verò, ad animi exercitationẽ pertinet, & sępe vitio deputatur. More autem scripturarũ, plerunq; in bono ponitur. Pro isto verbo quidã garrulitatem quasi verbositatẽ, quæ in bonum quantum ad Latinũ eloquium pertinet, vix aut nũquam inuenitur, sed vt dixi, in scripturis plerunque pro bono ☞ dicitur

[Text]

mater: Manceat puella saltẽ decẽ dies apud nos, & po- 1
(a Vel retinere.)
stea proficiscetur: Nolite ait me tenere, quia dñs dire- 2
xit viã meã. Dimittite me, vt pergã ad dñm meũ. 1 Di 3
(a Quia fides est voluntatis, non necessitatis & secundum leges sponsalia consensu contrahentium fieri oportet.)
a xerũt: Vocemus puellã, & quęramus ipsius voluntatẽ.
Cũq; vocata venisset, sciscitati sunt. Vis ire cum hoĩe †
(a ¶ Patientiam. b Sapientia quæ dixit: Melior est patiens viro forti. Prouer. 16. d hęc comitantur propheticum & Apostolicum sermonem.)
b isto? Quę ait: vadã. Dimiserũt ergo eã, & nutricẽ illius, 4
(a Id est valde precantes.)
seruũq; Abrahã & comites eius, imprecãtes prospera so- 5 6
(a Non prophetæ fuerunt, aut ex vanitate tam magna optarunt, sed eos quod promiserat Deus Abrahę, latere non potuit.)
rori suę, atq; dicentes: Soror nostra es: Crescas in mille
(a Hoc istis carnaliter orantib. spiritualiter impletum est. Christo dominante super omnes gentes.)
millia, & possideat semen tuũ portas inimicorũ suorũ.
(a Subiectis sibi innatis vitiis.)
c Igitur Rebecca & puellę illius ascensis camelis, secutæ 7
(a Sermonem propheticum. b Quasi habemus thesaurum in vasis fictilib. vt sit virtus Dei, & non ex vobis. Christum.)
d sunt virum. Qui festinus reuertebatur ad dñm suũ. Eo †
(a Christus. b Humilitatem, passionem Christi. Profunditatem scripturę per quam intelligitur semper viuens & omnia videns.)
e tpe Isaac deambulabat per viã, quæ ducit ad puteum, 8
(a Cui omnia aperta. Quia in passione Christi reuelatæ sunt scripturæ. b Viuo ego, dicit dominus. c Nimia charitate, qua dilexit nos Deus incarnatus.)
f cuius nomẽ est viuentis & videntis. Habitabat. n. in 9
(a Gerara, vnde ad immolandum ductus fuerat. b In mundum venerat ad exercitium passionis. Vel exercitandum. c Mundo.)
g terra australi, & egressus fuerat ad meditandũ in agro 10

[Margin notes]

Ipsius voluntatẽ eius ob heb.
In Quæ. super Ge.
Festinus tollẽs Rebeccam Allegoric.
✻ Autem.
1 Ex dixerunt.
Interrogatur puellæ. voluntas Quæstio.
Benedicũt ipsi Rebeccę pa[r]ẽtes
Ducitur Rebecca ad Isaac.
in q Heb
2 viuẽtis & vidẽtis.
Ad meditãdũ. Chal. interpre. adorãdũ. lxx. vt exerceret se.
in q. super Genesim.
Delbora.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Maneat pu. &c: In Heb. habetur: Maneat puella dies vel decem, *& exponunt Hebræi dies in plurali. i. per annum, vel decem id est per decem menses.*

2 Nolite, &c. *ac si d. qui viam meam retardaret contrairet diuinæ voluntati.*

3 Dixerunt, &c. *quia in matrimonio requiritur consensus expressus.*

4 Dimiserunt ergo, &c. *aliqui libri habent, Delboram, sed non est de textu sed tamen subintelligitur. dicitur autem nutrix illius, quia custodierat eam in statu puellari, & docuerat in moribus: & propter hoc associata est ei, & forsitan cum hoc lactauerat eam a cunabulis, & cum ista bene fuerunt aliæ puellæ & ancillæ ei associatæ vt infra dicetur, licet hoc non exprimatur.*

5 Seruumque Abraham, & comites eius, &c. *qui errant de domo Abrahæ.*

6 Imprecantes prospe. &c. *Et nonne ista dicuntur de matre Labã & fratre eius, qui loquebatur ad Eliezer vt supra dictum est quomodo ergo vocatur soror matris suæ? Dicendum, quod in recessu Rebeccæ conuenerunt multi de sua cognatione, sicut solet fieri in talibus, maxime quia ibat ad terram longinquam: nunc autem ita est, quod nomina fratris & sororis communia sunt omnibus qui sunt eiusdem cognationis, vt supra dictũ est pluries: & quia omnes qui illic cõuenerant, propter eius recessum imprecabantur ei bonum. ideo scriptura hic vtitur nomine communi. s. sororis, quia hoc modo poterat dici soror omnium illorum.*

7 Igitur Rebecca, &c. *ex quo patet quod supra dictum est: scilicet quod habebat alias mulieres in comitatu suo, cum Delbora nutrice sua.*

8 Eo tempore Isaac deambulab. &c. *causa recreationis, & causa subditur.*

9 Habitabat, &c. australi. *i. in Bersabee, quæ est in parte australi terræ promissionis, & est prope puteum illum qui vocatur* uiuentis & uidentis, *propter quod de facili poterat illuc ambulare*

10 Et egressus fue. &c. *Hebræi dicunt ad orandum, quia circa tẽpus vesperarum consuetudo est Iudæis orare, vel forsitan* egressus fuerat. *ad videndum dispositionem cæli & aliquarum stellarum, quæ incipiebant apparere: quia edoctus erat in astronomia a patre, q̃ prius eam docuit in Aegypto, quando ibi descendit, ut supra dictum est duodecimo capite.*

1 Cumque

### MORALITER.

† *Vis ire cum homine, &c.* ecclesia namque gentium audita prædicatione Christi discipulorum benignum præbuit assensum.

† *Qui festinus re. ad dominum suum.* prædicator enim post prædicationem ad Deum redire debet per gratiarum actionem, et attribuere sibi prædicationis fructum.

8 Eo *tempore Isaac deambula.* id est, Christus.

✻ 10 *Et egressus fuerat.* De sinu patris.

A dicitur, Et videtur mihi ſignificare animi affectum ſtudioſiſ ſime aliquid cogitantis cum delectatione cogitationis.

GREG. Ager mūdus eſt quo Christus egreſſus eſt quia viſi bilitet apparere dignatus eſt, vnde Abac.3.ca. *Egreſſus es in ſalutē populi tui.* Iſaac ad meditādū in agrū exiit, quia Chriſtus formam humilitatis præbens exercitiū lōganimitatis paſſionis, & patientiæ exēpla monſtrauit, ſicut ſolent iuuenes exercitati armorū vſu meditari. Armorū meditatio eſt paſſionis frequentatio. Qui enim verba, ſputa, lanceam, crucemque pertulit, paſſionē vſque ad mortē in ſe frequētari permiſit. Paſſiones arma dicimus, quia per ipſas ab aduerſariis liberamur. vnde Luc 21.d. *In patientia veſtra poſſid. animas veſtras.*

(Iſaac ſe exercet in agro ſub nocte Iſa. 16.d. — †30.q.5.c. nec illud.)

a *Inclinata, &c.* Quia paſſionū exercitia iuxta finē mundi ſuſcepit. vnde Pſal.cxl.a. *Eleuatio manuum mearum ſacri. veſpe.* (Iſaac accipit Rebeccā i vxorē.)

B b *Deſcendit de ca. &c.* GREG. Rebecca ad Iſaac in camelo deducit, quia eccleſiā Rebecca, camelus gentilem populū tortū moribus, & onuſtū idolorum cultibus ſignificat, qui enim ſibi ex ſe inuenerūt deos, quos colerēt, ab ipſis onus in dorſo increuit, quod portarent. Ad Chriſtū ergo ex gentilitate eccleſia properans, in tortis vitæ veteris cōuerſationibus inuenitur. Viſo Iſaac de camelo deſcendit, quia redemptorem ſuum ſubtilius cognoſcēs, carnalis vitæ ſtudia humilius deſerit, & fortitudini ſuæ ipſa contradicit, & ab elatione celſitudinis humilitatē petit. In camelo ſedēs pſpexit Iſaac quia adhuc vitiis innixa necdum ſpiritualib. ſed animalibus motibus inhærens aſcendit. Nec mouere debet quod puer cum camelis venit, ferens diuitias domini ſui, qa quamuis prædicatores ad ſuperiora intelligenda & proferenda, ſcientia & vita emineāt, adhuc cōtradictionem carnis tolerant, Roma.7.d. *Videntes aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuę.* Diuitias in camelis portant, *quia ne magnitudo reuelationum extollat, datus eſt ei ſtimulus carnis.* Cæleſtia ergo loquentes, & contradictionem carnis de vitio ſentientes, ſuper tortuoſa camelorum dorſa diuitias portant. (Li.1. mor. cap. 14.)

✠ AMBROS. Non ergo otioſum fuit quod viſo Iſaac deſcēdit de camelo, & caput ſuum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptiis præire debere, inde enim & nuptię dictæ, qd pudoris gratia nuptæ ſe obnuberent. Diſcite ergo virgines ne intecto capite prodeatis ante extraneos, cum Rebecca iā deſponſata, deſignatum maritum aperto capite non putauerit videndum. (lib.1.de Abrahā c.9.)

C ✠ ORIGNENES. Rebecca inuenitur ad puteum, rurſum Rebecca ad puteū inuenit Iſaac. Hæc putas ſola referri de puteis? Et Iacob ad puteū venit, & inuenit Rachel; Et ad puteū Moſes inuenit Sephoram. An putas caſu cōtingere q patriarchę ad puteos coniugia ſortiantur. Deſignant hæc coniunctionē animæ cū verbo Dei. Hæc autē coniunctio fit per inſtructionem diuinorum librorū, qui figuraliter putei appellantur. Ex quibus ſi quis hauriat aquas, id eſt, meditando in eis ſenſum, inueniet nuptias Deo dignas, Deſilit de camelis, id eſt, deſcēdit de vitiis, & coniūgitur Iſaac. (Hom. 10.) D

a ¶ Iuxta finem mundi. b ¶ Intendens in ſalutem mundi.

a inclinata iam die. Cumque leuaſſet oculos, vidit 1 camelos venientes procul. † Rebecca quoque 2 b * conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, & ait 3 c ad puerum: Quis eſt ille homo, qui venit per 4 agrum in occurſum nobis? Dixitque ei: Ipſe eſt d Dominus meus. At illa a tollens citò pallium 5 operuit ſe. Seruus autem cuncta quæ geſſe- 6 e rat, narrauit * Iſaac. Qui introduxit eam in ta- 7 bernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit † 8 f * vxorem, & intantum dilexit, * vt dolorem, qui 9 ex morte matris * acciderat, temperaret. 10

(¶ Gentiles ſortis moribꝫ de longe ad fidem venientes. ¶ Eccleſia de Gentilitate. a ¶ Eccleſia vidit videntem ſe, & depoſuit deformitatem vitiorum. quod quotidie facimus, dum ſcripturas de Incarnatione Chriſti requirimus. a ¶ Chriſto. b ¶ De elatione. ¶ Vitioſa a conuerſatione veteris vitæ. a ¶ Reſpondet Chriſtum eſſe dominum. b ¶ Scriptura inquiſita reſpondet Chriſtum eſſe dominum ſuum. a ¶ Cum eccleſia Chriſtum cognoſcit: fœditatem ſuam erubeſcit. a ¶ Quia peccator quidquid homini agit Deo tribuit. a ¶ Habuit eam pro ſynagoga, de qua natus eſt Chriſtus ſecundum carnem. ¶ Patriarcharum coniugia Chriſtum & eccleſiam iungi ſignificant, aut coniunctionem animæ cum verbo Dei de qua dicitur 1.Cor.6.d. Qui adhæret Deo, vnius ſpiritus cum Deo eſt. ¶ Gentilitas aſſumpta dolorem qui ſibi de ſynagoga venire potuit, mitigauit.)

(* Leuauit oculos ſuos & — * dño ſuo. — * Eam. * Eam. * Eius. Teriſtrū.)

c *Quis eſt ille homo, &c.* Rebecca viſo Iſaac, quis ſit, requiſito puero cognoſcit: qa eccleſia per prophetarū & apoſtolorū dicta qd de Chriſto credere debeat, intelligit. Quę ſe mox pallio coopuit, qa quāto magis Xpi myſteria penetrat, tāto de anteacta vita cōfunditur. Vnde infirmitatē ſuā pallio operire nititur, & q̄ prius in camelo libere geſtat, deſcēdens verecundia tegitur, cui quaſi de verecūdia dicit. Quē enim fructū habuiſti tunc, in illis in quib. nunc erubeſcis? E

d *At illa, &c.* HIERON. Alia editio: *teriſtrum*, quod ēt nūc genus eſt Arabici veſtimenti quo mulieres prouinciæ illꝰ velantur.

✠ CHRISOST. Conſidera quomodo nuſquam ſuperflua & inutilia, nuſquā diabolica pompa, nuſquam cymbala & tibiæ, & choreæ & ſatanica illa cōuiuia, & ſcommata omni obſcœnitate plena, ſed omnis honeſtas omnis ſapiētia, & mititas. Hāc imitentur mulieres, hanc æmulentur viri, quare obſecro, ſtatim ab initio ſordibus impleri finis puellæ aures, tam turpibus cantilenis, tam intempeſtiua illa pōpa? Neſcis quomodo adoleſcentia in malum propenſa. (Hom. 48.)

e *Introduxit eam, &c.* GREGORIVS. Hanc Iſaac in tabernaculū matris ſuæ & introduxit, & vxorem accepit, quia in loco ſynagogę de qua natus eſt Chriſtus, eccleſiam diligit, vt quæ cognatione, id eſt, prędeſtinatione proxima fuerat, amore cōiuncta vxor fiat.

f *Et intantum, &c.* GREGO. Quia ex lucro eccleſiæ Chriſtus triſtitiam ex perditione ſynagogę deterſit, quia dū eccleſia ex gentilitate veniens vſque ad thorum contemplationis perducit, Iudæa pro nihilo habetur. Iſaac quoque riſus Rebecca vero patiētia dicitur. Riſus vero ex lætitia, patiētia ex tribulatione Et quamuis eccleſia iam ſit cæleſtis gaudii contēplatione ſuſpenſa, habet tamē in ſe quod de carnis pondere doleat. Iſaac vero & Rebecca iungūtur, id eſt, riſus & patientia, ſecūdum illud Rom.7.c. *Spe gaudentes, in tribulatione patientes,* ut proſpera lætificent de contemplatione, aduerſa de tribulatione perturbent. (Allegoricè.) F

*In cap.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cumque leuaſſet, &c. *id eſt, cognouit, quia erant diſtincti ab alijs vt ſupra dictum eſt.*

2 Rebecca quoque conſpec. Iſaac. *Quia uidebit eum inclinantē verſus eos.*

3 Deſcendit de camelo. *Vt faceret ei reuerentiam.*

4 Et ait ad puerum, Quis eſt, ille, &c. *Prius enim quæſiuit hoc, et audiuit quod erat Iſaac antequam deſcenderet, licet ſcriptum poſt, quia non omnia ſemper ſunt ſcripta eo ordine quo facta ſunt, vt prædictum eſt.*

5 At illa. *Hebræi dicunt* צעיף *zaip, id eſt ornamentum capitis.*

6 Operuit ſe. *Vt honeſtior apparere in conſpectu eius.*

7 Seruus autem cun. &c. *ſcilicet proceſſum viæ, & ſignum datum ſibi a Deo de Rebecca.*

8 Narrauit Iſaac. *Quod interponitur in aliquibus libris non eſt de textu.*

9 Et intantum di. &c. *Id eſt, leniret, quaſi tribus annis ante quod, patet, quia ſeq. ca. dicitur, quod Iſaac erat. xl. annorū, quando accepit Rebeccā. Sara autem erat xc. annorū, quādo natus eſt Iſaac, vt habetur ſupra. 18. quibus ſi addantur xxxvij. faciunt annos cxxvij. quod fuit totū tempus vitæ Saræ vt dictum eſt ſupra, c. xxiij. & ſic patet propoſitū.*

10 Temperaret, *non totaliter auferret. Ex quo patet magna affectio ipſius Iſaac ad matrem ſuam, quę iam obierat tribus annis ante.*

✠ NICO-

## MORALITER.

4 *Quis eſt iſte homo qui uenit, &c. Dixitque ei, ipſe eſt dominus meus:* dominus enim prius occurrit nobis quam nos ſibi. AVGVS. ſuper Ioan. ille venit quem gratia Dei præuenit.

† *Et accepit uxorem.* Per dilectionis perfectionem.

9 *Et intantum, &c.* Mater autem Chriſti, ſynagoga poteſt dici quæ mortua fuit quantum ad legalia in morte Chriſti: ſed eccleſia de gentibus collecta multo plus Chriſto dilecta fuit, & ſic pactum reformauit.

Moraliter poteſt exponi & de qualibet muliere, q̄ ad verbū pdicatoris concipit ſpiritū deuotionis: & relicto faſtu ſeculari atq; luxu, Chriſto deſponſatur per obſeruantiam caſtitatis, ſecundum illud Apoſt. 2. Corint. 11. a. *Deſpondi vos uni uiro, uirginem caſtam exhibere Chriſto.*

MORAL.

A In capi. 13. vbi dicitur in postilla. Sed ad terram & cognationem meam, &c.

ADDITIO.

Vbi translatio nostra habet. Sed ad terram & cognationē meā proficiscaris. litera Hebraica dicit. Sed ad terram natiuitatis meę terrā enim natiuitatis Abrahæ vbi erat domus patris eius fuit Mesopotamia, non autem Hur. Chaldęorum vt ostensum fuit supra, in prima additione cap. 12.

In eo c. 14. vbi dicitur in post. Dixitq; ad eā: cuius es filia, &c.

ADDITIO II.

Non videtur necessarium in hoc loco mutare ordinē narrationis. Satis enim rationabile est quod Eliezar daret localia antequā certitudinaliter sciret, quod puella esset de cognatione Abrahę, vt suam ostenderet curialitatem, sicut etiam ipsa puella curialem & humilē se ostēdit erga ipsum. Quod autem postea in narratione Eliezer præposuit interrogationem dationi, potest intelligi per anticipationem, vel forte hoc dixit, vt B non æstimaretur leuis.

In eo. ca. 24. vbi dicitur in postilla. Vbi erant fons, &c.

ADDITIO III.

Hebraica veritas habet. Qui festinatus egressus est ad hominem foris ad fontem, vnde qui scripserunt fons tantum, non recte se habuerunt in hoc loco.

In eo. cap. 24. vbi dicitur in postilla. Interrogauitque eam, &c.

ADDITIO IIII.

Non habet ex hac narratione intentum postillator, potest enim intelligi prout dictum fuit supra suo loco eodem capitulo.

In eo. c. 24. vbi dicitur in postilla. Sed si quęratur, &c.

ADDITIO V.

Non oportet fingere pœnitudinem Bathuelis, nec eius mortem in hoc loco prout Ra. Sa. dicit de quibus nulla fit mentio in scriptura. sed probabilius videtur dicendum quod Bathuel antiquior & magis sensatus, nolebat differre missionem Rebeccæ credens quod ista erant à Deo ordinata prout dixerunt prius: A domino egressus est sermo. Sed Labā qui erat iunior, & mater Rebeccæ ex quadam carnali fragilitate volebant differre negotium prout sequitur, Maneat puella nobiscum. C

In eo. ca. 24. vbi dicitur in postilla: Vel forsitan. egressus fuerat ad videndum dispositionem cœli, &c.

ADDITIO. VI.

Abraham astronom⁹

Dicere quod Abraham fuit edoctus in astronomia, & quod primus eam docuit in Aegypto, nullum fundamentum habet in sacra scriptura, nec etiam rationi videtur consonum. Primum patet, non enim in historia propria ipsius Abrahæ, quę habetur in hoc libro Genes. Nec etiam in Psal. seu prophetis, vbi quandoque fit mētio de Abraham hoc inuenitur vt est manifestum discurrenti. Secundum patet, tum quia etiam apostoli qui fuerunt a Deo maxime illuminati, intantum quod eis dicitur Ioa. 16. Docebit vos omnem veritatem. Non exponitur communiter quod fuerunt illuminati de veritatibus mathematicis seu astronomicis, sed de his quę sunt ad salutem necessaria, multo minus hoc dicendum est de Abraham, quem scriptura commendat de fide. & timore dei, & de operibus virtuosis, nunquam tamen de aliqua scientia vel arte, quæ humanitus potest inueniri. Tum quia scientia Aegyptorum in scriptura reprobatur tanquam diuinatio superstitiosa vnde Esa. 19. b. dicitur Aegypti, quasi increpando. Vbi nunc sunt sapientes tui? annuncient tibi & indicent, &c. Tum quia ex hoc daretur occasio infidelibus, seu hæreticis qui ea quæ deus operatur miraculosè pro sanctis suis seu per eos attribuunt malitiosè influētijs cœlestibus seu dęmonijs modo quo Christo dicebatur Luc. xj. b. In belzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia, & multo fortius de Abraham tales peruersi dicerent quod ea quæ Deus pro eo fecit circa Pharaonem & Abimelech. & huiusmodi essent præparata per virtutes seu influentias astrorum cuius oppositum etiam fatebantur pagani, vnde supra. c. 21. c. Abimelech & principes exercitus sui dicebant Abrahæ, Deus est tecum in omnibus quæ operaris, &c. vnde nec etiam videtur dicendum de Isaac, quod erat edoctus in astronomia à patre rationibus iam dictis. Sed potius cum de eo dicitur, quod egressus fuerat ad meditandum in agro intelligendum est de meditatione contemplationis & huiusmodi prout pertinet sanctis viris qui in lege domini meditantur die ac nocte, præsertim autem Isaac qui fuit Deo oblatus in sua pueritia hoc pertinebat. In alijs vero libris dicitur. Et egressus fuerat ad se exercēdum in agro, quod per literam Hebraicam in hoc loco positam, etiam sic potest intelligi, & est sensus quod egressus fuisset ad exercendum se corporaliter in agro tempore vespertino, cum iam inclinata est dies & æstus feruor mitigatur. E

REPLICA.

Correctorij contra Burgen. Hussitam. In cap. 24. vbi postillator illud quod dicitur Sed ad terrā & cognationem meam proficiscaris, exponit de Aram, Burgen. exponit de Mesopotamia, cuius correctorium require supra ca. 12. in prin.

Item eo. c. vbi exponit illud dictum Eliezer, cuius es filia, per anticipationem Burgen. reparauit vsque ad sui ipsius inuolutionem. Negans enim anticipationem ex rationabili causa positam, concedit per cādem sub eodem contextu ex causa minus rationabili vt patet ex eius processu, quem vide. Item in eo. c. vbi Eliezer cuius refert ordinem facti. s. quod prius interrogauit cuius esset filia, & cognitio suspendit inaures, & dedit iocalia. postillator dicit quod fuit per anticipationem dicta, vbi primo dicitur de disse iocalia, & post interrogasse. sed Burg. dicit per hoc non habere propositum sed rationem non assignat. Item ca. eo. quando dicitur: Maneat puella. Ra. Sa. exponentem illud Burg. reprobat, eo quod vt dicit non habet fundamentum in scriptura eadem ratione & expositio Burg. in scriptura non videtur fundari. In eo. cap. circa illum passum. Quomodo Isaac. fuit egressus ad meditandum in agro. Postillator dicit, quod forte etiam ad videndum dispositionem cœli, quia didicit à patre scientiam actorum, prout dicit Iosephus, Abraham etiam docuisse Aegyptios. Hæc Burg. valde egre ferens dicit nullum fundamentum habere in sacra scriptura, nec etiam rationi consonum ex multis quæ infert. Sed Burgen. quo ad primum se fecit familiarem argumento Hussitarum refutato magno concilio Constantiæ, videlicet, non habetur expresse in sacra scriptura, igitur credere non oportet, vel falsum est. locus enim ab authoritate negatiue non tenet. Sed quo ad secundum videntur impertinentia quę infert Burgen. Nam non videtur verum, quod astronomia distrahat à virtute, fide & timore Dei Sed dicitur in in singularem commendationem quod Abraham fuit astronomus, nec est detestandum in Abraham quod Aegyptios artem bonam docuerit, quam per abusum verterunt in superstitionem, & astronomiam in astrologiam. Sæpe enim bonarum scietiarum fit abusus, quinimo hæretici euangelio & sacra scriptura abutuntur. & si sancti huiusmodi scientias bonas & demonstratiuas sciuerunt, ex eo non datur occasio infidelibus malè sentiendi de sanctis, sed si inde occasiones sumpserint, sinendi sunt, vt cæci & duces cæcorum. Vnde Iosephus dicens Abraham docuisse in Aegypto astronomiā non intendebat hoc vitium imponere patriarchæ, quod vsus fuisset in doctrina vel opere mathematicorum & astrologorum superstitione secundum ipsum, sed quod docuit ea quę artis sunt, & quid mirum si filium suum docuisset id ipsum, vt in factura Dei delectari potuisset. F

A a

CAP. XXV.

A Bra. ve. ISID. Alleg. Mortua Sara duxit Abraham Ceturam. Non propter incontinentiam, quia iam grandæuus nec propter filiorum procurationem, quia illi semen quasi stellæ cęli ex hac ęc promissum erat. Sed sicut Agar & Ismael figurauerunt carnales ueteris testa. Sic Cetura & filii eius hæreticos, qui se ad testamentum nouum, existimant ptinere. Sed utraq; concubina, sola Sara uxor, unde Cantic. 6. c. *Vna est columba mea, etc.*

✠ AVGVS. Quid si & hoc prouisū est (qd̄ Abrahā aliā duxit uxorē) cōtra hereticos futuros secundarum aduersarios nuptiarū, ut in ipso patre multarū gentiū, post obitū cōiugis iterū coniugari, demonstraretur non esse peccatum?

ALLEG. Post assumptionē ecclesiæ adhæserunt Christo multæ animæ hęretica prauitate deceptæ, quæ non catholicos, sed schismaticos genuerunt q̄ unitatem eccl'æ diuiserūt, quos significant filii Ceturæ qui inferius numerantur.

B

b *Aliam du-&c.* HIER. Cetura, Hebraice, copulata aut coiūcta. Vn Hebræi suspicātur mutato nomine eādē esse Agar, quę Sara mortua de concubina trāsierit in uxorem. Et uidetur Abrahę excusari ætas, ne senex nouis nuptiis lasciuisse arguatur. De Cetura autem nati filii Abraham iuxta hutto. Heb. occuparūt Trognetidē, & Arabiā, usque ad maris rubri terminum. Dr̄ autē Afer ex posteris Abrahæ exercitū aduersus Libiā duxisse, & ibi uictor consedisse, eā quo Africam posteri eius nūcupauerunt. Cetura, Thymiama interpretatur, quod est incēsum, uel bonus odor Hanc sortitur Abrahā in cōiugē, qui dicere poterat 2. Cor. 2. d *Christi bonus odor sumus.* peccatū res fœtida est. Si q̄s ergo est in quo nō sit odor peccati, sed iustitię & suauitatis & misericordiæ, & q̄d dicat Psal. 154. *Dirigatur oratio mea sicut, &c.* hi Ceturam duxit uxorē. Ad tales nuptias taleq; sobolem aptiores sunt senes, quanto .n. quis est carne fessus, tanto spiritu robustus & sapientiæ complexibus aptus.

D

Abraham Ceturam ducit ī uxorem. Diuisio. † 32. q. 4. §. 1. & c. 1.

al. † iamrā al. † iesian ai. † iesua.

li. 16. de ciuitate c. 34

1. Epher.

Isaac dat possessio, filiis cōcubinarū munera, q̄ uxores quidē, sed nō dnę domerant.

Moritur Abraham 1. Cor. 15. f.

in q. Heb.

Benedicitur Isaac a Deo supr. 16. d.

Moraliter

Filii Ceturæ. 1. Pet. 1. c.

CAP. XXV.

a Non solum pro multiplicanda sobole, sed mystica significatione.

a A Brahā vero aliā duxit vxorem, nomi- 1
a Quia iuuencula de sene concipere potest.

b ne † Ceturam. Quæ peperit ei, Zamrā 2 &† Iexan & Madā, & Madiā, & Ies- 3 boch, & † Sue. Iexan quoque genuit

c Saba & Dadan. Filii Dadan fuerunt
a Negociatores. c Alias Loomim. Phylarchos id est principes tribuum. b Aes vel metalla cudentes.

Assurim & Lathusim, & Laomim: At vero ex Madiā ortus
a Alias Apher vel Ephet.

est Epha & 1 Opher & Enoch & Abida & † Heldaa: Oēs
a Hi populi hæreticos figurantes in sortem Isaac non sunt collecti, quia heretici & schismatici non possidebunt regnum Dei.

d hi filii Ceturę. Deditque Abrahā cuncta quæ possederat
Iudæis hæreticis.

Isaac: filiis aūt concubinarum largitus est ✠ munera, & se- 4
Hæreticum hominem post 1. & 2. correctionem deuita ad Tit. 3. c.
a Quia aduersantur ei, de quo dicitur Zach. 6. c. Oriens nomen eius.

parauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret, ad

e plagā orientalē. † Fuerunt aūt dies vitę Abrahę, centū se- 5 ptuaginta quinque anni, & deficiens, mortuus est in se- 6
a Cani sunt sensus hominis, &c. Sap. 4. b. b Luce & dici opera. c Spe immortalitatis.

nectut'e bona, prouectęq; ætatis, & plenius dierū, cōgregatusq; est ad populū suum. † Et sepelierunt eum Isaac & Is- 7 8 9
a Angelos quorum conciuis erat. b Amorem eius in corde suo absconderunt. c Populi de circumcisione & præputio credentes.
a Tam in actione quam in contemplatione quib. vacare non potuerunt doctores ecclesiæ, nisi illa vacatio empta iussisset promissione æternitatis & prædicatione veritatis a principib. terrenis.

mael filii sui in speluca duplici, quæ sita est in agro Ephrō 10 filii Seor Hethęi e regione Mābræ, quam emerat ✠ a filiis
a Memoria commendatus. b Christus. c Ecclesia primitiua. d Passionem Christi.

Heth. Ibi sepultus est ipse, & Sara vxor eius. Et post obitū 11
a Multiplicauit Christianum populum. b Morabatur in discutiendis profunditatib. scripturarum.

illius benedixit Deus Isaa'c filio eius, qui habitabat iuxta

c *Filij Dadan fuerunt Assurim, & Lathusim, & Laomī. At vero ex Madiā ortus est Epha & Opher & Enoch & Abida.* HIER. Assurim in negociatores transferri putant. Lathusim in ęris ferriq; metalla cudentes. Laomim philarcos, i. principes multarū tribuum & populorum Alii ab hoc Assurim Syros dici putant, & à plerisque filiis Abrahæ ex Cetura occupatas Indię regiones.

in q. Heb. al. † celda

* Abrahā.

E

d *Deditq; Abraham, &c.* ISID. Quia dantur munera filiis cōcubinarum carnalium, sed nō perueniunt ad regnum promissum heretici uel Iudæi, quia carnalia lucra sequūtur, solus Isaac est hæres, quia nō filii carnis existimātur in semine, sed promissione.

† 23. q. 1. c. hebrō de sepul. c. 2.

* Abrahā.

F

e *Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis & plenus dierum congregatusque est ad populum suum. Et sepelierunt eum, etc.* HIERONYM. malè in 70. additum est. *Deficiēs mortuus est Abraham*, quia non cōuenit Abrahę deficere vel minui. Illud quoque

de q. Heb.

NICOLAVS DE LYRA.

*CAP. XXV.*

C 1 A Braham vero. *Postquam Moses descripsit electionem fidelis populi deducendo per Abraham, hic consequenter hoc idē facit per Isaac filium suum. et quia vbi terminatur vnus stipes incipit alius sequens ideo primo describitur ipsius Abrahæ finis et consummatio. secundo ipsius Isaac generatio, ibi,* Hæ quoque sunt generationes Isaac. *prima diuiditur in duas. s. in partē principalem et incidentalem, ibi,* Hæ sunt generationes Ismael. *Finis autem et consummatio ipsius Abrahæ. describitur in hoc quod ordinatione facta de filijs suis et de bonis sepultus est honorifice, occasione tamen filiorum, de quibus habebat ordinare, primo fit mentio de filijs Abrahæ post mortem Saræ genitis, cum dicitur.*

2 Aliam, &c. *Dicunt Hebræi quod ista fuit Agar, quæ nominata est Cetura, quæ in Hebræo sonat thurificata. Cuius ratio est, quia sicut dicunt ita munde se custodiuit postquam cum filio de domo Abrahæ recessit, ac si esset deo oblata uel consecrata, propter quod mortua Sara Abraham misit filium suum Isaac ad reducendum eam sibi. Sed contra hoc videtur quod infra dicitur eo c.* Filiis autem concubinarum largitus est munera, &c. *Ex quo videtur, quod cum Agar fuit alia sibi coniuncta præter Sarā. Sed posset hic dici, quod hic accipitur plurale pro singulari, et econuerso, aliquando in scriptura accipitur singulare pro plurali vt dictum est supra xix. c. ponitur etiam Agar in plurali, quia bis fuit ipsi Abrahæ coniuncta, ita quod tenet quasi vicem duarum, vnde in biblijs Hebraicis correctis hoc nomen concubinarum in hoc loco scribitur diminute, ad designandum quod non fuit nisi vna. Expositores autem catholici communiter dicunt quod ista Cetura fuit alia ab Agar iunior illa, propter quod de sene potuit facilius concipere, nec accepit eam Abraham libidine ductus, sed amore prolis, et est figura futurorum, quia sicut Agar et Ismael significauerunt carnales vet. test. sic Cetura et filij eius hæreticos qui se dicunt ad no. test. pertinere, sed ecclesia quæ per Sarā designatur vna remanet tanquā vxor & sponsa, et aliæ nominantur concubinæ.*

3 Quę, &c. *nomina sunt capitum diuersarum gentium descendentium ab Abraham per Ceturā. et patet litera vsque ibi.*

4 Filiis autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac, &c. *Vxores eius fuerunt, vt patet ex prædictis. Sed nominantur concubinæ, quia Sara fuit eius vxor principalis, alibi etiam in scriptura vxor concubina nominatur, Iudic. xix. f.* Habeo filiam uirginem, & hic homo habet concubinam, *et certum est, quod erat eius vxor vt patet ibidem.*

5 Fuerunt, &c. *In Hebręo ponuntur isti numeri distinctè sic centum annis. 70 anni et 5. anni. et hoc vt dicunt Hebræi, ad designandum quod Abraham fuit ita mundus à peccato, quando fuit. c. an. et 70. sicut quando fuit solummodo. 5. an. sicut supra dictum est de Sara. 23. c.*

6 Et deficiens, &c. *Morte naturali.*

7 In se. bo. &c. *id est, in diuina gratia.*

8 Congregatusque, &c. *Quia anima eius recepta est ad limbum sanctorum patrum.*

9 Et sepel. &c. *Deferentes ei honorem paternum, et licet fuerunt ibi alij multi ad honorandum sepulturā Abrahæ, isti tamen qui erant principales solum exprimuntur.*

10 In agro. *Scribitur hic Ephron diminute ex causa prędicta c. 23.*

11 Et post, &c. *i. augumētauit eū in spiritualibus bonis & temporalib.*

Cetura, q̄ Agar.

Singulare p̄ plurali.

*MORALITER.*

1 *Abrahā, etc.* Hic agitur de ortu & conuictu Iacob & Esau p̄ quos designantur boni & mali in Ecclesia regenerati secundum Illud Malachię primo Iacob dilexi *Esau autem odio habui.* igitur quantum ad eorum conceptum dicitur.

✠ *Deprecatusque*

quoq; quod in Graecis codicib. ponitur, *plenus dierum*, quod cũ sensum videatur exponere, eo quod luce & diei operib. plenus occubuerit, magis tamen ad anagogen facit, si simpliciter ponatur, *plenus*.

GLOSSA GRAECA. Ecce Moyses vitã venturi seculi nouit, nemo.n. his qui non sunt, apponi potest.

RVPER. Porro quod dictũ est, *Congregatus est ad populũ suum*, per similitudinem est intelligendum, quia videlicet quemadmodum de agro congregatur matura messis in horreum, sic de publico vitę huius congregantur electi temporibus suis, singuli in secreta quiescentium.

a *Hae sunt generationes, &c.* Hi populi ante filios Isaac computantur, qui cũ sint de semine Abrahae, non tñ computantur in semine, quia prius est quod animale est, deinde quod spirituale. Vnde post computationem carnalium ponitur genealogia Isaac, de quo facta est promissio & electorum propagãda successio.

b *Et haec nomina filiorum eius in vocabulis & generationib. suis. Primogenitus Ismeal Nabaioth, deinde Cedar, & Abdeel, &c.*

HIER. Duodecim filii nascuntur Ismaeli, primogenitus Nabaioth, a quo omnis regio ab Euphrate, vsq; ad mare Rubrũ Nabathea dr̃, quę pars Arabiae est. Nam familię ipsorũ oppida, pagi & tribus, horum appellatione celebrantur. Ab vno ex his Cedar in deserto & Duma alia regio, & Thema ad austrum, & Chedma alias Chethma ad orientalem plagam dicitur. Quod in extremo capituli iuxta Lxx. legimus, *contra faciem omnium fratrum suorum habitabat*. Verius est qđ posuimus, *coram oĩbus fratribus suis occubuit*; i. in manibus filiorum suorum mortuus est, superstitibus adhuc liberis. Fratres.n. filii appellantur. Vnde Iacob, *ponatur coram fratribus meis, & fratribus tuis, & diiudicent inter nos.* Non enim credendum est, quod Iacob exceptis liberis suis aliquos fratres secum habuerit.

c *Duodecim principes tribuum suarum. Anni vitae Ismael, &c.* Duodenarius, sicut sacratus est in apostolis & in apostolicis viris, sic execrabilis est in reprobis contra fidem trinitatis, & euangelium per quatuor mundi partes dilatatis.

d *Ab Heuila vsque Sur quae respicit Aegyptum, &cet.* Regio quam circumuit Phison ab Heuila nepote Noe sic vocata est, & est solitudo contra faciem Aegypti. Sur quoq; est solitudo inter Cades & Barad, extendens desertũ vsque ad mare rubrum & Aegypti confinia.

e *De Mesopotamia sororẽ Laabam.* Regio sterilis quę sic Graecè vocatur, quia media inter duo flumina Tygrim & Euphratẽ. Nam μέσος, medius, ποταμὸς fluuius dicitur, hinc hippopotamus, id est, fluuialis equus.

f *Deprecatusque, &c.* HIER. pro motione vel collisione. Lxx. posuerunt, *ludebant*, vel *recalcitrabãt*. Aquila *confligebant filij in vtero eius*. Symmachus, *in similitudine nauis in superficie ferebantur*.

GREGO. quę sancti orando efficiũt, ita praedestinata sunt, vt precib. obtineãtur. Nam ipsa quoq; caelestis regni prędestinatio ita est dispensata, vt ad hãc electi ex labore perueniant, vt postulãdo mereantur accipere, quod eis Deus ante secula disposuerat dare. Abrahę namq. dominus ait: *in Isaac uocabitur tibi semen*, qui ẽt dixerat. *Patrem multarum gentium constitui te*. Et rursum. *Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, &c.* Vnde constat, quod Deus semen Abrahae per Isaac multiplicare praedestinauerat, & tamen scriptum est. *Deprecatus est dominum Isaac pro vxore sua*. Si vero multiplicatio generis Abrahae per Isaac praedestinata fuit, cur sterilem accepérit? Sed praedestinatio precibus impletur. Is enim, in quo Deus

*Margin:* Genealogia Ismaelis. lib.6.c.46. — Al.† itar. Al.† itur. — Moritur Ismael. — Euila. Sur. Generationes Isaac. In q. Heb. — Concipit Rebecca. — E.* Ismael. †1 Pa. 1. b. 1 Massa. 2 Ietur. Mesopotamia. * Et facti sunt anni. 3 Heuila. li.1. dialog. — Isaac orat sibi dari partem. Melchisedech. al.† Rebecca. Gen.21.b. ibid.9.c. †Ro.9.b.7 q.1. in apibus.

**[Text]**

a puteũ nominis viuentis & vidẽtis. 1 Hę sunt generationes Ismael filii Abrahę, quẽ pepe b rit ei Agar Ægyptia famula Saræ, & hæc noĩa filiorũ eius† i vocabulis & gñationib. suis. †Primogenitus Ismaelis Nabaioth: deinde Cedar, & Abdeel & Mabsã Masma quoq. et Dũa & 1 Masa, Hadad, & Thẽa, et †2 Iacur et Naphis et Cedma. Isti sũt filii Ismael et hęc noĩa p castella et opida eorũ 12 c prĩcipes tribuũ suarũ. †Anni vitę Ismael cẽtũ trigĩta septẽ, & deficiẽs mortuꝰ ẽ, & appo 2 d sitꝰ ad populũ suũ. Habitauit ãt 3 ab Euila vsq. Sur, q̃ respicit Ægyptũ ĩtroeũtib. Assyrios: Corã cũctis frib. suis obiit. 3 Hę quoq. 4 sũt gñationes Isaac, filii Abrahã. Abrahã genuit Isaac. Qui cũ quadragĩta eẽt anno. duxit vxorẽ Rebeccã, filiã Bathuel Syri đ Me e sopotamia, sororẽ Laabã. Deprecatusq. 5 est f Isaac dñm pro vxore sua, eo q̃ esset sterilis. 6 Qui exaudiuit eũ, et dedit cõceptũ† Rebeca 7 id sed collidebãt in vtero eius paruuli. Quę 8 ait: Si sic mihi futurũ erat, quid necesse fuit

*Interlinear:* a A quo regio a mari rubro vsque ad Euphratem Nabathea dicitur. — India vel Aethiopia. — Adhuc viuentibus filijs. — a Hoc repetitur, vt sequentia commodius annectantur. — a Pater pro eis rogo, quos dedisti mihi. Io.17. b Quamuis in Isaac promissa erat successio, tamen implenda erat precib. Dei praefinitio. — a Quia diu filios non fecit ecclesia. — Collidebantur, Lxx. ludebant & recalcitrabant. Quia inter parietes ecclesiae diuersa sentiunt electi & reprobi. — Quasi quid facient nati, si sic luctantur innati.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Hæ sunt generationes Ismael, filii Abrahæ, &c. *quia scriptura fecerat mentionem de honore quem detulit Ismael patri suo in eius sepultura, ideo breuiter hic eius describitur generatio, & patet usq. ibi.*

2 Defici. mor. *Ex quo uidetur esse mortuus morte naturali. In Hebreo autem non dicitur,* Mortuus est, *sed transiit. quod non dicitur in scriptura de aliquo moriente, nisi iusto, ut dicunt Hebręi, & ideo dicunt quod decessit in gratia, & etiam ex hoc quod subditur:* Et appositum ad populum suum.

3 Coram cunctis, &c. *Hebręi dicunt posuit, nec accipit hic in significato generali, sed speciali, prout importat positionem uel fixionem tentoriorum, & hoc respondet ei quod supra dictum est 16.d.* E regione vniuersorum fratrum suorũ figet tentoria, *tamen de malis suis finaliter pœnituit ut dictum est. Sciendum ẽt, quod ubi nos habemus* obiit. *in Hebræo dicitur* נפל naphal. *& est uerbum aequiuocum, quia significat idem quod cecidit, pro quo translator noster posuit,* obiit, *& significat idem quod tentoricauit, uel tentorium fixit, & hãc significationem sequuntur Hebræi. secundum autem translationem nostram exponitur sic:* Corã cunctis fratrib. suis obiit, obiit, *i. ante fratres suos, ita quod li* corã *non importat præsentiam loci, sed antecessionem temporis. Item aliter ut importat præsentiam loci, quia filij sui congregati fuerunt in eius morte propter eius honorem, qui uocãtur hic fratres eo modo loquendi quo Iacob, dixit Laban.* Pone hic corã fratrib. meis & fratrib. tuis, *ut habetur infra 31.e. & certum est quod erant ibi filij Iacob, & filij Laban.*

4 Hæ quoque sunt generationes Isaac: filii Abraham, *&cet. Hic consequenter scriptura describit electionem & confirmationem fidelis populi per Isaac, ubi primo describitur multiplicatio prolis. Secundo probatio parentis. 26.c. Tertio ordinatio posteritatis, c.27. Circa primum primo describitur filiorum generatio, secundo natorum conuersatio ibi.* Quib. adultis. *tertio primogenituræ translatio ibi.* Coxit autẽ Iacob. *Circa primum dicitur sic.* Hæ quoque sunt gen. Isaac. *quæ sequuntur, & patet litera usque ibi.*

5 Deprecatusq; &c. *In Heb. habetur,* contra vxorẽ suã, *quia sicut Hebræi dicunt & est uerisimile, ipsa Rebecca orabat dominum ex una parte, & Isaac ex altera, ut dominus daret eis liberos, sed quia Isaac erat perfectior, ideo eius oratio fuit efficacior, ideo sequitur.*

6 Qui exau. eum. *scilicet Isaac.*

7 Sed collidebantur in vte. *impellebant.n. se mutuo, & hoc fuit signum contentionis futuræ inter eos, & inter populos ab eis deriuandos, Idumæos, s. & Iudæos. Deus.n. futura ostendit aliquando uerbis, & aliquando factis, ut in ista collisione, sicut & supra dictum est de conuersione uxoris Lot in statuam salis. 19.*

8 Si sic, &c. *timebat enim de aborsu puerorum, & per consequens de propria morte.*

9 Petre do

## MORALITER.

5 *Deprecatusque, &c.* per Isaac intelligitur bonus prælatus secularis vel religiosus qui deprecatur dominum pro vxore sua, i. ecclesia vel religione sua, vt concipiat & pariat filios ad Dei cultum aptos: sed ipsa parit geminos. i. aliquos bonos & aliquos malos, per Iacob & Esau significatos, vt dictum est, ideo subditur.

A Deus multiplicare semen Abrahæ prædestinauerat, tamē oratione obtinuit ut filios haberet.

Hom. 49. ✠ CHRYSOS. Quare cū & ipsa & vir eius vitæ fuerint eximię, & ambo continentię studiosi, sterilis fuit. Sed non sola sterilis fuit, sed & mater iusti Sara, & vxor Iacob Rachel. Quādo igitur videris virū & mulierem virtuti deditos carere liberis, nec tribuas hoc peccatis. Quippe sępenumero multa Deus dispensat quorū cām nescimus. Ideo aūt mulieres illę fuerūt steriles vt cū videas virginē, dnm nrm parientē ne sis incredulus. Qn igit tibi dicit Iudęus, quō peperit virgo? dic tu ei, quō peperit sterilis, & vetula? Duo impedimenta tunc erāt, & ætas intēpestiua, & natura vitiata. In virgine aūt vnū impedim̄ fuit, quod nō est particeps ꝯcubitus. Sterilitas igitur viā parat virginitati.

* Me. Rebecca Deū cōsulit. Hæc paulus exponit.

*Qui exaudiuit eam.* IDEM. Ne putes è vestigio & protinus assecutum esse quod optabat. Nam viginti annis māsit orās & deprecans Deum. Nam sicut docuit nos quot annos habuit qn̄ duxit Rebeccam (supra c. 25.) ita assignauit nobis quot annorū fuerit Isaac, quando nati sunt ei filii. *Sexagenarius, inquit, erat quando nati sunt paruuli.*

Fratris, Esau. B

In q. super G.n. a *Perrexitque, &c.* AVG. Quæritur, quo ierit cū nōdum essent prophetæ, vel sacerdotes tabernaculi aut tēpli dñi? forsitā ad locū vbi arā ꝯstituit Abraham. Sed quō ibi responsa darent, tacet scriptura, an p aliquē sacerdotem, quē mirū est, si erat, non fuisse nominatū, & nullā sacerdotū factā mētionē esse. forsitan ibi, cū, orādo allegassent desideria sua, dormiebant, vt per somnū monerentur, vel adhuc viuebat Melchisedech cuius tanta fuit excellētia, vt dubitaretur vtrū homo an angelus fuerit. Vel forte et in illo tēpore erāt homines Dei in quib. Deus posset īterrogari. Quicq d horum vel forte aliud fuerit Rebecca, tñ secundum scripturam dominum interrogauit, & responsum eius meruit.

Hom. 12. ✠ ORIG. perrexit, non de loco ad locum sed de vita ad vitam, de actu ad actum, de bonis ad meliora.

Hom. 49. ✠ CHRYSOST. Perrexit, i. cucurrit ad scientiam veram, & festinauit ad sacerdotem Dei ministrum, per quē latentium scientiam volebat discere.

quæst. 75. ✠ THEOD. Quidā tradūt Rebeccā ad Melchisedech pfectā fuisse, vtpotē sacerdotē Dei altissimi. Sed qa patriarcharū mos fuit aras Deo cōstituere, i. in locis vbi habitabant, ꝯsentaneū est Rebeccā apud altare Deum precib. consuluisse.

vbi supra. b *Duæ gen. &c.* AVG. Historica proprietate tñsum inuenitur cōpletum cum propter Israel. i. Iacob minor filius superauit Idumæos. i. gentē q̄ ꝓpagauit Esau, eosq; per Dauid tributarios fecit q̄ diu fuerūt vsq; ad regē Ioram 4. Reg. 8. Tūc. n. Idumæi rebellauerunt, & iugū de ceruice excusserunt, sicut prophetizauit Isaac, quando minorem pro maiore benedixit, & hoc idem dixit maiori: cum ipsum postea benedixit. D

Sermo 78 de tēpore. ✠ AVG. Isaac Christum, Rebecca ecclesiam significabat. Concepit corporaliter de Isaac Rebecca, quia conceptura erat spiritaliter de Christo ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebant, sic in vtero ecclesiæ duo populi aduersātur, humiles & superbi, casti, & adulteri, māsueti & iracūdi, benigni, & inuidi, misericordes, & cupidi.

† Ro. 9. c.

---

a Forsitan ad aram quam erexit Abraham, vel ad secretum locum in quo quietius oraret.

a ✝cōcipere? Perrexitq́. †vt consuleret dominū. 1

a Idumæi & Iudæi.

b Qui respondens ait; Duę gentes in vtero tuo 2

a Israel vel Christianus populus.

sunt: & duo populi ex vētre tuo diuidenť, pō-

a Idumæos vel Iudaicum. b Maior natu populus Iudaicus, minor Christianus, vel quia non omnes ex gentibus crediderunt: neque ex Iudæis omnes in vnitate fidei conueniunt.

pulusq; populū superabit, & maior seruiet mi 3

a Vt ecclesia per euangelium dilataretur. b Non vnus intellectus velamine literę legis repertus est, sed carnalis & spiritualis.

c nori. Iā tempus pariendi venerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui † prius e- 4

a Litera sequens. b Vir sanguinum. c Solis exterioribus assuetus.

gressus est, rufus erat, & totus in morē pellis 5

a In Hebræo seyr. Vnde Esau seyr, id est, pilosus dicitur.

hispidus: vocatuq; est nomen eius Esau. Pro-

a Quia supplantaturus erat fratris primatum.

d tinus alter egrediens, plantam fratris tenebat 6

a Supplantator.

manu, & idcirco appellauit eū Iacob. Sexage 7

narius erat Isaac qn̄ nati sunt paruuli. Quibus 8 9

a Exteriorem actionem exercendi.

e adultis, factus est Esau vir gnar⁹ venādi, & ho 10

a Iura ciuilia, i. ecclesiastica ignorans. b Sine macula & ruga. Qui sine dolo fecit dolum. Alia æditio, sine dolo. c Studebat in spiritualib.

f mo agricola. Iacob āt vir simplex habitabat i 11 12

---

c *Iā ips, &c.* HIER. vbi nos, *pilosum* posuimus, I Hebræo hr̄ שעיר *seyr.* vnde Esau, sicut alibi legimus, seyr, i. pilosus dictus est.

In quæst. Hebr.

✠ ORIG. Hic sermo nunq̄ ferè nisi de sanctis mulierib. scribit, sicut de Rebecca, Elizabeth & Maria matre dñi. Vn̄ eximiū aliqd p̄ter cęteros hoīes huiusmodi partus ostēdit, & impletio dierū ortū pfectæ sobolis indicat.

Al' prim⁹. Hom. 11. Esau. E

Iacob. Osee. 12. a. Mat. 1. a.

d *Protinus alter, &c.* ISID. Hoc figuraliter factū et Iudæis nō credentib. notū est, qualiter populus ecclesiæ populū synagogæ superauit, & plebs Iudæorum tempore maior seruiuit minori populo Christianorum.

Quęstio. Esau venator, agricola. Iacob simplex.

✠ AVG. Iste patriarcha (Iacob) nec vxorē alīā habuit, nec aliq̄ ꝯcubina. Nec ideo eū patri pferre debemus. Erāt. n. paterne fidei merita potiora, intantum, vt dicat Deus p illū huic se facere bona. *Ego sum Deus Abrahā patris tui, noli timere multiplicabo semen tuū propter Abrahā patrē tuū.* vt intelligamus q̄ caste Abrahā fecerit, q̄ hoib. impudicis, & neqtię suę descriptu ris sanctis patrocinia reqrentib. vr̄ fecisse libidine. In singulis quoq; hoc dici pōt. *Duę gentes & duo populi* intra nos sunt, s. vitiorū & virtutū. iste minor, ille maior: plures. n. sunt mali quā boni, & vitia plura virtutib. Sed tñ populus populū superat, *& maior seruiet minori,* caro, s. spũi, & vitia virtutib. præcedit Esau. rufus & totus vt pellis hispidus. Deinde exit Iacob tenēs plātā fratris, prior. n. populus prophetarū & Christi sanguine pollutus, peccati & nequitię squalore circundatus, cuius minor plantā tenuit, quia maiorem populum minor superauit.

li. 16. de ciuitate ca. 36.

Moraliter

e *Factus est Esau.* GREG. eorū vitā signat, q exteriorib. voluptib. fusi carnē sequunt. Agricola quoq; dr̄ qa amatores sęculi tāto colūt exteriora, quāto interiora sua inculta relinquūt.

F li. 5. Moral. ca. 7.

f *Vir simplex.* RVPER. Ecce i studiis eorū tāta diuersitas, quanta in Caio & Abel. Nā Iacob, vt Abel simplex, & pastor fuit ouiū. Esau aūt sicut Cain homo agricola, & qd sequentia iudicabunt

lib. 7. ca. 6.

---

NICOLAVS DE LYRA.

1 Perre. &c. *Dicūt Hebræi, q̄ iuit ad Melchisedech, qui erat sacerdos Dei excelsi, & ad Heber qui habebat spiritū prophetiæ. vterque. n. adhuc viuebat, quod patet si cōputentur anni eorū. De Melchisedech. n. supra dictū est q̄ erat Sem filius Noe, de quo scribitur supra 11. b. q̄ biennio post diluuiū genuit Arphaxat, & postq̄ genuit Arphaxat vixit qngentis annis. Si aūt cōputentur anni a diluuio usque ad natiuitatē Iacob & Esau non inueniuntur tot anni, a diluuio. n. usque ad natiuitatē Arphaxat fluxerunt duo anni, ut iā dictū est. Arphaxat aūt cum esset 25. ann. genuit Sale. Sale vero cum esset 30. anno. genuit Heber. Et Heber, 34. ann. genuit Phalech. Et Phalech. 30. annorum genuit Reu, & Reu, 32. annorum genuit Saruch. & Saruch. 30. annor. genuit Nachorā & Nachor 29. annor. genuit Thare, & Thare. 70. annorum genuit Abraham. Et ista habetur supra 11. c. Abraham aūt cum esset. 100. annorum genuit Isaac: Isaac autem ut habetur supra c. 21. erat quadraginta annor. quando nati sunt Esau & Iacob, ut habetur infra. eo. c. Si autē prędicti anni a diluuio usq; ad natiuitatē Iacob similiter coniungantur, faciūt annos 452. Ex quo patet q̄ Melchisedech vixit ultra 50. annis. Quod autem Heber similiter viueret, potest similiter probari, accipiendo ex una parte omnes annos vitæ eius, & ex altera computando annos a natiuitate Heber usque ad natiuitatem Iacob & Esau.*

Anni a diluuio ad natiuitatē Iacob.

2 Duę gen. &c. *i. capita duarū gentium, Iudęorum, & Idumæorum,*

3 Et ma. ser. *hoc impletum est tpe Dauid qui fecit Idumæos sibi tributarios, ut habetur 2. Reg. 8. Et perfectius impletum est in Christo cui colla gentium & principum terræ subdita sunt & maxime imperium Romanum, quod Iudæi dicūnt significari per Esau.*

4 Qui pri. &c. *ideo uocatus est Edom.*

5 Et to. in mo. pel. his. *i. pilosus. ideo dictus est seyr. i. pilosus.*

6 Protinus, &c. *in signum quod foret eum supplantaturus.*

7 Idcirco, &c. *i. est supplantatorem.*

8 Sexage. &c. *Ex quo patet q̄ fuit cū Rebecca uxor sua 20. annis antequā pareret, quia erat 40. annor. quando accepit eā ut prædictum est: ideo quæritur hic quare non accepit aliā sicut pater eius Abrahā accepit Agar postquā decē annis probauerat Saræ sterilitatē, quia hoc erat tps determinatū, ut dictū est supra 16. c. Dicunt Hebræi q̄ Isaac ex quo voluntarie accessit ut immolaretur, ut prædictum est. 22. c. ex tunc fuit consecratus domino, & non fuit ei licitum habere nisi unicam uxorem, & hoc consonat dicto Apostoli primæ Timo. 3. a. dicentes, de episcopo, qui est Deo consecratus, quod oportet esse vnius uxoris virum.*

9 Quib. adultis, &c. *hic describitur natorū conuersatio, cum dicitur.*

10 Factus est, &c. *Ex quo patet q̄ sua occupatio erat circa terrena.*

11 Iacob autem vir simplex. *i. sine plica dolositatis, non autem dicitur simplex propter perfectum industriæ.*

12 Habitabat in, &c. *Dicunt Hebræi q̄ ista tabernacula fuerunt ta-*

MORALITER.

10 *Factus est, &c.* id est carnalis & cupidus.

11 *Iacob autem uir, &c.* id est, studiosus in bonis moribus.

† Isaac

A dicabunt, inuidendo fratri, licet nō actu voluntate tñ fuit fratricida. Dixit.n. *venient dies luctus patris mei, ut occidam Iacob fratrem meum*, quod Græcè dr̄, ἄπλαστος, hoc Latini simplicem interpretati sunt. Proprie aūt ἄπλαστος, non fictus. Vnde quidā, *sine dolo* interpretati sunt dicentes. *Erat Iacob sine dolo habitans in domo*, vt magna sit qō an per dolum acceperit benedōnem, qui erat sine dolo? sed ad figurandū aliquid magnum hæc scriptura præmisit, hinc. n. maxime cogimur intelligere ibi spūalia, quia sine dolo erat qui dolū fecit. *Simplex*. GREG. Quia curis exteriori bus spargi refugiunt simplices, in cogitatione & conscię habitat one consistunt. Habitat.n.in tabernaculis, qui se intra mentis secreta constringit, nedum ad multa foris inhiat, a seipso cogitatione alienatus recedat.

*Hodie.

a ✻ *Isaac amabat Esau, &c.* CHRYSOS. Vide quō pueros distribuit, & mater quidem erga Iacob minorem declarabat beneuolentiā, eo quod simplicē videbat, & domi versantē, pr̄ aūt diligebat E- B sau tum qđ primogenitus, naturalē electionē sequens esset, tum quod venatione eius vescebatur.

†heb.12.d 22.q.2.c. queritur§. erat ergo.

b *Coxit autem Ia. &c.* HIER. Rubeum, vel fuluū Hebraice Edon, dr̄ ab eo aūt quod rubeo cibo Esau primogenita vendidit, fului.i. Edom nomen accepit.

Edom.

Allegoric.

c *Cui dix. Ia. &c.* ISID. Quod Esau primogenita pp escam fratri minori vendit, & postea paterna benedōne sibi promissa priuatus est, Iudaicū populū significat, qui in Exo. primogenitus Dei filius appellatur, & pp seculi lucra non solum primatus sui honorē amisit: sed & celestis regni præmiū præparatum adipisci non meruit, vnde per exprobōnem dr̄ Matth. 12.d. *Auferetur a uo. re. Dei, & da. gen. fa. &c.* Primogenitura aūt vestis erat sacerdotalis qua induti maiores natu cū benedōne patris victimas Deo velut pōtifices offerebant, hoc dono terreni amoris desiderio, caruerunt Iudęi cū gloria futuri regni.

Primogenituraquę dignitas fuit.

a ¶ Deus pater. b ¶ Iudaicum populum. c ¶ Præsenti iustitia carnalium obseruationum, quam vni Deo exhibebat.

a tabernaculis Isaac amabat Esau, eo qđ de venationibus illius vesceretur: & Rebecca di-

a ¶ Gratia.

a ¶ Ex præsentia. b ¶ Minorem populum. c ¶ Simplicitas non quærit ollas carnium.

b ligebat Iacob. Coxit aūt Iacob pulmētum

a ¶ Stultus ardescit desiderio gulæ, propter vilem cibum. b ¶ Lenticula esca est brutorum animalium, significans animalē legis intellectum, quo populus Iudaicus illectus maluit primatu carere, quam ab eo recedere, quod nunc sta let a populo minore impetrare, temporalibus deditus, post mortem nihil speret boni.

Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. Quā ob causam vocatū est no-

a ¶ Rufus vel rubens a quo Idumæi.

c men eius Edom. Cui dixit Iacob: Vēde mihi[+] primogenita tua. Ille rñdit: En morior: Quid mihi proderunt primogenita? Ait

a ¶ Primogenita sunt quæ vuluam aperiunt, & specialiter primogenitis filiis debentur.

a Adhuc Iudæus in stultitia perdurat, pro temporalib. æterna non curat.

d Iacob: Iura ergo mihi. †Iurauit Esau, & vēdidit primogenita, & sic accepto pane & lentis edulio, comedit & bibit, & abiit paruipendens quod primogenita vendidisset.

d *Iurauit Esau, &c.* GREG. Sciendū aūt qđ nos qnq; modis gulæ vitium tentat. Aliqñ.n. indigentiæ tpa præuenit, aliqñ tps non præuenit, sed cibos lautiores quærit. Aliqñ quæ sumenda sunt parari accuratius appetit. Aliqñ qualitati ciborum & tpi congruit, sed in quantitate sumendi mensuram excedit. Aliqñ vero abiectum est qđ desiderat, sed tñ ipso desiderii æstu deterius peccat. 1. Reg. 14.d. Ionatas mortis snīam meruit, quia in gustu mellis, constitutū edendi tps antecessit. Populus ex Aegypto ductus in eremo occubuit quia despecto manna carnes petit, quas lautiores putauit. Num. 11. b. & 1. Reg. 2.c. Filiorum Heli prima culpa est quod ex voto eorum sacerdotis puer non de more vellet coctas carnes de sacrificio accipere, sed coquendas quærebat, quas accuratius exhiberet. Et cum dr̄ Ezechię. 16.f. *Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, & saturitas panis & abundantia*, ostenditur inde perisse; quia cū vitio superbię mensuram refectionis excessit. Hinc Esau primogenita amisit, quia magno æstu despicabilē cibum, i. lenticulam concupiuit: neque cibus sed appetitus in vitio est. Vnde lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, & abiectiores cum reatu concupiscentię degustamus. Esau. n. primatum pro lenticula perdidit. Helias in eremo virtutē carnes edendo seruauit. Hinc diabolus, quia nō cibū sed concupiscentiam cām esse damnationis intelligit, primum sibi hoīem non carne, sed pomo subdidit, & sm pane tētauit. Hinc est φ plerūq; † pro culpa committitur, ēt cum vilia sumuntur. Neq;.n. Adā solus vt a pomo abstineret prohibitionē accepit. Cū.n. alimenta saluti nostrę cōtratia Deus indicat, ab his ēt quasi per snīam vetat, & cum cupientes noxia tāgimus, & vetita gustamus. Ea vero sumenda sunt, q̄ naturę necessitas q̄rit, & nō q̄ † edēdi libido suggerit.

D Moraliter Gulę vitiū nos tentat quinque modis.

Edom.

E

Aliis † culpæ Adę.

Aliis † edenda.

AD-

NICOLAVS DE LYRA.

*bernacula Melchisedech vbi vigebat cultus Dei cum esset sacerdos Dei excelsi, & tabernaculū Heber qui fuit propheta, & docebat venietes ad se de diuinis. Ex quo patet, φ occupatio Iacob erat principaliter circa diuina. Vnde dicunt Hebræi φ ipse habitauit in tabernaculo Heber. 14. an.*

1 Et Rebecca di. ia. *Causa autem erat, quia per reuelationem diuinā habuerat quod ipse debebat fratri suo præferri, ut dictum est.*

C

2 Coxit autem Ia. &c. *Hic consequenter describitur primogenituræ translatio, cuius occasio fuit concupiscentia pulmēti quod coxerat* Iacob.

3 Da mihi, &c. *quia erat de lentibus rufis.*

4 Quia oppi. &c *id est, ualde.*

5 Quam ob causam, &c. *Ista non fuit tota causa, sed pars causę, quia cum hoc fuit alia causa quę prędicta est.*

6 Vende mi. pri. &c. *Ad intellectum literæ sequentis hic primo quęritur quomodo Iacob qui erat sanctę vitæ (vt prędictum est) petijt sibi vendi primogenituram, quia tempore legis naturæ quæ tunc currebat, primogeniti erant sacerdotes, & sacerdotium semper fuit reputandum quid sacrum, & ideo videtur simoniam commisisse. Item de iure primogenituræ erat quod haberet duplicē partem in bonis paternis respectu aliorum propter quod Ioseph cui* Iacob *dedit primogenituram, inter alios fratres habuit duas sortes, & duas tribus inter alios filios Israel, tribū s. Ephraim, & tribum Manasse. Cum igitur Isaac pater eorum haberet multa bona, sequitur etiam quod primogenitura in bonis temporalibus multum valebat, & sic videtur* Iacob *fecisse magnam fraudem & deceptionem in hoc quod pro re tam modica sc. esu pulmenti acquisierit ab* Esau *ius primogenituræ. Ad primum dicendū φ ius primogeniturę erat ipsius* Iacob *de iure, quia ex determinatione diuina vt prędictum est quia minor fuit propositus maiori, propter quod Malac. 1. a. dixit dominus:* Iacob dilexi, Esau autē odio habui, *& Apostolus ad Rom. ix. f. dixit quod hoc dictum est de ipsis antequam nati fuissent ex diuina electione, & sic patet quod ex diuina sententia debebat ipsi Iacob ius primogenituræ & istud fuit sibi reuelatum a matre. Esau vero de facto ius primogeniture possidebat, & ideo licitum erat* Iacob *prædictū ius ad se retrahere caute, quod fecit quod uidet ipsum Esau ita lassum venientem de agro quod timebat mori, propter quod tunc minus appreciabatur ius primogenituræ, sicut dixit:* En morior, quid mihi proderunt primogenita? *Vidit etiam concupiscentem & petentem pulmentum quod præparauerat, & per consequens tunc vidit tps conueniens in quo ius primogenituræ sibi debitum per modum emptionis retrahere ad se poterat, quod & fecit, nec in hoc peccauit quia non intendebat emere rem sacrā, sed redimere uexationem suam Esau autem peccauit, non solum peccato gulę inordinate cibum appetēdo, sed etiam peccato simonię rem sacram vendere intendendo, & sic patet ad primū. Ad secūdum patet ex dictis, quia ex quo suū erat de iure, poterat pro nihilo accipere, & ideo in modico precio nulla fuit deceptio a parte eius: Veruntamē quia non est verisimile quod homo prudens rem tanti valoris pro tā modico precio uēdi peteret nisi alius vellet uendere, ideo dicūt hic* Hebræi, *quod cibus iste de quo hic agitur, non fuit precium emptionis primogenituræ, sed vltra precium datum fuit a Iacob per modū curialis consuetudinis, quia in translatione rei notabilis recipiens vltra precium, soluit vinum, per quod aliquando intelligitur prandium vnū & hoc videtur ex litera cum dicitur.*

Iacob an licite primogenituram emit.

F

7 Iurauit, &c. *Sed quantum fuit precium scriptura non determinat, sicut nec in multis alijs.*

8 Et sic, &c. *pro auantagio vltra precium secundum consuetudinem vendentiū. Si autem contra hoc arguatur per illud quod dicit Apostolus ab He. 12.d.* Ne quis fornicator aut profanus ut Esau qui pp̄ter unā escā vēdidit primogenita sua. *Potest dici sm istam opinionē quod ly,* propter, *nō notat preciū quātitatē solū, sed causam motiuā, quia illa esca fuit causa motiua ad tractandum de uenditione, ut dictum est.*

9 Parui. &c. *Erat enim fortior viribus ipso Iacob, & intētus cautelis mundanis, per quæ cogitabat retinere ius primogenituræ, non obstante uenditione & iuramento.*

CAP.

MORALITER.

* † *Isaac amabat.* Per quod designatur φ prælatus bonus cautelis & donis subditorum malorum aliquando decipitur, propter quod infra Isaac *caligans oculis*, dicitur.

1 *Et Rebec. &c.* i. ecclesia vel religio: Nam communitas ecclesiæ secularis & etiam religionis magis diligit simplices & bonos quam astutos & malos.

2 *Coxit autem Ia. pul.* Cuius appetitu vēdidit Esau primogenita: & sic q̄ per cibum patrem decepit, p cibum primogenita perdidit scđm illud Sa. 11.c. *per quæ peccat quis per hæc & torquetur.*

3 *Et abijt, &c.* Secundum illud Prou. 18.a. *Peccator cum in profundum peccatorum uenerit contemnit, &c.*

A

### ADDITIO I.

In ca.25.vbi dicitur in postil.Vnde in bibliis Hebraicis cor.&c.

Per hoc autem quod hoc nomen concubinarum in hoc loco scribatur diminute, & non designatur quod non fuit nisi vna concubina, vocabulum enim quod hic in Hebraico ponitur,semper significat concubinas in plurali,siue scribatur diminute siue integre,ut patet scienti linguam.

### ADDITIO II.

In eo.ca.25.vbi dicitur in po. Congregatusque est ad populum suum.

Non modicum attendendum esse videtur quod de nonnullis sanctis antiqui testamenti cum de hac vita migrauerunt,scriptura dicit,ipsos congregari ad populum suum,vt hic de Abraham.& infra 35.c.de Isaac, & Gen. penu.a. de Iacob.similiter de Mose & Aaron in suis locis, nunquam tamen de aliquo eorum dicitur quod obdormiuit in Domino, sicut de quibusdam sanctis no.testa. vt Act.7.de Stephano dicitur: Et cum hoc dixisset,obdormiuit in domino, & sic de quibusdã aliis, quod catholicae veritati valde consonat,de iniustis uero dicitur: Peribit anima eius, &c. vt supra c.16 & infra multis locis,quia tali congregatio ne sanctorum carebant. De iustis vero post passionem Christi decedentibus proprie dicitur: Dormierunt in domino,&c.quia post hanc vitam in domino per beatam fruitionem requiescunt.

B

### ADDITIO III.

In eod.ca.25 ubi dicitur in postil.In Hebraeo autem non dicitur,mortuus est,sed transiit,&c.

In Hebraeo in hoc loco non dicitur,transiit,sed deficiens mortuus est. Et congregatus est ad populum suum,& ex hac secunda particula datur intelligi,quod in gratia decessit,prout dictum fuit in additione immediate praecedenti.

### ADDITIO IIII.

C

In eod.ca.25.vbi dicitur in postil. Perrexitque vt consuleret dominum,&c.

Quidam expositores Hebraeorum dicunt,& est magis consonum literae, quod non iuit ad aliquem prophetam,sed aliquem locum deuotum & secretum,in quo quietius oraret Deum cui consonat quędam gl.nostra,et et uerbum quod hic ponitur in Hebraeo,ubi dicitur. Vt consuleret dominum,&c.quod non significat consultationem tantum,sed etiam orationem,vnde sequitur: Qui respondens ait,duae gentes,&c. Ipse enim Deus quem exquisierat per orationem,respondit ei per angelum uel occultam inspirationem,nec mirum cum Agar Aegyptia & ancilla Sarae propheticas reuelationes habuit angelos, ut supra cap. 16.& 21.

### ADDITIO V.

In eo.c.25.vbi dicitur in postil. Duae gentes in utero tuo sunt,&c.

Romanum imperium Iudaei asserunt esse vnum & idem cum regno Christi seu ecclesiae,quod tamen manifeste est falsum,& ab eis malitiose fictum,ut ex hoc credatur,quod quarta bestia in reuelatione Danielis contenta,accipiatur pro regno Christi & sic expectetur destructio eius fienda per Messiam suum,quem inaniter expectant. Falsitas autem huius fictionis patet in additione super Dan.c.sup.dicto. Secundum tamen Catholicam veritatem tempore legis ante aduentum Christi,per Esau intelligitur gens,quam propagauit Esau,prout gl.in hoc loco testatur, sicut per Iacob intelligitur gens ab ipso Iacob secundum carnem descendens. Sed post Christi passionem populus ecclesiae per Iacob intelligitur, & plebs Iudaeorum per Esau,unde maior tempore.s.plebs synagogae seruit minori.s.populo Christianorum,prout in alia gl.in hoc loco habetur. Quod autem plebs Christianorum nuncupetur nomine Iacob vel Israel satis est consonum rationi,cum ipsi Iacob seu Israel succedat in fide,quae eadem est antiquorum & modernorum. Sed quae sit ratio quare plebs Iudaeorum intelligatur per Esau,cum ab ipso non descendant secundum carnem,nec ei succedant in fide,in libro Abdiae prophetae,qui de Idumaeis principaliter tractat domino concedente ostendetur.

### ADDITIO VI.

In e.c.25.vbi dicitur in postill. Ad intellectum literae sequentis.

Dubia hic mota a postillatore aliter possunt solui,& forte magis ad propositum. Ad quod sciendũ,quod cum historiae veteris test. figuratiuae fuerint,omnia enim in figura contingebant illis, vt 1. Cor.10.b. fiebat tamen hoc duob. modis. Primo. s. quod cum illud quod secundum historiam contingebat, tradebatur in scriptura iuxta literam ad aliquam doctrinam exemplarem inde sumendã,licet vlterius aliquid aliud praefiguraretur in melius sicut patet de immolatione Isaac supra xxij. c.quę quidem immolatio secundum literam fuit virtuosa & valde exemplaris,cum per eam ad literã insinuatur excellentia obedientię & timoris Dei in ipso Abraham,quae cedit in exẽplum salutiferũ aliorum,licet

Duob. modis fig uratiue scriptura loquitur.

passio Christi per eã figurata esset lõge melior, & in talib. historiis praeter rationem figuralẽ requirenda est ratio literalis. Secundo vero modo illa quae secundum historiam contingebant, traduntur in scriptura solum ad figurandũ futura,sicut cũ Esa.20.a.legitur de Esaia, quod incedebat tribus annis nudus & discalciatus,ut praefiguraret ruinam Aegyptiorum & Aethiopũ futurã,Similiter Osee 1.a.legitur, quod propheta accepit uxorem fornicariam, & fecit filios fornicationum. vt praefiguraret quod terra fornicatura esset a domino. Et in talibus historiis tota ratio historiae accipitur a re figurata,nec oportet quaerere aliam rationem literalẽ. Finis enim totalis talium historiarum est,non id quod sunt,sed id quod figurant. Ratio autẽ eorũ quae sunt ad finẽ secundum philosophũ assumẽda est ab ipso fine.non enim quaerendũ est an honeste se habuerit Esaias nudus lõgis tporib.incedendo, aut si licite se habuerit Oseas filios fornicationum faciendo,quia illa iussu diuino fuerunt facta solum ad figurandũ. Vnde in proposito,si gesta Iacob cũ Esau in suis primordiis attendentur, manifestum est quod fuerunt instinctu diuino facta solum ad figurandũ. Quod enim collidebantur in vtero matris paruuli, non fuit secundum naturam intentum,nec in scriptura narratum,ad hoc vt inde aliqua doctrina exemplaris sumeretur, sed solum diuino instinctu factum fuit, & in scriptura traditum,ad figurandum quod duae gentes seu duo populi diuiderentur,ut patet per diuinam declarationẽ ibi factam. Similiter quod minor frater egrediens ex vtero plãtam fratris maioris teneret in manu,solũ fuit factũ & in scriptura narratum,ut figuraret quod Iacob supplantaturus erat fratris primatũ.unde gesta istorũ fratrum adinuicẽ sicut cũ essent in vtero,& cũ ex vtero egrederentur fuerunt facta,et in scripturis tradita,ut figuratiua tantum,non autem vt exẽplaria, vt iã dictum est. Similiter tenendum est,de quibusdã quae contigerunt in eorũ conuersatione adinuicem,tam in emptione primogeniturę,quam in receptione benedictionis.s. quod ad figurandum tamen domino disponente contigerant & scripta fuerant, & imo non est in istis quęrenda alia rõ literalis,ut puta quomodo Iacob petebat sibi uẽdi primogenituram,cum reputaretur quid sacrum,& huiusmodi,quae in postilla quęruntur, nam istae historiae habent rationes figurales solũ,non autem literales,vt dictũ est de praedictis historiis Esaiae & Oseae. vnde ex hoc ipso, quod facta Iacob secundum se considerata in hoc loco videntur esse dolosa & iniusta, sumitur ratio quod fuerunt facta non propter se,sed ad figurandum, & hoc est quod dicit gl.in hoc c.super illud uerbum: Erat Iacob uir simplex,&c. Erat Iacob sine dolo habitans in domo, vt magna sit quaestio, quomodo per dolum accepit benedictionem qui erat sine dolo,sed ad figurandũ aliquid magnum haec scriptura permisit. hęc in Glo. Quę autem istae historiae figurassent, tradunt doctores,spiritualiter Isi. in li.ety.20. vbi dicit Esau primogenita sua propter esca n fratri suo minori vendidit,ac postmodũ paterna benedictione sibi promissa priuatus est,signat eundẽ populum Israeliticum,qui a Deo(ut liber Exodus narrat)primogenitus filius nuncupatus est,quia et propter praesentis seculi lucra non solum primatus sui honorem amisit,uerumetiã & regni caelestis premiũ praeparatum adipisci non meruerit,domino quodammodo exprobrante, cum dicit Matth.21.d. Auferetur a nobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti voluntatẽ eius,&c.hęc Isi. Si aũt contra hoc dicatur, quod hęc expositio Isi.et aliae similes quae in hoc loco traduntur a doctorib.sunt allegoricae,non aũt literales,et ideo non faciunt ad propositum. nam in hac postilla principaliter agitur de sensu literali Dicendum quod verum est,quod sensus literalis praesentis historiae, est cum litera simpliciter exponitur, qui proprie dicitur sensus historicus. Expositio autem Isi.supradicta est redditiua causae ipsius sensus literalis, et sic pertinet manifeste ad sensum literalem,qui per eam elucidatur secundum Aug. in li.de uti.cre.prout largius fuit ostensum sup.in additione super prologum ar.3 et quia ea quae hic traduntur in historia,solũ fuerunt facta ad figurandũ,ut dictũ est, idcirco non est ibi alia ratio praeter figuralẽ quęrenda,vnde secundum sanctum Tho.in prima secundę.q.52.ar.2.in responsione a 12.arg.dicit, quod si caeremonialia praecepta ve.te.essent data solũ ad figurandũ futura,non haberent aliam causam seu rationem praeter figuralem. Sed forte diceret quis,praedicta esse contra sententiã Apostoli,qui profanum Esau uocat ex hoc, quod propter vnam escam vendidit primogenita. Heb. 12.d. Ex quo patet quod Esau vituperandus fuit propter illam venditionẽ, quod non videtur rationabile secundũ hanc expositionẽ. Nã sicut Iacob excusatur a dolo et huiusmodi, ex hoc quod ista faciebat instinctu diuino ad figurandum, eodem modo videtur excusandus Esau de venditione stulta seu profana quam fecit, eo quod venditio sua etiam erat figuratiua. Ad hoc dicendum,quod uenditio Esau etiam si fuerit figuratiua, processit tamen ex praua intentione.s.ex contemptu doni spiritualis diuini.s.primogeniturae,quod donum habuit a Deo in sua natiuitate,et hoc insinuatur in litera cum sequitur. Abiit parumpendens. contemnens quod primogenita vendidisset, ex quo actus eius redditur vitiosus et vituperandum. Emptionem autem primogeniturę ab ipso Iacob,praesumendum est non esse factam ex praua intentione,sed potius instinctu diuino,Deus enim ipsum praelegerat ad huc in utero existentem,vt patet ex hoc quod supra dicitur, Maior seruiet minori.similiter ex hoc quod dicitur Malach.1.a. Iacob dilexi, Esau vero odio habui. vnde in emendo primogenituram etiam excusabatur eo quod vexationem suam redimebat.

D

E

F

ADDIT.

## ADDITIO VII.

A In ca.25. vbi dicitur in postilla, Si autem contra hoc, &c.

Si illa esca non fuit in precij quantitatem, sed solum causa motiua ad tractandum de venditione, & fuit inter illos alia quantitas conueniens in precium, vt postillator videtur dicere, tunc non est dicendus profanus Esau propter illam escam quam accepit, cum sæpe contingit etiam inter viros prudentes, quod ex aliqua modica causa introductiua incipiunt † tractare magnos tractatus, vnde verba Apostoli intelligēda sūt prout sonant, & dictis sanctorum in hoc loco consonant.

alias † intrare.

REPLICA Correctorij contra Burg. In c.25.

Burg. multa tangit, quædā consona, quædā dissona, non tamen per omnia ponderosa nec pertractatione digna vsq; ad locū illum vbi postillator disputat de emptione & contractib. inter Iacob & Esau, vbi Bur. reprehēdit postillatorē, volens melius soluere dubia mota, dicens finaliter quod in proposito non est quærenda ratio literalis, quia rationes omniū dubiorū hic motorū tantum figurales sunt & ponit exemplū de Esaia & Oseæ, vide quia disgressio est longa, sed pensatis his quæ Burge. ponit in responsione ad septimum argumentum sui prologi, apparebit eum frustra laborasse in proposito. Ibi enim exponens dictum beati Grego. in moralibus videlicet: Cum ordo historiæ deficit, se se nobis intellectus mysticus quasi apertis iam foribus ostendit. Dicit Burgen. quod historiam deficere secundum significationem vocum contingit multipliciter in parabolicis locutionibus, sicut cum dicitur de Dei digito, brachio & cæteris quæ in Deo non sunt, prout termini communiter significant. Item quando significatio vocum non inducit in fide & moribus aliquam vtilitatem, neq; honestatem conuersationis humanæ, sed speciem mali, sic inquit. Deficiente historia reccurrēdum est ad sensum spiritualem, quia tūc pro literali accipi debet. Ad idem est beatus Augu. 1. super Gene. in prin. dicens: Si in verbis Dei vel cuiuscunque personæ in officium propheticum assumptæ dicitur aliquid, quod non nisi absurde ad literam potest intelligi proculdubio figuratiue esse dictum aliam significationem accipi debet, hæc August. dans intelligere, quod vbi non est irrationabile, nec absurdum, vt dicit idem beatus August. supra super Genes. in princ. Nunc autem in sancto Iacob de quo est sermo, nihil est absurdum, nec irrationabile, imo si alicui posset videri quid illiciti commissum in facto. postillator per dubiorum motorum solutionem ad intentionem sanctorum doctorum elucidat & absoluit. Non igitur hic passus est solum figuralis, vt vult Burgen. sed etiam doctrinalis. Docemus enim donum Dei dispositione collatum nobis vel promissum negligere non debere, sed omni conatu ab ipsum tendere. & habito bene vti, sicut Iacob primogenituram, ad quam per Deum prædestinatus & electus antequam natus est: vt patet Malach. 1. a. & ad Rom. 9. c. Similiter & de benedictione patris eadem ratione sibi debita dicendum est, & mirum quod Burgen. dicit ea figuralia tantum, cum etiam in eadem sua digressione dicat supplantationem, qua Iacob Esau supplantauit esse figuratam, eo quod in vtero egrediens plantam Esau manu tenebat, non igitur hæc facta Iacob sunt tantum, vt dicit figuralia, sed etiam figurata, vt ipse subdit sibi ipsi contradicens, quod etiam ex suis exemplis patere potest. Adducit enim factum Abrahæ in immolatione Isaac, dicens illud literaliter esse intelligendum de commendatione eius obedientiæ, & doctrinaliter de imitatione eiusdē. Adducit deinde factum Esaię, quomodo nudus incessit, quod dicit tantum esse figurale, cum tamen sit factum obedientiæ, vt dicit beatus Hierony. & ponitur in Glo. ordina. Mira, inquit, obedientia prophetæ solo ciliciis induebatur vir nobilissimus, cuius filiam (vt tradunt Hebręi) Manasses rex accepit vxorem, non tamen erubuit nudus incedere, nil honestius indicans quam præceptis diuinis obedire. Ex quibus patet quod vbi facta procedunt ex diuinis præceptis & instinctibus, non esse solum figuralia, sed etiā commendabilia & doctrinalia. Et sicut ex medio Burgen. ostenditur factum Abrahæ non solum figurale, sed etiam doctrinale, ita ex authoritate beati Hierony. idem medium ponentis in facta Esaiæ, ratio deducitur contra Burgens. Similiter potest dici de secundo exemplo per Burg. adducto de Osee faciente filios fornicationum, quod quia preceptum Dei fuit obedientiæ debitę bonum, excusat si quid absurde sonare uidetur, sicut & in facto Abrahę. Quid. n. absurdius et magis horrendum, quam occidere proprium filium? ed sicut eius obedientia factum reddit laudabile, & doctrinale, ita & aliorū per Burg. adductorum Patet igitur, quomodo se declarando sententias inuoluit. Reuera sicut Burg. dicit facta Iacob de quibus est sermo, secundum se considerata uidentur dolosa & iniusta, ita debuit dicere de facto Abrahę secundum se considerato, videlicet occasione filij, sed vbi accessit Dei mandatum horrendum secundum se & naturaliter factum est, nedum licitum, sed commendabile, ita in factis Iacob ubi accessit diuinus instinctus factus, & ipsi Iacob & Rebeccę matri suæ secundum doctorum sanctorum sententiam, imò & Isaac sensit instinctum eundem, ut dicit B. Aug. 1. de ciuit. Dei, c.37. cum inquit, Isaac unum pro alio benedixisse, non se fore deceptum cōquestus est, sed confestim reuelato sibi magno mysterio in corde deuitat indignationem, & benedictionem confirmat. Hęc Augustinus. Quibus instinctibus & reuelationibus diuinis id quod secundum se videtur dolosum, efficitur laudabile, nec Burg. probat suum propositum per Glo. Illa. n. mouendo questionem soluit per figurationem, sed nō addit tantum, quasi excludere uelit sensum uerum literalem, prout Burg. facit, sed quod adducit Isid. est uerum quod est allegoria, sed non excludens literalem sensum primum. Quod autem addit expositionem Isidor. esse causæ redditiuam, non videtur uerum, nam si recte pensentur uerba Isido. non exponit ut reddat causam, sed per allegoriam ostendit presentem literam allegorię suę figuram, & sic eius expositio est potius declaratiua effectus quam redditiua causę, per consequens nō pertinet ad sensum literalem, sed allegoricum. Nec potest Burg. probare intentum per sanctum Thom. pro se allegatum, quia procedit per hypothesim, quę nō conceditur. Ex hypothesi. n. falsa non est inconueniens multa sequi inconuenientia, ut si cœlum caderet vel asinus haberet pennas. Ita supponit sanctus Thom. ut patet. unde post totam digressionem Burg. ueritate cōpellente arguit contra se, & bene, sed non soluit sufficienter argumentū suum, quia sicut in his per Iacob & Esau gestis, Esau ad literam propter obedientiam ad diuinos instinctus laudabilis est, prout etiam Burh. ratione & ueritate compulsus fatetur, quando in fine digressionis etiā uerbis utitur postillatoris, quę prius improbauit, & beatus Augu. 3. de doctrina Christiana dicit ad propositum in preceptis Dei, quę bonum iubēt & malū uetant, nulla figuratiua locutio est, sed ubi precipitur quod malum uidetur figura necessaria est. cum igitur occisio filij Abrahę mandata mala uideatur, imò sit secundum se considerata, igitur finuratiua locutio est, intellige hic sicut alibi, quod figuratiua per allegoriam, literali tamen sensu de preceptorum materia & obedientia semper saluo, ut commendabili & imitabili intercedente diuino precepto & excusante, & non alias, ut vult beatus Augustinus ubi supra.

Quare Esaias nudus incessit.

Osee filii fornicationum.

B

C

D

E

F

Item in eo. c. vbi postillator dicit Esau iuxta dictum Apostoli profanum propter unam escam, ut ly propter nō notat precium vel precij quantitatem, sed solum causam motiuam. Cuius contrarium dicit Burgen. asserens, quod ex causa motiua non debuit dici profanus, excludens quod dictum Apostoli intelligi debeat prout sonat ex dictis sanctorum. Respondeo ergo, quod magister in Gl. super illo uerbo Apostoli sanctorū dicta recolligens dicit. Quod Esau profanus dicitur a procul & fano, quia propter escam vilē se fecit procul a Dei cultu, qui principaliter ad sacerdotium pertinet, quod usque ad tempora Aaron fuit annexum primogenituræ, quam ipse Esau paruipendebat uendens promigenita sua: non pro vna esca tanquam pro precio, sed propter unam escam, quæ causa motiua fuit ad contractum faciendum. Et sic videtur postillator iuxta uerba Apostoli & dicta sanctorum multū proprie loqui, quia per ly propter, nō exprimitur proprie precium rei uenalis, sed per ly pro, inter contrahentes. n. proprie dicitur pro quanto dabis, & respondetur pro tanto precio. Sed cum dicitur propter quid vis emere vel vendere, respondetur proprie propter utilitatem uel necessitatem, quæ est proprie causa motiua, & non precij uel eius quantitatis expressiua.

CAP.

CAPVT XXVI.

a Orta autem fa, AVGVST. Quæritur, quando hoc factum fuerit, quod Isaac abiit in Gerara, vtrum posteaquam Esau primogenita vendidit? hæc n. continue narrant, an vt fieri solet p recapitulatione narrator reuersus ad ea. cū progessus de filiis eius ad eū locū preuenisset q de lenticula memorat' est. Inuenit quippe Abimelech, qui etiā Saram cōcupiuerat. Ipsius enim paranymphus & princeps militiæ, qui ibi memorati sunt etiā hic memorātur. Mouet autē vtrū viuere potuerint? quādo enim factus fuit amic' Abrahę nō dū natus est Isaac sed promissus. Ponamus autem antequā nasceretur Isaac illud fuisse factū. deīde Isaac suscepit filios cū esset annorum 60. Illi autem iuuenes erant, quādo Esau vendidit primogenita. ponamus etiā circa 20. annos fuisse, & fiāt anni Isaac vsque ad illud factum filiorum eius circa 80. adolescentem quoque accipiamus fuisse Abimelech, quando matrem eius concupiuit & Abrahæ amicus factus est, potuit ergo esse quasi centenarius, si post illud factum filiorū perrexit in Gerara. Ex hoc ergo nō cogit necessitas putare per recapitulationem narratā esse Isaac profectionem. Sed quia ibi scribitur diu fuisse, puteos fodisse, & de his contendisse, ditatum esse pecunia, non mirū si recapitulādo dictum est, quod ideo fuerat prætermissum, vt primum de filiis vsq; ad lenticulam narratio perueniret, ideo quod scriptum est de Isaac: *benedixit eum Deus & exaltatus est homo, &c.* secundum terrenam felicitatem dictum esse sequentia docent. quanquam ergo aliquid spirituale ista significent, secundum id tamē secundum quod contigerunt præmissum est, *benedixit eum Deus*: vt intelligamus tēporalia, nec dari posse nec prosperari debere nisi ab vno Deo.

A in q. super Genes. Quæstio. Historice.

C A P V T X X V I.

a ¶ Refutante Iudæa verbum euangelij: panem verbi Dei: sicut ante prophetica oracula.

a ORTA autem fame super terram post eam ste- 1

a Christus ad gentes, quæ per naturalem rationem credebant verum conditorem, quem significat Abimelech, qui interpretatur pater meus rex.

rilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ab Abimelech regem 1 Palæstino- †

a Quæ interpretatur paries vel materia, vt destrueret parietem inimicitiarum.

rum in Gerara. Apparuitque ei dominus & †

a ¶ Ve qui descendunt in Aegyptum propter auxilium

b ait: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra quam dixe-

a ¶ Quasi in loco isto peregrinus esto, quem in successoribus possessurus es vt dominus.

ro tibi, & peregrinare in ea, eroque tecū & benedicā tibi. Tibi enim

a ¶ Quod completum est in gentilitate spiritualiter post ascensionem Christi.

& semini tuo dabo vniuersas regiones has: complens iuramen- 2 tum, quod spopondi Abraham patri tuo: & multiplicabo semen 3 tuum sicut stellas cæli. Daboque posteris tuis vniuersas regiones 4

a ¶ Vno quod est Christus. b ¶ Aliqui de omnibus gentibus.

has: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod 5 obedierit Abraham voci meæ. & custodierit præcepta & manda- 6

a ¶ Adhuc destruit Christus parietem inimicitiarum per prędicatores.

7 ta mea: & 2 cęremonias legesque seruauerit. Mansit itaque Isaac 8 in Geraris. Qui cum interrogaretur a viris loci illius super †

† sterilitaté, famem

† Deus In media fame benedicit & pascit Isaac cūrem ad Abimelec

Posteris tuis, semini tuo.

Præcepta, custodiam meam.

2 Cęremonias vel sta tura.

1 Palæstinorum.

✲ GLOSSA GRAECA. Vel Abimelech iste diuers' est ab illo, de quo ī historia Abrahā traditū est. Reges enim Palæstinorū vno eodemq; nomine Abimelech appellabant, quē admodū Aegypti reges, Pharaonis nomine insigniti erant.

Isaac promittitur Chanaan supra 12. b. 13. d. 15. b.

Christus promittitur Isaac.

Isaac vxorem suam dicit esse sororem. Quæst. 76.

b ✲ *Ne descendas in Aegyptum, &c.* THEODORETVS. Deus Isaac in Aegyptum proficisci prohibet, vt propriam sapientiam & curam ubique declararet, Nam & Patriarcham Abraham in Aegyptum descendere permisit, non quia illum alere non posset, sed vt uiri illius pietatem Aegyptiis notam faceret, vtque illos ad tam eximiam virtutis æmulationē prouocaret. Isaac vero filium eius domi manere voluit, cui etiam òmnia abūde suppeditauit, cæteris magna inopia laborantibus.

a *Soror*

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XXVI.

Diuisio.

1 Orta autem fame. *Descripta generatione prolis.* Hic *consequenter describitur probatio patris & primo respectu gentis alienæ, secūdo respectu familię propriæ in fine huius capituli* Esau uero. *Adhuc primo probat in aduersis. Secundo in posteris, ibi:* Seminauit autem Isaac. *Adhuc primo probatur in euentu famis, secundo ex metu propriæ vxoris ibi,* qui cū interrogaretur. *Circa primum considerandum, quod Isaac habebat magnam familiam & pecora, & ideo ex fame orta imminebat sibi periculum, nisi transferret se ad regionē abundantē cuiusmodi tunc erat terra Aegypti, & ideo voluit se trāsferre ibi, veruntamen, quia Deus sibi inhibuit confidens de Deo, & uolens sibi obedire, in terra intermedia remansit. Et patet litera usque ibi.*

2 Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. *Quod exponunt* Hebræi *sic, quando aliquis imprecabitur bonum alicui dicet: Faciat tibi Deus, sicut fecit* Isaac. *Catholici autem melius exponunt de Christo, qui descendit de* Isaac *secundum carnem, in quo omnes gētes terræ consequuntur benedictionem, sicut supra expositum est.*

C

3 Eo quod obedierit Abraham uoci meæ, *Hoc additur, ne crederetur* Isaac *simpliciter perfectior ipso Abraham, ideo in promissione sibi facta sit memoria de iustitia ipsius Abrahæ.*

4 Et custodierit præcepta & man. &c. *ista sunt, quæ sunt de dictamine rationis rectæ & seruanda etiam si nulla lex esset de hoc posita, sicut reddere depositum ipsi deponenti, & similia.*

5 Et cęremonias. *Ista sunt, quæ pertinent ad modum colendi Deum.*

6 Legesque seruauerit. *Ista sunt quæ non obligant, nisi quia sunt a Deo vel homine instituta vel præcepta. Et ex istis patet, quod ante legem Mosi datam plura fuerunt obseruata de illis quæ tēpore Mosi fuerunt scripta.*

F

7 Mansit itaque Isaac in Geraris. *Ex præcepto diuino, noluit enim quod descenderet in Aegyptum. Causam autem huius dicunt* Hebræi, *quia* Isaac *ut supra dictum est 27. c. fuerat domino consecratus quando fuerat oblatus in monte. & ideo non erat decens, quod exierit terrā promissionis & ideo remansit in Geraris, quia tota Palestina continetur infra terminos terræ promissionis.*

8 Qui cum interrogaretur. *Hic consequenter ponitur probatio* Isaac *in metu ratione vxoris, celans prudenter veritatem absque tamen*

✲ *falsitate*

*M O R A L I T E R.*

1 *Orta autem fa.* In hoc capitulo agit de peregrinatione Isaac in Geraris. Circa quā sciendum quod licet multi prælati curati & clerici sæculares & religiosi possessiones habētes sint bene literati & ad prędicādum apti, quia tamē sunt negociis aliis multipliciter occupati, ideo nō possunt hoc facere quantum expedit fidelium saluti dicente domino Luc. 10. a. *Messis quidem multa, operarij autem pauci, rogate igitur dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Propter quod domin' misit pauperes religiosos a terrenis expeditos & per consequēs quātū ad hoc ad discutiendum pro prædicatione magis aptos, & isti significantur per Isaac, de quo dicitur. *Orta autem fam.* non panis materialis, sed spiritualis, videlicet audiēdi verbum domini, vt dicitur Amos 8. d.

† *Abijt Isaac*, id est, pauper prędicator ad prædicandum.

† *Apparuitq; ei Dominus, &c. in Aegyptum, &c.* id est, ad populū in infidelitate obstinatum. Matth. 7. a. *Nolite sanctum dare canibus, &c.* Sequitur.

7 *Mansit itaque Isaac in Geraris.* Qui interpretatur aduenæ appropinquantes, per quod significantur populi deuoti, qui licet nūc sint aduenæ a patria cœlesti, tamē libenter volunt audire de ea per prædicationē uerbi diuini sicut quilibet aduena libenter audit bonos rumores de patria sua.

8 *Qui cū interroga. a viris loci illius super uxo. sua.* † *Respōdit, sor, &c.* Per quā intelligitur sapientia, sicut dicitur Sapien. 8. a. *Hāc quæsiui mihi sponsam assumere.* Quia nullus debet se iactare sapientiā

✠ habere

a ✱ *Soror mea est.* AVG. Quod Isaac Rebeccā, quæ vxor erat, sororem dixerit, non fuit mendacium. Genus enim Rebeccæ non tacitum est, & eam per notissimam propinquitatem sororē eius fuisse manifestum est. Propinqua enim erat ei pater, no & materno sanguine. Vt autē taceret vxorē, quid mirum aut quid prauū, si imitatus est patrem, cum eadem iustitia defendatur, qua pater eius de simili obiecto incul patus inuentus est?

b *Cumq; pertransisset, &cet.* ISIDO. A tempore Christi vsque ad Constantini tempora nō in conuentu populorum, sed tāquam per latebras prædicabatur fides, in secreto cōgregabātur Christiani. tandē videntes, Christiani principes seculi per miracula, Christi maiestatē contemperatā humanæ infirmitati, ut possint sociari, *& esse duo in carne vna*, iam in manifesto Christi & ecclesiæ sacramentum prædicare permiserunt, & diu fuisse absconditum doluerunt.

c *Vidit eum iocan. &c.* AVG. Quid sibi uelit in sacramento Christi & ecclesiæ, quod tantus patriarcha cum coniuge luserit, vnde coniugiū sit cognitum, videat profecto quisquis ne aliquid in ecclesia narrando peccet, si secretū viri eius in scripturis intueatur, & inuenit eū maiestatem qua æqualis est patri paulisper abscondisse in forma seruuli, ut eius capax esse posset humana infirmitas, eoque modo se coniugi congruū aptaret. quid enim absurdum, imo quid pronunciationi futurorū incōgruum? si propheta carnale aliquid lusit, vt eum caperet affectus vxoris, cum *verbum Dei caro factum sit, vt habitaret in nobis.*

✱ IDEM. Rex alienigena Rebeccam viri sui coniugem tūc esse cognouit, quando eum cum illa ludentē vidit, quod non cognouisset, nisi cum coniuge illa sic luderet, quomodo cū ea quæ coniux non esset, ludere non diceret.

✱ PROC. Hebræi tradunt, honesto illo vocabulo reuerentię gratia ipsum significare concubitum.

Marginalia (left): In 2. cōtra Faustum. — *Viri loci †Pulchritudinem, Rebeccę, quia pulchra aspectu erat. *. eo. Mētitus es dixisti. — Potuit coire paulum eo fuit gn dormierit. — * Abimelech. Hominis hui⁹, virū hūc & ei⁹ vxorem. 1 Scuit. Centuplū centū modios. — Vbi supra.

*Vnde hęredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Rom. 8. c. a Sic iusti discipuli occulti in primitiua ecclesia propter metum Iudæorum.*

a vxore sua, respōdit: Soror mea est. Timuerat enim confiteri, quod sibi esset sociata coniugio, reputans

*a Ne delerent nomen Christianum propter infidelitatem.*

ne forte interficerent eū propter †illius pulchritu-b dinem. Cumq; pertransissent dies plurimi, & ibidē morarentur, prospiciens Abimelech Palęsthinorum c rex, per fenestrā vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. Et accersito, * ait: Perspicuum est. quod

*a Hæc inuestio est quasi prædicandi facta permissio.*

vxor tua sit: Cur mentitus es eā sororem tuam esse? Respōdit: Timui ne morerer propter eā. Dixitque

*a Tam periculosum onus. Id est decepisti: vnde impostores. b Aliqua violentia simplicitatem fidei corrumpere.*

Abimelech: Quare imposuisti nobis? Potuit coire quispiā de populo cum vxore tua: & induxeras su-

*a Data pace ecclesiæ decretum est a principibus vt nullus integritatem fidei violaret.*

per nos grande peccatū. Pręcepitq. + omni populo, d dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorem morte

*a Vel fecit. Publice prædicauit per suos. b Christus. c In gentilitate.*

e morietur. 1 Seminauit aūt Isaac in terra illa: & inuenit in ipso anno cētuplū. Benedixitq. ei dns, & locu

*a Tempore impetratę pacis. b Magnum cælestis patriæ lucrum. a Multiplicatus est numerus credentium.*

pletatus est homo, & ibat proficiens atq. succrescēs

*a Multiplicatio hordei non magnificat. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Psal. 18.*

donec magnus vehemēter effect⁹ est. Habuit quoq.

*a Multos sibi familiariter obsequentes.*

possessionē ouiū & armentorū, & familię plurimū,

Marginal numbers: 1 2 3 4 5 + † † † 6 7

d ✱ *Qui tetigerit huius hominis vxorem, &c.* CHRYS. Hinc est quod rex ille tantam habet rem iusti quasi prædicans eū omnib. terræ suæ habitatoribus. Sic & Nabuchodonosor postquam pueros in fornacem iniecerat, & reipsa comprobauerat captiuorum adolescentum uirtutē, tunc prædicare eos cœpit, & vbique lingua sua fecit illustres.

e *Seminauit autem Isaac in terra illa, &cat.* HIERONYMVS. Licet in aliena terra seminauerit Isaac, non puto quod tanta ei hordei fertilitas fuerit. Vnde melius arbitror quod habetur in Hebræo, & quod Aquila transtulit. *Inuenit in illo anno centuplum æstimatum.* Tacens autem scriptura genus frugum, quod centuplicauerit, uidetur cunctarum in illo ostendisse uirtutum multiplicationem.

✱ AVGVSTINVS. Secundum terrenam fœlicitatem dictum sequentia docent. Exequitur enim narrator easdem eius diuitias, quibus magnus factus est, & hinc motus Abimelech, timuit illum ibi esse, ne potentia eius sibi esset infesta. Quanquam ergo spiritale aliquid ista significent, tamen secundum id quod ita contigerunt, ideo præmissum, benedixit eum dominus. Vt sana fide intelligamus etiam ista temporalia dona, nec dare posse, nec sperare debere, etiam cum ab infirmioribus appetuntur, nisi a solo Deo.

Marginalia (right): Hom. 51. — Maxima ma Dei cura de Isaac & eius vxore. — Benedicit Deus ipsi Isaac & pro fame diuitias dat ingentes.

☞ a Ob

## NICOLAVS DE LYRA.

*falsitate dicens eam sororem suam esse, & eodem modo exponatur sicut dictum patris sui de Sara, ut supra dictum est. 20. c.*

1 Cumq; pertransissent dies. &c. *Ex hoc videtur, quod se habuit ad vxorē sicut ad sororem, continendo ab ea, quousq; expertus fuit, quod propter eius pulchritudinem non molestabant eam, & tunc rediit ad exercendum actum coniugalem. Ideo sequitur.*

2 Prospiciens Abi. &c. *id est, reddētem debitum vxori. Dictio enim Hebraica quę hic ponitur, æquiuoca est ad ludum & ad coitum, vt supra dictum est. 21. c. Et quod hic debeat accipi in secundo sensu, videtur per illud quod subditur.*

3 Perspicuum est, quod vxor tua sit. *Alij vero dicunt quod uidit eum amplexātem vel osculantem Rebeccam, quod non faciebant viri, nisi cum vxorib. proprijs.*

4 Cur mentitus, &c. *Non est mentitus, quia de cognatione sua erat, vt patet ex prædictis de patre suo.*

5 Quare imposuisti nobis. *Imponere in vna significatione idem est quod decipere, & tunc construitur cum datiuo, & sic accipitur hic, & eius supinum est impositum, sed aliquando syncopatur & dicitur impostum, & inde dicitur impostor, id deceptor, cætera patent.*

6 Seminauit autem Isaac *Hic probatur tempore prosperitatis, quia ex hoc inuidiam insurgentem contra eum, & iniuriam patienter tolerauit. Et patet litera exceptis paucis uerbis.*

7 Et inuenit, &c. *ad ostēdendum, quod fuit ex speciali dono Dei, quia ille annus non fuit fertilis. Ad quod denotandum signanter dicitur* in ipso anno. Recede a nobis, quoniam potentior nobis factus es. *acsi diceret, si tu rebellares tu posses a nobis auferre ciuitatem, vel si ue nirent aduersarij, posses te illis coniungere, & tradere eis ciuitatem & terram. hoc tamen dicebat motus inuidiæ spiritu, quo non poterat eius prosperitatem tam celerem uidere.*

✱ 1 E

## MORALITER.

habere. Propter quod Pythagoras non dixit se esse sapientē, sed philosophum, id est, sapientiæ amatorem, φίλος quod est amor, & σοφός, sapiens quod significatur nomine sororis, quę amabilis est, non tamen sponsa.

4 *Prospiciens Abimelech Palæstinorum rex, &c.* Per quem intelligi pōt summus pontifex habens regimen vniuersalis ecclesiæ. propter quod dictos religiosos considerauit uacare studio sapientiæ, ideo dixit verbo mentis & oris,

5 *Perspicuum est quod uxor tua sit.* Per euidentiam enim doctrinæ apparuit sapientiam sponsam eorum esse, unde Papa Gregorius tertius beatum Antonium de ordine minorum qui diu sapientiam suam celauerat, arcam testamenti vocabat:

† *Potuit coire quispiam, &c.* id est, sapientiam in te latentem fœdare in suis derisionib. propter exteriorem simplicitatem in victu & habitu.

† *Et induxeras, &c.* Magnum enim esset peccatū si permitteretur contemni sapientia pauperum. ideo sequitur.

† *Qui tetige. &c.* id est suis derisionib. & detractionib. fœdauerit pauperis sapientiam.

† *Morte morietur,* scilicet culpę.

7 *Semina. autem Isaac,* id est, pauper prędicator semen verbi diuini,

7 *Et inuenit in ipso anno centuplum,* id est, fructum multiplicem animarum.

† *Benedixitque ei dominus.* Multiplicando numerum fratrum, & merita, & famam eorum.

✱ † ob

a *Ob hæc inuidentes,&c.* ISID. Isaac Christus, qui primũ vult fodere puteos, quos foderant pueri patris sui. Moses enim puteũ legis fodit, Dauid, Salomon, & prophetę libros scripserũt ve. testa. quos terrena & sordida impleuerat Iudæorum intelligentia, quorum os cum vellet purgare, vt ostenderet quæcunque lex & prophetæ dixerunt de se dicta esse, rixati sunt Palesthini. i. Iudæi a regno Dei alieni, & discessit ab eis. Nõ enim potest esse cum eis, qui in puteis nolũt habere aquã sed terram. Et dicit eis. Matt. 23.d. *Ecce relinquetur vobis.d.* 5.d. Fodit ergo Isaac, imo pueri eius puteum nouum. s. apostoli & euangelistæ, qui fodientes puteũ nouũ test. inuenerũt aquam salientem in vitã æternã. pro his quoque certat qui terrena sapiunt, nec patiuntur noua condi, nec vetera purgari. Dicitur ergo ad eos act. 13.g. *Quoniam indignos vos exhibuistis gratia Dei ex hoc iam ad gentes ibimus.*

Alios puteos fodit pro quib. rixãtur cõtra ipsum.

Hom. 52.

✲ CHRYS. Ita agere solet inuidentia, nõ potest benigniter videre aliorum fœlicitaté, sed fœlicitatẽ proximi, suam putant infelicitatẽ, & tabescit bonis proximi, ut hic factum est.

b *Puteos,&c. obstruxerũt,&c.* GREG. MORALITER. Sæpe cum verbis diuinis intendimus, dęmonũ insidias grauius toleramus quæ mẽti nostræ terrenarũ cogitationum puluerẽ aspergunt, vt intentionis oculos a luce intimę visionis obscurent. Nos enim puteos fodimus, cum scripturæ alta penetramus quos occultè allophili replent, quia terrenas cogitationes ingerunt & diuinę scientiæ aquam tollunt, vnde Psal. 128.a. *Declinare a m.. ma. & scru.man.d.*

Gratiarũ actio.

lib. 7. c. 11. ✲ RVP. Postquã magnificentia nominis Christiani Romanum quoq; cępit imperiũ, & idola contẽpta sunt, inuidia suborta est hæreticorum, qui ut Philistiim repleuerũt sacræ scripturæ puteos. Vt non facile inuenire posset vbi est doctrina veritatis. Intantũ vt diceret ipse Abimelech. *Recede a nobis quoniam potentior nobis factus es.* Adeo nanque aucta est hæreticorum vis, ut regum quoq; & imperatorum corda obtineret, eorumq; gladiis vtens, penè atrocius quàm gentilis error in Christianos desæuiret. Rursum, inquit, *fodit alios puteos, quos foderant serui patris illius Abraaham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistiym.* Semper enim quæcunq; hęresis exurgat, semp Christus præsto adest, & de suis aliquos præparat scientia, qui stare valeãt aduersus hæreticos, & mera scripturarũ veritate potare sitientes paruulos. *Appellauitq; eos iisdem nominibus quib. pater*, id est, eadem veritate, eodem spiritu veritatis fecit eos intelligere scripturas.

a Filij alieni. b Omnes scripturas quas scrutati erant, Moses, Dauid, Salomon & alij.

a Ob hęc inuidẽtes ei Palæsthini, omnes puteos quos † b foderant serui patris illius Abraham, illo tempore † obstruxerunt, implentes humo: intantum vt ipse † Abimelech diceret ad Isaac. Recede a nobis, qm † c potentior factus es valde. d Et ille discedẽs, vt veniret 1 ad torrẽtẽ Gerarę †, habitaretq́. ibi. Rursum fodit 2 alios puteos, quos foderant serui patris sui Abrahã, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistiim Appellauitq́, eos iisdẽ nominibus, quibus ante pater vocauerat. Foderunt * in torrente, & repererunt 3 aquam viuã. 4 Sed ibi iurgium fuit pastorum Gerae f rae aduersus pastores Isaac, dicentium: Nostra est aqua. Quamobrem nomen putei ex eo quod acciderat vocauit calumniã. Foderunt * & alium. & pro illo quoque rixati sunt: appellauitq́. eũ inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque vocauit nomen eius latitug do, dicens: Nunc dilatauit nos dominus: & fecit h crescere super terram. Ascendit autem * ex illo loco 5 in Bersabee, vbi apparuit ei dominus in ipsa nocte 6

(Interlinear glosses:) a Dei quem significauit Abraham. a Tollentes spiritualem intellectum carnalem suadentes. a Hoc factum est aliquando tefrigescente charitate. a Si vos persecuti fueritis in vna ciuitate fugite in aliam. b Per cursum humanæ mortalitatis. a Nouum testamentum, quod in patriarchis præfiguratum erat. a Quod testamentum post passionem Christi occultauerunt allophilli. i. Iudæi. a Cum nouum testamentum in veteri ostendit ur & testimonium Mosi & prophetarum confirmatur, nec priorum authorum nomina mutantur. a Apostoli. b Alii in valle, sed in valle non inuenitur puteus aquæ viuæ. Abundantia scripturarum. a Id est, Euangelicam doctrinam. b Id est, salientem in vitam æternam. c Quia Iudæi euangelicæ doctrinæ resistunt, nec noua condi per mittunt, nec veteri purgari voluit. Secundum. a Quia postquam fides trinitatis per mundum cœpit prædicari, patientia sanctorum victi sunt aduersatij eorum. a Quia Isaac, i. Christus dilatatus est.

Hom. 13. ✲ ORIG. Vide etiam quia forte in vniuscuiusq; nostrum anima est puteus aquæ viuæ, est quidã cælestis sensus, & imago Dei latens, & hunc puteum Philistini. i. aduersæ potestates repleuerunt terra, id est, carnalib. sensib. & terrenis cogitationibus.

1 Hoc. Puteos Isaac obturãt Palæsthini inuidi & eum expellunt.

c *Et ille discedens, &c.* HIER. Et abiit inde Isaac & venit in Geraram vallem, & habitauit ibi. pro *valle, torrentem* habent in Hebręo. Nunquã enim Isaac postquã magnus factus est habitare potuit in valle, sed in torrẽte. de quo scriptum est Psal. 109.a. *De torrente in via bi.* de quo Helias in tempore famis bibit, sed quia non erat perfectus, vt Christus, torrens ei aruit. Christus vero etiam in torrente traditus est, dedicans regenerationẽ nostram, & baptismi sacramentum.

Torrens.

d *Fodit alios puteos, &c.* MORALITER. ISIDO. Isaac apud alienigenam gentem puteos fodit, in quo monemur, ut in hac peregrinatione cogitationum profunda penetremus & quousq; verę intelligentię aqua redeat, inquisitionis manus ad exhauriẽda cordis terrena nõ torpescat. Allophili insidiantes puteos replent, quia immũdi spiritus cum nos studiose fodere conspiciunt, molestias tentationum cogitationibus ingerunt.

* que serui Isaac.

Ex eo q accideràt, quia rixati sunt. Allophili.

e ✲ *Nostra est aqua, &c.* RVPERTVS. Sic profecto hæretici sacras scripturas, non quidem obstruxerunt, sed pro illis contenderunt, dicentes, *nostra est aqua*, quod est dicere, nostra sacramenta vera sunt sacramenta, nos quod damus sanctum est, vitale & viuificum, apud nos sola ecclesia est.

Latitudo, latitudines. Vbi supra. * Isaac.

f *Aduersus pa.* HIER. Aquila & Symmachus *aduersum & contrarium*, transtulerunt. Sed in Hebræo habetur *sathana*. Vnde patet sathanam contrarium interpretari.

g *Latitudo.* In Hebræo רחבות Rehobot, latitudines. Vnde probatur illud quod supra 10.b. dictum est. *Ipse ædificauit Niniuen*, & rabooth. id est, plateas eius.

h *Nunc dila. &c.* Dilatatus est Isaac, & repleuit omnem terrã scientia trinitatis, & in toto orbe latitudinem ecclesię collocauit prius tñ in Iudęa notus & in Israel nominatus postea Psal. 18.a. *In omnem terram exiuit sonus eorum*, id est, apostolorũ, qui per uniuersum orbem foderunt puteos, & aquã omnib. ☞ osten-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ille discedens, *nolens contendere.*

a Vt veniret ad torrentẽ Gera. &c. *elongãs se a ciuitate. Sequitur.*

3 Foderunt in torrente. *Torrens enim est aqua currens ex descensu pluuiarum, vel resolutione niuium, quæ non continuatur, & ideo foderunt ibi, vt aquam ex pluuijs descendentem ibi retinerent ad conseruandum tempore siccitatis.*

4 Et repererunt aquam viuam, *id est, quid melius quàm intenderent a principio fossionis.*

5 Ascendit autem ex illo lo. &c. *vbi manserat pater suus, vt habetur supra 21. c.*

6 Vbi apparuit ei dñs. *ad confortandum eum de iniurijs sibi illatis.*

✲ 1 Noli

MORALITER.

† *Ob hæc inuidentes, &c.* qui interpretanť contendentes ore, & significant clericos parum scientes, & sacerdotes qui contendunt verbis sine ratione.

† *Omnes pu. ob.* id est, corda fidelium ab amore fratrũ pro uiririb. retraxerunt, & etiam prælatos aliquos contra fratres excitauerunt, ideo subditur.

† *Intãtum vt ipse abi.* p quẽ significanť p̃lati a clericis excitati.

† *Diceret ad Isaac.* per quem fratres significantur.

† *Recede a no.* suam potestatem fratrib. denegando vel restringendo, vel usurpationem potestatis indebitę eis irrogando ideo subditur,

† *Quoniam po. no. f. es.* id est, fieri velles.

1 *Et il. discedens.* quia fratres debent patienter audire talia, & quantum possunt bonis spiritualib. intendere, propter quod subditur, ꝙ Isaac tres puteos fodit, per quos significantur prędicatio, confessio, lectio, & vt dicitur in textu, *Pro duob. primis contenderunt pastores*, id est, aliqui curati sacerdotes inhibendo fratrib. ne in suis ecclesiis prędicarent, & in suis parochianis, ne pro cõfessione ad fratres recurrerent. Pro tertio vero. s. pro lectione nondũ contenderunt, sed ad scholas fratrũ aliqñ veniunt, propter quod plurimi prelati vitam fratrũ & doctrinã considerantes receperunt eos in gratiam, ꝙ significatur per ipsius Abimelech cum Isaac fęderationẽ. cũ subditur

A ostenderunt. Matth. 28. d. *Baptizantes omnes gentes in nomine pa. & fi. & spiritussancti.* Puteos Abraham quos aperuit sic uocauit sicut pater eius. Moses enim & prophetę apud nos suis nominib. appellantur, nec horum mutantur uocabula puteorum.

a *Ad quem locum, &c.* HIERO. Abimelech non semp pacē habet cum Isaac, aliquando dissidet, aliquando pacem requirit. Et significat studiosos & sapientes sæculi, qui per eruditionē Philosophiæ multa de veritate conprehenderūt. Hic autē Isaac (qui verbum Dei significat) nec semper in dissensione est, nec in pace. Philosophia enim diuinæ legi nec in omnib. contraria est, nec in omnibus cōsonat. Multi enim Philosophorum vnum Deū qui cuncta creauit, scribunt. Aliqui vero etiā addiderunt quod per verbū suū cūcta fecerit & regat, & verbū Dei sit quo cūcta moderentur, in quo & euangelio consonant. Moralis vero & physica phylosophia pene omnia quę nostra sunt sentit, dissidet vero cum dicit materiā esse coæternā Deo, & negat Deum curare mortalia, dicens prouidentiā eius supra lunaris globi spacia cohiberi & quod vitas nascentium stellarum cursibus pendat, & cum dicit mūdum perpetuū & nullo fine claudendum, & alia plura sunt in quibus nobiscū Philosophi diffident vel concordant.

Cōsolatur ipsū Isaac Deus.

Abimelech Isaac Deū inuocat.

* eius. Nihil tuorum attigimus, non tetigimus te.

B

† 22. q. i. c. amouet.

Abundantiā, Sibea. i. iuramentum.

dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui: Noli 1 metuere, quia * tecū sum: * Benedicā tibi, & mul 2 tiplicabo semē tuum, propter seruū meum Abrahā. Itaque ędificauit ibi altare, & inuocato noīe 3 Dñi, extendit tabernaculum, præcepitque seruis a suis, vt foderent puteum. Ad quem locum, cū ve- 4 b nissent de Geraris, Abimelech & Ochozath ami- 5 cus illius, & Phicol dux militū, * locutus est eis Isaac: Quid venistis ad me hoīem, quem odistis, & 6 expulistis a vobis? Qui rñderunt. † Vidimus tecū 7 esse dñm, & idcirco nunc diximus: sit iuramentū inter nos, & ineamus fœdus, vt non facias nobis 8 quicquam mali: sicut & nos nihil tuorum attigi- 9 mus, nec fecimus quod te lęderet: sed cū pace dimisimus auctum benedictione dñi. Fecit ergo eis 10 conuiuium. † Et post cibum & potum, surgentes 11 mane iurauerunt sibi mutuo: dimisitq; eos Isaac c pacifice in locū suum. Ecce aūt venerunt in ipso 12 die serui Isaac, annunciantes ei de puteo, quē foderant, atq. dicentes: Inuenimus aquā. Vnde ap- 13 pellauit eum abundantiā: & nomen vrbi impositum est Bersabee vsque in pñtem diem. Esau vero 14 quadragenarius duxit vxores: Iudith filiam Beeri Hethęi, & Basemath filiam Helon eius loci: quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ.

In Hebręo sermone amicorum eius collegium.

✲ PHILO IUDAEUS

Ad quem locum cum venissent, non tam vt societatem inirent, quam vt specularentur hominis opes, parati quidē ad bellum, si tenuem inuenissent, ad fœdus, si potentem. Qui nunc dicuntur Philistæi, sacra scriptura modo Chananæos, modo Cappadocas uocat.

HIERO. Pro *Ochozath* pronubo, in Hebræo habetur *collegium amicorum eius*, vt tam hominem significet quam amicorum turbam, quæ cum rege venerat, in quib. fuit Phicol princeps exercitus illius.

C

b *Abimelech & Ochoz. &c.* ISID. Duo cum Abimelech venerunt Ochozath gener, & Phicol dux exercitus eius. Ochozath tenens. Phicol interpretaturos omniū. Abimelech pater meus rex. hi tres imaginem philosophiæ totius tenēt, q̄ in tres partes diuiditur, Logicam, Physicā, Ethicam. i. rationalē, naturalem, moralē. Rationalis est, quæ Deum patrē omniū cōfitetur, vt est Abimelech. naturalis quæ fixa est, & tenet omnia velut naturę ipsius viribus nitens, quam profitetur Ochozath, qui dicitur tenens. Moralis quæ in ore est omnium, ad omnes pertinet & pro communium similitudine præceptorum versaturī ore omnium, quē signat Phicol, qui interpretatur os omnium. hi ergo omnes his eruditionibus instructi, ueniunt ad legem Dei dicentes. *Vidimus Deum esse tecum, &c.* Benedictionem postulant nō retributionem. vnde sequitur, *fecit ergo eis conuiuium.* Qui enim verbū ministrat, sapientibus & insipientibus debitor est.

c *Ecce autem uenerunt.* HIER. Nescio quomodo in LXX. *& uenerunt pueri Isaac nunciantes ei de puteo quem foderunt, & dixerunt ei, non inuenimus aquā, & vocauit nomen eius iuramentum.* Quę enim etymologia est, propterea vocari iuramentu, quia non inuenerunt aquam? Et è contrario in Hebræo, cui interpretatiuni Aquila consentit & Symmachus, hoc signat quod inuenerunt aquam, & propterea appellatus sit puteus ipse satietas, & ciuitas Bersabee. i. puteus sacietatis. Licet enim supra ex uerbo iurationis, vel ex septenario ouiū numero, q̄ Sabee dicit, asseruim⁹ Bersabee appellatā, tñ nunc ex eo q̄ aqua inuēta est, Isaac ad nomē ciuitatis alludēs declinauit paululū literā &. pro stridulo Hebręorum Schin, a quo Bersabee incipit, Gręcū Sigma. i. Hebręorū Samech posuit. Iuxta alllegoriam quoque post tantos puteos in fine virtutum, non congruit vt Isaac aquam nō inuenirret

D

Diuisio Philosop.

* Timetr. * Ego * Ex

Iudic. 11. a

Abimilech init fœdus cum Isaac

E

in q. super Genes.

Bigamia Esau.

Offenderant aīum irritabant spiritum, vel inobedientes, erant spiritui.

F

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Noli metuere, &c. *ad te protegendum.*

2 Benedicam tibi, *in temporalibus bonis & spiritualibus multiplicando.*

3 Itaque ædificauit ibi altare, *ad reddendum gratias domino de sua consolatione & promissione.*

4 Ad quem locum, &c. *Hic probatur de mansuetudine & fidelitate, quia propter iniurias sibi illatas non dimisit cum iniuriantibus sibi amicitiæ fœdus inire.*

5 Abimelech. *patet quod secundum transla. nostram, Ochozath est hic proprium nomen vnius hominis. Hebræi autem dicunt quod est nomen comune & signat cōgregationē, vn̄ litera eorū est.* Abimelech & cōgregatio amicorū eius, *qa adduxerat secū aliquos de amicis suis.*

6 Quid uenistis, &c. *Licet Isaac non intenderet fœdus renuere, tamē voluit iniuriam sibi factam eis ostendere.*

7 Qui responde. &c. *per hoc quod tam cito te multiplicauit in bonis.*

8 Et ineamus fœdus, &c. *Nec per teipsum inferendo, nec nostros, aduersarios adiuuando.*

9 Sicut & nos, &c. *In hoc responderunt ad hoc quod dixerat* Isaac, *quia venistis ad me hominē quem odistis & expulistis, ac si diceret, licet emiserimus te de ciuitate, tamen nihil abstulimus a te, nec aliud nocumentum intulimus tibi.*

10 Fecit ergo, &c. *curialiter recipiendo eos.*

11 Surgentes manē, &c. *s. ssalina ieiuna propter reuerentiam iuramenti.*

12 Ecce autem, &c. *præceperat enim eis ante iuramentum sodere puteum, sed annunciauerunt ei post iuramentū factum de aqua inuenta.*

13 Et nomen, &c. *Prius erat ei impositū, sed tunc fuit iterum de nouo cōfirmatū. Ad cuius intellectum cōsiderādum q̄* באר *in Hebræo idem est q̄ puteus.* שבע *autem signat septem, & iuramentum, & societatē. Et ex istis trib. significationib. locus ille ubi erat puteus uocatus est Bersabee. Primo pp septem agnas, quas ibi statuit Abrahā, ut habetur sup. 21. c. Item pp iuramentum quod factum est ibi inter ipsum & Abimelech. Item pp hoc quod Isaac uocauit illum puteum abundantiā, ut hic habetur, quod sonat idem quod satietatem. Et si cōtra hoc arguatur quod non uidetur esse idem puteus hic de nouo factus, & qui fuerat tempore Abrahæ, dicendum quod imo, quia sicut habetur in hoc cap. Palestini obstruxerant puteos quos foderat Abraham implentes eos terra, & Isaac iterum fodit eos, & iste fuit vnus ex eis.*

14 Esau uero. *Hic probatur patientia* Isaac *respectu propriæ familiæ, in hoc quod Esau absque consilio patris & matris, accepit duas uxores de genere Ethæorum, quæ offenderunt animos Isaac & Rebeccæ.*

## MORALITER

8 *Ineamus fœdus, &c.* Et speramus quod adhuc maiorem gratiam prælatorum inueniemus domino concedente.

*In c. 26. ubi dicit in postil.* Bñdicēt in semine tuo oēs gētes terrę

## ADDITIO II.

*In hoc loco ubi dicitur:* Benedicentur in semine tuo, *ponitur in Hebraico uerbum benedictionis omno simile quod ponitur sup. c. 22. quod quidē uerbum secundū Hebraicā ueritatē intellectū significat, q̄ ille in quo alij benedicentur sit cā principaliter effectiua benedictionis, quod nulli puræ creaturæ conuenit prout ibi fuit expositum, & ideo nullo modo pōt intelligi, nisi de Christo. Et q̄ hæc promissio sit omnino cōformis promissioni factæ Abrahæ in immolatione Isaac, sup. 22. c. et in ea fundatur, insinuat in trib. Primo cū præmittit intentioni primi iurā. s. facti tēpore immolationis. & hoc cū dicit.* Cōplens iuramētum quod spopondi Abrahæ patri tuo, &c. *Secundo quia cū reddit rationem huius*

A ius magni promissi, subdit, eo quod obedierit Abraham voci meæ, quod omnino concordat rationi redditæ tempore prædicti iuramenti. Ibi enim dictum fuit Abrahæ, eo quod obedisti voci meæ. Tertio quia hic non dicitur, Et benedicentur in te, & in semine tuo, sicut supra dixerat ca. 12. sed dixit Benedicentur in semine tuo, sicut in ca. 22. & in alijs authoritatib. eidem correspondentibus prout dictum fuit in additione supra eod. cap. 22. vnde hic non habet locum expositio Hebræorum, vt largius fuit expositum in additione prædicta.

In eod. ca. 26. vbi dicitur in postil. Vidit eum iocantem cum Rebecca. D

ADDITIO II.

In hoc loco in Hebraico ponitur hæc dictio [Hebrew] omnino similis illi quæ posita fuit supra cap. 21. cum de Isaac dicitur, quæ quidem dictio li. et habeat plura significata (significat enim risum, gaudium, & ludum, similiter & derisionem,) nunquam in significat coeundi, ut in additione sup. prædicto c. fuit dictum, vnde translatio nostra bene habet quod dicitur: Vidit eum iocantem. & debet exponi, put in postilla in secunda expositione.

CAPVT XXVII.

Mystice. Ex Hieronymo epistola ad Damasum. a SEnuit autem. HYPPOL. MAR. Isaac portat imaginem Dei patris: Rebecca spiritussancti, Esau populi prioris & Zabuli, Iacob ecclesiæ & Xpi. Senect⁹. Isaac consumationem mundi. Oculi caligantes periisse fidem de mundo, & religionis lumen neglectu esse significant. Quia filius maior vocatur acceptio est legis Iudeorum. Quia escas eius & capturam diligit pater, hoes sunt ab errore saluati, quos p doctrinam iust⁹ quisq; venatur. sermo Dei repmissionis benedictio, & spes regni futuri, in quo cum Christo sunt regnaturi, & verum sabbatum celebraturi. Rebecca plena B spiritusancto, sciens quod audisset antequam pareret, quia maior seruiet minori, hec formam gerit spiritussancti, quæ quod futurum esse nouerat in Christo, ante meditabatur in Iacob, loquitur ad filium minorem. Vade ad gregem, affer et mihi duos hædos optimos, præfigurans carnem saluatoris aduentum, in quo eos liberaret q peccatis tenebantur obnoxii. Hedi enim vbiq; peccatores significant. duo afferri iubentur, vt duorum populorum assumptio significet. Teneri, scilicet, & homini, & docibiles, scilicet, & innocentis animæ. Stola Esau est fides, id est scripturæ Hebræorum quæ illis primo datæ sunt, quib. populus gentilium postea indutus pelles circundatæ brachiis eius peccata vtriusq; populi, quæ Christus in extensione manuum cruci secum affixit, Ipse enim in corpore suo, non sua, sed aliena peccata portabat.

b Vocauitque Esau. ISID. Esau venator & agricola. Iacob vero simplex habitabat in tabernaculis. Esau populum Hebraicum, Allegoric. Iacob gentilem populum significat. Isaac vero Deum, qui vtrunque populum, illum per legem, istum per fidem sibi filios fecit. Esau agricola erat, quia Iudæus p terrenis Deo seruiebat, cui C non est dictum, vt esset paup spiritu mitis, pacificus, misericors, persecutionem patiens, vt copiosam mercedem haberet in cælis. Sed Si custodieritis mandata mea dabo vobis pluuias temporib. suis, &c. quæ pertinent ad carnis delitias. Fuit et venator, qui a per effusionem sanguinis arietum, & vitulorum & hircorum Deum placabat. Iacob simplex habitabat in tabernaculis: quia electi de gentibus fide, & voluntate Deo placere studuerunt. Per tabernacula diuersas porbem ecclesias, vel diuersos ordines intelligimus.

CAP. XXVII.

a Consummationem orbis ostendit. b Deus pater. c Fides de mundo perit & lumen religionis.

a SEnuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat, vocauitq. Esau filium suum maiorem, & dixit ei: Fili mi. Qui respondit.

Ad accipiendam legem. Populum priorem.

b Adsum. Cui pater: Vides, inquit, quod senuerim: & igno c rem diem mortis meæ: Sume arma tua, pharetram,

a Homines ab errore soluendos iustus venator docendo.

& arcum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum, vt iussionem patris expleret,

a Præscientia. Patientia. Spiritussanctus.

a Quia audierat antequam pareret, maior seruiet minori.

d dixit filio suo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consiliis meis, & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur. Quas cum intuleris & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit: Nosti, quod Esau frater 5 meus homo pilosus sit, & ego lenis. Si attrectauerit

a Peccatores de duobus populis. b Docibiles.

a In Hebræo Seir, vnde postea montes Seir dicti sunt, & regio in qua versabatur.

c Sume arma, &c. Isaac di- 1 ligebat Esau, qa de venatione eius vescebat. Rebecca diligebat Iacob. Isaac Deum. † Rebecca autem præscientiam Dei figurat, qua diligebat De⁹ populum Iudeorum, eo quod assidue eorum oblationib. placabat. Sed præsciens po- 2 pulum gentium multo maiorem futurum p sciencie sue gratiam ampli⁹ diligebat. Esau in venatione morante, vt de agrestib. animalib. cibos patri exhiberet, & bndiceret, mater Iacob ad bn- 3 dictione percipienda patri applicuit, qa adhuc Iudæi in legalib. morantur, & ad fide Chri tarde occurrunt mater gratiam, gentes fide auide suscipientes ad percipiendam benedictionem Iudeis debitam obtulit. Qualiter autem bndictionis donum p meruerit testantur opera Ia- 4 cob, quæ p benedictione suscipienda gessit.

E iubetur Esau capere venationem coquere pulmentum.

Foras, in agrum.

ille, Esau. iussionem patris impleret, venatione nationem quam afferret.

✲ THEODORET. Isaac benedictionem filio conferre volebat, qa primogenitus erat. Primogeniti vero, & primi & duplicem patrimonij partem sortiebantur. Auxit etiam patris amorem filii obsequium, cuius venatione pascebatur. quæst. 76. F

✲ PHILO HEBRÆVS. Isaac cum duos filios haberet, vnum bonum, alterum peccatorem, peccatorem tamen benedicere voluit, non quia illum bono præferret, sed quia nouerat bonum bonitate propria sibi satis auxilio fore.

d Dixit filio suo Iacob, Audiui patrem, &c. Per duos hœdos, confessionum peccatorum gentilis populi, & penitentiam possumus accipere. Hœdi optimi, quia confessio peccatorum, & pœniten- Allegoric.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVII.

1 SEnuit autem Isaac. Hic consequenter describitur ordinatio suæ posteritatis proponendo vnum alteri, & quia hoc fiebat p benedictionem, ideo dispositio ad benedictionem primo describitur secundo forma benedictionis subiungitur, ibi: [illegible] vt sensit. Dispositio autem ista per tria declaratur primo per patris expressionem secundo p matris reuelationem, ibi, quod cum audisset Rebecca, tertio, per filij præparationem, ibi, Abiit & attulit. Circa primum dicit. Senuit autem Isaac. Appropinquabat enim terminus vitæ suæ, & ideo tempus erat ordinandi de sua posteritate.

2 Sume ar. &c. quia filius recipiens benedictionem debebat prius patri facere obsequium & seruire in mensa, & patet litera.

3 Quod cum au. Rebec. Hic consequenter describitur dispositio Iacob ad benedictionem per reuelationem matris reuelantis ipsi Iacob uerba patris, ut benedictio illa ad Iacob transferretur, quia sciebat quod ei debebatur, vt supra dictum est. 25. cap.

4 Et pergens, &c. quia erat satis prope & inde poterat habere cibum ante reditum Esau.

5 Nosti quod Esau. i. per totum corpus ad modum pellis hispidus. vt supra dictum est, 25. c. ideo per hoc timebat deprehendi a patre & sic maledici.

MORALITER.

1 Senuit autem Isaac, &c. Per quem significatur bonus prælatus, eo quod Abraham fuit patriarcha. Dicitur tamen caligans oculis, eo quod bonus prælatus aliquando donis & verbis adulantium decipitur. Vnde dicitur quod aliquando bon⁹ dormitat Homer⁹. Exemplum de Dauid qui verbis & factis adulatoriis Sibe Istatum decept⁹ fuit, quod mediætatem hæreditatis Miphiboseth sibi dedit. 2. Reg. 19. c. Et sic contingit quod aliquando prælatus, deceptus studet ad promotionem malorum in præiudicium bonorum, quod notatur cum subditur.

† Vocauitq; Esau, &c. ad hoc enim eum vocauit, vt benedictionem ipsi Iacob debitam sibi daret.

3 Quod cum audisset Rebec. per quam significatur ecclesia prælati sponsa, propter quod exemplo Rebeccæ debet modos & vias quærere quib. impediatur promotiones iniustæ & indignæ & fiat iustæ & bonæ, sicut Rebecca benedictionem Esau prudenter impediuit, & sic Iacob illam accepit, & cum bonus prælatus hoc aduertit, sibi non displicet, sed magis placet propter quod Isaac aduertens domini voluntatem, benedictionem Iacob non reuocauit, sed magis confirmauit dicens, Benedixi, & erit benedictus.

& pœnitentia valde eſt Deo acceptabilis, vnde Luc. 15. b. *Gaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pæ. &c.* Per vnũ peccatorem populũ gentium, per nonaginta nouem iuſtos Iudæos intelligit qui ſibi videbãt iuſti in obſeruantia legis. vnde Luc. 16. d. *Vt quid iuſtificatis vos coram hominibus, &c.* qui imperfecto numero ponuntur, quia nullũ ad perfectum adduxit lex.

A Hiſtoricè.

In cap. 27.

✻ PROCOPIVS. Ex apparatu huius cœnæ coniicere poſſumus magnitudinem et corporis naturalem ſanitatẽ qua viguit Iſaac. Nam ſi in ſenectute obſonio vtebatur duorum hœdorum, & interim prædicatur temperãs, cedo, qualis erat in iuuentute.

Myſticè.

a *Parauit illa cib.* ISID. Per delectabiles eſcas quæ de hædis præparantur Iſaac, intelligimus pœnitentiæ opera, de quibus dicitur Matt. 3. b. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Veſtes valde bonæ, quas Eſau, id eſt, Iudęis domi reliquerat, optima legis præcepta (verbi gratia) *Diliges dominum Deum tuum, &c.* Et alia ſine quibus nemo poteſt eſſe iuſtus. Has Iudæi domi, id eſt, in vete. teſt. reliquerant, quia ſeruare nolebant. His gẽtilis ornatus, ad Deũ patrẽ cum cibis bonorum operum perrexit. cũ cibis autem panes obtulit, per panes ſæpe verbum Dei intelligimus. Bene autem ad Deũ cum cibis bonorũ operũ pergit, qui alios quoſcũq; poteſt, ad bona opera monere non deſinit. Mater hœdinis pellibus manus Iacob & colli nuda ꝓtexit. Pellis enim cũ ab hœdo ſubtrahitur, remanet caro vnde cibus delectabilis conficiẽ, & cum a peccatore vitia detrahunẽ, bonum naturæ, cum ratione apparet, quæ ſi fide coquãt delectabiles cibi ex bono naturæ Deo perperantur. Per collũ in quo ſuperbia apparet, mẽtis elatio ſignatur. Per manus opera. Collũ hœdinis pellibus circũdat qui ad elationem deponendam & humilitatis cuſtodiam habendam, peccata præterita ante oculos mentis ſæpe producit.

B

C

ĩ queſtio. Hebraicis

b *Et ue. Eſau.* HIERO. & in hoc loco tradunt Hebræi primogenitos functos officio ſacerdotum, & habuiſſe veſtimentũ ſacerdotale, qui induti victimas offerebant antequam Aaron in ſacerdotium eligeretur.

✻ c Ego

---

rit me pater meus, & ſenſerit, timeo ✻ne putet me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictionem pro benedictione. Ad quẽ mater, In me ſit, ait, 1 iſta maledictio fili mi, tantum audi vocẽ meã, & 1 perge, affer, quæ dixi. Abiit & attulit, deditq́; matri. 2 a Parauit illa cibos, ſicut nouerat velle patrẽ illius, & 3

a ¶ Fide & ſcripturis Hebræorum.

b ᵃveſtibus Eſau * valde bonis, quas apud ſe hẽbat do- 4

a ¶ Peccata vtriuſque populi, quæ Chriſtus extenſis manibus ſecum affixit cruci.

mi, induit* eũ, pelliculaſq́; hędorũ circundedit ma- 5 nibus, & colli nuda protexit. Deditq́; pulmentũ, & panes quos coxerat, tradidit. * Quibus illatis dixit: Pater mi. At ille rñdit: Audio. Quis es tu fili mi? † c Dixitq́; Iacob: Ego sũ Eſau primogenitus tuus: Feci 6 ſicut ꝑcepiſti mihi: Surge, ſede & comede de venatione mea, vt benedicat mihi aĩa tua. Rurſum Iſaac

a ¶ Velocem fidem credentium miratur.

d ad filiũ ſuũ: Quᵃomodo, inquit, tã cito inuenire po-

a ¶ Etiam mundi conuerſionem deſignat.

tuiſti fili mi? Qui rñdit: Voluntas Dei fuit, vt citò 7 mihi occurreret, quod volebã. Dixitq́; Iſaac: Acce- 8 de huc, vt tangã te, fili mi, & probẽ vtrũ tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſſit ille ad patrẽ, & palpato eo, dixit Iſaac: Vox quidẽ, vox Iacob eſt, ſed manus, 9 e manᵘ sũt Eſau. Et nõ cognouit eũ quia piloſę manᵘ 10 ſimilitudinẽ maioris expreſſerãt. Bñdicens ergo illi, 11 ait: Tu es filius meus Eſau? Reſpõdit: Ego ſum. At 12

---

c ✻ *Ego ſum Eſau primogenitus tuus.* GLOSSA GRAECA. Eſau ſeipſum Iacob appellat, quia primogenituram ab Eſau lentis edutio emerat.

D

li. 16. de ciuita. c. 37.

✻ AVGVSTINVS. Iſte dolus Iacob ne putaretur fraudulentus dolus, & non in eo magnæ rei myſterium quæreretur, ſuperius prædixit ſcriptura, *Erat autẽ Iacob homo ſimplex habitans in tabernaculis*, Quis eſt in iſta bñdictõe ꝑcipiẽda dolus hominis ſine dolo? Quis eſt dolᵘ ſimplicis, Quę fictio nõ mentientis, niſi ꝓfundum myſterium veritatis.

✻ PROCO. Fraudulẽtiæ crimẽ qs obiiciãt Iacobo, ſi nõ mẽtiatur id quod accidit ſecũdũ diuinę prouidentiæ tenorem. Verũ prouidẽtia huc reſpicit, ne indignis dentur honeſta. Sic dicat explorator cõprehẽſus ab hoſte, non sũ hoſtis, ſed trãſitiõem facio, & ad vos trãsfugio. Nihil obſtat quĩ rex aliquãdo poſſit aſſumere habitũ hominis priuati vt efficiat, quæ exiſtimat in rem ſubditorum fore.

d *Quomodo in. &c.* HYPOL. Quęrit Iſaac a Iacob, cur tã citio venerit, admiratᵘ. ſ. velocẽ credẽtiũ fidẽ. Cibi delectabiles offerũtur qa hoſtia Deo placẽs, ſalus ꝑeccatorũ. Quia poſt eſum ſequit benedictio: & eiᵘ odore perfruitur, virtutẽ reſurrectõis & regni apertè pronũciat. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni. hæc eſt bñdictio. Odore nominis Chriſti, ſicut ager mũdᵘ implẽ. Bñdictio eſt de rore cęli: i. pluuia diuini verbi, & de pinguedine terræ. i. cõgregatione populorũ, multitudine frumẽti & vini, hęc eſt multitudo quã colligit de ſacrõ corporis & ſanguinis ſui. Illi ſeruiũt populi. i. gẽtiles cõuerſi. Ipſũ adorãt trib. populi ꝑ circunciſiõe cõuerti credentes. Ipſe eſt dñs fratrũ ſuorũ. i. Iudęorũ. Ipſum adorant filii matris eius, quia ſecundũ carnẽ natus eſt ex ea. ipſũ qui maledixerit, maledicetur, & q benedixerit, benedicetur. Chriſti ex ore populi patrem ignorantis benedicitur, id eſt, veraciter dicitur, ſed a Iudæis alius benedici putatur qui errantibus expectatur.

E

F

Epiſt. ad Damasũ.

c ✻ *Et non cognouit eum. &c.* HIERONIMVS. Non mirũ quod vir iuſtus aliquid ignorauerit, & contra voluntatẽ ſuam fecerit.

* Timeo ne putet, putabit. Inducat: Inducam. Iſta tua.

* Filii ſui maioris. *Eũ Iacob

Colli nuda protexit, leuitatem colli eius.

*In manu iacob filii ſui.

†22. q. 2. c. quæritur. Quibus illatis, & venit ad patrẽ ſuum.

1 Pergens.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In me ſit, &c. fili mi. *nunquam accidet hoc, confidebat enim quod Deus aliter diſponeret: vt verbum ſuum impleret.*

2 Abiit & attu. *Hic conſequenter deſcribitur diſpoſitio ad benedictionem per præparationem filij quę quidem præparatio fuit in cibi offerendi decoctione, cum dicitur.*

3 Parauit illa ci. &c. *ſecundo in filij compoſitione, cum dicitur.*

4 Et veſti, &c. *Sicut enim ſupra dictum eſt. cap. 14. vſque ad legem datam tempore Moſi primogenitᵢ erant ſacerdotes, & ideo habeant veſtes ſpeciales precioſas & odoriferas, quibus induti in magnis ſolennitatibus offerebant oblationem domino.*

5 Pelliculaſq; he. cir. ma. *fecit enim quaſi chirothecas: ut apturentur figuræ manus.*

6 Ego ſum Eſau primo. tuus, *Ra. Sa. vt excuſet* Iacob *de mẽdacio ſic pũctuat hanc literã.* Ego ſum. *ſ. qui apporto tibi cibũ. Sed* Eſau eſt primogenitus tuus. *ſed iſte manifeſte corrumpit ſenſum, nec tamẽ ꝑ hoc habet intẽtum, quia quacũq; arte verborũ aliqs fallat aliũ, a mẽdacio nõ excuſatur ſm Aug.* & *ideo aliter dicitur & melius. Licet enim* Iacob *nõ eſſet Eſau in perſona, erat tamen in officio & dignitate, quãtũ ad ius primogenituræ vt ſupra declaratũ eſt. Et ex hoc debebãt ſibi benedictio, & ideo qñ dixit,* Ego ſum Eſau primogenitus. *ſ. quãtum ad dignitatẽ primogenituræ verum dixit, qa ſic quæſtio Iſaac debebat intelligi quia q̃rebat de eo cui benedictio debebatur, ꝓpter quod nõ decepit patrẽ, licet pater nõ ſic intellexerit, et tali modo loquẽdi vſus ẽ ſaluator Matt. 11. d. de Ioãne.* Ipſe eſt Helias, *& ſic etiã exponẽda ſunt alia verba Iacob, in quibus loquitur tanquam eſſet Eſau & fa a eius. Sciẽdum tamẽ quod nõ videtur mihi magna neceſſitas excuſandi patres vete. a mendacio maxime officioſo, ſicut hic & pluribus alijs locis, q ua certum eſt quod apoſtoli fuerunt multo perfectiores eis, & tamen no fuerũt immunes a peccato veniali, vnde dicit* Ioan. *in 1. Canonica. 1. cap.* Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, noſmetipſos ſeducimus. *& multo minus patres ve. te. fuerunt immunes a peccato veniali maxime quia plures eorum leguntur peccaſſe mortaliter & enormiter: ſicut Dauid in adulterio Berſabeæ, & homicidio Vriæ, patriarchę etiã ex odio & inuidia vendiderunt* Ioſeph *fratrem ſuum in Aegyptum.*

7 Voluntas Dei fecit. &c. *quia ex ordinatione diuina mater miſit eum ad gregem, vnde cito poterat habere cibum pro patre:*

8 Accede huc, & tãgam te, &c *Quia non cognoſcebat eum per viſum voluit eum probare, & cognoſcere per tactum.*

9 Vox quidem, &c. *Licet enim caligaſſent oculi eius, & videre non poſſet: tamen clare audiebat, & ad vocem videbatur* Iacob: *ad tactum Eſau, veruntamen quia ſenſus tactus in hominibus certior eſt, quam ſẽſus auditus, quia homo in tactu excellit omnia animalia, vt dicitur. 3. de anima.* In *auditu autem excellitur a multis animalibus, ideo iudicauit magis ſecundum tactum quam ſecundum auditum.*

Tactus ſecũdũ Philoſophũ.

10 Et non co. &c. *in probatione per ſenſum tactus.*

11 Benedicens ergo illi, *id eſt, benedicere volens.*

12 Ait: tu es filius meus Eſau. *Hoc nõ interrogabat quaſi amplius*

✻ dubitans

A rit. Nullus enim homo excepto eo, qui ob nostram salutem carnem est indutus humanam plenam habuit scientiam, & certissimam veritatem. Denique Paulus ex parte cognoscit, & ex parte prophetat.

pulus prophetię misteria accepit: sed cæcos oculos in contemplatione tenuit, quia præsentem nō vidit, de quo multa in futuro præuidit. Ante se enim positum cernere non valuit, cuius aduentus potentiam longe ante nunciauit. D

Gregorius. Isaac filium nescit quem benedixit: secundum illud Psal. 17. g. *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi, &c.* Præsentem non vidit: & ventura ei præuidit, quia oīpotens Deus: cum per prophetas prædiceret gentilitati prærogandam gratiam, in præsenti per gratiam non vidit. quam tunc in errore reliquit, & tamen quia hanc per gratiam benedictionis collecturus erat præuidit. Vnde, *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus*. Ager enim mundus est. Et qa electorū populus in toto mūdo virtutibus redolet odor filij odor est agri pleni. Aliter enim olet flos vuæ: quia magna est virtus & op. nio prædicatorum, qui inebriant mentes audientiū. Aliter flos oliuæ, quia suaue est opus misericordiæ, quod refouet & lucet. Aliter flos rosæ: quia mira est fragrātia q̄ rutilat & redolet ex cruore martyrum. Aliter flos lilij, quia cādida uita carnis, de incorruptione virginitatis. Aliter flos violæ, quia magna est uirtus humilium q̄ ultima loca tenētes per humilitatem se a terena in altum subleuāt, & cœlestis regni purpuram in mente seruant. Aliter redolet spica cū ad maturitatem perducitur quia bonorum operū perfectio ad satietatem eorū qui iustitiam esuriunt præparatur. Quia uero gentilis populus in electis per mundum sparsus, uirtutibus suis omnes qui intelligunt replet odore bonæ opinionis, recte dicitur: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui, &c.* Sed quia uirtutes ex se non habet, recte addit, *Cui benedixit dñs*. Et qa p quosdā in contēplatione surgit. per quosdā in actiuæ uitæ opera pinguescit. Sequit.

*Hom. 10.*

*† ad Hebr. 11. d.*

*Alias non habet pleni.*

E *alias nō habet †.*

*† 24. q. 3. c. cum ergo. & c. sed qui. Rom. 11. c.*

*Isti ille maledict⁹.*

*Vix Isaac sermonē. explee rat, & egresso Iacob foras, venit Esau. cum consummasset Isaac benedicere Iacob accidit ut vix egresso ipso Iacob, a cōspectu patris veniret.*

a *Quos cum oblatos, & c.* postquam Isaac cibum sumpsit Iacob obtulit ei vinum. Sic per cibum actiuæ vitæ opera designantur: per vinum quod mentes alienat, contemplatiua accipitur, quæ ab amore sæculi mentes electorum alienas facit. Post cibum & potum Iacob benedicitur: quia illi benedictionem cœlestem a Deo percipiunt, qui eum vsque in finem bonis operibus placare studuent.

*Tystice.*

*Osculatur filiū Isaac.*

b *Benedicens ait.* Grego. Alter ad venandum mittitur, vt benedicat, alter per suppositionem matris a patre benedicitur. Quis paruulorum in facto iustorum, non iuxta sacræ lectionis historiam pascitur? Videri autem potest, quia Iacob primogeniti benedictionem nō per fraudem surripuit, sed debitam accepit quam a fratre comparauit. Allegorice vero Isaac maioris filii venatione vesci cupit, quia omnipotens Deus Iudeorū bona operatione pasci voluit: sed illo tardante minorem Rebecca supposuit: quia dum Iudaicus populus bona opera foris quærit: gentilē mater gratia introduxit; vt omnipotenti patri cibum boni operis offerret, & benedictionem maioris acciperet cibū ex domesticis animalibus præbuit: quia gentilis populus de exterioribus sacrificiis placere non querens; dicit Psal. 55. c. *In me sunt Deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi*, Iacob manus, brachia, & collū hœdinis pellibus texit, quia hœdus solet pro peccato offerri. & gentilis populus dū se peccatore confiteri nō erubescit: carnis in se peccata mactauit. Vestimentis maioris induitur, quia qui sacræ scripturę præceptis (quę maiori populo data sunt) in bona operatione uestitur, & eis minor in domo vtitur, quę maior foras exiens reliqtintus.

*Homil. 6. in Ezech. Isaac bñdicit ipsū Iacob cunctaque: prę catur ei a deo. p̄spera. Heb. 11.*

B

*Allegorice.*

*Reuers⁹ a venatione Esau affert cibos patri.*

*Tristatur Isaac.*

C

*Correctorij contra Burgen. In ca. 28. postillator habet pulchram considerationem de Angelorum ascensu & descensu, sic quod dicit descẽsum præcedere ascensum, sed Burg. dicit contrarium, & mouetur per ordinẽ literæ, quæ prius narrat ascensum non attendens sæpe per anticipationem literam ordinari, sicut Ioan. 12. a. dicitur, Maria vnxit pedes domini, & extersit capillis, & lauit lachrymis, quod per oppositum factũ est. Igitur per anticipationem dicitur nec Burgen. aliquam aliam ponit literalem expositionem, sanctorũ autem doctorum & Glo. or. expositionẽ dicit ad mysticũ sensum pertinere, finaliter adducit sanctum Tho. exponentem ascensum de contemplatione in Deo, descensum de administratione ad inferiora. sed nec illa literalis esse potest, quod si esses, necesse est descensum præcedere, sicut actio contemplationem, secundum sanctos doctores exemplificantes, Iacob prius Liæ quam Rachel nupsisse nec oportuit Iacob de his instrui, sed solum de mysterio incarnationis significatæ per innixionem scalæ, quia eidem Deus innitebatur, exigebat hæc reuelatio primum omnium fidem, ad quam quærendam oportuit angelos descendere nunciando mysteria, & exigendo fidem a sanctis patribus, ita descendit missus Gabriel Angelus ad Mariam virginem salutando, nunciando, exigendo, quia tunc exacta fide & habita regressus ascendit. Hanc considerationem confirmat beatus Aug. in sermone de nati. virginis, in quo post descensum Angeli & virginis datam fidem atque consensum dicit nec mora reuertitur nuncius, & virginalem thalamum ingreditur Christus.*

---

## CAP. XXIX.

A **P**Rofectus &c. a *Vidit.* Aqua putei scientia ve. testamẽti, quã lapis claudebat, quia litera legis spiritualem sensum in eo celabat, sed veniente Christo lapis remotus est, cum per prædictionem noui testamenti vmbra legis exclusa, & veritas euangelii patefacta est.

ALLEG. Per a puteũ baptismus, per agrũ mũdus exprimitur, per tres greges iuxta puteum accubãtes, signantur illi qui ad fidem trinitatis capiendã ptinẽt, in humilitate expetẽtes baptismi gratiã. b *Lapidem.* duritia infidelitatis, qua abiecta per capitur baptism^9 vitæ. Pastores autem sunt prælati ecclesiæ, q amoto lapide, per Iacob adaquare greges cupiunt, q a Christo auferete infidelitatẽ ab eorũ cordib. quos prædestinauit ad sacramentum baptismi, abluuntur vnda purificationis.

c *Osculatus est eam.* AVGVST. Consuetudinis fuit maxime in illa simplicitate antiquorũ, vt propinqui propinquos oscularẽtur, & hodie fit in multis locis. Sed quæri potest, quomodo illa ab ignoto osculũ acceperit, si postea indicauit Iacob propinquitatẽ? ergo intelligendũ est, aut illum q propinquitatẽ nouerat, fidẽter in osculum irruisse, aut postea scripturã narrasse p recapitulationẽ, cũ primũ Iacob indicauerit quis esset.

✱ RVPERT. Cũ Rebecca, Rachel & Sephora ad puteũ iueniãtur, sine dubio aliqua ĩ his sacramẽta debemus agnoscere. Et q a toti tres patriarchæ (eorũ mariti) typũ dñi præferebãt, ideo ad fõtes vel ad puteos inueniũt matrimonia q a Christus ad baptismũ inuenturus erat ecclesiam.

C vult Iacob ad Laban — Rachel pascit oues. Iacob Rachel sãcte osculatur. eaqua fleti

In quæst. super Gen. — al. † mox — Lib. 7. c. 27 E — † Inf. 43. f. Sanus ne est inquit? ualet. nun qd est pax ei inquit? pax Heb. — Osculari cognatos. Laban cõplex^9 ipsũ Iacob osculatur. E

## CAP. XXIX.

1 **P**ROFECTVS ergo Iacob venit in terram orien- 2 talem: & vidit puteum in agro: tresque greges † ouium accubantes iuxta eum. Nam ex illo adaquabantur pecora: & os eius grandi lapide claudebatur. † Morisque erat vt cunctis ouibus congregatis douoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent. Dixitque ad pastores. Fratres vnde estis? Qui responderunt, de Haran. Quos interrogans: nũquid, ait, nostis, Laban filiũ Nachor? Dixerunt: Nouimus. † Sanus 3 ne est, inquit? Valet inquiunt. Et ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitque Iacob: adhuc multum diei superest, nec est tẽpus vt reducantur ad caulas greges: Date ante potum ouibus, & sic ad pastum eas reducite. Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. Adhuc loquebatur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui. Nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob 4 & sciret consobrinam suam, ouesque Laban auunculi sui: amouit lapi 5 dem, quo puteus claudebatur, & adaquato grege osculatus est eam: 6

[Interlinear: ¶ Baptismum. ¶ Scientiam scripturarũ. ¶ Gratiam Spiritus sancti. per prædicationem Christi venturam ad Ecclesiam de gentibus quæ tecta erat, nondum adueniente, & incarnato Dei verbo. b ¶ Mundi. c ¶ Propter fidem trinitatis. a ¶ Simplicium. ¶ Stauet oues a dextris. b ¶ Gratiam baptismi petentes. ¶ Humiliter. c ¶ Quia scripturæ mysterijs latiari desiderant. a ¶ Simplices. ¶ Tegumento literæ. a ¶ Prophetas. ¶ Hæc a pastoribus didicerat.]

---

### NICOLAVS DE LYRA. Cap. XXIX.

**P**ROFECTVS ergo Iacob. *Hic consequenter describitur Iacob, quantum ad multiplicationem prolis, & quia prolem consecutus est per coniugium, & coniugium per obsequium, & itinerationem in terram alienam. Ideo scriptura primo exprimit itineris sui terminum. Secundo, in termino sui laboris obsequium, ibi:* Et postquam. *Tertio pro labore coniungium, ibi:* Dixitq; ad Laban. *Quarto coniugij fructum, ibi,* Vidẽs autem Dominus. *Circa primum dicit sic.*

2 Venit in terram orientalem. *Haran erat terminus itineris eius in parte orientali respectu terræ promissionis, vnde recesserat, & patet litera. Sequitur.*

3 Nostis Laban filium Nachor. *id est, nepotem eius, quia erat filius filij sui scilicet Bathuelis, nominauit tamen Nachor, & non Bathuelem, quia erat caput generis in illo loco sicut Abraham frater eius in alio latere. & patet litera vsque ibi.*

4 Quam cum vidisset, &c. *Quia omnia diligenter inquisierat a pastoribus.*

5 Amouit lapidem. *Cum pastoribus, quia iam greges erant congregati.*

6 Osculatus est eam, &c. *id est, nepos. Considerãdum quod ista non fuerunt facta eo ordine quo scripta sunt, sed primo indicauit ei, quod ✱ esset*

---

### MORALITER

*Profectus ergo Iacob.* Professione vera facta cõ ceditur studiũ sacræ scripturæ, quod notatur, cum dicitur.

† *Vidit puteum.* id est, sacram scripturam, quæ Ioan. 4. b. *puteus altus,* dicitur.

† *In agro.* s. militantis ecclesiæ, de quo dicitur Matth. 13. d. *Domine nomine bonum semen seminasti in agro tuo?*

† *Et os eius gran.* &c. Lapis ille Christus est, de quo dicitur 1. Pet. 2. 1. Pet. 2. a. *Ad quem accedentes lapidem viuum,* & ipse claudit & aperit sacræ scripturæ intellectum, Apoc. 3. b. *Qui claudit & nemo aperit: aperit & nemo claudit.*

5 *Amouit lapidem,* &c. quia religiosus deuotus per orationem & studium impetrat a Christo reuelari sibi sacræ scripturæ intellectum, & adaquat gregem fidelium per sanum documentum. Sed quoniam secundũ Gregor. Homil. 37. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur, ideo accipit vxores Liam & Rachelem, quæ significant actiuæ uitæ & cõ ✱ templatiuæ

a *Nomen maioris,&c.* VICTORINVS MARTY. Rachel & Liam in similitudinem ecclesiæ & synagogæ interpretatus est. Lam maiorem natu synagogam significare existimat, qui prior populū Dei genuit, quæ oculis lippa dicitur, quia ex per Mosen data cooperata est & signata. Rachel minor et pulchra prius sterilis post fecunda ecclesiam signat, quę tempore posterior, sed sancta corpore & spiritu. Oculi eius decori, quia euangelium videre meruerūt. Sed diu sterilis dum synagoga populum generauit. Pro Rachel Iacob seruiuit, & supponitur ei Lia, quia Christus vt ecclesiam sibi assumeret, prius sibi synagogam coniunxit.

Rachel & Lia quib. comparatur.

b *Septem annis.* Seruitus Iacob septem annorum pro duabus vxoribus præsentis uitæ tempus signat, quod septem diebus voluitur, in quo Dominus formam serui accepit, obediens patri usque ad mortem. Iacob seruiuit quia *filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare*, Matth. 20. b. Ille oues pauit, & Christus dixit, Ioan 10. capitulo, *Ego sum pastor bonus.* Ille pro mercede varium pecus sibi abstulit, Christus diuersarum gentium uarietatem sibi congregauit. Ille tres virgas amputatis corticibus in alueis aquarum posuit, vt earum contemplatione multiplicarentur oues, & Dominus noster in aqua baptismatis trium personarum nomina patris, & filii, & spiritus sancti populo fideli proposuit, vt qui hoc pleno corde prospex erit efficiatur ouis Dei.

* profecto
Seruit⁹ Iacob.
* Laban.
* vero.
Lippis erat oculis habebat oculos teneros. idest, infirmos & imbeciles.

& eleuata voce fleuit, & indicauit ei quòd frater esset patris eius, & filius Rebeccæ. At illa festinans, nūciauit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suæ, † cucurrit obuiā ei, complexusq; eum & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris respondit: * Os meū es & caro mea. Et postquā † expleti sunt dies mensis vnius, dixit ei: Nū quia frater meus es, gratis seruies mihi? Dic qđ mercedis accipias. Habebat vero * duas filias. Nomē maioris Lia, minor ē appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venusto aspectu. Quā diligēs Iacob ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septē annis. Respōdit Labā: Melius est, vt tibi eam dem, quam viro alteri: Mane apud me. Seruiuit igitur Iacob pro Rachel septem annis, & videbātur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitq; ad Laban: Da mihi vxorē meā, quia iam tempus † impletum

*c Laborem leuiabat amor.*

†al. occurrit.
†al. impleti.
al. † expletum.

a *Et uidebantur illis pauci, &c.* Quomodo hoc dictū sit, quę rēdū est, cū & breue tempus longum videatur amātibus? Dictum est ergo propter laborem seruitutis, quem faciebat.

d *Da mihi uxorem. &cæt.* CHRYSOSTOMVS. Hic multa cōsideranda sunt. Primū, simplicitas Iacob, quomodo ab omni malitia alienus deceptus sit. Secundum quod tanta facilitate omnia fiunt, & nusquam lampades choreæ, faces præter vsus necessitatem. Possum⁹ aūt & hic videre quomodo Labā iste magna affectione dilexerit Iacob. Hoc enim cōmentus est, vt iustum apud se diutius retineret. Sciebat eqdē quod alterius amore flagraret.

Hom. 56.
Lia lippis oculis. Iacob seruit septem annis pro pulchra Rachel.

AVGVSTI. Pro ingenti crimine obiiciuntur Iacob quatuor vxores. Sed quoniā tunc mos erat crimen non erat, nunc autem crimen est, ☞ quia

Lib. 22. cōtra Faust.

## NICOLAVS DE LYRA.

*esset cognatus suus germanus, & tunc osculatus est eam secundum morem consanguineorum, qui erat apud antiquos, & adhuc est modo in pluribus locis, & tunc fleuit ex pietate, quia in talibus solent viscera cōmoueri, sed cum mulieres sint magis pronæ ad lachrymas quam viri, uidetur quod debuisset plus dixisse de Rachel, quod fleuisset. Sed potest dici, quod forsitan sic fuit, licet non sit scriptum, quia non omnia scripta sunt, & maxime quia expresso fletu* Iacob *satis datur intelligi fletus Rachelis propter maiorem pronitatem, vt dictum est. Aliam vero causam huius fletus assignant Hebræi, & satis est verisimile, dicentes, quod quando* Iacob *recessit a patre, recessit cum bona comitiua, & cum copia argenti & auri. Cum enim Abraham misisset seruum suum illuc ad quęrendum vxorem filio suo Isaac, misit eum honorifice & cum multis bonis, vt habetur supra 24.ca. cuius rei Isaac non erat immemor, & ideo cum esset valde potēs, & diues, ut dictum est supra 26. non est verisimile, quod minus honorifice mitteret filium proprium quam Abrahā miserat seruum. Dicunt igitur quod Eliphas primogenitus Esau, qui iam erat addultus, de præcepto patris sui insecutus est* Iacob *cum multitudine armatorum & comprehendit eum, tamen non occidit, eo quod* Iacob *esset auunculus, & quia* Iacob *tenuerat eum in sinu suo cum esset puerulus, sed dimisit eum solum & omnibus bonis spoliatum. Iacob autem cum esset iam a longe noluit redire, nec in uia occidetur, et ne pater ex euentu nimium turbaretur, sed processit ultra solus confidens de Dei adiutorio, quod posset sibi maiora reddere, vnde & infra 32. cap. dixit* Iacob, In baculo meo transiui Iordanem istum *.i. solus & pauper*, & nūc cum duabus turmis regredior, *Cum igitur uidit consobrinam suam, & non habuit aurum & argentum seu iocalia ad dādum sibi sicut seruus Abrahæ dederat Rebeccæ, ut supra dictum est 24. c. Memor huius rei cœpit lachrymari. Sequitur.*

Spoliatio Iacob.

1 Auditis autem cau. iti. *s. propter odium fratris sui Esau contra ipsum, & quod acciderat sibi in uia.*

2 Respondit os meū & c. mea. *Ac si diceret licet ex aduētu tuo nō videam magnam vtilitatem mihi prouenire, quia uenisti uacuus, tamē recipiam te, quia es nepos meus. Et ista expositio procedit secundum ea quæ dicta sunt de expoliatione* Iacob. *Secundum alios uero qui non tenent istam expoliationem, aliter exponendum est.* Auditis autem causis, &c. *s. quod uenerat ad uitandum iram fratris sui, & ad accipiendum vxorem de filiabus* Laban, *ut supra dictum est 27. cap. Respondit.* Os meum & caro mea. *ac si diceret, ex quo tu es de genere meo, melius est quod detur tibi filia mea uxor quam alteri. quia tunc temporis non cōtrahebant libenter matrimonium cum extraneis, ut satis patet ex supra dictis.*

3 Et postquam expleti sunt, &c. *Hic consequenter describitur ipsi* Iacob *seruitium pro Rachele habenda uxore, quia nō habebat diuitias ad dandum pro dote. Et patet litera usque ibi.*

4 Et uidebantur illi pauci dies, *Videtur enim quod deberet dici contrarium, quia scribitur Prouerb. 13. b.* Spes quę differtur affligit animam. *Et quia desiderabat & sperabat habere Rachelem, dies expectationis debuissent sibi uideri multi. Ad quod respondet Hieron. quod ibi accipitur dies pro labore dierum qui alleuiabatur & uidebatur paruus propter amorem. Aliter etiam potest dici, quod* uidebantur ei dies pauci *in comparatione ad rem tam amabilem, quia pluribus annis seruisset pro ea si fuisset requisitus. Aduertendum tamen quod ille amor non erat libidinosus, nec excedens limites rationis, & ideo non erat inordinatus nec malus.*

5 Dixitq; ad Laban. *Hic consequenter describitur ipsius Iacob coniugium, quia iam compleuerat seruitium septem annorum pro ea, & ideo iustum erat ut sibi daretur, & hoc est quod subditur.*

Coniugiū Iacob.

6 Quia iam tempus impletum est, &c. *Asse u maritali, Aliam etiam causam dicti huius assignant Hebræi dicentes. Et uerū est, quod* ✠ Iacob

## MORALITER.

templatiuæ perfectionem, & primo Liæ copulatur, quia dicit Gregor. lib. 6. Mora. Qui contemplationis arcem tenere desiderant, prius necesse est vt in campo actionis per exercitium se probent. Seruiuit autem Iacob pro qualibet septem annis. & per hoc seruitium significantur septem opera misericordię corporalia, & septem spirituali, Corporalia vero in hoc continentur versu, *Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.* Visito infirmum, poto sitientem, cibo famelicum, redimo captiuum tego, id est, vestio nudum, colligo hospitem, condo .i. sepelio mortuum. Spiritualia uero similiter continentur in hoc uersu. *Consule, castiga, remitte solare, fer, ora.* Qui sic intelligitur. Cōsule dirigende dubitantem & ignorantem docendo, & sic sub uno uerbo duo opera misericordiæ continentur. Castiga delinquētem, remitte offensam tibi illatam, fer, id est, supporta fratris infirmitatem, ora pro omnibus. Et prædicator sic perfectus pascit uerbo & exemplo greges Labā, id est, episcopi uel curati, quia Laban interpretatur candidus, & uterque debet esse candidus honestate.

Triplex distinctio peccatorum. Qui vocatus multis amicorum turbis ad conuiuium, facit nuptias, & congregauit Laban oes viros loci & fecit conuiuium.

quia mos non est. Alia sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Sed Iacob non contra naturam hoc fecit, qui non lasciuiendi, sed gignēdi causa illis mulieribus vtebatur. Nec contra morem, quia illos tempore in illis terris hoc factitabatur. Nec cōtra præceptū quia nulla lege prohibebatur. Nunc vero legibus & moribus hoc non licet. Quæ duo si quis cōtempserit, etiam si tantummodo causa generandi vtatur plurimis fœminis, peccat tamē & humanam violat societatem cui necessaria est propagatio filiorum. Sed quia homines aliter se habentibus moribus nō possunt delectari vxorum multitudine nisi libidinis magnitudine, errātes non putāt haberi potuisse vxores multas, nisi concupiscentiæ carnalis flagrantia.

Isido. Duæ sunt ergo vxores Iacob liberæ ambę enim filię remissionis peccatorum.i. dealbationis quod est Laban, vna amatur, altera toleratur. Sed quę toleratur pri⁹ & vberi⁹ fœcūdatur, vt si non propter se, propter filios diligatur. Labor enim iustorum maximum fructū in eis habet quos Deo generauit, iter multas tribulationes predicādo, propter quos sunt in laboribus, & in plagis, & in mortib. frequēter propter quos habēt foris pugnas, it⁹ timores ipsos gaudiū, & coronā suā vocant. Nascuntur autem facilius & copiosius sermone fidei quo prędicāt Christum crucifixum, & quicquid humana cogitatione citius percipit, & infirmos Lię oculos nō perturbat. Rachel autē clara facie mente excedit Deo, & vidit in principio verbum apud Deum, & vult parere, & non potest. quia *generationem eius quis enarrabit?* Act. 8.

Isid. Duę liberę vxores Iacob, quia duę vitę nobis in corpore Iesu Christi prædicantur. Vna temporalis, in qua laboramus, altera æterna, iqua dilectionem Dei cōtemplabimur. Istam dominus passione, illā resurrectione declarauit. Vnde Lia interpretatur ouis laborans. Rachel visum prīcipium, uel verbum ex quo uidetur principiū. Actio humanę uitę in qua uiuimus ex fide, multū labriosa est in operibus & incerta, quo exitu perueniat ad utilitatem eorum quibus consulere uolumus. Hęc est Lia prior uxor Iacob & lippa oculis Cogitationes enim mortaliū timidę, & incertę prouidentię sunt. Spes uero ęternæ contemplationis certam habēs intelligētiā ueritatis. Ipsa est Rachel bona facie & pulchra specie. hanc amat omnis piè studiosus, & propter hanc seruit gratię Dei, ī qua peccata nostra *si fuerint sicut coccinum, quasi nix dealbabuntur:* Esa. c. 1. Laban dealbatio, cui seruiuit Iacob pro Rachel. Neq. enim quisque conuertitur sub gratia remissionis peccatorū seruire iustitiæ, nisi vt quietè viuat in verbo ex quo videtur principium, quod est Deus. Ergo propter Rachel nō propter Liam seruitur. Nemo enim amat in operibus iustitiæ laborē actionis vel passionis, nec eā vitā propter ipsam expetit, sicut nec Iacob Liā, sed tamen nocte suppositam ī vsum generandi amplexus, fœcundi tatē eius expertus est. Et quia per se non poterat diligi Dominus vt ad Rachel perueniretur, fecit eam tolerari, de in de per filios commendauit. Ita quisquis Dei seruus sub dealbationis peccatorum gratia est constitutus, hoc solum amans in sua meditatur conuersatione, vt doctrinam sapientię percipiat, quam plerique se cito percepturos putant, cum se in septem præceptis exercuerint, quæ sunt de dilectione proximi, ne cuiquā noceatur. i. patrem tuū honora & matrem, non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimoniū dices, nō concupisces vxorē proximi tui, nec rem proximi tui, quibus pro posse obseruatis, cum homini pro cōcupita & sperata pulcherrima delectatione doctrinæ, per tentationes varias quasi per hu⁹ sæculi noctem tolerantia laboris adhæserit, velut pro Rachel Lia inopinata coniūgitur, & hanc tolerat vt ad illam perueniat, si perseueranter amat. acceptis aliis septem præceptis, ac si dicatur ei, Serui alios septem annos pro Rachel, vt sis pauper spiritu mitis, lugens, esuriens & sities iustitiam, misericors, mūdi cordis, pacificus. Vellet enim si posset sine vlla tolerantia laboris, quæ in agendo patiendoq; amplectenda est, ad pulchrę cōtemplationis delicias peruenire. Sed hoc nō potest in terra morientium, quod his verbis significatur.

a *Non est in loco nostro consue. &c.* Maior appenatur quæ tempore prior est. Prior est enim hominis eruditione labor operandi quæ iusta sunt. vnde: *Concupisti sapientiam, serua mandata quę ad iustitiam pertinent.* Iustitia autem quę ex fide est, quæ iter tentationū pericula est, vt pie credendo quod nondum intelligit, etiam intelligentię meritū consequatur, vnde Esa. 7. b. *Nisi credideritis, non intelligetis.* secundum. LXX. Iustitia enim ad fidem, ad sapientiam intelligentiamq; pertinere monstrant. Non est tamen improbandum desiderium perspiciēdę ueritatis, sed ad ordinem reuocandum, vt a fide incipiat, & bonis operibus nitatur peruenire quo tendit. In quo enim veratur virtus labriosa est, in eo quod appetit luminosa sapientia. Qd opus est.

Laban nuptias celebrat.

†35. q. 1. §. 1.

pletum est vt ingrediar ad illam. Qui vocatus multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias, & ᵃvespere Liam filiam suam introduxit ad eum: dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus: facto[1] mane vidit Liam, & dixit ad socerum suum: Quid est quod facere noluisti? Nonne pro Rachel seruiui tibi? † Quare imposuisti mihi?[2] Respondit Laban: Non est in loco nostro consue

a Actiuam vitam quæ filios parit prædicationem & exemplum bonorum operum.

a Ouis vel visum principium. ¶ Contemplatiua.

NICOLAVS DE LYRA

Dum seruiret Iacob p Rachele erat iam 84. annorum.

* Iacob iam erat 84. annorum, *& videbat quod tempus generandi currebat super eum propter ætatem. Sciebat etiam per diuinam reuelationem, quod promissiones factæ Abrahæ & Isaac de terra promissionis & multiplicatione prolis, complendæ erant in filijs suis, a quibus, duodecim tribus Israel nominatæ sunt, & ideo merito dicebat,* Quia iam tempus impletum est, *&c. Quia autē Iacob esset tunc* 84. *annorum, potest probari ex scriptura, colligendo tamen ex pluribus locis. Dicitur enim infra* 47. *b. quod Iacob cum descendit in Aegyptum, requisitus a Pharaone de sua ætate, respondit,* Dies vitę meę 130. annorum. sunt. *Quando autem dixit Labam,* da mihi uxorem meam, *iā seruierat septem annis, & sic vsque ad natiuitatem Ioseph. remanebant septem anni alij suæ seruitutis pro vxoribus, vt habetur infra* 31. *cap. & in fine secundi septenny natus est Ioseph. Et tunc voluit Iacob. recedere completo seruitio pro vxoribus suis, vt habetur infra eodem cap. vbi dicitur,* Nato autem Ioseph. dixit Iacob socero suo, Dimitte me vt reuertar in patriam, *&c. Sed precibus Laban deuictus, adhuc remansit cum eo sex annis, quibus seruiuit pro gregibus suis, sicut dicitur infra* 31. *cap.* Per viginti annos in domo tua seruiui tibi. 14. pro filiabus. & sex pro gregibus tuis. *Et sic patet quod a tempore ī quo Iacob dixit ad Laban,* Da mihi uxorem meam, *& vsque ad natiuitatem Ioseph fluxerunt septem anni. Item Ioseph triginta annorum erat quando factus fuit præpositus terræ Aegypti, vt habetur infra* 41. *ca. Et ex tunc vsque ad descensum Iacob in Aegyptum fluxerunt* 9. *anni, s. septem anni fertilitatis, & duo famis, sicut habetur* 43. *capitulo quando misit Ioseph pro patre suo adducendo, ibi enim dicitur:* Biennium est quod incepit esse fames in terra. *igitur si cōiungantur simul anni prędicti a tempore quo Iacob accepit vxorem, vsque quod Iacob uenit in Aegyptum, & respondit Pharaoni de ætate sua, inueniuntur anni* 47. *quibus subtractis de ætate Iacob, qui tunc erant centum triginta annorum, vt supra dictum est remanent anni* 84. *quos habebat quando primo accepit vxorem, Ex quo patet eius continentia, & quod non accepit plures vxores libidine ductus, sed prolis amore. Sequitur.*

1 Facto mane uidit Liam. *Sed quæritur hic, quare non cognouit eam de nocte, quia ad uocem vel ad tactum potuit eam cognoscere, cum nam per septem annos mansisset in eadem domo? Dicendum quod in hoc ostenditur laus ipsius Iacob, primo, quia nocte illa forsitam non tetigit, sed continens ab ea, orationi vacauit, sicut & de Tobia legitur, Tob. 6. d. Secundo, quia si tetigit eam carnaliter, ostenditur hic, quod nō quæsiuit in vxore sua blanditias meretricias in tactibus & uerbis, sed magis ea vsas est in castitate maritali. Si autem quæratur per hoc an inter ipsum & Liam fuit matrimonium? Dicendum quod non, quia ad matrimonium necessario requiritur consensus, ipse autem tantum consensit rat in Rachelem, nec peccauit si cognouit tunc non suam, quia fuit per ignorantiam facti, quæ excusat a toto, adhibita tamen diligentia sufficienti, quod & fecit Iacob, quia in talibus non requiritur magna perscrutatio, & maxime quia Iacob non habebat causam dubitandi de fraude.*

Quæstio.

Tob. 6. d.

2 Quare imposuisti mihi, *&c. id est decepisti me, ut supra expositum est, ca. 26. Aliqui libri habent sic.* Quare Liam supposuisti mihi? sed falsa est litera.

* Imple

opus est, inquit credere quod mihi non ostēditur? Manifesta aliqd verbum, quo videam omnium principium. Id enim est quod maxime & primitus inardescit. Cui respōdet, Pulchrū est quod desideras, & amari dignum, sed prius nubit Lia quā Rachel. Ardor ille ad hoc ualeat, vt ordo nō recusetur, sed tolleret, sine quo nō potest ad id perueniri quod diligitur. Cum aūt peruētum fuerit, simul hēbitur in hoc seculo speciosa intelligētia & laboriosa iustitia Quāuis enim acute & synceriter cernatur incōmutabile bonum, *corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit sensum multa cogitantem*. Sap. 9. d. Ad vnum ergo tendendum, sed ꝓpter hoc multa ferenda.

IDEM. Proinde vita quę studio cōtēplationis competit, vt ea, quę carni sunt inuisibilia, non infirmis occulis mētis per ea q̄ facta sunt intellecta conspiciat, & sempiternam Dei virtutem ac diuinitatē ineffabiliter cernat, vocare vult ab omni negocio, & iō sterilis. Affectādo.n. ocium, quo studia contemplationis ignescunt, non compatitur infirmitati hominum, qui ī pressuris sibi desiderāt subueniri, Sed quia ipsa procreandi charitate inardescit, vult docere, quod nouit. Videt sororem labore actionis filiis abundantem, & dolet potius currere homines ad virtutem, qua eorum necessitatib. consulitur, q̄ ad illam vnde diuinum incomutabile aliquid discitur, vnde infra 30, *Zelabat Rachel sororem suam.*

IDEM

tudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.

a ¶ idest, celebra nuptias has de more septem diebus. Iniquum enim fuit, vt deceptum septem alios annos differret.

Imple hebdomadam dierum huius copulæ. & [1] hanc quoque dabo tibi pro opere quo seruiturus es mihi septem annis aliis. Acquieuit pla- [2] cito, & hebdomada transacta Rachel duxit [3] vxorem: Cui pater seruam Balan tradiderat. Tā- [4] demque potitus optatis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit: seruiens apud eum septem annis aliis. † Videns autem dominus, quòd despiceret Liam: aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente. † Quæ conceptum genuit filium: Vocauitque nomen eius Ruben, dicens [6] Vidit dominus humilitatem meam: Nunc ama [7] bit me vir meus. Rursumque concepit & peperit filium, & ait: Quoniam audiuit dominus ha [8] beri me contemptui: dedit etiam istum mihi. [9] Vocauitque nomen eius Symeon. Concepit * ter [10] [11] tio, & genuit alium, * dixitque, nūc quoque co- [12] pulabitur mihi maritus meus, eo quod pepe- [13] rerim illi tres filios. Et idcirco appellauit no- [14] men eius Leui. Quartò concepit. & peperit fi- [15] lium, & ait: Modo confitebor domino. Et ob [16] hoc vocauit eum Iudam, Cessauitque parere, [17]

a Septem dierum nuptiarum Liæ, quibus impletis seruiuit septem annis.

¶ Inueterata. ¶ alias dederat.

a ¶ Visionis filius.

¶ Auditio.

¶ Filium.

a ¶ Amplificatio vel additio.

a Confessionem, idest gratiarum actionem, sicut ibi Lucæ 10.d. Confitebor tibi, pater cæli & terræ, idest, gratias agam tibi.

IDEM. Proinde quia purus intellectus de illa diuina substātia, quæ corpus non est, & ideo ad carnis sensum non pertinet, uerbis carne editis exprimi non potest, eligit doctrinam sapiētiæ p qualibet corporeas imagines, vtcunque cogitando insinuare diuina, quam ab officio talia docendi cessare, sicut eligit Rachel ex uiro suo & ancilla suscipere filios, quā sine liberis esse, Bala eīn interpretatur inueterata, quæ est ancilla Rachel. De veteri enim vita carnis sensibus dedita corporeę cogitantur imagines, etiā cum de incommutabili substātia diuinitatis aliquid auditur. Suscepit & Lia de ancilla sua filios numerosæ prolis amore succensa, eius ancilla Zelpha interpretatur os hians, quæ illos significat, quorum ad prædicationem suscipiendā os hiat, & cor non hiat. vnde Marc. 7. b. *Populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe est a me.* & Roman. secundo c. *Qui prędicas non furandum, furaris.* Sed etiam vt per hanc conditionalem libera vxor Iacob laborans filios regni suscipiat, ait Dn̄s, *Quę dicunt facite, &c.* Vnde Apostolus Philippens. primo cap. *Siue occasione siue ueritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.* tanquam & ancilla pariente: de prolis numerositate lætatur. Ex vtero quidem Liæ facta, sed ex beneficio Rachel edita. Cum uirum suum debita nocte concubiturum accepit a filio Liæ mandragoricis malis cum sorore cubare permisit.

CAP.

Datur ei & Rachel pro qua septem alios annos seruiuit.

† Odit Liā Iacob in̄ concipit. Rubē. De renūc. nisi in fi. de regu. licet in fine.

Iuda. Ma. 1. a.

Tandē. potitus optatis nuptiis amorem sequētis priori prætulit. Et egress⁹ est etiā ad Rachel & dilexit ēt Rachel magis quā Liam. a. 1. 2. a.

Aperuit vuluam. i. fecit eam fœcundā humilitatem afflictionem.

* que

* filium.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Imple. &c. *i. septem dies conuiuij nuptiarum Liæ. Tot. n. diebus durabat conuiuium nuptiarum, vt habetur lib. Iudic. 14 c. de Samsone, & ideo secundum hoc dicit hic Hier. Illi erant qui in hoc loco per hebdomadam dierum intelligunt septem annos alios seruitutis* Iacob *pro Rachele, in fine quorum tradita est ei Rachel: quia sicut dictum est, tradita fuit ei post Liam septem diebus conuiuij transactis. Ideo sequitur.*

7 Dies conuiuii nuptiarum.

2 Acquieuit placito. *Et sic consensit in Liam tanquam in vxorem, & ex tunc fuit inter eos verum matrimonium.*

3 Et hebdomada, &c. *i. septem diebus conuiuij prædicti.*

4 Rachel, &c. *& patet litera.*

5 Videns autem dominus. *Hic consequenter describitur coniugij fructus, qui est educatio prolis ad cultum Dei. Et primo agitur de fructu Liæ, secundo de fructu Rachel. 30. cap. Circa primum considerandum quod Lia affligebatur ex quatuor. s. quia videbatur omnibus abiecta, a Rachele despecta, viro extranea, & a Deo neglecta, & ideo dominus dedit sibi quadruplicem consolationem. s. de quatuor filijs, De primo dicitur.*

6 Vocauitque nomen eius Ruben. *i. visionis filius. Et causam huius nominationis subdit dicens.*

7 Vidit dominus humilitatem, &c. *i. vidit me dominus vilem et abiectam reputatam. Ideo consolatus est me. De secundo uero dixit:*

8 Quoniam audiuit dominus, &c. *Aliqui libri habent:* Vidit, *& falsa est litera.*

9 Haberi me, &c. *s. a Rachele. Erat enim Rachel principalis vxor* Iacob, *quia in ipsum primo consenserat, & ideo debebat habere prærogatiuam ante sororem, sed in hoc aliquantulum excedebat.*

10 Dedit etiam istum, &c. *Ad consolandū me de prædicto contēptu.*

11 Vocuitq. nomen eius Symeon. *i. audiens, eo quod dixerat,* Audiuit dominus, &c.

12 Concepit tertio. *Ad eius consolationem contra tertiam afflictionem.* Ideo *sequitur.*

13 Dixitque, nunc quoque copulabitur mihi ma. &c. *i. non reputabit me extraneam, sed magis associabit.*

14 Et idcirco appellauit, &c. *i. adiunctus uel applicatus.*

15 Quarto, &c. *Contra quartam afflictionem. s. quia uidebatur a Deo derelicta. Ideo subditur.*

16 Modo con. &c. *s. quod non dereliquit me, sed uisitauit.*

17 Et ob hoc vocauit eum Iudam. *Qui interpretatur confitens, & accipitur hic confessio diuinæ laudis, uel gratiarum actionis.*

*In cap. 29. vbi dicitur de postilla: Quam cum vidisset Iacob, &c.*

*ADDITIO I.*

*Expositores Hebræorum dicunt, quod solus Iacob amouit lapidē, in quo ostendebatur diuinam virtutem fuisse in ipso Iacob, eo quod ueniens fessus ab itinere poterat remouere lapidem tantæ magnitudinis, qui alias non poterat amoueri, nisi ab omnib. pastorib. aggregatis, ut sup. in eo. c. quod consonat literæ. Tū quia dicit de Iacob in singulari,* Amouit lapidem, &c. *Tum quia reddens rationem quare hoc fecit Iacob, prædixit immediate,* Quam cū uidisset & sciret consobrinā suā, ouesq; Laban auunculi sui. *&c. q. d. propter ista supposuit se tanto labori qd̄ dicunt figurasse, quod aliquis descendens ex Iacob debebat amouere lapidem. s. duritiam cordis, & adaquare omnes greges. i. gentes s. ex aqua & Spiritu sancto, quod satis consonat veritati.*

*In eod. c. 29. vbi dicitur in postilla: Aliam uero causam huius fletus assignant Hebræi. &c.*

*ADDITIO II.*

*Quia autem Iacob recessisset a patre cum bona comitiua & cum copia auri & argenti, prout hic dicit Ra. Sa. non solum caret omnino in litera fundamento, sed potius ex litera oppositum videtur innui, cum eni*

enim Rebecca loqueretur ipsi Iacob de recessu supra 27.g.d.dixit, Audi vocem meã,& consurgens fuge ad Laban, &c. Ex quo patet, quod Iacob fugitiuus ibat, & per consequens non cum apparatu: vnde expositores Hebræorũ magis autentici, quam Ra.Sa. hoc tenent, addentes, quod ex hac causa noluit intrare Luca, seu Bethel, ne ab aliquo cognosceretur sed extra locum sub dio dormiuit, supponens capiti suo lapides, vt supra, 27.g. Similiter ubi dicitur in principio huius c. Profectusq. Iacob, venit in terram orientalem, &c. Hebraica litera habet, Leuauit Iacob pedes suos,& iuit in terrã orientalẽ, &c. Et quo patet, quod pedester ibat, non in camelo sicut seruus Abrahæ. Nec mirũ, si Isaac misisset seruum suum, quia hoc fiebat vt via sua occultaretur a fratre. Nec est uerisimile, quod scriptura subticuisset istam persecutionem quam habuisset Iacob in eundo in Mesopotamiã, sed eã expressisset, sicut expressit alias persecutiones quas habuit in redeundo, tam a Laban, quam a Sichimitis, quam etiam ab Esau, ut patet infra. Quia autem infra dicitur 32.c. In baculo meo transiui Iord. &c. cõcordat satis cũ prædictis.

## CAP. XXX.

Cernens autem Rachel, quod infœcunda esset, inuidit sorori, * & ait marito suo: da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob: Nũ pro Deo ego sum qui priuaui te fructu vẽtris tui? At illa: † Habeo, inquit famulã Balã, ingredere ad illã, vt pariat super genua mea,& habeã ex ea filios. Deditque [a] illi Balan in coniugium, quæ ingresso ad se viro, concepit,& peperit * filium. Dixitque Rachel: [a] Iudicauit mihi dominus, & exaudiuit vocem meam, dans midi filium. Et idcirco appellauit nomen eius [a] Dan. Rursumque Balan concipiens peperit alterum, pro quo ait Rachel, [a] Comparauit me Dominus cum sorore mea & inualui: Vocauitque eum Nephtali. Sentiens Lia quod parere desisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit. Qua post conceptum edente filium dixit: [a] Feliciter. Et idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoque Zelpha alterum: dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent mulieres: * [a] propterea appellauit eum Aser. Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit man-

a Alicui. Forte omnis concubina vxor dicitur secundum morem scripturæ, non econuerso.
a Idest, iudicium mihi fecit, æquans me sorori.
a Iudicium.
a A conuersatione vel comparatione, nep. enim vtrumque sonat.
a In procinctu, uel fœlicitas.
a Beatum alibi secundum ambiguitatem verbi possunt diuitiæ sic vocari.

Cap. XXX.

a * Cernens autem, * THEODORETVS. Patriarcharum vxores steriles fuerunt, ut Sara, Rebecca, Rachel, & Lia. quia uniuersorum Deus hac ratione Israeliticum genus commendare voluit, vtpote quod non naturę ratione, sed diuina gratia a Deo propagatum sit, ex quo scilicet Christus carnẽ sumpturus erat.

* IDEM. Vxores Iacob mutua zelotypia afficiebantur, eo quod imperfectæ erant, & impii viri idola colentis filiæ. Ob id Deus cum legem statueret, dixit: Non accipias uxorem super sororem suã, ne se inuicem æmulentur.

b * Habeo famulam, & cætera. AVGVSTINVS. Non facile dignoscitur quas concubinas appellet scriptura, quas vxores, quando quidem & Agar dicta est concubina, & Cetura,& ancillæ quas dederunt Rachel & Lia viro suo. Nisi forte omnis concubina uxor, non autem omnis uxor concubina, more scripturarum.

c * Beatam me dicent, &c. AVGVS. Græci habent τυχη quod magis bonã fortunam significat. Vnde videtur occasio non bene intelligentibus dari, tanquam illi homines fortunam coluerint, aut hoc verbem scripturarum autoritas receperit. Sed fortuna intelligenda est pro his rebus quę fortuitu videntur accidere, non quia numen aliquod sit.

d Egressus autem Ruben, &c. AVGVSTIN. Quare rem gestam scriptura non tacuit quę talia desideria muliercularum ꝓ magno insinuare non consueuit, nisi eis aliqd magnum quærere monuerit. Nihil amplius conicere valeo, quam quod ex illo sensu suggerit, vt in illo pomo intelligam figurari bonã famam, nõ q̃ cõferunt pauci iusti & sapientes, sed popularẽ, qua,& maior clarior notitia comparatur. non ipsa per se expectanda: sed intentioni bonorum, qua generi humano consulitur necessaria. Vnde primæ Timothęi capite tertio b. Oportet enim testimonium habere bonum ab his qui foris sũt. Qui licet parũ sapiãt reddunt plerunq; labori eorũ, per quos sibi cõsulit splẽdore laudis & odore bonę opinionis

Inuidia. Quæst. 84. * suæ. Rachel, q̃ Deus infœcũdam fecerat, con queritur marito de infœcunditate.

In quæst. su per Gen. Comparauit me dñs luctationi bus vehementib. luctata sum sunt qui sic legant, coniunctione Dei adiuncta sum, vel cõuersionib. conuersa sum.

Fœliciter Chald. iterpres vertit ꝓsperitas: LXX. felix facta sum. Diuisio.

Ibidem. † 32.q.4.c. obiiciuntur De diuor. ca. gaudemus. Dat Rachel Balan vxorẽ marito. Lib. 22. cõ tra Faustũ. * viro Iacob. * Ipsi Iacob. Dan.

Zelpha ancilla Lię cõcipit & parit. Gad. * omnes Mulieres filiæ. Hoc pro beatitudine mea, vt beata dicar. LXX. beatã ego Chald iterp. Laus erit mihi. Aser. Mandragora.

## NICOLAVS DE LYRA. Cap. XXX.

Cernens autem Rachel. Hic consequenter agitur de fructu Rachelis, & primo quantum ad filios adoptiuos, secundo quantum ad filium naturalem. ibi: Recordatusque dominus. Adhuc primo agitur de filijs adoptiuis Rachelis, secũdo de filijs adoptiuis Lia, ibi. Sciens. Lia. Circa primum dicitur sic.

1 Cernens autem, &c. Quod sibi erat afflictio maxima, eo quod desiderabat habere filios a Iacob, de quo Christus erat nasciturus.

2 inuidit sorori suę. Inuidia proprie dicta prout est uitium, est tristitia de bono alieno, & hoc modo non inuidit sorori, dolens de hoc quod haberet filios. Alio modo accipitur inuidia large. prout importat tristitiam de proprio defectu in comparatione ad alterum non habentem talem defectum. & hoc modo inuidit Rachel sorori suæ.

3 Da mihi liberos, &c. Ex quo patet eius desiderium ad prolem, nõ ad libidinem.

Cui iratus respondit &c. Quia irrationabiliter loquebatur ipsa, iõ temperauit dictum suum.

5 Habeo inquit famulam Balam, &c. Quæ non est ita sterilis, sicut ego.

6 Ingredere ad illam. Affectu maritali ad petitionem meam.

7 Vt pariat super genua mea. Id est, ut pariat filios, quos possim tenere super genua mea. ita quod licet sint sui per naturam, tamen mei erunt per adoptionem.

8 Concepit,& peperit filium, &c. Id est, iudicauit me dignam habere prolem ex adoptione.

9 Et idcirco appellauit nomen eius Dan. Quod interpretatur iudicium.

10 Rursumque, &c. Gratias agendo domino.

11 Comparauit me, &c. In Hebr. habetur Additione Dei addita sum cum sorore mea. ac si diceret: Deus addidit alium filium mihi, & ideo addita sum cum sorore mea. in hoc quod habeo filios sicut ipsa, licet non in equali numero.

12 Vocauique eum Nephtali. Quod significat additionem, & in eodem sensu reddit traslatio nostra, cum dicitur: Comparauit me dominus, &c. id est, posuit me in tali statu quantum ad filios quod possim comparari sorori meæ.

13 Sentiens Lia. Hic consequenter agitur de filijs adoptiuis Liæ, & secundo de pueris eius naturalibus occasione huius. ibi. Egressus autem Ruben, Circa primum sciendum quod Lia delectationem concubitus non quærebat, sed prolem: ideo uidens quod parere cessauerat, dedit ancillam suam marito uxorem.

14 Qua post conceptum eden. filium, dixit. ipsa Lia, cuius erat filius adoptiuus.

15 Feliciter. supple accidit mihi in hoc filio adoptiuo.

16 Et idcirco &c. eius, Gad. id est, fœlix, uel fœlicitas, & de secundo dixit.

17 Hoc pro bea &c. id est, pro isto & alijs prædictis dicat beata, ideo subditur.

18 Beatam quip. &c. quia habui tot filios quot capita tribuum Israel.

19 Propterea ap. &c. idest, beatus.

20 Egressus autem &c. Hic agitur iterum de filijs Liæ naturalibus quia enim ex magno desiderio prolis adoptiuæ ad preces suas Iacob accepit ancillam suam uxorem, ideo dominus eius desiderium approbans, dedit ei iterum filios naturales. Cuius rei modus & ordo describitur cum dicitur. Egressus autem Ruben primogenitus Liæ, qui iam aliquantulum creuerat.

21 Tempore messis triticeæ. Quæ est post messem hordei.

22 Reperit mandragoras, id est, poma mandragoræ, quæ sunt pulchra, & odorifera.

* Dixit-

opinionis, nec ad hanc gloriam primi perueniunt eorum qui sunt in ecclesia, nisi qui in actione & abore uersant. Ideo Liæ filius hæc mala inuenit, exiens in alrum, id est, honeste ambulans ad eos qui foris sunt. Doctrina uero sapientiæ, quę a uulgi strepitu remota, in contēplatione ueritatis figitur hanc popu lrē gloriam non assequeretur nisi per eos qui in turbis agendo ac suadendo præsunt, nō ut præsint, sed vt prosint, Quia cū isti actuosi per quos multimoda administratur vtilitas, & quorū authoritas populi chara est, testimonium perhibent contemplatiuæ uitæ, quodāmodo mala mandragorica per Liam veniūt ad Rachel. Ad Liam vero per filium primogenitum, id est, per filium fæcunditatis eius, in quo est omnis fructus laborioiæ, & inter certamina periclitantis actionis. Quā plerique bono ingenio præditi studioque flagrantes, quāuis in regendis populis idonei sint, euitant, propter turbulentas occupationes, & in doctrinæ ocium tanquā speciosæ Rachel ardescunt amplexum. Sed quia bonum est, ut in hac uita latius innotescēs, popularē gloriam mereatur: iniustum est autē ut eā consequatur, si amatorem suū ecclasiasticis curis administrandis aptum in ocio detinet, nec gubernationi cōmunis vtilitatis impertitur, propterea Lia sorori suæ dicit. *Parum ne tibi uidetur, q̄ uirum meum accepisti*, insuper & Mandragoras filii mei vis accipere? Per vnū significās omnes, qui cū sint digni, quibus regimen ecclesiæ committatur, accensi studio contemplādę sapientię, ab omnibus actionum molestiis remoueri, & in ocio discendi & docendi considere volūt. *Vnde parum ne tibi est, quod accepisti uirum meum, etc.* Quasi dicat actiua ad contemplatiuā: parum est quod homines ad labores necessarios ī ocio detinet ita vita studiosorum, insuper & popularem gloriam quęrit. Vt ergo omnia iuste cōparet, impertitur Rachel uiū sorori nocte illa, ut qui uirtute laboriosa regimini populorum accōmedi sunt, & si scientię vacare delegerant, suscipiant experientiā tentationum pro utilitate cōmuni, ne doctrina sapientię, cui uacare studebant blasphemetur, neque adipiscātur ab imperitis existimationē bonā, quod poma significāt, & qđ necessariū est ad exhortationē discentiū. sed vt hanc curam suscipiant, ii uiti coguntur. Satis hoc significatum est, quod cū veniret de agro Iacob occurrit ei Lia, eūque detinens ait, *Ad me intrabis &c.* Quia si doctrinę quā diligis vis cōferri bonam opinionem, noli fugere officiosum laborem. Hæc in ecclesia geri quisquis aduertit & cernit, quia de toto orbe terrarū veniūt homines ab operibus sæculi, ut transeant in ocium cognoscēdæ veritatis, tanq̄ in amplexum Rachel, sed accipiuntur de trāsuerso ecclesiastica necessitate, & ordinant in labore. Ac si dicat Lia. *Ad me intrabis.* Quib. caste mysterium dispensantibus, vt noctę sæculi generēt fidei filios laudatur a populis etiā illa uita, cuius amore cōuersi spē sæculi relinquerunt, & ex eius professione ad misericordiā regēdæ plebis assumpti sunt. Id. n. oīb. laboribus agunt, vt professio ex qua se cōuerterūt, quia tales rectores dedit, latius glorificetur tanq̄ Iacob non recusante noctem Liæ vt Rachel pomis sua uelentibus & nitib. potiatur: quæ etiam præstante Dei misericordia vix tandem parit. Perrarum enim est vt quod *in principio erat uerbum et uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum.* Et quicquid de hac re pie & sapiēter dicitur, sine phantasmate carnalis cogitationis salubriter ue ex parte capiatur August. *Egressus autem Ruben, &c.*

A, B — *alias* † fuit in qua. — *alias* † dotauit. — Zabulon. — Dina. Dat Deus conceptū Racheli. Ioseph. — Petit Iacob se dimitti, & mercedē sibi dari.

a ¶ Poma pulchra odore, sed insipida.

dragoras, quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel, *Da mihi partē de mandragoris filii tui. 1 Illa respondit: Parum ne tibi videtur, quod prę- 2 ripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel, dormiat tecum 3 hac nocte pro mandragoris filii tui. Redeunti que ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ait: Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormiuit cum ea nocte illa, & ex- 4 audiuit Deus preces eius, concepitque & peperit * filium quintū, & ait, Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillā meam viro meo.

a ¶ Est merces. Is enim vir dicitur, Achar merces. Quia introitum viri Rachel debitum, mandragoris filij emerat. b ¶ Laborans.

Appellauitq; nomē eius Issachar. Rursum Lia 5 concipiens peperit sextum filium, * & ait: † Di- 6 tauit me Deus dote bona: Etiam hac vice me- 7 cum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei sex filios. Et idcirco appellanit nomen eius 8

a Habiculum in libro Hebræorum nominum, violenter fluxus noctis interpretatur.

Zabulon. Post quem peperit filiam nomen Di-

a ¶ Causam, quia in Sichimis iurgij causa extitit. b ¶ Quæ interpretatur...

nam. Recordatus quoque Dominus Rachelis, 9 exaudiuit eam, & aperuit vuluā eius, quæ concepit, & peperit filium, dicens, Abstulit Deus 10 opprobrium meum. Et uocauit nomen illius 11

¶ Augmentum.

Ioseph, dicens: Addat mihi dn̄s filiū alterū. Na- 12 to autē Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte 13 me, ut reuertar in patriā & ad terrā meam. Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus serui-

¶ Quasi iam debetis esse magistri propter tempus.

ui tibi vt abeā. Tu nosti seruitutem qua serui-

D — *Ad Liam — Nota — * Ipsi Iacob. — * Ipsi Iacob. — Erit, habitabit.

a De

## NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Dixitque Rachel Da mihi. &c. *Dicunt aliqui q̄ ista poma accepta in escam adiuuant in mulieribus uirtutem concipiendi, unde & radix habet similitudinem humanam, & est ibi arbor masculina, cuius radix habet similitudinem hominis, & fœmina, quæ habet figuram fœmineam August. uero dicit, quod occasione huius prossus quæsiuit diligenter de natura huius pomi, & non inuenit quod haberet talem virtutē, & ideo dicit se non vidisse causam quare Rachel concupiuit, nisi propter pomi raritatem & suauitatem.*

2 Parum ne tibi, &c. *Sicut enim supra dictum, est, Rachel respectu aliarum habebat prærogatiuam tamen in hoc excedebat.*

3 Dormiat tecum. &c. *Illa enim nocte debebat esse cum Rachele secundum circulum reddendi debitum suis uxoribus. Sed Rachel concessit sorori suæ. Sequitur.*

4 Et exaudiuit Deus preces eius. *Ex quo patet, quod ad cōcubitū Iacob non mouebatur libidine, sed amore prolis habendæ ad cultum Dei*

5 Ap. no. eius Issach. *Id est, merces, cuius ratio præponitur in litera.*

6 Rursum Lia concipiens peperit sextum filium. *Naturalem præter duos adoptiuos.*

7 Mecum erit maritus meus. *Libentius mecum habitando.*

8 Et idcirco appella. nomen eius Zaublon. *Id est, habitaculum.*

9 Recordatusq;. *Hic agitur de filio naturali Rachelis, cui post multas preces & deuotas dominus dedit filium, pro quo dixit.*

10 Abstulit Deus oppro. meum. *Scilicet sterilitatis, quia scriptum est Deut. 7. Non erit apud te sterilis.*

11 Et vocauit nomen eius Ioseph. *Quod sonat additamētum, & causa huius nominationis subditur.*

12 Addat mihi Dominus filium alterum. *scilicet, naturalem, & ex desiderio habendi secundum, nominauit primum. Si diligenter considerentur prædicta, non potest Iacob notari de aliqua incontinentia circa pluralitatem uxorem, quia non petiuit nisi unam, scilicet, Rachelem. Qđ autem alia fuit sibi supposita fuit ipso ignorante, & nolente, sed postea consensit Deo hoc ordinante, & Laban compellente. Ancillas autem accepit ad preces vxorum, & amore prolis, non ductu libidinis. Ex quibus patet, quod duabus sororibus usus est temperanter, ancillis obtemperanter, nec ulla intemperanter. De Lia & Rachele hoc patet ex modo intro ducendi ancillas, & ex hoc quod Deus dicitur audiuisse preces earum in conceptu, quod non mouebantur aliqua libidine, sed prolis amore ad Dei cultum. Sciebant enim Iacob a Deo electum, ut ex eius filiis nominarentur capita tribuum Israel, & quod Christus ex eius filijs erat nasciturus & ideo non est mirum si desiderabant habere prolē ab ipso non solum natura lem, sed etiam adoptiuā, quia nesciebant de qua Christus nasceret.*

13 Nato autem Ioseph. *Hic consequenter describitur ipsius Iacob status quantum ad ampliationem bonorum temporalium, ubi primo describitur ipsius*

Iacob anī continens

## MORALITER

* 13 *Nato autem Ioseph. &c.* Generatis autem filiis spiritualib. per sanam doctrinam, & acquisitis diuitijs meritorum p uitā exemplare, quærit prædicator religiosus, qui per Iacob significatur, ad claustrum redire, ad explorandū propriam cōscientiam, & ad meditandum de exitu præsentis uitæ per mortem, sed aliquando bonus prælatus uel curatus nititur eum retinere, dicens.

* Inue-

*Quærendum videtur quare non fecit mentionem de Abraham et Isaac, eo lem modo dicendo Deus patris mei Abrahæ. et Deus patris mei Isaac, vel timor patris mei Abraham, et timor patris mei Isaac, quia non minus potest dici de Abraham, quod timeret Deum, quam de Isaac, Ad hoc dicitur à quibusdam Hebræis quod Deus non nominatur Deus alicuius singularis personæ, nisi postquam est extra fluxitatem huius vitæ, eo quod homines, dum in hac vita sunt, possunt mutari de statu gratiæ, in quo sunt filij Dei, ad lapsum in qua potius filij iræ secundum Apostolum dicuntur Et quia quando hæc verba dixit Iacob. Abraham iam diu ante decesserat sed Isaac adhuc viuebat, quia durauit vsque ad decennium post venditionem Ioseph, vt habetur postea. idcirco de Abraham, qui iam erat in securo dixit* Deus Abraham. *sed de Isaac qui adhuc erat in vita dixit,* Timor Isaac, *id est, quem timet Isaac: quod ptō dici de quolibet iusto timente Deū secundum præsentem statum. Quidam vero dicunt, quod* timor Isaac, *hic dictus, intelligitur de tēpore quem passus est tēpore immolationis, ad quod inducunt illud quod infra sequitur eodem cap.* Iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac, &c. *Solent enim homines iurare per aliqua terribilia: sicut per horam mortis, et huiusmodi.*

A CAP. XXXII.

IAcob autẽ abijt. a Castra Dei sunt, &c. Vbi castra posita sunt, in Hebræo [illegible] machanaim: vt sciamus, si quando interpretatũ in alio loco ponitur, quem locum significet. Et pulchrè ad fratrem inimicũ iturus, angelorũ comitantium cũ choris excipitur.

Angelorũ visiõe Deo cõfortat Iacob.

b Timuit Iacob, &c. AVGVST. Quæri potest: quomodo fidẽ habuit promissis Dei, quod hoc dixit Sed fieri potuit vt euerteret castra eius Esau, & tunc post illam afflictionem adesset & quæ promisit, impleret. Et admonemur hoc exemplo, vt quamuis credamus in Deũ, faciamus tamen quæ facienda sunt in salutis præsidium.

In q. super Genes.

B Iacob diuidit sui in turmas.

4.† supra 13.b. †orat Deũ Iacob in angustiis, accipiens ã missione Dei, & indignitatẽ sua consitens Diuisio

## CAP. XXXII.

a ¶ Non respiciens retro.

IACOB autem abiit itinere quo cœperat, 1 fueruntque ei obuiam angeli Dei. 2 Quos cum vidisset, ait. Castra Dei sunt hæc. 3 Et appellauit nomen loci illius 1 Manaim. i. castra. 4 Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suũ in terram Seir regionis Edom, præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esaũ: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Labã peregrinatus sum, & fui vsq; in pñtẽ diẽ. Hẽo boues, & asinos, oues, & seruos, atque ancillas, mittoque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersi sunt nuntii ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce 5 properat in occursum tibi cum quadringentis viris. b † Timuit Iacob valde, & perterritus 6 diuisit populum, qui secum erat, greges quoque, & oues, & boues, & camelos in duas turmas, dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. 7 Dixitq; Iacob: † Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, domine qui dixisti mihi, Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuę, & benefaciam tibi, minor sum cũctis miserationibus tuis, & † veri c tate quam explesti seruo tuo: 8 In baculo meo transiui Iordanem d istum, & nunc cum duabus turmis regredior: Erue me de manu

*Interlinear glosses:* a Multitudo angelorum, quæ militia cœli nominatur, quib. confortatus non metueret fratrem, securus eorum auxilio. ¶ Superatis præteritis tentationib. tanquam hostib. a tergo sequentib. imminent futuræ tanquam hostes obuiam venientes, quos oportet præuenire orando, & bene operando: ad quod perficiẽdum, prosunt aliquando persuasibilia humanæ sapientiæ verba. — a Alias in regione. — a Consors naturæ, non gratiæ. b Omnis qui patriæ cœlestis ciuis est, peregrinus est, mundi toto tempore vitæ præsentis. — a Sapientes. b Fatuos. c Simplices. d Qui timore seruiunt non amore. — a Imminente periculo quod humana ratio habet faciamus: ne totum Deo committentes, tentare videamur. — a Ne iterum totum humano consilio tribuat, adiungit orationem, quia prædestinatio Dei precibus adiuuatur. — a Indignus. b Mihi impensis.

Verba quoque D Iacob considerãda sunt, dicentis. Deus patris mei Abraham, &c. qa in his verbis & humana infirmitas & fides pietatis apparet. c Transiui Iord. Per baptismum coniunctus est paries de gentibus, ei qui ex Iudæis, primitiuæ tamen ecclesiæ nõ deest timor Iudæorum, quos significat Esau. * AVGV. Baculo crucis Christus apprehẽdit mũdũ, & cũ duabus turmis. i. cũ duobus populis ad patrem rediit cum triumpho. d Erue me de ma &c. Sic orat vt spe timore moderetur, & timorem spe consoletur significãs, vt vitæ nostrę & domesticorum ratione consulamus, & tamen Dei auxiliũ inuocemus. a Placabo

1 Mahan. Iabeth. Iacob mis sis nuntiis petit fauorem fratris Esau quem dominum vocat. Ser. 80. de tempore. * quæ. E Per territ' angustius afficitur. * Omni. In baculo meo, tropus Hebr. &c quo ii telligitur nudum & recumentum transiuisse

## NICOLAS DE LYRA. CAP. XXXII.

1 IAcob autem abiit. Hic consequenter describitur qualiter passus est ab Esau, & primo qualiter timuit eũ ex auditu. Secundo ex aduentu. c. 33. Circa primum describitur primo diuina consolatio præueniẽs, Secundo humana trepidatio subsequens, ibi, Misit autem nuntios. Tertio Dei confortatio contra periculum imminens, ibi, Et ecce vir luctabatur. Circa primum dicitur sic. Iacob autem abiit, &c. expeditus a persecutione Laban.

2 Fueruntque ei ob. an. Dei. Dicunt Hebræi, quod angeli qui custodiebant prouinciam Syriæ, conduxerunt eum usque ad locum illum, qui erat in fine prouincię illius, & tunc alij angeli, qui præerant prouinciæ alteri sibi coniunctæ obuiauerunt sibi ad conducendum eum. Doctores autem Catholici dicunt. quod fuerunt angeli ad confortandum eum contra timorem fratris sui. nec istæ expositiones dissonant multum.

3 Et appellauit, &c. ad protegendum eum, & consonat hoc vtriq; expositioni.

4 Misit autem & nuntios. Hic consequenter describiter humana trepidatio. Licet enim esset confortatus ab angelo in recessu, vt prædictũ est, & in processu ab angelis sibi occurrentibus, tamen sicut homo timuit de fratre suo per cuius terram habebat transire. tum quia sciebat se eum offendisse propter primogenita & propter benedictione, tum quia habitauerat cum Laban idololatra diu, ex cuius cohabitatione poterat aliquam offensam incurrisse, & ideo timebat. [illegible] tales diuinæ promissiones communiter intelligendæ sunt sub conditione, scilicet, si ille cui fiunt, faciat debitum suum erga Deum, de quo formidabat Iacob, & ideo quia non poterat transire terram sine scitu fratris sui misit nuntios ad placandum eum, & captandum eius beneuolentiam. & patet litera usque ibi.

5 Properat in occursum, &c. Tot enim secum ducebat, ut fratrem suum captiuum duceret, si sibi expedire videretur, si autem contrarium videretur, saltem ostenderet potentiam suam.

6 Diuisit po. duplici de causa. Vna, quia si Esau percuteret turmam vnam, cum esset spolijs illius intentus, altera fugeret, ut saluaretur. Alia causa, quia de occisione & spoliatione prima satiatus, alteri forsitan parceret.

F

7 Dixitq; Iacob, &c. Sciebat enim, quod quamuis Deus aliquid ordinaue rit facere, tamen vult super hoc rogari.

8 In baculo, &c. id est, solus & pauper innitens baculo meo, non alijs temporalibus, vt supra dictum est 29. ca. Sed quomodo dicit Iordanem iustum, cum adhuc esset longe a Iordane? Dicunt aliqui quod torrens Iabeth iuxta quem erat est idem cum Iordane, & debet dici vadum Iacob, sed hoc patet falsum quia postea venit Iacob in Phanuel & Sochot, quæ non sunt in terra Israel citra Iordanem, sed vltra, vt patet per Hieronymum de distantijs locorum, & per descriptionem terræ promissionis. & ideo aliter dicendum, quod licet esset adhuc longe a Iordane, tamen inde poterat videri Iordanis. Et quia torrens Iabeth cadit in Iordanem fluuium.

* 1 Sepa

## MORALITER.

1 Iacob autem abiit, &c. Hic agitur de timore Iacob ab Esau, per quem significatur timor boni viri à malo propter qđ remedia quærere debet prout potest, Et primo erga Deũ per emendationem vitæ, quod notatur cum dicitur. Iacob autem abiit, &c. proficiens de bono in melius in via morum.

2 Fueruntque ei ob. angeli Dei. ad eius custodiam, sicut scribitur Psal. 90. Angelis suis mandauit de te, ut cu. te in om. uiis tuis.

4 Misit autem & nun. ante se. ad. e. Sequitur.

† Sic loquimini domino meo. Esau. scilicet verbis pacificis & humilibus, vt patet in textu. Scribitur enim Eccles. 6. a. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Et in hoc Iacob significat quemlibet bonum hominem, qui quærit quantum potest omnium pacem, secundum illud Roma. 12. Quantum ex vobis est cũ omnibus hominibus pacem habentes.

† Timuit Iacob, &c. quia nequitia peruersorum semper est timẽda, & cautela contra eam adhibenda. Id eo subditur.

9 Diuisit populum qui secum erat, &c. in duas turmas. Possunt autem per duas turmas intelligi bona spiritualia & temporalia, vt si persecutor auferat temporalia, spiritualia per patientiam maneant salua exemplo beati Iacob. Et quoniam humana cautela non sufficit sine protectione diuina, ideo subditur oratio Iacob.

7 Deus patris mei, &c.

† Erue me de ma fratris mei Esau, &c. quia pax cum aduersariis salua veritate iustitię quęrenda est, non solum verbis dulcibus, sed etiam muneribus, ideo sequitur.

* 1 Separauit

a *Placabo illum,&c.* Hæc interposita sunt a scriptore. Nō est enim prudētis artem suam detegere,& sic eis cū quibus agi tur suspectum se facere.

b *Mansit solus,&c.* PROCOPIVS. Nam cum his qui traiecerunt fluuiū non luctatur Christus suorum in numero ipsos reputans,& vt mundi victores ipsos coronans. Nomen autē torrenti est lucta. Quia regnum cęlorum violenter rapitur. Et arcta nimis est porta,quæ ducit ad vitam. Præsagia autem hæc erant, qui ex Iacob descendentes repudiarent baptismi gratiā, hostem forent habituri. Christum Emmanuelem. *Qui enim non est mecum contra me est.*

c *Et ecce vir,&c.* THEODORETVS. Angelus cum Iacob luctari uoluit, vt timēti fratrem fiduciam inii ceret. Quinetiam se superari ab illo passus est, ac si diceret me vicisti, & homine times? Ne verò hac de uictoria superbiret, putans se Deum vicisse, femoris cōtactu spontaneam de se uictoriam prębuisse declarauit, femur autē patriarchæ contractum est, ne quod re uera gestū erat,phantasiam fuisse existimaret.

GREGORIVS. MYSTICE. Iacob cum ad parentes proprios redit, in via angelum inuenit: cum quo magnum certamen in luctamine habuit. Qui autem luctatur aliquando se superiorem aliquando inferiorem inuenit. Significat ergo angelus Deum, & Iacob qui cum eo contendit contemplatiui uiri animam exprimit,quę eum Deum contemplari nititur velut in certamine modo quasi superat: quia intelligendo & sentiendo dg incircunspecto lumine aliquid gustat: modo uero succumbit, quia degustando iterum deficit. Quasi ergo vincitur angelus, quando humano intellectu intimo apprehenditur Deus. Sed notandum, quod idem uictus neruum tetigit: & marcescere fecit, & ex tunc Iacob vno pede claudicauit: quia omnipotens Deus, cum per intellectum & desideriū cognoscitur: voluptatem carnis arefacit: & qui prius quasi duobus pedibus nitentes,cum videbamur quærere & seculū tenere, post agnitionem suauitatis Dei, vnus ī nobis pes sanus pmanet. alter claudicat: q debilitato amore seculi, solus amor Dei cōualescit. Si ergo tenem' angelū, vno claudicamus pede: quia dū crescit fortitudo in nobis amoris intimi, infirmatur fortitudo carnis. Qui enim claudicat, tantum sano pede innititur. Cui enim desideriū terrenum arefactum est, in solo pede amoris Dei tota virtute se sustinet, & in ipso stat: quia pedem amoris sæculi, quem in terra ponebat, iam suspensum portat. Nos ergo si ad spiritua les patres redimus, angelum in uia teneamus, ut sua uitate intima Deum apprehendamus.

ISIDO. *Et ecce vir. &cæt.* In hoc principaliter sacramenti dominici imago figurata est. Vir enim iste Christum significat, cui volenti præualuit Iacob, vt mysterium significaret passionis: in qua uisus est in corporis sui sobole præualuisse Deo & quasi cū infirmo: ita cum carne eius luctamen inire et inualescere cū diceret: *Crucifige, crucifige.* Et tamen Iacob ab angelo quē vicerat, benedictionē impetrauit. Nominis enim impositio, benedictio fuit. Interpretatur autem Israel vidēs Deū: quod erit in fine præmium omnium sanctorum. *Tetigit angelus latitudinē femoris eius*, & claudū fecit. Sicque erat benedictus & claudus, in fidelibus benedictus, in infidelibus claudus. Femoris enim neruus uel latitudo, generis humani multitudo est. Plures quippe à fide patrum degenerantes, & à præceptis sui authoris deuiantes, in erroris sui semitis claudicant. unde Psalm. 17.g. *Et claudicauerunt a semitis suis.* Qui tamen populus tactis viribus non solum claudicat, sed torpe scit, ne ultra iam generare possit.

fratris mei Esau, quia valde eū timeo, ne fortè ve† niēs percutiat † matres cū filiis. Tu locutus es, † q bene mihi faceres et dilatares semē meū, sicut arenā maris, quæ præ multitudine numerari nō pōt.

a ¶ Parat eum placare muneribus cui displicebat in moribus.

1 Cumq; dormisset ibi nocte illa, separauit de his, q̄

a ¶ Binarius princeps alteritatis placet Esau.

habebat, munera Esau fratri suo, capras ducētias,

a Placet ei vicesimus propter dualitatem denarii.

hircos uiginti, oues ducentas, arietes viginti, camelos fœtas cū pullis suis triginta, vaccas quadraginta, et tauros viginti, asinas viginti, et pullos earum

a ¶ Vt placerent munera multitudine sicut magnitudine.

2 decē. Et misit per manus seruorū suorū singulos seorsum, greges, dixitq. pueris suis: Antecedite me et sit spatiū inter gregē et gregē. Et pcepit priori, dicens: Si obuiū habueris Esau fratrē meum, et interrogauerit te, cuius es, et quo uadis 1 et cuius sūt ista quæ sequeris? Respondebis: Serui tui Iacob.

a ¶ Vt ante esset muneribus reconciliatio, quam a fratre visus.

Munera misit domino suo Esau, ipse quoq; post nos uenit. Similiter mandata dedit secundo ac tertio, et cunctis quę sequebantur greges dicens: iisdē verbis loquimini ad Esau, cum inueneritis eū, et addetis: Ipse quoq. seruus tuus Iacob, iter nostrū

a ¶ Hæc interposita sunt a scriptore. Ordo verborum Iacob: Placabo eum, & post hoc videbo faciem eius.

a in sequitur. Dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præcedunt, et postea videbo eum, forsitan ppitiabitur mihi. Præcesserunt itaque munera ante

¶ Hoc prudenter fecit, vt per numeros voluntatem fratris agnosceret.

eum, ipse vero mansit nocte illa in castris. Cumq. 2 maturè surrexisset, tulit duas uxores suas, et totidem famulas cum undecim filiis, et trāsiuit uadū 3 Iaboc. Traductisq. omnibus quę ad se pertinebāt,

a ¶ Post aquam salutis ecclesiæ, vt Deum contemplari valeat aptus est locus solicitudinis.
b ¶ Quę in contemplatione quasi in luctamine, modo Dei suauitas vtcunque comprehenditur, modo superat vt non sentiatur.

b mansit solus. † Et ecce vir luctabatur cum eo vsq. 4 c mane. Qui cū uideret eū, quod eū superare nō pos

a Quia in contemplatione propagandæ mortalitatis vsus aboletur

ser, tetigit neruū femoris eius, et statim emarcuit. 5

a ¶ Quasi tempus est, ut ab inuisibilibus ad temporalia tractanda descendas.

6 Dixitque ad eum: Dimitte me: Iam enim ascendit

a ¶ Quia anima quę internam dulcedinem degustat in ea semper morari desiderat.

7 aurora. Respondit: No'n dimittam te, nisi benedi-

In cap. 32.

Iacob mittit munera ad Esau fratrē suū.

Quæst. 91.

Homil. 14. in Euang.

Forsitā ppitiabitur mihi, Si fortè suscipiat faciē meā Heb.

Vsque mane, usq. ad exortum auroræ.

Neruū femoris vox Hebræa significat co xendicem i. concauū in quo co luitur femur.

alias † matrem.
alias † ut.

Fætas lactantes.

E illum.

2 Mane.
† Obsec. 12.a Iacob luctat' cū angelo, cōfortatus a Deo, ne tā fortis timeat fratrem.
Lucta angeli cū Iacob.
Statim emarcuit mouit se loco suo coxēdia femoris Iacob.

a Nequa

NICOLAVS DE LYRA.

1 Separauit,&c. *vt eum placaret, ut patet infra.*
2 Singulos seorsum greges,&c. *ut magis apparerent.*
3 Traductisq;,&c. *Duplici ae causa. Vna vt videret ne aliquid de rebus suis ex obliuione remansisset. Secunda, vt solitarius melius orationi uacaret, vt eum dominus eriperet de periculo, quod timebat.*
4 Et ecce vir. *Hic consequenter ponitur diuina confortatio contra timorem periculi imminentis:* Ecce vir luctabatur cum eo. *Dicūt Hebræi quod fuit angelus Esau, in specie viri qui nolebat eum impedire à transitu, ne obtineret benedictionē: & primogenita ipsius Esau. sed dominus dedit tantum fortitudinem ipsi Iacob, quod angelus non potuit ei praualere, propter quod angelus videns quod non poterat eū superare.*
5 Tetigit neruum femoris eius,&c. *vt sic euaderet de manu Iacob per talem læsionem, non tamen sic potuit euadere, ideo subditur.*
6 Dixitq; ad eum,&c. *quasi dicat, tempus est, vt cātem Dei laudes cum aliis angelis: secundum illud Iob 38.a.c.* Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei. *& ideo non debes me amplius tenere & impedire a laude Dei.*
7 Respondit, &c. *Id est, nisi confitearis, quod benedictiones, quas que rebas pro Esau, mea sunt de iure. Et est similis modus loquēdi Esa. 36.d.* Facite mecum benedictionem, *id est, subiicite uos mihi.*

Angelus Iacob colluctatus.

✱ 1 Ait

MORALITER.

✱ 1 *Separauit de his,&c.* Et quoniam oratio deuote facta, exaudibilis est, Ideo sequitur.
4 *Et ecce vir luctabatur cum eo.* Per hanc enim luctam significabatur ad literā, quod Iacob finaliter ipsi Esau præualeret, qd fuit impletum tēpore Dauid, qui terram Idumææ sibi subiecit. & per hoc moraliter significatur, quod boni malis finaliter pualebūt. Sap. 5. *Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt,&c.* Et tunc mutabatur nomen Iacob in Israel, sicut subditur.

Historicè. a *Nequaquā inquit Iacob appellabit. nomen tuum, sed, &c.* HIERO. Iosephus in libro primo antiquitatum, Israel ideo dictum putat: quod aduersus angelū steterit. Ego autem hoc ī Hebræo inuenire nō potui: sed etymologiā nominis ipse angelus posuit, dicens: *Quoniam si contra Deum fortis fuisti, &c.* שר Sar, a quo Israel vocabulū deriuat, principem sonat. Quasi dicat, Non vocabitur nomē tuum supplantator, Id est, Iacob sed prīceps cū Deo, id est, Israel. Quo modo enim prīceps ego sum, sic & tu qui mecū luctari potuisti, princeps vocaberis. Si autem mecum, qui De[us] sum, vel angelus, qa plerique variè interpretant, pugnare potuisti: quāto magis cū hominib. id est, cū Esau, quem formidare nō debes. Quod aūt in libro Hebræorū nominum īterpretatur Israel vir videns Deum, vel mens uidens Deum, non tam vere quā violēter interpretatū videtur. Hic enim ישראל Israel p has literas scribit: Ioth, Schī, Res, Alph, Lamech, quod interpretatur, princeps De[us] vel directus De[us]. Vir vero vidēs Deum, his literis scribitur, vt איש vir trib. literis scribāt. Aleph, Ioth, Schin, ראה Vidēs ex tribus. Res, Aleph, He. אל verò ex duab. Aleph, & Lamech, & interpretat Deus vel fortis. Quāuis igit grādis authoritatis sint, & eloquētiæ ipsorū umbra nos opprimat, qui Israel uirū vel mentē uidentem Deū trāstulerūt, nos magis scripturæ & angeli, vel Dei, q Israel ipsum uocauit authoritate ducimur, quā cuiuslibet eloquētię secularis.

In quæst. Hebraicis. — Fortis fuisti præualuisti. — Interpretatio nois Israel. — Iudæi non comedunt neruos femoris. — Eius, & ob stupuerit, Iacob neruus, qui contract[us] sit.

b ✱ *Cur quæris nomen meum.* DIODORVS. Vnde cecinit ille, *Quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.* Neque enim angeli nomen admirandum est, sed qui illius filius est Dei, seruator orbis, & is denique qui nequit explicari.

Ex Catena Græca.

✱ CYRILLVS. Quærenti Iacob nomen eius, nullum sibi proprium nomen refert, quia Deus multiplici nomine nuncupatur, nullumq; ei proprium nomen assignari potest.

ibidem.

c *Vocauitq; Ia. &c.* Illud quoq; quod sequitur, *et benedixit eū, ibi: Vocauitq; Iacob nomē loci illius pha. di. &c.* In Hebræo dicitur *Phanuel*, vt sciamus ipsum esse locū qui in cæteris scripturæ voluminibus secundum Hebræos Phanuel legitur.

Lib. 4. moral. c. 6. Videre dominum ad faciem.

GREGOR. Quæritur: Cum veritas dicat: *Nemo videbit faciem meam.* Et: *Deum nemo uidit unquam*: quomodo testatur Iacob, *Vidi dominum facie a faciem.* Humanæ enim mentes oculo interiori purgato, cū uitiorū erugo tribulationis igne fuerit cremata, lætitiā patriæ cœlestis aspiciunt, ut purgemus lugendo

a ¶ Quasi priorem statum ignoret.

xeris mihi. Ait ergo: Quod nomen est tibi? Respon- [1]

a ¶ Luctator. b Quasi non luctator, sed uictor uocaberis quia pulsans perseuerasti.

a dit: Iacob. At ille: † Nequaquam, inquit, Iacob appel- [2]

a Mutatio nominis benedictio est.

labitur nomen tuum, sed Israel. Quoniam si contra [3] [4]

a ¶ Perseuerans in pulsando. b ¶ Contra Esau quem times.

Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines [5] præualebis? Interrogauit eum Iacob: Dic mihi quo

a ¶ Quasi in comprehensibilis est Deus.

b appellaris nomine? Respondit: † Cur quæris nomen [6]

a Priorem benedictionem confirmauit.

c meum? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitq; Ia- [7]

a Facies Dei. b Non quod Deus videri possit, sed formam vidit in qua Deus locutus est Quem supra dixit virum, quia Deus homo erat futurus.

cob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi dominū [8]

a Reuersus ad lucem corporeis oculis uisibilem.

faciē ad faciē, & salua facta est anima mea. Ortusque [9]

a ¶ Idest transiit lux inuisibilis.

est ei statim sol, postquam transgressus est Phanuel.

a Debilitatus affectu superni amoris.

d Ipse uero claudicabat pede. Quam ob causam non comedunt filii Israel neruum, ✱ qui emarcuit in femore Iacob, vsque in præsentem diem, eo quod tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

B

gendo prius q fecimus, & post contemplemur gaudia quæ quærimus. Prius enim exurente tristitia caligo detergit, & sic resplendēte raptim ī circumscripto lumine mens illustratur. Q[u]o in gaudio cuiusdā securitatis absorbetur, & quasi post defectū præsentis vitæ ultra se rapta in quadā nouitate recreatur. Ibi mēs ex immēso fonte visionis, superno rore aspergitur. Ibi nō se sufficere ad id ad quod rapta est, cōtēplatur, & veritatē sentiendo videt, quia quāta est ueritas ipsa non videt, & cui tanto se lōge æstimat, quanto appropinquat: quia nisi illam vtcunq; conspiceret nō eam cōspicere se posse, sentiret. Vrus ergo animę dū intenditur, immensitate coruscationis reuerberatur. Ipsa enim cuncta implens, cuncta circumstat, & idcirco mens nō se ad comprehēdendā incircūscriptā substantiam dilatat, quam inopia suæ circumscriptionis angustat. Vnde ad se citius relabitur: & prospectis quibusdam varietatis vestigiis, ad sua intima reuocatur. Hæc ipsa cum per contemplationem facta nō solida & permanēs uisio, sed quasi quędam uisionis imitatio, Dei facies dicitur, Quia enim per faciē quēlibet agnoscimus, cognitionem Dei faciem uocamus. Iacob ergo postquam cum angelo luctatus est, ait: *Vidi dominum facie a faciem.* Quasi, Cognoui Deum, quia ipse me cognoscere dignatus est. Hæc cognitio in fine plenissime fiet, Vnde 1. Corinth. 13. d. *Tunc cognoscam sicut & cognitus sum.*

D

† inf. 35. b. Iacob nominatur Israel.

Iudic. 13. d.

E

Salua facta est, uel eua sit. 1. aius meus liberatus est metu. Pede, sup femur suū ✱ illum cō tractum. Emarcuit in femore. i. in coxē dice femoris.

d ✱ *Non comedunt filij Israel, &c.* CYRILLVS. At uero neque ante puto comedebant. Pensitanda igitur est huius uerbi significatio apud Hebræos. Nā comedere pro destruere & de struendo in aliā formā q usui sit, transfundere, accipiūt, inde pro cōmutare in aliquam utilitatem ac denique vsurpare, sic & paulo superius dicebant de patre uxores Iacob, pretiū, uel argentum nostrum comedit.

Vbi supra.

F

✱ CHRYSOSTOMVS. Sciens eorum magnam ingratitudinem & quod obliuiscūtur Dei beneficia, perpetuo artibus quibusdam inducit eos, ut habeant memoriam eorum, quæ a se facta sunt, taliàque excogitat monumēta per illas obseruationes, id quod per totam scripturam inuenies. Hæc. n. maxima causa est plurimarum obseruationum, & quod uult perpetuo futuras generationes meditari beneficia Dei, & nō ob liuione unquam obliterantes, ad suos errores recurrere, qui mos fuit Iudæorum genti peculiaris.

Hom. 58

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ait ergo: *necessitate compulsus.*
2 Nequaquam, inquit Iacob appellabitur, &c. *id est, non dicet quod ex supplantatione & fraude obtineas benedictiones.*
3 Sed Israel, &c. *quod interpretatur directus cum Deo, vel princeps cum Deo, quia iuste & ex Dei sententia obtinebis.*
4 Si contra eum fortis fuisti, &c. *id est contra angelum. Hoc nomen. Deus, hic accipitur participatiue vel repræsentatiue.*
5 Quanto magis contra hominem præualebis, *id est, cōtra Esau & filios eius.*
6 Cur quęris nomen meum? &c. *ac si di. frustra quæris, quia ego & alij angeli in ministerium missi. non habemus nomina fixa & stabilia sed diuersa sortimur nomina secundum legationes ad quas mittimur, exemplum de angelo Esa. 6. b. quod magis declaratur infra eo. l. cap.*
7 Et benedixit, &c. *id est, confessus est ei, benedictiones esse suas, & in hoc confessus est se superatum.*
8 Vidi dominum facie. &c. *Id est angelum in corpore assumpto.*
9 Et salua facta est anima mea. *Quia non præualuit mihi, sed econuerso. Hæc est igitur expositio Hebræorum, & secundum hoc exponitur illud quod scribitur Osee 12. a. de Iacob*, Inualuit, ad angelum, & cō fortatus est, fleuit & rogauit eum: *ita quod fleuit refertur ad angelū. eo quod Esau cuius erat angelus, perdebat benedictiones, secundum illud Esa. 38. b.* Angeli pacis amare flebūt, & rogauit eū, *s. vt eum dimitteret. Ista expositio Hebræorum duo supponit. Primū est, quod Deus ad horam dedit tantam uirtutem ipsi Iacob, quod posset resistere angelo & præualere: uel virtutem angeli ad horam debilitauit, vel suspendit, sicut uirtutem ignis suspendit in camino ignis trium puerorum, Secundum est, quod angelus Esau secundum Hebræos licet bonus fuerit,* ✱ *nesciuit*

MORALITER.

✱ 2 *Nequaquam inquit Iacob appella. nomen tuum, sed Israel.* quia tūc lucta vitæ præsentis cōtra vitia quæ per Iacob significatur, cessabit, & clara Dei visio, quæ significatur per Israel succedat. *Alitèr* exponi potest de appetitu intellectiuo & sensitiuo, qui dicuntur fratres, eo, quod sunt ab eadem essentia animæ procedentes. Et quamuis ex ordinatione diuina intellectiu[us] debeat dominari tamen frequenter sensitiu[us] est potentior, & trahit autē intellectiuū, vt patet in incontinentibus, ideo bon[us] homo semper debet timere, ne ratio per sensualitatē superetur in ipso, & super hoc Deū deprecari, & munera mittere Esau, concedendo carni, id quod secundū Deum conueniēs est illi, & quando debita concordia est ibi, tunc Iacob vocat Israel, qa sedatis passionib[us] sensitiuæ partis, homo per intellectum est cognitor. 7. Physicorum. sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens.

nesciuit tamen diuinam sententiam diffinitiuam, quod ius primogenitura & benedictiones essent ipsius Iacob de iure, vsque quo vidit, per hoc, scilicet, quod Deus tantum virtutem contulit ipsi Iacob, & tamen ante fuerat hoc reuelatum ipsi Rebeccæ, & Isaac posito in extasi, vt supra dictum est. 27. cap. Et sic tertium quod hic supponitur, est, quod aliquæ reuelationes factæ sint hominibus, etiam aliquibus angelis ignorantibus, quæ tria quasi ex hypothesi vel suppositione, dicta sunt satis dubia. Catholici vero doctores aliter exponunt hanc literam de angelo & de Iacob, sed dicunt aliqui, quod fuit tantum spiritualis lucta, quia Iacob per efficaciam suæ orationis retinebat eum, ne elongaret se ab eo, sed eum defenderet in via. & uidetur sententia Hiero. super Esa. 49. vbi dicit sic: Cum angelo Iacob oratione, non manibus luctabatur. Sed contrarium videt ex textu, vbi dicitur, quod in illa lucta angelus tetigit neruum femoris Iacob, & quod ex tactu emarcuit, intantum, quod Iacob postea claudicabat, & ideo dicunt alij, quod fuit lucta spiritualis & corporalis. Ad cuius intellectum considerandum, quod licet Iacob non fuerit diffisus totaliter de Dei adiutorio, tamen parum confidit, & nimis timuit Esau, maxime cũ prius dixisset sibi angelus, quod securè euerteretur ad terram suam, & quod esset cũ eo ad eum protegendum, ut supra dictum est cap. 31. In uia enim fuerunt ei obuiã angeli, quasi castra ipsum defendentia, ut dictum est in principio huius capituli. Et ideo orante Iacob solo in ripa fluminis, & nimis timente propter prædicta, & minus debito de Deo confidente, apparuit ei angelus, qui fuerat protector in via, & finxit quod vellet eum dimittere propter paruitatem suæ confidentiæ, sicut dominus post resurrectionem suam apparens duobus discipulis in uia finxit se longius ire, vt habetur Luc. 24. d. propter paruitatẽ & tarditatem fidei ipsorum, tamen nec ibi nec hic fuit mẽdacium vel falsitas, quia tales apparitiones fiunt cõiter secundum dispositionem mentis illorum quibus fiunt, ut supra dictum est. 18. b. Iacob aũt instantia orationis feruida rogabat eum, ne ab eo recederet, sed ad eius protectionem secundum suum promissum maneret, & in hoc fuit lucta spiritualis, & postea cum videret angelum quasi volentem recedere, ex familiaritate accepit eum cum manib. ad retinendum, quia frequenter cum eo loquebatur, sicut & Maria Magdalena post resurrectionem Christum sibi apparentẽ voluit tangere. Io. 20. d. & sic fuit corporalis, quia Iacob volebat cũ detinere in illa apparitione, ita ꝙ non dispareret donec haberet benedictionem eius, quam & habuit. In illa ẽt lucta corporali figurabatur ei, quod non debebat timere Esau cum inualuisset ad angelum. Et secundũ istam expositionem illud ꝙ supra inductum est de Iacob Osee 12. Inualuit ad angelum & confortatus est, fleuit & rogauit eum, aliter est exponendum quam supra, s. referendo fleuit & rogauit ad Iacob, qui fleuit quando vidit angelum quasi volentem cum deserere, & rogauit cũ ne recederet donec dedisset ei benedictionẽ, & licet hic non sit scriptum ꝙ fleuit, sed tantum quod rogauerit, tamen tenẽdũ est de utroq;, eo ꝙ exprimitur in Osee, quod est hic omissum. Huic aũt sensui põt de facili litera applicari ab illo loco. Et ecce vir. i. angelus ipsius Iacob apparens in specie viri. Luctabatur cum eo, spiritualiter & corporaliter, vt iã expositum est. Qui cum videret quod eum superare non posset, i. nollet, eo modo loquendi quo dicitur de Christo Matt. 13. g. Et non poterat ibi virtutem aliquam facere, i. nolebat propter incredulitatem illorum, & angelus hic nolebat superare Iacob, quia per illã luctam volebat ei ostendere quod præualeret ipsi Esau, vt sequens litera ostendit. Quoniam si fuisti fortis contra Deum, &c. Tetigit neruum femoris eius, ad puniendũ eum de sua diffidentia irrationabili. & propter hoc sequitur ꝙ Iacob claudicabat, ut per hoc ostenderetur quõ claudicauerat in mente confidendo parum de Deo. Iam ascendit aurora, i. dies incipit clarescere, & alij non sunt digni, ut me uideant in ista effigie. Nequaquã inquit Iacob vocabitur, &c. tunc non fuit nomen eius mutuum, sed angelus prædixit sibi mutãdum a domino, inf. 35. b. Cur quęris nomen meum; ac si diceret, nomen meũ & aliorum angelorũ qui mittuntur in ministeriũ mutantur scdm diuersas legationes ad quas missi sunt. Vnde Esa. 6. b. ille angelus qui missus fuit ad purgandũ labia Esaiæ per calculum ardentẽ, vocatus est Seraph pro officio incendendi, licet nõ esset de ordine seraphico. Et benedixit ei. Hic proprie accipiẽda est benedictio prout benedixit minori, ut habetur Heb. 7. Vocauitq; Iacob, &c. i. facies Dei. Cuius causa subditur: Vidi dominũ facie ad faciẽ. i. angelum in specie corporali. Et salua facta est anima mea, quia consolatus est me, & benedixit mihi contra timorem de fratre meo Esau. Non comedunt neruum, non vitant omnem neruum, sed solum neruum femoris ad quo læsi gnandum subditur. Qui emarcuit.

✻ CAP.

In cap. 32. vbi dicitur in postilla. Tetigit neruum.

MORALITER.

Quidam Hebræorum dicunt, quod angelus tetigit neruum Iacob ex quo tactu ipse Iacob claudicauit, non fuit ad puniendum Iacob de sua diffidentia, quia in hoc actu non uidetur, quod Iacob aliquid demeruisset: sed potius ecõtra. Vnde in hoc Iacob fuit benedictus ab angelo, ut statim sequitur; Et benedixit ei. Sed dicunt, quod ratio huius tactus, & claudicationis est figuralis tãtum. In hoc enim figurabatur, quod licet Iacob haberet primogenituram & dominiũ super Esau ex ordinatione diuina: vt supra 27. cap. tamen in posterum aliquando aliqui descendentes de Iacob, qui dicuntur egredi de femore eius, essent læsi ab ipso Esau, Vnde prędicto cap. dicitur, Tempusque veniet cum excutias, soluęsq. iugum eius de ceruicib. tuis, &c. quod impletum est quando Idumęi rebellauerunt contra Iudam. 4. Reg. 8. d. & sic videbatur dominium Iacob super Esau lædi in femore Iacob, scilicet in posteritate, quæ de femore eius egrederetur, et ideo sequitur, ob hanc causam non comedunt filii Israel neruum, qui emarcuit in femore Iacob. Si enim hæc claudicatio ipsius Iacob fuisset propter punitionem eius in pęnam diffidentiæ, prout alij dicunt, non habuissent filij Israel abstinere a comestione huius nerui, cum illa pęna solum respiceret personam Iacob, quæ quidem pęna iam transiuerat in præteritum.

REPLICA.

Correctorij contra Bur. In ca. 32. vbi postillator tactum nerui Iacob, & claudicationem exponit de pęna pro diffidentia, etiam Burg. instat, quod non sit factum in pęnam, quia Iacob in proposito non demeruit, sed angelus ei benedixit. Infert, igitur, quod factum, sicut etiam supra dixit de alijs, sit tantum figurale, mysticam habens significationem. Sed videtur quod sicut Bur. inconuenienter se habet, ut supra dictũ est in alijs locis, ita & hic. Primo, quia contradicit beato Augustino supra allegato, abijciens sensum literalem, nullam absurditatem continentem, & recurrit pro literali ad mysticum, quod fieri non debet, nisi historia deficiat secundum B. Gregoriũ. Secundo, quod benedictio Iacob. Esto dominus fratrum tuorum, &c. principalem effectum habeat in regno Christi, quod dicitur domus Iacob, Luc. 1. iste Burg. arctat eum ad tpa regum, quando Edom seruiuit regib. Iuda solum pro tempore septem regum, ut ex libris ipsorum regum colligitur, et terminabatur in rebellione Edom, de qua 4. Reg. 8. d. Et propter illã rebellionem dicit Iacob claudicasse in figuram, quod Esau a se excuteret onus illius benedictionis Iacob, de qua dicitur supra 27. capit. ad paruam positionem benedictionis respiciens principalẽ partem pendit, in quo Iacob non claudicauit, non igitur Burg. debuit hoc sic applicare mysticando sine autoritate, cum non sit in fauorem fidei, sed potius vt Apostolus ad Rom. 11. b. ubi dicit cęcitatẽ contigisse in Israel, quę figurata est per claudicationem Iacob, tunc enim claudicauit, & continuo claudicat, quousque plenitudo gentium intraret, & reliquiæ Israel saluę fient. Tertio quia ratio Burgen. quare filij Israel neruum non comedunt propter illam rebellionem figuratam per claudicationem non est sufficiens, quia a contrario sensu tempore obedientię & tributi Edom debuerunt neruum comedere, tamen non fecerunt. Quarto, quia ratio quam facit contra postillatorem et eius expositionem, non valet. Arguit. n. sic. Si claudicatio Iacob fuit propter punitionem, & in pęnam diffidentiæ, cum illa sit personalis, non haberent filij Israel a comestione nerui abstinere, propter ea, quę solũ personam Iacob respiciunt, Reducitur hęc ratio sic contra facientẽ. Tactus nerui, qui emarcuit, & claudicatio ad personam Iacob literaliter pertinebant, idcirco filij Israel non habent a nerui comestione abstinere, cuius oppositum hodie faciunt. Restat igitur, quod illa abstinentia non est tantum figuralis, sed ceremonialis in illius dimicationis, tactus, & claudicationis memoriam, sicut multa alia festa Iudæorum. Quod aũt Burgen. dicit Iacob non peccasse in proposito, hoc est contra gl. interl. quæ redarguit ipsum Iacob, dicens. Si contra Deum fortis fuisti, quia perseuerasti pulsans multo magis contra homines præualebis, i. Esau quẽ times, promissorum tibi factorum oblitus. Si. n. Iacob plenam habuisset confidentiam, & memor fuisset promissorum Dei sibi factorum, prout ponitur supra c. 28. utique Esau non timuisset, nec quemcunque hominem. Quod autem dicit, quod meruit benedictionem qua angelus cũ benedixit, non habetur de benedictione in litera, nisi quod Iacob benedictionem postulauit, & pro benedictione nomen eius mutauit, ut dicit in gl. interlinearis. Quod aũt subditur. Et benedixit ei, in eod. loco, Gl. priorem benedictionem confirmauit, post redargutionem tamen & pęnam inflictam per tactum nerui, qui emarcuit, hæc autem nominis mutatio fuit ab euentu, quia Deum uel angelum recedere uolentem uicit precibus, & c. quæ luctatio hic dicitur prout postillator exponit. Et gl. uocat illam luctationem perseuerantem pulsationem, qua uictor effectus est.

CAP. XXXIII.

LEVANS autē Iacob oculos suos, vidit veniētem Esau, & cum eo quadringentos viros. Diuisitq; filios Liæ & Rachel, ambarumque famularū, & posuit vtramque ancillam & liberos earum in principio, Liam vero, & † liberos eius in secundo loco: Rachel autē, & Ioseph nouissimos. Et ipse progrediens, adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. Currēs itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum. Stringensque collum eius, & osculans fleuit. Leuatisque oculis vidit mulieres, & paruulos earum, & ait: Quid sibi volunt isti, & si ad te pertinent? Respondit, paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo. Et appropinquātes ancillæ, & filii earum, incuruati sunt. Accessitq; † Lia cum 2 liberis suis, & cū similiter adorasset, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. Et ait Esau: Quęnā sunt istæ turmę, quas obuiam habui? Respondit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo. Et ille ait: Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi. Dixit Iacob: Noli ita, obsecro, sed si inueni gratiā in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis. † Sic enim vidi faciem tuā, quasi viderē vultū Dei. Esto mihi propitius, & suscipe benedictionē, quam attuli tibi, & quā donauit mihi Deus, tribuens omnia. Vix fratre cōpellente suscipiens, ait: Gradiamur simul, eroq; socius itineris tui. Dixitque Iacob: Nosti dñe mi, ꝙ paruulos habeā teneros, & oues, ac boues fœtas mecū, quas si plus in ambulādo fecero laborare, morientur vna die cūcti greges. Pręcedat * dñs meus ante seruū suū, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniā ad dominū meū in Seir. Respondit Esau: Oro te, vt de populo, q̄ mecū est, saltē socii remaneāt viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno* † indigeo, vt inueniā gratiā ī cōspectu tuo † dñe mi. Reuersus est itaq; illo die Esau, itinere, quo venerat in Seir, & Iacob venit in Socoth, vbi ædificata domo & fixis tentoriis † appellauit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula.

a ¶ Duas fecit turmas, non tres, vt plerique æstimant.

a ¶ Naturalem virtutum ordinem sequitur, quia iustus a minoribus incipit, & gradatim ad maiora progreditur.

a ¶ Prius timor seruilis, deinde amicabilis, quem significat Lia libera. Inde sequitur amor purgati amici, quem significat Rachel, quæ interpretatur videns principium.

a ¶ Flectens genua.

a ¶ Timore perturbatus hic loquitur. ¶ Hic loquitur vt Iacob, non vt Israel: non tamen fratrem Deo comparat, sed humano more hyperbolicis verbis beneuolentiam captat.

a ¶ Forte ad horam secutus est.

Cap. XXXIII. A Leuans autem Iacob, &c. a Diuisitque filios. Aquila dimidiauit, vt vnum cuneum faceret ancillarum cū paruulis suis, & alterum liberarū cum filiis suis. Primasque mitteret ancillas, secundas liberas. Ipse ante omnes fratrem, adoraturus occurreret. b Sic enim vidi, &c. AVGVSTI. Vtrum pauentis & perturbati animi verba vsq; in hanc adulationē prorupserunt, an sine peccato potuerunt dici? fortassis enim, quia dicti sunt & gentium dii, qui sunt dæmonia, non prædicatur ex his verbis nōmini Dei, quia etsi benigno animo sint dicta hæc verba, fraterna sunt, quia post bonam susceptionem metus transierat, potuit sic dici, quemadmodum Moses Pharaonis Deus dictus est, secundū illud Apostoli, 1. Cor. 8. b. Et si sūt qui dicuntur dij siue in cælo, siue in terra, &c. maxime me, quia sine articulo dictum est in Græco, quia euidentissime solet veri Dei significatio fieri. Non enim dixit, πρόσωπον τοῦ θεοῦ, vultū illius Dei, sed πρόσωπον θεοῦ, vultū Dei, quod facile intelligūt, qui Gręcum audire & intelligere solent. ✠ ALBINVS. Hoc si sic accipiamus, Dei nomine angelorū aliquem vel sanctorum intelligere debemus. c Et ego seq. &c. AVGVSTI. Quæritur si mendaciū fratri promiserit. Hoc enim sicut scriptura narrat, non fecit, sed eo perrexit itinere quod dirigebat ad suos. An forte veraci aīo promisit, sed aliud postea cogitando delegit. d Socoth. HIERONYMVS. Vbi nos tabernacula habemus, in Hebręo legitur Socoth. Est autē vsque hodie ciuitas trās Iordanē hoc vocabulo ī parte Scythopoleos, de qua in libro locorum scripsimus.

Historice. Progrediens, pręcedens. Fr. eius ad fratrē suū. in q. super Genes. Stringensque, Iactauit se. sup. Osculans fleuit, osculatus est eū & fleuerunt. B Benedō, ꝓ munere et dono. Esau suscipit minus Iacob. alias † tātū. alias † domini mei. D Esau venit obuiā fratri. Iacob diuisis oibus i tres turmas occurrit ipsi. al. † filios. Esau fratrē Iacob osculatur, placaturque ei. 1 pertineāt. alias † quoque. 2 al. pueris. E in q. super Genes. Quæst. Tribuens quia sunt mea. * Quæso. Eius gregis qui est ante me, &. F Scythopoleos. * Gregi suo.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXIII.

C. Diuisio.

1 LEuans autem. Consequenter describitur, qualiter Iacob se habuit in fratris aduentu, & quia in agibilib. nō debet homo omittere de his, quæ agenda sunt secundū humanā prouidentiā, ideo in aduentu Esau ostenditur prudentia Iacob, quamuis dictum esset sibi quod angelus custodiret eum. Et primo in diuisione propria facultatis ante fratris aduentum, & in recognitione fraternitatis in aduentu, ibi: Et ipse progrediens. Tertio in declinatione societatis post eius aduentum, ibi: Dixitq; Iacob, nosti. & in recognitione diuina, ibi: Et Iacob uenit. Et patet litera primæ partis, paucis exceptis.

2 Vidit uenietē Esau, & cū eo quadringētos, ad huc lōge existēs.

3 Diuisitq; fi. vt nihil omitteret de prouidētia humana, quia esset quadā tētatio diuina, & ut honesti' irent, & ordinati' apparerēt corā Esau.

4 Rachel autem & Ioseph nouissimos, id est, tanquam prædilectos, & principales, in processione enim maiores sequuntur.

5 Et ipse progrediens adorauit pronus, &c. Hic ostenditur eius prudentia in recognitione fraternitatis.

6 Adorauit pronus: inclinando caput, & hæc est adoratio duliæ, quia erat primogenitus frater eius ætate, licet ex diuina ordinatione primogenita essent translata.

7 Currens itaque Esau, obuiam fratri suo, quia ex Dei ordinatione, eius indignatio mutata est in pietatem.

8 Quasi, &c. Qui ita ita pacificatum & mitem vidit, sicut angelus loquens ex persona Dei, eum consolando signauerat, Cætera patent.

9 Suscipe, id est, encenium voluntarie oblatum.

10 Dixitq; Iacob. Hic consequenter ostenditur eius prudentia in declinatione societatis Esau. Quamuis enim amicabiliter eum recepisset, poterat tamen timere ne eius animus mutaretur, vel ne aliquis de eius familia celans inordinate pro eo noceret ipsi Iacob & suis. & tamen quando promisit ire post eum in Seir, sicut facere cogitabat, mutauit tamen propositū ex causa certa, & ideo non est mentitus, sicut & Paulus cogitabat ire Corinthum antequam iret in Macedoniam, vt habetur 2. Corint. 1. c. tamen ex causa mutauit propositum. tamen sicut dixi superius, non videtur magna necessitas excusare patres ve. te. de omni mēdacio officioso maxime.

11 Et Iacob venit. Hic ostenditur Iacob prudentia in recognitione ✠ declinando

## MORALITER.

1 Leuans autem Iacob oculos suos, &c. In hoc capitulo scribitur cōcordia Esau cum Iacob, per quā designatur cōcordia superbi cū humili. Nā ex parte Esau ponitur elatio, cū dicitur: Leuans autem Iacob oculos, &c. quadringentos vi. Et parte vero Iacob humiliatio, cum dicitur.

5 Et ipse progrediens, &c. Et sequitur vtriusq. concors susceptio cum dicitur.

7 Currens itaq; Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum. & in hoc significatur ꝙ vere humilis cum superbo pacifice conuersatur, & hoc est speciale ī humilitatis virtute, in aliis enim virtutibus non est sic. Castus enim nō potest pacifici morari cum lubrico, nec iustus cū iniusto, sed humilis pacifice moraē cū superbo. Nā humilis seruire semper vult & subiici, superbus autem pręcipere & dominari, & sic vterq; habet suā uoluntatē & per consequens pacē. Et de tali humili dicitur Psal. 119. a. Cum his, qui oderunt pacem eram pacificus. Veruntamen quando humilis habet in cura sua aliquos imperfectos, qui peiorari possent ex societate superbi, debet declinare ab eius societate Et hoc est quod dicitur.

† Paraul. hab. &c. Per ꝙ designantur imperfecti. Sequitur.

11 Et Iacob venit in Socoth. Quod interpretatur tabernacula. Nā

a *Transiuitq; in Salem, &c.* HIERONYM. Quæstio oboritur, quomodo Salem Sichem ciuitas appelletur cum Hierusalē in qua regnauit Melchisedech, Salem ante dicta sit. Aut igitur vnius vtraque vrbs nominis est, quod de pluribus Iudeæ locis inuenimus, vt idem vrbis & loci nomen in alia & alia tribu sit. Aut ista Salem quę pro Sichē nunc nominatur, dicemus interpretari consummatam atq; perfectam, & illam quæ postea Hierusalem dicta est pacificam. Vtrumq; accentu paululum declinato hoc vocabulum sonet. Tradunt Hebrei, quod femur claudicantis Iacob ibi sanatum sit. Ideoque ciuitatem curati atque perfecti vocabulum consecutum.

Salem.

Altare Deo ædificat.

a tabernacula: Transiuitq; in Selē vrbē Sichimo 1 rum, quæ est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit 2 iuxta oppidum, emitque partem agri, in qua fi- 3 xerat tabernacula a filiis Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit su- 4 b per illud fortissimum Deum Israel. 5

b *Fortissimum Dei Israel.* HIERONYM. Duo ponūtur hic Dei nomina coniuncta, videlicet El & Elohe. Primum quod septuaginta Θεὸν, id est, Deum, Aquila etymologiam eius exprimens ἰσχυρὸν, id est, fortem interpretatur. Secundum autem, Elohe seu Elohin, quod & ipsū Deus dicitur.

Epistol. ad Marcellam. In Salē vrbē Sichimorum, vel incolumis in ciuitatē Sichem. Diuisio.

* Agnis, vel obolis siue denariis.

NICOLAVS DE LYRA.

* diuinæ bonitatis, gratias agens Deo de hoc quod eum in peregrinatione augmentauerat, & in via custodierat, præmittitur tamen modus deueniendi ad locum vbi gratias egit Deo, cum dicitur, Et Iacob, &c. *Dicunt enim Hebræi, quod ibi habitauit per annum & dimidium, & ideo non solum fixit ibi tentoria, sed cum hoc ædificauit domum.*

1 Transiuitq; &c. *Secundum expositores catholicos ista est ciuitas, que vocatur Salim. Ioan. 3. c. Non enim potest dici, quod sit illa Salem quod alio nomine dicitur Hierusalem, ut supra dictum est. 28. cap. quia illa ciuitas vocata est Bethel, ut ibidem dicitur. Postquam autem Iacob recessit de loco isto, ascendit in Bethel, vbi apparuerat sibi dominus quando iuerat versus Mesopotamiam propter iram fratris sui, vt habetur in principio huius capituli. Et certum est quod illa Bethel eadem est cum Salem, quæ alio nomine dicitur Hierusalem. & ideo Salem quæ hic nominatur, non potest esse illa Salem quæ est Hierusalem. Secundum autē Hebræos doctores Salem non est hic nomen ciuitatis, nec est nomen propriū, sed est nomen commune, & significat integritatem & pacē, & dicunt quod hic est sensus, & litera Hebraica,* Transiuitq; *scilicet, Iacob.* Salē, *id est, integer vel pacificus.* In urbem Sichem, *quia in via nihil perdidit de familia vel de reb. suis, nec aliquid aduersum occurrit sibi, & istud videtur verius, quia illa ciuitas, infra cap. seq. vocatur Sichem.*

2 Et habitauit iuxta opidum. *Id est, vrbem prædictam. Non enim voluit intra habitare, quia erant idololatræ.*

3 Emitque partem agri centum agnis, *Hebræi dicunt,* centum obolis. *& ideo translatio nostra hic deficit, vel dictio quæ in Hebræo ponitur, est æquiuoca. Quantum autem ualet obolus dictum est supra 23. ca.*

4 Et erecto ibi altari. *Ad immolandum Deo sacrificium.*

5 Inuocauit super illud fortissimum, &c. *Id est, recognoscens Dei potentiam, per quam conseruauerat eum à Laban ipsum persequente, & ab Esau sibi occurrente.*

MORALITER.

✠ declinando societatem superiorum, uenit humilis ad tabernacula iustorum.

1 *Transiuitq; in Salem, &c.* Quæ interpretatur pax. Nam de tabernaculis iustorum uitæ præsentis est transitus ad pacem supernę ciuitatis.

CAPVT XXXIIII.

In pastorali, c. 30.

a *Egressa est autem Dina.* GREGOR. Dina, ut mulieres extraneę regionis videat, egreditur, cū mēs sua studia negligens, actiones alienas curans extra ordinem proprium euagatur, q̄ Sichem princeps terræ opprimit, quia inuentā in curis exterioribus diabolus corrumpit, & glutinata est anima eius cum ea. quia vnitam sibi per iniquitatem respicit. Et quia mēs à culpa resipiscēs afficitur, & admissum flere conatur, corruptor spem ac securitatē vacuā ante oculos vocat quatenus vilitatē tristitię subtrahat. Vnde additur, *Tristemque blandicijs deliniuit*, Modo enim aliorum facta grauiora, modo nihil esse quod factum est, modo misericordem Deum loquitur, & tempus ad pænitentiam pollicetur, ul dum per hæc decepta mēs ducitur, pænitentia differatur, vt tūc bona nulla percipiat, q̄ nunc mala nulla cōtristant, & tunc plenius absorbeatur supplicii, quę nunc gaudet in delitiis.

De pe. dis. 5. ca. 1. ante fin.

* RVPERTVS. Hanc Dinam vxorem fuisse Iob Philo asserit, & hanc esse ex qua quatuordecim filios & filias genuerit.

lib. 8. c. 11.

* PROCOPIVS. Dina vitiata est vbi primum exiuit paternū tabernaculū. Quapropter fidelis anima diligenter caueat, ne egrediatur domū Dei. Alioqui poluetur & contaminabitur peregrinis religionibus, quæ corrumpunt animas nostras. *Rem enim vnam* (inquit) *Dauid expetiui à Deo meo, vt inhabitem in domo Domini.*

In cap. 34.

CAP. XXXIIII.

a ¶ Infirma anima, quæ post posi[ti]s propr[iis], aliena negotia curat.

a b EGRESSA est autem Dina 1 filia Liæ, * vt videret mulieres re- 2 gionis illius. Quam cum vidisset Si- 3 chem filius Hemorrheuæi, princeps † c terræ illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit 4 5

a Negligenter se habitantem.

¶ Diabolus vel hereticus.

a Seducere. b Vt tentationis & prauæ persuasionis ad studia sua secundum illud. 1. Cor. 15. Corrumpunt mores bonos colloquia mala.

* quā pepererit ipsi Iacob. Mulieres, filias.

b *Dina filia, &c.* Quæ interpretatur iudiciū istud Hoc ē. n. iu. ut q spōte negligēs vagat, mox a diabolo corrūpat.

c *Dormiuit, &c.* AVGVST. Et intendit animæ Dinæ filiæ Iacob, & adama

in q. super Genes.

NICOLAVS DE LYRA. CAPVT XXXIIII.

1 Egressa est autem Dina filia Liæ, &c. *Hic consequenter describitur, quid passus sit Iacob a Sichimitis. Vbi primo describitur scelus per Dinæ violationē. Secundo dolus ex mutua collocutione ibi:* Locutus est itaque Hemor. *Tertio scelus ex circumcisorum interfectione, ibi,* Et ecce die tertio. *Quarto metus ex uicinorum congregatione, ibi,* Quibus perpetratis. *Circa primum describitur ipsius Dinæ vaga curiositas, cum dicitur.* Egressa est autem, &c. *De domo paterna, vbi tanquam verecunda iuuencula deberet stare clausa.*

2 Vt uideret mu. &c. *Dicit enim Iosephus, quod in ciuitate erat solemnitas, ideo videre volebat illa dies mulieres ornatas & emere similia ornamenta.*

3 Quam cum uidisset Si. &c. *Qui erat princeps ciuitatis, & erat primogenitus, propter quod debebatur ei hæreditarie principatus.*

4 Et rapuit. *per potentiam suam.*

5 Et dormiuit cum illa ui opprimens, &c. *eam carnaliter cognoscendo.*

MORALITER.

1 *Egressa est autem Dina filia Liæ, &c.* Per Dinam quæ egressa est domum patris, significatur anima uaga, quæ egreditur claustrum rationis.

3 *Quam vidisset, &c.* Qui interpretatur ebrius, ideo per ipsum significatur diabolus, qui ebrietate superbiæ cecidit de coelo in hunc aerem caliginosum.

† *Filius Hemor.* id est, subiectus alteri dæmoni superiori. Nam in dæmonibus remāserunt naturalia integra secundū Dionys. & per consequens ordines secundum gradus naturæ.

5 *Et rapuit.* trahens eam ad consensum mortalis culpæ.

6 *Et dormiuit, &c.* inducendo ad effectum.

E & adamnauit virginem, & locutus est secundum sensum virginis. Quomodo virgo dicitur si iam dormiuit cum ea, nisi forte virgo nomen ętatis est secundum Hebræum eloquium, an potius per recapitulationē post commemoratur, quod ante factum est. Prius enim potuit intendere animæ ipsius & amare virginem, & loqui secundum sensum virginis, deinde dormire cum illa.

Et dilexit, eā locotus que est ad cor puellæ .i. loquebatur amice cū ea, aut verbis eā demulcebat. Hebr.

* quæso.

*ipsi Hemor.

†inf. 33. d.

* mihi valde.

vbi supra.

a *In dolo seuientes.* ✱ RVPER. Dolus in eo extitit, quod sancta & utilia locuti sunt, non ut proselytos ad salutem facerent, sed ut securos pariter & saucios tertia die, occiderent.

B

*Hemor et Sichē filiꝰ eius.

†Et exerceant eam quę spaciosa & lata cultorib. indiget. Ipsa. n. terra ampla est locis (vel manib. id est, ad vtrā que manū ex oī parte) ante eos.

b *Pacifici*, ubi Septuaginta interpretati sunt *pacificos*, Aquila transtulit, *consummatos atque perfectos* pro quo in Hebræo legitur שלמים *Selemim*. Ex quo apparet illud esse uerum quod supra de Salem diximus.

In q. super Genes.

c *Assensi*, &c. AVGVSTIN. Paulo ante Iacob loquens cum Esau, filios,

cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cum ea, tristemque blanditiis deliniuit. Et pergēs ad Hemor patrem suum, †accipe (inquit) mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset Iacob, absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent. Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, Ecce filii eius veniebant de agro, auditoque quod acciderat, irati sunt valde, eo quod fœdam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date † eam illi vxorem, & iungamus vicissim connubia. Filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite, & habitate nobiscum. Terra in potestate vestra est, exercete, negociamini, & possidete eam. Sed & Sichem ad patrem, & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis, & quęcunque statueritis, dabo. Augete dotem, munera postulate: & libēs tribuam quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem. Responderunt filii Iacob Sichem, & patri eius in dolo, seuientes ob stuprum sororis: Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso, quod illicitum, & nefarium est apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, si esse volueritis nostri similes, & circuncidatur in vobis omne masculini sexus, tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias nostras, ac vestras, & habitabimus vobiscum, erimusque vnus populus: Sin autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus. Placuit oblatio eorum † Hemor & Sichem filio eius, nec distulit adolescens, quin statim quod petebatur, expleret. Amabat enim puellam valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressiq; b † portam vrbis locuti sunt populo: Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum, negotientur in terra & † exerceant eam, quæ spaciosa & lata cultoribus indiget. Filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. Vnum est quo differtur tantum bonum, si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes: & substātia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident nostra erunt. Tantum in hoc c acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiemus populum. Al-

Interlinear glosses: ¶ Consuetudine. ¶ Factus est vnus in prauitate consensus. ¶ Impunitatem promittendo. ¶ Immunes Germanæ corruptionis. a ¶ Sic maligni spiritus vel praui dogmatis autores, per vnius animæ corruptionem multas corrumpere moliuntur. a ¶ Mutua filiarum cum dischollis copulatio, seductarum & seducentium animarum, ad diuersa schismata prostitutio est. a ¶ Carnalib. comerciis carnalia munera promittuntur, quib. delectata corrupta anima parcius correptioni instatur. a ¶ Quasi quæ societas Christi ad Belial, quis consensus templo Dei cum idolis. 2. Corinth. 6. c. a ¶ Non aliter alienigenæ in societatē ecclesiæ admittuntur nisi diabolo renuntient, & sacramentis ecclesię communicent. a ¶ Ministri Sathanæ sicut princeps eorum transfigurant se in ministros iustitiæ, vt decipiant animas superstitione sua. a ¶ Vel ad populum. b ¶ In Hebręo Selemim. Vnde patet verum quod supra de Salem diximus.

filios suos infantes esse significat. Quæri ergo potest, quomodo potuerunt tā tam stragem facere, quamuis illis in circūcisionis dolore cōstitutis? Sed intelligēdum est diu hic habitasse Iacob, donec filia eius grādior uirgo fieret, & filii iuuenes scriptū est enim, *Et habitauit iuxta oppidum, emitq; partē agri, in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem centum agnis & erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel* E *Egressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mul. regionis istius, &c.* Apparet ergo his uerbis non transeuntem ibi mā sisse Iacob, sed agrum emisse, tabernaculū, & Aram cōstituisse, & sic diutius habitasse. Filia uero eius cū iā amicas habere posset, condiscere uoluisse filias ciuiū loci, & ita factā esse ꝓ illa cædē & deprędationem. Multitudo enim non parua erat cū Iacob plurimum ditato

D

*ipsū violasse filii suam.

Hemor petit Dinā in vxorem filio suo.

1 Libenter

Filii Iacob dolose petunt Sichimitas circuncidi.

2 Omnis.

3 ad populum. Oratio Hemor. ad populum.

F

Vnum est quo differtur tātum bonū, verum tamē in hoc cōplacebunt viri nobis, vt habitēt nobiscū & sint populus unus.

NICOLAVS DE LYRA

1 Vi opprimens virginem, *propter quod non fuit ibi simplex fornicatio sed raptus & stuprum.*

2 Et conglutinata est anima eius cum, &c. *eam nimis ardenter & inordinate diligendo.*

3 Tristemq; blanditijs diliniuit. *id est, verbis ipsam pacificantibus. Quæ autem fuerint illa verba, non exprimitur: sed Hebræi dicunt, quod referebat ei magnitudinem potentiæ suæ, promitens se eam accipere in vxorem, & quod sic faceret eam maiorem dominam, quā pater eius, & fratres facere potuissent.*

4 Quod cum audiuisset Iacob. *scilicet suam raptam, & violatam latam.*

5 Siluit, donec redirent. *Dissimulando prudenter, quod non poterat emendare. Cætera patent.*

6 Locutus est itaq. *Hic describitur dolus ex mutua collocutione, quia ipsis scilicet Hemor & Sichem petentibus veraciter Dinam pro matrimonio, responderunt filij Iacob dolose quod consentirent matrimonio, si omnes masculi ciuitatis circunciderentur: cogitantes tunc inuadere ciuitatem, quando viri non possent se defendere. & consenserunt in hoc Hemor & Sichem filius eius, & confidentes de veritate verborum filiorum Iacob, & sic induxerunt populum ciuitatis ad circuncisionem. Et patet litera usque ibi.*

7 Et substantia, &c. *Istud non erat in pacto, sed hoc dixerunt, vt facilius inclinarent populum ad circuncisionem. Vel aliter potest sic intelligi:* ✱ Nostra

MORALITER.

1 *Vi opprimens.* non accipitur hic ui propriè: quia diabolus non potest aliquem ad peccatum uiolenter inducere, sed accipitur hic impropriè, sicut de Chisto dicitur Luc. 24. d. *Et coegerunt eum, &c.*

3 *Tristemque, &c.* Aliquando enim post peccatum perpetratū peccator incipit dolere, sed ne ad debitam pœnitentiā perueniat, diabolus ei blanditur, promittendo sibi diuinæ misericordiæ magnitudinem & sanctorum grauiora peccata reducēdo ad memoriam, ut Dauid & beati Petri & consimilium.

† *Accipe, inquit, mihi pu. hanc con.* Quærit enim diabolus, ut cum animam traxit ad culpā, ipsam vlterius trahat ad peccandi cōsuetudinem, ut sic ei inseparabiliter cōiungatur, & ad hoc quęrit aliquando superioris dæmonis adiutorium, sicut in angelis sanctis inferior adiuuatur à superiori, sicut patet Dan. 10. d. Dixit enim angelus loquens Danieli, *Nemo adiutor est mihi nisi Michael princeps vester.* Sed duo fratres Dinæ, per quos significātur præ dic

A ditato, sed filii eius in hoc facto nominantur quasi principes & autores.

✻ CYRIL. Quid mirum si circuncisio nihil illis profuit, Nulla siquidē pietate mouebātur in Deū, sed princeps quidē voluptatis & commodi causa. Quanquam typus quidam fuit illius, qua deinde Palęstini omnes perierunt.

ex catena gręca.

a *Arreptis duo, &c.* STRAB. Sic pastores ecclesiæ peccatum carnis uel animę ulcisci debent gladio spiritus, qui est uerbum Dei, parati ulcisci omnem inobedientiam.

✻ PROCOPIVS. Si euenerit alicui fideli, ut seduceretur peruersa religione ubi deseruisset domū Dei, nō decet nos occidere illos, q decepetunt etiamsi fuerimus sacerdotes, ut Leui, vel subditi, ut Symeon. Meminisse nos oportet eius q dixit ad Petrum, *Converte gladium tuum, &c.* Opa quoq; dāda est, ne Christ' ad nos loquat̄, sicut Iacob ad filios, *Inuisum me fecistis, &c.* forti aīo in tribulationib. perdurandum est, benedicendum maledicentibus. Causam nostram referamus in Deum, ille uindictā retribuet iuste uindicādo. Cęterū hoc enormius flagitium & piaculū est, si pęnitētes odio insectemur exemplo Leui, qui debacchatus est in Sichimitas, q iā susceperāt tesserā, ut essent sub ijsdem sacris & religione cū Israeliticis, s. circuncisione.

in cap. 34.

B

i perpetratis.

Increpantur a Iacob patre suo.

a ¶ Tales fuerunt quidam in primitiua ecclesia, qui circuncisionem, & ritus Iudaicos religioni Christianæ necessarios esse dicerent: Quibus dicitur Gal. 5. a. Sic circuncidamini, Christus vobis non proderit. Hos Paulus celebrato conuentu quasi in dolore circuncisionis occidit, cum eos gladio spiritus a societate fidelium sequestrauit.

lensi + sunt omnes circumcisis cunctis maribus. Et ecce die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor 1 est, arreptis duo Iacob filii, Symeon & Leui fratres 2 Dinæ gladiis, ingressi sunt vrbem confidenter, a interfectisque omnis masculis Hemor & Sichem pariter

a ¶ Auferentes animam heretica prauitate deceptam de societate diaboli. Factum tamen hoc per se faciaus est, quod etiam Iacob displicuit, sed in ecclesia prophetia fuit.

necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam, Quibus egressis, irruerunt super occisos 3 cæteri filii Iacob, & depopulati sunt vrbem in vltionem 4 stupri, oues eorum, & armenta, & asinos, cunctaque vastantes, quæ in domibus & in agris erant: paruulos quoque, & vxores eorum duxerunt captiuas. Quibus 5

¶ Alias perpetratis.

i patratis audacter Iacob dixit ad Symeon & Leui: Turbastis me, & odiosum fecistis Chananæis & Pherezæis, habita b toribus terræ huius. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Respōderunt: Nun c quid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

D

b *Nos pau. &c.* AVG. Hoc dicit quia plurima bella poterant surgere, nō quod multo minus haberēt quā possent expugnationi ciuitatir sufficere.

in q. super Genes.

c *Nunquid vt scorto, &c.* AVG. Zelus filiorū Iacob in ultionem sororis moraliter commonet pastores fidelium curam habere animarum sibi commissarum ne uiolenter corporali delicto aut, fornicationi spūali succumbant. *Paratique sunt vlcisci omnem inobedientiam*, & excommunicationis gladio feriant stupratorem, ne impunitus euadat.

in vltionē stupri, qa violauerāt sororē sua vastantes, accipiētes

E

☞ CAP-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ Nostra erunt, *quia sicut communicabimus cum eis in matrimonijs coniungendis, ita & in bonis. Bona enim amicorum nostrorum dicuntur nostra secundum Philosophum lib. Ethic.* Hebræi *autem aliter exponunt communiter istam partem, dicentes quod filij Iacob nullam dolositatem fecerunt. Et quod supra dictum est. Responderunt in dolo, dicunt caute vel prudenter, quia dictio Hebraica quę ibi ponitur, est æquiuoca, & accipitur aliquando pro dolo, & aliquando pro cautela bona. Volebant enim populum ciuitatis inducere ad ritum circuncisionis, non cogitantes tunc eos interficere, sed societatem cum eis inire sed Hemor & Sichem dolum fecerant, quia prędixerunt populo ciuitatis, quod omnia bona* Iacob *& filiorum eius essent ipsorum, simpliciter. & sic exponunt:* Cuncta quæ possident nostra erunt, *non per amicitiæ communicationem, sed per eorum subiectionem in seruitutem & per hoc uolebant eos facere seruilis conditionis. quod intelligentes filij* Iacob, *moti sunt ad tractandum de interfectione eorum, quia non seruanti fidem non est fides obseruanda. Sed contra hoc videtur, quia* Iacob *infra xlix. a. increpat Symeon & Leui, uocans eos* uasa iniquitatis bellantia, *quod communiter exponitur a doctoribus nostris de interfectione Sichimorum, & notantur in hoc facto de dolo propter quem increpantur a patre. Dicendum, quod aliqui Hebræi contradicentes communiter dictæ expositioni istius passus, exponunt illud de dolo eorū contra Ioseph, ut videbitur quando erimus in illo loco. Alij autem Hebræi exponunt illud partim de Ioseph, & partim de Sichimitis, sed dicunt quod pater non increpat eos de dolo erga Sichimitas, sed de nimia crudelitate. Vnde dixit infra xlix.*

*a.* Maledictus furor eorum, *&c. sed illa expositio non videtur consonare fini huius cap. Vbi cum Iacob increparet filios de interfectione Sichimitarum, non excusauerunt se per hoc quod Hemor & Sichem mutassent pactum, & uellet eos redigere in seruitutem, sed solum per uiolentiam factam suæ sorori, & tamen non est verisimile quod ipsi tacuissent si fuisset verum.*

1 Et ecce, &c. *Hic consequenter describitur scelus de interfectione circuncisorum, ex quo enim receperat circuncisionem, nec fecerant fraudem, ut supra dictum est, secundum expositionem doctorum catholicorum pessime fecerunt interficiendo illos. Secundum autem Hebræos non fecerunt malum, quia excusant eos modo supra dicto. Quantum tamen ad factum occisionis litera vniformiter exponitur secundum vtramque opinionem, cum dicitur,* Et ecce die tertio. *Circuncisi enim grauius affliguntur ex circuncisione tertia die quam prima die, & ideo vsque ad illam diē distulerunt eos inuadere.*

2 Arreptis duo, &c. *Licet enim ipsa haberet alios fratres, non solum ex parte patris, sed etiam matris, tamen isti vocantur hic fratres Dinæ quia magis ostenderunt se dolore de eius violatione, quam alij. Nec est intelligendum, quod fuerint soli in occisione Sichimitarum, imo cum eis fuerunt famuli & alij fratres eorum eis assistentes, sicut patet infra.*

F

3 Quibus egressis. *scilicet de domo Sichem.*

4 Irruerunt super occisos cæteri, &c. *Ad accipiendam prædam & patet litera.*

5 Quibus patratis. *Hic describitur metus ex congregatione vicinorū Timebat enim* Iacob *ne populi circunstantes, qui erant amici Sichimitarum, congregarentur, & ipsum cum filijs & familia persequerentur & delerent, sed perterriti à Deo, non fecerunt, vt habetur c. seq. Et patet litera. Sciendum tamen quod hoc scilicet* Quib. patratis audacter: *non est in Hebræo, sed est additum a translatore. sed incipit versus, Et dixit Iacob.*

✻ *CAP.*

*MORALITER.*

*præ*dicatores euangelij, qui ad prædicandum Luc. 10. a. mittuntur combinati, arreptis duobus gladiis scilicet, oratione & prędicatione, inuadunt ciuitatem diaboli, & sic tollunt sororem suam de domo Sichem, id est, diaboli per ueram pænitentiam cam ad statum gratię reducendo.

1 *Inte-*

ADDITIO I.

*In capitu.34. vbi dicitur in postilla Et quod supra dictum est, responderunt in dolo, dicunt caute vel prudenter.*

*Dictio Hebraica quæ hic ponitur, scilicet* מרמה *mirma nullo modo significat prudentiam vel cautelam, sed solam fraudem vel dolum, vt patet veritatem idiomatis scienti, & ideo alia expositio est magis literę consona, potest tamen sustineri opinio dicentium, quod filij Iacob in hoc casu nullam dolositatem fecerunt. Nam dolus aliquando improprie accipitur pro bona cautela, sicut cum Apostolus ij. Corin.xij.c. ait* Cum essem astutus, dolo uos cepi, *vt supra in additione.xxvij.c. Et ideo quia Sichimitę nullam petierant veniam de tanta iniuria illata Iacob & filijs suis, ideo nec ipsi pacem concesserunt, sed solum permiserunt quod possent cum eis fœderari, si circuncidererentur, non autem promiserunt confœderationem, sed Sichimite retulerunt dicta filiorum Iacob addendo quod iam erant pacificati cum eis dicentes :* Viri isti pacificati sunt nobiscum, &c. *& ideo filij Iacob ex hoc quod absconderũt propositum suum inimicis suis, non videntur peccasse, quia licitum est vt insidiis contra inimicos, vt vult sanctus Thomas in secunda secundæ. præsertim æstimando factum ex dictis Iacob. Nam non redarguit Symeon & Leui de dolositate, nec iniustitia, sed solum ex hoc quod posuerunt Iacob cum familia sua in periculo, cum essent pauci respectu habitatorum terræ. Vnde dicit infra :* Turbastis me & odiosum me fecistis Chananæis, nos, pauci sumus illi congregati percutient me, & delebor ego, & tota domus mea. *Ex quo patet, quod si familia Iacob esset in tanto numero, vt verisimiliter posset aduersariis resistere, quod Iacob approbasset facta filiorum, quod non fecisset, si dolum proprie loquendo fecissent sine iniustitiam.*

---

CAP. XXXV.

Interea locutus est dominus ad Iacob: Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facque ✻ altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob vero conuocata omni domo sua ✻ ait: Abiicite deos alienos, qui in medio vestri fuit, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi ✻ altare domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & fuit socius itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum. At ille infodit eas subter terebinthum, quæ est post vrbem Siche. Cũque profecti essent, terror domini inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzan, quæ est in terra Chanaan cognomento Bethel, ipse & omnis populus cum eo. Aedificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci † domus Dei, ibi enim apparuit ei Deus cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est

*Interlinear glosses:* ¶ Deleta domo diaboli, redeundum est ad domum Dei. ¶ Non dicit mihi qui apparui tibi, quia forte ibi filius apparuit, & pater hoc dicit: aut in aliquo genere locutionis numerandum est. a ¶ In domo Dei idola esse non debent. ¶ Intus. ¶ Foris. ¶ Aedificamini in domos spirituales. ¶ Cor nostrum. a ¶ Phylacteria idolorum. a ¶ Quia auaritia quæ est idolorum seruitus, latet in cordibus terrenorum. a Missus a Deo qui promissa sua in Iacob & filiis eius tuebatur. b Vel Dei.

*Left margin:* A in q. super Genesin. Iacob anxiũ iubet Deus ascẽdere in Bethel & altare ędificare. Iubet auferri idola vbi supra c.12. Therebintum, vel quercum. Post, iuxta. B † all. illius Delbora moritur.

CAP. XXXV a *Dederunt ergo' &c.* RUPERT. plane hoc ordine & his profectibus ascendendũ est in Bethel, id est, in domũ Dei, quæ est ecclesia Christi. Primũ est, pristinos abdicare errores, & vnius veri Dei profiteri fidem, quod est auferre Deos alienos, deinde baptizari, quod est, mundari, ac deinceps in nouitate vitæ ambulare, quod est vestimenta mutare. Significant autem inaures falsæ doctrinæ phaleras, sermone nitidas, sed sensu veritatis uacuas.

b *Et inaures quæ, &c.* AUG. Quæritur quare inaures, quæ, s. ornamenta erant ad idolatriam non pertinẽtia? Sed intelligendũ est phylateria fuisse deorũ alienorũ. ✻ RUPERT. Vel inaures habebant viri more cæterorũ Orientalium populorũ, quod mollis & effœminati erat animi instrumentum. c *Venit igitur Iacob, &c.* AUGU. Notandum est tria nomina huius ciuitatis esse com

*Right margin:* ✻ ibi. ✻ Et omnibus q erat secum. E Et faciam ibi altare. Deo. Deus terre hostes Iacob. Venit Iacob Bethel.

---

CAP. XXXV.

1 Nterea locutus est Deus ad Ia. *Postquã Moyses descripsit statũ Iacob vt incipientis & proficientis, hic consequentes describit statum ipsius ut perfecti, & primo describit statũ perfectionis eius in terra Chanaan remanendo. Secundo ab Esau in Aegyptũ transeundo 37.ca. Adhuc primo status eius perfectionis describitur. Secundo ab Esau discernitur 36.ca. Circa primum sic proceditur. quia eius perfectio primo ostenditur ex eminentia contemplationis. Secundo patientia in aduersis, ibi.* Egressus autem inde. *Tertio ex reuerentia in obsequio patris, ibi:* Venit etiam. *Primum describitur ex tribus. Primo diuina allocutione, cum dicitur,*

1 Interea, &c. *Ad consolandum cum contra timorem populorum circunstantium, sicut dictum est in fine capituli prece.*

2 Surge & ascende Bethel. *id est, ad montem Moria, qui locus vocatus est Bethel ab ipso Iacob, ut supra dictum est.27.ca.*

3 Facque altare domino, *id est, reddas sibi gratias de hoc quod te conseruauit in tua peregrinatione, & multiplicauit te in bonis spiritualibus & temporalibus. Secundo ostenditur eius perfectio in sua familia purgatione, cum dicitur.*

4 Iacob uero con. &c. *Hoc autem dixit, quia Rachel vxor sua secum apportauerat idola patris sui, ut supra dictum est capitu. xxxj. Alij etiam qui erãt in societate sua, quia conuersati fuerant inter idololatras, plura secum habebant ad idololatriam pertinentia, & quia in præda Sichem idola acceperant, ideo Iacob ad statum perfectionis ascendẽs, omnia talia voluit abijcere, ut Deo purus & mundus posset gratias agere de præteritis & beneficia impetrare de futuris.*

5 Ac mutate uestimenta uestra. *Per mutationem vestis exterioris intelligitur mutatio vitæ interioris ad statum vitæ melioris. Sequitur.*

6 Dederunt ergo, &c. *Vt essent mundi ab idololatria:*

7 Et inaures. *id est, ornamenta idolorum.*

8 At ille infodit ea. *Tanquam res detestabiles. & ideo noluit fundere illa & aurum & argentum de idolis in usus suos conuertere. Tertio ostenditur eius perfectio ex nominis mutatione, cui tamen præponitur eius oratio cum dicitur.*

9 Venit igitur Ia. Lu. &c. *Eadem est ciuitas quę supra uocata est Bethel, ut prædictum est ca.28.*

10 Aedificauitque ibi altare. *Ad immolandum Deo sacrificium.*

11 Et appellauit, &c. *Iam enim appellauerat sic locum istum capit. 28. quia* בית־אל *Bethel in Hebræo idem est quod domus Dei in Latino, sed hic nomen prædictum confirmauit. Secundo interponitur Delborę sepelitio, cum dicitur.*

12 Eodem tempore mor. &c. *Sed quęritur hic quomodo ista Delbora erat cum Iacob quæ remanserat cum matre ipsius ipso pergente in Mesopotamiam Syriæ. Ad quod dicendum, quod mater sua sibi proficiscẽti dixerat, quod mitteret nuntios ad reducendum eum de Mesopotamia, vt supra habetur in fine xxvij. cap. & in ipsa sic fecit, licet non sit scriptum, quia non omnia scribuntur, & cum illis nuntijs misit Delboram nutricem suam quę erat de terra Syrię oriunda, & inde cum Iacob reuertebatur, & sic in eius societate mortua est & sepulta, vt hic describitur. cũ dicitur.*

*Margin:* C F Questio

✻ 1 Et sepul

---

MORALITER.

1 *Interea locutus est, &c.* Hic agitur de recessu Iacob cum filiis suis, per quem designatur recessus boni prælati cum suis subditis à peccatoribus, ne per malos corrumpantur. Sic fecit Paulus ut habetur Act.xix.b. *Cum quidam indurarentur & non crederent. maledicentes viam domini coram multitudine, discedens ab eis segregauit discipulos,* & quoniã in bonis recedentib. à societate malorũ, aliqui sunt aliqui qui ex societate malorum cõtraxerũt aliquas malas reliquias, quę cõpetenter idola nominãtur, ideo subdit 4 *Iacob vero conuocata, &c.* Bonus enim prælatus debet esse valde solicitus, vt male reliquię prædictæ à suis subditis auferãtur ideo subditur. *At ille infodit eas.* Nam in bonis nihil debet apparere quod ccutractum fuerit ex malorum societate.

9 *Venit igitur Iacob Luzan quæ est, &c.* Quæ alio nomine vocatur Bethel. id est domus Dei, & iedo significat locum deputatem diuino cultui, ad quem locum prælatus debet uenire, & ibidẽ hostias diuinæ laudis pro se & suo populo offerre. Heb. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum, vt offerat dona pro peccatis &c.*

✻ 1 In

esse cõmemorata, Vlam, Mays quod prius vocatum est cum illuc venisset Iacob pergens in Mesopotamiam & Bethel qđ ipse Iacob imposuit, & Luza nec mirũ, multis enim ciuitatibus & fluminibus sicut & ipsis, hominib. multis de causis adduntur nomina vel mutantur. HIERONYMVS. *Venit igitur Iacob Luzan quæ est in terra Chanaan. &c.* Ecce manifestissime comprobatur Bethel, non Vlã vt supra dictum est, sed Luzã. id est, amygdalum antea esse vocatam.

a *Non voca. vltra, &c.* AVGVS. Quæritur cum semel dictum sit, *nõ uocaberis vltra I a. &c.* Cur legatur postea Iacob vocatus? Sed hoc nomen ad illam pertinet promissionẽ, in qua videt Deus quo modo nõ est antea patribus visus vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit hic in ipso corpore vetustatis, & visio Dei summum præmium erit. HIERONYMVS. *Non uocaberis ultra Iacob, &c.* Nondum enim ab angelo nomen ei imponitur, sed imponendum a Deo prædicitur. Quod igitur illuc futurum pmittitur, hic expletum docetur.

b *Cresce & multiplicare.* Hęc promissio ad spirituale semen Iacob pertinet, sicut iam antea de Abraham dictum est. Omnes enim qui supplantãt vitia, & veterem hominem cũ actibus suis deponunt: & meritis oculos ad Deum intendunt, recte ad Iacob pertinent cuius fidem & actus imitantur. Regesque de lumbis eius egrediuntur, id est, sancti qui secundum voluntatem Dei se et subditos vere regunt, de cuius semine, spirituali, id est, imitatione fidei in bonis operibus fœcundantur.

(Margin: in q. Heb. — * Illius. vbi supra. Quæst. — B — * Deus e loco in quo locutus est secum. — Moraliter)

c *Ille*

---

1 † Debora nutrix Rebeccę, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum, vocatumque est nomen loci, + quercus fletus. Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei dicens:

*(a ¶ In ænigmate luctans. b ¶ Hoc tandem erit cum videbimus eum sicuti est.)*

a 2 † Non vocaberis vltra Iacob: sed Israel erit nomen tuum. 3 Et appellauit eum Israel. Dixitque

*(a ¶ Successione tua vsque ad excellentiam regni. b ¶ Numero.)*

b 4 ei: Ego Deus omnipotens. Cresce & multiplicare, gentes & populi nationum ex te erunt:

*(a ¶ Secundum carnem populi. ¶ Secundum fidem. a ¶ sancti se & subditos bene regentes.)*

Reges de lumbis tuis egredientur, terramque quam dedi Abrahã & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te, & 5 recessit ab eo. c * Ille vero erexit

*(a ¶ In spe. b ¶ In re. a ¶ In typum figuræ ecclesiæ. ¶ Immemoratum est hic quod ante fuerat factum.)*

6 titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus, 7 libans super eum libamina, & effundens oleũ, vocansque nomen loci illius Bethel.

*(a ¶ Non illi sicut idolol atrę. ¶ Futura ecclesiæ sacramenta præsignans. a ¶ Qui factus est mundus, & nouitatem vitæ significans.)*

8 Egressus autem inde venit verno tempore ad d 9 terram, quæ ducit Ephratam. 10 In qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus 11 periclitari cœpit. 12 Dixitque ei obstretrix: Noli time e 13 re, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam

*(a ¶ Quæ interpretatur frugifera, quia ibi panis vitæ natus est hęc est Bethleem. a ¶ Significans Paulum de tribu eius nasciturum, qui se dicit abortiuum, id est, violenter in Ecclesia natum.)*

morte, vocauit nomen filii sui Bennoni, id 14 est, filius doloris mei. Pater vero appellauit

---

c *Ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat, &c.* AVGVSTINVS Factum est iterum hoc in loco quod antea factum fuerat, vel memoriam hic quod antea fuerat factũ. Sed quodlibet horum sit: super lapidem libauit Iacob non lapidi. Non ergo sicut idololatræ solent aras ante lapidem constituere, & tanquam Deo lapidi libare.

d *Ephratam.* HIERONYMVS. Ephrata & Betheleem vni⁹ vrbis vocabulũ est sub interpretatione consimili. Interpretatã enim frugifera, & dom⁹ panis propter panem q de cœlo descendit.

e *Egrediente autem, &c.* ISID. Quid sibi vult quod eundem Benoni Rachel cum pateret vocauit filiũ doloris mei? Nisi futurum ex ea tribu Paulum, qui affligeret filios ecclesiæ tẽpore persecutionis suæ? Aliter per Beniamin terrestris Hierusalem figuratur, quæ est in tribu Beniamin, cuius populus graui dolore matrẽ afficit fundendo sanguinem prophetarum, & in necem Christi clamando. Matth. 27. c, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* HIERONYMVS. *Et factum est cum dimitteret animam.* Siquidẽ moriebatur, *vocauit nomen eius filius doloris mei. Pater uero eius vocauit nomen eius Beniamin.* In Hebræo similitudo nominis resonat, filius. n. doloris mei, quod nomen moriens mater imposuit, dicitur Bennoni. *Fili⁹ uero dextrę.* id est, virtutis qđ Iacob mutauit, dicitur Beniamin. Vnde errant, qui putant Beniamin filium dierum ĩterpretari. Dextera enim dicitur iamin, & finitur in n. Dies qui dẽ appellatur iamim, & termi natur in m.

(Margin: D vbi supra. Historice. — al. † Delbora. in q. Heb. — † supra 22 f. Deus rur sum noĩat Iacob Israelem. — E Iterum ipsi promittitur terra Chanaan. — vbi supra. — Bethel.)

a *Egressus*

## NCOLAVS DE LYRA.

C

1 Et sepulta est ad radices Bethel. *idest, ad pedẽ montis Moria. Consequenter describitur nominis mutatio in diuina apparitione, cum dicit:* Apparuit autem iterum Deus Iacob. *Et sequitur.*

2 Non vocaberis ultra Iacob. *Quod interpretatur luctator, quod cõuenit proficienti in vita actiua.*

3 Sed Israel erit nomen tuum. *quod interpretatur princeps cum Deo. vt directus ad Deum quod competit perfectioni vitæ contemplatiuæ. Sed potest quæri, quomodo dicitur hic.* Non uocaberis vltra Iacob. *cum postea in eodem cap. vocatus sit pluries Iacob. Ad quod dicendum, quod intelligendum est quod non vocabitur vltra Iacob tanquam nomine principali, non tamen excluditur quin si vocetur tãquam secundario: cuius ratio est, quia sicut dictum est, illa nominis mutatio facta est ad designandum transitum ipsius Iacob de vita actiua ad contemplatiuam, quæ scilicet actiua est imperfectior prout præcedit & disponit ad contemplatiuam. secundum quod dicit Greg. in mora. Qui contemplationis arcem tenere desiderent, necesse est vt prius in campo actionis se probent. s. pugnando contra passiones rationem perturbantes & sic transit homo ad vitam contemplatiuam quæ perfectior est tali actione sicut finis respectu eius quod est ad finem, homo autem quando ex actiua vita transit prædicto modo ad contemplatiuam, non deserit simpliciter ipse vitam actiuam, sed necessarium est ipsum per actiuam vitam exerceri, ne per cessatione s ab actiua iterum insurgant passiones rationem perturbantes, & ad hoc designandum postquam vocatus est Israel, nihilominus cum hoc uocatus est aliquando Iacob.*

4 Cresce

4 Cresce & multiplicare. *Per filios tuos iam natos, & etiam per Beniamin qui nondum erat natus, & per Manassen & Ephraim qui similiter nondum erant nati, licet enim fuerint filij Ioseph, Iacob tamen adoptauit eos in filios, vt habetur infra xlviij. cap. & facti sunt capita tribuum, sicut & alij filij Iacob, cætera patent ex dictus superius vsque ibi.*

5 Et recessit ab eo. *Non quia eum dimiserit, se l quia disparuit.*

6 Ille uero erexit titulum lapideum in loco quo locut. fuerat ei Deus. *In memoriam diuinæ apparitionis ibidem sibi factæ.*

7 Libans super eum libamina. *id est, oblationes de liquidis sicut de vino, oleo & consimilibus.*

8 Egressus autem inde venit. *Hic consequenter describitur perfectio ipsius Iacob in tolerantia aduersorum, & primo de morte Rachelis vxoris suæ prædicta, cum dicitur.*

9 Venit uerno tempore ad ter. &c. *ipsa est ciuitas Bethleem, ut infra dicitur.*

10 In qua cum par &c. *id est, in dolore pariendi esset posita. parturire enim idem est quod sentire dolorem partus.*

11 Periclitari cœpit. *præ nimia anxietate.*

12 Dixitque ei obstetrix. *ad aliquam eius consolationem.*

13 Noli timere, &c. *quando. n. puer viuus nascitur, minus periculum imminet matri, non tamen propter hoc ista euasit.* Vocauit nomen filii sui Bennoni. *cuius causa subditur.*

14 Id est filius doloris mei. *tamen non est de textu in Hebræo, sed additum est a translatore, ad exprimẽdum causam dictæ nominationis per interpretationem nominis. Pater vero appellauit eum Beniamin, quod autem subditur.*

(Margin: F — Iacob peruenit ad Isaac.)

✱ 1 Id est

*MORALITER.*

10 *In qua cum par. &c.* Per Beniamin quem Rachel peperit allegoricæ significatur Paulus apostolus qui fuit de tribu Beniamin, sicut ipse dicit Phil. 3. a. & ipse primo fuit filius doloris ecclesiam acrirer persequendo, vt habetur Act. 8. a. & 9. a. postea vero filius dexteræ, ecclesiam ædificando verbis & doctrinis, & ipsam multipliciter consolando.

✱ *Abiit*

a ✲ *Erexitq; Iacob, &c.* CYRILLVS. Non temere putet̃ huius monumẽti ſcripturam meminiſſe. Nam cum plures ſanctorum patrũ mulieres dormierint, ſoli Racheli cippus erectus eſt. Ea enim typum geſſit eccleſiæ, quæ ſola victrix trophæũ mortis ſuſtulit in Chriſto.

A — ex catena Græca.

b *Egreſſus inde, &c.* HIERO. Hunc locum volunt eſſe Hebræi ubi poſtea templum ędificatũ eſt, & turrim Ader turrĩ gregis ſignificare, i. congregationis & cœtus. Vñ Mich. 4. c. *Et tu turris gregis nebuloſa filia Sion. etc.* Illo quoq; tẽpore Iacob trãs locũ vbi poſteà templum ædificatum eſt, habuiſſe tẽtoria dicitur. Sed ſi ſequimur ordinem vię paſtorũ iuxta Bethleem locus eſt, vbi vel angelorum grex in ortu domini cecinit, vel Iacob pecora ſua pauit; loco nomen imponẽs, vel q́d uerius eſt quodã uaticinio futurum iam tunc myſterium monſtrabatur.

vbi ſupra. †13. q. 2. §, ęcontra. — Ephratam q̃ & Bethleem. — Sepulcrũ Rachel. — *Iſrael. — Cõcubnit Ruben cũ cõcubina patris.

c *Abijt Ruben, &c.* ISIDOR. Hoc crimen non ſcriberetur niſi futura populi peruerſitas pronunciaretur, quãuis iu illo eſſet flagitium, ĩ ſcripturis eſt prophetia futurorum, quia p Ruben primogenitus popul⁹ Iſrael figuratur, qui thorum concubinę polluit. i. legem ueteris teſtamenti preuaricando maculauit. Quod autem cõcubina vetus teſtamẽtum ſignificauerit, Paulus oſtendit dicens Gal. 4. c. *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alterũ de libera, &c.*

Allegoriç. — B — *Filij Iacob. — Mambre.

✲ THOMAS. Vbicunque legitur in ueteri teſtamẽto aliquos ſanctos viros cõcubinas habuiſſe, oportet dicere eas ipſis matrimonio iũctas fuiſſe, & tamen aliquo modo concubinas dici, eo quod aliquid habeant de ratione vxoris & aliquid de ratione concubinæ. Nam ſecũdum quod matrimonium ordinatur ad pricipalem finẽ ſuum qui eſt prolis procreatio, ſic erant uxores. Sed ſecundum quod ordinatur ad ſecũdarium finẽ, qui eſt diſpenſatio familiæ, mutua communicatio operum uiri & uxoris, et ſimul cohabitatio, ſic uxores non erant, ſed concubinæ appellabantur.

i. 4. ſentẽ. diſ. 33. art. 3. q. 3. — D

a ¶ Quia de ſiniſtra in dexteram erat transferendus, id eſt de perſecutore futurus Apoſtolus.

eum Beniamin, id eſt filius dextræ. † Mortua[1] eſt ergo Rachel, & ſepulta in via quæ ducit[2]

a ¶ Domus panis.

a Ephratã, hęc eſt Bethleem.[3] Erexitque Iacob titulum ſuper ſepulchrũ eius.[4] Hic eſt titulus monumenti Rachel vſque in præſentem diem.[5]

a ¶ Præſentem Eccleſiam ſiguificans, vbi Angeli nato domino cecinerunt Gloria in excelſis Deo. b ¶ Id eſt Ader.

b Egreſſus * inde fixit tabernaculum trans turrẽ[6] c gregis. Cumque habitaret in illa regione, abiit[7]

a ¶ In hoc Iudaici populi malitia ſignatur, qui legem, quæ in ſeruitutem generabat, quaſi concubinam adulterauit carnaliter abutendo.

Ruben, & dormiuit cum Bala concubina pad tris ſui. Quod illũ minime latuit.[8] Erant autem[9]

a ¶ Apoſtolorum ſignificantes numerum.

filii Iacob duodecim. Filii Liæ: primogenitus Ruben, & Symeon, & Leui, & Iudas, & Iſſachar, & Zabulon. Filii Rachel, Ioſeph, & Beniamin. Filii Balę ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. Filii Zelphæ ancillę Liæ, Gad, & Aſer. Hi filii ⁺ Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ.[10] Venit etiam ad ₊ Iſaac patrem[11] e ſuũ in Mambre ciuitatem Arbee: hęc eſt Hebron,[12] in qua peregrinatus eſt Abrahã & Iſaac. Et completi ſunt dies Iſaac, centum octoginta annorum,

a ¶ Id eſt perfectus ætate.

conſumptuſque ætate mortuus[13]

a ¶ Angelorum vel ſanctarum animarum.

eſt, & appoſitus populo ſuo ſenex & plenus[14] dierum, & ſepelierũt eũ Eſau & Iacob filii ſui.[15]

d *Erant autem, &c.* AVGVSTI. Quæritur Quomodo hoc verum ſit, cum Beniamin longe poſt natus ſit, cũ iã tranſiſſent Bethel, & appropinquarẽt Bethleem. Sed ideo intelligitur dictum cõmemoratis duodecim filiis. *Hi ſunt filij Iacob qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ*, qa inter multos unus tantum erat non ibi natus qui tamen in de cauſam naſcendi habuit, qa ibi copulata eſt mater eius patri, nulla etenim facilior eſt ſolutio huius queſtionis, quã ut per ſynecdochen accipiatur.

in q. ſuper Geneſ. — Turris gregis. — E

e *Ciuitatem Arbee, &c.* HIERO. Pro Arbee in lxx. *campum*, habetur, cum Hebron in mõte ſit. Eadem autem ciuitas antiquitus Mambre ab amico Abrahę dicta eſt.

*ſunt. — *Iacob.

e *Ciuitatem Arbee* HIERO. Angelorum uel ſanctarum animarum quibus eſt appoſitus nulla remouente ſolicitudine tentationum uel periculo peccatorum.

Moritur Iſaac.

☞ a *Abin* — F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Id eſt filius dextræ. *ſimiliter non eſt ie textu in Hebræo, ſed appoſitum eſt ad oſtendendum conſtantiam ipſius Iacob in tanta anxiextate poſiti per interpretationem nominis ab eo impoſit, per dexteram. n. fortitudo & conſtantia deſignantur.*

2 Mortua eſt ergo, &c. *Non. n. adhuc peruenerant in ciuitatem, & quia antiquitus ſepulchra extra ciuitates erant.*

3 Quæ ducit Ephratam. *hæc eſt, Bethelem illa. n. ciuitas vocata eſt Ephrata ab vxore Caleb ſic nominata: vt habetur* 1. *Paral. c. Et iſta fuit Maria ſoror Moſi, vt dicunt Hebræi, ſed hoc eſt falſum vt oſtendetur* 1. *Paral. domino concedente, ſed poſtea vocata eſt Bethleem, id eſt, domus panis, a fertilitate, quæ fuit ibi poſt famem quæ ibi acciderat tempore Elimelech, vt habetur in libro Ruth.*

C

4 Erexitque Ia. ti. *id eſt, memoriale in futurum.*

5 Super ſepulchrum eius. *Ex quo patet quod ab antiquo fuerunt ſancti patres diligentes de ſepultura notabili: ut ſic mortui in memoria hominum remanerent ad orandum pro ipſis, & ad oſtendendum quod haberent fidem reſurrectionis.*

6 Egreſſus inde. *Hic ſecundo oſtenditur eius tolerantia, ex caſu primogeniti filij ſui, vbi præmittitur locus cum dicitur* Trans turrem gregis. *Dicunt Hebræi quod hic eſt locus vbi poſtea templum fundatum eſt, confirmantes hoc authoritate Mich. 4. cap.* Et tu turris gregis nebuloſa filia Sion, &c. *& vocatus eſt turris gregis, quia templum ad modum turris factum eſt, & ibi adducebantur greges ad immolandum.* HIERON. *autem dicit quod melius dicitur, quod ſit locus prope Bethleem, vbi angelus nato Chriſto apparuit paſtoribus vigilantibus ſuper gregem ſuum, & modo vocatur angelus ad paſtores, ubi fundata eſt eccleſia, & dicit quod in ue. teſt. quodã uaticinio futurorũ uocatus ſit locus ille turris gregis. Secundo ſubditur ipſius Ruben caſus cum ſubditur,*

7 Abiit

7 Abiit Ruben, &c. *quod exponunt doctores catholici de concubitu carnali.*

8 Quod illum mi. latuit. *& quia illud factum fuit ualde enorme, fuit ipſius Iacob materia magnæ patientiæ. Doctores autem Hebræi dicunt, quod Ruben non cognouit Balam carnaliter, ſed dicunt quod mortua Rachele Iacob tranſtulit lectum Balę de tabernaculo Rachelis in quo iacebat, ſicut eius ancilla, in tabernaculum Lię Matris Ruben, & ſibi diſplicuit quod iaceret in eadem camera cum matre ſua, & abſtulit inde lectum eius, & quia illud redundabat in contemptũ patris ideo Moſes ita ſcripſit acſi feciſſet ei contemptum de concubitu.*

9 Erant autem fi. Ia. *occaſione. n. ipſius Ruben hic nominantur alij filij Iacob. & patet litera uſque ibi.*

10 Qui nati ſunt ei, &c. *Iſtud uidetur falſum, quia ibi nominatur Beniamin, qui non fuerat ibi natus, ut patet ex prędictis. Dicendum: quod licet non fuerit ibi natus, tamen principium natiuitatis ſuę inde fuit, quia mater eius inde fuit oriunda, & patri eius in matrimonio iuncta. Eſt. n. prędicta litera uera per ſynecdochen, quia filij Iacob quãtum ad maiorem partem fuerunt ibi nati, imo omnes uno excepto.*

11 Venit etiam ad Iſa. *Hic conſequenter oſtendit perfectio Iacob ex debita reuerentia ad patrem, cum dr.* Venit ad Iſa. *ut ei iam ſeni debitam reuerentiam & obſequium exhiberet. non fit autem hic mentio de Rebecca matre ſua: quę eum tenerrime diligebat. ut prędictum eſt 17. c. Ex quo datur intelligi, quod ipſa iam erat defuncta.*

12 In Ma. *Nomen eſt regionis, in qua erat ciuitas Arbee, quę alio nomine uocata eſt Hebron, ut ſupra expoſitum eſt 23.*

13 Conſumptuſque, &c. *ſ. morte naturali.*

14 Et appoſitus eſt populo ſuo, &c. *id eſt, ad lymbum ſanctorum patrum.*

15 Et ſepelierunt eum Eſau, &c. *Licet ibi fuerint alij multi propter honorem ſepulturę, tamen iſti duo exprimuntur tanquam principales, &c.*

## MORALITER.

7 *Abijt Ruben, &c.* Per Ruben qui interpretatur viſionis filius intelligit̃ vir literat⁹ vel ſuper alios in aliqua gratia eleuatus: eo q́ Rubẽ fuit primogenitus, & hoc ſiue talis vir ſecularis fuerit, ſiue religioſus, & ex gratia ſibi data aliquãdo erigitur ĩ ſuperbiam, & vult cognoſcere patris ſui vxorem. i. vſurpare ſibi eccleſiam vel dignitatem eius, & per hoc machinatur ad eius depoſitionem vel mortem.

A In cap. xxxv. ubi dicitur in postilla, Sed quaritur quomodo ista Delbora erat cum Iacob, &c.

ADDITIO I.

Hic quarunt Hebrai, & ut uidetur rationabiliter: cur tanta fit hic mentio de morte Delbora nutricis Rebecca & de modo sepultura eius: intantum quod uocatum est nomen loci sepulturę illius, quercus fletus. Ex quo patet, quod factus fuit fletus magnus & notabilis pro ea: cum tamen iam esset valde senex, & antiquior Rebecca, & tamen de morte Rebeccę, qua multo dignior erat nutrice sua, nulla fit mentio hic nec alibi. Ad quod dicunt, quod Rebecca mortua fuit, antequam veniret Iacob ad patrem de Mesopotamia, quod patet ex hoc quod dicitur infra eo. c. Venit Iacob ad Isaac patrem suum in Mambre, etc. non faciens mentionem de matre, quod absque dubio fecisset, si pro tunc uixisset, præsertim cum Rebecca multum diligebat Iacob, & ipsa procurauerat sibi benedictionem: & etiam hac principalis fuit in missione ipsius in Mesopotamiam, & in contrahendo matrimonium cum filiabus Laban, ut patet supra 27. c. non ergo uerisimile est quod non fieret mentio de accessu Iacob ad tantam & ad talem matrem: sed quia ipsa non uiuebat, ideo non fit de ea mentio. Consequenter etiam dicunt, quod sepultura Rebeccę fuit facta latenter de nocte, eo quod Isaac non poterat ire ad sepulturam suam, cum iam ante diu senuerat, & caligauerant oculi eius, vt supra Gen. 27. a. nec etiam Iacob potuerat interesse sepulturę, quia adhuc erat in Mesopotamia. Esau autem non honorasset eam debito modo propter benedictionem quam perdiderat ipsius causa. Vnde ex hoc dicunt quod Isaac senex ordinauit, vt sepeliretur de nocte latenter, ne palam deficeret sibi honor debitus. et eadem ratione scriptura non facit mentionem explicitam de sepultura Rebeccę, eo quod fuerat B sic latenter facta, sed ad huc implicite sacra scriptura fecit mentionem, cum de sepultura Delborę nutricis eius tantam fecit mentionem, ut dictum est, vnde vocatum est nomen loci illius quercus fletus, quia ibidem Iacob principaliter fleuit matrem suam, pro cuius honore nutricem eius honorifice sepeliuit: in quo satis ostendebat, quod cum ualde maiori honore sepeliuisset matrem, si eius morti interfuisset. Eadem ratione dicunt, quod non fit mentio de morte Lia, nec quando nec quomodo fuisset sepulta scilicet propter honorem Rebecca matris Iacob, ne uideretur quod maior honor impendebatur Lię uxori Iacob, quam Rebecca matri eius.

Quest. de sepultura Rebeccę.

In eo. c. 35. ubi dicitur in postilla. Abiit Ruben, &c.

ADDITIO II.

Enormitas facti ipsius Ruben potius uidetur dedisse ipsi Iacob materiam iustitiæ, quam patientię, propter hoc enim priuauit ipsum Ruben primogenitura, ut inf. xlix. c. D

In eod. cap. 35. vbi dicitur in postilla. Erant autem filii Iacob, &c.

ADDITIO III.

Non uidetur aliqua ratio sufficiens quare ut cumque Ruben peccauerat, nominarentur filij Iacob & ipse Ruben, vnde quidam dicunt quod peccatum Ruben dedit occasionem ipsi Iacob, quod de cætero cessaret ab illo actu generationis, eo quod uiderat primogenitum suum incidisse in tantam enormitatem peccati, & ideo cum dixisset, quod illum scilicet Iacob minime latuit scilicet peccatum prædictum, statim subdit. Erant filij Iacob 12. q. d. propter istam causam clausus est numerus filiorum Iacob in 12. tantum, quia amplius cessauerat a generatione causa prædicta.

REPLICA.

Correctorij contra Burgen. In ca. 35. ubi postillator dicit peccatum Ruben dedisse Iacob materiam patientię, contra dicit. Burgen. asserens, quod dedit ei materiam iustitię, quam exercuit priuando eum primogenitura, quod tamen nusquam legitur, sed potius contrarium. Infra enim xlix. cap Iacob benedicens Ruben, dixit. Rubē primogenitus meus etc. sed quod dixit eum aquam effusam, per designatur regnum ratione primogeniturę sibi debitum translatum in Iudam & sacerdotium in Leui, hoc dixit, ut propheta præuidens, non ut pater priuans, non igitur docuit contra Ruben iustitiam, vt vult Burgen. sed potius cum eo patientiam: vt vult postillator.

Item in eo. ca. cum postillator dixisset, quod filij Iacob enumerantur in textu occasione ipsius Ruben. Burgen. ægre ferens dicit dictum absque ratione, cum tamen inspiciendo suam rationem incidit in idem. dicit enim propter peccatum enumeratos filios Iacob. q. d. propter illud peccatum clausus est numerus filiorum Iacob in 12. tantum. Ex quo sequitur quod Ruben fuit occasio illius dinumerationis, quod Burgen. improbat, sed ratio quam Burgen. adducit, multipliciter peccat in eo quod dicit Iacob propter peccatum Ruben de cætero nolle generare, primo quia generatio patriarcharum erat ad Dei cultum, & ad populum Dei multiplicandum, non igitur debuit Iacob hunc cultum propter peccatum Ruben impedire. Secundo quia Iacob sicut supra Noe accepit mandatum de generando, dictum est enim ei supra eo. ca. Cresce & multiplicare gentes, et populi nationum erunt ex te, non igitur debuit Iacob esse transgressor diuini præcepti propter peccatum Ruben. Tertio, quia in additione præcedente dicit Burgen. quod Iacob exercuit iustitiam contra peccatum Ruben. quod verum est non debuit ab actu generationis abstinere. dictum igitur Burgen. figmentum uidetur sine ratione: ne dicam contra. E

NICO-

CAP. XXXVI.

Quæ fuerint Esau vxores.

1 HÆ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom. 2 Esau accepit vxores de filiabus Chanaan, Ada filiā Elon Hethæi, et 3 Oolibama filiam † Ane, filii Sebeon Heuæi, 4 Basemath quoque filiam Ismael sororem Nabaioth. 5 Peperit autem Ada Eliphaz. 6 Basemath

¶ Recapitulatio: Ante mortem enim Isaac factum est hoc.

¶ Cuius scriptura in Iob recordatur.

al. † Anæ. 1. Paral. 1. c. Eliphaz.

C F

CAP. XXXVI.

NICOLAVS DE LYRA.

HAE sunt autem generationes Esau. Postquam descripta est perfectio ipsius Iacob. Hic consequenter describitur eius ab Esau separatio vbi generatio Esau quantum ad filios præponitur. Secundo a Iacob secernitur, ibi. Tulit autem Esau. Tertio generatio Esau quantum ad nepotes subiungitur, ibi.

Diuisio

1 Hæ sunt autem generationes Esau. Ad intelligentiam eorum quæ dicenda sunt in hoc ca. & in alijs similibus, considerandum, quod in veteri testamento ac nouo frequenter reperitur, quod eadem persona pluribus nominibus nominatur, sicut hoc idem homo vocatur. Esau, Edom, & Seir, & in nouo testamento idem homo uocatur Simon Petrus & Cephas. Item sicut in Latino idem nomen proprium uariatur in principio uel in fine uel medio. sicut Cholinus, Choletus, Nicolaus: quæ unum nomen importent, ita est in Hebræo, ut Chonias, Iechonias, Iechoniam. Contingit autem frequenter, quod eadem persona numero uno nomine exprimitur in uno loco sacræ scriptura, & alio nomine in alio loco, & similiter eadem persona nominatur in pluribus locis sub uno nomine, variato tamen prædicto modo hic & ibi. Et his contingit, quod aliqui suspicantur quod sint diuersæ personæ, cum tamen sint una prædictis modis uarie nominata, his dictis applicemus ad textum.

Vna persona pluribus nominib. nominat.

2 Esau accepit, &c. Ada. ista nominata est Iudith supra 26. c.

3 Oolibama. Hæc nominata est Besemath, ut dicitur ibidem.

4 Filiam Ane filii Sebeon. inf. eo. c. dicitur, quod Ana fuit filius Sebeon, quomodo ergo dicitur Oolibama filia duorum. s. patris & filij? Respondent Hebræi, quod Sebeon qui erat paganus, parum reputabat legem matrimonij, & ideo libidine ductus concubuit cum nuru sua. s. uxore filij sui Ana, & inde generata est Oolibama, & sic filia fuit Sebeon carnalis & filia Anæ putatiua, sed quia non est uerisimile, quod Esau saltem pro reuerentia patris sui Isaac, qui adhuc uiuebat, accepisset uxorem ita viliter natam, ideo aliter potest dici, quod fuit filia Anæ naturalis, & filia patris sui Sebeon adoptiua, sicut Manasses & Ephraim fuerunt filij naturales Ioseph, & filij adoptiui Iacob patris Ioseph, ut habetur infra xlviij. cap. Potest etiam dici quod pueri alicuius nominantur etiam aliquando filij qui ipsorum sicut Laban filios filiarum suarum uocauit suos filios, ut habetur sup. 31. c.

5 Basemath quoque filiam Ismael. Ista sup. 28. c. nominata est Melech.

6 Peperit autem Ada Eliphaz. Dicit Hieronymus, quod iste est Eliphaz Themanites, de quo fit mentio in libro Iob.

Oolibam

MORALITER.

1 Hæ sunt autem generationes Esau, &c. In hoc capitulo non occurrit mihi sensus mysticus notabilis usque ibi.

iste

a *Abiit in alteram regio*. STRABO. Quæri potest cur Esau post mortẽ patris dicatur abiisse in Seir, & recessisse a fratre, cũ iam quãdo venit Iacob in Seir dicatur habitasse? Sed fieri potuit, vt Iacob fugiente in Mesopotamiã Esau, dolore præreptæ benedictionis a parente recesserit, & habitauerit in Seir viginti annis quibus Iacob absuit. Cui reuerso conciliatus, rursus de Seir reuersus, cum fratre suo, donec pater viueret habitauit, quo mortuo a fratre recessit, quia diuites erant, & simul habitare non poterant.

b *Isti filii Seir*, &c. HIERO. Postquã enumerauit filios Esau: altius repetit qui ante Esau in terra Edom principes extiterunt ex genere Horræorum, c qui liberi interpretãtur. In Deutero. manifestius scribitur: quomodo venerunt filii Esau, & interfectis Horræis terrã eorum hereditauerunt. STRAB. *Filii Seir, etc.* i. liberi, qui, sicut in Paralipo. legitur, primo habitauerunt in monte Seir, quibus expulsis Idumæi habitauerũt pro illis.

c *Erat autem soror, & cætera.* HIERONYMVS. Hæc est Thamna de qua supra dictum est, & Thãna erat concubina Eliphaz, primogeniti Esau, &c. Ideo Horræorũ recordatur, quia primogenitus filiorum Esau ex filiabus eorum accepit cõcubinam. Quia autẽ dicitur Theman & Cenez & Amalec & reliqua. Sciamus postea regionibus & gentibus Idumæ vocabula imposita.

Iehus & Ihelom & Core. — † Esau & Iacob diuitias iu. 13. a — Esau habitat in mõte Seir. — Generatio Esau. — 1. Paral. 1. c — 1. Sepho. — 2. Senez & Core. — Thermæi uentæ. — Thamna. — 3 Sepho. — 4 Core. — 5 Nahath. — 6 Ieh' dux Core. — Thelõdux in q. Heb. — Horrei. — 7 Ana.

D — † sup. 19. — * aũt filii Esau duces. — vBi supra. al. † Rahuel. — † al. Sebon. — E — Filii Eliphaz, duces Eliphaz. — Seir.

a ¶ Rauhel.

genuit Rahuel. Oolibama edidit Iehus & Ihelom & Core. Hi filii 1 Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan. Tulit autem Esau vxores 2 suas, & filios, & filias, & omnem animam domus suæ, & sub- 3 stantiam, & pecora, & cuncta, quæ habere poterat in terra Chanaan, & abiit in alteram regionem recessitque a fratre suo Iacob. † Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant, nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. Habitauitque Esau in monte Seir, ipse est Edom. Hæ * sunt generationes Esau pa- 4 tris Edom in monte Seir, et hæc nomina filiorum eius Eliphaz filius (a ¶ Themanites.) Ada vxoris Esau. Rahuel quoque filius Basemath vxoris eius. Fue- 5 runtque filii Eliphaz, Theman, Omar, 1 Sephuc, & Gatham, et 2 Ce- 6 (a ¶ Alia Sephi.) nez, & Core. Erat autem Thamna concubina Eliphaz filii Esau, quę 7 peperit ei Amalec. Hi sunt filii Ada vxoris Esau. Filii autẽ † Rahuel, 8 Nahath, & Zara, Samma et Meza. Hi filii Basemath vxoris Esau. Isti 9 quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ, filii † Sebeon vxoris Esau, 10 quos genuit ei Hieus & Hielom et Core. Hi duces filiorum Esau. Fi 11 lii Eliphaz primogeniti Esau dux Theman, dux Omar, dux 3 Sephuc 3 12 dux Cenez, dux 4 Core, dux Gathaa, dux Amalec. Hi filii Eliphaz in terra Edom, et hi filii Adæ. Hi quoque filii Rahuel, filii Esau, dux 5 Nahath, dux Zara, dux Semma, dux Meza. Hi autem duces Rahuel in terra Edom. Isti filii Besemath vxoris Esau. Hi autem filii Oolibama vxoris Esau. Dux 6 Iehus, dux Hielõ, dux Core. Hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau, Isti filii Esau, et hi duces eorum, ipse est (a Qui & Esau, & Seir. b ¶ i. liberi quos expulerunt Idumæi, & habitauerunt pro illis.) b Edom. Isti filii Seir Horræi habitatoris terræ Lotã, et Sobal, et Sebeõ, 13 et 7 Anã, et Dison, et Eser, et Disan. Hi duces Horræi filii Seir in terra 14 Edõ. Facti sũt aũt filii Lothã, Horræi et Hemã. Erat aũt soror Lotan 14 ta.

a Iste

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Oolibama edidit Iehus. *iste uocatur Iaus primo. Paralipomẽ. primo c.*

2 Et Ihelom. *iste uocatur Ialan ibidem.*

Diuisio — C

3 Tulit autem Esau. *Hic consequenter describitur separatio prædictorum a Iacob. Considerandum tamen quod ista separatio fuit facta ante mortem Isaac: quia ipso uiuente Esau cum familia sua mansit in monte Seir: vt supra dictum est, 32. cap. sed appropinquante morte Isaac uenit ad sepulturam ipsius: & ad tempus mansit ibi & postea rediit ad locum prædictum separatus totaliter a Iacob, & patet litera.*

4 Hæ sunt. *Hic reuertitur scriptura ad describendum generationem Esau, quantum ad nepotes & remotos. Vt tamen conuenientius describatur, repetuntur aliqui de filiis Esau, ut ad nepotes procedatur. Primo ergo præmittuntur simplices personæ. Secundo in dignitate constitutæ. ibi:* Hi duces. *dicit igitur:* Hæ sunt generationes Esau pa. Edom. *Hic accipitur Edom pro nomine regionis Idumeæ. quę dicta est Edem ab Esau, qui altero nomine etiam; uocatus est Edom, vt prædictum est & ideo dicitur pater illius terrę, inquantum tale nomen accepit ab eo.*

5 Fueruntque, &c. *primogeniti Esau.*

6 Theman, *ex cuius nomine pater nominauit terram illam.*

7 Omar. *ille uocatur Omat. 1. Par. 1. b.*

8 Sephuc. *iste uocatur Sephi ibidem.*

9 Gathã, etc. *& iste Gether.*

10 Erat autem, &c. concubina. *hic accipitur concubina pro uxore secundaria, & admissa de uoluntate uxoris principalis, sicut supra dictum 25. ca. de concubina Abrahæ quę peperit ei Amalec, a quo denominati sunt Amalechitæ.*

11 Hi sunt filii Ada. *s. prędicti. Sed contra hoc uidetur, quia inter eos nominatur Amalec quem peperit Thamna, ut dictum est. Dicendum: quod fuit filius Thamna naturalis, & filius Ada adoptiuus, quia Thamna fuit concubina admissa ad matrimonium ipsius Eliphaz, sicut filii Bala nominantur filii Rachelis, supra c. 30.*

12 Hi duces filii. *quia aliqui de prenominatis ascenderunt ad ducatũ. Postquam nominauit eos, ut personas singulares, hic consequenter nominat eos ulterius ut duces. Circa quod notandum, quod de filiis Esau exierunt primo duces, postea reges, quia fecerunt sibi regem. Tertio iterum regnum reductum fuit ad ducatum, sicut filii Israel primo habuerunt iudices, postea reges a Saule usque ad captiuitatem Babylonis, & tertio duces post captiuitatem Babylonis. Primo ergo enumerantur duces qui pręcesserunt regnum in filiis Esau. Secundo reges. ibi.* Reges autem. *Tertio duces, qui fuerunt post regnum: ibi,* Hæc ergo nomina ducum. *Prima adhuc in duas. s. in partem principalem & incidentalẽ. secunda ibi:* Isti sunt filii Seir. *Ergo primo loquitur de ducibus qui descenderunt ab Eliphaz primogenito Esau, ibi,* Dux Theman, &cæt. *Secundo de ducibus qui descenderunt a Rahuel secundo filio Esau di.* Hi quoque filii Rahuel, &c.

F

13 Isti filii Seir, &c. *Hęc est pars incidentalis, quia supra dixerat, quod Thamna fuit concubina Eliphaz primogeniti Esau, quę fuit soror cuiusdam ducis illius terrę nomine Lotham, ut patet in litera, ideo occasione huius enumerauit duces illius terrę qui non fuerunt de genere Esau, dicens,* Isti filii Seir Horræi. *Iste Seir non fuit Esau: sed alius qui fuit ante eum, quod patet ex hoc quod additur.*

14 Horræi. *illi enim qui inhabitauerunt illam terram ante Esau & filios eius uocati sunt Horręi, sed filii Esau expulerunt eos de terra, & dominati sunt ibi, ut habetur Deuteron. 2. cap. & patet litera ex dictis usque ibi.*

15 Filii Lothan. &c. *Iste heman. 1. Paralip. uocatur abohiman:*

* 1 Filii

## MORALITER.

* † *Iste est Ana.* Per istum Anam qui interpretatur donatus mihi, intelligitur clericus deuotus sęcularis vel religiosus, qui est Deo donatus, ad seruiendum sibi humiliter & deuote, ideo subditur.

† * Qui

A a *Iste est Ana &c.* STRAB. Quidam simpliciter aquas calidas hunc in deserto reperisse dicunt quas vocamus Thermas. (vbi supra.)

I HIER. *Iste est Ana qui inuenit* יֵמִם, *iamim in deserto, cum pasceret asinos Sebeon patris sui.* Varia apud Hebræos de hoc capitulo dispu tantur. Apud Græcos enim & nostros silentium est. Alii putant iamim maria ap pellata. Iisdem enim scribuntur literis, & uolunt illum pascẽ tem asinos aqua rũ congregationes reperisse, q̃ iuxta idioma Hebreę linguę maria dicũtur, quia stagnum reperit quod in heremo difficile inuenitur. Nõnulli putant aquas calidas lingua punica, quę Hebreæ contermina est, hoc nomine significari. Sũt qui arbitrantur onagros hunc asinabus admisisse, & huiusmodi repe risse cõcubitum ut ueloci simina scerent asini qui uocãtur iamim. Alii dicũt quod equarum greges ab asinis primus fecit ascendi, ut muli contra naturam nascerentur.

B b *Isti duces.* De præcedentib. ait, q̃ de Seir, non de his quos incipit numerare qui de Esau sunt. (Habitates scdm q̃ ha bitarunt Historice.)

c *Reges autem.* Sciendum quod non omnes reges commemo rat, qui fuerunt antequam haberent reges filii Israel, quorum primus Saul, sed hos omnes tantum qui regnauerunt antequã moreretur Moses. *Reges autem.* Secũdum tempus quo uiuebat scriptor commemorat, cũ autem Seir, qui istos genuit, ibi habitaret nondum veniente Esau in terram illam, ab eo vocabatur terra Edõ. AVGVSTINVS. Non mirum: quod numerantib. ab Abraham per Esau patrem gentis Edom, ad quem per Rahuel filium Esau, & Chara filium Rahuel, & Iobab. filiũ Chara cui successit Balach, q̃ prim⁹ fuit rex in terra Edom usq; ad ultimum regẽ quẽ nominare potuit Moses, plures generationes inueniuntur, quam numerantur ab Abraham per Iacob usque ad Mosen. Illic enim inueniuntur fere 12. Hic autem usque ad Mosen fermè septem. Fieri enim potuit, ut ideo plures ibi nominarentur, quia citus moriendo plures alter alteri successerunt. sic contigit ut alium ordinem sequens Matthęus ab Abraham usque ad Ioseph quadraginta duas generationes numeraret. Lucas illo ordine non per Salomonem sicut ille, sed per Natham. 75. In illo enim ordine ubi plures numerantur citius mortui sunt quã hic ubi pauciores. (D in q. super Genes. — in q. super Genesin.)

Thamna. Et isti filiis Sobal 8 Aluham & Maneeth & Hebal & Sephi & Onan. Et hi filii Sebeon, 9 Achaia & † Anan. Iste est Ana, qui inuenit † aquas calidas in solitudine cum pasceret asinos Sebeon patris sui. Habuitque filiũ 1 Disan: & 2 filiã Oolibama. Et isti filii Disan 3 Hãdan & Elbã, & Iethram & Charan. Hi quoq. filii Heser, Balaã & 4 Zephan, & Achan. Habuit autẽ filios Disan, Hus, & Arã. 5 Isti duces Horræorum, dux Lotã, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, dux Dison, dux Eser, dux Disan. Isti duces Horræorũ, qui imperauerũt in terra Seir. Reges autem qui regnauerunt in terra Edõ, antequã haberent regem filii Israel, fuerunt hi. 6 Balach filius Beor, nomenque vrbis eius Denaba. Mortuus est aũt Balach, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Bosra. Cũque mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husan de terra Themanorum. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius, 7 Badadi, qui percussit Madian in regione Moab, & nomen vrbis eius 8 Ahuit: Cumque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Maserecha. 9 Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio 1 Roboth, Cumque & hic obiisset, successit in regnũ Balanã filius Achobor. Isto quoque mortuo, regnauit pro eo 2 Adad, nomenque vrbis eius, 3 Phou. Et appellabatur vxor 4 illius 5 Meetabel filia Mathred filię Amizaad: Hæc ergo nomina ducum Esau in cognationibus, & locis, & vocabulis suis, dux Thãna, dux 6 Aluha, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinõ, dux Genez, dux Themã, dux Maspar, dux 7 Mabdihel, dux Hirã. Hi duces Edom habitantes in terra imperii sui, ipse est Esau pater Idumæorum. 8 Habitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua peregrinatus est pater suus. Et hę sunt generationes eius.

a Non qui in libro numerorum legitur conduxisse Balaan ariolum ipse enim rex Moab & filius Sephor. Iste rex in Seir, & filius Beor.

a Vel Cophim.

(Marginalia: 1 Dison. 2 Dison. 3 Hamdã & Esban 4 zauan & Acan. 5 Hi. 6 Bela. E 7 Badad 8 Auith 9 Masieca 1 Rohob. 2 Adar 3 Phau 4 Eiu 5 Metab. filia Ma-tred filiæ Mezaab. 6 Alua 7 Magdiel 8 Principiũ est capi 15.34. habitauit. Iacob terram Chanaan habitat.)

p *Husan.* HIERO. Quem quidam suspicantur esse Iob. ut in fine uoluminis ipsius additum est, sed Hebræi asserunt eum de stirpe Nachor generatum ut iam supra dictum est. (Iob. in q. Heb. E)

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

(Historica) 1 Filii Sobal Aluham, &c. *hic 1. Paralipomen. vocatur Aliban.*

2 Et hi filii Sebeon, &c. *Hebræi dicunt, Mulas in solitudine dictio enim* ימים *iemim quæ ponitur lingua Punica, quæ affinis est Hebreæ, significat calorem aquarum, & hanc significationem secuta est translatio nostra, & secundum hoc exponitur de aquis calidis orientibus per modum fontis & exeuntibus de terra, vbi sunt venæ sulphureæ, ex quibus aqua cõtrahit calorem, cuiusmodi fontes in pluribus terris inueniuntur. Hebræi autem dicunt, quod fecit ascendere asinos super aquas & sic adinuenit modum generationis mularum, quæ generantur ex asino & equa. & hoc videtur concordare literæ sequenti, cum dicitur.*

3 Cum pasceret, &c. *Aliqui libri habent asinas, sed falsa est litera.*

4 Hamdan. *Iste vocatur Hamaran. 1. Paralipom.*

5 Et Achan. *Iste vocatur Iachan. ibidem.*

6 Reges autem. *Hic reuertitur scriptura ad enumerandum reges de stirpe Esau in terra Edom. antequam filij Israel haberent regem.*

(Balach.) 7 Balach filius Beor. *iste non est Balach qui conduxit Balaã ad maledicendum filios Israel, vt habetur Num. 22. a. quod patet ex hoc quod iste dicitur filius Beor, ille autem filius Sephor. Item quia iste dicitur rex Edom, ille autem fuit rex Moab.*

(Iobab.) 8 Et regnauit pro eo Iobab. AVGVST. *super hunc locum &* AMBRO. *super epistolam ad Rom. dicunt quod iste Iobab fuit ipse Iob, sed Hebræi dicunt contrarium, dicentes, quod descẽdit de Nachor fratre Abrahæ, ut supra dictum est 22. cap.*

9 Filius Badad. *j. Paralipo. vocatur Badad, & nomẽ vrbis eius Phau. & 1. Paralipo. dicitur Phau, & appellatur vxor eius Meezabel filia Matred filiæ Amizaad. Ista Meezabel dicitur hic filia duorum hominũ, quia fuit filia vnius naturalis, & filia adoptiua alterius, ut supra expositum est de Oolibama.*

10 Hęc ergo nomina ducum. *dicunt hic aliqui quod reges prædicti non numerantur, nisi illi qui regnauerunt vsque ad tempus Mosi, & tacentur illi q regnauerũt vltra de stirpe Esau. Item dicunt, quod duces qui numerantur post illos reges secundum veritatem historiæ præcesserunt, sed post reges enumerantur propter regiam dignitatem. Sed falsitas vtriusque dicti apparet per illud quod habetur. 1. Paralipo. vbi sic dicitur* Adad autẽ mortuo duces pro regibus in Edom esse cœperunt.

11 Dux Thamna. &c. *Ex quo patet quod iste Adad, qui vltimo nominatur in regibus fuit vltimus rex, quia ei successerunt duces qui post eum enumerantur, Ex quo patet quod isti duces non præcesserunt reges. Dux Thamna. dicunt aliqui quod ista fuit concubina Eliphaz. Et Oolibama, quę post nominatur, fuit vxor Esau, sed nominantur inter duces propter animositatem ipsarum, sicut Delbora nominatur inter iudices Israel vt habetur Iudicum 4. a. Sed istud procedit ex suppositione falsitatis prædictæ, scilicet quod duces hic numerati præcesserunt reges prænominatos, quia certum est, quod Thamna & Oolibama mulieres, præcesserunt prædictos reges, et ideo dicendum et Thamna et Oolibama non sunt hic nomina mulierum, sed virorum, quia in Hebræo bene inueniuntur aliqua nomina propria quæ sunt æquiuoca ad virum et mulierem, tamen secundum veritatem Hebraicam Thamna prout hic describitur pro viro, aliter punctatur in Hebræo, quam vbi supra ponitur pro muliere, sed ista differentia non est bene perceptibilis in Latino.*

12 Dux Aluha. *j. Paralip. nominatur Aliba.*

13 Dux Mabdihel. *Hebræi dicunt, quod ab isto descendit regnum Romanorum.*

14 Habitauit autem Iacob. *Illud subditur ad ostendendum separationem ipsius Iacob ab Esau, propter quod introductum est istud capitulũ.*

*In cap. 36. vbi dicitur in postilla dux Mabdihel.* ADDI.

## MORALITER.

† *Qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos pa. sui.* Pater enim talis clerici uel religiosi, est superior suus uel prę latus cuius asinos pascit quando ad eius uoluntatem humili tatis officia libenter facit, & inuenit aquas calidas per quas designatur lachrymę contritionis ex recordatione suorum peccatorum, & lachrymę deuotionis ex dilatione cælestium bonorum.

A

ADDITIO.

Dicere quod regnum Romanorum descendit a duce Mabdibel qui ab Esau descendit, est manifeste falsum, & a Iudaeis fictum. falsitas enim huius patet ex hoc. nam Romani, qui Cethim dicuntur in Hebraeo secundum translationem Chaldaicam descendunt a Ianan, qui quidem Ianan descendit à Iaphet filio Noe, vt habetur Genesis 10.a. Mabdibel vero descendit ab Abraham, & per consequens a Sem filio Noe, & sic patet maxima distantia inter generationem Mabdibel, & generationem Romanorũ. quod autem hoc falsum sit, & a Iudaeis fictum, patet ex hoc, nam ipsi communiter fingunt quod regnum Romanorum, quod est quarta bestia in reuelatione Danielis contenta, est vnum & idem cum regno ecclesiae, quod est falsum, vt habetur in additione super Danielem 7. in responsione ad quartum argumentum. Similiter fingunt, quod regnũ ecclesię & Christianorum descendit ab Esau. vnde in Thalmudica doctrina nefanda ecclesiam Christi & Romanum Imperium quod vnum & idem dicunt, communiter Idumaeam vocant, & istũ modum nominandi tenent Hebraei vbicunque sunt, & sic mala quae de Idumaea dicuntur & praenosticantur in libro Abdiae prophetae, & in alus, intelliguntur esse dicta de ecclesia, quod est falsũ & nullius fundamenti, vt in praedicta prophetia Abdiae domino concedente declarabitur.

D

REPLICA.

In c. 36. vbi postillator solum narrat opinionem Hebraeorum de origine & ortu Romanorum. Burgen. audacter Iudaeos inuadit faciens videri suã demonstrationem de re multum dubia, puta de origine Romanorum quae quam dubia sit Isido. 15. etymo. ostendit dicens. De authoribus vrbium plerunque dissensio reperitur, adeo vt nec vrbis quidem Romanae origo possit diligenter agnosci. Nam Salustius a Troianis, Virgilius ab Euandro. Alij conditam à Romulo contendunt, & quo ad tempus alij scribũt millenario quadringentesimo. lxxxix. alij quarto millenario quadringentesimo quadragesimoseptimo. Si ergo tantae ciuitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitetur, vnde historicos nec commentatores varia dicentes imperite condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creauit errorem, haec Isido. Sed quia Burge. in Hebraeorum erroribus edoctus, per hanc additionem pro fide certare videtur contra eorum perfidiam, tãceat, cum non sit singulariter contra postillatorem.

CAP. XXXVII.

b Ioseph cum sedecim, &c. AVGV. Quomodo poterit mors Isaac. xvij. annorum Ioseph inuenire, sicut scriptura videtur ex ordine narrare? inuenire difficile est. Si enim post mortem aui sui Isaac. xvij. annorum fuit, quando eum fratres in Aegypto vendiderunt, pater eius Iacob xvii. anno filii sui Ioseph. cxx. annorum fuit. Genuit enim eũ Isaac cum esset annorum. lx. sicut scriptũ est. Vixit ergo Ioseph postea cxx. annos quia centesimo octogesimo anno mortuus est. Idcirco dimisit filios cxx. annos habentes, Ioseph autẽ xxx. annorũ fuit quando apparuit in conspectu Pharaonis. Secuti sunt autem 7. anni vbertatis, & duo famis, donec ad eum pater cũ fratribus uenit. Triginta ergo nouem annos habebat Ioseph, quando Iacob introiuit in Aegyptum, qui tunc (sicut Pharaoni dixit) cẽtesimum tricesimũ annũ agebat etatis. Cẽtũ autẽ annorũ erat Iacob, qñ erat Ioseph 10. & 7. qđ uerũ esse non pôt. Si enim 17. anno Ioseph, Iacob cxx. agebat tricesimono anno Ioseph non cxxx. sed cxl. duos agebat annos. Si aũt die mortis Isaac nõ dum erat Ioseph, x. & 7. annorum sed aliquanto post mortem aui ad 17. peruenit annum. Quo anno, testante scriptura uenditus est in Aegyptum plusq̃ cxlii. annorũ debuit esse pater eius, quando filium in Aegyptum secutus est. Scriptura enim postquã narrauit ultimũ annũ uitę Isaac cẽtesimum octogesimũ, & eius mortẽ, et sepulturã, deinde memorauit quomodo digressus est Esau a fratre suo de terra Chanaã in mõte Seir, & cõtexuit memorationẽ regũ & principũ gẽtis illius in qua se constituit, uel qua propagauit Esau. postea de Ioseph sic intulit. Habitabat Iacob in terra Chanaã. haec autẽ pro curante Iacob, Ioseph. x. & vij. annorũ erat pascẽs cũ fratribus oues. Deinde narrantur causae somniorum, quomodo odiosus factus sit fratribus & uenditus. Aut ergo eod. x. & 7. anno, aut aliquanto maior uenit in Aegyptum, & quolibet modo manet quaestio. Si enim x. & 7. annorũ fuerit post mortẽ aui, quando pater eius cẽtum x. annorũ fuit: profecto anno eius xxxix. quando Iacob uenit in Aegyptum, cxlii. annum idẽ Iacob debuit agere. fuit autẽ cxxx. Si ergo x. & 7. annorum Ioseph uenditus est, ante 12. annos quam moreretur auus eius, uendit⁹ inuenitur. Decẽ enim & septẽ annorũ esse nõ potuit, nisi ante duodecim annos mortis Isaac centesimo et octauo anno uitae patris sui Iacob. His enim cum adiecerimus uiginti duos annos, quib. usq. ad aduẽtum patris sui fuit in Aegypto, fient anni Ioseph triginta et nouẽ, et Iacob cẽtum triginta, et nulla erit quęst. Sed quia scriptura post mortẽ Isaac hęc narrauit, putatur Ioseph post mortẽ eius decẽ et septẽ annorum fuisse. Intelligamus ergo de uita Isaac, tanquam multum decrepiti tacuisse scripturã cum iam de Iacob & eius filiis loqueretur, uiuo tamen Isaac decem & septem annorum coepit esse Ioseph.

b Et erat cũ filii Balae &c. Ioseph unus ex duodecim filii Iacob pręcae-

In q. super Genesin. Historice.

Ioseph pascens gregẽ accusauit fratres.

CAP. XXXVII.

a Christus. b Quod esse coepit ante mortem Isaac, Perfectae. s. vitae & doctrinae.

IOSEPH cum sedecim 1 a Euangelico pane. esset annorũ, pascebat † a Oues sibi a patre commissas. b Apostolis. gregẽ cum fratrib. suis adhuc puer. Et erat cũ 2 filiis Balę, & Zelphę vxorũ patris sui. Accu- 3 sauitque fratres suos apud patrẽ crimine^a pessi- 4

a Quod est fraternum odium, vel quod cum pecurib. miscebantur, vel solum Ruben accusauit pro concubina patris, vt per synecdochen partem a toto accipiamus, non enim omnes accusauit.

E

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXVII.

1 Ioseph cum sede, &c. Hic consequenter describitur ipsius Iacob status, quantum ad descensum in Aegyptum, Ad hoc enim uenditus est Ioseph in Aegyptum, ut fratribus & patri locus prepararetur, secundum quod scribitur in Psal. ciiij. Misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph. Et ideo primo agitur de descensu in Aegyptũ quantum ad ipsum Ioseph. Secundo quantum ad fratres eius. xlij. cap. Tertio quantum ad patrẽ & familiã xlvi. cap. Adhuc primo agitur de ipsius Ioseph uenditione. Secundo de eius promotione cap. xxxix. Prima adhuc in duas, in partem principalem, & incidentalem. xxxviij. cap. Circa primum describitur uenditio ipsius Ioseph, ubi primo describitur venditionis occasio. Secundo uenditi conditio, ibi, Cumque fratres illius. Tertio uenditionis forma et ordo, ibi. Qui cum uidissent. Quarto facti relatio, ibi. Tulerunt autẽ. Circa primum sciendum, quod occasio uenditionis Ioseph fuit triplex. Prima fuit fratrum suorum accusatio. Secunda patris dilectio, ibi, Israel autẽ. Tertia futurorum praeuisio, ibi, Accidit, quoque, Circa primum pręmittitur tempus, cum dicitur.

1 Ioseph cũ sedecim esset annorũ. In Hebręo habetur 10. et 7. annorum, nec est contrarietas. Ioseph enim tunc erat in 17. anno nondum tamen completo, translatio autem nostra numerat tantum annos completos Hebraica lingua cum hoc numerat annum incompletum.

2 Et erat cum filiis, &c. Filij enim Liae despiciebant eos, et reputabãt eos, quasi seruos, et ideo Ioseph, qui erat de principali uxore faciebat eis societatem ad eorum consolationem.

3 Accusauitque fratres suos apud pa. Videbat enim quod eius correctio fraterna non ualebat apud eos, maxime cum esset eis iunior, ideo denunciauit patri, qui edoctus de excessu efficacius eos corrigere poterat, et debebat, et ideo non peccauit fratres accusando, cuius contrarium dicunt Iudaei et male, sed magis fecit actum uirtutis iustitię.

4 Crimine pessimo. Dicunt aliqui, q̄ accusauit solum Ruben de hoc, q̄ dormierat

Causae uenditionis Ioseph.

Crimẽ pessimum.

MYSTICE.

1 Ioseph cũ sedecim. Ioseph a patre pdilectus figura fuit dñi nri Iesu Xpi, de quo dicit De⁹ pater Mat 2. d. Hic est filius meus dilecti⁹.

† Pascebat gregẽ patris sui. Christus enim fideles pauit pabulo verbi & exempli. Act. i. a. Coepit Iesus facere & docere, &c.

2 Et erat cũ filijs, &c. quae fuerãt ancillae pp q̄ earum filii erant in gradu humiliori pp q̄ per ipsos, designantur apostoli. cũ q bus fuit Xps, dicens eis Matt. xi. d. Discite a me. quia mitis sum, &c.

3 Accusauitq. frates suos apud patrem. i. scribas, sacerdotes, & Pharisaeos, eorum vitia arguendo, vt patet in euangelio: Fecitque ei tunic.

MORALITER.

1 Ioseph cum sedecim esset an. Ioseph autem, qui interpretatur accrescens, significat iuuenẽ secularẽ vel religiosum aptum ad omne bonum, & iste pascit gregem cum filiis ancillarum, id est, humilitatis officia facit, & cum humilibus.

3 Accusauitq;, charitatiue denũciãs ei qui pest, & prodesse pôt

Fecitque

A prae caeteris patri dilectus, Christum significauit, quē Deus pater secundum carnē natum caeteris fratrib. ex Abrahę stirpe progenitis praetulit. Vñ amabat eum Iacob, *eo quod in senectute genuisset eum.* senescente enim mundo filius Dei de virgine natus fuit tanquam filius senectutis.

*Et erat cum, &c.* In primitiua ecclesia nec abiiciebat sibi adhęrentes per praedicationem pseudo apostolorū quos significāt ancillae Iacob, quos & noluit prohibere cum in noīe eius miracula facerent.

a *Diligebat Ioseph quia er.fi.etc.* PROC. Si ꝓpter ea tenerius amabat Iosephus, certè magis fuisset amādus Beniamin, qui natu erat minim'. Verū cōstat eū fuisse minorē illis decē, quorū sui dia ꝓmebat. Deīde erat primogenit' respectu illorū, qpostea ex Rachele processere.

* THEO. Diligebatur a patre, tū vt serò genitus, tum vt Rachelis filius, tum ēt vt eximia virtute praeditus.

b *Fecitq; ei tuni.* HIER. Pro tunica varia Aquila interpretatus est astrologon, id est, talarē, Symmachus manicatam, siue quę ad talos vsq; descēderet, & manibus artificis mira esset varietate distincta, siue quod haberet manicas. Antiqui .n. magis colobiis, id est, vestibus sine manicis vtebantur.

* AMB. Quid miratis si propter fundum aut domū oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia?

GREGOR. Quia Ioseph inter fratres vsque ad finem vitae iustus perseuerasse describitur, solus talarem tunicam habuisse perhibetur. Quid est talaris tunica, nisi actio cōsummata? Quasi enim protensa tunica talum corporis operuit, dum bona actio ante oculos Dei, vsque ad terminos vitae nos regit. Vnde Moses caudam hostiae offerri praecepit, vt opus bonum, quod incipimus, perseueranti fine compleamus.

c *Videntes autē, &c.* Fratres Xpi secundum carnem Iudaei, de quorum cognatiōe carnem suscepit. Sed quia videbant, quod gratia virtutū ī eo fiebat, quod testabatur patris praecipuam dilectionē, inuidebant, nec poterant ei quicquā pacifice loqui, & saepius insidias tentabāt, & patrē familias ī Beelzebub principe dęmoniorū dęmonia eiicere blasphemabant.

* CHRYS. Hic morb. ab initio & Caym vt fratrē occideret armauit. Et sicut isti propter beneuolētiā patris quam erga pue rū declarabat & odio illū ꝓseqbātur, & impugnare moliebāt, & quotidie ipsi' cędē parturiebāt.

d *Putabam, &c.* THEOD. Manipulorum somniū praesignat fratrum frumenti gratia in Aegypto adorationem.

ISID. Hoc spaliter in Chrsto impletum tum est. Vñ, *Adorabunt eū oēs reges, o.g.ser.ei,* ꝑ fidē. s. bonorum operum manipulos offerētes, Ipse est, quē sol, luna, & stellę adorant, ſm illud, *Laudate eū sol & luna, laudate eū oēs stellae & lumen,* Ipsum enim adorat sanctorum excellētia, tanq̃ sol, & ecclīae claritas tanq̃ luna, & omnium populorū numerositas in stellarum figura.

e *Num ego, &c.* Quaeri potest ſm literam quando à patre adoratus sit qui per solem, & à matre, quae per lunam designatur.

*Marginalia:* Ioseph à patre dilectus. — *ex multis liciis confectam. — † Pacificū — primum somnium Ioseph. — In cap. 37. — Quaest. 93. — In q. Hebraicis. — Lib. de Ioseph c. 3. — Hom. 25. in euang. — † Ioseph fratribus suis. — * quaeso. — † colligare — † stantem. — Homi. 61. — Alterum somnium Ioseph. — * suus. — Psal. 71. b. — Psal. 148. a.

---

### [Textus]

a ¶ Deus pater. b ¶ Christum. c ¶ In humano genere.
a ¶ scilicet mundi incarnari fecisset. b ¶ Alleg. Tunicam polymitam, id est, varietatem populorum ex omnibus gentibus congregatam in Christi corpore.
¶ Adhęrentem sibi ecclesiam ex omnibus gentibus. ¶ Per gratiam virtutum.
a ¶ Iudaei secundum carnem: b ¶ Deo.
a ¶ Non est hic homo a Deo, qui sabbathum non custodit. Ioan. 9. c.
a ¶ Alias dixit Ioseph fratribus suis.
a ¶ In resurrectione.
a ¶ Christo flectitur omne genu caelestium, terrestium, & infernorum.
a ¶ Quasi dicant Iudaei: Non habemus regem nisi Caesarem. Ioan. 19. c.
a ¶ Quia sibi prophetias aptabat dicens, Moses de me scripsit & pro phetae.
a ¶ Repetita est per alias imagines futurorum confirmatio.
a ¶ Sanctorum excellentia.
a ¶ Ecclesię claritatem. b ¶ Populorum multitudinem.
a ¶ Hęc increpatio duritiam significat Iudaeorum, qui Christum contemnunt, quia ex se natum cognoscunt.
a ¶ Vel nunquid. b ¶ Quasi sol. c ¶ Quasi luna. d ¶ Quasi stellę.

a mo. 1 Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod 2 b in senectute genuisset eum. Fecitque ei tunicam polymitam. 3 † Videntes autem fratres eius, quod a patre plus cunctis filiis amaretur: oderant eum, nec poterant ei quicquam † pacifice loqui. 4 Accidit quoq; vt visum somnium referret fratribus suis, quae causa maioris odii seminarium fuit. Dixitque † ad eos: Audite * somnium meum, quod vidi. Putabam † ligare nos manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & † stare, vestrosque manipulos circunstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius: Nunquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuae? Haec ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiae & odii fomitem ministrauit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait, † Vidi per somnium, quasi solem, & lunam, & stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus retulisset, increpauit eum pater * & dixit: Quid sibi vult e hoc somnium, quod vidisti? 5 Num ego & mater tua, & fratres tui

---

## NICOLAVS DE LYRA.

*dormierat cum Bala, vt supra dictum est 35. c. scriptura tamen loquitur ac si accusasset omnes eo modo loquendi, quo factum vnius de communitate aliqua imponitur alijs de eadem communitate, & tali modo loquēdi vtitur scriptura Matth. 16. a. vbi de vnguento effuso super caput Christi dicit,* Indignati sunt discipuli, dicētes. Vt qd perditio haec? *Et tñ vnus solus de hoc murmurauit. s. Iudas Scariothis, vt habetur Io. 12. a. Sed istud non est uerisimile, quia infra eo. c. dicitur, quod cum alij fratres vellent Ioseph occidere, solus Ruben intendebat eū liberare de manibus eorum, & reddere patri suo. Alij dicunt, quod accusauit eos de coitu cum bestiis, sed hoc est turpe dicere de patriarchis, maxime cū* Hebraica litera nō habeat: Crimine pessimo, *sed hic habet,* Et retulit patri rixā eorū pessimam. *& istud concordat cum eo quod dictū est supra, quod filij Liae dispiciebant ancillarū filios, & ex hoc erat odiū & contentio inter eos, & istud in trāslatione nostra vocatur* crimen pessimum, *quia sicut fraterna charitas quid optimum dicitur, ita ecōtrario odium fraternum crimen pessimum nominatur.*

1 Israel autem. *Hic ponitur secūda occasio venditionis Ioseph. s. quia plus caeteris fratrib. amabatur, cuius causa subditur cum dicitur.*

2 Eo quod in senectute, &c. *Virtus. n. generatiua in senectute debilior est, & ideo tunc solent generari pueri magis defectuosi et imperfecti, & Ioseph econtrario erat fratrib. suis gratiosior moribus & corpore, & ideo hoc uidebatur ex speciali dono Dei procedere, propter quod erat patri magis amabilis.*

3 Fecitq; ei tu. po. *In Hebraeo habetur* tunicam sericam. *Ille enim pannus sericus de quo erat tunica, erat ꝑlurib. coloribus decoratus, & ideo dicitur illa tunica polymita. Nam* πολύμιτον *dicitur à* πολυ *multum &* μιτος, *filum seu licium quia erat pluribus licijs contexta.*

4 Accidit quoque. *Hic ponitur tertia occasio venditionis Ioseph. s. visio ostensa in somnis, per quam praefiguratur, quod Ioseph deberet in posterum dominari fratrib. suis, & secundam uisionem vidit ad hoc pertinentem, vt esset certū indiciū futurae veritatis, & patet lite. vsq; ibi.*

5 Num ego & ma. tu. &c. *Ex hoc autem dicunt aliqui, quod venditio Ioseph*

*Marginalia:* Qñ venditio Ioseph facta.

## MYSTICE.

3 *Fecitque ei tu. p.* Deus enim pater homini Christo fecit vestem animae ex omnibus donis, & charismatibus contextā. Sequitur postea. † *Vade, &*

## MORALITER.

3 *Fecitque ei tu. p.* Id est, varietate decoratam.

* *Dixitque, &c. manipulos, &c.* Huius autem manipulus stat erectus, id est, eius opera bona, stabilia sunt perseuerādo, malorū vero manipuli inclinantur. Nā instabiles sunt in operib. suis.

† *Vidi per som. quasi solem & lu. &c.* Per solē intelligit sapiētia, quae est cognitio de diuinis, per lunā vero prudentia, quae est de agibilibus humanis, per stellas 11. intelligunt vndecim virtutes morales, quas ponit Philos. in Ethic. scil. fortitudo, temperātia, liberalitas, magnificētia, magnanimitas, philotimia, mansuetudo, amicitia, veritas, eutropolia, iustitia. Hęc. n. ad ornant virtuosum, quia reddunt ipsum ab aliis honorandū. Sed quoniā ista faciunt ipsū inuidis odiosum, iō quātū possunt, spoliant eū tunica, imponentes sibi falsò crimina, & vendūt ipsum per occultas machinationes. Sed virtuosus (exemplo Ioseph) omnia sustinet patienter, qui vtiq; est vere bonus, & tetragonus sine vituperio, vt dicitur Ethicor. 1.

A gnatur. Neque enim Iacob, quando descendit in Aegyptũ, legitur adorasse eum. Mater vero iam defuncta erat, sed ad allegoriam recurramus, quæ in Christo impletur.

Ex catena Græca.

✻ GENNADIVS. Nihil mirum si matre eius defuncta, cum sole tamen vndecimq; stellis lunã quoque ad pedes suos supplicem viderit: nõ enim insomnia ad vnguem reb. respondẽt. Quanquam & aliæ fratrũ vxores supererant adhuc, & Rachel si nõ re, potẽtia vt aiũt i persona Iacob cõtinebatur. Nũquid vero id de Maria & Ioseph vaticinat' est Xpo supplicaturis? Hebræi ad Balã hoc referunt, q̃ puerũ matris loco educauit.

a *Cumq; fratres* B *illius &c. in pascendis gregibus. Vsque renuntiamihi, &c.* ISID. Iacob mittit filium, vt de fratribus curã gereret, & Deus pater filium vnigenitũ, vt gen⁹ humanum peccatis languidum visitaret. Vnde Galat. capite quarto a. *Misit Deus filium suum in similitudinem car. pec.* Missus est Ioseph, vt videret, si cuncta prospera essent erga oues. Et Christus ait, Matt. decimoquinto, c. *Non veni nisi ad oues, q̃ perie. dom⁹ Israel.*

D ✻ AMBROSIVS. Videbat ergo futuræ incarnationis mysteria, qui filium mittebat ad fratres, vt videret si recte sunt oues. Quas oues iã in illo patriarche studio requirebat nisi eas de quibus ipse Dominus in Euangelio dixit, *Non veni nisi ad oues perditas domus Israel.*

Vbi supra

adorabimus te super terram? Inuidebant igitur ei fratres sui: pater vero rem tacitus cõsiderabat. Cumq. fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem: dixit ad eum Israel: Fratres tui pascũt oues in Sichimis: veni mittam te ad eos. Quo respondente, presto sum, ait: Vade, & vide † si cũcta prospera sint erga fratres tuos, & pecora, & renuncia mihi, quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichẽ. Inuenitq; eum vir errantẽ in agro, & interrogauit, quid quereret. At ille respondit: Fratres meos quæro: Indica mihi vbi pascant greges. Dixitque ei vir: Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothaim: Perrexit † ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim. Qui cum vidissent eum procul antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere, & mutuo loquebantur: Ecce somniator venit: Venite occidamus eum, & mittamus † in cisternam veterem, dicemusque: fera pessima deuorauit eum. Et tunc apparebit, quid illi prosint somnia sua. Audiens ✻ hoc Ruben, nitebatur liberare eum de

Interlinear glosses: a Pharisæi. — a Pharisæi. b Subditis sibi populis. — a Quæ interpretatur humerus: quia pressi onere legis. b Deus pater. c Ad quos visitandos mittit pater filium, qui curam eorum gereret. d Pressi onere legis. — a Incarnatum. b Visitandos. c Obediens vsque ad mortem. — a Vt videat si si est intelligens, aut requirens Deum. b Phariseos. c Subditos. — a Propheticus sermo. b Querentem quis se agnosceret, & non inuenientem. — a Non inuenienti Iudæos quos quærebat. b Respondit sermo propheticus: omnes declinauerunt simul inutiles, &c. Ps. 13. a — a Defectionem. — Quia credere nolebant. — a Sic Iudæi cogitauerunt Christum occidere, & consilium statuerunt dicentes: Io. 19. a Crucifige, crucifige eum. quod & aliis verbis dicitur Hierem. 11. d. Mittamus lignum in panem eius, non memoretur amplius, &c. b Iudæi verba Christi somnia reputant. — Deleamus nomen eius. — a In infernum. — a Iudaica sæuitia. vnde Matth. 10. b. Ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos. — Vanilo quia sua.

† Pacẽ fratrum tuorum & pacem pecorũ. Hebr.

† Itaque.

Fratres Ioseph consultant de illo occidendo.

† Autem.

1 2 b *In Dothaim.* † Defectionẽ. In grandi. n. defectione erãt, qui de fratricidio cogitabant.

c *Ruben.* Præuidens hoc sermo ppheticus quẽ Ruben significat (q interpretatur visio filii) propheticis cõminationib. deterrebat, vt innocentes se seruarent a sanguine Christi fratris sui secundũ carnem.

3 ✻ EVSTACH. 4 Tametsi Rubẽ, & Iudas fratris cõsulerent incolumitati, alios tñ ab incepto penitus

E † In vitam cisternarum vel cisternã aliquam aut fouea. n. Ruben eripit ipsum ne occidatur.

## NICOLAVS DE LYRA.

io Ioseph fuit facta matre sua adhuc viuẽte, cuius mors descripta est supra 35. c. quia sicut frequenter dictum est, prius facta aliqñ posterius scribuntur & econuerso. Ad probationem autem dicti sui dicunt, & verum est, quod Ioseph venditus fuit 13. annis ante mortem Isaac, quia Ioseph in vniuerso vixit 180. annis, vt supra dictum est 25. c. Itẽ Isaac 60. erat annorum, qñ natus fuit Iacob, ut supra dictum est 25. c. quib. subtractis de annis Isaac, remanent 130. anni de uita Isaac post natiuitatẽ Iacob. Item Iacob erat 130. annorũ, qñ descẽdit in Aegyptum, post mortem Isaac. 10. annis tantum. sed uenditio Ioseph præcessit descensum Iacob in Aegyptum 23. annis, quod patet sic, qa Ioseph 16. erat annorum qñ fuit uendit, ut habetur in prin. huius c. & 30. erat annorum, qñ fuit factus præpositus terræ Aegypti, ut habetur infra 41. c. a quibus si subtrahantur anni 16. qui præcesserunt eius uenditionem, remanent 14. usque ad tempus quo factus est præpositus, & inde usque ad descensum Iacob in Aegyptum fuerunt 9. anni, septẽ fertilitatis, & duo famis, vt habetur inf. 45. c. & sic patet, quod uenditio Ioseph præcessit descensum Iacob in Aegyptum 23. annis, sed mors Isaac pcessit dictum descensum x. annis tantum. Ex quo concluditur, quod Ioseph fuit uendit⁹ ante mortẽ Isaac 13. annis, & ex hoc volunt isti concludere, quod uenditus sit uiuẽte adhuc matre sua, qñ Iacob ueniebat de Mesopotamia, & antequam venisset ad patrẽ suum Isaac. Sed istud videtur contradicere textui, quia inf. c. isto dicitur, quod Ioseph missus fuit de Hebron a patre ad visitan C dũ fratres suos. Ex quo patet, quod ibid. manebat Iacob, qñ Ioseph fuit uenditus, & certum est, quod ibidem manebat Isaac, qñ Iacob venit ad eũ rediens de Mesopotamia, ut habetur supra 35. c. Ex quo patet quod Ioseph fuit uenditus, postq̃ Iacob uenerat ad Isaac patrem suum, & aliquo tpe manserat iuxta eum, sed mater Ioseph mortua fuit, anteq̃ Iacob veniret ad patrem, ut habetur supra 35. c. Ex quo patet, quod Ioseph uenditus est post mortem matris suæ. Itẽ hic dicit, quod Ioseph vidit in somnis solẽ, & lunã et stellas undecim adorãtes eũ, & per undecim stellas intelligebantur vndecim fratres eius. Ex quo patet, quod Beniamin, qui erat undecimus frater suus, iam erat natus, & certum est, quod mater Ioseph mortua erat in partu Beniamin, vt habetur supra 35. c. & sic patet, quod uenditio Ioseph fuit post mortem matris suę. Nec ualet p dicto contrario, quod uenditus sit ante mortẽ Isaac 13. annis, quia per hoc non concluditur, quod Rachel adhuc uiueret, quia ex scriptura non habetur quod annis Iacob steterit cum patre, postq̃ venit ad eum, nec ex alio loco scripturæ potest concludi dictum eorum. Aliter exponit, quod prædictum est. Nũ ego & mater tua, &c. Iacob. n. uidens inuidiam, & odium filiorum suorum contra Ioseph pp somnia prædicta, volens eos pacificare, dixit: Nũ ego & mater tua, &c. ac si diceret, mater tua iam mortua est, & per cõsequẽs nõ posset te adorare, & ideo videtur sõnium friuolũ, quantũ ad istam partẽ, & eadẽ rõne de adoratione fratrũ tuorũ.

1 Pater vero rẽ tacitus considerabat. *Licet enim loquẽdo coram filijs uideretur annihilare somnium, tamen intra se cogitabat, quod uere esset præsagium dominationis ipsius Ioseph futuræ, quia per solem bene pater figuratur, cum sit principiũ caloris & vitę, pp quod 2. de Anima, Sol dicitur pater virorum, deorumque. Et per lunam, quę habet dominiũ super humida, intelligitur mater, quod est princiũ passiuũ in generatione, & eadem ratione per stellas intelliguntur filii, quia recipiunt lumẽ a sole. Sed quæritur, quõ verũ sit, quod mater eũ adorauerit, cum secundũ expositionem istam iam mortua esset. Ad quod dicendum est, quod ipsa in se non adorauerit, sed in prole sua. s. in ipso Beniamin, nec secundum aliam expositionem, quam improbaui, potest dici, quod ipsa adorauerit in persona propria, quia certũ est, quod non descendit in* Aegyptum *cũ Iacob sed mortua, fuit diu ante. Hebræi autem dicunt, quod mater* Ioseph *vocatur hic ipsa Bala, quæ nutriuit eũ in sinu suo, quæ etiam mortua Rachele vocata est mater ipsius* Ioseph.

2 Cumque fratres illius. *Hic consequenter describitur uenditi cõditio. Et primo quantum ad eius prõptam obedientiam ad obsequendũ patri, cum dicitur.* Præsto sum. *Secundo, quantum ad magnam diligentiam fratres suos quærendo, cum dicitur.* Fratres meos quæro, indica mihi ubi pascant greges. *Cætera patent.* F

3 Quicum vidissent eum procul. &c. *Hic consequẽter describitur uenditionis ordo, ubi præmittitur tractatus de ipsius morte. Secundo de venditione. ibi.* Et sedentes, *Circa primum sciendum, quod ex odio, q fratres Ioseph contra eum cooceperant, statim cum viderunt eum a longe uenientem, deliberauerunt eum interficere, ne de cætero posset habere dominium super eos.*

4 Ruben. nitebat. &c. *Ostendendo fratribus horrorem fratricidij, & ✻ offensam Dei,*

## MYSTICE.

† *Vade & vide si. cũcta.* &c. Per q signatur, quod Christus a patre specialiter fuit missus ad Iudæos, qui fratres eius erant secundum carnem. Propter quod dicit Math. 15. c. *Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.*

*Ecce somniator venit.* Scribæ namque & sacerdotes, Christi doctrinam reputauerunt sicut vana somnia falsa.

*Nudauerunt.*

penitus deterrere non audent, sed agunt de cõmutanda iniuria propterea ꝙ nouerant Simeonem & Leui cædibus assuetos & immites aliter odium non remissurum.

a *Nudauerunt eum, &c.* ISID. Et Iudęi Christum per mortem expoliauerũt tunica corporali & polimyta, id est, decorata omniũ virtutum diuersitate. Resperserunt autem tunicã sanguine hœdi, quia falsis testimoniis eum accusantes in inuidiam peccati deduxerunt. Ioseph mittitur in cisternam, id est, in lacum, & Christus expoliatus carne humana descendit ad infernum.

b *Viderunt viatores Isma.* AVGVSTINVS. Quæritur quare Ismahelitas scriptura quibus uẽditus est Ioseph etiam Madianitas uõcat, cum Ismael sit de Agar filius Abrahæ, de Cetura vero Madianitæ. An quia scriptura dixerat de Abraham, quod munera. s. dederat filiis concubinarum suarũ. Agar, s. & Ceturæ, diuisitq; eos ab Isaac filio suo in terram orientis, & idèo vnam gentem fecisse intelligendi sunt? An vera est opinio Hebræorũ, qui dicunt Agar, & Ceturam vnam fuisse.

c *Extrahentes.* ISIDORVS. Ioseph de cisterna leuatus Ismaelitis venditur, & Christus ab inferno regressus ab omnibus gentibus fidei commertio comparatur. Ille per Iudę consilium triginta argenteis distrahitur, & hic per consiliũ Iudæ Scarioth numero eodem venundatur.

d *Venddiderunt.* HIERONY. Hebraica veritas habet argenteis, neque enim viliori metallo dominus uẽdi debuit, quam Ioseph.

e *Scissisq; uestib. &c.* ISI. Iacob posteritatis suę plorans dispendia quasi pater filium lugebat amisũ, & quasi propheta interitũ Iudęorum Matt. 26. f. Scidit vestimentũ quod in passione domini fecit princeps sacerdotũ. Lu. 23 f. Sed & velum tẽpli scissũ est. ut propheta & nudatũ populũ Iudęorum, & diuisum ostenderet regnum.

SEVERIANVS GABAL. considerandũ est quod quemadmodum Ioseph in domo paterna tanq̃ mortuus lugebatur, at uero in Aegypto uiuebat & regnabat, ita & Christus apud Iudęos tanquã mortuus existimatur, apud gẽtes vero tam viuẽs q̃ in æternum permanens

f *Descendam, ad &c.* Quæritur quomodo hoc intelligatur, utrum mali tantum, an etiam boni in infernum descẽdant? Si tantum mali, quomodo iste ad filium

[Margin: Mystice. — †Non habet hanc. †ne mittatis in eum — Ioseph fratrum inuidia mittitur in cisternam. — In 7. super Genes. — †Iuda. Iudæ consilio venditur Ismaelitis. Sap. 10. c. Psal. 40. b. — Iacob luget filium Ioseph. — † filiis & cunctis filiabus. — Allegoric. — *Ioseph. — *eum. — * veterem seu vacuã. — †venite & videamus eum. † ne sint in eum. — Ex catena Gręca. — Vestis Ioseph tĩcta in sanguine Hœdi. — †posuitque cum super lũ os suos scissã vel sepulchrũ accipere.]

a ¶ Quæ cum carne moritur.

manibus eorum, & dicebat. Non interficiamus animam eius, nec effun-

Veritatem. a Quia damnabilius est veritatem negare, quam tacendo celare. Taciturnitas.

damus sanguinem, sed proiicite eum in cisternam † hãc veterem, quæ est in solitudine, manusque vestras † seruate innoxias: Hoc aũt dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo. Cõfestim

Christus. Iudæos. a Carne assumpta, quæ omni virtute perfecta.

a igitur vt peruenit * ad fratres suos: nudauerunt eũ tunica talari & polymita, miseruntque * in cisternam * quæ non habebat aquã. Et sedentes

In infernum. Refrigerium.

a Mundi contemptores, qui de gentibus ad fidem venientes testimoniis legis prophetarum odorifera & salutifera mundo languenti supposuerunt malagmata.

b vt comederent panem, viderunt viatores Ismaelitas venire de Galaad,

a Gutta est myrrhæ arboris & ipsa myrrha vocatur. Qui credentes Iudæos significat qui nec morti Christi vult consentire, nec tacendo supponere, sed gentibus communionem fidei patenter exponere.

& camelos corũ portantes aromata, & resinam & stactẽ in Ægyptum. Dixit ergo † Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius? † Melius est, vt vendatur Ismahelitis, & manus nostræ † nõ polluantur. Frater enim & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus eius, & prætereuntibus

Quia Iudæi Christum reliquerunt, & a se repulerunt.

a Felix negociator, vbi salus emitur, & vita a morte redimitur. Tanquam vile mancipium.

c Madianitis negociatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt

a Quia doctores fidei prædicauerunt eum in mundo. Et nos cum reuertimur ad propheticum sermonem videmus, quia sic oportebat Christum pati & resurgere.

d Ismahelitis viginti argenteis, qui duxerũt eum in Ægyptũ. Reuersusq;

a Apertis sacramentis legis, dicitur Iudæis, quia Christus surrexit.

Ruben ad cisternam, non inuenit puerum, & scissis vestibus pergens

a Quasi, quia indignos vos fecistis, vel exhibuistis verbo Dei, transibo ad gentes. Act. 13. g.

ad fratres suos, ait: Puer non comparet, & ego quo ibo? Tulerunt autem

a In suspicionem peccati vitam eius blasphemantes quantum in se erat duxerunt.

tunicam eius, & in sanguine hœdi quem occiderant, tinxerunt, mitten-

a Quia apud homines eum infamabant: apud patrem quoque infamare volebant, dicentes non esse filium Dei.

tes qui ferrent ad patrem & dicerent: Hanc inuenimus: vide vtrum tu-

a Testimonium filio perhibet pater: Hic est filius meus dilectus. Matt. 3. d. b Innocentia.

nica filii tui sit an non. Quam cum agnouisset pater, ait: Tunica filii

a Seuitia Iudaica. b ¶ zelus domus tuæ com. m. Psal. 40. b. c Bestialis populus.

e mei est: Fera pessima comedit eũ, bestia deuorauit Ioseph. Scissisque ve-

a Apertis sacramentis. b Singulis annis ex paterna traditione recordatur ecclesia tristitiam apostolorum de morte Christi.
c Planctus Iacob propheticus de morte Christi filij plus luget Iudæorum perditionem quam filii sui passionem.

stibus † indutus est cilicio, lugens filium multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consola-

a ¶ Quia potestas paterna per filium debellauit infernum.

tionem recipere, & ait: Descendam ad filium meum lugens in in-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ offensam Dei, & anxietatem patris sui, ut dicit Iosephus, sed cum uideret, quod eos flectere non posset, cępit eos inducere, vt in foueam poneretur, ibidem fame moriturus, dicens, hoc esset minus horrendum, quã si proprijs manibus interficeretur. Hoc tamen dicebat cogitans, ut postea occulte eum de fouea extraheret, cuius dicto consenserunt.

1 Nudauerunt eum tu. ta. *Quia pertingebat vsq. ad talos, secundũ quod dicit Hiero. In Hebræo, tamen non habetur talari, sed sic habetur,* Et expoliauerunt eum tunica sua, & tunica serica. *Ex quo videtur quod habebat tunicam duplicem, vnam simplicem, & aliam sericã, & vtrinque sibi abstulerunt. Hebræi autem per simplicem tunicam intelligunt camisiam.*

2 Et sedentes. *Hic describitur tractatus uenditionis, cum enim prope eos transierat societas mercatorum pergentium in Aegyptum,* Iudas *q erat principalior, suasit fratrib. ut Ioseph mercatoribus venderetur, & sic absque eius morte euaderent dominiũ eius, ex quo esset tantũ ab eis elongatus, & cum hoc de precio venditionis reportarent emolumentũ, & in hoc consenserunt alij, unde subditur.*

3 Extrahentes, &c. *Aliqui autem libri habent 30. sed falsa est litera. Scribitur Prou. 21. d.* Nõ est sapiẽtia, nõ est cõsilium cõtra dominum, *& exponens beatus Gre. in Moral. dicit, quod homines per astutias suas volẽtes impedire effectus ordinationis diuinæ prater intẽtionẽ suã promouent eũ, & ponit exẽplum de Ioseph, de quo Deus præordinauerat, quod a fratrib. adoraretur, uolẽtes hoc impedire fratres eius, vendiderunt eum, dictum est, ut cogerentur famis tempore uenire ad Ioseph & ipsum adorare.*

4 Reuersusque Rub. *Nesciebat enim, quod Ioseph fuisset uẽditus, & ideo cũ eũ non inuenit, credidit quod ipso absente fratres ex malitia extraxissent eũ de fouea & interfecissent. Sed quæritur hic quo abierat Ruben qñ uẽditus est Ioseph. dicendũ, quod abierat ad quærẽdũ meliora pascua, ut fratres suos faceret elongare a fouea, in qua erat Ioseph, ut sic eis absentibus melius posset extrahere Ioseph & reddere patri suo.*

5 Tulerunt autem, &c. *Hic describitur facti celatio per fictionem mendacem, quod esset a bestia deuoratus, & patet litera usque ibi.*

6 Lugens filium multo tempore. *s. 22. annis, qui (vt dictum est) fluxerunt a tempore uenditionis Ioseph usque ad descensum Iacob in Aegyptum, quia cum audiuit quod* Ioseph *adhuc uiueret, statim illuc descendit ut habetur inf 45. cap.*

7 Descendam, &c. *Hebręi exponunt in foueam vel sepulchrum,* ✠ *Catholici*

## MYSTICE.

1 *Nudauerunt eum tunica.* non secundum rẽ, quia non abstulerunt ab eo vestẽ virtutum, sed secundum apparentiã tantum imponentes ei falsò crimina multa ante Pilatum.

3 *Extrahentes eum, &c.* Ismaelitis, Qui erant Gentiles, illa uero venditio fuit quędam occisio. Nam seruitus est mors ciuilis, & hæc fuit figura mortis Christi, quem per Gentiles occiderunt Iudæi.

filium suum dicit se lugentē descendere velle, Non enim in A penis inferni credibile est eum esse. An perturbati & dolētis verba sunt mala sua, etiam hic exaggerātis, an credibile est apud infernū quædā loca secreta, & minus pęnalia ante passionē domini fuisse, ad quæ etiam sancti descendebant, quia nullus paradisum ingredipoterat, donec Christus rompheam igneam amoueret.

✠ ALBINVS. An etiam inferni nomine sepulchrum significauit, quasi diceret in lacte ma nebo, donec me terra suscipiat sicut illum sepulchrum.

HIERONYMVS. Madianei autem vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis archimagyro. Plerūq; ἀρχιμαγείρος, id est, cocorum principes pro magistris exercitus scriptura ponit, μάγειρος enim Græcè est coquus, & dicitur μαγειρεύειν, quod est occidere, eo ꝙ coqui occidant coquendas pecudes. Venditus est igitur Ioseph principi Laniorum, non Phutiphari, ut in Latino scripū est, sed Phutiphari eunucho. Vbi quæritū, quomodo postea vxorem habere dicatur. Tradunt Hebręi, emptū ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudinem in turpe ministerium, & a domino uirilib. eius arefactis, postea ereptum esse, iuxta morem gerophantarum, id est, sacra loquentium in pontificatu Heliopoleos, & huius filiam esse Asenec, quam postea Ioseph accepit uxorem.

† vel principia ii ferum. † Laniorū i. qui regis sicariis carnificib ac mactatoribus erat pfectus, qui quę damnatorū plectendorū curam haberet.

a ¶ De cæcitatæ Iudæorum. b ¶ Indurata perfidia Iudæorum. c ¶ Doctores ex gentibus accepto fidei pretio Christum in vniuerso mundo prædicauerunt.

¶ Alias Medianitę.

fernum. Et illo perseuerātein fletu,[b] Madianitę[c] [1] vendiderunt Ioseph in Ægypto † Putiphari † [2] [3] eunucho Pharaonis magistro militum. [4]

a ¶ Quia emit eum in disciplinis ecclesiasticis castus populus, qui sub mal is principibus Christianam nouit exercere militiam.

Madianitę qui Ismaelitæ. Ioseph vēditur Phutiphari. † Phutiphari.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Catholici autem melius exponunt, dicentes in infernum.i. ad limbū sanctorum patrum, qui est superior pars inferni.*

1 Et illo, &c. *Et sic iste fletus refertur ad Iacob. In Hebræo habetur sic,* Et fleuit eum pater suus, *Et secundū Hebræos refertur ad Isaac, qui adhuc viuebat, ut prædictum est. Et ideo quando uidit filium suum Iacob in tanta anxietate fleuit cum eo.*

2 Madianitæ, &c. *Ex hoc dicunt* Iudæi, *quod Ioseph ter fuit uenditus, quia primo fratres sui uendiderunt eum Ismaelitis 20. argenteis, ut prędictum est. Secundo Ismaelitę vendiderunt, cum Madianitis, qui erant in eadem societate cum eis. Et tertio uendiderunt Madianitę Phutiphari in Aegypto, preciū tamen secundę uenditionis & tertiæ non exprimitur, tamen credendū est, quod fuit maius quā primæ, quia huiusmodi uēditiones factę sunt pro lucro. Sed uerius videtur quod non fuit uenditus nisi bis, semel a fratrib. Ismaelitis, vt dictum est, & secundo ab Ismaelitis Phutiphari Aegyptio, Vnde inf. 39. cap. dicitur, quod Phutiphar emit eū de manu Ismaelitarum. Ex quo patet, quod idem homines Ismaelitę & Madianitæ uocantur, & hoc concordat ei, quod supra dictum est cap. 25. quod Cetura, quæ fuit mater Madian, a quo dicti sunt Madianitæ, & Agar mater Ismael, a quo dicti sunt Ismaelitæ, fuit eadem mulier numero.*

3 Eunucho Pharaonis *Eunuchus aliquando accipitur pro castrato, aliquando vero pro Ministro vel seruo alicuius principis, & uocatur talis eunuchus, eo quod debet esse castus & honestus, & hoc modo accipitū hic. Vnde inf. 40. cap. pincerna regis & pistor uocantur eunuchi.*

3 Magistro militum, *Hebræi dicunt, magistro carnificum.* In Hebræo *enim scribitur* כבאוב *thabbaim, & significat proprie mactantium vel laniantium, et hoc potest cōpetere in militib. qui homines interficiūt in bello, & hunc sensum sequitur nostra translatio, Competit etiā carnificib. qui mactant animalia, & hunc sensum sequūtur Hebræi, & quasi in idem redit dictum* Iosephi, *qui in hoc loco dicit, principi cocorum.*

CAP.

*ADDITIO I.*

*In cap. 37. vbi dicitur in postilla: Cum Hebraica lingua non habet* crimine pessimo.

*In Hebraica lingua in hoc loco non est dictio significans crimen pessimum, nec rixam, sed solum est ibi dictio significans detractionē, eadem enim dictio ponitur hic, & infra Num. 13. d. vbi. dicitur:* Detraxerūt terræ quod esset mala, *quę quidem detractio in hoc loco non est intelligenda sic, quod* Ioseph *imponeret aliquid falsum fratrib. nec etiam quod in hoc malo quod de fratribus patri denunciabat, intenderet denigrare famam eorum, sed solum hoc faciebat propter bonum fratrum, ut s. a patre corrigerentur, quod non est peccatum, nec etiam detractio proprie dicitur, sed large, ut in secunda secundæ qu. 73. Vnde ex hac causa principaliter Iacob diligebat* Ioseph, *eo quod videbat eum zelatorem boni erga fratres, & ideo sequitur statim:* Et Israel diligebat Ioseph, &c. *Ad intelligentiam autem huius quod sequitur:* Quoniam in senectute genuisset eum. *Sciendū quod in litera Hebraica in hoc loco non dicitur:* In senectute genuisset, *sed dicit,* eo quod filius senectutis esset sibi, *ꝑ exponens translatio Chaldaica sic dicit* Israel aūt diligebat ioseph, eo quod esset filius sapiens sibi: *vñ translator intendit sibi senectutem in hoc significare sensum senilem, iuxta illud Sapient. 4. a.* Senectus ętas uenerabilis est, &c. *Quod videtur rationabiliter dictum. Nam non uidetur esse causa sufficiens ad hoc, ꝙ Israel dilexisset Iacob plus cæteris, eo quod genuisset eum in senectute nam Beniamin fuit genitus in maiori senectute. Isachar autem & Zabulon non excedebant in ætate ipsum* Ioseph, *nisi per annum uel modicum vltra, ut potest haberi ex litera, et ideo causa huius dilectionis potius uidetur attribuenda sapientiæ seu moribus senilibus, quæ iam quodammo C do uidebātur vigere in ipso* Ioseph, *ex hoc quodlicet esset iunior cęteris, iam tamen intendebat circa correctionem fratrum maiorum. Vñ dicit,* eo quod filius senectutis esset, *id est, sapiens, ut dictū est. Quod autem subdit, sibi, intelligendum est ex hoc, quod ista alijs non panditabat, nisi solum patri ad quem correctio pertinebat, & ideo solum patri principaliter constabat de sapientia ipsius Ioseph.*

*ADDITIO II.*

*In eo. cap. 27. vbi dicitur in postilla.* Nudauerunt eum tunica talari, &c.

*In Hebræo habetur* Expoliauerūt eum sua tunica serica, *quod idem est ac si dicat, tunica sua. s. tunica serica. Vnde ex hoc non habetur, quod haberet duplicem tunicam, nec quod sibi abstraheret tantum vnā tunicam. s. illam sericam, quam iam fecerat ei pater in signū maioris dilectionis, & ideo de illa solum fit mētio, quia erat magis preciosa & magis nota. Vnde & infra eodem ca. dixit pater:* Tunica filii mei est.

*REPLICA Correctorij contra Burg. In c. 36. vbi dicitur:* Accusauitq; fratres crimine pessimo, *quod Bur. volens exponere dicit ꝙ in Hebræo non habetur* crimine pessimo, *sed loco eius habetur dictio significans detractionem, & exponit de Ioseph, qui proprie non detraxit fratribus. Sed uidetur Burg. præ senecta delirare, cū illud quod dicit poni loco illius vbi nos habemus.* Crimine pessimo, *se teneat ex parte fratrum accusatorum per Ioseph, non ex parte* Ioseph *accusantis, Si igitur ponitur dictio significans detractionem, ut dicit Burg. tunc sensus est. Accusauit* Ioseph *detractione, quæ sibi inuicem detraxerunt, & cū detractio inter fratres procedat ex odio fraterno, quod & pessimum genus uitij est, generaliter igitur loquendo non debuit* Burg. *translationē nostram notare, nec postillatorem qui exponit de rixa, quæ fuit occasio detractionis. Vnde sententia literæ secundum expositionem Burg. est, ꝙ* Ioseph *accusauit eos detractione, quæ non est intelligibilis, & habet modum deliramenti. Quod autem subdit de dilectione, qua Iacob* Ioseph *dilexit, quasi causa huius dilectionis esset, quia in senectute eū genuisset, & hoc videtur imponere postillatori, qui tamen ita non exponit, sed dicit senectutem* Iacob *esse occasionem illius dilectionis, non eam, quia senes cōiter fragiles & defectuosos gignunt.* Ioseph *autem in senectute genitus non apparuit fragilis, sed potior alijs corpore, morib. & sensu, ita quod videbatur aliquid diuinitatis in eo relucere.* Hancque ob cām *dixit postillator, quod* Iacob *eum præ cæteris dilexit, & videtur postillator hunc modum loquendi ex glo. ord. sumpsisse, quæ hunc passum de Deo patre & filio in mundi senectute generato. Allegorice exponit, a quomodo exponendi, & causam dilectionis assignandi, Burg. non longe recedit, ut patet intuenti suam digressionem.*

*In eo. c. ubi dicitur, ꝙ* expoliauerunt Ioseph tunica serica: *datur intelligi secundum postillatorem, ꝙ habuit plures tunicas, ubi obijcit Burg. nescio quid, clare. n. potest uideri* Ioseph *plures tunicas habuisse, unam quam tinctam sanguine hœdi miserunt ad patrem, aliam cum qua uendiderunt eum. Non est enim uerisimile nudum eum uenditum fuisse, sicque patet Burg sępe facere vim de lana caprina.*

## CAP. XXXVIII.

a ¶ Antequam Ioseph esset venditus.

a Eodē tempore descē- 1 b dens Iuda a fratrib. suis, diuertit ad virū Odollamitē, noīe Hirā Viditq; ibi fi- 2 liā hoīs Chananæi, vocabulo Sue. Et 3 vxore accepta, in- c gressus est ad eam. Quę † cōcepit & peperit

¶ Principes qui nocent. a ¶ Pelliceus.

filiū, vocauitq. nomen eius Hēr. Rursumq.

a ¶ Principes inutiles. b ¶ Mœror eorum.

concepto fętu, nātū filiū nominauit Onān. d Tertium quoque peperit, quem appellauit

a ¶ Dimissio eius, quia regnum Iudæorum postquam nocuit aut non pro fuit, Iudęa habere reges desiit.

1 Sēla. Quo nato, parere vltra cessauit. Dedit e autē Iudas vxorem primogenito suo Her

a ¶ Quia peior est in nequitia nocens, quam non proficiens.

f noīe Thamar. Fuit quoq. Hēr primogenit⁹ 4

E Quo nato vltra parere cessauit & erat in chezib qñ peperit ipsa eum.

---

A In q. super Genes.

CAP. XXXVIII.

a Eodem tempore. AVGV. Quæritur quomodo ista fieri potuerunt. Si enim postea quam Ioseph venit in Aegyptū, quomodo intra 20. & duos annos (Nā post tantum) tēporis colligitur in Aegyptum ad Ioseph eos venisse cum patre) fieri potuit, ut filii Iudæ eius ætatis possent omnes ducere vxores? Nā Thamar nurum suam.. mortuo primogenito, altero filio dedit, quo etiā mortuo, expectauit ut cresceret tertius, & cum creuisset, nec illi dedit, timens ne & ipse moreretur. Vnde factum est, ut eidem socero se supponeret. Quomodo hæc omnia infra tam paucos annos fieri potuerint merito quæritur? nisi forte (ut solet) scriptura per recapitulationem aliquot annos ante uenditum Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi uelit, quia sic positum est ut diceretur: *Factum est autem in illo tempore*. Vbi tamen quæritur, si sedecim annorum erat Ioseph, quando uenditus est, quot annorum potuerit esse Iudas quartus filius Iacob, quando ipse primogenitus Ruben ut plurimum fratrem suum Ioseph 5. aut 6. annis potuerit præcedere? Euidēter autem scriptura dicit 30. annorū fuisse Ioseph, quando innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno septimodecimo vēditus credatur, 23. annos in Aegypto peregerat ignotus Pharaoni. Ad hos autē 13. accesserunt 7. anni vbertatis, & facti sunt viginti. His adduntur duo anni famis, quia secundo anno famis intrauit Iacob in Aegyptum cum filiis suis decē, & sunt 22. quib. abfuit Ioseph a patre & fratrib. suis. Quo medio tempore quō fieri potuerunt de vxore, & filiis, & nuru Iudæ, oīa quæ narrantur, inuenire difficile est, nisi forte credamus, mox vt adolescere cœpit Iudas, incidisse eum in amorē eius, quam duxit vxorem, nondum vendito Ioseph.

1. Par. 2. a.

B

1 Sela. Her duxit vxorem. Thamar.

Allegoric.

b *Iuda a fra.* Hic sicut cæteri patriarchæ Christum significat, qui descendit ad baptismū Ioannis. Hiras. n. interpretatur videns Deū. Odollamites testimonium in aqua, quia Ioannes videns Christū venientē ad baptismū, ait. *Ecce agnus Dei*, &c. Ad hoc testimonium adhæsit Christo synagoga, q̄ significat Sue filia Chananæi, qa ei danda erat terra humilis professionis, quod interpretatur Chanaan. Hæc ergo synagoga primo adhæsit Christo, qñ Petrus, & Andreas, & cæteri Ioannis discipuli facti sunt discipuli Christi, quo ordine completa sunt, sequens significat historia, narrans quomodo Iuda intrauit ad Thamar, quæ idem significat quod Sue.

Ioan. 1. d.

Mystice.

c *Quę conce.* Genuit synagoga principes, qui ei tanq̄ mariti prę fuerunt, quorum alii fuerunt nocentes, quos significat Her, qui interpretatur pelliceus, (pellis enim mortem significat,) quia primi parētes pellib. induti addicti sunt morti. Alii inutiles,

C

vtiles, quos significat Onan, qui interpretatur mœror eorū, ideo quib. s. non prosunt.

D

d *Tertium.* ISID. Tertius filius qui Thamar non iungitur, significat tēpus, ex quo reges de tribu Iudæ illi populo defecerūt. Erat qdē filius Iudæ, sed eū Thamar non accepit, qa erat tribus Iuda, sed de ea nemo regnabat. Vnde Sela interpretatur dimissio eius. Non pertinent ad hāc significationem viri sancti, qui licet illo tempore fuerunt, ad nouum pertinent testamentum, qui prophetādo vtiles fuerunt, sicut Dauid. Eo sane tempore, quo Iudæa cœperat ex Iuda reges nō habere, non est computandus maior Herodes in regibus eius, tanquam maritus Thamar qui alienigena. Hæc ei sacramento illo mystice vnctionis, tā quā cōiugali fœdere cohęrebat. Sed extrane⁹ potestatē a Romanis acceperat, sicut filii ei⁹ Tetrarchę, quorū vnus Hęrodes, qui cū Pilato in passione dñi concordauit. Hi ergo alienigenę a Deo nō deputabantur in regno mystico Iudęorū, vt ipsi Iudęi publice clamarent: *Nō habemus regē nisi Cæsarem*. Ioa. 19. c. Cū enim de tribu Iuda regnum defecerat, vēturū erat regnum Christi, qui non obesset & multū prodesset, unde infra 49. b. *Non deficiet princeps ex Iuda, donec ueniet qui mittendus est*. Illo. n. tempore omne magisterium Iudeorum & mystica vnctio, vnde Christi vocabantur defecerat, quando s̄m prophetiam Danielis uenit cui repositum est, *Et unctus est sanctus sanctorum oleo exultationes præ participib. suis.* Hebræorum. 1. c. Natus. n. Herodis maioris tempore passus in tpe Herodis, Tetrarchæ. Huius *ueniētis ad oues q̄ perierant domus Israel*, figuram gessit Iudas, cum iret ad tondēdas oues in Thānas, qđ interpretatur deficiens. Iam. n. defecerat princeps ex iuda, & omne magisterium & unctio Iudæorum. Venit autem cum Hira Odollamite. Odollamites interpretatur testimonium in aqua. Cum hoc testimonio dominus venit, habēs testimoniū qdē maius Ioanne. Sed pp infirmas oues hoc testimonio vsus est ī aqua. Hiras. n. interpretatur fratris mei uisio, uidit fratrē suū Ioānes, cognatæ enim erāt Maria & Elizabeth. Vidit quoq; Dñm, & Deum suum, quia sicut ait: Ex *plenitudine eius accepit*, vnde Matth. 11. b. *Inter na. mu. non surr. mai. Ioa. Bapt.* quia ex omnib. prænūtiantib. Christum ipse vidit, quē multi iusti & prophetæ voluerūt videre, & nō viderunt. Matt. 13. c. Salutauit ex utero, agnouit perfectius in columba, & ideo tanquam Odollamites perhibuit testimonium in aqua.

e *Iudas, &c.* De Iuda regia tribus processit, q̄ diu præfuit Iudaicæ plebi, quā significat Thamar, quæ interpretatur amaritudo, quia amaram se in passione exhibuit Christo.

F lib. 22. contra faustū.

f ✱ *Thamar.* AVGV. Thamar quæ socerū fefellit, non carnis ☞ concupiscen-

---

NICOLAVS DE LYRA. XXXVIII.

1 Eodem tēpore. *Istud cap. ponitur incidenter iuxta venditionem Ioseph, quia ut dicūt Hebræi, filij Iacob videntes patrē inconsolabiliter afflictum eo quod credebat Ioseph esse mortuū, cœperunt esse molesti Iudæ, eo quod dedisset consilium de eius venditione, dicentes ei: Si consuluisses eum totaliter dimittendū, acquieuissemus tibi tanquā principaliori, maxime quia sedata passione iræ in nobis, fuissemus ei cōpassi, & sic redditus fuisset patri, propter quod Iuda declinans a fratribus suis contraxit cum alijs amicitiā, & inde accepit uxorē, & ideo primo describitur Sue uxoris acceptio, & secundo Sue nurus imprægnatio. ibi:* Euolutis autem multis dieb. *Circa primum dicitur sic.*

Diuisio.

2 Viditq; *Hebræi dicunt hominis mercatoris. Dictio. n. Hebraica quæ hic ponitur æquiuoca est ad significandum aliquē descendentē de stirpe Cham, & hunc sensum sequitur translatio nostra & ad significandum mercatorum, & hunc sensum sequuntur* Hebræi, *Vnde Prou. 31. d. vbi translatio nostra habet:* Cingulum tradidi Chananæo, *Hebræi dicunt* mercatori.

3 Vocabulo Sue. *Non est nomen vxoris Iudæ, vt aliqui credunt, & male, sicut melius patet in Hebręo, sed est nomen patris illius uxoris, ut magis infra patebit, & patet litera vsque ibi.*

4 Fuit quoque Her. *&c. Quę autem fuerit, eius nequitia, in textu non exprimitur, sed dicunt Hebræi, quod fuit similis cū nequitia fratris sui Onan, qui in coitu cum sua uxore studebat fundere semen in terram, id est, extra uas muliebre, sed hoc faciebat alio motiuo, quia iste Her. libidinose afficiebatur ad suā vxorē Thamar, & ideo cauebat ne impre* ✱ *gnaretur,*

---

MORALITER.

1 Eodē. Descendēs Iudas a fratrib. suis p̄ quē significatur clericus secularis vel religiosus descendens a culmine virtutis.

2 *Viditq; ibi.* Talis. n. recedēs a virtute, quia parū curat de Deo vult inter homines apparere. Et ideo accipit vxorē. i. ecclesiā, vel officii dignitatē simoniace, qđ notatur per hoc q̄ ipsa filia dr̄ Chananęi. i. mercatoris Chananęus. n. in vna significatiōe significat mercatorē, & sic accipitur Pro. 31. d. *Sindonē fecit, & uendidit, & cingulum tradidit Chananæo. Et hoc modo accipitur hic.*

3 *Vocabulo Sue.* Quę interpretatur locutio, per quod designatur, q̄ ecclesia simoniace acquisita, non est illius, qui eam sic acquisiuit sponsa re, sed tantum nomine.

a † *Quæ con.* Ex hæc. n. vxore Iudas genuit tres filios, quorū primus fuit nequā, ut dicitur in textu. Secundus faciebat rem detestabilem, per quod patet q̄ fuerunt pessimi. De tertio nihil dr̄, p̄ hoc designatur, q̄ fuit inutilis. Sic promotus ad ecclesiā simoniace in illa facit pessimos filios vel inutiles, promouendo clericos simoniace, sicut est promotus, secundum enim ✠ Philos.

concupiscẽtia, nec meretriciæ mercedis cupiditate peccauit, A sed ex ipso sanguine prolẽ requirẽs, ex quo iã duob. fratrib. nupta, tertio quoq; denegando, habere non potuit, patri eorum socero suo fœtandum corpus fraude subiecit, pignore mercedis accepto, qđ nõ ad ornamẽtũ sed ad testimoniũ reseruauit Melius quidem sine aliis remaneret, quã sine iure matrimonii mater fieret. Longe tamen alia intentione peccauit, quod filiis suis patrem prouidit socerũ suum, quam si eũ sibi concupisset adulterum.

Abeo adõ inino.

Nõ sibi nasci filios Lxx. semẽ non suum futurũ (i. non suos uturos filios q na sceretur.) al. frater.

1. Sua.

ISID. Plebs Iudaica cui de tribu Iuda reges tãquam mariti dabãtur, quæ amaritudo interpretatur, quia domino fellis poculũ dedit. Duo genera principum non recte operãtiũ inplebe. Vnũ quod obest, altetum quod non prodest significãtur in filiis Iudæ, quorũ unus malignus ante dominum, alter fundebat semen in terram ne fœcundaret Thamar. Nec sũt amplius, quam duo genera hominũ inutilia. Nocentes. s. & prodesse nolentes, & si quid boni habent in hac vita, perdunt tanquam in terra fundentes, & quia in malo peior est qui nocet, quã qui non prodest, ideo maior dicitur malignus, nõ minor qui semen fundebat. Her quoq; interpretatur pelliceus, quali bus tunicis induti sunt primi homines, in pœnã damnationis. Onã interpretatur mœror eorum quib. s. non prodest cum habeat vnde prosit. Maius vero malum est ablate vitæ, quam significat pellis, quã nõ adiutæ, quod significat mœror eorum, Deus tamen vtrosque occidit, quia regnum a talib. tollit.

Opilio gregis, socius (vel amicus) ei<sup></sup>. Thamnas suas. Teristrũ i. velũ æstiuale, dictio Hebr. significat peplũ amictumque lineum. Dimitte me, eia, quæso.

Et dedit eis.

B Incestus Iudę cum Thamar nuru sua.

a Quia talium potestas destructa.

Iudę nequã in conspectu Domini, & ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filium suũ: Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt

a Per hanc significantur qui prodesse nolunt.

suscites semen fratri tuo. Ille[a] sciens non sibi nasci filios, introiens ad v-

a Sic Iudæi terreno intellectu verba legis adulterantur, ne auditores eorum Christiani fiant.

xorem fratris sui semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum dominus, quod rem detestabilẽ faceret. Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Timebat enim, ne & ipse moreretur, sicut † fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris sui. Euolutis autẽ multis diebus, mortua est 1 Suę vxor Iudę. Qui post a luctum consolatione † suscepta, ascendebat ad tonsores ouiũ suarum, 2

a Christus. b Fratris mei visio, i. Ioan. Bap. c Testimonium in aqua.

ipse[a] & Hyras[b] opilio gregis 2 Odolamita[c] in thamnas. Nuntiatũq; est b Thamar, quod socer illius ascenderet in thãnas, ad tondendas oues. 3

a Velamen est quo vtebantur Palestinæ mulieres. b De synagoga fit ecclesia.

c † Quæ 3 depositis viduitatis vestib. assumpsit[a] 3 theristrum, & mutato[b] 4 d habitu sedit in biuio itineris, quod ducit thamnã, eo quod creuisset 5 Sela: & non eũ accepisset maritum: Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem. Operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. Ingrediensq. ad eam, ait: † Dimitte me, vt coeam tecum: Nesciebat 6

a Iam. n. propter præuaricationes post dorsum posuerat synagogam.

enim quod nurus sua esset. Qua respondente[a]: Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo? Dixit: Mittam tibi hœdum de gregib. Rursumq; illa dicente: patiar quod vis, si dederis mihi arabonem, donec mittas 7 quod polliceris. Ait Iudas: Quid vis tibi pro arabone dari? Respondit:

a Expobrationem peccati, quæ pœnitenti animæ obiicitur. Quem fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis.

a Signaculum secretorum. b Fidei sponsionem. c Iustitiam fidei.

Annulum[a] tuum, & armillam[b], & baculum[c] quẽ manu tenes. + Ad vnũ 8

a Quæ sub antiquis infœcunda manserat, nunc Christo sociata filios diuersi generat meriti.
b Quia tempore primitiuę ecclesiæ multi ex Iudæis ad Iudaicas reuersi sunt obseruantias.

igitur coitum concepit mulier, & surgens abiit, depositoque habitu

teris vtriq; scribit. sed amic ריעה Reeh, pastor רעה Roeh legit. D b *Ad tonden. oues.* STRAB. Venit dominus ad oues tondendas, i. peccatis exonerandas, de quib. dicitur: *Dentes tui sicut greges tonsarũ.* Thamar habitũ mutat. Nam & commutans interpretat. Mutat habitũ, & nomen, & fit de synagoga ecclesia. Sed nomen amaritudinis manet, nõ in qua fel domino ministrauit, sed in qua Petrus amare fleuit. Nã & Iudas cõfessio dicitur. Confessioni ergo amaritudo misceatur, ut uera pœnitẽtia præsignetur. Hæc pœnitentia fœcundetur in omnibus gentibus ecclesia cõstituta. Oportebat enim pati Christum & resurgere, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionẽ peccatorũ per omnes gẽtes. Habitus quoque meretricis, cõfessio peccatorum est. Thamar quippe ecclesiam de gẽtibus uocatam significat, sedẽs cum hoc habitu ad portam עינים Enaim, quod interpretatur fons, quia currebat uelut ceruus ad fontes aquarum

Allegoric. Can. 4.

Peccatum filiorum Iudæ.

Thamar vidua mora tura pud patrem.

alias † accepta. Iudas mortua sua vxore erit ad tondendas oues. 2 Odollamites. 3 Theristrum. Mutato habitu sedit i biuio itineris, vel operuit se, & mansit in ostio Enaiimqđ erat iuxta iter. E

Armillam vxor Heb. accipitur a nonnullis proquodã genere vestis, pro pallio.

peruenire ad semen Abrahæ, Illo non cognoscente fœcunda tur, secundum illud Psalm. 17. g. *Populus quem non cognoui, serui uit mihi.* Accepit in occulto annulũ, monile, & virgã, q vocatione signat, iustificatione decorat, glorificatione exaltat. Ro. viii. f. *Quos autem prædestinauit, hos, & uocauit, & quos uocauit, hos & iustificauit:* sed in occulto, ubi conceptio sanctę vbertatis fit. c *Quæ depos. &c.* Notãdum ẽt in temporibus patriarcharum, certa fuisse vestimenta viduarum, nec qualia coniugatarum. d *Sedit in biuio.* HIER. Et sedit ad portam Enaiim quæ est in transitu Thamna. Sermo Hebraicus Enaiim transfertur in oculos. Non est igitur nomẽ loci, & est sensus. *Sedit in biuio,* siue in cõpito. vbi diligentius debet viator aspicere quo gradiatur. F

Viduarũ vestes.

In Quest. Hebraic. C

a *Consolatione suscę.* HIERON. *Et consolatus Iuda ascendit ad eos qui tondebant oues, ipse & Hyras pastor eius Odollamittes.* Pro pastore in Hebręo amicus legit, sed verbũ ambiguũ est, quia isdẽ li teris

a Misit

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ gnaretur, ne ex eius impergatione eius pulchritudo minueretur, & ne eius concubitu ad tempus priuaretur. s. cũ esset propinqua partui, & in partu iacens vsque ad purificationem. Onam. n. frater eius similiter faciebat propter hoc quod sciebat, quod primogenitus filius ascriberetur fratri defuncto, vt in littera dicitur. Et ideo uterque interfectus est a domino & identitas pœnæ similitudinẽ attestatur culpæ. Ex isto etiam loco patet verũ esse quod supra dictum est, s. plura legalia esse obseruata antequam lex daretur Mosi, quia inter illa vnum est de suscitatione seminis fratris defuncti, vt habetur Deuter. 25. b.

Diuisio.

1 Euolutis autem, *Hic consequẽter describitur suæ nurus impregnatio, & secunda eiusdem condemnatio, ibi:* Ecce aũt post menses tres. *Circa primum patet sententia exceptis aliquibus exponendis.*

2 Mortua est Sue. v. Iudæ, &c. *In Hebræo habetur,* Mortua est filia Suæ. *ex quo patet q. s. dictum est. s. q Sue est nomen uxoris Iudę.*

3 Ascenderet in Thamnas. *Iudic. 14. a. dicitur de Sãsone,* Descendit in Thamnata, *non est contradictio, quia illa uilla sita est in pendulo montis, & ideo ex una parte acceditur ad eam descendendo, sicut fuit de Samsone, ex altera ascendendo, & sic fuit de Iuda.*

4 Ad tondendas oues. *Non manu propria, sed ut præesset tonsorib. quia tunc domini ouium faciebant magnum conuium suis pastorib. vt habetur* 1. Reg. 25. de Nabal.

5 Assumpsit theristrum. *Vestis est linea qua mulieres utebantur in æstate, & dicitur Græce θέριστρον: vestimentum messoris æstiuum.*

6 Eo quod creuisset Sela, *Ex quo patet, quod mouebatur amore prolis habendæ.*

7 Si dederis mihi ar. *i. vadium.*

8 Annulum tuum. *In Hebręo habetur* sigillum tuum, *& in idem redit, quia antiquitus annulo literas signabant, ut habetur Hester. 8. b*

1 Habeat

## MORALITER.

✱ Philos. 4. Methap. Vnumquodq; generat sibi simile, & ad eius punitionem aliquãdo contingit, quod eius promotio simoniaca declaratur, & ecclesia sua iuste priuatur, quod significatur cum dicitur.

1 *Euolutis autem multis, &c,* Ecclesia namque simoniaci moritur quando ea priuat, & ideo conuertit se ad tondendas oues. i. ad rapiendũ bona simplicium per exquisitas malitias & fraudes, Sed quoniam *abyssus abyssum inuocat.* Psal. 61. b. sequitur.

† *Dimitte me ut co. &c.* Per hoc. n. quod uadens ad tonsionem ouiũ commisit incestum, designatur quod declinans ad rapinã incidit frequẽter in luxuriam, vel peccatũ aliud ita graue.

A a *Misit autem Iudas* Mittitur promissus hędus tanquam meretrici.i.exprobratio peccati, per Odollamitē tanquā increpātē *genimina viperarum, &c.* Sed eam nō inuenit peccato exprobratio, quā mutauit cōfessionis amaritudo. In hoc facto Iudę nō Iustitię cernitur synceritas, sed promissionis fidelitas. Si enim seruaret iustitiam seruando castitatem, non introisset vt opinabatur ad meretricem, sed quod promisit, fideliter per pastorem transmisit.

✱ CYRIL. Iudas cum Chaldæus esset, ornamenta manuū & colli, Thamarī arrabonem dedit. Chaldæorum enim mos est, auro caput, colla & manus insignire.

b *Quæ cum duceretur.* ISID. Postea vero publicis signis annuli, monilis & virge vicit temere iudicantes Iudæos, quos iam Iudas significabat; qui hodie quoque dicunt nō hunc esse populū Christi, nec Abrahæ semē: sed prolatis documentis nostræ vocationis, iustificationis, & glorificationis, cōfundūtur & nos magis quā se iustificatos esse confitētur. Pignora enim se habere refert ecclesia quæ accusatur a Iudæis quasi adultera legis, sed ostendit virgā signū passionis, & monile legitima legis, & annulum pignus immortalitatis.

c *Qui agnitis.* &c. HIERON. Cognouit autē Iudas, &c. In Hebræo habetur: iustificata est ex me, non quod iusta fuerit, sed quod cōparatione illius minus male fecerit, non vaga turpitudine, sed requirendo filios.

✱ CHRYS. Attende quomodo silens fide dignos testes affert, qui loquantur & satis eam innoxiam demōstrent. Quia enim trib. testib. egebat, quæ in tali causā arguebatur, idcirco & hæc quasi claro testimonio dato, tres arrabonum species mittit, annulum, armillam & baculum.

✱ AVGVST. Post vero publicatis signis annuli monilis & virgæ, vicit temere iudicantes Iudæos, quorū iam personam ipse Iudas gestabat, qui hodie dicunt non hunc esse populum Christi, nec habere nos semen Abrahæ, sed prolatis certissimis documentis nostrę uocationis, iustificationis & glorificationis, sine dubio confundentur, & nos magis quam se iustificatos esse fatebuntur.

d *Instante autem*, &c. Quod primus qui dicitur Zara manum emisit, & obstetrix coccinum ligauit & ipso manū retrahēte, posterior qui uocatur Phares manū porrexit, & nascendo præcessit, significauit, quod Israel in opere legis manū extenderet, & prophetarum & ipsius Christi cruore pollutam contraheret: Popul' vero gētiū postea prorūperet, vt essent *primi nouissimi, & nouissimi primi.*

e *Quare diuisa*, &c. HIERON. Pro maceria Aquila & Symmachus *diuisionem* transtulerūt, quod Hebraice dicitur Phares. Ab eo igitur quod diuiserit mēbranulam secundinarum, diuisionis nomē accepit. Vnde & Pharisæi, qui se quasi iustos a populo separauerant, Pharisęi.i. diuisi dicebantur.

a Vt plebs Iudaica veteri vitæ renunciaret. b Christus.

a quem assumpserat induta est viduitatis vestib. Misit aūt Iu-

a Exprobrationem peccati. Matth. 23. d. b Dicentem: Genimina vipe. &c. c Vt sacramenta commissa non perderet.

dās hœdum per pastorem suum Odelamiten, vt reciperet pi-

gnus, quod dederat mulieri. Qui cū non inuenisset eā inter-

rogauit homines loci illius: Vbi est mulier quæ sedebat in bi-

a Quia Iudæa postquam firmiter adhæsit Christo, non sedit in biuio, nec fit mentio præteritorum delictorum.

uio? Respondentib. cunctis, non fuit in loco isto meretrix: re-

uersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: sed & hoīes

loci illius dixerunt mihi, nunquam ibi sedisse scortū. Ait Iu-

a Quasi habeat pignora quæ accepit, quàm confessio peccati immunem fecit ab exprobratione delicti.

dās: Habeat sibi. Certe mēdacii nos arguere non poterit. Ego 1

misi hœdum quē promiseram: & tu nō inuenisti eam. † Ecce 2

a Post confessionem trinitatis accusantur Iudæi conuersi à non conuersis: tanquam post Deos alienos abierint, & semen Abrahę se non fuisse monstrauerint.

autem post tres menses nuntiauerunt Iudę, dicentes: Forni-

cata est Thamar nurus tua, & videt vterus illius intumesce-

a Qui hic Iudaicum populum significat, iniuste condemnantem Christianorum fidem.

b re. Dixitq. Iudas: Producite eam, vt comburatur. Quæ cū du- 3

a Accusata à Iudæis ecclesia ostendit in se esse completa legis, & prophetarum sacramenta: quibus comprobatis liberatur ab infamia.

ceretur ad pœnam, misit ad socerū suum, dicēs: De uiro, cu-

ius hęc sunt, cōcepi. Cognosce cuius sit annulus, & armilla

a Laudatur fides ecclesiæ: cognoscitur. n. regnum Iudæorum defecisse.

c & baculus. Qui agnitis munerib. ait: Iustior me est, qa nō tra- 4

a Id est, carnales non approbauit obseruantias.

d didi eā Selæ filio meo. Attamē vltra non cognouit eā. Instan-

a Figura duorum populorum.

te autē partu, apparuerūt gemini in vtero, atque in ipsa effu-

a Iudaicus qui manum in exterioribus exercuit pollutam sanguine sanctorum & ipsius Christi. b Figuram sanguinis effundendi.

sione infantiū, vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit 5

a Quia carnalia Christo viuente exercere non poterunt sacrificia.

coccinum dicens: Iste egredietur prior. Illo vero retrahente

a Qui gentilem populum significat.

e manum, egressus est alter. Dixitque mulier: Quare diuisa est 6

a Secundinarum membranula, quam rupit cum manum emisit, vt alter nasceretur. Miratur ergo mater de hac contentione, quod primus sit nouissimus, & nouissimus primus.

propter te maceria? † Et ob hāc causam vocauit nomen eius 7

Phares. Postea egressus est frater eius: in cuius manu erat coc- 8

f cinum, quem appellauit Zaram.

f *Zarā Zara interpretatur oriens.* Quia primus apparuit, vel quia plurimi iusti ex eo nati sunt, sicut dicitur in Paralypome.

Ex Catena Græca. | †38. d. ca. dominus. | Iudas nurū suā stupri accusatam comburi iubet. | B | Iudas agnoscit culpam suam & innocētiam. Thamar. | Parit Thamar geminos Matt. 1. a | In quęstio. Hebraicis Phares. 1. Para. 2. a | Sacerdotis filia fornicans cōburitur. | Zara. | Hom. 62. | D | Lib. 22. contra Faust. | Pastorem suū, mant. amici sui. | Mulier quæ sedebat in biuio meretrix, illa quæ erat Enaim iuxta viā. | Nūquam non. | Habeat sibi, certe mēdacij arguere nos nō poterit, sumat sibi, ne forte simus in cōtemptum. | Videtur venter illi' intumescere, ecce est grauida ex fornicationibus. | E | In quęstio. Hebr. | Maceria. | Diuisa est propter te maceria. rupisti super te rupturā (vel diuisionem) i. secundinas. hoc ē quare prior egressus es. Heb.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Habeat sibi, certe mēdacij arguere nos non poterit. *In Hebræo habetur,* Habeat sibi, vt nō simus despectui. *Quod exponūt Hebræi sic. Sit suum quod habet de meo, & non requiras amplius eā, ne factū istud diuulgetur ad confusionem meam*

2 Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudę dicentes. *Hic describitur ipsius Thamar condemnatio, cum dicitur.*

3 Dixitq; Iudas Producite. *Ex hoc dicunt Hebræi, quod fuit filia Melchisedech sacerdotis, quia filia sacerdotis fornicans debebat comburi, vt habetur Leuit. 21. Sed istud uidetur falsum: quia supra dixit ei Iudas;* Esto uidua in domo patris tui. *Melchisedech autem iā diu ante erat defunctus, quia post natiuitatem Iacob non uixit ad plus nisi quinquaginta annis, vt supra dictum est 25. cap. Iacob autem tempore venditionis Ioseph erat 57. annorum, ut patet ex prædictis, cap. 37. Quia Iacob quādo descendit in Aegyptum erat 130. annorum, & uenditio Ioseph præcessit illum descensum 23. annis: & ideo dicendum, quod Thamar non cōmisit fornicationem simplicem, sed adulteriū, quia erat ligata ipsi Sela, nec poterat alteri copulari, vt patet Deuter. 25. b. Adulterium autem morte puniebatur, & sic fuisset Thamar punita, nisi propter iniustitiam sibi factam excusata fuisset à tanto, & sic non a toto. vnde subditur.*

4 Iustior me est. *Id est, minus punienda quam ego, qui sibi iustitiam feci subtrahendo sibi copulam filij mei tempore debito cōpleto. Iudas autem cum Thamar simplicē fornicationem commisit, eo quod meretricē illam credidit nulli alligatam, quod peccatum non erat morte puniendum, nec per consequens factum Thamar. Sequitur.*

5 In qua obstetrix, &c. *Id est, filum rubeum, vt per hoc distingueret primogenitum ab alio.*

6 Quare diuisa est propter te maceria, *Id est, pellicula, in qua inuoluitur puer in vtero matris, quam ruperat alius manum protendendo.*

7 Et ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. *Quod sonat diuisionem.*

8 Quem appellauit Zaram. *Quod resonat refulgentiam, ex fulgentia coccini in manu eius ligati.*

C | F

CAP.

### ADDITIO I.

*In cap. 38. vbi dicitur in postilla:* Dixit Iudas producite eam vt comburatur.

*Ex hoc autem quod dicit:* esto vidua, *non sequitur quod Thamar non fuisset filia Melchisedech iamdiu ante defuncti, nā etiam postquam homo moritur, præsertim si est magnus sicut Melchisedech, adhuc domus eius seu familia nominatur nomine suo, sicut domus Dauid pluries nominatur post mortem ipsius Dauid. Sed reuera non est verisimile, quod si* Thamar *fuisset filia tanti viri, sicut* Melchisedec, *quod de hoc non fieret mentio, & tamen fuit facta mentio de nomine patris vxoris Iudæ, scilicet Sua: supra in hoc capite, sed quicquid sit de hoc, non videtur quod*

*tur, quod Thamar commisit adulterium proprie dictum; ad hoc quod morte debuisset puniri. mulieres enim quæ erant ligatæ fratribus seu cognatis coniugis sui defuncti, si alteri copularentur, licet illicite fecissent, non tamen morte puniebantur secundum legem, alioquin Noemi nõ consuleret Ruth nurui suæ, vt remaneret in terra Moab, & ibidem cum alio contraheret, vt habetur Ruth. 4. Erat enim ligata ipsi Booz, vel alteri de cognatione, nec etiam fuisset excusata Thamar ab occisione si adultera fuisset, propter hoc quod non fuerat data Sele. nõ enim excusatur mulier de adulterio, propter hoc quod vir suus non vult ei reddere debitum dato etiam quod esset adultera; adhuc non mereretur comburi; sed alia morte leniori puniri. solæ enim filiæ sacerdotum fornicantes seu adulterantes igne debebant comburi, vt patet Leuit. 21. cap. vnde quidam Hebræorum dicunt, & videtur rationabiliter, quod Iudas erat in loco quasi princeps, & ex ore suo fiebant iudicia, & quod non sequebatur aliquas leges iam factas, cum adhuc non essent saltem diuinæ, sed iudicabat vt princeps secundũ iudicium arbitrij sui, quod patet ex hoc, nam ipse quasi propria authoritate dixit:* Producite eam ut comburatur. *& consequenter liberauit eam suo proprio arbitrio iudiciali dicens.* Iustior me est, &c. *quæ quidem excusatio nulla esset secundum legem diuinam post ea datam.*

REPLICA. *Correctorij contra Bur. In c. 38. vbi postill. improbat opinionẽ Hebræorum dicentiũ Thamar fuisse filiam Melchisedech. Burg. concordat cum eo in conclusione, sed rationes non obligant ad id sentiendum, sed sunt quædã persuasiones. cum autẽ postillator dicit Thamar adulterium cõmisisse, per consequens morte plectendã, sed non comburendam. Burgen. nititur eam excusare de adulterio, quia fuit iuncta alteri quàm propinquiori prioris mariti, quod quamuis fuit illicitũ, non tamen fuit adulterium. Totum quod Burg. hic dicit staret; si coniunctio & commixtio fuisset in specie matrimoniali, quod non fuit, sed in specie scorti, ideo fuit notã adulterij propriè dicti; sed fuit excusata de tanto, nõ de toto, &c.*

CAP. XXXIX.

A IGITVR *Ioseph.* AVG: Ad ordinem tendit scriptura vnde recesserat vt illa narret quæ supra gesta sunt. b *Fuitq;, &c.* GREGOR: Multi humanã sapientia inflati, dum desiderijs suis diuina iudicia contrarie aspiciunt, astute reluctare conatur; vt ad votum suum supernæ dispositionis vim intorqueat, sed inde voluntatem Dei peragũt; vnde mutare contendunt, & cõsilio Dei resistentes obsequuntur, quia hoc eius dispositioni militat quod per humanum studium resultat; vnde: Qui comprehendit sapientes in astutia eorũ; Ioseph somnium viderat, quod manipuli fratrum manipulum suũ adorarẽt, & seipsum sol & luna cum cæteris stellis. Cumq; fratres subijci se eius dominio metuerent, in puteum deponũt; & Ismaelitis vendũt: Qui in Aegyptum ductus, serui tuti subditus, luxuriæ accusatione damnatus, castitatis merito adiutus; prophetiæ iudicio ereptus, omni Aegypto prælatus est. Per supernam vero sapientiam prouidus frumenta congessit; & futuro periculo necessitatis obuiauit. Cumq; in orbe fames inhorruit; Iacob filios in Aegyptum misit, qui frumentorum dispensationi Ioseph præpositum inueniunt; quem vt alimenta mererentur, compulsi sunt adorare, Ioseph ab eis venditus fuerat, ne adoraretur; & adoratus est quia venditur, & coacti sunt Dei voluntatem peragere, quia moliti sunt cõmutare. Iustus quoq; C & misericors Deus, mortalium facta disponens, alia concedit propitius: D propitius, alia permittit iratus, & quæ permittit iratus, sic tolerat vt in consilij vsum vertatur. Vnde fit, vt q̃ sine voluntate Dei agitur, voluntati Dei cõtrarium non sit, quia dum in bonũ vsum mala facta vertuntur, eius cõsilio militant ea quæ repugnant, vñ Psalm. 60. a. *Magna opera domini, exquisita in oẽs voluntates eius.* Sic enim opera magna sunt, vt per omne quod agit ab hominibus, eius voluntas exquiratur. Nam sæpe inde perficitur vnde repelli putatur. vnde Psalm. 134: *Omnia quæcunque voluit deus fecit in cælo & in terra.* Salomon ait Prou. 21. *Non est sapientia, non est prudentia; non est consilium contra dominum.* In cunctis ergo quę agimus, vim supernæ voluntatis inquiramus, cui cognitæ debemus famulari, & quasi ducẽ eã itineris sequi, ne etiam nolẽtes seruiamus ei. Vitari enim vis superni consilij non potest; sed magna sibi virtute hanc temperat; qui se sub eius nutibus refrenat, eiusque pondera leuiat, q volens portat. E *Post multos itaq; dies. iniecit domina.* GREGO. Qui mundi successibus eleuatus, luxuria se tẽtari sensit, Ioseph ad memoriã reuocet, & sẽ in arce castitatis seruet, qui ait: *Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, &c.* Vbi patet, quia bona quæ assecutus fuerat repente ad memoriam retulit, & malũ quod pulsabat eiecit. Cum enim voluptas tentat in psperis, ipsa sunt opponenda tentationi; vt eo erubescam praua committere; qui nos à Deo meminimus gratuita bona percepisse; quia enim voluptas ex prosperitate nascitur, eiusdem consideratione feriatur. F

*In q. super Genes. li. 6. Mor. c. 11. 12. &c.*

*1. Cor. 3. d. eunuchus vel princeps seu. * sui. Exercitus, sui, laniorum vide fine c. 37.*

B *eo, Ioseph. Qui, & dominus ei* Dirigi, prosperaui. Benedixit que, ex tuc benedixit Multiplicauit, benedixit (Interpres exposuit qd benedicere significet) Aliud cum eo.*

*Venditur Ioseph in domum Pharaõis.*

*Deus est cũ Ioseph*

*† habitauitque.*

*E lib. 30. Moral. c. 19.*

*Deus benedixit ipsum Phutiphar propter Ioseph. † i. creat.*

CAP. XXXIX.

1 IGITVR Ioseph ductus a est in Ægyptũ, emitq; eũ Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, *vir Ægyptius de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. b Fuitq; 2 dominus cũ eo, & erat vir in cũctis prospere agẽs. † Habitabatq; i domo dñi sui, q̃ optime nouerat dñm esse cum eo, & oia quę gereret ab eo dirigi in manu illius. Inuenitq; Ioseph gratiam coram dño suo, & ministrabat ei. A quo præpositus oibus, gubernabat creditam sibi domum; & vniuersa quę † tradita ei fuerant. Benedixitq; Dñs domui Ægyptii propter Ioseph; & multiplicauit tam in ædib. quã in agris cunctam eius substãtiam. Nec quicquam aliud nouerat; nisi panem quo vescebatur. † Erat autem Ioseph pulchra facie; & c decorus aspectu. Post multos itaque dies; 3 4 5 6

*¶ Redit ad ordinem superiorum.*
*a ¶ i. Christus prædicatus per mundum.*
*i Precio fidei.*
*a ¶ Castus in inde populus qui aliquando cogitur mundanis seruire principibus.*
*a ¶ Quia gentes gentilibus Christum annuntiauerunt.*
*a Pater. b Filio. c Factis vel fictis.*
*a Ecclesia. b Dei, cuius Christus gratia secundum carnem.*
*Quæcunque faciet prosperabuntur.*
*a ¶ Christus speciosus forma præ filijs hominum. Psal. 44. a. in cuius manu omnia diriguntur.*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXIX.

IGITVR Ioseph ductus. *Posito incidenti reuertitur scriptura ad historiam Ioseph, describendo eius promotionem; & primo in domo Phutipharis, secundo in domo regis. 41. cap. Adhuc primo describitur Ioseph promotio digna. Secundo eius incarceratio iniusta, ibi,* Cumq; vidisset mulier. *Circa primum ostenditur ipsius Ioseph fidelitas, & secundo castitas, ibi:* Erat autem Ioseph. *Et hec duo faciebant eũ dignũ. Circa primum dicitur.*

2 Fuitq;, &c. *Largiendo sibi gratiam suam; & erat acceptus Deo & hominibus, quod per effectum & exteriora signa cognouit dominus suus, propter quod omnia quæ erant in domo sua dispensanda simpliciter commisit gubernationi ipsius.*

3 Benedixitq;, &c. *in bonis temporalibus notabiliter multiplicando.*

4 Nec quicquam, &c. *Scilicet dominus Ioseph de omnibus quæ habebat dimittens curam eorum ipsi Ioseph.*

5 Nisi panem; &c. *id est, Cibum suum qui nomine panis intelligitur omni enim sero petebat Ioseph a domino suo, quid in crastino vellet comedere, & de hoc solo dominus Ioseph disponebat.*

6 Erat autem Ioseph. *Hic describitur eius castitas, quia cum esset corpore gratiosus, & a domina sua instanter pulsaretur; & quasi continue de fractione castitatis, nullo tamẽ modo acquieuit, sed magis mulieri suasit ut suam passionem refrenarct, & patet litera vsque ibi.* * 1 Accidit

MORALITER.

1 *Igitur Ioseph ductus est in* Aegyptum, emitq;, &c. Ioseph autem venditur in seruum, est exemplũ morale cuilibet innocenti, quem aliqñ Deus permittit capi ad probationem suæ patientię, & in seruum vendi propter quod debet exemplo Ioseph domino suo seruire fideliter & castẽ. 1. Pe. 2. c. *Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis, hæc est enim gratia, &c.* Et p fidelitate & castitate seruanda dẽt si necessitas occurrat, exemplo Ioseph carcerem & aduersa omnia sustinere. Verumtamen quia Deus facit cũ tentatione prouentũ, ut fideles sui possint in aduersitate consolari, iõ dominus dedit gratiã ipsi Ioseph, primo i cõspectu domini * sui ad con-

*sua. Ioseph timens Deũ & proximi dãnũ denegat dominæ suę stuprũ. 1. Deum. al. non habebat loquebatur. 2. Eius. al. † multũ Ioseph falso accusatus stupri a domina suam carceretur.

B Succlamassem. Clamassem voce magna. Quod tenebat, suũ apud me. Et infra. Diuitiæ. His auditis domini* & nimiũ credulus verbis coniugis, Cũ audisset do minus ei* verba vxoris suæ dicentis, hęc fecit mihi seru* tuus. Miseretur ipsius Ioseph Deus Psal. 104. b.

✱ THEODO. A Cur in tanto temporis interuallo nempe viginti annorum, neq; Ioseph patri suã seruitutem significauit, neque Deus ipse reuelauit vnquam Iacob? Eundum etiam ipsi Iacob vna cum filijs in Aegyptũ sicut Abrahę Deus olim prędixerat. Quod si de seruitute Ioseph pater rescisset, redemisset omnino filium.

a *Iniecit domina &c.* ISIDOR. ALLEGO. Hęc figura est synagogæ, quæ sæpe mœchata est post deos alienos, & volebat Christũ adulterij sui detinere, vt negaret se Deũ esse, & Pharisæorum magis, & Scribarũ, quam legis pręcepta seruaret, qui illi velut maritus erat: Sed non acquiescens illicitæ doctrinæ synagogæ, manu, veste corporis apprehẽsus, carne se exuit, & liber in cęlũ ascendit. Calumniata est meretrix, vbi tenere non potuit dicens

a ¶ Sinagoga. b ¶ Luxuria quæ pudicitiam infestare tentat, sed vt castus bona sibi collata ad memoriam reducit, & tentationem qua pulsatur, euincit.

a iniecit domina* oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui ne † quaquã acquiescens operi nefario, dixit ad eã: Ecce dñs meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquã est, quod non in mea sit potestate, vel nõ tradiderit mihi, prêter te, quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum malum hoc* facere, & peccare

a ¶ Sic incentiua libidinum frequenter impetunt castitatem.

in dominum 1 meum? Huiusmodi verbis per singulos dies † loquebatur,* & mulier molesta erat adolescẽti, & ille recusabat stuprum. Ac 1 cidit aũt quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam

a ¶ Quia solitudo sceleri oportuna videbatur.

absq; arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia vestimenti eius, dice † ret: Dormi mecũ. Qui relicto in manu 2 illius pallio, fugit: & egressus b

a ¶ Velamen literæ.

est foras. Cumq; vidisset mulier vestem in manib. suis, & se esse con 2 temptam, vocauit* hõies domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virũ Hebræũ, vt illuderet nobis: Ingressus est ad me, vt coiret mecũ. Cũq;

a ¶ Quem non potuit contaminare, verisimilibus coniecturis nititur infamare.

ego succlamassem, & audisset vocẽ meã, reliquit palliũ quod 3 tene-

a ¶ Ad gentes.

bã, & fugit foras. In argumentum ergo fidei retentũ palliũ ostendit marito reuertenti domũ, *& ait: Ingressus est ad me seruus Hebræus, 3 quẽ adduxisti, vt illuderet mihi. Cũq; 4 vidisset me clamare, reliquit pallium, & fugit* foras. His auditis dñs, & † nimium credulus verbis 4

a ¶ Descendit Christus in infernum. b ¶ Innocentem ad pęnam nocentium.

coniugis, iratus est valde: tradiditq; Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur: & erat ibi clausus. Fuit aũt dominus cum Ioseph 5

a ¶ Quia Christus inter mortuos liber. b ¶ Sui, sine cuius auxilio nec puniuntur mali, nec coronantur boni: Quia tradita est Christo potestas supernorum & infernorum.

& misertus est illius, deditq; ei gratiã in conspectu principis carceris. 6 Qui † tradidit in manu ipsius vniuersos vinctos q in custodia tenebãtur, & quicquid fiebat sub ipso erat, nec nouerat aliquid cũctis ei creditis. Dominus enim erat cum illo, & omnia eius opera dirigebat.

cens, quod templum Dei blasphemaret, & legis transgressor esset. Illum autẽ carcer non terruit, non inferna terruerunt. Vbi enim veluti puniendus descenderat, inde alios liberauit.

b *Qui relicto, &c.* Sic nos tentant carnis illecebræ, & succutiunt vestem carneam: Sed vir castus mauult omnia vincula dirũpere, quam se turpitudini subiugare.

GREG. ALLEGORICE. *Qui relicto in ma. &c.* Quia dum synagoga Christum purum hominẽ credens, adulterino complexu constringere voluit, ipse tegmẽ literę oculis eius obiecit, & ad cognoscendam diuinitatis potentiam conspicuũ se gentibus prębuit. Vnde vsq; hodie dum legit Moses, velamen est super oculos cordis eorum, quia s. adultera pallium retinuit, & quem male tenebat nudum amisit.

D Ignorat. non nouit mecum. Nec quicquã est qd nõ in mea potestate sit ptãte vel nõ tradiderit mihi. Nõ est maior me in domo hac nec prohibuit nihil quicquã. *grande. *Ipsa ad Ioseph. Et mulier molesta erat adolescenti. *Ad se. E Operis q̃ppiã absq; arbitris faceret, vt faceret opus suum nec esset quisquã ex viris domus ibi in domo. *suam. Et se esse cõtẽptam. 3. quod tenebat. Ipsius Ioseph. *princeps carceris. Sub ipso. Ibi ipse faciebat. Nouerat aliquid cũctis ei creditis, princeps carceris videbat quicquã ex ijs quę erãt in manu eius. Dirigebat secũdabat.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Accidit &c. *Dicit Iosephus, quod illa dies erat valde solennis Aegyptijs, & in ea congregabantur omnes ad fanum idoli, pręter Ioseph qui erat Dei cultor, & ideo pradicta mulier tunc finxit se infirmam, vt remaneret domi, & haberet maiorem opportunitatem inducendi Ioseph ad concubitum suum, quod & fecit. Primo verbis deprecatorijs, postea comminatorijs, dicens, quod illum accusaret, sicut & postea fecit, nisi sibi acquiesceret, & tandem nimio libidinis ardore ducta, accepit eum per vestimenta, vt cum importunitate nimia eum induceret ad opus nefarium, sed ipse Dei timore, ac castitatis amore prædicta contempsit, & relicto pallio suo in manib. mulieris, foras exiuit.*

2 Cumq; vidisset. *Hic consequenter describitur eius incarceratio iniusta, vt probaretur eius patientia, & quia secũdum Apostolum.* Deus facit cum tentatione prouentum. *ideo primo describitur eius incarceratio. Secundo diuina cõsolatio, ibi.* Fuit autẽ dominus cum Ioseph. *Circa primum præmittitur accusatio eius falsa, primo erga homines de domo domini sui, vt patet in litera, secundo erga dominum, cum subditur.*

3 Ingressus est ad me. &c. *Ac si diceret, licet sit seruilis conditionis alienæ gentis, tamen ingratus tuis beneficijs voluit tibi tantum vituperium facere.*

4 His auditis, &c. *Quia absque examinatione debita innocentem cõdemnauit ad carcerem.*

5 Fuit autem. *Hic subditur diuina consolatio erga Ioseph ne nimia tristitia absorberetur & primo describitur eius consolatio in pœna mitigatione, secundo in mentis, ipsius illuminatione. 40. c. Circa primum dicitur:* Fuit autem dominus cum Ioseph, *eius firmando patientiam.*

6 Et misertus est illius. *Ad pœnę mitigationem.*

Deditq; &c. *Quia amouit sibi ferramenta, & dedit sibi meliorẽ dietam, vt posset alios clausos in carcere visitare & custodire.*

MORALITER.

† sui ad consolandũ ipsum in labore seruitutis, secũdo in cõspectu custodis carceris, ad consolandũ ipsum in afflictione reclusionis, & de tali consolatione sperare debet, qui pro veritate affligitur.

Aliter potest dici quod per Ioseph qui interpretatur accrescens, significat iuuenis secularis humiliter & deuote seruiẽs parentib. sicut dominis suis, meliorem tamen desiderat vitã per ingressum religionis, sed amor carnalis parẽtũ & petulantia carnis, ipsum ab hoc ingressu retrahunt, ad contrahendũ carnalẽ matrimonium inducũt, quod notatur per hoc quod de muliere Aegyptiaca dicitur.

† *Et ait,* ipsi Ioseph.

† *Dormi mecum, &c.* Et aliquando inualescit tentatio, quod notatur cum subditur.

† *Et illa appreben. &c.* Et tunc debet relinquere pallium. s. secularem habitum, & fugere ad locum religiosum, secũdum illud Ps. 54. b. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.*

## CAP. XL.

*a Quia peccauerunt duo populi originaliter & actualiter & ideo sunt in infernum quasi in carcerem retrusi.*

HIS itaque gestis accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, & Pistor, domino suo.
*a Gentilis qui multum dilectionis propinauit dilecto.*
Iratusque Pharao contra eos: (Nam alter pin-
*a Iudæus, qui apud Hiere. lignum mittit in panem vitæ Hier. 10. d.*
cernis præerat, alter pistorib:) misit eos in carcerem
*a Innocens cum nocentibus.*
principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph.
*a Cuius motu omnia fiunt. b Erudiendos. c Christo: d Verbo salutis.*
At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis. Aliquan-
*a Iudæi sub lege, gentiles sub tutoribus & actoribus vsque ad præfinitum tempus à patre.*
tulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Videruntque
*a Non pro meritis suis vident somnium; sed vt Ioseph qui latebat manifestaretur & magnificaretur.*
ambo somnium nocte vna, iuxta interpretationem congruum sibi. Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, sciscitatus est † dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra? qui respon-
*a Quia clausa fuit prophetia donec venit Christus; qui aperuit librum, & soluit signacula eius.*
derunt: Somnium vidimus, & nō est qui interpretetur nobis. Dixitq; ad eos Ioseph: Nunquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quid
*a Quia paucis de Iuda saluatis, populus gentium ad salutem præcucurrit.*
videritis. Narrauit prior præpositus pincernarū somniū suum: • Vide-
*a Quæ dicit, Ego sum vitis vera in qua radicata est ecclesia; de qua dicitur, & vos palmites. b Coniugati, continentes, rectores. c Ecclesia producit paulatim germen fidei, florida in neophitis, matura in perfectis, de qua et vinum exprimitur cum prelo passionis calcatur, quod Pharaoni. i. mundi potestatib. propinatur: cum Christi passio eis imitanda aut credenda prædicatur.*
bam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere, calicemq; Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vas, & expressi in calicem quem tenebam, &
*a Quamuis ad Christiana tempora pertinet prophetia, interpretatur tamen secundum euentum rerum mox futurarum.*
tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnii: Tres propagines, tres adhuc dies sunt post quos

A His itaq; &c. a Duo eunuchi. ISID. Inuenit Ioseph duos eunuchos in carcere. i. duos populos fideliū & infidelium; qui sub peccato Adæ trāsgressioni obnoxii tenebātur. Eunuchi dicti qui a castam acceperant regulā disciplinæ. Ps. 11: *Eloquia Domini, eloquia casta.* Sed post trinam lucem domini ab inferis resurgente, & legis obscu- B ta, tanquam Ioseph somnia reuelante, solutus est a peccatis, & carcere inferni credentium populi & ministerio diuinæ legis redditus. Incredulus autem Iudæorū populus, quia in conuersione ligno non credidit trāsgressionis ligno suspenditur.

Eos ambos princi pes suos.

Custos carceris, princeps laniorum.

• Eos.

• Ipsi Ioseph & dixit.

Abrahæ dudū legim⁹, quod nos posuimus more vulgi vocare pincernam: & vsq; hodie apud barbaros maximæ dignitatis est regi poculū porrexisse. D

c *Videbam coram me vitem. &c.* HIERO. Et ecce vitis in conspectu meo, & in vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos tria flagella, três ramos siue propagines. Hebræo sermone significat, quæ ab illis vocentur שריגים Sarigim. E

d *Tres propagines tres dies sunt.* RVPERTVS. Ecce q somniator fuerat. & nihil ei somnia sua profuerāt, ille somniorum aliorū interpres fieri incipit, vt videant

de quest. Hebraicis Pincernæ & pistoris Pharaonis in carcere ministrat Ioseph.

Videntsōnia.

Somniorū interpretatio Dei d. Pincernæ somnium. lib. 8. c. 38.

Ioseph interpretatur somnium.

de questi. Hebraicis C b *Pincerna regis Aegypti & Pistor domino suo, &c.* HIERONYMVS. Vbi nos posuimus principem vinariorum in Heb. habetur משקה masqueh illud verbum quod in nomine serui Abrahæ

qui inuidebant fratres, quia multum somnia sua prosunt illi. Et q pulchre Ioseph duorum medius vinctorum in carcere, & vtrique somnij sui dedit interpretationem congruam, F

*in vmbra*

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XI.

HIs itaque. *Hic consequenter ponitur diuina cōsolatio erga Ioseph in illustratione mētis in cognitione occultorū: vbi primo describitur incarceratorū visio, secundo visionis narratio & interpretatio, ibi:* Ad quos cum introisset Ioseph. *& tertio interpretationis impletio ibi.* Exinde dies tertius. *Circa primū dr.*

2 Accidit &c. *ministri regis.*

3 Pincerna, &c. *Quid autem fecerint non dicitur in litera, sed Hebrei dicunt quod pincerna non fuit diligens in custodia potus regis, quia inuēta est ibi musca. Pistor autem in hoc, q in pane regis inuetus est lapis paruus sed ista causa est insufficiens ad mortem hominis, quia pistor suspensus est vt dicitur infra, & ideo istæ causæ videntur esse fictitiæ, & ideo magis credibile est q fuerunt regi accusati de infidelitate in officijs suis, quod frequenter accidit in regum curiis.*

4 Misit eos in carcerem principis militum, &c. *Donec diligentius examinarentur accusationes eorum.*

5 In quo, &c. *Iam erat sine vinculis, vt prædictum est, dicitur tamen vinctus, quia ibi tenebatur reclusus.*

6 Videruntq; &c. *Hoc a Deo factum est, vt per somniorum interpretationē sapientia Ioseph ostenderetur, & per hoc vlterius exaltaretur.*

7 Iuxta interpret. &c. *quia sicut Ioseph exposuit, ita accidit, vt patebit infra.* 8 Ad quos cum introisset Ioseph. *Hic ponitur visionis narratio, præmittitur tamen interrogatio Ioseph, cum dicitur.*

9 Cur tristior est, &c. *quia timebant, ne somnia sua essent signa maioris mali eis futuri, quia incarcerati vt communiter formidāt peius eis accidere.*

10 Et non est qui interpret. *Aegyptij .n. augurijs, & diuinationib. insistebant, & erant ibi augures & malefici; qui per artes magicas talia exponebāt, ad quos non poterāt recurrere, q a erāt in carcere reclusi.*

11 Dixitq; ad eos Ioseph, &c. *Improbando talem superstitionem.*

12 Nunquid non Dei est interpretatio. *q. d. sic, & non demonum.*

13 Referte mihi. *Talis enim notitia pertinet ad spiritum prophetiæ, qui est gratia gratis data, & ideo cognita est ipsi habētu. & ideo Ioseph sciebat se cōsecutum hoc donum a Domino, sicut & de Daniele dicitur Dan. 1. b.*

14 Narrauit prior præpos. &c. *Hic consequenter ponitur narratio somniorum cum interpretatione, & primo quantū ad somnium pincernæ Secundo quātū ad somnium pistoris, ibi.* Vidēs pistorum magister. *Primum patet exceptis quibusdam vocabulis.*

15 Tres propagines paulatim in gemmas, &c. *id est, in botros. Est enim botrus illud quod primo exit de palmite.*

16 Et post flores vuas matur. &c. *Sensus est. Videbam ex botris vuas formari, & flores produci, & post floritionem ad maturitatem procedere. Sequitur.*

⁂ Recorda

## MORALITER.

1 *His itaq. &c.* Per regē Aegypti, ratione regiæ dignitatis pōt Deus intelligi per duos aūt eunuchos, duo populi. s. gētiles & Iudæi, qui ambo peccauerūt omniū regi. Ro. 3. c. *Omnes enim peccauerūt, & egent gratia Dei.* Et p pincernā qui ponitur prim⁹ intelligitur populus gētilis. & per pistorē qui ponit secundo, populus Iudaicus. Gentilitas. n. incepit ab initio mūdi, Iudea vero a tempore Abrahæ, qn circumcisionem accepit, quæ est signum distinguens Israel a gentib.

4 *Misit &c.* Per carcerē istū intelligitur penalitas vitæ præsentis in qua fuerūt gentiles & Iudæi. Per Ioseph aūt, qui fuit cū eis pp eius innocētiā, intelligitur Christus, de quo dicitur Io. 1. e. *Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi.* Ipse vero quantū homo fuit in carcere penalitatis prędictæ, quam assumpsit. voluntarie, ad satisfaciendū p peccatis humanæ creaturæ. & ipse prædixit vocationē gentiū ad fidē, quę per pincernā significatur & reprobationē Iudæorum qui significantur per pistorē, vt prædictū est; De vtriusq; vero dicitur Matth. 8. b. *Multi venient ab oriente & occidēte & recūbent, & cū Abraham, Isaac, & Iacob in regno cęlorū. filij aūt regni eijcientur in tenebras exteriores.* Et ista vocatio gentium per Apostolorū prędicationē. & obstinatio Iudæorū factę sunt post tres dies, per quos tria tēpora designantur. s. tēpus naturæ, & tempus legis Mosaicę, & tempus gratię quod incepit a Christi incarnatione MORALITER. potest dici, quod per eunuchos regem offendētes intelligūtur peccatores, qui sunt in duplici differētia. Nam aliquos penitet & reuertuntur ad gratiā & isti significantur per pincernā, de quo dicitur, in litera, q vidit vitem tres propagines habentem. & significat ipsum Christum dicentem Ioann. 15. *Ego sum vitis, vera.* Tres vero propagines tres naturas significāt in Christo

† existentes

A umbra est Saluatoris nostri, qui duorum medi⁹ latronũ in cruce vtrique iuxta fidem vel meritum suum dignam dedit sententiam.

a *Tria canistra.* AVG. Vbi in Latinis codicibus *tria canistra farinæ* scriptum est, Græca habent *codrithon*: quod interpretatur panes cibarios. Sed illud mouet, quomodo panem cibariũ poterit Pharao habere in escis. Dicit enim in superiore canistro omnia opera

* quæso.
† furtim.
In q. super Genes.
† Putabã.
† Pharaonis.
B conuiuiũ Pharaonis in natali suo.
Succedentib. prosperis.
Interpret. sui, ipsius Ioseph.

recordabitur Pharao † ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum, dabisq. ei calicem iuxta officium tuũ, sicut facere ante consueueras. Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facias *mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, & educat me de isto carcere: quia 1 furto sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacũ missus sum. Videns pistorũ magister, quod prudenter somniũ dissoluisset: 2

a ¶ Hiero. Pro tribus canistris tres cophinos farinæ habetur in Heb.

ait: Et ego vidi somnium, quod haberem tria canistra farinæ super caput meum, & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me * omnes cibos + qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo. Respondit Ioseph: Hęc est interpretatio sõnii. Tria canistra tres adhuc dies sunt, post 3 quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius † natalitius Pharaonis erat. Qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter 4

a ¶ Qui calicem domini accepit liberari meruit.

epulas magistri pincernarum & pistorum principis: Restituitque alte-

a Etiam per vasa iræ ministratur poculum vitæ vasis misericordiæ. b Qui in panem domini lignum misit, per lignum periit.

rum in locum suum, vt porrigeret regi poculum, alterum suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen succedentibus 5

a ¶ Prosperitas stultorum perdet illos.

prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. 6

ra fuisse pistoria è quibus Pharao edebat. Sed intelligendum est etiam primum canistrũ habuisse panes cibarios, quia dictum erat tria canistra codrithon, & desuper fuisse illa, & ex omni genere pistorii operis in eodem, scilicet canistro superiore.

b *Natalitius Pharaonis.* Pharao & Herodes diẽ natiuitatis celebrauerunt, quia ex hora natiuitatis se reges fuisse putauerunt.

CAP.

D al. † magisterii.
Somnium pistoris.
Somnium pistoris exponit.
E al. † natalis
coniectoris veritas probaretur, quemadmodũ interpretatus fuerat ei Ioseph.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Recordabitur Pharao ministerii, & restituet te in gradum pristinũ, &c. *In Hebræo habetur:* Numerabit Pharao caput tuũ. *Et eodem modo infra de pistore vbi dicitur,* Auferet Pharao caput tuum. *In Hebræo habetur;* Numerabit caput tuum, *quia in solemnitate natalis sui ordinauit de ministris, & sic in numero pincernarum fuit recordatum nomen magistri eorum in carcere detenti, & eodem modo de magistro pistorum, inter illos qui seruiebant de pane. sed primus restitutus est in officio, quia forsitan post examinationem suæ accusationis inuentus est dignus liberatione, vel quia rex voluit sibi gratiam facere. Alter autem fuit condemnatus ex causis contrariis, sicut vtriusq; somnium prætendebat.*

2 Videns pistorum magister quod prudenter somnium dissoluisset, ait. *Hic ponitur narratio magistri pistorum cum sua interpretatione. Et patet litera vsque ibi.*

3 Tria canistra farinæ, &c. *Hebræi dicunt: Tria canistra foraminibus plena. videbãtur enim quasi facta de virgultis, & ideo inter complicationem virgarum videbantur quasi quædam foramina. Sequitur.*

4 Recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorum principis, &c. *Secundum literam Hebraicam supra positam vbi dicitur:* Numerabit caput tuum, *non est intelligendum quod Pharao tunc esset in epulis ipsis vtendo, sed magis ordinando de eis & ministris.*

5 Vt coniectoris, &c. *Ad hoc enim immissa sunt prædicta somnia ex ordinatione diuina, vt per eorum expositionem prædicta sapientia Ioseph regi manifestaretur, & sic exaltaretur sicut & factum est, vt patet ca. se.*

Somniorũ interpretatio.

6 Oblitus est interpretis sui. *Dicunt Hebræi, quod hoc fuit quia nimis confisus fuerat Ioseph de auxilio humano. Ad maiorem intellectum eorum quæ dicta sunt in hoc c. & eorum quæ dicentur in seq. Hic quæritur, vtrum interpretatio, somniorum per ea iudicando de futuris, sit licita, & uidetur quod non, quia dicitur* Deut. 18. b. Non inueniatur in te qui obseruet somnia. *Et similes authoritates inueniuntur in pluribus locis in sacra scriptura.* In contrarium est, *quod Ioseph hic interpretatus est somnia modo prædicto, & Daniel interpretatus est somnia Nabuchodonosor, ut habetur* Dan. 1. & 4. *Dicendum ad hoc, quod causæ rerum sunt latentes, & effectus earum magis noti. & ideo ducunt in cognitionẽ causarum, sicut signa naturaliter eas repręsentantia. videmus enim quod fumus exterius prorumpens, est effectus ignis intra caminum latẽtis, & ducit in cognitionem eius, sicut signum ipsum naturaliter repræsentans, contingit enim aliquando, quòd vna causa producit duos effectus ordinate tamen vnum post alium, sicut in febricitãte vigoratio naturæ est causa digestionis vrinæ primo, & consequenter, postea sanitatis. & tunc primus effectus non solum est signum vigorationis naturæ, sed etiam sanitatis futuræ. Quando igitur vna & eadem est causa somnij & effectus, alterius consequentis, tunc illud somnium est signum naturaliter repręsentans effectum futurum, & ideo per tale somnium licitè potest prænosticari de effectu, futuro, sicut medicus licitè prænosticat per conditionem vrinæ de sanitate vel morte futura. Propter quod ulterius uidendum est de causa somniorum, quorum duplex est causa in generali scilicet intrinseca & extrinseca, intrinseca uero duplex est, una est motus casualis fantasmatum in dormiendo. & talis causa non est causa alicuius effectus alterius sequentis, & inde per talia somnia nihil potest prænosticari de futuris, & quia somnia ut in plurimum hoc modo contingunt, ideo dicitur Ecclesiastici 5. et* Vbi multa sunt somnia, ibi plurimę vanitates. Et *Cato dicit: Somnia ne cures. Alia causa somniorum intrinseca est dispositio corporis, sicut homines frigidi frequenter somniant, quod sint in glacie uel in niue, quia phantasmata formantur conformia tali dispositioni. propter quod dicit Phil. li. de som. & ui. quod medicorum gratiosi dicunt ualde attendendum ad somnia, & commentator.* Alb. *super librum illum dicit, quod quidã somniauit, quod pix nigra fundebatur sup pectus suum, & postea in uigilia sequenti euomuit choleram nigram in magna quantitate. & ideo ex talibus somnijs potest prænosticari de futura sanitate uel infirmitate ipsius somniantis. Causa autem extrinseca somniorum duplex est, una corporalis alia spiritualis, corporalis est corpus cæleste & aer continens. sicut enim per eorum influentiam producuntur formæ diuersæ in materia corporali, ut plantarum & mineralium & huiusmodi, ita ut per eorum influentiam in virtute phantastica quę est organica causantur formę siue fantasmata conformia dispositioni cęlestia ad causandum effectum aliquem futurum, & per consequens per talia somnia potest de futuris prænosticari.* Aduertendum etiam, *quod istę causę somniorum, scilicet dispositiones corporis somniantis & influentiæ corporis cęlestis & continentis, magis habent effectum in uirtute phantastica dormientis quam uigilantis. quia in uigilia propter occupationem circa exteriora non percipiuntur, sed magis effectus eorum impediuntur, quia motus maiores expellunt minores. Causa autem spiritualis extrinseca somniorum duplex est, una bona. s. Deus per se uel per ministerium angelorum immittens alicui imaginarias dispositiones ad significandum aliqua futura. Ex hoc fit dupliciter, Vno modo sic, quod uni soli fit imaginaria uisio, alteri autẽ datur intellectus talis uisionis, quod fuit in proposito, quia Pharao & ministri eius habuerunt solam uisionem imaginariam, sed Ioseph de his habuit cognitionem intellectiuam, et ideo*

* ipse habuit

C F

## MORALITER.

existentes, s. diuina, anima, & corpus. Vere enim pœnitens ista tria per fidem videt in Christo, quia credit ipsum verum Deũ & uerum hominem ex anima rationali & corpore existentẽ. Vuarum autem expressio, Christi passionem significat, ex cuius virtute pœnitens consequitur remissionem. Hebræorum 9. f. *Sine sanguinis effusione non fit remissio.* Et hęc remissio plenaria fit post tres dies, per quos significantur contritio, confessio, & satisfactio. Aliqui vero peccatores in peccatis suis remanent obstinati, & isti per pistorem significantur, qui describitur oneratus tribus canistris, id est, præssus grauibus peccatis: secundum quod dicitur Prouerbiorum 18. a. *Impius cum in fundum peccatorum uenerit, contemnit.* Et tali prædicitur sua damnatio post tres, per quos designantur peccati perpetratio, assuefactio, desperatio. Prædicta vero denuntiantur peccatoribus, per prædicatorem, significatum per Ioseph visionum expositorem. nam prædicator est uisionum prophetalium expositor.

ipse habuit in hoc donũ prophetiæ, non autem illi, quia illustratio intellectus requiritur ad prophetiam, secundum quod dicitur Dan. 10. a. Intelligentia opus est in visione. Aliquando autem eisdem fit imaginaria visio & cognitio intellectus eiusdẽ visionis, sicut Danieli factũ est, Dan. 10. & hoc etiam pertinet ad prophetiã. Alia est causa spiritualis extrinseca somniorum mala. s. quando à dæmonibus immittuntur visiones aliquæ imaginariæ in dormiendo, & talibus vtuntur artes magicæ, sicut dicitur 4. Physic. de illis qui dormiebant in Sardis, & in historia Britonum de sacrificantibus idolis. His dictis dicendum est ad quæstionem, quod prænosticare de futuris per somnia quæ sunt signa alicuius futuri euentus, inquantum causantur ex dispositione corporis somnantis, uel impressione corporis cælestis, non est illicitum, cum istud possit fieri via naturali, nisi aliquis in talibus excedat limites virtutis naturæ, magis asserendo, quàm natura rei patiatur, quia tales effectus futuri designati per somnium possunt impediri, sicut sanitas ægrotantis prænosticata per vrinã aliquando impeditur. Per somnia vero à Deo prædictis modis immissa ad significationem alicuius futuri, potest aliquid futurum certitudinaliter prædici. Ab eo tamen qui illustratur à Deo ad talia cognoscendum, & ei licitum est talia exponere & prædicere, per somnia vero a dæmonibus immissa aliquid futurum prædicere superstitiosum est & illicitum, & sic patet quod dictum est de quæstione. Patent etiam argumenta facta ad vtranque partẽ, quia procedũt vijs suis.

CAP. XLI.

A Somnium Pharaonis de septem bobus.

POST duos. a Putabat. etc. AVGVST. Sicut seru⁹ Abrahæ dixit Gene. 24. b. *Ecce ego sto super fontẽ aquæ:* hęc locutio si intelligatur in Psal. vbi scriptum est Psal. 135. a. *Qui firmauit terrã super aquas,* nõ cogũtur homines putare sicut nauem natare terram sup aquas. Intelligitur enim quod altius sit terra quã aqua. Altius quippe aqs sustollitur, vbi habitãt terrena animalia.

In q. super Genes.

*Vacæ fœdæ & tenues carne.

B

†al. obdormiuit.

*est spiritus eius.

†ad Pharaonem.

C

†laniorũ.

b *De quo, &c.* HIER. Ecce de fluuio ascendebant septem boues speciosę ad videndũ, & electæ cornibus, & pascebantur in אחו achu, & in Genesi scriptum est in *achy* & nec Græcus sermo est, nec Latin⁹. Hebrę quoque corruptus est. Dicitur enim in achy, id est, in palude. sed quia u, litera apud Hebreos, & y, similes sunt, & tamen magnitudine differunt pro. *habi habu.* 70. trãstulerũt: & secundũ consuetudinẽ suã ad exprimendũ duplicem aspirationem *Heth.* Hebraicæ literæ, chi Gręcam copulauerunt.

De quæst. Hebraicis

†Singulis secũdum interpretationẽ somnii somniauimus.

CAP. XLI.

POst duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebãt septem boues pulchræ, & crassę nimis, & pascebantur in locis palustribus. Alię quoque septẽ emergebãt de flumine, fędæ †confectęq. macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus, deuorauerũtque *eas quarum mira species, & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao rursum †dormiuit, & vidit alterum somnium. Septem spicæ pullulubant in culmo vno, plenæ atque formosæ, alię quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur, deuorantes omnem †priorem pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietem, & facto mane pauore perterritus, *misit ad †coniectores Ægypti, cunctosque sapientes. Et accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait: †Confiteor peccatum meum. Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorũ retrudi iussit in carcerem principis† militũ, vbi vna nocte vterque vidimus somnium, †presagiũ futurorũ. Erat ibi puer Hebręus, eiusdẽ ducis militũ famulus

a Significabat cursum labilium, super quem stat, qui amorem temporalium calcat.
a Gratiæ spirituales quæ processerunt ad nutriendam infantiam primitiuæ ecclesię.
a ¶ Humilibus. Vnde Esa. 11. a. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum. b ¶ Spirituales nequitiæ.
a ¶ Nulli nutrimento aptæ.
a Tenellis mentib. b Consumpserunt omnem decorem virtutum in animabus. quæ specie tenus habebant cultum virtutum.
a ¶ Geminatio somnij confirmatio est presagij.
a Spicarum macie, verbi Dei fames cum refrigesc. charitate, in fine seculi abundabit iniquitas.
a Quia mysterium quod absconditum in Deo a seculis, in Deo apparente mediatore, & prædicante manifestum est.

D

†Et pascebantur stabant iuxta vaccasque erant.

In locis virentibus.

E

Alterũ somnium de spicis.

†priorum.

†omnes.

Pincerna meminit ipsius Ioseph apud Pharaonẽ

F

c *Tunc demum*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLI.

POST duos annos. *Hic consequenter describit promotio ipsius Ioseph in domo regis, quæ facta est per hoc quod sapientia eius fuit declarata, id primo describit sapientiæ ei⁹ declaratio. Secũdo ipsi⁹ promotio, ibi:* Placuit Pharaoni *Tertio dictorũ suorũ impletio.* Venitq; fertilitas. *Declaratur aũt eius sapientia ex duob. s. primo ex cognitione occultorũ, & secundo ex prouisione agẽdorũ, ibi:* Nũc igit *Circa primũ sic procedetur, quia primo describitur somnij uisio. Secũdo expositoris introductio. ibi:* Tunc demum. *Tertio somnij narratio. ibi.* Narrauit ergo. *Quarto eius interpretatio.* Respondit Ioseph. *Circa primum dicitur sic.*

1 Post duos annos, &c. *s. a restitutione magistri pincernarum in officio suo. Dicunt enim Hebræi quod quia Ioseph nimis confisus fuit in auxilio magistri pincernarum, ideo eius liberatio de carcere fuit dilata per duos annos.*

2 Putabat se sta, &c. *Id est, Nilum qui irrigat totã terrã Aegypti.*

3 Septem boues. *Bos est generis communis, & accipitur pro masculo & fœmella illius speciei, hic accipitur pro genere fœminino. unde in Hebræo habetur,* Septem vaccę. *& patet litera vsque ibi.*

4 In culmo vno. *id est, in calamo uno.*

5 Percussę vredine. *id est vento vrente.*

6 Pauore perterritus. *quia timuit, ne somnium suum esset futuri mali præsagium.*

7 Misit ad coniectores. *quia sicut dictum est supra, Aegyptij huiusmodi superstitionibus vtebantur.*

8 Nec erat, qui interpretaretur. *Dicunt Hebræi, quod illi coniectores dabant aliquas expositiones, vtpote, quod rex de propinquo septem de filiabus suis sepeliret, & septem alias generaret, sed non quietabat animum regis, & ideo dicitur hic.* Nec erat qui interpretaretur. *s. regi satisfaciendo, quod à Deo factum est, ut Ioseph vocaretur.*

9 Tunc demum. *Hic describitur interpretis introductio, & hoc per magistrum pincernarum dicentem Regi.*

10 Confiteor peccatum meum. *Tum quia oblitus fuerat sicut ingratus beneficij ipsius Ioseph. Tũ quia non poterat eum introducere, nisi faciendo mentionem de hoc, quod regem prius offenderat, propter quod incarceratus fuit, vbi Ioseph somnium suum exposuit.*

* Eductum

MORALITER.

1 *Post duos annos, &c.* Per septẽ boues primas intelliguntur septem virtutes, tres theologicę, & quatuor cardinales quæ per boues significantur, eò quod sunt principia bonorum operum sicut boues per culturã fructificationis agrorum. Prou. 14. a. *Vbi uero multæ segetes ibi manifesta est fortitudo bouis.* Quæ dicuntur pulchræ, eo quod animam decorant & crassæ nimis, quia pinguedine gratiæ animam impinguant. Psal. 62. b. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* per septem vero boues deformes intelliguntur septem vitia mortalia, & dicuntur fœdę, quia pulchritudinem imaginis Dei deformant.

† *Confectaq; ma.* Quia gratiæ pinguedinem euacuant.

† *Puer Hebræus.* Puer propter innocentiam vitæ, & Hebræus,

† qui inter-

Quia Gentilis populus tādem per exhibitionē præteritorum se intulit in spem futurorum.

a *Putabam me stare, &c.* Septem anni qui septem spicis plenis, vel septem uaccis pinguibus osten duntur, spiritualia dona significant, quibus ubertas fidei larga pietate redūdat. Septem uero steriles & ieiuni, veritatis & iustitiæ famem in nouissimo tēpore.

b *Nunc &cęt.* Hoc tempore gratiæ uidimus impletum, quia abundante doctrina apostolica septiformi spiritu ministrata, diuina dispositione per singulas urbes episcopi & doctores ordinati sunt qui abundantia doctrinæ diuinitus sibi collatæ, libros sāctos scripserunt, quibus abundante fame uerbi, & deficientibus doctoribus, indigentiam

† singuli secundū interpretationē somnii sōniauimus.

† tā turpes

* tota.

Alterum somnium despicis.

† hoc est, quod locutus sum ad Pharaonē quod Deus facturus est, videre fecit Pharaonem.

† firmę rei indicium est a Deo, & festinat Deus facere eam.

cui narrātes sōnia, † audiuimus quicq̄d postea rei probauit euētus. Ego enim redditus sum officio meo, & ille suspēsus est in cruce. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt, ac veste mutata obtulerunt † ei. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat: quæ audiui te prudentissime conijcere. Respondit Ioseph: Absq; me Deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de amne cōscendere pulchras nimis & obesis carnibus, quę in pastu paludis vireta carpebant: Et ecce has sequebantur alię septē boues, intantū deformes & macilentæ, vt nunq̄ † tales in + terra Ægypti viderim. † Quę deuoratis & consumptis priorib. nullum saturitatis dedere vestigium, sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans rursum sopore depressus, vidi somniū. Septem spicæ pullulabāt in culmo vno plenę atque pulcherrimę. Alię quoq; septē + tenues & pcussæ vredine, oriebant e stipula, q̄ priorū pulchritudinē deuorarūt. Narraui coniectorib. † somniū, & nemo est qui edisserat. Rn̄dit Ioseph: Somniū regis vnū est, Quæ facturus est Deus, oñdit Pharaoni. Septē boues pulchrę, & septē spicę plenę, septē vbertatis anni sunt, eandēq; vim somnii † cōprehenderūt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderūt post eas, & septem spicę tenues & vento vrente percussæ, septem anni sunt venturæ famis: † qui hoc ordine complebuntur. Ecce septem anni veniēt fertilitatis magnæ in vniuersa terra Ægypti, quos sequentur septem anni alii tantę sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia * Consumptura est enim fames omnē terram, & vbertatis magnitudinem perditura est inopię magnitudo. * Quod autē vidisti secundo, ad eandem rem pertinens somnium † firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum terræ Ægypti, qui constituat præpositos per singulas regiones, & quintam

a ¶ Christus resurgens a morte tondetur, quia passibilitate & mortalitate, quasi capillorum superfluitate exuitur: & veste immortalitatis induitur.

a ¶ Vel sapientissime.

¶ Alias ille.

¶ Rotandis & plenis pinguedine.

¶ Sic somnium interpretatur, vt temporum euentui & mystico intellectui seruiat.

¶ Vel cunctas.

gētiam nostram reficeremus.

c *Et quintam partem.* Notandum quod Aegyptii quintampartem frugum in horrea regis congregant, quia filii tenebrarū quinque sensibus dediti, cęlestia non curant, sed veri Israelitæ decimas dant, quia cælestē patriam, cui⁹ decima pars corruit, reformare laborant.

Isid. Congregauit Ioseph per septē annos omnem frugum abundantiam. Id est, frumenta fidei sanctorum horreis condens per septem charismata, quasi p septem annos, ut cum septem anni inopiæ cœperint. i. cū iniquitas occurrerit, septem capitalium criminum sub Antichristo, quando fames fidei fuerit & salutis, tunc sancti habeant copiosam iustitiæ frugem, ne fides eorum inopia sermonis deficiat

*Qui spi-*

† interpretatus est.

† Pharaoni.

Ioseph educto de carcere Pharao narrat sōnia sua. Psal 104.b

† Vaccę turpes, & tenues.

* paruæ.

† somniorum.

* vbertatis

† comprehenderūt

* in terra Aegypti.

* Quia grauis erit valde.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Eductum de carcere Ioseph totonderunt. *Quia diu fuerat reclusus, & per consequens in capillis & barba incompositus, & indecēs erat, vt sic coram rege compareret.*

2 Ac ueste mutata. *Quia in sordio & vili habitu non erat licitū aulam regiam introire, vt habetur Hester. 4. a.*

3 Absq; me Deus respondebit prospera, &c. *Quasi dicat, non est mirum si coniectores Aegypti non potuerunt interpretari, quia hoc non est humanum, sed potius diuinū, nec per me possem hoc facere, nisi Deus mihi ostenderet, & in hoc tribuit gloriam Deo.*

4 Narrauit ergo Pharao quod uiderat. Putabam, &c. *Hic consequenter describitur somnij narratio, & patet litera excepto vno vocabulo scilicet.*

5 Obesis carnibus. *id est, ad esum aptis.*

6 Respondit Ioseph, &c. *Hic consequenter describitur somnij interpretatio.*

7 Somnium regis unum est. *quantum ad significationem, licet sit duplex, quantum ad imaginariam visionem.*

8 Quæ facturus est Deus, &c. *Prouidentia enim diuina quodam speciali modo respicit principes, quia præsunt communitati, & ideo aliqua futura diuinitus eis pādantur præ cæteris, sicut patet hic de Pharaone, & de Nabuchodonosor. Dan. 2. a. Intellectus tamen visionum reuelatus est eis per Ioseph & Danielē, vt apud eos exaltarētur ad Dei laudem & gloriam. Aduertendum tamen, quod Pharao non fuit oblitus somnium suum, sed integrum retulit ipsi Ioseph. Nabuchodonosor autem oblatus fuit vt patet Dan. 2. a. Cuius ratio est, quia visio Nabuchodonosor erat respectu futurorum de longe, quæ impleta sunt post eius mortem, & ideo quia si non vidisset huiusmodi impletionem, non fuisset motus ad exaltandum Danielem, nisi retulisset sibi somnium oblitū. Visio autem Pharaonis erat de futuris in proximo, quorum impletio statim debebat incipere, & ideo sufficiebat pro ipsius Ioseph exaltatione interpretatio somnij.*

9 Septem boues, &c. *Fertilitas enim contingit, & impeditur ex duobus. s. ex bona cultura ipsius terræ, & defectu culturæ. Item ex bona & conuenienti messione segatum & inepta, & ideo conuenienter per boues crassas & macras, quarum labore terra colitur, designatur septem anni sterilitatis, & septem anni sterilitatis, inquantum sterilitas et fertilitas proueniunt ex bona & mala cultura terræ. spicæ autem colliguntur tempore messis, & ideo per septem spicas plenas, & per septē tenues cōuenieter designantur septē anni fertilitatis, & septē sterilitatis, inquantum fertilitas & sterilitas proueniunt ex bona & mala collectione messium.*

10 Nunc ergo. *Hic ostenditur sapientia Ioseph ex prouida dispositione agendorum, & patet litera vsque ibi.*

11 Quintam partem. *Quæritur quare non dicit medietatem, cum tempus sterilitatis æquale fuerit tempori fertilitatis, & in tempore sterilitatis nihil creuit, vt videtur, quia dicitur infra 45. cap. Adhuc restāt anni 5. quibus nec arari poterit nec meti. Ad quod dici potest quod tēpore sterilitatis fuit aliqua aratio & messio sed modica, & ideo quasi nulla reputatur. Vnde 2. Physi. dicitur, quod modicum est, quasi nihil reputatur, veruntamē cum illa modica messione sufficiebat illa reseruatio quintæ partis de annis præteritis, maxime quia tempore famis homines strictius viuunt, & quia aliqui diuites pro suis domibus de tempore fertilitatis sibi victum reseruauerunt.*

Fertilitas vi. de.

*MORALITER.*

qui interpretatur transies. s. ad contemplationem sacræ scripturę. tales. n. debent reges & potentes quærere, & ipsis in agibilibus credere, & non deceptoribus fraudulētis, & ipsos honorare exemplo regis Aegypti. Per hoc autem quod subditur, postea.

† *Septem spicę pullulabāt in culmo vno planæ atq; pulcherrimę, &c.* per spicas idem significatur, quod per boues, vt in litera dicitur. Per Ioseph autē, qui requiritur ad expositionem uisionū, significatur uir literatus & bonus, ideo dicitur in litera.

a *Qui spiritu,&c.* AVGV. Tertio nisi fallor insinuatur nobis in hoc libro spiritus sanctus. Primo ubi dictum est sup. 1. a. *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Secundo ubi dicit Deus. supra 6. a. *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, &c.* Tertio cum dicit Pharao in Ioseph esse spiritum Dei, nondum tamen legimus spiritum sanctum.

b *Dixitq;* ISID. Ioseph qui typũ Christi gerebat, currũ meruit, & præco præconauit ante eum, & cõstituit cũ Pharao super uniuersam terrã Aegypti, & dominus noster postquã distract⁹ est a Iuda, sicut Ioseph a fratribus, & de inferni carcere surrexit, ascendit currum cælestis regni, de quo dicitur Psal. 67. d. *Currus Dei decem millibus multiplex.* & accepit potestatẽ predicandi & iudicandi a patre. unde Phil. 2. b. *Dedit ei nomen quod est super omne nomẽ, &c.* Accepit quoq; annulum. i. pontificatũ fidei, quo credentium animæ salutis signo signãtur, frontibusq; & cordib. nostris per signũ crucis figura æterni regis imprimit. Induitur stola byssina, id est, carne sancta bysso splendidiore, & stola immortalitatis. Accepit quoq. torquem aureã. i. intellectum bonum. Præco antecedit eum, id est, Ioan. Baptista, qui ait Matth. 3. a. *Parate viam domini.* Habebit & aliu m præconem, quia veniet in tuba angeli.

c *Ecce constitui te super vni. &c.* Ioseph de carcere eductus, super Aegyptum constituitur, & Christus resurgẽs accepit nomen quod est super omne nomen, *vt in nomine Iesu omne genu flectatur.* Phil. 2. b.

✱ RVPERTVS. Pro pedibus in quibus humiliauerunt pedes eius, torquẽ aureã suscepit, pro pallio quo in manu adulteræ relicto, nudus effugit, stola byssina Deo iudice indutus est, pro seruili nomine regium gestat annulũ pro carceris humilitate super altum sedet imperii currum.

d *Clamante, &c.* HIER. *Et clamauit ante eum præco, & constituit eũ super omnẽ terrã Aegypti,* pro quo Aquila trãstulit. *Et clamauit in conspectu eius ad geniculationem.* Symmachus ipsũ Hebræum posuit, *Et clamauit ante eum* אברך *abrech. i.* genuflectite. Sed mihi videtur nõ tam præcatio vel adgeniculatio, q in salutando vel adorãdo Ioseph accipi potest intelligenda, quã quod Hebræi aliı tradũt dicentes patrem tenerum ex hoc sermone transferri, seu patrẽ teneri regis אב ab quippe dicitur pater, & רך rech delicatus vel tenerrim⁹ significante scriptura, quod iuxta prudentiam omnium pater fuit, sed iuxta ętatem tenerrimus adolescens & puer.

e *Et vocauit, &c.* HIE. Et vocauit Pharao nomẽ Ioseph Zaphnath pahaneah, & dedit ei Asenec filiam Phutiphar Heli. Licet hoc nomẽ Hebraice absconditorũ repertorẽ sonet, tamen quia ab Aegyptio ponitur, ipsius linguæ debet habere rõnem. Interpretatur ergo Pahaneha, siue vt LXX. transferre voluerunt, psontõ Phanec saluator mundi, eo q orbẽ terræ a fame liberauit. Notandum autem q dñi quondam emptoris sui filiã vxorem acceperit, qui ad id locorũ põtifex Heliopoleos erat. Neq;. n. fas erat absq; Eunuchis idoli illius esse antistites, vt vera Ille Hebræorum super eo quod an diximus suspicio comprobetur.

f *Deditque illi vxorem & c.* AVGVSTINVS. Quæri solet cuius Phuti

---

partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea, & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetur que in vrbibus, & præparetur futuræ septem annorum fami, quæ pressura est Ægyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium, & cũctis ministris eius, locutusq. est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, nunquid sapientiorem & similem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cũctus populus obediet: Vno tantum regni solio te præcedam. Dixitque rursum Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Ægypti, tulitque annulum de manu sua, & dedit in manu eius, vestiuit eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. Dixit quoque rex ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomẽ illius, & vocauit eũ lingua Ægyptiaca, saluatorem mũdi. Deditq. illi vxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus itaque Ioseph ad terrã

Interlinear glosses: a Quod pontificatum fidei significat quod est in potestate Christi. — a Quæ significat carnem Christi de terra virgine assumptam, & ad decorem immortalitatis diuersis passionibus ductam. b Cælestem sapientiam, quę sicut circulus nec initio nec fine claudit. — a Sic Christus muneribus decoratus diuinis cælos ascendit. b Quia transcendit omnem volubilitatem temporalium rerum. — a Ioanne Baptista, qui ait: Parate viam Domini. Matth. 3. a. Tuba angelica quæ veniente ad iudicium præueniet. — Aegypti. — a Vt rectius gererent Christi similitudinem, qui saluator non modo Aegypti: sed totius mundi. — a Ioseph sublimatus ducit vxorem, & Christus ascendit ad cęlos sublimatus: sociat sibi ecclesiam de gentibus, quam bene significat illa sacerdotis Heliopoleos qui sacerdos erat gentium Heliopolis quoque interpretatur ciuitas solis, de qua sociat sibi sponsam, qui in sole posuit tabernaculum suum.

Marginal notes: in q super Gen. Sanctus spiritus. — Allegoric. — oppressũ — armabitur vel nutriet se. — Psal. 104. b. 1. Mar. 2. 1. Act. 7. b. — vestibus byssinis. — Psal. 80. a. Ioseph ducit vxorẽ. — lib. 8. c. 40. — in q. Heb. — soluerebeat terrã Aegypti & — in cibum — intelligẽtem magis & sapientiorem te. — dicens quoque. — Et clamabunt ante eũ Abrech (pater tener) & præfecit eum. — Ioseph Saphnath pohanech. i. vt Chal. interp. vir cui abscõdita reuelara sunt, abscõditorum expositor. Ibidem. — Vbi su.

# NICOLAVS DE LYRA.

1 Et omne frumentum. *quod reseruabatur.*

2 Sub Pharaonis potestate condatur. *ita quod non possit vendi & deferri ad alias prouincias, non tamen accipiebatur ab hominibus violenter vel gratis, sed pro pretio, quod tunc erat modicum propter magnam fertilitatem, aliter Ioseph postea tempore famis non uendidisset licite Aegyptijs.*

3 Placuit Pharaoni. *Hic consequenter describitur ipsius Ioseph promotio, & patet litera vsque ibi.*

4 Nunquid sapientiorem, *&c. quasi diceret, non poterit inueniri aliquis te sapientior, nec etiam æqualis in sapientia.*

5 Vno tantum, *& quid sit illud vnum ostendit dicens. Regni solio. id est, dignitate regia.*

6 Tulitq; annulum, &c. *quo sigillabantur literæ regis, vt dictum est, supra 38. cap. & ideo tradidit illum Ioseph in signum potestatis sibi cõcessæ.*

7 Vestiuitque eum stola byssima. *Byssus est genus lini candidissimi, ex quo fiebant vestes nobilium.*

8 Fecitque eum, &c. *Habebat enim rex duplicem currum, vnum super quem ipse solus ascendebat, alium quem ascendebat quando placebat sibi, ad illũ tamen aliquando admittebatur ille, qui secundus erat a rege.*

9 Clamante præcone, &c. *In Hebræo habetur:* Et clamauerunt coram eo Abrech. אברך *Abrech enim dictio est Hebraica, & secũdum doctores Hebræorũ & beatum Hiero. lib. de Hebr. quæstioni. significat idẽ quod pater tener, & est sensus, quod clamauerunt ad cõmendationem Ioseph, quia ipse erat pater aliorum ratione sapiẽtiæ, licet tener esse ætate.*

10 Ego sum Pharao. *qui possum tibi dare autoritatem.*

11 Absque tuo imperio *Hyperbole est, & per hoc designatur quod nihil notabile fieret, absque eius dispositione.*

12 Vertitq; no. illius. &c. *Loco huius literæ in Hebręo sic dicitur:* Et vocauit Pharao nomen Ioseph Zaphnath pahaneah, *quod in Hebraica lingua significat occultum reuelans, secundum quod dicũt Hebræi. & Hiero. in li. de Hebraicis quæstio. & est conueniens ipsi Ioseph qui reuelauit ea, quæ erant alijs occulta, vt patet per prædicta. Virum autem idem nomen in lingua Aegyptiaca significat saluatorem mundi, nescio, nisi quantum dicit trãslatio nostra, quia linguam Aegyptiacam penitus ignoro, scio tamen quod contingit q vna dictio in diuersis idiomatib. diuersa significat, sicut hæc dictio Iam, in Hebræo significat mare, in Latino est, aduerbium temporis.*

13 Deditq; illi vxorem, &c. *nomen est tractum de Græco, & dicitur ab ἥλιος quod est sol, & πόλις quod est ciuitas, quasi ciuitas solis, de qua dicitur Esa. 19.* Ciuitas solis vocabitur vna: *In Hebræo habet.* Sacerdotis. און On. *Dicunt Hebræi & etiam Hierony. quod iste Phutiphar cuius filiam accepit Ioseph, erat ille de quo dictum est supra trigesimonono cap. quod emit Ioseph, & quia propter pulchritudinẽ eius* ✱ intendebat

Nomen Ioseph.

a Hęc ætate Christus prædicare cœpit euangelium, ante quam nemo debet assumi ad sacerdotium, vel prædicationis officium.

a Ægypti, Triginta autem annorum erat quando 1

a In mundo se præsentando per prędicationem & miracula.

stetit in cōspectu regis Pharaonis, & circumiuit 2 omnes regiones Ægypti. Venitq; fertilitas septē 3 annorū & in manipulos redactæ segetes cōgre- 4 gatæ sunt in horrea Ægypti. Omnis etiam frugum abūdantia in singulis vrbibus condita est:

a Innumerabilis scilicet, sicut arena.

†Tantaq; fuit multitudo tritici, vt arenæ maris, 5

a Vsitatam.

coæquaretur, & copia mensurā excederet. Nati- 6

a Christo. b Discessio a fide, quam faciet antichristus.

b que sunt Ioseph filii duo antequā veniret fames quos ei peperit Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitq. nomen primoge- 7

a Obliuio, hic est Iudaicus populus Dei sui oblitus.

niti Manasses, dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorū, & †domū patris mei.

a Fructificatio, quod significat ecclesiam de gentib. per totum mundum dilatatam.

Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, di- 8 cens: Crescere me fecit Deus in terra † pauperta-

a Tempore pacis ecclesiasticæ finito.

tis meæ. Igitur transactis septem annis vbertatis, qui fuerant in Ægypto, cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph, &

a Verbi Dei. b Quia non erat qui faceret bonum.

in vniuerso orbe fames præualuit. In cuncta au-

Alias non erit panis.

tem terra Ægypti erat † fames: Qua esuriēte, clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens.

a In angustia spiritualis famis consilium vnicum est, vt recurramus ad horrea [illegible] id est sanctas scripturas a sanctis patrib. nobis ad consolationem inopiæ reseruatas.

Quibus ille respondit. Ite ad Ioseph, & quicquid † vobis dixerit, facite. Crescebat autem fames

Alias omni.

c quotidie in vniuersa terra, aperuitq; Ioseph vni- †

a Venduntur frumenta verbi Dei Aegyptiis cum se mancipant diuinis obsequiis.

uersa horrea, & vendebat Ægyptiis: Nam & il- †

Verbum Dei.

los oppresserat fames: Omnesque † prouinciæ veniebant in Ægyptum, vt emerent escas † † & ma- 9 lum inopię temperarent.

Phutipharis alias Petefre, vt plerique habent & corrupte, ut supra dictum est, vtrum illius cuius seruus fuit, an alteri⁹. Sed credibili⁹ alterius: nam de illo quomodo credatur multa sunt, quę moueant. Primum, quia scriptura non memorauit cum uideatur hoc non posse præterire, quod ad Ioseph gloriam pertinebat, vt eius filiā duceret, cuius seruus fuit. Deinde quomodo spado filiam habere potuit? Sed respondetur, quomodo uxorem? Postea enim creditur abscissus vel casu, vel sponte. Et quod honor eius qui solet non memorat, id est, quod ἀρχιμάγειρος fuit, quem principem cocorū Latini interpretati sunt principem militiæ quidam intelligunt. Sed etiam hic respondetur, duos illum honores habuisse, sacerdotium Solis, & militię principatum. Congrue autem alibi ille honor memoratur, qui talibus congruat actibus. Hic uero postquam in Ioseph apparuit non parua diuinitas, honor soceri eius debuit nominari, qui pertinet ad diuinitatem non paruam secundum opinionem Aegyptiorū in sacerdotio. scilicet solis. Sed in omnibus his quibus prępositus fuit custodiarum carcerū, incredibile estesse prępositum in officio sacerdotum. Deinde non simpliciter dictū est, quod sacerdos Solis esset, sed ciuitatis Solis, quæ uocatur Heliopolis, Abesse autem dicitur plusquam xx. milibus a ciuitate Memphi, ubi Pharaones, id est, reges, maxime commanebāt. Quomodo deserto officio sacerdotii potuit strenue regis seruire militiæ principatui? Accedit etiā quod Aegyptii sacerdotes perhibentur non seruire nisi templis deorum, nec aliud officii gerere. Sed forte tunc aliter fuit. Credat quisque quod placet est mihi quæstio cuius exitus sit clausus, siue vnus fuerit Petefres siue duo, quodlibet enim horum quisque existimet, non est fidei periculosum, nec cōtrarium ueritati scripturarum.

*in cibū. B †afflictionis. *ipse. Memphis. †habitatores terræ. †à Ioseph. C

a ✲ *Triginta.* EVCHERIVS. Triginta annorum erat quando stetit Ioseph in conspectu regis Pharaonis, & totidem annorum legitur fuisse Christus, quando sub typo Pharaonis in conspectu mundi apparuit reuelatus, & per prædicationem se præsentaui et miracula.

Infra 47.c. †domus.

b *Natique, &c.* HIERON. Obserua propter quęstionē quæ post de filiis Ioseph proponenda est, quod ante famis tēpus quo Iacob intrauit in Aegyptū, duos tantum filios Ioseph habuit, Manassem & Ephraim.

E

c *Aperuitq; &c.* Ioseph a penuria frumenti saluat Aegyptum, & Christus a fame verbi liberat mundum. Aperuit horrea sua Christus in orbē terrarum, & erogatione frumēti sui omnia subiugauit. Nisi fratres Ioseph uendidissent, defecerat Aegyptus. Nisi Iudęi Christū crucifixissēt perierat mūdus; Ioseph interpretat augmentatio siue ampliatio. Sed in illo Ioseph ampliationē non habuit nisi sola Aegyptus, in nostro uero uniuersus mundus. Ille erogauit triticum, noster. Dei uerbum Psal. 18. a. *In omnem terram exiuit sonus eorum.*

Allegoric. †Panis. †Quia inualuerat fames in omni terra. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *intendebat illo abuti ad turpe vitium, ideo dominus eum infrigidauit propter quod a principatu militiæ postea translatus est ad aliam dignitatē sibi competentem. s. ad pontificatum Heliopoleos, ad quē nullus promouebatur nisi castratus vel simpliciter infrigidatus, tamē ante genuerat Aseneth. sed cōtra hoc uidetur, quia in Heb. iste Phutiphar habet unam literam plusquā pręcedens in suo nomine, quia habet litterā Ayn in fine quam non habet præcedens, & ideo uidetur esse alius homo a prædicto. Si quis tamen uelit sequi dictam opinionem, potest dicere ad hoc quod idem nomen proprium bene aliquādo uariatur in Hebręo et Latino, maxime in fine ex aliqua additione vel subtractione, sicut supra dictum est ca. 36.*

1 Triginta autem. *Hoc dicitur ad uidendum quāto tempore Ioseph fuit in seruitute & carcere, & antequam exaltaretur. s. 13. annis & parum plus, vt patet ex supradictis 33. cap.*

2 Et circumiuit, &c. *Ad videndum terrā cui erat præpositus, & ad considerandum loca in quibus deberent seruari frumenta.*

3 Venitq; fertilitas, &c. *Hic consequenter describitur interpretationis Ioseph adimpletio, & primo quantum ad fertilitatem, secundo quantum ad sterilitatem. ibi.* Igitur transactis. *Adhuc primo describitur dicta impletio. secundo subditur ipsius Ioseph generatio, ibi:* Natiq; sunt; *Circa primum dicitur.* Venitq; fertilitas, *vt sapientia Ioseph per experientiam uideretur.*

4 Et in manipulos redac. *&c. Melius enim conseruatur granum illo modo, quam postquam excussum est de palea, quia qualibet res conseruatur melius in loco proprio, ut habetur 4. Physic.*

5 Vt arenæ maris coæqua, &c. *Hyperbolica est locutio, ad exprimendum magnam quantitatem tritici.*

6 Natiq; sunt. *Hic interponitur generatio ipsius Ioseph antequam veniret fames, hoc dicitur quia apud hebræos tempore communis tribulationis, cuiusmodi est tempus famis, homines continebant ab vxoribus propriis, ut supra dictum est. 7 cap.*

7 Vocauitq; nomen primogeniti Manasses. *Quod interpretatur obliuio. Sequitur.*

8 Nomen quoque secundi, &c. *Quod interpretatur crescens vel fructificans, & ratio vtriusque impositionis ponitur in litera, & patet.*

9 Et malum inopiæ tempe. *Ex quo patet uerum quod supra dictū est, quod tempore illius famis strictius uixerunt homines quam alias.*

Nota. Continētia tempore famis.

## MORALITER.

† *Aperuitque Ioseph uniuersa horrea.* Designatur ꝙ homo literatus, cui dedit Dominus gratiam docendi, nulli debet claudere horreum doctrinæ suę seu consilii, sed omnibus liberaliter aperire, quia dicit dominus Matt. 10. a. *Gratis accepistis gratis date.* Sed contra hoc uidetur quod subditur.

† *Et uendebat Aegyptiis.* Propter quod sciendum, quod huius uenditionis pretiū non est aliud, quam labor discipulorum in addiscendo, & reuerentia ad magistrum, & sustentatio ejus si indigeat quātum ad victū & vestitum. Vnde legitur in chronicis, quod tēpore Caroli magni duo monachi venerunt Parisios in philosophis eruditi, valde clamātes, si quis cupid⁹ est sapientiæ veniat ad nos, nam apud nos venalis est, quos ad se vocatos Carolus interrogauit, quid pro ea peterent, respōderunt, loca tantum oportuna, animos ingeniosas, & alimēta, q ipse libētissime exhibuit, & sic sapiētię studiū Parisiis incepit.

Nota contra doctos. Monachi gratis docentis.

CAP.

CAP. XLII.

a Dixit filijs &c. Is 1. Et frumētum in Aegypto. Dicit & De⁹ pater Osee 11. *Ex Aegypto vocaui fil. meū.* Descendunt decem puectiores. i. Iudæi sub decalogo constituti, quos ipse cognoscēs, nō est agnit⁹ ab eis. Cognoscuntur Hebræi a Christo, & ipsi nō agnoscūt eū. dederunt illi pecuniam, sed Ioseph. i. Christus triticū dedit, & argentum reddidit, quia non pecunia emit Christus sed gratia.

✻ b *Beniamin domi retento.* RVPERT. In Beniamin qui erat vterinus frater Ioseph, paternus refocillabat animus, crebris ex haustus singultibus propter Ioseph, de quo patri suspitio nō leuis esse poterat qđ fratrū periisset malitia, proinde Beiamin domi retentus est.

✻ c *Cumq; adorassent, & cætera.* GREC. Notandum quod Beniamin neque Esau, neq; Ioseph quēadmodum reliqui fratres adorauit, ideo quod in partem tribus Bēiamin cessit templum.

✻ d *Exploratores estis, &c.* THEODORETVS. Quāobrem ad primū conspectū fratribus durū se præbuit? Nempe, memor quā male de se meruissent. Sed & Beniamin cum non videret, de salute illius solitus esse cœpit, ne quid de illo grauius, quēadmodū de se, decreuissēt Nā simulac illum vidit & venia cēsuit illos & officio dignos.

Margin: † quare circūspicitis. † in medio venientiū. † moriatur. † terat.

CAP. XLII.

a Iudaicus populus. b Euangelica doctrina prædicaretur in mundo.

1 a AVDIENS autem Iacob, quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis suis: † Quare negligitis? 2 Audiui quod triticum venundetur in Ægypto. Descendite & emite nobis necessaria vt possimus viuere, & non consumamur inopia. 3 Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent

a Iam de famelica litera minime gloriantur Iudæi sub decalogo constitui. Paulo adhuc paternis traditionibus occupato.

4 b frumenta in Ægypto: Beniamin domi retento a Iacob, qui dixerat fratribus eius, ne forte in itinere † quicquam patiatur mali, ingressi sunt terram Ægypti, † cū aliis qui pergebant ad emendum. Erat autē fames in terra Chanaan, & Ioseph ✻ princeps Ægypti atq; ad illius nu-

a Humiliauerunt se ad intellectum eorum de quibus dictum est, vt qui non vident videant. a Panis in terra, uel intelligentiæ. b Iudęa. c Christus. d Mundi. e Alij sermo scientiæ, alii sermo sapientiæ, alii interpretatio sermonum. 1. Cor. 12. b.

5 c tum frumenta populis vendebātur. Cumq; adorassent eū fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Vnde venistis? qui r̄nderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui ne-
6 cessaria. 7 Et tamen fratres ipse cognoscens, non est agnitus ab eis: Re-
8 d cordatusque somniorum, quæ aliqñ viderat ait ad eos: 9 Exploratores

a Christum adorat omnis cœtus sanctorum. a Cognoscebantur Iudæi a Christo. Ipsi autem non cognoscebant eum. a Quibus vidit, quod sol & luna & stellæ adorarent eum.

Duodecim.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XLII.

1 AVDIENS autem. *Postquam Moses descripsit descensum in Aegyptum, quantum ad Ioseph, qui ante alios Dei ordinatione missus est, hic consequenter describi eundem descensum quantum ad fratres suos, & primo quantum ad decem fratres Ioseph primogenitos; secundo quātum ad iuniorem s. Beniamin 43. cap. Adhuc primo describitur descensus eorum in Aegyptum, secundo afflictio descendendum, ibi :* Cumq; adorassent eum, *& tertio regressus ad patrem suum, ibi:* At illi portantes. *Circa primum dicitur sic.*

2 Audens autem Iacob quod alimenta uenderentur in Aegypto. *In Hebræo habetur.* Vidit Iacob, &c. *& certum est, quod non uidit oculis corporeis, cum non descenderit tunc in Aegyptum, & ideo dicunt Hebræi, quod vidit hoc per reuelationem spiritus sancti. Aliter tamen potest dici iuxta translationem nostram, quod ibi accipitur videre pro audire, sicut Exod. 20. ca.* Ductas autem populus videbat uoces, &c. *Sequitur.*

3 Descendentes igitur fratres, &c. *Dicunt Hebræi, quod hic nominantur fratres Ioseph signanter, quia pœnitebat eos quod ipsum vendiderant, & descenderunt in Aegyptum eo animo, vt ipsum redimerent, si possent inuenire, & secum ducerent ad patrem.*

4 Beniamin domi retento. *ad consolationem patris, & quia erat iuuenis non poterat ita sustinere laborem itineris sicut alij. cætera patēt.*

5 Cumque adorassent. *Hic consequenter describitur ipsorum tribulatio, vbi primo in Ioseph erga ipsos describitur simulatio austeritatis, secundo, veritas fraternæ charitatis, ibi:* Auertitq; se parumper & fleuit. *Adhuc primo describitur ipsius Ioseph simulata duritia. secūdo a fratribus eius recognoscitur diuina iustitia, ibi :* Et locuti sunt ad inuicem. *Adhuc primo describitur austeritas Ioseph in verbis, secundo in factis, ibi:* Tradidit ergo, &c. *Circa primum considerandum, qđ cū Ioseph uidisset decem fratres suos, & quod Beniamin frater suus vterinus non esset cum eis, timuit ne machinati fuissent cōtra eum in malū, sicut fecerant contra eum, ideo vt scire posset ueritatem, dure locutus est cum eis, imponendo eis crimen explorationis terræ, & interrogans de patre suo, & fratre, & alus circunstantijs, ut dicitur se. c.* Interrogauit nos homo per ordinem *& c. seq. 44. ca.* Interrogasti prius seruos tuos, habetis patrem aut fratrem, &c. *& alia plura quæ hic subticentur.*

6 Et tamen fratres ipse cognoscens. *Quia dimiserat eos in statu virili & barbatos, & ideo non erant notabiliter immutati.*

7 Non est agnitus ab eis. *quia recessit ab eis puer, & postea barba sibi creuerat, propter quod eius facies erat notabiliter immutata.*

8 Recordatusq; somniorum, *& c. quia iam videbat ea in parte adimpleta, quia fratres sui eum adorauerant.*

9 Exploratores estis. *Aliqui excusant Ioseph a mendacio. dicunt enim quod intelligebat, quod in ueniendo explorauerunt viam meliorē & securiorem, per quam possent transire, sed ista expositio videtur omnino extorta, nec per hoc excusaretur Ioseph a mendacio, quia quacunq; arte verborum aliquis fallat alium, mendacium incurrit secundum Augustinum, nec est aliqua necessitas excusandi Ioseph hic & in sequentibus a mendacio, maxime officioso, cum per hoc intenderet deuenire ad cognitionem veritatis de affectu fratrum suorum erga Beniamin fratrē suum uterinum, & utrum pœniteret eos, quod vendiderant ipsum. tale autem mendacium peccatum ueniale est, de quo non oportet excusari Ioseph, quia Apostoli perfectiores fuerunt, quam patres vet. test. & tamen non excusantur omnino a peccato ueniali secundum quod dicit Ioan. prima canonica, 1. cap.* Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.

✻ Omnes

MORALITER.

1 *Audiens autem* Iacob *quod alimenta venderentur in Aegypto*, Per Ioseph q in litera plenus spiritu Dei & sapientia dicitur, doctor bonus intelligitur. Per filios autē Iacob, qui de longe venerunt ad eum pro frumentis emendis, intelliguntur diligentes discipuli ad bonum doctorem venientes, de partibus longinquis, vt inde reportent alimenta bonæ doctrinę. Vnde dicit Hieron. in epistola ad Paulinum, de omnibus sacræ scripturæ libris: Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hispaniæ Galliarumq; finibus quosdā nobiles venisse legimus, & quos ad sui contemplationē Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Et bene per filios Iacob, quia supplantator interpretatur, boni discipuli intelliguntur, quia debēt esse supplantatores vitiorum. Dicit enim. 1. Ethi. c. 1. quod sapientiæ nō est auditor iuuenis secutor passionum. Dicūtur etiam filii Iacob, esse decem, qui uenerūt ad significādum perfectionem discipulorum, quia denarius est perfectus: & in signum huius retinetur Beniamin domi tanq̄ paruulus & imperfectus. Dicit autem commētator super librum Boetii de ꝯsolatione, quod Athenis antiquitus primo probabantur discipuli de uirtute patientię, ita quod in porta per quam intrabāt iuuenes ad locū studii, sedebat vnus senex q sciebat optime iuuenes ad impatientiā prouocare, & quando veniebat aliquis q verba vituperii, & derisionis patienter non audiebat, ipsum tanquā ineptum repellebat. Et in signū huius filii Iacob, per quos designantur apti discipuli, primo examinantur de patientia, verbo, cum dicitur eis.

2 *Exporatores estis.* Secundò, facto: cùm subditur.

✻ Tradidit

A a ✠ *Duodecim inquiunt etc.* CHRYS. O verborum deceptionem, etiam eū quem negotiatoribus vendiderant, in numero suo recēset,& nō dicunt, *duodecim fuimus,* sed *duo decim sumus.et, ecce iunior cum patre nostro.*

Hom.14.1 Gen.

† veracea vel recti& synceri.

b *Per salu. &c.* AVGVSTIN. Quid est quod Ioseph vir sapiens,nec solum inter homines, sed etiam scriptura teste laudatus, iurauit per salutem Pharaonis, non exituros de Aegypto fratres suos,nisi frater iunior ueniret, An et bono & fideli vilis fuerat salus Pharaonis,quāto .n.magis ipsi qui eū in tanto honore locauerat,fidem seruabat,si illi seruabat, qui eū seruum emptum possidebat. Quod si non curauit Pharaonis salutem,nunquid periurium pro cuiuslibet hominis salute vitare non debuit, an non est per iurium, Tenuit enim vnum eorum,donec veniret Beniamin:& uerū factum est quod dixit, *non exhibitis donec veniat frater vester.* Ad oēs .n. potuit pertinere quod dictū est. Nā quomodo ille venturus esset, nisi ad eum deducēdū aliqui rediissent,Sed quod sequitur magis vrget quęstionē,ubi iterum iurauit dicens, *Mittite ex vobis vnum, & adducite fratrem vestrum,&c.* usque *per salutem Pharaonis exploratores estis.* Huic snīæ interposuit iurationem,quia si uera nō dixissent, C explo-

in q. super Genesin.

B † veraces, vel synceri recti.

† quib.expellatus fame mem.

estis: vt videatis infirmiora terræ venistis: Qui dixerunt: Non est ita domine, sed serui tui venerunt, vt emerent cibos: Omnes filii vnius vi-1 ri sumus. † Pacifici venimus, nec † quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est. Immunita terræ huius consi-2 derare venistis. Et illi: Duodecim, inquiunt, ser-3 ui tui † fratres sumus, filii vnius viri in terra 4 Chanaan: Minimus cum patre nostro est, a-5 lius non est super. Hoc est, ait, quod locutus 6 sum: Exploratores estis: Iam nunc experimen-7 tum vestri capiam: † Per salutem Pharaonis 8 b

subaudi omnes. a Credat Paulus Apostolorum minimus. tanquam abortiuus. de angustia literę.

non egrediemini hinc, donec veniat frater ve-9

a Hoc impletum est quando missus est Ananias ad baptizandum eum.

ster minimus: Mittite ex vobis vnum, & addu-

Multa erat in uerbis seueritas,multa in corde tranquillitas,ut hinc doceatur quanta his beniuolentia debeatur,quos forte plus æque corripimus.

cat eum. Vos autem eritis in vinculis, donec probentur quę dixistis, vtrum falsa an vera sint.

a Id est exploratorum pœna digni.

Alioquin per salutem Pharaonis exploratores 10 estis. Tradidit ergo eos custodiæ, tribus diebus 11 Die autem tertio eductis è carcere, ait: Facite † qđ 12 dixi, & viuetis, Deum enim timeo. Si † pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere, vos autem abite & ferte frumenta, † quæ emistis in do 13 mos vestras, & fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt † possim uestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, & 14

a Hæc est quorundam iudæorum confessio,amisso loco & gente,& apertis sacramentis quę prius clausa erant in uelamine literę.

locuti sunt adinuicem: † Merito a hæc patimur,

exploratores essent,id est,exploratorū pœna digni esset, quos tñ uera dicere sciebat, neque periurus est quisquā,si ei quē castissimum nouit, dicat: Si hoc adulteriū, de quo argueris, commisisti, damnat te Deus,& his verbis adhibeat iurationem. Verum omnino iurat, ibi enī conditio est qua dicit, Si fecisti, quem tamen nō fecisse certum habet. Sed dicit,aliquis, uerum est, quia si fecit adulterium, damnat illum dominus. Hoc autē uerum non est. Si autem verum nō dicitis, *exploratores est*, cum etiam si mētiātur nō sunt exploratores. sed ita dictum est, *exploratores estis*, tāquam si dictum esset, exploratorū pęna digni estis. Hoc est exploratores depūtabimini merito mēdacii uestri. *Estis* autē potuisset dici pro habebimini,& de putabimini,ut īnumeræ simi les locutiones docēt. Vnde & illa locutio Heliæ 3. Reg. 18. d. *Quicunque ex audierit in igne*, erit Deus, non enim erit, sed habebitur.

D

† Vllas molliuntur insidias.

† non hēt fratres.

† 22.q.1.c. mouet. §. sicut etiā.

c ✠ *Merito hæc patimur, &c.* CHRYSOSTOM. Ita se habet peccatum quando opere perfectum est, tunc suæ absurditatis ostēdit excellētiā. Et sicut ebrius dū multū vini ingurgitat, nullum sētit a uino dānū, postea vero sentit, ista peccātum donec cōsummetur, ob tenebrat mentē,& quasi densa nubes mētem corrumpit.

E † quę.

Hom. 64.

† veri probentur ser mones vestri.

† vere.

☞ a Nesciebant

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Omnes filij unius,&c. *Ioseph enim, vt dicunt Hebræi, imponens illis culpam explorationis, pro argumento, quod videbantur esse congregati de diuersis locis adinuicem confœderatis, vt sic infirma terræ denuntiarotur pluribus gentibus, & sic contra Aegyptios conueniret magnus exercitus. Inducebat etiam ad idem se intellexisse, quod duo de ipsis vnū castrum destruxerant in terra Chanaam, scilicet.* Sic chem. *vt supra dictum est. xxxiiij. d. Ad quod responderunt dicentes.* Filj vnius viri sumus, *& sic non sumus congregati ex diuersis locis, sicut imponitur nobis. Contra quod arguit Ioseph. dicens.*

2 Aliter est, Immunita, &c. *quia illi qui veniunt pacifice ad emendum bladum intendunt solum negotio pro quo veniunt, sed vos discurritis, per vicos & plateas, ciuitatis portas & muros considerando & secundum veritatem per ciuitatem discurrerunt ad videndum, si possent inuenire* Ioseph *fratrem suum, vt eum redimerent & secum reducerent ad patrem, quia ista intentione descenderant in Aegyptnm, vt supradictum est, & ideo ad excusandum se de illo circuitu dixerunt.*

C

3 Duodecim inqui.&c. *ac si dicant, si velis illuc mittere inuenies hoc uerum esse.*

4 Minimus cum,&c. *ad eius consolationem.*

5 Alius non,&c. *id est nescimus si uiuit, quia perditus est iam diu, & non comparuit, & credimus quod ductus fuit in Aegyptum, & ideo circumiuimus ciuitatem, non ad explorandum, sed ad quærendum fratrem nostrum & redimendum si ipsum, inuenissemus. Contra quod* Ioseph *dixit.*

6 hoc est ait, &c. *exploratores estis. imposuit enim eis quod ista essent ab eis conficta ut occultarent ueritatem eis impositam de exploratione terræ, & ideo subditur.*

7 Iam nunc,&c. *si uera uel ficta sint dicta uestra.*

8 Per sa.&c. *Dicunt aliqui, quod Ioseph iurauit hic per creaturam, quasi per iuramentum friuolum, eo quod sciebat illud quod iurabat esse falsum, non enim intendebat fratres suos omnes retinere. Dicunt alij & melius ut uidetur, quod iurauit per Deum qui erat salus Pharaonis effectiue, nec illi iuramento suberat falsum, quia intendebat sic.* Non egrediemini hinc, *scilicet, omnes ita liberi sicut uenistis, quia finaliter retinuit unum.*

F

9 Donec ueniat frater,&c. *ut per hoc esset certificatus, quod machinati non fuissent contra eum aliquid mali.*

10 Alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. *Ac si diceret si non vultis recipere illud quod vobis offero, manifeste patet, quod excusationes vestræ prædictæ fictitię sunt & falsæ, & per hoc concluditur & estis exploratores uere. Non debet aliquis mirari, si in prædictis sint aliqua interposita, quasi dicta a Ioseph, quę non sunt expressa in litera, quia multa uerba dixit fratribus suis, & econuerso, quod non sunt scripta per singula, ut patet ex prædictis. dantur tamen aliqualiter intelligi per ea quę sunt scripta ot uisum est.*

11 Tradidit ergo eos custodiæ. *Hic consequenter ostenditur austeritas Ioseph in factis, cum dicitur,* Tradidit ergo eos custodiæ. *id est, carceri.*

12 Tribus diebus.&c. *Contra tria quę in eum commiserant, scilicet de morte eius tractando, in foueam ipsum deponendo, & ipsum uendendo, ut patet ex prædictis 37. cap. Sequitur.*

13 Frater vester, vnus ligetur in carcere, vos autā abite & ferte &c. *In hoc temperauit pœnam prædictam.*

14 Fecerunt ut dixerat. *id est, facere promiserunt. Quæritur hic,* ✠ quomodo

## MORALITER.

✠ 2 *Tradidit ergo eos custodiæ*, Id est carceri & eadem ratione Symeon aliis dimissis retinetur in carcere, cum dicitnr.

a Nesciebant autem. AVGVST. Quid est quod cum inter se pœnitentes loquerentur de Ioseph, quod cum illo male egerant, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quod se per iclitari videbant, adiungit scriptura: Ipsi ignorabât quod audiebat Ioseph. Interpres enim inter illos erat. hoc scilicet intelligendum est, iedo putasse quod ille non audiret, quia ui debant interpretem qui inter illos erat, nihil ei dicere eorum quę loquebantur, quem adhibitum putabant, quia eorum nesciret linguam. Nec cuiua erat interpres, ea dicere illi a quo positus fuerat, quę non ad illum, sed inter se loquebátur. Quæritur, cur Ioseph vir mitissimus fratres taliter affi cere uoluit in protelatione agnitionis suæ cum posset eis se innotescêdo cito subuenire, Sed hoc nô ultionis causa fecit, ut uindicaret malû quod sibi factum fuerat, sed ut cognosceret, vtrum eodê stimulo fratrem vterinum peremerint, sicut ipsum in exteras terras prouincias uendiderant.

A — in q. super Genes. n. Historicè. — Quæstio. B

b ✻ Tollens Symeon, &c. THEODORETVS. Symeonem in custodiam tradi iussit, propterea quod Ruben fratrem suum ad salutem Ioseph solicitum & propensum minime iuuerat. ✻ GENNAIVS. uel ideo Symeonem in uincula coniicit, vtpote post Ruben cęteris fratribus honoratiorem, vt hac ratione fratres sui, Beniamin adducere cogerentur. ✻ PROSPER De promissionib. Symeonê ligatum tribus uinculis negationis, quê timor ligauit & amor soluit, possum[9] accipere Petrû. Sed melius per ipsum ligari & solui peccata cognoscim[9] cui dictû est. Quæcunque ligaueris sup terram, &c. c Apertoq; &c. Fratres Ioseph dât argentû, qa Iudęi conuersi dimittunt literam occidentê & accipiunt spiritum uiuificantem. reperitur tamen argentû in ore saccorû, quia propter fructum spiritualis intelligentiæ non deseritur nitor eloquentiæ,

D — Qô. 102. — ex Cathena græca. — supra. — E

quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes † angustiam animæ illius, cum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben ait: Nunquid non dixi vobis, nolite peccare in a puerum, & non audistis me. En sanguis eius exquiritur. Nesciebant autem quòd intelligeret Ioseph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos. Auer b titque se parumper, & fleuit, & reuersus locutus est ad eos. Tollensque Symeon, & ligans illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in via. Qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in asi c nis profecti sunt. Apertoque vnus sacco, vt daret † iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore † sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia: En habetur in sacco. Et † obstupefacti turbatique mutuó dixerunt: Quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus? Venerunt ad Iacob patrem suum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quę accidissent sibi, dicentes: Locutus est nobis dominus terræ durè: & putauit nos exploratores prouincię. Cui respondimus: † Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vni patri geniti sumus, vnus non est, minimus cum patre † versatur in terra Chanaan. Qui ait nobis; Sic probabo, quod † pacifici sitis, Fratrem

(Interlinear: a Hic significat Nicodemum & Ioseph, qui non consenserunt consilio & actibus Iudæorum in morte Iesu. — a id est vindicta fusi sanguinis sumitur. — a Quasi non intelligens linguam eorum.)

(Margin: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 — † Angustias. — † asino. — † sacci. — † egressû est cor eorum Heb. — † veraces, vel syncere recti. — † nostro. hodie edi. — † veraces.)

a Singuli

NICOLAVS DE LYRA

quomodo Ioseph qui erat tam dulcis & mansuetus verbis & factis, vt hic patet & ex sequentibus, afflixit fratres ita diu antequam se eis notificaret, cum statim posset eis remittere iniuriam sibi factam? Dicendum quod licet persona singularis possit hoc licitè facere, ille tamen qui est superior & iudex, cum sit custos iustitiæ, non debet hoc facere, maxime quando iniuria sibi facta redundat in alterum, iniuria autem facta ipsi Ioseph redundauit in patrem suum, qui ex hoc inconsolabiliter fuit afflictus, vt supra dictum est xxxvij. cap. Ioseph autem ex ordinatione diuina factus erat superior & iudex fratrum suorum, vt patet per visiones eius supra positas xxxvij. cap. & erant ei iam subiecti actu, quia ipsum adorauerant vt dominum, & ideo non debuit eos dimittere sine punitione ne dedecus culpę omnino transiret sine dedecore iustitiæ, tamen, in punitione sua plus fuit de misericordia, quam de iustitia, vt patet infra per benignum affectum ad fratres, & multiplicem effectum bonum.

C

1 Quia peccauimus in, &c. Quoniam afflictio dat intellectum, ideo hic consequenter post afflictionem fratres Ioseph confitentur diuinam iustitiam dicentes. Merito hæc patimur, &c. Vnde & subditur.

2 En sanguis eius exquiritur. i. vindicta de sanguine ipsius. nam probabiliter credebant, quod esset mortuus morte corporali, sciebant enim certitudinaliter ipsum fuisse mortuum morte ciuili, quia vendiderant eum in seruum. seruitus autem mors ciuilis est. Patet etiam per hoc pœnitentia eorû de venditione Ioseph, quâ ille intendebat requirere.

3 Eo quod per interpretem loqueretur. Dicunt Hebræi, quod iste interpres fuit Manasses primogenitus Ioseph, quia à nutrice didicerat linguam Aegyptiacam, & à patre suo Hebraicam. Sed hic occurrit difficultas, quia Manasses tunc vix compleuerat octauum annum, quia à tempore quo Ioseph factus est præpositus Aegypti, quo tempore accepit vxorem, vsque ad descensum patris sui in Aegiptum fluxerunt tantum nouem anni, vt supra declaratum est ca. xxxvij. Ioseph autem cum vxore sua fuit per nouem menses ad minus antequam Manasses nasceretur. Item ista interpretatio facta fuit inter Ioseph & fratres suos antequam Iacob descenderet in Aegyptum per aliquod tempus licet non magnam: & sic patet quod Manasses vix compleuerat octauum annum. Potest tamen ad hoc dici, quod ex bonitate ingenij pueri, & ex solicitudine patris erga eum potuit in tanto tempore vtramque linguam addiscere quantum sufficiebat ad intelligendum verba communia inter homines loquebatur autem Ioseph cum fratribus suis per interpretem, ne cognosceretur ab ipsis in Hebraice loquaretur, & sui cognitionem adhuc rationabiliter differebat, vt patet ex prædictis.

4 Auertique se. Postquam descripta est ipsius Ioseph simulata austeritas. hic consequenter describitur ipsius vera pietas cum dicitur.

5 Et fleuit. Ex compassione, quia videbat eos in anxietate.

6 Tollensque Symeon. Ipse enim fuit, vt dicunt Hebræi, qui de Ioseph veniente ad eos dixit: Ecce somniator, &c. & qui eum in foueam proiecit, & quia grauius cæteris fratribus deliquit, plus debuit puniri, & diligentius custodiri.

7 Et ligans illis præsentibus. Sed in absentia eorum iussit eum à vinculis absolui, & de cibo conuenienti sibi prouideri, in loco tamen clauso, vt sic pietas fraterna seruaretur, & tamen adhiberetur cautela ne fugeret, donec veniret Beniamin propter quem ista fiebant, vt prędictum est.

F

8 Iussit ministris, &c. Ad prouidendum patri suo & eius familiæ.

9 Et repo. pecu. singu. duplici de causa scilicet vt patri pecunia reportaretur, & vt fratres anxiarentur timentes ex hoc haberi suspecti de furto. sicut, et postea accidit.

10 At illi portantes. Hic consequenter describitur regressus fratrum Ioseph ad patrem suum.

11 Apertoque vnus sacco. Iste fuit Leui, vt dicunt Hebræi, quia decem filij Iacob descenderant in Aegyptum combinati Symeon autem erat combinatus cum ipso Leui, et quia ille remanserat in Aegypto Leui rediit sine compari suo. Andræas dicit, quod sicut iste aperuit sacrum suum et inuenit pecuniam, ita omnes alij extunc eius occasione ita fecerunt, et hoc concordat, cum eo quod dicitur infra sequenti cap. cum venissemus ad diuersorium aperuimus sacculos nostros & inuenimus pecuniam in ore saccorum, &c.

12 In diuersorio. i. hospitio vbi diuertunt viatores ad commedendum vel hospitandum vnde in Hebræo habetur. In Hospitalario.

13 Et obstu. tur. &c, quia timuerunt, ne posita fuisset ibi pecunia ab Aegyptiis, vt de furto notarentur. Cætera patent vsque ibi.

✻ 1 Cum

MORALITER.

1 Tollensq; Symeon et ligans illis, etc. Sacci eorum replentur frumento, per quod designatur quod animi discipulorum per bonum doctorem replentur sapientia documento. Eorum pecunia in saccis suis reponitur, ad significandum quod sapientię precium non est pecunia sed labor & diligentia, & gratitudo discipulorum sicut dictum est supra, & sic post acquisitam sapientiam ad cælestem patriam reuertuntur.

A a *Singuli repererunt.* Fratres Ioseph dederunt pecuniam in emptione frumenti, sed eam accepto frumento receperunt, quia noster Ioseph non quęrit nostra, sed nos. Gratis enim dat sua munera, & in nostra emptione nos ditiores facit.

b *Cui respondit.* STRA. Ruben ait: *duos filios meos interfice si non red. &c.* Nec tamen obtinuit. At Iudas dicens, *reus ero peccati in patrem omni tempore*, impetrauit, quia ei commissus est Beniamin Plus est ergo reum esse peccati quam corporaliter occidi

c *Non descendet.* THEODO. Iacob filiũ suũ Beniamin Rubẽ committere recusabat, memor sceleris atque incesti, tum etiã inscius quam studiosè atque pro sese pro salute Ioseph gessisset.

D Quęstio. q.103.

d *Deducetis, &c.* AVGVS. Quæritur vtrum ideo ad infernũ quia cum tristitia, an etiam si abesset tristitia tanquam ad infernum moriendo descensurus hęc loquatur? De inferno enĩ magna quæstio est, & quid inde scriptura sentiat ubicunque hoc memoratum fuerit obseruãdum est.

vestrum vnum dimittite apud me: & cibaria domibus vestris necessaria sumite & abite: Fratremque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quód non sitis exploratores, ⁺ & istum qui tenetur in vinculis † recipere possitis, ac deinceps quæ vultis emendi habeatis licentiam: a His dictis, cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias, Exterritisque simul omnibus dixit pater Iacob: Absque liberis me esse fecistis. Ioseph non est super, Symeon † tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis. In me hæc mala omnia reciderunt. b Cui respondit Rubẽ: Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi. Trade † eum in manu mea, & ego eum tibi restituam. At ille: c Non descendet, inquit, filius meus vobiscum. Frater eius mortuus est, ⁺ ipse solus remansit: Si † quid ei aduersi acciderit in terra, ad quam per- d gitis, deducetis canos meos mœrore ad † inferos.

¶ Aliàs dolores.

† illum. ⁺ & † mors ei. ⁺ sed veraces. † demvobis. † non est † sepulcrũ ca.37.

c Non ... ☞ a Modi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 Cum frumen. effunderent, &c. *Ex hoc videtur, quod alij filij Iacob præter vnum, non inuenerunt pecunias suas donec uenißent ad patrem suum & secundum hoc dicendum esset, quod illud quod est allegatum ad contrarium de se. ca. dicitur hic per anticipationem. Si autem aliquis velit sequi sententiam Andreæ prædictam oportet dicere, quod illud quod hic dicitur de inuentione pecuniæ in ore saccorum, postquam venerant, uenerant ad patrem suum Iacob, dicitur per recapitulationem, quia iam alias inuenerant in diuersorio. Sequitur.*

B

2 Duos filios meos, *Irrationabiliter locutus est iste Ruben hoc dicendo, quia filij sui etiam erant filij patris sui. quia sicut supra dictum est, frequenter nepotes nominantur filij. Quod autem interficeret eos Iacob, erat inconueniens oblatio, & ideo non acquieuit sibi Iacob.*

3 In terra ad quam pergitis. *id est, pergere vultis seu disponitis.*

E

*ADDITIO.*

*In cap. xlij. vbi dicitur in postilla,* Omnes filij unius uiri sumus.

*Quidam Hebræorum expositores dicunt, quod filij Iacob circumibant per ciuitatem dispersi, ut forte inuenirent fratrem suum Ioseph. & postea fuerant congregati in domo ipsius Ioseph, pro emptione panis, & ex hoc imponebat eis Ioseph crimen explorationis, quia exploratores solent circumire per singula loca, vt omnia videant, & consequenter congregãtur in vnum, vt sibiinuicem conferant de inuentis. quod concordat huic quod dicitur infra in postilla, scilicet quod reddebant rationem de hoc, quod circumierunt ciuitatem, non causa explorationis, sed vt fratrem quærerent.*

## CAP. XLIII.

INTERIM fames omnem terram vehementer premebat 1 consumptisque cibis quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini & 2 emite ⁺ pauxillum escarũ. Respondit Iudas: Denun- 3 nunciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis mittere eum nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria. Sin autem non vis, non ibimus. Vir enim, vt sępè diximus, denuntiauit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam, absque fratre vestro † minimo: Dixit eis Israel: ⁺ In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem. At illi responderunt: Interrogauit nos homo per ordinem, nostram progeniem, si pater viueret, si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei consequenter iuxta id quod fuerat sciscitatus: nunquid scire poteramus, quod dicturus esset: adducite vobiscum fratrem uestrum? Iudas quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, vt proficiscamur & possimus viuere, ne moriamur

Alis testificatione.

⁺ nobis. † vt quid malefecistis.

C F

NICOLAVS DE LYRA.

INterim fames omnem, &c. *Hic describitur descensus in Aegyptum, quantum ad ipsum Beniamin cum fratrib. suis. vbi primo notatur descẽsus prosperitas, secundo occurrens aduersitas v xliij. c. tertio manifestata fraternitas. ca. xlv. Circa primum describitur itineris ordinatio secundo pauoris occasio, ibi:* Quos cum uidisset. *tertio sequens consolatio, ibi* At ille respondit, &c. *Circa primum describitur de itinere disceptatio secundo patris concessio, ibi,* Igitur Israel, &c. *Disceptatio autem fuit de eorum itinere, quia Iacob nolebat, quod Beniamin cum eis iret, & ipsi volebant, nec poterant ire sine eo propter pactum, quod habuerant cum Ioseph, ut prædictum est, & hoc est quod dicitur.*

1 Interim fames omnem terram vehementer, &c. *scilicet cum regressus eorum in Aegyptum retardaretur propter Beniamin.*

2 Reuertimini & emite pauxillum escarum, *id est, medicum, quantum sufficit ad necessitatem, & non ad abundantiam sperabat enim Iacob quod dominus respiceret populum suum, concedendo quod terra daret fructum.*

3 Respondit Iudas. *quia pater repulerat preces ipsius Ruben primogeniti. Iudas qui inter cæteros erat principalior, & audacior, & rationabilior in loquendo, accepit verbum, vt Beniamin sibi in custodiam traderetur, ut patet in litera vsque ibi,*

❧ Ne mortamur,

*MORALITER.*

1 *Interim fames omnem terram vehementer premebat.* Eccle. xxiiij. cap. dicitur in persona sapientię, *Qui edunt me adhuc esurient.* Et ideo discipuli iam edocti desiderant ad doctorem reuerti, ut plenius instruãtur. & hoc significatur in reditu filiorum Iacob ad Ioseph. per quẽ doctor significatur. pro quærendis alimẽtis id est sapientię documentis. sed reuerti nolunt nisi cum Beniamin minimo, per quem humilitas designatur, aliter non proficerent, sicut dicit Saluator Matth. xj. d. *Confiteor tibi pater domine cœli & terre, quia abscondisti hæc a sapientib. & prudentibus. & in oculis suis, & reuelasti ea paruulis.*

A a *Modicum resinę et mellis et stora. etc.* HIER. Aliquid resinæ & melis, & Thimiama, & stacten, & therebintum, & nuces, siue vt Aquila & Symmach' trāstulerunt Amigdala, vbi in nostris codicibus habetur *thymiama*, in Hebræo est נכאת *nechot* quod Aquila *storacem* trāstulit ex quo domus Hechot, quæ in Esaia legitur, manifestè cela thymiamatis siue storacis intelligitur, eo ꝙ in illo sunt aromata diuersa condita.

de q. Heb. *& tu. † tradidero.

b *Deus vester & Deus patris vestri de, &c.* AVG. Mendacium videtur, sed aliquid significare credendum est. Argentū enim, quod datur & non minuitur: quod & probatum appellatū est, illud forte est, de quo dicitur Psalm. xj. b *Eloquia domini eloquia casta, argen. igne examinatum probatum terræ purg. septulum.* i. probatum perfectè

in q. super Genesin. *hodie. *tibi. * quod ad ducti essēt ad domū Ioseph. † quæ sed dita est in principio. † inuoluat nos & vt cadere faciat nos & * vnusquisque.

sermone 28. de tpe.

✻ IDEM. Nō credo fuisse sine causa quod dominus noluit ostendere Iacob quod Ioseph viueret sed permisit eum longa afflictione consumi. Imo nec filius Ioseph in tam proximo positus (distabant enim ab inuicem ccc. miliaribus) permissus sit ad patrem suum mittere, quem nouerat pro se amaritudinem sustinere intolerabilem, & quasi paruum esset quod ante pertulerat, adhuc & Beniamin fecit ei auferri. Quare hoc sit factum attendite. Quamuis serui & amici Dei capitalia crimina vitauerint, & multa bona fecerint, tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus. Quia ergo sine istis minutis peccatis Iacob esse non potuit, volens Deus ipsa peccata parua in hoc seculo tribulationis igne consumere, implet in eo illud, *vasa figuli probat fornax.*

D E

☞ a Vidit

mur nos, † & paruuli nostri: Ego suscipio puerum: de manu mea require [1] illum: Nisi reduxero & † reddidero eum tibi, ero † peccati in te reus [2] omni tempore. Si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus [3]. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite [4] a quod vultis. Sumite de optimis terræ frugibus in vasis vestris, & deferte [5] [6] viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, & stactes, & [7] [8] † terebinthi & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte [9] vobiscum, & illam quam inuenistis in sacculis, reportate, ne forte errore [10] factum sit. Sed & fratrem vestrum tollite, et ite ad virum. Deus autem meus omnipotens † faciat vobis eum placabilem, & remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet in vinculis, et hunc Beniamin. Ego autem [11] quasi orbatus absque liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, et pecuniam duplicem et Beniamin: descenderunt in Aegyptum, et steterunt coram Ioseph. Quos cum ille uidisset, et Beniamin simul, præcepit [12] dispensatori domus suæ, dicens: Introduc viros domum, et occide uictimas, et instrue conuiuium, quoniam * mecum sunt comesturi meri- [13] die. Fecit ille sicut * fuerat imperatum, et introduxit uiros domum. Ibi- † que exterriti * dixerunt mutuo: Propter pecuniam, † quam retulimus [14] prius in saccis nostris, introducti sumus, ut † deuoluat in nos calumniā, et violenter subiiciat seruituti et nos, et asinos nostros. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt: Oramus domine, ut audias nos. Iam ante descendimus. ut emeremus escas. Quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium, aperuimus † sacculos nostros, et inuenimus * pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportauimus. Sed et aliud attulimus argentum, ut emamus, quæ * necessaria sunt. Non est in nostra conscientia quis eam posuerit in † marsupiis nostris. At ille respondit: Pax vobiscum, [15] a nolite timere. Deus uester, et Deus patris uestri dedit uobis thesauros [16] † in sacculis uestris. Nam † pecuniam, qua m dedistis mihi, probatam [17]

a ¶ Vel fructibus.
a ¶ Species resinæ. ¶ Vel storacis.
a ¶ Terebinthus arbor est cuius resina similiter vocatur.
a ¶ Non mentitur sapiens dispensator, quia de pecunia verba Dei dicit.

† vel pęnę obnoxius tibi. † pineæ. † det vobis misericordiam ante virum. * domus Ioseph. † saccos. * nobis. † saccis. † pecunia vestra venit ad me.

NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Ne moria. nos & paruuli nostri. *acsi diceret, si non vis nobiscū mittere Beniamin, ire nō possumus, & per consequens moriemur fame, quia aliunde alimenta habere non possumus, & sic ipsemet Beniamin nobiscum fame morietur, propter quod melius est, quod mittas eum nobiscum, etiam cum aliquo periculo infirmitatis vel mortis, quam quod hic fame moriatur nobiscum.*

2 Ego suscipio puerum: *in fide mea seruandum.*

3 De manu mea require illum. *quia spondeo pro eo reducendo.*

4 Si non intercessisset dilatio. *in retinendo Beniamin.*

5 Igitur Israel pater eorum dixit ad eos. *Hic describitur patris cōcessio. vidit enim quod Iudas rationabiliter loquebatur, ideo assensit ordinans de eorum uia.*

6 Sumite de optimis terrę frugib. &c. *i. de illis quæ raro inueniuntur in Aegypto quia talia magis acceptantur.*

7 Et deferte uiro munera. *ad placandum ipsum, sic enim fecerat ipse Iacob ad placandum Esau fratrem suum, vt supra habetur 32. b.*

8 Modicum resinæ, &c. *secundum Isidor. et Papiam resina generaliter dicitur gutta fluens de arboribus aromaticis, quæ indurata ualet ad vnguenta & medicinas.*

9 Et storacis & stactes, & terebinthi & amigda. &c. *Nomina sunt arborum aromaticarum, quæ inueniuntur in terra Chanaan, quarum lachrimæ fluentes et fructus sunt pretiosi, et nomine arborum hic intelliguntur lachrymæ dictæ, uel fructus earum. Sciendum tamen, quod loco huius quod in translatione nostra dicitur,* modicum resinæ & storacis, & stactes, & terebinthi. *Hebræi dicunt*, Modicum tyriacæ, & ceræ, & balsami & pasticarum:

10 Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum, *etc. quia probabiliter existimabat, quod præcedente fame et ingrescente, bladum carius venderetur, quam prima uice, vel ut pecunia reportata restitueretur.*

F 11 Ego autem quasi orbatus absque libe. &c. *Quod dupliciter intelligitur. Vno modo, quod esset quasi orbatus vsque ad eorum reditum, quia nullus de filijs remanserat cum eo. Alio modo, quod reputaret se quasi orbatum, si Beniamin moreretur, quia illum solum credebat habere de uxore principali et prædilecta, scilicet Rachel.*

12 Quos cū ille uidisset & Beniamin simul, præce. *Hic describitur pauoris occasio, ne furtum eis imponeretur.*

13 Mecum sunt comesturi meridie. *Illa enim hora reuertebatur Ioseph de negotijs regalibus ad prandendum.*

14 Et introduxit uiros domum, ibique exterriti. &c. *Non enim erat consuetudo, quod illi qui ueniebant ad emendum bladum, introducerentur in domum, sed dimittebantur extra in curia uel portica domus, et ideo timuerunt, ne introducerentur propter pecuniam, quam reportauerant. Cætera patent.*

15 At ille respondit. *Hic consequenter ponitur eorum consolatio, et primo ab ipso dispensatore dicente.*

16 Pax vobiscum. *quia nihil habeo contra uos.*

17 Deus vester & Deus patris uestri dedit nobis. *acsi diceret, ex merito uestro et patris uestri data est nobis illa pecunia, quam inuenistis in saccis vestris.*

1 Eduxit

MORALITER.

✻ 7 *Et deferte viro munera.* Id est, doctori reuerentiam debitam & honorem, & cum hoc, si indigeat, subsidium tēporale. sic enim scribitur. j. Corinth. ix. b. *Si nos vobis seminamus spiritualia, non est magnum, si vestra carnalia metamus.*

12 *Præcepit dispensatori domus suæ dicens, introduc uiros domum* nam venientes debitè pro studio sapientiæ sunt benignè recipiendi.

13 *Quoniam mecum sunt comesturi me.* cibum. sapientiæ. quæ reficit animas.

† *Meridie.* id est cum feruore charitatis, aliter scientia non ualeret. j. Corint. viij. a. *Scientia inflat, charitas autem ædificat, etc.*

A a *Vidit Beniamin, &c.* ISID. Act. ix. a. Paulum quasi lux circum fulsit, qui paruulus, quia nondum maturam fidei ætatem gerebat. Vnde etiam adolescens legitur, dum lapidantium Stephanum vestimenta seruabat. fleuit Ioseph, cæcitas Pauli, fletus est Christi. lauit faciē Christus, cū baptizaretur Paulus, per quē à plurimis videndus est Christus.

Allegoric.

AVGVST. Affectus boni animi semper procliuis est ad pietatem. Vnde in Ioseph, virtutū possumus considerare copiam. Castus erat, cum spreuit impudicitiā dominæ. Sapiens cum diligenti inuestigatione fratrū aios explorabat, quasi tersentirēt de fre suo vterino. Iustus erat, in adhibitione disciplinæ delinquentibus. Pius in conuersione pœnitentium.

B b *Quibus appositis, &c.* Seorsū appositi sunt cibi Ioseph quasi aduenæ, & seorsum fratribus, quasi exteris natione, Aegyptijs quoq; seorsum, quasi indigenis, qui putabant prophanum esse cum peregrinis conuiuium.

c *Sederunt corā eo, &c.* RVPER. Addidit. *primogenitus iuxta primogenita sua.* vt insinuaret iā ex tunc ipso vsu cessisse ipsi Ioseph primogenita. Sic enim & in Paralipomenon libro legitur, *Quia cū violasset Ruben torū patris sui data sint primogenita eius, filijs Ioseph.*

D vbi supra, cap. 8.

d *Biberuntq; &c. inebriati sunt, &c.* AVG. Solent ebriosi hoc testimonium adhibere sibi in patrocinium propter Ioseph, qui valde sapiens cōmendatur. Sed hoc verbū pro saturitate ponitur in scripturis. vnde Psal. lxiiij. b. *Visitasti terram & inebriasti eam,* quia in laude benedictionis hoc positū est & donum Dei commemoratur, apparet hāc ebrietatem saturitatē significare. Nā ita inebriari, vt inebriātur ebriosi nec ipsi terræ vtile est, quoniā maiore humore, quam sufficit corrumpitur, sicut vita in ebriosi, qui nō satietate tese replet sed mergit diluuio.

ego habeo. 1 Eduxitque ad eos Simeon. Et introductis domum, 2 attulit aquam, & leuauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum. † illi vero parabant munera, donec ingrederetur Ioseph meridie. Audierant enim quòd ibi comesturi essent panem. 3 Igitur egressus est Ioseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in mani-4bus, *& adorauerunt *proni in terram, † At ille clementer resalutatis eis interrogauit † dicens: † Sanus ne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui responderunt, Sospes est seruus tuus, pater noster adhuc viuit. Et incuruati adorauerunt eum. Attollens a autem Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrem suum vterinum, & ait: Iste est frater vester paruulus de quo dixeratis mihi? Et rursum: Deus, inquit, misereatur tui fili mi. Festinauitque, quia † 5 commota fuerant viscera eius super fratre suo, † & erumpebant lachrymæ, & introiens cubiculum fleuit. Rursusque lota facie, egressus continuit se, & ait: 6 ponite panes. b Quibus appositis ¶ quasi aduenæ. seorsum Ioseph, & ¶ quasi extraneis. seorsum 7 fratribus. ¶ quasi indigenis. Aegyptiis quoque, qui vescebantur similiter seorsum: 8 Illicitum est enim Aegyptiis comedere cum Hebræis: & prophanum putant huiuscemodi conuiuium. c 9 Sederunt *coram eo primogenitus iuxta primogenita sua: & minimus iuxta ætatem suam. 10 Et mirabantur † 11 nimis, sumptis partibus quas ab eo acceperant: a ¶ quia Paulus plus omnibus laborauit. 12 Maiorque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus, excederet. d 13 Biberuntque & a ¶ Saciati secundum idioma. Ehe pauci linguę Aug. inebriati sunt cum eo.

( i. †Saluus

*ergo.

*inter se. & datis portionib. a facie sua (i. de mēsa sua) maiorē portionē proposuit ipsi Beniamen.

*suis. *eum. *eos. † supra 29

† incaluerant miserationes. † & quærit locum vbi fieret.

a Scyphus

NICOLAVS DE LYRA

1 Eduxitque ad eos Simeon. *maiorem eorum. consulationem.*

2 Attulit aquam. *cogitanda de eorum corporibus.*

3 Deditque pabulum asinis. *Curam gerens similiter de eorum animalib. ut perfectam impenderet eis humanitatem.*

4 Igitur. *Hic secundo describitur eorum consolatio ab ipso Ioseph eos dulciter alloquendo, & patet litera usque ibi.*

5 Commota fuerant uiscera, &c. *Tum quia ipse solus erat sibi frater uterinus. Tum quia non fuerat cum alijs fratribus, quando uendiderant Ioseph propter quod magis afficiebantur ad eum. Secundo consolatur eos Ioseph amicabili recreatione, cum subditur.*

6 Et ait, Ponite panes. *Nomine panis in sacra scriptura intelligitur omnis cibus, unde 4. Reg. 6. e. vbi dicitur,* Appone panem & aquam, &c. *Subditur,* Et apposita est eis ciborum magna præparatio.

Panes. C

7 Seorsum Ioseph, &c. *Cuius causa subditur cum dicitur.*

8 Illicitum est enim Aegyptiis, &c. *Causa huius est ut dicunt Hebræi, quia mactant & comedunt aliqua animalia quæ ab Aegyptijs coluntur.*

9 Sederunt coram eo. *Vt honoraret eos sua præsentia.*

10 Primogenitus, &c. *Fecit enim eos sedere ordinate secundum ætates suas incipiens a primo genito.*

11 Et mirabantur nimis. *De hoc quod homo, quem credebant extraneum, & eos ignorantem fecisset eos ita sedere, sicut sedebant in domo patris sui. Si autem quæratur quomodo non habuerunt per hoc aliquam suspitionem, quod ipse esset Ioseph, qui prædictum ordinem sciebat. Dicunt Hebræi, quod hoc fuit, quia Ioseph fingebat se hoc scire per artem diuinandi, percutiebat enim coram eis Cyphum suum argenteum, & primam percussionem dicebat, talis qui est primogenitus primo sedeat, & sic consequenter de alijs, hoc uidetur concordare cum eo quod dicitur se. cap.* Cyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus & in quo augurari solet. *ac diceretur, sicut vidistis heri in mensa.*

F

12 Maiorque pars venit Beniamin ita ut quinque partibus excede. *Voluit enim eum honorare in hoc præ alijs, ut uideret si per hoc alij fratres ipsi Beniamin inuiderent sicut ei inuiderant, eo quod a patre plus amaretur, ut prædictum est supra 37. c.*

12 Biberuntque & inebriati sunt cum eo. *Hic accipitur ebrietas pro satietate, eo modo loquendi quo dicitur Can. 5. a* Comedite & bibite & inebriamini charissimi. *& talis ebrietas non est uitiosa.*

MORALITER.

† *Illi vero parabant munera donec ingrederetur Ioseph.* Discipuli enim debene esse parati doctorem honorare. j. Timoth. v. c. *Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur maxime, qui laborant in verbo & doctrina.*

† *At ille clementer, &c.* Primo uenientes sine Beniamin per quem significatur humilitas, vt prædictum est habuerūt durū responsum: posteà venientes cum ipso habuerunt mansuetū, per quod designatur quod superbi sunt dure increpandi & humiles mansuetè recipiendi, & in hoc est conformitas ad Deū Iacob. iiij b. *Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam.*

7 *Seorsum fratribus Aegyptijs, &c.* quia secundum diuersam dispositionem auditorum formandus est sermo doctorum.

12 *Maiorq; pars ve. Beniamin.* Per quod designatur quod humiles sunt doctrinæ sapientiæ magis capaces vnde Aug. expones illud *Maria sedebat secus pedes domini.* dicit, Quanto humilius sedebat, tanto amplius capiebat: & Prouerb. 21. a. *Vbi humilitas ibi & sapientia.*

13 *Biberuntque.* scilicet potum sapientię salutaris.

*Et inebriati sunt.* Ebrietate. bona de qua dicitur Cant. v. a. *Comedite, & bibite, & inebriam.*

A a *Scyphus, quem furati estis, &c.* ISID. Quid sibi vult, quod inuẽtus est scypus Ioseph in sacculo Beniamin, nisi quia in corde Pauli cælestis doctrinæ iam præfulgebat eloquium, dum esset eruditus in lege. Sed quia subiectus non erat Deo, intra saccum erat scyphus, doctrina intra legem, lucerna intra modiũ. Missus tñ Ananias manum imposuit, marsupium soluit, & argẽtum resplẽduit, & decidentib. squamis, quasi vinculis soluto sacco. i. deposito legis velamine, adeptᵉ est gratiæ libertatẽ, & reuelata facie sermonis euangelium prędicat.

✻ GRAECTS. *In quo augurari solet Dominᵉ meᵉ* Nõ ĩ poculo Ioseph vaticinabatur, sed ait, si poculũ hoc acceperit, haud ĩ bonũ omen accipiet.

b ✻ CHRYSO. Cõfũderũt hæc Ioseph, & satis ei demõstrarũt ꝙ & patrẽ digne colerẽt, & fratrẽ multũ amarẽt.

✻ RVPERT. Qđ hoc ordine iustitię pulchriᵉ Nempe qui hic seruitio se addicit, ipse est cuius cõsilio in seruũ venũdatus est Ioseph. Hic enim supra habemus, quia *dixit Iudas fratribus suis, Ecce Ismaelitæ veniunt, uenite venundetur.*

c *An ignoratis quod non sit similis mei in augu. scientię?* AVGVST. Quid hoc sibi velit quæri solet. An quia non serio sed ioco dictũ est, ut exitus docet, nõ est habedũ mẽdaciũ. Mẽdacia enim & mendacib. serio argũtur, nõ ioco. cum autẽ quæ nõ sunt tãquã ioco. dicũtur, nõ putãtur mendacia. Sed magis mouet qđ sibi velit hęc actio Ioseph, qa fratres suos, donec eis aperiret qs esset toties ludificauit, & tãta expectatione suspendit, quod licet tãto sit suauius cum legitur, quanto fit illis inopinatius cum quibus agitur, tñ sapiẽtiæ illiᵉ grauitate, nisi magnũ aliqd isto quasi ludo significaret, nec ab illo fieret, nec scriptura diceret ĩ qua sãctitas est tãta & ꝓphetan.

Margin: fecit ille vt iusserat — Hom. 64. — vbi supra. cap. 9. — † talis vir qualis ego sum scitdiuinate. — in q. super Genesin. — † tum. — E * eis. † quencũque. — † 22. q. 2. b. ꝙ ait.

## CAP. XLIIII.

Præcepit aũt Ioseph dispensatori domus suæ dicens: Imple saccos eorum frumento, quantũ potest capere, & pone pecuniã ¶ Splendorem diuini eloquij. singulorũ in summitate sacci. Scyphũ aũt meum argenteũ, ¶ Paulus qui minimus est Apostolorum. & pretiũ qđ dedit tritici, pone in ore sacci iunioris, Factumq; est ita. Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis. Iamq; vrbem exierant, & processerant paululum, † tũc Ioseph accersito dispensatore domus, ait: Surge, inquit, & persequere viros, & apprehensis dicito: Quare reddidistis malũ pro ¶ Toties fratribus obiecta accusatio, fraternæ venditionis expiatio est. bono? Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, & in quo augurari solet: Pessimam rem fecistis. Fecit ille, vt iusserat, & apprehensis per ordinem locutus est. Qui responderunt: Quare sic loquitur dñs noster † vt serui tui tantũ flagitii cõmiserint? Pecuniã quã inuenimus in summitate saccorũ reportauimus ad te de terra Chanaan: & quomodo consequens est: vt furati simus de dñi tui aurum vel argentum? Apud quemcũque fuerit inuentum seruorum tuorum quod quęris, moriatur: & nos serui erimus dñi nostri. Qui dixit† Fiat iuxta vestram sententiam. Apud† quẽ fuerit inuentũ, ipse sit seruus meus, vos autem eritis innoxii: Itaq; festinato deponẽtes in terrã saccos, aperuerunt singuli. Quos scrutatus, incipiens à maiore vsq; ad minimũ, inueuitur scyphum in sacco Beniamin. At illi scissis vestib. oneratis rursum asinis, reuersi sunt ĩ oppidũ: Primusq; Iudas cum fratrib. ingressus est ad Ioseph. (Necdum enĩ de loco ¶ verba pro verberibus irrogat fratribus, ne remaneat impunitum fraternum scelus. abierat) omnesq; ante eum pariter ĩ terram corruerunt: Quib. ille ait: Cur sic agere voluistis? An ignoratis ꝙ non† sit similis mei in augurandi sciã?

## NICOLAVS DE LYRA

Caput XLIIII.

Præcepit autẽ Ioseph dispensatori. *Hic cõsequẽter circa descensũ secundũ filiorũ Iacob in Aegyptũ describitur occasio aduersitatis, quia de furto apparẽti fuerunt conuicti in Beniamin. Circa quod considerãdum, quod Ioseph. qui erat sagax & astus, postquam probarũt, quod fratres sui de eius venditione pœnitebant. Item quod contra Beniamin fratrem suum nihil mali machinati fuerant, & quod ei præ ipsis honorato inuidiam non prętendebant, vt patet pdictis nihilominus tentare veluit, vtrum ipsi Beniamin in periculo cõstituto quantum possent securrerent: & ideo sic ordinauit, vt in furto apparenti deprehenderetur Beniamin, vt videret qualiter fratres sui in hoc se haberent nec mirandũ si taliter eos probabat, quia malitiã eorũ in seipso expertus fuerant. & ideo in hoc ca.* primo *describitur eorũ cõprehensio. secũdo confusibilis reductio, ibi,* At illi scissis uestibus. *Circa primũ Scyphus Ioseph. in sacco Beniamin absconditur, requiritur, denegatur, & tãdẽ inuenitur. Et patet litera exceptis paucis vocabulis qua exponentur.*

2 Scyphũ autem, &c. *vt cito posset inueniri, dicit pretium, ne dispensator crederet quod scyphus deberet poni in sacco iunioris loco pretij, & ideo de vtroque fecit mentionem.* 3 Persequere viros & apprehensis, &c. *cum multitudine armatorũ, ita quod non audeant resistere.*

4 Quare rededistis ma pro bono. *committendo furtum pro dulci allocatione domini mei, & honore, quem vobis exhibuit domo sua.*

5 Scyphus quem forati &c. *bibit sicut vidistis heri in mensa sua*

6 Et in quo auguri. &c. *sicut experti estis ordinando vos in mensa.*

7 Pessimã rem fecistis. *quia ingratitudo est pessimum vitium,*

8 Pecuniam quam inu. &c. *Argumentum est a maiori parte, quasi dicant, non retinuimus calauimus illud erat extra Aegyptum & in terra Chnaan, de quo magis videretur ergo nec hoc commisimus.*

9 Fiat iuxta vestram sententiam. *Confidentes, enim de sua innocentia nimis obtulerant, quia pro furto simplici secundum leges scripta nullus debet mori ideo dispensator temperauit negotium dicens,* Fiat iuxta uestram sententiam. *i. aliquo modo ab ipsa declinando.*

10 Apud quem fuerit inuen. ipse sit seruus meus. *loquitur in persona domini sui. quærebat enim solum Beniamin, vt per hoc videretur qualiter alij qui dimitterentur liberi ei succurrerent in tali necessitate.*

11 Quos scruta. in. à ma. *ne si scrutatur statim fuisset saccum Beniamin appareret probabiliter, quod ibi abscondisset scyphum.*

12 Inuenit scyphum in sac. *quare non facit mentionẽ de pecunia ibi inuenta, quia iã eis supra dixerat, ꝙ alia pecunia in saccis inuenta erat à Deo eis illata, & quia eadẽ ratione, qua accusaret Beniamin de pecunia, accusasset omnes alios cũ pecunia cuiuslibet reperta fuißet in ore sacci sui ipse autem volebat secundũ ordinẽ Ioseph calumniari Beniamin solum vt per hoc probaretur aliorum affectio ad ipsum, vt prædictum est.*

13 At illi. *Hic consequenter describitur coram confusibilis reductio tanquam conuictorum de apparenti furto. & secundo misericordiæ imploratio, ibi.* Cui Iudas. *Circa primũ dicitur sic,* At illi, &c. *in signum tristitiæ. hic enim erat modus antiquorũ occurrẽte casu magnæ aduersitatis.*

14 Primusque Iudas. *quia inter fratres erat principalior & constantior, & quia apud patrem erat pro Beniamin fideiussor, vt prædictũ est ca. præcedenti, & ideo causa erat magis sua, quam aliorum.*

15 Necdum enim de loc. ab. s. Ioseph. *qui expectabat fratrum suorum redditum vt perfecte probaret eorum animum.*

16 Omnesque ante. &c. *vt eius animum misericordiã prouocarent.*

17 Cur sic agere uo. *ac si diceret, illud quod fecistis est de se pessimũ, & ideo nullo modo debuissetis hoc velle facere.*

18 An ignoratis, &c. *ac si diceret, dato quod habeatis pessimam voluntatem, tamen debuistis retrahere a tali facto cum scieritis me habere augurandi scientiam, per quam poteram uos deprehendere.*

## MORALITER.

1 Prece. autem Ioseph, etc. Sequitur.

2 *Scyphum autem meum argent. etc.* Secundũ sensum literalem ad hoc Ioseph fecit abscõdi Scyphũ in sacco Beniamin fratris sui vterini, & ipsum cõuinci de furto apparẽti, ut per hoc probaret si fratris a'ii uere diligerẽt ipsum, quia si retento Beniamin ipsi statim abiissent, signũ fuisset inuidiæ & odii ad ipsum, eo ꝙ pater plᵉ alii ipsum diligebat, sicut Ioseph expertus fuerat de seipso. p hoc aũt ꝙ omnino conati sunt eũ liberare apparuit veritas delectionis ad ipsum. Per hoc aũt moraliter habetur ꝙ bonus doctor, q p Ioseph significatur, ut prędictũ est, non solũ debet esse solicitus de discipulis suis promouẽdis in sciẽtia, sed etiã de nutriendis ipsis & cõseruandis in charitate mutua, exẽplo Christi dicẽtis Ioã. xiij. d. *Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ: Et iterũ ibidẽ, In hoc cognoscẽt omnes, ꝙ discipuli mei estis s. si dilectionẽ. ad inuicẽ habueritis.* Et ideo si unus eorum accusetur de crimine sicut fuit Bẽiamin, alii tenẽtur eũ liberare inquãtũ possunt salua tñ conscientiæ puritatẽ. Allegoricè uero per Scyphũ argẽtũ in sacco Bẽiamin positum, præfiguratus fuit Paulus Apostolus ex tribu Beniamin nasciturus, qui fuit uas electionis sapientia Dei plenũ & eloquentia bona, quę per sonoritatẽ argẽti designatur, prędictum ad portãdum nõ men dñi nostri Iesu Christi coram gentib. & regib. & filiis Israel, ut habetur Act. 9. eli. Per liberationem uero Beniamin figurata fuit liberatio Paulus in Damasco, de qua fratres fuerunt ualde soliciti, ut ibidẽ habet

AD-

A phentandorum intentio futurorum. Non negligenter ergo cōsiderandum puto tātam miseriam in perturbatione fratrum suorum, quam modo Ioseph quamdiu voluit tenuit & quanta voluit mora, produxit, & tantò eos faciens calamitosos, quantò ipsorum futuram lætitiam cogitabat, & quod agebat, vt eorum gaudium differretur, ad hoc agebat, vt dilatione cumularetur, tāquam nō essent condi B gnæ passiones tantilli temporis ad futuram gloriam exultationis futuræ cognito fratre, quem à se perditum existimabant.

Ibidem. a Cui Iudas, &c. AVGVSTI. Multa in narratione Iudæ aliter dicta sunt, quam cum illis egerat Ioseph, quamquamuis apud eum loqueretur, ut omnino de simulatione exploratorum, nihil diceretur quod utrum cō sulto tacitum sit, an id fecerit per turbationis obliuio non apparet. Nam & illud quod dixerunt se à Ioseph interrogatos de patre & fratre suo, se autem illi interroganti indicasse, mirum est, si uel ad sententiam potest ipsa peruenire narratio, ut eam constet esse veracem, quanquam & si aliqua falsa in ea sunt, tali potius per obliuionem potuit, quam auderet mentiri. Apud eum præsertim, cui non sicut nescienti, sed qui nouerat eum scire, ut eum flecterent ad misericordiā narrationi inserebat.

☞CAP

[1] a Cui Iudas: Quid rñdebimus inquit dño meo, vel quid loquemur, [2] aut † iustè poterimus obtēperare? Deus inuenit iniquitatē seruorum [3] tuorū. [4] En oēs serui sumus dñi mei, & nos, & apud quē inuentus est [5] scyph⁹. Rñdit Ioseph? Absit á me vt sic agā. [6] Qui furatus est scyphū, ipse sit seruus meus, vos aūt abite † liberi ad patrē vestrū. [7] Accedens aūt propius Iudas, confidēter ait: Oro dñe mi loquatur seruus tuus verbū in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Tu es.n. † post Pharaonem dñs meus: [8] Interrogasti prius seruos tuos, habetis patrē aut fratrē? Et nos rñdimus tibi dño meo: est nobis pater senex, & puer paruulus qui in senectute illius natus est, cuius vterinus frater mortuus est, & ipsum solū hēt mater sua, pater verò tenerè diligit eū. Di xistiq; seruis tuis: adducite eū ad me, & ponā oculos meos super illū. Suggessimus tibi dño meo, non pōt puer relinquere patrem suum. Si.n. illum dimiserit, morietur, & dixisti seruis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, nō videbitis amplius faciem meam. Cum ergo ascendissemus ad famulū tuū patrē nostrū, narrauimus ei oīa, quę locutus est dñs meus. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parū † tritici. Cui diximus. Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscū, proficiscemur simul, alioquin illo absente non † audemus videre faciē viri. † Ad quę ille rñdit: [9] Vos scitis, q̄ duos filios genuerit mihi vxor mea. [10] Egressus est vnus, & † dixistis, [11] bestia deuorauit eū, & huc vsq; non comparet. Si tuleritis & istū, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cū mœrore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruū tuū patrē nostrū, & puer defuerit: (cū aīa illius ex huius aīa pēdeat) videritq; eū nō esse nobiscū morietur, & deducēt famuli tui canos eius cū dolore ad inferos. [12] Ego propriè seruus tuus sim, qui in meā hunc recepi fidē, & spopōdi dicēs: Nisi reduxero eū, † peccati reus ero in patrē meum oī tpe: [13] Manebo itaq; seruus tuus pro puero in † ministeriū dñi mei, & puer ascēdat cū fratrib. suis. [14] Nō.n. possū redire ad patrē absente puero † ne calamitatis, quę oppressura est patrem meum, testis assistā.

a Quam hic solus est superstes de matre sua: sic enim opinabantur.

† quo iusti habimus nos. † in pace. † sicut Pharao. † maio. † ministerio. † esce. E † possum. † Et dixit. seruus tuus pater meus nobis. † dixistis profecto raptus est. * ad te. † ne forte videā malū quod in ueniet patrem meum

NICOLAVS DE LYRA.

C 1 Cur Iudas. *Hic describitur misericordiæ imploratio, vbi Iudas vt facilius impetret illud, quod est dulcioris, primo cōfitetur illud quod est rigoris dicens.*

2 Quid respōnde. inquit. *&c. q.d. nihil possumus quia inuētio scyphi erat notoria, nec fraudē audebant imponere familiæ Ioseph, q si id facerent negotium suum peiorarent.*

Deus inuenit iniquita. seruorum. *i. peccata nostra alias occulta Deus fecit inueniri. i. ad punitionem deduci per illud infortuniū, quod nobis accidit.*

4 En oēs ser sumus domini mei. *de rigore enim iustitię non solum pro furto punitur ille apud quem res furata inuenitur, sed etiā illi qui sunt in eius societate, & maxime quando sunt fratres.*

5 Absit a me. *q.d. nolo vobiscum agere cum tanto rigore.*

6 Qui fu. est scy. *&c. Hoc autem dicebat vt probaret, si Beniamin dimitterent solum in seruitute.*

7 Acced. autem prop. *Hic secundo Iudas procedit ad impetrandū q̄ erat misericordiæ & dulcoris, & primo captat ipsius Ioseph beneuolentiam dicens,* Oro domine mi, *&c. secundo ad suum propositū obtinendum inducit quadruplicem rationem dicens:*

Prima ratio Iudæ. 8 Interrogasti prius, &c. *Intendebat enim impetrare, quod ipse maneret in seruitute pro Beniamin, ita quod Beniamin cū alijs fratrib. rediret ad patrem, & ad hoc obtinēdum primo inducit rationē ex parte patris sui, q de furto huius scyphi nullo modo debebat inculpari, cū ipse esset absens & etiā iustus, quia pecuniā a filijs reportatā remiserat in Aegyptū, & ideo nullo modo debebat haberi suspectus de furto illo, q̄ factū non fuisset de suo mandato. & tamen si Beniamin remaneret in seruitute, intantū diligebat eū q̄ credebatur probabiliter mori prę dolore, quod videbatur valdè durum & rationi absonum, hanc autē rationem deducit Iudas diffusè, vt magis moueat animū Ioseph ad cōpatiendum patri, & patet litera vsque ibi.*

9 Vos scitis quod duos. &c. *Ista est Rachel quæ fuit principalis & prima vxor eius, & etiam sola quantū fuit ex petitione Iacob: quia Lia fuit sibi coniuncta per deceptionem Laban. & duæ ancillæ ad petitionem Rachelis et Liæ, vt habetur supra, xxix. cap. et xxx.*

10 Egressus est vnus. *de societate mea.*

F 11 Et dixistis bestia deuorauit eum. *Videtur q̄ Ioseph hic poterat arguere Iudam de contradictione secundū reprehensionē supra positam xlij. ca. vbi excusauerunt se de circuitu ciuitatis, dicentes q̄ hoc fecerāt ad quærendū fratrē suū perditū, et hic dicitur quod dixerant patri ipsum esse deuoratum à bestia. Ad quod dicendū, quod licet non oporteat Iudam et fratres suos excusari de mendacio, tamē hic nō sequitur dictorum suorū contradictio, quia statim posset Iudas respondere quod prę dixerat patri ipsum esse deuoratū a bestia, post quam redierant ad ipsum ex Aegypto, ōcculētes quod ex quo nō inuenerat eum reputabant eum à bestia deuoratū, et codē modo poterant respondere de hoc, quod dixerunt hic: Cuius vterinus frater mortuus est quia hoc dixerant post quā ipsum quęsierant per ciuitatem. & ex quo non inuenerant eum, probabiliter æstimabant eum esse mortuum.*

Secunda ratio. 12 Ego proprie. *Hic inducit secundam rationem ex parte sui, quia fideiussor tenetur pro illo pro quo spōdet. Iudas autē fideiussor erat pro Beniamin vt prędictū est, ex quo cōcludit, quod debebat remanere in seruitute pro Beniamin, et patet litera.*

Tertia ratio. 13 Manebo itaque seruus tuus. *Hic ponitur tertia ratio ad idē ex aptitudine Iudæ. erat enim homo perfectior et aptior ad seruiendū in omnibus operib. laboriosis et bellicis quam Beniamin, propter quod non debebat refutari ista petitio.*

Quarta ratio. 14 Non enim possum redire, &c. *Hic inducitur quarta ratio ad idē, quia iste Iudas nullo modo posset videre anxietatē patris sui, si rediret sine Beniamin. et ideo sibi erat condescendendū, vt remaneret in seruitute pro ipso, et maxime cum esset aptior illo in omnib. operibus.*

CAP

ADDITIO I.

*In ca. xliiij. vbi dicitur in postilla,* An ignoratis. &c.

In Hebraica litera non dicitur: An ignoratis, &c. *sed ponuntur quędam uerba quorum sententia est.* An ignoratis, *quod homo similis mei posset per auguria talia scire? quod uidetur magis consonū rationi ipsi enim non habebant unde debuissent scire, quod Ioseph esset maxi*

mus auguratur, sed bene poterant præsumere, quod Ioseph cum esset tam A potēs, posset habere augures quoscunq; voluisset, præsertim cū in Aegypto essent multi coniectores, & talibus utentes artibus, prout ex multis locis sacræ scripturæ potest hoc haberi, vnde posset scire talium veritatem Secundum Augu. vero prout sanctus Thom. in secunda secundæ. q. xcv. Ioseph vero hoc dicebat non seriosè. sed refrenans se ad illud, quod vulgus de eo opinabatur, quia scilicet credebant ipsum Ioseph. esse erudissimum in omnibus. vnde supra xlj. e. Pharao dicebat. Numquid sapientiorem & similem tui inuenire potero?

REPLICA. Correctorij contra Burge.

In cap. xliiij. vbi Burgen. monet difficultatem de arte augurandi ipsius Ioseph, non multum recedit à postillatore, nec refert multum in sensu literali an per se vel per alios se diceret augurandi habere peritiam cum sint verba curialia, sicut multa alia infra historia contenta, vel quod illud dictum, An ignoratis, secundum beatum Augustinum referatur ad famam de Ioseph. præsumptam, &c.

In q. super Genesin

a Misit me Deus, &c. AVGVS. Quid est quod iuxta alia exemplaria ita legitur, Misit enim me Deus ante vos, remanere reliquias vestras super terram, et enutrire semen reliquiarum uestra rum magnum? hoc enim non usquequaque consonat, ut reliquias Iacob accipiamus etiam filios eius, cum omnes sint incolumes. an forte illud significat secreto mysterio quod Apostolus ait Rom. ix. f. Reliquiæ per electionem gratiæ salue factæ, sunt, ad hoc enim occisus est Christus a Iudæis, & traditus est Gentibus, tanquam Ioseph Aegyptiis a fratribus, vnde 2. cor. 11. e. Nam et ego Israelita raelita sum, ut et plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fierte.

✱ PROSPER. Sed & cum vellet cognosci Ioseph. a fratrib. amisit vocem, dicens, Ego sum Ioseph frater vester, adhuc pater meus viuit, Et noster Ioseph Christus, ut sc. ostenderet fratribus suis, dixit in Psalmis, Annunciabo nomē tuum fratrib. meis quos docuit dicere, Pater noster qui es in cælis. Dixit Ioseph fratribus suis, nolite me tuere, non uos huc me misistis, sed Deus d vitam uestram. Dicit & de nostro Ioannes Apostolus, Ad hoc misit Deus filium in mundū ut uiuamus p eū

## CAP. XLV.

NON se poterat vltra cohibere Ioseph multis coram astantibus. vnde † præcipit vt egrederentur cuncti[1] foras, & † nullus interesset alienus agnitioni mutuæ[2]. Eleuauitque vocem cum fletu, quam audierunt[3] Aegyptii, omnisque domus Pharaonis[4], & di-

a ❡ Sic Iudæis Christum ignorantibus circa finem mundi innotescens exhibebit se eis placitum, quipirus eum senserant iuste iratum.

xit fratribus suis, Ego sum Iesoph . Adhuc pater meus viuit?[5] Non poterant respondere fratres nimio † terrore perterriti[6]. Ad quos ille clementer, accedite,✱ inquit, ad me.[7] Et cum accessissent propè, Ego sum ait Ioseph, frater vester[8], quem vendidistis in Agyptum[9]. Nolite † pauere, nec vobis durum esse videatur quòd vendidistis[10] me in his regionibus.

a ❡ Nisi enim e Iudæis traditus fuisset Christus, saluus non esset mundus.

Pro † salute enim vestra misit me Deus ante[11] vos in Aegyptum. Biennium enim est, quod fames esse cœpit in terra: & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti.[12] Præmisitq; me Deus, vt † reseruemini super terrā, & escas ad viuendū habere positis[13]. Nō vestro consilio, sed Dei huc voluntate missus sum,

† clamauit.
† nō remāsit quisq̃ scū ut ostēderet se Ioseph fratrib. suis.
clemēter * quæso.
† dolore affici.
† sit ira in oculis vestris i. ne molester hoc res cor vestrum.
† uiuificē vos euasio ne magna. i. nutria vos in hac magna fame.
† timore. E Act. 7. b.
† uica. inf. 50. c.

❡ 1 Habita

## NICOLAVS D LYRA.

### CAPVT. XLI.

NOn si poterat vltra cohibere Ioseph. Hic consequēter describitur manifestatio fraternitatis: vbi primo describitur huius manifestationis modus, & secūdo fructus, ibi: Auditumque est, &c. Circa primum ostenditur vehementia dilectionis, & secundo clementia remissionis, ibi. Ad quos ille, tertio gratia promissionis. ibi, Festinate quarto instantia consolationis, ibi, En oculi vestri. Circa primum dicitur,

1 Non se poterat vltra, &c. s. quin se manifestaret, Tum quia ratio eum inducebat ad hoc, eo præterita certificatus erat de pœnitentia fra-D trum suorum debet q vendiderant ipsum, & de bona & fideli affectione eorū ad Beniamin fratrem suum vterinum. Tum quia pietas fraterna non permittebat eum amplius continue pietatis interioris signa.

2 Et nullus interesset, &c. Non quia Ioseph vellet celare, quod essent fratres sui, vt patet infra, sed quia in sui manifestatione volebat aliquid dicere, quod latere volebat Aegyptios, ne fratres sui coram eis confunderentur, vt patebit.

3 Eleuauitque uo. cū fletu. ex magno affectu pietatis. quam audierunt Aegypti, qui erant de domo Ioseph. licet enim exclusi à loco, non tamē ita longe recesserant, quin illā vocem possent audire, & bene volebat Ioseph, q audirent illud quod tunc dixit. s. Ego sum Ioseph, subditur.

4 Omnisq; do. Pharaonis. non quod audirent vocem Ioseph immediate, sed per relationem Aegyptiorum, qui erant prope Ioseph,

5 Non poterant respon. &c. Erant enim memores de malo, quod ei fecerant, & eum dominum terræ videbant, & ideo non fuit mirum, si fuerant valde territi.

6 Ad quos, &c. Hic describitur clementia remissionis. vidit enim eos tertio propter malum, quod ei fecerant, ideo voluit eos certificare ad plenam remissione dicens.

7 Accedite inquit ad me. &c. confidenter & secure Et cum accessissent prope finem.

8 Ego sum ait Ioseph fra. istud volebat eis dicere submisse, & ideo fecit eos prope venire, ne Aegyptij audirent proditionem quam fecerunt, & sic eos despicerent.

9 Nolite pauere, &c. acsi diceret expresse, totum remitto vobis ex corde quia certitudinaliter probaui vestram pœnitentiam de me, & certam amicitiam vestram erga Beniamin fratrem meum.

10 Nec vo. durū esse vid. Hoc addit ad maiorem eorū certificationem

11 Pro salutem enim vestra. quia secundū Aug. Deus adeo omnipotēs est & bonus, q non permitteret mala fieri, nisi inde maiora bona eliceret. & sic permisit Ioseph. uendi propter salutē populi tēpore famis futuræ

12 Quibus nec arari, &c. nisi modicum quod quasi nihil reputandum est Istius autem sterelitatis aliqui dicunt causam esse nimiam innundatiam Nili qui cooperiebat terram Aegypti, intantum quod non poterant, conuenienter colli. Sed istud non videtur verum, quia ista causa non fecit sterilitatem in terra Chanaan, et in alijs regionibus vbi non fluit Nilus, et tamen in illis fuis sterelitas et fames, vnde dicitur sup. xlj. g.

Oēsque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopie temperarent. Et ideo alij dicunt et verius vt uidetur quod dicta sterelitas processit ex nimia siccitate, propter quā nec in Aegypto, nec alibi terra poterat bene coli sufficienter.

13 Non vestro cōsi. &c. scilicet solum, quia inualidum esset nisi Deus permisisset, et ad bonum ordinasset.

6 Ad

✱ 14 Fecit

F

### MORALITER.

1 Non se poterat ultra cohibere, etc. Per hoc autem quod Ioseph postquam probauerat fratres de patientia & fideli amicitia reuelauit eis ueritatem occultā, designatur quod bonus doctor, & magnus qui per Ioseph significatur, ut prædictum est, postquam probauit discipulos de istis non debet eis aliquid cælare de speculabilium aut agibilium secretis. Vnde & ipse Deus qui est doctor supremus, postquam patiētiam Abrahæ probauerat Caldęa, ubi pro fide unius Dei fuit in ignem proctus & iterum in terra Chanaan de fidelitate, quando pro liberatione Lot cum paucis hominibus respectiue pugnauit contra quatuor reges, Gen. 19. capit. dixit, Num potero calare Abraham quæ gesturus sum, etc. vt habetur Gen. 18. cap. Et similiter ipse Ioseph, postquam probauerat fratres suos de patientia & de fide li amicitia erga Beniamin fratrem suum vterinum, ut patet per prædicta, manifestauit se eis dicens.

8 Ego sum Ioseph, etc. & ne timerent quod ipsum vendiderant, eos assecurauit dicens.

9 Nolite pauere. & ad maiorem consolatio nem eorum excusauit crimen eorum di.

13 Nec uobis durum uideatur, quod, &c. & sic bonus doctor discipulis probatis non solum debet occultam ueritatem reuelare, sed etiam defectus præteritos propter emendationem sequentem indulgere. Et quoniam homo quantumcunque fuerit exaltatus tenetur honorare parentes, ideo subdit.

† Festinate

✠ *Habita in terra Gef. etc.* Additū est. HIERONYMVS. In Hebræo habetur גשן *Gosen*: Vnde error increuit, quod terra Gessen in Arabia sit. Porro sicut in nostris codicib. est, per extremū, m, scribitur Gessem, quod mihi nequaquam placet terrā significare compluta. Gessem enim in vmbrē vertitur, ubi & in plerisque Gessem reperitur.

A. In q. Heb.

B Bausa sterilitatis Ioseph.

† bonū visum est in oculis Pharaonis. Heb.

b *Et gauisus est Pharao. etc.* Hæc verba Pharaonis quæ ab Ioseph de Iacob & filius eius locutus est, significant gaudia Gētilis populi de conuersione Iudeorū. Magna enim deuotio est ecclesiæ Gētium, quod Israeliticus populus ad fidē veniat, quib. si cōuertātur & fidei participes extiterint, promittit spirituales opes virtutum & gratiā spiritussancti, quam qui accipit, indigentia boni non laborabit.

C † Mutato eius vestes

qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, [1] ac principem in omni terra Aegypti. Festinate & ascendite ad patrem [2] meum, & dicetis ei: Hæc † mandat filius tuus Ioseph. Deus me fecit [3] dominum vniuersæ terræ Aegypti: Descende ad me ne † morieris: † ha-

a ✠ Quod interpretatur propinquitas unde patet quia etsi in Aegypto habitet Israel, non tamen longe est a Deo.
✠ Alii Gessen. Arabiæ, sed uerius Gesem dicitur.

a bita in terra Gessen: Eris que iuxta me, tu & filii tui, & filii filiorum tuo- [4] rum, oues tuæ & armenta tua, & vniuersa quæ possides, ibique te pascam. (Adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu † pereas & domus tua, & omnia quæ possides. En oculi vestri & oculi fratris [5] mei Beniamin vident, quod os meum loquatur ad vos. Nuntiate pa- [6] tri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in Aegypto. Festinate & adducite eum ad me. Cumque amplexatus cecidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoque flente similiter super collum eius. Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit per singulos. Post quæ ausi sunt loqui ad eum. Auditumque est, [7] [8] & celebri sermone vulgatum in aula regis: venerunt fratres Ioseph. Et

a Qui typum gentilis populi gerit, qui gauisurus est in fine de conuersione Iudaici populi.

† gauisus est Pharao atque omnis familia eius, Dixitque ad Ioseph, vt [9]

a Christus apostolis suis imperat. b ✠ Hæc figura fuit gentilis populi, qui ignobilis postea onus Christi sponte subdit.

imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumenta ite in terram

a Inuitat ead finem Iudæorum perfidiam.

Chanaan, & tollite inde patrem vestrum & cognationem, & venite

a Copiam diuinarum scripturarum quibus gentes abundant.

ad me, & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis me-

a Suauitatem spiritalis intelligentiæ.

dullam terræ. Præcipe etiam, vt tollunt plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum † suorum & coniugum, ac dicito: Tollite patrem vestrum, & properate, quantocyus venientes, nec dimittatis

a Veteri testamento.

quiquam de supellectili vestra, quia omnes opes Aegypti vestræ erunt. [10]

Frtres Ioseph. Apostoli sunt fratres Christi.

Fecerunt filii Israel, vt eis mandatum fuerat: Quibus dedit Ioseph [11]

a Quia Christus ordinauit his qui euangelium enuntiant, de euangelio viuere. Apostolis.

plaustra secundum Pharaonis imperium, & cibaria in itinere. Singu-

a Sententi am diuinitatis Christi, & humanitatis prędicandam, & dilectionem Dei, & proximi.

lariter quoque proferri iussit † binas stolas: Beniamin vero dedit

c *Beniamin, &c.* Treceti argentei dantur Beniaminquos Christo accepit, qui prædicat trinitatem vel Christi crucē. Vnde Paulus ait. 1. Cori 2. a. *Non iudicaui me aliquid scire inter uos, nisi Christū Iesum, & hūc crucifixū.* Quinq; stolas accepit. i. sapientiā omniū sensuū. Præcellit ergo Paul' abundātia meritorū, sed & fratres. i. alii prædicatores habent gratiā suā. i. binas stolas, vt cōfiteantur Christū Deū & hominem. Vnde Prou. 31. c. *Omnes domesticieius vestiti duplicib.* i. mystica & morali intelligētia. Mittūt & patri munera & Christus promissis munerib. inuitat populū suū. Munerat portātes ni, id est, Gētiles inutiles & laboriosi, nūc autem portāt vtiles in typo Christi munera, in euangelio munerum largitore.

D † moriatis † & habitabis.

† de paupereris (. i paupertate pereas).

E

F † vestrorū

c Beniamin    a ✠. Qui

NICOLAVS DE LYRA.

1 Fecit me, &c. *quia per sapientiam quam Deus dedit mihi Pharao credit mihi sicut patri.*

2 Festinate. *Hic consequenter describitur gratia promissionis, quia promisit eis prouidere de victualibus cum patre suo pro quo mandauit per eos dicens.*

3 Ascendite ad pa. meum, &c. *quia terra promissionis in qua eras Iacob altior est respectu terra Aegypti.*

4 Habita in terra Gessen. *Nolebat enim* Ioseph *quod pater suus & fratres venirent ad pręsentiam regis, donec informasset eos qualiter deberent se habere in conspectu eius, & ideo voluit quod starent in terra Gessen, vbi occurreret eis ad eos informandum, quod & fecit, vt habetur cap. sequent.*

5 En ocu. ve. *Hic describitur instantia consolationis, quia post prædicta iterum consolator eos ad maiorem certificationem dicens,* En oculi vestri. &c. *acsi diceret: sicut certum est vobis quod me videtis, ita certa sunt omnia, quę dixi vobis ad consolationem vestram.*

6 Quod os meum loquatur ad, &c. *Loquebatur enim eis Hebraicè non per inteepretem, sicut ante fecerat.*

7 Post quæ ausi sunt loqui ad eum. *quia manifestè viderant, quod verè, & ficte loquebatur.*

8 Auditumq. est. *Hic consequenter describitur dictæ manifestationis fructus, vbi primo describitur seueritas imperij rege. secundo sedulitas obsequij in Ioseph, ibi,* Quibus dedit Ioseph, *tertio suauitas gaudij in patre ibi,* Qui ascendentes, *Circa primum dicitur sic.* Auditumque est, & *per religionem eorum, qui secum erant in domo* Ioseph.

9 Et gauisus est Phar. &c. *Licet diligerent* Ioseph. *propter bona, quæ eis fecerat tamen erat eis turpe quod homo, qui fuerat seruius emptius & eductus de carcere haberet tantum dominium in regno & ideo quando scieuerant quod haberet tot fratres, & taliter formatos quod bene videbantur nobiles, & de bone loco, fuerunt super hoc consolati. & ideo præcepit rex, vt patet & fratres & alij propinqui venirent in Aegyptum, paratus eos sostentare & honorare, vt patet in litera. Vnde subditur.*

10 Omnes opes, &c. *id est, de omnibus opibus habebitis ad sufficientiam. Hebræi tamen dicunt, quod hoc dicit prophetice quodam modo, licet hoc non intelligeret, quia per verbum eius significabatur, quod futurum erat filios Israel, qui exeūtes de Aegipto asportauerunt secum opes Aegypti, vt habetur Exod. 12. f. sicut et Cayphas loquens de morte Christi, dixit.* Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo. *Ioan. 11. f. Et per eius verbum significabatur, quod mors Christi esset pro redemptione generis humani. vt exponit euangelista ibidem dicens.* Hoc autem à semetipso non dixit, &c. *Veruntamen neuter sic loquendo potest propheta propriè dici, quia ad hoc requiritur intelligentia, vt supra dictum est. 41. c. Sic nec asina Balaam potuit dici animal rationale, licet verba rōnabilia protulerit, quia illa verba non intellexit, quod tamen requiritur ad rationabilitatem fuerunt formata illa verba per angelum linguam asinæ. Sequitur.*

11 Quibus de. &c. *Hic ostenditur sedulitas obsequij in* Ioseph, *quia solicite fecit edictum Pharaonis, addens etiam super hoc specialia munera dando ea fratri suo Beniamin, & patri, et patet litera.*

✠ 1 Ne

MORALITER.

1 *Festinate, & ascendi ad patrem meum et dicetis.* ad eius maximam consolationem.

† *Hoc ma. tuus* Ioseph & quantū ad eius promissionē subditur:

† *Descende ad me, etc.* Similiter bonus doctor, qui docet alios de honore parentum, debet hoc facere, ut non solum ipsi Ioseph. sed etiam Christo conformetur, de quo scribitur Act. 1. a. *Cepit. Iesus facere et docere.*

† Descende

o 5    † Quo

A a * *Qui ascendentes* ORIGENES. Obseruandum nobis est, scripturas sanctas legentibus quia nunquam fere in sanctum quis locum dicitur descendisse, neque ad uituperabilem con scendisse memoratur. Quæ obseruationes ostendunt scripturam diuinam non inerudito & agresti sermone compositã, sed secũdum disciplinam diuinæ eruditionis aptatam, neque tantã historicis narrationibus, quantum rebus & sensibus mysticis seruientem inuenies.

Homi. 75. in Genes.

b * *Quo audito Iac. etc.* CHRISOSTOM. *Quid est reuixit spiritus eius?* Sicut ignis in ampulla quando deficit olei alimonia, & iam extinguitur, si parum quis olei infuderit, repente quod extingui putabatur, clariorem emittit lucem: Sic senex ille prætristitia extingui uidebatur. Noluit enim accipere consolationem, dicenis *Descendam in infernum lugens*. Vbi autem cognouit quod uiueret, re accensus est, & iuuenis ex sene factus.

*& escas patri. Ad charitatẽ horratur, eos. Homi. 65.

B

† & vniuersa.

ISIDORVS. Expauit Iacob i. plebs incredula, sed postquam gesta Christi cognouit, reuixit spiritus eius, & qui mortuus uidebatur, fide resurrectionis Christi, uiuificatur. Vocatur ergo filiis suis, id est, a Petro, Paulo, & Ioãne popul⁹ Iudæorũ ad gratiam. Occurrit illi Iudas, qui interpretatur cõfessio, quia præcedit confessio, quos ante perfidia possidebat, & sic Ioseph, id est, Christus occurrit, qui senem iam ætate suscipiat, ultimo tempore populum Iudæorum non secundum merita, sed secundum electionem gratiæ, & imponat manum super oculos eius, & cæcitatem auferat, quod distulit, vt postremus crederet, qui ante non putauit esse credendum. Vnde Roma. 11. c. *Quia cæcitas ex parte in Israel ad facta est, donec plenitudo gentiũ sub intraret, & sic omnis Israel salus fieret.*

D

† mutatoriis vestib. † patri autẽ sua misit hæc.

Nominatur Iacob, Ioseph filiũ viuere.

* adhuc.

† vacillaui (vel debilitatum est) cor ei⁹ q. d. i. valde attonitus est.

E

† oĩa verba quæ locutus uerat ad eos Ioseph.

a Paulo scientiam trinitatis & crucis, quæ per Tau literam reputatur 300. significantem.
b ¶ Id est, scientiam & moderatione quinque sensuum, quæ amplior in Paulo. c ¶ Per apostolos mittitur Iudæis thesaurus fidei & honestas morum.

trecentos argenteos, cum quinque † stolis optimis, † tantundem pe-

a ¶ Doctores ex gentibus decalogi mandatis instructos.

cuniæ, & vestium mittens patri suo, addens ei asinos decem, qui sub

a ¶ Omni plenitudine scientiæ Iudæos imbuerent. b ¶ Quæ pseudoapostolos significare possunt, de quibus dicit Apostolus Philip. 1. c. Siue ex occasione, siue ex veritate annuncietur Christus.

ueherent ex omnibus diuitiis Aegypti: & totidem asinas triticum in itinere, panesque * portantes. Dimisit ergo fratres suos: & profici-

a ¶ Nolite contendere de temporalibus. ¶ Apostoli.

a scentibus ait: Ne irascamini in via qui ascendentes ex Aegypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob, & nunciauerunt 1 2

a ¶ Christus incarnatus est. b ¶ Dominus est orbis terrarum.

ei, dicentes: † Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni ter-

a ¶ Aduentu Christi, b ¶ Iudaicus populus. c Torpore carnalis vitæ.

b ra Aegypti. Quo audito Iacob, † quasi de graui somno[c] euigilans, ta †

Ad primam suasionem. Alias contra

men non credebat eis. Illi econtra referebant † omnem ordinem rei.

a Agnouisset euangelii plenitudinem, & charismatum distributionem. Alias vniuersa.
b Qui per longam cæcitatem quasi mortuus fuerat.

3 Cumque vidisset plaustra † & munera, quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus viuit vadam & videbo illum, antequam moriar.

*Cunctæq;*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ne irascamini &c. *Hoc dixit Ioseph, quia timebat, ne cum fratres ab eo recessissent, litigarent ad inuicem imponendo sibimet vnus alteri malitiam factam contra Ioseph.*

2 Qui ascen. &c. *Hic describitur suauitas gaudij in patre, ex auditu rumorum, quod Ioseph adhuc viueret.*

3 Referebant omnem &c. *scilicet quare & quomodo Ioseph viderant, & qualiter fuit promotus in Aegypto, extunc tot auditis & visis signis manifestis de vita Ioseph, Iacob credidit.*

* CAP

F

*MORALITER.*

* † Quo audi. &c. Per patriarcham Iacob qui audita prosperitate Ioseph filii sui, fuit ualde gauisus, significatur bonus prælatus secularis vel religiosus, q audita bona fama filii sui spiritualis ĩ scientia pariter & in uita, debet ualde gaudere, sicut scriptum est. Prouerb. 10. a. *Filius sapiens lætificat patrẽ*, & eum hoc Deo gratias agere, & sacrificium laudis offerre ꝓ tanto beneficio, Ideo subditur:

* *Perfect*

A

## CAPVT XLVI.

1 PRofectusque Israel cum omnibus. quæ habebat, venit ad 2 puteum iuramenti, & mactatis ibi victimus Deo patris sui

Non recenti. a Merito in loco pacis & concordiæ videtur Deus, quia illic mandauic Deus benedictionem.

Isaac, audiuit eum per visionẽ † nocte vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Ia-3 cob. Cui respondit: Ecce ad sum. Ait illi Deus: 4

a Quia me habes adiutorem.

Ego sum fortissimus Deus patris tui: Noli time- 5

a Securus contra spirituale nequitias pugnaturus.

re † & descende in Aegyptum † faciamque te †

a Imitatricem fidei tuæ. b Quia tecum erit gloria mea.

ibi in gentem magnam. Ego descendam tecum 6

a In potestate mea. b Ad terram promissiouis.

illuc, & ego inde adducam te reuertentem. Io- 7 seph quoque ponet † manum suam super ocu- 8 los tuos. Surrexit Iacob á puteo iuramenti, tu- 9 leruntque eum filii cũ paruulis & vxoribus suis in plaustris, quę miserat Pharao ad portandum senem, & † omnia quæ possederat in terra Chanaan, venitque in Aegyptum cum omni semi-

a Pluralis pro singulari, sicut pro plurali singularis solet poni, vnam enim tantum habebat filiam nomine Dinam, uel neptes filias vocauit.

ne suo, filii eius, & nepotes, filiæ, & cuncta si- 10 mul progenies. Hęc sunt autem nomina filio- 11 rum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filii Ru- 12 ben, Henoc & Phallu, & Hesron, & Charmi. Fi-

† sed
† quia in gentẽ magnã faciã te ibi.
Act. 7. v.
† manus
B
† cæperũt & greges suos, & substantiã suam quã acquisierant.
Exod. 1. a. & 6. c.
Nu. 26. a. numerus ingressorum Agyptum.

13 lii Simeon, Iamuel & Iamin & Ahod & Iachin 14 & Sohar & Saul filius Chananitidis. Filii Leui: Gerson & Chaath & Merari. Filii Iuda, Her & 15 Onan & Sela & Phares & Zara. Mortui sunt aũt Her & Onan in terra Chanaan. Natiq; sunt filii Phares: Hesron & Hamul. Filii Issachar: Thola & Phua & Iob & Simeron: Filii Zabulon Sared & Elon & Iahelel. Hi filii Lię, quos genuit †

Quia patres eorum ibi geniti.

16 in Mesopotamia Syriæ cũ Dina filia sua. Oẽs ani 16 mæ filiorum eius & filiarum triginta tres. Filii 18 Gad: Sephon & † Aggi & Esebon: & Suni & Heri & Arodi & Areli. Filii Aser: Iamna & Iesua & Iessui & Beria, Sara quoque soror eorum. Filii Beria: Heber & Melchiel. Hi filii Zelphæ, quam dedit Labã Liæ filiæ suæ, & hos genuit † Iacob sede 19 cim aĩas. Filii Rachel vxoris Iacob, Ioseph & Beniamin. Natiq; sunt Ioseph filii in terra Agypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdo 20 tis Heliopoleos, Manasses, & Ephraim Filii Be- 21 niamim, Bela & Beahor & Asbel, Gera & Naa- 22

Alias Ichi. Alias Ros. Alias Osim.

23 man & Echi & Ros & Mophim & Ophim, & 24 Ared. Hi filii Rachel, quos genuit Iacob, oẽs aĩæ 25 quatuordecim: Filii Dã: † Husin. Filii Nephtha- 26 li: Iasiel & Guni & Ieser & Sallẽ. Hi filii Bala quã 27 dedit Labã Racheli filię suę, & hos genuit Iacob

D
alias † Iahel.
* ipsi. Iacob.
alias † Thag giũ.
* ipsi.
† Husim.
F

## NICOLAVS DE LYRA
### Caput 46.

1 PRofectus. *Hic describitur descensus in Aegyptũ quantũ ad* Iacob *& familiã eius vbi primo describitur descendẽdi modus. Secundo descendendum numerus, ibi:* Hæc sunt autẽ nomina. *Tertio ipsius* Ioseph *occursus, ibi,* Misit autem Iudam. *Circa primum dicitur.*

2 Venit ad, &c. *i: in Bersabee, qui locus interpretatur puteus iuramen* C *ti, & fuit vocatus ille locus sic ab illo puteo, qui est ibi, vbi iurauerunt fadus inter se Abraham & Abimelech, vt dictum est supra 21. capitu. per locum autem illum voluit transire Iacob duplici de causa. Vna fuit quia erat in via eundi in Aegyptum Bersabee enim est vltima villa teræ Chanaan eundo versus Aegyptum. Secunda causa fuit: quia Abraham auus suus ibi inuocauit dominum vt habetur supra 21. c. Similiter Isaac pater suus supra 26. cap. & ideo voluit illuc ire ad deprecandum dominũ pro suo itinere, sicut & fecit, quando iuit ad Laban. transiuit enim per montem Moria, vt ibi oraret dominum vt ipsum dirigeret in via, vt dictum est supra 28. cap.*

3 Iacob, Iacob. *Duplicatio nominis signum est diuinę dilectionis.*

4 Cui respon. &c. *Paratus ad imperium tuum.*

5 Noli timere, &c. *Licet enim desideraret videre Ioseph, formidabat tamen descenderet in Aegyptum, qui erat senex & debilis, & quia timebat in aliena terra sepeliri extra sepulchra patrum suorum, & ideo dominus assecurauit eum de vtroque dicens..*

6 Ego descendam tecum illuc. *quantum ad primum.*

7 Et ego inde adducam te. *quantum ad secundum, quia fecit reportari corpus suum ad sepeliendum in spelunca duplici: vt habetur infra 50 cap. Potest autem & hoc aliter intelligi de Israel, quos eduxit de Aegyptio, in Brachio extento & manu potenti, vt habetur in Exod.*

8 Ioseph. quoque, &c. *Mos erat antiquorum, quod persona prædicta claudebat oculos defuncti per hoc autem certificatus fuit* Iacob, *quod Ioseph non moreretur ante ipsum, quod summè desiderabat.*

9 Surrexit Iacob à pu. *confortatus de diuina consolatione. Sequitur*

10 Nepotes filiæ. *Licet haberet vnicam filiam scilicet Dinam, dicitur tamen in plurali, quia filiæ filiorum eius filiæ dicebantur, & cum Dina hic intelliguntur.*

11 Hæc sunt autem nomina. *Hic consequenter describitur numerus descendentium, vbi considerandum, quod aliquæ personæ hic nominatæ, alibi in scriptura aliter nominantur, eisdem modis & rationibus, quæ supra tactę sunt de filijs* Esau. *36 cap.*

12 Primogenitus Ruben. *Occasione eius enumerantur post cum omnes filij Liæ naturalis & adoptiui ante alios filios. Et patet litera exceptis paucis vocabulis.*

13 Iamuel. *Numeri. 26. vocatur Namuhel.*

14 Sohar. *Hic in Paralipomenon non nominatur: quia nulla progenies processit de eo.*

15 Onan. Per n. *debet scribi in fine.* Iob. 1. *Paralipo. 7. vocatur* Iasub.

16 Hi filij Liæ quos, &c. *Hoc videtur falsum: quia filij Iudę supra nominati non fuerunt ibi geniti, vt patet supra 38. cap. Dicendum, quod pater eorum fuit genitus in Mesopotamia, scilicet* Iudas.

17 Omnes animæ, &c. *In hoc tamen numero non includitur Dina, vt patet si computentur mares.*

18 Filii Gad. *Hic enumerantur filij Zelphæ, qui erant filij Liæ adoptiui, & patet litera.*

19 Filij Rachel. *Hic enumerantur filij eius.*

20 Asbel. *Paralip. 8. vocatur* Iadiel.

21 Gera. *Paralip. 7. vocatur Ahara.*

22 Naaman. *hic vocatur Nahaba ibidem.*

23 Echi. *hic vocatur, Rapha, ibidem.*

24 Ros. & Mophim. *Duo nomina sunt, & in aliquibus libris simul iunguntur pro vno & male: & eodem modo deficit Remigius libro de interpretationibus ponens ambo pro vno nomine. Remigius enim qui fecit illum librum, videtur parum sciuisse de Hebraico, quia pluribus interpretationibus, defecit. propter quod beatus Hiero. frequenter eum redarguit in libro de Hebraicis quæstionibus, & in alys locis.*

25 Filii. Dan. *Hic enumerantur filij Balæ.*

26 Husin. *Licet iste fuerit vnigenitus ipsi Dan, tamẽ hic dicitur* filij, *qa aliquando in sacra scriptura ponitur plurale pro singulari, sicut ecõuerso. vt habetur Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *i. multitudo muscarũ*

27 Sallem. *Alias* Sillem. *Hic vocatur Selboan. 1. Paralipo. 8. Si autẽ coniungantur simul filiæ Lię. 33. & pueri Zelphæ 16. & Rachel. 14. & Ballę 7. faciunt 70.*

## MORALITER.

1 *Profectus Israel cum omnibus quę habebat, &c.*

2 *Venit ad puteum iuramenti, et mactatis ibi uictimis Deo.* Et quoniã gratitudo de beneficio accepto redit hominem aptum ad aliud recipiendum. ideo subditur.

† *Audiuit eum per uisionem nocte uocam. etc.* Nam prelatus Deo gratus meretur a Deo nouam illuminationem, & etiam populi sui multiplicationem in bono. ideo subditur.

† *Faciamq; te ibi in gentem magnam, etc.* Et etiam vitæ præsentis quietam terminationem. Ideo subditur.

8 *Ioseph quoque pone manum suam super oculos tuos.* Et etiam bonũ successorẽ, q significatur per Ioseph, cui dixit Iacob. infr. eo. ca.

A *tulo gentium, & sic omnis Israel solutus fieret.*

in q. super Genes. a *Cunctæq; animæ, &c.* AVGVST. Videndum est quid respondeatur eis, qui hoc testimonio confirmant à parentib. animas cum corporibus propagari. animas enim dictas pro hominibus à parte totũ figurata locutione nullus ambigit. Sed quomodo ipsam partem, id est, animã, cuius nomine totus homo significatur est, alienamus ab eo quod dictum est? Exierunt de femoribus eius, vt carnes ex illo tãtum natas (quãuis solæ animæ nominẽtur) accipiamus, quærẽdi sunt modi locutionum in scripturis.

In q. Heb. b *Filij autẽ Ioseph.* HIERO. Omnes animæ dom⁹ Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptũ, fuere 75. exceptoque Ioseph & filijs eius. 66. aĩæ, quæ egressæ sunt de fœmorib. Iacob introierunt in Aegyptum nulla dubitatio est. ta enim per singulos supputatus numerus approbauit, vt in Hebreis volumin. b. inuenitur. Quod autẽ in 70. legimus, *filij Ioseph, qui nati sunt in Aegypto, animæ nouem.*

B Sciamus pro *nouem* in Hebræo esse *duas*. Ephraim quippe & Manasse, antequam Iacob intraret Aegyptum, & famis tempus ingrueret, nati sunt in Aegypto. illud quoque quod supra legimus: *Facti sunt filij Manasse, quos genuit ei concubina Machir. Et Machir genuit ei Galaad. Filij autem Ephraim fratris Manasse, &c.* Quasi per anticipationẽ factum esse describitur. Neq; enim quãdo ingressus est Iacob in Aegyptum eius ætatis erant, vt filios generarent. Vnde apparet omnes animas, quæ ingressæ sunt in Aegyptum de femoribus Iacob fuisse 70. quia 66. post eum ingressæ sunt, & repererunt in Aegypto tres, Ioseph, scilicet, cum duobus filijs. Septuagesimus autem fuit Iacob ne videamur aduersum authoritatem scripturæ loqui. Deuter. 10. d. ẽt septuaginta interpretes in Deuteronomio trãstulerunt, quod ingressus est Israel. In 70. animabus Aegyptum. Si quis igitur nostræ scripturæ refragatur, scripturam intra se contrariam faciet

C Ipsi enim 70. interpretes qui 75. animas per prolepsim cum Iacob & posteris eius ingressas esse dixerunt, in Deuteronomio 70. tãtum introisse memorarũt. Quod si opponitur, quomodo in Actibus Apostolorũ dicatur 75. animas ingressas esse in Aegyptum, facilis excusatio est. Non enim debuit Lucas ipsius scriptor historiæ in gẽtes Actuũ Apostolorum volumẽ emittẽs contrarium scribere ei scripturæ, quæ iam fuerat diuulgata in gentibus, & maioris opinionis in tempore erat 70. authoritas quam Lucas, qui ignotus & vilis. hoc autẽ generaliter obseruandum, quod vbicunque Apostoli aut apostolici viri loquuntur ad populos, his testimonijs utuntur, quæ iam fuerant in gentibus diuulgata, licet plerique tradant Lucam, vt proselitum Hebræas literas ignorasse. D

Hom. 65. E ✲CHRYSOSTO. Scriptura numerum tãta diligentia annotauit, vt sciamus quomodo Dei prædictio impleta sit, *faciã te illic in gentẽ magnã.* Nã ex his paucis animabus in sexcenta millia genus Israel propagatum est.

Deq. Heb. c *Misit autem Ia. &c.* HIER. Iudã vero misit ante se ad Ioseph, vt occurreret ei ad vrbẽ Heroum in terra Rameses. In Hebræo nec habetur *vrbẽ Heroum.* nec *terram Ramesses*, sed tãtummodo *Gesẽ* vel *Gosen*. Nõnulli Iudæorũ asserunt Gesẽ. nunc Thebaiden vocari, & quod sequitur, *dedit ei vt possiderent in Aegypto terrã optimam in Ramesse*, pagum Arsenoyten sic olim vocatum autumant.

in q. super Genes. d *Et sunt viri pa.* AVGVST. Commendatur in patriarchis, quod pecorum nutritores erant pueritia sua, & à parẽtibus suis, quia hæc iusta est seruitus, iusta dominatio cum pecora homini seruiunt, & ipse pecoribus dominatur, vnde Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram. & habebit potestatem piscium maris, & uolatilium, cæli, et omnium pecorum quæ sunt super terrã.* vbi insinuatur rationem debere dominari irrationabili vitæ. Seruum autẽ hominẽ homini vel iniquitas vel aduersitas fecit F

---

omnes animæ septem. Cunctæque animæ, quæ [1] ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius absque vxoribus filiorum eius, sexaginta sex. Filii autem Ioseph, [2] qui nati sunt ei in terra Aegypti, animæ duæ.

a ¶ Partem ponit pro toto.

Omnes animæ domus Iacob, quæ egressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta. Misit autem [3]

¶ Confessio præmittitur ad Ioseph, idest, Christum, quia ore fit confessio ad salutem Rom. 10. d.

✲Iudam ante se ad Ioseph, † vt nuntiaret ei, &

a ¶ Non in terram Ramesses. b ¶ Post confessionem Ioseph occurrit, quia Christi misericordia subsequitur.

ille occurreret in Gessen. Quo cum peruenisset, iuncto Ioseph curru suo, ascendit obuiam [4] patri ad eundem locum. Vidensque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitque pater ad Ioseph, Iam lætus moriar: quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Ad † ille locutus est ad omnem domum patris sui: Ascendam & nuntiabo Pharaoni, dicamq; ei: Fratres mei & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me, & sunt viri pastores ouiũ, curamque habẽt alendorum gregũ. Pecora sua, & armẽta, & omnia quæ † habere potuerũt, adduxerũt secũ. Cumq; vocauerit vos & dixerit, quod est opus vestrũ? rñdebitis: viri pastores sumus serui tui, ab infantia nostra vsq; in præsens, & nos & patres nostri. Hæc aũt dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen, [5]

a Merito Aegyptij in quibus est figura huius seculi, in quo abundat iniquitas abominantur pastores pecorum. Abominati o est enim iniquo vir iustus.

quia detestãtur Aegyptii oẽs pastores ouium. [6]

Marginalia: ✲Iacob. † vt præpararet ante se Gessen. i. vt cõmõstraret ei viã in Gesen. † Ioseph. Gessen q̃ Thebaida. † habẽt vel sunt eis.

---

NICOLAVS DE LYRA

1 Cunctæq; animæ, quæ ingressæ sunt, &c. *Circa istos numeros sequentes varij doctores uarie dicunt & multipliciter, accipiam autem duos modos dicendi, qui uidentur mihi probabiliores.*

2 Sexaginta sex. *Iste numerus est personarum, quæ egressæ sunt de Iacob, & cum hoc ingressæ sunt Aegyptum cum eo, ut patet in litera. Et ideo ab hoc numero excluduntur Her & Onan, qui non intrauerunt Aegyptum, sed mortui sunt in terra Chanaan, ut prædictum est in isto cap. & supra 38. c. Similiter excluduntur* Ioseph *& duo filij eius, qui iam erant in Aegypto, antequam Iacob ingrederetur, & sic de numero 70. prædicto remanent cum quibus si ponatur Dina, quæ fuit exclusa a numero 33. puerorum Liæ, ut supra dictum est, & quæ ingressa est cum Iacob in Aegyptum, sic habemus 66. personas hic numeratas, cum quibus si addantur* Ioseph *& duo filij eius, &* Iochabeth *filia Leui, quæ concepta erat ante ingressum Iacob in Aegyptum, nondum tamen nata, ut dicunt Hebræi, & sic intrauit in Aegyptum, licet in utero matris. & sic habemus ultimum numerum, cum dicitur.* Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt Aegyptum, fuerunt 70. *sed scriptura non exprimit, quod Leui aliquam filiam habuerit, quæ uocata sit Iocabeth, quia illa de qua fit mentio in* Exod. *nõ fuit eius filia, ut ibi dicetur. ideo potest hic dimitti, & loco eius poni ipse* Iacob, *qui cum prole sua ingressus est, & sic sunt 70. unde & in hoc numero ulti. non dicitur:* Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob, *quia ipse non fuit egressus a seipso, sed dicitur.* Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum fuere 70. *Et hic modus dicendi uidetur conuenientior, tamen ingressus ipsius Ioseph fuit ante ingressum patris, & similiter ingressus filiorũ Ioseph* † *qui dicuntur hic ingressi ratione patris sui, et sic in eo quodammodo ingressi sunt, Vnde et de personis hic ultimo nominatis non dicitur.* Quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, *sed quæ ingressæ sunt, absoluta. Translatio uero 70. hic habet 71. Sed secundum Hiero. hic cum prædictis numerauerunt quinque filiorum Ioseph, qui tamen nondum erant nati, et hoc factum est per anticipationem propter honorem Ioseph, propter quem ab alijs fuerunt recepti honorifice in Aegypto. hanc translationem secutus est Lucas Act. 7. Quod autem aliqui dicunt nullam mulierem hic computari, patet falsum, quia Sara computatus inter filius Zelphæ, aliter non essent 16. sed 15. tantum quod est contra textum ubi dicitur,* Sedecim animas, &c. *Considerandum etiam, quod cum dicitur hic.* Animæ egressæ de femore Iacob, *nõ est per hoc intelligendum, quod anima intellectiua sit per generationem sed accipitur hic anima pro homine, eo modo quo totum denominatur a parte principaliori. licet autem generetur, anima tamen intellectiua non generatur, sed creando infundit.*

Misit autem Iudam. *Hic describitur ipsius Ioseph occursus & secundum quod mandauerat patri fietit in terra Gessen, quousque Ioseph ei ibidem occurreret, significans ei suum aduentum. & hoc est quod dicitur,* Misit autem Iacob, &c. *quia Iudas inter alios filios qui erant cum Iacob, erat honorabilior & rationabilior.*

4 Ascẽdit ob patri. *tum ut debitam reuerentiam patri exhiberet, tum & patrẽ & fratres instrueret, quomodo cũ rege loquerentur, ideo sequitur* Cumq; vocauerit, uos, i. & dixerit, quod est opus uestrum, respondebitis, Viri pastores sum⁹, &c. *Cuius causa subditur, cũ dicitur.* Hæc autem &c. *quæ fertilis est et apta animalibus alendis.*

6 Qui detestantur, &c. *et sic uolunt. quod habitent seorsum ab eis. Causa autem quare detestantur est, quia percutiunt animalia aliqua, quæ tanquam dij ab Aegyptijs coluntur.*

✲CAP.

---

MORALITER.

*Iam lætus mo. quia vidi, &c.* Multum enim consolatur bonus prælatus, quando adhuc viuens scit se bonum successorem habiturum, & sic fuit de Mose & Iosue sibi succedẽte, & de beato Petro Clemente, & de sancto Martino & Briccio, & multis alijs ex speciali diuina reuelatione.

Iniquitas sicut dictum est. *Maledictus Chanaan. seruus erit fratribus suis.* Aduersitas, sicut Ioseph à fratribus venditus, alienigenę factus est seruus. Primos ergo seruos quibus hoc nomen lingua Latina dedit, bella fecerunt. Qui enim superatus iure belli posset occidi, quia seruatus est, seruus appellatus est. Inde & mancipia, quia & manu capta sunt. Est etiam ordo naturalis in hominibus, vt seruiant fœminæ viris filij parentibus, quia & illic hæc iustitia est, vt infirmior ratione seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione, quod cum in hoc seculo per iniquitatem hominum perturbatur vel per naturarum carnalium diuersitatem, ferunt iusti temporalem aduersitatem in fine habituri ordinatissimam & sempiternam fœlicitatem.

A Ioseph nũtiat Pharaoni aduentum patris & fratres introducit

B

† fortis.

† Et bene dixit vel salutauit Iacob ipsum Pharaoné

in q. super Genes.

## CAPVT XLVII.

Ngressus ergo Ioseph nuntiauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quę possident, venerunt de terra Chanaan, & ecce consistunt in terra Gessen. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros statuit coram rege. Quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Responderunt: Pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri: Ad peregrinandum in terram tuam venimus, quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum ingrauescente fame in terra Chanaan: petimusque, vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaque rex ad Ioseph: pater tuus & fratres tui venerunt ad te: Terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare eos, & trade eis terrá Gessen. Quod si nostri in eis esse viros † industrios, cõstitue illos magistros pecorum meorũ. Post hęc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eũ coram eo. † Qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, quot sunt dies a annorum vitę tuę? Respõdit: Dies peregrinationis vitę meæ, centũ

1 2 3 † 5 6 7 8 9 10 11

a ¶ Sancti aduenę, & peregrini super terram.

a *Dies peregrinationis. &c.* AVGVST. Quid est, quod dicit Iacob Pharaoni, *Dies annorum vitę meæ quos incolo, etc.* Sic enim habent Græci, quod Latini habent, *ego vel habeo.* Vtrum ergo ideo dixit *quos incolo* quia in terra natus est, quam nondum populus diuina promissione hæreditatem acceperat, & ibi vitam ducens vtique in aliena terra erat; non solum quando peregrinabatur sicut in Mesopotamia, sed etiam quãdo ibi erat vbi natus est. An potius secundum illud Apostoli accipiendum est 2. Corin. 5. b. *Quamdiu sumus in corpore peregrinamur à domino.* Et illud. *Inquilinus sum ego in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Iterum dicit de omnibus diebus vitæ suæ, *non peruenerunt in dies annorum patrum meorum,* quos dies incoluerunt. Non enim hic aliud voluit intelligi, quàm quod Latini codices habent, *vixerunt* Et per hoc significauit hãc vitam esse incolatum, id est, peregrinationis habitationem. Sed hoc sanctis conuenit, quibus æterna patria promittitur. Videndum est ergo, quomodo de impijs dictum est, *Incolent et abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabunt.* De his enim conuenientius accipitur, qui vt abscondant, incolunt, Non manent in domo in ęternum.

D

E Peregrinatio Iacob.

❧ a Ioseph

## NICOLAVS DE LYRA
### Caput XLVI.

C

Diuisio.

1 Ngressus ergo Ioseph. *Postquam Moses describsit descensum Iacob in Aegyptũ, hic cõsequẽter describit ipsius moram & statũ ibidẽ. Et primo quantũ ad eius inhabitationem. Secundũ quantum ad finem & cõsummationẽ, ibi.* Factiq; sunt omnes dies Adhuc primo describitur ipsius Iacob receptio gratiosa secundo eius sustentatio larga, ibi: Ioseph uero. *Adhuc primo describitur ipsius receptio benigna in prole sua, secundo in persona propria, ibi,* Post hoc introduxit. *Circa primum dicitur.*

2 Pater meus & fratres, &c. *Hæc nunciauit Ioseph Pharaoni, antequam adduceret fratres suos ad præsentiam ipsius, ad probandum si affectio bona regis erga eos perseueraret sicut a principio.*

3 Ecce consistunt in ter. Gessen, &c. *Hoc addidit Ioseph, quia desiderabat, quod illa terra eis assignaretur, ut patet in præcedenti ca. & ideo hoc dixit, ac si ei insinuaret, ex quo vxores & familiæ & omnia bona eorum mobilia sunt ibi, bonum esse, quod remanerent illic, quia labor esset eos alio transferre.*

4 Extremos quoque fratrum suorum. *Extremitas alicuius rei accipitur dupliciter, scilicet, a parte superiori, & a parte inferiori. & secundum hoc ista litera dupliciter exponitur, vno modo sic,* Extremos fratrum, *id est, minores & debiliores. & hanc expositionem sequuntur Iudæi dicentes, quod hoc fecit Ioseph, ne si rex uidisset maiores & fortiores posuisset eos cum uiris bellatoribus. Alio modo sic,* Extremos fratrum. *id est, maiores & valentiores, ut ex hoc rex & consiliarij sui magis haberent acceptum dominium Ioseph, uidentes cognationem eius esse tã gratiosam. & istud magis concordat cum prædictis cap. præcedenti.*

5 Ad peregrinandum, &c. *id est, ad morandum ad tempus, cuius causa subditur.*

6 Quoniam non est her. gre. &c. *sed si non erat in terra Chanaan, herba, quomodo erat in Aegypto, vbi erat in tanta sterilitas, sicut alibi Et dicunt aliqui hic, quod tempore siccitatis ex qua causabatur illa sterilitas sunt bona pascua in Aegypto, quia magna inundatio Nili ex aqua remanente super terram plus impedit nascentiam herbarum, quam siccitas. Vel aliter potest dici, quod terra Gessen, quam petebat, erat sic disposita, quod non erat ibi tanta siccitas, quia esset sufficienter pascualis. ex quo habebant colorem petendi eam, quia bona eorum cõsistebant principaliter in animalibus.*

7 Terra Aegypti in conspectu, &c. *Ac si diceret, ubicunque placuerit tibi, fac eos habitare.*

8 Post hæc, *Hic consequenter describitur receptio Iacob in persona propria, quia postquam Ioseph expertus fuerat, quod rex fratres suos gratiose receperat, certificatus est de bona receptione patris sui. Ideo sequitur.*

9 Et statuit eum co. &c. *Tum vt patrem suum honoraret de accessu ad præsentiam regis, tum ut pater suus gratias redderet ipsi regi de bonis ab eo receptis pro se & familia sua.*

10 Qui benedicens illi. *scilicet regi, quem Iacob salutauit, & cui imprecatus fuit bona, & illud uocatur hic benedicere.*

11 Dies peregri. &c. *Quia primo peregrinatus fuerat in Mesopotamiam apud Laban, ut supra dictum est. Item peregrinatus erat in terra Aegypti, in terra etiam Chanaan habitauerat, vt peregrinus pro maiori parte, quia non erat assecutus dominium in illa nisi in parua portione. Aliter etiam exponitur, quia tota uita humana in præsenti, non est nisi quædam peregrinatio respectu cœlestis patriæ, secundum quod dicit apostolus Heb. 13. c.* Nõ habemus hic manẽ ci. sed fu. inq. &c

Quæstio.

F

5 Ad ✲ 1 Sunt

## MORALITER.

1 *Ingessus ergo Ioseph, &c.* Per hoc autem, quod Ioseph exaltatus à rege fratres suos studuit promouere, ostenditur quod quilibet exaltatus à Deo maximè quantum ad regimen ecclesiæ debet esse solicitus de promotione bonorum, qui dicuntur eius fratres quia sunt in virtute similes. Frater enim dicitur quasi fere alter ideo de talibus promotis subditur:

† *Pastores ouium sumus.* &, sicut prælatus honoratur à subditis, ita debet prælatum superiorem honorare, propter hoc subditur:

8 *Post hęc intro. &c.* regem, scilicet, cælestem qui per terrenum intelligitur propter regiam dignitatem. Dicitur autem prælatus viuens patrem suum ad regem introducere, quando pro prædecessore suo orat Deum deuote, vt veniat ad conspectum regis gloriæ.

10 *Quo bene, &c.* *Et benedicto rege, &c.* Veniens igitur ad conspectum Dei clarum benedicitur ab eo dono gloriæ, quod est summa benedictio, & econuerso ipse benedicit Deum benedictione laudis æternæ. Psalmo 83. a. *Beati qui habitant in domo tua, etc.* Per hoc autem quod subditur.

8 Post ✲ † Egres.

a *Ioseph vero, &c.* Quærendum est, vtrum terra Ramesses ipsa sit Gessen. hanc enim petierant, & Pharao præceperat dari. Quin & prouentus quintam inferri iussit, vt si quando fame laboraretur, esset apud Regem, vnde promeretur annona. Sacerdotes vero fecit immunes, non tam ad personarum dignitatē respiciēs, quā vt pro Regis incolumitate libentius sacrificarēt.

A — Allegoric. ISIDORVS. Tradidit Ioseph patri & fratribus optimam terram Gessen, præbens eis cibaria, quia fames terram oppresserat, sic & dominus parētibus id est, patriarchis, & prophetis, ex quibus est secundū carnem, siue omnibus sanctis de quib. in euāgelio dicit Matth. 12. d. *Hi sunt fratres mei, qui faciunt voluntatem patris mei*, his dat terram optimam, de qua dicitur Psal. 26. d. *Credo videre bona domini in terra viuentium.*

b *Præbēs cibaria sing. &c.* Metiebatur triticū patri suo Ioseph: nec tamen eum pater quādo vidit nec quando triticum accepit, adorauit. quomodo ergo somnium impletū putauimus nisi maioris rei contineat prophetiam?

c *Adducite pecora vestra, & dabo vobis, &c.* Quæritur, cum Ioseph frumēta colligeret, vnde homines viuerent, pecora vnde viuebant, cum tanta fames inualuisset, & fratres Ioseph Pharaoni dixerunt: *Non sunt pascua pecoribus puerorum tuorum, &c.* Si ergo ea fame pascua defecerāt in terra Chanaā, cur in Aegypto non defecerunt, cum eadem fames esset vbique? An sicut perhibetur ab eis, qui loca sciunt: in multis Aegypti paludib. poterant pascua nō deesse, etiam cum fames esset frumētorum quæ solent Nili inūdatione prouenire dicuntur illæ paludes feracius pascua gignere, quando aqua Nili minus excrescit.

✻ THEODORETVS. Id nō ex immiti ingenio Ioseph, sed ne in tāta penuria alere pecora cogerentur, quæ deinde a Pharaone gratis recepturi erant

[Margin: * annorū. — † ac si esset adhuc paruuli vel iuxta familia. i. iuxta numerum familiarum Psal. 55. b. — Paludes Nili. — Qō. 106. — † 23. q. 8. c. tributū. §. quāuis. de immu. eccle. nō minus.]

triginta annorum sunt parui, & mali, & non 1 peruenerunt vsque ad dies + patrum meorum, 2 quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege a egressus est foras. Ioseph vero patri & fratri- † bus suis dedit possessionem in Aegypto, in 3

a ¶ Vel loco. b ¶ Pars est Thebaidis.

optimo terræ solo Ramesses, 4 vt præceperat 5 Pharao, & alebat eos, omnemque domum pa- 6 b tris sui, præbens cibaria † singulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè Aegypti & Chanaan. E quibus om- 7 nem pecuniam congregauit pro venditione fru- 8 menti, & intulit eam in ærarium regis. Cumque † defecisset emptoribus pretium, uenit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis panes. Quare morimur coram te deficiente pecunia?

a ¶ Pecora pro frumento damus, cum bestiales motus a nobis amputamus, ut uerbo ueritatis uberius vacemus.

c Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, 9 & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno secundo, & 10

¶ Vel domino nostro.

dixerunt ei: Non celamus dominum nostrum, ꝙ deficiente pecunia, pecora simul defecerunt.

a ¶ Alias corporibus.

Nec clam te est, ꝙ absq; pecoribus & terra nihil habeamus. Cur ergo morimur te vidēte? Et nos & terra nostra tui erimus. Eme nos+ in seruitutē regia, & præbe semina, ne pereunte cultore redi- d gatur terra in solitudinem. † Emit igitur Ioseph

Alii dicunt Sacerdotibus eo quoque tempore, priuilegium Ioseph tueri voluisse, ꝙ illis consuetudine concedebatur.

d *Emit igitur, &c.* Non iniustitiæ vel iniquitatis arguitur Ioseph, cum etiam fidelitas eius inde cōmendetur, quia nullius personæ gratiā suscepit, sed iuxta emptoris pretium æquo libramine repensauit.

D — MYSTICE autem significat omnes qui in spiritali Aegypto sūt & eius opes ambiūt seruos esse. Nullus est enim liber Aegyptius, qui carnalis est & venundatus sub peccato Pharao. i. eos subiecit. unde fortasse dicitur Exod. 20. a. *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de Aegypto de domo seruitutis.* vnde Rom. 6. b. *Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, &c.* Et ibidē. c. c. *Serui estis eius cui obedistis siue peccati in mortem, siue obeditionis ad iustitiam.* Aegyptij autem volentes in seruitutem redacti sunt; Hebræi uero uiolenter in seruitium. Vēdiderunt autem Aegyptij semetipsos, nec dispensatoris culpa est, ubi digna repensantur pro meritis. 1. Corinth. 5. b. Hoc & Paulus fecit, cum illum qui indignus numero sanctorū uel consortio fuit Satanæ tradidit. Nemo ergo dicat Paulū durius egisse, qui hominem de ecclesia eiecit, ut expulsus disceret non blasphemare. hominis enim uoluntas est iniqua: cum amans terrena despicit cælestia, & propter auaritiā se subijcit diabolo. Dei autem permissio est iusta, cū eū qui

[Margin: Nota circa venditionem. — E — † & terrā nostrā: pro pane & nos. & terra nostra erimus Pharaonii serui.]

NICOLAVS DE LYRA.

C — 1 Sunt parui & mali. *Dicuntur autem parui eius dies respectiue. Vnde subditur.*

2 Et non perue. &c. *quia Abraham auus suus uixit 175. annis, vt habetur supra 25. c. & Isaac pater suus 180. annis, ut habetur supra 25. c. & alij patres eius priores adhuc diutius uixerunt, ut habetur supra 11. c. Dicuntur autem dies eius mali propter malum pęnalitatis, quod sustinuit in uita sua. Primo ex persecutione fratris sui Esau. Secundo ex longa seruitute apud Laban. Tertio ex uiolatione Dinę filiæ suæ. Quarto ex transgressione Ruben primogeniti sui, qui fœdauit stratū eius. Quinto ex venditione Ioseph, de qua fuit inconsolabiliter afflictus. Sexto de sterilitate terræ Chanaan, ut patet ex prædictis.*

Diuisio. — 3 Ioseph uero. *Hic describitur ipsius Iacob sustētatio per ipsum Ioseph respectu patris. & secundo respectu regis, ibi.* E quibus. *Circa primum dicitur.*

4 Dedit pos. in Aegy. *prouidens patri & fratrib. de loco habitationis.*

5 In op. ter. &c. *Est enim Ramesses in territorio Gessen, quod supra petierant.*

6 Et alc. cos, *prouidens eis de victu.*

7 E quibus. *Hic ostenditur prouidentia Ioseph respectu regis augendo sibi fideliter thesaurum. & secundo clementer se habens erga populum, ibi:* Dixit ergo Ioseph. *Circa primum dicitur sic.* E quibus, *id est, ex Aegypto & Chanaan & alijs terris circum adiacentib.*

8 Omnem pe. con. *Non per exactiones, sed per uenditionem bladi iustam, quia tantum ualet res quantum potest uendi. & ideo illud quod Ioseph emerat pro paruo pretio tempore fertilitatis poterat reuendere eisdem personis, & multo fortius alijs pro minori pretio, maxime quia nullum compulerat ad vendendum sibi bladum nomine regis.*

F — 9 Addu. pe. ue. *licet enim essent in fame positi, non tamen tenebatur rex eis dare bladum gratis, quandiu haberent bona vnde possent emere.*

10 Venerunt quoque anno secundo & dixerunt, &c. *Dicunt Hebræi, ꝙ iste fuit secundus annus famis, & ꝙ in aduētu Iacob, qui uenit in principio tertij anni famis statim Nilus irrigauit terrā Aegypti propter merita eius, & facta est fertilitas, quæ subtracta fuerat per siccitatem, ut prædictum est secundū vnam opinionem. Sed hoc uidetur contra textum. primo, quia Ioseph per spiritū prophetiæ prædixerat famem durare per 7. annos. secundo, quia secundum istud dictū sequeretur, ꝙ Ioseph sustentasset Aegyptios primo anno famis pro pecoribus, & per consequens durante adhuc fertilitate sustentasset eos pro pecunijs, quod videtur manifeste falsum, quia tunc emebat Ioseph bladum ab Aegyptijs, & nō ecōuerso. Et ideo dicendum est, quod secundus annus hic intelligitur ab illo tempore, quo defecit eis pecunia ad emendum, & ille fuit circa finem sterilitatis terræ, & maxime quia Ioseph prædixerat publice, ita quod erat notum per totam terram Aegypti de septem annis famis futuræ post fertilitatem & ideo verisimile est, quod multi de terra Aegypti reseruauerunt sibi bladum, vnde poterant sustentari per aliquod tempus, ita quod non fuerunt compulsi uendere pro blado pecora sua & possessiones suas, ita cito, sed magis in ultimis annis famis. Sequitur.*

✻ 1 Subie-

MORALITER.

† *Egressus est fo.* Nō est intelligendus secessus à Deo, sed sicut dicit saluator Ioā. 10. b. *Per me si quis introierit sal. & ingre. & egre. & pas. inue.* Nam beati reficiuntur interius in aspectu diuinitatis Christi & exterius in aspectu suæ humanitatis. Et hoc vocatur hic ingredi, & egredi, & non per aliquem recessum à Christo.

† *Cumque defecisset emp. pre. &c.* Per hoc autem quod Aegyptij bona mobilia & immobilia dederunt pro alimentis, per quæ sapientiæ documenta significantur: ut supra dictum est, datur intelligi, quod omnia bona temporalia, pro acquisitione sapientiæ sunt paruipendenda. Vnde de ipsa dicitur Sapien. 7. a *Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius nec comparaui illi lapidē pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena exigua, & tāquam lutum æstimabitur argentū in conspectu illius.* Et Pro. 17. c. dicitur, *Quid prodest stulto habere diuitias cum sapientiam emere non possit*, Et de Anaxagora legitur, quod cum de studio sapientiæ

[Margin: Anaxagoras.]

A qui spernens meliora, elegit peiora, dimittit arbitrio suo, vt ca- dat. *Emit igitur, etc.* Emptio Ioseph, qui frugibus emit terram Ae gypti, significat Christum doctrina & sanguinis pretio redime re mundum. Quod autem dicit, *accipite semina & serite agros: vt fruges habere possitis, etc.* Semen est uerbum Dei, agri corpo- ra, quę vomere euā gelico exarata, & semine spirituali seminata fructum uirtutum germi- nant. quinta pars quæ regi dabatur: quinque sensuum census, qui Chri- sto regi soluendus. Quatuor reliquæ in sementem & cibos posesso- ribus permittun- tur, quia actualis uitæ vsus vnicui- que concediturus ut seminet virtu- tum opera, & B fructus iustitiæ me tat in uitam æ- ternam, qui à Chri sto nobis tribui- tur. Vnde Ioseph dicitur: *Salus no- stra in manu tua est*, quia salus mun di in potestate Chri sti.

Allegoric. †quia a pharaone pars. vel portio. *a Pharao ne. quasi.

¶ Corpore.

omnem terram Aegypti, *vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis, subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos popu- los eius à nouissimis terminis Egypti vsque ad extremos fines eius, 1

a ¶ Hinc habemus exemplum, quod possessiones ecclesiæ distrahi non debent, cum a regibus Deo sunt mancipatæ, & ideo in nullius bonis computandę.

a præter terram sacerdotum, †quæ á rege tradita fuerat eis: quibus & 2 statuta cibaria + ex horreis publicis præbebantur: & idcirco nō sunt 3 compulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos: 4

a ¶ Serui facti, id est plane Deo subditi frumenta ad semen accipimus: quia verbum Dei proximis prędicare libere possumus.

En, vt cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet: Accipite

a ¶ Quintam partem damus, cum pro moderatione quinque sensuum Deo famulamur.

semina, & serite agros, vt fruges habere possitis. Quintam partem

a ¶ Quatuor retinemus cum in hac vita secundum cuiusque facultatem laudabiliter conuersamur.

regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in ci-

a ¶ Salus mundi in potestate Christi.

bos famulis & liberis vestris. Qui responderunt: †Salus nostra in ma nu tua est: †Respiciat nos tantum dn̄s noster, & læti seruiemus re- gi. Ex eo tempore vsque in presentem diem in vniuersa terra Ae- gypti, regibus quinta pars soluitur. Et factum est quasi in legē abs- que terra sacerdotali, quę libera ab hac cōditione fuit. Habitauit er 4 go Israel in Aegypto, id est, in terra Gessen, & possedit eā, auctusq; 6 est & multiplicatus nimis, & vixit in ea decē, & septē annis. Factiq; 7 b sunt oēs dies vitę illius centum quadragintaseptē annorū. Cumque

D misericordia & iudicium, uel misericordia & ueritas, quia scri- ptum est Psalm. 24. b. *Vniuersæ viæ domini misericordia et veritas.* Se ruus autem Abrahæ dixit, *Facite in dominum meum misericordiam et iustitiam.* Et iste, *vt faciasin me misericordiā et veritatem.* Quid au tem sibi uelit tam solicita corporis commendatio, ut non in Aegypto sepelia- tur, sed in terram Chanaam iuxta pa tres suos, mirum uidetur, nec con- ueniens tantæ ex- cellentiæ prophe- tæ, si ex hominum consuetudine me- tiamur, Si autem sacramenta quæ- ramus, maioris ad mirationis gaudiū inueniemus. Ca- daueribus enim mortuorum pec- cata significantur, m iubentur ho- mines post eorum contactum tan- quam ab immun- ditia purificari. vn- de Eecclesiast. 34. d *Qui baptizatur à mortuo & iterum tangit illum, quid pro- fuit lauatio eius?* Sepultura ergo mortuorum, re- missionem pecca- torum significat,

*pro Pharaone. †Et trasin re fecit ad vrbes heb. E † viuifica sti nos. i. autor vitę nostræ es. † Inuenia mus gratiā in oculis domini.

a *Præter terram.* Hoc significat ec- clesiæ terrā, in qua ueri sunt sacerdotes, liberā esse a censu mū dano, quæ uerbo diuino īdesinenter pascitur, nec damnum pa nis spiritualis sustinebit.

✱Theodoretus. Sacerdotum terram Ioseph a tributo immunem, esse voluit, quo quidē honore uiuentis ac veri Dei sacerdotes non funguntur, impii vero, ita Deos suos honorāt. b *Cumque appropinquare cerneret.* Avgv. Ea filium iuratione con stringit, qua constrinxit Abraham seruum, ille mandans vnde vxor ducatur filio suo, iste commendans sepulturam corporis C sui. In utraque tamen causa nominata sunt duo, quę magnipē denda sunt in omnibus scripturis, misericordia & iustitia, vel misericor-

ubi supra. Inq. super Genes.

vnde Psalm. 31. a. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, &c.* Vbi er- go sepelienda cadauera patriarcharum, nisi in terra, in qua ille crucifixus est, cuius sanguine facta est remissio peccatorū? Mor tibus enim eorum significantur peccata hominum. Dicitur au tem à loco qui Abrahamium vocatur, ubi condita sunt eorum corpora abesse locum vbi crucifixus est dominus. fere. 30. milli bus passuum, ut ipso numero significetur Iesus Christus, qui ī baptismo apparuit fere 30. anno.

Vel abrahimum. F

✱Theodore. Nō iussit hoc tāquā de sepulchro solicitus, sed ut suo monumēto filios commonefaceret de semigratio- ne in ꝓmissam sedē, quā rē Ioseph deīde moribūdꝰ mōstrauit. a Quo

quæst. 107.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Subiecitque eam Phar &c. *In Hebręo dicitur sic,* Et fuit terra ipsius Pharaonis, & populum transtulit ad ciuitates de fine ter ræ Aegypti usque ad finem eius. *Dicūt. n. Hebræi ad ostendendum, quod terra erat ipsius regis immediate* Ioseph *fecit transferre populum de vna parte terræ Aegypti ad ad aliam, & econuerso, vt per talem trans lationem quilibet ostenderet, & profiteretur, quod nihil iuris haberet in hæreditate sua pristina. Causa autem huius diuersitatis inter translatio- nem nostram & literam* Hebraicam *in hoc loco potuit esse ex hoc, quod ipsæ duæ dictiones Hebraicę, scilicet,* העביר *Hæbir, et* העביד *Hæbid, qua rum prima significat, & fecit transire, & secunda significat, & subiecit seruituti non differunt in Hebræo, nisi in vltima litera, quia in prima est litera Res, in secunda litera Daleth. Istæ autem duæ literæ Hebraicæ, licet in sonno habeant magnam diuersitatē, tamen in scriptura habent conuenientiam, & ideo propter similitudinem hanc translator noster ac- cepit vltimam dictionem pro prima vel econuerso. Scriptores Hebræo- rum qui fuerunt post tempus translatoris scripserunt primam pro secun- da, tamen vtraque litera vadit ad eandem intentionem, Hebraica tamen magis exprimit vt patet ex prædictis.*

2 Præter ter. sacerdotum. *Erant enim deputati ad cultum Deorum illius populi, & etiam ad studium scientarum speculatiuarum, secun- dum quod dicit Philoso. 1. Methaphy. quod gens sacerdotum Aegypti ibi primo studere concessa est. Et Iosephus in libro antiquitatum dicit, quod Abraham quando descendit in Aegyptum, vt habitum est supra 12. cap. docuit sacerdotes Aegypti Astronomiam. & ex tunc in talibus scientijs studere cœperunt. & ideo à rege habebant victum, vnde subditur,*

Sacerdotes Aegyptii. Iosephus.

3 Et statuta cibaria ex horreis publicis, &c. *Et ex hoc loco habe- tur, quod illis qui sunt deputati diuino cultui & studio, debet de victu ab his qui habent curam regendæ communitatis prouideri.*

Nota.

4 Dixit ergo Iosephad populum. *Hic consequenter ostenditur cle- mentia* Ioseph *erga populum in hoc, quod terram Aegypti quam iusto titulo pro rege acquisierat, reddidit his, qui eam vendiderant pro quinta parte fructuum. ex quo patet, quod fecit eis magnam gratiam, quia alibi, vbi terra non est notabiliter fertilis bene traditur colenda & seminan- da pro media parte fructuum terra autem Aegypti non solum est bene fertilis vt referunt illi, qui eam viderunt, sed etiam cum paruo labore. propter irrigationem Nili qui fecundat terram illam. Et patet litera ex prædictis.*

5 Habitauit ergo Israel in Aegypto, &c. *Hic describitur status Iacob in Aegypto quantum ad finem seu consummationē, & primo de- scribitur suæ sepulturæ ordinatio. secundo dictæ ordinationis executio. cap. 50. Adhuc primo describitur dicta ordinatio. secundo subditur filiorum benedictio. 48. c. In prima parte dicit sic.*

6 Auctusq; est, & multiplicatus, *in bonis spiritualibus, & temporali bus, & prole filiorum suorum.*

7 Cumque appropinquare, &. *Ex quo patet, quod habuit spiritum prophetiæ.*

✱ 1 Voca

*ADDITIO I.*

✱ Sapientiæ rediret ad terrā suam, & uideret suas possessiones dissipatas risit. Ego non essem saluus, nisi istæ periissent.

1 *Cumque appropinquare cerneret. &c.* Per hoc autem quod

✱Iacob

a *Quo iurante.* AVGVSTINVS. Quod habent Latini codices, *Adorauit super caput uirgæ eius*, nonnulli emendatius habent, *Adorauit super caput uirgæ suæ*, vel *in capite uirgæ suæ*, uel *in cacumine*, uel *super cacumen uirgæ suę*. Et ideo merito quæritur, quid sit quod dictum est. Nam facile intelligeretur senem, qui uirgã ferebat, sicut solet illa ætas ad Deum adorandum se inclinasse sup caput uirgæ suæ quam sic ferebat, ut super eã caput inclinando adoraret Deũ. Quid ergo *adorauit super caput uel cacumen uirgę eius*, id est, Ioseph, An forte tulerat ab eo uirgã, qñ ei iurabat, & dum eam tenet post uerba iurãtis nõdũ illa reddita adorauit, Deum? Nõ enim pudebat eum ferre tãtis insigne potestatis filii sui, ubi figura rei futurę præsignabatur.

A — vbi supra. — *quęso. — Ex Cathena Greca. — *sup. 25. d. — B

✻ GENNADIVS. Iacob Deo gratias acturus, ut reuerenter quantum poterat Deum adoraret, summo baculi sui ĩnixus ac requiescẽs, non uirgam, sed Deum adorauit, quemadmodum de Dauid scriptum est, *Adorauit Dauid in lectulo suo.* Sed alia litera habet, *Iacob inclinato capite super summum uirgæ, Deum adorauit.*

✻ DIODORVS. Iacob utpote senex baculum tenebat. An uero ipse Iacob iam senio confectus, & qui non se facile moueret posset, baculi summitate tetigit Ioseph, eamque partem qua eum tetigerat, osculatus est, uel Ioseph adorato patre tetigit baculi summum.

D — Ibid me.

appropinquare cerneret † mortis diem, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum: Si

a Ad excitandam memoriam filiorum diligenter commendatur sepultura patrum.

inueni gratiam in conspectu tuo, † pone * manum tuam sub femore meo, & facies mihi misericordiam, & veritatem, vt non sepelias

In Aegypto sepelietur, qui in profundum malorum demergitur.

me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis: & auferas me de hac terra, condasque in sepulchro maiorum † meorum. Cui respondit Ioseph: Ego faciam quod iussisti. Et illi: † Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante † adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput.

1 — 2 — 3 — 4 — 5

✻ PROCOPIVS. *Adorauit ad summitatẽ uirgæ eius*, id est, adorauit ĩsignia regni quod administrabat Iosephus. Alii dicunt Iacobum more senũ tenuisse sci pionẽ. Adeunte igit Iosepho, caput ĩclinauit, & speciẽ præbuit adorantis. Capite itaq; ĩclinato peracta est Aegyptiaca adoratio.

In c. 48. † die mortis suæ. — †sup. 24. a — in q. Heb.

HIERONYMVS. *Et adorauit Israel contra summitatem uirgę eius*. Hoc etiam in loco quidã frustra simulant adorasse Iacob summitatẽ sceptri Ioseph, q.s., honorãs filium potestatẽ illius adorauerit cum ĩ Hebræo multo aliter legat, *Et adorauit Israel ad caput lectuli*, quia postq̃ iurauit ei filius securus de petitione, adorauit Deum conuersus ad caput lectuli. Sanctus enim uir & Deo deditus, senectute oppressus, sic habebat lectulum positum, ut ipse iacentis habitus absque ulla difficultate ad orationem esset paratus.

non habet † meorum — E — † inclinauit se Israel.

✻ DIODO — CAP.

E

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vocauit filium suum Ioseph. *Per nuntium, quia distabat ab eo ne gotijs regni occupatus.*

2 Pone manum tuam sub femore meo. *scilicet, ad iurandum per Christum nasciturum de Iacob, sicut supra expositum est. 24. c.*

3 Condasque in sepulchro maiorum, *scilicet in terra promissionis, in qua erant sepulti Abraham & Isaac, & non propter illos desiderabat ibi sepeliri, sed principaliter propter redemptionem generis humani fiendam per Christum ibi, qui in illa terra natus, & conuersatus est, mortuus & sepultus, & ibidem resurrexit, & inde ad cœlum ascendit, de quibus Iacob habuit fidem & notitiam aliquam, & forsitan uidebat in spiritu, quod cum Christo resurgente resurgerent multi sancti iam defuncti, vt habetur Matthæi 27. f. Et sperabat cum eo resurgere.*

4 Adorauit Israel dominum. *pro beneficio sibi concesso.*

5 Conuersus ad lectuli caput. *Caput enim lectuli erat versus terram promissionis, & ad illam partem adorabant Iudæi deuoti quando erant extra terram illam, sicut habetur 3. Reg. 8. & Daniel. 6. cap.*

✻ CAP-

MORALITER.

✻ Iacob de loco sepulturæ suæ fuit ita solicitus, instruuntur sapientes esse soliciti de sepultura sua in loco sacro, & ubi copia suffragiorum habetur.

F

ADDITIO.

*In capite. 47. vbi dicitur in postil.* Omnem pecuniam congregauit.

*Quia in emptione & venditione æqualitas iustitię obseruanda est vt in secunda secundę quæst. 77. artic. 1. in cor. quæst. Idcirco non videtur dicendum, quod tantum valet res, quantum posset vendi. potest enim quandoque res vendi in multo maiori pretio, quam valeat secundum verum suum valorem, & hoc propter magnam indigentiam ementis quam habet de illa re, & in tali casu non est æstimandus valor rei secundum quantitatem qua ipsa res potest vendi, quia sic si quis rem suam superuendit in notabili quantitate vltra iustum pretium propter magnam necessitatem ementis, tunc venditor videtur quasi vendere quod non est suum, quia id quod accrescit super iustum pretium, non est ex conditione ementis, vt in prædicta quæstione. Ad excusationem autem Ioseph, qui vendit blada pro maiori pretio quam emerat, sufficit diuersitas temporis, quæ sicut & diuersitas loci magnam faciunt differentiam in uero ualore rerum, ut in prædicta quæstione.*

REPLICA. *Correctorij contra Burg. In cap. 47. ubi postillator dicit de contractibus Ioseph quomodo fuerunt iusti, instat Burg. autoritate sancti Thomæ secunda secundæ quæstione 72. articulo primo, in cor. quæst. & responsione etiam ad ultimum argum. asserens, quod in commutationibus æqualitas iustitię seruanda sit. Sed ego cum postillatore uerius puto quod in commutatiua iustitia ęqualitas secundum naturam seruari nõ possit, quicquid dicat sanctus Thomas, per Burg. allegatus quia totum aurum mundi secundum naturam non ualet unum equum cum tamen ordine ad humanos usque modicum aurũ ualet magnum equum. Aequalitas igitur in commutatiua iustitia, quę est in contractibus non seruatur: sed per rationem iustitiæ mensuratur, vt dicit sanctus Diony. de diuin. no. c. 8. Ratio autem iustitiæ mensurantis hanc æqualitatem, & terminantis inæqualitatem describitur à beato Augustia in lib. 83. quæstionum, quęst. 44. dicente: Iustitia est habitus animi communi utilitate seruata, suam cuique tribuens dignitatem. Nunc autem tempore fertilitatis modicum aurum ualet multum bladum, ideo secundum mensuram iustitiæ tempore sterilitatis modicum bladum ualet multum aurum, ideo uidetur dicendum, quod tantum ualet res secundum illam ęqualitatis mensuram, quantum uendi a potest seruata utilitate non priuata. maxime cessantibus dolo, metu, & uiolenta compulsione, sic & in his factis Ioseph prout postillator dicit. Fateor quidem quod respiciens ad solam necessitatem ementis, & sic carius uendens, quia non respicit ad commune conferens, sed priuatum, iustitiæ cultor nõ est, sed hoc nõ ẽ ĩ factis Ioseph, nec apparet ex dictis postillatoris.*

# CAP. XLVIII.

HIS itaque transactis nuntia- 1 tum est Ioseph, quòd ægro- 2 taret pater † eius. Qui assumptis duobus filiis: Manasse & Ephraim, ire perrexit: Di- 3 ctumque est † seni. Ecce filius b tuus Ioseph venit ad te. Qui † confortatus se- 4 c dit in lectulo. Et ingresso ad se ✱ ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in 5 terra Chanaan, benedixitque mihi, & ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam * in turbas populorum: Daboque tibi terram hanc, & se 6 d mini tuo post te in possessionem sempiternã. Duo igitur filii tui, qui nati sunt tibi in terra Aegy- 7 pti, antequam huc venirem ad te, mei erunt, 8 ¶ Vocabuntur filij Israel. Ephraim & Manasses, sicut Ruben & Symeon 9 reputabuntur mihi. Reliquos autem quos genue 10 ris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum 11 vocabuntur in possessionibus suis. Mihi enim, 12 quando veniebam de Mesopotamia: mortua est 13 Rachel in terra Chanaan † in ipso itinere. Eratq; 14 vernum tẽpus: Et ingrediebar Ephratham, & se- 15 peliui eam † iuxta viã Ephrathę, quę alio nomine appellabatur Bethleem. Videns autem filios eius 16 dixit ad eum: Qui sunt isti? Respondit: Filii mei 17

Cap. XLVIII.

A His itaq; &c. a *Qui assumptis, &c.* HIERO. Et tulit duos filios secũ, Manassem & Ephraim. Ex hoc apparet, quod sũpra diximꝰ, quia Ioseph ad id locorũ duos tantũ filios adbuit, Ephraim & Manasse. Si autem post multos annos moriente Iacob duos tãtum duxit ad benedictionem, illo vtique tempore cum filii eiꝰ generare nequiuerant paruuli atque lactantes in ingressu patris & fratrum nepotes ex his habere non potuit.

b *Qui confortatus se.* HIERON. Et confortatus Israel sedit, super lectulum. Cur LXX. idem verbũ aliter atq; aliter ediderint, nescio, sed audacter dico ꝙ idem verbum מטה mittha, quod hic lectulum transtulerunt supra vbi dixit adorasse Iacob, virgam nominauerũt.

✱ RVPERTVS. Sancto spiritu super eum irruente, cõfortatus est. Vnde enim fiduciã habere poterat, vt diceret, iste erit in populos & multiplicabitur, *sed frater eius iunior maior erit illo*, nisi quia virtute spiritus prophetici inualuerat.

✱ c *Deus omnipotens.* RVPER. Non dixit pater Isaac benedixit, quamuis hoc factũ sit, quia bñdictio non hominis est, sed Dei, & tunc valet hominis benedictio cũ a Deo procedit, vel conformatur testimonio. Cęterum Abraham nõ benedixit Isaac, quia ex quo in holocaustum locaustũ Deo oblatus est, benedictionẽ hęreditate possedit.

d *Duo igitur filij qui nati, &c.* HIERONYMVS. Patet quod LXX. animę ingressę sunt in Aegyptum, & quod Ioseph eo tẽpore non nouẽ, sed duos tãtũ filios habuit, sicut ipse Iacob testatur. Quod autẽ dicit Ephraim & Manassen sicut Ruben & Symeon: duæ tribus erunt, & ex suis vocabulis appellabuntur, & duos populos procreabunt, & terram promissionis hereditabunt. Cum autem dicit reliquos filios quos post mortem meã genueris, ostendit necdum esse procreatos. Quod vero addit: *Et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis*, hoc est non accipient terram separatim nec funiculos proprios, sed in tribus Ephraim & Manasse quasi appendices miscebuntur.

✱ CYRIL. Ephraim nominat ante Manasse, iterum primogenitorũ ius infringẽdo, spiritum carni præfert. Et notandũ primogenitis minores natu a Deo in diuinis scripturis prẽferri. Nam Abel Cayn prẽlatus est, & Sẽ ipsi Iaphet, Isaac Ismaeli, Iacob Esau, Ioseph Rubẽ & Iudę, Ephraim Manasse, Moses Aaroni, Dauid fratribus suis.

e *Et sepeliui eam.* Ioseph quasi nescienti indicat, vbi & quando matrẽ sepelierit, forte ꝓphetice commemorãs ibi sepultam esse matrem eius, vbi erat Christus nasciturus.

Margin notes: † suus. — † ipsi Iacob. — in q. Heb. — * Ioseph. — lib. 9. c. 21. — Cap. 22 — † cum adhuc super esset aliqd terræ spatium antequam perueniret ad Ephraim. — vbi supra. — † sumptis virib. vel collectis. — sup. 28. c. * te. — Ex Catena Græca. — Allegoricè. — † in via.

☞ Cumque

## NICOLAVS DE LYRA.
### Caput. XXXIX.

His itaq;, *Hic consequenter ponitur filiorum* Iacob *benedictio: & primo ipsius* Ioseph *in filijs suis. secũdo ipsius* Ioseph *in propria persona cum alijs filijs Iacob. 49. capitu. Adhuc primo describitur filiorum Ioseph adoptio. Secundo eorum benedictio, ibi:* Videns ait. *Tertio ipsius* Ioseph *specialis præmiato, ibi:* Et ait ad Ioseph. *Adhuc primo describitur dicta adoptio. secundo subditur ipsius* Iacob *excusatio, ibi:* Mihi enim. *Circa primum dicitur.*

2 Nuntiatum est Ioseph quod ęgro, &c. *Quia nuntij frequenter currebant de ipso ad patrem & econuerso, ad sciendum statum mutuum.*

3 Ire perrexit. *Hoc non est in Hebræo, sensus tamen est. i. ad eundum es dispo suit.*

4 Qui confortatus. *de aduentu filij sui prædicti.*

5 Deus omnipotẽs apparuit mihi in Luza. *Ista ciuitas vocatur Bethel, & Hierusalem, & alijs nominibus, vt supra expositum est c. 28.*

6 Daboq; tibi terram hanc. *Hoc dixit* Iacob, *vt ostenderet, quod poterat dare partem in terra illa promissionis filijs* Ioseph *sicut & proprijs filijs. ideo subditur.*

7 Duo igitur filii tui. *Scilicet Manasses & Ephraim.*

8 Mei erunt: *per adoptionem.*

9 Sicut Ruben & Symeon reputabũtur mihi. *Quilibet eorum ita accipiet portionem suam in terra promissionis quando diuidetur, sicut filij mei naturales, & ponit exemplum de Ruben & Symeon plus quam de alijs, quia erant primogeniti. & ideo æquiparauit filios Ioseph ipsis per consequens & alijs minoribus.*

10 Reliquos autem quos genueris, &c. Id *est, non adopto eos tali modo.*

11 Et nomen, &c. *i. ab eis non denominabitur aliqua tribus, sed nominabuntur sub tribubus Manasse & Ephraim, & cum eis accipient hæreditatem,*

12 Mihi enim. *Hic subditur ipsius* Iacob *excusatio, perpenderat enim per aliqua signa, quod* Ioseph *mirabatur de hoc, quod Iacob cum tantis sumptibus volebat portari corpus suum ad speluncam duplicem in* Hebron, *& maxime quia Rachel mater sua quæ fuerat vxor* Iacob *prædilecta, non erat ibi sepulta, & ideo Iacob volens super hoc pacificare Ioseph dixit.*

13 Mortua est Rachel, &c. *q. d. necessitas me compulit ipsam sepelire extra speluncam duplicem, quia eram in itinere cum magna familia: quam non poteram deserere, & adhuc nimis distabam a loco sepulturæ prædicta.*

14 Eratq; vernum tempus. I*n quo pecora habent fętus in vtero, propter quod non poteram iter accelerare ne morerentur.*

15 Et sepeliui eam iuxta via. *Vbi transeunt homines communiter, & ædificaui sepulchrum ita, quod transeuntes poterant videre sepulturam eius, & memoriam eius ad alios deferre. acsi diceret ipsi* Ioseph: *debes me excusatum habere de hoc, quod non portaui eam ad sepulchrũ maiorum, quia habui legitimum impedimentum, sed nihilominus construxi ei nobile sepulchrum. Sic exponunt Doctores nostri. Hebræi autem aliter exponunt licet ad eundem finem. videlicet ad excusationem* Iacob *de hoc, quod Rachel non erat sepulta in* Hebron. *& secundum eos Iacob se non excusat propter difficultatem portandi corpus Rachel ad locum prædictum, imo primo excludit causam istam dicens:* Mortua est Rachael in terra Chanaan, *in qua terra est Hebron. & ideo longitudo itineris non me impediuit, & maxime quia secundum descriptionem terræ sanctæ Hebron nõ distat a Bethelem, iuxta quã sepulta est Rachel nisi per sex leucas vel circiter.* Eratq; ũernum tempus *quod est aptũ ad itinerandum, & ideo malitia temporis similiter me non impediuit. Quod igitur, voluntas Dei & eius ordinatio. Dicunt enim* Hebræi, *quod* Iacob *sciuit ex diuina reuelatione, quod tempore* Nabuchodonosor *destruenda erat Hierusalem: vt habetur 4. Reg. 15. c. & quod Nabuzardã duceret populũ eius captiuum in Babylonem, & quod trãsirent iuxta sepulchrum Rachel, quod est super viam illam. & transitu illorum ipsa Rachel de sepulchro miraculose clamaret ad Deum, quęrens misericordiam eius super populum captiuatum, vt scribitur Hieremiæ 30. c.* Vox in excelsis audita est, lamentationis & fletus, & luctus Rachelis plorantis filios suos. *ide subditur:* Et sepeliui eam iuxta viam *secundum diuinam ordinationem propter causam prædictam.*

16 Videns autem. Hic *subditur ipsius* Ioseph *benedictio specialis in filijs suis.*

17 Qui sunt isti? Hoc *quæsiuit* Iacob, *quia caligauerunt oculi eius ut postea subditur, & ideo licet videre eos astantes obscure, non tamen clare & distincte.*

P ✱ Adduc

a *Cumq; tulisset, &c.* ISID. Sicut factum est in Esau & Iacob dicête domino: *Maior seruiet iminori*, ita & in filiis Ioseph, maior enim Manasses.i.obliuio populum significat *Iudæorũ*, minor vero Christianorũ. Hic est Ephraim qui fœcunditatem significat quod conuenit populo iuniori, qui est corpus Christi, quod fœcundatus est in latitudine mũdi. Ioseph quidẽ Ephraim ad sinistrã, Manassẽ ad dexteram cõstituit. At ille cãcellatis manibus crucis mysteriũ præfigurãs translatam in maiorem dexteram, in minorẽ sinistrã, figuraliter super posuit, ut crucis similitudo super capita eorum notata 1. Cor. 1. d. *Iudæis scandalũ*, Christianis futuram gloriam præsignaret, & seniorem per crucis mysterium sinistrum futurum de dextro & iuniorem de sinistro dextrum.

✲ THEODO. *In veteri testamẽto sancti angelos comites habebãt, in noua autem omnis Christianus.*

b *Inuocetur nomen meum.* AVGVSTI. Notandũ ex hoc loco, non solum exauditionem, sed inuocationẽ etiam dici, quæ non Dei, sed hominum sunt.

THEODORETVS. *Inuocatur.* id est, de me dicantur exorti & nomine meo & maiorum cognomento gaudeant, pinde ac Ruben & Iudas & alii.

c *De tibi partẽ unam, &c.* HIERO. *Ego dedi tibi Sichimam præcipuam super fratres tuos, quam ac cepi de manibus Amorrhæorum in gladio meo & sagitta.* Sichima. iuxta Græcã & Latinam ẽsuetudinem declinata est. Hebraice enim Sichẽ dicitur, Ioãnes Euangelista testatur, licet uitiose Sichar legatur. Quia igitur Sichen trãsfertur ĩ humerũ pulchrè allusit ad nomẽ di. *Ego dedi tibi humerũ unũ*, .p. præcipuo. n. vnum scribitur in Hebræo. Quod autẽ se dicit in arcu et gladio possedisse, arcũ & gladium iustitiam vocat, per quã meruit peregrinus & aduena interfecto Sichẽ & Emor de periculo liberari. Timuit enim ne vicina oppida

sunt, quos dedit mihi Deus in hoc loco. Adduc inquit eos, ad me, vt 1 benedicã illis. Oculi enim Israel † caligauerãt præ nimia senectute, & clarè videre non poterat. Applicatosque ad se osculatus, & circumple- 2 xus*, dixit ad filium: † Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper osten dit mihi Deus semen tuum. Cumque tulisset eos Ioseph de gremio pa a tris, adorauit pronus in terram, & posuit ✲ Ephraim ad dexteram suã, 3 idest, ad sinistram Israel: Manassen vero in sinistra sua ad dexteram 4 scilicet patris, applicuitque ambos ad eum. † Qui extendens manum, dexteram posuit super caput Ephraim iunioris fratris: sinistram autẽ super caput Manasse † qui maior natu erat, commutans manus: Bene- 5 dixitque Ioseph, & ait: Deus in cuius conspectu ambulauerũt patres mei, Abraham & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat b pueris istis & inuocetur super eos nomen meum: nomina quoque pa 6 trum meorum, Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. Videns autem Ioseph, quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit: Et apprehensam patris manum leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre sup caput Manasse. Dixitque ad patrem: Non ita conuenit pater, quia hic est pri- 7 mogenitus: pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait: 8 Scio fili mi, scio. Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius iunior, † maior illo erit, & semen illius crescet in gentes. 9 Benedixitque eis in ipso tempore dicens: † in te benedicetur Israel atq. dicetur, Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitq. 10 Ephraim ante Manassen. Et ait * ad Ioseph filium suum: En ego mo- 11 rior, et erit Deus vobiscum, reducetq. vos ad terram patrum vestrorũ. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi 12 13 c in gladio & arcu meo. 14

Marginal notes: † grauesc erant. * eos. * Ioseph ipsum. † Et Israel. * Alias applicitosque. † Non extimabam vel sperabam futurum vt viderem faciem tuã. † Intelligere fecit manus suas q Manasses foret primogenit⁹: vel sciens aut de industria sic fecit manibus suis, quia Manasses erat primo genitus. † crescet magis quã ille. † In te bñ dicet Israel atq. dicet .i. dum populus Israel volet alicui bona imprecari dicet, &c. * Iacob. In locutionibus sup Genes.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Adduc inquit eos, &c. *Quia ante benedictionem volebat eos amplexari & deoscurali, & subditur.* 2 Applicatosq; ad se osculatus &c. Cumq; tulisset eos Ioseph de gremio patris. *vbi explexatus, & deoscudatus eos fuerat.* 3 Adorauit pronus, in terram. *i. disponẽs se ad benedictionẽ.* 4 Et posuit Ephraim, &c. *Vultus.n. puerorum & ipsius Ioseph erant contra vultum ipsius Iacob & ideo ille q erat ad sinistrã Ioseph erat ad dexterã ipsius. Iacob. Sic enim posuerat posuerat eos Ioseph, volẽ quod Manasses qui erat primogenitus, esset sub manu dextera Iacob, tanquam pricipalis in illa benedictione, sed pater fecit contrarium ex causa quæ exprimitur infra.*

5 Benedixitq; Ioseph, & ait. Deus, &c. *Quia propter eum benedicebat pueris eius. Sequitur.* 6 Et inuocetur, &c. *Quia vocati sunt filij adoptiui Iacob, & facti sunt capita duarum tribuum, sicut alij filij Iacob. Sequitur:* 7 Non ita conuenit pater. *Hoc dixit Ioseph, quia euentus puerorũ non erat sibi reuelatus, sicut & patri. licet.n. Ioseph haberet spiritũ prophetiæ, vt habitum est supra 40. ca. & 41. tamen bñ reuelatur aliquando aliquid uni prophetæ, quod cælatur alteri sicut patet in multis locis veteris & noui testamenti.*

8 Scio filii mi, scio. *s. quod est primogenitus.*

9 Sed frater eius iunior. *Alias minor.* maior illo erit *In numerositate & dignitate, quia Iosue qui fuit dux populi post Mosen, & fecit tot mirabilia, & Hieroboam, qui fuit primus res Israel, postquam diuisum fuit regnum Israel a regno Iuda fuerunt de tribus Ephraim.*

10 Constituitque Ephraim ante Manassem. *In oblatione primitiarũ, & in situatione tabernaculorũ, et motione eorũ & dignitatib. alijs*

11 Et ait. *Hic describitur præmiatio Ioseph specialis cum dicitur.*

12 Do sibi partem, vnam, &c. *Ac si diceret tu me & fratres tuos tẽpore famis saluasti, & me deferendum ad sepulchrum patrum meorũ promisisti, & ideo terram Sicheu speciali munere do tibi.*

13 Quam tuli, &c *ipsius Emor, qui fuit de genere Amorrhæorum.*

14 In gladio & arcu meo. *i. iure belli. Dicunt enim Hebræi, quod* Iacob pugnabat cõtra Amorrhæos. ✲ *depopulata*

## MORALITER

† *Qui extendens manum, etc.* Ex hoc habetur duplex moralitas Vna est quod propter maiorem ætatẽ nõ est aliquis ponẽdus in regimine seculari vel ecclesiastico, nisi cõditiones aliæ ad regendũ requisitæ cõcomitentur. Hoc etiã modo Dauid Salomonem regẽ ĩstituit reprobata Adoniæ institutione. 3. Regum 1. eo q Salomon sapientior erat. Et similiter Petr⁹ Apostolus ecclesiã regendam tradidit B. Clemẽti, quãuis haberet alios discipulos seniores. Alia mortalitas est secũdũ ĩterpretationẽ nominũ. Manasses em interpretatẽ obliuio, & significat excellentẽ in contemplatione, qui diuina cõtemplando obliuiscitur inferiorũ. Ephraim autem interpretatur fertilitas, & significat bonũ actiuum operibus cõuenientibus humanæ vitæ fertilẽ Propter quod dicitur 6. Ethic. Anaxagoras & consimiles sapientes dicebantur, quia cõsiderabãt altissima, non tamen prudentes, quoniã non considerabãt cõferẽtia humanæ vitæ, de quibus est prudẽtia, quæ considerat humanæ uitæ cõferentia. & eadẽ ratione boni actiui proprie prudentes dicuntur non sapientes Regimẽ autem ecclesiasticũ primo est circa Deũ, qui est altissima & prima causa, secũdario vero & ex cõsequenti est circa temporalia, & ideo sapientes qui per Manassen significãt, sunt magis apti ad regimen ecclesiasticũ, & in hoc præponendi, prudentes vero per Ephraim significati magis sunt apti ad regimen seculare, quod p se respicit cõferentia humanæ vitæ. Et hoc fecerũt Apostoli Act. 6. a. q septem Diaconos ordinauerũt circa administrationem tẽporaliũ, vt ipsi liberius intenderent orationi & prædicationi, vt ibidem dicit. Episcopus tamen debet habere vtramq; perfectionem: secũdũ quod Gregor. in pastorali: Sit præsul actione præcipuus, sit præ cæteris contẽplatione suspensus. Prima tamen perfectio magis est attendenda in promotione ad statũ episcopalem quam secunda, vt satis patet ex prædictis.

ADDITIO

A *depopulata urbe Sichen pro filios Iacob, populi qui erant in circuitu congregauerunt se, ut irruerēt sup Iacob & filios eius sed ipse armauit se et familiam suam ad resistēdū eis, confidēs de diuino adiutorio, sicut sibi promissum fuerat a domino. vnde & timor Dei.t.a Deo immissus cecidit super illos et non sunt ausi inuadere eum, ut habitum est supra 35. & ideo locum istum obtinuit iure belli, tum quia dominus dederat sibi illam terram, tum quia propter violationem Dinæ digni erant eam perdere Sichimitæ, & ideo quando Iacob fuit in possessione, videtur quod licitè potuit eam ut suam retinere. unam etiam partem emerat, ut habetur 34 sed de illa quia modica erat non facit hic mentionem. ex tunc autem locus ille fuit ipsius Iacob. propter quod dictum est supra 37. quod filij Iacob omnes præter Ioseph & Beniamin pascebant oues in Sichimis, & quod Iacob misit ipsum Ioseph illuc ad scrutandum statum eorū ex quo patet, quod ibi morabantur ad tempus, & ideo verisimile est quod haberent ibi domos ad habitandum, & caulas pro pecorib. tanquam in loco, quod erat patris ipsorum. D

ADDITIO I.

In cap. 48. vbi dicitur in postil. Eratq; verum tempus.

In Hebræo autem non habetur hic aliqua dictio significans vernum, nec tempus, sed est ibi dictio significans mensuram paruam terræ, & est sensus, quod mortua est Rachel in itinere in loco a quo restabat modicū spatium itineris usque ad Bethleem, sed tamen sepeliuit eam in via, ratione qua declaratur in postil.

ADDITIO. II

In eo.c.48. ubi dicitur in postil. Dicunt enim Hebræi, &c.

B Hæc expositio est falsa. non enim hoc quod legitur Hiere. 31.c. Vox in excelsis audita est, referendum est ad tempus captiuitatis filiorum Israel tempore Nabuchodonosor, sed potius ille clamor seu vlulatus Rachel referendus est ad occasionem Innocentium factam per Herodem, ut euangelista declarat Matth. 2. prout in c. allegato Hiere. domino concedente plene ostendetur.

REPLICA. Correctorij contra Burg. In cap. 48.

Burg. dicit in Hebræo non habetur dictio significans vernum tēpus, &c. ita & postill. in tractatu suo de differentia translationis nostræ & Hebraicæ veritatis ibi exponit, ut hic Burg. in proposito autem se nostræ translationi coaptat, ut satis faciat utrique.

oppida & castella ob euersionē fœderata urbis aduersū se cōsurgerent. Vel sic: dabo tibi Sichimam, quā emi in fortitudine mea. i. pecuniaq̄ multo labore acquisiui super fratres tuos. i. absq; sorte dedi eā tribui Ioseph. Ibi. n. sepultus est Ioseph, & Mausoleū eius ubi vsq; hodie cern. t. AVG. Quod Sichimā dicit Iacob præcipuam se dare filio suo Ioseph, & addidit quod possederit eam in gladio & arcu, quæritur quomodo ad literam conueniat Gen. 34. d. Emit em̄ centum agnis possessionem illam non cepit iure belli. An quia Salem ciuitatē Sichimorum filii eius expugnauerāt, & iure belli potuit eius fieri, ut iustū bellū cū eis videatur, qui priores fecerunt iniuriam, contaminādo eius filiam? Cur ergo non dedit eā maiorib. filiis suis, qui hoc fecerunt, deinde si modo de victoria glorians dat eā Ioseph, cur ei tunc displicuerunt filii qui hoc cōmiserūt? Cur deniq; cū eos bñdiceret, id exprobrādo memorauit? Latet ergo hic propheticum sacramentū, q̄a Ioseph quadam præcipua significatione Christum significauit, & ei datilla terra vbi obruit Iacob deos alienos, Gen. 35. a. Vt Christus intelligatur possessurus gētes diis patrū suorū renūtiātes & i Christū credētes.

In Quæst. sup Gen.

C

ALB. In benedictionib. Iacob historia tenenda, & allegoria inuestiganda. historia de diuisione terræ promissionis, allegoria de Christo & ecclesia, quæ in nouissimis temporib. reuelanda, prius tamen historiæ fundamenta sunt iacienda. E

a Ruben. HIERONYMVS. Ruben primogenitus meus: tu fortitudo mea & principiū filiorum meorū, durus ad ferendum, & durus procacitate & iniuria, sicut aqua nō ebullias ascendisti enim super lectū patris tui, & tunc uiolasti stratum

In quæst. sup Gene.

CAP. XLIX.

1 Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini,

a Prophetice se loqui insinuat vel significat. Licet enim hoc ad diuisionem terræ Chanaan pertineat, spiritualiter tamen ad Christum qui in fine seculi venit referenda sunt.

2 3 vt annūtiem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. 4 5 Congregamini, & audite filii Iacob, audite Israel patrem vestrum. 6 7 a Ruben primogenitus meus: Tu fortitudo mea, & principium dolo- 8

a Iudaicus populus cui dicitur Israel primogenitus meus Exod. 4. f. b Iudaico populo iure primogeniture sacerdotium & regnum debebatur. c Quia ex Iuda eo populo fundamentum fidei, & ipse Christus. d Quia Deo patri semper iniuriam irrogauit, vertens ad eum orsum & non faciem.

meū cum ascendisti. In Hebræo ita Ruben primogenitus meus fortitudo mea & capitulum in liberis meis. Maior ad portandum & maior robore. Effusus es quasi aqua, ne adiicias. Ascendisti n. cubile patris tui, & contaminasti stratū in ascensu. Et est sensus, tu es primogenitus meus maior in liberis, & debebas iuxta ordinē natiuitatis tuæ & hæreditatē quæ primogenitis debebatur id est, sacerdotiū & regnum accipere. Hoc quippe in portando onere & præualido robore demōstratur. Sed q̄a peccasti, & quasi aqua, quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu. Idcirco præcipio, vt vltra nō pecces, sisq; in fratrū numero. pœnam ex peccato luens, primogeniti ordinem perdidisti. F

☞ THEO

NICOLAVS DE LYRA
CAP. XLIX.

Vocauit autem Iacob, &c. Hic consequenter describitur benedictio filiorum Iacob generaliter, & primo instruit eos de statu vitæ mortalis, secundo eos erigit ad spem vitæ immortalis, ibi: Et benedixit eis. Circa primum præmittitur præfatio, in qua reddit eos attentos dicens.

2 Congregamini, &c. Quilibet enim attentus est ad audiendum futura, maxime circa se & posteros suos.

3 Dieb. nouissimis. i. postquam filii vestri reuersi fuerint ad terram promissionis. dixit etiam in nouissimis, quia aliqua dixit eis tunc de aduentu Christi, cuius tempora dicuntur nouissima, secūdum quod dicit Ioan. prima canonica, 2. cap. Nouissima hora est: quia tempori ipsius Christi non est aliud tempus successiuum, secūdum quod dicit Apocal. 10. b. Iurauit per viuentem in secula seculorum, quia tempus amplius non erit. sicut tempus legis successit tempori veteris. secundo reddit eos dociles dicens.

4 Audite filii Iacob. Quia filij debent esse subiecti disciplinæ. Tertio reddit eos beneuolos dicens.

5 Audite Israel patrem vestrum. i. eum qui tota mente desiderat bonum vestrum.

6 Ruben. Hic consequenter ponitur prosecutio benedictionis per singulos filios, incipiendo a filijs Liæ, & patent partes secundum numerū filiorum. & primo incipit a Ruben, qui erat primogenitus dicens.

7 Tu fortitudo mea. Ac si dicat, quia tu es primogenitus fortitudo mea, quantum ad bonum virtutis & gratiæ, quæ deberet relucere in te, sed econtrario factum est, quia tu es.

8 Principiū doloris. q.d. licet multos dolores & labores senserim aliunde, tamen parui fuerunt respectiue, et quasi pro nihilo eos reputaui in comparatione ad illum dolorem quem concepi de enormitate sceleris tui, quod exponitur postea.

* Prior

MYSTICE.

1 Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini vt annuntiem, &c. In hoc capitulo ponitur pphetia Iacob de filiis suis. Et de Ruben dicitur.

6 Ruben primogenitus, &c. Per Iacob patriarcham Deus conuenienter potest intelligi. nam patriarcha dicitur a πατριάρχης quod est quasi princeps patrum, propriissime Deo conuenit. per Ruben autem primogenitum primus angelus qui est prima creatura eius ideo subditur.

7 Tu fortitudo mea, &c. Nam Dei potentia magis apparuit in illo, quam in aliis, & quia primus peccauit, subditur.

8 Et principium doloris mei. De peccatis enim dicitur Deus dolere, Gen. 6. b. Videns autem Deus quod multa malitia ho. esset in ter. & c. Sequitur. Et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit ho. &c.

Prior

MORALITER.

6 Primogenitus. quia vult alios præcellere.

7 Tu for. m. i. secundum estimationem propriam, quia se reputat aliis præualere.

8 Et principium. d. secundum veritatem. quia superbia principium est omnis peccati, de quo Deus dolere dicitur Ge. 6. b.

A ✻ THEOD. Verba Iacob ad filios, tam imprecationes aut benedictiones quam prædictiones censenda sunt. Accusat ergo insolentiam & audaciam Ruben, eiq; ob perpetratum scelus paucitatem filiorum ac posteriorum imprecatur.

a *Simeon & Leui &c.* HIER. Lxx. Simeon & Leui fratres consummauerunt iniquitatem adinuentionis suæ, in consilium eorum non veniat anima mea, & in congregatione eorum nõ æmuletur iecur meum, quia in furore suo interfecerunt hominem, & in desiderio suo subneruauerunt taurum. In Hebræo autem sic habetur: *Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis arma eorum. In arcanum eorum ne intret anima mea, & in cõuentu eorũ ne dissoluatur gloria mea, quia in furore suo interfecerunt virum, & in libidine sua suffoderunt murum.* Significat autem nõ fuisse sui consilii, quod Sichem & Hemor fœderatos viros interfecerunt, & contrarius pacis & amicitiarũ sanguinẽ fuderunt innocẽtẽ, & crudelitate quasi furore rapti muros hospites vrbis euerterunt. Vnde: *Maledictus furor eorum, quia procax, & indignatio illorum quia dura. Diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israel,* Leui hæreditatem propriam nõ accepit, sed in omnib. tribubus paucas vrbes ad habitandum habuit. Nec Simeon sicut in libro Iesu scribitur, sed de trib. Iuda quidam accepit. Quidam prophetice interfectos homines apostolos, & subneruatũ taurum à Pharisæis Christum occisum interpretatur. Per hos Scribæ & Sacerdotes intelliguntur, de Simeon enim Scribæ, de Leui Sacerdotes, qui consiliũ fecerunt vt Iesum morti traderent. vnde addidit, In consilium eorum nõ veniat aĩa mea.

✻ THEODO. Accusat Simeõ & Leui cædis, qua Sichimitæ deleti sunt immeritò, & exoptat nullum sibi esse commerciũ in ea iniustitia. Execratur autẽ non filios, sed graues illorũ perturbationes, iram & excandescentiam, quã voluntatem appellat. Voluntas enim uindictæ concitat iram. Sed ea quæ uidetur imprecatio nihilominus vaticinium est, *Diuidam*, inquit, *ipsos in Iacob, & disseminabo eos in Israel.* Nam tribus ipsa Leui, honoris causa, inter alias disseminabit, cui nul- ☞ la

a Quia ei data eloquia Dei legislatio & testamentum. b Pro magnitudine virum, quia copiosus cæteris regnauit. c Peccando in Christum. impetu voluptatis. d Quæ vasculo non continetur.

[1] tis mei. Prior in donis [2] maior imperio. [3] † Effusus es sicut aqua: [4] Non

a Quia in orbem dispersus, imminutus & abbreuiatus. b Causa quia hæc meruit. c Quando corpus domini in quo quiescebat plenitudo diuinitatis, in cruce suspendisti. Dicendo peccatorem samaritanum & dæmonium habere.

crescas, [5] quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. [6] Simeon & Leui fratres [7] vasa iniquitatis bellantia. [8] In consilium eorum

Mortis Christi. Voluntas.

[9] ne veniat anima mea, & [10] in cœtu illorum [11] non sit gloria mea, [12] quia in

a Lancea. b Corpus Christi quod 46. diebus ædificatum est in vtero virginis. Christum.

furore suo occiderunt virum: [13] & in voluntate sua suffoderunt murum.

Propugnaculum qui custodit Israel. a Quia furore accensi ad tantum scelus prorupserunt vt Pilato Christum offerrent, dicentes: Crucifige, crucifige, & indignatio, si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Io. 19.b. & vt Barabam peterent Christum crucifigendum postularent. Matt. 27.b.

Maledictus furor eorum; quia pertinax & indignatio eorum

a Diuisi dicuntur, quia ab aliis separati ad fidem veniunt. b Dispersi qui vrbe temploque subuerso per orbem incedunt vagantur.

quia dura. [14] Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Prior in donis *s. deberes esse ratione primogenituræ, ratione cuius debebatur tibi duplex portio in hereditate ac bonis paternis respectu fratrum tuorum.* 2 Maior imperio. *quia debebatur tibi regnum mihi promissum, vt habitum est supra 32.cap.*

3 Effusus es sicut aqua. *Aqua enim de vase perfectius effunditur quam alij liquores, quia de oleo effuso remanet in vase pinguedo & humor, & de vino effuso sapor, sed effusa aqua de vase cito vas desiccatur, & non remanet aliquod aquæ vestigium, & per hoc dat intelligere quod Ruben prædicta bona totaliter perdiderat, quia primogenitura quantum ad duplicem portionem translata erat ad Ioseph, vt dictum est supra c. præcedenti, & regia dignitatis ad Iudam, ut expresse habetur. 1. Paral. 5.c. & sacerdotium ad Leui.* 4 Non crescas. *In Hebræo habetur,* Non credes. *acsi diceret, sufficiat tibi quod tu sis sicut vnus de alijs fratribus minoribus absq; dignitatibus & priuilegijs prædictis cuius causa subditur cum dicitur.* 5 Quia ascendisti cubile patris tui, &c. *Quod fuit quando dormiuit cum Bala vxore fratris sui, vt dictum est supra 35.cap. Et his quæ dicuntur hic videtur esse falsum dictum Hebræorum, qui dicunt super locum prædictum. prout fuit ibi allegatum, quod Ruben non concubuit cum Bala, sed solum amouit lectum eius de camera Liæ matris suæ, quia non esset tantum malum, ut prima facie videtur, quod propter hoc debuisset priuari tot bonis & dignitatibus prædictis.* 6 Simeon Leui fratres. *licet n. essent ei alij fratres ex parte patris & matris, tamen hic vocat eos fratres specialiter, quia fuerunt coniuncti mente & opere in sequentibus malis.*

7 Vasa iniqui bell. *Hoc exponunt communiter doct. nostri de interfectione populi Sichem dolo cum Sichimitæ recepissent circuncisionem in signum fœderis & amicitiæ cum Iacob & filijs eius ut supra dictum est 34.cap.* 8 in consilium eorum. *quod tractauerunt occulte de prædicta occasione.* 9 Ne veniat anima mea. *i. non approbo, sed detestor.* 10 Et in cœtu il. *quia aggregauerunt sibi alios in consortium, ut perficerent consilium suum.* 11 Non sit gloria mea. *i. de hoc nõ glorior, sed magis confundor. Sed contra hoc videtur quod Iacob dixit in fine præcedentis cap. gloriãdo de acquisitione Sichem.* Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. *Ad quod dicendum, quod Iacob hoc dicendo non gloriabatur de occasione Sichimitarum per Simeon & Leui, sed magis de hoc quod hoĩes illius terræ congregati adinuicem voluerunt irruere super Iacob & filios eius, & Iacob confidens de Dei adiutorio paratus se ad resistendum, & terruit Deus eius aduersarios & recesserunt, ut dictum est. c. præced.* 12 Quia in furore suo &c. *i. viros Sichem, & exponitur ibi singulare pro plurali, sicut Exo. 8.f.* Venit musca grauissima. *i. multitudo muscarum.* 13 Et in voluntate sua suffoderunt murum. *Quia libenter subuertissent muros ciuitatis Sichem, sed non poterant, quia ad hoc requirebatur spacium temporis, & maior multitudo plebis, quam habuerunt.* 14 Diuidam eos in Iacob, &c. *Hoc denunciatur in pœnã prædictorum. Vnde & tribus Leui non accepit partẽ in diuisione terræ, sicut alij fratres, sed solum loca ad habitandũ, et trib. Simeon quantũ ad unam partẽ recepta est in sorte Iuda. Hebræi autem aliter exponunt partem istam, sed in hoc diuiduntur, quia aliqui exponunt totã litteram præcedentem de malitia Simeon & Leui cõtra Ioseph, quod sic declarat, quia Ruben nõ uidebatur hoc machinatus fuisse quia intebatur eum liberare de manibus aliorum, & reddere patri suo, ut sup. 37.d. Similiter nec Iudas, qui ne Ioseph moreretur in fouea, suasit fratribus, ut eum uenderent, dicens.* Caro enim nostra & frater noster est. *Similiter, nec quatuor filij ancillarum scilicet Dan, Nephthali, Gad, & Aser, quia sic cum despicerentur ab alijs et reputarentur quasi serui, Ioseph erat cũ eis ad eorum cõsolationem, secundũ quod dicitur ibid.* Et erat cũ filiis Balæ & Zelphe. *Similiter nec Issachar & Zabulon, qui erãt filij Liæ cæteris iuniores, & ideo non est verisimile* ✻ quos

## MYSTICE.

1 *Prior* dignitate. *In donis.* naturalibus, & in supernaturalibus fuisset si stetisset.

2 *Maior impe.* qui fuit supremus inter omnes.

3 *Effusus es sicut aqua,* per superbiã tuam. 4 *Non crescas.* imò descendas de celo in terram. 5 *Quia ascendisti, &c.* gloriã soli Deo debitam vsurpare voluisti. † *Et maculasti stra. i.* cœlum empyreum, inducendo alios angelos ad peccatum. Et quoniam diabolus rex est super omnes filios superbiæ: Iob 41.d. ideo per Ruben intelligi potest sicut & omnis superbus.

## MORALITER.

1 *Prior in do.* naturalib. & gratiis s'm estimationem suam.

2 *Maior impe.* nam omnibus vult imperare: modus. n. superbi est, vt quicquid dicit præcipere videatur. 3 *Effusus es si. aqua.* Eccl. 20.b. *Gratiæ fatuorum effundentur.* 3 *Non crescas.* i. descendes. Luc. 14.c. *Omnis qui se exaltat humiliabitur.*

4 *Quia ascen. cu. p. t.* gloriã d' bonis a Deo datis attribuẽdo tibi. † *Et maculasti Stra. e.* mentẽ tuã peccato superbiæ maculasti in q. sicut in strato Deus quiescere suauiter quærebat. Prouer. 8.d. *Deliciæ meæ, &c.* 6 *Simeon & Leui & fratres uasa, &c.* Per istos duos malo concubinatos intelliguntur duo vitia sese-cõmitantia, gula, & luxuria. Vnde dicit Hiero. Venter & genitalia sibi inuicem membra prop. aqua, & ex vicinitate membrorũ designantur vicinitas vitiorũ. 7 *Bellantia.* nã ex ebrietate quæ pertinet ad gulã surgũt lites & bella frequẽter, vt patet ad sensũ, & similiter ex luxuria, nã bellũ Troianũ quod fuit valde graue, & tractũ tẽporis habuit valde magnũ, ex Helenæ raptu habuit ortum. Et sic fuit de multis alijs bellis q̃ narrare nimis esset prolixũ. 10 *Et in cætu il.* i. nunquã contingat mihi gloriari de talibus, sicut faciunt gulosi & luxuriosi. 12 *In furore suo occiderunt uirum.* Ista namq; vitia subuertunt rationem & intellectum, qui dicitur, vir, s'm Aug. 13 *Et in uoluntate suffoderunt murum.* Auferendo verecundiam, quæ est quædam clausura virtutum, & prohibet aditum vitiorum, propter quod dicitur Hier. 3.b. *Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* † *Maledictus furor eorum, quia per, &c.* Nam incentiuum vitiorum istorum est carni intrinsecum.

14 *Diuidam eos, &c.* id est diuidi permittã. cetera namq; vitia ✻ aliquorum

la propria sors eueniet.

A a *Iuda te laudabunt, &c.* HIER. Quia Iuda confessio vel laus interpretatur. Consequenter scribit. *Iuda tibi confitebũtur, vel te laudabunt fratres tui, & adorabunt te filij tui. Catulus leonis Iuda, ex germine fili mi ascendisti procũbens ut leo et quasi catulus leonis. Qui suscitabit eũ?* Licet de Christo grã de mysteriũ, sit tamen secundũ literã signi, ficatur ꝙ reges ex Iuda per Dauid stirpẽ gñrantur, & ꝙ adorent eum omnes tribus. Nõ enim ait: *Filij matris tuæ*, sed, *filij patris tui*, & quod sequit', ex germine fili mi. In Hebręo habet, de captiuitate fili mi ascendisti, vt ostenderet eũ captiuos populos esse ductutũ, & iuxta intelligentiã sacratiorẽ ascendisse in altum, captiuã duxisse captiuitatẽ. Siue quod melius puto, captiuitas passionem, ascensus resurrectionẽ significat. *Alligans ad uitem pullum suum, & funiculo pullum asinæ & in* שרק *sorech fili asinam suã*, quod. s. pullã asinę cui supersedit Iesus, hoc est gentilium populum, vineę Apostolorũ, ꝗ ex Iudæis sunt, copulauerit, & ad Sorech. i. ad electam vitẽ alligauerit asinã cui supersedit. i. ecclesiam ex gentib. congregatam. Quod autem dicit, *fili mi*, apostrophen facit ad ipsum Iudam, quod Christus sit hæc vniuersa facturus. Quod autẽ, legimus *ad uitem pullum suum*, in Hebręo potest legi *vrbem suam*. C iuxta eundem sensum aliis verbis ecclesia mõstratur, de qua dicitur Matt. 5. b. *Non potest ciuitas abscondi super montem posita.* D

vbi supra.

† e præda.

† genua flexisti.

B

Alegorice

Hic est Christus verus confessor, qui de tribu Iuda secundum carnem natus.
a Apostoli & alii qui per adoptionem filii Dei patris. b Trophea crucis & suos liberauit, & aduersarias potestates curuuit.

a Iuda te laudabatur fratres tui . M^b^anus † tuæ in [1]
a Quia multi de filiis Iacob adorauerunt Christum.
ceruicibus inimicorum tuorum , adorabunt te [2]
Salui per electionem gratiæ. a Paruulus natus est nobis.
Vt captiuam duceres captiuitatem, in crucem ascendisti.
filii patris tui. Catulus leonis Iuda. † Ad prædam [3]
a In sepulchro, vel quando in passione inclinato capite tradidit spiritum, & velut quodam somno torporis requieuit.
b filii mi ascendisti , † requiescens accubuisti, vt [4] [5]
a Vincens acerbitatem mortis & impetum. b Nisi ipse qui ait: Soluite templum hoc, & Io. 2. d.
c leo, & quasi leena. Quis suscitabit eum ? Nõ aufe- [6]
a Regnum. Generationibus.
d retur sceptrum de Iuda, & † dux de fęmore eius, [7] [8]

✲ THEOD. Iudam multis laudib. commendat, quarum ad ipsum Iudam nullę pertinent, sed ad tribum vnde reges oriẽtur. Hoc autem vaticinium successit ad vnguem in Christo. Ipse enim de uirga pullulans, quod prædixit Isaias, *requiescens obdormiuit sicut leõ.* Nam queadmodum leo catulusque leonis etiam dormiens formidolosus est, ita Domini mors exterruit ipsam mortem & diabolum. b *Requiescens, &c.* ISIDO. Vel catulus leonis ĩ somno requieuit, quia non necessitate sed potestate. Vnde: *Potestatem habeo ponẽdi animam meam. & nemo tollit eam a me, sed ego pono eam.* Quod vero addit, *& vt catul⁹ leonis.* Inde enim mortuus vnde natus. E Aiunt Physici quod catulus leonis, cum fuerit nat⁹, trib. diebus dormit & tribus noctib. Deinde patris fremitu tremefactus cubilis locus excitat dormientẽ, Christus quoq; in cubili sepulchri trib. noctib. iacens, somnium mortis impleuit. Bene ergo Christus, ut leo requieuit, qui non solum mortis acerbitatẽ, sed & imperiũ vicit, & vt catulus leonis, qa die tertia resurrexit. Vñ additur. c *Quis suscitabit, &c.* Nullus subaudi, nisi ipse qui ait Ioa. 2. d. *Soluite templum hoc & in triduo resuscitabo illud.* d *Non auferetur.* Tandiu enim ex semine Iudæ reges apud Iudęos fuerũt, donec Christus ex virgine nasceret. Primus enĩ F

Queſt. 109.

† tua.

Io. 10. d.

Hegiſl... de me... pedum... est, e medio eius.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *quod ipsi assumpsissent principaliter tale negotium, sed fuerunt inducti per fratres suos uterinos, s. Simeon & Leui, qui erant seniores eis, & consequenter alij fratres consenserunt. His suppositis exponunt literam sic:* Simeon & Leui fratres. *i. in malo concordes præ cæteris:* Vasa iniquitatis bellantia, *quia fratrem innocentem occidere voluerunt.* In consilio eorum *ꝙ inter se tractauerãt primo occulte.* Et in cętu illorum, *quia alios ad hoc induxerunt & congregauerũt.* Quia in furore suo occiderunt virũ, *id est, Ioseph, qui licet esset iuuenis ætate, erat tamen vir morib. & sapientia, occiderunt autem eum quantum in ipsis fuit.* Et voluntate sua subneruauerunt taurum. *Hæc est litera Hebraica, & vocatur hic taurus ipse Ioseph, sicut etiam de eo dicitur Deu. 33. b.* Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius: *libenter. n. neruos* Ioseph *præcidissent.* Maledictus furor eorũ, quia pertinax, *quia ad monitionem Ruben noluerunt resilire a mala voluntate sua, vt supra dictum est. 37. c. propter quod subditur pœna, cum dicitur:* diuidam eos, &c. *exponatur sicut supra, Sed addunt Hebręi de dispositione Simeonis dicentes, Non est pauper scriptor nec pędagogus, nisi de Simeon, hoc est dictum, quod illi de tribu Simeon discurrebat per sortes aliorum, ad quærendum victũ scribendo uel pueros docendo, sicut clerici pauperes faciunt apud Christianos. Aliter etiam exponũt aliqui Hebręi passum istum partim de uiris Sichem, & partim de* Ioseph *dicẽtes sic:* Simeon & Leui fratres, *exponendo sicut dictũ est in alia expositione Hebræorum, usq; ibi:* Quia in furore suo occi. vi. *i. viros Sichem, exponẽdo singulare pro plurali.* Et in volũtate sua subneruauerunt taurum, *id est, Ioseph rõne prędicta.* Maledictus furor eorum, &c. *hoc dicit propter occisionẽ virorum Sichẽ, quia licet nõ fecerint dolum vel iniustitiam, secundũ opinionem Hebræorum, ut dictum est supra 34. cap. tamen nimis regide processerunt, & ideo non dicitur hic,* Maledicta iniquitas eorũ, *vel* iniustitia *sed* furor *propter uiolationem sororis suę Dinæ.* Et indignatio eorum quia dura, *hoc dicit, quia indignati fuerũt nimis cõtra* Ioseph, *propter uisiones suas prętendentes eius dominium super fratres, & quia a patre plus amabatur, ut dictum est supra 37. c. Cætera ut prius.*

1 Iuda te laud. fra. tui. *Iudas interpretatur cõfitens siue laudans. & ideo uolens bona dicere de eo, incipit ab interpretatione sui nominis dicens:* Iuda *quasi dicat bene nominatus es, quia te laudabũt fratres tui. Tũc quia trib. Iuda in exitu Israel de Aegypto prima post Mosen ĩtrauit mare rubrũ miraculose diuisum, alijs timentib. ibi sequi Mosen, vt dicitur in* Exo. *Tum quia post mortem Iosue principalis fuit ad expugnandum inimicos filiorũ Israel, qui remanserunt in terra promissionis, secundum quod dicitur in principio libri* Iudicũ. *Iudas ascendit. s. primus contra aduersarios, & ex his meruit trib. Iuda laudem præ cæteris, & regiam dignitatem.* 2 Manus, &c. *Hoc impletum est in Dauid primo rege tribus Iuda, qui inimicos Israel pro magna parte interfecit, & alios tributo subiecit, cuius processum describit dicens.*

3 Catulus leonis Iuda. *& dicit catulus leonis, quia cum Dauid esset minimus inter fratres suos, tamẽ cõstanter iuit ad pugnandum cõtra Goliam gigantẽ, & ex tunc fuit positus super viros belli per Saulem regẽ, ut habetur 1. Reg. 18 & inde mortuo Saule constitutus est rex, ut habet 2. Reg. 5. a. ubi dicitur:* Cũ esset rex Saul super nos, tu eras educens & reducens Israel, *& sequit ibidẽ.* Vnxeruntq; Dauid in regem, *& ex tunc debellauit potenter aduersarios Israel. propter ꝙ subditur.* 4 Ad prædam fili mi as. *& intantum prævaluit aduersarijs Israel, quod circa finem regni sui nullus audebat insurgere cõtra eum, nec eius regnum perturbare, ut patet 1.* Reg. *2. & in principio tertij ideo sequitur.* 5 Requiescens ac. vt leo. *quem aliæ bestiæ non audent inuadere, & quia Deus promisit ei regnum & filijs eius in sempiternum, ut habetur 2. Reg. 7. b. ideo subditur.*

6 Quis suscitabit eum. *Auferendo sibi dignitatem regiam, quasi dicat nullus. Vnde subditur.* 7 Non auferetur sceptrum de Iuda. *i. dignitas regia.* 8 Et dux de fæmore eius. *Quia deficiente regno. interfecto rege Sedechia in captiuitate Babylonica, ex tunc gubernatus fuit populus* Iudæorum *per illos qui erant de tribu Iuda, quia in reditu dictæ captiuitatis Zorobabel fuit dux eorum, ut habetur Zacha. 4. & Aggæi 2. Et postea sacerdotes gubernabãt populum, ut patet tẽpore Machabæorum, qui etiam erãt de tribu Iuda, quia trib. sacerdotalis & tribus regiæ erant cõmixtæ, ut patet 4. Reg. 11. a. ubi dicit quod Iosabath soror Ochoziæ regis* Iuda *tulit* Ioas, *&.* erat cũ ea clam sex annis in domo Domini, *quia ipsa erat vxor Ioiadæ pontificis. Et istorũ regimen* ✲

## MORALITER.

✲ aliquorũ hominũ sunt propria, sicut fraus & dolus mercatorum, simonia clericorũ, rapina potentũ, & sic de aliis, sed gula & luxuria diffusè sunt in omni statu uitæ præsentis.

1 *Iuda te laud. fra. tui.* Per iudã, ad cuius tribum trãslata fuit dignitas regia, designabatur bonus rex siue princeps. iõ dicit te laudabunt fratres tui. i. boni principes bonitatẽ tui regiminis audientes. 2 *Manus tuę in ceru. inimic. tuorum.* potestas tua. destruat illos, qui inique turbant uel inuadunt regnum tuũ. † *Adorabunt te filij patris tui.* Boni nãq;, qui sunt filii Dei patris omnium, debitam reuerentiã faciũt regię maiestati. 1. Pet. 2. ca. *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum siue regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad uindictã malorum laudem uero bonorum.* 4 *Catulus leonis Iuda.* Bonus enim rex vel princeps debet esse constans, sicut leo pro iustitia.

5 *Ad prædam fili mi ascend.* aduersariis iustitiæ destructis, eorũ bona in utilitatem reipublicæ conuertendo.

6 *Requiescens accubuisti ut leo, &c.* quia iustum regẽ & constantem nullus audet inuadere. Vnde S. Ludouicus lõgo tempore regnauit, & in pace.

7 *Quis suscitabit eum?* Turbans eius regnum, quasi dicat, nullus. Ideo subditur.

8 *Non auferetur sceptrum de Iuda, &c.* i. regimen bonum non auferetur de talis principis terra.

A in gente Iudæorũ, rex alienigena fuit Herodes q̃n iam Christus natus est. Qui ergo negat venisse Christum, ostendat regem de tribu Iuda in gente Iudæorum.

✻ ORIG. ALLEG. *Non deficiet princeps de Iuda*, id est, hic qui post resurrectionem eius, princeps ecclesiarum ordinatur. *Et dux de fæmoribus eius*, duces quoq. Christianorũ, de fœmoribus Christi hoc modo exponet. Membra Christi esse dicit Apostol' fidelium populum, sine dubio intelligẽdo spiritaliter iudicare eos, q pro firmitate & constantia fortitudinis omne corpus ecclesiæ sustẽtare videntur & ferre. Vel qa humani seminis indiciũ, solet ĩ femorum appellatione figuraliter dici, apud nos autẽ q̃ seminat, verbum seminat: poterunt ergo qui ministerium verbi fidelib. exhibent de Christi femorib. intelligi duces vsque quo veniant quæ reposita sunt, & ipse erit expectatio in die iudicii.

No. cõtra Iudæos.

† ad propaginẽ vitis optimę filium asinæ

a Christus. b A patre. c Salus expectata. d Qui eas in sanguine redemit. Non tantum Iudæorum.

donec veniat qui mittendus est, & † ipse erit expectatio gentium.

a Vinculo charitatis & disciplinæ, vt de illius imitatione efficiantur hæredes Dei & cohæredes Christi. b Gentilem populum, cui non est onus legis impositum. c Qui dicit Ego sum vitis vera. Io. 15. a. d Cui superscedit, ecclesiam de gentib. congregatam. d Synagogam tardigradam. & legis pondere pressam.

Ligans ad vineam pullum suum, & † ad vitem, ò fili mi, asinam suam.

Carnem vel ecclesiam. a Sanguine passionis, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Lauabit in vino stolam suã, & in sanguine vuæ palliũ suũ. Pulchriores

a *Pullum suum, &c.* Gentes quas sibi subiunxit. Vnde Ezech. 18. a. *Viuo ego dicit Dominus, nisi hos homines induã sicut vestimentũ.*

D Nos enim Christus in sanguine vuæ mundauit, q̃n sicut botrus in ligno crucis pependit, & ex latere eius aquas in ablutionem, & sanguis exiuit in redemptionem.

✻ CHRYSOST. Vide quomodo totum sacramentum insinuauit. Sciunt quiinitiati sunt quod dictum est, *Lauabit in vino stolã suã*: Stolam puto corpo dici quod propter dispẽsationem ferre dignatus est.

Hom. 67.

† ad illum aggregabũtur populi (vel et auscultabunt populi.

✻ DION. Vestimenta vino maculari solent. Sed quemadmodum luto oculos lauauit atq. aperuit, & morte sua non morti vim addidit, sed mortem extinxit, ita vino vestimenta lauabit. Si quis vero sanguinem vuæ ad Seruatoris mysticum sanguinem, & stolam ad dominicam carnem referret, illius sensus tanquam pius non aspernandus esset.

Et catena Græca.

E b *Pulchriores oculi.* ISID. Quia doctrina eorum austeritatem ueteris legis exuperat & euangelica præcepta clariora sunt quam legis mandata.

Lacte

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ men durauit vsque ad tempus Herodis, qui fuit alienigena. s. de genere Idumæorum, & ipso regnante natus est Christus, vt habetur Matt. 2. a. Cuius regnum durabit in secula seculorum amen, & ideo subditur.

1 Donec veniat, &c. *i. Christus qui missus est a Deo patre pro salute generis humani.*

2 Et ipse, &c. *Secundum quod dicitur Aggæi 2. b.* Ecce veniet desideratus cunctis gentib. &c. *In Hebræo autem habetur sic*, Et erit ei aggregatio gentium. *& hoc impletum est in regno Christi, quia post resurrectionem & ascensionem Christi ad cælos Apostolis prædicantib. fidem Christi Iudæi pro maiori parte remanserunt obstinati in infidelitate sua, & gentes cum magna deuotione fidem Christi receperunt, & sic Christ aggregatæ sunt gentes, propter quod Apostoli dixerunt Iudæis, ut habetur* Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad gentes. *Sic enim præcepit nobis Deus, sed hanc prophetiam, quę satis clare exposita est de Christo Iudæo multipliciter nituntur subuertere.*

C *Ad cuius intellectum considerandum quod in Hebræo habetur*, Donec veniat Silo. *hæc autem dictio Hebraica* Silo, *est proprium nomẽ loci significat etiam in alio sensu missionem & sic est nomen commune, prout igitur est nomen loci accipiunt eam hic aliqui Iudæi dicentes, q̃ hæc prophetia impleta est quando Saul qui erat de tribu Beniamin, vt habetur* 1. Reg. 9. d. *fuit electus in regem, & inunctus fuit in Silo, ubi erat tabernaculum Domini & arca, & per consequens vnctio, vnde reges debebantur inungi, & sic sceptrum quod accipitur pro quodam dominio & primatu, quod fuerat in tribu Iuda vsque tunc, fuit translatum ad tribum Beniamin. sed hoc dictum manifeste contrariatur textui, quia ante electionem Saulis arca Dei iam erat remota de Silo, & erat in Cariathiarim, ut habetur* 1. Reg. 7. *Item post Saul immediate, imo ipso adhuc viuẽte & regnante fuit Dauid inunctus per Samuelem. qui Dauid fuit primus rex de tribu Iuda, & ex tunc reges de illa tribu successerunt. Quod autem sceptrum dicatur auferri de Iuda, ideo, quia tũc incepit esse in propinqua dispositione ad gradum perfectum, non est uerisimile. Ideo alij dicunt, q̃ ista prophetia impleta fuit in electione Hieroboam in regem, qui erat de tribu Ephraim, quia decem tribus ablatæ sunt a regno Iuda, & adhæserunt Hieroboam, quando Roboam die constituto dedit populo duram responsionẽ. et sic exponũt*, Donec veniat Silo. *i. donec veniat Hieroboam in tali loco coronandus, qui dicitur Silo. Sed ista expositio ostenditur falsa per textum, quia congregatio illa non fuit in Silo, sed in Sichem, ut habetur* 3. Reg. 12. *Item non fuit ablatum regnum a domo Iuda tunc, sed stetit vsque ad captiuitatem Babylonicam per successionem hæreditariam, & illi soli tunc dicebantur proprie reges, quia instituebantur per inunctionem, quia templum & arcam Domini, & illa quę ad inunctionem requirebantur in Hierusalem remanserat, quæ erat metropolis in regno Iuda. propter quod Iudæi accipientes hoc nomen Silo, prout significat missionem, dicũt quod dicta prophetia impleta est tempore Nabucodonosor quando uenit contra Hierusalem & occidit Sedechiam regem, & sic defecit regnũ Iuda. & ideo exponunt literam prædictam sic.* Non auferetur sceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus est. *i. Nabuchodonosor, qui p̃pter peccata populi Iudaici missus a Deo ad destruendam terram, & ad auferendum regem.* Erit ei aggregatio gentium *i. ipsi Nabucodonosor, quia propter dilatationẽ sui imperij aggregatę sunt gentes sub eius dominio. Sed ista expositio & precedentes & consimiles si fiant, destruuntur per translationem Caldaicam, quam Iudæi vocant thargum, quæ est ita autentica apud Iudæos, ut nullus doctor eorum ausus fuerit ei contradicere. imo quando uetus expositio Hebraica est obscura, recurrunt ad illã pro explanatione. In illa autem sic habetur.* Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Donec veniat Messias. *Nec Nabuchodonosor autem nec aliquis prædictorum uocatus est Messias in scriptura, sed solum Christus, qui promissus erat in lege & in prophetis, ex hoc patet clarius veritas nostræ catholicæ expositionis prædictæ.*

F 3 Ligans ad vineam, &c. *Aliqui doctores catholici istam literam consequenter exponunt de coniunctione Iudæorum, qui designantur per asinam, & Gentium, qui designantur per pullum in fide Christi qui fecit utraque unum, & qui uocat se uitem* Ioan. 15. Ego sum vitis uera. *& subditur.*

4 Lauabit in vino stolam suam. *Exponunt de Christi passione, sed ista expositio saluo meliori iudicio uidetur mihi magis mystica quam literalis, & ideo aliter potest dici, quod postquam Iacob prædixerat dignitatem regiam futuram in tribu Iuda, cępit prædicere conditionem terræ quam in sortem debebat accipere, quæ fuit valde fertilis in vino & lacte, & hoc est quod dicitur*, Ligans ad uineam pullum suum, & ad uitem asinam suam, *per hoc designans quod in uno stipite vitis posset de vuis onerari una asina vel pullus. Vnde in Hebræo habetur*, & ad palmitem filij asini sui. *& idem significat quod subditur.* Lauabit in vino stolam suam. *Ac si dicatur, tanta abundantia vini erit ibi, quod possent inde lauare pannos, & est locutio hyperbolica, sicut etiam apud nos dicitur ad designandum magnam abundantiam vini tẽpore fertilitatis quod satis est de uino ad lotionem pedum. Et ad idem facit quod subditur.*

5 Pulchriores oculi eius uino. *In Hebręo sic habetur*, Rubicundiores uino oculi eius. *quia potatio uini abũdans & maxime quam do uinum est bonum, apparet in oculis scintillantibus citius quam in alijs partibus.*

✻ 1 Et

## MORALITER.

1 *Donec veniat, qui mittendus est.* id est, ipse Christus, qui uenit in more boni principis sibi pro bono regimine regnum cęlestę donaturus, dicente illud, Luc. 19. c. *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.*

2 *Et ipse erit expectatio gentium.* scilicet Christus, qui omnes gentes est in fine mundi iudicaturus.

3 *Ligans ad uineam pullum suum, &c.* Istud refertur ad Iudam, qui significat bonũ regẽ, & per ea quę dicuntur hic de abundãtia lactis & uini in sorte Iudæ, significatur secundum sensum literalẽ, & talis abundantia reperitur in regno iusti regis & pacifici, quia tunc agri & vineæ possunt competenter coli; Prouer. 1. *Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur*, terrore malorum sublato.

✻ Zabulon

a *oculi eius vino, & dentes lacte candidiores. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Issachar asinus fortis, accubans inter *terminos. Vidit requiem, quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum: factusq. est tributis seruiens. Dan iudicabit populum suum sicut & †alia trib. *Israel. †Fiat Dan coluber† in via, cerastes in semita

a Apostoli Euangelistæ qui scientiæ lumen præstant ecclesiæ. b Austeritate legis. c Prædicatores qui ab errore præcidunt homines, quasi comedendo in Corpus Christi conferentes. d Habitaculum fortitudinis, i. ecclesia ad tolerandam fortissima.

a Ad literam Zabulon maritima possidet.

a Populus gentium quem dominus sanguine redemit. Merces. Brutus luxuriosus nulla ratione domitus, fortis, quia redemptus, & redemptori subiectus. b Requiescens in spe. c Iuxta possessionem Nepthali. Huius vitæ. Alias in terminis. d Aeternę vitę.

a Viuentium. b Quia ad promissam requiem peruenire desiderat, mendatorum onera libenter portat.

a Ideo. b Christo suæ fidei & operis munera offerens. Iudas dolo & malitia serpens cornutus.

a Antichristus. Veneno consumens eos quos ad vitæ latitudinem prouocat. b Cornibus potestatis armatus. c Eis scilicet qui per angustam viam ad patriam tendunt.

a Lacte. i. doctrina legis, quæ carnalem populū velut paruulū lacte alebat, sed candidiores, ecclesiæ doctores, qui fortem & validum verbi cibū manducant, & distribuunt. Vnde Heb. 5. d. *Perfectorum est solidus cibus*, qui bene cādidiores lacte dicūtur, quia candidi pueri, & ab omni macula liberi.

b *Zabulon in litore, &c.* Vt credens refugiū, & periclitantibus demōstret fidei portum. Contra omnes terminos seculi solidata expectat naufragiū Iudæorū, & procellas hæreticorum, qui circunferuntur omni vēto doctrinæ. Inde etiam apostoli aliqui assumpti, ibi sæpe dominus docuit. *Pertingit autem usque ad Sidonem.* i. vsque ad gentes peruenit. vnde Esa. 9. a. *Terra Zabulon & terra Nepthali, uia maris trans Iordanem, &c.* Sidon venatio, & ex eis locis sumpti sunt venatores, de quibus dicitur Hier. 16. d. *Mittam uenatores multos, & uenabuntur uos in omni monte*

c *Issachar.* HIER. Bonum desiderauit requiescens inter medios cleros & *uidens requiem, quia bona, & terram quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est uir agricola.* In Hebræo ita, *Issachar asinus osseus, recūbens in terminis, & uidens requiem, quia bona, & terrā quia pulchra, inclinauit humerum suum ad portandum, & factus est in tributum seruiens.* Quia suprà de Zabulon dixerat, quod maris magni littora possideret, Sidoneq. & reliquas Phenicię vrbes cōtingeret, ad mediterraneam prouinciam redit, & Issachar qui iuxta Nepthali pulcherrimā in Galilæa regionē possessurus est, benedictiōe habitatorum facit, Asinū autem osseum vocat & humerum ad portandū deditū, quia in labore terrę & vehendis mercibus ad mare, quę in suis finib. nascebantur, plurimum laboraret. Regib. quoque tributa comportans. Aiunt Hebræi per metaphoram significari, quod scripturas sanctas die ac nocte meditans, studium suum dederit ad laborandū, & ideo ei omnes tribus seruiāt, quasi magistro dona portantes.

d *Accubans inter terminos, &c.* Accubare est expectato mundi fine quiescere, nihilq; de mundanis quærere, sed vltima desiderare. Fortis asinus requiē vidit, & terram optimam cum simplex gētilitas, ad robur operis se erexit, quia ad vitę patriam tendit.

e *Dan iudicabit populū suū, &c.* ISID. Alij per hęc verba putant pdici Antichristū de tribu Dan futurū, alii de Iuda pdito re hæc pronuntiant. Equitem & equum dnm cum carne susceptam intelligunt. Retrorsum autem cadere, quia in terrā reuersus vnde sumptus. Sed qa die tertia resurrexit, ait: *Salutare tuum expectabo domine.* Vnde Psal. 15. c. *Non derelinques animam meā inferno, nec dabis sanctū tuū uidere corruptionē.* Alii ad Antichristum hęc transferunt, quē de tribu Dan venturū asserūt, quia Dan & coluber & mordēs dicitur. Vnde Num. 2. d. *Dan ad Aquilonem castrametatus est*, illud significans qui ait: *Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, &c.* Et Hiere. 8. f. *A Dan auditus est fremitus equorum eius.* Qui non solum coluber sed Cerastes vocatur. Cerasta enī Gręce cornua dicuntur, & hic serpēs cornutus etiā perhibetur, p quem digne aduētus Antichristi asseritur, q cōtra sanctos morsu pestiferę prędicationis & cornu potestatis armabitur Semita auē angustior est quam via. Est ergo coluber in via, quia eos per latitudinē vitę ambulare prouocat, quib. quasi parcēdo blāditur, sed in via mordet, quia tales erroris sui ueneno cōsumit. Fit *Cerastes in semita*, qa quos

Margin: †vna trib. vel e tribubus. — In Quæst. Hebraicis — Ps. 118. 10. — *in — †erit. †iuxta viā — Esa. 14. d. Allegoricè.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dentes lacte candidiores. *Per hoc designatur abundantia lactis futura in sorte Iuda, quia albedo lactis apparet in dentibus comedētium ipsum.* 2 Zabulon. *Hic prædicit Iacob situm sortis ipsius Zabulon, cum dicit.* 3 In littore, &c. *quia sors sua in una parte fuit super mare mediterraneum.* 4 Et in statione nauium, *quia in sorte illa fuerunt aliqui portus maris, in quibus naues stabant.*

5 Pertingens usq. ad Sidonem. *Sidon nomen est ciuitatis, in qua habitauerunt* Gentiles. 6 Issachar asinus fortis. *Hic prædicit statum futurum ipsius Issachar, & exponunt aliqui catholici & Hebræi dicentes, quod tribus Issachar, præ cæteris tribub. fuit intenta studio legis & hoc est quod dicitur.* 7 Vidit requiem. *s. contemplationis & studij in lege.* 8 Et supposuit, &c. *s. pondus & laborem studij.*

Non vr rōni consonū, q in hoc loco inter tot bona, quæ Iacob de ipso Ioseph prophetauit, interponatur tanquā bonū descensus Ieroboā ex ipso Ioseph, cum ipse Ieroboam fuerit pessimus idololatra, qui non solum peccauit, sed et peccare fecit Israel pp quod diuina scīa fuit abscissus a regno cū posteritate sua, excepto vno filio tantū, ut in 4. Reg.13. & 15.c. & ēt regnū eius licet prius pe a Deo fuerit promissū, non tñ gratum, de eo.n. legitur Osee.8.a. Ipsi regnauerunt, sed nō ex me, & similiter 13.c. de eo. Dabo eis regē in furore meo, non ergo de ipso recte diceretur, Per manū potentis Iacob. Vnde aliter circa hos vr dicendū. Ad quod sciendū est, q Ioseph duas habuit principales persecutiones, unā.s. a fratrib. de qua intelligit illud. Exasperauerūt eū, & iurgati sunt, &c. prout dr in postil. Aliā uero ab uxore dñi sui .s. Pharaonis, ut supra 30.a. qua qdē psecutione fuit a Deo ptectus int ītū, q nō fuit inclinatus ad peccādū, licet vehemēter incitatus ad hoc fuisset, ut ibidē patet, et de hoc exponūt qdā Hebræorū, qd sequit.s. Sedit in forti arcus eius .s. appetitus eius carnalis, q sæpe in hoīb. modicæ uirtutis tendit ad extra ad suū cōcupiscibile, tanq arcus proiciēs sagittā ad signū, qd nō sic fecit Ioseph, sed sedit in forti .i. in fortitudine uirtutis continētię, & qa q̄nque aliqui, qui ex ductu rōnis refrenāt suū carnalē appetitū, cū hoc tñ molestantur a prauis cōcupiscētijs, prout cōtingit cōtinentib. Ioseph aūt non sic, sed tanq uere tēperatus uires proprias carnales subiectas hēbat rōni sic ut nullū motum ad hoc sentiret molestiæ sensualitatis, ideo dicit. Et dissoluta, &c. sic q lu eius, referatur ad hoc qd dicit. Arcū suū, &c. arcus.n. hēt duo brachia, q̄ cū corda fortiter sunt ligata, ad hoc ut possit sagittare, quorū quidē brachijs arcus si uincula dissoluātur, tūc arcus penitus est indispositus ad sagittādū, et isto modo uires sensuales Ioseph, cū quib. arcus appetitus carnalis solet sagittare, erāt dissolutę a uinculis carnalib. idcirco in hoc cōmendabatur nō solū, ut cōtinēs, sed tanq tēperatus, & quia uitare peccatū pręsertim hoc modo in statu naturæ corruptæ nō possumus, nisi gratia Dei auxiliāte s̄m Aug. in lib. de perfectione iustitiæ, ideo subditur. Per manū potētis Iacob, quia p virtutem gratiæ Dei illud peccatū sic uitauit. Pōt ēt hoc, quod dr, & dissoluta sunt vincula eius. aliter exponi .s. ut intelligatur de dissolutione vinculorū Ioseph in carcere de mādato regis, & prouidētia diuina. Vnde de eo legitur in Ps.104.b. Humiliauerūt in cōpedib. pedes eius. & sequitur ibidē. Misit rex & soluit eū, qd aūt sequitur. Inde pastor egressus est lapis Israel, vr aliter exponendū. Ad cuius intellectū attendendū est, q quia posteritas Ioseph per Ephraim descēdēs recesserat a diuino cultu, a tpe ipsius pessimi Ieroboā ut dictū est, intātū q nō reputabatur iā de filijs Israel s̄m fidē, sed quasi Gētiles & alienigenæ. Vnde de eis legitur Osee.5.b. In dñm prodigiose egerunt, quia filios alienos genuerūt, &c. Idcirco Iacob vidēs in spū, q filij Ioseph nunq̄ essent Deo recōciliādi, nisi per Christū, qui oēs tā Hebręos, quā Gētiles uocauit ad gratiā, ideo dicit. Inde egressus est pastor, &c. q.d. ab ipso potēte Iacob .s. a Deo, qui præseruauit Ioseph a peccato, ut dictū est. Egressus est pastor .s. Christus, qui tanq pastor bonus dixit. Alias oues hēo quę non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Similiter, & lapis Israel, supple inde egressurus est, qui quidē lapis Israel est ille .s. quē reprobauerūt ædificātes, qui fecit utraq; vna. Vnde ad cōsolationē posteritatis Ioseph, hoc itroductū est, ne per hoc, q apostatauerūt a lege diuina intelligerētur exclusi a finali salute per Christū fiēda. Vnde & hic notabiliter noīat Christū per nomē pastoris & lapidis, quorū utrūq. nomē implicat reductionē Gētiliū seu apostatantiū ad unū Deū & unā fidē: nec obstat huic expōni quod dicit, egressus est, quasi de præterito, quia hoc est pp certitudinē prophetiæ, & ēt s̄m expōnē postillatoris de futuro hēt intelligi, ut patet in postilla. Quidā aūt exponūt hoc, qd dr. inde egressus ē pastor lapis Israel, &c. De Iosue filio Nun, qui fuit de tribu Ephraim, & per cōsequens de Ioseph, & licet rōnabilius posset de illo exponi qui fuit iustus rector Israel post Moysen proprius tñ adaptantur hęc uerba Christo præsertim cū dicitur, lapis Israel, nā ēt Ra. Mos. Gerund. in hoc loco dicit expresse, q lapis hic dictus intelligit ille, de quo in Ps.117. Lapidē, quē reprobauerūt, &c. In quo loquitur quasi prophetando nesciens, sicut legitur de Caypha.

Persecutiones Ioseph.

ADDITIO IX.

In eo.c.49. ubi dicitur in postill. Benedictiones patris tui, &c.

Istę duę expōnes vr insufficiētes, utraq.n. earū præsupponit falsum uel incōueniens, nā prima expositio præsupponit, q oīs pmiserat ipsi Iacob dñiū totius mūdi, rū ei apparuerat iuxta Luzā, de quo sup.28.ca. sed hoc vr falsum, nā in secunda apparitione in qua Deus apparuit ipsi Iacob, in eo.loco.s. Luza, ubi iterū benedixit eū, et mutauit nomē eius in Israel, ibi legitur. Terrā q̄ dedi Abrahā & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te, &c. Ex quo patet manifeste, q non ampliauit sibi terminos plus q̄ patrib. suis. Cōsequenter et Iacob sup.48.c. repetēs prædictā pmissionē factā in Luza sibi, ad Ioseph sic dicit: Deus oīpotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaā, benedixitq; mihi, & ait. Ego te augebo & multiplicabo, & faciā te in turbas populorū, daboq; tibi terrā hanc, & semini tuo post te in possessionē sempiternā. Ex quo patet manifeste, q pmissio facta Iacob in Luza nō se extēdebat nisi ad terrā Chanaā. Quod aūt in c.28. supradicto dicitur: Dilataberis ad orientē & occidentē, &c. intelligitur de orietāli & occidētali plaga ipsius terrę sibi pmissę.s. Chanaā, quę ēt potest diuidi in quatuor plagas, sicut tota terra habitabilis. Secunda uero expositio præsupponit, quod Iacob habuerit clariorē reuelationem de mysterio Christi & futura beatitudine, quā ipse Abrahā, quod est ualde inconueniens. Tum quia Abraham dicitur esse pater fidei in cuius sinu (prout habetur Luc.17.) iusti ab angelis portabantur. Tū quia de eo legitur, sup.18.c. Dixitq; dominus: Nū cælare potero Abrahæ, quæ gesturus sum, &c. Et eadem ratione & fortiori inconueniens uidetur, quod Deus celaret Abrahā de his quæ pertinēt ad salutē, maxime illa q̄ reuelaturus erat ipsi Iacob. Tū quia futura beatitudo reuelata

An Iacob clariorem reuelationē habuerit quam Abraham

velata fuit ipsi Abrahę.cū lux sancta semini suo fuerit promissa, vt expositū fuit c.15.quæ quidē beatitudo apertione ianuæ calestis, & cætera quæ ad hoc requirūtur, præsupponit. Per illud aūt, quod dicit propheta: Super senes intellexi.nō est intelligēdū, q semper posteriores sancti habebant clariores reuelationes, quàm primi, alioquin sequitur q sancti modernorū tēporū essēt magis illuminati de his quæ pertinēt ad fidē, quā apostoli, qui sunt antiquiores & seniores, qd est falsum. Vltima ēt ratio ad hoc inducta per postillatorē nō sufficit, nā licet natura (vt in plurib.) procedat de minus perfecto ad magis perfectū: Natura tamen ſm Boetium semper sumit initiū a perfectis, & ideo Abrahæ fuit dictū sup. 17. c. Ambula corā me, & esto perfectus, &c. prout fuit declaratum. Assumit ēt hæc expositio benedōnē & reuelationē pro eodē, quæ tamen sunt diuersa, non.n.oēs benedictiones sunt reuelationes: nec econuerso, vt est manifestum. Vnde hæc litera videtur aliter exponēda & planius. Ad quod sciendū, q cū Iacob benediceretur a patre suo sup.27.c.eidem dixit sic: Det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terræ, &c. in quo fuit benedictus ad literam de bona influentia cęlesti, & de bona dispōne terrestri, ex quib. immediate multiplicantur terræ nascentia, non tamen legitur q Iacob fuisset benedictus expresse a patre suo de multiplicatione propagationis hoīum & aīalium, qd intelligitur de benedōnib. vulue, nec ēt de bona gubernatione, seu nutritione talium, qd intelligitur in benedōnib. vberum: ista aūt benedictio quæ pertinet ad propagationem aīalium, consueuit in scriptura ab alijs distingui. Vnde Deut.7.b. dicitur, Benedictus eris inter omnes populos, & non erit apud te sterilis vtriusq; sexus, tā in hominib. quàm in gregib tuis, &c. Iacob ergo in hoc loco amplius benedixit ipsum Ioseph, quam Iacob fuit benedictus a patre suo, quantum ad prædicta, & hoc est qd dicit: Benedōnes patris tui.s.quib. te benedico: confortatæ sunt benedictionib. patrū meorū, &c.s.benedōnib. quib. patres mei benedixerūt, vt dictū est. Et sequitur in litera ſm Hebraicam ueritatem. Vsque ad desideriū colliū æternorū, seu colliū seculi, &c. In quo intelligitur Christus desideratus a cunctis gentib. vt Aggei 2.b. de quo Luc.10.d. Multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & nō viderūt, &c. Et continuantur hæc uerba cū precedentib. & sequentib. sic. Benedictiones patris tui, quæ confortatæ sunt benedictionib. patrū meorū, &c. Et sensus est, q benedōnes tpales, quib. Iacob ipsum Ioseph benedixerunt, fortiores seu ampliores sunt quàm benedictiones patrum meorum, s.ipsius Iacob, vt dictum est vna cum summa benedictione spirituali desiderata a collib. æternis, s. a sanctis & iustis, omnia ista fiant in capite Ioseph.

ADDIDIO VLT.

In c.49.ubi dr in postilla. Tamen magister in historia schol. &c. Hæc expositio magistri historiarū est in gl.interl. ubi super hoc uerbū, ad populū suū, supra posuit frequentiā angelorū. Similiter et expositio Strabi quę in gl.ponitur in margine, & non ponitur ibi quantum ad hoc aliqua opinio apposita: vnde non videtur q sit hæc expositio repellenda, præsertim cū Aug. super Gen. illa ponit, licet non totaliter assertiue: ait.n.sic. Videndū quō dicant scripturæ, quæ assidue dicunt de mortuis.

Apponi ad populum.

Et appositus est ad patres suos, vel, appositus est ad populū suum, &c. Ecce.n.de Iacob dicitur: Iam quidē mortuo, sed nondum sepulto, & ad quē populū apponitur, non in promptu hr, ex illo.n. populus prior nascitur, qui dictus est populus Israel, qui uero eum præcesserunt, tam pauci iusti nominantur ut eos populū nominare certemus. Nam si dictū esset: Appositus est ad patres suos. nulla qō heret, an forte est non solū hoīum sanctorū, sed ēt angelorū populus ciuitatis illius, de qua dr ad Heb.f. Accessistis ad montē & ad ciuitatē Dei Hierusalē, & ad millia angelorū exultantiū. Huic populo apponūtur, qui post hanc vitā placentes Deo fiunt. Tunc.n. dnr apponi qn iam non remanet sollicitudo tentationum, & periculū peccatorum, qd intuens scriptura ait. Ante mortē ne laudes hoīem quēquā. Hæc Aug. ex qua autoritate soluitur obiectio facta per postillatorē. Nā ad hoc quod dicit, q nullus pōt dici, appositus ad angelos, nisi qn transfertur ad gloriam. Respondetur ſm Aug. q qui post hanc vitam placentes Deo fiunt, dnr angelis apponi inquantū iā in eis cessat sollicitudo tentationū, & periculū peccatorū: sed sunt impeccabiles sicut angeli, licet adhuc statum gloriæ non attingant. Nec ēt vr inconueniens dicere, q cum sancti in hac vita existentes sæpe habeant angelorū consortia, q tales cum sint in limbo ad eorū consolationē ab angelo frequēter visitentur, & hoc vr sonare gl.interl. prædicta, cū dicit ad societatē angelorū, quod sonat continuū consortiū, sed dicit frequentiā angelorū, quod magis sonat frequentiam visitationis. Quod aūt postillator argui contra motiuū huius expōnis dicens, q ante mortē Iacob fuerunt recepti in limbo Adā & Abel. Dicendū, q de nullo sancto qui ante Abrahā decessit, legitur q fuisset appositus ad populū suū. Cuius rō pōt esse, quia illi licet decessissent in gratia, tamen forte habebāt aliqua uenialia, pro quib. oportebat eos esse in purgatorio ad tps, & sic pp tales non diceretur Iacob esse appositus ad populū suum, cū non essent adhuc in limbo. Et notandū, q scriptura loquēs de morte quorundā iustorū, qui ante passionē Christi decesserunt frequēter dr. Apposit⁹ est ad patres suos, seu, ad populū suū, vt in supdictis patet, & in alijs, vel obdormiuit cū patrib. suis, ut de Dauid 3.Reg.2. & de alijs qd idē sonat, sed post passionē Christi aliter dicit.s.obdormiuit in dño, vt Act.7. de Stephano, & in alijs sacris historijs et legendis sanctorū qd multū consonat catholicæ veritati. Nā primi quantumcūq. sancti non obdormiebāt in dño cū nondū in Deo requiescerent p beatā fruitionē, sed cū patrib. hoc spectātib. apponebantur, sed postremi sancti qui ianua calesti iā aperta statim post mortē Deo coniungebātur, dnr obdormire in dño, in quib. Apoc.14.c. Beati mortui qui in dño moriunt, ad quā mortem (quæ potius uita dicenda est) nos perducat dominus noster Iesus Christus, qui uiuit & regnat in secula seculorum.

Boetius.

Obdormire in domino.

REPLICA Correctorū contra Burg. In cap.49.

Vbi postillator clarè exposuisset testimoniū Iacob respū Ruben Burg. nescio quid consensum murmurās dicit, q nihil valet ad ppositū: Nā sup. c.4. in additione prima ponit regulā, q ille sensus est literę propinquior, qui extra literā pauciora supponit, quā regulā hic nō obseruat cum suo Gerundē. qui supponūt hic primo, q dolor & fortitudo de Rubē dicātur cōmēdatorie, qd tn nō probāt p aliquē textū, nec expōnes sanctorū. Secundo, q fortitudinis cōmēdatio fundet sup turpitudinē videlicet actū generādi, qui & si inf. limites matrimonij sit licitus, hēt tn turpitudinē annexā, p consequēs spiritussanctus hūc sensum nō efflagitat. igitur ſm B. Hiero. erroneus est. Tertio suppoūt, q actus gnationis sit actus fortitudinis uel roboris, qd est cōtra oēm philosophiā naturalē & moralē, nā quis sit actus naturalissimus uiuētiū p conseruatione spēi, ex scdo de aīa: nihil tn ibi apparet fortitudinis, qa nō est pro cōseruatione spēi, sed potius de consīone indiuidui. Etiā minuta & debilia aīalia actū generationis diligēter exercēt, imo & hoīes ægrotātes, nō est igit actus fortitudinis naturalis, multo minus moralis. Itē in eo.c. ubi postillator exponit illū passū. Nō auferet sceptrū d Iuda, &c. Bur. voluit aliqd addere, qd nisi distraheret a ueritate literæ & fidei, merito dissimularē. Fingit .n. cū suo pugione quoddā consistoriū hns simile uim sicut hēt capitulū, sede uacāte, p qd consistoriū putat Burg. cōcludere Iudæis, male hūc passum exponēt ib. pro tpe Machabęorū, qn de tribu Iuda nec erat sceptrū, nec principatus, sed qa illud consistoriū pdctū mansit apud Iudæos vsque ad destructionē ciuitatis, & tēpli scdi p Titū factā anno 83. post natiuitatē Christi. Dns.n. Iesus 33. uixit & 50. post passionē desolatio facta est, qui simul iuncti 83. annos faciūt, & sic ſm Burg & suos sensus illius loci. Nō auferet sceptrū de Iuda, &c. Est q Christus nō uenit ante ablationē illius cōsistorij, qd dicit hre autoritatē regalē, sicut capitulum pōtificalē sede uac. Modicū igit probare pōt additio sua cōtra Iudæos, nec multū certare p fide ur, qa eis admittit pl⁹ q 80 annos. Tū ēt qa nō probat illud cōsistorium fuisse de tribu Iuda sp, imò ſm opinionē cōem Scribę & cæteri Pharisæi q hoc cōsistoriū cōstituebāt, fuerūt de tribu Simeō & Leui, ut dicit hic gl. interl ut hr Deu.17. Suppletionē quoq. & pbanē suorū dictorū Burg. remittit ad forū Iulij, quia ad libros Iudæorū, q cōiter apud nos nō hns. Itē in eo.c. ubi postillator adducit expōnē glossæ mysticā, & ad literā, aliter ostēdit exponē tn illū passum. Ligās ad vineā, &c. Burg. se opponit, uoles illā mysticā expōnē fore literalē, qd tn non ur. Nā ſm B. Aug. & Greg. supra sæpe allegatos, ille est sensus literalis primus, qui per uoces uel terminos cōiter significātes accipitur sine absurditate. Vbi aūt in eo modo expōnēdi historia deficeret, & sine absurditate sic exponi nō posset, tunc primū ad mysticum sensum recurrendum est, in expōne aūt postillatoris nihil absurdum, sed totum literæ & rōni cōsonium, igit sensus p eum positus est primo literalis sensus autē gl. ord. & aliorum catholicorum nō solum hic, sed sępe mysticus est, et ut talis recipiēdus. Nō ualet igit argm Burg. quo dicit, qa Leo, hic accipitur metaphorice, igit alia.s. vitis & vinea metaphorice sunt accipiēda, qa sæpè in sacro eloquio fit mistio trāsumptionum & proprietatum, sicut sup. de Ruē totum est literale, tn in fine miscetur aquæ effusię, ita & inf. de Issachar p metaphorā dr asinus fortis: cætera autē sunt literalia. Ita hic de Iuda fit mistio metaphoricę & pprietatis. Et qd Burg. dicit expōnē glossæ haberi ex similitudinib. alibi positis, p hoc non plus probat, nisi q allegoria catholicorum doctorum sit bene fundata. Nam sensus mysticus nō est multum autēticus, nisi ex aliquo loco sacræ scripturæ possit persuaderi, Vt vult B. Aug. de doctr. Christiana ut sup. Item in eo.c. ubi postillator expōnē eorum dicit extraneā, quæ dicta de Issachar exponunt de studio sapientiæ. Burg. capta occasione debili contrarium, ptenaēs soluere rōnes postillatoris, qd tn sufficienter non facit, ut vr, na rnsionem primā rōnem Bur. fundat super iudicio hoīum indiscreto, quo sapientes stulti, & stulti sapientes consueuerunt iudicari, de quo iudicio ur 1. Cor. 1. 2. 3. & 4 p totum. Non igitur bene infert Burg. hoīes mundani sapientes & studiosos iudicant rudes & asinos, igitur sunt tales. In hac autē litera ubi dr. Issachar asinus fortis: nō dr de iudicio hoīum, sed de prophetia ipsi Iacob iudicio diuino reuelata, ſm q extraneum ur dicere, ut arguit postillator, secundum respectum uel similitudinē studiosum fore asinum. Sed quod Bur. allegat. Arist. 6. ethi. modicum facit pro eo, quia Aristo. consueuit antiquis detrahere. Non.n. pepercit magistro suo Platoni, multo minus alijs, ut patet i multis locis librorum B. Aug. Nec tamen Arist. dixit Anaxagoram & alios Philosophos fore asinos, si aliqn dixit eos ignaros, uel minus bene sentire, hoc tn improperabat antiquis, non quia studiosis, sed quia ignorantibus, & sic illud allegatum est contra propositum Burgen. pro solutione secundæ rationis

Cōtra Aristotelem.

quam

quã facit postillator. Burg. assumit, quod reperitur in scriptura hoĩes de tribu Issachar fuisse alijs in scĩa excellentiores, in loco tñ per eũ allegato non dr̃ quod erant eruditi in scientia, sed in tporum obseruatione pro ceremonijs, & ita fortasse erant famuli sacerdotũ & leuitarum, ad denunciandũ populo huiusmodi tporũ & ceremoniarũ obseruãtias ad modũ preconũ quod est vilis condõnis officiũ, sicut & cãpanistarum, dr̃ tñ quodlibet officiũ suos habere suo modo magistros. vtilitas quoque illius trib. innuitur in litera allegata per Burg. in qua cætera trib. uenientes in adiutorium Dauid, numerant̃ per millia ualentiũ, hęc trib. Issachar numeratur per ducẽtos prędicto modo ualentes. Nã reliquos oẽs de illa tribu dicit pedissequos, qui cõsilia sequebantur. q. d. sicut asinus stolidus directione egens, istis ducentis adeptis qui erant ut prædicitur eo modo studiosi. Vnde & gl. per Burg. adducta non loquitur assertiue, sed scdm aliorũ opinionẽ. Idcirco dicit gl. tradũt doctores in illa tribu fuisse, sed eorũ studia modificat, sicut supra dictũ est solum ad tpa ceremoniarum obseruanda, & populo intimãda uerbo, uel scripto. Et ad eundẽ effectum postillatoris illũ locũ allegatũ exponit, manent igitur rões eius in concussæ. Burgẽ. et hic contradicit proprię regulæ, q̃ posuit in prosecutione sui prologi, videlicet quod expõnes sanctorum debeant magis reputari, quã iudæorũ. Nunc aũt expositio q̃ fouet, est Iudæorum, & illa q̃ improbat, est B. Hiero. ut patet in gl. ord. Item cap. eo. ubi postillator ad intentionẽ magistri histor. illũ passum. Inde pastor egressus est, &c.

Regnũ Ieroboã a Deo.

exponit de regno Ieroboam, qui fuit de tribu Ioseph. Burg. dicit illã expõnem rõni inconsonã, allegans motiua, quia Ieroboã fuit pessimus idolatra: regnũ quoq; suũ etsi ad tps a Deo permissum, nũ q̃ tñ fuit gratũ. Cætera ibi ponit Burg. per longã digressionẽ, concludens q͞ prophetia Iacob de eo non põt exponi conuenienter. Sed reuera motiua Burg. sunt cõtra rotundũ textũ 3. Reg. 11. 12. & 14. ubi dicitur prophetam ex parte Dei regnũ decem tribuũ ei promisisse, & signo ostendisse, ut. n. ore

B

Dei ad Ieroboam. Te assumam & regnabis super oĩa quæ desiderat anima tua, eritque rex super Israel, si seruaueris pręcepta mea sicut Dauid, ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quo ædificaui domum Dauid, & regnum Iuda pugnare uolens contra regnum Israel, prohibitum est a domino dicente. 3. Reg. 12. f. Non ascendetis neque bellabitis contra fratres vestros, a me enim factum est verbum hoc, quæ oĩa non sonant in regnum promissum, sed ordinatũ, nec consonat Ieroboã fuisse idolatrã, & si post susceptũ regnũ factus sit pessimus: ante. n. susceptũ regnũ, vt dr̃ 3. Reg. 11. e. Erat Ieroboã vir fortis & potens, uidensq; Salomon adolescentẽ bonę indolis & industriũ, constituit eũ præfectũ super oĩa tributa vniuersæ domus Ioseph. Et cũ egrederetur Hierusalẽ: occurrit ei propheta Abias, voluntatẽ Dei prænunciãs, ut patet in litera, quæ nõ sonant eum fuisse idololatrã, sed bonũ, q̃uis post auersionẽ male egerit. Burg. dicit illud Oseæ 13. a. Dabo ei regem in furore meo, De Ieroboã scriptũ, sed neutrũ de eo scriptũ est, vt patet intuenti literã, & glossam sanctorũ utrobiq. Et quia Iacob uidit tribũ Ioseph in persona Ieroboã per dominũ sic exaltandũ in regnũ Israel, vt dr̃. 3. Reg. 11. prophetauit, dicens. Inde pastor egressus est, præteritũ pro futuro expressit. Et sicut præuidit circa Ieroboã & tribũ Ioseph Dei beneficentiã, ita præuidit ipsius Ieroboã post susceptũ regnũ scelus & malitiã, ideo postquã de eo dixit, Per manus potentis Iacob egressus est pastor, continuo subiunxit: Lapis offensionis & petra scandali, ipse. n. fecit Israel peccare multipliciter, ut dr̃. 3. Reg. 14. d. Stat igitur expositio postillatoris, vt literalis, gl. aũt & expositione sanctorũ mystica remanente: Itẽ in

C

eo. ca. postillator illũ passum. Benedictiones patris tui confortatę sunt, dupliciter exponit, primã tamen expõnem non multũ ponderans, in secunda residet, quæ vult q͞ confortatio benedõnum Iacob super benedictionib. patrũ suorũ quoad excrescẽtia notitiæ de Deo ex mysterijs fidei posteriorũ ad priores, quia in processu tpis per Deum aucta est claritas reuelationis, quæ more benedõnis, uel cũ benedõnib. facta est. Sed Bur. dicit illud ualde inconuenienter dici, motus addi rõnib. modici valoris. Cum. n. primo dicit Abraham esse patrẽ fidei, ex hoc tñ non sequitur eũ habuisse clariorẽ de credendis reuelationẽ intensiue extensiue q̃ posteriores, s. Iacob & cęteros prophetas, quanquã in materia obedientiæ, quæ ad fidẽ pertinet fuerit Heroicus per alijs, quasi pater, alij tñ in alijs non minus ad fidẽ pertinentib. eo fuerunt longe clariores, prout declarat B. Greg. in præfatione moraliũ post mediũ. In materia igitur obedientiæ oẽs uere obedientes sunt filij Abrahę, vt notatur ad Gal. 3. d. in textu et in gl. ita in materia patiẽtiæ vere patientes sunt filij Iob, & sic de alijs. Nec ex eo quod allegat Burg. q͞ in sinũ Abrahæ iusti deportabantur, Sequitur igitur: Habuit credendorũ clariores reuelationes quã posteri. Sinus. n. limbus patrũ dicebatur pp requiem ſm cõiter loquentes de hac materia, sed q͞ dictus est sinus Abrahæ ex euentu narrationis Christi est. Luc. 11. f. Et nusquã reperitur in scriptura alias. Inde ecclesia assumpsit, vt locum quietis aĩarum sinum Abrahę, non ꝑ Abrahæ sinum de quo Christus narrauit, quia ille erat limbus, quã requiem iam ecclesia minime petit, sed propter requiem æternam, quã metaphorice transsumit: Ex metaphora igitur Burg. nihil concludit, nec valet quod tertio sumit, id videlicet: Nũ cęlare potero Abrahę quæ gesturus sum?

Reuelatio facta Abrahę an maior omnibus.

D

Hoc. n. solum est in materia destructionis Sodomæ, ex quo non sequitur, quod Burg. intendit nec quod quarto assumit, valet, quod Abrahæ facta fuit reuelatio de luce æterna, & beatitudine & de his quæ pertinẽt ad eam, quia non sequitur, igitur posteriorib. intensiue uel extensiue facta non est de illis maior reuelatio & perfectior, in proposito. n. oẽm reuelationem factam Abrahæ constat fuisse per sensibilia & corporalia. Iacob aũt spirituali visione, vidit dñm innixum scalę, &c. Cõparanti reuelationes factas Abrahæ & Iacob in hoc loco scriptas, manifestũ est Iacob extensiue & intensiue supergressum in benedõnib. Sed Burg. pertractans rõnem postillatoris factã ex autoritate Dauid dicentis. Ps. 118. n. Super omnes docentes me intellexi, dicit id non debere intelligi, sic q͞ posteriores abundarent in his, quæ sunt necessaria ad salutem super priores & antiquiores, quia alias sequeretur quod moderni sancti abundarent super cognitione apostolorum, quod falsum esse dicit Burg. ipse tñ exponens illum locũ Psal. 118. n. dicit. Super senes intellexi, intelligendũ est de persona fideliũ, qui per tporum successionẽ plura explicitè cognoscunt de his quæ ad fidem pertinent quam antiqui, licet oĩa implicite continebantur in fide antiquorũ. Vnde patet quod Bur. sibijpsi cõtradicit, nec Burg. debuit dicere fore falsum quod B. Aug. dicit esse uerũ, loquens de consilijs generalib. li. 1. de unico baptismo. Dicit. n.

E

priora posteriorib. emendari, & experimento rerũ aperiri quod clausum fuerat, & cognosci quod latebat. Multa. n. post apostolos quæ fidei sunt, explicata sunt per generalia concilia spãliter quatuor, quæ B. Greg. ueneranda dicit, ut quatuor euangelia prout dr̃ 15. dist. c. sicut sancti. & in c. canones. Cum Burg. igitur sic sentiens, necessario habet dicere illuminationes hierarchicas imo & thearchicas esse simpliciter exhaustas, q͞ catholicũ dicere non decet. Burg. et pertractans rõnẽ vltimã postillatoris inuoluit se in contradictorijs. Dicit. n. q͞ natura, vt in plurib. procedit ex imperfectis: Et idem dicit ſm Boetium, q͞ natura semper sumit initium a perfectis, quę est manifesta contradictio, nisi tolleretur cum distractione, ut in principio Physicorum. s. de processu quo ad nos & quo ad naturã, & sic Burg. coincidit cũ postillatore in rõne per eum facta, quã tñ Burg. dicit non sufficere. Sed quia Burg. putat crimen lęsę maiestatis si q̃nque postillator contradicit S. Tho. non debuit contradicere B. Greg. ex debili rõne. Dicit. n. B. Greg. super Ezech. parte 2. Homil. 3. Per incrementa temporum creuit scĩa spiritualiũ patrũ. Plus namque Moyses, sed plus apostoli quam prophetæ in diuina scĩa eruditi sunt. Vnde scriptũ est. Pertrãsibunt plurimi, & erit multiplex scĩa. Dicit enim Deus ad Mosen. Ego sum Deus Abraham, Isaac, & Iacob, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Ecce plus Mosi quã Abrahæ innotuit. Item Dauid dicit. Super senes intellexi, per quod testatur diuinã scientiã se plus quã Mosen accepisse, & plus apostoli, & cætera quæ vide ibi. Ecce manifesta S. Greg. sñia, cui ausus est cõtradicere Bur. Nec mirũ, quia delirando proprię sñiæ contradixit, ut supra patuit. Pro sñia beati Greg. & postillatoris est beatus Augu. retractionum, ca. 12. Vbi ostendit fidẽ antiquorũ & modernorũ esse unã, & non differre nisi per minus & plus explicitũ. Explicatio igitur ad diuinam reuelationẽ pertinet, quæ benedictio supererogata, de qua hic sermo merito dici potest. Item cap. eo. ubi postillator arguit contra scholasticam historiã, in eo q͞ dicit appositũ Iacob ad populum. i. ad angelos, quia ut dicit, nullus alius populus põt assignari, pro eo q͞ in limbo patrum non erat tot quot populus dici possent, postillator arguit q͞ Iacob ad angelos non est positus tanquã ad populum suũ, quia angeli erant in beatitudine. Iacob aũt mansit in limbo usq; ad Christi resurrectionẽ, uel saltem mortẽ. Etiam dicit motiuũ eius non ualere, quia ante Iacob in limbo fuerunt plus quã decem, qui ſm leges populus dici possunt. Burg. aũt nititur saluare motiuum magistri historiarũ, uolens q͞ si multi decesserunt in gratia, uenerunt tamen purgandi, & sic in depositione Iacob nõ fuissent adhuc in limbo tot quot populũ facere possent, sed ista uia crudelis & impia uidetur, quasi in bis mille ducẽtis & amplius annis nullus fuerit ductus ad limbum patrum, nisi Abraham & Isaac quod est ualde impiũ, cum ex scriptura posset fieri computatio sanctorum & sanctarum illius tpis, ut merito populus dici posset, & si qui uenerunt purgandi, crudele est dicere, q͞ mille uel certe centum annis quis remanserit in purgatorio ante translationem ad limbũ, nec sufficit id quod Burg. de beato Augus. opinatiue loquente adducit pro conclusione q͞ populus hic dicantur angeli. Nam Angelorum habitatio non fuit in limbo, quãuis aliquando ipsum frequentabant pro patrum consolatione, ut dicit gl. interl. & sic angeli uisitantes potius apponũtur ad patres quam patres ad eos, quia ad eos angelos nemo apponitur, nisi translatus ad gloriam. Illi aũt uisitauerunt ipsos ob eorum consolationem, & sic proprie loquẽdo angeli, quo ad limbum fuerunt aduenæ, non incolæ, translati igitur ad limbum ad eos non possunt dici transferri quasi ad populũ incolentem, sed aduenam, & si sufficeret impeccabilitas, ut vult Burg. cum dæmones sint extra statum peccandi, ita dicerentur transferri ad populum translati ad consortium dæmonum. Melior igitur & clarior est expositio postillatoris, qua dicuntur translati ad populum trãsferri ad limbũ patrum expectantium translationem ad ęternam beatitudinẽ. Ad quam nos perducat Iesus Christus oĩs populi liberator & redemptor.

Dan. 12. b.
Exod. 6. a.
Psal. 118. n.
Poni ad populum suũ. n.

F

CAP. I.

a Quod cernens Ioseph, &cæ. *Transierunt quadraginta.* STRAB. Qui numerus pænitētiæ & humilitati cōuenit. Vnde in lege & in Euangel. a prophetis, & ab ipso domino obseruatus est.

AVGV. Quadraginta dies sepulturæ, quos memorat scriptura, forte pœnitētiā significant, qua sepeliūtur peccata. Nō. n. frustra quadraginta dies ieiuniorum sunt constituti, quibus Moses & Helias & ipse dominus ieiunauit, & ecclesia præcipuā obseruationē ieiuniorum quadragesimā vocat. Vnde & apud Ionā de Niniuitis scriptū est. *Adhuc quadraginta dies et Niniue subuertetur.* vt per tot dies accōmodatos, s. humilationi pœnitentiū intelligantur in ieiunis sua fleuisse peccata, & impetrasse misericordiā. Nec tñ luctui pœnitētiū hic numerus solū conuenit. Quadraginta. n. dies post resurrectionem fuit dominus cū discipulis suis intrās & exiēs, mādūcās & bibēs qui dies lætitiæ fuerūt. Nec septuaginta interpretes, errasse credendi sunt qui dixerūt. *Triduum et Niniue subuertetur.* Maiore enim autoritate præditi. quā interpretū officiū est prophetico spiritu (quo etiam ore uno in suis interpretationibus, qđ magnum miraculum fuit, cōsonuisse firmātur) *triduū* posuerunt, quāuis nō ignorarēt, qđ quadraginta dies in Hebræo legerentur, vt in Christi clarificatione intelligeretur dissolui & aboleri peccata, *qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram.* Clarificatio autē domini in resurrectione et ascēsione cognoscitur. Vnde hic quāuis vnū et eūdē spiritū dedit Primo postquā resurrexit. Secundo postquā ascēdit Et quia post triduū resurrexit. Post quadraginta autem dies asc edit. vnum horū quod prosterius factū est p numerum quadraginta dierū Hebræi significant, alterū uero de triduo quod ad eandē rē pertinet. Septuaginta memorāt, nō interpretationis seruitute, sed prophetiç autoritate. Nō ergo dicam⁹ vnū horū falsū esse, & p aliis interpretib. cōt. alios litigemus, cū illi q ex Hebræo interpretātur: probēt scriptū esse q interpretant, & septuaginta autoritas, q tāto diuinitus facto miraculo cōmendatur, tāta in ecclesiis vetustate firmetur.

Quadraginta dies fletus. Ionę 3.b. * quæso * obsecro. B Lxx. interpretes pro phetæ. * obsecro. * domus patris sui. C † plangentes.

b Septuaginta

CAP. L.

a QVOD cernens Ioseph, ruit 1 super faciem patris, flens & deosculans eum. Præcepitque seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus, transierunt qua-

a ¶ Qui numerus pœnitentiæ & humilitati conuenit.

draginta dies. Iste quippe mos erat cadauerū

a ¶ Decuplato septenario: quia luctus mortui septem dies.

b conditorum. Fleuitq. eum Aegyptus septuagin- 2 c ta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad Pharaonis familiā: Si inueni gratiam in conspectu vestro loquimini * in aurib. Pharaonis, eo quod pater meus adiurauerit me, dicēs: En morior, in sepulchro meo, quod 3 fodi mihi in terra Chanaā, sepelies me. Ascendā igitur * & sepeliā patrē meū, ac reuertar. Dixitque ei Pharao: Ascende, & sepeli patrem tuū 4 sicut adiuratus es. Quo ascendente * ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctiq. maiores natu terræ Aegypti: domus Ioseph cum fratribus suis * absque paruulis, & gregib. atque armentis, quæ dereliquerūt in terra Gessen. Ha 5 buit quoque in comitatu currus & equites: & fa

a ¶ Vbi murmurauit postea populus, & diuino igne consumptus est.

d cta est turba non modica. Venerūtq. ad aream 6

a ¶ Alias Achad.

† Azad quæ sita est trans Iordanē, vbi † celebrātes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt septē dies. Quod cum vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Plāctus magnus est iste Aegyptiis. Et idcirco appellauerūt nomen loci illius, plāctus Aegypti. Fecerūt ergo filii Iacob sicut præceperat eis, & portantes eū in terrā Chanaan, sepelierūt eū in spelunca duplici quā emerat Abrahā cum agro in possessionē sepulchri ab Ephron Ethæo contra faciē Mambræ: Reuersusque est Ioseph in Aegyptū 7 cū fratrib. suis, & omni comitatu, sepulto patre.

b *Septuaginta diebus.* STRAB. Ethnici nouē diebus mortuos suos flebant. Vnde & nouendialis, nona dies uocabatur, qñ sepelibantur Dei cultores. Septem diebus exequias celebrabant. Vnde Eccle. 22. b. *Luctus mortui septem dies: luctus autem fatui omne tempus uitæ eus.* Septenarius enim requiem significat. Vnde septima dies sabbatum, i. requies dicitur. Celebrant ergo septimam diem mortuorum, optantes illos cum domino requiescere a laboribus præsentis uitæ. Hinc ergo dicitur. *Fleuit eum Aegyptus septuaginta diebus.* qui est decuplatus septenarius. Septies enim deni, septuaginta sunt. Potest etiam dici, quia sicut tertia dies mortui agitur a fidelibus, vt anima quæ est triplicis naturæ requiescat, ita septimus dies celebratur, ut anima corpori recōcilietur, q carne illiciēte peccauit. In septenario enim tria sunt et quatuor: ternarius pertinet ad animā, quæ irascilibis & concupiscibilis & rationalis est Qua ternarius ad corpus qui quatuor cōstat elementis.

c *Et expleto planctus. etc.* AVGVS. Quod mandauit Ioseph potētes Aegypti, ut dicerent Pharaoni nomine eius. *Pater meus adiurauit me, dicens. In monumento, quod ego feci mihi in terra Chanaan, ibi me sepelies.* Quæritur, quomodo verum sit, cum hęc verba patris eius cum de sepultura mandaret, non legantur. Sed ad sententiā verba sunt referenda, sicut supra alia similiter iterata. Voluntati enim enuntiādæ & in notitiam perferendæ oportet verba seruire. Fodisse autem sibi Iacob sepulchrum nusquam superius legitur, sed forte nisi fodisset, non modo diceretur.

* CHRYSOST. Nondum fuerant portę inferi confractæ, neq; inferni vincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortem plangebant. Nunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & consummatio, & quies, & certa multaque sunt resurrectionis indicia, quasi de uita in uitam transferendi. Et sic exultemus & lætemur. Et quid dico de uita in uitam. de deteriori ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena ad cœlestem.

d *Veneruntque ad aream Azad quæ, & cętera*, Hic locus trans Iordanem

D Septimus dies exequiarum. E supra 47. g * vt sepelire patrem suum. † Atad. Historicè. F supra 23. d Act. 7. b Arca A. chad.

NICOL. DE LYRA Cap. L.

Diuisio 1 QVod cernens Ioseph &c. *Hic describitur executio sepulturæ ipsius Iacob. Vbi primo Ioseph sepulturam patris exequitur. Secundo in Aegyptum reuertitur. ibi.* Reuersusq; est. *Circa primū describitur cōpassio Ioseph ad patrē defunctū: cum dicitur:* Ruit super, *&c. Secūdo honoris exhibitio in cōdimēto corporis defuncti, cū dicitur.* Præcepitq; *&c. Et in fletu solēni super mortuum suum, ibi.*

2 Fleuitque, &c. *Septuaginta dies. s. 40. dies condimēti, & 30. fletus. Itē in impetratione licētiæ deportandi corpus patris sui ad locum sepulturę ualde remotum, & in honorabili deportatione cum comitiua valde solemni. Et patet lit. exceptis paucis uocabulis, quæ sunt exponenda,*

3 In sepulchro, &c. *hoc uidetur falsum, quia spelūca duplex in qua sepultus, est iam erat facta a tempore Abrahæ Dicēdū q Iacob pro se & Lia cōiuge sua fecerat ibi speciale habitaculū. Hebræi dicūt q emit, quia illa dictio Hebraica quę ibi ponunt, a æquiuoca est ad fodere & ad emere & secundum hoc diceudū est quod Iacob emit locum sepulchri, nō in se, sed in auo suo Abrahā, qui emit locum illum pro se & sua posteritate, ut habetur supra 33. c.*

4 Ascēde &c *Acsi diceret, nisi esset iuramentum non dimitterem te tre, quia eius præsentia erat ualde necessaria pro negocijs regni.*

5 Habuit quoque, &c. *In Hebręo habetur.* Currus & milites.

6 Veneruntque, &c. *Hebręi dicūt quod Azad nō est nomē proprium sed commune, & significat genus spinarum, q Gallice cocatur aiglētier quia area illa clausula erat in modum sepis talibus spinis.*

7 Reuersusq; est. *Hic consequenter describitur regressus ipsius Ioseph in Aegyptum, & secundo eius obitus: ibi:* Quibus transactis. *Circa primum describitur quomodo amicabiliter se habuit erga fratres suos post mortem patris, cum dicitur.* * 1 Quo

MORALITER.

1 *Quod cernens Ioseph, &c.* In hoc c. describitur maga solicitudo Ioseph de sui patris implenda voluntate quantum ad eius sepulturam, quam adimpleuit cum magnis valde laborib. & expensis, & per hoc ostenditur quod bonus filius debet esse multum solicitus de vltima voluntate parentum adimplēda, contra illos; qui per fraudes & uiolentias ipsam nituntur multipliciter impedire.

Quibus

Iordanem est, & distat ab Hebron septuaginta passuũ millib. A Prætergressi sunt ergo locum, in quo debebant sepelire eũ: & postea transito Iordane redierunt ad locum duplicis speluncæ. Vnde quæri, potest, quare hoc fecerint. Si dt aliquis, quia bella timebant sicut filii Israel circunducti per desertũ quadragĩta annis, donec trãsmisso Iordane venerunt ad terrã promissionis. Sed maioris significãtię causa factum est hoc. In loco enim quæ area Arad dicitur: postea multitudo filiorũ Israel murmurans contra dominũ, diuino igne cõsumpta est. Tanto ergo luctu non tã mors Iacob, quã ruina populi futura lugebatur a *Vixitq; centum.* AVGVSTINVS. Cum hos filios filiorũ vel nepotes filiorum dicat scriptura Ioseph viuẽdo vidisse, quo modo iungit eos sexagintaquinque animab. cum quibus Iacob Aegyptum dicit intrasse, cum Ioseph senescendo peruenit, vt eos natos uideret? Cum autẽ Iacob ingressus est in Aegyptũ iuuenis erat Ioseph, & eum pater moriens 56. fere annũ agentem reliquit, vnde constat mysterii causa illum numerum. i. septuagintaquinque scripturã cõmendare voluisse. Secundũ historiæ fidem Iacob cum septuagintaquinque animabus intrauit in Aegyptum, non illo vno die quo uenit, sed quia in filiis suis plerunque appellatur Iacob, id est, in posteris suis, & per Ioseph constat eũ intrasse in Aegyptũ. Introitus eius accipiẽdus est quandiu vixit Ioseph, per quẽ factũ est vt intraret. Toto. n. illo tẽpore nasci & viuere potuerunt omnes illi, qui commemorantur, vt septuagintaquinque animæ compleantur vsque ad nepotes Beniamin. Sicut enim dicit, *hi filii Lia, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Sirię*, loquẽs etiam de his qui non erant nati, quia illic parentes eorum ex quibus nati sunt, pepererat, ibi eos perhibens natos, quia causa qua nascerentur ibi nata est, .i. parẽtes eorũ, quos Lia ibi peperit. Ita quoniam causam intrãdi in Aegyptum Iacob in Ioseph habuit, totum tempus quo in Aegypto vixit Ioseph, ingressio erat Iacob in Aegyptum per suam progeniem quæ illo uiuo propagabatur, p quem factum est, ut ingrederetur.

†Odio habeat nos Ioseph. †Per præuaricationem. i. pacem. in qu. sup. Genesim. †sup. 45. b †cogitauit. Nu. 32. g. *Ioseph ipsius. B Heb. 11. d. †Exo. 13. d Iosue 24. g †15. q. 2. c Hebron. Iosue 24. g

Quo mortuo timentes fratres eius, & mutuo colloquentes, ne fortè † memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis malum omne quod fecimus * mandauerunt ei dicentes. Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro, † vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te. Nos quoque oramus † vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntque ad eum fratres sui, & proni in terram adorauerunt, atque dixerunt: Serui tui sumus. Quibus ille respondit: † Nolite timere. Num † Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, † & Deus † vertit illud in bonum: vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite metuere: Ego pascam vos, & paruulos vestros. Consolatusque est eos, & † blandè ac leniter est locutus, & habitauit in Aegypto, cum omni a domo patris sui. Vixitque centum decem annis, & vidit * Ephraim filios vsque ad tertiam generationem. Filii quoque Machir filii Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere faciet de terra ista, ad terram quam intrauit Abraham, Isaac, & Iacob, † Cumque adiurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos: asportate ossa mea vobiscum de loco isto, mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis, & conditus aromatibus repositus est in loculo in Aegypto.

¶ Valle lachrymarum. a Promissionis viuentium. b Fides. a ¶ Spes. b ¶ Charitas. ¶ Aegypto. ¶ Virtutum. ¶ In quo perennis vitæ reseruatur. ¶ Huius vitæ.

b *Asportate ossa, &c.* STRAB. Ioseph sicut pater eius terrã promissionis tota mente desiderabat, & incolatum Aegypti detestabat. Nos quoque moraliter instruit, ut quãdiu sumus in hoc mundo, terram promissionis, id est, viuentium semper desideremus, & ibi requiescere optem⁹: quod bene fit, si numerum annorum Ioseph moribus imitemur. Cẽtum enim & decem vitę annis expletis mortuus est. Nos quoque studeamus per decalogi obseruantiã ad æternam beatitudinem quam centenarius significat, peruenire c *Conditus aromatibus.* STRA. Fęlix est anima, quæ aromatib. virtutum condita in loculo corporis degens, quotidie proficiendo, perenni vitæ reseruat. Si quidem in fide spe, & charitate custodita fuerit, per gratiã Christi peruenire merebitur, ad speciem diuinæ contemplationis Cuius adeptio perfecta est lætitia. Vnde Psa. 15. c. *Adimplebis me letitia cum uultu tuo.*

†vt seruo Dei patri tui. †sed. †Pro Deo vel vice aut loco Dei egosũ †Viuificaret. i. pasceret in diebus ne moreremẽ †Locutus est ad cor eorum. E Moraliter

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quo mortuo, &c. *Timebant enim propter magnitudinem sui criminis, ne Ioseph dissimulasset uindicare dum pater adhuc uiueret, ad ui tandum anxietatem patris, & ideo patre mortuo & sepulto timebant ne uindicaret, propter quod quæsierunt ueniam, cum subditur.*

2 Mandauerunt. *Per filios Bala ut dicunt Hebræi, quos inter cęteros fratres magis diligebat.*

C 3 Pater tuus præ. &c. *Hoc finxerunt, ut amore patris Ioseph citius ad misericordiam flecteretur, Iacob etiam hoc non dixerat, quia non diffidebat de benignitate Ioseph. Aliter enim dixisset ei ore proprio ante mortem suam.*

4 Quibus auditis, &c. *Ex pietate fraterna, & in hoc ostendit quod contra eos malum non cogitabat. Vnde subditur.*

5 Nolite timere. *Et ad eorum consolationem subdit.*

6 Num Dei possumus resistere uoluntati. *Qu. di. non: & sic debetis esse consolati, quia Deus uoluit illud fieri, ut inde maius bonum eliceret, per me multis populis prouidendo.*

7 Ego pascam uos. *Et sic concedit eis plus quam petebant. quia petebant solũ remissionẽ, & ipse cũ hoc promisit eis uictualiũ prouisionẽ.*

8 Filii quoque Machir. &c. *Id est, tanto tempore ante mortem Ioseph, quod potuit eos tenere super genua sua, & blandiri eis, sicut senes solent facere pueris filiorum ac nepotum suorum.*

9 Quib. transactis &c. *Hic describitur obit⁹ & consummatio Ioseph ubi prouide ac deuote ordinauit de sepultura sua.*

10 Post mortem meam Deus visitabit uos. *Secundum quod promissum fuit Abrahæ supra 15. c.*

11 Et ascendere, &c. *in mirabilibus magnis, vt continetur in Exod.*

12 Ad terram, &c. *Quę fluit lacte & melle.*

13 Cumq. adiurasset eos atque. &c. *Et in ipsis posteros eorum de sepultura sua in terra promissionis. Vnde subditur.*

14 Asportate, &c. *Non enim adiurauit eos, q statim post mortẽ eius portarent illuc corpus suum, sicut portauerant corpus patris sui, & sicut portata sunt corpora fratrum suorum, vt dicit Iosephus. ut per hoc, quod corpus Ioseph remanebat in Aegypto, memoria beneficiorũ eius diutius remaneret apud Aegyptios, & sic suauius tractarent filios Israel inter ipsos manentes.*

F 15 Repositus, &c. *Non dicit sepultus, sed ossa eius dicuntur sepulta in Sichem. Iosue 24. ubi elegerat sepeliri. Ex quo patet, quod talis repositio funeris in aliquo loco usque ad tempus quo alibi transferatur ad remanendum, non dicitur nec est sepultura, & per consequens ut uideretur, de tali repositione non est portio canonica persoluenda. Ratio autem quare Ioseph fuit ita solicitus adiurare filios Israel de sepultura ossiũ suorum in terra promissionis, uidetur fuisse, qa habuit spiritum propheticum, ut patet ex prædictis, & ideo pie creditur q per spiritum sanctum præuidit Christum moriturum & resurrecturum in terra illa, & per consequens multa corpora sanctorum cũ eo resurrectura, ut habetur Math. 27. f. & ideo uerisimile est, quod sperabat resurgere cum Christo resurgente. Cui est honor & gloria in secula seculorum Amen.*

Mystice. Repositio cadaueris ad certum tempus.

MORALITER.

4 *Quibus il. res. no. ti. &c.* Hic ostẽditur clemẽtis Ioseph, quam debemus imitari. Non enim solũ eorũ nequitiam in se exercitã dulciter remisit, sed et ipsã dulciter excusauit & amicabilr. † *Vos cog. de me ma. & De uer. il. in bo. &c.* q. d. hoc prouenit ex diuina prouidentia. & nõ solum eos excusauit, sed etiam ipsos cum suis familiis sustentauit. ideo subditur.

7 *Ego pas. uos & par. vest.* Itẽ notandum, quod aliqui volentes diuinam impedire prouidentiam, per illam viam per q impedire nitũtur, eam implere cogũtur. Fratres enim Ioseph ipsũ vendiderunt, vt eum non adorarent, sicut osteña sibi uisio prętendebat supra 37. cap. & per hoc coacti fuerunt ipsum adorare, vt patet ex supradictis, & etiam in hoc capitulo ubi dicitur. *et proni in terra adorauerunt. atque dixerunt. Serui tui sumus.*

FINIS GENESIS.

PROTHEMATA IN EXODVM.

A Aec sunt nomina, &c. RAB. In penthateucho excellit Exodus, in quo, pene omnia sacramenta, quib. ecclesia instruitur, figuraliter exprimuntur. Per corporalem enim exitum filiorum Israel de Aegypto, corporalis noster exitus de Aegypto spirituali signatur. Per mare rubrũ & pharaonis submersionem, atq; Aegyptiorum, baptismi mysterium & spiritualium hostium interitus. Per typici agni immolationem & Hebræorum liberationẽ, veri agni passio & nostra redemptio. De cęlo datur manna, & aqua de petra. Ioan. 6.d.

B *Hic est panis, qui de cęlo descend.* & doctrina Christi. In monte dantur præcepta atque iudicia populo Dei, vt superius subijciamur disciplinis. Tabernaculum & vasa eius construuntur, cultus & sacrificia imperantur, quibus ecclesiæ ornatus & spiritualia sacrificia significantur. mystica vnctio & thymiamata conficiuntur, quibus sanctificatio spiritus & orationis odoramenta cõmendantur. Hinc Paulus ait. *Omnes eandem escam spiritualem mãducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt, &c.* 1. Cor. 10.a. Hinc quoque Ioan. *Facta sunt hæc inquit ut scriptura impleretur.* Ioan. 17. c. *Os non comminuetis ex eo.* Ibidem 19.g. Bed. ואלה שמות veelle semoth Hebraicè: ἔξοδος Grecè: exodus exitus vel egressus Latinè.

Allegor. †familiis. Vbi supra + qui ingressi.

GLOSSA ORDINARIA.

CAP. I.

a R *Vben, Simeon, Leui, &c.* & BED. Quatuor ordinibus Patriarchæ in scripturis numerantur. Primo Natiuitatis vt in Genesi ubi filiorum Natiuitas narratur. Secundo benedictionis, vt in eodẽ ca. quadragesimonono. Tertio libertatis, vt erga tabernaculũ fuerunt. Quarto narrando, vt hic in Exodo, qui tres supradictos non sequitur. Vndecim filij Iacob, qui cum eo in Aegyptũ ingressi sunt, immo duodecim addito Ioseph Apostolos significant, quibus verus Iacob ait. *Sicut misit me pater, & ego mitto uos in mundum.*

In Exod.

E

b *Erant igitur, &c. septuag. animæ,* i. septuaginta discipuli, cũ Iacob, i. Christo ingrediuntur in Aegyptũ, id est, mundum missi, ad prædicandum. Aliter, septuaginta animæ Aegyptum ingresse, mystice in numero remissionis accipiũtur, vt huic, s. seculo, quod per Aegyptum figuratur, post tanta peccata detur remissio peccatorum.

Gen. 46. b

c *Quo mortuo, &c.* ISID. Sic postquam verus Ioseph pro omnibus gustauit mortem, & destruxit eum qui mortis imperium habebat multiplicatus est populus fidelium. Nisi. n. in terra granum mortuum fuisset solum mansisset.

ORIGEN. Si moriatur in te Ioseph, id est, mortificatione Christi in te suscipias, & mortifices membra tua peccato multi-

Hom. 1. F

# LIBER EXODVS HEBRAICE

ואלה שמות veelle semoth, id est, Hæc sunt nomina Græcè ἔξοδος, id est exitus.

## CAP. I.

a H Æc + sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum cum Iacob. Singuli cum † domibus suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, b Zabulon, & Beniamin, Dan, & Nephthali, Gad, & Aser. Erant igitur omnes animæ eorum + quæ egressæ sunt de semore c Iacob septuaginta. Ioseph autem in Ægypto erat. Quo mor-

Interlinear: Quę nomina scripta sunt in cęlo. Deum videntium. a Secundum illud Psal. 25. a. In innocentia mea ingressus sum, &c. b Mundum. c Christo duce, qui in tenebris Aegypti sanctos illuminat. Vnde Psal. 26. Dominus illuminatio mea, &c. a Imitatoribus vel familia actuum vel cogitationum vel virtutum. b Per duodecim filios Iacob, duodecim apostoli designantur. a Visionis filius. b Auditio. c Additus. d Confessio. e Merces. a Habitaculum fortitudinis. b Filius dextrę. c Iudicium. d Conuersio vel comparatio. e In procinctu vel felicitas. f Beatus. a Vnde. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est & sui eum non cognouerunt. Ioan. 1. a. Discipuli. b Christus. c In mundo. d In cruce.

NICOLAVS DE LYRA.

POSTILLA SVPER EXODVM. CAP. I.

Lex.

H Aec sunt nomina filiorum Israel. *Secundum quod dicit Isid. 5. li. etym. c. Lex est nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate omnium conscripta. Ex quo patet, quod illud quod imponitur aliquibus personis singularib. non habet proprie rationem legis, sed illud quod imponitur communitati & pro bono communi. ex quo patet quod datio legis præsupponit adunationem plebis & ideo postquam Moses descripsit in Gen. electionem fidelis populi, fideles ab infidelibus separando, vt patuit in processu illius libri. hic consequenter describit dationem legis diuinæ, isti populo sub fide vnius Dei adunato. Et quia ex illo populo Christus erat nasciturus secundum carnẽ, qui est sanctissimus sanctorum; vt Dicitur Daniel 9. ideo ille populus debuit* C *speciali sanctitate pollere. & ideo data est ei lex diuina ad Christum disposit iua, secundum quod dicitur Psal. 147. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Et ad Roma. 3 a. Quid ergo amplius Iudæo, aut quæ vtilitas circuncisionis? Multum quidem per omnem modum, primum quia credita sunt eis eloquia Dei. *Data est autem lex dupliciter. Primo in quodam generali quantum ad præcepta ordinantia ad Deum & ad proximum, & sic data est in hoc libro. Secundo magis explicando in speciali, & sic data est in alijs duobus libris sequentibus. In hoc ergo libro sic proceditur, quod primo describitur fidelis populi liberatio de seruitute Aegypti. Secundo legis datio in monte Sinai. 19. cap. Circa primum considerandum, quod quia sicut actum est in prima parte huius libri, determinatur de exitu populi de Aegypto, ideo iste liber nominatur Græcè ἔξοδος, quod est exitus Lat. sicut & liber præcedens dicitur. γένεσις Græ. quod est generatio, quia in principio tractatur de generatione creaturæ, accipiendo large generationem pro creatione & formatione. Vnde ibidem secundo cap. quasi pro recapitulatione dicitur.* Istæ sunt generationes cæli, & terre, quando creaturæ sunt, &c. *Hic liber Hebraicè vocatur* ואלה שמות *veelle, emoth. id est, hæc nomina quia quinque libri Mosi nominantur apud Hebræos per uocabula quæ sunt in principio librorum. Liber autem iste sic incipit.*

Diuisio.

1 Hec sunt nomina, &c *In prima igitur parte, vbi agitur de exitu filiorum Israel de Aegypto, Moses primo continuat dicta in præcedenti libro dicendis, in suo secundo exequitur propositum, ibi.* Surrexit interea *Circa primum sciendum, quod Gen. 46. a. vbi agitur de descensu Iacob in Aegyptum nomina eorum qui cum eo descenderunt, ibi sunt expressa in particulari, sed hic per modum cuiusdam recapitulationis propter continuationem prædictam: exprimuntur tamen in particulari nomina Iacob & filiorum eius & aliorum tamen in generali cum dicitur.*

2 Singuli cum domibus. *i. cum familijs suis introierunt.*

3 Erant igitur, &c. *In Hebr. habet septuaginta. Qualiter autem iste numerus narretur in pluribus scripturæ locis, & concordantia apparentis dissonantiæ dicta est. supra c. 46. Gen. d.*

4 Ioseph, &c. *Istud dicitur, quia quam diu vixit, bene fuit filijs Israel in Aegypto, & post mortem eius quamdiu fuit memoria de beneficijs eius.*

MORALITER.

Allegor. 1 ALLEGO. *Hæc sunt nomina filio, &c.* Per filios Israel existentes in Aegypto, allegoricè significantur Christiani degentes sub imperio Romano. In primitiua vero Ecclesia per prædicationem Apostolorum aliorumque discipulorum miraculis euidentibus confirmatam, multiplicati valde fuerunt Christiani per orbem, quod notatur cum dicitur, Filii Israel. MORALITER. *Hę sunt nomina, &c.* Per filios autem Israel manentes cũ Aegyptijs, intelligi possunt virtuosi manentes cum vitiosis,

Moraliter

regem autem Aegypti diabolus, qui dicitur princeps huius mundi. Io. 12. e. Hic autem rex excitat populum suum, id est, malorum collegium ad persecutionem iustorum vt per impatientiam frangantur, sed frequenter auxiliãte Deo, per hoc magis crescunt in virtute per meritum patientię. Nisi. n. esset persecutio tyrannorum, non esset gloria martyrum. Per obstetrices quæ fuerunt populo Israel contra mandatum Pharaonis, intelliguntur boni principes & prælati, qui fauent bonis & iustis, contra voluntatem diaboli.

multiplicantur in te filij Israel sensus, s. boni, & spirituales. Si in sensus carnis mortificentur, sensus animę crescunt, & moriendibus in te vitijs, virtutes augentur & terra te multiplicat in operibus bonis, quæ per officium corporis ministrantur. Paulū multiplicauerat terra, qui dicebat. *Permanere autem in carne magis necessarium est propter vos*. Dum enim manet in terra id est, in carne sua, multiplicatur credēdo, ecclesia acquirendo populum Deo, & ab Hierusalem vsque ad Illyricum Euangeliū prædicando.

† Impleta est eis terra.

a *Surrexit interea*. ORIG. ALLEG. Hic est diabolus, qui *dixit in corde suo non est Deus*, qui genti suę, i. apostatis Angelis dicit. *Ecce populus filiorū Israel*, eorum, s. qui possunt mente Deum videre, potētior est nobis. *Venite, opprimamus eum sapienter*. Sentit diabolus, quia magnus sit populus Israel, & fortior ipso, quia sæpe congressus est & sæpe superatur. Scit Iacob luctatum esse, & adiutorio Angeli obtinuisse contra aduersarium, & inualuisse cum Deo. Aliorum quoq; sanctorum luctas sensit, spiritualia certamina pertulit, timet ne quando eueniat bellum & consentiant aduersarijs eius, & deuictis eis decedant de terra sua. Videtur mihi ex his quę patriarchis & prophetis de aduentu Christi indicata fuerant, quia sentit venturū qui exuat principatus eius & potestates, cum fiducia triumphet eos & affligat in ligno crucis.

† Act. 7. c. Allegor.

† eya vel agite.

RAB. In chronicis Eusebij & Hieronymi legimus q̄ post ingressum Ioseph in Aegyptū, primus Amosis regnauit ann. 25. post eum Nebron annis tredecim. Dehinc Amenophis ann. 21. post hunc Mephes annis duodecim, post quē Misphar Metusis annis triginta sex. Deinde Tithmosis octo, post eum Amenophis triginta vnum, sub quo Amram genuit Mosen, cum esset annorum septuaginta. Omnes reges Aegyptiorum Pharaonis prius appellabantur, sicut nunc Ptolomæi, & Arsacidæ reges Persarum, Cæteri Augusti Romanorū, habebant tamen propria vocabula, sicut ille sub quo Ioseph in Aegypto fuit, Mephres, vocatus fuit, a quo vsque ad Cenchrē qui filios Israel afflixit, & ī mari rubro periit, multi Pharaones fuerūt

ORIG.

ORIG. MORA. Primum requirere velo, quis est rex in Aegypto, qui scit Ioseph, & qui nescit. Dum enim ille regnaret qui sciebat Ioseph, non dicuntur afflicti filii Israel, neque in luto, & latere consumpti, neque masculi eorum necati & fœminę viuificatę, sed cum cœpit regnare qui non nouerat Ioseph.

Si dominus regis nos & sensus mentis vel animæ nostræ illuminatura Deo, memorans Christum resurrexisse a mortuis in Aegypto, id est, in carne nostra, spiritus noster regnum cum iustitia tenet & filios Israel, id est sensus rationabiles, vel virtutes in luto & latere non cōsumit, nec curis terrenis atterit. Si horum memoriam sensus noster perdiderit, Christum nescierit, tunc sapientia carnis, quæ est inimica

† agamus cū eo, vel consultemus de ipso.

tuo & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione sua, filii Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt, ac roborati nimis: † impleuerunt terram. Surrexit interea rex nouus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph. Et ait ad populum suum: † Ecce populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est: † Venite, sapienter † opprimamus eum, ne forte multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq. nobis, egrediatur è terra. Præposuit itaque

a Martyribus primis. b Imitatoribus. a Quia mortuum, granum frumenti multum fructum affert. Io. 12. d. a Latitudinem mundi. b Sapientia carnis. c Diabolus qui est rex super omnes filios. Io. 12. d. a Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Psal. 13. a. b Christum. c Apostatas angelos. a Corporeas voluptates. b Sanctorum Deum videntium. a Sapientia, s. carnis, quæ est inimica Deo. Numero vel merito. b Corporaliter vel spiritualiter. a Christi & militie eius. b Ne. Christo & angelis suis vel discipulis. a Exuens imaginem terreni hominis. Vnde, Egredere de terra & de cognatione tua. Gen. 12. b.

Deo, succedit in regnum. Alloquitur gentem suam, id est corporeas voluptates, & vitiorum ducibus ad consilium vocatis, deliberat contra filios Israel quomodo circumueniantur, opprimantur luto & latere affligantur, mares exponant fœminas, alant, ædificēt ciuitates Aegypti, & ciuitates munitas. Nec putandum est diuinos libros Aegyptiorum gesta narrare sine causa, sed quæ *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*. Roman. 15. a. vt qui hæc audis, si forsitan baptizatus es, & annumeratus inter filios Israel, & suscepisti in te dominum regem & post hæc uolueris declinare & opera sæculi agere, actus terræ & lutea explere ministeria, scias quia surrexit in te rex alius qui nescit Ioseph, rex Aegypti, ipse te cogit ad opera sua, & laterem operari & lutum, ipse super appositis magistris & compulsoribus ad opera terrena flagellis agit, vt ædifices illi ciuitates, per seculum discurrere facit, maris & terræ elementa pro cupiditate turbare, forum litibus pulsare, & pro exiguo terræ cespite propinquos iurgijs fatigare, castitati insidiari, decipere innocentiam, domi fœda, foris crudelia, intra conscientiam flagitiosa committere. in huiusmodi scito te regi Aegypti militare, quod est mundi huius spiritu agi.

b *Præposuit itaque eis, &c.* ORIGE. Diabolus conuocata gente sua

Allegor.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Filii Israel, &c. *Dicūt Hebrę, q̄ mulieres Hebręę in quolibet partu pariebant plures pueros, & aliquando vsque ad quatuor, aliquando vsque ad sex, ideo dicitur.*

2 Et quasi, &c. *Sicut per germinationem unius grani nascuntur similiter multa grana.*

3 Ac roborati, &c. *Hoc dicitur hic ad continuandum respectu sequentium, quia talis multiplicatio fuit occasio affligendi populum, ut postea dicitur.*

4 Surrexit, *Hic Moses exequitur propositum de populi liberatione, & primo describitur afflictio Israel. Secundo prouisio ducis liberantis, cap. 2. Tertio afflictio regis. cap. 5. Et quarto eductio plebis c. 7. circa medium capitulo.* Vocatisque Moyses & Aaron. *Adhuc præmittitur afflictionis causa, Secunda afflictio ipsa, ibi.* Præposuit itaque. *Causa autem una afflictionis populi Israel fuit mutatio regni, quod fuit translatum ad aliam domum, ut dicit Iosephus. Et hoc notatur cum dicitur.* Surrexit interea rex nouus super Aegyptum, *& in talibus mutationibus frequenter contingit, quod illi qui prius erant dilecti in regno, fiunt odiosi.*

Diuisio.

Nota nouus rex, nouus lex.

5 Qui ignorabat opera Ioseph, *Propter dictam mutationem vel temporis longitudinem. Causa alia afflictionis populi fuit inuidia Aegyptiorum contra filios Israel, eo quod Aegyptij luxuriosi erant & inordinate viuentes, & ex hoc fiebant debiliores in corporibus, & minus apti ad productionem prolis, & pauperiores in temporalib. Filij autem Israel contrario modo viuentes, erant fortiores in corporibus, & plus in prole multiplicabantur & in diuitijs, quod notatur cum dicitur.*

6 Ecce populus filiorum Israel multus, *scilicet in numero.*

7 Et fortior nobis est, *in robore & diuitijs. Iste est modus inuidi, quod bonum aliorum sibi maius uideatur, quā sit. Licet enim filij Israel fortiores & ditiores essent vulgaribus Aegyptijs facta comparatione numeri ad numerum, tamen rex, nobiles, et potentes, fortiores erant in diuitijs & potentia, & vulgares homines multo plures quam filij Israel.*

8 Venite sapienter, &c. *Iste est modus superbi quod astutiam serpentinam suam putet sapientiam, cum tamen sapientia non possit esse nisi respectu finis boni & per medium conueniens.*

9 Ne forte multiplicetur. *ad hoc. n. intendebant eos affligere laboribus, ut minus possent uacare amplexibus & generationi.*

10 Expugnatisque, &c. *in damnum nostrum, quia filij Israel magnū censum reddebant regi annuatim, & faciebant multa opera Aegyptijs, erant enim subtiliores eis in artificialibus.*

11 Præposuit itaque, &c. *Hic describitur ipsa afflictio populi, & primo*

## MORALITER.

1 *Creuerunt filij Israel, &c.* Sed per Imperatores Romanos fuerunt multum afflicti in fodiendo arenam & deportando pro thermis ædificandis, & hoc notatur cum dicitur.

Allegor.

2 *Præposuit itaque eis magistros operum, qui eos affligerent oneribus, &c.* Postea uero præceperunt Christianos in cōfessione Christi constanter perseuerantes occidi, pusillanimes autem Christum negantes in uita dimitti, quod notatur per hoc cum dicitur.

† Præcepit

A fua opprimere cupit rationabilem fenfum, q nūc figuraliter dicitur Ifrael: præficit magiftros operū qui cogant eos difcere opera carnis, fecundum illud Pfal.cv.f. *Commifti funt inter gētes & didicerunt opera eorum.*. Docet ædificare ciuitates Pharaoni, B quę Phithon fignificat os defectionis vel Abyffi. & Rameffes quę eft commotio tineæ, & on.i.heliopolis, quæ dicitur ciuitas folis. deficit os cū mendaciū loquitur a veritate & ꝓbationibus. Ille ab initio mendax fuit, & ideo tales ciuitates vult fibi ædificari eos abyffi, quia abyffus perditionis eius eft locus. Alia eius ciuitas eft cōmotio tineæ. Qui enim eum fequitur, ibi thefaurizat, vbi tinea demolitur, & fures effodiunt & furātur. Mar.vj.c. Ciuitatem quoque folis ædificat fallo nomine *tranffigurat fe in angelum lucis.* B In his occupit mentes quę factę funt vt videant Deū. Profpicit tamen imminere fibi bella, & maturum gentis fuæ exitiū. Ideo dicit gēs Ifrael ualet fuper nos, vtinam & nos fentiat ualere fuper fe, vt fcilicet cogitationes & cōcupifcentias malas quas immittit, non fufcipiā, fed iacula ignita fcuto fidei repellam, & in omnibus quæ fuggefferit, dicā. Matt.iiij.b. *Vade retro fathana. Scriptum eft enim* Deuterono.vj.c. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi foli feruies.* Sed & hoc quod dicit, ne forte accidat nobis bellum, & cōfentiāt hi cum aduerfariis noftris ex propheticis uocibus præuidet fibi venturum bellum, & derelinquendum fe a filiis Ifrael, & quod confentiant aduerfario eius, & adiiciantur ad dominū: hoc eft quod Hieremias ait, Hiere.xvij.b. *Clamauit perdix, cōgregauit quæ non peperit. Fecit diuitias & non iudicio: In dimidio dierum eius derelinquent eum, & in nouiffimis fuis erit ftultus.* Intelligit ergo perdicem fe quæ non peperit, cōgregaffe, & quod hi quos C fine iudicio congregauit, relinquent eum, & fequentur Chriftum, qui genuit. Ipfe ftultus remanebit cum ad factorem fuum & parentem vniuerfa creatura confugerit: ideo indignatur, dicens: Ne expugnantes nos exeāt de terra noftra. Nō vult nos exire de terra fua, vt femper portemus imaginē terreni, ne eo relicto fugiamus ad eum, qui pręparauit regnū cęlorū, relinquentes imaginē terreni, & fufcipientes imaginem cæleftis. Ideo ftatuit magiftros operū, qui artes fuas doceāt, & nos artifices malitiæ faciāt. Et quia funt multi magiftri malitiæ, quos ꝑfecit Pharao q imperant, exigunt, extorquent terrena opera. Ideo Chrifto veniēte fecit alios doctores contra illos pugnantes, qui fubiicentes omnes principatus eorū, & poteftates & uirtutes, defendāt a violētia filios Ifrael, & doceāt Ifraelitica opera, & mēto videre Deū: relinquere opera Pharaonis, exire de terra Aegypti, Aegyptios mores & totū veterē hominē cū actib. fuis exuere, & īduere nouum, q fecundū Deū creatus eft.

D

*Allegor.* Isi D. Ifrael populū Chriftianū, Pharao Zabulom fignificat, q luti & lateris imponit grauiffimū iugū, feruitutē. f. terreni & lutulēti operis admiftis paleis, id eft, leuib. & irrōnabilib. factis ut oībus onere peccatorū oppflis, nemo fit q regnū eiꝰ difperdat aut vīcat.

E

*Allegor. Hom.2* a *Dixit autem, &c.* ORIGE. Hæc non folum in mundo q Aegyptꝰ fpiritualiter dr̄, fed in vno quoq; noftrū depꝛhēdimus. princeps huius mundi non vult uiuificari mafculos, fed fœminas In fœmina caro & affectus carnis defignatur, vt autē rationabilis eft fenfus, & intellectualis eft fpūs, qui poteft cęleftia capere Deū intelligere, quæ furfum funt, quærere. hūc odit princeps Aegypti, & necari cupit, cupit aut quæ carnis funt viuere, & quæ ad materiam pertinēt corporalem, hęc non folum viuere, fed augeri & excoli. Vult enim vt oēs carnalia fapiant: tēporalia, & quę funt fuper terram quærant: nemō leuet ad cœlū oculos, nemo requirat, vnde huc venerit, nemo patriam paradifū recordet. Cum ergo videris homines in voluptatib. vitā ducere, luxu fluitare. cōuiuiis & impudicitiis operam dare, fcito quia ī his rex Aegypti mafculos necat, & viuificat fœminas. Si vero vnum de mille ad Deum cōuerti, oculos furfum erigere, ęterna quęrere odiffe delicias & luxuriam, amare cōtinentiā, illum quafi mafculū necari cupit Pharao ꝑfequit̄, mille machinis oppugnat, odit tales, viuere in Aegypto nō finit. Inde eft ꝙ mundo ferui Dei habentur contemptui, expofiti cōtumeliis: inde in cuftodia & perfecutiones concitantur.

F

*Hom.2* b *Obftetricibus Hebræorum quarum, &c.* ORIGE. Itę etiam obftetrices corrumpere nititur, *quarum una uocabatur Sephora*, id eft. paffer, *altera Phua*, fcilicet rubens vel verecūda, per has necari mares & viuificari fœminas q̄rit, fed & timebant obftetrices Deū & non ficut pręcepit eis, fecefunt. Obftetrices docuerunt ante nos quandā rationabilis eruditionis formam tenere. Ob-

Margin: † tributorum. † thefaurorū vel granaria & munitiones quafdam. † Rameffes. † & anguftiis afficiebantur ꝓpter filios Ifrael & feruitute fecerunt Aegypti filios Ifrael in feuitia vel rigore. † opere. † agrorū. † Et videbitis fuper fellas pro bè fiam redidit in terpres.

a ¶ Dæmones diuerforum vitiorum artifices. ¶ Terrenorum. b ¶ Vt principalia vitia. c ¶ Corporis vel animæ.

eis magiftros † operum, vt affligerent eos oneribus: 1

a ¶ In quibus feruiant diabolo. b ¶ Diffipatori vel malleo vniuerfæ terræ. c ¶ Os defectionis vel abyffi.

Aedificaueruntque vrbes † tabernaculorū Pharaoni, Phithom 2

a ¶ Commotionem tineæ vel malitiam detinentem. b ¶ Cum diabolus Chriftum & Chriftianos occidit numerus fidelium creuit. Vnde. Cum enim infirmor, tunc fortior fum. Et virtus in infirmitate perficitur.

& † Ramafes. Quantoque opprimebant eos, tanto magis mul- 3

a ¶ Sanctos Deum videntes.

tiplicabantur & crefcebant. † Oderantque filios Ifrael Aegy- 4

a ¶ Mundani.

ptii, & affligebant illudentes eis & inuidentes, atque ad ama- 5

a ¶ Lutulentis, fcilicet, & terrenis.

ritudinem perducebant vitam eorum operibus duri luti, & 6 lateris, omnique † famulatu, quo † in terræ operibus preme-

a ¶ Diabolus. b ¶ Legi & Euangelio.

abantur. Dixit autem rex Ægypti obftetricibus Hebræorum, 7

a ¶ Paffer.i.lex fpiritualis. b ¶ Rubens vel verecunda, quia Chrifti fanguine Euangelia rubent.

b quarum vna vocabatur Sephora altera Phua, præcipiens eis: 8

¶ Primæ natiuitati infidiatur diabolus, & fuis præcipit vt ftatim irruant, & fluctibus feculi obruant.
¶ Iefus vt afcendit de baptifino ductus eft in defertum a fpiritu, vt tentaretur a diabolo, fed vicit ieiunando, vt ieiunijs & orationibus fcias effe vincendum: oblata fibi mundi regna & gloriam contempfit, vt hic contemnendo fuperes tentantem.

Quando obftetricabitis Hebræas, & † partus tempus adue-

## NICOLAVS DE LYRA.

*Diuifio.* ✻ *primo in occulto. Secūdo in aperto, ibi:* Pręcepit autē. *Circa primū dicit:* Præpofuit eis magiftros operum: *& ifti erāt Aegypti odientes eos.*

1 Vt affligerent eos oneribus: *id eft, corporalibus laboribus, quæ licet effent ad vtilitatem regis, tamen principaliter intendebant debilitatem filiorum Ifrael, vt minus poffent generare, & prolem debiliorem facerent.*

2 Aedificaueruntq; vrbes tabernaculorū Pharaoni, &c. *In Hebręo habetur* thefaurorum, *quia factæ funt ita fortes, ac fi deberēt ibi reponi thefauri: & ibi pofuit rex Aegypti milites, nec aliquis filiorum Ifrael poffet egredi regnum abfque regis licentia, ne aliquis exteriorum ingredi. Erant enim huiufmodi fortalitia in extremitatibus regni.*

3 Quantoque opprimebat eos, tanto magis multiplicabātur. *Quia* non eft confilium contra dominum. *Prouerbio.xxi.d.*

4 Oderātque filios Ifrael Aegyptii, *iftud odium oriebatur ex inuidia prædicta.*

5 Et affligebāt illudentes eis, *verbis duris & pungitiuis.*

6 Atque ad amaritudinem perducebāt uitam eorum, &c. *Tū propter grauitatem operum, tum propter eorum uilitatem. Dicit enim Iofephus, quod compellebantur exportare feces & immunditias de vicis extra ciuitatem.*

7 Dixit autem rex. &c. *Videns enim rex Aegypti, quod propter grauitatem operum non impediebantur, fed magis multiplicabatur, Deo hoc faciente, Hebræorum multiplicationem voluit impedire per obftetrices, eis præcipiendo, vt mafculos interficerent in pariendo, & fingerēt effe aborfum.*

8 Quarum vna voca. &c. *Dicunt* Hebræi *quod prima iftarum fuit* Iochabeth *filia Leui, & fecūda Maria foror Mofi, & fuerunt binomię ut dicunt, & fecundum hoc exponunt quod fequitur infra.* & quia timuerunt obftetrices Deum, ædificauit illis domos. *fcilicet domum facerdotalē & regiam, quia prædicta Iochabeth fuit mater Aarō, vt dicunt, cui & pofteris eius datum eft facerdotium & Maria coniuncta eft Caleph in matrimonio, quæ altero nomine dicta eft Ephrata, & ab ea denominata eft ciuitas Bethleem, vt fupra dictum eft. Gen.xxxv. & xlviij. de qua ciuitate natus eft Dauid primus rex de tribu. Iuda. Sed iftud dictum contrariatur textui præcedenti & fequenti, quia dictum eft prius, c. ifto, quod iā ante mortuus erat* Iofeph, *& omnes fratres eius. & omnis cognatio eius, fcilicet quantum ad illos qui ingreffi fuerant Aegyptum cum* Iacob, *inter quos* Iocbabet *filia Leui cōtinetur, vt dictum eft Gene. xxvi. & fic iam ante erat mortua. Item in fequentib. cap. iftæ obftetrices ad fui excufationem dixerunt:* Non funt Hebrææ ficut Aegyptię mulieres, ipfæ enim habēt obftetricādi fcientiā, & priufq̄ veniamus ad eas, pariūt, *quæ excufatio nulla effet.*

nere. Obstetrices enim medicæ sunt, & tam masculos nascẽtes q̃ fœminas fouent. Eruditio ergo communis est rationabilis scientiæ, & ad omnẽ penè peruenit sensum, omnes ĩstruit & fouet. Si quis in ea virilis animi fuerit, qui velit cęlestia quærere, diuina sectari velut medicatus & fortis, per has eruditiones ad diuinorũ intelligẽtiã paratior veniret. Est ẽm vna velut passer, q̃ celsiora docet, & rationabilis doctrinæ pennis in altum peruolat. Altera rubens vel verecũda moralis est, mores cõponit, verecundiã docet & honestatẽ. Mihi tamen (qa dicit Scriptura de his, ꝙ *timuerũt Deũ, & non fecerũt iuxta præceptũ regis Aegypti*) videntur vtriusq; testamẽti figuram seruare, & Sephora, q̃ passer interpretať, legi q̃ spiritualis est, ꝯuenire. Phua vero q̃ rubẽs vel verecũda indicare euãgelia, quæ Christi sanguine rubent, & per vniuersum mundũ passionis cruore rutilãt. Ab his ergo animæ quæ nascuntur in ecclesia, velut obstetricibus medicãtur, quia de scripturis cũcta eruditionis medicamina cõferunt. Tentat tñ Pharao per has necare masculos, cum studiosis in diuinis scripturis hæreses & praua dogmata suggerit. Sed stat immobile fundamẽtum Dei. Timẽt. n. obstetrices Deũ, id est, timorẽ Dei docẽt, qui est initium sapiẽtiæ. Sic competẽtiꝰ aptatur quod sequitur, quia timebãt obstetrices Deum, ęfecerunt sibi domos. Quod secũdũ literã, nullam consequentiam habet. Non enim propterea domus fit, quia timetur Deus. Si aũt videas, quomodo scripturæ noui & ve. testamenti timorẽ Dei docentes, domos ecclesiæ faciãt, & totum orbem domibus orationis impleãt, rationabiliter scriptũ videbitur. Sic ergo istæ obstetrices quia timent Deum, id est, timorem Dei docent non faciunt præceptum regis Aegypti, sed viuificãt masculos, nec tamẽ dicitur: quia paruerũt fœminas viuificantes. Ego autem confidenter dico, non viuificant fœminas. Neque enim vitia aut luxuria ĩ ecclesia docentur, aut peccata nutriuntur, quod vult Pharao, cum viuificari fœminas iubet. Sed sola virtus excolitur & nutritur. Verum hæc ad vnumquemq. referamus. Si times Deũ, nõ facias pceptum regis Aegypti: ille enim præcepit vt in delitiis viuas, pſentia cõcupiscas. Tu si times Deum & exhibes officium obstetricis, animæ tuæ si cõferre cupis, viuificas masculos, id est, interiorẽ hominẽ qui ĩ te est medicaris & foues, & per actus & intellectus bonos, vitam acquiris æternam.

a *Si masculus fuerit, &c.* ISID. Iubet Pharao masculos occidi, fœminas viuere, sic diaboľ ne possit robur fidei præualere, in terfectis virtutibus vult vitia uiuere fortesque & uiriles animi sensus, quib. diuina sapimus, id est, rationem, prudẽtiam, constãtiam, innocentiamque, & fidem nitiť occidere, & quod fœmineũ, imbecillũ, fragile, & pronum est ad vitia, cupit superesse, id est, ambitionẽ violentiam, libidnem, iracũdiam, & his similia, quæ fœminarum figura sunt.

b *Quæ responderunt, &c.* AVGVSTI. Quæritur, utrum talia mendacia approbata sint autoritate diuina, quia scriptum est, Deũ bene fecisse obstetricibus. Sed vtrũ pro misericordia ignoscebat mendacia, an etiam mendaciũ dignum prçmio iudicabat Deus, incertũ est. Aliud enim faciebant obstetrices viuificando paruulos, aliud Pharaoni mentiẽdo: In viuificando opus misericordię fuit. Mẽdacio vero ꝓ se vtebanť, ne Pharao noceret illis, qđ potuit non ad laudem, sed ad veniam ptinere. Neque hinc autoritas mẽtiẽdi data est eis, de quib. dicitur: *Et non est in ore eorũ inuentum mendacium.* Quorundam enim vita lõgè inferior à professiõe sanctorũ, si habeat ista mendaciorũ peccata pro ucctu ipso & indole feruntur, præsertim si beneficia nõdum norunt expectare cęlestia, sed circa terrena occupãtur. Quorum autem iam cõuersatio in cęlis est, non eos æstimo linguæ modum circa ueritatem falsitatemque exemplo obstetricũ debere ĩformare.

c *Bene ergo fecit, &c.* ✠ DIODORVS. *Fecit illis domus*, & Simmachus & Aquila vertebant, nõ vt septuaginta, *fecerunt sibi domus.* Quo loco domus nõ ędificiũ aliquod significat, sed quomodo Dauid vsus est, *domus Israel benedicite Domino. fecit itaque illis domus*, hoc est adduxit earum genus atque familias ita, vt ex ea re celebrarenť. Dominus. n. frequenter pro ꝯsanguineis & familia vsurpatur. GREG. Sũmoopere cauendũ est mendaciũ quis sit culpę lenioris, si qsquam mentiatur præstando beneficiũ. Sed qa scriptũ est: *Os quod mentitur occidit aĩm. Et perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Hoc quoq; perfecti refugiunt, vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne noceãt animæ suæ, dũ nitũtur ꝓdesse carni alienę quanque hoc peccati genus facilè credimus relaxari. Nã si quælibet culpa sequẽti pia operatione purgatur: quãtò magis hęc facilè abstergitur, q̃ mater boni operis pietis comitatur. Multi verò obstetricũ fallacia conãtur asserere hoc genꝰ mnedacii nõ esse peccatũ, qa ædificauit eis Dominus domos, ĩ qua magis cõpensatione noscitur quid culpa mendacii mereatur. Nã benignitatis earũ merces quæ potuit in æterna vita retribui, ꝓ culpa mendacii in terrenã compensationem declinata est, vt ĩ vita sua quã mentiendo tueri voluerunt, quæ fecerunt bona p ciperent, & vlterius quod expectarẽt, mercedis præmiũ non haberẽt. Nam & si subtiliter perpẽdatur, amore præsentis uitæ mentitæ sunt, nõ intẽtione mercedis. Parcẽdo enim conatæ sunt infantium vitam tegere mentiendo suam.

AVGVST. in li. de locutionibus. Et quia timuerunt obstetrices Deũ, ædificauit illis domos. Nũquid antea domos nõ habebãt, an ad diuitias hoc uerbũ pertinet uel potius ad aliquas rei familiaris idoneas facultates? Simile enim uidetur qđ ait Iacob socero suo. *Nunc ergo quando faciam et ego mihi domum.* Dixerat enim quod creuerant pecora Laban sub illo, quod ipse Labã ꝯfessus est, dicens, *Benedixit mihi Deus in introitu tuo.* Subĩtelligitur ergo sicut & tu, hoc enim uidetur ualere quod ait *Et ego*, vt ad ipsam domum faciendã pertinere uideatur quod consequenter à Laban merces statuenda, proponit.

Sephora. Phua. | B | C | Allegoricè. | D | E | Apo. 14.b | ex Catena Græca. | li. 18. mor. c. 2. & 3. | F | Sap. 1. c | Ps. 5. b. | † 22. q. 2. c quælibet. | Super exodon loc. 1.

a ¶ Virtus robusta. b ¶ Statim ne præualeant crescentes. c ¶ Vitium fragile.

a nerit, si masculus fuerit, interficite illum, si fęmina, reseruate. 1

a ¶ Timere docuerunt. b ¶ Rationalis doctrina & moralis.

Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta 2

¶ Virtutes.

præceptum regis Aegypti, sed conseruabant mares. Quibus

a ¶ Princeps huius mundi.

accersitis ad se, rex ait: Quidnam est hoc, quod facere voluistis, b vt pueros seruaretis? Qui responderunt: Non sunt

a ¶ Timore mortis suæ mentiuntur, quod puniendum est, sed timore Dei pueros seruauerunt, quod remunerandum est.

Hebrææ sicut Aegyptiæ mulieres. Ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt.

¶ Quia timuerunt Deum. a ¶ Abundantiam.

Bene ergo fecit Deus obstetricibus & creuit populus, confor-

c a ¶ Abundantiam tribuendo.

tatusque est nimis, & quia timuerũt obstetrices Deũ, ædificauit 3 4

Prace-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *si duæ obstetrices prædictæ essent Aegyptiæ. Itẽ non est verisimile, quod volens occulte interficere masculos Hebręorum, hoc exequeretur per mulieres Hebræas, & ideo dicendum, quod non fuerunt illæ duæ prænominata, de quibus certum est, quod fuerunt Hebrææ, sed fuerunt Aegyptię mulieres, quas præfecit dicto operi nephario, vt suum propositum assequeretur. Tenendum est etiam quod sub istis duabus, quę non sufficerent pro tanto populo, fuerunt plures alię ad istud ministerium, sed duab. de principalibus tantum fit hic mentio, in quibus rex idem præceptum dedit aliis subiectis.*

1 Si fœmina, reseruate. *Tum quia multiplicatio fœminarum non poterat rebellionem contra regem facere, tum quia rex volebat eis vti ad luxuriam Aegyptiorum, & ad aliqua opera quę mulieres Aegyptiæ facere nesciebant.*

2 Timuerunt autem, &c. *Tum qui informatę fuerunt de contrario per Hebręas mulieres, ostendentes eis offensam Dei, tum quia horruerunt mortem fradulentam innocentium.*

3 Et quia timuerunt, &c. *Parcendo masculis Dei timore & facti horrore.*

4 Aedificauit, &c. *Beatus Greg. dicit* domos *scilicet temporales multiplicando eis bona temporalia. Beatue autem Hier. super Esa. cap. 65. dicit, domos, idest, virtutes pro quibus in cœlestibus requie fecerẽt propter quod dicendum, quod vtroque modo debet intelligi, quia propter pietatem erga innocentes & timorem Dei, dominus dedit eis gratiam, per quam conuersæ fuerunt ad fidem vnius Dei, & ritum Hebręorum, & sic Deus ędificauit eis domos spirituales. Nec hoc abstulit mendacium ipsarum, quia fuit inofficiosum & ueniale peccatum, quod non aufert gratiam: sicut nec mendacium Iudith abstulit eius meritum exponendo se periculo pro liberatione populi sui, licet aliquo modo diminauerit. Fuerunt etiam illę obstetrices in populo Iudeorum inter ma-* ✠ *iores*

Moraliter Hom.2 A a *Præcepit,&c.* ORIG. Aegyptii quibus hic præcepit Parao fœminas tantũ viuificant, oderant masculos. Oderũt.n. virtutes, vitia nutrierunt. Nunc quoque insidiantur Aegyptii, si nascatur masculus Hebreis, vt statim interficiant, nisi caueat, obseruent & occultent. Refet scriptura qđ de tribu Leui, aliqs genuit masculum, et vidit infantẽ esse elegantem, & occultauit eum. B Ne ergo iustitiam nostram faciamus coram hominibus, sed clauso ostio oremus patrem nostrum in occulto, & nesciat sinistra quid faciat dextra, ne diripiat ab Aegyptiis, inuadatur, fluctibus submergatur, si facio eleemosynam quia est opus Dei, masculum genero, sed si laudem ab hominib. C quæro, & non occulto, rapitur ab Aegyptiis, in flumen mergit & tanto labore, tantoque studio Aegyptiis masculum genu.

a illis domos. † Præcepit ergo Pharao omni populo suo, di- 1 cens: Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proii 2 cite: & quicquid feminei, reseruate. 3 4

a ¶ Dissipans vel apertio oris uel os abyssi. ¶ Ad literam vel filios dedit. b ¶ Dæmonibus vel ini quis hominibus vel vitijs. ¶ Opus bonum. ¶ Virtutum. ¶ Fluctus seculi. ¶ Vitiorum.

D Ibid. ✻ IDEM. videte quid princeps mũdi huius præcipit suis, vt īfantes nostros rapiant, & in flumen proiiciãt, primæ statim natiuitati insidiantes, vt cum vbera ecclesiæ prima contigerint irruant, diripiant, persequantur, vndis et fluctibus seculi absorbeant. Vide statim vt renatus fueris, qđ tibi imminet. Sic Ies⁹ statim ut ascendit de baptismo, *ductus est in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo.*

E In Ecclesiastẽ. c.3. b *Quicquid fœminei.* HIERON. Vbicunque in scripturis fœmina legitur & sexus fragilior, ad materiæ intelligentiam transferamus. Vnde & Pharao nõvult masculos nasci, sed fœminas, quæ materiæ sunt vicinę, & contrario nullus sanctorum nisi perraro fœminas genuisse narratur. Soluisque Salphaat, qui in peccatis mortuus est omnes filias genuit. Iacob vnius filiæ pater est, & ob ipsum periclitatur.

✻ IDEM

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *iores promotæ, & sic ædificauit eis domos tẽporales, sicut in li.* Iosue *legitur factum de Raab. quæ suscepit exploratores, quod conuersa ad fidem iuncta est in matrimonio. Salomon principi tribus* Iudę, *& in lib.* Iudith *de Acpior, quomodo conuersus est ad fidem Iudæorum & in illo populo promotus.*

1 Præcepit, &c. *Hic describitur afflictio manifesta, uidens enim rex Aegypti quod per obstetrices masculi Hebręorum non occidebantur occulte, uoluit hoc facere manifeste. Vnde dicitur:* Præcepit, &c. *id est, Aegyptys inter quos manebant Hebræi.*

2 Quicquid mascul. &c. *Ipsis Hebręis.*

3 In flumen, &c. *Non enim dicit iugulatæ, quia proiectio intra flumi erat minus horrenda ad exequendum Aegyptys, & cito poterat fieri, qa Nilus fluuius diuiditur in multis locis per terram Aegypto.*

4 Quicquid fœmi. &c. *Ex causa præcedenti.*

† 1 Præcepit ergo, &c. Quicquid masculini sexus natũ fuerit in flumen proijcite, quicquid autẽ fœminei reseruate. *Per masculos enim Christiani constantes intelliguntur, per fœminas uero incõstantes.*

## ADDITIO.

*Exodi in cap.i. ubi dicitur in postilla:* Causa alia afflictionis populi fuit inuidia Aegyptiorum.

*Tanta multiplicatio filiorum Israel non uidetur attribuenda naturalibus causis tantum, ut puta, quia ordinate viuebant, & huiusmodi, prout in postilla, sed principalius attribuenda est uoluntati diuinę hoc miraculose agenti, vt promissionem adimpleret patribus factam. Vnde Gen. xxij. dicitur* Abrahę. Multiplicabo semen tuũ. *Similiter & alijs patribus. & hoc patet ex modo loquendi scripturę cum dicit in hoc c.* Filii Israel creuerũt quasi germinantes. *Ex quo videtur, quod multiplicatio eorum erat tanta, quod assimilabatur germinationi terræ nascentium, quæ ex paucis granis multum fructum affert: & isto modo dicitur Ezech. xvi. a.* Multiplicatam quasi germẽ agri dedi te. *Idem patet ex hoc quod sequitur, infra eo. c.* Quanto opprimebant eos tanto magis multiplicabantur crescebant, *quod non est secundum cursum communem naturalem ut manifestum est. Vnde Deut. x. a. legitur.* Ipse est Deus tuus qui fecit tibi hec magnalia, & terribilia quæ uiderunt oculi tui. *Et sequitur.* In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Aegyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus Deus tuus sicut astra coeli.

REPLICA. *Correctorij contra* Burg. *caluminiatorem. Circa prim* Exodi *postillator uolens assignare causas odij Aegyptiorum ad filios Israel, dicit unam fuisse, quia filij* Israel *ordinarie uiuentes erant fortiores corpore, & abundantiores in prole, &* Inde *traxit* Burg. *imponens postil. quod per hoc uoluit multiplicationis Israel causam assignare solum naturalem, quod tamen falsum est, quod Burg. patere potuit, si plene postillatorem uidisset, sed more tentantium eius dicta truncatim uidere uoluit, & sic sæpe occasionem contradicendi sumpsit. Postillator enim infra e.c. reprobans malitiam Aegyptiorum impedire volentium multiplicationem filiorum* Israel, *dicit.* Non est consilium contra dominum. *Vnde patet eum sentire, quod opus domini fuit tanta multiplicatio. Et infra e.c. dicit. Videns rex Aegypti, quod propter grauitatem operum non impediebantur, sed magis multiplicabantur, Deo hoc faciente, quo nihil manifestius dici potest, quam quoe illa multiplicatio fuit per Deum naturam adiuuantem.*

GLOSSA ORDINARIA.

Cap. II.

EGressus est, &c. RABB. Hinc Iosephus ait. Metuēs autem Amram ne captus regiæ iræ succumberet, & ipse cū puero deperiret, & Dei prouidētiā excluderet, deliberauit potius hoc modo pueri ɔsulere saluti, prouidentiamque latendi hanc esse iudicauit. Vas rotūdum ex vimine complicitū velut alueoli magnitudine præparauit, quod sufficeret vt īfans ibi spatiosè iaceret. Deinde vnxerūt illud bitumine. Natura namque bituminis est, vt in viminalibus uasculis accessum possit aquæ coercere. Illic ergo mittentes infantem, & circa fluuium ponentes, eius salutē Deo reliquerunt. Thermut igitur filia regis: hæc dum luderet circa litus fluminis, portari à fluuio illud vas cōspiciens, præcepit, vt ad se ille alueus portaretur, venientibus autem qui ad hoc fuerant destinati cum alueo, videns infantem, valde gauisa est ꝓpter magnitudinem & speciē eius. tanto enim De⁹ studio circa Mosen vsus est, vt ab ipsis, q propter eius natiuitatē decreuerunt interimere omne gen⁹ Hebræorū, alimento & cura dignus haberet: iussitque mulierē adduci Themut regis filia, quæ daret infanti mamillam. Quo nō accedēte ad illi⁹ vbera, sed euitāte, & hoc in multis mulierib⁹ faciente, Maria assistēs his, q fiebant, vt quasi videretur ex operibus ei inter alias astare, ait: Frustra ô regina has mulieres ad nutrimentū infantis vocas, q nullā ad eū cognationem habent. Si vero quandam Hebraicarum mulierū adduci præceperis, puto tanquam cōtribulis suę poterit vbera excipere: cūq; putaretur bene dixisse iussit hāc ire ut aliquam, q eum lactare posset, adduceret. Illa uero accepta hōi potestate, reuersa est agēs matrem nulli cognitam. Infansque gratè quodam modo eius accessit ad ubera, & supplicāte regina, cōmissum est ei cū oī diligentia pueri nutrimentum. Cui fm rerum euentum nomen Mosi est impositum, eo quòd de flumine sit extractus. Moses. n. Hebraicè diciturמשה Mose, à uerbo משה maša, quod extrahere significat siue educere, vt est Moses de flumine eductus.

Thermut filia Pharaonis.

ALLEG. Parentes Mosi, quorum fidem & opera lex naturalis decorabat, patriarchæ sunt, à qbus ipse Moses & illi, q lege literę acceperūt, nati sunt. Tribus ergo mēsib⁹ Moses i domo parentum natus occultat, cum lex vetus tribus tēporib. in Iudaica plebe ante aduētū Christi lateret, hoc est sub iudicibus, sub regibus, sub sacerdotibus, donec venit ipse, qui legem dedit, & ꝓ totā mūdi latitudinē spiritualiter eam obseruandā gentibus tradidit. Filia autē Pharaonis, ecclesia est de gentib. cōgregata, q quamuis nūc uero gaudeat parente hoc est Deo patre, tamen ante aliū quādo idolis seruiebat, secuta est patrem. De qua per diuinā uocem in psalmo ad ipsā dictū est, Psal. xliiij. c. *Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere, &c.* Hæc ergo exiuit de domo patris, & uenit ad aquas baptismi, ut lauaretur a peccatis q cōtraxerat in domo patris sui, ueniensq; ad baptismū, suscepit legem, q lex tūc intra fiscellā erat scirpeā ex multis virgultis, siue ex papyro ꝓtextā ac linitam pice & bitumine, quia uilibus utique & terrestribus Iudæorū sordebat septa traditionibus, usquequo ecclesia sumpsit illā de palustribus & luteis loculis carnaliū sensuum & intra sapientiæ ueræ aulās & regalia tectā hāc infantiam suā apud suos trāsegit, apud illos. s. q spiritualiter eam intelligere nesciebāt paruula & lactantium cibus. cū uero ad ecclesiam, uenit, & per eam ritè intellecta est fortior efficitur. Quid igitur est, q mercedem accepit illa, quæ puerū nutriebat a filia Pharaonis, nisi q synagoga apud quam lex nata & nutrita erat ab ecclesia istam mercedē accepit, ut ultra idola nō coleret, uidens eos q ex gentib. crediderant ita cōuersos ad dñm, ut penitus respuerent simulacra, & ultra non colerēt, ipsa quoq; docetur erubescere idola colere.

Allegor.

a *Vir de domo, &c.* DIODORVS. Non sine œconomia pater Moses prętermittitur. Nam & Christus cuius typum gerebat Moses, sine patre est.

Catena Gręca. Hom. 54. in act. Ap.

b *Et uidens, &c.* ✱ CHRYSOSTOM. Mirabile est quod non per

CAP. II.

¶ Ratio. ¶ Amram. s. cuius vxor Iochabeth.
a ¶ Familia. b ¶ Sanctorum qui additi Deo.

EGRESSVS est post hæc vir de domo Le-1 ui, & accepit vxorem stirpis suæ: Quæ 2 concepit & peperit filium: & videns eum

a ¶ Sensualitatem rationi conuenientem.
b ¶ Quia patruelis. i. amita ipsius.
a ¶ De ratione. b ¶ Opus bonum.

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. II.

EGressus est, &c. *Hic consequenter ponitur Ducis liberantis prouisio: Vbi primo eius conditio describitur. Secundo ad liberandum populum mittitur. 3. cap. Adhuc primo describitur conditio Mosi tempore prosperitatis. Secūdo tempore aduersitatis, ibi:* Audiuitque Pha. *Circa primū describitur natiuitas Mosi. Secundo educatio nati, ibi:* Ecce autem descende. *Tertio inclinatio adulti, ibi.* In diebus illis. *Natiuitas autem Mosi primo describitur ex tribus, cum dicitur.*

1 Egressus est post hęc uir de do. Le. *Et iste fuit Amram filius Caath. Et accepit vxorē, ista acceptio non potest intelligi de acceptione in matrimonio: quia dicitur hic:* Postquam præceptum regis de masculis Hebræorum submergendis, *& iam ante vxor Amrā pepererat ei Aaron, qui natus fuit tribus annis ante Mosen, vt habetur infra. vij. c. vbi dicitur:* Erat autem Moses octoginta annorum, & Aron octogintatrium, quando locuti sunt ad Pharaonē. *Similiter & Maria filiam suam, quæ in natiuitate Mosi erat iam iuuencula ita magna quod poterat intelligere & alloqui homines, vt consequenter dicetur, & ideo dicit Iosephus & doctores communiter, quod ista acceptio intelligitur de copula carnali, quia propter edictum regis separauerat se ab vxore quantum ad carnalē copulam, magis eligens non generare quam quod filij statim submergerentur in flumine, & intentus erat orationibus erga Deum, vt vellet respicere populum suum tam crudeliter afflictum: & dominus in somnis eum admonuit, quod secure ad vxorē suam accederet, & quod ex illa generaret filium, qui populum liberaret, & sic eam accepit, id est, matrimonialiter eam cognouit.*

2 Sritpis suę. *In Hebræo habetur:* Filiam Leui. *Ex hoc dicunt* Hebræi, *quod ista fuit* Iochabeth, *quam Leui genuit. Item hoc videtur per quandam glo. quæ dicit quod Amram accepit Amitam suam, scilicet, sororem patris sui Caath, & per consequens filiam Leui. Sed hoc videtur falsum, quia dictum est cap. præcedenti, quod personæ, quæ ingressæ sunt Aegyptum cum Iacob, mortuæ erant ante istam afflictionem populi, inter quas computatur Iochabeth, etiā secundum opinionem Hebræorum, ut dictum fuit supra Gen. 47. Item dato quod adhuc viueret, oportet dicere secundum dicta Hebræorum, quod in natiuitate Mosi ipsa esset centum triginta annorum. Quod probatur sic, quia a natiuitate Isaac vsque ad exitum filiorum Israel de Aegypto fluxerunt anni quadringenti, vt dictum est Gen. 15. c. super illud verbum.* Et affligent eos annis quadringentis. *Item a natiuitate Isaac vsque ad natiuitatem* Iacob *fluxerunt sexaginta anni, vt dictum est, Gen. 15. c. vbi dicitur.* Sexagenarius erat Isaac, &c. *Item a natiuitate Iacob vsque ad descensum eius in Aegyptum fluxerunt anni centum triginta, prout ipse dicit Gen. 47. b.* Dies uitę meę centum triginta annorum sunt. *Et sic patet quod a natiuitate Isaac usque ad descensum in Aegyptum fluxerunt centum nonaginta anni, & sic de quadringentis annis prædictis remanēt ducenti decem anni, a quibus si subtrahantur octoginta anni quos habebat Moses in exitu de Aegypto, vt prædictum est, remanent centum triginta anni, qui fluxerunt a descensu* Iacob *in Aegyptum vsque ad natiuitatem Mosi. Ex quo sequitur quod* Iochabeth *filia Leui, quæ computatur inter descendentes in Aegyptum cum* Iacob *in natiuitate Mosi si viuebat, erat centum triginta annorum, & sic transierat in ea tempus concipiendi, quod & concedunt Hebræi, sed dicunt quod miraculosè factum est, quod conciperet Mosen, sicut diuina reuelatione conceptus est, sed hoc non ualet, quia non solum de Mose oportebat eos dicere miraculum esse factum, sed etiam de conceptu Aaron & Marię quia Aaron tribus annis tantum natus fuit ante Mosen, vt prædictum est, & sic* Iochabeth *mater eius, erat centum uigintiseptem annorum*

Infra 6. c nu. 23. g. i. Pha. 23. b

Sap. 18. b. Act. 7. c. Heb. 12. d.

MORALITER.

Allegor.

1 ALLEGO. *Egressus est, &c.* Per virum qui dicitur a virtute potest intelligi spiritussanctus, qui Sap. vii. c. dicitur: *Omnium artifex omnium habens uirtutem.*

2 Et *accepit etc.* id est, virginē Mariā quādo sibi desposauit eād.

3 *Quæ concepit & peperit filium*, scilicet, Iesum Christum authorem Euangelii, qui bene significatur per hunc filiū qui fuit lator veteris testamēti. MORAL. Per quē intelligitur spiritussāctus ratione prędicta, cuius vxor dicitur mens bona, sibi per fidem & deuotionem coniuncta, quę concepit filiū, id est, boni operis propositum, & parit, deducendo ad effectum, sed in principio dēt ocultari, ne per inanē gloriam ualeat frustrari.

Moral.

✱ 1 Ab-

per ea quæ videtur securitatis esse, sed plane per cōtraria, omnia pro nobis fiunt. Iussit Pharao in flumē proiici pueros, nisi piecti fuissent pueri, nō fuisset seruatus Moses. Quādo seruabatur, nō erat in honore, qn̄ expositus est, tūc factus in honore est. Minatus est illi Iudęus, dicens, *Nūquid me occidere tu vis,* & hoc illi profuit, vt philosopharet in solitudine ac secure viueret.

Hom. 2. Allegor.

ORIGN. Pharaonis filia est ecclesia de gentibus congregata cui per prophetam dicitur. Psalm. xliiii. ca. *Obliuiscere populum tuū & domū patris tui, quia concu. rex. spe. tuam.* Hæc est ergo, quæ exiuit de domo patris, & venit ad aquas vt lauaretur a peccatis, quæ cōtraxerat in domo patris. & statim viscera misericordiæ suscepit, & miserta est infantis, hæc veniens in paludem, inuenit Mosem iacentem expositum a suis & fecit eum nutriri. ri. Nutritur apud suos, ibi agit infantiā fortior factus ducitur ad eam, adoptatur in filium. Moses legem significat: Veniēs ergo ecclesia ad aquas baptismi suscepit legē intra tibin conclusā, & bitumine linitā. Tibin ergo est tegminis genus ex papyro contextum & virgis, vel ex cortice arborū formatū. Iaceoat ergo lex clausa intra huiusmodi tegmina pice & bitumine linita, vilib. s. & tetris Iudęorum sensib. sordebat oblita vsquequo ecclesia veniret ex gētib. & assumeret eā de luteis & palustribus locis, intra sapientiæ aulas & regalia tecta. Infantiem tamen apud suos transigit, apd uillos. n. qui eam spiritualiter non intelligunt, paruula est & infans & lactantiū habēs cibos, cū ad ecclesiam venit, fortior est Moses & validior, amoto. n. velamine literæ, perfectus in lectione eius cib. inuenit. Mercedem nutrimentorū accipit a filia Pharaonis, apud quam lex nascitur & nutritur. Sed quid est, quod synagoga accipit ab ecclesia puto illud quod Moses dicit. *Ego in non gentem in æmulationē vos inducam in gentem insipiētem, in iram vos concitabo.* Synagoga ergo de ecclesia, hanc mercedem accipit, vt vltra idola non colat. vidēs enim Gentiles ita ad Deum conuersos, vt vltra idola nesciant erubescit vltra idola colere. Nos quoque si Pharaonem habuimus patrem, si nos in operibus malis genuit, cum venerimus ad aquas assumamus legē Dei, non nobis sordeant literæ velut tegmen obscurum, quæ parua eius sunt & lactantia comedamus, quę perfecta sumamus & intra cordis tecta regalia collocemus, grandem & validum habemus Mosen: nihil de eo paruum, nihil vile sentiamus, sed totum magnificū, totū egregium, totū elegans. Totum. n. magnum est quod spirituale est, & sublimis intelligentiæ.

a Quia datum Dei optimum. b Propter Aegyptios. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Matth. 6. a. c In mensura fidei sanctę Trinitatis.

elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumque iam cælare [1]

a A fisco, id est, sacco. b Vili & tetro sensu Iudæorum.

non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitu- [2] [3]

In palustribus solis: quia in terrenis cordibus quasi exposita sordebat lex.

mine ac pice, posuitque intus infantulum, & exposuit eum in [4]

Maria secundum Hebræos.

carecto ripæ fluminis, stante procul sorore eius, & conside- [5]

a Thermut vt fertur Ecclesia de gentibus. b Diaboli

rante euentum rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis, [6] [7]

a Vnde Psal. 44. c. Obliuiscere populum tuum. Baptizaretur. b Baptismi. c Vnde canti. 1. a. Adolescentulæ dilexerunt te nimis.

vt lauaretur in flumine, & puellæ eius gradiebantur per cre- [8] [9]

Corda Iudæorum.

pidinem aluei. Quæ cum vidisset fiscellam in † papyrione, [10]

Primitiua animas credentium.

misit vnam è famulabus suis, & allatam aperiens, cernensque

Legem literali sensu paruulos sibi lactantem. Quia lex apud Iudæos nata & nutrita.

in ea paruulum vagientem, miserta eius ait: De infantibus [11]

Hebræorum est hic. Cui soror pueri: Vis, inquit, vt vadam, & [12]

Synagogam.

vocem tibi Hebræam mulierem, quæ nutrire possit infantu- [13]

† carecto.

a *Cernensque in ea paruulum, &c.* ✠ THEODORET. Hoc illi potissimum circuncisio prodere potuit, Nondum. n. Aegyptii tale mysterium admiserant, licet succedente tempore ad Hebręo-

Mystica.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ norū quando peperit Aaron. Maria etiam soror Mosi in natiuitate eius erat iuuacula, vt dicitur in textu, & sic ad plus habebat quindecim annos vel circiter: & sic Iochabeth mater eius erat centum quindecim annorum quando eam peperit secundum istos. Ex quo patet, quod in omnib. istis transierat tempus concipiendi, maxime quia Gen. 18. dicitur de Sara, quod cū esset nonagenaria. desierant ii ea fieri muliebria nec poterat per naturam concipere in tali ætate, & multo fortius idem est dicendum de Iochabeth filia Leui, quæ fuit per magnum tēpus postea, & ideo complexio mulierum debilitata erat, & ætas breuiata erat, Propter prædicta dicendum est quod vxor Amram non erat Iochabeth de qua prædictum est, sed alia eiusdem nominis, dicitur tamen filia Leui in Hebręo. id est, de tribu eius, sicut Helisabet mater Iohannis baptistæ dicitur de filiab. Aaron. Luc. 1. a. de qua tamen certum est, quod eam Aaron non genuit. De gl. autem quæ inducta est ad contrarium, non est curandum, quia contrariatur textui manifeste. Dicitur. n. infra 6. c. quod Amram accepit vxorem Iochabeth patruelem suam. Patruelis autem alicuius dicitur filius vel filia auunculi sui. Patruelis. n. est communis generis, & sic patet, quod non fuit filia Leui. sed filia vnius filiorum suorū & cognata ipsius Amram, Item matrimonium cum Amita erat illicitum secundum quod dicitur Leui. 20. c. Turpitudinem Amitę tuę nō discoperies & si dicatur quod lex illa adhuc non erat data, Dicendum quod ante legem multa quæ pertinent ad matrimonium, fuerunt obseruata, sicut Gen. 38. b. dicitur, quod Iudas coniunxit Onan vxoris fratris sui defuncti vt suscitaret ei semen, & magis verisimile est quod tempore Amram vitabatur matrimonium cum Admita, & per consequens Amram, qui sanctus homo erat, tale matrimonium non contraxit.

1 Abscondit trib. mensib. *Aliquæ enim mulieres sunt, quarum impregnatio non multum apparet, nec partus earum per clamorem, maxime cum volunt celare sicut fuit in proposito, & ideo potuit puerum in abscondito seruare.*

2. Cumque iam cęlare non posset. *Contrarium videtur, quia ex quo seruauerāt eum tribus mensibus videtur quod eadem ratione posset eum vltra seruare. Dicendum quod rex fecerat statutum, quod in tribus mensib. semel scrutarētur Aegyptij domos Hebræorum, ne pueri essent ibi abscōditi, & ideo nō poterat cælare vltra. Sed quęritur vlterius, quō saluauit Aaron, qui natus fuerat ante tribus anis! Dicendū quod adhuc non erat factum edictum regis, quando natus fuit Aaron.*

3 Sumpsit fiscellam. *Id est, vasculum rotundum ad modum, fiscellæ factum.*

4 Scirpeam. *Id est, de iunco, qui scirpus vocatur, erat. n. de materia leui, ut supra aquam fluitaret.*

5 Et liniuit eam bitumine. *Ne aqua ingredi posset.*

6 Et exposuit eum in, &c. *Nomen est loci in quo carices crescunt & sunt herbæ factæ ad modum gladij & manum secant tangentis.*

7 Stante procul. &c. *Id est Maria. Sed videtur quod hic fuerit tentatio diuina. Dicendum quod non, quia homo in periculo constitutus, si non omittat ea quæ potest facere secundum humanam prouidentiam, nō tentat Deum, nec peccat, residuum diuinæ prouidentiæ committendo, sicut dictum fuit de Abraham Ge. 12. c. Amram vero et uxor eius de cōseruatione Mosi fecerant, quod poterant uia humana, & seruādo ultra exposuissent periculo mortis, non solum puerum, sed etia scipsos & ideo eligentes minus malum, conuenienter exposuerunt eum prædicto modo bene confidentes de diuina prouidentia circa puerum, quem Deus prædixerat populum Israel liberaturum.*

8 Ecce autem descendebat. *Hic consequenter describitur pueri nati educatio, ualde mirabilis a filia eius, qui mortem illius & omnium aliorum masculorum quærebat, cum dicitur,* Ecce autem descendebat de domo regia. *quæ erat in alio respectiu fluminis.*

9 Et puellę eius, &c. *Id est per ripā fluminis. Et dicitur a crepo, as, qui propter percussionem aquæ solent ibi fieri concauitates & fissuræ.*

10 In papyrione. *Nomen est loci ubi crescit quidam truncus, qui uocatur papyrus.*

11 Vagientem. *Id est plorantem.*

12 De infantib. Hebræorum est hic. *Quia sciebat patris edictum de ipsis submergendis.*

13 Vis inquit vt vadam & vocem tibi Hebręam mulierem, quæ nutrire possit infantulu, &c. *Ex prædictis patet, quod puer erat elegā-* ✠ *tis for-*

*MORALITER.*

✠ 1 *Abscondit tribus mensib.* Propter persecutionē Pharaonis. Et similiter Iesus Christus in Aegypto latuit propter persecutionem Herodis. Mat. 2. c.

Errorem imitatione circũcisionis legem obseruauerint. Vnde Hieremias, *Considerabo omnes præputium circumsecantes Aegyptios & filios Edom.* Hierem. 9.

A

Isid. Moses, id est, Christus ad flumen lauacri & aquā baptismi a fidelibus inuenitur. Moses plorabat, & Christus veteris hominis quem induerat, peccata deflebat. Vnde resuscitando Lazarũ fleuit, Iudæorũ deplorans perfidiam uel miseriam. Filia Pharaonis descendens ad lauacrum fluminis collegit infantem, quia de gentibus ecclesia lauacri salutaris sanctificationem desiderans, excepit a synagoga matre carnali Christum expulsũ, quasi infantem, qui tunc paruulus uidebatur, cum in homine cerneretur. Inuenit illa Mosen clausum in uasculo, multis agrestibus, uirgultisque contexto & ecclesia Christũ reconditum in cordibus sanctorũ, qui in vnitate contexti, ex multis personis oẽs in Christo vnum corpus efficiuntur, & cum religiosa obseruatione suscipientes tuentur.

b Historice.

lum? Respondit: Vade. Perrexit puella, et vocauit matrem † suam. Ad q̃ locuta filia Pharaonis: Accipe, ait puerum istũ, et nutri mihi, ego tibi dabo mercedẽ tuã. Suscepit mulier, a et nutriuit puerum, adultumque tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filii, vocauitque nomen eius [1] Moyses, dicẽs: quia de aqua tuli eum. In diebus illis, postquā [2] [3] creuerat Moyses, egressus ad fratres suos vidit afflictionem [4] [5] eorũ, et virũ Ægyptiũ percutientem quendam de Hebræis [6] [7] b fratribus suis.† Cumq; circũspexisset huc atq; illuc: et nul- [8] lum adesse vidisset: percussum Ægyptiũ abscõdit sabulo. † [9] [10]

(Interlinear glosses: Vt amplius idola non colas. — Synagoga. — a Iam perfecto sensu validos pascentem in primitiua ecclesia. b Expellendo a se. c Ecclesiæ præcepta. — a Susceptum in regalem aulam cordis. — a Baptismi. Ecclesia de gentibus Christum excipit ad fontem baptismi. — a Christus. b A patre. Vel a Iudæis Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. c In mundo. — a Diabolum in hac peregrinatione nobis iniuriosum. b Qui festinanter transeunt viam huius seculi. — a Omnes in Christo fratres sumus vnum patrem Deum habemus. Discrete omnia prospiciendo, quia in sapientia vicit superbum non potentia. — a Morte sua. b Diabolum.)

† pueri.

a *Adultumq; tradidit, &c.* RAB. Refert Ioseph', ꝙ filia Pharaonis adultũ Mosen ad patrẽ suum adduxit, cui ille coronā suā imposuit, q̃ statim Moses proiecit, quoniā ibi sculptum simulacrũ vidit. Vnde sacerdos qui ibi aderat, voluit interficere eũ dicens, q̃a Aegyptus esset subuertenda per ipsum, sicut ex oraculo dæmonũ acceperat. Sed Pharaonis filia liberauit eum. Cũ aũt perfectæ esset ætatis, missus est a Pharaone ꝯ Aethiopes. Cumq; sciret per deserta serpentibus plena se profecturũ tulit ibices, id est, ciconias Aegyptiacas, castraque metatus, proferebat eas, vt serpentes deuorarent & fugarent, sicque exercitus securus trãsigebat noctẽ. Cum ergo venisset ad ciuitatẽ, quā expugnaturus erat, adamauit eum Aethiopum regina, & sum condictũ, ciuitatẽ ei tradidit & nupsit. Inde est ꝙ Aarõ & Maria iurgati sunt aduersus Mosen pp Aethiopissam vxorẽ.

C

D

b *Cumq; circumspexisset huc atque illuc.* AVGV. De hoc facto Mosi satis disputauimus in illo opere, quod de vita patriarcharũ aduersus Faustũ scripsimus, vtrũ indoles in eo laudabilis fuerit qua hoc peccatum admiserit, sicut vbertas terra ante utilia semina quadam herbarũ inutilium ferocitate laudatur, an ipsum factum iustificandũ sit? Quod ideo non uidetur, quia nullā adhuc legitimā potestatẽ gerebat, nec diuinitus acceptā, nec humana societate ordinatā, & tamẽ sicut Stephanus ait, vt in Actibus Apostolorum, putabat intelligere fratres suos, quod per eũ Deus daret salutẽ illis, vt per hoc testimonium uideatur Moses iam diuinitus admonitus (quod scriptura eo loco tacet) hoc gaudere potuisse.

Qõ. 2. in Exod.

† oncra. Act. 7. d.

E

† 23. q. 3. c. nõ inferẽda & de pœni. d. 1. c. vt cõgnouerunt §. opponitur. † Act. 7. d. lib 1. Off. cap. 36. Prou. 24.

✱ AMB. Non in vrbib. corporis & laceris tantummodo fortitudinis gloria est, sed magis in virtute animi, neq; in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Qui.n. non repellit a socio iniuriam si põt tam est in vitio, quam ille qui facit. Vnde Moses hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidisset Hebrẽũ ab Aegyptio iniuriā accipientem, defendit ita vt Aegyptium sternaret, atque in arena absconderet. Salomon quoq; ait, *Eripe eum qui ducitur ad mortem.*

ISID. ALLEG. Moyses, i. Christus, Agyptum, i. diabolũ nobis in hac peregrinatione iniuriosum nos defendendo occidit: & in arena obruit occisum. Latet.n. in eos qui stabile nõ habent fundũ. Ecclesiam vero in petram ædificat, & eos qui verbum eius audiunt & faciunt prudenti viro comparat, qui ædificauit domum suam supra firmam petram. Alios vero stulto comparat, qui supra arenam ædificat.

F

☞ *Et egres-*

NICOLAVS DE LYRA.

*tis formę, imo vt dicit Iosephus, erat ita gratiosus, quod omnis aspiciens eum afficiebatur ad ipsum, & ideo filia regis voluit eum nutrire, vt sibi eum in filium adoptaret, vt patet per sequentia, & ideo primo fecit sibi porrigi mamillas plurium mulierum Aegyptiarum, sed ipse renuebat, & tunc soror pueri, quæ astabat, dixit, quod si mulier Hebræa mamillā sibi porrigeret, forsitan ipse acciperet, tanquam de muliere Hebræa natus, cui dicto tanquam rationabili filia regis assensit, & tunc soror pueri ad quærendum se obtulit, & vocauit matrem pueri tanquam extraneam. Cætera patent vsque ibi.*

1 Quem illa adoptauit in locum filii. *Quia naturalẽ filium non habebat.*

2 Vocauitq; nomẽ ei' Moyses. *In lingua enim Aegyptiaca Moys aquam significat, ys saluatum. Ideo subditur ratio nominis cum dicitur.*

Mosse.

3 Quia de aquā tuli eum. *In Hebræo habetur, vocatur Mosse, & significat extractum vel eductum & subintelligitur de aqua.*

4 In diebus illis. *Hic describitur inclinatio adulti. Sicut enim supra dictum est, ex Dei prouidentia ordinatus erat ad liberandum populum Israel, et ideo erat inclinatus ad eos visitandum, & pro posse suo ad iuuandum & hoc est quod dicitur.*

5 Vidit afflictionem eorum. *Non solum oculo corporis, sed etiam mentis per compassionem, quod patet per effectum. Vnde & subditur.*

6 Et virum Aegyptium. *Iste erat unus de præpositis Aegyptys super filios Israel, ad compellendum eos ad afflictionem laboris.*

7 Percutientem quendam de Hebræis. *Dicunt Hebræi, quod iste fuit maritus Solomith, quæ erat pulchra valde, de qua habetur inferius & ideo iste Aegyptius in aurora fecerat surgere maritum eius occupando eum in labore, & tunc rediit ad vxorem eius, quæ recepit eum credens esse maritum suum, & cum maritus postea cognouisset rem gestā arguebat inde Aegyptium, propter quod Aegyptius percutiebat eum, grauius affligebat.*

8 Cumque circumspexisset, &c. *in quo apparet prudentia Mosi.*

9 Percussum Aegyptium. *id est, interfectum.*

10 Abscondit sabulo. *quod de facili potest fieri in terra sabulosa. Sed quæritur hic quomodo Moses hoc fecit, cum non esset constitutus iudex eorum, Item dato quod esset iudex, uidetur pœnam iniustam intulisse, vt pote pro percussione simplici mortem, cum tamen sola repercussio debetur secundum legem talionis in qua dicitur, dentem pro dente, vulnus pro vulnere. Ad primum dicendum, quod Moses ex diuina electione ad liberationem Hebreorum habebat autoritatem vindicandi iniurias eis factas, & hoc sciebat per reuelationem diuinam. Et hoc est quod dicitur Act. 7. cap. Existimabat autẽ cognoscere fratres, quod per manum ipsius, Deus daret salutem illis. Ad secundum dicendum quod interfecit Aegyptium non solum propter percussionem Hebræi, sed etiam pro adulterio commisso fraudulenter, vt prædictum est, quod fuit motiuum Mosi per hoc quod audiuit causam percussionis in contentione pro dicto adulterio. Notandum quod Iosephus 2. lib. antiquitatum dicit, quod Moses duxit exercitum Aegypti contra Aethiopes, & ibi accepit vxorem filiam regis, de quo plenius dicetur super librum Nu. 12.*

Quæstio.

Exod. 21.

✱ Conspe-

MORALITER.

Allegor.

4 *In diebus illis postquam creuerat Moses egressus est ad fratres suos.* Quia Christus anno tricesimo suę ætatis exiuit ad prędicādũ Iudæis, qui dicunt eius fratres, eo ꝙ secundũ carnẽ de Iudeis fuit natus. Et in eius persona dicitur Psal. 21. e. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Quod adimpleuit prædicando Iudęis.

5 *Vidit, &c. virum Aegyptium percutientem quendam de Hebræis fratribus suis.* Per Aegyptiũ, qui tenebrosus interpretatur, diabolus intelligitur, qui iaculo peccati mortalis percutere populum Christianum nititur.

6 *Percussum Aegypti, &c.* Christus enim diabolũ percutit, virtutem eius reprimendo, & aliqñ in inferno retrudendo. Vñ Lu. 8. e. dęmones rogabant eum ne mitteret eos in abyssum.

✱ *Egressus.*

a *Et egressus die al tero,&c.* In hoc Moses figuram Christi gessit, qui duorum populorum discordiam in se angulari lapide pacificare studuit, qui iniuriam facit & reconciliatorem contempsit, Iudaicus est, qui prædicationem Christi reconciliantis repulit, & credentis populi hostis perstitit Vnde Ioan.ix. f *Tu discipulus illius sis, nos discipuli Mosi.*

† præfectū

† profecto notata est

b *Timuit Moses, &c.* AVGVST. Si sic diuulgatum est verbum hoc. Duo sunt in hac locutione attendenda, quia pendet scilicet sententia, & sic dimissa ē: Deinde quia verbū pro facto posuit.

In locutio super Exodon.

c *Qui fugiens.* ✻ RABANVS. Fuga Mosis ab Aegipto ī Madian, significat migrationē Apostolorum ad gentes, vbi cōtradictionē prius inuenerūt, postea deuotam obedientiā.

*Erant autē.* ✻ EVSEBIVS. Nusquam scriptura Iethro sacerdotem idolorū fuisse tradit, sed gentis, nonnulli dixere. Abraham progenitum fuisse, ideoque religiosum ac pium

Ex catena Græca.

In fluxis & aridis mentibus.

a Et egressus die altero, conspexit duos Hebręos rixātes, dixitque [1] ei qui faciebat iniuriam. Quare percutis proximū tuum? Qui respondit: Quis te constituit † principem et iudicē super nos? Nū [2] b occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptiū? Timuit Moy-[3] ses, et ait: † Qūo palam factū est verbū istud? Audiuitq; Pharao [4]

Diabolus. a In membris. b Christum. c In Apostolis ad gentes.

c sermonem hunc, et quęrebat occidere Moysen. Qui fugiens de [5] [6]

a Iudaico populo, i. spirituali Aegypto. b Quæ contradictio vel responsio interpretatur. gentes.n. prius contradixerunt postea pie responsiones obedierunt.

conspectu eius, moratus est in terra Madian, et sedit iuxta pu-

a Diabolo. b Quia ante Gentilium superstitioni subiectæ. c Ecclesiæ de gentibus septiformi spiritu illustratæ.

d teum. Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerāt [7]

a Baptismi vel doctrinæ celestis. b Legis scientiam vel mundanam.

ad hauriendam aquam, et impletis canalibus adaquare cupie-[8] [9]

a Populos. b Philosophi gentium Scribę & Pharisæi Iudęorum vel sacerdotes idolorum. Locutione.

bant greges patris sui. Superuenere pastores: et † eiecerunt [10]

a A Morte. b Christus. c Aqua sapientiæ. d Simplices animas.

eas. Surrexitque Moyses: et defensis puellis adaquauit † oues ea-

a Qui & Raguel & Cyneus dicitur. Raguel pastio Dei vel amicus eius Deus.

rum. Quæ cum reuertissent ad † Iethro patrem suum dixit ad [11]

a Mirantur Diabolus gentes ad Deum conuerti citius quam ad se cum quo fuerant diu.

eas: Cur velocius venistis solito? Responderunt: Vir Ægyptius liberauit nos de manu pastorum, insuper et hausit aquam nobiscum: potumque dedit ouibus. At ille: Vbi est, inquit?

e Quare dimisistis hominem? Vocate eum, vt comedat panem. † Iurauit ergo Moyses, quod habitaret cum eo. Acce-[12]

Pulchritudo vel placans.

f pitque Sephoram filiam eius, † quæ peperit ei filium, quem [13]

Aduena.

vocauit Gersam, dicens: Aduena fui in terra aliena. Alterum [14]

a Dei mei adiutorium.

vero peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim pa-[15] tris mei adiutor meus, et eripuit me de manu Pharaonis.

D extitisse, qua ex re Moses quoq. ad cū cōfugit. Madiani nāque Abrahæ & Cethuræ filius fuit, vnde Madianitæ ortū traxerunt.

e *Vocate eum. &c.* ✻ GREG. NYSSENVS. Tanta fuit sacerdos ipse ad pernoscenda ingenia hominū moresque cōprehendendos, prudentia præditus, vt vnica re gesta, quam Moses aduersus pastorum vim, magno animo fecerat, adolescentis virtutē conspexerit, quod non proprio lucro aut lauda commotus, pro iustitia pugnauerit, sed iustum ipsum per se ac natura sua honestum iudicans, pastores qui nihil in seipsum peccarunt, castigauit, eorumque iniuriam repulit.

Li de vita Mosis.

† Depulerunt eas

† greges.

† Raguel.

f *Quæ peperit, &c.* ✻ ALLEG. Christus ecclesiam de gentibus sibi copulauit, quę minuere spiritus septiformis vna est in fide catholica. Vnde: *Vna est columba* mea, quæ gignit filiū qui vocatur aduena, & alterum cui Dei adiutorium. Aduenę enim sunt sancti super terrā, sed Dei adiutorio.

† Placuit ergo Mosi [illegible] † Vxorem. Alte [illegible] Deus enim patris mei adiutor meus & eripuit me de manu Pharaonis. Cap. 6.b.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Conspexit duos, &c. *Hebræi dicunt, quod isti duo fuerunt Dathan & Abiron.*

2 Quis te constituet principem. *Pro bono pacis, ad quod illos inducebat, reddidit verbum pungitiuum.*

3 Num occidere me tu uis. *Ac si dicat, bene apparet, quod tu es vnus homicida & malus homo.*

4 Audiuitque Pharao. *Hic consequenter describitur conditio Mosi tempore aduersitatis, vbi primo describitur eius persecutio. Secundo diuina consolatio, ibi:* Erant autem. *Circa primū dicitur.* Audiuitq; Pharao sermonē hunc. *videlicet quod Moses vnū occiderat de præpositis regis, ad vindicandum vnum ex Hebræis quos exosos habebant.*

5 Et quęrebat occidere Mosen. *Tū quia interfecerat prepositum eius, quod redundabat in iniuriam regis. Tum quia secundum quod dicit Iosephus circa tempus quo natus fuit Moses, quidam sacerdos Aegyptiorum diuinationibus intentus, dixerat regi quod circa pueros Hebræorum attenderet, quod unus nasci debebat de Hebræis, qui populum Israel de Aegypto educeret, & regnum Aegypti humiliaret, & ideo cum audiuit factum Mosi zelantis tantum pro Hebræis etiam in iniuriam regis, existimauit quod esset ille de quo ille sacerdos dixerat.*

6 Qui fugiens, &c. *Dicunt Hebræi quod Moses fuit captus & adductus coram rege vt decapitaretur, sed euasit miraculose, vt plenius dicetur infra 4.c.*

7 Erant autem. *Hic describitur Mosi fugientis consolatio, & primo ex susceptione eius curiali. Secundo ex morte sui aduersarij, ibi.* Post multum. *Circa primum dicitur.* Erant autem sacerdoti Madian, *secundum Hebręos, Sacerdos hic accipitur pro maiori uel magnate, sicut dicitur 2. Reg. 8. Filij Dauid sacerdotes erant.*

8 Septem filiæ. *Nec mirandum, si plures magnatum habebant curam de gregibus alendis, quia istæ erant diuitiæ antiquorum.*

9 Et impletis cana. *Per adiutorium Mosi, ut infra dicitur.*

10 Superue. pastores, &c. *Quia forsitan erat consuetudo, quod prius congregarentur greges omnes antequam biberent, sicut dicitur Gen. xxix. c. sed per adiutorium Mosi præuenerant horam hauriendi aquam, & ideo eas defendit a pastoribus.*

11 Quę cum reuertissent, &c. *Id est, auum, vt dicunt aliqui. Melius tamen videtur dicendum cum alijs, quod fuerit pater qui vocatus sit pluribus nominibus, scilicet Raguel & Iethro, Cyneus, & Obab. Et dicunt Hebræi, quod vocatus est Iethro, quod significat adijciens, quia addidit legi vnum capitulum scilicet de ordinatione populi per tribunos & centuriones, quinquagenarios & decanos, ut habetur infra. 18. Vocatur autem Obab vt dicunt, idest, diligens, quia dilexit legem, & conuersus fuit ad Iudaismum, vt habetur ibidem. 18. capitu. patet litera vsque ibi.*

12 Iurauit ergo Moses quod, &c. *Post multa verba quæ fuerunt inter Iethro & Mosen fecit pactum cum Iethro de remanendo cum eo, & illud pactum iuramento firmauit.*

13 Accepitque Sephorā. *Videns.n. eum Iethro virum valentem et industrium, dedit ei filiam.*

14 Quem uocauit Gersam. *Ger enim Hebraicè, idem est quod aduena vel peregrinus latinè. Et causa nominis subditur:* Aduena fui in terra, &c.

15 Alterum vero peperit, Quem vocauit Elizer. *quod interpretatur dei mei adiutorium, in hoc recognoscens diuinum beneficium in liberatione ipsius de manu Pharaonis, et in profectu ipsius in terra aliena.*

✻ Post

MORALITER.

1 *Egressus die, etc. faciebant iniuriam.* De mutuis enim iniuriis legitur Christus frequēter Iudęos in suis sermonib. increpasse.

4 *Audiuitq; Pharao sermonem, &c.* Per quod designatur, quod diabolus per Iudæos quæsiuit Christi mortem.

6 *Qui fugiens, &c.* Per fugium Moysi ad sacerdotem Madian intelligitur ascensio Christi ad patrem, qui nomine sacerdotis intelligitur, eo quod sacra dans etymologizatur.

iutorio nunquam carent.

A a *Post multum vero temporis, & cæter.* Postquam Moses in terra Madian duxit vxorem, mortuus est rex Aegypti, quia cum Christus in orbe terrarum gentes ad fidem conuertit, destructus

Pœnitentes.

a Post multum vero tpis mortuus est rex Ægypti. Et ingemi 1

b
a Carnis. b Corde & ore.
Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Psal.33.c.

scentes filii Israel, propter opera vociferati sunt. Ascenditq; 2 3

a Id est pro operibus.

clamor eorum ad Deum ab operibus, & audiuit gemitum eorũ, ac recordatus est fœderis, quod pepigerat cũ Abrahã, 4

a Propter merita patrum, scilicet.

Isaac et Iacob, Et respexit dñs filios Israel, et cognouit eos. 5 6

structus est principatus diaboli.

b *Ingemiscẽtes.* Nisi moriatur in te rex Agypti, non cognoscis te opprimi seruitute Aegypti, & operibus luti & lateris, nec corde ingemiscis nec vociferaris ad dominum, vt liberet te.

☞ GLO-

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Post mult. H*ic ponitur Mosi consolatio ex morte aduersarij, cum dicitur.*

2 Mortuus est, &c. *Qui persequebatur Mosen, & mors eius fuit reuelata Mosi a deo in terra Madian, vt habetur 4.c. ad eius consolationem.*

3 Et ingemiscentes fi. Israel. *Quia viuente rege illo, non audebant ostendere palam anxietatem animi, ne grauius tractarentur.* Et audiuit gemitum eorum. *loquitur scriptura de* Deo, *secundum modum humanum. Tum enim dicitur aliquis clamorem alicuius audire, cum incipit eum adiuuare.*

4 Ac recor.est. N*on quia obliuio cadat in deũ, sed quia ad modum recordantis se habuit, præbendo filijs Israel auxilium propter merita patrum.*

5 Et respe.do.fi.&c. *Oculo misericordiæ.*

6 Et cognouit eos. *Id est, ad modum cognoscentis se habuit ostendendo dilectionem circa eos.*

---

### ADDITIO I.

*In cap.2. vbi dicitur in postil.* Filiam Leui. *Secundum Hebraicæ literæ veritatem oportet dicere, quod Iochabeth mater Mosi fuit filia Leui. Tum quia infra 6. capitu. vbi translatio nostra:* Amram accepit vxorem Iochabeth patruelem suam, *Hebraica lingua habet:* Accepit Amram Iochabeth auiam suam in uxorem. *Vnde glos. quam reprobat postillator verissima est, non obstantibus obiectionibus postillatoris. Nam quod primo obijcit, ex eo quod Iochabet fuit mortua ante afflictionem populi, nullam habet necessitatem ex litera. In vera enim computatione animarum, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, quam approbat postillator super Gen. xlvi. non computabatur Iochabeth, licet quidam Hebræi hoc uoluerint dicere sine fundamento vt supra patet in postilla in dicto capi. Quod autem obijcit secundò dic. quod dato, quod adhuc viueret, oporteret dicere, quod ipsa Iochabeth esset in natiuitate Mosi centum triginta annorum, prout large deducitur in postilla, non est verum, nisi præsupposito quod Iochabeth computaretur inter personas quæ ingressæ sunt AEgyptum cum* Iacob *quod quidem præsuppositum in litera nullum habeat fundamentum, ut dictum est. Vnde ad hanc obiectionem postillatoris tollendam, potest dici quod Leui genuit Iochabeth, per magnum tempus post suum ingressum in Aegyptum, ut puta per sexaginta annos fere, quibus subtractis & numero augmentorum decem annorum, quibus fuerunt in Aegypto, prout deducitur in postilla, remanent centum quinquaginta, a quibus si retrabantur octoginta anni, quos habebat Moses in exitu de Aegypto, prout infra 7. capitu. remanent septuaginta anni, in qua ætate erat Iochabeth, cum genuisset Mosen, quod non esset ad miraculum computandum, cum Leui pater ipsius* Iochabeth *vixit centum triginta septẽ, annis, & totidem ferè* Chaath *frater ipsius* Iochabeth. *Similiter & Amram vir eius, vt patet infra 6. cap. Cum igitur tunc temporis homines illius congregationis, s. ipsius Leui attingebant communiter ætatẽ centum triginta septem annorum Nõ mirum si fœmina illius cognationis concepisset cum esset septuagenaria, & multo minus mirandum de conceptione Aaron & Mariæ, qui fuerant concepti antequam Moses, & per consequẽs in minori ætate.* Sara autem erat nonagenaria, & desierant ei fieri muliebria, *vt supra Genes.18. & ideo non est accipienda in argumentum contra prædicta.*

*Dicendum est igitur, quod vxor Amram fuit* Iochabeth *soror Caath, prout dicitur in gl. prædicta. Et idem dicitur in translatione Chaldaica; cui litera* Hebraica *(ut dictum est) omnino consonat, licet non idem dicat translatio nostra.* Nec *potest cõtra prædicta obijci, per hoc quod* Le*ui non esset in ætate generandi in anno sexagesimo post ingressum Aegypti.* Nam Leui *in ingressu Aegypti erat quadraginta quinque annorum ferè. Quod sic patet. Nam* Iacob *stetit in domo Laban per spatium viginti annorum, ut supra Gen. 31. capit. a. quibus si subtrahantur septem anni quibus seruiuit* Iacob *antequam accepit Liam, & tres anni ferè, quibus nati sunt Ruben, Symeon, &* Leui *successiuè, ut supra Genes.29. remanent decem anni ferè a natiuitate* Leui *vsque ad finem uiginti annorum prædictorum, a quibus si substrahantur sex anni quibus seruiuit Iacob in domo* Laban *pro gregibus nato iam Ioseph, vt in prædicto cap. restat, quod a natiuitate* Leui *vsque ad natiuitatem Ioseph fluxerunt quinque anni ferè, Ioseph autem cum* Iacob *& filij eius ingrederentur Aegyptum, erat 39. ann.* Nam *cum primo stetisset coram Pharaone erat 39. ann. & postea fluxerunt septem anni fertilitatis, vt & duo sterilitatis, ut sup. Ge. 45. Sequitur ergo quod* Leui *in illo ingressu erat quadraginta quinque annorum ferè, ut dictum est, quibus si addantur sexaginta anni usque ad natiuitatem Iochabeth, sequitur quod* Leui *erat centum quinque annorum cum eam genuit, quod non est contra cursum naturæ. Leui. n. vixit centum triginta septem annis, ut infra 6. cap. & sic tempore generationis Iochabeth adhuc remanebat quarta pars ferè ætatis suæ transeunda. Constat autem quod modernis temporibus licet duratio communiter mensuretur in septuaginta annis iuxta postillam, adhuc homines tamen generant cum sint sexaginta annorũ, & vltra, quamuis non remaneat nisi octaua seu septima pars ætatis ferè. Ad illud autem quod obijcit dicẽs, quod matrimonium cum auia illicitum erat secundum legem, & quod multa quæ pertinent ad matrimonium, fuerant obseruata ante legem, quod intendit probare per hoc quod Iudas coniunxit Onan filium suum uxori fratris sui defuncti, ut Genes. 38. Ad hoc dicendum, quod ante legem si aliqua obseruabantur de his quæ pertinent ad matrimonium, hoc erat casualiter, non autem ex obligatione. Obligatio. n. legis non se extendit ad præterita. Vnde manifestũ est quod* Iacob *habuit duas sorores in uxores, quod tamen prohibitum est in lege:* Leuit. *18. ca. Thamar etiam secundum legem incestum commisit scienter cum socero suo* Iuda, *& tamen Iudas eam iustificauit, dicens.* Iustior *me est, supra Gen. 38. Ex quibus patet quod matrimonia quæ erant illicita tempore legis, non erant illicita ante legem.* Si *autem contra hoc dicatur, quod* Iacob *illas habuit ex iussu seu instinctu diuino, similiter & Thamar propter fructum, qui ex prædictis matrimonijs, secutus est similiter potest de Amram dici, notabilis. n. fructus fuit secutus ex illo matrimonio. s. Moyses legislator & redemptor populi, & Aaron sanctus, a quo aliena sacerdotalis in ista lege incepit.*

### ADDITIO II.

In eo.c.2. vbi dicitur in postilla: *Percussum* Aegyptium, *i. interfectum. Non est necessarium dicere, quod Moyses interficiendo* Ae*gyptium processerit, ut iudex, sed potius ut pars.* Ex *debito enim charitatis quilibet tenetur repellere iniuriam a proximo, si potest. Hæc Amb.* Item *qui non repellit iniuriam a socio si potest, tam ipse est in uitio, quam ille qui facit, ut 2.2.q. 40. ar. vlt. in responsione ad secundum arg. Et quia hoc non poterat facere* Moses *per aliquam percussionẽ, nisi Aegyptius moreretur, imminebat enim sibi periculum, si* Aegyptius *de hoc quod Moses percuteret eum reclamaret ad regem: ideirco oportuit, ut Moses* Aegyptium *occideret ad liberationem proximi.* Vnde *non oportet in hoc allegare adulterium* Aegyptij, *de quo nulla fit mentio in sacra scriptura.*

### ADDITIO III.

*In eo. c. ubi dicitur in apostil.* Iurauit ergo Moyses. *verbum quod hic ponitur in Hebræo frequentatur in sacra scriptura, & quandoque in translatione nostra interpretatur incipere, ut in lib. Gen.* Abraham *allo quens Deo dicebat.* Ecce nunc incepi loqui. *& Deut. 1. a.* Incepit Moses explanare legem. *In alijs uero locis interpretatur quandoq; iurare, ut in hoc loco, & 4. Reg. 5. f. ubi dicitur de Giezi:* Et iurauit, *sed secundum Hebraicam ueritatem uerbum illud uniuocum est, & nihil aliud significat ubicunque ponitur, nisi actum uolẽdi itaque est cum dicitur:* Incepitque Moses explanare. *similiter 4. Reg 5. f. Naamã dicebat Giezi, quod uellet recipere duo talenta nulla mentione facta de iuramento. unde in hoc loco nihil aliud dicitur nisi quod Moses voluit habitare cum uiro, & c. s. cum Ietro nullo interposito iuramento.*

RE-

REPLICA. Correctorii contra Burg. mendacem. *In cap. ubi postillator improbat opinionem Hebræorum dicentium matrem Mosi fuisse Iochabet filiam Leui rationibus in Hebræorum opinionibus fundatis, ad quas Burg. non rectè respondet. Bur. tamen uolens magnificare fimbrias certamen aßumit pro suis Hebræis, sustinens conclusionem quam postillator rationabiliter improbauit. Dicit namque Burg. quod ubi translatio nostra habet, infra 6.c.* Accepit Amram uxorem Iochabet patruelem suam. *In Hebræo habetur ut dicit,* auiam suam: *sed per hoc non concludit propositum suum, quia auia secundum canonistas & legistas dicitur mater matris, quam auiam non duxit uxorem. Tum quia uetula, tum quia in linea ascendente propinqua, & si lex matrimonij nondum eßet posita, vt dicit Burg. natura tamen honestas docuit quædam in matrimonio uitanda, vbi neceßitas non erat erat, imo uidetur legi naturæ repugnare prolem nubere parenti uel econuerso, & sic quod allegat Burg. contra primum argumentum postillatoris de ætate, quod videlicet per sexaginta annos post ingreßum Iacob in Aegyptum, Leui genuit Iochabet, ex littera haberi non potest, nec probat per aliquam autoritatem, ea igitur facilitate contemnitur qua probatur secundum* Hier. *similiter & alia quę Burg. adducit ad suum propositum persuadendum non sunt fundata: etiam dato sed non concesso quod Iochabet fuisset auia Amram, adhuc non habetur quod Burgen. intendit quod fuerit filia Leui. Pro quo notandum quod quidam libri habent* Amita, *ubi Burgen. dicit haberi* auia, *quo data quia amita & si secundum legistas sit soror patris, est tamen commune nomen significans non solum propinquam ex cognatione, sed etiam ex adoptione, quibus sic stantibus, non habetur quod ista Iochabet fuerit filia Leui soror Caath, nec ex littera trahi potest, sufficit enim quod Iochabet mater Mosi fuerit filia Leui id est, de tribu Leui, prout dr̄ postilla. Item cap. eodem ubi postillator nititur excusare Mosem occidentem Aegyptium a peccato, quasi autoritate instinctus diuini fecisset, prout sanctus Stephanus exponere uidetur, Act. vij. c. ubi Burgen. instat dicens, quod debeat excusari quasi fecerit ex debito charitatis & societatis prout tenebatur, allegans ad hoc beatum Ambro. sanctum Thom. secunda secundæ, q. lx. Sed huic sententię opponitur ex eo, quia idem sanctus Thomas dicit,* Hoc debitum charitatis intelligi debere cum moderamine inculpatæ tutelę, *sed occidere pro percußione (prout in proposito) non fuit moderamen inculpatæ tutelæ igitur, &c.* Quod *excusare nititur Burg. dicens, qd̄ Moses ideo potuit excedere moderamen: quia repercutiendo citra occisionem, ipse percussus accusaßet Mosen & incurrisset periculum. Simile persuasum eßet furibus, ut occiderent uim paßos, ne per eos accusari ualerent, quod horrerent pię aures. Item in eodem capitulo, ubi postillator dixit Mosen fecisse cautionem iuratoriam propter nostram translationem, quę dicit.* Iurauit Moyses. *Burgen. redarguit nostram translationem dicens, quod in Hebraica litera non ponitur aliquid pertinens ad iurandum sed quicquid sit de litera* Hebraica *de quo non iudico, nisi quod puto soli Burgen. contra beatum* Hieroy. *& omnes alios non esse credendum, præsertim ubi rō uidetur militar in contrarium, rōnabiliter enim æstimādum non est, hominem potentem sicut* Ietro *describitur, ad solum nudum expreßionem voluntatis sine alia adhibita cautione boī aduenę, huiusmodi fuit Moses tradere filiam in matrimonium, & eum facere diuitiarum suarum participem, sed nulla legitur hic apposita cautio nisi iuratoria, præsumendum est igitur pro beato* Hierony. *in translatione nostra & alijs, quod uerbum hic positum significet iuramentum allegatione Burg. non obstante.*

Auia.

GLOSSA ORDINARIA.
CAP. III.

A a Appparuitq; ei. ISID. ALLEG. Erat flamma in rubo & non cremabatur. Rubus spinę peccatorum Iudæorū flamma in rubo verbum dei, id est, lex data illi populo. Sed & flāma rubum nō cōburit, quia lex data peccata eorum non consumit. Alii io rubo flammantē ecclesiam intelligūt, quę persecutionibus inflammatur, quæ loquente domino nō crematur. Quod dominus Mosi in rubo apparuit, ostendit qđ in ecclesia apparet fidelibus, nec alibi. Aiunt Hebræi ideo in rubo Deum apparuisse Mosi, ne possent sibi inde idolum sculpere Iudęi. Seper enim Deus idolatrię occasionem recidit. B

GREGO. Moses admistus Aegyptiis quasi uigilabat mundo, ideo vocem domini non audiebat. Sed extincto Aegyptio postquam in desertū fugit, dum illic .xl. annis degit a terrenis tumultibus obdormiuit, & ideo diuinam uocē percepit. Cū enim mens ab exterioribus sopitur, uerbum Dei penetrat veracius. Autem quippe cordis turba terrenarum cogitationum perstrepens claudit. Non enim perfectè homo sufficit ad utraque diuisus, quia si exterius auditum aperit, interius obsurdescit. C lib. 23. moraliū. c. 2.

✱THEODORETVS. Rubus qui ardebat nec comburebatur, Dei potentiam benignitatamque declarat, qđ uidelicet ignis modus apparendi cum dicitur. Quæst. 6. D

CAP. III.

¶ Aliàs soceri sui.

MOYSES autem pascebat oues Iethro cognati sui sacerdotis Madian. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei † dominus a in flamma ignis de medio rubi. et videbat quòd rubus ar-

1 2 3 4 5 6

¶ Verbo Dei. ¶ Iudæi peccati.
a Quia per legem non sunt consumpta peccata populi.

† angelus Domini. Oreb.

NICOLAVS DE LYRA.
Caput. III.

1 Moyses autem. *Hic cōsequenter describitur missio Mosi ad liberationē populi, & primo describitur sibi facta cōmissio, scđo cōmissionis excutio. inf. 4. ca.* Abiit Moy. &c. *Adhuc primo describitur apparitio diuina, secundo commissio sibi facta, ibi:* Cui ait Dominus. *Tertio instructio circa agenda, ibi.* Dixitque Moses. *Circa primū notatur apparationis locus cū dicitur.*
2 Cumque minasset, &c; *Tum quia ibi erant meliora pascua. Tum ad elongandum se a terra culta, ne greges pascerentur aliena ablata.*
3 Venit ad, &c. *Ille est mons Sinai, qui prædicitur, hic mons Dei ratione euentus futuri, quia ibi Deus daturus erat legem. describitur etiam modus apparendi cum dicitur.*
4 Apparuitque ei, *In Hebræo habetur.* Apparuit ei angelus Domini. *Angelus enim ille apparebat & loquebatur in persona dei, & ideo aliquādo Angelus, alīqn̄ Dominus nominatur, secundū quod dicit beatus. Gre. sicut, Esa. 6. b. Angelus q purgauit labia Esaiæ cū calculo ardentis uocatur Seraph. ratione inflammationis, licet non esset de ordine Seraph.*
5 Flamma, &c. *Erat. n. populus Israel ad idolatriam pronus, & ideo apparuit in flamma, quæ non potest imagine figurari. & in rubo siue uepre, ut in Hebræo dicitur, quia in talibus non potest imago fieri, ne populus Israel qui uenturus erat ad locum illum ratione dictæ apparitionis aliquid faceret ad idolatriam pertinens.*
6 Et videbat quod, &c. *Quia flamma occupans rubum rubi uiriditatem*

MORALITER.

1 ALLEGORICE. *Moyses autem, &c.* Allegorice, per Moysen significatur Iohannes Baptista pascens fideles Christi cognati sui: Nam mater eius cognata fuit Mariæ matris Christi, ut dicitur Luc. *Et ecce Elisabeth cognata tua, &c.* Iohannes enim prędicationis pabulo fideles Christi pauit, vt dicūt quatuor Euangelistæ.
2 *Cumque minaßet gregem ad inte. deserti.* id est, ad asperitatem pęnitentiæ, quam prædicauit uerbo & opere.
3 *Venit ad montem Dei.* Id est ad Christum, qui dicitur mons. Daniel. 2. g. *Lapis qui percusserat statuam factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terram.* Ad hunc mōtem uenit beatus Iohannes Christum personaliter cognoscendo ac etiam baptizādo
4 *Apparuitque ei dominus in flamma ignis.* Id est in plenitudine spiritus sancti, nam in baptismo Christi Iohānes uidit super eum spiritū sanctum descendendem in columbę specie, ad denotādum in Christo plenitudinem spiritus sancti.
5 *De medio rub.* Per rubū spinosum, intelligitur similitudo carnis peccati, quę fuit in homine Christo.
6 *Et uidebat, quod rubus arderet & non combureretur.* Per quod signabatur quod mortalitas carnis non absorbebatur in Christo ex pręsentia diuinitatis. MORAL. *Moyses autem, &c.* Per Mosen oues pascentem intelligitur prędicator verbo & exemplo pascens domini gregem. *Cumque minasset gregem ad interiora deserti,* id est, ad pleniorem cognitionem morum & fidei. *Venit ad montem,* id est, ad altitudinem cōtēplationis & orationis exēplo Christi, de quo dr̄ Matth. xiiij. c. *Dimissa turba ascendit in montem solus orare. Apparuitque ei dominus in flamma ignis.* Illuminando plenius eius intellectum & inflammādo affectū eo tamē modo cōpetit animæ carni mortali unitæ, Ideo subditur: † *De medio rubi.* Per quem mortalis infirmitas designat. Et quia talis contemplatio excitat desiderium ad amplius cognoscendum: Ideo subditur.

✱ † *Vadam*

deret & non combureretur. Dixit ergo Moyses: Vadam & vi† debo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autem dominus, quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait: Moyses Moyses. Qui respondit. Adsum. At ille: Ne appropies, inquit huc. † Solue calceamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait: Ego sum Deus patris tui, Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob. † Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat † respicere contra Deum. Cui ait dominus: Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter † duritiam eorum, qui præsunt operibus, & sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & spatiosam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi & Hethæi &

¶ Vel transibo secundum Lxx. quod competit: transitori enim talis congruit visio. ¶ Vel non. ¶ Opera mortua. a ¶ Affectibus. b ¶ Ecclesia ad quam nemo accedit calceatus. ¶ Merita parentum bonorum sæpe filiis subueniunt. a ¶ Inclinando. ¶ Misertus vt liberem. a ¶ Compatiendo præsentialiter liberando. a ¶ Terrena dat vt suadeat ad cælestia, & qui visibilia percipit discat sperare inuisibilia.

A ignis rubum qui facilè cremari solet, non consumeret. Cæterũ aliquid quoque significat. Israelẽ ab Aegyptiis inimicis non consumendum.

a *Cernens autem, &c.* GREG. Angelus, qui Mosi apparuisse describitur, modo dominus, modo angelus memoratur. Angelus quia exterius loquẽdo seruit: Dominus quia interius præsidens loquendi efficaciam tribuit. Cũ enim loquens ab interiore regitur, & per obsequium angelus, & per inspirationem dominus memoratur. (In præfa. moral. c. 2.)

b *Vocauit eum de medio, &c.* GREG. Sæpe simul & terrenis & cælestibus substantiis per Angelos loquitur Deus, sicut hic cum ignem rubũque sociauit, atque aliud superius, aliud inferius iũxit. Quod tũc solum agitur, cũ aliquod magnũ ex cõiunctione signatur. Nã per successum rubũ Mosen alloquẽs ostẽdit, quia doctor populi fieret qui & legis flãmam perciperet, & peccati spinam nõ vitaret, vt quod ex illo populo exiret, qui igne deitatis carnæ nostræ peccata quasi rubi spinã acciperet, & in cõsumptã humanitatis substãtiam in ipsa diuinitatis flamma seruaret. (lib. 18. moral. c. 5. † 32. q. 4. c. recurrat.)

c *Solue calceamentum, &c.* ✲ THEODOR. Duas ob res iubet calceamenta soluere. Primo vt ipsũ magis ac magis religiosum ac reuerentem reddat, vt cũ tremore mandata eius acciperet. Tũ etiam erudit, qua ratione sacerdotes in taberuaculo Dei ministrent. Nudis enim pedib' sacerdotale mun' obibãt. (Quæst. 7.)

✲ HVGO A SANCTO VICTORE. *Terra sancta est*, non propter aliud nisi propter diuinam præsentiam.

ISID. Quia nullus s. digne consistere vel Deum videre põt nisi cuncta terrena & mortalia vitia deponat. Aliter verteũ cõsuetudo erat, vt si sponsus sponsam repudiaret, in signũ tepudii discalcearetur. Ideo Moses discalceari iubet, ne ad ecclesiã quæ in rubo significatur quasi sponsus accedat calceatus, hoc enim Christo seruandum qui verus est sponsus. De quo Ioannes ait: *Cuius non sum dignus soluere corrigiã calceamenti.* Iohannis. j.

d *Ego sum Deus.* ✲ HILARIVS. Non aliter loquendum de Deo est, quam vt ipse ad intelligentiam nostrã de se locus est. Angelus Dei est, qui in igne de rubo apparuit, & de rubo ĩ igne Deus loquitur, habes dispensationem in angelo, quia in angelo officium est, non natura, habes in naturæ nomine Deum, quia Angelus Dei Deus est. (Lib. 4. de Trinitate.)

e *Vidi afflictionẽ, &c.* GREG. MORAL. Sparsis foris mentibus ad seipsum redire cuique difficile est. Quia praua itinera semel captos tanto delectabiliter tenent, quãto quod libuerit non licet. Quia cũ disciplinæ nun' nõ obuiat, nulla retributionis prospicitur pœna quæ terreat. Sed clausis oculis cordis præcipitatur animæ, & tãto securius mala tẽporalia penetrat, quanto durius bona æterna desperat. Sed ista reproborum nequitia electorum uitam quasi grana a paleis separat, & dũ affligit expedit: quia dũ violentia ingerit, festinare ad superna compellit, quod in Israelico populo Mose vacante, & Pharaone seuiente signatur. Moses enim ad vocandum missus est cum Pharao duris operib' vrget, vt alius vocando traheret, alius seuiendo impelleret, vt plebs in seruitio turpiter fixa vel vocata, vel impulsa moueretur, hoc quotidie agitur, dũ prædicatis cælestibus præmiis seuire in electos reprobi permittuntur. vt quos Aegyptiis, id est, vita præsens oppressit blandiens, adiuuet præmens, vt dum Deus prouocat, cruciatus impellat. († de pœ. di. 1. c. sunt q. Deut. 24. a † Io. 5. d. Act. 7. d. † aspicere. † Exatores eius.)

f *Et educam de terra, &c.* GREG. Rudi populo de præsenti vita aliquid promittendũ fuit, vt posset in futuro robusti' solidari. Si enim parua non acciperet, magna non crederet. De' ergo largiẽdo terrena suadet & cælestia, vt percipiens quod videbat, speraret, quod non videbat. (Hom. 32)

g *In terram bonam & spaciosam, in terrã quæ fluit lacte, &c.* GREG. Præsens prosperitas aliquando datur, vt ad meliorem vitam prouo-

NICOLAVS DE LYRA.

✲ tatem non minuebat, licet esset materia combustibilis, per hoc autẽ designabatur, quod labor affligens qui per ignem designatur, filios Israel in quibus erat humana infirmitas non consumeret nec deleret: sed magis mirifice liberarentur, ad quod exequendum per Mosen, dominus apparebat Mosi: & ideo talis apparitio facta est secundum conuenientiam negotij sicut & aliæ apparitiones huiusmodi communiter sunt.

1 Moyses. *Ista duplicatio significat dilectionem, & excitat uocati attentionem.*

2 Ne appropries inquit huc. *Ac si diceret huiusmodi fragilitas non præsumat arcana Dei inquirere curiose, quia scriptum est Prouer. xxv. d.* Qui perscrutator est maiestatis opprimetur a gloria.

3 Solue calceamentum. *Qui modus erat antiquorum & specialiter Hebræorum non ingredi sancta loca pedibus calceatis, & inde est quod Saraceni non audent intrare locum orationis nisi discalceati.*

4 Terra sancta est: *Propter diuinam apparitionem ibidem.*

5 Abscondit Moyses fa. s. *Propter diuinam reuerentiam.*

6 Cui ait dominus. *Hic consequenter describitur commissio facta Mosi ad liberationem populi, cum dicitur.*

7 Vidi afflictionem popu. mei. *Oculo compassionis ad ipsum liberandum, & in hoc dominus aperuit Mosi prædictæ visionis mirabilis intellectum. quia licet diuina non sint præsumptuose inquirenda tamẽ per licet diuinam reuelationem sunt humiliter suscipienda, & ideo quãdo Moses curiose se non ingessit, sed humiliter faciem suam abscondit, tunc dominus ei reuelauit, quia* abscondit *talia a* sapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis, *vt habetur Matth. xi. d.*

8 Descendi, *Scilicet, per effectum: quia Deus in se descendere non potest.*

9 In terram bo. *Quod ostenditur cum subditur:* Quæ fluit lacte & melle. *q. d. cum paruo labore facit magnum fructum.*

10 Et spatiosam. *Quod patet ex hoc quia habitant ibi multæ gentes, quæ exprimuntur cum subditur.*

11 Ad loca Chananæi & Hethæi. *Tacentur autẽ hic Gergezæi & in pluribus alijs locis vbi cæteri nominantur: quia ut dicunt Hebræi non restiterunt filijs Israel per bellum sicut alij. sed de terra recesserunt ante ingressum filiorum Israel.*

✲ Clamor

MORALITER.

✲ † *Vadam & uidebo visionem hanc magnam, quare non comburatur, &c.* Volebat. n. plenius cognoscere mysteriũ incarnatiõis.

2 *Non appropries inquit, &c.* Quasi dicat, talis cognitio quã tu quæris, in vita præsenti non habetur, ideo sequitur.

3 *Solue calceamentum, &c.* Ac si diceret, prius oportet te carnẽ mortalem deponere, sicut dicit Dominus Exo. xxx. iij. d. *Non uidebit me homo, & uiuet.*

✲ † *Vadam & uidebo uisionem, &c.* Sed quoniam talis cõtẽplatio pro necessitate fraterna debet aliquãdo ĩterrũpi, ideo subdit.

† *Vadam & uidebo, &c.* Quia cõtemplatio viæ excitat desiderium contemplationis patriæ, quæ aliquando retardatur propter necessitatem populi. Exemplum de beato Iohanne euãgelista qui dixit Christo sibi apparenti prope suã mortem. quotiens rogaui te vt venirem ad te, & dixisti mihi. Expecta vt liberes populũ mihi crediturũ. Et de beato Martino legit. Scimus quidẽ desiderare te Christum, sed salua sunt tibi tua præmia, nec dilata minuẽtur, nostri potius miserere quos deseris.

✲ Sed

Amorrhæi & Pherezei & Heuæi & Iebusæi. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me, vidique afflictionem eorum qua ab Aegyptiis opprimuntur. Sed * veni, mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Israel de Aegypto. Dixitque Moyses ad Deum: Quis ego sum, vt vadam ad Pharaonem: & educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, quòd miserim te: Cum eduxeris populum meum de Aegypto, † immolabis Deo super montem istum. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, quod est nomen eius, quid dicam eis? Dixit dominus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices ad filios Israel: Qui est, misit me ad vos. Dixitque iterum Deus ad Moysen: Hæc dices filiis Israel: Dominus Deus patrũ vestrorum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vade: congrega seniores Israel: & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Iacob, dicens: Visitans visitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto, & dixi: vt educam vos de afflictione

(Interlinear glosses:) a ¶ Corporalem & spiritualem. a ¶ Dæmonibus vel iniquis hominibus. b ¶ Incarnatus propria voluntate. c ¶ Diabolum reprimendum. a ¶ Prædestinatione. b ¶ De tenebris peccati. a ¶ Quasi Dei est, non hominis hoc facere. Vnde: Gloria mea non est mea, sed eius qui misit me. Io.7.b.b. a ¶ Diuinitas cum humanitate. ¶ Immolari facies. a In eminentia virtutum debet esse qui vult Deo immolare. ¶ Vel Deus. a ¶ Nemo alius. b Proprie immutabiliter. a ¶ Vel filijs. b ¶ Sine omni mutatione, stabilisque manens dat cuncta moueri. ¶ Non recedens. a Cui attestantur tres probati & examinati testes, quorum testimonium uerum est. a ¶ Quia hi testes viuunt in æternum. ¶ Apostolos primitiuam Ecclesiam. a ¶ Absconditus a seculis & generationibus. a ¶ Geminatio confirmatio. ¶ Peccatoribus infirmos.

(Left margin:) prouocet, aliquando vt in æternũ plenius damnet. hinc Israeliticis terra Chanaan promittitur, vt quandoq; ad æterna sperãda prouocentur: quia radis popul' promissionib. non crederet nisi a promissore aliquid i vicino perciperet. Nõ ergo solũ spe ad res, sed rebus quãdoque ad spem trahitur, vnde Psal. ciiij. d. *Et dedit illis regiones gẽtium & labores populorum possederunt, ut custodiãt iustificationes eius, & legẽ eius requirant.*

a *Hoc habebis signum.* ✱ THEODORETVS. Cum præsentia numinis videbis cuncta tibi fœliciter succedere, nihil obstare quo minus euadas, iã fuerit hoc tibi certius argumentum non temere suscepisse hanc legationem.

b *Qui est misit me ad nos, &c.* Mittitur Moses ad Pharaonem puniendum & tandẽ occidendum. missa est lex ad diabolũ destruendum.

HIERON. Scribens ad Marcellam de decem nominibus Dei, sexto loco ponit no- *Nunc.

(Right margin:) אהיה ehieh quod in Exodo legitur: *Qui est, misit me ad uos.* Deus enim solus, qui exordium non habet veræ essentiæ nomẽ tenet, quod per angelum dictum est Mosi nomen eius quærenti, quia in ei' cõparõne qui vere est, quia ĩ cõmutabilis est, quasi non sunt, quæ mutabilia sunt, quod enim dicitur, fuit, non est: & quod dicitur, erit, nondum est. Deus autem tantum est qui non nouit fuisse vel futurum esse. Solus autem pater cum filio & spiritusancto uere est. Cuius essentiẽ cõparatum nostrum esse, non est. Vnde & dicimus: Viuit Deus quia essentia diuina, vita viuit, quam mors non habet.

✱ AMBROSIVS. Hoc est verum nomen Dei esse semper. Vnde & Apostolus de Christo. *Dei enim filius Christus, qui in nobis est, qui per nos prædicatus est, per me, & Syluanũ & Timotheum, non fuit in illo, inqt, est & non sed est ĩ illo fuit.*

✱ HIERON. Nunquid

(Margin notes:) † Facietis cultũ Deo vel seruiet dño, aut adorabitis Deum. — Episto.93. — In epist. ad Eph. c.3.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Clamor ergo. *Propter occisionem paruulorum innocentium & propter iniustam afflictionem laborantium: quia occisio innocentium dicitur clamare ad Deum, Gene.4.b.* Ecce uox sanguinis fratris tui Abel clama ad me de terra. *Similiter afflictio uel defraudatio laborantium. Iaco.5.a.* Clamor eorum in aures domini Sabaoth, *&c.*

2 Sed ueni, mittam te. *Licet enim esset presentaliter coram eo: tamen dixit ueni, per hoc significans ut deberet esse promptus ad suscipiendum mandatum Dei mente & uoluntate, sicut erat presens corpore.*

3 Dixitque Moyses. *Hic consequenter describitur ipsius Mosi instructio & confortatio, quæ requirebatur ad tantum officium suscipiendum, & primo instruitur & confortatur uerbis, secundo ex socijs adiunctis, ibi:* Ingredierisque tu & seniores Israel, *tertio ex mirabilibus signis, in principio capituli.4. Circa primum ponitur Mosi stupefactio dicentis.*

4 Quis ego sum? *Acsi diceret, omnino sum insufficiens ad tantum negocium. Et ideo dominus consolatur eum dicens.*

5 Ego ero tecum, *Qui sum sufficiens & potens ad te protegendum & dirigendum.*

6 Et hoc habebis signum, *Quod miserim te. Secundum Hebræos hoc refertur ad præcedentia, acsi dicatur: visio quam tibi ostendi in rubo, est tibi pro signo, quod ego mitto te, secundum catholicos refertur ad sequentem literam, cum dicitur.*

7 Cum eduxeris populum meũ de Aegypto. *Immolabis Deo super montem istum. Ait Moses ad Deũ, Ecce ego ua. Acsi dicatur. Ego prædico tibi, quod post eductionem populi mei immolabis Deo super mõtem istum, & cum hoc tibi acciderit, erit tibi certum signum, quod fui tecum in eductione populi de Aegypto. Erit etiam tibi signum de futuro quia dominus dixerat Mosi duo, scilicet eductionem populi de Aegypto, & inductionem eius in terram lacte & melle fluentem, & ideo sicut immolatio prædicta erat signum respectu præteriti, liberando eos mirabiliter de seruitute Aegypti, ita esset signum respectu futuri, s. quod eos introduceret mirabiliter in terram prom ssam.*

8 Si dixerint mihi, quod est nomen eius, quid dicam eis. *Mose enim in hoc expresse quæsiuit de nomine mittentis, & tacite de eius conditione: & dominus respondet primo ad secundo, s. de conditione mittentis ipsum dicens.*

9 Ego sum qui sũ. Ait. *In Hebræo habetur.* אהיה אשר אהיה ehieh aser ehieh, *Ero qui ere, per vtramque tamen literam idem significatur, s. necessitas essendi, & æternitas & immutabilitas per omnem modum, quę est conditio propria & singularis ipsius Dei, omnia enim alia eo ipso quod sunt, de nihilo habẽt principium sui esse: & sunt uertibilia in nihil, quia subtracta manutenentia diuina, caderent in non esse & ideo non esse conuenit, eis quantum est ex se, sed esse habent a Deo, secundum qđ dicitur Esa.xli.f.* Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est.

10 Sic dices ad filios Israel. *Ac si diceret: si quæratur a te, quis misit te. Respondebis.*

11 Qui est misit, me ad uos. *Id est ille qui habet ex se necessitatem essendi, & plenitudinem absque restrictione & determinatione aliqua.*

13 Dixitque iterũ Deus ad Moysen. Hæc dices filiis Israel. *Acsi diceret, si quærunt secundo de nomine mittentis te. Respondebis.* Dominus Deus patrũ vestrorum Deus Abraham & Deus Isa. &c. hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum, &c. *& sequitur.*

13 Vade congrega seniores Israel. *Non intelligitur hoc de omnib. senibus populi, quia cum in populo illo essent sexcenta milia peditum, ut habetur infra 12.f. Omnes senes populi non possent de facili congregari, sed per seniores hic intelliguntur iudices, qui habent populum regere.* Seniores.

14 Visitans uisitaui uos. *Hoc modo loquendi usus est, quia Ioseph moriens*

MORALITER.

2 *Sed ueni,* id est, Ad limbum patrum qui est in parte inferni, denuntiandum sanctis patribus eorum liberationem propiquam. Greg. homil.2. Quem enim præcurrens nascendo mũdo nuntiauerat, hunc moriendo & ad inferos præcurrebat.

2 *Sed ueni, & mittam te.* Ad liberandum populum meum de seruitute diaboli, qui per Pharaonem designatur, per tua cõsilia & horta menta. Aliter potest exponi.

A quid solus Deus erat,& cætera non erant? Vtique erant angeli cęlum, terra, & ipse Moses, & Aegyptii, sed commune nomē substantię proprium sibi uēdicat, qu a cætera vt sint Dei sum pserę beneficio. Deus vero qui semp est, nec hēt aliūde principiū, & ipse sui origo est, sucq; causa substātiæ, nō pōt intelligi aliūde habere qđ sub sistit. Nam in igne aliud est calidum, aliud calefactum.

Quæst. 4. in Exod. a *Ad terram fluentem lacte et melle. etc.* AVGVST. Vtrum hoc spiritualiter accipere debeamus, quia secundum proprietatem non hæc erat terra, quæ data est Hebreis. An modus locutionis est, quo ubertas & suauitas terrę laudatur.

Quæst. 12. B b *Sed ego scio, &c.*

✱ THEODORET. Quare Deus a principio Pharaonem non vindicauit? Omnibus demōstrat iudicij sui ęqtatē. Multo enim ęquus erat, vt Pharaonis detegeretur improbitas, quam Deus haberetur immitis. Nam si prius quam argueretur Pharao, pœnas dedisset, videri poterat Deus acerbus et iniquus, nunc vero tum patientiam Dei agnoscimus, tum regis impietatem seruitiamque.

Quæst. 6. in Exodō. C c *Non exibitis. etc.* AVG. Quod mandauit dominus Hebræis, ut acciperent ab Aegyptiis uasa argentea & aurea & uestē, atque, addidit, pdabimini eo, mandati huius non potest esse iniustum iudicium. Mandatum enim Dei est, de quo non iudicādum, sed obtemperandum fuit. Ipse enim nouit quam iuste mandauerit, ad seruū ptinet obedienter facere qđ mādauit.

d *Vasa argentea.* Argentum & aurū ab Aegiptiis petlosimvnde tabernaculum Deo fabricemus, cū poetas & phos, ephos legimus, vt diuinam scripturā sapientius & facūdius legam⁹. D

✱ NICETAS. Non iniqui iudicii erat, ne iuxta, historiam quidem, imperare his qui diurnis laboribus fuerāt afflicti, ut Aegyptios spoliarent, sed modum quidem integri ac incorrupti iudicis, æquum esse pronūciātis, vt opera rius alimento fruatur. Allegorico autem sensu, per Aegyptios dæmones intelligi possunt, per vasa autem aurea & argentea diuitię nostrę, quę ex variis materiis conflantur, quarum ipsi domini sunt, nobis in posturę earum dispēsatoribus vtentes, easque expendendas cōmittentes, in quos vsus imperauerit. Ergo cum a flagitiosa vita excedis (id enim Aegyptus significat) eas vtendas roga, alienas quidē, ut pote secundū dęmonum cōsilium administratas tuas autem, ut diuino munere tibi cōcessas ut eas quem admodum oportet dispenses. Comitabuntur te porro pecuniæ, cum Deo per pauperū manus offerentur. Exemplum Israelitarū sequere, & quēadmodū illi cum multos annos Aegyptiis seruissent, nec seruitutis mercedē aperte flagitare possent, dolo petitionē tuam prosecuti sunt. Deo nimirum hoc suadente. Eodem modo tu quoque Pharaoni spirituali seruiuisti, circa terram terrenarūq; rerū studiū te occupās, ac pptrea tibi merces debet. Quo circa Aegyptios dæmones spolia, recte spargēs q male accumulasti. E F

In orat. 42. Nazianzeni.

† Occurrit nobis.

Aegypti in terrā Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, et Iebusæi, et ad terram fluentem lacte et melle, et audient vocem tuam. Ingredierisque tu et seniores Israel 1 ad regem Aegypti: et dices ad eum: Dominus Deus Hebræorum † vocauit nos. Ibimus viam trium dierum in solitudinem, 2 3 vt immolemus domino Deo nostro. Sed ego scio, quod non 4 dimittet vos rex Aegypti, vt eatis nisi per manum validam. 5 Extendam enim manum meam, et percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum. post hæc dimittet vos, daboque gratiam populo huic coram 6 Aegyptiis. Et cum egredimini, non exibitis vacui: sed postulabit mulier à vicina sua, et ab hospita sua vasa argen- 7 tea et aurea ac vestes, ponetisque eas super filios & filias vestras, spoliabitis Aegyptum. 8

[Interlinear glosses: a ¶ Mundi. b ¶ Quam possidebant vitia per has gentes figurata. a ¶ Ecclesiam. b ¶ Doctrina infantium. c ¶ Dulcedine suauitatis diuinæ. a ¶ Obedientes. b ¶ Principes Ecclesiæ. a ¶ Principem mundi. b ¶ Transitorum qui non habent hic manentem ciuitatem qui cupiunt exire de Aegypto. a ¶ Tam interius quam exterius. b Christum qui die tertia resurrexit. ¶ Sacrificium laudis. c Remoti a strepitu mundi. ¶ Qui non ingreditur ciuitatem. ¶ Meum tamen est monere vt in excusabilis sit. a ¶ Filios lucis. b Tenebrosorum recedentes a tenebris. c ¶ Potentiam apertam. a Ad feriendum. ¶ Mundum & Principem eius. a ¶ Plagis. b Quæ nemo alius facit. c ¶ Vt omnes videant ne possint excusari. a ¶ Victus plagis. ¶ Gratis. ¶ Nouo scilicet. a ¶ Non est inhonestum, quod Deo præcipiente est factum. b ¶ Sollicita anima, vt ecclesia. c ¶ A concellanea sua. d ¶ Poetæ & Philosophi quodammodo sunt nobis vicini. a ¶ Morum & operum honestates. b ¶ Ornando, erudiendo. c ¶ Maiores. Minores. ¶ Auferendo quæ tabernaculo Dei vtilia sunt.]

d *Va-* ☞ *Glo-*

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *moriens sic prædixerat.* Post mortem meam Deus visitabit uos & ascendere faciet de terra ista. *vt habetur* Gen. c. l. d.

1 Et audient vocē tuam. *Erant enim homines prudentes & scientes promissionem factam Abrahæ. Gene. xv. d. vbi dicitur:* Quarta generatiōe reuerenturhuc. *Et ideo videbant, quod tempus suæ liberationis instabat, & ideo uerbis Mosi crediderunt antequam faceret signa, de quibus dicetur sequenti capitulo.*

2 Ingredierisque tu & seniores Israel ad regem Aegypti, & dices ad eum, dominus. *Hic ponitur instructio & consolatio Mosi ex societate sibi adiuncta ad loquendum regi Aegypti, cum dicitur.* Ingredierisque tu & seniores Israel, &c.

3 Ibimus viam trium dierum in solitudinem ut immolemus domino Deo nostro. *Non dicit unius diei aut duorum, quia non essent sufficienter elongati ab Aegyptiis, qui lapidarent eos, si scirent eos immolare animalia quæ ipsi colebant tanquam Deos, nec dicit sex uel octo, quia uideretur, quod non quærerent Deo immolare, sed magis fugere, & ideo dicit trium dierum, non plus exprimendo, ut sic quanto petitio esset magis rationabilis, tanto rex Aegypti esset magis inexcusabilis de inobedientia ad Deum. Sciebat enim dominus quod illam petitionem non exaudiret & sic mereretur a Deo flagellari, in tantum quod inuitus maiora concederet, scilicet totalem exitum, & non solum concederet, imo ad exitum de terra compelleret, ut dicitur. inf. xij. c. unde subditur.*

4 Sed ego scio quod non di mittet vos rex Aegypti, ut eatis, *Ad mandatum meum simplici uerbo factum:* Ideo subditur.

5 Nisi per manum ualidam. *Id est per uirtutem meam ipsum populo suo grauiter affligentem, sicut patebit in sequentib.*

6 Daboque gratiam. *Dicunt Hebræi, quod in exitu populi de Aegypto dominus dedit eis tantam gratiam, quod liberaliter offerebant & dabant eis iocalia pretiosa, sed hoc non videtur concordare literę sequenti ubi dicitur.*

7 Postulabit mulier a uicina sua, &c. *Postea etiam subditur.*

8 Et spoliabitis Aegyptum. *Quod non uideretur uerum, si Aegyptij eis dedissent, & ideo dicendum quod ab Aegyptus receperunt per modum mutui, & sic secum portauerunt bona Aegyptiorum, qui erant intenti ad sepeliendum mortuos suos, quia nulla erat domus Aegyptiorum, in qua non iaceret mortuus, ut habetur infra xij. c. ideo obliti sunt repetere. Nec tamen Hebræi commiserunt furtum, quia voluntate & auctoritate domini hoc fecerunt, ut patet hic qui est dominus simpliciter omnium rerum, & sine iniuria & iniustitia quæcunque potest uni auferre, & alteri dare pro sua uoluntate. Considerandum etiam, quod ex consideratione personarum ista Dei ordinatio fuit rationabilis, quia Hebræi in multis ualde & grauibus seruierant Aegyptij, nec habuerant recompensationem laboris, nec uiolentiæ sibi factæ: nec pro submersione paruulorum suorum habuerant emendam uel recompensationem, & ideo Aegyptij eis in multis tenebantur.* His dictis patet litera,

Sed

---

*ADDITIO.*

In c. 3. ubi dicitur in postilla. Moyses autem In hoc. c. i. Exo. iij. cōtinetur exordium redemptionis populi Dei ab Aegyptiaca captiuitate, sicut in euang. Missus est angelus Ga. *Lu. i. c. exordium humani generis continetur unde sic vt in illo nomen proprium Christi redemptoris exprimitur, ita & hoc nomen proprium Dei principaliter liberantis ostenditur. Et quia postil. in hoc c. nimis breuiter se expediisse uidetur, cum tamen magna in ea contineantur ratione prædicta: ideo* ✱ *certa*

A certe quædam in hoc ca. contenta, videtur aliqua attendenda seu declaranda intendentes specialiter, quorum primum est quod non videtur necessarium dicere in hoc loco, quod quia angelus quandoque loquebatur in persona Dei, ideo Deus nominetur. Nam si cum tum serium l tex. prout etiam verba plena sonant, potest dici, quod ille qui apparet in forma ignis, erat angelus apparens ad excitandum mentem Mosi, ut cernens miraculum accederet ad audiendum vocem & verba diuina. Sed cum sequitur Cernens autem dominus, &c. hæc verba & etiam verba sequentia immediate possunt intelligi ab ipso D o dicta prout sonant. Secundo posset quis admirari, quomodo Moses illam angelicam visionem videndo & verba Dei audiendo non legitur adorasse. Mos enim frequenter erat in huiusmodi visionibus seu apparitionibus adorare. vnde Gene. 18. a. legitur de Abraham, quod tres vidit, & vnum adorauit. & de Iosue legitur Iosue. 5. d. quod cum sibi dixisset angelus. Ego sum princeps exercitus domini, &c. quo l cecidit pronus in terram adorans. quod intelligitur de adoratione duliæ respectu angeli, sed hic non videtur fieri mentio de aliqua adoratione. Ad quod intelligendum, quod hoc & quædam alia in hoc cap. contenta faciunt ad commendationem humilitatis ipsius Mosi, de qua legitur infra. Num. 12. a. Vir autem Moyses erat humilis valde. Cuius ratio est, quia non æstimabat se dignum ad adorandum sed potius ad modum publicani, cuius humilitas a domino commendatur Luc. 18. capit. qui ex magna humilitate nolebat oculos ad cælum leuare, seipsum vilificando, B sic & Moyses in hoc loco, legitur enim, Abscondit Moyses faciem suam, non audebat enim aspicere contra Deum, quod maiorem ostendit humilitatem quam adoratio corporalis, nihilominus tamen Moses corporaliter adorauit in hoc enim quod dicit. Abscondit faciem suam, etiam adoratio corporalis intelligitur, nam super hoc verbo abscondit gl. dicit inclinando tantum vultum humiliatis versus terram. ut facies sua esset abscondita ne aspiceret cōtra Deum, & sic patet quod cum interiori humilitate adorauit. Tertio cum dicitur in litera, Quis ego sum, ostenditur humilitas ipsius Mosi in verbo, quæ prius ostensa fuerat in actu interiori mentali, & etiam exterius in corporali, ut dictum est, per hæc enim verba habetur, quod ad neutrum eorum quæ sibi a domino iniungebantur, æstimabat se dignum, scilicet, nec ad hoc, ut iret ad Pharaonem etiam pro modica re, cum Pharao esset magnus rex, & ideo dicit. Quis ego sum, ut vadam ad Pharaonem? Et consequenter etiam æstimabat se dignum ad educendum populum Israel de Aegypto, licet non essent in potestate Pharaonis, cum ducatus tanti populi requirebat virum magnæ prudentiæ & virtutis. Et nota quod non dixit, non sum ego dignus ad hoc ut vadam, sed quis sum ego. quod denotat maiorem humilitatem, sentiebat enim se non inhabilem solum ad prædicta, sed etiam contemptibilem, quod sonant verba. Quis ego sum? q. d. nullissimum. Consequenter quarto dicitur in litera, qui dixit ei, Ego ero tecum. Circa hæc verba sunt multæ & variæ expositiones, quarum duæ communiores ponuntur in postilla, & tamen neutra eorum videtur sufficere. Illa enim quæ dicit quod hoc quod dicitur: Et habebis signum, refertur ad visionem factam Mosi in rubo, quæ quidē visio (ut dicunt) fuit data Mosi pro signo quod Deus mittebat eum, est expositio quorundam Hebræorum, licet non omnino videatur cōtinere veritatem: Tum quia Moses non petiuit tale signum, ut patet in litera, sed solum ostendit Deo fragilitatem suam et. Quis sum ego. ut dictum est. Tum quia ex hoc videretur, quod Moses esset modicæ fidei, qui etiam videns signum miraculosum manifeste, & audiens diuina verba, dubitasset. Et si enim illa verba essent sibi diuinitus dicta, quod si ita esset, reputaretur sibi ad culpam, sicut de Zacharia legitur Luc. 1. b. Eo quod non credidisti verbis meis, quod tamen non legitur in hoc loco, nec aliquid simile. Secunda vero expositio quæ dicit quod cum dicitur: Hoc habebis signum, refertur ad immolationem futuram, quæ facta fuit a populo Dei super montē Sinai, quia quidem immolatio debebat esse signum certificans Mosen de duobus, quorum vnum erat præteritum, s. quod Deus fecerat cū Mose in eductione populi de Aegypto. Aliud erat futurum, scilicet futura inductio populi in terram promissam, quæ quidem expositio videtur inconueniens, quo ad vtramque partem. De primo patet, nā quādo immolatio facta fuit in monte, omnino superfluum erat signum ad certificandum, quod Deus mirabiliter liberasset populum de seruitute Aegyptiorum, hoc esset cunctis manifestissimum per experientiam. De secundo vero patet, nam (vt constat ex litera) non fuerat Mosi commissa tunc ductio populi de Aegypto ad terram promissam, sed eductio populi de Aegypto, dicit enim: Mittam te ad Pharaonem, non faciens mentionem de introductione ad aliam terram, unde saluo meliori iudicio, aliter iste locus mihi videtur exponendus. Ad quod sciendum quod Moses in hoc loco non fuit locutus Deo aliqua verba incredulitatem sonantia, vt hoc requireret ut daret signum certificans ipsum Mosen, sed solum exposuit Deo humilitatem suam ad tantum officium quod sibi committebat di. Quis ego sum vt vadam, in quo intelligebatur tacite, quod rationabilius debuisset mitti alius aptus ad hoc, vnde dominus respondet ad primum. Ego ero tecum, q. d. et si tu non es sufficiens ex te, meo auxilio eris sufficiens. Ad 2m dicit: Et hoc habebis signum, quod miserim te, cum eduxeris populum de Aegypto. Pro

qua (margin): quæstio quare Moses non adorauit.

quo sciendum, quod sicut Deus in noua lege per pauperes & impotentes D voluit inducere fidem suam per orbem, ut ex hoc magis luceret virtus & potentia diuina, iuxta illud. Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus, ut fortia quæque confundat, pari ratione voluit in antiqua lege per Mosen, qui modicæ reputationis erat, in tantum quod in ætate. 75. anno vim gregem pascebat, ut patet in litera, fieret liberatio populi, & eius eductio de Aegypto, ut sic tota virtus & potentia huius liberationis soli Deo attribueretur, & populus induceretur ad immolandum Deo in recognitionem sui beneficij & nulli alteri, & hoc sonat litera cum dicit: Hoc habebis signū, quod miserim te, cum eduxeris populum de Aegypto. vt id quod dicitur. hoc habebis signum. referatur ad inhabilitatem ipsius Mosi ad tantum officium, & est sensus propter hoc ego elegi te non potentem nec fortem, quia hoc erit signū quod miserim te, scilicet quod non virtute propria hoc fecisses sed mea virtute & potentia, qua ratione tu & ipse populus immolabitis Deo super montem istum, & sic inhabilitas seu debilitas Mosi quam Deo ostendebat ad excusationem suam erat intenta a Deo, ut esset signum manifestum de hoc quod ista eductio fuisset a solo Deo, & quod sibi soli erat immolandum in recognitionem sui beneficij. Quinto sequitur in litera: Ecce ego vadam si dixerint mihi, quod est nomen eius? quid dicam? In quo loco ad literam fiunt quædam obiectiones. Primo enim obijcitur sic, aut nomen Dei erat notum Mosi ante reuelationem huiusmodi, aut non erat ei notum antea. si sic, superflue quærebat hoc iterum scire, si autem non, quare quærebat hoc in persona filiorum Israel, & non potius in sua persona di. Notū fac mihi nomen tuum. E Si autem dicatur, quod hoc nomen erat ei notum ante huiusmodi reuelationem, non tñ erat notum filijs Israel, & ideo quærebat a Deo, ut posset eis indicare nomen Dei ut ipsi crederent Mosi in dicendis. Contra hoc obijcit Rab. Mosi in prima parte de directione capite 72. vbi de hac materia prolixe tractat di. quod aut filij Israel hoc nomen sciebant antequam a Mose audirent illud, aut non, si sic, superflue eis illud nomen notificaret, cum iam ipsi scirent sicut & ipse, si autem ipsi non sciebant antea, sequeretur quod ex hoc quod sibi notificaretur a Mose non magis crederent et, cum ipsi nescirent utrum hoc esset nomen Dei vel non. Item contra hanc interrogationem Mosi obijcitur a quibusdam. Nam filij Israel in Aegypto existentes antequam eis mitteretur Moses, aut erant fideles, scilicet habentes fidem vnius veri Dei, aut non habebant fidem de Deo vero. Non est dicendum filios Israel non habere fidem de Deo vero, quia tunc non esset populus Dei, nec de eis dixisset Deus: Vidi afflictionem populi mei In Aegypto. Nullus enim reputatur Dei populus seu de populo Dei, si sit extra veram fidem. Si autem erant fideles scilicet veram fidem habentes de vero Deo, non requirebat alia nominatio Dei, sufficiebat enim quod Moses dixisset eis, Ille enim quem vos creditis esse Deum, ille misit me ad vos, præsertim cum eis insuper declarasset. Deus Abraham, &c. sicut dictum fuerat Mosi in prima allocutione. Omnes enim erant de ritu circuncisionis, quæ fuerat data Abrahæ in signaculum fidei. Genes. 18. b. quod patet infra 4 cap. ubi propter incircuncisionem filij Mosi volebat Deus interficere eum. Ad quorum declarationem videtur vlterius aliquid dicendum. Circa quod attendendum est, quod ex his quæ dixerat dominus Mosi super sua missione, videntur oriri duo, quæ ab ipso Mose merito erant inquirenda Quorum primum est, quod licet dominus expresse dixisset Mosi, quod descenderat ut liberaret populum Israel de manibus Aegyptiorum, ad quod volebat mittere Mosen ad Pharaonem, ut educeret populum, &c. non tamen eidem declarauit vtrum hoc volebat facere per aliquas vias occultas, ut puta inclinando cor Pharaonis & suorum ad dimittendum populum seu per aliquas plagas occultas, quæ etiam secundum cursum naturalem fieri possunt, sicut fecit in facto Saraæ vxoris Abrahæ, Gen. 20. a. Similiter de Abimelech Gen. 20. a. m. c. qui etiam ipsam Saram dimisit propter reuelationem diuinam, quam habuit in somnis. Similiter & Laban dimisit Iacob cum gregibus suis, propter monitionem diuinam eidem in somnis factam, quod dubie potuisset etiam in hoc casu fieri per voluntatem diuinam, cui nemo potest resistere. Aut forte Deus voluit populum educere cum signis & prodigijs supra naturæ cursum communem publice factis, prout in effectu fuit ostensum. hoc enim pertinebat ad Mosen scire, quia forte si Deus primo modo voluisset educere populum, Moyses reputasset se aptum ad hoc, quia hoc fieret sine contentione & contradictione, prout in prædictis gestis patet. Secus autem si secundo modo, quia tunc requirebantur magnæ contentionis & controuersiæ, sicut contingit in casu ad quod non reputabat se Moses dignum ut iam dixerat. Sed hæc inquisitio pertinebat ad eum ex parte filiorum Israel, eo quod forte facilius & suauius venirent ad credendum diuinis prophetijs & mandatis per internam inspirationem seu monitionem diuinam, quam per miracula vel signa uel ... Mosi. Vnum propter hoc petebat Moses nomen domini sub quo debebat filijs Israel illo annuntiare, Nam nomina diuina communiter imponuntur Deo secundum operationes quæ ab eo procedunt. sicut cum dicitur. Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius, infra. 15. a. & Esa. 55. d. Et erit dominus nominatus in signum æternum. & sic ex hoc q sibi reuelaretur nomen diuinum, sub quo ista liberatio debebat

Nota de diuinis nominibus.

Hoc erit nū quo modo exsecatur.

A bebat fieri, Moses haberet certificationem de hoc quaesito. In qua quidem interrogatione videtur Moses tenere modum quodammodo beatae virginis interrogantis: Quomodo fiet istud, Luc. 1. Non enim dubitabat de efficacia diuinae voluntatis, sed quaerebat modum. Secundum quod ex dictis domini oriebatur, inquirendum ipsi Moysi est hoc. nam dominus dixerat ei, quod ipse & populus immolarent deo super montem praedictam, unde volebat Moses scire nomen proprium diuinum, sub quo talis immolatio debebat fieri. Hoc enim nomen Deus vere intellectum, licet non sit communicabile alicui creaturae secundum rem, est tamen communicabile secundum participationem, ut dii dicantur, qui participant aliquod diuinum per similitudinem iuxta illud Psalm. 81. a. Ego dixi dii es. &c. Similiter est communicabile secundum opinionem. unde super illud ad Gal. 4. a. His qui natura non sunt dii, seruiebatis. Gl. non sunt dii natura, sed secundum opinionem hominum. Et quia sacrificare seu immolare est actus soli Deo vero debitus, unde, infra. 22. cap. Qui immolat diis occidetur, nisi soli domino. idcirco Moses quaerebat aliquod proprium nomen diuinum, quod esset omnibus modis incommunicabile, ut sic populus ille qui pronus erat ad idololatriam, secundum quam leuiter vocabant creaturam nomine dei, ut infra. 32. capitulo de uitulo dicebant. Hi sunt dii tui Israel, vt in hac immolatione seu sacrificio non deuitaret a uia recta. Qua quidem expositione sic posita cessant obiectiones praedictae. Nam ad primam obiectionem dicendum, quod hoc nomen diuinum quod Mosis quaerebat, nec erat notum pro tunc Mosi, nec etiam filiis Israel, prout infra dicetur. quaerebat autem hoc Moses in persona filiorum Israel, & non in sua persona ex quadam humilitate & reuerentia. videtur enim quodammodo temerarium seu praesumptuosum, praesertim uiro tam humili dicere Deo: Quod est nomen tuum? non enim erat Moses ignarus, quod Iacob petenti nomen angeli fuit responsum quasi increpatiue: Cur petis nomen meum? supra Gene. 32. g. & ideo Moses petebat in persona populi cui mittebatur, de quo praesumebatur, quod saltem aliqui eorum hoc peterent. Ad secundum dicendum, quod Moses non petebat cognitionem huius nominis, ut per hoc filii Israel crederent ei, sed hoc quaerebat propter rationes supradictas. Ad tertium dicendum quod licet filii Israel & a fortiori Moyses haberet fidem de Deo vero qui est Deus Abraham, &c. non tamen haec notitia seu cognitio sufficiebat ad certificandum Moysen de aliis supradictis. Consequenter sexto dicitur in litera secundum translationem nostram Dixit dominus ad Mosen, Ego sum qui sum, Ait. Sic dices filiis Israel, qui est misit me ad vos, &c. quam quidem translationem, doctores nostri sequentes communiter tenent quod hoc nomen qui est, maxime est nomen proprium Dei, prout sanctus Tho. in prima parte. q. 13. art. 11. in cor. q. vbi ad hoc assignat quasdam rationes, quarum una est. Hieron. ad Marcellam de decem Dei nominib. & August. in 5. de trin. quae quidem ratio talis est, quia in hoc nomen significatur immutabilitas propria diuini esse, quod non nouit praeteritum nec futurum. Caetera enim quae mutabilia sunt, quasi non sunt. Quod enim dictum fuit, iam non est, & quod dicitur, erit nondum est. & ideo de Deo maxime proprie dicitur quod est in praesenti. Quae quidem expositio, licet secundum translationem nostram supradictam & ex autoritate sanctorum locum habere videatur, non tamen videtur habere locum secundum Hebraicam literae veritatem, ubi sic habetur. Dixit dominus ad Mosen, Ero qui ero. Ait. Sic dices filiis Israel, qui erit misit me ad vos, &c. Ponitur enim hic in quolibet loco ehieh. Ero. hac dictio אהיה quae proprie est verbum substantiuum futuri temporis primae personae indicatiui modi, quae quidem dictio frequentissime ponitur in sacra scriptura, & nullam aliam significationem nec aequiuocationem habet, unde secundum hanc literam non est dicendum, quod Deus in hoc loco respondit Mosi nomen proprium suum. nam per hoc quod dicitur, qui erit, non significatur aeternitas, in qua nulla est successio, nec etiam immutabilitas, cum in hoc quod dicitur qui erit, significatur a non esse in esse vel saltem ab esse praesenti uel praeterito in futurum. Nec etiam necessitas essendi hic ostenditur, cum illa quae erunt non dum sunt, ut patet per autoritates sanctorum allegatas. Unde valde mirandum videtur de postillatore, qui in hoc loco veritatem Hebraicam allegat modo praedicto, & tamen ex hoc quod dicit, Ero qui ero, intendit concludere aeternitatem & immutabilitatem Dei & huiusmodi, quod est manifeste contra rationem, & etiam contra mentem sanctorum, qui ista non concluserunt, nisi ex verbo substantiuo praesentis temporis, non autem futuri vt dictum est. unde locus ille secundum Hebraicae literae ueritatem aliter videtur exponendus. Ad quod sciendum, quod in uerbis praedictis s. cum dominus dixit ad Mosen, Ero qui ero, &c. non respondit dominus Mosi aliquod nomen diuinum de nouo, sed potius ostendit ei, quod non erat interrogatio sua necessaria de hoc. Cuius ratio est. nam sufficiebat filiis Israel & etiam ipsi Mosi, quod Deus patrum suorum. s. Abraham, Isaac, & Iacob, quem ipsi per fidem cognoscebant esse† vnum Deum vellebat esse cum eis ad educendum eos de seruitute, siue hoc fieret per miracula potentia siue aliter. & hoc est quod dicit. Ero qui ero. et est sensus, Ero cum eis, qui ero tecum, statim enim sup. dixerat Mosi. Ego ero tecum, &c. acsi diceret. Ego dixi tibi, quod ero tecum in hac liberatione. similiter dico, quod ero cum eis. Et quia utrum erat super eodem est ideo, idcirco tantum D semel conclusit. Qui erit misit me ad vos. q. d. Non debetis vos curare quomodo, sed sufficiat nobis quod ero vobiscum scilicet cum Mose & cum populo ad implendum praedicta, in quo Deus satisfaciebat Moysi etiam de secundo motiuo suae interrogationis, s. quoad immolandum Deo sufficiebat populo immolare uero Deo, quem patres coluerunt, qui etiam Deus redimebat eos a seruitute Aegypti, etiam si aliquod nomen diuinum eis non innotesceret, quia hoc quod est esse Deum Abraham, Isaac, & Iacob, qui educeret populum Israel de Aegypto, non est communicabile alicui creaturae. Et nota quod antiqui Hebraeorum non exponebant hoc quod dicitur. Ero qui ero, de aliquo nomine diuino, sed dicunt quod Deus in responsione offerebat se populo seu promittebat eis, quod esset cum eis in hac tribulatione Aegyptiaca, & in alia quando contigisset. Et notandum quod haec dictio אהיה ehieh quae in hoc loco ponitur, quod significat ero, ut dictum est, nunquam in tota sacra scriptura ponitur pro nomine diuino, unde si nomen diuinum esset, rationabile esset, ut alicubi Deus hoc nomine nominaretur. Sequitur in litera septimo, Dixitque iterum Deus ad Moysen, haec dices filiis Israel, Dominus Deus patrum vestrorum, &c. misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in aeternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem, &c. Haec in litera. Super quib. uerbis, licet non modicae attentionis sint, nihil videtur scripsisse postillator, nisi quod vbi dicitur. Dixitque iterum Deus ad Moysen, iterum exponit ut referat ad † interrogationes acsi dicat, si quaerant secundo de nomine mittentis te, respondebis, Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, &c. quae quidem expositio manifeste deuiat a veritate literae & historiae. Primum patet, quia cum dicit. Dixitque iterum Deus ad Moysen, manifeste habetur, quod E iterum determinat id quod dicitur. Dixitque Deus. & est sensus quod Deus non solum semel dedit Mosi responsionem dicens, qui est seu qui erit misit me ad uos, sed etiam dedit sibi iterum aliam responsionem, scilicet, Dominus Deus patrum vestrorum, &c. quod sonat plane illud quod dicitur Dixitque iterum. Secundum patet, quia vt historia testatur, nec Moyses nec filii Israel secundo quaesierunt de nomine mittentis, & sic Moses non debuisset sibi nomen a Deo reuelatum propalasse populo, cum Deus conditionaliter iussisset Mosi si quaerant secundum scilicet de nomine mittentis, respondebis secundum expositionem postillatoris, unde alter intelligitur dicendum, scilicet & cum Deus in prima responsione, scilicet cum dicitur. Ero qui ero. non reuelauerat Mosi aliquod nomen diuinum de nouo, sed potius ei ostenderet, quod non erat sibi necessarium hoc petere, vt dictum est, modo quasi ex superabundanti voluit notificare nomen diuinum in quo Moses certificaretur de praedictis de quibus certificari volebat, et de hoc dicit: Dixitque iterum Deus ad Moysen. q. d. licet prima responsio sufficeret, gratiose tamen volo tibi dare iteratam responsionem, per quam nomen nouum mihi proprium notifices filiis Israel. unde dicit: Dixitque iterum dominus ad Moysen. Circa quod nomen Mosi in hoc loco nouiter reuelatum plura occurrunt consideranda ad sensum literalem pertinentia specialiter 12. Primum. s. quomodo nomen diuinum hic reuelatum Mosi scribitur in Hebraica litera, & qualiter ab Hebraeis pronuntiatur, & quomodo in aliis linguis transferatur. Secundum. s. an praedictum nomen. s. tetragrammaton significet verum Deum. Tertium. s. an praedictum nomen sit proprium vel appellatiuum. Quartum. s. an praedictum nomen sit maxime proprium nomen Dei. Quintum scilicet an hoc nomen significet naturaliter vel ad placitum seu ex institutione. Sextum an sit aliqua ratio quaerenda de huiusmodi institutione. Septimum an Deo secundum significationem huius nominis principaliter pertineat miracula facere. Octauum an Deo secundum significationem huius nominis proprie pertineat immolari seu sacrificari. Nonum an sub praedicto nomine proprie pertinebat populum sub lege a Deo data cultui diuino applicari. Decimum. s. an hoc nomen habeat specialem efficaciam inter alia nomina diuina. Vndecimum. s. de solennitate huius nominis apud Hebraeos. Duodecimum. s. quomodo sunt intelligenda haec uerba. scilicet Hoc nomen mihi est in aeternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Circa primum dicendum, quod ubi in translatione nostra dicitur ad Moysen: Dominus Deus patrum vestrorum, &c. Hebraica litera est unum nomen ex quatuor literis compositum, quod communiter † dicunt nomen Dei tetragrammaton a tetra, quod est quatuor, & gramma quod est litera, id est nomen quatuor literarum: quae quidem literae in Hebraico sunt istae יהוה, prima, scilicet, i. secunda, h. tertia. u. quarta. h. & sic hoc nomen scribitur apud eos sic, scilicet ihuh. Istud autem nomen sic scriptum cum praedictis quatuor literis nunquam pronunciatur ab Hebraeis coiter prout in litera iacet, proferri tamen potest Iehouah, unde & Ioue dixere pagani, sed loco illius vbicunque in sacra scriptura ponitur proferunt legentes adonai, quod est aliud nomen diuinum compositum ex quatuor literis, quarum prima est. a. secunda. d. tertia. n. quarta. i. & sic hoc nomen scribitur apud eos sic scilicet אדני quae quidem quatuor literae sic in Hebraeo syllabizantur, quod propria nominis ex eis compositi pronuntiatio est Adonai, quod quidem nomen adonai signat plane dominum cum additione mei vel nostri uel nostrum. Primum autem nomen. s. tetragrammaton non est transferibile

Deus.

ehieh.

Ero qui ero.

† verum.

† interrogantes.

De nomine diuino

† dicitur

bilem in aliud nomen seu etiam plane exposibile sicut Adonai & alia nomina diuina: & ideo translatores tam Chaldæi quam Latini & etiam Arabici posuerunt loco illius dominum: quæ est quasi translatio secundi nominis prædicti scilicet Adonai, non tamen est translatio primi nominis tetagrammaton supradicti. Circa secundum. s. an prædictum nomen diuinum. s. tetragrammaton significet verum Deum: dicendum quod sic hoc enim testatur Deus dicens Mosi in hoc loco de hoc nomine. Hoc nomen mihi est in æternum, & Esa. xlij. b. Ego dominus, & hoc est nomen meum, in quo loco vbi dicitur dominus ponitur in Hebręo nomen prædictum, & sic in plurib. alijs locis Circa tertium. s. an nomen prædictum sit proprium vel appellatiuum? dicendum quod est propriũ quod patet ex hoc, nã huic nomini competunt oẽs proprietates propriorũ nominum, quarum vna quæ principalis est & communis in omnib. linguis est, non habere pluralem numerum. Cuius ratio est: nam nomen proprium significat substantiam non cum qualitate communi sed propria ut grãmatici dicunt, vnde ex prædicti nominis natura non inuenitur plurale in lingua Hebraica, sicut reperitur de alijs diuinis nominib. vt de hoc nomine Deus vel Dominus & huiusmodi. & adhuc amplius, quod secundum formam istius nominis in Hebraico scriptam non posset ex eo fingi aliquod plurale: vt sicut verbi gratia de hoc nomine Simon, possumus fingere plurale, vt dicendo Simones pro multis, quorum quilibet appelletur Simon, talem enim fictionem pluralitatis nullo modo patitur prædictum nomen secundum formam, in qua forma ponitur in lingua Hebraica, vt patet in ea eruditis. Sunt autem aliæ proprietates nominum propriorum in lingua Hebraica, quæ non faciliter in lingua nostra exponerentur, quæ quidem proprietates omnes adaptantur prædicto nomini. s. tetragrãmaton, prout Rab. Abenhazarat (qui maximus fuit grammaticus inter Hebręos) in hoc loco plene exponit, vnde manifestum est hoc nomen esse proprium. Circa quartum. s. an prædictum nomen sit maxime proprium nomen Dei? dicendum quod sic: nã inter omnia nomina, quæ in sacra scriptura de Deo dicuntur, communiter tenetur quod hoc nomen qui est, est maxime proprium nomen Dei, prout sanctus Thom. 1 par. q. & art. allegatis deducit, quæ quidem opinio licet (ut dictum fuit) fundetur in translatione nostra quæ habet. Qui est misit me ad vos? quæ quidem translatio deuiat manifeste a veritate Hebraica. ut supra ostensum est, tamen supposito propter reuerentiam sanctorum, ꝙ hoc nomen qui est, sit proprium nomen Dei, adhuc vlterius uidetur manifeste dicendum, quod nomen tetragrãmaton, est magis proprium quam hoc nomen, qui est. Ad quod sciendum ꝙ nomen tetragrammaton, licet nõ sit in aliquo alio nomine seu per aliud nomen transferribile seu proprie exponibile ut dictum est, ex literis tamen ex quibus componitur, potest intelligi tam esse, quam essentia: nihil aliud connotando nec limitando, quod maxime competit essentię seu esse diuino. Forma etiam in qua ponitur secundum grammaticam Hebraicam considerata, nec est proprie concreta nec abstracta, nec aliquod tempus in sui significatione includit, cum sit proprie proprium nomen: vnde omnes rationes ex quibus sancti doctores dicunt, ꝙ hoc nomen qui est, maxime est proprium nomen Dei, prout in q. & ar. allegatis habetur, per amplius competunt huic nomini tetragrammaton quam huic nomini, qui est, quod sic patet: nam una ratio sumitur ex hoc, ꝙ qui est, non significat formam aliquam, sed ipsum esse, & dicitur esse maxime proprium nomen Dei, cuius solius esse est sua essentia, quę quidem ratio magis competit nomini tetragrammaton quod significat tam esse quam essentiam, nihil aliud connotando seu limitando ut dictum est, quam huic nomini qui est, quod solum significat ipsum esse, non exprimens aliquã essentiam quę sit eadem cum sui esse. Manifestum est. n. ꝙ de quolibet ente (etiam si non sit idem cum sua essentia) est uerũ dicere, quod est: unde dicendo qui est, vel quod est, de aliquo ente nõ intelligitur ꝙ sua essentia sit suum esse. Alia uero ratio, quæ assignatur ad hoc, quod hoc nomẽ qui est, est maxime proprium Dei, est talis, s. ꝙ quanto aliqua nomina sunt minus determinata & magis cõia & absoluta, tanto magis dicuntur de Deo, ex quo concluditur ꝙ hoc nomen qui est, quod se habet indeterminate ad omnes modos essendi nominat ipsum pelagus substãtię infinitum dictum a Damasceno, quę quidem ratio concludit, quod hoc nomen tetragrammaton est magis proprium quam hoc nomen, qui est, minus. n. determinate & cõius absolutius est nomen significans essentians seu rem subsistentem absolute & abstracte a quacunque concretione seu limitatione, quod magis pertinet ad nomen tetragrammaton, quod ut dictum est significat esse seu essentiam, non concretiue nec abstractiue, nec cum tpe, quam hoc nomen qui est, quod non solum significat cum tpe, quia est uerbum præsentis temporis, sed etiam concretiue, nã hoc uerbũ est, in sua significatione includit est ens, sicut alia uerba in sua significatione includunt sua participia. Constat aũt ꝙ ens significat concretiue, & per consequens intelligitur cum compositione, quod non cõpetit Deo. Alia aũt ratio sumitur ex consignificatione sic, nam hoc nomen qui est, significat esse in pręsẽti, quod maxime cõpetit Deo, cuius esse nõ nouit pręteritum nec futurum, quę quidem ratio manifeste concludit, ꝙ non solum nomen tetragrammaton, sed etiam hoc nomen Deus magis proprie dicitur de Deo quam hoc nomen qui est. nam sicut æternitati non competit pręteritum nec futurum, ita nec nunc temporis, quod est medium inter pręteritum & futurum. Constat aũt ꝙ per hoc uerbum est, cõiter intelligunt loquentes nunc temporis seu tempus propinquum tẽpori pręsenti, pręteritum distinguens a futuro. quorum neutrum competit Deo, ut est manifestum: nomen autem tetragrammaton nihil significat cum tempore, sed solum esse seu essentiam abstractam a quacunque temporis significatione. Si consideretur etiam nomen prædictum quantum ad illud a quo imponitur, manifestum est, quod est magis proprium nomen Dei, quam hoc nomen qui est, nec hoc nomen Deus impositum est ei ab ipso esse, non prout esse in creaturis seu per creaturas cognoscitur, sed prout est in mente diuina, prout declarabitur in articulo sequenti. Similiter est magis proprium quantum ad modum significandi: non enim habet modum significandi prout creaturis competit. talis enim modus significandi in nominibus semper est concretiuus vel abstractiuus, quod non competit huic nomini, vt iam dictum est. Significat enim hoc nomen qui est, complexe, vt patet, nomen autem tetragrammaton incomplexe omnino. Si autem consideretur hoc nomen, qaantum ad hoc † quo imponitur ad significandum, manifestum est, quod nomen tetragramaton est magis proprium quam nomen Deus vel nomen qui est, impositum enim est ad significandum ipsam de substantiam alteri incommunicabilem, & vt sic liceat loqui singularem, vt in 1. par quæ. v. allegata. art. 11. in responsione ad primum arg. Ex quo patet, quod hoc nomen est omnibus modis incommunicabile alicui creaturæ, quia significat quasi vt singulare seu indiuiduum. Nullum autem nomen significans indiuiuidualiter est communicabile multis nisi metaphorice tantum, licet autem in aliquibus locis scripturæ † dicatur hoc nomen aliquibus creaturis communicari, vt infra 17. d. de altari ædificato a Mose dicitur. Vocauit nomen eius: Dominus exultatio mea, vbi ponitur hoc nomen hoc tamen est aliter intelligendum, vt in suis locis exponetur. Circa quintum scilicet an hoc nomen significet ad placitum, seu ex institutione seu naturaliter, dicendum quod hoc nomen sicut & cætera nomina vocalia ex institutione significat, non autem naturaliter. Differenter tamen, quia cætera nomina communiter & vt in plurimum ex institutione humana significant, hoc nomen vero ex institutione diuina tantum. Si enim ex institutione humana significaret, notum esset hoc nomen saltem illis qui nouerant linguam Hebraicam, cuius oppositum patet ex hoc ꝙ Mosi quærenti de nomine Dei tanquam ipsum nomen ignoranti Deus dixit. Dic filiis Israel. Et sequitur: hoc est nomen meum. Ex quo patet, quod nec Moses, nec ipsi filij Israel hoc nomen nouerant ante huiusmodi reuelationem: hoc etiam patet. infra 6. cap. vbi dicitur. Nomen meum Adonai non indicaui eis, vt ibidem ostenditur. Dico autem, quod cętera nomina, vt communiter & in plurimum ex institutione humana significant, propter hoc quod quædam pauca nomina leguntur a Deo esse instituta ad significandum: sicut supra Gen. 1. Vocauit Deus lucem diem, & ibidem. Vocauit Deus firmamentum cęlum. & huiusmodi, & sic de aliquibus singularib. paucis in primordio rerum contentis: quæ quidem vocationes seu institutiones cõformes sunt, conceptionibus humanis, quæ de his rebus habentur, vt patet considerãti. De hoc vero nomine diuino aliter est sentiendum. s. quod excedit omnem conceptum humanum. Ad cuius euidentiam attendendum est, ꝙ sicut apud nos voces significantes res sunt signa earum, quæ sint in anima passionum notæ, vt in 1. Periher. quæ quidem passiones animæ res significant naturaliter, cum sint eædem apud omnes, voces tamen quæ sunt earũ signa non naturaliter sed ad placitũ significant, vnde sunt diuersa apud diuersos. Sic suo modo considerare possumus apud Deum duplex nomen proprium. vnum. s. mentale significans naturaliter Deum, & hoc modo filius dicitur nomen patris, vnde super illud Esa, 30. f. Ecce nomen domini veniet de longinquo. Glos. nomen domini est, filius qui est nomen patris. Cuius ratio est, nã secundũ sanctũ Th. in scriptis supra primũ, di. 22. ar. 1. Deus qui seipsum comprehendit, ipse solus seipsũ nominat pfecte (vt ita dicam) verbũ coęquale sibi generãdo hęc ille.

Aliud vero nomen proprium diuinum significans ad placitum, scilicet ex institutione diuina Dei substantiam incõmunicabiliter & adęquate est nomen prædictum, de quo agitur. Quod autem hoc nomen significet Dei substantiam incõicabiliter, patet ex prædictis: quod autẽ adęquate patet ex hoc nam secundũ sanctum Th. vbi supra, cum voces sint signa intellectuum ſm Philosophum, idẽ iudiciũ est de cognitione rei & nominatione eius, vnde sicut Deum imperfecte cognoscimus, ita & imperfectẽ nominamus, & quasi balbutiendo, vt dicit Greg. Ex quo sequitur, quod cũ Deus perfecte se cognoscit, & ipse solus perfecte se nominat mentaliter, vt dictum est, sic & ipse solus perfecte seipsum nominat p voces ab eo institutas, quæ sunt signa sui intellectus ad placitũ instituta vnde de hoc nomine tetragrammaton sic a Deo instituto uerius dicitur, quod nominat pelagus substãtiæ † infinitum a Damasceno dictũ, nam cũ cætera nomina diuina determinant seu significant quodammodo modũ essendi diuinũ, prout cognitio nostra quæ finita est, & a cognitione creaturarũ accepta attingit: hoc tamen nomen nullum modũ essendi diuinũ

† ad quod

† videatur

† infinite

A determinat, nisi prout est in mente diuina hoc nomen instituente: & ad hoc tendit illud Rab. Mosis de directione perplexorum, quod allegatur a postilla. infra 6. cap. Constat autem quod illud esse absolute consideratum est infinitum simpliciter, & sic pelagus substantiæ infinitæ dicendum. Nec mirandum si aliqua dictio vel nomen finitum propriè significat substantiam infinitam, quia inter voces ad placitum significantes & res per eas significatas, non est proportio assignanda secundum naturam, sed solum ad placitum. Hęc enim dictio mundus, quæ est quædam breuis dictio, significat totum vniuersum: & hoc nomen infinitum, licet sit finitum secundum vocem, significat tamen infinitum secundum rem.

6. quęstio. Circa sextum, s. an aliqua ratio sit quærendo de huiusmodi institutione? Dicendum, quod cum hoc nomen sit ad placitum diuinum institutũ, vt dictum est, non est ad hoc quærenda ratio quasi naturalis vel necessaria, cum etiam multa nomina ab hominibus ad significandum instituta, vt puta primitiua, quæ a nullo alio nomine deriuantur, non habent rationem suæ institutionis, nisi † secundum beneplacitum instituentium: & a fortiori de beneplacito diuino, quod est maximè liberum non est causa quęrenda: nihilominus tamen quædam rationes possunt assignari pertinentes ad congruentiam huius significationis, sicut contingit in sacramentis, quæ licet ex voluntate diuina habeant efficaciam non ex natura rerum: tamen sunt aliquæ rationes, quibus consideratur

† solum.

B aliqua congruentia inter sacramenta & res, quas significant seu efficiunt: vt puta cum per ablutionem exteriorem, quæ fit in baptismo, congrue significatur ablutio interior scilicet quam significat seu efficit. Quę quidem rationes in hoc nomine a diuersis diuersæ assignantur, & specialiter inter expositores Hebræorum est in hoc magna diuersitas. Quidam enim eorum assignant rationes ex natura literarum in hoc nomine contentarum, quæ quidem literæ omnes sunt vocales. Literæ autem vocales sunt magis abstractæ a materia, quam cæteræ, & ideo aptiores ad significandum diuinam substantiam, quæ magis abstracta est a quacunque conditione materiali. Alij vero huiusmodi rationem assignãt ex parte numerorum per has literas significatorum, Vnicuique. n. literæ assignatur certus numerus secundum Hebræos. numeri autem appropriati istis literis, habent perfectiones singulares inter alios. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia literæ non significant numeros, nisi ex institutione humana, quod hic non habet locum. Quidam vero eorum dicunt, quod ratio institutionis huius nominis est ineffabilis: & penitus incomprehensibilis ab hominibus, & hoc videtur satis rationabiliter dictum, quia prout dictum est, hoc nomen significat diuinam substantiam, prout in diuina mente, quod est incomprehensibile ab intellectu creato. nihilominus tamen rationes assignatæ supra in articulo quarto videntur congruere, prout fragilitati nostræ intellectus videtur competere.

7. quęstio. Circa septimum scilicet, an Deo secundum significationem huius nominis proprie pertineat miracula facere? dicendum quod licet ad Deũ, prout est omnipotens, pertineat miracula facere, ex hoc. n. dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilia absolutè. & sic eius potentia extendit se ad omne id quod habet vel potest habere rationem entis, cui nihil opponitur, nisi quod implicat in se esse & non esse simul, quia tamen

C ratio diuinæ omnipotentiæ fundatur in esse diuino, secundum quod est infinitum non limitatum ad aliquem modum entis: sed præhabens in se totius esse perfectionem, prout supra dicit in prima par. q. 25. ar. 3. in cor. quæst. Constat autem ex supradictis, quod nomen tetragrammaton significat substantiam diuinam, prout est pelagus substantiæ infinitæ, sequitur quod ad Deum pertinet omnipotentia, & per consequens facere miracula, prout consideratur signari per dictum nomen.

8. quęstio. Circa octauum, s. an Deo, secundum significationem huius nominis proprie pertineat immolari seu sacrificari? Dicendum quod sic: nam sacrificia seu immolationes cõiter fiunt Deo pro expiatione seu mundatione a peccatis, iuxta illud 1. Reg. 3. c. Nõ expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus, sed cum omnipotentia diuina parcendo maxime & miserando manifestetur. per hoc. n. ostenditur Deum habere summam † potentiam quod libere peccata dimittit. Ius. n. qui superiori legi astringitur, non est libere peccata condonare, prout in quæstione & art. supradictis. vnde eadem ratione dicendum est, quod sacrificari & immolari soli Deo pertinet, prout consideratur prædicti nominis significatio & inde est, quod in Leuitico, ubi de omnibus speciebus sacrificiorum singulariter agitur, nunquam aliud nomen imponitur, nisi solum nomen prædictum, similiter & 3. Reg. 18. d. ubi agitur de Helia contra idololatras dicitur. Si dominus est Deus, sequimini eum. ubi ex parte Heliæ super prædictum nomen nominatur, & sic de similibus.

† ptãtem

9 quęstio. Circa nonum, s. an sub prædicto nomine proprie pertinebat ad populum sub lege a Deo data cultui diuino applicari? dicendum quod sic. Cuius talis ratio assignatur a quibusdam expositoribus Hebręorum: nam diuinæ promissiones in lege contentæ omnes sunt miraculosæ, s. supra facultatem naturæ factę, s. quod pluuiæ temporaneæ descendant populo existente iusto, detineantur populo peccante, ut patet Deut. 11. b. & in locis quamplurimis ueteris testamenti. Constat. u. quod huiusmodi bona temporalia & mala, secundum cursum cõem naturæ similiter se habet ad bonos & malos, secundum illud Eccl. 9. a. Vniuersa æq; eueniunt iusto & impio, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. vnde quod talia sequantur bonitatem vel malitiam populi, hoc nõ est ex cursu communi naturæ, sed ex supernaturali potestate diuina. Ex quo sequuntur, quod lex diuina debuit proprie dari sub illo nomine, secundum quod ad Deum pertinet miracula facere, & inde est, quod in principio decalogi hoc nomen fuit expressum cum additione eductionis de Aegypto, in qua miracula diuina fuerunt potissime manifestata, & hoc cum dicitur. inf. Exo. 20. a. Ego dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, &c. ubi. n. dicit dominus, ponitur prædictũ nomen: Similiter per totum decalogum in quo principalia legis traduntur, hoc nomen exprimitur, non autem in creatione mundi, in operibus enim sex dierum nunquam hoc nomen reperitur, sed solum Deus, licet enim creatio a solo Deo fuerit, tamen in creatione secundum Aug. ordo naturæ principaliter sequitur.

10. quęst. Circa decimum, s. an hoc nomen habeat specialem efficaciam inter alia diuina nomina? dicendum quod licet diuina inuocatio efficax sit cũ suis debitis circunstantijs, quæ in oratione efficaci requiruntur, iuxta illud Ps. 144. d. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. De isto tamen nomine legitur in speciali. Num. 6 d. Ponãt nomen meum super filios Israel, ego autem benedicam eis. Ex quo patet, quod ad hoc ꝙ benedictio sacerdotalis in ueteri lege cõtentam efficaciam haberet, requirebatur impositio prædicti nominis super populum, quod ibidem ter exprimitur. Vnde secundum Hebręos, &

B est satis consonum literæ, ad efficaciam benedictionis spiritualis ibidem contentę expressio prędicti nominis requirebatur dicitur enim ibi. Dic Aaron & filiis suis, Sic benedicetis filiis Israel, dicite eis: Benedicat te dominus.

11. quęst. Circa undecimum, s. de solennitate huius nominis apud Hebręos. dicendum, quod hoc nomen. s. tetragrammaton nulli erat licitum pronunciare, nisi solum sacerdotibus cum benedicebant solenniter populum in templo, ut infra Num. 6. d. Sed loco illius ubicunque ponitur, proferebant legentes hoc nomen Adonai, ut dictum est supra in 1. artic. quod est nomen significans maiestatem seu summum dominium & potestatem. Quę quidem mutatio uidetur rationabiliter fieri propter duo. Primum, ut prædictum nomen a Deo institutum in maiori reuerentia haberetur. Secundum, quia ueritas prædicti nominis scilicet tetragrammaton non est nobis cognoscibilis, nisi per summam potestatem diuinam in effectibus suis relucentem, quod significatur per hoc nomen Adonai, ut dictum est. & ideo ualde rationabiliter se habuit beatus Hierony. in sua translatione circa hoc. nam ubicunque inuenit prædictum nomen, loco illius posuit hoc nomen dominus, quod est translatio huius nominis Adonai, non autem tetragrammaton. Additus autem in loco huic nomini, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, eo quod hęc reuelatio facta Mosi, ad impletionem promissorum prędictis patribus factorum fuerat ordinata.

12. quæst. Hoc nomẽ mihi in ęternũ, &c. Circa duodecimum, s. quomodo intelligenda sunt hæc uerba, s. hoc nomen mihi est in ęternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem? Dicendum quod licet hęc uerba prætermittantur in postilla quasi sint unius & eiusdem replicatiuæ: ulterius tamen uidetur dicendum, quod referantur ad prędicta duo nomina quorum unum est, quod scribitur. scilicet tetragrammaton supradictũ, quod est proprium nomen Dei, ut dictum est. Et de hoc nomine, s. tetragrammaton dicit, hoc nomen est mihi in æternum. quia antequã essent creaturę, hoc nomen pertinebat Deo secundum suam essentiam absque aliqua relatione ad creaturas, prout expositum est. Secũdum uero nomen est, non quod scribitur, sed quod legitur. s. Adonai, de quo intelligendum est quod dicitur. Et hoc est memoriale meum in generatione, & generationem. Ad innuendum quod primum nomen non erat communiter memoriale cum labijs, sed nomen secundum. s. Adonai. nomina. n. quę proferuntur, dicuntur memorialia, iuxta illud Ps. 15. b. Nec memor ero nominum eorum per labia mea, & quia hoc nomen, s. secundum implicat habitudinem, s. ad effectus, ideo non dicitur esse nomen Dei ęternum, sed in generatione & generationem, quod denotat successionem creaturarum, quarum respectu dicitur Adonai, ut dictum est. possunt etiam prædicta uerba aliter exponi.

Nota de nomine Iesu. Ad quod sciendum, quod prædictum nomen tetragrammaton est conforme huic nomini Iesus, in quo etiam sunt quatuor literæ, quarum prima & tertia sunt eędem cum prima, & tertia alterius nominis scilicet. & 5. Secunda uero & quarta sunt etiam † consimiles in scribendo, quia utrobique scribuntur cum h, sed in legendo est differentia, quia in primo nomine, cum aspiratione leguntur. In secundo uero nomine loco aspirationis utriusq; legitur. s. quod potest esse duplici causa. Vna est, ꝙ Latini non ita proferunt aspirationes nec literas gutturales sicut Hebręi. Alia causa est quia cum primum nomen ex literis significantibus esse seu essentiam componitur, ut dictum est, quæ quidem literę in Latino non significant essentiam, idcirco loco utriusque positę fuerant duę literę. s. quę quidem litera, s, † dicit in proferendo esse, & ut sic redit in eandem sententiam. unde de hoc nomine dato ipsi Christo propriè

† confor mes.

† dicitur.

prie potest intelligi illud ad Philip.2.b. Dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Nam illud solum nomen diuinum inter cætera nomina diuina est incommunicabile omnibus modis, vt dictum est, & ideo proprie dicitur super omne nomen. Fuit autem hoc nomen datum Christo inquantum est verus Deus, fuit etiam huic nomini Iesus additum in Hebræo litera ayn quæ est maxime gutturalis, & ideo non profertur a Latinis, quod quidem nomen proprium diuinum cum interpositione huius literæ superadditæ significat saluationem, vt sic non solum Deus sed etiam saluator nominetur. vnde Mat.1.d. Angelus dixit ad Ioseph. Et uocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum, &c. Et quia illud nomen proprium, diuinum scilicet primum absconditum erat. eo quod non legebatur a populo vt dictum est, propter populi imperfectionem, nomen vero secundum, scilicet Iesus, quod est primi nominis memoriale, propalandum erat omnibus tempore Christi, sicut & ipse Deus, qui in se inuisibilis est, per incarnationem erat visibiliter cognoscendus, ideo ille euangelicus propheta Esa. loquens de aduentu Christi 52.b. dicit. Propterea cognoscet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse, qui loquebar in die illa, ecce adsum. Cuius sensus est, scilicet propter hoc populus meus cognoscet nomen diuinum antea sibi absconditum, & hoc in die illa, scilicet tempore Christi. Cuius rationem reddit dicens, quia ipse Deus, qui loquebatur prius in prophetis, de quo dicit: qa ego quæ loquebar, †principaliter, præsentialiter, ac visibiliter assisteret, de quo dicit, ecce adsum. Et quia notitia vtriusque nominis prædicti erat maxime desiderabilis iustis aduentum Christi expectantibus, ideo in persona talium ipse Esa.26.b. dicit: Domine sustinuimus te, nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. q.d, desideramus notitiam, non solum nominis tui, scilicet primi nobis aliqualiter ignoti, sed etiam memorialis tui, scilicet memoriale primi nominis, quod est nomen Iesus, vt dictum est, quod quidem desiderium Christus adimplens dicit, Ioann.17.a. Pater manifestaui nomen tuum. Et quia ad prædicti nominis verum notitiam, præsertim quo ad mysteria in eo inclusa, populus rudis nõ erat capax idcirco cum dixisset: Hoc nomen mihi est in æternum, statim subdit: Vade congrega seniores Israel, & dices ad eos, Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, &c. hoc est dicere, licet toti populo hoc nomen sit intimandum, tamen in speciali hoc habes annuntiare senioribus, qui de hoc melius possunt erudiri, vnde & de istis senioribus dicit in eodem contextu paucis interpositis: Et audient vocem tuam, quod intelligendum est non solum per obedientiam, sed etiam intelligendo. iuxta illud Lu.8.a. Qui habet aures audiendi, audiat. Consequenter dicit. Dominus deus apparuit mihi, vt in hoc ostenderetur altitudo gradus prophetiæ ipsius Mosi. Altior enim gradus prophetię est, si ille qui loquitur videatur in specie Dei repræsentatiua, secundum illud Esa.6.a. Vidi Dominum sedentem, &c. quam si uideatur in specie angeli vel hominis, vt in secunda secundæ. q.184. art.3. in cor. Ar. Cætera autem exponantur sicut in postilla.

†non haber principaliter.

REPLICA correctorij contra Bur. delyrantem. In cap. 3. Bur. postillatorem redarguit de breui literæ expeditione, promittens multa addere, & implet totum vnum quinternum, sed quam vtilia, & vera, & ad expositionem literæ necessaria patebit infra. Primo enim cõtra postillatorem dicentem angelum fuisse locutum in persona Dei, ideo aliquando angelus, aliquãdo Deus est nominatus, inuehitur præter rationem, dicens Deum in propria persona fuisse locutum non per angelum. Hoc autem est contra beatum Greg. & Gl. interli. sumptam a beato Greg. dicentem Angelus qui Mosi describitur apparuisse, modo Dominus modo angelus memoratur, Angelus, quia exterius loquendo seruit, Dominus, quia interius præsidens loquendi efficaciam tribuit, Cum enim loquens ab interiori cogitur & per obsequium angelus, & per inspirationem Dominus nuncupatur. Sed & datio legis fiebat per angelos in manu mediatores, vt dicit Apostolus ad Gal.3. vbi litera videtur clarius loqui quam in proposito, & sententia beati Aug. in diuersis locis est, quod nunquam locutus sit sensibiliter creaturis, nisi in subiecta creatura vnde patet quam vtile sit Bur. ista mouisse.

Item secundum quod mouet Bur. in hoc c. est quod miratur, quare Moses videns angelum & audiens dominum non legitur adorasse. Et respondet suę admirationi, quod Moses adeo humilis fuit, quod æstimauit se ad adorandum indignum, & ponit exemplum de publicano, sed videtur delyramentum, dicere tantam humilitatem alicuius esse vt se reputet indignum actiua adoratione. Non enim videtur humilitas sed fatuitas, quod quis non sit dignus bene facere, saltem optimo genere virtutis, quæ est & θεοσέβεια Cuiusmodi est Dei adoratio. Humilitas enim promouet orationem, non distrahit nec impedit, quia oratio humiliantis se nubes penetrabit. Eccl.35. Est enim Dei adoratio omnibus communis & necessaria, iuxta illud Matth.4.b. Eccl.35. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, cui humilitas impedimentum præstare non potest. Philosophi enim virtutum posuerunt connexionem, & hic Burg. separat humilitatem a pietate, quæ ad omnia valet vt dicitur. 1. ad Tim.4.cap. Nec valet exemplum de publicano quem & euangelium Lu.18.b. & Aug. non obstante humilitate ostendunt adorasse & dixisse: Deus propitius esto, &c. Eius enim humilitas solum ad hoc tẽdebat, quod reputabat se indignum leuare oculos, in cælum cum hoc tamen stat adoratio percutiendo pectus suum, Ita & Moses in proposito, & si ex humilitate absconderit faciem suam, non minus adorauit & corporaliter & mentaliter vt idem Burg. dixit post prædictum delyramentum melius recollectus.

Humilitas non impedit adorationem.

Item tertiũ quod mouet Bur. in hoc est de signo dato Mosi, quod cũ postillator dupliciter exposuisset, Bur. utramque expositionem reprobat & propriam ponit. Primo igitur respondendum est suis obiectionibus, secundo sua expositio pertractanda. Improbat autem primam expositionem ex duob. primo, quia Moses non petebat signum, scilicet secundo, quia Moses fuisset modicæ fidei, si signum petiuisset. Pro solutione vtriusque notandum, quod Deus signum dedit sæpe non petentibus, imo aliquando petere nolenti, sicut patet de Achas Esa.7.b. Et in hora natiuitatis Christi pastoribus signum non petentibus dixit angelus. Et hoc erit vobis signum. Lu.2.b. Mosi igitur non petenti nec dubitanti, sed insufficientiã suam recognoscenti datur signum pro sui confortatione. Improbat etiam secundam expositionem ex duobus. Primo, quod immolatio super montem illum non potuit esse signum eductionis populi, quę tempore illius immolationis fuit præterita, quia frustra poneretur tale signum. Secũdo quia non potuit Mosi esse signum futuræ introductionis in terram promissam quia ipse eam non intrauit. Respondeo ad primum, quod argumentum fundatur super falsa imaginatione, scilicet quod signum semper debeat præcedere signatum, quod falsum est, vt patet super illo Esa.7.b. infr. Pete tibi signũ, &c. Etiam potest dici, prout catholici expositores, quod immolatio super montem fuit duplicis effectus, duplex signum. Fuit etiã signum rememoratiuum exitus de Aegypto, & pronosticum ingressus ad terram promissionis, vt sit sensus: Hoc habebis signum, &c. quod sicut per immolationem erunt rememorando grati de exitu, ita per fidem erunt certi pronosticè de ingressu, Hunc sensum iuuat quod dicitur inf. b.13. Erit quasi signum in manu tua, & quasi quid appensum ante oculos tuos, eo quod eduxit te dominus in manu forti, &c. ubi manifeste patet signum rememoratiuũ, etsi non sit pronosticum. Sed quod secundo obijcit Burg quod non fuit Mosi signum, quia non introduxit populum. Responsio quod illa immolatio fuit Mosi signũ rememoratiuum solum sed populo vtroque modo; Etiam fuit Mosi signum pronosticum non ad introducendum, sed ad disponendum & regẽdum populi ingressum, vt patet in Deuter.

Deus aliquãdo dat signũ petentib. aliquãdo nõ petentib.

Quoad articulum principalem secundum videri potest quantum valeat expositio Bur. quia ponit duo, Primum quod Moses erat modicæ reputationis, eo quod pascebat gregem. Secundum quod hoc fuit signum de quo sermo quod per eum qui modicus fuit Deus voluit magna facere, & non per potentes, vt alteri non imponeretur nisi soli Deo, non homini. Sed primum dictum videtur falsum quia Moses fuit tam elegans in exordio natiuitatis, ut per filiã Pharaonis adoptaretur, vt patet in principio Exodi. Fuit etiam tam fortis & animosus in progressu, vt Aegyptium occideret, & tam excellens, vt Ietro vnus de potioribus sacerdotibus Madian ei fugitiuo filiam suã coniugio traderet. Nec probatio Bur. valet quod quia fuit pastor gregis ideo fuit modicę reputationis. Pascere enim gregem in veteri lege non fuit vile officium sed officium patriarcharum, iuxta illud Gene. xlvi. & xlvij. Pastores ouiũ sumus nos & patres nostri. Nec secundum dictum valet, quia cum opera sunt supra humanam facultatem, cuiusmodi fuit eductio filiorum Israel, nemo sic desipit quin Deo vero vel falso ascribantur, non igitur oportuit fidelibus ob id dare signum, vt Moses vel populus crederet Deum illorum mirabilium auctorem, qui fecit mirabilia solus.

Item quarto mouet Burg. contra postillatorem exponentem nostram translationem quæ dicit, Sum qui sum. & Hebraicam literam quæ sonat: Ero qui ero, dicens vtramque literam idẽ importare, s. esse Dei necesse esse æternum & immutabile. & dicit Bur. illam expositionem esse contra rationem & intentionem sanctorum. Sed in vtroque fallitur Burg. pensando verba postillatoris, vult enim dicere quod per hoc modus essendi ipsius Dei est necessarius, æternus, & immutabilis, quia sine distinctione & differentia, ex parte Dei de Deo vere dicitur uerbum præteriti temporis sicut futuri uel præsentis, quia omnes differentiæ temporis æternitati immuabili & indiuisibili coexistunt, ideo beatus Hiero, in sua translatione posuit præsens uere, & Hebraica ueritas futurum uere, & diuinissimus Ioannes exprimere uolens æternam & necessariam uerbi diuini generationem, utitur uerbo præterito dicens. In principio erat verbum. Et in Apo. utitur omnib. differentijs temporum dicens, Qui est q erat, & qui venturus est. Secus est creaturis in mutabilibus, in quib. nihil est nisi præsens & de his procedit ratio Bur. sumpta ex autoritate beati Hiero. & Aug. dicentium, quæ erunt, nondum sunt, qui modus loquendi in Deo locum non habet, imo secundum ueram & propriã rationem nec præsens tempus de Deo dicitur, ut per hoc possit Dei

æternitas persuaderi, nam sicut futurum nõdum est, ita præsens aliquando non fuit, & cito non erit, quæ ad diuina non pertinent. Ratio igitur postillatoris bona est, qua modum essendi Dei dixit æternum & immutabilem, quia indifferenter, omne tẽpus de Deo dicitur, est, fuit, & erit non ratione propria sed ratione qua coexistunt æternitati, verius ęternitas immutabilis fluxui temporis & omnibus eius differentijs coexistit. Ait enim beatus Aug. per Burg. allegatus. Esse verissime competit Deo, quia immutabilis est, & illa quæ sunt mutabilia perfecta non seruant esse Si igitur futurum in Deo distingueretur a præsenti, uere mutabilis esset. Ex opposito enim prædicati infertur oppositum subiecti, quia Deus est immutabilis, ideo in Deo differt præsens nostrę translationis, futuro Hebraicæ veritatis, Eiusdem sententię est beatus Augu. 11. de ci. Dei cap. 20. dicens, Deus præterita, futura & præsentia comprehendit, quamuis præterita iam non sint, futura nondum sunt. Si igitur in Dei scientia illæ differentiæ temporum non distinguuntur, igitur, nec in eius essentia & modis essendi, cum Dei scientia sit eius essentia & econuerso. Et nota quod in hoc loco Bur. recedit a sancto Tho. cuius dicta omnia in suo prologo nisus est deificare.

Item in quinto mouetur Bur. contra postillatorem imponens ei cum dicitur: Dixitque iterum dominus, postillator exponit ly iterum de quærentibus, sed considerando ea, quæ pręmisit postillator, manifestum erit quod ei Burg falsum imponit, prædixerat enim quod Moses hic duo fecit, quæsiuit enim de nomine mittentis expresse, secundo de conditione mittentis tacite, & quod Dominus ad secundum primo responderit secundum Hebraicam translationem, dicens: Ero qui ero secundum nostram translationem, Sum qui sum, per quæ ad quæstionem expresse de nomine quęrentem non est responsum, quia per illam responsionem nullum nomen Dei significatur, vt etiam ipse Burg. fatetur contra sanctum Tho. significatur tamen conditio & modus essendi, quę est ęternitas & immutabilitas prout in præcedenti puncto exposita est. Sed ad expressam quæstionem quærentem de nomine respondetur secundo cum dicitur: Dixitque iterum Dominus, vt ly iterum referatur ad secundam responsionem, quę respicit quæstionem expressam, prius factam, non repetitam, vt fingit Bur. contra postillatorem.

Item sexto mouetur Bur. contra posti. quasi diminute se habuerit circa nomen diuinum, quod non est modicæ attentionis. Mouet igitur de illo nomine 12. quæstiones, de quibus magnum facit tractatum, ad expositionem literæ modicum facientem, vt patet in earum pertractatione, postillator autem planæ expositioni literæ intendens, huiusmodi quæstiones & inquisitores earum ad librum beati Dion. de di. no. & alios remittit, est enim sui propositi non tractatus scribere, sed breuiter literæ immorari.

PRIMA igitur quæstio Burg. est, Supposito quod nomen, de quo hic sermo, sit tetragrammaton, quæritur quomodo hoc nomen scribatur & pronuntietur? Et respondendo dicit, quod scribitur quatuor literis, & ideo dicitur tetragrãmaton. a. τέτρα quod est quatuor γράμμα litera transeat hoc, quia satis vulgatum, sed ex hoc non habetur literalis sensus, quia nõ exponit illud nomen significatiue, sed tantum materialiter, vt scriptum, & ita hoc nomen Deus scribitur quatuor literis, & sic potest dici eadem ratione tetragrammaton. Et infra in eadem digressione, dicit hoc nomen tetragrammaton non esse transferibile nec exponibile, Sed manifestum est hoc falsum esse, si uniformiter accipitur sicut hic. scilicet materialiter quia Burg. ipsemet exponit dicens, tetragrammatõ dicitur a τέτρα quod est quatuor, & γράμμα litera, est nomen scriptum quatuor literis, & cum omnes literæ Hebraicę sint significatiuæ, vt dicitur communiter, ipsum nomen secundum omnes partes suas potest exponi, nisi dicat, quod quamuis componentia possint exponi, non tamen compositum, & sic oportet eum concedere compositum dicere tertiam entitatem distinctam a suis partibus, quod quamuis verum sit, est tamen contra suum magistrum scilicet sanctum Thomam.

SECVNDA quæstio est, vtrum tetragrammaton significet verum Deũ? & respondetur quod sic. Sed mirum dictum videtur secundum ipsum Burg. illud nomen scribitur quatuor literis, quæ apud Latinos sunt i. h. v. h. quę nullum sonum humana lingua formabilem faciunt, igitur ab homine proferri non possunt, & si sic homo non potest habere in animo uocis conceptum, quia vox nõ est formabilis, quid igitur potest apud Bur. significare, nisi materialiter, ut dixit in prima quæstione. Nec probat propositum suum per hoc quod allegat ex litera: hoc nomen est mihi in æternum, quia hoc dicitur Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac & Iacob, vbi loquitur de hoc toto complexo, quod videtur satis exponibile & transferibile.

TERTIA quæstio, an illud nomen sit proprium vel appellatiuum, & respondetur quod sit proprium, & prima ratio sui dicti & principalis vt dicit, omnibus linguis communis est, quia non habet pluralem numerum, imo vt dicit, non potest fingi pluralis numerus huius nominis, sicut fingimus de nomine Simon Simones. Sed quicquid sit de conclusione, rationes modicũ concludunt. Prima enim ratio reducitur contra facientem sic. Non habens pluralem, est nomen proprium non appellatiuum, sed sol, Deus, etc. est huiusmodi, quod non habet pluralẽ numerum, igitur, &c. Consequens est falsum, igitur aliqua præmissarum, non minor, ergo maior, quæ est Burg. Et si quis dixerit per illud quod addit, quod non potest fingi plurale, sicus de cęteris communib. & proprijs, hoc videtur frustra dictum, quia possumus fingere tetragrammatones sicut Simones. Nec illæ sunt potissimæ rationes, quare aliquid est proprium, quas Burg. adducit. Est enim potissima ratio proprietatis & singularitatis secundum grãmaticos vniuoce plura significare non posse, æquiuoce autem possunt æquiuocatione a casu vel consilio, nunc autem Deus ita est nomen proprium, quod vniuoce non significat plura, nec potest uniuoce plura significare, quamuis æquiuoce, sicut vnum significare per essentiam, plura per participationem, vel vt magis proprie dicam, vnum substantialiter, plura nuncupatiue; cum hoc tamen stat, quod Deus non sit nomen significans ita proprie, quin sit tribus personis commune. Sed de tetragrammaton voce significante non debet esse altercatio, cum res significata sit nota, nunc autem nulla res diuina significata, siue sit substantia, siue secundum substantiam est proprie, quin sit communicabilis tribus citra relationes originis, nec aliqua vox significans sic erit propria, quin sit tribus communis, nisi quis velit dicere, quod tetragrammaton significet proprietatem originis incommunicabilem, tunc qua ratione significat vnam proprietatem, eadem ratione quamlibet aliam, & sic significabit plura, & per consequens non ita proprium, vt fingit Burg. Ea quæ de rerum diuinarum communicabilitate & identitate, vbi non obuiat relationis oppositio dicta, sunt habentur ex dictis beati Diony. de di. no. & eius commentatoris Vercellensis, & Aug. de tri. Et si quis cultor ineptiarum Burg. refugere voluerit ad vltimam abstractionem, & dicere quod tetragrammaton significat diuinam essentiam sine omni comparatione respectus ad personas. &c. Et tunc secundum scholam philosophorum & theologorum, res quęcunque nec est propria nec communis. Hic enim est modus loquendi Auicennæ, 5. suæ Metaphy. equinitas & equineitas nec est singularis, nec vniuersalis, sed est equineitas tantum, etiam hanc fugam tollit idem Bur. inf. dicens, quod significat essentiam diuinam, prout est secundum modum loquendi Damasceni, pelagus substantiæ infinitum, sic enim non significatur cum tali abstractione, sed cũ vnitiua continentia omnium perfectionum simpliciter.

QVARTA quęstio est, an tetragrammaton sit maxime proprium nomen Dei, & dicit quod sic, in cuius conclusionis deductione, quia intricatus est, reduco factum eius ad septem dicta. Quorum primum est, quod sanctus Tho. prima parte, quæstio. 13. art. 11. qui exponit qui est, fore proprium nomen Dei, deuiat ab Hebraica veritate. Secundum dictum, quod translatio nostra cui sanctus Tho. innititur, similiter deuiat ab Hebraica veritate. Tertium dictum, quod significatio nominis tetragrammaton dependet ex significatione literarum, ex quibus componitur. Quartum dictum, nomen tetragrammaton magis indeterminate & communius significat diuinam essentiam, quam qui est. Quintum dictum qui est. est proprium Dei, sed significans cum tempore & concretiue significat, ergo dicit compositionem, ideo non conuenit alicui dicto de Deo. Septimũ dictum, pręsens tempus conuenit Deo, non præteritum nec futurum, quia nec æternitati. Hæc septem dicta clare habentur in determinatione huius quartæ quæstionis. In quorum primo improbat suum (quem præ cunctis magnificat) magistrum. In prologo enim sui corruptorij, nititur dicta eius canonizare, asserens ea igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata. Sæpe. n. pręfert ipsum beato Hier. Aug. & alijs, & tamen eum hic audet improbare, imo dicit eum delyrare. Sed vt uidetur in secundo dicto nititur illam responsionem moderare, quasi sanctus Tho. deuians, sit a nostra translatione seductus, quam etiã dicit ab Hebraica veritate delyrare, quod non videtur, quia translatio nostra ponit præsens, vbi Hebraica litera ponit futurum, illa, sum qui sum, ista ero, qui ero, & hoc non est delyrare, sed potius concorditer diuini esse æternitatem ostendere, & immutabilitatem, cum prætendãt indifferenter dicere de Deo eo modo, quo declaratũ est in quarto correctorio huius tertij c. Fundatur hic modus dicendi in S. scriptura, quæ de Deo dicit Apocal. 1. b. Qui est, qui erat, qui venturus est, &c. & ita postillator exponit, nullum enim nomen exprimitur per sum qui sum, per ero qui ero, sed solum modus essendi. Quod si beatus Thom. vt Burgen. intellexisset, ex translatione nostra non recepisse occasionem deuiandi, prout Burgensis ei imponit, & hoc patet supra in 5. huius capitu. correctorio. Per tertium autem dictum videtur

Burg.

Burgen. contradicere responsioni huius quartæ quæstionis: quia dicit nomen tetragrammaton significatiuum significatione literarum, ex quibus componitur, & ita uidetur accipi materialiter. Nullum autem nomen materialiter acceptum, potest esse maxime proprium nomen Dei, sed nomen tetragrammaton est huiusmodi, vt dicit Burg. Sed & quartū dictum repugnat responsioni tertiæ quæstionis, vbi dicitur quod hoc nomen tetragrammaton sit proprium, & nullo modo appellatiuum, hic autem dicit, quod indeterminatius & communius significat: hæc autem est conditio nominis appellatiui non proprij. In quinto autem dicto pertractans opinionem sui magistri dicit, qui est, esse nomen proprium, sed non sicut tetragrammaton, quia primum significat cum tempore & cōcretiue, & declarat hoc modo loquendi Priscianus, cuius regulæ sacra scriptura subijci non debet, vt dicit beatus Hiero. Etiam & si verba proprie significant tempus & cum tempore applicata transitorijs, applicata autem diuinis non significant tempus mensurans, sed æternitati coexistens, prout declaratum est supra in quarto huius cap. correctorij. Sextum autem dictum brocardicum est, quia concretiuè dictum significat cum compositione, ideo nihil talium cōpetit Deo. Ens .n. Deum inquantum est, concretiuè significat, quia identice includit rationem sui formalem, & formaliter dicitur de Deo: tamen nullam dicit compositionem, sicut nec vnitiua continentia omnium perfectionum simpliciter, concretiue & abstractiue, per huiusmodi deliramentum huius senis cessaret disputatio Scoti & aliorum de subiecto Theologiæ, & ratione formali subiectiua, quæ se habent sicut concretum & abstractum, & ita dicitur communiter Deum esse subiectum Theologiæ sub formali ratione deitatis, & ita nomen tetragrammaton non pertineret ad Theologiam, quia pertinet ad subiectum, nec ad rationem formalem subiecti, pro eo quod Burg. supra dicit ipsum nec concretum nec abstractum. Et si dicat quis fautor Burg. quod non pertinet ad theologiam nostram, sed Dei & beatorum. Quid igitur Burg. laborat circa id quod ad nos non pertinet? imò apud nos intelligibile, ineffabile, & insyllabicabile est, & per consequēs ad sensum literalem impertinens. Septimum dictum eius, quod. s. Deo cōuenit præsens tempus, non præteritum, nec futurum, sicut uerum est de præterito & futuro, quod Deo non conueniat, ita de præsenti. tempus .n. præsens, quantum est ratione temporis, aliquando non fuit, ita cito non erit, tale etiam Deo non conuenit, & si conuenit Deo, hoc est ideo, quia præsens est æternitati coexistens, sic simili modo conuenit Deo præteritum & futurum, prout supra in quarto correctorio dictum est.

QVINTA quæstio est. Vtrum tetragrammaton significet ad placitum & non naturaliter? Respondet dicens primo, quod significat ad placitum ex institutione diuina non humana. Secundo dicit, quod ex illa institutione significat substantiam Dei incommunicabiliter & adæquatè. Primo dicto stante, secundum uidetur falsum: Quod sic patet primo. nam si illud nomen significat essentiam diuinam adæquatè, tunc significat eam, sicut est, sed non est, nec esse potest incommunicabile nec incōmunicabiliter: igitur illud nomen non significat eam sic, nisi falsè significaret. & aliter quàm est, sicque non adæquatè. Nec valet dicere, quod intelligit de incommunicabilitate ad extra, quia multa nomina sic significant diuinam essentiam, sicut independēs, infinitum, causa prima, &c. quæ prædicata non sunt ad extra communicabilia. Secundo probatur idem sic: Id nomen significat essentiam diuinam, prout est in mente diuina, vt dicit Burg. sed in mente diuina circa relationes originis, nihil est incommunicabile nec incommunicabiliter, igitur, &c. Item tertio, illud nomen significat essentiam Dei adæquatè, ut dicit Burg igitur omnibus modis, quibus intelligibile est: patet consequentia ex ratione adæquationis inter significans & significabile, & inter intelligens & intelligibile, quia uoces sunt notæ earum, quæ sunt in anima passionum. 1. Peri berme. Ex consequenti arguitur sic. Significat eam omnibus modis, quibus significabile & intelligibile est, sed intelligibilis est cōmunicabilis & communicabiliter, igitur significat eam communicabiliter. dicit autem Burg. quod incommunicabiliter, si sic igitur incommunicabiliter & communicabiliter, quæ est contradictio consurgens ex adæquatione, & sic prima pars illius contradicit secundæ einsdem dicti. & nescio quomodo stant simul, tetragrammaton significat essentiam diuinā, prout solum est in mente diuina, ut dicit Burg. & quod idem Burg. ipsum sic uel sic dicit significare, cū latuerit eum, quomodo fuerit & sit in mente diuina, cum excedat, ut dicit, omnem humanum conceptum, nisi forte Burg. præsumat se è cælo lapsum, & magni consilij angelum. Addit etiā in hoc loco, quod sicut Deus seipsum perfectè solum nominat mentaliter, sic & ipse solus seipsum nominat per uoces perfectè ab eo institutas quæ sunt signa sui intellectus ad placitum instituta. cætera autem nomina diuina significant solum modum essendi diuinum, prout cognitio nostra, quæ finita est, & a cognitione creaturarum accepta attingit, vnde sequitur, quod nulla creatura potest hoc nomen exprimere, nec esse capax illius nominis perfecte, cum tamen ipsum nomen sit creatura à Deo instituta. Omnis autem creaturæ creatura capax est, etiam si summa sit, ideo dicimus animam Christi summæ gratiæ fuisse capacem. Nec videtur ualere differentia, quam ponit inter illud nomen, & cætera nomina diuina, quia æternitatem, infinitatem, independentiam, &c. non possumus attingere per cognitionem nostram acceptam a creaturis, nisi arguitiuè, & sic possumus significatione tetragrammaton similiter accipere, arguendo aliquid esse quale significat illud nomen, sicut & Burg. in hac digressione facit. sequitur etiam fidei Christianæ non bene prouisum, cum non habeat sibi tale nomen reuelatum, sed ita perfecte significet Deum, sicut tetragrammaton.

IN SEXTA quæstione quærit, vtrum huius institutionis sit aliqua ratio quærenda? Respondet quod non: in eadem tamen digressione, ut charitas more suo replicat, ab inquisitione inutili nesciuit abstinere.

IN SEPTIMA quæstione dicit Burgen. quod factio miraculorum conuenit Deo sub ratione significationis tetragrammaton. Sed hoc uidetur manifeste falsum, nam facere miracula, est operatio Dei ad extra, quæ communis est tribus personis, ad quas significatio tetragrammaton se non extendit, ut patet ex correctorio quintæ quæstionis. Et quod addit, quod Deus facit miracula sub ratione omnipotentiæ fundatæ in significatione nominis tetragrammaton, uidetur frustra dictum, quia eadem ratione & fortiori sub significato eius generaret & spiraret, quia ratio & principium generandi & spirandi fundatur in essentia diuina significata per nomen tetragrāmaton, nec aliquid cogitari poterit, quin sub nomine tetragrammaton & eius significatione fiet. & illa curiositate Burg. fauere uidetur erroribus superstitiosis, coniurationibus exorcistarum & diuinorum, quæ cum crucibus ac caracteribus sæpe repetūt Adonai, aglan. & tetragrammaton, quæ proculdubio Latini & Christiani, a perfidis Iudæis didicerunt. Vnde sic dicendo Burg. uidetur multum Iudaizare, nam sancti multi noui testamenti Dei uirtute miracula plura fecerunt, nomen tetragrammaton, eius scripturam uocem, & significationē penitus ignorantes. Petrus in nomine Iesu Christi Nazareni claudum ambulare fecit & reliqua. Et in ueteri testamento cum nomen illud nondum fuisset impositū & publicatum, facta sunt miracula, & absurdissimum uidetur, creaturam institutam a Deo, cuiusdam est hoc nomen, assignare pro ratione, sub qua proprie fiant miracula. Audiui quosdam Iudæos conuersos confitentes, quod apud Iudæos est ille error quod Iesus virtute nominis tetragrammaton (quod ipse sciebat) fecit sua miracula, & quod hodie quilibet sciens illud nomen faceret miracula, quæ apud Christianum male sonant.

OCTAVAE quæstionis responsio etiam error uidetur. Dicit namque, quod Deo sub significatione illius nominis proprie pertinet immolari & sacrificari, quia ut inquit semper, ubi in sacra scriptura fit mentio de sacrificijs & oblationibus, fit interpositio huius nominis, ex quo sequitur, quod nos Christiani etiam uerissimum sacrificium agni immaculati Iesu Christi offerentes, non proprie sacrificamus, quia nusquam in Christianorum sacrificijs mentio fit de hoc nomine.

NONAE etiam quæstionis responsio uidetur inepta, cum dicit populum fidelem diuino cultui sub significatione illius nominis applicari & ascribi. Applicatio enim populi Christiani, & ascriptio ad cultum diuinum fit in baptismo generaliter, in confirmatione, & sacrorum ordinum collatione specialiter, in quib. omnib. illius nominis tetragrammaton nulla fit mentio. Si igitur solum sub illo nomine ascribitur quis diuino cultui, sequitur Christianum populum non legitime ascriptum, quod est destruere fidem nostram, imò nec Iudaicus populus sic fuit ascriptus: Ante enim institutionem & publicationem huius nominis multi sunt Dei cultui applicati, sunt Abel, Noe, Abraham, & cæteri, quibus hoc nomen non fuit iudicatum, ut dicitur infra 6. huius.

IN DECIMA quæstione dicit de efficacia huius nominis, utrum illa esset ex institutione uel ex deuotione utentis. Non primum, quia eius significatio iuxta institutionem est sine quocunque respectu extra, uel intra, sine concretione, & absolutione, ut Burgen. dicit. Non pertinet ergo eius significatio ad talem efficaciam ex institutione, quæ etiam non legitur in scriptura. Restat igitur, quod ex usu, & deuotione uel autoritate, sicut in nostra lege orationes & manus impositiones sanctorum inuocationes, &c. quæ efficacia plus respicit illo modo opus operatum ex deuotione, quam ex institutione nominis cuiuscunq; uel orationis.

IN VNDECIMA quæstione dicit solemnitatem huius nominis fuisse tantam, quod non licuit nisi solos sacerdotes pronunciare in benedictionibus. Sed hoc uidetur implicare, quia ut supra dictum est in quæstione prima, hoc nomen scribitur quatuor literis, quæ non possunt facere sonum lingua humana explicabilem. Sequitur ergo, quod nec sacerdotes poterant proferre. Dicit igitur Burg. quod sacerdotes loco eius semper protulerunt nomen Adonai, quod etiam vulgus proferre potuit. Illa igitur explicatio ad solemnitatem nominis tetragrammaton pertinere non uidetur. Cæterum uerba consecratione diuinissimæ Eucharistiæ sunt maioris solemnitatis & efficaciæ, quàm ly tetragrammaton, non obstante tamen ea solemnitate, cuilibet Christiano conceditur legere epistolam Pauli, ubi illa uerba

A sunt expressa. Praeterea lędit fidem nostram, quod in Iudaismo fuerit nomen tantæ solennitatis, quod apud Christianos nullius est reputationis, præsertim cum sit tale secundum Burg. sub cuius ratione Deus rite colitur, & fidelis populus diuino cultui applicatur. Demū mirandum de beato Hieron. quod de hoc nomine nullam in sua translatione fecit mentionem. fuisset. n. autoritatis maioris in ecclesia, quam Burgen. ad scribendum talia si quid veritatis aut vtilitatis habuisset, & Apostolus huius nominis per Burgen. prædicata magnalia dissimulans, dixit. 1. Cor. 2. a. Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Ex quib. omnib. recollectis patet quantum ista Burgen. digressio ad literalem sensum pertineat, & merito probatur iste Burgen. superfluus, vbi postillator sufficiēs est, non diminutus, vt Burgen. ausus est dicere.

IN DVODECIMA igitur quæstione Burgen. volens ex omnibus dictis concludere expositionem illius loci. hoc nomen mihi est in æternum, fingit sine autoritate scripturæ, quod illud dicatur hic de duobus nominib. Dei scilicet tetagrammaton, & Adonai. Primum dicit nomen domini æternum, quia antequam essent creaturæ, hoc nomen pertinebat Deo secundum essentiam. Sed pensando dicta sua priora non videtur hoc dictum verum, quia supra dixit, circa quæstionem suam quintā D quod non est nomen uocale in signum diuinæ intellectionis ad placitum institutum. constat autem nullam vocem esse æternam, nullumque institutum esse æternum, nec aliquod productum præter verbum, & spiritum sanctum, nec illud nomen vocale prius fuit institutum quam publicatum, sed publicatio eius est temporalis, igitur & institutio. est igitur publicatio. & scriptura quatuor literis temporale. non potest igitur sic dici, esse nomen æternum sm ideam in mente diuina. sic aūt non dicitur institutum, sed in essentia diuina relucens, vel ab ea pullulans, quæ sunt alterius speculationis. De secundo aūt nomine videlicet Adonai dicit: dici memoriale eius, quia exprimitur, ubi tetragrammaton scribitur, non habet rationem, vt sic ex imperfectione populi, quod illud loco illius profertur, quod proferri non potest. Est igitur unum et idē nomen, quod apud nos dicitur Deus, quod est æternum & memoriale, nō rōne vocis nec scripti, sed significati. Hic dicitur: Deus Abrahā, &c. ad maiorem declarationem faciendam filiis Israel. Cætera, quæ Burgen. addit de comparatione huius nominis Iesu & tetragrammaton transeant, quia quamuis inuolutiones sententiarum sint, non sunt tamen contra fidem & postillatorem.

## GLOSSA ORDINARIA CAPVT IIII.

a QVid est quod &c. GREG. Moses, Iudaicus populus. virga, diuinitatis pōtas. Serpēs, Christi mortalitas: quia n. per serpentē mors, p serpentē mortalitas figuatur, B vel quia scriptum est Mat. 10. b. Estote prudentes si. ser. & quia summa prudentia, id est, Dei sapientia incarnata est, recte eius mortalitas in serpēte figuratur. vnde Ioan. 3. b. Sicut exaltauit Moses serpentem in deserto, ita exal. opor. fi. ho. Moses virgam tenuit, quia Iudaicus populus ante redēptoris aduentum in Dei ptāte cōfisus est. In terrā proiecit, quia per patriarchas & prophetas Deū incarnandum nuntiauit. virgā in colubrū in vertitur, quia Christus Deus in se pmanēs, mortalis est in homine factus. Sed & Moses colubrū conspiciens pertimuit & fugit quia Iudaicus populus dum Christū mortalem vidit: Deū credere expauit. Cui iubet vt caudam teneat, quia populus qui modo credere E recusat, in extrema corporis dominici parte, id est, posteriore tempore ecclesiæ s. in fine mundi sese ad fidē colliget, colubri caudā tenēs, quia eum quem mortalē ante despexerat, in vltima parte ecclesię redemptorē suum confitebitur. Mox serpēs in virgam redit, quia vt Iudaicus populus in Christum crediderit, mox ad iudicium in potestate diuinitatis suæ apparebit: vt iā serpens virga sit, quia qui in terra homo despectus est, de cælo veniens super angelos videbitur Deus.

Allegor. F ISIDO. Serpens persuasit homini mortem. Mors ergo a serpente, virga in serpente, Christus in morte. Expauit Moses

## CAP. IIII.

a Christo quoque non crediderunt Iudæi.

a RESPONDENS Moyses ait: Non credent 1 mihi, neque audient vocem meā, sed dicent: non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum †Deus: Quid est, quod tenes in ma- 2 nu tua? Respondit: Virgā. Dixitque dominus: †Ad Moysen. Proiice †extendam illā

a Vnde quis credidit auditui nostro.

a Diuina potestas quam Moyses tenebat, dum plebs Iudaica ante aduentum redemptoris in ea confidebat. Vel Christus quem, Moyses id est lex prædicabat.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

Diuisio. 1 REspondens Moyses ait, &c. Hic consequenter describitur instructio & confortatio Mosi per signa diuinæ uirtutis ostensa, & primo ponitur dicta instructio, & secundo Moysi obsecratio, ibi: Ait Moyses. Circa primum præmittitur causa signorum cum dicitur.

Respondens Moyses ait, non credent mihi, &c. Quamuis. n. Moses esset certificatus per uerbum domini, quod seniores populi uerbis eius crederent ut dictum est, sciebat tamen quod in populo illo erāt multi rebelles & increduli, qui non acquiescerent verbis, nisi viderint signa diuinæ uirtutis. & de talib. loquitur hic Moyses dicens: Non credent mihi, propter quod dominus dedit sibi ptātem faciendi signa trib. s. in uirga, in manu, & in aqua fluminis. Ad cuius intellectum considerandum, quod ista signa erant ordinata ad hoc, quod filij Israel crederent Mosi, quantum ad exitum de terra Aegypti de mandato domini. et ideo ista signa fuerunt proportionata ad hoc designandum, sicut in præcedenti cap fuit dictum de visione rubi. Status autem filiorum Israel in Aegypto potest considerari, quantum ad ingressum populi in Aegyptum, quod fuit per dominium ipsius Ioseph in Aegypto. & ad hoc principaliter refertur signum virgæ, per quam designatur principatus ipsius Ioseph, vnde Gen. 47. g. ubi translatio nostra habet. Adorauit Israel Deum conuersus ad lectuli caput. Translatio. LXX. habet, Adorauit Israel fastigium virgæ eius. quod exponunt aliqui doctores nostri de virga vel sceptro Ioseph, quod portabat in signum dominij. super quod sceptrum Iacob innixus adorauit Deum. ista autem virga fuit in terram proiecta, quando post mortem Ioseph filij eius cum populo Israel fuerunt compulsi ad opus terrenum in luto & latere, & tunc conuersa est in colubrum. quod est animal uenenosum & homini insidiatiuum. unde Gen. 3. cap. dixit dominus serpenti. Tu autē insidiaberis calcaneo eius, quia rex Aegypti filijs Israel imposuit, quod uenenum malitiæ concepissent contra eius regnum, & quod insidiabantur qualiter se possent iungere aduersarijs Aegyptiorū, ut debellatis Aegyptijs egrederentur de Aegypto, ut dictum est. supra 1. ca. sed apprehensa cauda colubri uersa est iterum in uirgam, per quod designabatur quod finaliter filij Israel egrederentur de illa vilitate ad magnā libertatem & dignitatem secundum quod dicitur Deute. 4. a. Nec est alia natio tam grandis, &c. Secundo consideratur status populi quātum ad egressum de Aegypto sub cura ipsius Moysi, & ad hoc refertur signum manus, quæ primo posita intra sinum facta est leprosa, & secundo ibi reposita sanata est. per quod designabatur quod filij Israel quando primo suppositi sunt curæ Mosi, quæ cura per sinum designatur. vnde Nu. 11. g. Porta eas in sinu tuo. per hoc fuerunt magis abominabiles Aegyptijs, & quasi in conspectu eorum fœtidi. vnde dixerunt Mosi: Fœtere fecistis odorem nostrum co. Pha. & se. eo. vt habetur infra. v. cap. d. Sed per manus sanationem in sequenti repositione designabatur consolatio eis futura per curam Mosi, sicut patuit in transitu maris rubri, & alijs beneficijs per orationem Mosi a Deo sibi collatis. Status autem populi intermedius fuit post mortem Ioseph, & antequam Moses curam populi susciperet, & in aliqua parte illius temporis intermedij fuit illud edictum crudele de pueris masculis Hebræorum submergendis in flumine, & ad hoc refertur tertium signum de aqua fluminis uersa in sanguinem, per quod designabatur quod Deus requireret ab Aegyptijs in grauibus plagis sanguinem puerorum in flumine extinctorum. His dictis patet litera paucis exceptis uocabulis.

Dehęre. e ex iniūcto.

2 Quid est, &c. non quærit ex ignorantia, sed ut conuenientius inferat quod sequitur.

## MORALITER.

† 1 Respondens, &c. Hic agitur de missione Mosi in Aegyptū, per quē designatur prędicator missus ad prædicandū, in quo debent esse tria. Primū est carnis mortificatio. 1. Cor. 9. d. Castigo corpus meū & in seruitutem redigo, ne forte, &c. quia tñ debet esse mensurata ratione, sm illud Rom. 12. a. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. & hoc significatur per virgā in colubrum conuersam

Moses & fugit, mortuo enim Christo expauerunt discipuli, a spe in qua fuerunt recedentes apprehēdit caudā, id est, posteriora & factus est virga, quia primo occisus, postea patratis oībus, ad id quod fuerat resurgendo reuersus est: ubi per vitam morte consumpta, nihil in eo serpētis apparuit, vel cauda serpentis finis seculi, qa sic mortalitas Ecclesiæ p'lubrica tempora uoluitur (Alii eunt, alii ueniunt) per mortem, tanquam per serpentem, per quem mors seminata est, sed in fine seculi, tanquam cauda redimus ad manum Dei, & apprehēsi reparabimur: & nouissima inimica morte destructa, resurgentes in dextera Dei virga regni erimus.

a *Mitte manum tuam &c.* * TERTVLLIANVS. Scimus sicut uocibus ita & rebus prophetatum tam dictis quam factis prædicatur resurrectio. Cum Moses manum in sinum condit & emortuam profert, & rursus insinuat & viuidam explicat, nonne hoc de toto homine portendit? Siquidem trina uirtus Dei, per illa trina signa denotabatur cum suo ordine, primo diabolum serpētem quanquam formidabilem subactura homini, dehinc carnem de sinu mortis retractura, atque ita omnem sanguinem executura iudicio.

(Marginal notes: † suorum. * que ei. Lib. de resurrec. carnis. † Reuersa est. † vir verborū. Hebrais.)

a ¶ Cum per prophetas Deum incarnandum nuntiauit. b ¶ Deus in se permanens mortalis factus est homo. c ¶ Is. mortem, quia initium mortis per serpentem. d ¶ Quia dum mortē[?] m vidit, Deum credere expauit.

in terram. Proiecit, & versa est in colubrum ita vt fugeret

a ¶ Iudaicus populus.

Moyses † Dixitq; Dominus: Extende manū tuā, & apprehēde caudam eius. Extēdit, & tenuit: versaq; est in virgā. (1) Vt credāt, inquit, quòd apparuerit tibi dominus Deus patrū † tuorū, Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob: a Dixit * Dn̄us rursum. Mitte manum in sinum tuū. Quā cū misisset in sinū, protulit leprosam instar niuis. (2) Retrahe, ait, manū in sinū tuum. Retraxit, & protulit iterum: et † erit similis carni reliquæ. Si non crediderint inquit, tibi, neque audierint sermonē signi prioris: credent verbo signi seque̅tis. Quod si nec duobus quidē his signis crediderint, neque audierint vocē tuā, b sume aquam fluminis, & effunde eam super aridā: & † quidquid hauseris de flu- (3) c uio, vertetur in sanguinē. Ait Moyses: Obsecro domine, (4) non sū † eloquens ab heri & nudiustertius: et ex quo locu- (5)

a ¶ Quia populus qui modo credere recusat, in extrema parte dominici corporis scilicet in fine mundi sese ad fidem colliget. b ¶ Credendo. ¶ Quia cum quem mortalem despexit redemptorē in vltima parte ecclesiæ confitebitur. c ¶ Quia mox redemptor noster in iudicio cum potestate diuinitatis apparebit. ¶ Quia Christus, deuicta morte surrexit.

¶ Quia populus à Deo remotus factus est immundus.

¶ Hoc implebitur cum omnis Israel saluus fiet.

a ¶ Hoc in sequentibus exponetur. b ¶ Populum. c ¶ De fluxu scilicet huius seculi.

a ¶ Sanguinis Christi fidem.

a ¶ Tui comparatione, vt iumenta, factus sum apud te. ¶ Quamuis instructus omni sapientia Aegyptiorum. b ¶ Ex quo scilicet Verum Dei verbum noscere cœpi, quod erat in principio apud Deum.

tis manum tuam, & dexteram tuam &c. Sed reuocata est manus in sinum, & reuersa est ad colorē suum: sic plebs Iudaica alienata a sinu Dei, foras immunda remāsit. Sed reuocata redibit ad pristinum colorē, cum agnouerit saluatorem. Ro. 11. c. *Cæcitas enim ex parte contigit in Israel.*

b *Sume aquam & cætera.* ISIDO. Aqua populum significat unde Aposto. xvij. d. *Aquas quas uidisti populi sunt & gentes.* Populus ergo uertitur in sanguinem, id est, in sanguinis Christi fidem.

c *Obsecro domine &cæt.* AVGVSTINVS. Quod ait Moses ad dominum: *precor domine non sum eloquens ante hesternum, neque ante nudiustertianum diem, neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo,* intelligitur credere posse fieri Dei uoluntate subito eloquentem cum dicit. *neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo.* tanquam ostendens fieri potuisse, ut qui ante hesternum & nudiustertianum diē eloquens non fuisset, repente fieret, ex quo cum illo dominus loqui cœpit.

* THEODORETVS. Voluit Deus Mosem exilis esse uocis & blesioris linguæ, quia hac ratione diuina uirtus certior apparuit. Ad quem modum, piscatores, publicanos & coriarios ueritatis doctores elegit.

(Marginal notes: Historice. † De Cō. d. 2. capite uero. Quæst. 7. in Exod. † Aqua quam.)

* THEODOR. Per immutationem manus lepram populi Israelitici declarauit, itemque eiusdem curationem. Ad hęc aliud quoddam Dominus Deus dispensauit. Quia enim legē de leprosis positurus erat, eosque immundos appellaturus, nihil aūt quod uoluntariū non sit, immundum est, legislatoris manū leprosā reddidit, hac rōne pfectos docēs, nihil hmōi immundum esse, manus. n. illa quæ tot miracula fecit, cū prius lepra infecta esset, postea tamen diuinis signis subministrauit atque elementa commutauit. Simul etiam legislatorem admonuit, ne clare de se sentiret, sed per leprosam manum naturæ suæ imbecillicitatem agnosceret. (Quæst. 10.)

PROCOPIVS. Quidā asserunt illud portentum cōtigisse, ut ostēderet, iusto nō esse legē positā, licet deinde leges sanciat, quo pacto morbus lepræ sit examinandus & immundus pronūciandus, tamen pleræque leges ita feruntur, quasi stultis & infantibus dentur. Adeo nostræ infirmitati se accōmodat De'. (In c. 4.)

ISI. Manus alba, id est, immunda, albor. n. in cute lepra est non candor. Ipsa enim hæreditas Dei, id est, populus, foras ab eo missus factus est immūdus, unde psal. lxxiij. b. *Vt quid auertis*

ORIG. ALLE. Dum esset Moses in Aegypto & erudiretur omni sapientia Aegyptiorum, non erat gracili voce, nec tardus lingua, nec profitebatur se ineloquentem. Erat enim quātum ad Aegyptios sonoræ uocis, & eloquentię incōparabilis. Vbi autem Dei uocem audiuit & eloquia domini suscepit, sētit uocem suam gracilem & exilem, tardamque & impeditā linguam, & se pronuntiat mutū, cum incipit cognoscere uerū verbū, qđ erat in principio apud Deū: Ioā. j. a. Mutis enim animalibus quamuis indoctus homo cōparetur, eloquens uidebitur. Si uero eruditis & eloquentibus, stultus & mutus. At si qs Dei verbum & diuinā respiciat sapientiā multo amplius q̄ apud nos pendēs, apud Deum mutum se animal profitebit. vnde Psal. lxxij. d. *Vt iumentum factus sum apud te.* Quia igitur ī id intelligentiæ profecit: vt se cognosceret quod est magna pars sapientiæ, remunerauit eum diuina dignatio dicens. *Aperiam os tuum &c.* Beati quorum os Deus aperit, vt loquantur: vnde Psal. 80. b. *Dilata os tuum, & ego implebo illud.* Similiter Paulus dicit ad Ephe. vj. d. *Vt detur mihi sermo in apertione oris mei.* eorum ergo qui verba loquuntur, os Deus aperit. Eorum qui ☞ loquun-

(Marginal note: Allego. Hom. 3. in Exod.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 * Extendit & te, *in qua apparet obedietia Moysi, qui statim cum manu nuda accepit colubrum ad uerbum domini.*

2 Protulit le. &c. *candor luces ortus in cute est signum lepræ, ut habetur Leui. 13. a. Albedo autem niuis habet quandam lucem, & quantum ad hoc tenet similitudo, non autem quantum ad omnia.*

3 Effunde eam super aridam. *Ex quo patet, quod non conuertebatur in sanguinem donec effusa esset super terram.*

4 Ait

4 Ait Moyses. *Hic consequenter ponitur Moysi deprecatio, uidens enim Moyses quod oportebat eum exequi Dei mandatum, & sentiebat, se minus eloquentem ad tale officium, ideo petiuit societatem alicuius magis eloquentis, & intēdebat hoc de fratre suo Aaron. Tum quia erat eloquentior, vt inf. dicetur. Tum quia erat senior tribus annis, ut supra dictum est. c. 2. Causam autem suæ insufficientiæ ad loquendum exprimit Moses dicens.*

5 Non sum &c. *Acsi diceret, licet a iuuentute non sum multum eloquens (quia sicut dicunt Hæbrei, habebat uocē gracilē) tamē postquam,* * appar-

## MORALITER.

* uersam, nā per virgā quæ correctionē significat, intelligitē carnis castigatio: & per colubrum prudentia, quæ est recta rō agibilium. Matt. x. b. *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Secundū est discretio ad discernendū inter lepram & non lepram, & hoc designatur per manum Mosi, q̄ leprosa atque munda de sinu profertur. Tertiū est passionis Chri-

Christi meditatio. 1. Corin. 2. *Non iudicaui me aliquid scire inter uos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* & hoc significat per aquam in sanguinem cōuersam, prædicator tamen sic dispositus insufficientem se reputare debet, ideo subditur.

4 *Obsecro domine. &c.* Sic dixit Hieremias. Hiere. j. b. *A a a domine Deus, ecce nescio loqui,* debet etiam desiderare adiutores in uerbi Dei prædicatione, ideo sequitur.

loquūtur mendacium, falsum testimonium, scurrilitates, turpitudines, susurronum quoque & detractorum, & eorum quocio se loquūtur diabolus aperit hos. De Iuda refertur Ioa. 13. cap. *Quia introiuit in illum Satanas, & misit in cor eius vt traderet eum.* Os ergo eius aperuit, vt loqueretur cum Pharisæis quomodo eum traderet accepta pecunia. Nō est autem paruæ gratiæ discernere os quod aperit Deus, & quod aperit diabolus. Aperit etiam Deus aures sanctorum ad audienda uerba diuina. Vnde dominus aperiet mihi aurē, aperiet oculos sicut aperuit oculos Agar, & uidit puteū aquæ uiuæ. Vnde Helisæus 4. Reg. 6. d. *Aperi domine oculos pueri tui, ut uideat quā plures sunt uobiscum.* Auris vero quæ perditionē domini aperitur, aliquando aperta est, aliquando clausa. unde, Ne recipias auditum uanum: sic dicuntur uana, profana, turpia. Qui nouit eruditionem domini claudit aurē & dicit Psal. 37. c. *Ego autē sicut mutus, qui non aperuit os suum, & sic ut sur[d]us nō audiebam.* Si uero ad utilitatem animæ pertinent quæ dicuntur, si de Deo sermo est, si mores docet, ad uirtutes inuitat, uitia resecat, aures pateant, & tota animæ ianua.

A

Apire Deum os alicuius Mat th. 10. c.

†grauis ore & grauis ligua.

Eccl. 45. c.

B

Notandum autem, quia summa moderatione usa est, ut diceret, *non recipies auditum vanum* non dixit, non audies, sed *non recipies.* Nā uana sæpe audimus. Martiō enim & Valētinus & omnes contra creatorē disputantes, uana loquūtur, frequēter tū audimus, ut contradicamus, sed non recipimus, quia illorum os diabolus aperit. Dignet dn̄s aperire os nostrū, ut possimus contradicētē reuincere, & obturare os quod diabol⁹ aperit.

a *Quis fecit os, &c.* AVG. Sunt qui Deo calumnientur, vel potius scripturæ veteris testamēti, quia dixit Deus quod fecerit mutū. Quid ergo dicūt de Christo aperte dicēte. Ioa. 11. g. *Ego ueni, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant.* quis aūt nisi insciens crediderit aliquid homini sm uitia corporalia posse accidere quod Deus noluit? Sed eum iuste totū vel nemo ambigit.

Quæstio. octaua.

C

Annot. in Exodon.

✲ HVGO A SAN. VICT. Quasi dicat, Qui os do, uerba dare possum. *Quis fabricatus est mutum & surdum, uidentem & cæcum?* His instrumentū dedi, alteri instrumentū, alteri cū instrumēto officiū. Qui ergo oculo dedi visū, & ori uerbū dare possū.

Quæstio. nona.

b *Pergeigitur, &c.* AVGV. ALIE. Quod dicit dominus ad Mosen *sed nunc uade tu, & ego aperiam os tuum & instruam te quę locuturus es.* Apparet non tantum instructionem oris, sed etiā ipsam apertionem ad Dei gratiā pertinere. Non enim ait, aperi os tuum & ego instruam te, sed utrumque promittit aperiam & instruā. In Psal. aūt 80. b. *Dilata os tuum, & ego adimplebo illud.* Vbi significat in homine volūtatem accipiendi, quod Deus donat uolenti, ut ad uoluntatis exordium pertineat. *Dilata os tuum* ad Dei autem gratiā, *& adimplebo illud.*

D

a ¶ Secundum Hebræos gracilem & tenuem vocem habuit & necesse erat clamosa voce vti, quia regio fastu prope accedere non permittebatur. b ¶ Eloquentiæ.

tus es ad seruū tuum, † impeditioris & tardioris linguæ sum:

¶ In re vel spiritu. a ¶ Exterius vel interius.

a Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcū? Nonne ego? 1 2

a ¶ Quasi qui hæc feci tibi vsum horum dare possum. ¶ Nolite cogitare quid loquamini &c. Mat. x. b. b ¶ Vt aperiam. c ¶ Spiritus. i. docebit omnem veritatem. 3 4

b Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboq; te quid loquaris. At ille, Obsecro inquit domine, mitte* quem missurus es. 5 6

¶ Humiliter se excusat. a ¶ Aliquem digniorem. s.

a ¶ Non irrationabili perturbatione sicut homo.

d Iratus dominus in Moysen ait, Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit. Ecce ipse egredietur in occursum tuum, 7 8

¶ Sacerdos occurrit legi & collatatur.

¶ Non ore. a ¶ Quasi mediator. b ¶ Quasi magister.

vidensq; te, lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba

a ¶ Vt dicat populo quasi minister. b ¶ Non enim vos estis qui loquimini, &c.

e mea in ore eius, & ego ero in ore tuo & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis.

c *Obsecro Domine.* ✲ EVSEBIVS. Moses quantum ad liberationem Israelis ex Aegypto pertinebat, prompto animo mādatum Dei non recusabat, quantum uero ad populi sui, ut beneficiū Dei libenti animo susciperet, persuasionem attinebat, id uero fuit⁹ recusabat.

Ex Catena Græca.

*per manū illius.

d *Iratus dominus in Moysen ait, &cæ.* AVGVSTINVS. Videtur tāquam diffidenti non dedisse plenissimā facultatem, quā daturus erat, & per duos agi uoluisse, quod per unum posset si credidisset. Sed si diligenter consideres non uidetur dominus iratus pro uindicta dedisse Aaron. Sic enim dicit. *Nonne ecce Aaron frater tuus Leuites: Scio quia loquens loquetur ipse.* Quibus uerbis ostenditur potius increpasse, quia timeret ire quasi minus idoneus, cum haberet fratrem per quem posset loqui ad populum, quod uellet. quia erat gracilis uocis, & linguæ tardioris, quamuis de Deo totum deberet sperare. Denique etiam iratus dixit quæ ante promiserat. Dixerat enim. *Aperiam os tuum & instruam te.* Nūc aute dicit, *aperiam os tuum & os eius,* & instruam uos quæ faciatis, sed quia addidit, *& loquetur ipse tibi ad populum.* Videt oris apertio præstita, quia dixit Moses linguæ se esset tardioris. De uocis autem gracilitate nihil ei præstare dominus uoluit, sed pp hoc adiutorium fratris adiunxit, qui conuenienti uoce sufficeret populū docere. Quod autem ait *& dabis uerba mea in os eius,* ostendit quod ea loquendo esset daturus. Nam si tm̄ audiendo sicut populo in aures diceret. deinde quod postea ait. *Et loquetur ipse tibi ad populum, & ipse erit os tuum.* & hic subaudit *ad populum,* & cum dicit, *tibi loquetur ad populum,* indicat in Mose principatum, in Aarō ministerium. Quod autem ait. *Tu autem eris illi in his quæ ad Deum,* magnum forsitan quærendum est sacramentum, cuius figuram gerat uelut medius Moses inter Deum & Aaron, & Aaron inter Mosen & populum.

·Quæstio decima

E

F

e *Et ego ero in ore tuo & in, &c.* ORI. Non solum Mosi promittitur aperiri os a domino, sed & Aaron. Dicitur enim, ego aperiam os tuum & os illius, & instruam uos quæ faciatis.

Hom. 3. in Exod. Historice.

☞ Dixit

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *paruisti mihi, & locutus es mecum, impeditoris linguæ factus sum ad loquendum: quia fragilitas humana ex potentia diuina vel angelica aliquando stupescit, secundum quod dicitur Daniel.* 10. d. Domine in uisione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit uirium, *& per allegationem huius impedimenti insinuat Moses petitionem suam de societate loquentis uiri.*

1 Dixit dominus ad eum. *Ostendens quod posset supplere eius defectum, cum subditur.*

2 Quis fecit os hominis. *Ac si diceret. Ego qui feci os hominis, possum tibi dare eloquentiam.*

3 Aut quis fa. &c. *Ac si diceret. Ego qui omnium conditor sum possum de cæco facere videntem, & de surdo & muto audientem & eloquētem, hoc inducitur ad ostendendum quod posset supplere allegatum defectum* Mosi. *Aliter exponunt Hebræi dicentes, quod cum Moses fuisset accusatus apud Pharaonē de interfectione Aegyptii, vt dictū est sup. 2. c. Moses fuit captus de præcepto regis, & adductus coram eo, ubi Moses valde constanter locutus est dicens, quod iuste fecerat, unde de eo dicitur* Heb. 11. e. Non ueritus animositatem regis. *& tunc de præcepto regis positus est ad decapitandum: sed spiculator fuit percussus acrisia, quæ est cęcitas qua non videtur illud quod homo vult uidere, licet alia videat, sicut dictum fuit Gene. 21. c. de illis qui uolebant frangere ostium Lot. & sic quando debuit percutere Mosen, eum non vidit, & sic Moses effugit Pharaone uidente, sicut scribitur, sup. 2. cap.* Qui fugiēs de conspectu, eius. &c. *qui etiam a Deo factus est ita stupidus ac si esset simpliciter surdus & mutus, ita quod non potuit uerbo uel signo significare suis seruis quod Moses caperetur, & sic exponunt prædictam literam.* Quis fecit os hominis, *id est, te loqui ita cōstanter coram Pharaone.* Aut quis fabri. *& id est,* Pharaonem ita stupidū ut dictum est.

4 Videntem & cæcum, id est. *spiculatorem qui factus fuit cæcus te non uidendo, & uidens cætera uidendo.*

5 Nonne ego. *Ac si diceret: Sicut talia mirabilia feci tibi, ita tanta & maiora possum facere.*

6 Obsecro inquit domine &c. *licet Moses de uerbo domini non dubitaret, tamen quia Aaron frater suus erat eo senior & eloquentior desiderabat eum habere socium sibi a domino assignandum, ideo hanc petitionem replicauit.*

7 Iratus dominus in Moysen. &c. *non quod peccauerit mortaliter sed nimis pusillanimis uidebatur in suscipiendo Dei commissionem, si enim mortaliter peccasset, non esset verisimile, quod Deus petitionem eius exaudisset quod tamen fecit, unde sequitur,*

8 Aaron frater tuus, &c. *Et patet litera usque ibi.*

✲ 1 Tu au-

## MORALITER.

6 ✲ *Obsecro, inquit domine, mitte quem mis.* Vnde saluator dicit Luc. 10. a. *Rogate dominum messis ut mittat operarios in messem suam.* Et quia tali prædicatori a Deo misso credendum est. Ideo sequitur in fine capituli.

MORAL.

a *Dixit ergo dominus,&c.* AVGV. Post dies, autem multos mortuus est rex Aegypti. Dixit autem dominus ad Mosen in Madian. *vade perge in Aegyptum,&c.* Multa in his verbis notanda sunt genera locutionis. Primo enim inquit. *uade perge in Aegyptum,* tāquam nō sufficeret alterum, deinde *mortui sunt oēs, qui quærebant animam tuam,* cum solum regē Aegypti scriptura mortuū dixerit: de quo solo antea dictum fuerat, quod Mosē quærebat occidere: an ipse post alios inimicos ultimus mortuus est? Quod si ita est, non locutio sed sensus est.

b *Tulit ergo Moyses, &c.* AVGVS. Quod dictum est, qa Moses vxorem & infantes suos imposuit iu pvehiculū vt in Aegyptū iret. Postea vero Iethro socer eius illi cum eis occurrit, cū eduxisset populū de Aegypo intelligēdum est. Post illam quę ab angelo futura erat interfectionē, Mosi vel infantis vxorem reuersam fuisse cum paruulis. Nam quidam putauerunt propter hoc angelū terruisse, ne ad impedimētū ministerii diuinitus impositi fœmineus sexus comitaretur.

(A In lib. locutionum locut. 19. — *Et † tibi pro ore, tu aūt eris ei pro Deo. — Quæst. 12. in Exod. — tcū reuersus fueris i Aegyptū. — B)

dam vobis quid agere debeatis. * Ipse loquetur pro te ad populum, & erit † os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum [1] pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. Abiit Moyses, & reuersus est ad Iethro cognatum suum. [2] Dixitque ei: Vadam & reuertar ad fratres meos [3] in Aegyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait Iethro: Vade [4] in pace. a Dixit ergo dominus ad Moysen in Madian: Vade [5] & reuertere in Aegyptum. Mortui sunt enim omnes, qui b quærebant animam tuam. Tulit ergo Moyses vxorem suam & filios suos, & imposuit eos super asinum, reuersusque est in [6] Aegyptum, portans virgam Dei in manu sua. Dixitque ei Do- [7] minus † reuertenti in Aegyptum: Vide, vt omnia ostenta quę [8] c posui in manu tua, facias coram Pharaone. [9] Ego indurabo [10] cor eius, & non dimittet populum. Dicesque ad eum: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel. [11] Dixi tibi: Dimitte filium meum vt seruiat mihi, & noluisti dimittere [12] eum. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. [13] Cum-que d esset in itinere in diuersorio, [14] occurrit ei Dominus, & [15]

(Interlinear glosses: ¶ Tanquam maior. — ¶ Alias socerum. — ¶ Tollere. — ¶ Ecclesiam. — a ¶ Et singulos sanctos. — b ¶ Super seipsum qui est asinus fortis qui peccata nostra portauit. — c ¶ Vt stultitiam & lasciuiam carnis opprimerent. — a ¶ In potestate. — b ¶ Indurari permittam. — ¶ Nisi coactus. — a ¶ Quia primitiua ecclesia de Iudæis. — ¶ Quia in Patriarchis primus electus est ad cultum vnius Dei. — ¶ Cuius tu seruus. — ¶ Peccatis irretitum.)

c *Ego indurando cor eius.* ✠ AVGVSTINVS. Quid est *ego indurabo cor eius*, nisi cum abfuerit gratia mea, obduret illum nequitia sua; Sicut quotiens nimio frigore constringitur aqua, solis calore superueniente resoluitur & descendente sole iterū obdurat, ita peccatorum frigore refrigescit charitas multorū & uelut glacies obdurant, & cum calor diuinæ misericordiæ supuenerit, resoluunt. Hoc in Pharaōe cognoscimus, a quo quoties flagella remota sunt, seͤ cōtra eū obduratus erexit, quoties afflictus est, supplicauit. Nō est ergo iniquitas ī Deo; Vnde non tam potentia quam patientia Dei Pharaonē fecit obdurari. Quā rem etiam circa vernaculos nostros solemus exercere, quib. frequenter peccantibus indulgemus, dicentes, Ego talem te feci, ego tibi parcendo proteruiam tuā negligētiamque nutriui.

(Serm. 88. de tēpore. — C)

d *Occurrit ei Dominus,&c.* AVGVST. Alia litera: *Et factum est in via ad refectionem. obuiauit ei angelus, & quærebat eum occidere, & assumpto Sephora calculo circumcidit præputium filii sui, & procidit ad pedes eius & dixit: Stetit sanguis circūcisionis infantis mei. & recessit ab eo propter hoc quod dixit: Desiit sanguis circumcisionis.* Primum quæritur quē volebat angelus interficere, vtrū Mosen? qui adictum est *occurrit ei angelus & quærebat eum occidere.* Nam cui putatur occurrisse, nisi ei q omnibus prǽfuerit, an puerū quærebat occidere, cui mater circūcidēdo subuenit? vt intelligat occidere voluisse īfantem, qa non erat circūcisus, vt, hac seueritate præceptū circūcisionis sanciret. Quod si ita est, īcertum est priͤ de quo dixerit: *quærebat eum occidere:* sed ex consequentibus aperitur. Mira.s. & īusitate locutio est, vt prius diceret occurrit ei, & quærebat eum occidere, de quo nihil ante dixerat. Simile est illud Ps. lxxxvj.a. *Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus,&c.* Potest autē intelligi fundamēta Domini vel Siō, quia hoc pronomē quod, est eius, omnis generis est. Sed illud potius est quærēdū, quid sibi velit, ideo recessisse angelū ab interfectione cuiuslibet eorum, quia dixit mulier: *stetit sanguis circuncisionis infantis.* nō enim ait recessit ab eo, quia circūcidit infantem, sed quia *stetit sanguis circuncisionis,* non quia cucurrit, sed *quia stetit,* magno nisi fallor sacramento.

✠ THEODO. Angelus Mosen interficere volebat. Nonnulli tradit in causa fuisse, quod cum ad liberandos fratres missus fuisset, comitē itineris habere voluit vxorem. Hic sibi considerādū esse existimet, id Mosen necessario fecisse, ne socer ī suspitiōē veniret, aliā vxorē in matrimoniū sibi copulare vel le: statim igitur sumpta angeli occasione vxorē domū patris sui remeare iussit. Quodque hæc ita se habeāt, historia docet. Nam

(Di Quæst. 11. in Exod. — Quæst. — E — Quæst. 14. — F)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Tu autem eris ei in his,&c. *i. accipies ordinationem meam & leges a me immediate, & ipsa eas per te sibi relatas denuntiabit populo.*

2 Abijt Moyses. *Hic consequenter describitur commissionis Mosi facta executio, primo respectu termini a quo Moses recessit, secundo respectu spatij per quod incessit, ibi:* Cumque essent, in itinere, *tertio respectu termini ad quem accessit, ib.:* Veneruntque simul. *Circa primum dicitur:* Abiit Moyses. *reuertens de monte Sinai.*

3 Ad Iethro. *Nolebat enim recedere absque licentia eius, tum quia iurauerat manere cum eo, tum quia non poterat secum ducere vxorem & filios sine uoluntate eius.*

4 Cognatum suum. *i. affinitate coniunctum. unde & in Hebræo habetur:* Socerum suum. (infra 7.a.)

5 Cui ait Iethro. vade in pace. *erat enim homo rationabilis, & ideo noluit eum impedire. Iacob autem recessit a Laban licentia non petita, quia sciebat eum esse hominum fraudulentum, sicut dictum fuit Gene. xxxj.*

6 Et imposuit eos super asinum. *Dicunt Hebræi, quod iste est asinus, qui portauit ligna holocausti, quando Abraham voluit immolare Isaac: de quo habetur Gene. xxij. & quod eundem asinum equitaturus est rex Messias quando veniet: de quo habetur Zacha. ix. ca.* Ecce rex tuus veniet ti. &c. *& ideo poterat tantū onus portare: sed istud apparet omnino fictitium, ideo dicendum quod ibi accipitur singulare pro plurali.* Super asinum. *id est, asinos, quia vnus non sufficeret ad portandum tot personas.*

7 Portans vir,&c. *sic autem nominabatur: Tum quia ex præcepto Dei erat portanda, Tum quia per eam erant miracula Dei fienda.*

8 Dixitq; ei Dominus reuertēti, &c. *i. ad reuertendum se disponenti.*

9 Vide vt omnia,&c *i. mirabilia ostensione digna.*

10 Ego indurabo,&c. *Hic prædixit Dominus futurum, ut non admiretur Moses quando videbit effectum. Sciendum tamen quod Dominus non est causa obdurationis cordis inquantum est peccatum, sed hoc modo est a libero arbitrio. Dominus autem est causa indurationis inquantum est quædam pœna, quia in pœnam peccati perpetrati subtrahit gratiam, cuius est cor mollificare. & ideo ea subtracta sequitur induratio cordis humani in malo suo.* (Dominus An sit cā indurat. omnis.)

11 Filius meus primo. Israel, *id est, dignior in populis, & cui maiora bona reseruantur, & maxime, quia vnigenitum Dei filius* qui est primogenitus omnis creaturæ, *vt dicitur Col. 1. b. Erat de Israel secundum carnem nasciturus.*

12 Ecce ego interficiam filium tuum primo. *ista fuit ultima pœna Aegyptijs inflicta: & tamen denunciatur hic primo, quia illa quæ sunt priora in intentione, sunt posteriora in executione.*

13 Cumq; esset in itinere. *Hic cōsequēter describitur recessus Mosi, quantum est spatium per quod incessit cum dicitur:* Cumq; esset in itinere, *reuertendo in Aegyptum.*

14 In diuersorio. *id est, in hospitio ad quod diuerterat pro refectione vel quiete nocturna.*

15 Occurit ei Dominus: & volebat occi. eum. *Illud enim, secundum*

E Nam pro egressione ex Aegypto, Socer Moysi ad illũ vna cũ filia sua ipsius vxore aduenit. Aliud ergo sibi Angelus volens gladiũ nudauit. Nã q̃a Moses Pharaonẽ formidabat, idcirco Angelus supplicium comminatur, timore timorem expellens, itemque maiori minorem, perinde quasi per nudatũ gladiũ diceret, Pharaonem times, magis me time, qui nemine cernente plagam tibi facile inferre possum.

Ji. aduers' Iudæos. ✠ TERTVLLIANVS. Prouidẽs Deus quod hãc circuncisionem in signũ nõ in salutẽ esset daturus populo Israel, idcirco filium Mosi ducis futuri instigat circuncidi, ut cum cœpisset per eum populo dare præceptum circuncisionis, non aspernaretur populus, videns exemplum illud ĩ ducis filium iam celebratum.

F a *Sponsus sanguinum tu, &c.* Secundum historiam Mater Gentilis admirans nouitatem rei, potuit dicere Mosi, *sponsum sanguinum tu mihi es*, quasi ritus tuę gentis cogit me fundere sanguinem filii mei, qđ aliis gentibus non est moris. Mystice autẽ

Mystice. Sephora ecclesiam de gentibus significat, quæ præputiũ filii sui. i. Gẽtilis populi acutissima petra. i. spiritussancti doctrina, vel illa petra, de qua dicit 2. Cor. x. b. *Petra autem erat Christus.* Expoliat,

a ¶ Mosen vel infantem incircuncisum. b ¶ Quasi cognoscens quare interficere vellet. ¶ Petra autem erat Christus.

volebat occidere eum. Tulit illico Sephora acutissimam pe- 1

a ¶ Angeli vel sanguis effluens ex pedibus pueri.

tram, et circũcidit præputium filii sui. Tetigitque pedes eius, 2

a ¶ Angelo hoc blandiendo dicit quasi sicut carnaliter nupsit Moysi: ita nũc circũcisione sanguinis filij mei. 3 b ¶ Irata. i. circuncisio puero; reuersa est Madian ad patrem suum. vnde postea legitur, quod Iethro occurrerit Moysi in deserto dicens: En ego & vxor tua & pueri tui:

c ¶ Paruulum circuncisum, vel Moysen.

a et ait: Sponsus sanguinũ tu mihi es. et dimisit eum postquã 4

¶ Factam.

dixerat: sponsus sanguinum tu mihi es, ob circuncisionem. 5

a ¶ Inspirando vel per aliquem exterius monendo.

b ¶ Quibuslibet sanctis qui sunt membra summi sacerdotis. c ¶ Legi.

b Dixitq́. Dominus ad Aaron: Vade in occursum Mosi in de- 6

a ¶ Eminentiam virtutum & spiritualis intelligentiæ. b ¶ Quia cum talibus lex pacem habet, eos qui morantur in humilitate literæ odit & horret.

sertum. Qui perrexit ei obuiam in montem Dei, et osculatus 7

a ¶ Lex. b ¶ Viro montano, i. spirituali viro. ¶ Lex tantum quæ Dei sunt loquitur.

est eum. Narrauitque Moyses Aaron omnia verba Domini,

pro quibus miserat eum, & signa quæ mandauerat. Vene- 8

a ¶ Lex & sacerdos. b ¶ Vt maioris authoritatis esset. ¶ Quorum viget consilium & sapientia.

runtque simul, et congregauerunt cunctos seniores filiorum 9

a ¶ Labia sacerdotis custodiunt scientiam, &c. Malachiæ. 2. b.

Israel. Locutusque est Aaron oĩa verba, quæ dixerat Domi-

a ¶ Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Marc. 16. d.

nus ad Moysen: et fecit signa coram populo, et credidit po- 10

pulus. Audieruntque, q̃ visitasset Dominus filios Israel, et 11

¶ Humiles corde & corpore.

quòd respexisset afflictionem eorum, et proni adorauerunt. 12

expoliat, vt mũdetur ab omni inquinamẽto carnis & spiritus, & *exuat veterẽ hominẽ cum actibus suis.* Col. 3. b. Stat enim sanguis circũcisionis quãdo corruptibile hoc induet incorruptionem. G

b *Dixitq; Dominus.* ORIGEN. Occurrit Aaron Moysi & exiuit de Aegypto. sed iterest vbi occurrat Mosi, cui' os aperiẽdum est a Domino. occurrit autẽ in mõtem Dei. Merito os eius aperitur, qui occurrit in monte Dei. Petrus, Iacobus, & Ioannes in monte, & transfiguratũ Dominũ Iesum videre meruerũt: & Mosen & Heliam cum ipso in gloria. Tu quoq; nisi ascenderis montem Dei, & ibi occurreris Mosi. i. nisi excelsum legis ascensum ascenderis, nisi spiritualis intelligentiæ cacumen inuaseris, non est ostium apertum a Domino. Si in humili loco literæ steteris, non occurristi Mosi in montem Dei: non os tuũ aperuit Deus: neque instruxit quę te oporteat loqui, nisi Aarõ Moysi in monte occurrisset, nisi eius sensum vidisset arduũ, non ei loqueretur verba Dei. neque virtutem signorũ tradidisset, neque participẽ tanti mysterii concivisset. H

Hom. 3. Moraliter acutissimam. Mat. 9. a.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *cundũ aliquos refertur ad Mosen, quem volebat dominus occidere eo quod ducebat secum Eliezer filium suum incircuncisum. Gersan autem circunciderat in terra Madian. Alij autem dicunt, quod refertur ad Eliezer, quẽ volebat occidere, eo quod erat incircuncisus: & tamen ducebatur in Aegyptum ad morandum inter filios Israel, qui erant circuncisi. Sed istud non uidetur conuenienter dictum quia ille puer nondum venerat ad ætatem adultam, & ideo non erat in culpa ex dilatione nimia suæ circuncisionis, nec puniendus: sed pater qui habebat eius curam, sicut fuit declaratum Gene. xvij. & ideo primum dictum melius videtur. s. quod refertur ad Mosen.*

1 Tulit illico Sephora acutissi. pe. &c. *Hebræi dicunt: Aciem uel nouaculam.*

2 Et circuncidit præputium filii sui. *Quia per verbum Mosi vel angeli volentis occidere Mosen, cognouit quod illa inuasio angeli erat, propter hoc quod filius eius non erat circuncisus.*

3 Tetigitque pedes eius. *i. filij sui circuncisi, ad cuius pedes manauit sanguis ex incisione.*

4 Et ait Sponsus sanguinum tu mihi es. *i. fere propter te sponsus meus Moyses fuit occisus. Aliter exponitur, vt ly eius referatur ad Mosen, ad cuius pedes proiecit præputium filij sui abscisum dicens:* Sponsus sanguinum tu mihi es. *i. propter te qui es sponsus meus, ne te angelus occideret, sanguis filij mei effusus est, & ista expositio secunda magis concordat literæ sequenti, cum dicitur.*

5 Et dimisit eum postquam dixerat, sponsus. *Quia indignata recessit a Mose, & rediit ad patrem suum cum filijs suis: ut patet ex eo quod habetur infra. xviij. cap. scilicet quod Iethro venit ad Mosen in deserto, adducens secum vxorem Mosi & filios eius placuit etiam Mosi, quod ipsa rediret cum filijs, quia percepit tunc quod non esset nisi oneri, quantum ad negotium pro quo ibat.*

6 Dixitq; Dominus ad Aaron. *Ex hoc patet, quia Aaron tanquã propheta habuit reuelationem Domini: hoc etiam patet ex eo quod dicitur. 1. Re. 2. e. ad Heli* Hæc dicit Dominus: nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui cũ esset in Aegypto, &c. *Heli enim descendit de Aaron.*

7 Qui perrexit ei obuiam in montem Dei, &c. *i. in montẽ Sinai qui uocatur mons Dei ratione prædicta. 3. ca.*

8 Veneruntq; simul. *Hic consequenter describitur accessus Mosi ad terminum ad quem, vbi manifestarit causam aduentus sui. primo senioribus populi, cum dicitur.*

9 Et congregauerunt cunctos seniores. *Id est, populus iudices, vt dictum est supra 3. ca. & postea. Aaron, qui erat eloquentior, & habebat uocem magis audibilem, uerba quæ dixerat Dominus Mosi proposuit coram populo. & hoc est quod dicitur:* Locutusque est Aaron, &c.

10 Et fecit signa. *prædicta in principio huius cap. non tamen per seipsum, sed per Mosen cuius erat facere signa prædicta coram populo Israel, quod patet per signũ manus suæ factæ leprosæ, & iterum sanatæ, quod non potest dici de Aaron.*

11 Et credidit populus. *Visis signis.*

12 Et proni adorauerunt. *Pro gratiarum actione.*

CAP.

### ADDITIO I.

*Non uidetur rationabile, quod Moses dubitasset, quod Deus posset supplere defectum suum, uerba enim Dominus ad Mosen in hoc capitulo uidentur melius exponi conformiter ad prædicta in præcedenti capitulo. Dixerat enim Domini ad Mosen in sententia, quod ideo elegerat eum impotentem & insufficientem, ut esset signum, quod liberatio populi fiebat uirtute diuina tantum ut fuit expositum in additione super illud uerbum:* Hoc habebis sig. &c. *Non autem pari ratione respondit ad defectum eloquentiæ, quem Moses allegabat ad excusandum se ab officio sibi iniuncto. q. d. Tu scis, quod ego sum, qui feci os hominis, vnde si vellem te facere eloquentem & assertum in locutione, possem, sed hoc non expedit, ne liberatio populi attribuatur humanæ persuasioni.*

### ADDITIO II.

In eodem cap. iiij. *vbi dicitur in postilla* Obsecro inquit Domine &c.

*Quidam Hebræorum specialiter Rab. Sal. aliter exponunt hunc* ✠ *passum*

A pissum scilicet Mitte quem missurus es. dicunt enim, quod Moses non erat introducturus populum in terram promissionis, prout in prima eius reuelatione facta dictum fuit. similiter & credebat quod alius erat a Deo mittendus in redemptionem finalem, & ideo petebant quod alter illorum mittendorum mitteretur, quorum vtrunque digniorem se æstimabat, & quia in hoc videbatur contra præordinationem diuinam petere, idcirco sequitur: Iratus dominus in Moysen. & secundum hanc expositionem videtur, quod Moses peccauerit, vnde nec dominus petitionem suam in hoc exaudiuit, fuit tamen eius peccatum dignū venia, quia magis procedebat ex magna humilitate quàm ex incredulitate seu inobedientia.

*ADDITIO. III.*

In eo c.4. vbi dicitur in postil. Aliter exponitur, vt ly eius referatur ad Mosen, &c.

Non uidetur bene exponi illud verbum. Et dimisit eum de Sephora prout in postilla. nam legitur, inf. 18. capit. de Ietro, quod tulit Sephoram vxorem Mosi, quam remiserat. Ex quo patet quod vxor Moysi non dimisit eum, sed econtra, scilicet, Moses remisit vxorem. Ratio autem huius remissionis habetur in glo. ibidem, scilicet, ut expeditior esset in opere domini, vnde per hoc quod dicitur hic Dimisit eum. intelligitur quod Moyses dimisit filium suum nouiter circuncisum, ut expeditior esset in officio sibi commisso ut dictum est, & ne periclitaretur in via, & per consequens dimisit matrem, eo quod ei cura nutritionis principaliter incumbebat.

REPLICA correctorij contra Burgen. In capit. 4. vbi postillator exponit illud: Dimisit eum Sephora. vxor Moysi indignata, hic locus breuitate obscurus est, ut dicit beatus August. per magistrum histo. allegatus, ideo multipliciter a multis exponitur. Sed cum postillator elegit expositionem glos. interlinearis, Burgen. eum reprehendit ex debili argumento, quod fundat in eo quod infra 18. capitu. dicitur, Moses Sephoram remisisse, arguens ex hoc, quod Sephora hic Mosen non dimiserit sed potius econtra. Sed hoc argumentum modicum uidetur concludere, quia potest utrumque stare, & quod Sephora dimisit Mosen, & quod Moses remiserit Sephoram. Moses sentiens iram uxoris & uoluntatem dimittendi eum, non reliquit eam solam uagari cum filiis suis reuertendo in terram Madian: sed assignauit familiam reducentem: & sic remisit eam ne pateretur eius iurgia, & ut esset in negotio commisso expeditior, & tangit glo. loci allegati.

Nota quare vxor dimittenda.

E

## GLOSSA ORDINARIA.
### CAP. V.

Hom. 3. Allegor.

a Dimitte populum meum. ORIG. Alle. Non vult Moses, vt populus in Aegypto positus seruiat Deo, sed vt exeat in desertum, & ibi seruiat. Dū enim quis in tenebrosis seculi actibus manet, & in negotiorū obscuritate versat, non potest seruire Deo. Nō enim potestis seruire Deo & mammonæ. Matth. 6. cap. Exeūdum est ergo de Aegypto. relinquēdus est mundus, nō loco sed aīo, si volumus seruire domino. Inde Iohan. ait. 1. Ioh. 2. b. Filioli nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.

B

†festa celebret.

C

Mystice.

b Quis est dominus. Superbiam diaboli exprimit, qui subdito Deo contemnēs ait Esa. 14. d. Similis ero altissimo. & quasi de domini natiuitate dubitans, dicit Matth. 4. a. Si filius Dei, dic ut lapides isti panes fiant. Postea vero quasi coactè dæmones clamauerūt, quid uenisti ante tempus torquere nos? Matth. 8. d. Scimus quia es filius Dei. post tormenta sciunt quæ ante scire noluerant. Pharao quoq; verberatus pro se supplicari ad dominum rogat. Exod. 5. a. Quis est dominus, ut audiam uocem eius, &cæt. Vides quid agit cruda superbia: uidebitis paulo post quantum proficit in flagellis: quantum melior verberatus efficitur, qui modo dicit, nescio dominum, verberatus dicturus est: Orate pro me dominū. Nemo ergo ita ierudītus sit diuinæ disciplinæ vt flagella diuina perniciem putet, & pœnalem interitū. Ecce etiam Pharao durissimus proficit verberat⁹. ante enim verbera dominū nesciit, verberatusq; pro se rogat supplicari. & pficiens in pœnis scit agnoscere cur puniat. Nescio, ait, dominum. In euangelio verberatus emēdat hāc vocem, quia dæmones clamauerūt. Scimus te quis sis Tu es filius Dei uiui. Post flagella etiā Israel dimittet. & etiam vrgebit exire. 2. Corint. 6. c. Nulla enim societas luci ad tenebras, nulla pars fideli cum infideli.

B

†velociter sit nobis, quærit.

in q. super Exodum.

c Deus Hebræorum uocauit nos, &c. AVGVSTINVS. Quæritur quo-

### CAP. V.

1 Post hæc ingressi sunt Moyses & Aaron, 2 & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit dominus Deus Israel: Dimitto populum meū, 3 vt †sacrificet mihi in deserto. At ille respondit: 4 Quis est dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Israel? 5 Nescio dominum, 6 & Israel non dimittam. Dixerunt: 7 Deus Hebræorum † vocauit nos, 8 vt eamus

a Non in Aegypto: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 1. Ioan. 5. b. Non vult tenebrarum harum rector te abstrahi a tenebris suis, & ad scientiæ lumen adduci. Hoc respondet, dum in laboribus hominum non est, & cum hominibus non flagellatur. ideo tenuit eum superbia. paulo post, quasi emendatus flagellis dicet: Orate pro me ad dominum.

b Sic respondet cruda superbia. Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial. 2. Cor. 6. c.

a Transitorum quorum vnus dicit, aduena sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. b Christum, qui die tertia resurrexit. in fide trinitatis verum sacrificium offertur.

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. V.

Diuisio.

Post Hæc. Postquam descripta est prouisio ducis populum Israel de Aegypto educentis, hic consequenter describitur flagellatio regis populum detinentis, & quia illa punitio iudiciaria est, ideo præmittitur monitio ex verbis. secundo monitio cum signis additis in principio. 7. capitu. & tertio subditur punitio in decem plagis, circa medium eiusdem cap. ibi. Dixit autē dominus ad Moysen, ingrauatum est, &c. Circa primum primo ponitur monitio, & regis dura responsio, & secundo populi aggrauatio. ibi: Dixitque Pharao. Circa primum dicitur sic.

1 Post hæc. id est, postquam populus Israel crediderat Mosi de eius liberatione, ut dictum est in fine præcedentis cap.

Quæstio.

2 Ingressi sunt Moyses & Aaron, &c. Sed quæritur hic, ubi erant senes populi Israel, de quibus dixerat dominus quod ingrederentur cum Mose ad regem Aegypti, ut dictum est. supra 3. capitu. Dicunt Hebræi, quod remanserunt ducti timore regis, & propter hoc impediti sunt accedere ad dominum cum Mose, ut habetur infra. 24. capitulo. Sed hoc uidetur falsum, quia Aaron qui hic ingressus est cum Mose, eodem modo tunc impeditus fuit, quia solus Moses accedere iussus est, ut ibidem dicitur & ideo melius dicitur ab aliis, quod senes ingressi sunt ad regem sicut dixerat dominus, sed solum scriptura facit mentionem de Mose & Aaron, quia erant principales, & quia eis erat commissum negotium.

3 Hæc dicit dominus. in sua monitione autoritatem domini præmittunt, ut sit efficacior ad regem inclinādum, sed rex econtrario respondit contemptibiliter dicens.

4 Quis est dominus, &c. acsi diceret, non est tantæ autoritatis, quod debeam ei obedire. Respondit etiam infideliter dicens.

5 Nescio dominum. licet enim Deum esse (secundum Anselmū) sit per se notum, & per consequens eius notitia inserta est naturaliter mēti humanæ, hoc tamen est inquantum mens humana Deum esse cogitat, id quod æstimat maximum in entibus, sed sub ista determinatione, quod sit Deus populi Israel per fidem & cultum specialem, prout sonabant uerba Mosi, Deum esse, non est naturaliter notum, & sic respondet rex: Nescio dominum, quia Aegyptii infideles & idololatræ existentes, colebant animalia tanquam deos. Respondit etiam inobedienter dicens: Et Israel non dimittam.

6 Dixerunt, &c. exponentes causam prædictæ monitionis.

7 Deus Hebræorum uocauit nos. cui tenemur obedire.

8 Vt eamus uiam trium. Illud est. supra expositum. 3. capitu. Adduntamen aliqui quod per tres dies intelliguntur tres menses. quia in tertio mense ab exitu de Aegypto uenerunt ad montem Sinai, ut habetur infra XIX. capitulo & ibi sacrificauerunt domi-

## MORALITER.

✱ 1 Post hæc ingressi sunt Moyses & Aaron et dixerūt Pharaoni. Per Mosen cui interpretatur extractus de aqs, cōueniēter potest intelligi status religionis extractus de delitiis mundanis. Per Aaron Pontificem intelligitur status clericalis. existentes aūt in hoc duplici statu a domino ordinantur vt per eorum uitā, doctrinam, & orationem populus a seruitute diaboli liberetur.

2 Vt eamus uiam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro. Per hoc autem intelliguntur contritio ✱ confessio

A quo populo dicatur, quod mandauit Deus educturum se eos de Aegypto in terram Chanaam. Pharaoni autem dicitur, quod trium dierum iter exire uellet in deserto immolare Deo suo ex mandato eius. Sed intelligendum est, quamuis Deus sciret quid esset facturus, quoniã præsciebat Pharaonem non consensurum ad populum dimittẽdum. Illud primum dictũ esse, quod primo fieret si ille dimitteret, vt enim sic fierent omnia quomodo sequens scriptura testatur, Pharaonis cõtumacia & suorum

B meruit. Neq; enim mendaciter Deus iubet, quod scit nunquam factur︎um cui iubetur, ut iustũ iudicium cõsequatur.

*Moraliter. Vbi supra.* ORIG. MORA. Iter tridui de Aegypto proficiscimur, si ita nos ab omni inquinamento animæ & corporis ac spiritus conseruemus, ut integer spirit⁹ noster, & anima, & corpus,

C in diem Christi

*Vbi supra.* seruetur. ORIG. Tridui iter proficiscimur de Aegypto, si rõnabilem, moralẽ, naturalem sapientiã de reb. mundialib. auferẽtes, ad instituta diuina cõuertimus. Tridui iter de Aegypto proficiscimur, si purificantes in nobis dicta, facta, uel cogitata (Tria sunt enim hæc per q̃ homines peccare possunt) efficiamur mundi corde, vt Deum uidere possimus. Princeps vero Aegypti vbi videt se uehemẽtius urgeri, ut dimittat populũ Dei, secundo loco cupit impetrare ut nõ lõgius abeãt, ne totum triduum proficiscãtur, dicẽs: *Non lõge abeatis.* Nõ vult lõge à se fieri populum Dei. Vult.n. si non in factis, vel in sermone peccent, si non in sermone, uel in cogitatione, Nõ vult vt totum triduum a se proficiscantur. Vult in nobis vel vnum diem videlicet, ĩ aliis duos, In aliis totum triduum possidere. Beati illi qui ab eo totum triduum recedunt.

a *Viam trium dierum in solitudinẽ & sacrificemus Deo, &c.* ISID. Viã trium dierum ambulam⁹ exeuntes de Aegypto, ut ad locum pueniamus, ubi immolare debemus domino. Hęc via Christus est, q ait Ioh. 14 a. *Ego sum via veritas & vita.* Qui enim confessus fuerit Christum ore, & crediderit corde, quod Deus illum suscitauit tertia die, saluus erit perueniens ad locum, in quo immoletur sacrificium laudis.

STRAB. *Viã triũ dierũ in so. &c.* Tertia mẽsione, postquã transierũt mare rubrũ, peruenerũt Ethan, q locus ẽt Mara uocatur pp amaras aquas. Vel triũ dierũ, id est triũ mẽsiũ, q tertio mẽse postq̃ de Aegypto exierunt, peruenerũt Sina, vbi sacrificauerunt & legẽ acceperunt, ubi erectum est & tabernaculum.

*Hom. 5.* ORIG. Nunc quoq; Moses, quem habemus nobiscum, habemus enim Mosen & pphetas, idest, lex Dei uult te educere de Aegypto, si audias eã, vult te longe facere a Pharaone, eruere de opere luti & palearum, si tamẽ audias & spiritualiter intelligas, non vult te in carnis & tenebrarum actibus permanere, sed exire ad heremum, ad locum scilicet perturbationibus & fluctibus seculi vacuum, & ad quietẽ silentij. Verba enim sapientiæ in silentio & quiete discuntur. In hoc loco poteris dño immolare legẽ Dei & uirtutem diuinæ uocis agnoscere. Ideo cupit Moses te eiicere de fluctib. negotiorum & strepitu populorũ, & de Aegypto i. de tenebris ignorantiæ, ut legem Dei audias, & lucem scientiæ capias.

*Ibidem.* b *Quare Moses & Aaron sollici. &c.* ORIG. Dum secum est populus & lutum aut laterẽ operatur, dum in paleis occupat, nõ putat esse peruersum, sed recte incedere. Si vero dicat, volo ire dierũ triũ uiã & seruire dño, peruerti populũ dicit per Mosẽ & Aarõ. Hodie quoq; si Moses & Aarõ. i. ppheticus & sacerdotalis sermo aĩam sollicitet ad seruitutẽ Dei, exire de seculo: renuntiare oĩb. quę possidet, attendere legi & verbo Dei: cõtinuo audies vnanimes & amicos Pharaonis dicentes: Videte qõo seducuntur homines, & peruertuntur adolescẽtes, ne laborent, ne militent, agant ne aliquid quod prosit, relictis rebus necessarijs ineptias sectantur & otium. Quid est seruire Deo? laborare nolunt, & otii occasiones quęrunt, hęc erant tunc verba Pharaonis, hæc & nunc amici eius loquuntur, nec

*Aduersus eos qui recentes ad heremum contendẽtes.*

---

(Interlinear: a Inquiete & silentio lex discitur. b Immola Deo sacrificium laudis.)

a viam trium dierum in solitudinem: & sacrificemus domino Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis aut gladius. Ait ad eos [1]

(a Princeps tenebrarum harum. b Propheticus & sacerdotalis sermo.)

b rex Ægypti: Quare Moses & Aaron † solicitatis populum ab [2] [3]

(a Mandanis. b Terreni laboris. c Inuidit diabolus quia crescit Dei populus.)

operibus suis? Ite ad onera vestra. Dixitque Pharao: Multus est populus terræ: † Videtis quod turba succreuerit, [4] [5] [6]

(Vt non exerceatis eos in opetibus terrenis. c.)

quantó si † dederimus eis requiem ab operibus? Præcepit ergo [7]

(a Dæmonibus qui præsunt diuersis vitiis. Quia sæpe mala facere compellunt si blanditiis nequeunt.)

in die illo præfectis operum, & exactoribus populi dicens: [8] [9]

(Vilem & paruum victum. a Paleæ dabantur, vt admistione earum tenacius fieret opus, vel vt ex eis lateres coquerentur ideo autem maxime in Aegypto lateres fiebant vt inde ciuitates fierent, quia ibi lapides non abundant. b Fidelium.)

Nequaquam vltra dabitis paleas populo ad conficiendos [10] [11]

(Opera luti & carnis. Vt vndecunque acquirant victum. Quasi opera mala non minus faciant.)

lateres sicut prius, sed ipsi vadant & colligant † stipulam, & mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis su-

(Vt operibus suis opprimantur. a Gratis habentes victualia.)

per eos, nec minuetis quicquam. Vacant enim, & idcirco [12]

*† cessare facitis. † Fecerunt. † & adhuc cessare facitis ab operib. suis. † dederitis. † stipulas.*

---

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *domino, in sacra enim scriptura aliquando accipitur dies p anno, vt Ezech. 4. & eodem modo dicunt quod accipitur hic pro mense.*

1 Ne forte accidat no. &c. *Quæ prouenit ex corruptione aeris.*

2 Aut gladius. *Qui prouenit innasione hostis.*

3 Ait ad eos rex. *Sicut dure responderant loquendo contra dominum ita dure respondet loquendo contra Mosen & Aaron dicens.*

4 Quare Moses & Aaron solicitatis populum? *Imponens eis q velint mouere seditionem, & sic agere contra regiam maiestatem.*

5 Ite ad onera vestra. *Ex quo patet quod erat eius intentio, ut affligerentur oneribus, sicut & alij, sed populus eis & aliis senibus parcebat de labore manuali Numerus enim determinatus laterum imponebatur populo per singulos dies ut patet ex sequentibus, & communis populus maiori labori se supponebat, ad reddendum numerum prædictum ut Moses & alij prædicti essent a tali labore liberi.*

6 Dixitque Pharao. *Hic describitur aggrauatio regis, & primo super populum in generali, secundo ex hoc consequenter ostenditur afflictio Mosi, ibi:* Occurreruntque. *Circa primum tangitur causa aggrauationis, cũm dicitur.*

7 Multus est populus terræ, *Scilicet, filiorum Israel.*

*Quæstio.* 8 Videtis quod turba succreuerit. *Sed quæritur quomodo hoc potest esse, quia edictum fuit à rege de masculis submergendis, ut prædictũ est. i. c. Dicendum, quod illud edictum tanquam nimis crudele fuerat reuocatum.*

9 Quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus. *Acsi dicerent, ex hoc lucide patet, quod sunt magis operibus affligendi, ut sic minus possint uacare generationi.*

10 Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactorib. populi dicens. *Hic dicit Andreas, quod exactores & præfecti erant idem homines & idem officium habentes, sed hoc patet falsum ex hoc quod sequitur postea.* Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israel ab exactoribus Pharaonis. *Non est uerisimile, quod flagellarent ab Aegyptijs, si essent Aegyptij. & ideo dicendum, quod præfecti erant de filiis Israel, & erãt cõstituti ut populũ ad laborẽ inducerent, ut numerum laterum exactoribus redderent, qui erãt Aegyptii.*

11 Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres. *De sumptu regis sicut prius ad conficiendos lateres. Paleæ enim dicuntur quicquid remanet de messe excusso grano, & talia commiscebantur cum luto, ut lateres fortiores essent, ex talibus autem fiebant ædificia in Aegypto, quia rari lapides sunt ibi.*

12 Nec minuetis quicquam. *De magnitudine laterum nec multitudine, prius imposita.*

✲ a Fla-

---

MORALITER.

✲ Cõfessio & satisfactio, & sic offert deo sacrificiũ acceptũ, seruitus aũt diaboli cõsistit in luto, per qđ intelligitur concupiscentia carnis, & fornace laterum, per quã intelligitur concupiscentia oculorũ: Vnde dicit Boetius li. de conso. Sæuior ignibus Ethnę, ardet amor habendi. & palea, per quam intelligitur superbia uitæ, eo quod rapiatur a vento.

✲ 4 *Nequaquam vltra dabitis paleas, &c.* Diabolus enim exasperatus

nec solum verbis, sed A & verberibus persequuntur, flagellari iubet scribas Hebræorum, paleas non dari, opus exigi, hæc passi sunt patres, & nunc Dei populus patitur. Qui se ex integro principi huius mundi tradiderunt, prospere agunt, omnia, vt putant feliciter eueniunt: Seruis autem Dei, etiam victus paruus & humilis non succedit. Hæ sunt enim paleæ, quæ dabantur à Pharaone. vnde quidam fatigati dicunt ad Pharaonem, quid tu affligis populum tuum, Superati enim verberibus à fide cadũt & confitentur se esse Pharaonis populum nõ. n. oẽs qui ex Israel hi sunt Israelitę.

B a *Opprimantur operibus & expleant ea, &c.* Ex quo loqui cœpit Moses ad Pharaonẽ, magis affligitur populus Dei, ex quo in aĩa sermo Dei perueniat Diabolus acrius insurgit, & maiora vitia immittit. Prius enim quã sermo Dei veniret qui argueret vitia, ĩ pace durabant. At vbi venit, turbatio magna consurgit.

*Mystice.* † quod affligerẽtur vel quod nõ melius ageretur cum eis.

C b *Flagellatique sunt qui, &c.* Filii Israel grauius attriti sunt postquam de Aegypto egredi statuerunt, quia qui mundo & prauis operibus renũtiare volunt, fenioribus tentationibus à diabolo impugnantur. HVGO A S. VICTORE. Nota quod diuersi erant præpositi

a vociferantur dicentes: Eamus sacrificemus Deo nostro. Opprimantur operibus & expleant ea, vt non acquiescant verbis mendacibus: Igitur egressi præfecti operum & exactores ad populum, dixerunt: Sic dicit Pharao: Non do vobis paleas: Ite & colligite, sicubi inuenire poteritis, nec minuetur quicquam de opere vestro. Dispersusque est populus per omnem terram Ægypti, ad colligendas † paleas. Præfecti quoque operum instabant dicentes Complete opus vestrum quotidie, vt prius facere solebatis, quando dabantur vobis b paleæ. Flagellatique sunt, qui præerant operibus filiorum 1 Israel † ab exactoribus Pharaonis dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri, nec hodie? Veneruntque præpositi filiorum Israel, & vociferati sunt ad 2 Pharaonem dicentes: Cur ita agis contra seruos tuos? Paleę non dantur nobis, & lateres similiter imperantur. En famuli tui, flagellis cędimur, & † iniuste agitur contra populum tuum. Qui 3 ait: Vacatis otio: † idcirco dicitis: Eamus & sacrificemus Domino. Ite ergo & operamini. Paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum. Videbantque se præpositi filiorum Israel in malo: † eo quod diceretur eis: Non minuetur quicquam de lateribus per singulos dies. Occurre- 4 runtque Moysi & Aaron, qui stabant ex c aduerso, egredien- 5 tes a Pharaone. & dixerunt ad eos. Videat Dominus + & iu- 6 d dicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pha- 7

(Glossa interlinearis:) a Recedendo a diabolo. Non enim possunt Deo seruire & mammonæ. Matth. 6. d. — a Vt obliuiscantur Deum suum. — a Princeps Aegypti quicquid contra se dicitur mendacium dicit. b Ad tenendum. c Auditis preceptis magistri. d Demones vel iniqui homines. — a Latenter suggerendo. b Ipso nomine terrent. c Non ingratis amplius benefaciam. — Etiam inuiti de more seruietis mihi. — Quasi ex debito vrgenti pro consuetudine. — Difficile est a consuetudine recedere. — a Diuersis persecutionibus & olim & nunc præpositi populi Dei afflicti sunt. — a Dæmonibus vel iniquis omnibus. — a Victi verberibus dicunt se esse populum Pharaonis qui ad tempus credunt & in tempore recedunt tentationis. — a Famulos se fatentur, ne torqueantur. — a Quasi parce populis tuis. b Ab exactorib. c Tanquam dicat beneficium subtraho: quia non agnoscitis. — a Continue vult diabolus & ministri eius opera mala fieri, vt vsu & consuetudine trahatur quisque. — a Immobiles in tentatione. Quasi contrarii pusillanimitati eorum. b Quia nolunt esse cum Pharaone viri Israelitæ. — ¶ Sermo propheticus & sacerdotalis incredulis, & qui sunt populus Pharaonis odore execrabilis efficitur. — Odiosos nos fecistis.

D siti, quidam de Hebręis qui verberabantur, quidam de Aegyptiis qui verberabant illos, & violenter exigebant opera ab ipsis præpositis Hebræis.

c *Videat Dominus, &c.* GRE. Cum lux diuina cor humanũ illustrat mox à diabolo succrescũt tentamenta, vt plus tentationibus se vrgeri sentiat, quam cum lucis internæ radios nesciebat, vnde Israelitę postquã vocati sunt contra Mosen decrescente labore conqueruntur, dicẽtes. *Videat dominus, &c.* Volẽtibus enim ex Aegypto discedere, paleas Pharao subtraxerat, & eiusdem mensurę opera requirebat. Quasi ergo cõ E tra legem mens sub murmurat postquam cognitionem tentationũ stimulos acriores portat, & in eo quod aduersario displicet, videns sibi crescere labores, quasi fœtere se in oculis Pharaonis dolet.

d *Quoniam fœtere, &c.* ORIG. Verum dicunt, quamuis nesciãt sicut Cayphas qui ait, *Expedit vt vnus moriatur pro populo.* quid diceret, nesciebat. Sicut enim Apostolus ait, *Christi bonus odor sumus, aliis in vitam aliis in mortem.* Ita propheticus sermo, suauis odor est credentibus, dubiis uero & incredulis, & qui fatentur se populum Pharaonis, odor execrabilis efficitur. F Ipse

lib. 29. moral. c. 14.

† quisquilias propa lea.

† quos cõstituerant super eos exactores Pharaonis dicentes.

† peccatũ populi tui .i. vt Chal. peccat super eos populus tuus vel punitus populus tuus.

Allegoriæ Hom. 3.

Ioan. 2. f.

* supernos

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Flagellatique sunt qui præerant operibus. *quia non poterãt reddere numerum consuetum exactoribus.*

2 Vociferati sunt. *Cum clamore magno & miserabili, vt regem flecterent ad pietatem.*

3 Et iniustè agitur contra populum tuum. *Non dixerũt iniuste agis, ne regem offenderent, vel honori regio detraherent, sed dicunt, Iniuste agitur, scilicet ab exactoribus tuis, & contra intentionem tuam, sed per hoc non inuenerunt aliquam gratiam, & patet litera.*

*Diuisio.* 4 Occurreruntque Moysi. *Hic consequenter ostenditur afflictio Mosi et Aaron in speciali. et primo ponitur dicta afflictio. Secundo diuina consolatio, in princip. 6. cap. Afflictio autem Mosi ostenditur consequenter ex afflictione populi cum dicitur;* Occurreruntque Moysi. *scilicet præpositi filiorum Israel.*

5 Qui stabant ex diuerso, &c. *Dicunt aliqui, quod postquam Moses et Aaron fecerunt monitionem prædictam egrediebantur à Pharaone, et præpositi tunc ingrediebantur, et sic ex aduerso veniebant isti obuiam illis et sic* ly egredientes à Pharaone, *refertur ad Mosen et Aaron, sed hoc videtur falsum quia post monitionem factam à Mose Aaron aggrauauit, iugum populi et flagellati fuerunt præpositi prædicti eo quod non reddebant quia numerum impositum, propter quod iuerant ad clamandum cum Pharaone, vbi durum responsum habuerũt; ex quibus patet, quod inter monitionem factã per Mosen et Aaron, et accessum præpositorũ ad clamãdum coram Pharaone fluxerũt plures dies, et ideo* ly egredientes à Pharaone, *non refertur ad Mosen et Aaron, sed ad præpositos prędictos, quorum egressum a Pharaone Moses et Aaron expectabant stantes extra domum regis, vt scirent quale responsum habuissent, tanquam curam habentes de bono populi, et ideo quando sciuerunt, quod præpositi filiorum Israel iuerunt ad Pharaonem, ipsi secuti sunt eos expectantes extra domum regis exitum illorum, vt scirent regis responsum.*

6 Videat, dominus, & iudicet. *id est, puniat malum quod fecistis nobis.*

7 Quoniam fœtere fecistis odorem nostrum. & cæt. *id est nos* * abomi-

## MORALITER.

peratus contra volentes exire de seruitute eius, aliquando subtrahit paleam, id est vanam gloriã, vt per hoc aggrauet suã seruitutem, scilicet inquãtũ hęc gloria impedit aliquãdo grauius peccatũ, sicut gloria de fama honestatis impedit vitiũ fornicationis cationis, vt habetur in Collationibus patrũ Collatione Serapionis Abbatis, & ideo subtracta dicta gloria, p hoc quod homo non curat de fama honestatis vel eam parũ reputat, labitur in peccatum fornicationis vel adulterii quod per infamiã facit odorem fœtidum, ideo post subtractionem palearũ subditur, *Fœtere fecistis odorem nostrum.*

A Ipse quoq; Moses dicit domino. Ex quo locutus sum cū Pharaone, afflixisti populum tuum quia antequam sermo Dei audiatur, non est tribulatio vel tentatio, sed vbi signū belli tuba prędicationis ostenderit, tribulationum pugna consurgit. Ex quo ergo loqui cœperūt Moses & Aaron ad Pharaonē, affligit populus Dei. Ex quo in animam suam sermo Dei prolatus est; certamen intra te virtutibus contra vitia a suscitatur, quæ prius intra te in pace durabant. Sed vbi facere cœpit sermo Dei cuiusque discrimen, turbatio magna consurgit, & sine fœdere nascitur bellum, quia iniustitia iustitiæ non conuenit, nec sobrietati ebrietas, vel veritati mēdacium. Ideo nō turbemur, si videmur odor execrabilis Pharaoni. Execratio enim vitii dicitur virtus. Sed sicut stetit Moses ante Pharaonem, stemus & nos nō flectamur. *succincti lumbos in veritate & calciatis pede in præparatione euangelij pacis.* Stamus autē confidēter si dominū deprecamur, vt statuat pedes nostros supra firmam petram, ne moueantur pedes nostri. Stemus autē, id est, obsistamus, secundum illud. 1. Petr. 5. c. *Cui resistite fortes in fide vt cito conteratur Satanas sub pedibus nostris,* Quanto enim nos constanter & fortiter stamus, tanto Pharao infirmius. Si autem infirmi vel dubij esse cœperimus validior fiet. Cum enim eleuaret Moses manus, vincebatur Amalech, cum quasi lassas deijceret, inualescebat. Nos ergo in virtute crucis Christi extollamus brachia, & leuemus in oratione sanctas manus vt Dei auxilium mereamur. Hinc Iacobus ait Iacob. 4. *Resistite diabolo & fugiet à vobis.* Agamus ergo vt non solum fugiat, sed conteratur sub pedibus nostris extinctus in pfundo abyssi. Nos autem si recedamus de Aegypto vitiorum, fluctus seculi, tanquam iter solidum euadimus per Iesum Christum.

Ephes.6.c

B

Exo.17.c.

D

Causam occisionis.

raone & seruis eius, & præbuistis ei gladiū, vt occideret vos. 1 Reuersusque Moyses ad Dominum, ait: Domine, cur afflixi- 2 sti populum † istum? Quare misisti me? Ex eo enim, quo in- 3 4 gressus sum ad Pharaonem, vt loquerer ex nomine tuo, affli- 5 xit populum tuum: & non liberasti eos.

a Ex quo in animam tuam sermo Dei prolatus est certamen intra te virtutibus contra vitia suscitatur.

† tuum.

In cantica

✱ Bernardus. Hoc dicunt de opinione. Habent enim & mores colores suos, habent & odores. Neque enim in spiritibus idipsum est color & odor, non magis quam in corporibus. Ergo de colore conscientia consuletur, de odore fama.

a *Domine cur afflixisti populum istum,* August. Non sunt hæc verba contumacię uel indignationis, sed inquisitionis & orationis, sicut ex his apparet, quæ dominus respondit. Nō enim arguit infidelitatem eius, sed quid sit facturus, aperuit.

CAP.

E

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *abominabiles & odiosos reddidistis.*

1 Et præbuistis ei gladium, *Id est, occasionem affligendi nos laboribus vsque ad mortem.*

2 Reuersusque Moyses ad Dominum. *Vbi apparet patientia Mosi, qui quamuis esset superior dictis præpositis, tamen verba eorum dura & pungitiua patienter sustinuit, quia videbat eos in passione positos. ex quo habent superiores exemplum cessandi à correctione subditorum in passione positorum, donec transeat passio, nisi periculum in mora probabiliter timeatur.*

Nota, dū furor icur fu est currenti cede furori.

3 Domine cur afflixisti. *Id est, affligere permisisti.*

4 Populum istum. *Ex quo apparet charitas Mosi quia non solum pungentibus eum non respondit, sed etiam pro eis orauit.*

5 Quare misisti me. *Quasi diceret, ad liberandum eos me misisti, & ipsi econtrario magis quam prius sunt afflicti.*

CAP.

ADDITIO

*In cap. 5. vbi dicitur in postilla.* Hæc dicit dominus, *in sua monitione autoritatem domini præmittit. Verba Pharaonis dicentis,* Quis est dominus, *Ab expositoribus Hebræorum non intelliguntur contemptibiliter, sed solum interrogatiuè dicta, & est ratio. Nam ipsi præposuerunt Pharaoni nomen domini. Tetragrāmaton vbi enim dicitur,* Hæc dicit dominus, *ponitur illud nomen, Pharaoni vero prædictum nomen erat penitus ignotum, cum etiam ipsi Mosi fuerat nouiter reuelatum, vt dictum est, vnde dicit,* Nescio dominum nec Israel dimittam, *quasi diceret, Loquimini mihi ex parte cuiusdam ignoti: vnde & non faciā quæ petitis. Ipsi vero responderunt proponentes, non primum nomen, sibi ignotum, sed aliud nomen quod sibi innotescebat, & hoc non dicitur,* Deus Hebræorum vocauit nos, *genus. n. Hebræorum notum erat apud Aegyptios. Dicebat enim filia Pharaonis de pueris Hebræorum,* De infantibus Hebræorum est hic. *supra ij. cap. & sic sciebat etiā eos habere ritum circuncisionis, & per consequens habere Deum separatum à dijs Aegyptiorum, qui colebant animalia tanquam Deos, & ideo cum Pharao rationabiliter quæsiuisset,* Quis est dominus. *ignorans penitus hoc nomen ipsi congruæ satisfaciebant ei dicentes.* Deus Hebræorum vocauit nos, *quasi dicerent, licet non cognoscas Deum sub primo nomine, saltem cognoscas sub secundo. s. Deus Hebræorum, sed doctores nostri communiter exponunt prædicta verba Pharaonis contemptibiliter dici, & inobedienter, quod magis consonat literę. Nam post secundam propositionem, in qua nomen sibi quodammodo notum proposuerunt, magis & magis induratus est aggrauans populo onera, vt infra continetur.*

C

F

GLOSSA ORDINARIA.

CAPVT VI.

a In formis spiritualibus.

DIxit dominus ad Moysen. * EVCHER. Loqui Dei est inuisibiliter sine sono vocis, uel quolibet strepitu, occultè mentib. sanctorum voluntatē suam, atque rectum intellectum inspirare, seu futura reuelare. Quæ locutio tribus modis accipitur. Primò per subiectā creaturam, sicut ad Mosen in rubo apparuit: Vel sicut ad Abraham & Iacob, & cæteris sanctis, quibus in angelis apparere dignatus est. Secundò verò modo in somnis, ut Iacob, Zachariæ, & Ioseph spō so Mariæ. Tertio, cùm neq; per creaturam visibilem, neq. p hominem, sed occulta tm̄ inspiratione, inuisibiliter corda suorum tangendo, loquentes efficit, sicut de prophetis legitur.

b Non indicaui eis. Sicut tibi. per successiones enim ætatū creuit diuinæ cognitionis augmentū. Apparuit dominus Abrahæ, locutus est facie ad faciem cū Mose. Dauid vero ait. Psal. 88.n. *Super senes intellexi, &c.* Apostoli Dei filiū pręsentē cernebant, & quicquid volebant interrogabant, quibus etiam dicitur Lucæ.2.d. *Multi reges & prophetæ, &c.*

C A P. VI.

DIXIT Dominus ad Moysen: Nunc videbis quę facturus sum Pharaoni. Per manum .n. fortē dimittet eos, & in manu robusta eiiciet illos de terra sua. Locutusq. est dominus ad Moysen dicens: ego dominus, qui apparui Abrahā, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum Adonai non indicaui eis. Pepigiq. cū eis fœdus: vt darē illis terrā Chanaan,

a Potentiam diuinam. s. filium qui est virtus & sapientia patris.
a Quia nulla conuentio iustitiæ cum iniquitate.
Persequendo de ciuitate in ciuitatem.
a Antiquæ promissionis facit mentionem tanquam in proximo complendæ.
a Quod interpretatur generaliter dominus: & est septimum in decem Dei nominibus.
a Sicut tibi.
b Terram viuentium, s. quam significat terra Chanaan.

Quæst.

* THEODOR. Nomen suum quod patriarchis non declarauit, hoc illi patefecit. Ait namq; ad eū, *Ego sum qui sum.* Hoc autem nomen apud Hebræos ineffabile habetur, & in lamina aurea inscribebatur, quæ fronti pontificis imponebatur, tenus capitis colligatum. Samaritæ illud Meniame nominant, Iudæi uerò Aia. Nomē verò hoc quatuor literarū est, q Deum semper viuere atq; ęternū esse significat. Hoc itaq. nomen neq. Abraham indicaui neq. cæteris patriarchis, quia nondum tempus aduenerat illius explicandi.

c *Pepigiq; fœdus.* * RVPERTVS. In Exod. Illud sciendum est, non hoc

NICOLAVS DE LYRA.

C A P. VI.

Diuisio.

1 DIxit Dn̄s ad Moysen. *Hic consequenter describit ipsius Mosi cōsolatio. Et primo circa eū ostendit Dei cōsolatio benigna. Secūdo describitur ipsius Mosi genealogia. ibi:* Isti sūt principes domorū. *Adhuc circa primū primo præmittit diuina cōsolatio. Secūdo eiusdē cōsolatio relatio, ibi:* Narrauit ergo Moses. *Circa primum considerandum quòd Dominus uidens Moysen afflictum, tum ex grauamine populi, tum ex eo quod imponebatur sibi, cōsolatur eum dicens.*

2 Nunc uidebis. *Id est, cito.*

3 Quæ facturus sum Phar. *s. mirabilia aliàs inaudita.*

4 Per manum enim fortem, *Id est, per potentiam meam eum fortiter flagellantem.*

5 Dimittet eos. *s. filios Israel, quos nunc fortiter retinet, & uiolenter, & non solum dimittet, sed etiam eyciet eos de terra sua. quia Aegyptij de morte primogeniti territi cogebant filios Israel exire, vt habetur. inf. 12.c.*

Adonai.

6 Ego dominus qui apparui Abraham, &c. Nō indicaui eis. *quia dominus volebat consolari Mosen, ut dictum est, insinuat ei quod sit ei daturus clariorem sui cognitionem, quàm patribus pręteritis. Istud tamen varie exponitur a doctoribus catholicis & Hebræis. Dicunt igitur aliqui doctores catholici, quod hoc nomen* Adonai, *significat generale dominium, licet autem patribus præcedentibus Mosen ostenderit se dominū totius creaturæ, non tamen ita perfectè sicut Mosi per transmutationem creaturarum, ut uirga in serpentem & econuerso, & fluminis in sanguinem, & alijs signis mirabilibus, in quibus ostenditur dominium Dei super creaturas obedientes et ad nutum contra naturę cursum, sed hoc non uidetur sufficienter dictum, quia ipsi Abrahæ ostendit similia conuertendo vxorem Lot in statuam salis, & in descēsione ignis contra naturam super Sodomam & Gomorram, ut habetur Gen. xix. f. & in multiplicatione aquarum. 15 cubitis ultra cacumina montium tempore diluuij, & in creatione mundi de nihilo, quæ omnia notificata fuerunt Abrahæ ab ipso Deo. Item hoc nomen* Adonai, *quod significat generale dominium, non ponitur hic in Hebræo, cùm dicitur,* Nomen meum magnum, &c. *sed ibi est nomen domini tetragrammaton. Veruntamen, quia istud nomen apud Hebræos tantæ sanctitatis reputatur, quod non debeat nominari nisi a summo sacerdote, & solum in benedictionib. fiendis in templo. ideo loco illius nominis pronunciatur hoc nomen* Adonai, *sicut si apud nos hoc nomen Deus, propter sui sanctitatem, non esset licitum nominare, & loco illius vbicunque inueniretur scriptum pronunciaretur hoc nomen dominū & ad hoc modo translatio nostra hic habet hoc nomen* Adonai, *loco nominis domini tetragrammaton. nomen autem domini tetragrammaton nō significat dominium ut uidebitur. & ideo prædictus modus dicendi procedit ex ignorantia idiomatis Hebræi, quia accipit nomen, quod pronuntiatur loco illius quod scribitur. Sciendum igitur, quod ad uidendum quid dicendum sit de significatione nominum Hebraicorum, uidetur recurrendum ad doctores Hebræos antiquos. Dicit enim Ra. Moses, loquens de diuinis nominibus, quæ in ueteri testamento continentur, quod aliqua nomina de Deo dicuntur per respectum ad creaturas, ut creator, dominus & similia. Alia autem dicuntur de Deo per modum qualitatum circa diuinam essentiam, ut sapiens, bonus, omnipotens, & similia, & alia per modum quantitatum, ut immensus, incircumscriptus, & per modum aliarum proprietatum, licet transeant in diuinam substantiam, quantum ad rem significatam. sed nomen domini tetragrammaton significat diuinam essentiam puram & nudam, prout in se existit, circumscripto omni alio, & ideo est nomen incommunicabile appropriatum soli Deo, quia significat veritatem diuinæ essentiæ in se. Hoc igitur supposito dicit Rab. Sa. Hebræus, quod hoc nomen significat veritatem diuinæ naturæ ad veritatem autem pertinet impletio dicti sui uel promissi. ideo dicitur hic:* Nomen meum magnum. *scilicet tetragrammaton, quod veritatē importat,* Non indicaui eis, *quia in diebus eorum non impleui promissum, quod eis feci de terra Chanaan ab eis possidenda, quia non habitauerunt in ea, nisi tanquam peregrini, sed nunc ad hoc te misi, vt impleam illud promissum, & sic ostendam me esse veracem in promissis implendis & litera sequens huic expositioni concordat, quæ facit mentionem de dicto promisso & de eductione populi Israel de Aegypto, & introductione ipsius in terram patribus promissam, ut patet literam intuenti. Sed ista expositio adhuc non uidetur sufficiens, quia veritas prout importat impletionem diuini promissi non significat diuinam naturam in se, sed magis secundum respectum ad creaturam. vnde sic accipitur pro fidelitate ad alium, inquantum implet promissum et factum, & ista expositio non accipit significationem nominis Dei tetragrammaton, prout Ra. Moses eam exponit. Item dictum promissum patribus factum de terra Chanaan possidenda à filijs Israel, non fuit impletum tempore Mosi, quia illam non intrauit morte præuentus, ut patet Deuter. vlt.b. & ideo aliter dicunt alij, quòd dominus apparens patribus præcedentibus Mosen, non nominauit se eis sub nomine domini tetragrammaton. sed hoc patet falsum Gen. 15.b. vbi dominus apparens Abrahæ dixit ei.* Ego sum dominus qui eduxi te de Hur Chaldæorum. *In Hebræo loco huius nominis* Dominus, *habetur nomen domini tetragrammaton. Propter quod aliter dicendum. Supposita ergo significatione nominis domini tetragrammaton prædicta, dicendum quod Deus indicauit hoc nomen Mosi, non solum quantum ad vocem sed etiam quantum ad significatum, quod est proprie indicare nomen aliquod, & hoc primo indicauit Mosi, quando dixit ei:* Ego * sum

RabbiMoses loquēs de diuinis nominib.

Adonai. יהוה magnum est Dei nomē ineffabile.

MORALITER.

* 1 *Dixit Dominus ad Moysen.* † *Locutusque est dominus, &c.* Per quem figuratur prædicator euangelij. Nam sicut lex uetus fuit figura no. testam. 1. Corinth. 10.c. *Omnia in figura contingebant illis.* Ita Moses legislator pręeicatorem euangelij figurauit.

6 *Ego dom. qui apparui, &c.* Sequitur. † *Et nomen meum, &c.* Per quod designatur quod Deus clariorem sui cognitionem dedit apostolis, qui fuerunt prædicatores euangelii, quā patrib. vet. testam. Lucæ. 10.d. *Multi reges & prophetæ voluerunt videre q vos, &c.* Nam mysterium īcarnationis & redemptionis ab antiquis patribus fuit multum desideratum, sed apostolorum tempore fuit impletum. Sequitur.

* *Ego do-*

A hoc esse totum fœdus, uel fœderis causam, dare illis terram Chanaã, sed partem fœderis pro toto posuit. Summa namq; fœderis est in hoc sermone. *Atque in te benedicentur omnes cognationes terræ*, in quo Christi filii Dei incarnatio promittitur manifestè. Hac autem propositione data, *Pepigiq; fœdus. &c.* B Nunc promissi debitorem se iure teneri consentiẽs, sumit & dicit *. *Ego audiui gemitum, &c. Recordatus sum*, inquit, id est, nõ oblitum me esse ostendi, subauditur, cum te misi seruum meum & Aaron.

a *De ergastulo.* Ergastulum & ergasterium, id est operatorium. scilicet vbi rei ad opera facienda religabantur.

C b *Super quam leuaui.* * HVGO A S. VICTORE. Consuetudo est iurantis ele-

† onerib. & infra.

* eorum Promittit Deus liberationem & terram Chanaan.

* vos.

Ergastulũ.

† seruitutẽ duram.

In Exodũ

terram peregrinationis eorum: in qua fuerunt aduenæ. Ego *
Exaudiui. — a Id est dæmones. — Rectores tenebrarum harum vel iniqui homines.
audiui gemitum filiorũ Israel, quo Ægyptii oppresserunt eos, 1
Promissionis.
& recordatus sum pacti mei. Ideo dic filiis Israel: Ego domi- 2
a Spiritualiter vel ad literam. — A tentationibus mundi, in quibus tribulantur sancti. — b Mundo vel corpore humano, quod cuiusque animæ ergastulum est.
E nus, qui educam vos de † ergastulo Ægyptiorum, & eruã de 3
a Corporali, vel spirituali. — b Pretioso sanguine filij. — c Potentia manifesta incarnato filio. — d Alias extento.
seruitute: * ac redimã in brachio excelso, & iudiciis magnis 4
Dato pretio. — a Fidelem obedientiam. — b Iustus misericors. — c Experimento cognoscetis.
& assumã vos mihi in populum, & ero vester Deus. Et facietis, 5 6
quod ego sum dominus Deus vester, qui eduxerim vos de erga- 7
Viuentium. — a Leuatam ostendi.
B stulo Ægyptiorũ: & induxerim * in terram, super quam leua- 8
Exaltaui in cruce filium. — a Potentiam. — b Iurando patribus. — c Fidelibus Abrahę imitatoribus. — d Rectam spem tenentibus, quam significat Isaac. — e Charitatem amplectentibus, quæ in Iacob significatur. — f Gratis.
ui manum meã: vt darem eã Abraham, Isaac, & Iacob: daboq; 9
a In æternum. — b Quia facere possum, quod promitto. — c Medius inter Deum & populum.
illam vobis possidendam ego dominus. Narrauit ergo Moyses 10
a Nihil de mandatis Dei prætermittendum est. — b Bellum vitiorum significat.
C omnia filiis Israel, qui non acquieuerunt ei propter angustiam 11
a Nihil durius quam dæmonibus in operibus carnis seruire.
spiritus, & † opus durissimũ. Locutusq; est dominus ad Moy- 12
sen, dicens: Ingredere, & loquere ad Pharaonem regẽ Ægypti:
a Deum videntes. — b Carne vitijs dedita, vel conuersatione mundana. — Sancti coram domino loquuntur, alij retro, quia non audiuntur.
vt dimittat filios Israel de terra sua. Respondit Moyses co-
a Qui debent tanquam filij Dei. — b Auribus cordis.
D ram domino: Ecce filii Israel non me audiunt: & quomo- 13
a Qui semper aduersatur. — b Circuncisio spiritualis omnium membrorum vitia abscindit.
do audiet Pharao, præsertim cum sim in circuncisus labiis. 14

1 eleuare manum ad sacra, ut per ea confirmet quod iurat, ita & Deus dicitur leuasse manum suã propter illã terram, ut confirmareteam in hæreditatem.

c *Non acquieuerunt ei, &c.* Nota Dei clementiam, non creditur a filiis Israel, & tamẽ mouere nõ cessat. Contemnitur a Pharaone, & longanimiter expectat.

E d *Ecce filij, &cæt.* AVGVST. 70. *Ecce ego gracili uoce sum, & quomodo exaudiet me Pharao.* Non videtur tamen propter multitudinem populi excusare se de vocis gracilitate, sed etiam propter unũ hominem. Mirum si tam gracilis vocis fuit, vt nec ab vno posset audiri. An fortè regius fastus non permittebat eos de proximo loqui.

Quęst. 16. in Exod.

F ☞ *Isti*

## NICOLAVS DE LYRA.

* sum, qui sum, *vt dictum est supra. 3. c. quia per hoc nomen significatur necessitas & stabilitas essendi & plenitudo ipsius esse, quia per hoc importatur quoddam pelagus substantiæ infinitum, ut dicit Damascenus. & hoc est proprium diuinæ essentiæ, & competit eis circumscripto omni alio, nec significatur per modũ cuiusdam dispositionis diuinæ essentiæ, sicut sapientia & potentia & similia. Secundo ostendit ei clarius, quando in raptu ei concessum est uidere diuinam essentiam nudè & clare, secundum quod dicit* Aug. 13. *super Gen. & ad Paulinam in li. de vidẽdo Deũ. Hoc etiam videtur pro hoc quod dicitur* Num. 12. *b. de* Mose, *palam & non per ænigmata & figuras* Deum *videt* Neu*tro autem prædictorum modorum legitur Deus loquens patribus præcedentibus Moysen, significatum nominis domini tetragrammaton sic indicasse, sed usus est nomine vel potius significat nominis importante respectum ad creaturã, sicut Gen. xlvi. a. dixit Iacob:* Ego sum fortissimus De⁹ patris tui. *& Gen.* 15. *a. dixit* Abrahæ: Ego domin⁹ omnipotens, ambula coram me. &c. *vñ & Gen.* 15. *b. quando loquendo* Abrahæ *vsus est nomine domini tetragrammatõ, ut prædictum est, non tantum significatũ propriũ expressit, sed magis per nomen importans respectum ad creaturam determinauit dicens:* Ego dominus qui eduxi te de Hur Chaldæorũ. *Similiter nulli eorũ ostendit essentiam suã clarè sicut Mosi. & ideo bene dicitur hic. Apparui eis in Deo omnipotente. i. indicaui me eis sub nomine importante respectũ ad creaturam.* Et nomen meum Adonai. *i. tetragrammaton,* non indicaui eis *sicut Mosi, modis prædictis.*

1 Ego audiui ge. &c. oppresserunt eos. *id est consideraui afflictionem, qua Aegyptij fecerunt eos gemere.*

2 Et recordatus sum pacti mei: *id est, ad modum recordantis me habui: quia obliuio non cadit in Deo nec recordatio, sed modus obliuiscentis fuit in eo antequam iuuaret eos, & modus recordantis, quando cępit eos adiuuare.*

3 Educam vos de ergastulo. *Ergastulum locus est, vbi coguntur captiui operari & laborare, & dicitur ab ἐργάζομαι, quod est operor, & ad similitudinẽ huius, locus ubi filij Israel cogebãtur laborare in luto & in latere vocabatur ergastulum.*

4 Ac redimam in brachio excelso. *Ac si diceret, non in pecunia pro redemptione vestra danda, sed per signa uirtutis meæ ostensiua.*

5 Et iudiciis magnis: *id est, plagis iusto iudicio meo Aegyptijs infligendis.*

6 Et assumam vos mihi in populũ, & ero vester Deus. *Quod factum fuit, quando dedit eis legem & ipsi receperunt eam.*

7 Et nescietis. *Per experientiam beneficiorum meorum.*

8 Qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorũ, &c. Et induxerim * vos in terram super quam leuaui manum meam, *id est iuraui.*

9 Vt darem eam Abraham. *De quo iuramento habetur Gene. 22. c. vbi dicitur Abrahæ,* Per memetipsum iuraui dicit Dominus, &c.

10 Narrauit. *Hic ponitur dictæ consolationis diuinæ relatio, cum dicitur:* Narrauit ergo Moses omnia. *prædicta domini verba.*

11 Filiis Israel. *Ad eorum consolationem.*

12 Qui non acquieuerunt ei. *Hoc non est intelligendum de senioriorib. populi, sed de populo communi, qui magis attendebat afflictionem laboris præsentis quàm verba Mosi consolantis.*

13 Ecce filii Israel non me audiunt, &c. *Locus est a maiore negando.*

14 Præsertim cùm sim incircumcisus labiis, &c. *Incircuncisus labijs propriè dicitur qui verbis superfluis vtitur, quod non est credendum de Mose, sed large accipiendo trahitur ad designandum quẽlibet defectum eloquentiæ, & sic dicitur de Mose ex vocis gracilitate, ut supra dictum est. 4. c.*

* Alias nõ habet vos.

In circuncisus.

* 1 Locutusq;

## MORALITER.

* 1 *Ego dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum, &c.* Per quod designatur infernus. Nã ergastulum dr̃ ab ἐργασυλο quod est labor, & σολον quod est missio, & significat locum ad quem mittebatur damnati ad laborandum.

4 *Ac redimam in brachio extento &c.* Id est in brachiis extentis accipiendo singulare pro plurali, quod frequenter fit in scriptura. Exo. 8. f. *Venit musca grauissima,* id est, multitudo muscarum. Christus enim per extensionem brachiorum suorũ in cruce redemit nos à diaboli seruitute.

6 *Et assumam vos mihi in populum, &c.* Per sacramentum baptismi, quod uirtutem habet à passione Christi. *& induxerim in terram* scilicet uiuentium.

10 *Narrauit ergo Moyses omnia filijs Israel.* Nam ista per prædicatorem euangelii sunt fidelibus prædicanda.

11 *Qui non acquieuernt, &c.* Nam pauci fidelium comparatiuè recipiunt prędicationem verbi Dei cum effectu melioriationis vitæ.

13 *Ecce filij Israel non me audiunt, &c.* Per quos intelligitur infidelis, hoc enim posset dicere ille, qui mittitur ad prędicandũ infidelibus, eo quod pauci fideles per prędicationem emendantur.

*MO-

a *Isti sunt principes, &c.* AVG. Volens scriptura originem Mosi demonstrare, quod eius act o expetebat, à primogenito Iacob id est, Rubē cœpit, inde ad Simeon, inde ad Leui, vltra progressū non est, quia ex Leui Moses. Hi autē cōmemorantur, qui iā me morati fuerāt in illis. lxxv. in quib. Israel intrauerat in Aegyptū. Nō primam vel secundam, sed tertiam tribum .i. Leuiticā voluit Deus esse sacerdotalē.

GILBER. Non primam tribū vel secūdā sed tertiā elegit Deus in sacerdotium, quia in nomine sanctæ trinitatis consecrati sunt sacerdotes, vt fidem trinitatis in se seruare & alios studeat docere, & quia numero Deus impari gaudet.

b *Amram* STRA. Amram interpretatur pater excelsus, qui significat Christum Iochabet Dei gratia, quæ significat ecclesiam. Ex Christo & ecclesia nascitur Moses, id est, lex spiritualis, & Aaron scilicet verum sacerdotium.

c *Accepit autem, etc.* Hæc de tribu Iuda fuit soror Naason, qui fuit princeps tribus Iudæ in deserto, non dum enim præceptum erat ut quisque de tribu sua vxorem acciperet. Ideo autem hę tribus. id est, Leuitica & regalis iam tunc coniungebantur, vt intelligeretur Christus rex & sacerdos futurus ex eis.

✻ RVPERTVS. Vt supra dictam digressionem pro se factam, & idcirco in se terminatam sursum, à Ruben inciperet, humilitatis prudentia cautum est, ne si in tribubus duodecim, suæ solius, id est, Leuiticæ meminisse videretur.

d *Filij quoque, etc.* Quæritur cur Core quem pro iniquitate terra viuum absorbuit, in genealogia iustorum scriptum sit; Sed hæreticos cum catholicis in ecclesia significat futuros.

e *Accepit autē Aaron.* ✻ THEODORETVS. Vxoris Aaron non tantum nomen, sed & fratrem nobis indicauit. Accepit Aaron Elisabeth filiam Aminadab. Naason vero sororem in vxorem. Hic vero Naason princeps fuit tribus Iudę, ex his Christus secundum carnem natus est. Non itaque sine causa vtriusque tribus commixtionem nos docet, ut Dominum Christum, qui secundum hominem assumptum, & rex & sacerdos est, ex utraque ortum esse declaret.

f *Hi sunt qui loquuntur.* ✻ POCOPIVS. Hi sunt qui primi regnum administrarunt in Israel, antequam uel iudex uel rex aut sacerdos exoriretur. Proinde haud immerito ab his genealogię principium petitur. Quando igitur Deus inquit, *Quarta generatione ascendent huc, etcætera*, annorum numerus a tribu Leui, quæ ea tempestate imperitabat, ineundus est. Quando cero dicit, *Quinta generatione ascenderunt filij Israel ex Aegypto*, computationis initium repetendum est a Iacobo, Quinta enim a Leui descendens in generatio, in solitudine perit, ac sexta in terram promissam introiuit. Nam Aaron si in generis seriem respicias, ordine a Iacob quintus, a Leui uero quartus censebitur, Phinees uero, qui intrauit in terram promissam, sextus a Iacob extitit.

g *Iste est Moyses.* STRA. Hoc ex suo addit Esdras qui omnem Bibliothecum post captiuitatem Babylonicam, cunctis libris a Nabuchodonosor succensis, reparauit, uel ipse Moses de se tanquam de alio loquitur.

Quæst. 13. — Quæstio. — †Abod. — Virgilius, Buco. — †seruitutē — lib. 1. in Exod. c. 25. — *est. — Quæst. 13. — † sup. 1. a. & Gen. 46 b. & Nu. 28. a etc. par. 5. a 1. Pa. 4. — In Exod. — † 1. Par. 23 a. Num. 3. c. & Nu. 26. g — † supr. 2. a. & Nu. 26. g — † sororem patris sui. — † & Mariā. — Nota de reparatione Biblijs.

a ¶ Per eos. Lex enim & prophetę docent populum quę facienda vel fugienda sunt & increpant diabolum.

1 Locutusq; est dominus ad Moysen & Aaron: & dedit māda- 2 tum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Aegypti, vt edu- a cerent filios Israel de terra Aegypti. 3 Isti sunt principes domorum per familias suas. 4 † Filii Ruben primogeniti Israel: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi. 5 Hæ cognationes Ruben.

¶ Alias Saber.

Filii Simeō, Iamuel, & Iamin, et Iami, & † Ahod & Iachin, & So-

¶ id est Chananæi.

her, & Saul filius Chananitidis. Hę pgenies Simeō. Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes suas, Gerson, & Caath, et Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta septem. Filii Gerson: Lobeni, & Semei per cognationes suas. † b Filii Caath: Amram, & Isuar, & Hebron & Oziel. Anni vitæ Caath centum trigintatres. Filii Merari: Mooli, &, c Musi. Hæ cognationes Leui per familias suas. 6 † accepit autem Amram vxorem Iocabeht † patruelem suam, quæ peperit ei Aaron & Moysen & Mariam. Fueruntque anni vitæ Amram d centū triginta septem. Filii quoque Isuar Core, & Napheg, et e Zechri. Filii quoque Oziel: Misahel, & Elisaphan, & Sechri. 7 Accepit autem Aaron vxorem Elisabeth filiam Aminadab sororem Naason, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Thamar. Filii quoque Cor, Aser, & Helchana, & Abiasab.

¶ A Core.

Hæ sunt cognationes Coritarum. 8 At veró Eleazar filius Aaron, accepit vxorem de filiabus Phutiel, quæ peperit ei Phi-

¶ Vel cognationes.

nees. Hi sunt principes familiarum Leuiticarum per generationes suas. 9 Iste est Aron & Moyses, quibus pręcepit dominus, vt educerent filios Israel de terra Aegypti per turmas

a ¶ Diabolum. b ¶ Principem tenebrarum harum.

f suas. Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti

a ¶ Deum viuentes. b ¶ Tenebris mundi. c ¶ Sermo propheticus. d ¶ sacerdotalis. ¶ In die loquitur Deus ad suos, non in nocte, quia in eo tenebræ non sunt vlę.

g vt educāt filios Israel de Aegypto. Iste † Moyses & Aaron in die qua locutus est Dominus ad Moysen in terra Aegypti. Et

¶ Cuius dicere facere est, cui nemo resistere potest.

locutus est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus: Loquere ad Pharaonem regem Aegypti, omnia quę ego loquor

¶ Alij gracili uoce.

tibi. Et ait Moyses coram Domino. 10 En incircuncisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, &c. *Vt non desisterent a negotio incepto ex hoc q populus Israel non aquiescebat eis.*

2 Et dedit mandatum ad filios Israel, &c. *de monendo & consolando, quia bonus prælatus non debet talia omittere circa subditos, si in principio non audiunt eum. Vnde dicit Paulus. 2. ad Titum. 4. a.* Prædica verbum, insta oportune, importune.

3 Et ad Pharaonem regem Aegypti, &c. *Comminando pœnas & infligendo, si staret in rebellione.*

4 Isti sunt principes, &c. *Hic describitur Moysis & Aaron genealogia, vt sciretur in posterum, qui & quales fuerunt, & ne per identitatem nominis facta sequentia alijs attribuerentur.*

5 Fili Ruben primogeniti Israel, Henoch, &c. *Incipit autem genealogiam istam describere à Ruben tum quia erat primogenitus: respectu Leui, de cuius tribu fuerunt Moyses & Aaron, tum quia Iacob qui eum genuit Ge. xlix. cap. dixerat mala de Ruben, Simeon, & Leui, vt patet ibidem literam intuenti. ideo hic descripsit genealogiam eorum breuiter repetendo, ne viderentur à Deo reprobati, nec processit in genealogiā ādo vltra tribū Leui, tum quia de alijs tribubus sequentib. mala nō dixerat, saltem talia vel tanta sicut de istis, tum quia istę genealogiæ narratio fit hic propter Mosen & Aaron, qui erant de tribu Leui, & ideo ibi stetit, non vltra progressurus.*

6 Accepit autem Am. &c. *i. filiam patrui sui, ut supra dictū est. 2. c.*

7 Accepit autem Aaron vxorem Elizabeth, filiam Aminadab sororem Naason. *quæ erat de tribu regia, quia propter dignitatē sacerdotalem tribus regia, & sacerdotalis fuerunt commixtę.*

8 At vero Eleazar filius Aarō, &c. *iste fuit Iethro ut dicūt Hebręi.*

9 Iste est Aaron & Moyses, &c. *quando combinantur, aliquando Aaron præponitur, vt hic: tum ratione primogenituræ, tum quia Deus prouiderat & elegerat eum in summum sacerdotem. Aliquando econuerso Moyses præponitur, tum quia sibi commissum est principaliter educere filios Israel de Aegypto, tum quia verba Domini immediate recipiebat ab eo, & per Aaron tanquam per interpretem tradebat populo.*

10 Et ait Moyses, &c. *Postquam genealogiam Moysi & Aaron interposuerat, hic redit scriptura ad id quod supra dixerat ante dictam genealogiam.*

A

**ADDITIO.**

*In cap.6. ubi dicitur in apostilla*: Apparui Abraham Isaac & Iacob. *Expositio postillatoris de hoc quod dicitur*: Nomen meum Adonai non indicaui eis, *non videtur consona rationi, nam ad suam rationem confirmandam assignat duas rationes minus sufficientes. Quarum prima est, quod nomen tetragramaton fuit patribus ostensum, quantum ad vocem tantum: non autem quantum ad significatum. Mosi vero non fuit solum ostensum quantum ad vocem, sed etiam quantum ad significatum, quod videtur inconuenienter dictum: nam indicare nomen secundum uocem tantum & non significatum modicę seu nullius utilitatis est, cum nomina ad significandum ordinentur, & sic secundum eos patres inutiliter cognouissent hoc nomen. Ratio autem secunda quam assignat ad hoc dicens, quod hoc nomen tetragramaton fuit ostensum Mosi & non patribus, ex hoc quod fuit ei concessum uidere diuinam essentiam uudè & clarè, non autem patribus, non uidetur facere ad propositum: Tum quia aliud est cognoscere nomen proprium Dei, & aliud uidere diuinam essentiam. potest enim quodlibet illorum sine alio haberi, vt patet, tum quia Moses quando fuit sibi dictum*; Apparui Abraham, &c. *nondum fuerat sibi concessa uisio diuinæ essentię. nam infra. 33. cap. hoc petebat a Deo dicens*; Ostende mihi gloriam tuam. *Vnde circa hoc videtur alteri dicendum. Ad cuius declarationem sunt quædam præmittenda; Primum scilicet, quod secundum Diuum Thomam tertia parte, quæstio. quadragesimatertia, cap. primo, in cor. ar. diuinitus conceditur homini miracula facere, principaliter ad confirmandam veritatem quam aliquis docet, ut dum aliquis facit opera, quæ solus* Deus *posset facere, credatur ei quod ea quæ facit vel docet sint à Deo, vt supra. 4. cap.* Si non crediderint tibi, neque audierint sermonem signi, prioris, credent uerbo signi sequentis. *& Io. 10. g.* Si mihi non uultis credere, operibus credite. *Secundum, quia licet ante tempus Mosi Deus fecerit aliqua supernaturalia, scilicet non secundum cursum communem naturæ, ut de conuersione vxoris Lot in statuam salis, & in subuersione Sodomorum, & huiusmodi, nunquam fuit tamen concessum alicui antiquorũ, quod posset miracula facere in nomine diuino, ut crederetur ei in dicendis, sicut Moses cui hoc fuit concessum à Deo, vt in hoc cap. & in quamplurimis sequentibus. vnde licet sancti patriarchę cognouissent omnipotentiam diuinam, eo quod multa à Deo facta supra cursum naturæ viderant visibiliter, vel saltem per fidem cognouerant, de quo dixit*, Apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente. *id est, nota fuit sibi omnipotentia mea, non tamen Deus eis notificauit hoc nomen Adonai, scilicet concedendo eis potestatem mirabilia facere in hoc nomine sicut Mosi. Ratio autem huius differentiæ talis est, Nam per Mosen ex diuina ordinatione lex Dei erat danda, vnde Iohan. 1. b.* Lex per Moysen data est. *Ad cuius confirmationem ostendit miracula facienda, vt crederetur legislatori, vnde infra Exod. 14. g. Viso miraculo facto in mari rubro legitur* Vidit Israel manum magnam, *& sequitur*: Et crediderunt Domino, *sed constat quod Deo secundum significationem huius nominis scilicet Tetragrammaton principaliter conuenit miracula facere, vt patet ex dictis in additione supra capit. 3. in artic. 7. Similiter sub eodem nomine pertinet populum sub lege a Deo data applicari cultui diuino, ut patet in eadem additione artic. 11. & ideo Mosi fuit concessum facere miracula modo prædicto, non autem patribus. & sic intelligendum est quod dicitur* Nomen meum Adonai non indicaui eis, *scilicet concedendo eis miracula facere, quod ad Deum pertinet secundum significationem huius nominis, sicut & tibi concessit, nec etiam inconuenienter diceretur, quod nomen tetragrammaton etiam secundũ uocem non fuit patribus reuelatum. Quod autem obycitur a postillatore de hoc quod habetur Gen. 15. b. vbi dicitur*: Ego sum Dominus qui eduxi te de Hur Chaldæorum, *ubi in Hebræo loco huius nominis* Dominus *ponitur tetragrammaton, non ualet. Nam illa sunt uerba* Mosi *scribentis ea quæ transierunt inter Deum & Abraham, quem Deũ Moses cognoscebat sub nomine tetragrammaton, & ideo sic eum nominabat, non autem Abraham sub nomine Dei qui eum eduxerat de Hur Chaldæorum; Continuantur autem hæc verba, scilicet*: Apparui Abraham, &c. & nomen meum Adonai non indicaui eis, *cum præcedentibus & sequentibus secundum hanc expositionem sic. Conquerebatur enim Moyses Deo de hoc quod Pharao peius se habebat circa populum post eius missionem quam antea, & hoc cum dicitur in fine præcedentis cap.* Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem, vt loquerer in nomine tuo, afflixit populum, &c. *ad quod Deus respõdit.* Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni. Per manum enim fortem dimittet eos. *quasi dicat. Obduratio Pharaonis, & quod rebellio, de qua tu molestaris erit occasio, quod ego non simpliciter per uiam quasi naturalem, sed potius per potentiam meam potentem, miraculoseque operantem eos educam, intantum quod ipsemet eiiciet eos de terra sua, quapropter indicaui tibi nomen meum, sub quo pertinet ad me miracula facere, quod non feci patribus, quæ quidem eductio miraculose erat a Deo intenta, ut sic populum informaret de potentia, & prouidentia diuina, ut essent apti ad hoc ut assumerentur in populum Dei, & hoc est quod dicit paucis interpositis in eodem contextu,* ideo dic *de filiis Israel.* Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptiorum in brachio extento & iudiciis magnis & assumam uos mihi in populum, & ero uester Deus, scietique quod ego sum dominus Deus uester. *Ex quibus patet quod Deus qui secundũ Aug. est adeo bonus quod etiam ex malis eliciat bona, ex proteruia enim & obstinatione Pharaonis hoc bonum elicuit, scilicet ut ex hoc eliceretur quod Deus magna miracula faciens ostenderetur in liberatione populi. & ex hoc populus cognosceret Deum, & assumeretur in eius populum, & per hunc modum Deus satisfecit quæstionibus ipsius Mosi. Quod autem obduratio Pharaonis esset ratio, vt magna signa diuina fierent cõtra Aegyptios, ita vt ex hoc sequeretur quod populus Israeliticus amplius cognosceret Deum patet in multis locis. specialiter inf. x. c. ubi dicitur*: Ingredere ad Pharaonẽ, ego enĩ induraui cor eius & seruorũ illius, vt faciã signa magna, hęc narres in aurib. filii tui & nepotũ tuorũ quoties cõtriuerim Aegyptios, & signa fecerim in eis, & sciatis quia ego Dñs, *ex quibus verbis expresse habetur intentum. Qualiter autem dicatur Deus indurasse cor Pharaonis, potest dupliciter intelligi, vel per subtractionem gratię in pœnam peccatorum præcedentium, vbi secundum glo. or. obstinatior fiebat malus animus pro eo quod Deus patienter eum sustinebat.*

Facere miracula.

B

C

D

**ADDITIO. II.**

*In eod. c. 5. ubi dicitur in post.* Et recordatus sum pacti mei, &c. *Sicut obliuio & recordatio non cadunt in Deo, sic eadem ratione non uidetur dicendum quod ista similitudo referatur ad effectus a Deo precedentes, tantum scilicet quod Deus produxit erga filios Israel effectus similes effectibus recordantis, & hoc quando cœpit eos adiuuare postquã longo tempore eos non adiuuerat. & de hoc videtur supra Gen. 5. in add. 4.*

**ADDITIO. III.**

*In eo. c. 6. ubi dicitur in post.* Et in circumcisus sum labiis, &c. *In circumcisus labys magis proprie uidetur dicendus, qui habet in labys aliquod impedimentum corporale vt puta aliquam carnis superfluitatem & huiusmodi, quia prolatio verborum, quæ labys proferuntur impeditur vnde sicut supra. c. 4. conquerebatur Moses de impedimento locutionis ex parte oris & linguæ, nunc etiam addit ex parte labiorum, ut sic responderet, quod organa corporea, quib. uerba proferunt erant in eo inepta ad loquendum, & ex hoc non erat vir eloquens. ut supra dixit. De vocis autem gracilitate seu tenuitate nulla fit mentio in litera, nec oportet fingere, præsertim cum in vltima senectute sua legatur, quod loquebatur omnibus filys Israel simul, vt patet Deut. 1. et 31. quod non posset esse cum tenuitate uocis.*

E

REPLICA *Correctorij contra Bur. fabulam. In c. 6 postillator exponens illum passum,* Et nomen meum *tetragrammaton* non indicaui eis, *dicit inter cætera quod illud nomen tetragrammaton indicauit Abrahæ probans per illud Gen. 15.* Ego dominus qui edu. &c. *& per alios tex. sed vt ostendat postil. veritatem præsentis loci, dicit quod quamuis indicauit patrib. ante Mosen hoc nomẽ, non tñ sua eius significatũ propriũ sicut Mosi. Illud bene dictũ ęgre ferens Burg. dicit irrationabile, uolens quod Abrahæ nomẽ tetragrãmatõ nõ sit reuelatũ dicẽs illud Gen. allegatũ esse verbũ Mosi scribẽtis, nõ Dei loquẽtis, sed si Bur. fuisset memor dictorum suorũ in additione pe. Gen. vi. c. nõ improbaret hic cõclusionẽ postillatoris. nitebatur enim ibi ostendere quod Abrahæ factæ sunt plures reuelationes quam patribus posteriori bus, allegãs ad hoc illud Gen. 14. c.* Nũ cælare potero Abrahę quę gesturus sum. *Habuit enim ibi pro incõueniẽte, quod Iacob in illustrationib. supra Abrahã abũdasset. Quid mirum igitur si Deus nomen tetragrãmaton Abrahæ reuelasset secundũ suã conclusionẽ ibi intentã, & hic pro incõuenienti reputatã. Sed & nota, quod Bur. postillatorem male reportauit, quasi voluisset talem rationẽ differentiæ inter reuelationẽ Abrahæ & Mosi, quod Abrahæ reuelatũ esset solum nomẽ non significatũ nominis, quia hoc postillator non dicit, ut patet intuenti scripta sua, nec postillator dicit quod prosecũda ratione eidem imponit, nec videtur inutile quemadmodum Bur. arguit primum aliquem instrui in nomine, & post in nominis quidditate, imo est uerus ordo docendi nec absonum quod vnus doceatur cognoscere herbas & lapides pretiosos, & alter cũ tali cognitione doceatur cognoscere vires earundem, nec bene soluit Bur. motiuum postillatoris dicens tetragrãmaton a Mose ibi scriptum. nõ a Deo dictũ, nam si Moses vere refert uerbum & factum domini habetur propositum, si autẽ Abrahæ nomen tetragrãmaton non expressisset, falsè refert Moses & scribit, quod non est dicendum. unde Bur. aliter exponendo inuoluit se supra correctis: 3. cap. huius quomodo sub nomine illo fiunt mirabilia, &c. quę quam vera sint & utilia patet ibidem.*

F

*In eo. c. cum postillator defectum eloquentię Mosis exponeret, uocis. s. gracilitatem, Bur. extra literam fingit fuisse aliquam carnis superfluitatẽ in labys Mosi excrescentẽ, quod uidetur fictum, nec ualet argumentum eius cõtra postillatorẽ factum ex eo quod dicitur Deut. 1. & xxxi. Quomodo Moses locutus est coram omni multitudine, vbi dicit postillatorem gracilitatem uocis finxisse, nam reuera docentibus sæpe dat Deus gratiam & donum lingæ, quod natura negauit, iuxta illud.* Aperi os tuum & implebo. *Psalm. lxxx. b. & illud:* Dominus dabit verbum euangelizantib. *Psal. lxvij. c. Et supra dicitur*: Loquentẽ & mutũ qs fecit? nõne ego? *Potuit igitur loqui Moses vniuerso populo intelligibiliter gracilitate uocis non obstante, nec illa gracillitas ficta est, prout dicit Burg. qa ponitur in gl. interli. super uerba, impeditioris lingæ supra, 4. cap. ponitur etiam hoc disputatiue per beatum Aug. in glo. margi.*

CAP.

CAP. VII.

a Ecce constitui te dominum, &c. AVG. Notandum, quod cũ ad populũ mitteretur nõ ei dictum est: *Ecce dedi te Deũ populo, & frater tuus erit tuus propheta, sed frater tuus loquetur tibi ad populũ.* Dictum est etiam, *erit os tuũ, & tu illi in his quę ad Deũ.* non dictum est, *tu illi Deus.* Pharaoni autẽ dicitur Moses datus Deus secundũ analogiã, propheta Mosi est datus Aarõ. sed ad Pharaonẽ hic insinuatur nobis ea loqui prophetas Dei q̃ audiunt ab eo, nihilque aliud esse prophetã Dei, nisi enuntiatorẽ uerborum Dei hominibus qui Deũ uel non possunt uel nõ merentur audire.

Qõ 17. in Exod. — Analogia. — †loquere. — †Pharaonis.

GREG. Aliquando Deus nũcupatiuè, aliquando essentialiter dicitur. Nuncupatiue, vt hic: *Constitui te Deum Pharaonis.* Et alibi: *Applica illum ad deos.* Et alibi: *Deus stetit in synagoga deorum, &c.* Essentialiter sicut hic. *Ego sum Deus Abraham Deus Isaac, & Deus Iacob,* quod uolens paulus discernere ait. *Ex quibus Christus secundũ carnem natus est, qui est Deus benedictus in secula.* Nuncupatiue enim dicitur Deus inter omnia. Essẽtialiter autẽ super oĩa, ut ergo ostenderet Christum naturaliter deũ, non tantum Deum, sed Deum super oĩa esse memorauit. Iustus enim quilibet Deus est, sed inter omnia quia nuncupatiue. Christus autem super omnia, quia naturaliter Deus.

Hom. 8. super Ezec. — infra 22. b. Psal. 81. a.

* HILAR. Deum Iesum Christum his modis nouimus, nomine, natiuitate, natura, potestate, professione. Ad Mosen autẽ dictum est, *dedi te Deũ Pharaoni,* sed adiuncta nominis causa. Moyses. n. Pharaoni deus datus est, dum timetur, dum oratur dum punit, dum medetur.

li. 7. de Trinitate.

* TERTVL. Quæ ratio est, vt cũ legant (Iudæi) nomen Dei datum dum dr̃, *Deum te posui Pharaoni,* Christo negetur, qui non Pharaoni Deus, sed vniuersæ creaturæ deus ac dominus constitutus esse reperitur. Et in illo quidẽ hoc nomen temperate datum, in hoc profuse, in illo ad mensuram, in hoc supra omnem omnino mensuram. Non. n. ad mensuram inquit, dat filio pater.

lib. de Trinitate.

b *Sed ego indurabo, &c.* * TERTV. Indurat cor Pharaonis, sed meruerat in exitũ subministrari, qui iam negauerat Deũ, q̃ iã legatos eius toties superb. excusserat, q̃ iã populo laborẽ operis adiecerat, postremo qua Aegypti⁹ olĩ Deo reus fuerat gentilis, idololatriæ, ibim & crocodilũ citius colens q̃ Deũ viuũ.

Lib. 2. aduersus Martionẽ

AVGVSTIN. Assidue dicit Deus, *Indurabo cor Pharaonis.* & velut causam infert cur hoc faciat. Indurabo cor. Pharaonis & implebo signa mea & portẽta mea in Aegypto, tanquam necessaria fuerit obduratio Pharaonis, vt signa multiplicarentur vel implerentur. Vtitur ergo Deus bene cordibus malis ad id quod uult ostendere bonis, & quod facturus est bonis. Et quamuis cuiuscunq; cordis in malitia qualitas, id est, quale cor habeat ad malum, suo fiat uitio quod inoleuit ex arbitrio, ea tamẽ qualitate mala, vt huc moueatur uel illuc, tum siue huc siue illuc male moueatur, causis fit quib. animus hominis propellitur, quæ ut existant vel nõ, non est in hominis potestate, sed ueniũt ex occulta prouidẽtia Dei iuste & sapienter omnia, q̃ creauit disponentis & administrantis. Vt ergo tale cor haberet Pharao, q̃ patiẽtia Dei nõ moueretur ad pietatẽ sed potius ad impietatẽ uitii proprii fuit, q̃ uero ea facta sunt, quibus cor suo uitio tam malignum resistere iussionibus Dei, hoc est. n. quod dr̃. *induratum,* quia non flexibiliter cõsentiebat, sed inflexibiliter resistebat, dispẽsationis diuinæ fuit, qua tali corde euidenter iusta pęna parabat, qua timentes Deum corrigerent. proposito. n. lucro (verbi gratia) pp quod homicidiũ cõmittatur, aliter auarus, aliter pecuniç cõceptor mouetur, ille. s. ad facinus perpetrãdem, hic cauendũ. Lucri tñ propositio in eorũ potestate non fuit ita causæ ueniunt malis, q̃ non sunt in eorum potestate sed hoc de illis faciunt, quales iã inuenerunt factos ꝓpriis uitiis ex propria uoluntate. Potest & sic accipi: *Indurabo.* i. quam durum sit demonstrabo.

Quæst. 18.

c *Erat autem Moses octo, &c.* STRAB. Propter circuncisionẽ. s. quæ octaua die celebrari iussa est, eandem. n. significationem habet octogenarius, quã & octonarius infra eum minor. *Erat autem Moses octo. an.* Quando Moses & Aaron locuti sunt ad Pharaonẽ Moses erat octogenarius; Aaron vero octogintatrium annorum. quia lex p prædicatores ad gentes oblata, circuncisionẽ spiritualem docuit, & ipsi perfecte mũdari studebant, & sic fidem sanctæ trinitatis prædicabant.

d *Et Aaron octo* GILBE. Quia verus montanus i. Christus ueram circũcisionem in se octaua die resurrectionis impleuit. & fide

CAP. VII.

1 Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce 2 a constitui te Deũ Pharaonis, & Aaron 3 frater tuus erit propheta tuus. Tu loqueris ei oĩa, quem mando tibi: ille lo- 4 b quetur ad Pharaonẽ, vt dimittat filios Israel de terra sua: Sed ego 5 indurabo cor † eius, & multiplicabo signa, & ostenta mea in terra Ægypti: & non audiet vos. Immittãq; manum meã super Ægyptum, & educam exercitum & populũ meum, filios Israel de terra Ægypti, per iudicia maxima. Et scient Ægyptii, quod ego sum Dominus, † qui extenderim manum meã super Ægyptium: & eduxerim filios Israel de medio eorum. Fecit itaque Moyses & Aaron: sicut præcepit c Dominus, ita egerunt. Erat autem Moyses octoginta anno- 6 d rum, & Aaron octogintatrium, quando locuti sunt ad Pha-

Interlinear glosses: a Vt quicquid volueris præcipias ei sicut Deus imperat creaturæ suæ: sancti. n. adoptione dii sunt: quamuis non natura. Nuncupatiue. Interpres. a Mundi concupiscentia. b Ostensis signis, & portentis, vel quam durum sit demonstrabo. a Ita scilicet. b Vel implebo. c Minora. d Maiora. a Induratum. b Potentiam vel filium. Quos in Agone huius mundi exerceo. a Qui Deum vident non debent remanere in tenebris. b Contra Pharaonem facta. c Quasi misericordia est quod putatur ira. vt. s. sciant Aegyptij quia ego sum Dominus. Experimento hoc. a Quadiu contraxi. Potentiam. a Filios tenebrarum. Vel præceperat.

† tũc cum extẽdero.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VII.

1 Dixit q; dominus ad Moysen. &c. *Postquam Moses & Aaron monuerant Pharaonẽ verbis, hic consequenter describitur eiusdem monitio in mirabilib. signis & primo describitur huius monitionis impositio. secundo executio, ibi:* Ingressi itaque. *Circa primum dicitur sic.*

Diuisio. — Moyses quõ Deus Pharaonis.

2 Ecce, &c. *non dicit Deũ absolute, sed Pharaonis, quia deitas nõ est cõmunicabilis creaturæ, tamen aliqua similitudo & participatio ipsi⁹ bene cõmunicatur ei sicut dicitur Psal. 81. b.* Ego dixi dii estis. *Quod exponens saluator Io. x. illos ad quos factus est sermo Dei dixit Deo, & eodẽ modo Io. i. 22* Applicab tur ad Deos. *i. iudices, & hoc modo Moses dictus est hic Deus Pharaonis. i. potens super eũ in plagis dei uirtute & eius iudicio infligendis. Sciendum tamen q̃ in Hebræo habetur.* Cõstitui te אלהים elohim Pharaonis. *quod nomen secundum proprietatẽ Hebræi sermonis est pluralis numeri, sicut patet i duab autoritatib. præallegatis, in quib. ponitur hoc nomen elohim, sicut hic, & transfertur in plurali numero & ideo translatio nostra esset magis propria si haberet sic:* Ego cõstitui te deos Pharaonis. *i. tantum timendum & amplius, quã illos quos colit tanq̃ Deos, quia non poterant eũ sic affligere sicut Moses. hoc aũt dixit dñs Mosi, ut esset cõstãs corã Pharaone:*

3 Et Aaron frater, &c. *Propheta aliquando accipitur proprie, et ad hoc requiritur quod habeat reuelationem a Deo. Vnde dicitur 1. Reg. 9. b.* Qui hodie dicitur propheta, olim appellabatur uidẽs. *Aliquando accipitur large pro eo qui verba Dei denuntiat vel exponit, licet ea non habeat a Deo immediate, & talis magis proprie dicitur interpres uel prolocutor, & hoc modo dicitur hic Aaron propheta, ad quod designandum dicitur,* Propheta tuus, *& non dicitur propheta domini. Hoc autem dictum est Mosi quia dixerat se excusando.* En incircuncisus labiis sum. *Sciendum tamen, quod licet Aaron nõ dicatur proprie propheta ex isto loco, aliũde tamen potest dici, quia habuit reuelationem a Deo immediate, ut dictum est supra 4 ca.*

Propheta

4 Sed ego indurabo, &c. *Qualiter autem Deus sit causa induratio nis, dictum est supra 4.*

5 Et multiplicabo signa, &c. *i. ostensione digna propter magnitudinem & multitudinem ipsorum.* Et scient Aegypty, quod ego sum dominus qui extendi manum meam super Aegyptum, &c. *Per experientiã plagarum quas infligam eis:*

6 Erat autẽ Moses octoginta annorum, & Aarõ octoginta

& fide trinitatis triumphato diabolo mundum repleuit.

a Cum dixerit vobis, &c. AVG. Hic non erat opus voce pro cuius gracilitate videbatur Mosi datus Aaron, sed virga erat proijcienda ut draco fieret. Cur hoc ergo Moses ipse non fecit, nisi quia mediatio Aaron inter Mosen & Pharaonem magnae fidei figuram gerit. Hoc quoque notandum quod scriptum est: *Proiecit Aaron virgam suam*, forte si dixisset proijce virgam, nulla quaestio esset quod vero addit *suam*, cum eam Moses dederit, non frustra forsitan dictum est: an erat vtrique illa virga communis, ut cuiuslibet eorum diceretur.

✱ PROCOPIVS. Poenae irrogantur numero decem. Denarius enim numerus est perfectus. Sic illi ad summam uenerant vitiorum. Quare merito tot subiiciuntur poenis. Verum poenae a consuetis differunt, Deus enim statuit impiorum corrumpere terram per elementa, ex quibus constructus est mundus, ut uel his intelligatur, penes quem sit summa rerum. Tres sunt plagae, quae eliciunt ex densissimis elementis, neque terra & aqua. Tres ex aere & igne. Septima communicat cum praedictis vtrisque. Tres quae adhuc restant, ut denarius expleatur, sibi uendicat Deus.

STRAB. Virga Mosi Xpm significat, qui ex regali stirpe carnem sumpsit. Vnde eadem virga in colubrum conuersa, omnes uirgas maleficorum deuorauit, quia mors Xpi mortem nostram consumpsit.

ORIG. Apostolus dicit j. Cor. 14. a. *Aemulamini meliora dona alias spiritualia, magis autem vt prophetis*. Tentemus & nos aemulatione bonorum suscipere, a domino vero plenitudinem muneris expectare. Pro hoc enim dicitur, Psal. 80. b. *Aperi os tuum, & implebo illud*. Pro illo illo vero punge oculum, & producit lachrymam punge cor, & producit sensum. Puto ergo quod Moses ad Aegyptum veniens & uirgam ferens, qua castigat & verberat Aegyptum decem plagas, lex Dei sit, qua mundum decem plagis, id est, decem mandatis decalogi corripiat & emendet. Virga qua haec geruntur & Aegyptus subigitur, & Pharao superatur, crux Christi est, per quam mundus & princeps mundi superatur id est, diabolus cum principib. & potestatib. Virga proiecta fit draco vel serpens & deuorat Aegyptiorum magorum sapientes. Serpens vero pro sapientia vel prudentia poni solet. vnde Matth. x. b. *Estote prudentes sicut serpentes, &c.* Et Gen. 3. a. *Serpens erat prudentior cunctis animalibus, &c.* Crux ergo Christi cuius praedicatio stulta uidebatur quam Moses in se continet, secundum illud Ioan. 5. g. *De me enim ille scripsit*, postquam in terra proiecta est, id est, ad fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam, & in tantam, quod omnem sapientiam Aegyptiorum, id est, huius mundi deuoraret. Intuere enim quo stultam Deus fecit sapientiam huius mundi. Postquam manifestauit Christum crucifixum esse Dei virtutem & sapientiam, & vniuersus iam mundus comprehensus est ab eo, qui dixit. j. Corinth. 3. d. *Comprehendam sapientes in astutia eorum*.

b Tulitque Aaron, &c. ISID. Tulitque virgam coram Pharaone & serpens facta deuorauit serpentes Aegyptiorum, significans quod verbum caro fieret, & serpentes diri veneni vacuaret per remissionem peccatorum. Virga est enim verbum directum, regale, plenum potestatis insigne imperii. Virga serpens facta est, quoniam qui erat filius Dei ex Deo patre natus, factus est filius hominis ex virgine natus quasi serpens exaltatus in cruce medicinam vulnerib. infudit humanis, vnde Io. 3. b. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, &c.* Virga enim Mosi in draconem uersa, magorum absorbuit virgas Xps post gloriae suae dignitatem *factus obediens vsque ad mortem*, per ipsam mortem carnis consumpsit aculeum mortis, secundum Osee. 13. *Ero mors tua ô mors. &c.*

c *Quae versa est, &c.* Lex Mo[si] quasi insipida erat ut virga, sed versa in colubrum, id est, in spiritalem intelligentiam, potabilis effecta est & delectabilis.

d *Vocauit autem Pharao sapientes, &c.* Sciendum quia uel diabolicis figmentis spectantium oculos deludebat, ut res in sua natura manentes aliud viderent. Vel secundum Aug. Daemones quia mali naturam suam non amiserunt. ideo dum per incantationem eorum malefici aliquid efficere conantur, discurrunt per mundum, & subito semina eorum, de quib. hoc agitur, afferunt. Sicque ex illis permittente Deo nouas rerum species producunt.

e *Similiter.* In prima plaga dicit cum aqua vertitur in sanguinem & in secunda, cum ranae ebulliunt, & in tertia cum ciniphes ingruunt, in quarta, cum cynomia educitur, in quinta, cum morbus fit sup pecora Aegyptiorum dicuntur similia.

f *Dracones.* ἀπὸ τοῦ δέρκειν dicuntur. i. videre, quia uident acutius caeteris animalibus.

g *Sed deuorauit, etc.* AVG. Si dictum esset. Absorbuit draco Aaron virgas eorum, intelligeretur verus draco Aaron fantastica figmenta non absorbuisse, sed virgas. Hoc enim potius absorbere erant,

---

Text (Exod. 7):

a raonem. Dixitque dominus ad Moysen & Aaron: Cum dixerit[1] vobis Pharao, ostendite signa: dices ad Aaron:[2] Tolle virgam tuam,[3] & proiice eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum. Ingressi itaque Moyses & Aaron[4] ad Pharaonem, fecerunt b sicut praeceperat dominus, † Tulitque Aaron[5] virgam coram c Pharaone & seruis eius: quae versa est in colubrum.[6] Vocauit d autem Pharao sapientes & maleficos,[7] & fecerunt etiam ipsi[8] e per incantationes Aegyptias & arcana quaedam similiter.[9] f Proieceruntque singuli virgas suas,[10] quae versae sunt in dra-g cones:[11] Sed deuorauit virga Aaron,[12] virgas eorum.

Interlinear: a Crucem. a In fide audientium. b Sapientiam. a Hoc est primum signum. Praedicatio crucis stulta videbatur, sed postquam venit ad fidem hominum sapientia intelligitur. Daemonum. a Astutias mundi. b Minores sapientes speciem scilicet pro specie potuit. Crux Christi, qui est sacerdos in aeternum. Sapientia mundi, quae inimica est Deo, Rom. 8. b.

Marginal: Quaest. 19. — 26. q. 5. c. nec mirum. — † Proiecit. — In cap. 7 — Homil. 4. in Exod. — Quaest. 21.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ triumphum locuti sunt ad Pharaonem. *Hoc dicitur ad ostendendum quod non mouebantur ex passione iuuenili, sed ex magna maturitate.*

1 Cum dixerit vobis Pharao, ostendite signa, &c. *diuinae virtutis declaratiua, quia aliter reputaret eos mendaces, nisi de sua legatione possent signa ostendere.*

2 Dices ad Aaron. *hoc autem factum est, quia Moses diu fuerat absens ab Aegypto. ideo credere poterant Aegyptii quod tunc fuisset imbutus magicis artibus. & ideo si manu sua proiecisset virgam, quae versa est in colubrum, potuissent hoc imputasse magicis artibus, sed Aaron in iuuentute manserat in Aegypto, vbi artes magicas addiscere non potuisset. & si voluntate & iussu Aegyptiorum. & ideo non poterant cum tali suspectum habere.*

3 Tolle virgam tuam, &c. *Ista virga aliquando dicitur virga Dei, quia de praecepto Dei fuit apportata in Aegyptum, & quia in ea fiebant signa virtutis Dei ostensa. Aliquando dicitur virga Mosi, tum quia eam tenebat Moses quando dominus apparuit ei in rubo, tum quia Moses in ea fecit multa signa. Dicitur etiam aliquando uirga Aaron, vt hic patet, quia in ea per manum Aaron facta sunt signa aliqua.*

4 Ingressi itaque Moses & Aaron ad Pharaonem. *Hic consequenter describitur praedicta monitionis executio, cum dicitur: Ingressi itaque, &c. consequenter ad executionem pertinentium.*

5 Tulitque Aaron uirgam coram, &c. *vt viderent manifeste, quod non erat Mosi, cui artem magicam imponebat.*

6 Quae versa est in colubrum. *non secundum apparentiam tantum, sicut virgae magorum, vt dicetur infra, sed secundum veritatem. Conuersio enim virgae Aaron, quae facta est ad declarationem diuinae virtutis, debuit esse dissimilis conuersioni virgarum ipsorum magorum, non solum quantum ad virtutem facientem, sed etiam quantum ad rei factae veritatem.*

7 Vocauit autem Pha. sapien. *i. philosophos, quia qui modo dicuntur philosophi, antiquitus sapientes vocabantur. Pythagoras enim primus fecit hanc nominis mutationem. cum enim arrogantissimum sibi uideretur, quod se diceret sapientem, inquisitus de sua conditione, non respondit se esse sapientem, sed philosophum, id est, sapientiae amatorem.*

8 Et maleficos. *id est, magicis artibus imbutos.*

9 Et fecerunt etiam ipsi per incan. Aegy. *licet fierent virtute daemonum, vocantur tamen Aegyptiacae, tum quia in Aegypto docebantur, tum quia Aegyptii talibus vtebantur.*

10 Et arcana quaedam, &c. *quod dicitur, tum quia tales incantationes in secreto proferuntur, tum quia effectus earum ex virtute occulta procedit. Isti autem talia facientes fuerunt Iamnes & Mambres, ut dicit Apostolus. 2. ad Timot. 3 b. Sicut Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, &c.*

11 Proieceruntque singuli virgas suas, quae versae sunt in dracones. *non secundum veritatem, sed secundum apparentiam tantum, vt videbitur.*

12 Sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum. *& illud fuit secundum* ✱

## MORALITER.

Allegoric. 5 *Tulit Aaron virgam suam, &c.* Per virgam doctrina significatur eo quod antiquitus in signum doctrinae a doctorib. portabatur.

6 *Quae versa est in colubrum.* s. ueritum secundum Aug. & ideo per hanc virgam significatur doctrina sacra, quae meram continet ueritatem.

11 Per uirgas autem magorum quae uersae sunt in dracones, non ueros sed apparentes tantum significatur doctrina falsae & superstitiosae.

12 *Sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Per quod significatur, ✱ quod

A erant, non q videbantur & non erant. Sed quia dixit *absorbuit Virga Aaron, virgas illorum*: draco potuit absorbere virgas, non virga, sed eo nomine dicta est res. Vnde versa est, quia in id ẽt reuersa est. Ideo hoc vocari debat qđ principaliter erat. Quid ergo dicendum est de virgis magorũ? An veri dracones facti erant, sed simili ratione virgæ dñr? An potius videbantur esse q non erant ludificatione venefica? Cur ergo ex vtraque parte virgę dñr & dracones, vt de figmentis illis nihil differat loquẽdi modus? Sed monstrare difficile est. Quoniam etiam si veri dracones facti sunt ex virgis magorum, non fuerunt tamen creatores draconum, nec magi nec angeli mali, quibus ministris illa fiebant. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cum data fuerit oportunitas tẽporalis, atque causalis prorumpunt in species debitas, suis scilicet modis & finibus. Nec dicuntur qui faciunt ista, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum vel arborum, vel vel huiusmodi, quamuis præbebant quasdam visibiles oportunitates & causas nascendi. Quod aũt isti faciunt visibiliter hoc angeli inuisibiliter. Deus vero solus creator est verus, qui causas ipsas & rationes seminarias rebus inseruit.

† locutus fuerat. De virgis magorum

✠ GRAECVS. Prestigiæ pro miraculis habebãtur. Efficacia tamen imposturam coarguit, quod virgę nihil preter speciẽ habe-

Ex catena Græca. B

hiberent, quę insipientum oculos facile decipere posset. D

✠ CHRYS. Poterat Deus magos ab initio prohibere, sed id facere recusauit, quia longe illustrior est illi victoria, cum qui ex aduerso pugnam ineant, non defuerint; Ideirco & diabolum vt se tentaret permisit, vt eum deuictum cerneret, contraque homines ipsos aduersus illum coronam adeptos.

a Induratumque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut † 1 præceperat dominus, Dixit autem dominus ad Moysen: In- 2 grauatum est cor Pharaonis, non vult dimittere populum: Va- 3

¶ Cui debuit emolliri.

¶ Vnde. Et cor eius indurabitur quasi lapis. Ioan. 12. c.

✠ HVGO AS. VICTORE. Vocauit Pharao sapientes, & maleficos. Et in hoc & in aliis seqq. miraculis, semper Pharao recurrit ad Magos suos, tentans si possent eadem facere, quæ & Moises faciebat. Non enim putabat ea fieri diuina potestate & voluntate, sed artificio & maleficio Moysi, & ita si facerent eadem, tunc propter hoc uidebatur ei se non debere dimittere populum. *Processerunt singuli, &c.* Totum hoc faciebant dęmones, siue in veritate formas rerum mutantes, sicut uidebatur, siue potius visum hominum decipientes, & magis illis famulantes, & sic se cogi per incantationes eorum deceptorie simulantes. de illo uero serpente quem fecit Moyses, non est dubitandum quin verus fuerit & sibi alios deuoratos incorporauerit.

a *Induratumque, &c.* Indurauit Deus cor Pharaonis, quia diabolum ita indurauit post peccatum, ut pœnitentiæ compunctione nunquam emolliatur, sicut in Iob 41. c. dicitur. *Cor eius indurabitur quasi lapis.*

a Ecce

NICOLAVS DE LYRA

*dum signum. Dicunt autem doctores catholici, quod ista deuoratio fuit ante quã uirga Aaron rediret ad naturã virgę, quia uirgæ nõ competit deuorare, sed magis serpenti. vocatur tamen virga, licet tunc esset serpens, quia prior eius natura erat uirga, & quia serpens ille erat reducendus ad naturam uirgæ. Hebræi autem magis innitentes literæ, dicunt quod fuit postquam illa redierat ad naturam virgæ, quia dicitur sic in textu:* Deuorauit uirga Aaron, &c. *Certum est autem quod vtroque modo potuit fieri, quia illud fuit factum diuina uirtute, quæ potest indifferenter libet, corpus maxime corruptibile in aliud conuertere, licet dubitent aliqui eodem modo de corpore cælesti, dicentes quod non potest etiam diuina virtute in corpus corruptibile conuerti. hoc tamen discutere non est præsentis negotij. Quod autem autem dicitur quod deuoratio virgæ non competit, verum est proprie loquendo, quia deuorare pertinet ad vim nutritiuam, tamen similitudinarie & large loquendo conuenit rei inanimatæ, sicut dicitur quod ignis deuorat ligna, & hoc modo potuit dici de virga Aaron, si aliquid fuit conuersum in ipsam postquam redierat ad naturam virgæ secundum dictum Hebræorum, primus tamen modus dicendi videtur probabilior.*

Quæst. 1.

1 Induratumque est cor Pha. &c. *quia imputauit factum illud artibus magicis. Ad maiorem intellectum prædictorum quæritur, vtrum virtute dæmonũ, qua magi vtuntur, potuit fieri conuersio virgarum in dracones, & uidetur quod non, quia aut hoc esset secundum veritatem, aut secũdum apparentiam tantum, non primo modo, quia materia corporalis non subest virtuti dæmonis quantum ad transmutationem ipsius ad formam, secundum quod dicit Augu. 3. de Trinitate dicens: Non est putandum istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc visibilium rerum materiam, sed soli Deo. Nec secundo modo, quia sensus naturaliter & ordine naturæ immutatur a sensibilibus, sed dæmon vel angelus non potest propria virtute naturæ ordinem immutare, quia tunc posset facere vera miracula, quod est falsum ergo, &c. Responsio virtute dæmonum non potuerunt conuerti virgæ in dracones secundum veritatem cuius ratio est, quia in compositis ex materia & forma materia non fit per se nec forma, sed totum compositum, & ideo totum transmutatur in totum, vt ex toto aere fit totus ignis, quando aer conuertitur in ignem, vt dicitur in libro de generatione, effectus autem assimilatur agenti, & in ipso præexistit saltem virtualiter. & ideo compositum ex materia & forma naturali non potest produci nisi ab agente composito ex materia & forma, vel nisi habeat totum compositum in virtute sua, angelus autem est forma simplex non habens materiam partem sui nec etiam habet eam in uirtute sua sed solus Deus potest eam producere, & ideo uirtute dæmonis non potest aliquod compositum ex materia & forma produci, licet in eo remanserint naturalia integra. conuersio autem uirgæ in serpentem includit compositum ex materia & forma naturali productionem ergo, &c. Potuit tamen prædicta conuersio fieri secundum apparentiam, quia licet materia corporalis non subijciatur uirtute angelicę quantum ad transmutationem prædictam subijcitur tamen ei quantum*

ca. 7. & 8.

Quõ magi virgas mutarunt.

C

*tum ad motum localem, vt omnibus conceditur, & ideo dęmones propria virtute dimissis potuerunt virga a magis proiectas per motum localem imperceptibiliter sensui humano tollere, & loco earum serpentes aliunde apportatos, vel ibidem generatos, non virtute dæmonis, sed agentis naturalis (sicut dicetur infra) supponere. videmus enim quod aliqui mimi per subtilitatem manuum & localem motum aliqua sic transmutat, quod homines non percipiunt, & multo fortius dæmones, quorum subtilitas & celeritas in motu locali maior est quasi incomparabiliter, hoc possunt & multo maiora. Item quia abeuntibus sensibilibus remanent phantasiæ & imaginationes, vt dicitur. 2. de anim a. inde est, quod ex motu locali formarum sensibilium remanentium in virtute phantastica cum humoribus in quibus sunt vt in subiecto, apparent aliqua quæ non sunt. Vnde dicit Philosophus lib. de som. & vigi. quod descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descẽdũt formæ imaginatæ, & sic uidentur aliqua quæ nõ sunt, sicut accidit somnianti. & isto modo possunt dęmones commouere humores interiorum sensuum & exteriorum, & sic possunt ad organa sensuum aliquas formas reducere, ac si venirent ab extra, non solum in dormientibus, sed etiam in vigilantibus :: & sic videntur eis aliqua esse extra, quæ tamen non sunt, & hoc modo poterant facere, quod viderentur virgæ conuersæ in dracones, & tamen de hoc nihil exset ex ra secundum veritatem. Tertium autem modum addunt aliqui dicentes, quod dæmones per motum localem possunt applicare actiua naturalia passiuis, & sic frequenter effectus naturales, sicut applicatis lignis ad ignem per manum hominis generatur ignis in materia lignorum illa tamen generatio est ab igne, sicut ab agente proprio, ab applicante ligna ministerialiter tantũ, sed licet hoc sit verum, tamen non habet locum in propositio, quia licet ex uirgis possent generari serpentes per agens naturale hoc tamen esset per multas transmutationes, & longo tempore, non ita subito. Poterant tamen dæmones materiam existentem in propinqua dispositione ad formam serpentis supponere proprio, actuo & sic cito generarentur, & in loco uirgarum per dæmones supponerentur. Ex prędictis patet ad illud quod obyciebatur, quia per modos predictos dæmones non transmutant materiam ad formam naturalem, nec mutant naturæ ordinem.*

E

F

2 Dixit autem dominus ad Mosen. &c. *Præmissa regis monitione hic consequenter describitur inflictio pænæ, & diuiditur in x. partes secundum numerum x. plagarum Aegyptiis inflictarum, partes patebunt prosequendo. Considerandum etiam quod Sap. v. d. dicitur* Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, *& ideo istæ plagæ inflictæ sunt à Deo ministerio quasi omnis generis creaturarum scilicet quatuor elementorum corporum cęlestium hominum, et angelorum, ut patebit prosequendo. Duæ autem primæ factæ sunt in elemento aquæ, & quantum ad primam præmittitur comminatio, & subditur inflictio ibi,* Dixit quoque dominus. *Circa primum dicitur sic*

Diuisio.

Ingratuatũ est cor, &c. *Ac si dicatur, ex quo contempsit monitionem, procedendum est ad pænæ inflictionem.*

1 Vade

MORALITER.

✠ quod doctrina sacra condemnat doctinas falsas & superstitiosas, & quicquid in doctrinis aliis sibi contrarium reperitur.

a de ad † eum mane. Ecce egredietur ad aquas. Et stabis in oc- 1 2
cursum eius super ripam fluminis, & virgem quæ conuersa 3
est in draconem, tolles in manu tua, dicesque ad eum: Domi 4
nus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: † Dimitte po-
pulum meum, vt † sacrificet mihi in deserto, & vsq; ad præ-
sens audire noluisti: Hęc igitur dicit Dominus: In hoc scies, 5
b quòd Dominus sum: Ecce percutiã virga, quæ in manu mea 6
c est, † aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. Pisces quoq;
qui sunt in fluuio, morientur: & † computrescent aquę, & †
affligētur Aegyptii, bibentes aquam fluminis. Dixit quoque
Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Tolle virgam tuam, &
extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios
eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum: vt ver-
tantur in sanguinem, & sic cruor in omni terra Aegypti, tam
in ligneis vasis, quam in saxeis. Feceruntq; ita Moyses & Aa-
ron, sicut præceperat dominus. † Et eleuans virgam percussit 7
d aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius; Quæ versa 8
e est in sanguinem, & pisces qui erant in flumine, mortui sunt: 9
cõputruitq; fluuius, & non poterant Aegyptii † bibere aquã † 10

[Interlinear: a ¶ Studiose, & quasi primo mane aggrediendus est diabolus. b a Ad populos decipiendos causa expatiendi. c ¶ Resistes. — ¶ Non in. ¶ Nili.a ¶ secularis. ¶ Fidem crucis. — ¶ Opere. — a ¶ Prędestinatum. — a ¶ Immola Deo sacrificium laudis, Psalm. 49.c. b ¶ Inquiete & sileutio. — ¶ Obedire. ¶ Quasi in arbitrio tuo fuit vel tenere, vel dimittere. ¶ Experieris. — ¶ Cui resistete nemo potest. — a ¶ In qua enecauerunt paruulos Hebræorum, vt bibant sanguinem quem fuderunt. — ¶ Manifesta potentiam. — a ¶ Crucem. — a ¶ Philosophorum dogmata. b Vnde Matth. 23. d. Omnis sanguis qui effusus est super terram, requiretur à generatione hac. — a ¶ Morte bibentium. b ¶ Homines. c ¶ Philosophico dogmate.]

A a *Ecce egredietur, &c.* ORIGE. Primo quidem nõ intrat Moses ad Pharaonẽ sed occurrit ei exeũti ad aquas postea vero intrat, post hæc nec intrat, sed accersitus accedit, quia siue nobis in verbo Dei, & assertione religionis certamen est cũ Pharaone, siue obsessas ab eo animas eripere conamur, & est ĩ nobis in disputatione luctamen, non primà fronte ingredi debemus ad vltima quæstionum loca, sed occurendum est nobis aduersario, & ad aquas suas. i. autoritates gentium philosophorũ, vt ipsos primo arguamus & errasse doceamus, deinde ingrediẽdum ad interiora certaminis. Dicit enim dominus. *Nisi quis prius alligauerit* B *fortem, non potest intrare in domum eius & vasa eius diripere.* Prius ergo ligandus est fortis & quæstionum vinculis constringendus, & ita introeundum ad diripienda vasa, & liberãdas animas quas deceptione & fraude possederat. Quod cum sæpius fecerimus, & steterimus contra ipsum succincti. s. lumbos in veritate, & stantes in domino, & viriliter agentes artifex antiquus & callidus victũ se simulabit & cedere negligentiores nos faciat ad certamen. Pœnitentiam quoque simulabit, deprecabitur nos discedere: sed non longe, vult nos aliqua parte sibi esse vicinos. Sed nisi ab eo longius recedamus, & mare trãseamus, & dicamus cogitatione, locutione, & opere, quãtum distat ortus ab occidẽte tãtum fecit à nobis iniquitates nostras, salui esse non possumus. Oremus ergo misericordiã Dei, vt & nos eripiat de terra Aegypti de potestate tenebrarũ, & Pharaonẽ cum exercitu suo tan C quã plumbũ demergat in aqua vehemẽtissima. Nos autẽ liberati cum gaudio & exultatione hymnum cantemus domino. Gloriosè enim honorificatus est, &c.

[Margin: Hom. 4. Moraliter. — † infra 8.a. — Mar. 12. c. — † ĩfra. 15.a. — † Fœtebũt.]

b *Ecce percutiam virgã, &c.* ✻ PROCOPIVS. Pęnæ quæ primò irrogãtur, petũt ab elemẽto aqueo. Si qdẽ Aegyptij maximis & diuinis honorib. coluerũt aquam, statuẽtes ipsam esse principiũ vniuersi. Proinde aqua primo affliguntur, ut discãt, q̃ uanæ rei seruiãt, & ad uerã religionẽ hinc correcti proficiscãtur, Vel fortasse hanc pęnam primo induxit, quod plurimũ suo gaudebant & triũphabant flumine, quasi ob id nec cælo nec aqua profluente opus haberent. Præterea cum in id mandauerit præcipitandos Hæbræorũ infantes, & tãdem diuina virtute versũ sit in cruorem, satis redarguit & in mentem illis reuocat crudelę & immane edictum. De inde quia flumen infectum fuerat innoxio infantium cruore, merito in sanguinem mutatum est. Nam ad Deum vociferabatur infantium sanguis.

[Margin: in ca. 7. — D — † Pharaonem.]

ISIDOR. Plagæ in Aegypto corporaliter gestę sunt, sed in nobis spiritualiter geruntur. Aegyptus enim seculi forma est.

[Margin: Mat. 23. d. — † seruiat.]

c *Aquam fluminis, &c. ver. &c.* STRA. Aquam in sãguinem versa mũdanã sapientiam significat, in qua omnis qui manserit necatur, sicut in sanguine piscis. Mundana enim sapiẽtia stultum putat Deum pro hominibus mori, huic ergo quicunque adhæserit viuere non poterit.

ORIGEN. Aqua fluminis vertitur in sanguinẽ cui Hebræorum pueros tradiderant necandos, vt autorib. sceleris poculũ redderet sanguinis: & cruorẽ polluti gurgitis quẽ paricidali cæde maculauerant, potando sentirent. Alleg. quoq; aquæ Aegypti, erratica & lubrica philosophorum dogmata sunt, quæ paruulos sensu & intelligentia deceperunt. at ubi crux Christi lumẽ ueritatis ostendit, neci suorum in pœnas & reatũ sanguinis exiguntur. Vnde *Omnis sanguis qui effussus est super terram, requiretur à generatione hac.*

[Margin: E — † laborabũt Aegyptii vt bibãt, i. q vertũt. 70. nõ poterunt Aegytii bibere aquã fluminis. vbi supra. — † De cõse. di. 2. creuera ver. currebant. — † Ro. 1. c. — F — Allegoricè. — Mat. 23. d.]

d *Quæ versa. &c.* RABBANVS. Primum præceptum de colendo vno Deo non erunt tibi dii alij præter me. prima plaga aqua in sangoinem uersa. Cõpara. primum pręceptum primæ plagę aqua de qua generantur omnia significat unum Deũ, ex quo omnia. Sanguis, carnem mortalẽ. Aqua ergo uersa est in sanguinem, quia *commutauerunt gloriam Dei incorruptibilis in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, &c.* hæc quidem commutatio fit in corde impiorum.

[Margin: Mysticè. Crede in vnũ Deũ.]

e *In sanguinem, &c.* Quia qui in rerum causis carnaliter sentiũt huiusmodi

## NICOLAVS DE LYRA

✻ 1 Vade ad eum mane. *Quia illa hora homines sunt magis dispositi ad accipiendum ea quæ rationabiliter dicuntur, vt sic minus sit excusabilis Pharao mandatum meum repellendo.*

2 Ecce egredietur ad aquas. *In egressu autem de domo regia poterat magis haberi accessus ad regem.*

3 Et stabis in occursum eius. *Constanter & intrepide.*

4 Super ripam fluminis. *Quia pęna infligenda erat per flumen.*

5 In hoc scies quod dominus sim. *Per experientiam pœnæ inflictę a me.*

6 Ecce percutiam, &c. *Non dixit percutiam manu mea, quia illa percussio facta fuit per manum Aaron, sicut patet infra, cum dicitur.* Dic ad Aaron: *Tolle virgam tuam. Causa autem quare factum est illud per manum Aaron supradicta est, quia non poterat sic haberi suspectus de arte magica ab Aegyptijs, sicut Moses. Aliam causam assignant Iudęi, dicentes, quod quia Moses fuit saluatus & extractus de flumine, ideo non debuit manu propria percutere flumen, conuertendo in sanguinem.*

[Margin: Quare Aaron percutit flumen]

7 Percussit aquam, &c. *Vt videret quod pœna esset a Deo inflicta eo modo quo fuerat prædicta.*

8 Quæ uersa est, &c. *Et sic pęna correspondet culpæ, qua pueros extinxerant in flumine.* Anima enim omnis carnis in sanguine est, *ut dicitur,* Leuitic. 17. d.

9 Et pisces qui &c. *Quia non possunt uiuere in sanguine.*

10 Computruitque fluuius. *Fætor enim intolerabilis exhalabat inde propter mortem piscium.*

✻ 1 Feceruntq;

## MORALITER.

✻ 1 Eccè percutiam uirga, &c. *Per aquam in sanguinem uersam intelligi potest sapientia malignantium, quæ* Iac. 3. d. *dicitur terrena animalis & diabolica, & ista tota conuertitur ad innocentium sanguinem extrahendum per malitias & fraudes exquisitas.*

7 Precussit aquam, &c. ALLEGORICE *Per hanc aquam significatur sapientia Scribarum et Pharisæorum, quæ totaliter versa fuit ad Christi sanguinem effundendum.*

† Et non poterant Aegyptii bibere aquam &c. *per Aegyptios quem qui tenebrosi interpretantur, dæmones significantur qui fuerunt, afflicti ex effusione sanguinis Christi, eo quod per hoc sancti patres de inferno fuerunt liberati similiter Iudæi in sua malitia obtenebrati, propter dictam effusionem fuerunt grauiter afflicti.* Nã *in uindictã mortis Christi fuerunt per Romanos partim occisi, et partim captiuati.*

✻ 1 MORAL.

A huiusmodi correptionibus arguũtur, vt ex qualitate pœnarum agnoscant suum errorem.

a *Et induratum est cor Pharaonis.* AVG. Videtur pprerea cor Pharaonis induratũ fuisse, quia incantatores Aegyptiorum similia fecerunt. Sed sequentia docent quanta fuerit illa obduratio ēt cum incātatores defecerunt.

† locutus fuerat. Quæst. 21.

† suum ad hoc. 1. nec mouebat eum tantũ periculũ.

fluuii, & fuit sanguis in tota terra Aegypti. Feceruntque similiter malefici[1] Aegyptiorum incantationibus suis. Et induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut † præceperat dominus: Auertitque se & ingressus est domum suam, nec apposuit cor b † etiam hac vice. Foderunt autem omnes Aegyptii per circumitum fluminis aquam vt biberēt. Non enim poterant bibere, de aqua fluminis. Impletique sunt septem dies, postquam percussit dominus fluuium[2].

fecerunt. D

b *Foderunt autem, &c.* Quia gentilitas confusa de meditatione secularis philosophię cum videt nihil vitale nec salubre esse in illa: studet inuestigando circumquaq; quærens haustum sapientię, nec inuenit, donec perueniat ad eũ qui ait. Ioan. 7. f. *Qui sitit, ueniat ad me, & bibat.*

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

Qō an oĩs aqua ĩ sanguinem.

✤ 1 Feceruntque, &c. *Sed quæritur vnde habuerunt aquam conuertendam in sanguinem? Dicunt Hebræi quod non omnes aquæ Aegypti fuerunt conuersæ in sanguinem, sed sola aqua fluminis, & quæ inde manabat ad riuos & paludes, & quę inde hausta fuerat in vasis, prętet hanc autem erant aliquæ aquæ fontiũ in Aegypto, quæ non erant conuersæ sanguinem & inde fuit apportata magis: sed hoc videtur cōtrariari textui præcedenti, ubi dicitur:* Extende manum tuam sup aquas Aegypti, &c. *Ex quo videtur ꝙ omnis aqua Aegypti cōuersa fuit in sanguinē. Itē inf. dicitur:* Foderunt Aegyptii per circuitum fluminis aq̃ ut biberent: *nō tñ inueniebant nisi sanguinē, ut dicit Ioseph. Si aũt habuissent fontes aquas potabiles, non est uerisimile, ꝙ fodissent iuxta fluuium in sanguinē conuersum. Doctores autem nostri communiter dicunt, ꝙ fuerit apportata de terra Gessen, vbi habitabant filij Israel, & quod prædicta plaga nō fuit ibi. Sed hoc est contra hoc quod hic dicit Iosephus, quod ille fluuius ita ibi conuersus fuit in sanguinem, sicut & alibi: & hoc videtur verũ, quia aliter Aegyptii, qui cum Hebræis manebant in terra Gessen, nō fuissent afflicti in illa plaga, Quod autem Aegyptij manerent cum Hebræis, videtur ex hoc quod dicitur infra. 12. Quod acceperunt vasa aurea & argentea mutuo a vicinis. erat tamen aqua potabilis filijs Israel, quia statim cum hauriebant, reuertebatur ad naturam propriam, & ideo melius videtur* E *dicendum, quod ministerio dæmonum fuit apportata ipsis magis de terra quę est extra terram Aegypti. quod possunt facere mira celeritate.*

2 Impletiq; sunt septem dies postquam percul. &c. *quibus durauit plaga illa antequam fluuius ad naturam propriam reuerteretur.*

✤ CAP.

## ADDITIO VII.

*In cap. 7. ubi dicitur in postilla:* Dices ad Aaron.

*Ratio quam assignat. postillator ad hoc quod in hoc signo. s. virgę versę in colubrum, Aaron proiecit uirgam & non Moses, non videtur sufficiens. Tum quia licet de Mose probabilius suspicaretur, quod esset artibus ma-* B *gicis imbutus, quam de Aaron, nihilominus poterant suspicari quod Moses instruxisset ipsum Aaron de ipsa eiectione per artem magicam, quam sic diceretur nouisse. Tum quia in alijs plagis legitur quod Moses extendit virgam & non Aaron, vt patet in septima plaga. s. de grandine inf. 10. c. quod non debuisset facere Moses, sed Aaron, si prædicta ratio postillatoris valeret. Sed circa hoc videtur quædam prædictorum series attendenda. Pro quo sciendum, quod tanta humilitas erat Mosi, quod non poterat sentire, quod ipse esset idoneus nuntius ad istam liberationem. Vnde de hoc nunquam præbuit assensum, assignans defectum suę eloquentiæ, donec Deus assignauit sibi Aaron fratrem suum in socium, sic, ut Aaron loqueretur populo, non autem Moses, ut patet supba 4. capit. consequenter tamen Deus mandauit ipsi Mosi, quod loqueretur suijs Israel certificando eos de redemptione sua, quod, non fecit sine inter positione ipsius Aaron, cuius Mosi dictis non crediderunt* ex angustia spiritus, *vt supra 6. c. Consequēter autem in eodem Deus mandauit Mosi, quod loqueretur Pharaoni de hac materia, qui respondit more solito se excusando.* Ecco filii Israel non audierũt me, & quomodo audiet me Pharao, &c. *arguens* C *a fortiori, & tunc Deus commisit illam liberationem Mosi & Aaron similiter, ut patebat ibidem. Circa quod introduxit genealogiam vtriusque q. d. quod Aaron esset æqualis ipsi Mosi in hoc officio explendo & hoc, ut Moses non excusaret se sed magis inanimaretur ad acceptandum. Vnde genealogia expleta statim subditur,* Iste est Aaron & Moyses quib. Deus præcepit, ut educerent filios Israel de terra Aegypti, &c. *& quia consequenter in fine istius septimi cap. dominus ad Mosen singulariter loquens, ait:* Loquere ad Pharaonem regem Aegyptii omnia quę loquar tibi. *non faciendo mentionem de Aaron statim Moses alleuat defectum suum sicut supra. Vnde dixit Moses coram domino:* En incircuncisus labii sum, quomodo audies me Pharao. *q. d. quomodo mittis me sine socio prædicto, cum sim inhabilis. ad quod Deus qui humilia respicit, & humilibus dat gratiam, continue declarauit. quod illa humilitas Mosi merebatur exaltari. Vnde sequitur in princ. 7. capitu.* Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus. *q. d. non prætermitto Aaron, eo quod nolim eum mittere tecum, sed volo quod in altiori gradu sis. Vnde sicut prophetæ annuntiant verba de hominibus qui Deum non possunt vel non mererentur audire, vt in glo. sicut constitui te Deum Pharaonis scilicet quod Pharao communiter non audiat verba tua, sed ipsius Aaron interpretis seu prophetæ tui. Vnde sequitur:* Tu loquere omnia quæ mando tibi, ille. *s. Aaron loquitur ad Pharaonem, & eadem ratione infra eo. capitu. dicit:* Cum dixerit uobis Pharao, ostendite nobis signa dices ad Aaron Tolle uirgam tuam, &c. *hoc est dicere, Tu mandabis Aaron non solum verba quæ dicturus sum, sed signa quæ etiam sunt fienda, fien per eum sicut per prophetam fiunt miracula a Deo ordinata. Et nota, quod ex prędicto processu inter Deum & Mosen habentur duo. Primum, magna humilitas ipsius Mosi, quæ maxime pertinere ad illum qui dicitur esse rector populi, iuxta illud Matt. 20. d.* Quicunque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. *Secundũ vero est in prouidentia diuina quæ communiter exaltat humiles.*

## ADDITIO

*In cap. 7. vbi dicitur in post. Ad maiorem intellectum prædictorum quæritur utrum virtute dæmonum.*

*Nullus illorum modorum, quos postillator assignat consonat,* litera: *nā si magi Pharaonis serpentes aliunde virtute dęmonum apportauerunt, vel ibidem generatos non ex virgis, sed ex alijs rebus supposuerunt, tunc virgæ eorum non fuerunt versę in dracones, quod tamen litera protestatur dicens:* Proiecerunque singuli uirgas suas, quæ uersæ sunt in dracones. *Similiter si illi serpentes erant tantum secundum apparentiam & non secundum rem, non est verum quod virgæ fuerunt versæ in serpentes Vnde melius videtur dicendum quod dæmones Deo permittente subito tal a seminalia rerum adhibuerunt, per quæ virgæ sine multis transmutatio-* F *nibus & sine temporis mora perceptibili verterentur in dracones, & hoc virtute naturali talium seminalium rerum a quibus talis conuersio sicut ab agente proprio creatur, a dęmone tamen applicatiue & mysterialiter tantum & sic est verum quod litera sonat scilicet quod proiectę virgę singulorum scilicet magorum versæ sunt in dracones Si autem dicatur, quod non reperitur in creaturis aliqua virtus naturalis, quæ virgam conuertat in serpentem, sine multis transmutationibus intermedijs, quę requirunt magnam moram temporis. Ad hoc dicendum secundum sanctum Thom. in 1. parte. q. ccx. art. vlt. in responsione ad 2. argu. quod non omnis virtus naturæ creatæ est nobis nota. & ideo cum aliquid fit præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ sicut in hoc loco modo prædicto, miraculum posset diei non suppliciter, cum non sit contra ordinem totius naturæ creatæ nobis notæ seu quo ad nos qui huiusmodi virtutes in elementis mundi latentes ignoramus & hoc videtur sentire Aug. qui in hoc loco in glo. sic dicit quod dæmones dum per incantationes eorum malefici aliquid efficere conantur, discurrunt per mundum & subito eorum semina de quibus hoc agitur afferunt, sicque ex illis permittente Deo nouas rerum species producunt. hæc ille. Si autem contra prædicta dicatur, quod ex hoc tolleretur efficacia miraculorum ad veritatem fides confirmandum, quod est contra Mar. vlti. d.* Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. *nam illa quæ per dæmones fiunt pręter naturam nobis notam sic sunt miracula quo ad nos, sicut illa quę fiunt virtute diuina. Ad hoc dicendum secundum Aug. in lib. 83. q. quod cum talia faciunt magi qualia sancti, diuerso tamen fine & diuerso iure fiunt. illi enim faciunt quęrentes gloriam suam, illi vero quærentes gloriam Dei, Similiter isti faciunt per quædam priuata commercia, illi autem publica administratione & iussu Dei cui subiecta creatura subiecta est, & de hac materia vide in j. parte quæstione cxiij.*

A *ADDITIO III.*

*In eod. c. 7. vbi dicitur in postilla.* Dic ad Aaron.

*Hæc ratio quam assignat Post. ad hoc quod hæc percussio fuit facta per manum Aaron, & non per manum Moysi fuit improbata supra in additione 1. huius cap. vbi fuit alia ratio quæ verior videtur assignata vide ibi. Alia vero ratio quæ assignatur a Iudæis scilicet eo quod Moyses fuit saluatus de flumine, nulla est, nam tertia plaga fuit etiam facta per Aaron, & non per manum Mosi, licet illa plaga non pertinebat ad fluuium, ut patet de se.*

*REPLICA correctorij contra Burg. volentem apparentia esse vera. cap. 7. Vbi postillator reddit rationem quare prima signa facta sunt per Aaron, & non per Mosen, quia videlicet Moses potuit haberi suspectus de magica arte, non Aaron, Bur. opponit primo, quod Aaron simili modo potuit haberi suspectus, quasi eam a Mose didicerit. Secundo, quia Moses ultima signa fecit non Aaron, quod non debuerit si suspectus haberetur, & si ratio postillatoris valeret. Respondeo hic ad primum, quod non Moses & Aaron non fuerunt diu simul conuersati. constitit enim Aegyptijs Aaron semper in Aegypto educatum. Mosen autem foris, docere autem artem magicam uel addiscere requirit tempus, ideo probabiliter Aaron non potuit esse suspectus quod a Mose didicisset, cum quo non fuit diu conuersatus, ut patet in litera. Ad secundum dico, quod post sex plagas poterant Aegyptij probabiliter intelligere artem magicam non interuenisse, quia in tertia plaga etiam digitum Dei recognouerunt malefici Pharaonis, ut dicitur, 8. c. Ex tunc ergo potuit Moses sine suspicione uti eadem virga & Aaron indifferenter. ratio autem Burg. quam adducit non est ad laudem Mosi, sed potius ad uituperium, dicit namque quod Moses ex pusillanimitate primo per se non fecerit signa, sed per medium Aaron; quia dicit cum assuesceret stare coram Pharaone quasi prius timuisset, quod nō sonat in uirtutem Mosi habentis dominum pro autore, sub cuius nutu nemo uirtuose timet hominem quemcunque.* D

*In eod. cap. ubi postillator disputat de conuersione uirgarum in serpentes, videtur inclinari ad hoc, quod conuersio uirgæ magorum fuit solum apparens non existens. Burgen. contradicit, sed rationibus postillatoris non satisfacit. & ratio, quam ipse Burg. adducit, non valet. arguit enim sic: si uirgæ magorum solum secundum apparentiam versæ sunt in serpentes, igitur non est verum quod dicitur in litera:* Conuersæ sunt virgæ in dracones; *Respondeo quod verum est quod dicitur in litera, ideo stant bene simul, uerum est virgas versas in serpentes, sed non vere, sed apparenter. hunc modū dicendi videtur innuere textus dicens, Fecerunt autem malefici per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam similiter, sed non dicitur simile, vt innuatur modus similitudinis in apparentia, sed non similitudo in existentia, non enim semper litera est falsa, quæ narrat apparentiam non existentiam. Luc. 14. dicitur quomodo dominus Iesus non peregrinus existens, peregrinus apparuit, existens in specie propria, apparuit in aliena, nec tamen subfuit falsum propter mysteriū, sicut nec in fictione quando fingebat se longius ire, Cum Burgen. etiam sentiendo magnam partem scripturæ falsificaremus, quæ est de apparitionibus angelicis & diuinis. Deus enim ignis corporalis non existens & columba, apparuit in igne et columba, et sic de alijs. Quid igitur mirum, si Dei permissione hac mutatio virgarum in serpentes apparuit, quæ tamen secundum rem mutatio non fuit propter rationes postillatoris & aliorum doctorum a Burgensi non solutas.* ¶ E

---

## CAP. VIII.

a RAnis St ab. Tria sunt genera ranarum. Vnum fluuiale & uocale. Alterum eius quæ calamita dicitur, de qua fertur, quod si in os latrantis canis proiicitur statim obmutescit. Tertium, eius, quæ rubeta dicitur, eo quod in uepribus agat. *(Ranarum genera.)* B

✻ THEODORETVS. Illud quoque obseruatione dignum est, ranas aquis eductas fuisse, Cyniphes uero ex puluere, cynonyam uero hanc infligere uoluit Deus, ut hinc discerent, quam facile domino etiam absque aquis & terra producere quæcunque uelit. *(Quæst. 20 in Exod.)*

ORIGE. Ranæ significant carmina poetarum, quæ inani & inflata modulatione vel ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerūt. ad nihil enim animal illud utile est nisi q̄ sonum uocis improbis, & importunis clamorib. reddit. *(Hom. 4. Poetę per ranas.)*

RABBANVS. Secundū preceptū: *Non accipies nomen Dei tui in vanum.* Nomen Dei ueritatis est Ipse enim ait. *Ego sum veritas* qui loquitur ueritatem de Deo loquitur, *qui enim loquitur mendacium de suo loquitur.* Veritatem enim loqui est rationabiliter loqui, uanitatem loqui strepere est. Secundū ergo præceptum est de dilectione ueritatis, cui contraria est dilectio iniquitatis. Loquitur ueritas, perstrepit uanitas. Huic contraria est secūda plaga, ranarum abundātia, quarum loquacitas uanitate significat. Amatores veritatis nō accipiunt nomen Dei in vanū, qa à veritate in uanitatē nō recedunt. Qui autē ueritati contradicūt & uanitate decepti decipiūt, ranæ sunt, tędium inferētes auribus, non cibum mentib. Audi homines rōnabiliter loquentes, Psa. xviii. a. *Non sunt loquelæ neque sermones quorum nō audiētur voces eorū.* Audi ranas, *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. &c.* *(infr. 20. b. Io. 14. a. Io. 8. f.)* C *(Psal. 11. a.)*

GREGORIVS. Nyss. Pro ranarum specie deformi, & loquaci cui dubia uita (nā & aquaticū & terrestre animal est) cuius saltus repens, aspectus turpissimus, cuius e corpore fętor emittitur, quod domos lectulos & penetralia Aegyptiorū sordidat, uarios malitiæ corruptionisque fętus, qui ex fœtido hominum corde, nascūtur, intelligimus. Hæc immunda ranarum multitudo, domos eorum qui Aegyptiacè, id est, uitiosè uiuere malunt, habitat. In mensis eorum abundat, in lectulis, abditis rebus inuenitur. Vere namque sordida luxuriosaque uita ex fœtido limo passionum profecta, dubium quoddam animal. *(Lib. de vita Moysis.)*

## CAP. VIII.

1 DIXIT quoque dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit dominus: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes a terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, quæ ascendent, 2 & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & su 3 per stratum tuum, & in domos seruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in † reliquias ciborum tuo- 4

a ¶ Hic locutio, vt ipsæ ranæ plagæ intelligantur.

*(† Massas tuas vox Hebrea cu significat quicqdsic cum in vasis relinqtur & non effluit.)*

---

## NICOLAVS DE LYRA Cap. VIII.

1 DIxit quoq; dominus ad Moysen. *Hic describitur secunda plaga, cuius præmittitur comminatio. Secundo subditur inflictio, ibi:* Dixit quoque dominus. *Et Tertio eiusdē remotio ibi:* Vocauitque Pharao. *Circa primum dicitur.*

2 Ecce ego percutiam, &c. *Diuersi generis, inter quas aliæ fuerunt venenosæ.*

3 Et ebulliet, &c. *id est, magna abundantia emittet, quod signat nomen ebullitionis. Ex quo patet, quod ista plaga fuit facta in elemento aquæ, sicut & prima. & correspondet culpæ puerorum ibidem submersorū, quia hoc modo interficiebantur, vt cum minore tumultu & strepitu extinguerentur, ut dictum est supra cap. primo. propter quod iusto Dei iudicio inde exierunt ranæ in maxima multitudine Aegyptios infestantes sua importunitate, loca omnia Aegyptiorum subintrantes & eos crucians do inquietantes.*

4 Super stratum tuum & in domos ser. &c. *In hac percussione primo nominatur rex, qui plus peccauit, & post populus subditus qui sibi consensit.*

✻ 1 Et

---

## *MORALITER.*

† 1 *Dixit quoque dominus ad Moysen.* Hic agitur de tribus plagis Aegypti prima est plaga ranarum, de qua dicitur.

2 *Ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.* Per ranas uero quę morantur in aquis immundis scilicet in paludibus & fossatis, & sua crocitatione inquietant, significantur & aduocati in delitiis carnis immunde uiuentes, & sua loquacitate prolō gādo causas mundum qui per Aegyptum significatur, inquietāt multipliciter & perturbāt, & exemplo suę immūditiæ multos fœdāt, sed per Moysen ducem & per Aaron pōtificem restringuntur, quod notatur cum subditur.

5 *Constitue*

mal. Homo natura est qui ita viuit electio. ne vero pecus, pecu deque sordidius.

Quæst. 23 2 *Fecerunt autem &c.* AVG. Quæritur vnde si iam vbique factum erat. Sed similis quæstio est. Vnde aquam in sanguinem verterint, si iam tota aqua Aegypti in sanguinem versa fuerat. Sed intelligendum est regionem, vbi filii Israel habitabant talibus plagis non fuisse percussam, & inde potuerunt incantatores haurire aquam, quam in sanguinem verterent, vel ranas educere ad ostentationem magicæ potentiæ quamquam potuerunt, etiã postquam illa completa sunt facere: sed scriptura narrando cõiunxit quod postea fieri potuit.

†17. dis. c. legimus §. hinc etiã.

B ✻ PROCOP. Soluitur dubitatio, vbi nacti fuerint magi aquam, quam in aliam transferrent speciem. Scriptura non deserte docet cruorem illum perseuerasse septem diebus integris. Verisimile siquidem est, vbi primum aqua sanguinis naturam induerit, eandem continuo vbi diuina virtus ex eo miraculo patuit, exuisse, & ad suam rediisse naturam. Quapropter, Magi vbi hauserant aquam, eandem quoque transmutarunt in sanguinem.

in cap. 7. †pp ranas quas posuerat. C. † Fœtuit

rum, & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes seruos tuos 1 intrabunt ranę. Dixitque dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: 2 Extende manum tuam † super fluuios, & super riuos ac 3 paludes, & educ ranas super terram Aegypti. † Extendit Aa-

a ¶ Carmina Poetarum.

ron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt ranę, operueruntque terram Ægypti. Fecerunt autem malefici per a incantationes suas similiter, eduxeruntque ranas super terram

a ¶ Flagellatus resipiscit, qui antè dicebat nescio dominum.

Ægypti. Vocauit autem Pharao Moysen & Aarõ, & dixit eis: 4 Orate dominum, vt auferat ranas à me & a populo meo: & dimittam populum, vt sacrificet domino. Dixitque Moyses 5

a ¶ Vt nostra oratione non fortuito casu intelligantur recessisse ranę ab Aegypto.

† Pharaoni: Constitue mihi, quãdo deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranę a te, & a domo †

a ¶ fluxu, scilicet pœna mundi.

b tua, & a seruis tuis, & a populo tuo, & tantum in flumine remaneant. Qui respondit. Cras. At ille: Iuxta verbum tuum, in 6 quit, faciam: vt scias, † quia non est sicut dominus Deus noster: & recedent ranæ a te & a domo tua, & † a pueris tuis, & a populo tuo, & tantum in flumine remanebunt. Egressiq; sunt 7 Moyses & Aaron a Pharaone, & clamauit Moyses ad domi-

¶ Pepigerat.

num † pro responsione ranarum, quã condixerat Pharaoni.

Delecta poetarum figmenta.

Fecitq; dominus iuxta verbũ Moysi, & mortuæ sunt ranę de 8 domib. & de illis, & de agris. Congregaueruntq; eas † in im- 9 c mẽsos aggeres, & † cõputruit terra. Vidẽs aũt Pharao, ꝙ data 10

D b *Cras.* THEOD. Pharao cum scire vellet an Moysi & Aaron preces aliquid apud Deum valerent, illis enim p noctẽ quiescere existimabat, ait, *Cras*, vt ipsemet ad fluuium profectus, videret an ranę cessasset. Quamobrẽ Deus vt Moysi crederetur, non tantum eo ipso tempore quo Moyses constituerat, ranas cessare fecit, sed & eas quæ in terra erant interire iussit. vt ne easdem rediisse existimarent.

*Cum virga tua.

c *Videns autem, &cæt.* AVGVST. Hic apparet non ideo tantum Pharaonem obduratum, quod incantatores similia fecerunt, sed etiam propter ipsam Dei patientiam qua parcebat, quæ secundum corda hominum quibusdam vtilis est ad pœnitendum, quibusdam inutilis ad resistendum Deo, & in malo perseuerandum non tamẽ per seipsã inutilis est, sed secundum cor malum, secũdũ illud Ro. 2. a. *Ignoras quia patientia Dei ad patientiam te adducit: Secundum autem duritiam cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram. &c.* Nam cum Apostolus diceret, 2. Corinth. ii. d. *Christi bonus*

Quæst. 24 †Ad Pharaonem. E Et a seruis tuis, & a populo tuo. †Quoniã. †a seruis. †in aceruos, per aceruos, siue aceruatim.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et ad te & ad populum tuum & ad omnes seruos tuos intrabunt ranæ. *Dicunt Hebræi, quod non solũ intrabant ranę loca Aegyptiorum, sed etiam corpora eorum, ut per os quando dormiebant ore aperto, & per alios meatus, per quos poterant introire.*

2 Dixitque dominus ad Moysen. *Hic describitur huius plagę inflictio, cum dicitur.*

3 Dic ad Aaron extende manum tuam super fluuios, &c. *Ista plaga sicut & præcedens facta fuit per manum Aaron, & non per manũ Moysi ex eisdem causis, quibus dictum est de prima.*

4 Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron & dixit eis Orate dominũ vt auferat ranas a me & a populo meo. *Hic describitur prędictę plagę remotio, rege simulante petitioni Moysi & Aaron se acquiescere, cum dicitur:* Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron &c. *Sed quæritur quare non vocauit eos ad amotionem primę plagę? dicẽdum quod hoc fuit, quia magis fuit afflictus de secunda, quia ipse et alij potentes habebant vinum et alios liquores, quos poterant bibere septem diebus, quibus durauit illa plaga, sed ab importunitate et fœditate ranarum non poterant se defendere. Item ista secunda plaga plus durauit quã prima, et ideo coactus fuit vocare Moysen et Aaron, qui prius non permittebantur ingredi, et rogare eos, quod fuit magna pęna sibi cum esset superbissimus.*

5 Dixitque Moyses Pharaoni, Constitue mihi quando deprecer pro te, & pro seruis tuis & p populo tuo, vt abigantur ranę à te & a domo tua & a seruis tuis & a populo, &c. *Videtur quod Moyses hic tentauerit dominum ponendo tempus determinatum, secundum quod dicitur Iudith. 8. b.* Et qui estis uos qui tentatis dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorem accedat. Et posuistis tempus miserationis domini, &c. *Item promisit quod non erat in potestate sua, quod videtur fatuum et præsumptuosum. Dicendum, quod non fuit ibi tentatio domini, quia Moyses a principio per reuelationem Dei fuit certificatus quod talia fierent ad nutum eius. Vnde dixit ei:* Et constitui te Deum Pharaonis, supra 7. c. *et per hoc patet, quod non fuit promissio indiscreta vel præsumptuosa. Itẽ quæritur, quare Moyses posuit hoc in arbitrio Pharaonis dicens:* Constitue mihi quando deprecer pro te &c. *Dicendum quod hoc fuit ad excludendum suspicionem, quę posset haberi contra eum faciendi talia artibus magicis, vel virtute alicuius constellationis determinatæ.*

F

6 Qui respondit. Cras. *Quæritur quare Pharao in crastinum distulit cum maxima necessitate vrgeretur. Dicendum quod credebat, si arte magica essent adductæ ranæ, maleficium illud per se deficeret, et ideo hoc aliquantulum experiri voluit, non tamen multum distulit propter necessitatem vrgentem.*

Questio.

7 Egressique sunt Moyses & Aaron a Pharaone, &c. *Non enim voluerunt ipso præsente orare, quia in domo sua erant idola, et homines dediti idololatriæ.*

Quæstio.

8 Congregaueruntque eas in immensos aggeres. *Per hoc uidetur quod Moyses non impleuerat promissum quia dixerat:* Et tantum in flumine remaneant. *Dicendum quod non promiserat eas reducere ad fluuium, sed quod vltra de flumine non exirent, et quod illæ q exirent, amplius ipsum non infestarent.*

9 Et computruit terra, *ex cadaueribus ranarum.*

10 Videns autem Pharao quod data esset requies & cæt. *sic faciunt*

MORALITER.

5 *Constitue mihi quando deprecer. etc.* Sequitur. † *vt abigantur ranæ à te, et domo tua et à seruis tuis, etc.* Per quod designatur, quod principes & prelati in suis curiis debẽt restringere aduocatorũ loquacitatẽ. Secũda plaga est cyniphũ, quæ pp sui subtilitatem vix videri possunt, & tamen acriter pungunt, & significant detractores, qui vix possunt cognosci, eo quod in presentia vngũt & in absentia grauiter pungunt. Per ipsos aũt affligitur Aegyptus, id est, mundus, quia pronocant rixas, & bella. Eccles. xxviii. *Susurro et bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes.* Tertia plaga est muscarũ diuersi generis, de qua dicitur.

A bonus odor sumus in omni loco, adiunxit in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Non dixit Christi bonum odorē se esse his qui salui fiunt, malum autem his qui pereunt, sed tantum bonū odorem se dixit. Illi vero tales sunt, qui bono odore pereunt secūdum cordis sui qualitatem, quæ mutanda est bona volūtate in Dei gratiā vt incipiat ei placere iudicia Dei, quæ malis cordibus nocent. Vnde ille mutato corde in melius cātabat. Psal. cxviij. y. Viuet anima mea & laudabit te, iudicia tua iuuabunt me, non dixit munera vel præmia, sed iustitia tua.

✠ GREGO. NISSENVS. Vides hic clare Pharaonem ipsum, non Deum cor eius ingrauasse, & obstinatum reddidisse. Quod si induratum à Deo tyrannum fuisse quandoque in scriptura dictum reperetis, non te perturbet, neque idcirco nequitiæ suæ pœnas euasisse ipsum putes, quoniam diuina potentia quasi coactus peccaret. Simile est quod Apostolus dicit, Tradidit illos Deus in reprobum sensum. Non enim turpitudini Deus quem quam tradit, nec Pharao nolens à Deo in duritiem impellitur. Nam si Dei voluntate ita fieret, nec turpitudinis & vituperationis, hæ passiones appellarentur, nec vlla esset inter virtutē & vitium differentia. Et quemadmodū si quis de homine qui in foueam decidit, quoniam solem nō vidit idcirco in foueā ipsum incidisse asseueraret, nullo modo nobis in mentem veniret ab irato sole in foueam delapsum, sed quia cæcitate sua solē aspicere, nō potuit: sic oportet scripturę huiusmodi locos accipere.

a Extende virgā, &c. Moses virga castigans Aegyptum, legem significat, quæ mundū decem plagis mandatorum corripit. Virga quoque per quā Aegyptus corrigitur, & Pharao superatur, crux Christi est, per quam mundus vincitur, & diabolus superatur vel triumphatur. Virga proiecta fit serpens. qui sapientiā significat secundum illud Matth. x. b. Estote prudentes sicut serpētes &c. Virga serpētes magorum deuorauit, & crux Christi cuius prædicatio videtur stultitia, omnem sapientiam mūdi superat. Vnde, de me enim ille scripsit: Virga in terrā proiecta uersa est in serpentem, quia cum mysterium crucis ad fidem hominū venit, sapientiam mundi stultam fecit.

b Et sint cini. &c. ORIGEN. Hoc animal pennis suspenditur per aera volitās, sed ita subtile & minutum, vt oculi visum nisi acute cernentis effugiat. Corpus tamen cū insederit, acerbissime terebrat stimulo ut quod uolans uidere quis non valet, sentiat stimulantem. Hoc ergo animal arti dialecticæ coparatur, quæ minutis & subtilib. verborū stimulis animas terebrat, in tāta caliditate circumueniens, vt deceptus nec videat nec intelligat, vnde decipiatur.

✠ PHILO IVDAEVS. Ea bestiola tametsi exigua admodū sit infestissima tamen solet esse. Non solum enim summā cutem lædit, pruritū infensum immittens ac noxium, sed etiam interius penetrat, per nares aut aures. Lædit etiam oculos nisi quis cautus fuerit.

GRAECVS. Per hæc autem minima præstātem atque inuictam suam potētiam Deus ostendit.

RABBA. Tertium præceptum. Memento diem sabbati sanctificare. Quo insinuatur vacatio & tranquillitas mentis, quam bona conscientia facit. Ibi sanctificatio, quia ibi spiritus Dei. Vnde super quem requiescet spiritus meus nisi su. hu. & q. ve. &c. Inquiete ergo à spiritusācto resiliūt, prouocatores rixari, amatores cōtumeliarū, nec admittūt quietē sabbati spiritualis, Esto ergo māsuetus, nō sit tumultus in corde tuo uolitātib. per corruptionem phantasmatibus & pungentib. te. Audi Deum dicentem Psalm. xlv. b. Vacate et videte quoniam ego sum Deus. Tu per inquietudine non uacare nō uis, & cæcatus exigis uidere, quod non potes. Attende enim contrariā plagam: ciniphes, nati sunt in terra Aegypti de limo muscæ scilicet minutissimæ, īquietissimæ, inordinatè uolitantes, in oculos ruentes. & negātes hominibus requiē, dum abiguntur redeuntes, sic phantasmata īquietorum. Præceptum tene, plagam caue.

✠ RVPERTVS. Puluerem terræ percutere & Cyniphes facere, est in condemnationem superbiæ hominis, qui utique pulvis est, talia, in scripturis uerba facere, quæ sensus audientiū quasi intelligere digni, non sunt, à uero repellant, quemadmodū ciniphes, & oculis ne uideant, & auribus ne libere audiant, molestæ atque importunæ existunt.

c Erantque cinphes. Sanguis est doctrina philosophorom. Ranæ figmēta poetarum. Ciniphes sophismata Dialecticorum, quæ omnia mundum deceperunt.

D Digitus Dei, & cætera. ISI. In tertio signo magi deficiunt dicētes: digitus Dei est: qui typū hæreticorū & animositatē habuerūt. unde, Sicut Ioannes & Mambres restiterūt Moysi, ita & hi resistūt veritati homines mēte corrupti reprobi circa fidē, &c. Hi autē qui per mētis corruptionē inquieti fuerūt in tertio signo defecerūt, fatentes

Marginalia: †Locutus fuerat. †Pediculi. vbi supra. †Hoc. †infra. 9. c. Rom. 1. Mysticè. Ioan. 5. vbi supra. De vita Mosis. Moraliter. Isa. 66. Li. 1. in Exod. c. 35. 2. Tim. 3. b.

esset requies, ingrauauit cor suum, & non audiuit eos, sicut † præceperat dominus. 1 Dixitque dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron: a Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, 2 b & sint † ciniphes in vniuersa terra Aegypti. 3 Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens: percussitque puluerem terræ, & facti sunt ciniphes in hominibus & iumentis. Omnis puluis terræ versus est in ciniphes per totam terram Aegypti. 4 Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, c 5 vt educerent ciniphes, & non potuerunt. Erantque ciniphes tam in hominibus quam in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: 6 Digitus Dei est † hic. † Induratumque est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat dominus. 7 Dixit quoque dominus ad Moysen: 8 Consurge diluculo, & 9 sta coram Pharaone: 10 Egredietur enim ad aquas, & dices ad eū:

¶ Dialecticæ argutiæ, vel heretici qui dialecticis syllogismis indoctos decipiunt.
a ¶ Facere conati sunt extendendo scilicet manus virgas tenentes.
a ¶ Operatio. ¶ Spiritue qui dat diuisiones gratiarum. ¶ Non emendatum. ¶ Quantum deceant magi. b ¶ Praua qualitate infectum.
a ¶ Resistite diabolo & fugiet a vobis, Ia. iiij. b. Fortis Immobilis. b ¶ Fluxum seculi, scilicet quem amat Pharao vel populos quos facile decepit.

## NICOLAVS DELYRA.

✠ ciunt multi qui cum in afflictione positi sunt, multa Deo promittunt, sed extra periculum positi retractant.

1 Dixitque dominus ad Moysen. Hic describitur tertia plaga, & non præmittitur hic comminatio sicut in duabus præcedentibus, quia Pharao sic induratus dignus est percussione absque præcedenti comminatione: & ideo statim ponitur huius plagæ inflictio: cum dicitur.

2 Extende virgam tuam & percute puluerem, & cætera. Fuit enim ista plaga pro lucta ex elemento terræ, & respondet culpæ Aegyptiorum qua afflixerunt filios Israel in operibus terrenis scilicet luti & lateris.

3 Et sint ciniphes, &c. Muscæ sunt subtiles & minutæ, & tamen corpus, cui insident acerbissimo terebrant stimulo, vt dicit Origenes. Hebræi autem & Iosephus dicunt pediculi, qui in tanta multitudine creuerunt super homines & bestias, quod nullo medicamine eis poterat subueniri.

4 Feceruntque similiter malefici. Id est facere conati sunt.

5 Et non potuerunt. Causam huius assignant aliqui Hebræi dicentes, quod dæmones, quorum virtute vtuntur magi, non habent potestatem super aliquod corpus, quod est minus grano hordei, quod apparet irrationabiliter dictum quod enim habet potestatem super maius, habet potestatem super minus, sed non econuerso & ideo causa huius est, quia dæmones nihil possunt, nisi quantum permittit voluntas diuina. in hoc autem à Deo fuerant impediti, vt magi qui Mosi resistebant, essent magis confusi in hoc, quod rem minimam facere non potuerunt, vnde & dixerunt.

6 Digitus Dei est hic. Id est virtus diuina nos impediens, vnde coacti sunt recognoscere diuinam virtutem, & hæc expositio est communis apud catholicos & Hebræos. Sed quia dicti magis non cessauerant propter hoc resistere Mosi & astare Pharaoni, vt habetur sequenti capitulo ideo posset aliter exponi sine præiudicio tamen, quod non confessi sunt virtutem diuinam dicentes. Digitus Dei est hic. sed virtutem alicuius dæmonis superioris impedientis per artem magicam operationem inferioris sicut Pharisei imponebant Christo expulsionem dæmonum per principem eorum dicentes. In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Luc. 11. c. & sic non confitebantur Mosen Dei seruum, sed magum. Et secundum processum textus uidetur ad hoc tendere intentio ipsorum & Pharaonis, quod crederetur Moses facere signa artibus magicis quæ faciebat.

7 Dixit quoque dominus, &c. Hic ponitur quarta plaga, cuius premittitur comminatio, & subditur inflictio, ibi. Et uenit musca. Circa primum dicitur Moysi.

8 Consurge diluculo. In quo notatur quod homo debet esse sollicitus de implendo mandatum Dei.

9 Et sta coram &c. Constanter & intrepide.

10 Egredietur enim, & cætera. Et sic de facili poteris ad eum accedere. Queritur hic, quare ita frequenter Pharao egrediebatur ✠ ad aquas

tentes sibi aduersum spiritum sanctū, qui erat in Mose. Tertio enim ponitur loco spiritus, qui est digitus Dei q sicut placatus requiem præstat mitib. & humilibus corde, ita iratus immites & superbos per inquietudine exagitat, quā muscę grauissimæ significauerunt, sub quib. magis defecerunt dicentes, *Digitus Dei est hic*, ne intelligant. Vnde decipiātur.

b *Omne genus*. ISID. Quarto loco Aegyptus muscis percutitur. Musca autem insolens & inquietum animal est in qua insolentes curæ carnalium desideriorū figurātur, Aegyptus vero muscis percutitur, quia corda eorum, qui seculum diligunt, desideriorum inquietudinibus feriuntur. LXX. cynomiā, id est, muscam caninam posuerunt per quam canini mores significantur, in quibus humanæ mentis voluptas & libido carnis arguitur. Potest etiam forensis eloquentia hominū significari per muscā caninam q velut canes alterutrum se lacerant.

(D) Musca. Mysticè.

a Hæc dicit dominus: Dimitte populum meum, vt † sacrificet mihi. Quód si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, 1 b & in seruos tuos & in populum tuum, & in domos tuas omne 2 genus † muscarum, & implebuntur omnes domus Aegyptio- 3 rum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint. 4 ¶ Propinquitas interpretatur. c † Faciamque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus 5 meus est, vt non sint ibi muscæ, vt scias quoniam ego dominus in medio terræ, ponamque † diuisionem inter populum meum & 6 ¶ Orationibus. inter populum tuum. Crat enim erit signū istud. Fecitque domi- a ¶ Multitudo muscarum. ¶ Impetus & turba cogitationem, quę maxime rationibus occurrunt. d nus ita. Et venit † musca grauissima in domos Pharaonis, & 7 Terrenos seruorum eius, & in omnem terram Aegypti. Corruptaque 8 ¶ Terreni. ¶ Caninis moribus, importunis cogitationibus. est terra ab huiuscemodi muscis. Vocauitque Pharao Moy- 9 a ¶ Aegypto, scilicet nolebat eos ire quo dicebant, ne longe a se recederent. sen & Aaron: & ait eis: Ite, sacrificate Deo vestro in terra hac. 10

† Seruiat.

† Et separabo.

† Redemptionem.

† Ferarum vox Hebr. significat oē genus bestiarum noxiarum serpentes quoqueac scorpiões & infra. vbi supra, cap. 34. † Oē bestia rum noxiarum gen⁹.

STRAB. Notandum, quia tertio signo victi sūt magi, quia omnis pdidia & mūdana sapiētia vel philosophia fide trinitatis vincit. Cū.n. philosophiā inuenerint & de machina totius mūdi disputauerit, ad cognitionē trinitatis puenire nequerūt, per digitū spiritus sanctus itelligitur, nō quod minor sit patre & filio, sed qa i digito plurime diuisiones sunt, & p spiritumsanctū dat diuisio gratiarum.

Historicè.

✻ RVPERTVS. Grāde spectaculum Deus vniuerso orbi præstitit, cum super biā Aegyptiorū non de leonibus & vrsis sed de ranis domuit & muscis.

PROCOP. Deus non magis bellis vtitur in expugnādo Aegypto, sed contēptissimarū bestiolarum & insectorum ministerium accersit ne. sillarum potentiæ ascriberetur effectus. Abiectis illis & infirmis bestiolis tribuit vires inexpugnabiles, adeo vt desperet Aegyptus se posse illis bestiolis resistere, & clamitet, *Digitus Dei hic est*. Nā manum Dei non ferret vniuersus mundus conglobatus.

(E)

(B) Quęst. 25. AVGVS. Quod dixerunt magi ad Pharaonem, *Digitus Dei est hic*. Quia non potuerunt educere Ciniphes, senserunt cum artium nefariarum scirent potentiam) non talibus artibus tanquam potentior esset in eis Moses se fuisse frustratos, sed digito Dei, qui operabatur per Mosen, qui est spiritussanctus. Quod enim alius euāgelista ait. *In digito Dei*. alius exposuit dicens, *in spiritu Dei*. Cum ergo magi faterentur (in quorum potentia Pharao confidebat) digitum Dei esse in Mose, in quo superātur eorum veneficia *induratum est* tamen *cor Pharaonis*. Cur autem in tertia plaga magi defecerunt, sentire explicare difficile est. Poterant enim in primo signo deficere, vbi virga versa est in serpentem, & in prima plaga vbi aqua versa in sanguinem, & in secūda de ranis, si hoc voluisset digitus, id est, spiritus Dei. Quis enim dixerit digito Dei in hoc signo potuisse magos impediri, & non in superioribus? Certa est ergo causa, quare hucusque facere permissi sunt (C) Cōmendatur enim fortasse trinitas, & quod verū est, sūmi philosophi gentiū quantū in eorū literis indagatur, sine spiritusancto philosophati sunt, quamuis de patre & filio non tacuerunt.

Luc. 11. c.

Quæstio.

Sap. 16. b.

a *Hæc dicit do. &c.* RABB. Quartum præceptum: *Honora patrem tuum & matrem tuam*. Huic contraria est quarta plaga scilicet. cynomia .i. canina musca, caninum est parentes nō agnoscere. Vnde catuli eorum cæci nascuntur.

ORIG. Cynomia hæreticorum secta, qui ad reliquias deceptionis improbitates voluptatem & libidinem summum prędicāt bonum. Quoniam igitur per hęc singula prius deceptus est mundus, merito aduenies sermo & lex Dei huiusmodi correptionib. arguit, vt ex qualitate pœnarum qualitates proprii cognoscant erroris.

c *Faciamque mirabilem, &c.* AVG. Hoc in priorib. signis intelligēdum est factum esse, vt terra in qua habitabat populus Dei nullis talib. plagis vexaretur. Oportunum aūt fuit, ubi hoc aperte poneretur. Vnde iam incipiunt signa, quib. magi similia nō conati sunt facere. Pro certo est.n. quia ubique fuerant ciniphes in regno Pharaonis, non aūt fuerant in terra Gessen vel Gesen. Ibi conati sunt magi similia facere nec potuerunt, quousq; ergo deficerent, nihil de illius terrę separatione dictum est. Sed ex quo cęperant ea fieri, quę illi nec auderent conari.

Quęst. 26. (F)

d *Et venit musca grauissima, &c.* AVG. Musca pro multitudine muscarū posita. Nescio: n. quo p loquēdi cōsuetudinē imbutis ☞ sensibus

Ibidem.

b Omne

## NICOLAVS DE LYRA

✻ *ad aquas hora matutina, dicunt aliqui quod erat causa spaciandi. Hebræi autem dicunt, quod erat causa idololatrandi, quia Nilus fluuius facundabat sua irrigatione terram Aegypti, ideo ipsum colebat ei reuerentiam exhibendo. Alij autem dicunt, quod hoc erat causa idololatriæ, sed aliter, scilicet Api. quia Api; quod apud Aegyptios maximum nomen reputabatur, aliquando ibi apparebat in specie tauri de flumine consurgentis. Aliter, autem potest dici, quod erat causa purgationis credebat enim forte quod sicut aqua purgat feces corporales, ita & mentales. Vn & de filia Pharaonis dictum fuit, 2. capitu. quod descendebat vt lauaretur in flumine, cuius causa potuit esse eadem. Ad hoc autem est argumentum, quia Sarraceni, qui modo terram Aegypti inhabitant, talibus ablutionibus vtuntur ad emundationem peccatorum, & forte tenent hoc ex ritu antiquo Aegyptiorum, sicut & aliqui Christiani inclinant in ortu solis se versus illam partem, retinentes in hoc modum paganorum, qui eos in eadem terra præcesserunt, secundum quod dicit* Leo *papa.*

1 Ecce ego immittam, &c. *Principaliter quia rebellas mihi.*

2 Et in ser. &c. *Qui assistunt tibi.*

3 Et in &c. *Tum quia tibi assentiunt, tum quia propter peccatum principis bene punitur populus.*

Mysticè.

4 Omne genus musca, &c. *Quarum aliqui habebant aculeos venenosos. In Hebræo habetur.* Commistionem. *Et dicunt Hebræi & Iosephus, quod per istam commistionem non intelligitur multitudo muscarum, sed multitudo animalium diuersorum generum, quæ erant terribilia aspectu & nociua morsu, ita quod homines & animalia domestica interficiebant, & secundum hoc ista plaga fuit ex elemento terræ, quia talia animalia de cauernis terræ exibant, sm autem primā expositionem fuit ex elemento aeris ex cuius corruptione gñātur muscę diuersi generis; & respondet ista plaga ex multitudine diuersarum muscarum, vel diuersorum animalium culpæ. Aegyptiorum. qua afflixerat Hebræos in multis modis seruitiorum vilium, quia non solū afflixerant eos in lateribus faciēdis, sed etiam in immunditijs extra villas deportandis, & in effodiendis fossis circa villas, ne fluuius inundans subintraret, & vt essent fortiores. contra aduersarios inuadentes.*

5 Faciamq; mi. &c. *Quia Aegyptii habitantes ibi cum Hebræis fuerūt afflicti dicta plaga, non autem Hebræi ideo sequitur.*

6 Ponamq; di. &c. *Dicunt* Hebræi *, quod non solū determinauit ei diē sed etiam horam diei, ad ostendendum certitudinem verbi Dei.*

7 Et ue. &c. *Hic ponitur plagæ inflictio eo modo, quo prædicta est. In Hebræo autem habetur:* Et uenit commistio grauissima, *& exponitur sicut prius secundum Hebræos.*

8 Corruptaque est terra, &c. *id est, habitantes in ea.*

9 Vocauitq; Pharao. *Hic ponitur dictæ plagæ ablatio ad regis petitionem dicentis.*

10 Ite sacrificate. *Sed Moyses ostendit hoc impossibile esse, dicens*

✻ 1 Abomi.

## MORALITER.

† 1 *Ecce ego immit. in te, & in ser. tuos, &c.* Per quas significantur conuēticula fidelium & hęreticorum & secundum Hebræos inter istas muscas aliquę erāt uenenosæ, per quas significantur hæresiarchæ, q uenenū suę hęresis itudēt effundere ī simplices ignorantiæ tenebris inuolutps, pp qđ p Aegyptios designātur

† MO-

A sensibus hominum sæpe plus videtur quod singulariter quam quod pluraliter, dicitur (verbi gratia) Est illic miles, quam sunt milites illic, est illic piscis plus significat, quam sunt illic pisces.
a *Abominationes.* Peruersi abominantur bona Aegypti, id est, ciues huius sęculi abominantur oues, id est, simplicitatē bonorum. Sicut enim boni abominantur mala ita mali bona. Vnde abominantur boni uirum impium, & impij eos, qui in recta sunt uia.

Historicè. †Est rectū vt faciam' sic. † Abominationes Aegypti. li. 11. moral. c. 27.

GRECO. Oues Aegypti edere dedignantur, sed quod abominantur Aegyptij, hoc Israelitæ Deo offerunt quia simplicitatem cōscientiæ, quam iniusti uelut infimam abiectamque despiciunt, iusti in uirtutis sacrificium uertunt, & excelentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantes, reprobi fatuitatem putant.

†à populo tuo. †Omne ferarū gen'.

¶ Aegyptij enim oues dedignantur edere.

a Et ait Moyses: Non † potest ita fieri. Abominationes enim 1 Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro? Quod si mactauerimus † ea quæ colunt Aegyptii coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in solitudinem, 2 & sacrificabimus domino Deo nostro, sicut præcedit nobis. Dixitque Pharao: Ego dimittam vos, vt sacrificetis domino Deo vestro in deserto: veruntamen longius ne abeatis: Rogate pro me. Et ait Moyses: Egressus † à te orabo dominum, 3 & recedet † musca a Pharaone, & a seruis suis, & a populo eius cras. Veruntamen noli vltra fallere: vt non dimittas populum 4 b sacrificare domino. Egressusque Moyses a Pharaone, orauit dominum. Qui fecit iuxta verbum illius, & abstulit muscas a Pharaone & a seruis suis, & à populo eius. Non superfuit ne c vna quidem. Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt ne hac quidem vice dimitteret populum.

dus muscis percutitur, id est, desideriorum curis insolentibus. D Eccle. x. a. *Vnde muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti*, quia cogitationes superfluæ, quæ assiduè in animo carnalia cogitante nascuntur & deficiunt, suauitatem, qua quisque intus per spiritum unctus est, perdunt, quia integritate eius frui non sinunt. Vnde cum eiecta esset turba, intrauit & tenuit manum eius, & surrexit puella. Foras ergo turba eijcitur ut puella suscitetur, quia prius secreti cordis expellitur multitudo curarum, & sic anima quæ intrinsecut iacet mortua, surget. Dum enim se per numeras quisque desideriorum cogitationes spargit, ad cognitionem sui non colligit se, nullus enim sapientiam quæ Deus est, plenè recipit, nisi qui ab omni se carnalium cogitationum fluctuatione retrahit, E Vnde Eccle. xxxviij. capit. *Sapientiam scribe in tempore otij, & qui minoratur actu percipit eam*, Et Psalm. xlv. b *Vacate & videte quoniam ego sum Deus.*

Mar. 5. d.

Quæst. 28

AVGVST. In eremum dicebat Moyses se velle ire, vbi Aegyptij non uiderent abominationes suas. Hoc autem intelligendum mysticè significari, quod de pastoribus diximus, qui erant Aegyptijs abominabiles, & ideo separatam terram Israelitę receperūt in Aegypto. Sic enim sacrificia Israelitarum abominationes sunt Aegyptijs sicut iniquis uita iustorum.

Historicè.

STRA. Aegyptij abominantur oues & eas adorant propter Iouem Hammonem, qui cum capite arietino pingitur. Itē bouem colunt Aegyptij, qui consecratus Api, sicut uacca Isidi. Apis enim erat maximum numē Aegyptiorum, qui semel in anno certo tempore apparebat sacerdotibus eorum. Illi uerò C cum hymnis & laudibus eum prosequentes, quasi lymphatici prophetabant.

lib. 18. moral. c. 28.

GREGORIVS. Aegyptus muscis percutitur. Nihil laboriosius, quam terrenis desiderijs æstuare. Nihil quietius, quā in seculo nihil appetere. Ideo Israel custodiā sabbati accipit in munere. Aegyptus percutitur muscarum multitudine. Qui enim Deum sequitur, accipit sabbatum, id est, requiem mētis, ut nō fastigetur appetitu carnalis desiderij. Aegyptus uero id est, mūdus

li. 3. Offic. cap. 4.

b ✻ *Egressusque Moyses à Pharaone.* AMBROSIVS. Rogatus Moyses, ut his quoque finem exitus daret & impetraret, orauit & impetrauit. In illo prædicandum, quod à fraudis consortio temperauerit, in hoc mirabile, quoniam diuinitus intenta supplicia, uirtute propria etiam ab hoste detorserit. Vere nimium sicut scriptum est, mansuetus & mitis sciebat quod fidem rex non seruaret promissi, tamē honestum putabat, ut rogatus oraret, læsus benediceret, appetitus remitteret.

Quæst. 29.

c *Et ingrauatum est, &c.* AVGVST. Cum ablata esset locusta, dictum est de Pharaone. Alia litera. *Ingrauauit Pharao cor suum etiam in hoc tempore, & noluit dimittere populum.* Certè nunc F non dictum est, ingrauatum est cor Pharaonis, sed *ingrauauit Pharao cor suum.* Sicut vtique in omnibus plagis à volūtate hominis est origo vitiorum. Mouentur ergo causis corda hominum, alia sic, alia vero sic, etiam non diuersis causis, sæpe diuerso modo secundum proprias qualitates, quæ ex voluntatib. veniunt.

CAP-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Abominationes enim &c. *Hebræi uocat abominationes illa quæ coluntur ab idololatris. Aegyptij autem colebant Apin in specie tauri, & Iouem in specie arietis, vnde & pingitur cum capite arietino. Talia vero animalia erant ab Hebræis immolanda, quod non permisissent Aegyptij in terra sua, & ideo subditur*, quod si mactauerimus &c. *lapidibus nos obruent.*

2 Viam trium dierum. *Quod consensit Pharao, licet ficte.*

3 Egressus à te orabo, &c. *Quia præsentibus idololatris nolebat orare.*

4 Et recedit, &c. *Hebræus habet, Et recedet commistio. Cætera patent ex prædictis.*

✻ CAP.

ADDITIO.

*In cap. 8. vbi dicitur in postilla,* Fecerunt similiter malefici, &c. *Hebræi dicentes, quod dæmones non habent potestatem super aliquod corpus, quod est minus grano hordei seu lenticulæ, hoc intelligūt de corpore animalis, sicut ciniphes, de quibus hic agitur. Quorum ratio est, quia cū in corpore animalis requiruntur multa organa corporaliter distincta ad diuersa & varia opera sensus & motus exercenda, ut patet per Gale. in libris de vsu partium. Idcirco secundum hanc considerationem maior potentia requiritur actiua ad formandum vnum animal in quantitate modica seu minima, quam in aliqua quantitate ad hoc competenti, sicut maior potestas requiritur scriptoris in scribendo literam tam tenuem, vt contineatur totum psalterium in vno folio, quam ad scribendum eum in multis folijs ad hoc sufficientibus. Vnde ratio postillatoris dicentis contra eos, quod potentia actiua, quæ potest in maius, potest & in minus, non sufficeret, nisi coadd atur, quod dæmones non producunt aliquam formam, nisi applicando actiua passiuis. Ex quo sequitur, quod cum mouere possint magna actiua ad producendum magna animalia, quod etiam possint mouere parua seu minima ad producendum minima, & sic ratio eorum non videtur habere fundamentum.* Vlterius circa hoc quod magi dixerunt, Digitus Dei est hic. *Considerandum est, quod in hoc confessi sunt virtutem diuinam, prout doctores catholici exponunt, non tamen sic intelligendo, quod ipsi crederent, vt Adonai, quem profitebatur Moses, esset Deus. Non enim dixerant,* Digitus domini est. *scilicet sub nomine tetragrammaton, sed* Digitus Dei: *licet enim oēs crederent esse aliquam causam primam seu superiorem super omnes, & quod illa esset Deus, non tamen ex hoc sequitur, quod ipsi credidissent, quod ille Adonai, cuius nuntium se dicebat esse Moses, esset illa superior causa. Item notandum, quod illud quod dicit postillator, quod dicti magi non cessauerunt postea resistere Mosi, est minus verum. Nam vt patet ex decursu literæ, nunquam in aliqua septē plagarum sequentium fit mentio de magis, nisi tantum in septima plaga, scilicet de ulceribus & uesicis, ubi dicitur.* Nec poterant malefici stare corā Moyses propter vlcera, quæ in eis erant. *Vbi non dicitur quod fuerunt malefici conati facere similia, sicut dicitur in tribus primis plagis, sed quod uerecundia vel horrore non comparuerunt. Vnde dicendum, quod in tertia plaga fuerunt magi omnino victi a Deo, quæ quidem plaga fuit facta per manū Aaron, quæ erat minor in gradu, co quod reputabatur*

batur tanquam propheta ipsius Moysi, prout dictum fuit supra. Aaron frater tuus erit propheta tuus. & in hoc magis ostendebatur diuina potentia, inquantum per minorem seruum vincebat maleficos. Item notandum, quod si considerentur effectus harum plagarum in conuincedo Aegyptios, potest in eis talis ordo atteni, s. quod plagæ inflictæ per Aaron, s. tres primæ attingerent ad conuincendum magos, qui in tertia plaga dixerunt. Digitus Dei est hic: non tamen attingunt ad mollificationem cordis Pharaonis in toto, nec in parte. Dicitur enim ibi: Induratūq; est cor Pharaonis, & nō audiuit eos, s. maleficos profitētes diuinam virtutem esse, vt dictum est. Sex. vero plagæ subsequentes factæ per Moysen. attigerunt ad hoc, vt deuincerent omnes seruos Pharaonis, qui in octaua plaga dixerunt ei. Vsque quo patiemur hoc scandalū? dimittte eos vt sacrificent Deo suo, quorum consilio non acquieuit Pharao, nisi, in hoc tantum, quod dimitteret viros remanentibus familia & pecorib. In nona vero plaga per Mosen inflicta condescēndit Pharao ad hoc, vt irent cum familia, non tamen cum armētis & ouibus Decima vero plaga a Deo inflicta, s. primogenitorum attingit ad vltimum effectum. scilicet vt totaliter eos dimitteret & etiam compelleret exire, vt infra. Exo. 11. a. Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum, & post hoc dimittet eos, & exire compellet in quib. ordo diuinę prouidentiæ relucet, qui per minores facit minora, & per maiores maiora, & per seipsum quod vltimum & perfectū est: in cuius respectu præcedentia licet disponant, tamen quodammodo quasi nihil reputātur, iuxta illud 1. Cor. 3. b. Nec qui plantat, nec qui rigat est aliquid, sed qui incremētum dat. Secundum quam considerationem plaga decima primogenitorum Aegyptiorum fuit a Deo immediate inflicta, prout Hebræi tenent, quod plane sonat litera infra. 12. b. vbi dicitur. Transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamque omne primogenitum in terra Aegypti; &c. licet tamen secundum doctores nostros hæc plaga per angelum fuerit facta, quod etiam in eo. c. habetur vbi dicitur. Et nō sinet percussorē ingredi domos uestras. Ex quo patetq; percussor immediatus non erat ipse Deus, sed angelus Deo subditus, quod potest etiam intelligi de malo angelo, quia secundum gl. mali angeli tales pestes facere solēt permissione Dei. Vnde de hac materia dicitur Ps. 77. e. Misit in eis irā indignationis suæ, &c. immissiones per angelos malos, nihilominus tamen appropriatur hæc plaga decima immediatius Deo quam aliæ, quia in ea mediator erat inuisibilis; non autem aliis, vbi Moyses & Aaron erant ministri qua ratione hæc plaga appropriatur Deo tanquam immediato actori. & etiam quia erat completiua intenti, s. de liberatione populi.

## ADDITIO. II.

In eo. ca. 8. vbi dicitur in postilla: Ad hoc autem est argumentum, quia Saraceni, &c.

Quod Saraceni ablutionibus vtantur ex ritu antiquo Aegyptiorum, non videtur rationabiliter dictum. Tum quia a tempore de quo hic agitur vsque ad Mahometum qui sectam Saracenorum incepit, fluxerunt plus quam mille, & septingenti anni in quib. in Aegypto multa & varia dominia interuenerunt, sicut in aliis partib. mundi, vt puta Chaldæorum, Medorum, Grecorum, Romanorum, & huiusmodi, in quib. verisimile est quod non seruabatur huiusmodi ritus, sicut nec in aliis nationib. Tū quia Saraceni non solum habitantes in terra Aegypti sed etiam habitātes circa mare meridianū vsq; in partes orientales mundi ablutionibus huiusmodi vtuntur: fundamentum autem eorum in huiusmodi ablutionibus et falsum & erroneum; aliud tamen est.

Sarracenorum ritus.

Pro quo sciendum, quod ipsi præcipiuntur a suo pseudo propheta, scilicet Mahometo custodire legem, scilicet Mosaicam & euangelicam; vt in suo Alchorano expresse continetur, ipsi vero simulando obseruationē Mosaicæ legis, in qua præcipitur, vt quilibet masculus circuncidatur, quidem præceptum est initium totius obseruantiæ legalis, circuncidunt se erronee tamen; quia non in octaua die sicut Gene. 17. b. & Leuit: 12: c. præcipitur. sed post lapsum cuiuscunque temporis indifferenter, Simullando etiam obseruationem euangelii in quo primum sacramentum est baptiismus, ipsi se baptizant seu abluunt, erronee tamen in multis, specialiter in hoc, quod ille falsus baptismus iteratur apud eos & frequētatur multoties ad libitum, in qua iteratione sequuntur multos alios errores suos & specialiter duos. Vnus est, quia non credūnt mortem Christi. nos aūt credentes quod vna Christi mors vnū baptisma consecrauit vt in gl. ad Hebr. 6. baptiismum non iteramus, ipsi vero hanc mortem negantes baptismū frequentant. Secūdus error eorū circa hoc est, quia non credūt originale peccatum esse, sed peccata actualia tātum. Et quia ista, s. actualia peccata multoties iterantur, ideo ipsi sua baptismata seu ablutiones frequentant, nos vero credentes quod per vnius delictū omnes homines damnationem incurrerunt, vt patet ad Ro. 5. d. contra quod delictum, scilicet orginale, principaliter fuit baptismus ordinatus, tantum vnum baptisma profitemur: & licet ista ad expositionem literæ non requirantur, interponuntur tamen hic ad instructionem fidelium; qui quandoque cum Seracenis de similibus disputant seu ratiocinantur, vnde si eis imponeretur quod huiusmodi ablutiones haberent ex ritu Pharaonis & aliorum Aegyptiorum tantæ antiquitatis, verteretur eis in derisum.

REPLICA, correctorū contra Burgensem. In cap. 8. postillator reprehendit Iudæos asserentes quod dæmones non habent potestatē super aliquod corpus minus grano milii, arguens. Quicquid potest in maius, potest in minus, &c. Burgensis dicit illam rationem non sufficere, nisi supposito quod dæmones non producant aliquam formam, sed solum applicent actiua passiuis. Sed videtur Burgensis hic peccare in logica, philosophia, & theologica. In logica namque argumentum per locum a maiori constructiue valet, præsertim in materia motiua vel trāslatiua, de quo logici exemplificant, quod potens portare mille libras, potest etiam portare decem, & ita potēs applicare ad magnum effectum. corpora, potest etiam ad minorem effectum: Item secundum philosopohos dato addito Burgensis, ratio non valeret potest enim quis producere formam maiorem, qui non minorem. Potest enim homo generare hominem magnum, sed non potest generare muscam paruam, & ideo stante addito Burgensis, videlicet quod dæmones non producerent formas sicut non faciunt; tunc non valet ratio, quam cum suo medio putat valere. Non enim sequitur, dæmones non producentes formas, faciunt effectus maiores, igitur minores. Patet instantia de homine in argumento logico supra. Quinimo supposito & concesso quod dæmones non producant formas nouas. solum applicent actiui passiuis, adhuc argumentū est formale; Dæmones possunt in maius. igitur in minus quantū ad propositum, quia s̄m sanctum Th. non possunt nisi permittere; igitur Deus poterit, quod facient maius non potendo minus & econuerso. Vnde patet, quod theologice concedendum est, si Deus permiserit quod dæmones siue producant siue non; adhuc possidet in minus & nō in maius, & econuerso. Argumentum autem postillatoris tenet per locum a maiori constructiue, quod ad motum exteriorem & potentiam motiuam de communi lege, videlicet si Dæmones possunt mouere & applicare actiua passiuis ad generationem vel productionem maioris, sequitur & minoris; nec requiritur ad valorem consequentiæ, an producant formas vel non, vt patet ex dictis.

Item in eo. cap. hoc dicit postillator, quod magi post tertiam plagam non cessauerunt resistere Moysi. Burgensis dicit esse minus verum, sed ad hoc non adducit rationem nisi ab autoritate negatiue, quod non valet: sed postillatoris est bona ratio fundata in litera In sequenti enim ca. dicitur de magis, quod in septima plaga vulnerum & vesicarum turgentium non poterant stare coram Moyse. Ex qua litera patet; quod vsque ad illud tempus steterunt coram Moyse non ad iuuandum, sed ad resistendum, quia alias iniuste fuissent puniti illa septima plaga, quamuis enim post tertiam plagam propter confusionem, quia non poterant facere similiter de cetero non attentauerunt resistere Moysi per facere aliquid similiter, tamen astiterunt Pharaoni prauis consiliis propter quæ sunt. Si enim in tertia plaga confessi fuissent Dei Israel diuinitatem, vt dicit Burgensis, destitissent utique a malo, & regi bonum persuasissent; & sic septima plaga puniti non fuissent. Exemplum huius habetur in eodem cap. 9. infra de plaga grandinis; quam euaserunt hi serui Pharonis qui timuerunt uerbum domini, & fecerunt confugere seruos suos & iumenta in domos. Qui autem uerbum domini, neglexerunt, plaga grandinis interierunt: ita Deus pronior ad miserandum quam ad perdendum maleficis in septima plaga pepercisset, si in tertia confessi diuinitatem Dei Israel uel ab iniquis resistentiis abstinuissent. Falsum igitur est quod Burgen. dicit: in tribus primis plagis magos conuictos ad confitendum Deitatem. Nam primo in septima sunt conuicti, quando præ vulneribus coram Moyse stare non potuerūnt. Item idem Burgensis pro confirmatione dictarum suarum ineptiarum, ponit comparationes plagarum factarum per Aaron & Moysen; & Deum immediate dicens eis relucere ordinem diuinę prouidentiæ; cum per minores facit minora, & per maiores maiora, & maxima per seipsum, quæ dicit in decima plaga consistere. Sed hic ordo Burgensis multipliciter deficit. Primo quia dicit decimam plagam factam a Deo sine aliquo medio: Cuius oppositum patet ex litera, dicente eam factam a percussore. Dicitur enim infra 12. d. de domino. Et non sinet percussorem ingredi domos uestras & lædere. Vnde patet quod illa decima plaga sit facta a Deo mediante percussore; sicut aliæ mediante Moyse & Aaron. Et hæc est sententia sanctorum doctorum & communiter catholicorum; sicut prius idem Burgensis dicet. Secundo deficit, quia distinguit primas plagas factas ab Aaron tanquam minores, & sequentes factas a Moyse tanquam maiores, & decimam tanquam maximam factam immediate a Deo. Secundum hęc dicta, quarta non distingueretur a decima, quia non legitur in ea Aaron uel Moysen aliquid fecisse, sed dicitur in hoc 8. c. dominus fecit. Et venit musca grauissima? nec uidetur catholice dictum Deum immediate talia signa non fecisse effectiue quę per Moysen & Aaron, & angelos tanquam per instrumenta fecit.

Nam

A *Nam instrumenta creata ad tales effectus supernaturales se non extendunt effectiue, quia non oriuntur ex potentia naturali sed obedientiali, qua quodlibet potest fieri ex quolibet quæ solum dominum respicit pro immediate efficiente. Sententia enim est beati Augusti. ix. super Gen. & 3. de tri. c. 7. Nam etsi sancti sicut Moyses & alij dicuntur signa facere, hoc catholice intelligendum est, quod Deus per eos, qui per seipsum. Tertio deficit, quia si minora per minores, &c. sequitur quod dæmones tanquam maiores debent Moysi & Aaron præferri. Nam decimam plagam, quam reputat Burgensis maximam, fecit Deus ministerio dæmonum, vt etiam Burgensis ponit auctoritate sanctorum doctorum, & tales etiam plagæ in scriptura dicuntur immissiones per angelos malos: Cum igitur illa maxima sit per eos facta, non per Moysen nec Aaron, sequitur eos esse potiores Moyse & Aaron, non solum natura quod verum est, sed* D *est, sed & potestate & auctoritate quod falsum est. Et si verum est, pestes & mala pœnæ infligi ministerio malorum angelorum, probabile est dicere, quod omnes plagas Aegyptiacas Deus fecerit ministerio eorum, quamuis ad nutum & ad exteriorum designationem Moysi & Aaron eleuatio & proiectio virgæ facta esse dicantur. Non enim virga nec eius eleuatio se extenderent, ad eruptionem ranarum, muscarum, & cæterorum tam subito, nisi ministerio angelorum dictorum per Deum deputatorum ad designationem & prænuntiationem Moysi & Aaron concurrente. Frustra igitur Burg. hic se fatigauit.*

*In hoc autem, in quo Burgensis postillatorem notat vltimo, scilicet an ablutionem Pharaonis imitentur adhuc Saraceni, vel an habeant eam à Mahometo, non est magni ponderis, nec ad literam exponendam vel ad conferendum cum Saracenis, multum importat.*

Cap. IX.

a Dixit *autem dominus ad Moy. &c.* ✱ PROCOP. Primi inter iumenta côputantur equi, qui sunt mêdaces seu falsi ad salutê. Deinde iumenta immûda quæ nec vngulas findût nec ruminant, currui B tamen iungûtur. Deinceps cameli, quę quãuis propter ruminationem quasi mundi reputentur, tamê quia eorum vngula non sulcatur, censentur immundi. Veruntamen partim mundę partim immundæ conditionis cameli prohibentur. Cæterum quia hęc plaga. Vt parum noxia propter vilitatem immundorum animaliû credebatur, transit ad boues, dehinc ad placidissimum animalium, ouem.

†Pecudes tuas, quæ sunt in agro.

C ORIGE. Quinto loco animalium necé vel pecudû Aegyptus verberatur. In quo vecordia uel stultitia mortalium arguitur, qui tanquam irrationabilia pecora cultum & vocabulum Dei imposuerunt figuris, non solum hominum sed pecudum ligno & lapidib. impressis: Hammonê Iouem in ariete venerantes: Anubim in cane, Apim in tauro, & c. portêta deorû, quę Aegyptus imitat, ut quib. cultum credebant esse diuinû, in his viderent miserandum supplicium. (Hom. 4.)

RABB. Quintû præceptum est: *Non mœchaberis.* Quinta plaga mors in pecorib. Comparemus hæc. Da hominê mêchari volentem, coniugio nô côtentû. Appetitum carnis deuitare nô vult, nobis pecoribusq; communem. Coire enî & generare, êt pecudum est. Ratiocinari & intelligere hominû est. Ratio ergo quę præsidet, motus inferiores tanĝ regina, frênare debet, nô immoderate laxare. Ideo pecorib. in natura datum est, vt certis temporib. tm̃ ad coitû moueantur, interim namq; motus ipse torpescit. Homo aût semp moueri potest, quia refrænare motum potest. Tibi dominationem rationis creator dedit, tibi præcepta continentiæ tanquam in bestias E inferiores lora concessit. Tenes quod pecus non potest, & speras, quod non potest. Laboras in continendo, non pecus. Gaudebis in æternitate, non pecus. Si opus fatigat, merces consolatur. Debes interiorem motum frænare, non tanquam pecus in omnia laxare. Quod si contempseris, & imaginem Dei quæ in te est, post habueris, victus cupiditate, tanquam dimisso homine, pecus eris. F Contra illud: *Nolite fieri sicut equus & mului, in quibus non est intellectus.* Sed forte eligis libere libidine uagari, nulla lege refrênari. Attende plagã: si pecus es, saltem mori time. (Non mœchaberis. Moraliter) (Psal. 31. c.)

## CAP. IX.

a Dixit autem dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eû: Hæc dicit dominus Deus Hebręorû: Dimitte populû meum, vt † sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis & retines eos: ecce manus mea erit super † agros tuos, super equos & asinos, & camelos, & oues, & boues pestis valde grauis. Et † faciet dominus mirabile inter † possessiones Israel & † possessiones Ægyptiorum: vt nihil omnino pereat ex his, quæ pertinent ad filios Israel. Constituitq; dominus tempus, dicens. Cras faciet dominus verbum istud in terra. Fecit ergo dominus verbum hoc altera die. Mortuaq. sunt omnia [a Vt cultores animalium confundantur.] † animãtia Ægyptiorum. [a Quia Deum colunt non animalia.] De animalibus vero filiorum Israel nihil omnino periit. Et misit Pharao ad videndum, nec erat b quicquã mortuû de his, quę possidebat Israel. Ingrauatûq; est cor Pharaonis, & non dimisit populum. Et dixit dñs ad

(1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9) († Seruiat. † Diuidet dominus. † Pecudes. † Pecora.)

b *Ingrauatumq; est, &c.* AVG. Si pecora Israelitarû morerentur, uideretur causa côpetês, quare cor eius grauaretur ad † pceptû Dei, tãq̃ si magi eius, pecora Israelitarû occidissent, sed vñ debuit ad timendum vel credendum moueri, ingrauatû est; † & illa ingrauatio etiam hucusque progressa est. (Quæst. 30. † Contemptum. † Id est, Historice.)

✱ BERN. Quid est cor durum? Interroga. Pharaonem ipsum est, quod nec côpûctione scinditur, nec pietate mollitur, nec moue (Libr. 1. de Consider.)

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. IX.

1 Dixit autem dominus, &c. *Hic côsequêter describitur quinta plaga, Cuius primo pmittitur côminatio. Et secundo subditur inflictio, et ibi* Fecit ergo dominus. *Circa primum dicitur.*

2 Hæc dicit dominus, &c. *Licet vero sit Deus & dñs omnium, dicitur tñ hic Deus & dñs Hebræorû in speciali, per veram fidem & specialem cultû, & vt videret Pharao, quantum dominus diligebat populum illum. Subditur.*

3 Ecce manus mea. *Non dicit, manus Moysi, quia ista plaga sicut & præcedens facta est a Deo absque ministerio Moysi & Aaron. In tribus autem primis dicitur Aaron extendisse manum.*

4 Super agros, &c. *Pestis valde grauis. Ex quo patet, quod illa pestis fuit solum super animalia quę erant in campis. Qualiter autem fuerit illa pestis in textu non exprimitur, nec Iosephus de hac peste loquitur. Et dicit Andreas, quod fuit ex voluntate diuina, non per corruptionem aeris. Alij autem dicunt, quod fuit ex corruptione aeris diuinitus causata cadente super pascua. Et ideo animalia pascentia corrupta sunt, & secundum hoc dicitur pestis illa a pastu.*

5 Et faciet dominus, &c. *Quod in eisdem campis animalia Aegyptiorum sunt mortua, & animalia filiorum Israel saluata.*

6 Cras faciet dominus. *Dicunt Hebræi, quod Moyses fecit lineam in pariete, dicens: Crastina die cum sol attinget lineam istam, fiet plaga ista. Et hoc est factum ad ostendendum certitudinem diuinæ prouidentiæ.*

7 Fecit ergo dominus. *Hic consequenter describitur prædictæ pœnæ inflictio, eo modo quo prædicta est.*

8 Et misit Pharao. *Quæritur: Quare non misit ad uidendum de alijs prædictis plagis, sicut de ista? Dicendum quod non poterat, quia in plaga præcedenti immediate nuntij non poterant ire propter muscas quę erant in itinere, vel propter animalia, quæ erant horribilia secundum aliam opinionem, similiter dicendum de ciniphibus & ranis. Et correspôdet plaga ista culpę Aegyptiorum qua afflixerunt Hebræos, non solum in proprijs corporibus, sed etiam in eorum animalibus, supponendo eis onera grauia portanda.* (Quæstio.)

9 Et dixit dominus. *Hic describitur sexta plaga quæ fuit communis hominibus & iumentis, cum dicitur.*

MORALITER.

✱ 1 *Dixit autem dominus ad Moysen.* In hoc capitulo agitur de ✱ 1 Tollite trib. plagis Aegypti. Prima est pestis, de qua dicitur.

3 *Ecce manus mea, &c.* Per hæc aïalia bruta intelligût homines voluptuosè uiuêtes uita bestiali. Vñ. j. Ethi. uita uoluptuosa dicitur

mouetur precibus, minis nō cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia, ad consilia infidum, ad iudicia sæuum, inuerecūdum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanū ad humane temerarium ad diuina præteritorum obliuiscens, præsentiū negligens futura non prouidens. Ipsum est, cui præteritorum prę ter solas iniurias, nihil omnino non præterit, præsentium nihil non perii, futurorum nulla nisi forte ad ulciscendum prospectio seu pręparatio est. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est quod nec Deum timet nec hominem reueretur.

ipsis initia & causas earum vexationum fuisse. Qui enim benè vixit, huic non tenebræ, non vermes, non gehenna, non ignis, non aliud vllum, & nomine & re terribile imminet, sicut ipsa quoque testatur historia. Nam cum in eodem simul Hebręi cū Aegyptis essent loco, cruciabantur Aegyptii Hebræis nihil sentientibus.

a Moysen & Aaron: Tollite plenas manus † cineris de camino, & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone, sitque puluis super omnem terram Ægypti. Erunt enim in hominibus & iumentis vulnera, & † vesicæ turgentes in vniuersa terra Ægypti. Tuleruntque cinerem de camino: & steterunt coram Pharaone: & sparsit illum Moyses in cęlum. Factaq; sunt † vulnera vesicarum turgentium in hominibus & iumentis: b nec poterant malefici stare coram Moyse propter † vulnera quæ in illis erant, & in † omni terra Ægypti. c Indurauitque dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut locutus est dominus ad Moysen. † Dixitque dominus ad Moysen: Mane consurge, & sta coram Pharaone: & dices ad eum: Hæc dicit dominus Deus Hebræorum. Dimitte populum meum, vt † sacrificet mihi, quia in hac vice mittam oēs plagas meas super cor tuum, † super oēs seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quod non sit similis mei in omni terra. Nunc enim

(Interlinear: a ¶ Dolosa & purulenta malitia. b ¶ Inflata superbia. a ¶ Qui erat in his quæ ad Deum. a ¶ Rationalibus sicut videbatur. b ¶ Fatuis.)

(Margin: † Fauillæ fornacis. † Vlcera. Quæst. 31. *Et omnes. Non occides. † Vlcera. † Vlcera. vbi supra. † Omnib. Aegyptiis. † sup. 8. e. † Seruiat. Li. 1. in Exod. c. 36. Ibid. Li. de vita Moysis.)

RABB. Sextum præceptum, *Non occides.* Sexta plaga pustulæ in corpore, uesicæ bullientes & scatentes, incendia uulnerum & fauillę fornacis. Ardent enim homicidę ira, insania. Si posses uidere animas homicidarum, plus plangeres eas quā putrescentia corpora ulceratorum.

ORIGENES. *Vulnera & vesicæ*, cum feruore in sexto uerbere producuntur. In ulceribus dolosa purulentaque malitia arguitur in uesicis tumens & inflata superbia. In feruore irę & furoris insania.

a *Tollite plenas, &c.* AVGVST. Alia litera: *Sumite plenas manus vobis fauillæ de fornace, & aspergat Moyses, &c.* Superiora signa virga fiebant quam non Moyses, sed Aaron, extendebat super aquam, uel ad terram percutiebat. Nunc uero interpositis duobus signis de cynomia scilicet, & mortibus pecorum, vbi nec Aaron nec Moyses aliquid manu operantur, dicitur vt Moyses fauillam spargat in cœlum, ambo iubentur sumere, sed ille spargere: non in terram, sed in cœlum tanquam Aaron (qui datus erat ad populum) terrā percutere deberet, vel in aquam vel in terram manū extēdere. Moyses verò qui erat in his, quæ ad dominum iubentur, fauillā iubetur spargere. Quid duo illa superiora signa, vbi nec Moyses nec Aaron aliquid manu operantur, quid sibi vult ipsa diuersitas.

*PROCOPIVS. Redigit nobis caminus in memoriam ænigma de camino Significat enim camini fuligo ignis gehennæ pœnam, quam nobis scriptura comminatur. Sed illud supplicium neminem nisi Aegyptios imitantē aduret. Si quis verè Israelita & Abrahami filius, ostendens vitæ honestate se in uictum esse electis, is seruabitur, nec lædetur vel violabit igne gehenoæ, qui per caminum repręsentatur.

*GREGO. NISENVS, Non decet historię literam ita sequi, vt Deum putemus cruciatus causam, sed vnumquemque sua electione sibi dolores pparasse ac fecisse credere debemus ut etiam Apostolus ad huiusmodi hominem dicit, *quod secūdū duritiam tuam, quia cor tuum non pænitet, iram tibi in die iræ ac reuelationis & iusti iudicij Dei congregas, qui vnicuique tribuit iuxta operum suorum merita.* Nam quemadmodum si praui humores in præcordiiis ac intestinis lateant, non accusatur medicus quos eos ipse fecerit, si arte ipsos in cutem vt appareant, traxerit, sed effecit illos quidem inordinata diæta, sic cū dolores ac cruciatus hominib. à Deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipsis

b *Nec poterant malefici stare.* RVPERTVS. Ecce tertio victi sunt. vnde & deinceps nulla fit mentio maleficorum. Primo virgis suis non sine confusione sua exarmati sunt, quia virga Aaron deuorauit virgas eorum. Secundo confusi, quia non potuerunt cyniphes educere, dixerunt, *digitus Dei hic est.* Hic iam tertio sic superati sunt, ut non possent respirare spe illius victorię. Vlcerosi quippe & ipsi, *non poterant stare coram Moyse.* De simili confusione certi sunt, qui cunque resistunt ueritati.

c *Indurauitque dominus cor, &c.* ORIGEN. Nota quia in sexta plaga non dicitur. Induratum est cor Pharaonis, sed aliquid terribilius additur. Scriptum est enim. *Quia indurauit dominus cor Pharaonis, &c.* Rursus in septima cum grando & ignis Aegyptum vastat, induratur quidem cor Pharaonis, sed non à domino. In octaua verò vbi locusta producitur, dicitur dominus indurare cor Pharaonis. Et in nona cum tenebræ palpabiles fiunt, tandem uero cum extinctis primogenitis, Israelitæ discessissent, Ita dicitur, *Et indurauit dominus cor Pharaonis regis Aegypti & seruorum eius, & insecutus est eos.* Sed & cum Moyses de terra Madiā ad Aegyptū mittitur & pręcipitur ei facere prodigia. Additur, *Facies eas in conspectu Pharaonis. Ego autem indurabo cor Pharaonis, &c.* Hinc primum dictum est à domino, *Ego indurabo cor Pharaonis, &c.* Secundo quoque enumeratis principibus Israel dicitur *Ego indurabo cor Pharaonis, &c.* Non frustra facta est ista varietas, vt nūc dicatur dn̄s indurasse cor Pharaonis, nūc spōte esse induratū Video Paulū tāquā intelligente, quid differat, induratū esse cor Pharaonis, & indurasse dn̄m cor Pharaonis dicere Ro. ii. a. *An diuitias bonitatis eius & patiētiæ & longaminitatis cōtēnis? Ignoras* quoniam

NICOLAVS DE LYRA

*1 Tollite plenas manus *Ex quo patet quod ista plaga facta est ex elemento ignis, quia cineres illi accepti sunt de camino ardenti, vt magis sonat in Hebræo, & correspondet plaga ista culpa Aegyptiorum, qua afflixerant Hebræos in decoctione laterum in igne fornacis*

2 Et spargat illum, *scilicet cinerem ardentem.*

3 Moyses, *Et non Aaron quia ista sparsio cineris facta est versus cælum. Aarone enim erat ordinatus in his quę pertinebāt ad populum Moyses autem in his quæ pertinebant ad Deum, & ideo manu propria iussus est spargere cinerem, qui spargendus erat versus cælum.*

4 Erunt enim in hominibus. &c. *Primo enim fuerunt in eis vesicæ turgentes, id est calefactionem pungentem continentes, & postquam ruptę sunt vesicæ, fuerunt in eis vulnera.*

5 Nec poterāt malefici, &c. *Ex quo patet, quod ex præcedentib. signis non destiterunt Moysi resistere, propter quod ista plaga fortius in eis deseruit, quam in alijs Aegyptis.*

6 Dixitque Dominus. *Hic describitur septima plaga cuius primo præmittitur cōminatio. Secundo subditur inflictio, ibi,* Et dixit dominus ad Moysen. *Tertio eiusdem remotio, ibi.* Misitque Pharao. *Circa primum dicitur sic.*

7 In hac uice mittam. *ex quo patet quod hoc non intelligitur solum de ista plaga, sed etiam de sequentibus, quia dominus prauidebat Pharaonis obstinationem, & eius flagellationem futuram. Vnde subditur.*

*Peri-

MORALITER.

*citur uita pecudum. Super istos autē uenit pestis ualde grauis quia primo uenit super eos mors culpę, & postea mors gehennæ. Secunda plaga est resicarum, de qua dicitur.

4 *Erunt enim, &c.* Aegyptus interpretatur tenebra, pter quod homines Aegypti dicuntur qui suum studium applicāt ad exercēdum peccata quę sunt tenebrarum. Esa. xxix. c. *Væ qui profundi estis corde, vt abscondatis à domino consilium quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos?* Iumenta uero dicuntur qui in talibus operibus pręstant auxilium, consilium, & fauorem. Dicuntur enim iumenta, quasi iuuamenta, & super istos etiam cū aliis uenient uesicę turgentes, id est, pungentes, per quas intelligitur uermis conscientię, quę perpetuo manebit in damnatis. Esaię. lvi. *Vermis eorum non morietur.* Per hoc autem quod dicitur.

5 *Qui

A quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, &c. hic sine dubio eū qui ipse induratus est culpat. Alibi vero velut quæstionem super hoc proponēs dicit: *Ergo † cuius vult miseretur, & quē vult indurat, &c.* Addidit etiā his: *O homo tu quis es qui respōdeas Deo* Ro. ix. d. Per quod de eo qui à domino dicitur induratus, nō tā quæstionis solutione, quam apostolica autoritate respōdit pro incapacitate auditorum, sicut alibi ait. ij. Cor. xii. a. & *audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Vnde in sequentibus eū, qui non tam studiorum merito, quam sciēdi cupiditate, secretiorib⁹ se quæstionibus † curiosius immergit, deterreret dicēs Ro. ix. d. *O homo tu qui es qui respōdeas Deo.*

† cui.

† curiosus

B RABB. Septimum præceptum: *Nō furaberis* Deut. v. d. Septima plaga, grando in fructib⁹. Nemo enim habet iniustum lucrū sine iusto damno, dū furaris, acquiris vestē amittis fidē, lucrum visibile damnum inuisibile, lucrū de tua cæcitate, damnū de domini nube. Qui enim malo desiderio forinsecus furantur, Dei iudicio intrinsecus grādinantur, & ager cordis eorum deuastatur.

Non furaberis. †Domini. † Non ponebit ad cor Hebr.

Qō. 32.

a *Idcirco autem po. &c.* AVGVST. Hæc verba Apostolus posuit, vbi & hæc ait: *Si autem volens Deus ostendere, iram & demonstrare potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ,* parcendo scilicet his, quos malos futuros esse præsciebat, quæ vasa dicit perfecta in perditionem, *& vt (inquit) notas faceret diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ,* † quæ dicunt. Psal. lviij. b. *Deus meus misericordia eius præueniet me.* Nouit ergo Deus bene vti malis, non tamē humanam naturam ad malitiam creat, sed perfert eos patiēter quousque scit oportere non inaniter, sed ad admonitionē vel exercitationem bonorum. Ecce enim vt anuntietur nomē domini in vniuersa terra, vasis misericordiæ prodest, ad eorum vtilitatem ergo Pharao est seruatus.

C

† qui.

✻ AMBROSIVS. Ad hoc seruatus est Pharao, vt multa signa & plagæ ostenderentur in illum, quasi iā mortuum. Suscitatus autem dictus est, quia cum apud Deum mortuus esset, modicū tempus accepit, vt viuere uideretur, vt esset in cuius pœnā & varia tormētorum genera usque ad mortē, omnes qui sine Deo erant, metu territi, hunc solum Deum esse, cū maxima admiratione faterētur, à quo hæ vindictæ sunt. Hoc etiam genere antiqui medici in hominib. morte dignis vel mortis sententiā consecutis, requirebant quomodo prodessent viuis quę in homine latebant, apertis his cognoscerent causas ægritudinis, vt pœna morientis proficiat ad salutem viuentis.

In epistole ad Romanos, c. 9.

extendens manum percutiam te & populum tuum peste, pe-
a ribisque de terra. Idcirco autem posuit te, vt ostendam in te for- 1
titudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. 2
Adhuc retines populum meum, et non vis eum dimittere? En 3 4
b pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis, qualis
non fuit in Ægypto a die qua fundata est vsque ad in præsens 5
c tempus. Mitte ergo iam nunc, et congrega iumenta tua, et 6
omnia quæ habes in agro. Homines enim et iumenta vniuersa, quæ inuenta fuerint foris, nec congegata de agris, ceciderit que super ea grando, morientur. Qui timuit verbum
† Dei de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos et iu- 7
menta in domos, qui autem † neglexit sermonem domini, 8
dimisit seruos suos et iumenta in agris. Et dixit dominus
d ad Moysen? Extende manum tuam in cœlum, vt fiat gran- 9
do in vniuersa terra Ægypti, super homines, et super iu-

¶ Vasis misericordiæ. a ¶ Ad admonitionem & correctionem bonorum. ¶ Solita malitia. ¶ Per quam tenera adhuc vasta...tur nascientia vitiorum. Ecclesiam. ¶ Agrestium moribus. ¶ Duritia infidelis cordis. a ¶ Non in terram: b ¶ sicut superius de fauilla.

D b *En pluam cras, &c.* ORIGE. Hucusque per errorum suorum figuras mundo supplicia temperātur. post hæc veniūt verbera de supernis.

c *Mitte ergo iam nunc, &c.* AVGVST. Hoc non tam indignanter quam misericorditer præmonere videtur Deus, qui et irascens temperat pœnā, Sed mouet, quibus nunc pecoribus consulatur, si omnia mortua fuerant superiori plaga, Vbi scriptum est, quod discreuit De⁹ inter pecora Hebræorū, & Aegyptiorū, vt oīa scilicet morerētur pecora Aegyptiorum, nullum verò Hebræorum. An eo soluitur quæstio, quod prædixerat moritura quæ in campo fuissent vt hæc accipiantur omnia. Intelligantur autem euasisse quæ in domibus erant, quæ collegerūt & tenuerent qui dubitabant, ne forte verum esset quod Moyses prædixerat dominum facturum, & ex his esse in capis iterū potuerant, quæ modo iubentur congregari in domos, ne grandine pereant, cum scriptura dicit, *Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis, &c* Hoc ergo fieri potuit, quoniam mortem pecorum minatus est Deus quamuis id scriptura tacuerit.

Quæst. 33

✻ THEODORETVS. Grandinem & cæteras plagas illis inflixit, vt ostenderet oīum elemētorum se esse Dñium. Nā quia & Aegyptij ac cæteræ gentes alios deorum cælestes, alios terrestres, alios subterraneos esse existimabant, & hos quidem terrę hos vero maris, alios rursum montium, alios camporum dominationem habere. Idcirco vniuersorum Deus non tātum eos per fluuium & terram, sed per mare necessario castigādos esse existimauit, hac ratione docens se omniū opificem ac dominatorem esse. Id enim Moyses ad Pharaonem, ait, *vt cognoscas quia Dominiest terra.*

Quæst. 21.

F

✻ PROCOPIVS. Cæterum prouidentiā diuina factum est, ne iumenta interirēt omnia. Nam opus erat iumētis quæ traherēt currus, quib. Pharao postmodum insecuturus erat fugientes, vt eas in solitudine trucidaret. Verum diuina prouidētia aliter totum gubernauit negotium.

d *Extende manum, &c.* ✻ PROCOPIVS. Admonendus est hoc loco lector, Mosem non iuberi omnia mirāda facere virga, sed saltem quædam, quædam quoque prædicere, vt culices & iumentorum interitum, quædam manuum ministerio peragere vt dum accipit fuliginem de camino, & grādinem cōcitat. Sed quę horum est causa, Ne vulgus opinetur magica superstitione virgam esse factam, & ipsi mirificos illos effectus assignarēt.

b En ☞ a Exten-

NICOLAVS DE LYRA

1 ✻ Peribisque de terra: *quod factum fuit quando persequens filios Israel submersus fuit in mari rubro.*

2 Idcirco autem posui te, ut ostendam, &c. *flagellando te multipliciter, hoc tamen non est sic intelligendum, quod Deus indigeat malitia hominum ad declarationem suæ fortitudinis hominibus eos flagellādo quia per multas vias potest suam fortitudinem hominib. ostendere, sed pro tanto hoc dicitur, quia Deus est adeo potens & bonus, quod ex malis hominum scit & potest bona elicere, & ideo talia permittit, vt inde bona eliciat, & sic ex malitia Pharaonis elicuit declarationem suæ iustitiæ & virtutis. Vnde ly vt tenetur ibi consecutiue, & non causaliter.*

3 Et narretur nomen meum: *quia per declarationem talis iustitię manifestatur alijs diuina virtus & iustitia, vt eum timeant, & non obdurentur in peccatis suis sicut Pharao.*

4 En

4 En pluam cras. *Prædeterminat tempus & horam ad ostendendum suæ prouidentiæ certitudinem, & suæ virtutis magnitudinem, quæ nec in modico potest impediri.*

5 Qualis non fuit in Aegypto à die, &c. *In illa enim regione quæ est uersus austrum paucę pluuiæ & grandines fiunt, & paruę quantitatis sed tunc fuit grando ita magna in multitudine & quantitate & maior, quam fieri solet in partibus Borealibus.*

6 Mitte ergo iam. *Hoc dicitur ad ostendendum, quod cum iustitia diuina semper currit misericordia.*

7 Qui timuit verbum Dei, &c. *iste timor non fuit filialis procedens ex amore, sed seruilis procedens ex formidine pœnæ.*

8 Qui autem neglexit. *Quia nec seruilem timorem ex nimia obstinatione habuit.*

9 Extende manum tuam in. *quia Moyses erat in his quę pertinebant ad dominum, Aaron autem supra iussus est extendere manum.*

✻ & Domi

MORALITER.

7 ✻ *Qui timuit verbum Dei, &c.* per iumēta, quę fuerunt saluata, significatur quod peccatores refugientes ad domū ecclesiæ per opera verę pœnitentię euadunt pœnam gehennæ. Tertia vero plaga est ignis & grandinis. cum dicitur.

✻ Grandi

a menta, super omnem herbam agri in terra Ægypti. Extendit[que] Moyses virgam in cælum, & dominus dedit tonitrua 1 & grandinem 2, ac 3 discurrentia fulgura super terram. † Pluit[que] dominus grandinem super terram Ægypti, & grando, & ignis mista pariter ferebantur. Tantaque fuit magnitudinis, quanta ante nunquam apparuit in vniuersa terra Ægypti, ex quo gens illa condita est. Et percussit grando in omni terra Ægypti cuncta, quæ fuerunt in agris ab homine vsque ad iumentum. Cunctam * herbam agri percussit grando, & omne lignum † regionis confregit: Tantum in terra Gessen, vbi erant filii Israel, grando non cecidit. Misitque Pharao, & vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos: Peccaui etiam nunc. Dominus iustus, & ego & populus meus impii. Orate dominum, vt desinant tonitrua Dei, & grando, vt dimittam vos: & nequaquam hic vltra maneatis. Ait Moyses: Cum egressus fuero 4 de vrbe, extendam palmas meas ad dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia domini est terra. Noui autem 5 quod et tu, et serui tui necdum timeatis dominum Deum. Linum ergo & hordeum læsum est 6, eo quod hordeum esset virens 7, et linum iam folliculos germinaret. 8

a Non cum silentio verberat, doctrinam cælitus mittit, per quam castigatus culpam suam agnoscat mundus. Terrorem comminationis.
b Septuaginta: voces doctrinam scilicet.
a Inceptationem malorum. Miracula.
De quo dicitur Luc. 12. Ignem veni mittere in terram.
* Agri.
† que.

a *Extenditq; Moyses, &c.* ORIG. Illud quoq; notandum, quod quædā verbera inferre dicitur Aaron Pharaoni vel Aegypto, quędā Moses, quędam vero ipse dominus. In prima enim plaga vbi aquas vertit in sanguinē, eleuat Aarō virgam, & percutit aquā. In secūdo percutit aquas: & educit ranas. In tertia extēdit manum & percutit virga puluerem terrę, & fiūt ciniphes. In quarta dicitur dominus fecisse vt veniret cynomia. In quinta quoq; cum extinguuntur pecora, dicitur fecisse verbum hoc. In sexta vero Moses aspergit fauillam, & fiunt vlcera & vesicæ. In septima eleuat manum in cælū, & fiunt voces, & grando, scilicet, &c. In octaua similiter extendit manus in cælum, & dominus inducit ventum, & adducit locustas. Sed & in nona extendit manū in cælum & fiunt tenebrę & caligo. In decima vero finis & perfectio totius operis ministratur a domino. Sicut enim dicitur: *Et dominus percussit omne primogenitum in terra Aegypti.*

IDEM. Est alia obseruanda differentia, in prima enim plaga cum aqua vertitur in sanguinē, nōdū dicit Mosi, vt intraret ad Pharaonē, sed *vade in occursū eius, &c.* In secūda vero cōstāter & fideliter ministrata prima, dicit ad eū: *In. ad Pharaonē, etc.* In tertia uero ciniphes inferunt, magi cedūt cōfitentes, qa *digitus Dei est hic.* In quarta vero uigilare iubet Moses mane, & stare cōtrā Pharaonē pcedētē ad aquas, cū cynomia replētur Aegyptiorū domus. In quinta cū pecora delētur ad Pharaonē intrare iubetur. In sexta cōtēnitur Pharao, nec dicit q intrauerit Moses & Aarō ad eū, qa facta sunt ulcera & vesicę cū feruore ēt sup maleficos, & nō poterāt resistere Mosi. In septimo vigilare iubet valde mane, & stare cōtra Pharaonē, cū grādinē & ignē pducit & voces. In octaua intrare pcipit ad eū cū locusta pducit. In nona rursus cōtennitur Pharao, & † Mosi præcipitur cęlū extēdere manus, ut fiāt tenebræ palpabiles, nec intrat, sed uocat ad Pharaonem. Similiter in decima, cum primitiua delentur, & cogitur cum festinatione exire de Aegypto.

b *Et dominus dedit tonitrua, &c.* ORIG. Vide tēperamētum diuinę correctiōis, nō cum silētio verberat, sed dat voces, & doctrinā cęlitus mittit, p q̄ possit mundus castigatus culpā suā agnoscere. Dat grādinē per q̄ tenera vastātur adhuc nascētia vitiorū. Dat & ignē, sciens esse spinas & tribulos, quę debebant depasci, de quo dicit dn̄s Luc. 12. f. *Ignē veni mittere in terra.* Per hunc ignem incentiua voluptatis & libidinis consumentur.

IDEM. Sunt alia multa obseruāda, in quib. diuina indicat sapientia. Primo enim non flectitur Pharao, cū aqua in sanguinē vertitur. In secūdo parum molliri videtur. *Vocauit enim Moysē & Aaron, dicens: Orate pro me dominum, etc.* Interim magi cedūt, dicētes: *Digitus Dei est hoc, &c.* In quarto p cynomiā verberatus, dicit: *Euntes immolate domino Deo, &c.* In quinto † vbi nece pecudū cęditur, nō cedit, sed amplius induratur. Similiter in sexto super plaga vlcerū. In septimo uero cū grandine vastatur & ignib. uocauit *Moysen & Aarō,* dicens, *Peccauit etiam nūc, dominus iustus, ego autem & populi mei impii, &c.* In octauo cū locustis vrgeretur, festinanter vocauit Mosen & Aaron dicens: *Peccaui ante dominum Deū vestrum, & in vos. Suscipite peccatū meū, etiam nūc orate ad dominum Deū vestrū.* In nono cū tenebris tutun[dit], vocat Mosen & Aarō, dicens: *Ite & seruite dn̄o Deo vestro.* In decimo cum primitiua extinguuntur, uocat eos nocte, & dicit: *Surgite, exite de populo meo, uos & filii israel, etc.* Et adiungit: *Benedicite autē &c. me.* Nō possunt hæc explicari, nisi eodem spu quo gesta sunt, qa sm Apostolum spiritus prophetarum prophetis subiectus est, non ergo quibuscunq; ad explanandum dicta prophetarum, sed prophetis dicuntur esse subiecta.

c *Et percussit, &c.* * PHILO IUDAEUS. Cum Aegyptus in ipsa hyeme uer agat, neq; penitus niuem sentiat, subito tñ aer ille tenuis & temperatus, naturam nouam propemodum induit, vt quæcunque iam uirescere inceperant, læderentur.

* RUPER. Cum sint plures differentię furti, pessimum illud constat furtum esse, q est veritatem Dei in iniustitia detinere. Huic peccato meritā pęnam hæc plaga denunciat, quæ de cęlo facta est, ubi grando & nix mixta pariter ferebantur. *Reuelatur enim ira Dei de cælo* (inquit Apostolus) *super omnem impietatē & iniustitiam hominum eorum qui ueritatem in iniustitia detinent, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis.*

d *Noui autem quod, &c.* AUGUSTIN. In quæst. 35. in Exod. De [illegible] fragore

Vbi supra. — Discurrentia ignis. — † 1. q. 4. ecclesia. — † Mose. — Homil. 4. in Exod. — Luc. 12. f. — † Psal. 77. c & 104. c. — † vbi necesse pecudum esse dicitur, &c. — 1. Cor. 14. a — Libr. 1. in Exo. c. 57.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et dominus dedit tonitrua. *Ad terrendum Aegyptios.*

2 Et grandinem. *Ad consumendum terrę nascentia & etiam homines & animalia, quę erant in agris.*

3 Ac discurrentia fulgura super terram. *Ad percutiendum ea quæ grandinem euadebant. Patet etiam ex hoc, quod ista fuit ex tribus elementis. s. aqua ratione grandinis, quę est aqua congelata, aere ex commotione eius vehementi ratione tonitrui, & igne ex fulgure discurrente. Correspondet etiam ista plaga, per quam terrę nascentia fuerunt contrita, & in modum palearum redacta, culpæ Aegyptiorum quæ Hebræos afflixerunt palearum congregatione ut dictum est supra 5. capitulo.*

4 Cū egressus fuero de vrbe. *Erat enim plena idololatria, ideo prius egressus est antequam oraret.*

5 Noui autem, &c. *Necdum timeatis, timore filiali, sed tantum seruili, ut pœna cesset.*

6 Linum ergo & hordeum læsum. *Id est, contritum & corruptū a grandine, Cuius causa subditur.*

7 Eo quod hordeum esset uirens, &c. *In Hebræo habetur:* Eo q esset primitiuum. *& ideo iam tantum creuerat, quod illud quod posset crescere post percussionem grandinis esset infructuosum & inutile.*

8 Et linum iam folliculos, &c. *In Hebræo habetur:* Et linum iā tuellos fecerat. *Et ideo quia tuellii fuerunt fracti, vlterius erat inutile. Et prædictis patet, quod tria illam plagam euaserunt. s. illa quæ erant in domibus, quia in agris tantum fuit ista pestillentia, ut patet ex prædictis in textu. Item illa quæ non erant primitiua, quę non in tantum pro tunc creuerunt, quod renascētia esset inutilis. Item illa quę erant dura lignea, quę non fuerunt fracta, & eadem ratione illa quę nō erant in tuellis, quia non resistebant grandini sed cedebant percussioni.*

## MORALITER.

* 1 Grando, &c. Per q̄ intelligitur illa pęna damnatorum, de qua dicitur Iob. 24. c. *Ab aquis niuium transibunt ad calorem nimium. Per hoc autem quod dicitur*

A fragore cœli & grandine exterritus erat Pharao. Vnde rogabat Mosen, vt oraret pro eo, confitens iniquitatē suam, & populi sui. Sed Moses aliū timorem quærebat. Facile enī est pœnam timere, sed non est hoc Deum timere, illo scilicet pietatis timore, de quo Iacob dicit: *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, nunc me inanem dimisisses.*

† Tetendit. † grando. † Cessaret. † Locutus fuerat.

Triticū aūt et far nō sunt lęsa, qa serotina erāt. Egressusq. Moyses a Pharaōe ex vrbe † extēdit man⁹ suas ad dn̄m, et cessauerūt tonitrua et grādo, nec vltra stillauit pluuia sup terrā. Vidēs aūt Pharao q, cessasset pluuia et grando et tonitrua, auxit peccatū, et ingrauatū est cor eius et seruorū illius, et induratū nimis, nec dimisit filios Israel, sicut † præceperat dn̄s per manum Moysi.

Gen. 31. f. Historica. * Est.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Triticum autem & far non sunt læsa. *In Hebræo habetur: Triticum & spelta non sunt lęsa. Cuius causa subditur.*
2 Quia serotina erant. *Et illud quod natum & nouitium erat, cedebat percussioni grandinis. Cętera patent ex prędictis.*

* CAP.

*ADDITIO I.*

*In c. ix. vbi dicitur in postil.* Et misit Pharao ad videndum. *Et alia ratio consona literæ, quam quidam Hebræorum assignant ad hoc quod de ista plaga misit ad videndum specialiter, & non in prȩcedenti, quia s. mirabilius erat quod ex animalibus Aegyptiorum & Hebræorum, quæ in eisdem campis pascebantur, morerentur illa quę erant Aegyptiorum, non autem quæ erant Hebræorum, quam quod terra Gessen esset immunis ab aliqua plaga, non autem alia terra, Aegypti. Hoc etiam sonat litera, quæ in præcedenti plaga dicit:* Faciamque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, vt nō sint ibi muscæ, *in hac vero plaga s. pestis dicitur:* Mortuaq; sunt oīa animantia Aegyptiorum, & de animalib. filiorum Israel nihil oīo periit. *s. vbicunque essent, etiam in terra Aegyptiorum quod est mirabilius, & per consequēs dignius inquisitione. in primis vero duabus plagis, quia magi fecerunt similia, non curauit Pharao inquirere distinctionem † plagarum. In tertia vero non legitur talis distinctio.*

B

† Populorum.

*ADDITIO II.*

*In eo c. ix. vbi dicitur in postil.* Idcirco posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam.

*Licet concedendum sit, quod Deus non indigeat malitiis hominum ad declarationem suę fortitudinis eos flagellando, quia per multas alias vias potest suam fortitudinem ostendere, prout postillator dicit, non tamen ex hoc sequitur, quod cum dicitur:* Vt ostendā in te fortitudinem meam. *ly vt, non teneatur ibi causaliter, prout ipse vult inferre. Pro quo considerandum est, quod ex diuina prouidentia non solum disponitur qui effectus fiant, sed etiam ex quibus causis, & quo ordine proueniāt, inter quas quidem causas sunt etiam quorundam effectuum, causæ actus humani, vnde in talibus oportet homines agere aliqua, vt per suos actus impleantur quidam effectus secundum ordinem a Deo dispositum, prout in secunda secundę q. 83. & ideo talibus tales actus medy rationem habent causalitatis respectu effectus a Deo dispositi, vnde in præsenti materia, quia Deus ex proposito suæ voluntatis disposuerat, quod per malitiam Pharaonis à Deo toleratā & permissam sua potentia, iustitia & longanimitas, hominib. declararetur: idcirco huiusmodi malitia sic a Dei permissa, habet rationem causalitatis respectu huiusmodi declarationis à Deo intentę, non tamen hæc causalitas est principalis & absoluta, sed est secundaria, & ex supposito diuini propositi dictum est. Vnde patet quod ly vt, cum dicitur:* Vt ostendam in te, *tenetur causaliter prout sonat, & non indiget aliqua resolutione. Vnde et doctores sancti illam dictionem vt, in hoc loco in sua propria significatione relinquunt, ut patet in gl. bene intuenti; Sicut enim cum dicitur de Deo in Psal. 103. b. quod* producit herbā seruituti hominum, ut educa panem de terra, *non excluditur quin Deus per multas alias vias posset educere panem de terra, sine hoc quod herbam prius produxisset, sed quod Deus voluit instituere istum modum determinatum producendi, & sic eductio panis de terra habet causalitatem respectu productionis herbę. Vnde ly, vt, tenetur causaliter ibi, sicut & in hoc loco.*

C

REPLICA. *Correctorij contra Burgen. In c. ix. Burgen. notat postillatorem dicentem ly, vt, non teneri causaliter, sed consecutiue, cum dicitur:* Idcirco posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, *obijciens & allegans mira, putans ea esse contra postillatorum, quod tamen non est, sed potius pro eo, vt patet diligenter intuenti. Nihil enim potest esse Deo causa motiua ad extra, & in ratione finis, nec formæ, nisi consecutiue, & hoc est quod intendit postillator. Sequitur enim consequentia legali; Pharao fuit malitia induratus contra dominū, ergo Deus voluit in eo ostendere fortitudinem suam, & sic malitia non fuit causa nisi occasio consecutionis ex lege per Deum ordinata, ut Deus eum flagellaret, & in eo suam potentiam ostēderet, & ad hoc valet exemplum de productione panis de terra, quia ita ordinem naturæ instituit, quod prius terra germinaret, & gramen prodiret in granum, vt fieret panis consequenter ex ordine instituto. Sed & illud quod Burgen. ex dictis sancti Thom. secunda secundæ q. 83. applicat proposito, videtur non benedictū, videlicet quod ex ordinatione diuina oportet homines agere, ut effectus a Deo instituti impleantur; Nam ex eo sequitur in materia præsenti, quod Pharaoni peccatum obstinationis imputari non debet, quia secūdum hoc oportuit eum esse causam diuinæ glorificationis si causaliter teneri debeat, vt vult Burgen. in his lautem quæ oportet fieri, sicut in naturalibus & necessariis, non laudamur nec vituperamur, testibus philosophis & theologis. Sequitur etiam illam obstinationem fuisse non solum ex diuina permissione, sed etiam institutione & ordinatione, quod non sonat theologice, cum doctores sancti & Magister sententiarum huiusmodi obstinationis, sicut nec aliorum malorum culpæ non velint esse causam positiuam, sed defectiuam. Doctrina enim Scoti est, quod in reprobatione, Deus nullum actum positiuum habet circa reprobatum, sed solum negatiuum, non ordinando ad gloriam & gratiam. Vnde licet dictum sancti Thom. veritatem habere possit in positiuis ordinatis per Deum, in proposito autem, prout Burgen. applicat, non videtur consonare.*

E

CAP. X.

a Ego enim indurani, &c. * GRAEC. Deus Aegyptiis vtpote rebus a se creatis parcebat, tametsi idololatræ essent, vt sibi crederēt atq; obtemperarent, quare illos modo verbis, modo diuersis plagarū generib. castigabat, idipsum etiā hoc toto capite agit.

Qō. 36. in Exod.

AVGVSTI. Hæc non ita dixit, tanquā opus habeat Deus cuiusquam malitia, sed sic intelligendum est ac si diceret: Ego patiens fui super eum & seruos eius, vt non eos auferrem, vt ordine superueniant signa mea super eos, quia enim patiētia Dei, obstinatior fiebat malus animus, pro eo, qd̄ est, patiēs in eo fuisse, dicit, *ingrauani cor eius.* Plagæ Aegyptiorū, eruditio est filiorū Israel, ne similiter indurentur, & similia patiantur. Multato pestilente sapiētior erit paruulus.

Prou. 21. b

* GREG. Semetipsum dominus hanc duritiam gignere phibet, non quo prauorū mentes ad duritiē ipse & culpā formet, sed quod a culpa non liberet, sicut scriptū est, Ego enim *obdurani cor Pharaonis.* Quod quia misericorditer emollire noluit, profecto districte se obdurare nuntiauit.

Li. 29. Moral. cap. 24

ORIG. Possunt decem Plagæ, quibus Aegypt⁹ per Israelitas verberatur, Romani regni cōparari temporib. quia hæc in figura nr̄i facta sunt. Christianus & Israeliticus populus vnius Dei

† Quæ feci in Aegypto.

F

CAP. X.

Et dixit dominus ad Moysen: Ingredere 1 ad Pharaonem. a ¶ Patienter sustinui. Ego enim induraui cor eius. et seruorum illius, vt faciam signa mea hæc in eo, et narres in auribus filii tui, et nepotum tuorum, † quoties contriuerim

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

1 Et dixit dominus. *Hic describitur octaua plaga. Et primò prę-mittitur eius comminatio. Secundo subditur eius inflictio, ibi:* Dixit autem dominus: *Circa primum, patet litera vsque ibi.*

* 1 Ecce

*MORALITER.*

* 1 *Et dixit dominus.* Hic agitur de duabus plagis Aegypti. Prima est locustarum viridia corrodentium, de qua dicitur.

* 1 Ecce

Dei est, vna vtriusque causa subdita fuit, synagoga Aegyptiis, ecclesia Romanis. Persecuti sunt Aegyptii, persecuti sunt & Romani. Ibi decies contra dicitur Mosi, hic decem edicta cõtra Christũ. Diuersę ibi plagæ Aegyptiorum, diuersæ hic calamitates Romanorũ. Ibi primũ sanguis de puteis & fluminibus manat, hic prima sub Nerone plaga, & vbiq; morientiũ sanguis esset, vel morbis in vrbe corruptus, vel bellis in orbe profusus. Ibi secunda plaga ranę in penetralibus, inedia penè habitatores extinxit: hic sub Domiciano satellites effrænati iussu cruenti principis, & inopia pene omnes Romanos ciues dispersit. Ibi tertia plaga ciniphes, muscultæ sæuissimæ, quæ media æstate per loca squalida gregatim volant, capillisque hominum, satisque pecudũ urente morsu inferuntur: hic tertia plaga sub Traiano Iudæos excitauit, qui cum ante dispersi, quasi non essent, quiescerent, repentino calore permoti, grassati sunt. Præterea multæ urbes iisdem temporibus corruerunt terræmotu. Ibi quarta plaga muscæ caninæ, alumnę putredinis, vermiũ matres, hic sub Marco Antonino lues multis infusa prouĩciis, Italiã & vrbem Romam, exercitumque Romanorũ per diuersa hybernã dispersum, morte dissolutum, putredini & vermib. dedit. Ibi quinta plaga pecorum & iumentorũ, hic sub Seuero persecutore ciuilibus bellis propria viscera & adiumẽta rei publicę, id est, plebes, puinciarũ & legiones militũ, cõminutę sunt. Ibi sexta plaga vesicæ turgentes, vlceraq; manantia: hic plaga quę post Maximi persecutionẽ fuit, qui specialiter episcopos & clericos, omissa turba populari, ecclesiarũ primates crucia ri imperauerat, itumescẽs crebrò ira & perfidia, nõ p vulgi cædem, sed per vulnera morientiũ principium & potentiũ exaltata est. Ibi septima plaga, coacta in aere grãdo, quæ hominib. & iumẽtis fuit exitio: hic sub Gallo & Volusiano, qui Decio persecutori successerat, pestis infusa est, per omnia spatia Romani regni, & omne ppe genus humanũ dedit neci. Ibi octaua correctio, excitatæ vndique locustæ: hic excitatæ vndique gẽtes, Romanũ orbẽ cædib⁹ & incendiis vastauerũt. Ibi nona plaga, tenebræ tractabiles plus periculi comminantes, quã facientes: hic Aureliano persecutore decernẽte, diris turbinib⁹ terribile fulmen sub ipsius pedib⁹ ruit, ostẽdens qd faceret tãtus vltor, nisi patiens esset, quãquam intra sex mẽses tres interfecti sunt Imperatores, Aurelian⁹, Tacitus, & Florianus. Ibi decima et vltima plaga primogenitorũ interfectio: hic omnium perditio idolorum, quę primit⁹ facta ĩ primis amabãt. Ibi rex potentiã Dei probauit, & sensit et timuit, & populum Dei liberum dimisit hic quoque hęc omnia fecit, & etiã credidit.

IDEM. Ibi popul⁹ Dei non est ad seruitutem retractus, nec hic posteà ad idololatriam coactus. Ibi Aegyptiorũ vasa pretiosa Hebreis tradita sunt: hic ecclesiæ Christianorum, pretiosa paganorum tẽpla cesserunt.

IDEM. Aegyptiis post decẽ plagas dimissos Hebręos persequentibus maris irruit interitus: nos quoque peregrinantes persecutio Gentilium manet, donec mare rubrũ, id est, ignẽ iudicii Christo duce & iudicio transeamus. Qui uero Christianos prosequuntur, cum rege suo Antichristo, in stagno ignis ęterni submergentur.

Decẽ plagæ Romanorum.

† Renuis humiliari coram me

† Hẽt hãc ruinam si ue hunc laqueum.

† Nobis.

Ægyptios, et signa mea fecerim in eis, et sciatis quia ego dominus Deus. Introierunt ergo Moyses et Aaron ad Pharaonem, et dixerunt ad eum: Hæc dicit dominus Deus Hebręorum. Vsquequo † non vis subiici mihi? Dimitte populum meum, vt † sacrificet mihi. Sin autem resistis, et non uis

a ¶ Nota locutionem. ¶ Contra hominum inconstantiam.

a dimittere eum, ecce ego inducam cras locustam in fines tuos, 1 quæ operiet superficiem terræ: nec quicquam eius appareat, 2 sed comedatur quod residuum fuit † grandini. Corrodet 3 enim omnia ligna quæ germinant in agris, et implebit do- † mos tuas et seruorum tuorum et omnium Ægyptiorũ, † quan 4 tum non viderunt patres tui et aui, ex quo orti sunt super terram vsque in præsentem diem: Auertitque se et egressus est a 5 Pharaone. Dixerũt autem serui Pharaonis ad eum: Vsquequo 6 patiemur † hoc scandalũ? Dimitte homines, vt sacrificent domino Deo suo. Nonne vides q perierit Ægyptus? Reuocaue- 7 runtque Moysen et Aaron ad Pharaonẽ, quid dixit eis: Ite sacrificate domino Deo vestro. Quinam sunt qui ituri sunt? Ait Moyses: Cum paruulis nostris et senioribus pergemus, cum 8 filiis et filiabus, cum ouibus et armentis. Est enim solennitas domini † Dei nostri. Et respondit Pharao: Sic do- 9 minus sit vobiscum: Quomodo ego dimittam vos et paruulos uestros? † Cui dubium est quod pessimè cogite- 10 tis? Non fiet ita, sed ite tantum viri et sacrificate domino 11

† Sup. 7. c. 8. a. 9. a.

† Seruiat.

† Vobis a grandine.

† Quantã.

Psal. 104. c. Sap. 16. b. Ioel 1. a

RABBANVS. Octauum præceptum. *Falsum testimonium nõ dices.* Octaua plaga, locusta animal, scilicet dente noxium. Falsus enim testis nocet mordendo, & consumit mentiẽdo. Vnde: *Si mordetis & consumitis, videte ne ab inuicem consumemini.*

a *Ecce ego inducam, &c.* ✠ AVGVSTIN. Iuxta septuaginta, *Ecce ego inducã hac hora crastino die, locustam multam.* Ecce quemadmodum, superius dixit ranam, ubi diximus plerumque pl' intelligi, cum aliquid huiusmodi singulariter dicitur, quam si pluraliter diceretur. Manifestum est enim plus sonare. *Locustam multam*, quam si diceretur locustas multas.

ORIGENES. Puto per hoc gen⁹ plage dissidentis semper a se & discordantis humani generis inconstantiam confutari.

Gal. 5. c. In locutionib. supra. Exod. Locut. 47.

Hom. 4. in in Exod.

Locu

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ecce ego inducam cras locustã in fines tuos. *i. multitudinẽ locustarum, sicut dictũ est supra. viij. c.* Venit musca grauissima. *i. multitudo muscarum, per talem modum loquendi dicitur syllogismus est oratio. i. congeries orationum.*

2 Quę operiet superficiem terræ. *Non quod totaliter sit operta, sed pro magna parte.*

3 Nec quicquam eius appareat. *s. de his quæ pertinent ad eius ornatum, sicut sunt herbæ & cętera viridia. Et iste sensus patet per hoc quod subditur.* Sed comedatur quod residuum fuit grandini, &c.

4 Et implebit domos. *Quia non solum infestæ erant terrenascentibus, sed etiam hominibus.*

5 Auertitq; se & egressus est à Pharaone, &c. *Quia percepit per signa obstinationem regis, & indignationem eius contra ipsum, & ideo dedit iræ locum.*

6 Vsquequo patiemur. *Scandalum est impactio pedis quæ facit hominem cadere, & sic illud malum quod eis imminebat vocabant scandalum.*

7 Reuocaueruntque Moysen. *De voluntate regis.*

8 Cum paruulis nostris. *Cuius causa subditur.* Et enim solennitas, *scilicet generalis, in qua omnes tam masculi quam fœminæ debent esse. Oportet etiam nos sacrificare, & nescimus quæ uel quot, ideo oportet nos ducere animalia ad immolandum, similiter iumenta ad portandum mulieres & paruulos.*

9 Sic dominus sit uobiscum. *Ironice dicitur hoc.*

10 Cui dubium est quod pessime cogitetis? *Ac si dicat, patet q rebellare intenditis sub prætextu sacrificandi.*

11 Ite tantum uiri & sacr. *q. d. ad vos sacrificare pertinet & nõ ad alios.*

✠ 1 Hoc

MORALITER.

✠ 1 *Ecce ego inducam cras locustam.* Locustæ saltantes ad corrodẽdum viridia, significãt dæmones festinantes ad destruendum bonorum operũ initia, vt sic sequens fructus impediat. Ipsi vero torquent damnatos in inferno, quia sicut peccatores eis fuerunt subiecti in culpa, ita subiiciũt in pęna: ideo subditur.

† *Comedatur quod residuum fuit.* Quia dæmones supplent residuum pęnarum inferni. Ideo subditur.

Locusta enim cum regem non habeat, secundū scripturam ordinatū ducit exercitum. Homines vero cum rationales facti sunt, neque se regere ordinatè potuerunt, neque Dei regētis patienter moderamina pertulerunt.

STRAB. Per locustam quę regem non hēt, significatur temeritas illorū, q licet diuersis pęnis multati, semp in duritia sua manent, tanquam nullū habeant rectorem.

a *Ad locustā*. ISID. Locustæ p mobilitate leuitatis accipiūtur tanq̄ vagæ & sallētis animæ pro voluptate seculi.

b *Et extendit Moyses uirgam*. Quædā prodigia fiūt p Mosen, quedā per Aaron, quedā vero p ipsum dominū, vt cognoscamus in quibusdā per sacrificia sacerdotū & obsecratione pōtificū nos esse purgādos, quos Aarō persona designat. In quibusdā p scientiā legis emēdandos qd Mosi designat officiū. In difficilioribus aūt ipsius dñi virtute egemus.

c *Ventus urens leuauit locustas* ✱ CHRYSOST. Locusta animal paruulū est, & inter volatile & reptile medium. Neque.n. a terra satis tollit, qa si paululū eleuat, nō tam volat quā salit. Et cū à terra se paululū eleuauerit, iterum pennis deficientib. cadit in terram.

d *Deuorata est igitur, etc.* ✱ RVPERT. Ecce qualis instruxit acies dominus, pugnādo pro Israel, Ranæ, Cyniphes, muscæ, locustę, fuerunt castrorum eius acies, & ex eiusmodi cohortibus, totas cōtra fortes Aegyptios composuit legiones. Singuli milites secundū se breues & infirmi, verum pro exercitib. Pharaonis satis valentes fuere, duce imperio Dei.

GREG. Exhibitę cęlit⁹ Aegypti plagæ, exgentib⁹ meritis corporaliter illatę sunt, sed q̄ mala quotidie prauas mētes feriant spiritualiter signauerūt, quibus exteriorū percussione Aegypt⁹ afflicta, cōmota mēs, dolensq; perpēderet, quæ vastationis dāna interius negligēs tolераret. Per locustas em̄ quæ plus q̄ cętera minuta animantia frugib. nocent, linguę adulātium figurantur, quę terrenorum mentes aliqua bona proferentes immoderatius laudādo corrumpūt. fructus .n. Aegyptiorum opera cenodoxorū, quæ locustę extermināt, dum adulantes linguę ad appetendas laudes trāsitorias cor operātis inclināt. Herbam locustę comedunt, qn̄ adulatores verba loquētium fauorib. extollunt. Poma arborum deuorāt, cum vanis laudib. quorundam iam qua si fortiū opa eneruāt.

e *Non remansit, &c.* AVG. Beneficium certè Dei commorauit scriptura, quod abstulit locustas, & profecta dixit indurasse Dominū cor Pharaonis, beneficio. f. suo, & patientia qua illa fiebat obstinatio, dum ei parceretur. Sicut omnia mala corda hominū patientia Dei male vtendo durescunt.

f *Extende manum, &c.* AVGVST. Tertio dicitur ad Mosen: *Extende manum tuam in cęlum*, vt fieret etiam plaga tenebrarum. Nunq̄ autē dictum est ad Aaron, vt extenderet manus ī cęlū Quod

(Marginalia: † Descendat. ✱ Et. † Orientalem. Mysticè. † & obscurata est terra. Caligino... vel dēsę. Lib. 31. moral. c. 20. † Ps. 104. a Sap. 16. b. Iohel. 1. a. Quæst. 37. in Exod. † quæ. † Ad. F Non uidebat alter alterum. Quæst. 38.)

Hoc enim & ipsi petistis. [1] Statimque eiecti sunt de conspectu Pharaonis. Dixit † autem Dominus ad Moysen: [2] Extende manum tuam super terram Ægypti ad locustam, vt † [3] ascendat super eam, & deuoret omnem herbam quæ residua fuit grandini. [4] Et extendit Moyses virgam super terram Ægypti, & Dominus induxit ventum † vrentem tota die illa & [5] nocte. Et mane facto, ventus vrens leuauit locustas. Quæ ascēderunt super vniuersam terram Ægypti, & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus [6] non fuerunt, nec postea futuræ sunt: Operueruntque vniuersā [7] superficiem terræ † vastantes omnia. Deuorata est igitur herba † terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat. Nihil quoque omnino virens relictum est in lignis & herbis terræ, in cuncta Aegypto. Quamobrem festinus Pharao [8] vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccaui in Dominum [9] Deum vestrū, & in vos. Sed nunc dimittite peccatū mihi etiam [10] hac vice, & rogate Dominū Deum vestrū, vt auferat a me mor[11]tem istam. Egressusque est Moyses de conspectu Pharaonis, & [12] orauit dominum: Qui flare fecit ventum ab occidēte vehemen[13]tissimū, et arreptam locustam proiecit in mare rubrum. Nō re[14]mansit, nec vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. Dixit † [15] autem dominus ad Moysen: Extende manum tuam † in cælum et sint tenebræ super terram Aegypti tam densæ, vt palpari queant. [16] Extenditq; Moyses manū in cælū, et factæ sunt tenebræ † horribiles in vniuersa terra Aegypti. [17] Tribus diebus † [18]

(Interlinear glosses: a ¶ Calidus auster. f. vt putant. ¶ Suggestio diabolica. b Adulantium linguas. a ¶ Dissidentem a se, & discordantem humani generis inconstantiam. b ¶ Ciues mundi. a ¶ Adulantes enim non sunt digni numero. a ¶ Opera. b ¶ Fauoribus elata. a ¶ Verba. ¶ Operum. ¶ Fortibus. a ¶ Arguentes cæcitatem mentis, vel ostendentes diuinæ dispensationis & prouidentiæ obscurissimas esse rationes. b ¶ Hyperbolicæ. Tenebræ enim palpari non possunt, sed magnitudinem tenebrarum significauit.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Hoc enim & ipsi. *Non uereretur mentiri, qa hoc nō prius petiuerāt.*
2 Dixit autem dominus. *Hic describitur plagæ inflictio, & secundo eius remotio ibi: Quamobrem. Circa primum dicitur.*
3 Extende manum tuam. *Licet Moses esset executor ordinatus in his quæ pertinent ad Deū propter quod in præcedētibus iussus est extendere manū versus cælū, tamen hic iubetur extendere manum suā super terra, ad ostendendū, q̄ qui potest in maius, potest in minus, quando potestates sunt ordinatæ, sicut in proposito, sed non econuerso. & ideo Aarō qui fuit constitutus in his quæ pertinent ad populum, vt patet in prædictis extendit manum uersus terram, sed non versus cęlum.*
4 Ad locustam: *Id est, ad multitudinem locustarum.*
5 Et dominus induxit uentum. *i. calidum & siccum, qui facit ad generationem locustarum, & fortificationem ipsarū vt possint volare.*
6 Quales ante illud, &c. *In multitudine & magnitudine.*
7 Nec postea, &c. *Contrarium videtur dicere Iohel propheta. Dicendum quod non loquitur de locustis ad literam sicut hic, sed sub similitudine locustarum loquitur de gentibus quæ vastauerunt terram filiorū Israel secundum aliquos. Secundum vero alios dicentes, quod Iohel loquitur de locustis ad literam. Dicendum quod istæ locustæ fuerunt grauiores intense, sed non extense, quia modico tempore durauerunt, sed illæ diuitius, ut ibidem plenius dicetur domino concedente.*
8 Quamobrem: *Hic describitur prędictæ plagę remotio.*
9 Festinus Pharao. *Quia necessitate vrgebatur.*
10 Peccaui in dominum. *Simulat pœnitentiam vt euadat pœnam.*
11 Vt auferat à me. *Vocat illam plagam mortem, quia ad eam disponit ex corrosione terrænascentium, & correspondet ista plaga culpæ Aegyptiorum, qua perduxerant vitam Hebræorum ad amaritudinem, ut dictum est. 1. c. & ideo vocatur mors qua nihil amarius dicitur.*
12 Eressusque est. *Quia in conspectu idololatræ noluit orare.*
13 Qui flare fecit, &c. *Ad debilitandum locustas sicut ventus ualid⁹ stans ex opposito eas generat & fortificat, ut dictum est.*
14 Vehementissimum. *Vt locusta non posset resistere impetui eius.*
15 Dixit autem dominus. *Hic describitur nona plaga, cum dicitur.*
16 Sint tenebræ, &c. *Dicunt enim aliqui, quod aer fuit ita ingrossatus uaporibus humidis & grossis, quod contactu poterat percipi, quia tenebra ipsa cum sit priuatio lucis, non est tactu perceptibilis.*
17 Et factæ sunt tenebræ horribiles. *Quia in illis tenebris fiebant uisiones imaginariæ horribiles.*
18 Tribus diebus nemo uidit fratrem suum. *Id est aliū hominē.* ✱ 1 Ne

## MORALITER.

✱† *Deuorata est igitur herba, &c.* Ita quod nihil remansit viride, per quod design atur quod damnatis in inferno nihil remanet consolabile, sed sempiternus horror inhabitans. Secundo uero plaga est tnebrarum palpabilium, de qua dicitur.

15 *Dixit autem dominus ad Moysen:* Extende manu, &c. Per quas significantur illæ tenebræ, de quib. dicitur Matt. 8. b. *Eiicientur in tenebras exteriores.* f. illi q̄ vitā Aegyptiorum sequuntur & errores.

✱ MO-

Quod ergo dictum est ad Mosen, *extende manũ tuam super terrã Aegypti, & ascendat locusta super terrã*, credo id significari, etiam minus posse qui plus potest, sed non conuenit.

ORIG. Nona plaga tenebræ sunt, vt mentis eorum cęcitas arguatur, velut intelligant diuinæ dispensationis & prouidentiæ obscurissimas esse rationes. Posuit enim Deus tenebras latibulum suum quas illi audacter & temere perscrutãtes, & alia ex aliis afferentes, in crassas & palpabiles errorum tenebras deuoluti sunt. STRA. Per tenebras insipientia † eorum ostenditur, qui affligebãtur & ignorabãt ad quẽ finẽ eorũ pœnę deuenirẽt. Etiam vel per tenebras arcanum diuini iudicii significatur, quo iustos misericorditer saluat, impios iustè condemnat.

Hom. 4. in Exod. Sap. 17. a. • Tribus diebus. Sap. 18. a. † Iudæorũ. Allegor. † Recte.

a Græcus habet, & non vidit v llus fratrem suum,

b Non quod penitus non moueretur, sed quia de loco in locum migrare non poterant.

nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat. 1 *Vbicunq. aũt habitabãt filii Israel, lux erat. Vocauitque Pharao, Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, † sacrificate dño. Oues 2 3 tãtum vestræ & armẽta remaneãt: paruuli vestri eãt vobiscũ. Ait Moyses: Hostias quoq. & holocausta dabis nobis, q̃ offeramus dño Deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscũ, non re 4 5

a Quasi abductis pecorib. posset vngula remanere: sed sic intelligendum est, nec vngulam relinquemus.

manebit ex eis vngula, † quæ necessaria sunt in cultũ domini Dei nostri, præsertim cũ ignoremus, quid debeat immolari*, donec ad ipsum locũ perueniamus. Indurauit aũt dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitque Pharao ad Moysen: Recede a me, & caue ne vltra videas faciem meam. Quocunque die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses: † Ita fiat, vt locutus es: Non videbo vltra faciem tuam.

videbat populus vidẽs Deũ, id est, populus Israel, dicente scriptura, Quia vbicunq; Israel erat, lux erat. Sic inter filios tenebrarum *in terra mortis c. l. gme fulgebant iusti*, & videbunt, eo vtique clarius, quo exuti corporum vmbris.

a *Oues tantum, &c.* Græcus habet, *præter oues & boues relinquite*, & est inusitata locutio, nisi post distinctionẽ inferatur, relinquite, & subaudiatur illa, vt sit sensus: Ite præter oues & boues, & relinquite illa: solet enim talis eclipsis fieri crebro in locutionibus scripturarum.

RABAN. Nonũ præceptum. *Non concupisces uxorẽ proximi tui.* Deute. 5. c. Nona plaga, dẽsę tenebræ. Est enim quędã mœchia ẽt in appetendo vxorem alienam quando cuiuis nõ sufficit sua, etiam alienã tentare. Vere densę sunt tenebræ. Nihil enim tam dolet patiens, nihil tam nolit pati faciẽs. Qui hoc facit vere cęcatur furore horribili.

† Seruite. † Quia accipiemus ex eis. Non cõcupisces. • Domino

✱ BERNARD. Quemadmodum olim omni oculo caligante per vniuersam Aegyptium, solus in mediis tenebris clare videbat

Sermone. 72.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nec mouit se, *timore ductus.*

3 Vbicunq; autem habitabant filij Isael, lux erat. *Ex quo patet quod ista plaga facta est mediantibus cęli luminarib. Deo ad nutum obedientib. non influendo lumen Aegyptijs, & cõmunicando illud Hebręis Et ista plaga correspondet cęcitati mẽtis, quæ fuit in Aegyptijs, qui post tot signa manebant in obstinatione sua.*

3 Vocauitq; Pharao Moysen. *Non quãdiu fuerũt tenebrę, qa tũc nullus Aegyptius de loco se mouit, sed post quã redierat lux, timebat .n. de alia percussione maiori. Dicunt autem Hebræi ꝙ prædictæ tenebræ trium dierum nõ solum fuerunt ad percutiendum Aegyptios, sed ẽt propter filios Israel, inter quos erant aliqui mali & increduli, nec volebant de Aegypto recedere: & illi mortui sunt in illis tribus diebus & sepulti, ita quod Aegyptij non viderunt. S. n. vidissent, sic dixissent, inter se, ita percussi sunt filij Israel, sicut & nos.*

4 Hostias quoque & holocausta dabis nobis. *Id est, permittes quod ducamus animalia ad sacrificia.*

5 Cuncti greges pergent nobiscum. *quia nescimus quæ & quanta velit, & in hoc Moyses non dixit falsum, quia dixerat illi dominus.* Immolabis Deo super montem istum, *vt habetur supra 3. c. sed non determinauerat sibi quæ uel quot deberent immolari, nec oportebat quod Moses diceret expresse quod uellent de pręcepto Dei omnino de Aegypto absque reditu recedere, licet enim falsum non debeat dici, veritas tamen pro loco & tempore potest taceri, & ideo de duobus a Deo sibi dictis, unum dixit, aliud tacuit.*

CA P.

## ADDITIO.

*In c. 10. ubi dr̃ in postil. Vbicunq. aũt habitabant filij Israel, lux erat non vr̃ necessarium dicere, ꝙ ista plaga. s. tenebrarum facta fuerit mediantib. cæli luminarib. Sufficit. n. ꝙ fuerit solũ in aere, & ubi Aegyptij habitabant tantum, vnde aer ille fuit ingrossatus & densatus virtute diuina, intantũ ꝙ perdidit diaphaneitatẽ, sic vt nõ esset capax lucis. Qđ patet manifeste ex hoc qđ dicit:* Trib. dieb. nemo vidit fratrẽ suũ. *Nã si aer fuisset capax luminis, potuissent se uidere adinuicẽ cũ lucernis seu lampadib. igneis, quib. hoĩes cõiter illuminantur, ẽt in nocte quãtũcunq. obscurissima: hoc ẽt vr̃ sonare uerba quæ dr̃ de his tenebris. s.* vt palpari queant. *Ex qua quidẽ grossitie tam palpabili contingebat qđ dicitur:* Nemo mouit se, *quia tanta erat grossities, ꝙ impediebat motum. In sola. n. obscuritate quantũcunq; careat luce, hoĩes mouẽtur, præsertim in locis sibi notis. Vnde ẽt in nocte obscurissima nonnulli † proficiscuntur, & ideo oportet ꝙ huius quod dicitur.* Nemo mouit se, *causa fuerit palpabilis grossities aeris tenebrosi, vnde in hac plaga cæli luminarib. suo more influentib. aer, Aegyptiorũ non recipiebat lumen ratione prædicta. Aer uero Hebræorũ illuminabatur, ut solebat: est. n. hæc expositio magis consona rõni, quia sm̃ Philosophũ: Frustra fit per plura quod põt fieri per pauciora, & eadẽ rõne, quod põt fieri per minora, non requiritur ꝙ fiat per maiora: & ideo non oportet dicere ꝙ Deus in hac plaga influentiã cęlestiũ luminariũ mutauerit, sicut nec litera h. d. sed solum fuit mutatio in natura aerea elementari modo prædicto.*

† Itinerantur. Philosophus.

REPLICA Correct. cõtra Burg. rurale. *In c. 10. Bur. notat postil. dicentẽ plagã nonã q̃ erat tenebrarũ fuisse medi intib. luminarib. cæli, in quib. Deus suspẽdit actũ sm̃. s. illuminare, nulla mutatione facta in eorũ natura quo ad actũ primũ qui est lucere, sicut ẽt dicit super Danielẽ de igne triũ puerorũ, in quo fuit suspẽsus, scđs actus q̃ est calefacere & comburere, primo actu. s. calore manẽte. Quẽ modũ dicẽdi rõnabilẽ & intelligibilẽ Bur. hic nititur corrũpere, dicens ꝙ illa plaga. s. tenebrarũ sit facta p condensationẽ aeris tantũ, ut pderet diaphaneitatẽ, & hoc pbare nititur, ex eo qđ dicitur in litera, ꝙ* trib. dieb. nemo vidit fratrẽ suũ, *asseres si aer fuisset diaphanus et capax lucis, potuissent accẽdere lucernas, & sic se mutuo uidere. Itẽ scđo ex eo ꝙ tenebrę in litera dicuntur palpabiles, quod contingebat ex huiusmodi ingrossatione, quæ tanta fuit vt etiam motum impediret, quia dicitur in litera, quod* nemo mouebat se de loco. *& confirmat factum suum duplici ratione. Prima, quia frustra fiunt per plura quæ possũt fieri per pauciora. Secunda ratio, quia frustra fit per maiora quod per minora fieri potuit, cuiusmodi est aer respectu lucis. Sed hæc uidetur grossa & ruralis imaginatio militans contra rationem & naturam rerum: nam destruit naturam, rationem, & nomen plagæ. Ipsa enim plaga dicitur in litera tenebræ. Tenebra autem est priuatio lucis in subiecto apto nato, quæ priuatio imaginatione Burgen. locum non habet, quia nihil aptum est illuminari nisi diaphanum qualis non erat aer Aegyptiorum pro tunc secundum Burgen. & sic secundum eum non potest dici plaga tenebrarum, sed condensationum, quod est contra literam. Secundo destruit naturam & rationem aeris: nam aer de sua natura est corpus interminatum terminis proprijs, & ideo diaphanum: condensatione igitur Burgen. posita quod aer non sit diaphanus, sequitur aerem non esse corpus interminatum, & sic sequitur aerem non esse aerem. Tertio destruit motum naturalem, quia posita tali densitate aeris vt impediuisset motum animalem, etiam impediuisset motum naturalem, & ideo in tali aere graue positum non moueretur deorsum, nec leue sursum, nec apud Aegyptios tribus diebus, fuisset in tali aere inspiratio & respiratio, & sic nouo miraculo sine spiraculo tribus dieb. vixissent. & multa alia inconuenientia contingunt sic grosse imaginanti. Nec rationes eũ mouentes ad sic dicendum cogunt. Non prima quia supponit contra literam quod potuissent accendere lucernas nam in litera dicitur, quod nemo se mouebat de loco tempore illarum tenebrarum, ideo nemo poterat accendere lucernam. Et breuiter potest dici ꝙ eodem miraculo, quo Deus suspendit actum scđm luminarium cæli, quo ad Aegyptios, ita etiam luminarium quorũcunq;. & sic nec ignis nec candela illuminationis officium habuissent, sed remansissent in suis naturis & actib. primis, nec oportet ibi assignari scđm miraculum. Nec secunda eius ratio mouet, dicit tenebras fuisse palpabiles. hoc. n. dicitur Hyperbolice secundum gl. interli. quia tenebræ palpari non possunt, sed significat magnitudinem tenebrarum. Secundum. n. uirtutem sermonis si talis aer densatus per literam pretenderetur, potius diceretur tenebrosum, palpabile quam tenebra, secundum autem illam positionem aer tenebrosus poni non potest, quia cum non esset diaphanus, non fuisset*

A *capax lucis, igitur nec priuationis opposite, sicut lapis nō pōt dici cæcus, quia nō est capax visus, &c. Cōfirmationes aūt huius positionis sunt cōtra ponē. q̄. quando enim primo dicitur: Frustra fieri p plura, &c. manifestum est ex dictis q oportet apud Bur. plura assignare miracula. Apud postillatorē aūt vnicam suspensionē actus secūdi cuiuscunque lucis. innititur igitur paucioribus qd secūdo additur, Frustra fieri p maius, &c. contra eū est, qa p aerē & eius dispositionē tenebræ fieri nō possūt luce præsente fm cmuem sui actum. Densitas enim aeris sic facit nubilū, non tenebrā, vt patet tpib. nebulosis. In exordio nāq; mūdi ante lucis creationē dicitur:* tenebrę aūt erāt sup faciem abyssi. *post creationē autem lucis nunq̄ legimus tenebras nisi luce deficiēte secūdm actū fm. s. illuminare per actum autem primum nunq̄ deficit lux quin in seipsa luceret.*

CAP. XI.

a Dices ergo omni plebi, &c. AVG Non dēt hinc quisq; exēplum sumere, nec sic proximū spoliare. Hoc.n. Deus iussit q nouerat qd quęq; oporteat pati. nec Israelitę furtū fecerūt, sed Deo iubēte ministeriū pbuerunt, sicut cū minister iudicis occidit eū quē iudex præcipit. Sed si id sponte faciat, homicida est, ēt si eum occidat, quem scit a iudice occidi debuisse, sed si seorsum habitabant Hebræi in terra Gessen vbi nec plagæ fiebant, quomodo petit quisque a pximo vel a proxima aurum, argentum, vestem, pręsertimquia vbi primū hoc mādatur per Mosen, sic positum est, & mulierē a uicina sua, & concellania uel concellanea fm aliam literam. Vnde intelligendum est ēt in terram Gessen non solos Hebræos habitasse, sed eis aliquos Aegyptios cohabitasse ad quos potuerunt merito Hebręorum etiam illa diuina beneficia peruenire, ut eos diligerent, & quod petebant, facile commodarent, nec tñ Deus iudicauit illos ita alienos fuisse ab iniurijs & contritionib. quas populus Dei pertulit, ut nec isto damno ferirentur, qui alijs plagis percussi non erant.

Quęst. 39. In Exod. — *Hinc. †Cūq; dimiserit vos omnino proiiciet vos hinc. Eccl. 45. a. Et vestem. *Moyses.

✠ THEOD. Longum Hebręi tps in Aegypto in laterib. muris, vrbibus faciendis consumpserunt. Dominus igitur Deus mercedem aliquam laboris sui percipere voluit, ideoq; hac illos calliditate vti voluit. Nam & Aegyptij regi suo in vexandis Hebræis operam suam ac studium addiderunt.

Quęst. 25.

CAP. XI.

1 Et dixit dominus ad Moysen: Adhuc vna 2 plaga tangam Pharaonem & Ægyptū: & 3 post hæc dimittet vos, * & exire compel- 4 let. Diceſ ergo omni plebi, vt postulet vir a 5 ab amico suo, & b mulier a vicina sua vasa 6 argentea, & aurea, & vestē: dabit autē dñs 7 gratiā populo suo corā Ægyptiis. Fuitq; Moyses vir magnus 8 valde in terra Ægypti corā seruis Pharaonis & c oī populo. 9 Et ait: * Hæc dicit dominus: Media nocte† ingrediar Ægy- 10

✠ HVGO VICTOR. 1 *Dices ergo omni plebi, &c.* Per recapitulationem dēt intelligi hoc esse dictū, ēt ante nunciatum esse a Mose oībus Hebræis, vt in vltima plaga tali die hoc facerent. b *Vt postulet vir, &cæt.* GREG. Mētes vsui vitæ carnalis inhęrētes, euelli ab infimis non pñt, nisi gradatim ducta pdicatione proficiāt. Hinc est qī Aegypto positis, pio iustoq. moderamine latēti ɔcupiscentię cōdescenditur, ut uicinorū uasis aureis & argēteis sublatis discedere iubeñt, qui ad Sina montē ducti, accepta lege mox audiūt. *Non concupisces rē proximi tui.* Hinc ēt in lege Deut. 19. d. *Oculū pro oculo, dentē pro dente* precipitur exigere, qñq; tñ reuelata gratia percussi, maxillā alterā iubentur præbere. Quia.n. plus semper ira in vindicta exigit q̄ iniuria accepit, dū discunt mala non multiplicius reddere, qñque discerent ea, & multiplicata sponte tolerare. Hinc rudem populum a quibusdam prohibuit, quædam in usu pristino seruauit, & ipsa in melioris uitæ figurā. Bruta nāq; animalia in Aegypto idolis mactabāt. Ideo animaliū mactationem retinuit, sed idolorū cultū uetuit, ut dū de usu aliquid amitterent, in cōsolationem ēt aliquid haberent, quod tamen mira dispensatione in figuram spiritus conuertit. Sacrificia.n. illorum animaliū, extinctionē nostræ carnalis uitæ significāt. unde ergo imbecillitati populi rudis cōdescenditur, inde ei per obumbratas allegoriarū species maior fortitudo spiritus nunciatur.

& Aegytum. † Sup. 3. g & inf. 12. e. Ps. 104. d. 28. moral. c. 17. †Egrediar

c *Coram, &c.* Qui. s. habitant cum Hebræis in terra Gessen, & pro ipsis nouem plagis Lęsi non erant, ideoq; eos diligebāt. decima plaga afflicti sunt, cum discessissent Hebręi ab eis. ☞ a Morie-

✠ TERTVL. Si Christus dignos pronuntiat mercede operarios, excusauit præceptum illud creatoris de uasis aureis & argenteis Aegyptiorum auferendis. Qui.n. uillas & urbes operati fuerint Aegyptiis, digni utique operarii mercede, non ad fraudem sunt instincti, sed ad mercedis compensationem, quam aliás à dominatoribus exigere non poterant.

Lib. 4. contra Martionē

✠ BASIL. Bona Hebręorum astutia fuit, qua Agyptios iniustos sui possessores deceperunt, idq; Dei consilio ac uoluntate. Nā & impios Deus ob illorū impietatē sepenumerò molestare cōsueuit, quemadmodum & in Deut. libro scriptum est, ne dicas in corde tuo, *cum deleuerit eos Dominos Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam introduxit me Dominus ut terrā hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes.*

Hom. in procœmiū prouerbiorum.

THEOL

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP X.I

ET dixit dom. &c. *Hic describitur decima plaga. Et primo ponitur ipsius comminatio. Secundo eius inflictio. 12. ca. ibi.* Factū est autem. *Prima in duas, in partem principalem & incidentalem. Secunda in princ'pio. 12. c. Circa primum pœna infligenda dicitur Mosi & secundo Pharaoni, ibi.* Fuit autem Moyses. *Circa primū dr.*

1 Et dixit dom. &c. *s. antequam recederet a Pharaone, quia dixerat ei quod post suum recessum amplius nō videret faciem eius. Bene.n. fiūt reuelationes diuinę prophetis, ēt coram hominib. malis, sicut patet de Michæa coram Achab. 3. Reg. 22. c.*

2 Adhuc, &c. *Regē principaliter, quia principalis fuit in peccando, & populum secundario, quia peccauit regi consentiendo.*

3 Dices ergo, &c. vir ab amico suo. *Viri n. qui per terram discurrunt aliquando amicitias contrahunt, ēt in longinquis partib. sed mulieres quæ sic non discurrunt, contrahunt tantum a vicinis, ideo subditur.*

4 Et mulier a vicina sua. *Non tamen peccauerunt in hoc ut dictum sup. 3. c.* 5 Vasa argentea & aurea. *Non dicit pecuniam, quia ratione solennitatis imminentis honestius petuntur talia quam pecunia.*

6 Dabit autem dominus gratiam. *Qualiter autem hoc sit intelligendum. s. dando vel accommodando. dictum est ibidem.*

7 Fuitque Moyses. *Hic denūtiatur prædicta plaga Pharaoni, prædicitur tamen de Mose.* 8 Vir magnus valde. *Id est reuerendus propter quod coram Pharaone loquebatur constanter & absque timore.*

9 Et ait, Hęc dicit dom. *pronuntiando diuinam sententiam sibi reuelatam antequam recederet a Pharaone.*

10 Media nocte ingrediar Aegyptū. *Dicunt aliqui quod hoc fuit in medio noctis immediate sequentis, & secundum hoc oporteret dicere quod ea quæ dicuntur c. se. de immolatione agni paschalis, & de pręparatione populi ad recessum, quæ non poterant fieri in tam breui tempore, fuissent dicta populo ab ipso Mose ante pronuntiationem istius sententiæ coram Pharaone, & scripta essent post per modum recapitulationis. Alij autem dicunt, & probabilius, vt videtur, quod post recessum Mosi a Pharaone dicit Moses populo ea quæ sequuntur in in 12 capit. & tunc oportet dicere, q mors primogenitorum non fuit in nocte immediate sequenti, sed ad minus inter recessum Mosi a Pharaone &* ✠ *per-*

### MORALITER.

1 *Et dixit dominus ad Mosen.* In hoc capitulo indicitur a domino spoliatio Aegyptiorum, cum dicitur.

3 *Dices ergo omni plebi, &c.* Et hoc voluit dominus in aliquam recompensationem laboris quo populus Israel fuerat iniuste afflictus ab Aegyptiis. Acceperunt aūt ab eis aurū, p qd designatur sapientia, q̄ est notitia de diuinis, & argentū qd significat sciam q̄ est notitia de creaturis, & arma, ut hr. inf. c. 12. ubi dr, q armati ascenderunt filij Israel de terra Aegypti. & certum est qd non habebant arma propria, cum timerētur de eorū rebellione & fuga: sed Aegyptii libenter accōmodauerunt, ut a latronib. possent defendere alia pretiosa ab Aegyptiis sibi accōmodata, per hoc aūt q filij Israel Aegyptios talib. spoliauerunt, significāt, q quęcunq; sunt in libris Gentiliū accōmoda fidei nostræ siue morib. ad eorū declarationē, cuiusmodi sunt sciæ reales, siue ad defensionē eorū cuiusmodi sunt sciæ sermocinales quæ docēt modū loquēdi, arguēdi, & respōdēdi ab eis, tanq̄ ab iniustis possessoribus sunt accipienda.

AVG. De doctr. Christiana. Si qua uera dixerunt philosophi non solum formidanda non sunt, sed ab eis tanquam ab iniustis possessorib. in usum nostrum uendicandæ. Secūdo agitur de morte primogenitorum Aegypti, de qua dicitur.

Li. 2. c. 40

9 *Hæc dicit, &c.* Aegyptus interpretatur tenebra, p quod primogenita Aegypti intelligūtur homines mali in tenebris † igno-

a *Morietur primogenitum,&c.* ORIG. Ad vltimum primitiuorũ,infertur interitus in quo fortassis est aliquid supra nostrã intelligẽtiam,quod cõmissum ab Aegyptiis videatur in ecclesiã primitiuorũ,quæ ascripta est in cælis. Vnde etiam exterminator angelus ad hoc ministeriũ mittitur, q parcit illis tãtum, qui vtrosque postes agni sanguine signatos habuerunt. Delentur iterum primogenita Aegyptiorum: siue eos principatus & potestates,& mundi huius rectores tenebrarum dicamus: i. quos aduentu suo Christus traduxit. i. captiuos duxit & captiuauit,cum in ligno crucis triumphauit: siue autores & inuentores falsarũ religionũ quas Christi ueritas cum suis extinxit autoribus. Principatus & potestates & rectores tenebrarum harum,primogenita sunt Aegyptiorũ † qđ in vltima plaga cum. s. finis mundi aduenerit,cum separabit oues ab hœdis:grana à paleis,damnabunt,amissa vagãdi & tẽtãdi licẽtia.

Hom.4. Infra 12.d. Psal. 77.d. &134.f. †Iumentorum. †Est in pedibus tuis Heb. B Aliàs †qui

ptum,& morietur omne primogenitũ in terra Aegyptiorum, a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, vsque ad 1 primogenitum ancillæ,quæ est ad molam, & omnia primogenita Ægyptiorum. Eritque clamor magnus in vniuersa 2 terra Ægypti, qualis nec ante fuit, nec postea futurus est. 3 b Apud omnes autem filios Israel non † non mutiet canis ab ho- 4 mine vsque ad pecus, vt sciatis quanto miraculo diuidat dominus Aegyptios & Israel. Descendentque omnes serui tui isti 5 ad me, & adorabunt me dicentes: Egredere tu & omnis po- 6 c pulus,qui subiectus est tibi. Post hæc egrediemur. Et exiuit 7

a ¶ Non perturbatione mentis,sed pro duritia Pharaonis, qui tactus tot pœnis non resipuit,stupebat & admirabatur.

d a Pharaone iratus nimis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Non audiet vos Pharao,vt multa signa * fiant in terra Aegypti. 8 Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & ostenta, quæ scripta sunt coram Pharaone,& indurauit dominus cor Pharao 9 nis,nec dimisit filios Israel de terra sua.

tionis acceperit:tunc pcipue gestorum suorum tenebras uidet:errorũ caliginem:& tunc merebitur, vt extinguantur in ea primogenita Aegypti. Oĩs enim anima cũ ad supplementũ ętatis venerit:& velut naturalis lex ceperit in ea iura sua defendere:primos motus secundum desiderium carnis,pducit, quos ex concupiscẽtiæ, vel iræ fomite, vis incentiua commouerit. Vnde quasi priuilegium singulare de Christo propheta dicit. *Butyrũ & mel mãducabit: priusquam faciat aut proferat maligna, eliget bonum,*qm priusq̃ sciat puer bonũ aut malũ resistet malitię,vt eligat qđ bonũ est. Dauid autẽ de se dicit: *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris.* qa ergo hi primi animę motus secundũ carnẽ prolati in peccatũ ruunt, merito in morali loco primogenita Aegyptiorũ primitiua ponunt,quia extinguũtur,si reliquę vitę conuersatio emẽdatiorem dirigit cursum. Sic ergo in anima quã lex diuina ab erroribus susceptã castigat,primogenita Aegyptiorũ delentur, nisi post hæc oĩa in infidelitate pdurãs, noluit iũgi Israeliticę plebi,vt exeat de profundo,& euadat icolumis,sed in iniquitate permaneat,& descendat tanquam plumbũ in aquam validissimã. Iniquitas enim secundum Zachariam sedet super talentum plumbi,& ideo qui permanet ĩ iniquitate,tanquã plumbum demergitur in profundum.

D Esa.7.c. †Vel anhelabit vt faciunt canes fatigati aut sitibundi. Psal.24. *Mea. E

ORIG. MOR. Anima dum in hoc mundo in erroribus uiuit,ignorãtia veritatis,in Aegypto posita est: si; appropinquare cœpit lex Dei,aquas in sanguinẽ conuertit.i.fluieã & lubricã iuuẽtutis vitam cõuertit ad sanguinem veteris vel noui testamẽti. Deinde educit lex ex ea uanã & inanem loquacitatẽ aduersum Dei prouidẽtiam,ranarum querelæ similem. Purgat etiã malignas cogitationes eius,& ciniphum mordacitati similes calliditatis aculeos discutit. Libidinũ quoq; morsus cynomiæ spiculis similes depellit: stultitiamq; & intellectũ pecudibus similẽ per quam *homo cũ in honore esset,non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientib.&c.* Arguit vlcera peccatorum,arrogantię tumorem,& feruorem furoris extinguit. Adhibet post hæc voces filiorum tonitrui, id est euangelicas & apostolicas doctrinas,& castigationem grãdinis vt luxuriam, uoluptatesq; coerceat, & simul ignem pœnitentiæ vt dicat, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis.* Lu.xxiiij.e. Nec non locustarum ab ea subducit exempla, quib. depascantur omnes inquieti,& turbidi motus ei',vt discat oĩa secundum ordinẽ facere. Vbi vero sufficiẽter fuerit castigata pro morib. cũ autorẽ verberũ senserit cõfitẽs, *quia digitus Dei est:* & parum agnitionis

Vbi supra. Psal.48.c. Supra 8.e C

b *Apud omnes,&c.* AVGVST. In libro locutionum. Elegantissima locutio est,per carnem quippe extremũ significauit, vel hominũ,vel pecorum,ita cõmendauit quãta ĩ Hebræis quies futura esset,Aegyptiis acerba orbitate clamantibus.

c *Et exiuit a Pharaone,&c.* ✠ HIER. Quod dicitur. Ira nõ habet misericordiã. Nã de mitissimo ac modesto viro dictũ est, q *exijt a Pharaone irat' nimis.* Sed de ira stult, q̃ vbi excãduerit mox viscera pietatis amittit, et furori tñ suo nouit frena laxare.

d *Non audiet uos Pharao,&c.* AVGVST. tanquam opus fuerit Pharaonis inobedientia, vt signa illa multiplicarent, q vtiliter fiebãt ad terrendũ populum Dei,atq; ipse discretione ad pietatẽ informãdum. Sed hoc fuit Dei malitia illius cordis bene vtentis,non Pharaonis patientia male abutentis.

Zach.5.e Leuit.56 In Prou cap.27. Quæst.40.

☞CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *percussionem primogenitorum Aegypti fluxerunt.14.dies, in quibus populus sed præparauit ad pascha celebrandum, & ad recedendum de Aegypto.*

1 A primogenito,&c. *Quia ipso adhuc viuente filium suum coronauerat. Vel dicendum quod hic accipitur in solio sessio pro iure sedendi, quia sibi debebatur post mortem patris.*

2 Eritque clamor,&c. *Ex subita morte primogenitorum.*

3 Quales nec,&c. *Quia plagæ præcedentes reputabantur modicæ respectu huius,maxime quia oẽs timebant subito mori post primogenitos,ut habetur sequenti ca. vnde dicebant:* Omnes moriemur.

4 Apud omnes,&c. Mutiet *Mutire,est in silentio loqui quãtum ad homines, & latrare quantum ad canes. Et est sensus,Tãta erit pax et quies in hominibus & animalibus populi Israel,quod etiam canis qui de facili fortiter latrat, etiam tunc basse non latrabit.*

5 Descendentq; omnes,&c. *Rex enim non descendet,quia sicut pdixit Moyses non erat eum amplius uisurus.*

6 Et adorabunt,&c. *De hoc quod tu renuis modo.*

7 Et exiuit,&c. *Ista ira non fuit peccatũ,quia procedebat ex zelo amoris diuini, & ex detestatione rebellionis regis Aegypti contra Deum.*

8 Nõ audiet,&c. *Istud ut,nõ accipitur hic causaliter, sed cõsecutiue. quia ex obduratione eius cõsecuta est multiplicatio signorũ.s. mors primogenitorum,diuisio maris,& rubri submersio Aegyptiorum.*

9 Et indurauit,&c. *Qualiter autem Deus sit causa obdurationis, dictum fuit supra.4.cap.*

CAP.

MORALITER.

✻ ignorantiæ & culpę nutriti & obstinati,& tales in inferno grauissime punientur. Per hoc autem quod subditur. *Apud*

4 *Apud omnes autẽ,&c.* Significatur q diabolus (qui per carnẽ intelligitur) nocẽdi fidelibus in bono perseuerantibus nõ habet potestatem.

MORA-

ADDITIO.

In ca.xj. *ubi dicitur in postilla:* Nõ audiet uos, ut multa signa fiãt. *Istud ut dr,ut multa signa fiant, potest accipi causaliter eo modo quo accipitur supra.c.ix. vbi dicitur:* Idcirco posui te ut ostendã in te for.&c. *ut ibidem fuit declaratum in additione ultima.*

REPLI-

REPLICA *correctorij contra Burg. in cap.xj. Bur. notat postillatorem de ly vt,tẽto consecutiue, nõ causaliter, sed supra c.ix. huic obiectioni responsum est. Et ab hoc loco usq; ad c.xvij multa ponit Burg. quæ pro additionibus dimitto. Et si aliquando videantur postilla, notare, faciliter tamen euacuari possunt.*

CAP. XII.

A a MEnsis,&c. RABAN. Hic est Aprilis qui apud Hebręos Nisan, apud Macedonas, Xādicus dicitur,&dr Aprilis quasi aperilis: quia tūc aperit terra pro ferēdis virgultis, herbis florib. vel Aprilis à venere, quasi Aphrodis. Venus. n. Grece Aphrodite dicit. Hūc Hebręi primum habent. q. a xv. Kalendarū eius, prima dies seculi fuit. Quarta decima vero, dies secunda. xiij. tertia. xij. quarta: qua sol & luna cōdita sunt, & tūnc primū æquinoctiū fuit. Sol enim in Oriente, luna in Occidente, spheram mundi ex æquo diuidebant.

In terra Aegypti.

B

STRA. Hic est Nisan, secundū Hebræos, in quo factus est mundus, cuius pleniluniū post ęquinoctium vernale semper est attendēdū, i quo populus Israel a seruitio Aegypti liberatur: & genus humanū sanguine Christi a potestate diaboli eripitur.

Nota. † familia quam.

✻ RVPERTVS. Is mensis videtur quē illi Nisan nos Aprilem dicimus, Verū non quomodo apud nos, id est. Romanos sic & apud illos mēsis vel annus cōputatur. Nam Romani solarem annū in mēses placitōs per Calendas diuiserūt. Hebræi secundū legem solos lunares menses & annos nouerūt. Vnde quotiēs in hac scriptura sancta siue i lege, siue ante legē, quota die mēsis quid factū quid ve dictū sit indicatur. nihil aliud quā lunę ætas significatur. Signanter autem dixit (vobis) Nam Aegyptiis, primus erat mēsium September apud Romanos, q apud illos dr Thot. nec contentus dixisse principium mensium, addidit, primus erit in mēsibus anni. Principiū videlicet mēsium, pro verni temporalis naturali ordine primus in mensibus anni, pro paschali diuinæ autoritatis festiuitate. Primus enim, id est, præcipus & cæterorū mēsium festinū decus vobis inquit, habebitur.

Lib. 2. in Exod. c. 2.

C

D

CAP. XXII.

DIXIT quoq; Dominus ad Moysen et Aaron † in terra Aegypti: Mēsis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cætū filiorum Israel: et dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias * et domos suas. Sin autem minor est † numerus, vt sufficere possit ad

¶ Maximus. ¶ De grege. ¶ Quia sola gens Iudęa non sufficit.

E

✻ AMBROSIVS. Lib. 4. exameron. Regeneratis itaque dicitur. Mensis hic vobis initium mensium. Derelinquit enim & deserit qui abluitur, intelligibilem illū Pharaonem, principē istius mundi, dicens Abrenuncio tibi diabole & angelis tuis, & operibus tuis, & imperiis tuis.

*Patrum. †supra 8.e

b *Tollat unusquisq; etc.* ✻ RVPERTVS. Hoc loco nihil aliud à domo familia differt, nisi quod a parietib. domus eius habitatores, *Per domos*, inquit, id est, inter domesticos parietes *& p familias vestras*, id est, singuli ad esū familię vestrę tolletis agnū.

Lib. 2. in Exod. c. 7.

c *Sin autem minor, &c.* ✻ THEODORET. Iussit autem tot ad esum agni conuenire, quantū satis esset vti fraternum amorē, atq; erga pauperes misericordiā illos doceret. Ob id hortatur vt quæ

Quæst. 24

F

NICOLAVS DE LYRA. Cap. XII.

1 DIxit quoque Dominus ad, &c. *Hic inter comminatione mortis primogenitorum, & eius executionē, interponitur præceptum de celebratione pascali: quia illa celebratio instituta est in memoriam percussionis primogenitorum Aegypti, & saluationis filiorum Israel, nocte sequenti diem quartam decimam mensis primi, & in crastino, exiuerunt filij Israel de Aegypto. Vbi notandum, quod circa immolationem agni paschalis & alia sacrificia, duo sunt attendenda. Verum est de præsenti. s. status populi exeuntis de Aegypto. Secundum est figuratio agni quæ designabat passionē Christi, quæ in illis præfigurabatur, quia secundum quod Apostolus dicit* 1. Cor. 10 Omnia in figura contingebant illis. *& Rab. Sa. dicit, & antiqui doctores Hebræi quod omnes prophetæ non prophetauerūt nisi ad diē Messiæ, & ideo cum Moses fuerint maximus propheta, totū quicquid scripsit, ordinatur ad Christū, & ideo in immolatione agni paschalis duplex est sensus. Vnus est status populi exeuntis de Aegypto, & est literalis & primus, & hunc intendo primo prosequi. Alius est pręfiguratio Christi passuri pro tunc, & hunc sensum in fine breuiter tangam: quia licet sit vltimus in prosecutione, est tamen primus in intentione, sicut finis respectu eorū quæ sunt ad finem ordinata. Sciendū etiā quod prima celebratio Pasche, & aliæ sequentes tēporibus alijs nō sunt vniformis cōditionis in omnibus, vt patebit prosequendo. Nec etiā celebrationes sacramentorum nouæ legis sunt vbique vniformes.* Nec *etiam omnibus temporibus, quātum ad ea quæ sunt de solēnitate. vnde in primitiua ecclesia baptizabāt in nomine Christi, non autē, modo: & in multis alijs variationes factæ sunt ex causis emergentibus. Circa primum sic proceditur. quia primo præceptum datur Mosi: & secūdo ab eo diuulgatur senioribus populi, ibi:* Vocauit autē Moyses. *Adhuc primo describitur sacrificium agni paschalis. Secundo modus comedendi. ibi:* Sic autem comedetis. *Tertio imponitur ritus respectu temporis futuri, ibi:* Habebitis autem hanc diem. *Circa primū dicitur:* Dixit quoq; dominus, &c. *Hoc autem dixit eis secundum aliquos, antequā Moses denunciaret Pharaoni plagā decimam, secūdum alios, quod verius uidetur, dixit ei post, vt expositum est cap. pręcedenti.*

Immolatio agni paschalis.

Diuisio.

2 Mēsis iste, &c. *s. Martius qui apud Hebræos uocatur* ניסן *Nisan Et puto mensem Aprilem Nisan uocari.*

3 Vobis princip. *Et dixit uobis, quia apud Latinos Ianuarius est primus, similiter & apud Græcos. Ianuarius enim apud Græcos dicitur* πρῶτος, *quod idem est quod primus. Similiter etiam apud Hebræos secūdum cōmuniorem opinionē September est primus simpliciter, quia in eo creatus fuit mundus, & vsq; ad illud tēpus uocabatur primus apud Hebræos. Sed ex isto notabili beneficio. s. exitu de Aegypto tam mirabili quē Deus eis præstitit in isto mense, uocatus est de cętero primus mensis anni. Et hoc notatur cum dicitur.*

Primus mensis.

4 Primus erit, &c. *Ac si daretur per hoc intelligi q ante primus non fuerit, sicut plenius exposui supra Ge. vij. cap. Quod autē aliqui doctores catholici dicunt Aprilē esse primū mensem, apud Hebræos stare non potest, ut uidetur: quia secundum omnes Septēber est septimus mēsis apud Hebræos in quo fiebat festū expiationis, ut habetur Leui. xxiij. a. & Numeri. xxix. a. Septēber uero nō est septimus ad Aprilē sed à Martio. & deo Martius primus est apud eos, & uocatur Nisan. Sciēdum tamen q frequenter concurrit cū Aprili nostro, quia Iudæi faciūt mēses per lunationes. Annus autē solaris, qui continetur in duodecim mensibus nostris continet duodecim lunationes & undecim dies, & sic in tertio anno Iudæi faciūt tredecim mēses, ut fiat adæquatio anno solari, & hoc modo fit in quolibet anno embolismali, qui habet. xiij. lunationes. Tūc enim mensis* אדר *Adar qui est. xij. apud eos, duplicatur, & sic secūdus qui apud Hebræos uocatur Veadar. i. & Adar quasi adiunctus pręcedenti, concurrit cū Martio nostro, & per consequens Nisan qui est primus apud Hebręos, concurrit cum Aprili nostro & forte sic erat quādo filij Israel exiuerunt de Aegypto, & propter hoc dixerunt doctores nostri prędicti, q Aprilis est primus mēsis apud eos, sciendum tn̄ quod scire per certitudinem & in particulari quomodo annis diuersis primus mensis Hebręorum qui uocatur Nisan, plus & minus concurrit cum Martio & Aprili, pertinet ad Astrologos & computistas. sufficit autem hoc obiter & breuiter tangere, prout spectat ad expositionem literę, Tamen est sciendum q hoc est regulariter uerum, quod primus mensis Hebræorū semper incipit a principio lunationis propinquioris ęquinoctio uernali, siue principium dictę sit ante ęquinoctium, siue post siue ibi dem. Dictum autem ęquinoctium est propinquius principio Martij quam fini, quia est xij. die Martij secundū ueritatem, licet aliter signetur in Kalēdariis nostris. Ex quo patet uerum quod dictum est. s. q. prim⁹ mēsis Hebręorum magis correspondet Martio, quam Aprili, & sicut dictū est de concursu primi mensis Hebræorum cum Martio & Aprili, ita & septimus mensis eorum qui dicitur* תשרי *Tisri concurrit cum Septembri & Octobri uario modo in diuersis annis.*

Festum expiationis mense Septembri.

Lunationes Iudęorum.

5 Decima die &c. *Ex ista litera & ex ea quę sequitur. infra.* Iuxta

MORALITER.

✻ 1 *Dixit quoque, &c.* In hoc capitulo & sequenti, agitur de immolatione pascalis agni, de qua ponuntur quinque, tamē intricate, propter quod non intendo ordinem sequi literæ, sed materiæ. Primum est immolatæ rei conditio. Secūdum, tpis determinatio. Tertium, comedentium dispositio. Quartum comedendi modus. Quintum comestionis locus. Circa primum dicitur quod res immolanda sit agnus, in quo notat Christi mansuetudo. Hiere. xj. d. *Ego quasi agnus mā suetus qui portatur ad victimam.* Et quod sit fine macul. s. peccati. 1. Petr. 2. d. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Et mascul⁹ per quod designatur perfectio hominis Christi ratione sexus perfecti. Ipse enim ab instāti cōceptionis fuit homo perfect⁹ in scietiis & virtutibus. Anniculus. i. vnius anni. Et accipitur annus ab octaua die natiuitatis. Nam ante non poterat offerri, & sic patet quod erat adhuc tenellus, & per hoc significa, in Christo pietatis teneritudo.

vt quæ superfuerint comburantur, neque in crastinū diē conseruentur, vt hac ratione cogeret Iudæos vt ad festi diei communionem egentes conuocarent.

✠ HUGO. VICTORINUS. Assumet vicinū, ita tamen vt ille assumptus non idcirco dimittat suum immolare.

Decima die mēsis tollitur agnus, quartadecima immolatur, quia in lege passio Christi figuratur, euangelii gratia coruscāte impletur. Decnarius enim propter decalogum legem significat. Quaternarius uero, quatuor euangelia.

a *Erit autem, &c.* *Anniculus erit uobis* alia litera. AUGU. Moueri potest illa locutio quasi agnus possit esse, nō masculus nesciente, qua necessitate ita sit translatum. Ouis enim transferri debuit, qa Græcus πρόβατον habet, quod in Greco generis neutri est: & potuerūt omnia quæ sequuntur, conuenire. Ac si diceret, pecus perfectum masculum anniculū erit vobis, potuit .n. dici Latine masculum pecus, quomodo dicit mascula thura neutro genere. Ouis enim masculus dici non posset, qa fœmininū tm̄ est. Itē ouis mascula si diceretur, esset absurdius, pecus uero si poneretur etiam aliud intelligeretur: nec seruaret sacramentum, quod cum de oue loquatur, post dicit. *Ab agnis & hœdis accipietis illud.* in quo Christus significatur. Quare em̄ moneremur ouem vel agnum ab agnis vel hœdis accipiendū nisi ille figuraretur, cuius caro ex iustis & peccatoribus assumpta est, quamuis conentur Iudæi intelligere etiam hœdum accipiendum ad celebrandum pascha. Tanquam si diceret: vt ab agnis agnum, vel ab hœdis hœdum, si illud desit sumi oportere, apparet tamen in Christo rebus completis, quid illo præcepto figuratum sit.

b *Iuxta quem ritum, &c.* ✠ THEODORETUS. Præcipit itaque eis vt sumant non solum ex pecudibus agnos anniculos, verū etiam ex capris hœdos, no vt eadem ratione tam illi quam isti sacrificarentur, sed vt qui agni copiam haberent, agnum sacrificarent, qui autem eo carerēt, hœdum. Idque decima die primi mēsis fieri iubet, vt ante diē festū omnia præparent, quartadecima uero die, immolatio fiat.

✠ RUPERTUS. *Iuxta quem ritum, &cet.* Hoc per anticipationem dictum est. Necdum enim ipsum tollendi agnum dixerat ritum, & iam dicit, *iuxta quem ritum tolletis & hœdum*. Et est sensus. Siue agnum, siue hœdum tollat quis, pro causa bene erit, dūmodo in tollendo, immolando, vescendo, ritum eundem obseruetis.

ALLEGORICE. Quia de iustis & peccatoribus Christus carnem assumpsit, vt nemo de venia desperaret. Vel quia Christus Iudæis hœdus erat, dicentibus. *Hic homo peccator est*, nobis autem agnus absque macula. Vel quia *in similitudine carnis peccati* apparuit & *pro peccato mortuus est, cum peccatum non haberet*.

STRABUS. Decima die Aprilis Hierosolimā venit, sequenti vero die exceptus est à turbis cum Ramis palmarum & diuinis laudibus. Tribus reliquis custoditus est a Iudæis vsq; ad quartamdecimam diem, id est, vsq; ad quintam feriam, qua cum apostolis cœnauit, & post traditus est.

c *Et seruabitis, &c.* ✠ RUPERT. Vt quid uero tandiu ante tolletis tanto tempore seruaturi? Videlicet ut dū ille præsto est, causa quoque eius corda uestra sollicitet, ne sitis immemores, vel imparati, quia transeundum est, dum ille tot ante diebus de profectione paranda uos admonet. Quoties enim ille balatum emittit, toties quasi tubæ sonitus, exituras castrorum acies excitet.

d *Immolabitque & cætera.* RUPER. Tot utique agni uel hœdi erant

[Margin: †sue. — †possint. — Quæst.42 — Quæst.24 — lib. 2. in Exod. c. 3. — † iunctus — † perfect⁹ .i. in quo sit defect⁹ & uitium aliquod. — † de agnis & capris accipietis eum. — † cœtus. — Ioan.9.c. — 1. Pet.2.d. — vbi supra. — vbi supra.]

vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui † coniunctus (1) est domui † eius iuxta numerum animarum, quæ sufficere (2) † possunt ad esum agni. Erit autem agnus † absque macula, (3) masculus anniculus. † Iuxta quem ritum tolletis et hædum, (4) (5) Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis (6) huius. Immolabitque eum vniuersa multitudo † filiorum Is- (7)

a ¶ Singulariter, quia cum vnusquisque tolleret, omnes tamen eum significabant, qui singularis hostia futurus erat. b Gentilem. ¶ Vicinum scilicet singulare pro plurali. Non enim unum, sed quot sufficiunt, vult intelligi. a ¶ A parte totum intelligendum est. ¶ Prædestinatarum. a ¶ Christi cuius corpus manducamus & sanguinem bibimus. b ¶ Qui tollat peccata mundi. Ioan. 1. d. c Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Esa. 54. c. a ¶ Fortis. b Vnius anni, de quo dicitur. Psal. 64. c. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. a ¶ Quartamdecimam lunam: quia Iudæi secundum cursum lunæ computant dies & menses. a ¶ Quia Iudæis in fine seculorum pro nobis immolatus est.

## NICOLAUS DE LYRA.

✠ quem ritum tolletis & hœdū seruabitis eum vsq; ad quartū decimum diem mensis huius: Immolabitque eum vniuersa multitudo, &c. *Dixerunt aliqui, quod per ista intelligitur duplex immolatio. Vna agni qui immolabatur decima die in qualibet domo. Alia hœdi, quia a decima die seruabatur usque ad quartamdecimam diem, in qua ad vesperum immolabatur: non in singulis domibus, sed a tota multitudine filiorum Israel. Sed hoc patet falsum, quia de immolato, quartadecima die dicitur, quod debebāt filij Israel comedere carnes assas, & in singulis domibus: & de sanguine immolati ponere in superliminari, & super vtrunque postem, ut patet ex textu seq. Certum est autem quod carnes unius hœdi & sanguis nullo modo sufficerent ad prædicta. Item vbi translatio nostra habet:* Iuxta quem ritum tolletis & hœdum: *unde processit hæc opinio: In Hebræo habetur sic.* De ariet ibus uel de capris accipietis illum, *& refertur ly illum, ad id quod immediate præponitur, ubi dicitur.* Erit autē agnus sine macula masculus anniculus. *Illa enim dictio Hebraica quæ ibi ponitur pro agno scilicet* שה *seh. aliquādo accipitur pro hœdo. Ex quo patet quod non erat alia immolatio agni & hœdi, sed una quæ debebat fieri, de agno si poterat haberi bono modo: & si non poterat fieri, de hœdo, & hoc etiam dicunt doctores Hebræi. Agnus tamen uel hœdus quartadecima die immolandus in singulis domibus præcipitur hic accipi a decima die mensis, & seruari usque ad quartamdecimam diem duplici de causa. Vna est, quia filij Israel erant occupati in præparando se ad recessum de Aegypto cum omnibus quæ habebant, in qua præparatione requirebatur magna solicitudo & distractio, ideo ne hoc darent obliuioni, accipere agnum uel hœdum in die immolationis præceptum fuit tunc quod acciperent per quatuor dies ante. Secunda causa fuit ut in illis quatuor diebus uiderent per experientiam, si in illo agno uel hœdo accepto esset aliqua macula, id est, defectus, propter quod non deberet immolari, & sic de alio sibi prouiderent, & ideo dicunt Hebræi, quod talis præceptio per quatuor dies non obligabat in futurum, nec fuit obseruata in annis sequentib. quia prædictæ causæ cessauerant, quod manifeste patet de solicitudine pro exitu. Similiter etiam de cognitione maculæ, quia per assuefactionem iugis sacrificij quo quotidie immolabatur unus agnus sine macula mane & alius uespere statim de facili poterant cognoscere, si in animali accepto esset macula uel impedimentum prædictæ immolationis.*

1 Assumet vicinum suū. *scilicet Iudæum. Gentilis enim uicinus Iudæi non poterat ad hoc assumi, quia nullus admittebatur, nisi circuncisus ut infra dicitur.*

2 Iuxta numerū aīarū, &c. *Excipiuntur infirmi, qui non possunt comedere carnes sine periculo saltem ad quantitatem oliuæ, ut dicit Ra. Sa.*

3 Erit autem agnus absque macula, *macula quæ est in uarietate pellis, non intelligitur hic, quia non impediebat immolationem, sed illa quæ erat ex defectu alicuius partis corporis.*

4 Masculus. *Quia fœmella immolari non poterat in hoc sacrificio, sed requirebatur ad hoc sexus masculinus, qui est perfectius, quia ea quæ sunt perfecta, debent Deo immolari, a quo emanat omnis humana perfectio. tamen in aliquibus hostijs pacificis & pro peccato, bene immolabantur fœmellæ.*

5 Anniculus. *id est, infra annum primum. Ab octaua enim die natiuitatis, & non ante, usque ad completionem anni, & non post poterat immolari. Ratio autem quare immolabatur agnus magis quam aliud animal, erat ad detestationem idololatriæ Aegyptiorū, qui louem colebant in specie arietis uel agni. Similiter hircos uenerabantur, quia aliquando dæmones in tali effigie eis apparebant. ideo deficiente agno immolabatur hœdus.*

6 Et seruabitis eū. &c. *Quia talis immolatio erat q̄ia dispositio ad exitū de Aegypto q fuit 15. die in mane, ut patebit. inf. & ideo expectabatur immolatio illa usq; ad uesperā immediate præcedētem diem exitus.*

7 Immol. eum, &c. Multitudo. *enim non tenetur hic collectiue, sed* ✠ magis

[Margin: Duplex imolatio.]

## MORALITER.

✠ 2 *Iuxta quem, &c.* Nam quando non habebatur talis agnus poterat accipi hœdus eiusdē temporis & cōditionis cū agno. & per hoc significabatur in Christo similitudo carnis peccati. Ro. 8. a. *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati.* Circa sm̄ sciendum q decima die primi mensis erat assumendus, per quod significabatur q in lege per decalogum intellecta, Christus fuit præfiguratus & pnuntiatus. Vnde Rab. Sa. Hebræus dicit super Zachariā. Omnes, pphetæ locuti sunt de diebus Messiæ. Et quartadecima die immolādus, p q̄ significabatur passio Christi cōplenda tēpore euāgelii quadrupliciter descripti. Ad uesperā q̄ secundū Hebræos incipit ab hora

erant quot in vniuersa multitudine filiorũ Israel, domus uel familiæ esse poterant. Verumtamen rectè *immolabit eum* dixit singulariter, non solum quia plures agni uel plures homines sint (vt philosophi perhibēt) participatione speciei unus agnus, vel unus homo, sed quod magis ad rem attinet, quia in omnibus vnitas sacramẽti in cunctis vnius erat futuri.

*Inter duas vesperas.*

✠ GREGORIVS. Nazianzenus. Eligitur nõ solũ ex agnis, sed ex peiore specie, & ex sinistra quæ hædis tribuitur in euangelio, quia non solũ pro iustis sed pro peccatoribus sacrificatur.

a *Et sument de sang.*

✠ THEODOR. Notandum quod Deus iusserit postes sāguine tingi, vt cum exterminator trāsiret, vt Aegyptiorum primogenita pderet, sanguinem super postes aspiciens, Hebræorũ domos illæsas trāsiret. Nõ quia his natura illa corporis expers indigeret, sed ut illi hoc signo docerent, quanta erga illos esset Dei cura atque prouidentia, utque nos qui immaculatum agnum sacrificiũ Deo offerimus, hæc antea in figuram scripta fuisse intelligeremus.

a ¶ Quia in fine seculorum Christus immolatur. b ¶ Christi. ¶ Oris & cordis. ¶ Intentionibus. ¶ Mentium. a ¶ Sacramentum dominici corporis. b ¶ Huius seculi, dum adhuc alterutrum conscientias non videmus. c ¶ Roboratas. d ¶ Fastignis. a ¶ Sine corruptione uanæ gloriæ. b ¶ Bona opera. c ¶ Fletu & pœnitentia peccatorum. ¶ Purum hominem existimantes. a ¶ Humana sapientia. b ¶ Spiritussancti. a ¶ Diuinitatem. b ¶ Vestigijs humanitatis. c ¶ Verborum & mandatorum mysterijs. d ¶ Audire lamentes.

rael † ad vesperam, 1 † & sument de sanguine eius, 2 ac ponent 3 super vtrunque postem, & 4 in superliminaribus domorum in 5 quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa 6 assas igni, 7 & azymos panes 8 cum † lactucis agrestibus. 9 Non comedetis ex eo † crudum quid, nec coctum aqua, 10 sed assum tantum igni. 11 Caput cum † pedibus eius & intestinis vorabitis, nec 12

*Tamaris. i. cum amarulentis si ue subacer bis herbis.* *Quæst. 24.*

*Lib. 21. sententiarum Sent. 2.* ✠ AVGVST. Quartadecima die mensis, ut lumine ueritatis impleto erroris nox operiatur, ad uesperam ut securi occasus imminẽs approbetur, eiecto fermẽto, ut a corde peruersæ mẽtis malitiæ corruptio tollatur, oblitis sanguine liminibus domorum, ut figura dominicæ passionis fronte signetur.

*Hom. 22. in Euang.* GREG. Sanguis ponitur, quādo nõ solum ore corporis sed etiam ore cordis hauritur, & ad imitationem intenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sanguinẽ accipit, ut imitari passionem illius necdum uelit, in quo poste sanguinẽ posuit, q & in superliminaribus domorũ ponendus est. Domus .n. mentes nostræ sunt, in quib. per cogitationem habitamus. Superliminare vero intentio est, quæ præeminet actioni. Qui igitur intentionem cogitationis ad imitationẽ passionis Christi dirigit, in superliminarib. domus agni sanguinẽ ponit. Vel domus nostræ corpora sunt in quibus habitamus, dũ uiuimus, & in superliminari domorum agni sanguinem ponimus: quia crucem passionis eius in fronte portamus.

*Moraliter* b *Et edent carnes, etc.* GREG. Nocte agnum comedimus, quia modo in sacramento dominicum corpus accipimus, quādo adhuc inuicem nostras conscientias non uidemus, quæ tamẽ carnes assatæ sunt: quia scilicet q carnes aqua coquit, dissoluit. Ignis uero sine aqua excoquendo roborat. Carnes vero agni ignis coxit, quia cum vis passionis ad resurrectionem ualentiorem reddidit atque ad incorruptionem roborauit. Sed sola redemptoris sacramẽta percepta ad veram solẽnitatẽ mẽtis nõ sufficiunt, nisi bona opera iūgātur, vnde subdit. *Et azymos panes cum lactucis agrestib.* Panes sine fermẽto comedit, qui recta opera sine corruptione vanæ gloriæ facit, qui mandata misericordiæ exhibet sine admistione peccati, ne peruerse diripiat quod quasi rectè dispēsat. Vnde increpādo dicitur. *et sacrificate de fermento laudem.* De fermento enim laudem immolat, qui Deo sacrificiũ de rapina parat.

*† de cõsec. dis. 2. quid sit sanguis* *† semicoctum.* *† cruribus*

✠ RVPERTVS. Carnes agni eduntur in nocte igni asse, quia de Spiritusancto, qui æternus est ignis, uirgo dominum concepit. Eodem igni assatur in altari. Operatione namque spiritussancti panis corpus, vinum fit sanguis Christi.

*Vbi supra*

c *Cum lactucis, etc.* Lactucæ agrestes valdæ amaræ sunt, carnes vero agni cum lactucis agrestibus sunt edendæ. vt dum corpus redemptoris accipimus, pro peccatis flendo affligamur, vt amaritudo pœnitentiæ abstergebat a mentis stomacho humorem peruersæ vitæ. unde subditur *Non comedetis ex eo crudũ quid nec etc.* Ipsa verba historiæ, historicum sensum excludunt. Nũ qd in Aegypto consueuerunt comedere agnũ crudũ, ut lex dicat *non comedetis ex eo crudum quid, et* additur, *nec coctum aqua*. Aqua humanā sapientiā significat. Vnde: *Aquæ furtiuæ dulciores sunt.* Carnes agni crudæ, inconsiderata & sine reuerẽtia cognitionis relicta illius diuinitate, humanitas. Omne quod subtiliter cogitamus, quasi mẽte coquimus. Sed agni caro nec cruda edenda est, nec coctā aqua, quia redemptor noster nec purus homo æstimandus, nec p humanā sapientiā qualiter Deus incarnari potuit, cogitandus. Oĩs.n. qui purum hominẽ credit carnem agni crudam comedit, quam coquere per diuinitatis intelligentiam noluit. Qui incarnationis mysteria humana sapiẽtia discutit, carnẽ agni aqua coquit, & mysteriũ dispẽsationis p dissolutā sciẽtiā penetrare appetit. Assas ergo agni carnes comedat, ut dispẽsari omnia per spiritussancti potẽtiā sciat

*Prouer. 9.*

d *Caput cum pedibus, & cæt.* GREG. *Caput Christi Deus.* 1. Cor. 11. a. Ca-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *magis diuisiue, id est, quælibet domus multitudinis unũ, nisi quando domus erat ita parua quod non sufficeret pro esu agniculi, & tunc persona de duab. domibus simul coniungebantur ut dictum est.*

*Vespera.*

1 Ad uesperam. *secundum doctores Hebræos uespera prout hic accipitur, incipit a septima quartadecima diei, quia extunc sol incipit tendere ad occasum, & ab illa hora, usq. ad principiũ noctis potest immolari Phase secundum eos: immolabatur ante ad uesperā, quia illa hora iam pertinebat ad diem sequẽtem solẽnẽ in qua exiuerunt de Aegypto.*

2 Et sument, &c. *agni immolati.*

3 Ac ponent. *id est, super duo ligna intra quæ clauditur ostium secundum longitudinem suam.*

4 Et in superli. &c. *Superliminare dicitur lignum transuersale, quod est super postes ostij, & uocatur limen superius.*

5 Domorum in quibus &c. *In domibus enim in quibus non habitabant homines, sicut est ulla, ubi reponitur fœnum & similia, & stabulum ubi habitabant animalia, non erat sanguis ponendus. Causa autem quare sanguis in domibus ponebatur inf. exprimitur.*

6 Et edent carnes. *Ex hoc dicunt Hebræi, quod non est eis licitum comedere ossa uel cartilagines & neruos agni prædicti.*

7 Assas igni. *Immolatio enim illa significabat dispositionem populi ad recedendum de Aegypto uelociter, & ideo illo modo præcipiuntur carnes decoqui, quo expeditius potest fieri.*

8 Et azymos panes. *Eadem ratione, quia statim possunt fieri ex commistione aquæ & farinæ.*

9 Cum lactucis, &c. *In Hebræo habetur.* Cum amaritudinib. *Et per hoc intelliguntur herbæ amaræ indifferenter, nec plus fuit præceptũ de lactucis quam de alijs herbis, ut dicunt Hebræi. Hoc autem fiebat ad designandum amaritudinem, quam filij Israel sustinuerunt in seruitute Aegypti.*

10 Non comedetis, &c. *In Hebræo habetur,* semicoctum. *Et hoc ad detestationem idololatriæ præcipiebatur. Aliqui enim idololatræ immolata idolis taliter cocta comedebant.*

11 Nec coctum, &c. *Ratione prædicta scilicet, quia non ita expedite fit sicut assando.*

12 Caput cum &c. *In Hebræo non est* uorabitis, & *sic ista litera* ✠ secun-

## MORALITER.

✠ septima. Christus autẽ circa horā nonam expirauit, vt habetur Mar. 15. d, Et Luc. 23. f. Et de nocte comedendus sicut dicitur in textu.

6 *Et edent, &c.* Per quod significabatur, quod Christus nõ est in Eucharistiæ sacramento modo visibili, sed per fidẽ (quæ est de non apparentibus) creditur. & per charitatẽ suggeritur virtus huius sacramenti. Circa tertiũ est sciẽdũ, quod comedentes debebant esse circuncisi in figura, quia ad sacramentũ Eucharistiæ non admittuntur nisi baptizati, sicut circuncisio fuit figura baptismi. Et accincti renib. id est, casti & mũdi. Luc. xij. d *Sint lumbi uestri præcincti.* Quod exponens Gregorius, di. Lũbos enim præcingimus cum carnis luxuriam per continentiā coarctamus. Et calciati, ad significandum q sumentes Eucharistiæ sacramentum debent esse parati ad ambulandum in via morum. Et tenentes baculos in manib. id est, profitẽtes se esse peregrinos in hoc mundo 2. Cor. 5. b *Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino.* Circa quartum sciendum, quod de agno paschali non debebat aliquid crudum comedi, quia sacramẽtum Eucharistiæ non debent sumere dubitantes in fide.

11 *Nec coctum.* id est, sine deuotionis feruore.

† *Sed assum tantũ.* Nā in fide & charitate formata debet sumi.

9 *Cum lactu, etc.* Hebræus habet *cum amaritudinib.* id est, cum peccatorum commissorum dolorib. Esa. 38. c. *Recogitabo tibi omnes annos meo in amaritudine animæ meæ.*

12 *Caput, etc.* Per caput deitas, per pedes humanitas, per intesti ✠ na

a Indiscussum. b Resurrectionis. c Ossa, s. de quibus dicitur: Os non comminuetis ex eo: Io. 19. b. Ossa agni prohibentur frangi, quia non sunt fracta in cruce ossa domini. d Quod non possit intelligi.

a remanebit quicquam ex eo vsque mane. Si quid residuum [1]

a Spiritui sancto reseruabitis. b Carnis delectationem.

fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum: Renes [2]

a Prius. Cingulo continentiæ. b Exempla mortuorum patrum. c Operibus.

b vestros accingetis, & calciamenta * habebitis in pedibus *, [3]

a Post. b Pastoralem custodiam. c Mandata Dei & mysteria Christi. d Quia nescitis quandiu liceat. Quia in itinere erant.

c tenentes † baculum in manibus, & comedetis † festinanter. [4]

d Est enim phase, id est, transitus domini. Et transibo per ter- [5]

a Nota quia nocte percutiuntur primogenita Aegyptiorum.

ram Ægypti nocte illa, percutiamq; omne primogenitum in

a Qui videtur rationalis. b Simplicem.

e terra Ægypti ab homine vsque ad pecus, & in cunctis diis [6]

a Quia sanguinis Christi memoria Christianos ab exterminatore conseruat.

Ægypti faciam iudicia, ego dominus. Erit autem sanguis vo- [7] [8]

---

Caput ergo agni vorare, est diuinitatē illius fide præcipere. Pe- A des vorare, vestigia humanitatis amādo & imitādo pquirere Intestina verborū Christi, occulta & mystica mādata, quę vo ramus cū auide sumimus In uorationis uerbo pigritia nostra reprehēditur, qui verba eius atque mysteria nec per nos ipsos requirimus, & dicta ab aliis inuiti audimus. *Non remanebit ex eo quicquam vsque mane* quia eius dicta magna sunt discutiē da sollicitudine, vt antequam dies resurrectionis appareat, in nocte præsentis vitæ omnia mandata eius intelligendo penetrentur. Sed quia hoc valde difficile est, rectè, subditur: *Si quid residuum fuerit, &c.* quod ex agno remanet, igni comburimus, quando hoc quod de misterio incarnatiōis eius intelligere & penetrare nō possumus, potestati sancti spiritus humiliter reseruamus, ut non superbe qs audeat vel contēnere vel denunciare ꝙ nō intelligit, sed igni tra- B dat, id est, spirituisancto relinquit, quia ergo qualiter edēdum sit pascha, cognouimus. a quib. debeat edi, prosequamur. *Sic autem comedetis illum. Renes vestros accingetis, &c.* In renibs carnis delectatio accipitur. vnde Psal. 25. a. *Vre renes meos, &c. m.* Et Iob. xl. b. de diabolo dicitur: *Potestas eius in lumbis eius.* Qui ergo pascha comedit, iure renes accingit, ut qui solēnitatem resurrectionis & incorruptionis agit, corruptiōi per uitia nulla subiaceat, voluptatē domet, luxuriam refrenet. Hoc quidē dura sunt, *sed angusta est porta quæ, ducit ad vitam*: & habemus multa exempla præcedentium. vnde subdit.

a *Si quid residuum, &c.* Avg. Quæri potest, quomodo aliquid superauit, cum hoc præmoniti fuerint, vt si domus non habuerit consummendo pecori idoneā multitudinē, vicini assumantur. Sed intelligitur, quoniam dictum est, *os non conteretis ab eo*, remansura vtique fuisse ossa quæ igni cremarentur. (Quæst. 41 in Exod.)

b *Calciamenta.* ✱ Proc. Quia festinato eiiciebantur Aegypto & festinantes faciebant iter, non abs re vestiti more viatorum ouiculam ederunt tostam igne ob temporis breuitatem, nec inter manducandum fregerunt ossa scrutantes medullas, ꝙ facere amant otiosi. Nec etiam eadem causa impulsi, expectarunt donec tota massa frumentaria fermentaretur.

Pedes, opa sunt, Calciamēta sunt pelles mortuorū aīaliū. Calciamēta pedes muniūt. Aīalia mortua ex quorūpellib. nostri pedes muniūtur, antiq patres sunt, q nos ad æternā patriā præcesserūt, quorū dū exēpla cōspicimus, operis nostri pedes munimus. Calciamēta ergo in pedib. habere, est mortuorū vitā cōspicere, & nostra vestigia a peccati vulnere custodire.

c *Tenentes, &c.* Greg. Baculus pastoralis custodia. Et notandum quod prius præcipiūtur renes accingere, post baculos tenere, quia illi debent pastoralē curā suscipere, qui iam in corpore suo sciunt fluxa luxuriæ domare, ut cum aliis fortia pdi- C cant, mollib. desideriis non succūbant. *& comedetis festinanter.* mandata s. Dei, mysteria redemptoris, gaudia patriæ cælestis cum (Vbi supra)

cū festinatione cognoscite, & pręcepta uitæ implete, quia ho- D die bn̄ licet agere scimus, vtrū cras liceat ignoram'. Festināter ergo pascha comedite. i. ad solēnitatē patrię cęlestis anhelate. Nemo in huius vitę itinere torpeat, ne in patria locū perdat. ✱ Theodoretvs. Hæc omnia nostrorum mysteriorum sunt ęnigmata. Vngimus namque & nos sanguine agni nostri. non tantū limen, sed duos postes, quātum ad id quod oculis cernitur, patet, linguam & labia purgantes, quantum vero ad id quod mēte comprehenditur attinet, pro duob. postibus, vim illam quę irascitur & concupiscit. Non elixas sed igne assas carnes comedere præcipit, quia non literæ tantum studium nostrum impendimus, sed scriptoris sensa E inuestigamus. Quod autē scriptum est, ut nihil carnium ī posterū diē relinqueretur, ita intelligēdū est, quod futura illa vita signis vllis nō indiget, in illa. n. res ipsa contemplabimur. Ouiū vero ossa hi conterūt, qui perperā diuina eloquia interpretantur, atq; ad suam imbecillitatē illa transferre conant. (Vbi supra.)

*vestra. *vestris. †baculos. †festinantes.

Greg. Nyss. Illis rerū inuolucris monet vt per hæc ænigmata considerare & intelligere velimus transitū quandam esse hanc vitam nostrā. Nam postea quā ingressi ad eā sumus, necessitate quadam ad exitum semper cōpellimur, ad quē paratos nos esse vult manib. & pedib. reliquoque ad iter apparatu. Ne igitur spinis in hoc arduo viuendi itinere, pedes lędantur, nō nudis pedib. sed duriorib. calceis cōmuniti itinerare debemus. Spinæ autem quę pedib. infixæ non solū retinent retardantque, verumetiam enecant, peccata sunt a quib. durities calceorum defendit, continentissima videlicet, tenuis ac dura uita, quę debilitat atque frangit spinarum acumina, qb. à paruo tenuiq; principio, ad anteriora vsq; peccata sic ingrediuntur, ut penitus occidant. Ad hanc vitam faciendam talaris vestis & effusa, id est, uoluptuosa & vitiosa viuendi ratio quæ latissime patet, impedimento est. Quare cingulo quodā trahēda est & coartāda, ne huc atq; illuc cercumfluat. Cingulus vero modestia est & diligens uiuendi rō, quæ nos monet ad necessitatē non ad voluptatem reb. vti. Baculus quo feras repellimus, & nonnunquam sustentamur, spes est. Ex igne autem solum cib. nobis propositus est, quoniam fides quę per cibum illum significatur, ardentissima esse debet, nihil humidum aut labile possidens. (De vita Mosis.)

d *Phase.* Hebraicè est פסח Pesah, Græcè πάσχα id est, transitus, quia à filiis Israel ex Aegypto † migrantib. primum celebratum est, nobis quoque migrandum est de transitoriis ad æterna, de terrenis ad cælestia. (Pascha. †gradientibus.)

✱ Hier. Pascha quod Hebraice dicitur pesach, non a passione vt plerq; arbitrantur, sed a transitu nominatur, eo quod exterminator videns sanguinem in forib. Israelitarum pertransierit, nec percusserit eos. (in epist. ad Fabiolam.)

e *In cunctis dys, &c.* Ferūt Hebræi, quia omnia idola Aegypti F ☞ confracta

---

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *secundū* Hebræos *non refertur ad comestionem, sed ad assationem, de qua immediate prædicatur. Sed assum tantum igni. Et sequitur.*

Caput cum pedib. *Et est sensus, quod caput de corpore abscissum vel pedes non debebant per se assari. sed caput iunctum corpori, & pedes similiter, Intestina autem amouebantur vt lauarentur, et lota reponebantur assanda cum corpore.* Et os eius non confringetis. *Hoc non est in Hebræo hic, sed postea eodem capitulo eius sententia ponitur.*

1 Nec remanebit, &c. *ad designandum quod in mane sine reditu de Aegypto debebant recedere.*

2 Sic autem, &c. *Hic describitur modus comedendi, cum dicitur.*

3 Renes uestros, &c. *Ista tria quæ hic exprimuntur, designant quod debebant esse parati ad exeundum de Aegypto.*

4 Et come. &c. *Per quod designatur quod deberent ire expedite & velociter non desidiose.*

5 Est enim phase, &c. id est, transitus. *Istud* id est transitus, *nō est in Hebræo, sed est expositio huius nominis phase, quę addita est a trāslatore. Dicitur autem hoc festum phase quod significat transitum, quia tunc filii Israel recesserunt de Aegypto, ut transirent ad terram promissionis. Item quia illa nocte dominus transiens per Aegyptum, percussit Aegyptios. & saluauit Hebræos. & hoc est quod dicitur.* & transibo per terram Aegypti.

6 Et in cunctis, &c. *Dicunt enim Hebræi quod illa nocte omnia idola Aegypti lignea subito fuerunt putrefacta, & omnia metallica resoluta & fusa in terram, & omnia lapidea comminuta in detestationem idololatriæ. ideo subditur.*

7 Ego dominus. *qui solus latria sum colendus.*

8 Erit autem. *Hic assignatur ratio eius quod supra dictum est.* & ✱ sument

---

*MORALITER.*

✱ na plenitudo gratiæ latens intra significantur. est igiē sensus. *Caput cum pedibus, &c.* id est, diuinitatem cum humanitate plena gratiæ in hoc sacramento esse credendo per fidē incorporabitis.

4 *Et come, &c.* id est per uirtutem huius sacramenti festinabitis ad patriam paradisi, propter quod dicitur viaticum. Hebr. 4. c. Festinemus ingredi in illam requiem.

❧ confracta sunt nocte A illa & templa, uel motu terræ, uel fluminis Nili inundatione. Allegorice uero nobis egredientibus ex Aegypto errorum idola corruunt, & omnis peruersorũ dogmatũ cultura quatitur.

Allegor.

a *Habebitis autem hanc diem,&c.* AVG. *Facietis diem hanc in progenies vestras legitimũ, æternum* vel *æternalem* quod Græcè dicitur αἰώνιον. Non sic accipiendum est, tanquã possit istorum præsentium dies vllus esse æternus, sed illud æternum est quod iste significat dies, velut cũ dicimus Deum æternum. Non istas duas syllabas æternas dicimus, sed quod significant, quanquã diligenter scrutandũ sit, quomodo scriptura soleat appellare æternum, ne forte ita dixerit solenniter æternum † quod nefas habeant prætermittere, aut sponte mutare. Aliud est enim quod præcipitur quousque fiat, sicut præceptum est, ut septies muros Hiericho circumiret arca. Aliud cum præ-

† vocabitur. B †Le. 23.a. Nu 28.c. Aeternũ. †que.n. C

a Mentibus, vel corporibus.

bis in signum in ædibus, in quibus eritis: & videbo sangui-

Non percutiam. Aeterna.

nem, & transibo vos, nec erit † vobis plaga disperdens, quan-

Ciues huius seculi.

a do percussero terram Ægypti. Habebitis autem hanc diem in monimentum, & celebrabitis eam solennem domino in b generationibus vestris cultu sempiterno. Septem diebus azy-

a Qui dicitur pascha. Reliqui.n. dies dicuntur azymorum. b Malitiæ & nequitiæ.

ma comedetis. In die primo non erit fermentum in domibus vestris. Quicunque comederit fermentatum, peribit ani-

a De cętu sanctorum Deum videntium. a A principio. s. vitę vsque ad finem. c Initium fidei.

ma illa de Israel, a primo die vsque ad diem septimum. Dies

a Honore passionis & resurrectionis Christi.

prima † erit sancta atque solennis, & dies septima eadem fe-

Seruilis. a Scilicet studiis sanctorum scripturarum & bonorum operum quæ parant electionem æternam.

stiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his

a Pascha. b Synceritatis & veritatis.

quæ ad vescendum pertinent, & obseruabitis azyma. In ea-

a Ad terram viuentium. b Exercitatos bonis operibus. c De mundo.

dem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Æ-

a Vel generationes. Vestras.

gypti: & custodietis diem istum in generationibus vestris ritu

a Quia æternam requiem significat. b Quando Christus cum discipulis cœnauit, corpus & sanguinem dedit.

perpetuo. † Primo mense, quartadecima die mensis, ad vespe-

a Vel vesperum.

C ram comedetis azyma, vsque ad diem vicesimamprimã eiusdem mensis, ad vesperam. Septem diebus fermentatũ nõ inue-

a Tota præsenti vita. b Corruptio peccati.

a Dolo, errore doctrinæ.

nietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatum, peri

a In æternum. b Sanctorum. c Qui extra ecclesiam nutriti, & in ipsa postea sunt recepti.

bit anima eius de cœtu Israel, tam de aduenis, quàm de indi-

a Quia intra ecclesiam nutriti. b Ecclesię quæ a Deo completur & colitur vt fructificet. Ecclesiis vel diuersis ordinibus.

genis terræ. Omne fermentatũ non comedetis. In cunctis ha-

D 1 cipitur sic obseruari aliquid, ut nullus terminus præfinitur. 2 Aut ergo sic appellauit æternum, quod 3 non sponte audeant 4 prætermittere. Aut 5 nõ signa rerum, sed 6 res quę significantur. b *Septem diebus Azy-* 7 *ma,&c.* Septenarius 8 pro uniuersitate ponitur, quia vniuer 9 sum tempus per se 10 ptem dies voluitur. Septem diebus azy 11 ma comedẽda sunt, id est, omni tempore præsentis uitę, simplicitas seruãda, ma 12 litia cauenda.

*in.

a *Primo mense quartadecima,&c.* RABBANVS. Vespera quartadecimi diei, primi mẽsis, in quo 13 pascha celebratur, & agni immolatio perficitur, depositionẽ veteris hominis significat, & initium noui, qui in baptis 14 mo Christi mortem figurãte inchoatur. 15 Vnde. *Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus, &c.* A vespera ergo quartidecimi diei primi mensis vsque ad vesperã vicesiprimi.

E Mystice. Gal. 3. d. *quia. F

NICOLAVS DE LYRA.

❧ sument de sanguine deponent super vtrunq; postẽ. *per hoc enim distinguebantur domus Hebræorum a domib. Aegyptiorum quia sicut erant distincti interius per fidem veram ab Aegyptiis, ita volebat dominus quod aspersio sanguinis esset quasi signũ distinguens exterius, & protestatio fidei interius.* 1 Et uide,&c. *visione approbationis inquantum est signum fidei vt dictum est.* 2 Et transibo,&c. *quia cum domus Hebræorum essent inter domos Aegyptiorum, quando angelus percutiebat existentes in domo Aegyptij manentis iuxta Hebræum transibat domũ Hebræi absque læsione, procedens vltra ad percutiendum domum Aegyptij vltra manentis, & hoc est quod subditur.*

3 Nec erit. *Non est hoc intelligendum quod dominus immediate per seipsum percusserit Aegyptios, sed per angelum. Quid autem sentiendũ sit de angelo percutiente, vtrum fuerit bonus vel malus dicetur.*

4 Habebitis,&c. *Hic consequenter describitur qualiter Phase sit celebrandum respectu tẽporis futuri, cum dicitur:* habebitis autẽ hanc diẽ in monimentũ, *id est, in memoriã æternã. dicitur enim monimẽtum quasi mouens mentum.* 5 Et celebrabitis,&c. *in futurum propter beneficiũ hac die vobis exhibitum.* 6 Cultu semp. *id est, absque determinatione temporis, quia tempore no. te. perfectius seruatur ista solennitas quã tempore ve. te. quoniam veritas præcellit vmbras & figuras, quia ea quæ fuerunt in ve. te. fuerũt vmbræ & figura respectu eorũ quæ fiunt in no. te.* 7 Septem diebus azyma come.&c. *Dicit Rabbi. Sa. Hebræus super locum istum, quod istud præceptum de comedẽdo azyma septem diebus, non habuit locum in prima celebratione phase quando filij Israel egressi sunt de Aegypto, sed in sequentibus celebrationibus postea, & hoc videtur per illud quod dicitur, infra eo. cap. quod filii Israel exeuntes de Aegypto in crastino immolationis agni paschalis, non poterant fermentare cogentibus eos exire Aegyptiis. Ex quo uidetur manifeste, quod causa quare comederunt tunc azyma, non fuit propter oblationẽ præcepti, sed quia non habebant tempus fermentandi. Item supra dicitur:* Et edent carnes nocte illa assas igni & azymos panes. *Ex quo dicit, nocte illa, videtur quod obligatio de azymis non extendebat se, nisi prima die ad vesperam, quando comedebantur carnes agni. Et ratio huius fuit, quia erant in itinere, propter quod non erat eis prohibitũ comedere fermentatum si haberent, nisi vespera immolationis agni, vt dictum est. Multa enim fuerunt eis licita tempore il illius itineris, quæ alias non essent, ut postea uidebitur magis.*

8 In die primo,&c. *Prima dies hic accipitur ab hora septima die quartadecimæ, in qua debebat amoueri omne fermentum de domibus Hebræorum ante horam septimã eiusdem diei, quia extunc poterat immolari agnus, ut supra dictum est. Vnde dicitur infra 23. cap.* Nõ immolabis super fermentũ sanguinẽ uictimæ tuę, *id est, noli immolare agnum paschalẽ, de cuius sanguine debent liniri postes ostij, fermento existente in domo tua.* Ex *quod patet, quod ante tẽpus immolationis agni paschalis, debebat auferri fermentum.* 9 Quicunq; comederit,&c. *Dicit* anima, *ut per hoc det intelligere, quod ille qui erat carens usu rationis, si comederet fermentatũ, hãc pęnam non incurreret.* 10 A primo die usq. ad.&c. *Inclusiue. Et est iste dies septimus vicesimus primi mensis, & loquitur de celebratione Phase, in annis sequẽtibus. ut dicit Rab. Sal.* 11 Dies prima erit sancta. *In cultu diuino, & in amictu honesto, & in cibo delicato secundum possibilitatem cuiuslibet. Vnde* Neemiæ. 8. *cap. dicit,* Comedite pinguia, & bibite mulsum, dies enim domini sanctus est. 12 Nihil operis facietis, &c. *Non solum manibus propriis, sed nec per manus Gentilium licebat eis operari, exceptis his quæ ad uescendum pertinent. Talia enim in solennitate paschali poterant facere, & illa quæ ad hæc sunt necessaria, sicut accendere ignem, haurire aquã, & scindere ligna, & similia, secũdum quod dicit R. Sal. excepta tamen die sabbati, quia si festum cadebat in die sabbati, non licebat hoc fieri, & quantũ ad hoc sabbatum strictius seruabatur, quam alia festa.* 13 Et custodietis diem,&c. *Ex hoc dicit Rab. Sal. quod obligatio huius præcepti fuit suspensa, quandiu filii Israel fuerunt in deserto, ante ingressum terræ promissionis, nec fecerũt filii Israel aliquod Phase post exitum de Aegypto, nisi semel, scilicet anno secundo egressionis de Aegypto, & ideo dicitur hic.* In generationes vestras, *quæ intra intrabunt terrã promissionis, quia oẽs illi q. egressi sunt de Aegypto, mortui sunt in deserto præter Caleb. & Iosue, ut habetur* Numeri. 26. b. *Nec mirandum est, si obligatio huius præcepti fuit suspensa quandiu fuerunt in itinere, quia etiam pręceptũ de circuncisione fienda octaua die (quod fuit eis impositum sub pęna, mortis vt habetur Gene. 17. b.) toto illo tempore fuit suspensum, quia pueri illo tempore nati non fuerunt circuncisi, donec fuerunt in terra promissionis, ut habetur Iosue. 5 b.* 14 Septem diebus,&c. *Quia non solum fuit prohibitum comedere fermentatum, sed etiam in domo retinere, & istud fuit præceptum ad memoriam eius, quod filii Israel exeuntes de Aegypto, non poterant fermentare, & coacti sunt azymis uti.* 15 Qui comederit fermentatum, peribit,&c. *Aduenæ dicuntur qui erant conuersi de Gentilitate ad ritum Iudęorum.*

❧ Vocauit

integram, scilicet septimanã, azyma † iubemur comedere, qa a perceptione baptismi vsq. ad finẽ uite simpliciter, & sine do lo debemus uiuere. Vnde Petrus: *Deponẽtes oẽm malitiam, & omnem dolũ, & simulationẽ, sicut modo geniti infantes, &c.* 1. Per. 2. a.

† iubetur.

A *Seniores*. Nota quod non pueris, non iuuenibus, mandata Dei primo cõmunicat, sed senioribus, quia in senibus est sapientia, & in multo tempore prudentia.

b *Fasciculũq; hyssopi, etc.* STRAB. Hyssopus herba est humilis, nascens in petris, purgãs pectus & pulmonẽ. Et significat verã humilitatẽ, cuius exẽplũ Christus nobis i semetipso pbuit. Fasciculũ ergo hyssopi sãguine tigimus, qñ memores humilitatis Christi, eũ imitari studem⁹.

B ✱RVPER. Quid autẽ in spiritu aliud hic de agni sãguine mãdatur, quam de veri agni, id est, Christi filii Dei sãguine, q nõ in abscõdito vel intus repositus, sed oĩ mũdo palã exposit⁹ est, vt qcunq; domũ suã signare velit, vt liberet de manu percussoris diaboli, cito & uelociter sal' illi occurrat, dũmodo sic faciat? Tollat fasciculum hyssopi, & intingat in sanguine, id est, recitet symbolum spẽ totã cõstituẽs, i salutifera Christi passione, & ĩde tres notulas faciat ĩ utroq; poste, & in suplimnari, baptizatus uidelicet in noĩe patris & filii & spiritus sãcti.

Lib. 2. in Exo. c. 16.

† Seruitiũ istud.

† quid sibi vult seruitium istud quod facitis.

Quæst. 46. in Exod.

c *Tingite sanguine, &c.* AVG. Quæritur quem sanguinem dicat iuxta ostium, cum illi⁹ sãguinẽ uelit intelligi, cuius immolatione pascha fit, an præcipit eo modo cõsequẽter fieri, quis hoc tacuerit, ut idẽ agnus iuxta ostium occidatur, an quia et cre dibilius ideo dixit ex sanguine, qui est iuxta ostiũ, quia ille qui linituturus est vas ipsum, in quo sanguinẽ excipit, iuxta ostiũ positus est, vt ad manum habeat dum tingit.

d *Et non sinet percussorem, etc.* STRABVS. Vtrum percussor bonus angelus, an malus fuerit, non necesse est inquiri. quicunq. enim fuit, præcepto domini obediuit. Sciẽdum tamẽ q talles pestes mali angeli facere solẽt, pmissione Dei. Decimũ pceptũ est Deut. 5. c. *Non cõcupisces rẽ proximi tui, etc.* Huic contraria est decima plaga. Mors primogenitorum. Alio pcepto furtũ phibetur, quo & rapina damnatur. Peius enim est eripere violenter q̃ latenter. Auferre ergo uolens aperte vel occulte preceptũ suum habet, concupiscere autẽ rẽ proximi, etiam si iusta successione qras, nõ licet; Qui. n. uolunt res alienas tã q̃ iuste possidere, & hæredes quærunt morientib. illis esse. Cum laudas rẽ relictã quasi iure possidentẽ, Deus damnat iniuste cupiẽtẽ. Qui enim qris ab aliquo heres fieri, non uis ut habeat hæredes, in quibus nihil carius primogenitis est. Iure ergo in primogenitis tuis puniris, qui cupiẽdo res alienas, quasi iuris umbrã perquiris, & quæ meliora sunt cordis primogenita pdis. Primogenita quidem fides est. Nemo em̃ bona facit, in quo fidei non præcessit. Omnia opera bona sunt filii spirituales, sed inter hos primogenita fides, Quisquis ergo rẽ occulte, cupis alienam, interius fidem perdis. Seruis enim non charitate, sed fraude. uelut amans cum quem mori desideras, ut succedas.

Percussor Aegypti q̃s angelus.

† pe cora

Non concupisces rem proximi.

† Vase.

† rem istã vel morẽ istum pro statuto.

† P sal. 77. Psal. 104. d Psal. 134. b

bitationibus vestris edetis azyma. Vocauit autem Moyses om- **1** nes seniores filiorum Israel: et dixit ad eos: Ite tollẽtes † animal **2** per familias vestras, immolate Phase. Fascicnlumque hyssopi **3** tingite sanguine, qui est in † limine, et aspergite ex eo super- **4** liminare et vtrumque postem. Nullus vestrum egrediatur ostiũ **5** domus suæ vsque mane. Transibit enim dominus percutiens Aegyptios. Cumque viderit sanguinem in superliminari, et in vtroque poste: transcendet ostium domus, et non sinet percusso- **6** rem ingredi domos vestras, et lædere. Custodi verbum istud, legitimum tibi, et filiis tuis vsque in æternum. Cumq. introieritis terram, quam Dominus Deus daturus est vobis vt pollici- **7** tus est: obseruabitis † ceremonias istas. Et cum dixerint uobis filii vestri; † quæ est ista religio? dicetis eis. Victima transitu: domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto, percutiens Aegyptios, et dumos nostras li- **8** berans. Incuruatusque populus adorauit. Et egressi filii Is- **9** rael, fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi et Aaron. †

a ¶ Ecclesias uel diuersos gradus. b ¶ Fidei scilicet quæ comparatur grano sinapis, quæ humili deuotione suscepta, omnes animæ affectus purgat. a ¶ Quia sanguis iste nobis ianua vitæ. b ¶ Intentione mentis vel fronte corporis. ¶ Vt supra. a ¶ Hoc postea obseruatum est, tunc. n. non poterant, quia in transitu erant. b ¶ iuxta uel intra claustra mentis debemus conuersari dum pascha celebramus ne foras sicut Dina vagemur, & cum diabolo fornicemur. a ¶ Diem iudicij. a ¶ Fidem passionis Christi & munitionem. a ¶ Mentis & corporis. Vnde Psal. 4. b. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. ¶ Mentes vel corpora. a Mundo. b Corporaliter vel spiritualiter. ¶ Ab exterminatore vel a seruitute Aegypti. ¶ A seruitute. ¶ Humiliatus. ¶ Gratias agens.

☞ Factum

1 NICOLAVS DE LYRA.

Vocauit autẽ Moyses, &c. *Hic consequenter mãdatũ domini, de agno pascali diuulgatur senioribus populi, ut detur executioni. Vnde dicitur.* 2 Ite tollentes animal. *In Hebræo habetur.* Emite accipite, & *est sensus, qui habet gregem inde accipiat. & qui non habet emat.* Animal. *id est, agnũ si possit haberi, uel hędũ si non possit, ut supra dictum est, & ad hoc denotandum, dicitur hic* animal *in generali.*

3 Fasciculũq; hyssopi, &c. *quia nõ dixerat supra, cũ quo instrumento deberent liniri postes sanguine agni, ideo hic exprimitur, quod debet fieri cum fasciculo hyssopi, & ad hoc requiruntur tres calami simul ligati.* Qui est in li. &c. *In Hebręo habetur.* בסף basaph, *id est, in pelui. Est enim uas argentum, in quo recipitur sanguis agni immolati, & hoc exprimitur hic, quia supra no fuerat expressum quomodo sanguis debebat recipi, quia tamen iste bacinus erat prope limen ostij, quando debebat fieri aspersio, ideo forsitan translator posuit* in limine.

5 Nullus ue. &c. *Istud fuit dictũ, eo quod angelus disperdẽs, illa nocte trãsiuit per Aegyptum, propter quod illud nõ fuit obseruatum sequẽtibus, alijs tẽporibus, quia tunc et causa cessauit.* 6 Et non sinet percussorẽ ingredi. *Ex quo patet, quod ista percussio nõ fuit facta immediata a Deo, sed per angelu. Si aũt quæratur, utrum fuerit bonus vel malus angelus? Dicendum, quod nulli est dubium quin Deus potuerit facere per bonum uel malum angelum indifferenter. Leguntur etiam tales percussiones factæ per bonos & malos angelos, quia Deus utrisque vtitur ad executionẽ suæ iustitiæ. Subuersio enim Sodomorũ facta fuit per bonum angelum, vt dictũ fuit. Ge. 21. quod patet ex hoc, quod ille angelus fuit associatus bono angelo, qui saluauit Lot. Fuit etiam unus de angelis sanctis qui apparuerunt Abrahæ Gene. 18. a. Vnde dicunt Hebræi, quod fuit Gabriel, qui interpretatur fortitudo Dei, ut ibi ẽm dictum fuit. Percussio autẽ animalium & pastorum & liberorũ ipsius Iob fuit per malum angelum, ut patet Iob. j. b. Veruntamẽ uolunt aliqui dicere, quod percussio Aegyptiorum fuit per bonum angelum, quia ex diuina iustitia angeli boni percutiunt malos, sicut mali angeli ex permissione Dei flagellãt bonos, ut patet per exẽpla posita de subuersione Sodomorum per bonũ, & flagellatione sancti Iob per malum. Ad quod dicendum, quod licet exẽpla posita sint vera, tamẽ illud quod dicunt, non semper currit, sed aliquando leguntur boni & mali flagellati a malo angelo sicut patet de Saule j. Reg. xvj. c. qui erat malus, de quo dicitur.* Spiritus domini recessit a Saul, & exagitabat eũ spiritus nequam. *Item Paulus Apostolus qui sanctus a malo angelo fuit flagellatus, prout dicitur. ij. Corint. xv.* Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. *Similiter legũtur boni & mali a bono angelo flagellati, Ec primo habetur exemplum. 2. Reg. 24. c. de angelo percutiente populum. qui tamen erat innocens, secundum quod dicitur ibidem:* Isti qui oues sunt, quid fecerunt. *Quod autem angelus iste esset bonus, patet ex hoc quod Dauid ędificauit altare in loco apparitionis illius angeli, quod non fecisset si fuisset malus angelus. De secundo iam supra positũ est exemplum de subuersione Sodomorum per bonum angelũ, & ideo dictum eorum non habet efficaciam. Dicendum igitur sine prẽiudicio, quod percussio Aegyptiorum facta fuit per malũ angelum, quia hoc magis uidetur cõcordare scripturæ sacrę. Dicitur enim Psal. 74. e.* Misit in eos irã indignationis suæ, indignationem & iram & tribulationem, immissiones per angelos malos. *Et certum est quod scriptura loquitur ibi de percussione Aegyptiorum, ut patet per literã precedentem & subsequentem. Hoc etiam uidetur per hoc quod hic dicitur de domino.* Et non sinet percussorẽ ingredi domos vestras & lędere. *per quod uidetur litera innuere, quod angelus percussor libenter intrasset, & percussisset Hebręos, si fuisset a Deo permissus, & sic uidetur quod fuerit malus angelus.*

7 Cumq; introieritis terrã, &c. *Ex hoc uidetur uerum, quod prędictum est, scilicet quod filij Israel post exitum de Aegypto non fuerũt obligati obseruare ceremonias paschales, quousque uenerãt ad terram promissionis. Sequitur.* 8 Incuruatusq; populus adorauit, &c. *reddendo Deo gratias de tanto beneficio.* 9 Et egressi filii Israel, &c. *Ex quo patet obedientia eorum ad Deum & ad Mosen.*

✱ Factum

Quæst. 12. in Exod. A

a *Factum est autem, &c.* THEODOR. Deus autē primogenita Aegyptiorum occidi voluit, ppea quod Israelē populum q primogenitus Dei erat, nimis dure tractarunt. Sciendum tñ est quod primogenitus fratres habet, primogenitus.n. multorum est primus. Sicut itaq; Israelitæ q primus Dei populus appellati sunt, Gentes vero qui crediderunt non modo salutem consecuti sunt, sed & primogenituram adepti sunt.

Vbi supra. c. 17. * Ipse.

* RVPERTVS. Placuit domino medio noctis dormiētes potius interfici, vt historicum exemplum dormitantibus proficeret, atq; ad vigilandum eos pcelleret scientes quia quisquis exēplo Aegyptiorum, thesaurizauerit sibi irā, nihilominus exemplo illorum improuisam accipiet vindictam. Sic enim vniuersale iudicium duris corde & impœnitentib. de improuiso superueniet tanquam laqueus & fur.

† dixistis. † non hēt Israel.

Quæst. 44. in Exodo. B

b *Neq; enim erat dom' &c.* AVGVSTINVS Cum primogeniti tñ morerentur, quomodo nulla erat domus, in qua non esset mortuus? An & hoc diuinitus fuerat procuratum, vt in omnibus domibus essent primogeniti, in quib. percuterentur Aegyptii, etiam qui habitabant in terra Gessē Hominum quippe erant hic, vel animaliū, nō terræ, id est, homines & animalia primogenita moriebātur, occulto; & angelico percussu, non aliquid in terra vel in cælo factū erat, sicut rana vel locusta vel tenebræ. A talibus enim plagis cum terra Gessen fuisset aliena, perueniebat beneficiū ad Aegyptios, q in ea cum Hebræis morabant, hac uero omnes percussi sunt.

† 36. dist. c legimus. §. sedecōtra. Matt. 6. c.

Mysticè.

c *Conspersam farinā, &c.* AVGVST. Sine fermento proficiscuntur filii Israel de Aegypto, vt exeuntes de hoc seculo abiiciamus fermentum malitiæ & nequitiæ, & epulemur in azymis syncerritatis & ueritatis.

Quæst. 45.

d *Et petierunt, &c.* AVG. Hoc iam factum fuerat ante mortes primogenitorum. Sed nunc per recapitulationem repetitur, nō narratum est quando factum est. Modò enim quomodo posset fieri, vt in tanto luctu ista accommodarentur, nisi forte quis dicat, etiam ista plaga non fuisse percussos Aegyptios, qui cum Hebræis habitabant.

Hom. 5. in Exod. C

e *Vasa aurea, &c.* Hæc doctrinas significant, quæ ex ipsa cōsuetudine gentiū non inutili studio discuntur, vel animas ptiosas ex gentibus, tanquā vasa aurea & argētea cum vestibus, id est, corporibus, quę se adiungunt populo Dei, vt semel de hoc seculo tanquam de Aegypto liberentur.

f *Profectiq; sunt, &c.* ORIGINES. Qui de Aegypto parat proficisci, qui cupit obscuros mundi actus, & errorū tenebras relinquere. Primo ei ex Ramesse proficiscendū est, quæ interpretatur cōmotio tineæ. Si uis venire in hoc, vt Deus sit tibi dux, & sequatur petra, quæ escam spirituale & potum tribuat, exi de Ramesse, ne thesaurizes, vbi tinea exterminat, & fures effo. & fur. Quia, *Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & ueni sequere me.* hoc est proficisci de Ramesse, & sequi Christum.

D

Mat. 16. c

a Factum est autē in noctis medio, percussit dñs omne primogenitū in terra Aegypti: primogenito Pharaonis, qui sedebat in solio eius vsq; ad primogenitū captiuæ, quæ erat in carcere, et omne primogenitū iumentorū. Surrexitq. Pharao nocte, * et omnes serui eius, cunctaq. Aegyptus: et ortus est clamor magnus in Aegypto. b Neque enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Vocatisq. Pharao Moyse et Aaron nocte, ait: Surgite, egredimini a populo meo, et vos & filii Israel. Ite et † immolate domino sicut † dicitis, oues vestras et armenta assumite, vt petieratis, et abeuntes benedicite mihi. † Vrgebantque Aegyptii populum † Israel de terra exire velociter, dicentes: c Omnes moriemur. Tulit igitur populus cōspersam farinam, antequam fermentaretur, et ligans in palliis posuit super humeros suos. Feceruntq. filii Israel sicut † præceperat dominus d Moysi, et petierunt ab Aegyptiis vasa aurea et argentea, e vestemq. plurimā. Dedit autem dominus gratiam populo suo f coram Aegyptiis, vt commodarent eis: et spoliauerunt Aegy- g h ptios. Profectique sunt filii Israel de Ramesse in Socoth sex-

(Interlinear glosses: ¶ Ergastulo. ¶ Gratias agite. ¶ Expurgate vetus fermentum vt sitis noua conspersio. 1. Cor. 5. b. a ¶ Ne diffluerent. b ¶ Operum ornamentis vel fidei munimentis. c ¶ In exercitatione operum. a ¶ In auro & argento & vestibus Aegyptiorum, significantur quædam doctrinæ, quæ ex ipsa consuetudine gentium vtiliter inquiruntur, vel animæ pretiosæ cum corporibus suis, quæ de gentibus populo Dei adiunguntur. a ¶ Thebaida vt aiunt. b ¶ Tabernacula. ¶ Commotio tineæ.)

Ibidem.

g *De Ramesse in Socoth. &c.* ORIG. Videamus qs sit castrorum locus ad quem venitur de Ramesse. uenerunt in Socoth. qđ interpretatur tabernacula. Cum ergo relinquens Aegyptum, discusseris tineas totius corruptelæ, & uitiorum incitamēta reieceris, habitabis in tabernaculis, quibus scilicet nolumus expoliari sed superuestiri. Habitatio autem tabernaculorum expeditum īdicat esse eum q festinat ad Deum. Sed nec in hoc standū est, mouenda sunt ēt castra de Socoth. & festinandum est in Othō, quod interpretatur signa eis, quia hic faudies quod Deus antecedat eos per diē in columna nubis, & per noctem in colūna ignis, non hoc in Ramesse, nec in Socoth, quę secūda sunt castra. Tertia sunt in quibus fiunt signa diuina, hoc erat triduū ad quod festinabant Moses & Aaron, & cōtradicebat Pharao dicens, *Non eatis longius.* Nolebat ad locum signorum perueni re filios Israel, ut possent tertii diei frui mysteriis. unde Osee. vj. a. *Resuscitabit nos Deus post biduum, & in die tertia resurgemus, & uiuemus in conspectu eius.* Prima dies nobis Christi passio. Secunda quam infernū descendit. Tertia quia resurrexit, Ideo in tertia die antecedebat eos per diem in columna nubis, per noctem uero in columna ignis. Rom. vj. a. *Necessarium est ergo, ut qui baptizantur in Christo, in morte ipsius baptizentur, & cum ipso sepeliantur & die tertia resurgant. quos scilicet secum suscitauit, & fecit considere in cælestibus.*

† seruite. † sup. 11. a. 1. Reg. 6. b † Dixerat Moyses. E

Quæst. 47. Qō de numero filiorum Israel F

h *Sexcenta fere milia, &c.* AVGV. Quæritur, utrum ad tantū numerum peruenerunt Hebrei per eos annos in Aegypto quos ostēdere cōsideratus in scripturis numerus potest, qui quot fuerint, nō parua qō est. Dixit enim Deus Abrahæ antequā non solum Isaac, sed & Hismael natus esset, Ge. xv. c. *Peregrinū erit semen tuum in terra non sua, & in seruitem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis.* Si ergo quadringentos annos intelligamus eos fuisse cum Aegyptiis, non paruum spatium fuit quo ita populus multiplicaret, sed tot annos nō fuisse scriptura aperte testat. Quidā.n. putant quadringētos triginta annos accipi debere, ex quo Iacob intrauit in Aegyptum, usquequo Moyses populum liberauit, quia in Exodo scriptum est: *Incolatus filiorū Israel, quem incoluerunt in terra Aegypti & in terra Chanaan, ipsi & patris eorū anni quadringēti triginta.* Seruitutis aūt eotū esse quarigētos annos, qa scriptū est Ge. 15. c. *In seruitutē redigent*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Factum est autē. *Postquā descripta fuerat plagæ decimæ comminatio & interposita fuerat paschalis obseruatio, hic consequenter subiungitur prędictę plagę inflictio, cum dicitur:* Factum, est autē in noctis medio, *scilicet illius noctis, in cuius uespera filij Israel immolauerant agnum paschalem.* 2 Percussit dominus omne primogenitum, &c. *supra. xj. c. a. dictum fuit.* Vsq; ad primogenitum ancillę quę erat ad molam, *& idem est, quia captiui & captiuæ cogebantur operari in carcerib.* 3 Neq; enim erat domus, &c. *quia Deo ordinante sic acciderat. quod in qualibet domo Aegyptiorum erat aliquis primogenitus.* 4 Vocatisq; Pharao. *Hic consequenter describitur populi Israel eductio de terra Aegypti. Et primo describitur recessus populi. Secundo eiusdem processus. xiij. c. ibi* Igitur cum emisisset. *Adhuc circa primum præmittitur recessus populi. Secundo subduntur quędam mandata Dei, ibi:* Dixit dominus ad Moysen. *Circa primum dicitur sic.* Vocatisq; Pharao Moyse & Aarō nocte. *pię timore enim mortis non expectauit diem.* 5 Ait. *Per nuncios missos Moysi & Aaron, quia supra. x. cap. dixerat Moyses quod eius faciem amplius non uideret.* 6 Surgite egredimini, &c. *nō tamē egressi sunt de nocte, quia pręceptum eis erat, ut non egrederentur ostium domus usque mane. vt prędictū est, tamen ante diem pręparauerunt se ad egressum.*

7 Et abeuntes. *id est, orate pro me ut non moriar in ista peste.*

8 Vrgebantq; Aegyp. *timore mortis ducti, quia ex morte primogenitorum timebant sibi.* 9 Tulit igi. *Per aquę cōmistionem. unde in Hebręo habetur* בצק *Bazeq, id est, pasta.* 10 Dedit autē dominus gratiā, &c. *Ex quo patet, quod acceperunt ista ab Aegyptijs per accommodationem, & nō ex dono, ut supra dictum est. iij. c.* 11 Et spoliauerunt Aegyptios. *Nec in hoc peccauerunt, ut dictum fuit ibidem. Sequitur:*

*Sed

gent eos, & nocebunt illis quadringentis annis. Sed quia seruitutis anni cōputātur post mortē Ioseph, (illo enim viuo nō seruierunt) non possunt quadringenti triginta anni in Aegypto cōputari. Ingressus est.n. Iacob anno suæ uitæ tricesimonono, quādo triginta annorum erat Ioseph, cum apparuit in cōspectu Pharaonis, & regnare cœpit sub illo. Trāsactis autē septem annis ubertatis, secūdo anno famis venit Iacob in Aegyptū cū filiis suis, tricesimūnonū annū agente Ioseph, q impletis uitæ suæ centū & decem annis mortuus est. Vixit autem post aduentum patris septuaginta unum, quos si retraxeris a quadringentis triginta, remanebunt seruitutis anni non quadringenti, sed treceti quinquaginta nouē. Si; autem cōputauerimus ex quo Ioseph sub Pharaone regnare cœpit, ut quodam modo dicatur Israel intrasse in Aegyptū, cū ibi filius suus sublimatus est, sicut et trecenti quinquaginta erūt, quos Ticonius vult accipi quadringētos, vt a toto pars intelligat.i.a cētenario quinquagenarius Et pbat hac loquendi regula solere vti scripturā. Si uero qđ pbabilius est, dicamus Israel intrasse in Aegyptū, qñ illic Ioseph vēditus eē cœpit, detrahimus adhuc annos tredeci, ut trecentos triginta septē annos p quadringentis accipiamus. Sed cū scriptura dicat Caath filiū Leui auū Moysi, cū auo suo Iacob intrasse in Aegyptū, & dicat eū vixisse annis cētū triginta, filiū vero eius patrē Moysi Amrā centū trigintaseptē. Moysē vero octoginta annorū fuisse, dū de Aegypto populū liberauit, ēt si genuisset Catth patrē Moysi, quo anno mortuus est. Ille quoq; vlt. vitæ suæ anno genuisset Moysen, cōputati anni centū triginta, & cētum trigintaseptē, & octoginta, treceros quadragintaseptē annos faciunt, non quadrigētos trigita. Qđ si qs dicat extremo anno vitę Ioseph natum fuisse Catth filiū Leui, septuagīta ferme anni possunt accedere illi summę, qa septuaginta vnū annū vixit Ioseph in Aegypto post ingressū patris sui. Sunt et sic septuaginta anni vitę Ioseph ab ingressu Iacob in Aegyptum, vsq; a natiuitate Caath, si tunc natus asserat, & cētū triginta anni ipsius Caath, & centū trigintaseptē filii eius Amrā patris Moysi, & octoginta ipsius Moysi quadringētos decē & septem annos faciunt, nō quadringentos triginta. Vera ergo uidetur cōputatio Eusebii in chronicahistoriarum. Ab illa enim promissione, computat quadringētos & triginta annos, quia uocauit Deus Abrahā, vt exiret de terra sua in terrā Chanaan, quia & Apostolus cum fidē Abrahę cōmendaret, in ea pmissione quā pmisit ei Deus, quod benedicerentur in eo omnes tribus terræ. Hoc autē dico, inquit, *testamentum confirmatū a Deo, quia quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritū facit.* In Exodo quoq; satis hoc significat. Non.n. dixit *incolatus filiorū Israel.* quē incoluerūt in terra Aegypti, anni quadringenti triginta, sed aperte dixit, *quem incolauerunt in terra Aegypti & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum.* Patet ero etiā computādum esse tps patriarcharum Abrahā, Isaac, et Iacob ex quo peregrinari cœpit Abrahā in terra Chanaan.i. ab illa pmissione in qua fidē eius laudat Apostolus, vsq; quo ingressus est Israel in Aegyptum. toto.n. illo tpe peregrinati sunt patres in terrā Chanaā, & postea semē i Aegypto, & sic ppleti sunt quadrīgenti triginta anni a promissione vsq; ad exitum Israel de Aegypto, qñ facta est lex in monte Sina, q non facit irritum testm̃ Dei. Septuagesimoquinto an. vitę suę Abrahā (sm scripturā) ingressus est in terrā Chanā, & genuit Isaac cū esset annorū cētū. Fiunt ergo anni vigintiquinq. a promissiōe vsq; ad natū Isaac, his addūt omnes anni vitę eius.i. centum octogin

a Perfecti in operibus bonis. b Quia gloria perfectorum est principium. c Pugnatorum. d Summa non sunt digna numero, quia nec apta bello.

centa fere millia peditum virorum absque paruulis et mulieribus. Sed et vulgus promiscuū innumerabile ascendit cum eis: oues, et armenta, et animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntq; farinā, quam dudum conspersam de Ægypto tulerant, et fecerunt subcinericios panes azymos: neque enim poterant fermentari cogentibus exire Ægyptiis, et nullam facere sinentibus moram, nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. Habitatio autem filiorū Israel, qua manserūt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadē die egressus est omnis exercitus domini de terra Ægypti. Nox ista est obseruabilis† domini quan-

a Multiplicati sunt super numerum, quia multi vocati, pauci vero electi. Matth.20.b.
a Innocentes. b Quia si pugnare non possunt, pugnantibus tamen auxilio sunt.
a Igne spiritussancti astringentes. b Vt esset noua conspersio & azymi. In humilitate. Mundo.
a Ipse mundus compellit ad Deum & fat anes satanam expellit, ne corrumpamur fermento peccati.
a Vrgent Aegyptij, ne euangelij sapore austeritatem legis, vel mundani dogmatis condiamus.
Ex quo Abraham exiuit de terra sua, vt habitaret in terra Chanaan vsque ad exitum de Aegypto, quando facta est lex in monte Sinai.

†Domino

## NICOLAVS DE LYRA

1 Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cū eis oues, &c.i. *vtriusque sexus, quia multi de Aegyptijs viri & mulieres videntes ea, quæ dominus fecerat pro Hebræis, iunxerunt se eis cōuersi ad Iudaismum, & sic iuerunt cum eis.*

2 Coxeruntq; farinam, &c. *In Hebræo dicitur*, pastam.

3 Habitatio autem filiorum Israel, &c. *Non secundū totum tempus, quod subditur, sed secundum partem magnam, a qua frequenter denominatur totum.*

d *Equum, &c.* ORGI. Homines qui nos in sequuntur equi sunt & omnes qui in carne nati sunt, figuraliter equi sunt, & habẽt ascensores suos. Sunt quos dominus ascendit & circũeuntẽ terram, de quibus dicitur Abac. 3. b. *Equitatus suus salus.* Alios ascendit diabolus & angeli eius. Iudas equus erat, & cũ ascensorem habuit dominum, de equitatu salutis erant, cũ cęteris enim apostolis missus ægrotis salutẽ & lãguẽtibus pręstitit sanitatẽ, vbi diabolo se subtrauit qui post bucellã in eũ intrauit, equus Sathanæ fact^9 & illius habẽs ductus cõtra dominum equitauit, omnes persecutores equi sunt hinniẽtes, sed habent angelos malos quibus agũtur, ascensores, & ideo feroces sunt. Si uideris persecutorem tuũ nimis sęuientẽ, scito qa ab ascensore pungetur, & ideo seuus est & truculentus. F

e *Iste Deus.* ORIG. Hic ergo & Deus erit meus & Deus patris mei. Pater noster qui nos fecit & genuit, Christus est, qui dixit Ioa. 16. b. *Vado ad patrem meum*, &c. Si ergo agnoscam ꝙ Deus meus sit, glorificabo eũ, si etiã quod patris mei, exaltabo eũ Altior. n. ĩtellectus est quomodo Christus, vt unius Dei cõstrĩgat & uniat ueritatẽ, Deum suũ dicit, quẽ natura patrẽ nouit.

f *Dominus quasi vir pugnator, &c.* ORIGE. Alia litera *Dominus conteret*

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XX.

*Diuisio.*

TVnc cecinit Moyses. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio pro tanto beneficio, & primo quantum ad viros, secundo quantum ad mulieres, ibi,* Sumpsit ergo Maria. *Circa primum præmittitur Dei laudatio, secundo subditur causa vel ratio. ibi:* Dominus quasi vir pugnator. *Circa primum dicitur.*

2 Cantemus domino. *Per hoc designatur quod inuicem se inuitabant ad Dei laudem.*

3 Gloriose, &c. *Ex submersione enim Aegyptiorum longe latèque diffusum est preconium suæ magnitudinis.*

4 Fortitudo, &c. *scilicet effectiue.*

5 Et laus, &c. *s. materialiter, qua ex eius facto habuerunt materiam laudis.*

6 Iste Deus. *Dicunt Hebræi, quod ly* iste. *facit demonstrationem ad sensum, quia filij Israel videbant Deum, & ostendebant eũ digito super mare rubrum, in aliqua tamen similitudine visibili, quia deitas non potest sic videri, vnde dicũt, quod clarius tunc vidit Deum populus quam prophetæ postea, sed istud de scriptura non habet autoritatem, ideo eadẽ facilitate contẽnitur qua probatur, maxime cum populus parum ante contra Mosen acriter & iniuste murmurasset, nec est verisimile quod scriptura tantam Dei condescensionem tacuisset, ideo dicendum, quod ibi est demonstratio ad intellectũ, accepta tamen ex effectu visibili, ex hoc enim quod videbant factum soli diuinæ virtuti possibile, intelligebãt Dei præsentiam adesse.*

7 Deus patris mei, &c. *Hoc additur ad ostendendum quod per merita sanctorum patrum Deus fecit eis illud beneficium.*

8 Dominus quasi, &c. *Hic subditur laudis ratio, & primo propter beneficium præteritum, secundo propter futurum, ibi,* Et portasti eum &c. *Circa primũ dicitur,* Dominus quasi uir pu. *id est fortis pugnator quia tamen eius fortitudo incomparabiliter excedit omnem fortitudinem creatam, ideo subditur.*

9 Omnipotens nomen, &c. *quod patet per effectum multiplicem sequentem cum dicitur.*

MORALITER.

✱ 2 *Cantemus, &c.* Hic ponit gratiarũ actio pro Dei bñficio præstito in Aegyptiorum submersione, & populi Israel liberatione, nec est hic quęrẽdus alius sensus mysticus, nisi ꝙ per hoc docemur Deo gratias agere de beneficiis acceptis, quia talis gratitudo est dispositio ad alia beneficia à Deo recipiẽda, ideo in eodem cantico subditur prophetia de habitatoribus terræ Chanaan terrendis & debellandis cum dicitur.

✱ *Ascen-*

conteret bella. Amos.9.b. *Dominus nomē est illi.* Nō modo pugnas visibiles conterit, sed eas etiā quæ nobis sunt aduersus, *principatus, & potestates, & rectores tenebrarū har*. Dominus. n. nomē est illi, & non est vlla creatura, cuius dominus non sit. Quadrigas Pharaonis & exercitū eius proiecit in mare. Electos ascélores ternistratores demersit in mare rubrū. Pharao velut potentior in malitia, & regnum nequitiæ tenens, quadrigas ait, non illi satis est vnū equū ascendere, sed plures simul agit, & torto verbere cogit, quos cum videris in luxuria turpiores, in credulitate sæuiores, in auaritia tetriores, scito de quadrigis esse Pharaōis, quas currui suo subiugat, in ipsis fertur & volitat per apertos scelerum campos, effusis habenis. Sunt alii ascensores electi. s. ad malitiam.

*† ferunt & cut aceru' vnde fluxę.*

B

*Ibidem.* ORIG. Ternistratores ideo dicuntur, quia triplex est hominibus peccādi via. In facto enim, in dicto, & in cogitatione peccant. Ideo ternistratores p singulos dicunt quia istas tres in nobis possident vias peccandis & semp speculantur & agunt insidiis, vt aut ille ex misero homine sermonē malū eliciat, aut ille iniquū opus extorqueat. aut ille cogitationē pessimā rapiat. Deniq; semē verbi Dei vbi cadit & deperit, triplex describit locus, secus viā in spinis, in petrosis. Ecōtrario terra bona afferri triplicē fructū, sexagesimū, centesimum, tricesimū Mat.13.a. Triplex. n. est etiā bene agēdi via, quia vel opere, vel cogitatione, vel verbo aliquid boni agitur, vnde ait Apostol'. 1.Cor.3.b. *Qui ædificat fundamentum argentum, aurum, lapides pretiosos*, triplicem bonorum iudicans viam. Viā malorū dicens ligna, fenū, stipulā. Isti ergo ternistratores sunt angeli nequā qui in his viis obseruant, vt quælibet agant in peccatum, quos immerget dominus in mari rubro & ignitis fluctib. tradet in die iudicii & pœnarum pelago teget.

*Ternistatores.*

C

*Ibidem.* a *Descenderunt, &c.* ORIG. Quia. s. tales non erant lapides de q bus suscitarentur filii Abrahę. Sed qui amarent profundū & liquidū elementū. i. amarā & fluxam præsentiū voluptatē. Vnde de ipsis dr: *Demersi sunt quasi plumbum in aqua validissima.* Peccatores graues sunt, & iniquitas super talentū plumbi legit sedere. Inde iniqui mergūtur in profundū, quasi plumbū. Sācti vero ambulāt super aquas, quia leues sunt & peccati pondere non grauantur. Christus super aquas ambulauit, qui vere peccatum non fecit. Ambulauit & Petrus, sed paulū dubitauit, habuit. n. aliquid plumbi, propter quod dicitur ei Matt. 14. *Modicæ fidei quare dubitasti?* Omnes ergo per ignem saluantur, vt si forte de specie plumbi quicquam fuerit admistum, ignis decoquat & resoluat, vt efficiantur omnes aurum optimum, quia aurum terræ illius optimum quam habituri sunt

Alij quadrigas. Vt supra.

men eius: Currus Pharaonis et exercitū eius proiecit in mare. 1

Alij, ternistratores. Capitalia vitia vel dęmones illis vitijs præsidentes, Inferni.

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro, abyssi oper 2

a Quia duri & lapides adorabant.

a uerūt eos. et descēderūt in profundū, quasi lapis. Dextera tua

Pater. Potentia Vel filius. Pater.

domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine † 3

a Diabolum. Quia inde multum gloriosus apparuisti.

percussit inimicum: et in multitudine gloriæ tuæ † deposuisti 4

Solo superbiæ. Diabulum & vitia. Vel mens.

b aduersarios † nostros. Misisti irā tuā, quę deuorauit eos sicut 5

a Contra naturam.

stipulā, et in spiritu furoris tui congregatę sunt aquæ. † Stetit 6

Diabolus.

vnda fluēs, cōgregati sunt abyssi in medio mari. Dixit inimi- 7

a De Aegypto recedentes. b Domestica temeritate & superbia loquitur hęc. c Diuersis vitiis, vel tortoribus. d Sanctos Christo ereptos. e Voluntas.

cus: Persequar et cōprehēdā, diuidā spolia, † implebitur anima 8 9 10

a Aperiam. b Omnes modos fallendi. c Spiritualiter. d Potentia vel multitudo exercitus.

mea. Euaginabo gladium meū: interficiet eos manus mea. Fla 11

a Indignationis. vel ventus viens. b Inundatio pœnarum. c Pondere peccatorum grauati.

uit spiritus tu', & operuit eos mare: submersi sunt quasi plum 12

a Amara & fluxa voluptate præsentium, vel inferni voragine. b In substantia potentia. Vel diis de quibus dicitur. Psal. 81. Ego dixi dii estis, &c. 13

c bū in aquis vehemētib. Quis similis tui in fortibus † domine. 14

sancti. & sicut fornax probat aurum, ita homines iustos tribulatio. Veniendū est ergo omnib. ad conflatoriū. Mat.3.a. Sedet. n. Deus & conflat & purgat filios Iuda. Si quis multa opera bona & patū iniquitatis attulerit, illud parum tanquā igne resoluitur & purgatur, & totum remanet aurum purum. Si quis plus plumbi attulerit, plus exuritur vt amplius decoquatur, vt & si parum, tamen aliquid auri purgati resideat, qui vero totus plūbeus venit, demergitur: *quasi plumbum in aqua validissima.*

D

b *Misisti iram tuam quæ deuorauit sicut, &c.* ✻ BASILIVS. Diuinę literæ iram Dei vocant motū illū vltorem in peccatores supplicio dignos, aut certe huic motui subseruientes Angelos, iuxta illud *Immisisti in illos, iram & furorē, immissionem per Angelos malos.* Qui enim fieri potest, vt ira & furor mittātur? Aut fortasse Notum ventum intelligit, qui & aquam congessit, & fluidam fluxamque naturam compingens, in modum muri stare fecit.

*† cōs ...*

*† deseru ... sti vel ... qualsasti.*

*† impleb ... tur ex eis. i. volupta tem capiā ex nece eorum.*

E

*† diis.*

*Quęst. 55. in Exod. Spiritus Dei.*

AVGV. Alia litera. *Misisti spiritum tuū, & cooperuit eos mare &c.* Ecce iā quinto commemoratus spiritus Dei, vt in hoc numero accipiamus et illud quod dictū est. Exo. 8. c. *Digitus Dei est hic.* Primo spiritus Dei ferebatur super aquas. Secundo nō *permanebit spiritus me' in istis hominib. quoniā carnes sunt.* Tertio vbi Pharao dicit ad Ioseph. *quoniā spiritus Dei est in te.* Quarto ibi *digitus Dei est hic* Quinto ī hoc cātico. *Misisti spiritū tuū, & cooperuit eos mare.* Notemus autem spiritum Dei non solum ad beneficia, sed et ad vindictā memorari, vnde supra *spiritu iræ tua diuisa est aqua.* Spiritus ergo Dei, spirit' iræ fuit Aegyptiis, qui bus aquarū diuisio nocuit, vt intrantes possent aquis redeuntib. obrui. Filiis Israel, quib. profuit aqua diuisa, nō fuit ille spiritus iræ Dei. Vnde significatur p diuersas operationes & effectus spiritū Dei dissimiliter appellari, cū sit vnus & idē qui et spiritus in vnitate trinitatis accipitur, non arbitror aliū, sed eū dem significari, vt dicit Apostolus. Roma. viii. c. *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus abba pater.* quia eodem spiritu Dei. i. digito quo lex in tabulis lapideis scripta est, timor incussus est eis qui gratiam nondum intelligebant, vt de sua infirmitate & peccatis per legem conuincerentur, & lex fieret illis pedagogus quo perducerentur ad gloriā, quæ est in fide Iesu Christi. De hoc aūt spiritu adoptionis & gratiæ id est de hoc ope spiritus Dei, quo impartitgratia & regeneratio in vitā ęternā dr *Spiritus autem viuificat*, cum supra diceretur: litera occidit, id est scriptura tantummodo iubens sine adiutorio gratiæ.

F

c *Quis similis, &c.* ORIG. Non simulachris gentium cōparat Deum,

*Ibidem.*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Currus Pharaonis, &c. *eos fulminib. feriendo, & rotas curruum subuertendo, vt dictum est præcedenti c.*

2 Abyssi eos, &c. *id est profundæ ex Dei præcepto. super eos reuersæ, vt prædictum est.*

3 Dextra tua, &c. *idest Pharaonem caput exercitus.*

4 Deposuisti, &c. *id est Aegyptios eum sequentes. In Hebræo habet* Aduersarios tuos. *& est eadem sententia, erant. n. aduersarij ipsius Dei & populi Israel.*

5 Misisti iram, &c. *id est. ita faciliter sicut ignis stipulam deuorat.*

6 In spiritu furoris tui congregatæ, &c. *videtur quod deberet dicere: In spiritu dulcoris tui, quia ex Dei gratia aquæ congregata sunt quasi muri hinc & inde, vt filij Israel possent. transire. dicendum quod idem. effectus est dulcedinis Hebræis, & furoris Aegyptiis. Congregatio enim aquarum prædicta gratiosa fuit Hebræis. præbens eis transitum, sed dura fuit Aegyptijs, tum quia filij Israel transitū habuerūt eis inuitis, & quia propter dictā cōgregationē secuti sunt Hebręos & submersi-*

7 Stetit vnda fluens, *idest aqua de natura sua fluida stetit contra naturam suam, sicut murus erecta.*

8 Congregatæ sunt abyssi in medio, &c. *Per hoc. n. quod retraxerunt se aquę vt præberent medium iter, eleuatę sunt aquę in altum in medio mari quia ex tali congregatione non exierunt ripas maris.*

9 Dixit inimicus persequar, &c. *in corde suo & ore.*

10 Diuidam spolia, &c. *cum rediero victor.*

† Implebitur anima mea, euaginabo gladium meum. *id est, voluntas mea.*

11 Interficiet eos manus mea. *id est, potestas exercitus mei. Hęc cogitabat Pharao, sed vulgariter dicitur. Multum remanet de cogitatione fatui. ideo sequitur.*

12 Flauit spiritus tuus, &c. *Quia sicut ad flatum vēti paleę mouentur, ita ad nutum Dei mare reuersum est super eos.*

13 Submersi sunt, &c. *Per grauitatem plumbi intelligitur quod erant peccatis valde aggrauati, & submersione digni.*

14 Quis si. &c. *q. d. null', qa finit i ad infinitum nulla est comparatio.*

✻ 1 Magnifi-

Deũ nec dæmonib. qui sibi falso nomẽ Deorum asciscũt, sed dicit illos Deos qui p gratiam & participationem Dei appellantur, secundũ illud Ps. 81. b. *Ego dixi dij estis*. Et ibid. 81. a. *Deus stetit in synagoga Deorum*. Sed hi quamuis capaces sint Dei, & hoc nomine per gratiam donari videatur, nullus ei similis in potentia vel natura. quod aũt, dr *similes eius*, similitudo hęc nõ ad naturã, sed ad gratiam reuocatur, sicut pictura est similis ei, cuius imago in ipsa exprimitur, quãtum ad gratiam, sed longe dissimilis quãtum ad substantiam. Illa enim species carnis, est decor viui corporis, ista colorum fucus & cæca tabulis sensu carentibus superposita, nullus ergo in diis similis domino inuisibilis scilicet, incorporeus. incommutabilis, sine initio & fine fine. Nullus creator omniũ nisi pater creans omnia per filium, & in spiritusancto omnia sanctificans.

Quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia. Extendisti manum tuam & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: Et † portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculũ sanctum tuũ. † Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerũt habitatores Philisthim. Tunc cõturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, † obriguerũt omnes habitatores Chanaan. † Irruat super eos formido & pauor, in magnitudine brachii tui. † Fiãt immobiles quasi lapis, donec † pertranseat populus tuus dominus, donec pertrãseat populus

(Interlinear: a Sanctorum. b Impiis. Iusto iudicio. — a Misericorditer parcendo. Miracula. b In cruce. c Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. Esa. 65. a. — a Aqua terræ cognata, & vbique terra contenta. Terrena voluptas vel mors admissi sceleris. b Consolando, docendo, fouendo. c Empto a diabolo vili mercede peccati. — a Pretioso sanguine in lauacro regenerationis. Consolatione spiritussancti. b Quasi bonus pastor ouem positam in humero. c Virtute insuperabili. Terram viuentium. — Terram promissionis. Insurgentes. — a Demones, qui in eis habitant, qui propter vtilitatis & luxuriæ fluitabant. b Potione cadentes. c Videntes regna sua quæ in inferno sunt, ab eo qui descendit in inferiora terræ penetrari. — a Qui interpretatur terreni ... Io. 8. f. Vos ex patre diabolo estis, &c. c Christi infernum spoliantia. Videntes fortem alligari, & omnia vasa eius diripi. — a Dæmones. b Qui interpretatur mutabilis & mobilis. c Crucis in qua triumphati sunt. — a Potentia insuperabili. b In cruce extensi. c Ad fidem. d Auditu incredulitatis: Potens est enim Deus suscitare ... Matt. 3. — Non vere. a Gentilis.)

Margin: † dux fuisti ei videlicet duxisti eum. † audierũt † ceciderũt † tacuerũt — Quos terra deuorat — Historice — † huic. — Mystice. — † liquefacti sũt seu defluxerunt. — † trãsierit. — Ibidem. Allegor. — Quęst. 54 — Ibidem. — Gal. 6. d.

a *Extendisti, &c.* ORIG. Monet me, quod ait *Extendisti dexterã tuam, & deuorauit eos terra*. quasi vt deuorarentur a terra, causa fuerit quod dexteram extendit. Si consideres quõ exaltatus dñs in cruce tota die extendit manũ ad populum nõ credentem, sed contradicentem. & quõ infidelem populum qui clamauit Io. 19. a. *Crucifige, crucifige eum*, mors iniquitatis oppressit, inuenies quõ *extendit dexteram, & deuorauit eos terra*. non tamen omnino desperandum. Si. n. qui deuoratus est, resipiscat potest euomi sicut Ionas. Oẽs nos aliqñ terra deuorabat & in inferni penetralib. retinebat, ideo Christus descendit, non solum ad terras, sed ẽt ad inferiora terræ: & ibi inuenit nos deuoratos, & sedentes in vmbra mortis. Inde educens nos non solũ terræ, ne iterum deuoremur, sed regnũ properat cęlorũ.

b *Deuorauit eos*. ✠ AVG. Terra pro aqua non mirum est posita. Tota quippe pars ista extrema vel infima mundi terræ nomine censetur, secundum id quod sępe dicitur, *Deus qui fecit cœlum & terram*.

ORIGEN. Impios hodie terra deuorat, qui semper de terra cogitant, terrena faciũt, de terra loquunt, litigant, terrã desiderant, in ea spem suam ponũt, ad cęlum nõ respiciũt, futura non cogitant iudiciũ Dei non metuũt, nec promissa eius desiderant: talẽ cũ videris, dicito, quia deuorauit eum terra. & si quem videris luxuriæ & voluptatib. corporis deditum, in quo nil animus valet, sed totum libido possidet, dicito, quia deuorauit eum terra.

c *Ascenderunt, &c.* ORIG. Audierũt gẽtes & iratæ sunt, dolores apprehenderũt habitatores Philisthiim &c.

ORIG. Quantum ad historiam nullum de his gentibus inter fuisse mirabilibus cõstat: quomodo ergo terrore tetritæ vel irate Philisthim & Moabitæ, & Edõ, & reliq quas enumerat nationes? Sed spiritualiter inuenies qa Philisthiim idest cadẽtes populo & Edom. i. terrenus, trepidant, & eorum principes cursitant & pauent constricti doloribus. cum vident regna sua quæ in inferno sunt penetrata ab eo, qui descẽdit in inferiora terrę, vt eriperet eos qui possidebantur a morte, hinc timent & tremunt, quia sen serũt magnitudinẽ brachii eius. hinc ẽt tabuerũt habitatores Chanaã. i. mutabiles & mobiles, cum viderunt moueri regna sua, & alligari fortẽ. Veniat ergo super eos timor, & tremor. tremunt & timẽt dęmones crucem Christi, in qua triũphati sunt & exuti principatu eorũ & ptãte. Timor ergo & tremor cadẽt sup eos, cũ in nobis signũ crucis fideliter fixũ viderint, & magnitudinẽ brachii quod dñs expandit in cruce, sicut dicit Esa. 65. a. *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, &c.* Non te aliter timebunt, nec tremor tuus irruet super eos, nisi viderint in te crucem Christi, vt dicas. *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.*

✠ HUGO VICT. Ascenderunt populi &c. Hucusq; de re pterita cantãt. Amodo quicquid sequitur, prophetia est de futuro. Ex tanto. n. gaudio quod in pñti habebant, spiritussanctus in corda ipsorum intrauit, & oẽs idem prophetati sunt.

d *Fiant immobiles, &c.* ORIG. Fieri tanquam lapidem non est

NICOLAVS DE LYRA.

1 Magnificus, &c. *Facta autem hominum aliquando licet sint magna, tamẽ frequẽter sunt mala, sed Dei facta nõ possunt esse nisi sancta.*
2 Terribilis. *scilicet Aegyptijs.*
3 Atque laudabilis. *scilicet Hebræis.*
4 Faciens. *in vtrisque, sed in Aegyptijs in eorum destructionem, in Hebræis ad eorum salutationem.*
5 Extendisti manum. *idest, manum iustitiæ tuæ ad vindicandum, quæ cum cessat a punitione malorum, videtur esse contracta.*
6 Et deuorauit. *non quod intricauerit viscera terræ, sed quia descenderunt ad terram, quæ erat in fundo maris ita operti ac si fuissent a terra absorti.*
7 Dux fuisti. *per angelum præcedentem, & per columnam ignis & nubis viam Die noctuque ostendentem, vt patet ex prædictis.*
8 Populo, &c. *non auro uel argento, sed mirabilibus signis.*
9 Et portasti. *Hic consequenter subditur ratio laudis ex beneficijs futuris, & est hic prophetia cum laude, & primo ponitur beneficiũ, quod erat ultimũ in executione, sed primum in intentione: s. introductio filiorum Israel in terram promissionis, & specialiter in Hierusalem, ubi ædificandum erat templum ad diuinum cultum, quod vocatur habitaculũ sanctum Dei, & hoc est quod dicitur.* Et portasti eum, *idest portabis. loquitur. n. scriptura de futuro per modum preteriti propter certitudinẽ propheticæ prædestinationis, quia illud quod est præordinatum a Deo fieri, est ita certum ac si iam esset factum.*
10 In fortitudine. *Quia per signa diuinæ virtutis, deduxit eos dominus ad terram promissionis, ut patet in Iordanis siccatione, & in regum fortissimorum debellatione, & in subuersione ciuitatis Hiericho, & similibus.*
11 Ad habitaculum. *i. ad locum ubi postea fundatum est templum.*
12 Ascenderunt, &c. *Quia Amalechitæ & populi qui erant eis confœderati, audientes quod filij Israel transierant mare rubrum & essent in deserto eis propinquo, irati sunt timentes ne inuaderent terram eorũ, & ideo antequam essent magis fortificati, uoluerunt eos delere, & ascẽderunt ad pugnandum cum eis, ut habetur infra 17. c.*
13 Dolores obtinuerunt. *ex prosperitate filiorum Israel, tum quia antiquitus fuerunt molesti primi eorum Isaac, ut habetur Gen. 26. cap. tum quia habitabant infra terminos terre eis promissæ.*
14 Tunc conturbati, &c. *ne filij Israel inuaderent eos, tamẽ frustra timuerunt, quia dominus inhibuit filijs Israel, ne pugnarent contra eos.*
15 Obriguerunt, &c. *Cum enim audierunt quod dominus siccasset aquas Iordanis ante eos ut intrarent ad terram Chanaan, timor nimius irruit super eos secundum quod Raab meretrix dixit exploratoribus filiorũ Israel. Iosue 2. h.* Pertimuit & elanguit cor nostrum. nec remansit in nob. spiritus ad introitum vestrum. *& hoc designatur cum dicitur hic.* Obriguerunt, *quia tremor magnus facit membra exteriora rigescere.*
16 Irruat super, &c. *interius.*
17 Et pauor. *exterius.*
18 Fiant immobiles. *ita quod non possit se defendere.*
19 Donec pertranseat. *ad locum ubi fundatum est templum.*

✠ Intro-

MORALITER.

12 *Ascenderunt*. Dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim. Et sequitur. *Obri-*

15 *Obriguerunt omnes, &c.* Et per hoc docemur per gratitudinem de beneficiis præteritis separare de futuris accipiendis. Subditur autem dulcoratio aquarum Marath, cum dicitur *Qui*

A est natura esse lapidẽ. Non enim fieret nisi quod non erat. Hoc propter illos diximus, qui malæ naturæ Pharaonem vel Aegyptios dicunt fuisse, nec ex libertate arbitrij in hoc esse deductos & qui creatorem Deum accusant tanquam seuũ, qui homines vertat in lapides: non dixit, fiant tanquã lapides & tacuit sed tẽ ... ous statuit & mensuram dominationis. f. *Donec pertranseat populus tuus.* Prior popul⁹ qui fuit ante nos, factus est tãquam lapis durus & incredulus, non vt lapidis natura maneat sed donec pertranseat populus quem dominus acquisiuit. vnde Roma. 11. capit. *Cæcitas enim ex parte contigit in Israel donec plenitudo gentium intraret, & tunc Israel saluus fieret*, qui

Fieri tanquã lapis.

a ¶ Vel acquisisti sanguine redimendo, quem diabolus emerat peccato. b In terram promissionis.

a tuus iste, quem possedisti. Introduces eos, & plantabis

a ¶ Non in valle. b ¶ Quod non moueatur.

b in mõte hæreditatis tuę, † firmissimo habitaculo tuo, quod

a Tu non homo. b Humanitas Christi, vel sanctimonium tabernaculum. c Dei, vel templum quod ¶ Ne oporteat eos laborare. sanctificat accedentes.

c operatus es domine: Sanctuarium tuum domine, quod fir-

a ¶ Quia non humano opere generata eius humanitas. b ¶ Non hominis. c ¶ Vt nunquam sit finis. ¶ In seculum. ¶ Aliadhuc.

d mauerunt manus tuæ. Dominus regnabit in æternum & † ul-

a ¶ Satellites diaboli. b Quia multos iungit currus in quibus sedeat & perambulet orbem & discurrat.

tra. Ingressus est enim † eques, Pharao cum curribus & e-

e quitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus a-

a ¶ Humore peccatum. ¶ Christum sequentes. ¶ Humore peccati non infusi.

f quas maris, Filii autem Israel ambulauerunt per siccum

jam te ad pręparatã inducet habitationem. vnde Io 4. c. *Alij laborauerunt vos in labores, &c.* c *Sanctuarium tuum &c.* ORIG. *Sanctimonium tuum domine &c.* Sanctimonium dicitur tabernaculũ Dei vel tẽplum, eo quod sanctificat accidẽtes. Hebręo 9. capit. Hoc non dicitu manu hominũ factum sed manu Dei. propter te ergo Deus & plãtat &

1 2 3 4 5 6

Sanctimonium. tuel equ⁹ Pharaon.

B per incredulitatem factus est tanquam lapis. vnde Mat. 3. b. *Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Sed cũ creator sit omniũ quo acquisisse dicitur quod suũ esse dubium non est, Dicitur enim in cantico Deut. *Nonne hic ipse dominus Deus tuus, qui fecit & creauit te, & acquisiuit te.* Videtur enim vnusquisque illud acquirere quod nõ fuit suum. Vnde hæretici de saluatore dicunt quia non erant sui quos acquisiuit. dato enim pretio mercatus est homines quos creator fecerat, & certũ esse aiunt vnunquemq; emere quod suũ non est. Apostolus enim ait. j. Cor. 7. *Pretio empti estis* Sed audi prophetã. *Esa. 50. Peccatis vestris venundati estis, & pro iniquitatibus vestris dimisi matrem vestram.* Dei ergo creaturæ omnes sumus, sed peccatis suis quisque venditur, & a creatore discedit. Dei ergo sumus, secũdum quod ab eo creati sumus, effecti verò serui diaboli, secundũ quod peccatis nostris venundati sumus. Veniens autẽ Christus redemit nos seruientes diabolo, cui nos peccando vẽdidimus, & ita videtur suos recepisse, quos creauit, & alienos acqsisse, qui alienum dominũ peccando acquisierãt. Sed rectè nos redemisse dicitur, qui pro pretio nostro sanguinem suum dedit. Sed quid tale vt nos mercaretur diabolus, dedit, Homicidiũ pecunia diaboli est, Ille enim ab initio homicida est, fecisti homicidiũ diaboli pecuniam accepisti. Idem dicendum est de adulterio, sacrilegio, furto, falso testimonio, & huiusmodi. hac pecunia .n. emit & efficit sibi seruos omnes, qui de huiusmodi censu eius quantumcunque susceperint.

Deut. 32. Ioan. 8. f.

a *Introduces eos & plantabis. &c.* ORIGE. Non vult nos dominus in Aegypto plãtare, nec in deiectis & humilib. locis. sed in monte hæreditatis suæ. de hac plantatione propheta dicit Psal.

C 79. b. *Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eam dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & repleuit terram. Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei.* Aduertis quomodo plantator Deus & vbi. Non plantat in vallibus, sed in montibus, in excelsis & in sublimibus locis. Quos enim educit de Aegypto. id est, seculo ad fidem, non vult iterũ in humilibus locare, sed cõuersationem eorum sublimem esse, & in montibus habitare & in ipsis non per terram repere. Non vltra vult vineam suam in humili deiectos habere fluctus, sed palmites sursum, in alto locari, traduces fieri, & traduces non inhumilibus arboribus, sed in excelsis & altissimis cedris Dei prophetis. scilicet & Apostolis, quibus si nos adiungamur vitis quã transtulit Deus de Aegypto, & per ramos eorum nostri palmites diffundãtur, & ipsis innexi traduces efficiamur charitatis ad inui-

vbi supra.

D ad inuicem: vinculis nexi fructũ plurimũ afferemus. Math. 3. c. *Nam omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonũ excidetur et in ignẽ mittetur.* b *Firmissimo, etc.* ORIG. In præparata habitatione quam præparasti domine. Vide clemẽtis bonitatem domini, non vult te inducere ad laborem, non vult vt ipse facias tibi habitaculum.

vbi supra

ædificat agricola efficitur & structor, ne tibi aliquid desit. vnde Apostolus. 1. Corinth. 3. c. *Dei agricultura, Dei ædificatio estis.* Quid est ergo hoc sanctimonium non manu hominum, sed Dei prę paratum. Prouer. 9. a. *Sapientia ædificauit sibi domum.* id est, carnẽ Christi non manu hominis. i. nõ opere humano templum carnis ædificatur in virgine, sed lapis sine manibus excisus creuit & factus est mons magnus. hoc est sanctimonium carnis assumptæ, & sine manibus & sine opere hominum de monte humanæ naturæ & substantia carnis excissum.

E Dan. 2. c.

d *Dominus regnabit &c.* ORIGE. *Dominus qui regnas in seculum & in seculum & adhuc.* Quoties dicitur in seculũ lõgitudo quidẽ temporis, sed esse aliquis finis indicatur, & si in aliud seculũ dicitur aliquid longius indicatur sed tamen finis ponitur. Et quoties secula seculorum nominantur fortasse licet ignotus nobis, tamẽ à Deo status aliquis terminus indicatur. Quod verò hic addidit *& adhuc*, nullum sensum termini alicui aut finem relinquit. quodcũque enim cogitaueris in quo finem pute cõsistere, sẽper dicit tibi sermo propheticus *& adhuc*. velut si tibi dicat, putas in seculum seculi dominum regnaturũ, & adhuc putas in secula seculorum, & adhuc, & quodcunq; dixeris de regni eius spatijs semper dicit tibi propheta, & adhuc.

vbi supra, & in seculum. Seculum.

e *Filij autem Israel &c.* ORIG. Et tu si filius es Israel, potes ambulare per siccum in medio maris. Si fueris in medio nationis prauæ & peruersæ, sicut lumen solis in medio peccatorum incedens non te infundet humor peccati, & per hunc mundum transeũ tem nulla libidinis vnda respserget, nullus cupiditatis æstus verberabit. Qui Aegyptus est sequitur Pharaonem, vitiorum fluctibus mergitur. Qui vero sequitur Christum, & sicut ille ambulauit, ambulat aqua ei fit murus dextra leuaque. Ipse autem media via incedit, per siccum non declinat ad dexteram neq; ad sinistram, vsquequo exeat ad libertatem & hymnum victoriæ domino canat dicens *Cantemus domino &c.*

vbi supra. F

f *Ambula. per sic. in me. ma. sump. &c. Tympanũ.* STRA. Secundum Hiero. est genus tubæ in summo hãbẽs stipulã vel fistulã, per q̃ vocẽ reddit sonorã. Chorus secũdũ eũdẽ pellis simplex cũ duabus cicutis, per alterã inspiratur, per alterã sonũ reddit. p vtrũq; ergo angusta intelligẽtia veteris legis designat. Quã enim breue sit & minimũ in eo ostenditur quia manu mulieris portat. secũdum Cassiodorum tympanum est pellis extenta inter duo lingua, per qd maceratio carnis designat. Chorus autẽ est multitudo simul canentiũ, & dr chorus quasi cordorum cantus, Qd ergo in choro æqualiter oẽs voces resonãt p eũ charitas significatur,

Tympanũ

## NICOLAUS DE LYRA.

1 Introduces eos & plantabis. *id est, radicatæ facies intantum, quod non possint inde auelli virtute humana.*

2 In monte, &c. *idest, in terra promissionis, quæ est montuosa.*

3 Firmissimo habitaculo tuo. *id est templo ibi fundando.*

4 Quod operatus &c. *Sicut principalis actor, sed Salomon operatus est in hoc sicut minister Dei. & loquitur per modum præteriti de futuro. ex causa supradicta cum dicitur.* Quod operatus es, *quia nondum erat factum templum, Considerandum autem, q̃ sicut dictũ fuit Gen. 15. vbicũque in sacra scriptura pro operibus virtutum promittuntur bona temporalia, illa non sunt principaliter intellecta, quia finis semper debet esse melior eis quæ sunt ad finem. præmium autem finis est operis quod ordinatur in illud. & ideo sub illis bonis temporalibus promissis quæ sunt minora bona quam opera virtutum intelliguntur illa bona spiritualia principaliter intẽta. sicut sub promissione terræ promissionis, intelligitur terra viuentium i. ciuitas cælestis promissa, & ita hic sub promissione templi materialis intelligitur principaliter promissa domus cælestis, vel templum vbi Deus colitur non per speculum in ænigmate, sed per reg... in laude ... & in aperta visione secundum quod dicitur Psalm. 73. a.* Beati qui habitant in domo tua domine, &c. *& hoc dicit Ra. Sa. in loco isto. & eius dictum confirmat si dei nostræ: & sic intelligitur quod dicitur hic:* Firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine &c. *quia cælum empyreum quod est hic templum locus beatorũ est factũ a principio creationis mũdi, & eius autor et artifex fuit Deus solus. Notandũ etiam, quia quod supradixit per modũ præteriti propter certitudinem prophetiæ hic explicat per modũ futuri cũ dicitur.* Introduces eos &c. *quia futurũ erat q̃ introducerẽtur.*

Nota.

5 Dominus regnabit in æter. &c. *vt in Hebræo habetur.* לעלם ועד *leolam vaed, in seculum & vltra. Seculum autem propriè significat tempus 50. annorum: sed quando additur ei & vltra, significat æternitatem. & bene dicit hic.* Regnabit, *quia non regnauit ab æterno, sicut nec fuit creator ab æterno, nec dominus, quia talia nomina & verba consignat creaturam subiectam, quæ non fuit ab æterno.*

Seculum.

6 Ingressus est enim. *Istud quod fuit dictum in principio cantici hic repetitur in fine, sicut solet fieri in cantilenis.*

Sumpsit

gnificatur qua omnes in Christo vnum sumus. Quicunq; ergo Deo in iubilum laudes reddit, in choro hoc est in charitate hoc agat, & in tympano. id est, in mortificatione carnis. vnde Psal. cl. a. *Laudate eum in tympano & choro. &c.*

a *Tulit autem Mo. &c.* Baptizati per mundum quasi per desertū post transitum maris rubri dicuntur nondum habētes promissam patriam, sed sperantes & expectantes per patientiam, dum laboriosa & periculosa tentatione fatigantur. Sed ne reuertantur corde in Aegyptum, nec ibi Christus deserit. nam & illa columna non recedit.

Hom. 6. in Exodon Mystice.

b *Et venerunt &c.* ORIG. Post trāsitum maris rubri, post choros & tympana, post trimphales hymnos venitur ad Mara aquā scilicet amarā quam populus bibere non poterat venitur ad periculum sitis. Sed clamauit Moses ad dominum, & ostendit ei lignum quo dulcis facta est aqua, & ibi posuit Deus illi iustitias & iudicium, vbi scilicet amaritudo, vbi sitis, & quod grauius est in abundantia aquarum, alius non erat locus dignior & aptior. Præterea quod dicit, *ostendit ei lignum Deus*, & misit illud in aquam, & facta est dulcis, quasi non posset sine ligno aquam facere dulcem Deus: aut Moses lignū nesciret. Sed si lex secundum literam accipiatur amara est, & ipsa Mara. Quid enim tā amarum quam vt puer octauo die circuncisionis vulnus accipiat, & rigorem ferri tenera patiatur infantia. Amarū est enim poculum legis vt populus Dei, nō qui in Mose baptizatus est in nube & in mari, sed qui in spiritu & aqua nō possit bibere & gustare, nec hostiarum ferre amaritudinem, nec sabbathi obseruātiā. Sed si Deus ostēdat lignum quod mittatur in hanc amaritudinem dulcis fit aqua legis & potabilis. Prouer. 3. c. *Sapientia lignum vitæ est omnibus amplectentibus eam.* Si vero lignum sapientiæ Christi missum fuerit in lege, ostendens quomodo debeat īntelligi circūcisio, sabbatū, lex lepræ & huiusmodi, amaritudo legis vertitur in dulcedinē intelligentiæ spūalis vt populus bibere possit qui idola reliquit, & ad Deū confugit. Si audiat legē de sacrificijs docentē cōtinuo refugit & bibere non potest, in hāc ergo amaritudinē i. literam legis posuit Deus iustitias & testimonia, velut. s. in vasculo quodā sapiētiæ suę & sciētiæ thesauros † cōcludit. vnde, *habemus thesaurū istum in vasis fictilibus.* Vt ergo possit hæc aqua bibi ostēdit Deus lignum quod mittatur in eā, vt qui biberit non moriat, & nō sentiat amaritudinē. Si quis ergo sine ligno vitæ. i. sine mysterio crucis, sine fide Christi, sine intelligentia spirituali biberit, amaritudine morietur. vnde: *Litera occidit.* idest aqua Mara, si bibatur, non mutata & in dulcedinem versa.

† cōdidit 2. Cori. 4. b.

† magnifice.

[a Non declinantes ad dexteram vel ad sinistram. b Alias eius. Vel prophetissa.]

in medio maris. ¹ Sumpsit ergo Maria prophetes ² soror Aaron

[a Mortificationem carnis. b Opere. c Delectationes carnis. d Sanctæ animæ.]

³ tympanum in manu sua, ⁴ egressęque sunt omnes mulieres post

[a Prophetiam, quæ per Mariam significatur. b Mortificatione carnis. c Concordia charitatis. d Quasi magistra.]

eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens: †

[a Hymnos victoriæ. b Triumphatori. vt supra.]

Cantemus domino: † Gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. ⁵ Tulit autem Moyses Israel de

[In fide & cognitione trinitatis ambulandum est.]

mari rubro, & ⁶ egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque

[a Desertum huius vitæ. b Doctrinam quę reficeret animam.]

tribus diebus per solitudinem, & ⁷ non inueniebant aquam. Et

[a Locum. s. quam propter amaritudinem aquarum sic vocabatur, vel per prolepsim dictum. b Literam legis.]

⁸ venerunt in Mara: nec poterant bibere aquas de Mara, eo

[Intolerabiles, ut circuncisio & huiusmodi. a Confirmauit forsitan vel nomen imposuit.]

quod essent amaræ. ⁹ Vnde & congruum loco nomen impo-

[Ad fidem veniens.]

suit, vocans illud Mara, id est amaritudinem. ¹⁰ Et mur-

[Doctores ecclesiæ.]

murauit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? ¹¹

[Desiderio cordis. Crucis sapientiæ Christi.]

At ille clamauit ad dominum, qui ostendit ei lignum: ¹²

c *Nec poterant bibere aquas de Mara &c.* ✱ HIERON. Habebat foris aquam, & dulcedinem nō habebat. Non terrearis si post victoriā venias ad amaritudinē, quia verum pascha facientes, azyma cū amaritudinibus comedunt, & tētatio probationē probatio spē, spes parit salutē. Apud medicos quoq; quędā antidotus noxios humores temperans, ex amaritudine nuncupatur, quæ dulcis ostendetur restituēs sanitatē sicut à contrario voluptas & luxuria in amaritudinē terminātur, dicente scriptura, Quę ad tempus pinguefecit fauces tuas, nouissime vero amarius felle inuenies.

Epist. ad fabiolam.

Quæst. 57. Exod.

d *Qui ostendit ei &c.* AVGVST. Genus ligni erat illam habens vim. In quolibet ligno facere poterat Deus qui tanta mirabilia faciebat. Videtur tamē significare quod dictum est, ostēdit ei tā quam iam tale esset. Nisi forte locus erat, vbi ligna omnino nō inueniebātur, vt hoc ipsum esset diuini adiutorii, quod ei dominus lignum ostendit vbi nullum erat, & per lignū aquas dulces fecit præfigurans gloriam & gratiam crucis. Sed in tali etiam ligno quis nisi creator & demonstrator laudandus est.

lib. de Mirab. sacræ scrip.

✱ IDEM. Cuius naturæ, vt tantæ dulcedinis lignum fuisse videretur, quo semel intincta fluminis vnda amarissima, suauis & sapida fit? Etenim si fauum mellis aliquis nunc in amaram vndam iecerit, nonne potius fauus amarus quam ✱ vnda

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sumpsit ergo Maria. *Hic consequenter describitur gratiarum actio, quantum ad mulieres, cum dicitur,* Sumpsit ergo Maria prophetissa. *Quod enim habuerit spiritum prophetiæ, patet ex lib. Num. 12. a. ubi ipsa & Aaron dixerunt,* Et nobis sicut & Mosi locutus est Deus.

Maria soror Aarō.

2 Soror Aaron. *Et quare non dicatur soror Mosi, sicut & soror Aarō? Hebræi assignant duplicem causam. Vna est, quia ante natiuitatem Mosi, cum adhuc non haberet fratrem nisi Aaron, prophetauit matri suæ quod paritura erat filium qui liberaret Israel. Alia causa est, quia Aaron ostendit se multum zelare pro ea quando fuit percussa lepra, vt habetur Nume. 12.*

3 Tympanum in manu sua. *Cognouerat enim per spiritum prophetiæ antequam exiret de Aegypto, quod Deus esset collaudandus pro beneficijs exhibendis Israel post exitum de Aegypto ideo secum portauit tympanum de Aegypto ad cantandū laudes diuinas, & fecit apportare similiter per alias mulieres. vnde sequitur.*

4 Egressæque; sunt, &c. *Quibus præcinebat. scilicet quod oportebat fieri, & aliæ respondebāt sicut solet fieri in tympanis & choris. & eodem modo fecit Moses respectu virorum.*

Diuisio.

5 Tulit autem &c. *Postquam descripta est remotio impedimenti, hic consequenter describitur continuatio itineris incepti. Ad hoc autem tria requiruntur. primum est prouisio alimenti secundum est repressio aduersarij. tertium ordinatio populi subiecti. Et secundum hoc diuiditur in tres partes. Secunda incipit in medio, xvij. cap. ibi.* Venit autem Amalech. *Tertia in principio xviij. capit. Circa primum describitur prouisio alimenti quantum ad qualitatem, secundo quantum ad substantiam, c. 16. Alimentum autem consistit in cibo & potu. habebant autem adhuc filii Israel de cibo quem apportauerant de Aegypto. & ideo de hoc hic non fit mentio, sed de potu. tantum quantum ad qualitatem. quia aquę amaræ dulcoratæ sunt dicit igitur:* Tulit autē Moyses *scilicet de ma. ru. & dicitur* tulit, *quia cum quadam violentia & importunitate fecit eos inde recedere. erant enim cupidi, & ideo erant nimis intenti ad spolia Aegyptiorum submersorum colligenda, quia secundum quod dicunt Hebræi, ista spolia fuerunt maiora & pretiosiora, quam illa quæ asportauerant de Aegypto per accommodationem, de qua dictum est 12. ca.*

6 Et egressi &c. *de littore maris rubri.*

7 Et non inueniebant &c. *scilicet ad sufficientiam pro se & animalibus suis.*

8 Et uenerunt &c. *hoc dicitur per anticipationem, quia locus ille adhuc non vocabatur Mara, sed sic postea vocatus fuit a filijs Israel propter amaritudinem aquæ secundum quod subditur.*

9 Vnde & congruum, &c. *scilicet populus Israel.*

10 Et murmur, &c. *id est vulgares homines, qui non considerant nisi præsentia, sapientes vero qui considerabant. Dei beneficia præterita, patienter portabant, sperantes de diuino auxilio.*

11 At ille cla. &c. *ostendens quod boni rectores non debent omittere bona subditorum procurare propter eorum murmurationem.*

12 Qui ostendit &c. *Dicunt aliqui, quod istud lignum de natura sua erat amarum, & sic fuit ibi maius miraculum, in quantum per eius im-* ✱ *missionem*

## MORALITER.

✱ 12 *Qui ostendit ei lignum &c.* Per aquas amaras significantur tribulationes vitæ præsentis. Esa. 8. *Ecce adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas regem Assyriorum &c.* Per lignum autē intelligitur crux. i. passio Christi, quæ si mittatur per fidē charitate formatā in cor hominis repletū aquis tribulationis, vertit illas in dulcedinē per virtutē patiētiæ & spē retributionis æternę. Matth. 5. a. *Cum uos oderint homines et separauerint, et persecuti uos fuerint, et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me gaudete et exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælis.*

vnda sapida erit. Ex illo intellig. quod nō vnius ligni vim contra naturam aquā effecisse dulcem, sed præcepta coelestis & na turæ gubernatoris lympha immutauit in saporem.

GREG. NYSSENVS. Poterat Deus solo verbo aquam pota bilem facere, sed lignum voluit indicare, vt typum salutiferæ crucis insinuaret. Et hoc quidem gestus est, propterea factis & ipsis rebus ventura monstrare.

TERTVLLIAN. Lignum attulit secum suum. Nō illud lignum in paradiso, quod morte dedit protoplastis, sed lignū passionis Christi, unde vita pendens a vobis credita non est. Hoc enim lignū tunc in sacramento erat quo Moses amaritudinem aquæ indulcauit, vnde populus qui in eremo perībat, bibēdo reuixit, sicuti nos qui de seculi ca lamitatibus extracti, in quo commorantes, seculo pereuntes, id est, verbo diuino propinati, ligno passionis Christi aquam ba ptismatis potantes, hac quæ est in eum fecerimus.

lib. de vita Moysis.

† aquis.

† statuta.

lib. aduer sus Iudæos

lum De salutator.

a Ibi constituit ei præcepta. ORIGEN. Quod addidit, Posuit illi Deus iustitias & iudicia, ibi tentauit eum, ... Videtur exponere quare iustificationes & iudicia dedit, vt scilicet tentaret eos si audirent vocem domini Dei, & mandata eius custodirent. ... priorem populum quid visum ... & contradicentib. ... obliti ad idola conuerterentur. ... tentans. Vnde dicit verbis, præcepta ... in ... non. ... les, ideo iudicem tunc ... erant ad ... regeneraret. Non seruantib. ergo ...

Hom. 7. in Exodi.

Ezec. 20. b

Quod cum misisset in † aquas in dulcedinem versæ sunt. Ibi [1] constituit ei † præcepta atque iudicia: & ibi tentauit eum, [2] dicens: Si audieris vocem domini Dei tui: & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius: custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem quem posui in [3] Ægypto non inducam super te: Ego enim † dominus sanator [4] tuus. Venerunt autem in Elim, † vbi erant duodecim fontes [5] aquarum, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt iuxta [6] aquas. [7]

a Litteram legis. b Intelligentiæ spiritualis. a In litera legis quasi in vasculo. b Verum mandatis obediens. a Ponentem Moysi ... b Beneplacendo. Mundana vitia. a Ponit pœnas. a Mundo. b Verus medicus non modo curator. Animæ tuæ. Postquam aquæ amaræ versæ sunt in dulcedinem. a Doctrina duodecim Apostolorum. LXX. discipuli qui ... palmas Christi victoriæ mundus agnouit. Omnis ordo doctorum ... gratia in decalogo perfectorum.

& in quib. non viuat. Sed admisso ligno crucis in dulcedinem versa & spiritualiter intellecta & seruata sunt mandata vitæ. Cunctum languorem quem posui in Ægypto non inducam super te. Videtur dicere quod si quis seruet mandata nullam ægritudinē patiatur illesi nec febres nec alios dolores corporeos. Sed omnino Iob iniustissim & omni pietate plenus a capite vsq; ad pedes repletur vlcere pessimo. Sed isti non habent illas infirmitates quas Aegyptij. Aegypt' ē mūdus. Diligere ergo mundum, & quæ in mūdo sunt, Aegyptius lāguor est, obseruare mēses, tempora, stellarū cursibus adhærere, seruire carni, luxuriæ operā dare, & delitijs vacare, Aegyptius languor est.

Iob 2. b.

† filij Israel.

† ibi.

b Venerunt autem, &c. ORIG. Nō ante in Elim ducit populus, vbi erant 12. fontes aquarū, quib. nil erat amaritudinis, sed amœnitas plurima ex densitate palmarū. Sed prius ductus est ad aquas illas & amaras, quib. per lignū p̄ dnon ... tatis, ut ueniret ad fontes. Si historia sola sequamur, nō multū nos edificat scire ad quē locū primo venerint, ad quē secūdo. Primo aūt ducit popul' ad literā legis, aqua dū p̄manet in amaritudine, recedere nō pōt. Cū ergo p lignum vitæ fuerit indulcorata, & spiritualiter intellecta, de veteri testō trāsit ad nouū, & ad duodecī Apostolicos fōtes, vbi reperiunt arbores 70. palmarū. Nō n. soli 12. Apostoli fidē Xpi p̄dicauerunt, sed & alij 70. p quos palmas victoriæ Xpi mund' agnouit. Nō sufficit ergo populo Dei aq. Marath bibere, quis indulcoratā p lignum vitæ solū vetus testū nō sufficit ad bibendum, veniendum est ad nouū, de quo sine scrupulo & difficultate potat. Iudei ēt nūc apud Marā sedēt ad aquas amares. Nōdū n. ostēdit eis De' lignum de quo dulcescunt, quia nisi credideritis nō intelligetis. Esa. 7. a.

Allegoria. Homil. 7.

NICOLAVS DE LYRA.

* Missionem dulcorati sunt aquæ, & facta per hoc confirmata videtur mihi per illud Eccle. 38. a. Nonne a ligno indulcata est aqua, &c. Nam ibi loquitur ... de medicinis ... hominis.

Eccl. 38. a.

1 Ibi constituit, &c. Dicit hic Ra. Sa. quod ... perl' tum, quod est ... tent ad priora, dedit eis Duo præcepta ... dam & ad opera tum, scilicet præceptum ... contineat plures obseruantias. Et præceptum de vacca rufa, ... nere ... aquæ, ... tur ... Num. xix. ... de pertinentib. ad iudicialia, ... & pacifice conuersari.

2 Et ibi tentauit eum, scilicet populum, ... di præcepta vel negligendi, appareret obedientia eius ad Deum vel in obedientia, non tamen sic intelligendo, quod Deo appareret aliquid de nouo, sed alijs. & hoc modo tentauit Abraham, vt eius obedientia ...

... sicut dictum fuit Gen. 22.

3 Cunctum languorem quem posui in Aegypto non inducam super te, si obedieris mihi. vnde dicitur Psal. 104. d. Et nō erat in tribub. eorum infirmus, quod est intelligendum de illis qui obediebant Deo, quia rebelles fuerunt a Deo percussi plures, vt patet in multis locis infra, sicut pro adoratione vituli, & pro concupiscentia carnium, & pro rebellione contra Mosen, & similibus.

4 Ego enim dominus, &c. q. d. si propter peccatū te percussero, propter pœnitentiam veram te sanabo, secundum quod scribitur Iob. 5. c.

5 Venerunt autem, &c. Hic describitur prouisio alimenti quantum ad ... & primo quantum ad cibum, secundo quantum ad potum 28. c. Circa primum præmittitur defectus cibi, secundo subditur prouisio Dei, ibi: Dixit autem dominus ad Moysen. Circa primum dicit: Venerunt autem in Elim, vbi erant 12. fontes, secundum numerum 12. tribuum, vt sic quælibet trib. habuit fontem suum per se, ne ex hoc ... inter tribus dissensio oriretur.

6 Et Septuaginta pal. Insigniū qui habituri erāt 70. iudices sub Mose.

7 Et castrame. sunt, &c. Vt recrearentur potu & palmarū fructu.

Psal. 104. d.

ADDITIO I.

In c. 15. vbi dicitur in postilla: Fortitudo mea, scilicet effectiue, & laus mea effectiue. Sicut fortitudo mea intelligitur effectiue, sic & laus mea effectiue intelligi potest. vnde sup illud verbum: Fortitudo mea, & laus, &c. gl. inter. quia per eum fortis sum & laudabilis.

ADDITIO II.

In eo. cap. 15. vbi dicitur in postilla: Ascenderunt populi & irati, &c. Passio iræ non consurgit ex timore, sed ex alijs passionibus, scilicet ex tristitia illata cum desiderio & spe vlciscendi, secundum Philosophum 2. Rhetorica. vnde non videtur dicendum quod Amalechitæ irati sunt propter timorem ne inuaderent terram eorum, prout in postilla, sed potius ira eorum ex tristitia procedente ex prosperitate filiorum Israel intelligenda est vna cum desiderio & spe vindictæ, quæ ex odio antiquo quod habebat Esau erga Iacob processit, de quo supra Gen. 27. g. Amalech enim de prosapia Esau fuit, vt supra Gen. 36. b. De Philisthijs autem, & alijs, non dicit quod fuerunt irati, sed dicit: Dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm, timentes ne inuaderent terram eorum.

ADDITIO III.

In eo c. 15. vbi dicitur in postilla: Ibi constituit ei præcepta. Opinio Hebræorum cōiter tenet, quod præceptū de obseruatione sabbati ... dum iudicialia fuerunt data populo Israelitico in hoc loco, nō autem præceptū de vacca rufa, ut dicit R. Sa. quod ratione ... de præcepto sabbati satis patet cum inf. 16. c. ante dationem legis habeatur: Videte quia dñs dedit vobis sabbathū. De iudicialib. autem satis videtur necessarium, vt eis darentur aliqua iudicialia, quia nō omnino ... populus potuisset durare vsq; ad datione legis, nisi habuisset aliquas constitutiones, quib. regerentur in iudicialib. præceptū autem de vacca rufa erat omnino superfluū, ... doce tabernaculū fieret ... sacra, ad quorū ingressum seu tactum requirebatur purgatio per aquā lustrationis prout in cap. Num. allegato per postillatorem, &c.

REPLICA contra Burg. contra Bur. in c. 15. cum post. exponeret illud: Ascenderunt populi & irati sunt, timentes ne inuaderent terrā eorum, Bur. notat eū, quod velit dicere iram illam ex timore originatā, quod nō est verū, sed postillator vult ira cū timore concurrere, vt videlicet timentes futurum eius ... cum spe tamen ... deruntur irati ad pugnandum contra filios Israel.

A lib. de patientia.

CAP. XVI.

a Q*Vinto decimo die &c.* ✠ TERTVLIANVS. An non ipsum Israel per impatientiam semper in Deum deliquisse manifestum est? Exinde cũ oblitus brachii cælestis, quo Aegyptiis afflictationib. fuerat extractus, de Aaron sibi Deos duces postulat, cum in idolum auri sui collationes diffundit: tã necessarias .n. Mosi cum domino cogredientis, impatienter exceperat moras.

Contra murmurationem.

ORI. O ingratus populus, desiderat Aegyptum, qui Aegyptios vidit extinctos, & carnes Aegypti, q Aegyptiorũ carnes videt, & piscib. datas & volatilib. Murmurat aduersus Mosen, imo Deum, sed primo ignoscitur, & secundo, & fortassis tertio. Sed si non desistant, sed persistãt, audi quid sequit. In libro Numerorũ refertur. Nume. xxi. b. & idem Apostol⁹ retexit dicens. 1. Corin. 10. c. *Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & a ser. per. Scripta sunt hæc propter nos, in quos fines se. de.* Sed si non desinimus murmurare & conqueri contra Deum, incurremus simile offensionis periculum vel exemplum. Cum enim de cælesti intẽperie fructuum infecunditate, imbriũ raritate, & de prosperitate aliorũ, & aliorum in prosperitate causamur, cõ Deum murmuramus. Sed hæc primo ignoscuntur, impersistentes grauiter vindicantur, quia mittentur in eos serpentes. id est, immundis veneficis spiritibus traduntur, qui occultis morsibus penetralia cordis depascuntur.

B istud.

ORIG. Propter correctionem legentium indicatur populi peccatum, quia murmurauerit & ingratus fuerit beneficiis diuinis, cũ celeste manna susceperit. Secundo mense quintadecima die mensis, qđ non sine rõne scriptum est. Num. 9. c. Recordare de legib. paschæ q̃ dicta sunt, & inuenies ibi hoc esse tempus qđ statuitur ad 2m pascha faciendum his qui immũdi in anima fuerint, vel occupati negotiis peregrinis. Qui nõ fuerant immundi anima, uel non longe peregrinabantur. quartadecima die primi mensis fecerunt pascha. longe uero peregrini & immundi 2m pascha in hoc tempore faciunt, in quo manna de cælo descendit. In die quo primum pascha fit non descendit manna, sed in quo 2m. Primum pascha populi Iudaici est. secundum nostrum. Nos. n. fuimus in anima immundi, qui *colebamus idola, & peregrini & longinqui fuimus hospites & peregrini testamentorum Dei, &c.* Et h. 2. a. Sed datur manna de cælo, non in die quo primũ pascha fit, sed quo secundũ. Ioan.

Primũ & secũdum pascha.

C

Io. vi. d. *Panis .n. qui de cælo descendit*, non uenit ad illos qui primam solennitatem celebrabãt, sed ad nos qui suscepimus secundam 1. Cor. 5. b. *Et .n. pascha nostrum immolatus est Christus, qui verus homo panis de cælo descendit.* Videamus interim, quid in hac die gestum monstretur, quartadecima die mensis secũdi murmurauit populus & cæt. D

CAP. XVI.

a P*Rofectisque sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin: quod est inter Elim & Sinai quin-* (à Quando scil. Pascha celebratur.) *todecimo die mensis secundi, postquam* (a Ne murmuretis, sicut quid am eorum murmurauerunt.) *egressi sunt de terra Ægypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra* (a Deum. b Sacerdotes Dei. c Præsentis vitæ.) *Moysen, & Aaron in solitudine. Dixeruntque ad eos* (Ingratus populus desiderat Aegyptum, qui Aegyptios videt extinctos.) *filii Israel: Vtinam mortui essemus per manum domini in* (a Mundo. b Delectati quiescentes. c Multimoda refectione carnalium voluptatum.) b *terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, &* (a Qui vertitur in fel aspidum intrinsecus.) *comedebamus panem in saturitate. Cur induxistis nos in de-* (a Laborem præsentis vitæ & periculum. b Traductam per mare rubrum, i. baptismum Carnalium voluptatum.) *sertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?* c *Dixit autem dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vo-*

1 2 † 3 4 5 6 7 8

Historice

b *Sedebamus super, &c.* Greges ouium habebant & armenta boũ, de quibus comedere poterant, sed desiderio piscium & auium quibus Aegyptus abũdat, æstuabant.

Hom. 8.

c *Ecce ego. &c.* ORIG. Vellem primo super hanc scripturam cum Iudæis habere sermonem, quibus credita sũt eloquia Dei, quid illis uideatur de eo quod dicit, *sex diebus continuis colligetis, die autem sexta duplum.* Apparet ergo sextum diẽ nominari qui ante sabbathũ ponitur, sabbathum autẽ septimus dies est. Quæro ergo qua die cœpit manna dari, & volo † comparari dominicã nostram cum Sabbatho Iudæorum. Ex scriptura. n. apparet, quia die dominica primum datur manna sex dieb. continuis collectum, septima quæ est Sabbatum cessat. Quia ergo in die dominica pluit Deus manna, & non in sabbatho, intelligant Iudæi iam tunc prælatam esse dominicam nostram suo sabbatho & indicatũ est, q nõ in ipso Dei gratia ad eos descẽderit de cælo, & patris cælestis, qui est sermo Dei ad eos non peruenerit. vnde Ose. 3. b. *Diebus multis sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine hostia, sine sacrificio, sine sacerdote.* In nostra autem dominica semper dominus pluit manna. i. cælestia uerba, q̃ nobis læta sunt. Illi infelices suspirant etiam manna sicut patres eorum, & non merentur accipere, non. n. possunt manducare quod est minutũ, sicut semen coriandri, & cãdidum sicut pruina. Nihil. n. in verbo Dei minutum subtile & spirituale sentiunt, sed totum pingue & crassum. *Incrassatum est enim cor populi huius.* Interpretatio quoque nominis huius hoc sonat. Manna. n. interpretatur quid est hoc. Ipsa vis nominis ad discendum inuitat, vt cum audis legem Dei recitari inquiras semper & dicas doctorib. quid est hoc? Tu ergo si uis manducare manna & suscipere verbum Dei scito minutum esse & valde subtile, sicut semen coriãdri. habet. n. aliquid oleris quo nutrire & recreare possit infirmos. *Infirmus enim olus mãducat*, Ro. 14. a. Habet. n. aliquid & rigoris, & ideo vt pruina, candoris autẽ & dulcedinis plurimum. Quid est cãdidius, splẽdidius eruditione diuina, quid dulcius, suauius eloquiis Dei, quæ sunt super mel & fauum.

E †cõparare

Diesdñic. sabbatho prefetur.

F

☞ c Panes

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVI.

1 P*Rofectiq; sunt: q. d. quia ille fructus fuit cito consumptus Sequitur.*

2 Et murmurauit omnis congregatio. *quia. 15. die mensis secũdi defecerunt victualia quæ apportauerãt de Aegypto. Ex quo patet quod 30. diebus de illis vixerunt non comedendo ad saturitatem, sed ad famem temperandam. sed quomodo dicitur hic quod* omnis congregatio murmurauit, *quia ibi erat. Iosue & Caleb & plures alij boni homines credendum est, quod patienter portabant defectum victualium sperantes diuinum auxilium? D. cendum quod illi erant valde pauci respectu multitudinis. Quod autem modicum est, quasi nihil reputatur, vt dicitur. 2. Physi. & propter hoc scriptura non dimisit loqui generaliter, quia hic est consuetus modus loquendi in talibus.*

Nõ omnes murmurabant.

3 Vtinam mortui essemus &c. *i. per plagam ab eo immissam cũ primogenitis Aegyptiorum, quia illa mors fuit breuis.*

4 Quando sedebamus &c. *i. quando nobis sedentibus quiete & pacifice, ollæ plenæ erant carnium ad ignem pro nobis.*

5 Cur induxistis &c. *vbi nihil comestibile crescit.*

6 Vt occideretis omnem multitudinem fame. *i. longo cruciatu, qui peior est breui morte.*

7 Dixit autem dominus. *Hic consequenter describitur domini promissio, vbi primo ponitur cibi promissio. secundo eiusdem exhibito, ibi:* Factum est ergo. *Tertio conseruatio, ibi:* Dixit autem Moyses. *Adhuc promissio cib: primo dicitur Moysi a domino, secundo per Mosen ipsi populo, ibi* Dixeruntque. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

8 Ecce ego pluam. *id est, ad modum pluuiæ abundanter tribuam.*

✠ 1 Panes

MORALITER.

1 *Profectiq; sunt &c.* In hoc capitulo agitur de murmuratione populi contra Mosen & Aaron pro defectu cibi, cum dr.

2 *Murmurauit omnis, &c.* Per quod significantur murmuratio religiosorũ, qui per Israel significantur contra bonum prælatum propter paupertatem uictus.

† *Dixeruntq; &c.* in Aegypto. i. usque ad mortem mansissemus in seculo per Aegyptum significato, eo quod interpretatur tenebra. Seculũ autẽ tenebrosum est ignorantia & culpa.

4 *Quando sedebamus &c.* hoc autem frequentius dicunt con-

✠ querendo

A a *Panes.* Mana scilicet locutio est, quia panis pro alimẽtis ponitur, amat autem scriptura pluraliter magis panes, quam singulariter dicere panem.

b *Vt tentem.* Tentatio ista, probatio est, non ad peccatum seductio, nec ideo probatur vt De⁹ nõ nouerit, sed ipsos ipsis ostẽdit quo humiliores fiãt ad petendum adiutorium, & ad noscẽdam Dei gratiam.

†manna. i. de vita Mosis.

✻ GREGORIVS. NYSS. Tentat Deus in premiũ, Diabolus in interitum. Quicũque Dei tentamenta fortiter tolerat accipiet coronam vitæ, qui vero diabolicis cedit, aperit sibi gehẽnam. Nescit euẽtum diabolus suarum tentationum Deus vero nouit oppĩ mẽ quo euadent, liberam tamẽ hominum voluntatem suo arbitrio ferri permittit.

† inuestitatis.

li. 3. in Exodũ, c. 12

✻ RVPERTVS. Vt de spirituali cibo & potu tentemur, æquum est. Tentatus enim est homo à diabolo & victus est, tentatus à Deo, vt illius tentatoris fraudẽ vincat, & tali antidoto

B

a Verbum Dei panem qui de cęlo descendit.

a bis † panes de cęlo. Egrediatur populus, & colligat quæ † sufficiunt per singulos dies, vt tentem eum, vtrum ambulet in

a Hac presenti vita. b Reponant vnde in futuro viuant.

c lege mea, an non. Die autem sexta parent quod inferant: &

a Vt sufficiat præsenti vitę & futurę.

sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixe-

a ¶ In aduentu Christi qui est in fine seculi. ¶ Sabbathi quę lucescit in prima sab. Matth. 28. a.

d runtque Moyses ad Aaron ad omnes filios Israel: Vespere scie-

a Quoniam angeli ad sepulchrum nunciauerunt gloriam resurrectionis.

tis quod dominus eduxerit vos de terra Ægypti, † & mane videbitis gloriam domini. Audiui enim murmur vestrum con-

Non contra me.

e tra dominum. Nos vero quid sumus, quia † mussitatis

a Mundi quo verbum caro factum est.

contra nos? Et ait Moyses: Dabit vobis vespere carnes ede-

a Verbum Dei. b Animæ.

re, & mane panes in saturitate, eo quod audierit murmura-

Qui nos misit, quia in nobis operatur.

tiones vestras quibus murmurati estis contra eum. Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra

¶ Quia sacerdotum est legem & Dei voluntatem populo annuntiare.

dominum. Dixitque Moyses ad Aaron: Dic vniuersę congre-

D reponebatur, permãsit integrũ. Et tu ergo si propter pręsentẽ vita & amorem seculi thesaurizas, continuo vermes ebulliũt de quib. dicitur Esa. 56. *Vermis eorum non moritur.* hos generat auaritia & diuitiarum cęca cupiditas his qui habẽt pecuniam & videntes in necessitate fratres suos claudunt uiscera sua ab eis. Vnde Apostolus. j. Timo. 6. d. *præcepit diuitibus non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, &c.* nec aliunde fiunt uermes in nobis nisi ex manna id est, verbo Dei. Vnde Ioan. 15. d. *Nisi uenissem & lo. eis nõ fuissem, &c.* Post susceptũ ergo verbum Dei si quis peccat, efficitur ipsum uerbũ vermis qui eius consciẽtiam semper fodiat, & arcana pectoris rodat.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 +

† sufficiãt.

d *Vespere scietis, etc.*

ibidem. Ad vesperã cognoscitur dñs.

✻ ORIGENES. *Ad vesperam scietis quia ego dominus,* Mane autem uidebitis maiestatem domini. Respõdeant mihi Iudæi quomodo ad vesperã cognoscit dominus, & mane uideatur maiestas eius; Vbi agnitus est ad uesperam, & eius

E

iuxta naturam morbi, cõpetenter vitæ suæ subueniat. Tẽtati inquã, sunt primi homines à diabolo dicẽte, comedite, & eritis sicut dii, & crediderũt ei plusquam Deo dicenti, in quacũque die comederitis ex eo morte moriemini proinde tẽteã à filio Dei dicente de pane & uino, *Comedite hoc est corpus meũ hic est sanguis meus.* Comedite, & eritis filii Dei, & credam⁹ uerbo eius plusquam oculis carnalibus, quibus non nisi exteriorem panis & uini speciẽ intuemur, & ita iniquã credulitatem parẽtum nostrorum pia credulitate in nobis euacuemus.

Hom. 7. † repositione. Sexta die.

c *Die autem se &c.* ORIG. In die sexto duplum colligatur in † repositionem quãtum sufficiat ẽt sabbato. Sexta dies hęc uita in qua nunc sumus. unde in sex diebus fecit Deus hũc mundũ. In hac ergo die tantũ reponere debemus quantũ sufficiat in futuro. Si quid enim hic boni operis acquiras, si q̃d iustitiæ misericordię & pietatis, recõmẽdas, hoc tibi i futuro erit cib. Qui enim acquirit hic decẽ talenta, Luc. 19. d. ibi accipiet 10. ciuitates, & *quæ seminauerit homo hæc & metet.* Gal. 6. b. Diuites huius seculi ea recõdunt q̃ in hoc seculo, imo cũ hoc seculo corrũpuntur, bona autẽ recõdita p̃manent usq; in crastinum. Scriptum est autẽ, *Qui infideles fuerunt seruauerunt de manna, & ebullierunt ex eo vermes & computruit.* quod autẽ pro die sabbati repone

C

maiestas uisa est mane, Sed non intelligitur hoc nisi in euãg. in quo uespere sabbati quę *lucescit in prima sab. ve. Ma. Mag. & altera Maria ad sepulchrum & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, terræmotum factum.* & monumenta aperta esse, & cẽturionem & custodes sepulchri dicẽtes. *Vere hic filius Dei erat.* Agnitus est in hac uespera dñs, quia ipse dominus erat. Agnitus est ueritate resurrectionis, & mane gloria eius uisa est. Cũ uenissent aliꝗ mulieres prima sabbati ualde mane, iuenerunt angelos cum ingenti claritate sedentes ad sepulchrnm dicentes. *Non est hic sed surrexit à mortuis.* Luc. 24. a. *Venite & videte locum, &c.* Visa est ergo maiestatis eius mane quia & per angelos resurrectio nuntiata est.

Matt. 28. a

Quæst. c. in Exod.

e *Nos vero quid, &c.* AVG. Non tantum se ualere quantum Deum uoluerunt dixerunt. n. *quid sumus nos,* nec talis erat illa sñia ubi Petrus dixit Ananię Actum, 5. a. *Ausus est mentiri spiritui sancto, non hoĩb. mentitus es, sed Deo.* Non. n. ait ausus es mentiri mihi *Non mihi mentitus es, sed Deo,* q̃ si dixisset simile fuisset, neque. n. ita dixit. Ausus est mentiri spiritui sancto, non spiritui sancto mentitus es, sed DEO. Ita. n. loquens negaret spiritum sanctum esse DEum. Nunc uero cum ita dixisset, *ausus es mẽtiri spiritui sancto,* cum ille putaret se hoĩbus esse mentitum. Ille ✻ spiritum

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Panes de cęlo. *id est, cibus quia nomine panis intelligitur omnis cibus, vt supra dictum est 2. cap. Ipse autem dedit eis manna & coturnices & vtrumque de cælo aereo. unde & aues cæli nominantur, co quod per aerem uolitant.* 2 Egredia opp. & col. *quolibet pro se & familia sua secundum æstimationem suam.* 3 Per sing. dies. *quia nihil de manna debebat reseruari in crastinum, vt dicitur infra.*

4 Vt tentem eum, &c. *custodiendo mandata mea de manna, quia mandata infra explicabuntur.* 5 An non. *id est, transgrediendo illa qualiter autem Deus tentet homines tam dictũ est, q̃ ha hoc non est q̃ accipiat per experientiam de aliquo quod ignoret,* cum omnia nuda & aperta sint oculis eius etiam antequam fiant. *sed vt obedientia uel inobedientia populi ad Deum esset nota aliis per euidentiam facti.*

6 Die autem. *quod intelligitur de manna, &c.*

7 Et sit du. *non per hoc intelligitur, quod collegerunt die sexta plus quam in aliis diebus, sed illud collectum quando mensurabatur in domo inue-*

*niebatur duplum, ut dicetur infra.*

8 Dixeruntque. *hic consequenter promissio dicta diuulgatur populo cum dicitur.* 9 Vespere scietis, &c. *per hoc quod dabit uobis mirabiliter abundantiam carnium.* 10. Et mane uidebitis, &c. *in descensiõ mãnæ uirtute gloriosa ipsius. Sciendum autem quod manna aliquando est neutri generis & indeclinabile, aliquando autem inuenitur femi. generis & primæ declinationis. s. manna næ. aliquando tertiæ declinat. onis, ut manna natis. et ideo non est uis si accipiatur modo secũdum unam declinationem modo secundum aliam.*

Manna.

11 Audiui enim, &c. *quod eduxit uos de Aegypto in hanc solitudinem, quia de præcepto eius factum est.*

12 Nos ue. &c. *q. d. sumus tantum serui eius denuntiantes uobis eius uoluntatem et ideo non eduximus uos principaliter sicut imposuistis nobis, sed ipse Deus.*

13 Quia, &c. *id est murmurastis, murmur tamen uestrum est contra dominum principaliter.*

14 Dabit, &c. *eo quod audierit murmurationes uestras, aliquando* ✻ *murmuran-*

## MORALITER.

✻ quærẽdo illi qui fuerunt pauperes in seculo, & fuissent ibi contẽti illis quę administrãtur sibi. Religiosi uero mẽdicãtes talia dicentes multum deberent confundi, cũ in ingressu religionis nihil sibi promissum fuerit nisi paupertas. Sed s̃m dictum prophetę confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt, & ideo *frons mulieris meretricis facta est eis.* Sed quĩ domi-

dominus mu ta beneficia præstat ingratis, ideo sequitur.

14 *Dabit do. etc.* Istæ carnes fuerunt coturnices, ut subdit in textu, per quas ratione uolatus intelligitur cælestium meditatio, ad quam inducuntur mali religiosi per exhortationẽ boni prelati.

† *Et mani, etc.* & isti panes fuerunt manna, per quam figurata fuit eucharistia, sicut & postea, cum subdit.

x

spiritum sanctum Deū esse monstrauit subiungens. Act.v.a. *Non hominibus mentitus es, sed Deo.*

a *Vespere comedetis car.* ORIG. Moraliter. Intelligere possumus quod vnicuiq; nostrum mane est & initium diei, tēpus quo primū illuminamur, & ad lucē fidei accedimur. In hoc tēpore carnes verbi nō possumus edere. i. perfectę doctrinę capaces nōdū sumus: sed post longa exercitia, post profectū plurimum, cum iam proximi sumus ad vesperā. i. perfectionis fidē, tunc solidioris cibi capaces efficimur festinemus ergo māna suscipere, quod prout vult quilque saporē reddit in ore. vnde Matth. 9. c. *Fiat tibi secundum fidem tuam.* Et tu ergo si verbū Dei quod in ecclesia prædicatur, tota fide & deuotione suscipias, fiat tibi quodcūq; desideras. Si tribularis, consolatur te, d cens. Psal. 50. d. *Cor contritum & humiliatum Deus non spernit.* Si lętaris pro spe futura, cumulat tibi gaudia dicens, Psal. 31. c. *Letamini in domino & exultate iusti.* Si iracundus es dicit Psa. 36. b. *Desine ab ira & derelinque indignationem,* Si in doloribus sis sanat te dicens, Matt. 4. d. *Dominus sanat languores tuos omnes.* Si paupertate consumeris, consolando dicit, Psal. cxii. a. *Dominus alleuat de terra inopem, et de stercore erigit pauperem.* Si quis tamen infideliter suscipit nec commedit, sed abscondit, vermes ex eo ebulliunt. Nec turberis si ad hoc ducitur verbum Dei, vt putetur fieri vermis. Ipse enim ait, Psalm. xxi. b. *Ego sum vermis, & non homo.* Lucæ 2. c. Sicut enim ipse est qui fit aliis in ruinam, aliis autem in resurrectionem, ita & ipse est qui fit in manna fidelibus dulcedo mellis, infidelibus vermis efficitur. Ipse est sermo Dei, qui iniquorum mentes arguit, & correctionum spiculis conscientiā terebat. Ipse est enim qui efficit eis, quibus aperit scripturas ignis. Qui dicūt Luc. 23. c. *Nonne cor nostrum ar. e. in nobis, &c.* Aliis ignis est, quibus cremat spinas de terra mala. id est, malas cognationes in corde consumit, & ideo peccatoribus neq; vermis arguens vnquā moritur neq; ignis exurens extinguitur. Iustis autē & fidelib. permanet dulcis & suauis. vnde dicitur Psal. 33. b. *Gustate & videte, &c.*

ORIG. Alia litera. *Vespere manducabitis carnes, & mane replebimini panibus.* dicant Iudæi quæ cōsequentia sit, vt vespere carnes sine panibus comedant, aut mane panes sine pulmēto q̄d in hoc diuini muneris, quid tēperamenti gratiæ cælestis ostēditur. Hoc est in quo agnoscere Deum possunt, q̄ carnes ī vespera sine panibus comedūt, & maiestatē Dei apparere dicūt. C Si rursum panes sine carnib. comedantur seruent sibi ista, his qui acquiescentes in coturnicibus putāt agnosci Deū nos autem quibus in fine ad vesperā mundi uerbū est caro factū. In illa tantū carne agnosci dicimus Deum quā, suscepit ex virgine has. n. verbi Dei carnes neq; mane neq; meridie quis manducauit, sed ad vesperam: vnde pueri nouissima hora eorum. D *Mane inquit, replebimini panibus.* Nobis ergo panis verbum Dei est, Ioann. 6. f. *Ipse est panis viuus qui de cælo descendit & dat vitam mūdo.* Sed quod dicit mane dari hūc panē, cum incarnatus sit ad vesperam, Sic intelligendū est, quod ad vesperā mundi & prope finē domin9 venerit.

ybi supra. / ybi supra. / Ioan. 1.

¶ Beneplacentes. ¶ Qui omnia audit.

gationi filiorum Israel; Accedite coram domino, Audiuit. n. 1 murmur vestrum. Cumq. loqueretur Aaron ad oēm cętum 2 filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem. Et ecce gloria do 3 ¶ Carne assumpta. mini apparuit in nube. Locutus est autem dominus ad Moy- a ¶ Cognoui. sen, dicens: Audiui murmurationes filiorū Israel. Loquere ad a Vespere enim Christus mortuus est & sepultus. b Quia mane surrexit. a eos: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panib. b scietisque quod ego sum Dominus Deus vester. Factū est ergo ve Græce ortogometra. Hæ sunt promissæ carnes. a Manna. s. panis promissus. c spere, & ascendens coturnix operuit castra, mane quoq. ros † 4 iacuit per circumitum castrorum. Cumque† operuisset super 5 Subtile, quia humanis sensibus incognitum incarnationis mysterium. ficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & † quasi pilo 6 7

† descēdit. † descēdis set ros. † rotundū. minutum E

sed aduentu suo cum sit sol iustitię nouum mane credentibus restaurauit, nouū. s. sciētię lumen, in quo repleantur panibus qui susceperūt præcepta eius nec mireris quia verbum dicitur, & caro Dei, & panis, & lac dicitur, & olera, & pro mensura credētium & possibilitate sumētium diuersæ nomina tur, vel post resurrectionem mane factā credentes repleuit panibus, quia libros legis & prophetarum prius ignotos ad instructionē ecclesiæ cōcessit, & ipse fit panis in euāgelio, cæteri vero libri legis & prophetarū uel historiarum plures panes dicūtur, quib. repleātur credētes ex gētibus. *Vnde ascendent in montē, & bibent vinū, vnguētoq; vngentur.* Sic ergo cōpetenter carnes ad uesperā accipimus & panib. mane replemur, quia nec poteramus mane carnē edere Nōdum eīn erat tēpus, nec meridie, uix enim angeli edunt carnes meridie, & illi fortassis ordini meridianum tempus conceditur.

Tale quid in Helia significatur, cū ei alimenta coruus afferret. Forte carnibus ad vesperā, & mane panibus ille significat. Rom. 4. d. *Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram,* ad vesperam quippe mortuus est, ex infirmitate sepultus est, mane autem apparuit discipulis quia resurrexit in uirtute.

✠ RVPERTVS. Notādum quod cum dominus de panibus solummodo dixerit, *Ecce ego pluam vobis panes de cælo,* Moyses quasi de suo carnes promittit, *Dabit* (inquit) *dominus vobis vespere carnes edere, et mane panes in saturitatem.* Et quidem dominus inferius loquens ad Moysen, *loquere ait, ad filios Israel, vespere comedetis carnes.* Verūtamen ex Moysi prius quā ex domini ore uespertinas carnes promitti audimus. Quid ergo per carnes nisi uetera sacrificia, quid per māna nisi nouum sacrificiū accipimus? Etenim illa dominus sacrificia fieri permisit, nō iussit hoc autem nouum corporis & sanguinis sui sacrificiū per semetipsum tradidit, *& hoc facite in meam memoriam* dixit Quid autem per uesperā, nisi uetustam uitam, quid per mane, nisi nouam nouæ uitæ claritatem intelligimus?

lib. 3. in Exodū, c. 14

b *Et ma.* Nono die quando Christus sol iustitiæ aduentu suo credentibus reparauit perdita.

c *Coturnix, &c.* ✠ RVPERTVS. Pro coturnice plerique *ortigometram* legūt, alij autem pro ortigometra, coturnices interpretātur, Alij autem ortigometras duces coturnicū esse affirmant, ab Ortigia in qua abundant insula nominatas.

F ybi supra cap 15.

☞ ISIDO.

NICOLAS DE LYRA.

✠ *murmurantibus dat Deus suū desideriū, sed hoc est ad malū ipsorum sicut habetur Nu. 11. g. de populo qui desiderauit carnes, quos interfecit dominus, cum adhuc carnes eis datæ essent in dentibus eorum.*

1 Accedite coram domino. *id est, coram columna nobis, vel secundum alios coram tabernaculo paruo vbi dominus loquebatur Moysi, antequā factum est magnum tabernaculum de quo habetur infra 33. cap. quod Moyses tetendit illud extra castra.*

2 Audiuit enim mur. *Ne credatis, quod facta vestra abscondita lateant ipsum.*

3 Et ecce, &c. *i. quidam fulgor insolitus repræsentatiuus diuinæ præsentiæ ad arguendum populi murmurationem: vnde subditur*: Audiui murmurationes, &c.

4 Factum est ergo, &c. *Hic consequenter describitur cibi promissi exhibitio: & secundo subditur vsus determinatio, ibi:* Hic est sermo. *Circa primum dicitur,* Factum est ergo uespere, & ascendēs operuit castra. *Coturnix autē est auis pinguis & sapida, & accipitur hic singulare pro plurali, Coturnix. i. multitudo coturnicum, sicut frequenter dictum est in simili dicitur autē hic ascendere coturnix, quia de terra opposita deserto, in qua magna multitudo talium auium inuenitur ascenderunt in aerem voluntate diuina, & volauerunt vsque ad castra filiorum Israel, et ibi descenderunt, ita quod poterant eas capere pro sua voluntate. Quæritur hic quare dedit eis carnes in vespere, et panes in mane sequenti, quia magis conueniens esset fieri modo contrario, Ad hoc respondetur quod filij Israel conquesti fuerunt primo, de defectu carnum. et secundo de defectu panum dicentes.* Vtinā mortui essemus quādo sedebamus sup ollas carnium, & comedemus panes in saturitate. *et ideo eodem ordine quo petierunt datus est eis cibus. Alia ratio assignatur ex conuenientia rei datæ, quia coturnices ex volatu diurno erant fatigatæ, et ideo circa uesperam erat conueniens tempus ut descenderent ad terram quasi ad requiem. Panes autem qui dati sunt mane sequenti fuit manna, quæ uocatur panis materialiter, quia decoquebatur et inde formabantur panes, descendebat autem per modum roris. Vt statim subditur, Hora autem matutinalis conueniens est tali descensui, unde subditur.*

Questio.

5 Mane quoque ros iacuit. *id est, manna quæ erat ad modum roris congelati. unde infra dicitur, quod habebat similitudinem pruinę, quę est ros congelatus.*

6 Apparuit in solitudine min. *Sicut granula congelata, quæ aliquando descenderunt in pruina.*

7 Et quasi pilo tusum. *i. sicut granū frumēti à quo cortex ex percussione pili est amotus, et sic apparet album. Ista expositio doctorū catho- ✠ licorum*

☞ ISID. Per volucrum escas figuratur prędicatio diuinitus missa, q̄ trāscurrit p̄ verba sonantia, quasi p̄ aerem volatilia pennata, quib. per fidem pascuntur, q̄d patriam cęlestem p̄ficiscuntur. Vel ueteris legis eloq̄i, q̄ plebem carnalem tanq̄ carne alebat, p̄ uerba diuinitus missa quasi p̄ volatilia. Vnde & uespere dantur, quia cūcta carnaliter illis concessa finē erāt habitura. Manifesto aūt lumine fidei datur mānna, q̄ est Christ'. Io. 6. f. *Panis* scilicet *viuus qui de cælo descendit*, qui per nubes euangelicas vniuerso orbi pluitur, non iam murmuranti & tētanti synagogę, sed credenti & speranti ecclesię.

b *In similitudinē pruinæ super terram.* Pruina q̄ Christum significat. Manna n. dominico die primum datum est, & Christus dominica die resurrexit.

a *Tusum.* i. mundissimū. Sicut enim frumentum vel milium, uel aliud tale in mortariolo pilo terit̄, & folliculis exuit, sic corpus Xp̄i p̄ tribulationem passionis, & pilo crucis mortalitate exutū est. Vel minutū manna subtilitas cælestis doctrinę, q̄ pilo tunditur, ut literalis sensus exuatur.

✠ PHILO IVDAEVS, Postera igitur die ros condensus ac creber circa uniuersa castra uisus est. Qui sensim è cęlo cadebat, non q̄ pluuia esset, aut aqua, aut grando, siue nix uel glacies, nam hęc hyeme nubibus uarium habitum induentib. solent effici, sed quasi milium tenuissimum ac breuissimum. Id autem ros propter crebrum descensum, quasi aceruos circa tentoria effecerat.

Quæst. 29. C ✠ THEODOR. Hunc panem Angelorum manna diuinus propheta Dauid appellauit, tanquam Angelorum ministerio hoc donum Hebræis datum fuerit, neq. enim natura illa corpore uacans cibi indigens est. Idem panis cœli dictus est, non ex ipso cælo, sed aere, quem aliquandō scriptura cœli nomine usurpare solet. D

c *Man hu*, GREGOR. Quid per manna filiis Israel desuper datum, nisi admiratio supernę dulcedinis designatur, dulcis enī cibus: qui de superni accipitur, Man hu vocatur quod interpretatur quid est hoc? quod dicimus, quando cernimus quod nescientes admiramur. Supernum igitur manna anima percipit, cum per vocem compunctionis eleuata nouā speciē æternæ refectionis obstupescit, ut diuina dulcedine repleta iure respondeat, q̄d hoc est? quia dum ab infima cogitatione suspenditur, ea q̄ de supernis conspicit & insolite miratur. Et cum per hanc vocem torporis nostri surditas rumpitur, vetuste vitæ vsus mutatur, ut anima superno sp̄u afflata, & ī supremis appetat quod contempserat, & contemnat in infimis quod appetat.

Man hu. Lib. 27. Morali. Cap. 17.

Mystice.

a Quia corpus Christi à feruore vitiorum refrigerat.

a tusum in similitudinē pruinæ super terrā. Quod cum vidissent 1
b filii Israel, dixerunt adinuicem: Man hu, quod significat quid
c est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus Moyses ait: Iste est 2

a Viuus, qui de cęlo descendit. Ioan. 6. d.

panis, quem dedit vobis dominus ad vescendum. Hic est sermo 3
quem pręcepit dn̄s. Colligat vnusquisq; ex eo, quantum sufficit 4

á Mensurá quinque sextariorum, quam Iosephus assarium vocat.

d ad vescendum. Gomor per singula capita. Iuxta numerum animarum vestrarum, † quæ habitant in tabernaculo sic tolletis.

Pro capacitate intelligentiæ.

Feceruntque ita filii Israel, & collegerunt, alius plus, alius mi- 5
nus: & mensi sunt ad mensuram Gomor. † Nec qui plus colle- 6
gerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: 7

a Quia vnicuique captus intelligentiæ si maneat in fide sufficit ad salutem.
b Intelligere.

e sed singuli iuxta id quod ēdere poterant congregauerunt. Dixit- 8 9
que Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. Qui nō au- 10
dierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis vsque mane, & sca- 11 12

-quod significat ex hoc. -per singula capita.

† singuli pro is qui sunt in tabernaculo suo.

† De cōscdi. 2. c. vbi pars. E

d *Iuxta nu. &c.* Sæpe scriptura homines animas appellat a parte totum, non facile autem carnes pro hominib. sed carnem, sicut ibi Psalm. vl. a. *Non timebo quid faciat caro*: quod apertius in Psal. eodem ait. *quid faciat mihi homo.* non autem dicetur, secundum numerum carnium uestrarum, sicut dixit *secundum numerum animarum uestrarum.*

d *Iuxta id quod, &c.* Quia in præsenti uita quilibet debet discere quantum potest, ne q̄d indiscussum relinquat, ne cum non possit, discere incipiat.

e *Mane.* Principium alterius uitę in qua non licebit uacare doctrinæ, sed manna computrescet, & uermibus scatebit. i. pœnam eis æternam generabit.

Nota contra iuuenes.

F Quæst. 21.

✠ THEODORETVS. Manna in posterum diem seruatum ☞ corrum-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *licorum secundum quam manna immediate cadebat super terrā, & p̄ rorē vel pruinā hic intelligitur manna, vt patet ex dictis. Ra. Sa. exponit locum istum aliter & subtilius, dicens quod primo cadebat pruina super terram, & postea manna desuper, & postea ros aliquantulū congelatus desuper, ita q̄ manna erat intermedium quasi mundè custoditum & repositum inter duo stramenta. s. pruinę & roris, & sic exponit textū qui aliquo modo alius est in Hebræo, vbi habetur sic. Mane quoq. fuit operimentum roris in circūitu, & ascendit operimentū roris, & ecce in solitudinem minutum discoopertum. Præmittit tamen expositioni huius textus illud quod de descensu mannæ dicitur* Nume. 11. b. *vbi dicitur sic:* Cumq; descenderet ros sup castra, descēdebat pariter māna, *vbi in Hebræo habetur:* Descendebant super eum manna, *ex quo accipit, quod primo cadebat ros congelatus, qui est idem quod pruina, & postea manna desuper quasi super stramentum. Ex hoc aūt quod dicitur hic:* Manna quoque fuit operimentū roris, *accipit quod illud quod erat desuper, erat ros congelatus qui erat operimentum mannæ. & quando subditur:* Et ascendit operimentum roris, *sic exponit, quod ros parum congelatus qui erat super manna, oriente sole resoluebatur & ascendebat in vapores, & tunc apparebat manna discooperta. ideo subditur:* Et ecce in solitudine minutū discoopertum. *i. manna quæ habebat similitudinem granorum rotundorum paruorum apparebat discooperta, vt a populo colligeretur, & secundum istam expositionem manna differebat a rore congelato siue pruina quantum ad situm, vt patet ex dictis. Item quantum ad figuram, quia manna habebat figuram rotundam sicut granum coriandri, ut infra dicitur, ros autem congelatus retinebat figuram communem. Item quantum ad saporem, quia habebat saporem dulcem & delectabilem, ut infra patebit non sic autem ros congelatus uel pruina.*

1 Quod cum, &c. *Man hu duæ sunt dictiones, & significant quid hoc, & subintelligitur, est, & sic exponit Iosephus. Ra. Sa. & Hebræi moderni dicunt, quod man non significat quid, sed significat præparationem, vel magis proprie rem pręparatatam ad esum, & secundum hoc diuersi filij Israel: Man hu. i. præparatum hoc. s. a* Deo *pro nostra sustentatione quæ tamen nesciebant determinatè naturam eius, nec per consequens qualiter deberet proprie nominari, ideo subditur.* Ignorabant. n. quid esset. *sequitur.*

2 Iste est pa. *quia tūc Moses eis declarauit ipsius naturā & efficaciam.*

3 Hic est ser. *Hic consequenter determinatur qualiter hoc cibo debebant uti in colligendo & seruando, & primo quantum ad sex dies hebdomadæ. Secūdo quātum ad sabbathum ibi:* In die uero sexto. *Circa primum dicitur:* Hic est ser. &c. *ideo obligat transgressores ad mortale peccatum.*

4 Colligat, &c. *& quæ sit mensura sufficiens ostendit, dicens.*

5 Gomor, &c. *sed hoc videtur falsum quia non est idem medium omnibus sicut dicitur 2. Eth. quod non est idem medium Miloni, de quo dicit commentator, q̄ comedebat in die bouē integrum, & alijs hominibus. & ideo illud quod est cibus conueniēs, vni, alteri plus indigēti est deficiēs, & minus indigenti est super abundans. Dicendū, quod sicut iste cibus dabatur diuino miraculo, ita eodem modo fiebat ut plurimū indigenti sufficeret, & a minus indigenti consumi absq. superfluitate ualeret. Dicit autem Iosephus. quod ex diuina prouidentia factum est, hoc ne ex cupiditate & gulositate, illi qui fortiores essent plus debito uellent colligere, & sic debiliores debito alimēto priuarētur, & in populo seditio oriretur:*

6 Nec qui, &c. *s. quam Gomor per singula capita domus suæ.*

5 Nec qui mi. *colligendo.*

8 Reperit minus. *quam* Gomor *per singula capita.*

9 Sed singu. &c. *ex quo patet verum quod dictum est s. quod mensura Gomor ita sufficiebat multum comedenti, sicut & parum comedenti.*

10 Nullus, &c. *quod factum est ex causa prædicta, ne gulosi & cupidi plus debito colligerent ad reseruandum.*

11 Sed dimi. &c. *isti fuerunt Dathan & Abiron, ut dicunt* Hebręi.

12 Et sca. &c. *hoc non contigit ex natura mannæ, quia seruari poterat. sicut patet de die sexta, in qua colligebatur pro sequenti die. et etiam fuit præceptum quod implerent vnum vas manna, & seruarent in futuras generationes, vt dicitur infra sed quod sic putreficbat, erat ex voluntate Dei, ne aliquid ex cupiditate & gulositate vellent plus debito colligere ad reseruandum, quod esset occasio malorum, ut prædictum est.*

A corrumpebatur, propterea quod id nihil aliud erat quam legē trāsgredi. Cum enim illos Deus vitam a curis liberā docere vellet, pollicit⁹ est se; per singulos dies cibum qui satis esset illis daturū. At vero illi Deo minimè fidentes, partem quandā collecti manna in posterum diem reseruarunt. Idcirco computruit. Quod enim id naturæ ipsius manna non fuerit, testatur sabbatum in quo seruabatur illęsum in die præparationis collectum, testatur etiam arca, in qua per tot ætates incorruptum integrumque permansit.

a *Cumque incalu. &c.* Quia tunc omnis scripturę intellectus patebit. quia *nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autem videbimus facie ad faciem.* j. Corinth. 13. d.

B b *Cibos dupli.* Necessaria. s. animæ & corpori. Nam in septima quæ mortuorum ætas intelligitur, scilicet nullus erit operandi locus.

Moraliter c *Requies sabbathi.* Audiendo verbū Dei & faciendo, vel bene viuendo, & aliis misericordiam præstando quod reponebatur pro sabbatho non

C corrumpebatur, quia bona pro futura requie facta, in futura

†De cons. d 4. c. nec quenquā.

*sancti.

†conquendū est, coquite, & quod lixari estis lixate.

+ & reposuerunt illud vsque mane.

a Malum auaritiæ notatur: cui qui studet, vermibus consumendus tradetur.

tere cœpit vermibus atque computruit. † Et iratus est contra 1

a Christus vel lex quæ hoc prohibet dicens. Matt. 6. c. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.
b Studiose sicut studiosus operator mane incipit operari.

eos Moyses Colligebant autē mane singuli quantum suffice-

a In die iudicij. Manifestius apparens. Christus.

a re poterat ad vescendum cumq; incaluisset sol, liquefiebat. In 2

Præsenti. Vt alterum seruetur in sabbathum.

b die verò sexta collegerunt cibos duplices, id est duo Gomor 3 per singulos homines. Venerūt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moysi. Qui ait eis. Hoc est quod lo- 4 5

Vtili soli vaceris.

c cutus est dominus: Requies sabbathi + sanctificata est domi- 6

Parasceue ante sabbathum. a Vsui corporali vel spirituali præparanda.

no. Cras quodcunque † operādum est, facite: & quæ coquen- 7

a Vnde viuatis sabbatho. s. quando non licet operari.

da sunt, coquite. Quicquid autem reliquum fuerit, reponite 8 vsque in mane. † Feceruntq. ita vt præceperat Moyses: & non 9 cōputruit, neq. vermis inuentus est in eo. Dixitq. Moyses: Co 10

a Vel domini. 11

medite illud hodie, quia sabbathum est domino: Non inue- 12

a Quia non licebit post hanc vitam operari. Tota præsenti vita.

nietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem septi-

a Quia post hanc vitam non licebit operari.

mo sabbathum est domino: idcirco non inuenietur. Venit + 13 septima dies & egressi de populo, vt colligerent, non inuenerunt. Dixit autem dn̄s ad Moysen: vsquequo nō vultis custo- 14 dire mandata mea, & legem meā? * Videte quod dominus dede-

a Quia non licebit in eo operari.

rit vobis sabbathum, & propter hoc tribuerit vobis die sex-

a Præsentis vitæ & futuræ. b Id est quiescat nec egrediatur ad opus.

to cibos duplices. Mane at vnusquisque apud semetipsum, et 15

a Ab operandum.

nullus egrediatur de loco suo die septimo, & sabbathizauit populus die septimo. † Appellauitq. domus Israel nomē eius 16

a Quia verbum Dei habet aliquid oleris vnde infirmitas nutriatur.
b Quia verbum Dei quod caro factum est purum & lucidum manet. 17

d Man quod erat quasi semen coriandri album, gustusque eius 18 quasi similæ cum melle. Dixit autem Moyses, Iste est sermo 19 quem præcepit dn̄s: Imple Gomor ex eo, & custodiatur in † 20

ra vita manent integra, alioquin ebulliebant uermes & computrescebat quod seruabatur. Qui enim propter præsentē vitam & amorem seculi thesaurizant illis ebullit vermis qui nō morietur.

D * GREGORIVS. Nyss. Si quis igitur timore furtim quandam particulā ad crastinum conseruasset, totumquod repositū erat, per noctem corruptum, in vermes transformabatur, prę terquam in die sabbathi. Nam cū hęc dies ratione quadā, & mystica cessatione ab Hebręis honoraretur, ne quid in ea die præter consuetudinē facere cogerentur, quāuistā to in collegio vnusquisque studium quātum in cæteris diebus; die sexta adhibebat, duplum tamē collectum sibi esse inueniebat. Cumque in cæteris diebus si quid seruabatur ī crastinū in vermes totū transmutaretur, solum quod die veneris collectū erat, per totum diem sabbathi perdurabat.

E d *Quasi semen coriandri.* * PROCOPIVS. Tradunt coriādri naturā penitus semini respōdere, adeo vt si succidatur etiam coriandri semē, vim suā non amittat, ut semēti idoneū amplius non

Vbi supra

*que.

Ezec. 20. a

†Nu. 11. Deuterono. in c. 8.

Comparatio verbi Dei & coriandri.

† generationes vestras ī posteros vestros.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ira. est contra *s. ira quæ est per cęlum & non vitium.*

2 Cumque in, &c. *Hora enim colligendi erat post ortum solis, eleuato rore, qui erat super manna per vapores, ut prædictum est. & durabat vsque ad horam sextam, & tunc incipiebat liquefieri admodum pruinæ; ad ignem vero indurabatur & formabantur inde panes.*

3 In die uero sext. &c. *secundum quod dicunt Hebræi non collegerūt plus in illa die quam in alijs pręcedentibus, sed cum uenerūt ad domum, inuenerunt mensuram duplicem per miraculum, & hoc videtur ex litera sequenti cum dicitur.*

4 Venerunt, &c. *Ex miraculo enim facto de nouo moti fuerunt ad veniendum & narrandum Moysi quod acciderat.*

5 Qui ait eis. *reddens rationem prædictæ duplicationis.*

6 Requies sabbathi san. est domino. *dedicata est cultui diuino, & ideo nihil est agendum in eo, vnde subditur.*

7 Cras quodcunque. *illud quod velletis cras facere facite hodie.*

8 Et quæ coquenda sunt. *scilicet pro die crastina, hodie*

9 Coquite. *Secundum Hebræos istas obseruantias de die sabbathi dixerat eis prius in Mara, sed hic replicantur occasione duplicationis mannæ.*

10 Quicquid autem reliquum fuerit. *s. de māna collecta die sexta.*

11 Reponite usque in mane. *diei sabbathi, cuius causa subditur.*

12 Dixitq; Moyses comedite illud hodie. *Ad hoc enim fuerat reseruatum.*

13 Venit septima dies, &c. non inuenerunt. *Exiuerunt enim gulositate ducti, vt haberent nouum cibum sicut & alijs diebus, & etiam cupiditate & curiositate ad videndum, si Moysi verbum foret verum.*

Mandata octo circa manna.

14 Vsquequo non vultis custodire mandata, &c. *Scilicet de obseruatione sabbathi, & de manna de qua fuerunt octo mandata Dei, secundum quod dicit, Andreas; primum, vt mane colligerent. secundum, quod ad sufficientiam secundum æstimationem propriam, tertium, ut comederent mensuram Gomor & non plus. quartum, vt non relinquerent in crastinum. quintum, vt die sexta haberent duplum. sextum, vt reseruarent vnum Gomor pro sabbatho. septimum vt illud comederent in die sabbatho. octauum vt implerent vas continens Gomor, ad reseruandum in futuras generationes, vt habetur infra.*

15 Maneat vnusquisque apud semetipsum. *cogitans de diuinis beneficijs, & gratias agens.*

16 Appellauitq; domus Israel, &c. *Id est, cibum preparatum a Deo, vt prædictum est.*

17 Quod erat quasi semen coriandri. *Quantum ad quantitatem & figuram, non tamen quantum ad colorem. vnde subditur.*

18 Album. *Semen autem coriandri nigrum est.*

Simila.

19 Gustusq; eius quasi similæ. *Simila farina tritici est delicatissima, sapor igitur illius mannæ erat quasi sapor panis facti de simila & commistione mellis, Sap. 16. cap. 1. dicitur quod habebat omnem saporis suauitatem, sed hoc est intelligendum, quod non erat ex natura mannæ, sed ex merito sanctorum hominum qui eam comedebant, quibus sapiebat, sicut desiderabant. unde ibidem subditur:* Quod enim quisque volebat ad hoc conuertebatur, *malis autem hominibus ex eorum demerito desipiebat. vnde Num. 11. q. dicitur.* Nihil vident oculi nostri nisi man, quoniam nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. *Hic autem describitur sapor mannæ ipsius naturalis* Generabatur *autem in aere, propter hoc vocabatur alibi panis de cælo, qui à cælo aereo est generatus, & a Deo datus & formatus virtute naturæ. Dicitur autem panis Angelorum, quia in descensu mannæ cooperabantur Angeli. nō enim dicitur panis Angelorum, quia ipso uescerentur, quia non indigent cibo corporali.*

Sapor mānę.

20 Dixit autem Moyses. *Hic consequenter ponitur ipsius mannæ reseruatio in futuras generationes in memoriam tanti beneficij, & patet litera vsque ibi.*

* 1 Et

non existat. Huiusmodi verbum est omnino, cuius oĩs particula ad terræ cultum natura apta est, si mandetur commoda & bonæ terræ, hoc est, animæ. Est porro album et. Lumen.n. verbũ est, idque splendidum ac proinde quoq; album, ipsum intelligenti ab eoq; nutrito. Est autem saxi simile. Contortum est, & nequaquã flaccidum nec fluxum, verum saxi, cœleste quippe verbum est, ac nobis cœlestia promittit.

*Et repone coram, &c.* Avg. Quæri potest vbi Aaron reponeret ante dominum, quando nondum illum tabernaculum fuit, nec arca testamenti iam fuerat constituta. An forte de futuro, ideo dixit *repone*, ut intelligatur tunc ante dominum posse reponi quando futura arca erat, an potius ante dominũ dictum est, qđ fit ipsa deuotione offerendi in quocunque loco poneretur. Vbi.n.non est Deus? Sed qđ adiugit, & *et reposuit Aaron ante tabernaculum ad reseruandum*, priorem magis sensũ asserit. Hoc.n.modo scriptura dixit p prolepsim quod post factũ est, cum esse cœpit tabernaculum testimonii.

*Filij autem Israel mãdu. &c.* Avg. Alia litera. *Filij autem Israel ederunt mãna quadraginta annis quousq; veniret ad terrã quæ habitabatur.* Significat autem scriptura in hoc loco per prolepsim memorãdo quod postea factũ est, nõ edisse filios Israel manna nisi in eremo, hoc est.n.quod ait *vsq; ad terram quæ habitabatur*.i.quæ iam non est eremus, non quia cõtinuo, ut uenerunt ad terrã habitabilẽ destiterint vesci manna, sed qa non ante. Traiecto.n.Iordane significatur mãna cessasse, vbi mãducauerunt panes terræ. Ingressi vero in terrã habitabilẽ anteq̃ transirent Iordanẽ, uel tñ manna vesci, vel vtroq; cibo potuerunt hoc.n.intelligi potest quia cessasse manna non dicitur nisi Iordane traiecto. Cur autem in eremo etiã carnes desideraverint, cum de Aegypto cũ multis pecorib. exierint, magna oõ est, nisi forte dicatur, quia in heremo nõ erant pascua & ideo minor pecorũ fecũditas & pepercisse pecorib. ne omnibus deficientibus, etiam sacrificiis necessaria deessent, uel si quid aliud dici potest unde ista quæstio soluatur. Congruentius tamen creditur nõ eos carnes desiderasse quas de pecoribus habere poterant, sed q̃ deerãt ex aquis scilicet quas in heremo inueniebant. Vnde illis ortogometra data est, id est, aues quas coturnices multi Latini interpretantur, cum sit aliud genus auiũ ortogometra, quamuis coturnicibus non vsquequaque dissimile. Nouerat enim Deus quid desideraret & ex quo genere carnis satiaret eos.

*Manducauerunt man quadraginta annis.* Corpus Christi, sverbum Dei quod percipimus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

*Donec venirẽt in terrã habitabilem &c.* Avg. Alia litera. Quousq; uenirent in partem Phœnicis. per repetitionem exponit quã terram dixit habitari, sed tunc illam terram credendum est sic appellatam, non modo. Alia est nuq; quæ Phœnice dicitur regio Tyri & Sidonis, quam illos transisse non legitur, quam scriptura fortasse potuerũt terrã Phœnicis appellare, ubi palmarum arbores iam esse cœperant, post eremi uastitatem, quia palma Græce sic uocatur. in initio.n.profectionis suæ inuenerum locum vbi septuaginta palmæ erant, & duodecim fontes sed post excepit eos eremus, ubi nil tale fuit, quousque uenirent ad loca quæ colebantur. sed ille sensus est probabilior, ut credamus sic appellatam fuisse tunc terram multarum.n. terrarum, locorum, fluminum & urbium nomina certis causis mutauit antiquitas.

futuras retro generationes, vt nouerint panem[a] quo alui[b] vos in solitudine, quando educti estis de terra Ægypti. Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas vnum & mitte ibi Man quantum potest capere Gomor, & repone coram dño, ad seruandum in generationes vestras, sicut † præceperat dñs Moysi. Posuitq. illud Aaron in tabernaculo reseruandũ. † Filii autẽ Israel manducauerunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram † habitabilem. Hoc cibo aliti sunt usquequo tangerent finem terræ Chanaan. Gomor aũt decima pars est Ephi.

a Vel panes. b Vel quibus. a Præsentis vitæ deserto. De seruitute diaboli. Mensura trium modiorum. a Sacerdotes Aaron. b Ecclesiæ. c In memoriam æternam. a Visionis diuinæ. b Vel comederunt. c Toto tempore præsentis vitæ quo secundum non uetus testamentum viuimus quater.n.decem quadraginta fiunt. a Vinetum vbi in quiete habitant sancti transmisso deserto huius seculi. b Predicto. c Vsquequo venirent in partem Phœnicis. Exponit quam terram dixit.

Quæst. 61. in Exod. Ibid. q. 62. Quousq; filii Israel mãna mãducabant. Quæstio historica. Neç. 9. d. † præcepit illud c. c. 1. Cor. 13. Quæst. 63. Phœnicis terra.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et repone coram domino. *Id est, in illo tabernaculo paruo, de quo præductum est. Hebræi autem dicunt quod hoc dicitur de tabernaculo magno, quod postea factum est. & quod istud præceptum non fuit datum ante completionem tabernaculi, sed post, & quod hic dicitur est per anticipationem.*

2 Filii autem Israel &c. do. uen. in terram. *i. in terram Chanaã quæ eis promissa erat ad habitandum. Nec tamen defecit manna statim cum intrauerunt terram illam, quia transito Iordane fecerũt circumcisionem in Galgalis, & postea celebrauerunt Pascha, & in crastino pascha defecit manna, ut habetur Iosue 5. sed satis cito post ingressũ terræ Chanaan defecit, ut patet ex dictis.*

3 Gomor, &c. *vtrunque est nomen mensuræ, quantum autem teneat Gomor, non habetur ex scriptura, sed Ra. Sa. dicit quod continet quantitatem. 40. duorum, ephi decies tantum. Alij autem dicunt quod ex dictis Papiæ Isid. de mensuris habetur, quod Gomor continet quantum quarta & dimidia Parisien. i. tantum de blado vel alia re arida, & sic mensurabili, quantum vnum vas factum ad mensurandum talia, quod esset quantitatis quartæ & dimidiæ Pasirien. contineret. Credo tamen quod talium quantitas est nobis incerta; quia mensuræ eodem nomine nominatæ variantur in diuersis regionibus & ciuitatibus, sicut modius Parisien. alterius quantitatis est quam Rothomagen, & alterius loci. Et similiter est de mensuris liquidorum, ut uini & olei, &c.*

## MORALITER.

† *Hoc cibo, &c. terra* scilicet promissionis, per quod figuratum fuit quod eucharistiæ sacramentũ cibus est spiritualis fidelium, quousque veniant ad terram uiuentiũ. Nam & illi qui sunt in purgatorio reficiuntur hoc sacramento.

## ADDITIO.

*In cap. xvj. vbi dicitur in postil. Dicitur autem alibi panis Angelorũ. Inter Hebræos magnæ auctoritatis antiquos, fuit disceptatio super manna in quodam lib. Tulmudico, qui dicitur Ioma. quidam enim eorum qui dicitur Ra. Aquila. alias. Rab. Baquiba. exposuit illud verbum* scilicet panis Angelorum, *sicut sonat, dicens, quod homo Israelita manducauit panem, quem Angeli comedunt, illius uero qui dicebatur R. Ismael probauit eum dicens, quod Angeli non comedunt cibum corporalem. Moderni vero vt Ra. Moyses Gerunden. & alij sustinent opinionem Ra. Baquiba, dicentes, quod Angeli reficiuntur in lumine diuino, & quod manna erat de isto lumine quod quidem lumen fuit incorporatum ex uoluntate diuina & factum manna, & sic Angeli & Israelitæ ex eadem re reficiebantur scilicet Angeli ex lumine diuino, & Israelitæ ex illo lumine incorporato, & sic intelligunt isti quod dicitur Psalm. lxxvij. c.* panem Angel. manducauit homo, *vt habetur in glo. prædicti. Ra. Moy. in hoc cap. Et licet hoc non vere dicatur figuratum de illo manna, est tamen valde applicabile ad nostrum verum manna, scilicet sacramentum Eucharistiæ, in quo est verum lumen diuinum ex voluntate diuina incorporatum, ex quo scilicet lumine diuino Angeli in cœlo reficiuntur, & fideles in deserto huius vitæ ex eodem lumine incorporato pascuntur. Quod si sic intellexissent, cessarent murmurationes eorum contra prædictum sacramentum, dicentes quod penitus est impossibile & implicans contradictionem. Vnde de similibus intelligitur illud Psal. xxxv. a.* Noluit intelligere, ut bene ageret. *Multa.n. similia de hoc manna ab eis dicuntur, quæ causa breuitatis omitto.*

CAP

Cap. XVII.

A Gitur prof. &c. ORIG. Oēs q volunt pie viuere in Christo, psecutionē patiuntur, ab hostib. impugnāt, ac eq; iter hui⁹ vitæ semp dēt esse paratus & stare in castris. Vñ pfecta est oīs synagoga filiorū Israel de deserto Sin secundum castra sua. per verbū Dei est vna quidē synagoga dñi, sed in quatuor castra diuiditur, q̄ describuntur in Numeris circa tabernaculū dñi posita. Armatus ergo in castris dñi militans ne implices te secularib. negotijs, & in castris domini semper excubias agas, vt de te dicatur, q̄ pfectus † est p verbū dñi de deserto Sin, & venis in Raphidim: Sin aūt tentatio interpretat. Raphidim sanitas iudicij, qui bene exit de tētatiōe, venit ad sanitatē iudicij. In die enim iudicij sanus erit. vnde Apoc. 2. b. Qui vicerit, dabo ei de ligno vitæ quod est in paradiso. Venit ergo ad sanitatem iudicii qui bene disponit sermones suos in iudicio.

Homi. 11. in Exod. — Nu. 20. b — B

b *Sin.* Hic specialiter Sin vna māsio accipitur ex his quinque quæ fuerunt a mari rubro vsq; ad montē Sina, quas Iosephus nominatim describit. Generaliter.n. omne desertū illud Sin vocatur sicut & Raphidim.

c *Raphidim.* HIER. Est locus in deserto iuxta montem Oreb. Sciendum est autem q̄ omnis Eremus vsq; ad montem Sinai Sin vocatur, & ex tota prouincia etiā locus vnius māsiōis nomen accepit, sicut & Moab tam ciuis quā prouinciæ nomen est. In hac solitudine quinq; sunt mansiones Zuph & Eremus, Sin, Alus, Depheca, Raphidim. Vnde bene dicit: q̄ a *profecta ē omnis multitudo filiorū Israel de Eremo Sin per mansiones suas iuxta os domini, & venerunt in Raphidim.* Vnde patet plures mansiones vnius regionis vocabulo demonstrari.

Raphidī. De locis Hebraicis

d *Sitiuit ergo, &c.* ORIGEN. Alia litera: *Sitiuit, inquit, populus aquā, & murmurabat aduersus Moysen.* Sufficit dicere: *quia sitiuit:* quid opus fuit addere, *aquam.* Nō est supflua adiectio. Sunt ergo diuersæ sites? & quisq; habet propriā. Qui boni sūt esuriūt & sitiūt iustitiā. Mat. 5. a. Alij quoq; dicūt: *Sitiuit anima mea ad te Deus,* Psal. xlij a. Qui vero sunt peccatores, patiunt non sitim aquæ, nō famē panis, sed audiēdi verbū Dei. Sitiuit ergo populus aquam, qui debuit sitire iustitiā. Sed De⁹ eruditor infantiū, magister insipiētium, corrigit culpas, & emendat errores, dicens ad Moysen, ut sumat virgam, & percutiat petram, & educat aquas. Vult enim eos iam de petra bibere & proficere, & ad interiora mysteria venire. Murmurauerunt enim aduersus Moysen, ideo iubet dominus, vt ostendat eis petram de qua bibant. Si quis enim est q legens Moysen murmurat aduersus eum, & displicet ei lex secūdum literā: quia in multis non videtur habere consequentiam; ostendit ei Moyses petrā quæ est Christ⁹, vt inde bibat & sitim reficiat. Sed hæc petra non laticas nisi percussa, percussa vero fontes producit. Percussus. n. Christus & in cruce mactatus. no. testa. fontes produxit. Vñ Zach. 8. c. Percutiā pastorē, & dispergentur oues gregis. nisi enim fuisset percussus, & exisset sanguis & aqua de latere eius, oēs sitim verbi Dei pateremur. vnde: *Bibebant autem de spirituali, cōsequente eos petra, petra autem erat Christus.* ISID. Sitiens populus pro aqua murmurauit cōtra Moysen, ideo iubet Deus vt ostendat eis petrā ex qua bibent. Si quis autem legens Moysen murmurat aduersus eum, & displicet ei litera legis, ostendit ei Moyses petram quæ est Christus, & ducit ad ipsam vnde bibat & sitim reficiat.

Vbi supra — C — D — varia sitis. — † de consecr. d. 2. c. cum ra. & c. in calice. — 1. Cor. 10

e *Antece.* Nō solum Moyses ducit populū ad aquas, sed & seniores populi. Non enim sola lex Christum annuntiat, sed & prophetæ & patriarchæ, & omnes maiores natu.

Quæst. 64

f *Et virga, &c.* AVGVS. Aaron non Moyses legitur dumē virga ✱ percussisse

## CAP. XVII.

a I Gitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas iuxta sermonē domini castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus cōtra Moysen ait: Da nobis aquā ad bibendum. Quibus iratus Moyses ait: Quid iurgamini cōtra me? cur tentat is dñm? Sitiuit ergo ibi populus pre aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens: † Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos & liberos nostros, ac iumenta siti? Clamauit autē Moyses ad dominū dicens: Quid faciā populo huic? Adhuc pauxillū & lapidabit me. Ait dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecū de senioribus Israel, & virgam quā percussisti fluuium, tolle in mane tua, & vade. † En ego stabo coram te ibi

(Interlinear: Quod interpretatur tentatio. — Sanitas iudicij. — a Legem. — a Aliàs vt bibamus. — b Aliàs quibus respondit Moyses. — a In deserto. — a Qui debet esurire & sitire iustitiam. — Aliàs paululum. — a Lxx. in qua, pro de qua, celeberrima locutio in scripturis.)

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

I Gitur. *Postquam descripta est prouisio alimenti sicci quod est cibus, hic consequenter describitur prouisio alimenti humidi, quod est potus. & primo ostenditur aquæ penuria, secundo circa hoc Dei prouidentia, ibi:* Et ait Dominus. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Igitur profecta omnis. *Notandum quod in hoc itinere vsque ad montem Sinai & etiam postea, filij Israel fecerunt aliquas mansiones, quæ magis seriose exprimunt Num. 33. hic autem solum nominantur illæ in quibus factum est aliquid notabile*

2 Iuxta sermonem domini, *nō est intelligendum q̄ aliqua vox sensibilis a Deo emissa ostenderet locum in quo deberent manere, sed columna nubis pcedens hoc indicabat, faciēs in hoc officiū vocis vel sermonis.*

3 Vbi nō, &c. *Sed quæritur hic quare dominus duxit eos per talem viam, vbi paterentur tot defectus cibi & potus? Dicendum quod hoc fuit vt ex frequenti necessitate oporteret eos recurrere ad dominum, & sic sub timore domini retinerentur. per hoc etiam bonorum patientia & malorum impatientia declarabatur.*

Quæstio.

4 Qui iurga. &c. *hoc intelligitur de impatientibus tantum.*

5 Quid iurga. cōtra. *quasi oblitis beneficiorum Dei, qui vobis prouidit in maiori necessitate.*

6 Cur te. do. *Videtur tamen q̄ non fuerit ibi tentatio Dei, quia non habebant quid agerent humano consilio. Dicendum, q̄ tentabant Deum in hoc quod experiri volebant: Vtrum Deus posset eos potare in deserto, vel quia volebant experiri, utrum ex suis meritis Deus deberet eis dare potum miraculose. vnde dicebant: Est ne Deus in nobis, an nō? vt postea subditur.*

7 Clamauit autem Moyses ad dominum. *in nullo retardatus de bono procurando eis propter iniuriam eorum contra ipsum.*

8 Adhuc pauxillum, &c. *hoc non dicebat Moyses dubius timore naturali sui, qui bene cadit in perfectum virum, sed magis hoc dicebat timore populi, ne eo interfecto a domino recederet per idolatriam.*

9 Ait dominus ad Mo. *Hic consequenter describitur Dei prouidentia, cum dicitur.*

10 Antecede. &c. *ac si diceret dominus, tu times ne populus lapidet te, egredere ante eos, & videbis si potero te protegere.*

11 Et su. te. &c. *vt sint testes quod ibi antea non fuerunt fontes, vel aquæ, & per hoc appareat euidens miraculum.*

12 Et virgam. *Dicit Ra. Sa. quod aliqui de populo Israel erant ita maligni quod dicebat, quod ministerium illius virgæ solummodo se extendebat ad mala infligenda, sicut patuit in plagis Aegyptiorum, sed non se extendebat ad conferendum bona, & ideo dominus præcepit Moysi vt virga illa in eductione aquæ de petra, ut manifestè uideretur, quod non solū erat instrumentum diuinæ iusticiæ, in malis pœnæ inferendis: sed etiam diuinæ misericordiæ in bonis conferendis.*

13 Qua percussisti fluuium. *Supra. 7. c. videtur dici contrarium, s. q̄ Aaron percussit & non Moses. Dicendum, quod Aaron percussit autoritate & mandato Mosi, ut dicitur ibi, & quia ille dicitur rem facere cuius autoritate fit ideo dicitur hic, quod ipse Moyses percussit.*

14 En ego sta. coram te. *paratus ad implendum petitionem tuam:*

✱ 1 Supra

## MORALITER.

✱ 1 *Igitur profecta omnis multitudo filiorū Israel de deserto, &c.* Hic agitur primo de eductione aquæ de petra ad refocillandū populum sitibundum sicut scribitur.

✱ Percutiesq;

percussisse. Moyses.n.eadē virga mare diuisit,nō flumē.Quid ergo sibi vult: *Accipe uirgam in qua percussisti flumen*: an forte mare appellauit flumē? & quærēdū est exēplū huius locutionis: an q Aaron fecit Moysi potius attributū est, quia p Moysen iubebat Deus q faceret Aaron:& ī hoc autoritas, in illo ministeriū. Vnde: *Erat tibi ad populum, tu autem ei his quæ ad Deum.*

supra.4.d.

a Percutiesque petram. Christum qui in cruce a Iudæis percussus est: cui accessit virga.i. lignum passionis ut fide libus manaret aqua.

† M. ssa & Meriua.i. tentatio& iurgium.

✱ THEODORETVS. Illud Apostoli, *Omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari: Et omnes eundem spiritualem potum biberunt, bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus*, sic intelligi posse mihi uidetur. Vetera nouarum rerum erant figura,& lex Moysi,vmbra erat, corpus autem ipsa gratia. Quia igitur Aegyptii Hebræos persequebantur, Hebræi vero rubro mari transiecto,ab amara Aegyptiorū seruitute liberati (typum vero baptismi habet mare nubes vero spiritussāctī, Moyses Christi seruatoris,crucis uirga diaboli Pharao,Demonū Aegypti. Manna diuinæ illius alimoniæ. Aqua è petra salutaris sanguinis) & nouum cibum & admirabilē liquorem consequuti sunt,eadem ratione nos quoque post salutare lauacrū diuinorum mysteriorum participes;effecti sum⁹.

Quest. 27.
1.Cor.10.

B

b *Venit,etc.*STRA. Amalech fuit filius Ismael a quo Amalechitæ;qui & Ismaelitæ sunt:ipsi sunt Saraceni. Interpretatur autē bibens vel lambens sanguinem, & significat diabolū qui sanctos de Aegypto exeuntes,& ad terrā promissionis tendentes semper impugnat,& animarum sanguinem bibere desiderat.

Allegor.

ORIG. Describitur bellum cum Amalechitis factum,populus dicitur pugnasse & vicisse,anteq̄ manducaret panē de cœlo & biberet de petra. Non dicitur pugnasse populus.sed dicit ad eum. *Dominus pugnabit pro uobis,et uos tacebitis.* Est ergo quādo dominus pugnat pro nobis.nec permittit tētari supra id q possumus,nec impares uiribus finit ad fontem venire cōgressum. Iob quoque certamem tentationis suæ iam perfectus impleuit.& tu ergo cū cœperis manducare manna,panē cælestē verbi Dei,& bibere aquā de petra. Cumque ad interiora doctrinæ spiritualis accesseris expecta pugnā, ppara te ad bellū.

Hom.12.i Exod.
sup.14.d.
2.Corin.3

C

c *Dixitq; Moyses etc.* ORIG. Alia litera dixit *Moyse ad Iesum, elige tibi uiros etc.* Huc usq; beati nominis Iesu nūquam facta est mētio. Hic primū uocauit Moyses Iesum & dixit ei, *elige uiros tibi ipsi.* Moses vocat Iesum,lex inuocat Christū, vt eligat sibi viros potētes de plebe.non poterat Moyses eligere, sed solus Iesus qui ait. Ioā.15.c. *Non uos me elegistis sed ego uos ele.* Ipse est electorū dux & potentiū princeps. Ipse cōfligit cū Amalech. Ipse.n.intrat domum fortis,& allegat fortē & uasa ei⁹ diripit.

Vbi supra Iesus uocatur.
Mar.12 e. vbi supra.

d *Ego stabo*. ORIGI. Ascendit,inquit,Moyses non in uerticem mōtis, sed in uerticem collis. Seruabatur em̄ ei tunc ascendere in verticem montis, cum ascensurus erat Iesus & cum ipso Moyses & Helias,& ibi transformandus in gloria. Nunc ergo uelut nondum glorificatus de transformatione Iesu non ascendit in verticē montis, sed in uerticē collis,& cum eleuaret Moyses manus superabat Israel. Moyses eleuat manus,non extendit, Iesus qui totū mundum exaltatus in cruce cōplexus est, dicit⁹ *Extendi manus ad populū nō cre.* Eleuare manus,hoc est acti⁹ leuare ad Deū vt non habeat actus deiectos & humi iacētes. sed Deo placitos & ad cœlū erectos. Eleuat ergo manus q thesaurisat in cœlo. Vbi enim thesaurus,ibi oculus,ibi manus. Eleuat manus qui dicit. *Eleuatio manuū mea sa uc.* Si ergo eleuētur actus nostri vincitur Amalech. Vnde Esa.35.b. *Remissas manus & genua debilia erigite.* Si seruat popul⁹ legē, eleuat Moyses manus & aduersarius vincit, Si nō seruat legē, inualescit Amalech. Quod agit nobis pugna est aduersus principes & potātes & mūdi huius rectores tenebrarū, si vis vincere, eleua man⁹.i.actus,cōuersatio tua nō sit in terris sed in cælis. Eleua & tu manus ī cęlū ad Deū, imple mādatū Apostoli. *Sine intermissione orate*,& tunc fiet q scriptū est,qa sicut ablingit vitulus in cāpis herbā virentē, ita ablinget populus hic populum,qui sup terrā est, vbi inducitur, quia populus Dei non tā manu & armis q̄ voce & lingua pugnabat,& oratione inimicos prosternebat eleua ergo actus,insta orationi,hæc Christiani pugna est q̄ superat inimicū. Puto aūt p hanc figurā duos populos significari,quorum vn⁹ ex gētib.eleuat manus Moysi,& in sublime tollit eā q scripsit & itelligētiā eorum,vt sic uincat,alius vero.i. Iudaicus populus nō eleuat manus Moysi,a terra,nec altū aliquid nec sublime in eo intelligit,& sic ab aduersariis vincitur

† Deus.
Esa.65.a.
Ps.140.a.
E
1.The.5.d

c *Habēs,&c.* AVG. Nunc virga Dei dr̄, quæ primum dicta est, Aarō,postea dicitur Moysi. Sicut enim spūs Heliæ,qui est spiritus Dei,cuius particeps Helias dicit, & Dei iustitia q̄ nostra est. Vnde ignorantes Dei iustitiam,volentes suā statuere idest tan-

F
Quæst.65

a ¶ Mons qui & Sina. b ¶ Aperto latere Christi exiuit sanguis & aqua. Io.19.

a supra petram Oreb,percutiesq. petrā,& exibit ex ea aqua, vt [1] bibat populus. Fecit Moyses ita coram seniorib. Israel. Et vo- [2] cauit nomen loci illius † tētatio,pp iurgiū filiorum Israel,& [3]
b quia tētauerūt dn̄m dicentes: Est ne † dn̄s in nobis an nō? Ve [4]
c nit autē Amalech & pugnabat cōtra Israel in Raphidim. Di [5] xitq. Moyses ad Iosue: Elige viros, & egressus pugna contra [6]
d Amalech cras. Ego stabo in vertice collis, habēs virgā Dei [7] [8]
e in manu mea. Fecit Iosue, vt locutus erat Moyses: & pugna- [9] uit contra Amalech. Moyses autem & Aaron & Hur ascēde [10]

a ¶ Bibebant autem de spirituali consequenter eos: petra autem erat Christus.1.Cor.10.a.
a ¶ Diabolus intercludens viam patriæ cælestis.
a ¶ Firmus, immobilis scandam illud. Ps.134.a. Qui statis in domo domini.&c.
b ¶ Tanquam victurus in cœlo,& non in valle.unde Leuauit oculos meos ad eum,qui habitat in cœlis.&c. Psal.122.a.
c ¶ Quam dedit Deus vt vincerentur hostes.
a ¶ Potestas: uel opere.
a ¶ Diabolum: b ¶ Lex quam dedit Deus. c ¶ Mons fortitudinis. ¶ Christus, d ¶ ignis spiritussancti.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Supra pe.Oreb. *non est intelligendum q illa petra esset in mōte Oreb,qui est idem quod mons Synai,quia adhuc distabant ab illo loco. sed est alius locus eiusdem nominis. Sequitur.*

2 Et uocauit,&c. *Cuius causa subditur.*

3 Et quia tentauerunt,&c. *qualiter autem tentauerunt dominum, iam dictum est.*

4 Venit autē Amalech. *Descripta prouisione alimēti, hic describitur repressio aduersarij,& primo describitur pugna. secundo gratiarū actio pro uictoria ibi,* Aedificauitq; *Circa primum dicitur,* Venit autē Amalech.& pugnauit contra Israel. *Cā huius dicta est 15.c. quantū est ex parte ipsius Amalech. Alia causa assignatur ex parte populi Israel. Ad hoc enim permisit dominus bellum istud contra eum insurgere, ut ex uictoria sequenti essent audaciores de cætera contra aduersarios insurgentes,& de spolijs Amalech essent muniti armis,& alijs necessarijs q. a fugientes dimiserunt.*

Quare dominus permisit Amalec pugnare

5 Dixitq; mo.&c. *vidit enim in spiritu prophetico ipsum fore ducē Israel,& ideo fecit eum ducem exercitus.*

6 Elige ui. *strenuos bellatores.*

7 Et egressus,&c. *non enim uoluit, q expectaretur exercitus Amalech,sed quodiretur sibi obuiam,ne pueri mulieres & timidi qui remanserunt in castris,nimis terrerentur & fugerent,& sic daretur maior audacia aduersariis.*

8 Ego sta. *pugnandum precibus contra aduersarios.*

9 Habens vir.&c. *ut uictoria Deo ascribatur.*

10 Moyses aūt,&c. *Dicunt Hebræi & aliqui doctores catholici,quod iste Hur fuit filius Mariæ & Caleb, confirmantes per illud quod scribitur 1.Paral.2.c.q mortua Azuba uxore Caleb,ipse accepit uxorē quæ uocabatur Ephrata,quæ peperit ei Hur. Dicunt autem q ista Ephrata fuit Maria soror Moysi quæ erat binomia,sed istud uidetur falsum quia Maria senior erat ipso Moyse,q patet ex hoc quod supra dictum est 2.c. scilicet q Moyse exposito in flumine ipsa iuit ad uidendum quid accideret*

Hur.

---

## MORALITER

✱ 1 *Percutiesq.petram,&c.* Per hanc petram significatur Christus qui in cruce fuit lancea percussus,& inde exiuit sanguis et aqua, Ioā.19.f.ex quib.virtutē habēt ecclesiæ sacramenta, ī q bus cōfert aqua gratiæ salutaris qua refocillatur popul⁹ Christianus.1.Cor.x.a. *Bibebant aūt de spūal cōsequente eos petra,petra autem erat Christus.* Secundo agitur de pugna Iosue contra Amalech de qua dicitur.

5 *Dixitq.Moyses,&c. Elige uiros & egressus pu.&c.* Per Amalech qui interpretatur gēs bruta significatur caro,quia p eā homo conuenit cum animalibus brutis propter quod.j.Eth. uita uoluptuosa dicitur uita pecudū. Ipsa vero pugnat cont. spiritū.q p Israel significatur,eo q spūs natus est videre Deū hic p fidē in patria facie ad faciē. De hac autem pugna dicitur Gal.v.c. *Caro concupiscit aduersus spir.tū,spiritus aduersus carnem* Caro vero debellatur p Iosue gradiū,q gladius est sacræ scripturæ studiū fm quod dicit Ephe.vj.c. *Et gladium spiritus q est uerbū Dei*,& de hac debellatione dicit Hiero.ad Rusticum monachū. Ama sanctarū scripturarū studia,& carnis uitia non amabis. Sed ut de carne habeatur plena victoria,requirit cū hoc orō deuota

tanquam a se sibi præparatam.

a *Cumq; leuaret, &c.* STRAB. Quia cum lex mysticè intelligitur, passio Christi spiritualiter pensatur, diabolus vincit & fugatur. Cum autem remittentur manus, id est præcepta legis minus studiose exercentur, hostis insequitur.

Li. aduers⁹ Iudæos & li. 3. contra Martionē. †36.d.c.f.

✠ TERTVLLIANVS. Iam vero Moyses, quod vtique tūc tñ cū Iesus aduersus Amalec præliabatur, extensis manibus orabat residēs, quādo in reb. tam attonitis, magis vtiq; genubus positis, & manib. cedētibus pectus, & facie humi volutata, orationē cōmēdare debuisset, nisi quia illic vbi nomē Iesu dimicabat, dimicaturi quandoque aduersus diabolum, crucis habitus quoque erat necessarius, per quam Iesus esset victoriam relaturus?

†Iudi.4.c. & 34.

a In speciem crucis in qua triumphantur inimici. b Cum operatione debemus orare si uolumus hostes uincere & pro cælesti præmio, non pro terreno lucro.

derunt super verticē collis. †Cumq. leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autē paululum †remisisset, superabat Amalech.

a Quia remissis operibus bonis, ad terrena conuersis hostis victor insequitur.

a Ecclesiam uel Christum. In quo sunt septem oculi qui etiam lapis adiutorii.

Manus autem Moysi erant graues. Sumētes igitur lapidem posuerunt subter eum in quo sedit. Aaron autē & Hur sustentabant manus eius ex vtraq. parte. Et factū est vt manus ipsius nō lassarentur vsq; ad occasum solis. Fugauitq; Iosuē Amalec, & populum eius in ore gladii. Dixit autem dñs ad Moysen: Scribe hoc ad monimentū in libro, & trade aurib. Iosue. Delebo enim

a Requieuit. b Quia lex in Christo & Spiritusancto spiritualiter impleta est. a Finem mundi. a Christus. b Diabolum. a Dæmones uitia uel quoslibet persecutores. b Locutio est. c Verbi Dei. d Vel ergo. a Hic per sanctos & omnino in iudicio perijt memoria eorum cum sonitu.

✠ THEODORETVS. Quandiu Moyses intendēs precibus manus eleuabat, superior Israel erat in bello, simulatq; dimitteret, inferior. Christi q pro nobis crucifixus est typus exprimebat. Nā quemadmodum per manus serui potentias Amalechita superabat: cū eius manus extēdit in cruce, diabolicas vires retudit, subsiditq; visus Apostolorū victoriæ tropheū erexit.

Quest. 33. & 34.

✠ IDEM. Quæri solet quibus armis Hebræi aduersus Amalechitas pugnauerint, Aegyptiis in mari submersis, illorū corpora vna cum armis in littus eiecta sunt. Hæc Iudæi spoliantes in bello his vtebantur.

Libr. 3. in Exodū. c. 20. Nu. 24. Hom. 33. i Euang.

✠ RVPERTVS. Sciendum quia primus ex omnibus gentibus ille Amalech egressum ex Aegypto Dei populum gratis impugnauit. Propterea de illo Balaam in prophetia sua dicit, Principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur.

b *Sumentes igitur la. &c.* GRE. Moyses sedit in lapide, cum lex requieuit i ecclesia: sed hæc magn⁹ graues habuit, qa peccātes non misericorditer pertulit, sed seuera districtione pcussit. Aaron mons fortitudinis. Hur interpretatur ignis. mons fortitudinis Christus est, de quo dr̄ Esa. 2. c. *Erit in nouissimis diebus præparatus mōs domus domini in uertice montiū.* Ignis vero spiritussanctus, quem Christus uenit mittere in terram. Aaron ergo & Hur graues man⁹ Moysi sustinendo leuiores reddūt, qa mediator Dei & hominum cū igne spiritussācti adueniens mādata legis grauia (quę dum carnaliter teneretur portari non poterant) tolerabiliora nobis per spiritualem intelligē tiam ostēdit, quasi enim manus Moysi leues reddidit, qui pondus mādatorū legis ad veritatē confessionis retorsit. secundū illud Exech. 33. capit. *Nolo mortem peccatoris, sed ut ma. cō. & ui.* Hinc peccatrici animæ dicitur. Hiere. 3. a. *Si reliquerit uir uxorem suā, & illa recedens duxerit alterū, nunqd reuertetur ad eum ultra. Nunquid non polluta erit et contaminata mulier illa. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus.* Ecce paradigma turpis mulieris dedit, ostēdens q post turpitudinem recipi non possit sed ipsum, paradigma p misericordiā vincit, cū dicit fornicantē mulierē recipi non posse, & tñ fornicantem animā, vt recipiat, expectat. Pensemus pondus tantę pietatis, dicit quod fieri non pōt, & demonstrat quod hoc ipsum contra morē facere potest. Et euocat etiā quos inquinatos denuntiat, hos etiam amplecti quærit, a qb. se esse desertum quæritur. Inflexit ergo ad misericordiā duritiam legis, quos et iuste illa dānat, ipse misericorditer liberat.

†remittebat.

†contriuit que.

c *Delebo. n. etc.* RAB. In hoc significatur quod omnipotens Deus per legem (quam significat Moyses & de Christo, pnūtiat) deleat memoriam spiritualium hostium, vnde Psal. 11. b. *Perijt memoria eorum cum sonitu.*

a *Aedi-*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ret de puero, & dixit filia Pharaonis.* Vis ut uocē tibi mulierē Hebræā, quę nutrire possit infantulum? *Ex quo patet in natiuitate Moysi iam erat puella 12. annorum uel amplius. Moyses autem ante exitum de Aegypto iam erat* LXXX. *annorū, ut dictum est supra, 7. cap. & per consequens tunc erat Maria xcij. annorum uel circiter. De Caleb autem scribitur Iosue 14. b. quod erat xl. annorum tantum quando iuit ad explorandum terram, quod fuit post exitum de Aegypto. si igitur Maria fuit uxor eius secunda, non uidetur, quod acceperit eam antequā iret ad explorandum, tum quia non ita cito accipiebāt uxores illo tempore, sed expectabant ætatem perfectam ad generandum, tum quia oportet dicere, quod per aliquod tempus fuerit cum prima, maxime quia ex ea habuit prolem, ut habetur.* 1. *Paralipo.* 2. b. *Ex quo uidetur, quod non potuit accipere Mariam, cum iam esset, xl. annorum uel parum minus et tunc ipsa Maria erat xcij. annorum uel parum minus. Ex quo sequitur inconueniens, ut uidetur, scilicet quod domina sic antiqua & tantæ sanctitatis quia erat prophetissa, ut supra dictum est contraxisset matrimonium & maxime cum homine tā iuuene. Item dato quod contraxisset in tali ætate, non tamen potuisset concipere. Item dato quod concepisset de Caleb tamen ille puer in exitu de Aegypto non posset esse ita magnus, quod ascendisset cū Moyse in montem & sustentasset manus eius, ut hic dicitur de ipso Hur. Ex quo manifeste patet, quod non fuit filius Caleb & Mariæ. Item de ipso dicitur infra.* 24. c. Habetis Aaron & Hur uobiscum, si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. *Ex quo patet quod in exitu filiorū Israel de Aegypto. Hur iam erat magnæ prudentiæ & magni consilij, & reputatus inter seniores: & ideo ille Hur de quo est hic sermo non patuit esse filius Caleb, qui adhuc erat satis iuuenis, ut prædictum est, & ideo si dicatur quod fuerit filius Mariæ, oportet dicere quod sit de alio uiro, nec illa Ephratę de qua dictū est, potuit esse eadē cum Maria, ut satis patet ex dictis, & ille Hur filius Caleb est alius ab isto de quo hic loquitur scriptura. Et ideo mihi uidetur melius dicere cum antiquis doctoribus, quod iste Hur fuit maritus Mariæ, & idē dicit Iosephus* 3. *lib. antiquitat,* & *ideo cum Moyse ascendit in montem & sibi cum Aaron commissum est regimen populi in absentia Moysi, quia erat uir antiquus, sapiens & expertus.*

Iosephus.

1 Cumque le. &c. *Per hoc ostēditur suę orationis efficacia, & ut Deo ascriberetur uictoria.* Manus autem Moysi erant graues: *per quod designatur quod in populo sibi subdito erant aliqui peccatis aggrauati, quia secundum quod dicit Greg. secundum qualitatem subditorum disponuntur acta regentium.*

2 Fugauitque Iosue ama. *In Hebræo habetur,* Debilitauitq; *quod exponunt Hebræi dicentes quod omnes fortes de Amalec fuerunt interfecti in bello illo & non effugerunt nisi timidi & parum ualentes.*

3 In ore gladii est, *acie uel acumine gladij.*

4 Scribe hoc, &c. *id est ad memoriam perpetuam.*

5 Et trade auribus Io. *Per hoc designauit dominus, quod erat Iosue introducturus filios Israel in terram promissionis, & non Moyses.*

6 Delebo enim memoriā Amalech. *Hoc. n. factum est tempore Saulis, ut habetur.* 1. *Reg.* 15. a. *Sciendum quod glosa quædam super locum istum quæ dicitur esse Strabi, dicit quod Amalec fuit filius Ismaelis, a quo dicti sunt Amalecitę & populus Amalech. Quod autem.* 1. *Paral.* 1. *dicitur quod Eliphas primogenitus Esau genuit Amalech, dicunt sequentes dictam glos. quod fuit alius, & sunt duo eiusdem nominis: hoc dictum de sacra scriptura non habet autoritatem, sed magis contrarietatem, ut uidetur, quia Gen. 36. b. &* 1. *Paralipo.* 1. c. *dicitur expresse quod Amalech fuit filius Eliphaz primogeniti Esau, nec alius Amalech legitur. Item Iosephus* 2. *li. An dicit, quod ab Amalec filio Eliphas dicti sunt Amalechitę, hoc etiam habetur ex.* 2. *Regum.* 1. b. *ubi dicitur quod filius Doech Idumæi uenit ad Dauid nuntians illi mortem Saulis, licet enim non exprimatur ibi quod fuerit filius Doech, tamen om-*

✠ nes

Amalec.

## MORALITER.

✠ quæ significat̄ per orationē Mosi Iosue pugnante, & uirga Dei in manu, per q̄ significatur castigatio carnis q si remittatur, caro cōtra spiritū roboratur, & hoc significatur cū dicitur.

† *Sin autem paululum remisisset, superabat Amalech.* Sed quoniam istorum cōtinuatio difficilis est, ideo dicitur q manus Moysi erant graues: propter quod dicitur.

† *Aaron autem et Hur, &c.* Per Aaron qui montanus interpretatur & mediatio cælestium significatur. Per Hur q interpretatur ignis, intelligitur feruor charitatis, igitur ista duo manus graues sustentant, quia non est aliquid adeo graue, quod non faciunt illa leue, & sic de carne habetur plenitudo victoriæ.

✠ MO-

A a *Aedificauitq. Moyses altare: & vo. &c.* a Omnes diaboli victores in cordibus suis debent aras fidei ædificare, in qua spirituales hostias offerant.

✻ AVGVST. Nec bella per Moysen gesta horreat Faustus, qa in illis diuina secutus imperia, non sæuiens, sed obediēs fuit nec Deus cum iubebat ita, sæuiebat, sed digna dignis retribuebat. Quid enim culpat in bello? An quia moriūt quādoq; morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere, timidorum est, non religiosorū, nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellādi, libido dominandi, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerunque ita culpantur, vt a Deo iure puniantur.

Lib. 22. contra Faustū c. 74.

memoriam Amalech sub cælo. Ædificauitq. Moyses altare, & 1 vocauit nomen eius Dominus exaltatio mea, dicens: Quia 2 manus † solii domini & bellum † Dei erit contra Amalech, á 3 generatione in generationem.

a ¶ Populus brutus uel lingens sanguinem. a ¶ Non homo. b ¶ Fortitudo. ¶ Quia exaltatus a terra omnia trahit ad seipsum. Io. 12. c. a ¶ Potentia. b Vnde omnia opera nostra operatus est in nobis. c ¶ Malignos spiritus. a ¶ Iudæorum. ¶ Gentium. ¶ Vsque in finem: tunc enim verè implebitur. vnde Osee 13. d. Ero mors tua o mors, &c.

† Domini

† Sup thronū domini. Hebræi exponunt iurauit dominus per thronum suum. sic etiam Chal. interpretes.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ nes expositores concorditer hoc dicūt, cum interrogaretur a Dauid quis esset, respondit: Filius hominis aduenæ Amalechitę ego sū. Ex quo uidetur quod Amalecitæ sunt Idumæi, &c. non descenderunt ab Ismaele, sed ab Esau. De glos. autem Strabi vel alterius nisi sit doctor autenticus, ut Aug. & Hierony. & huiusmo. non est multum curandum maxime quando videtur a textu discrepare.

1 Aedificauitq; Mo. &c. *Hic describitur gratiarum actio pro victoria, cum dicitur:* Aedificauitq; Moyses altare, *ad offerendum, Deo hostias pro gratiarum actione.*

2 Et vo. &c. *non quia nomen domini conueniat ipsi altari, sed denominatum est ab effectu ipsius domini ex altantis populum Israel, & Amalec deprimentis, propter quod subditur.*

3 Quia ma. so. &c. *id est, potestas throni eius.*

1 Aedifi-

Moraliter.

CAP. XVIII. Cvmq; audisset Ie. &c. Quod Moyses liberaturus filios Israel dimisit vxorem & filios quos postea in deserto recipit, significat quia prædicatores cum mittuntur ad opus prædicationis, debent se a sollicitudine temporali exonerare, cū vero postea ad episcopatum vel ad aliam dignitatem assumūtur, tunc pro sibi subiectis sollicitudinē tam in spiritualibus quam temporalibus gerere debent.

✻ CYRILLVS. Iethro sacerdos erat in ea religione quæ tunc temporis legitima habebatur ex opinione multitudinis, existimans se vero & altissimo Deo supplicare, qualis ēt ille Melchisedech. Venit is ad Moysem in desertum, cū reciperet quæ populo suo mirabilia Deus fecisset. Neque id abs re. Nam cum Ietro typum gerat exterarū gentiū, eos nimirum designat, qui ex auditu vnde oritur fides, ad Christum accesserint. quos tātū abest, vt Christū amoueat a se, vt obuiā procedat & amplectatur.

EPIPHANIVS. Ex quo Moyses personā, induit prophetæ, abstinuit ab vxoris concubitu.

a *Venit, &c.* ORIGEN. Alia litera. *Post hæc venit ad montem Dei Moses, & Ietro sibi occurenti exijt obuiam de castris, nec ducit eum ad montem Dei, sed ad tabernaculum suum.* Non enim poterat sacerdos Madian ascendere in mōte Dei, sed neci Aegyptū descēdere, nec vxor Moysi, sed ☞ nunc

†Socer, ubiq; in hoc cap. te lege socer, non cognatus.

B † Sup. 2. d.

Ex cathena Greca in Exodū.

Ibidem.

Hom. 11.

† Deus.

† & Moyses.

## CAP. XVIII.

CVMQVE audisset Iethro sacerdos Mediā † 1 cognatus Moysi omnia quæ fecerat † do- 2 minus Moysi & Israel populo suo, quod e- 3 duxisset dominus Israel de Ægypto, tulit Se 4 phoram vxorem Moysi, quam remiserat, & 5 duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersan, dicente patre: † Aduena fui in terra aliena. alter vero Eliezer. Deus enim ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis a Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filii eius & vxor eius 6 ad Moysen in desertum, vbi erat castrametatus iuxta montē Dei & mādauit Moysi dicēs: Ego cognatus tuus Iethro venio 7 ad te, & vxor tua, & duo filii tui cū ea. Qui † egressus in occur 8 sum cognati sui, adorauit, & osculatus est eū, salutauerūtq; se 9

a ¶ Victo Amalech. a ¶ Ecclesiam. b ¶ Christi uel prædicatorum. c ¶ Vt expeditior esset in opere domini. ¶ Vtrumque populum. a ¶ Quia significat eos qui dicunt: Aduena ego sum apud te & peregrinus sicut omnes patres mei. Ps. 38. a ¶ Quia significat eos qui dicunt: Adiutor meus & liberator meus es tu domine ne mor. Ps. 69. a ¶ Veneratus est.

## NICOLAVS DE LYRA.
### Cap. XVIII.

Divisio.

CVmque audisset Iet. *Postquam descripta est promissio alimenti, & repressio aduersarij, hic consequenter describitur gubernatio populi, & primo describit aduentus cōsultis secūdo assensus præsidentis. ibi: altera autē die Prima ī tres, qa primo describitur aduetus Iethro amicabilis, qa ex bonis quæ dominus fecerat Israeli, motus fuit ad veniendum & congaudendū, & hoc est quod dr.* 1 Cumque audisset Ie. *Iste habuit plura nomina, vt dictum est. supra 4. cap.* 2 Sacerdos Madian. *id est, maior vt dictum fuit ibidem.* 3 Cognatus Moysi *id est, affinis, vnde in Hebræo habetur* חתן *hoten, Socer Mosi & similiter in sequentibus, vbi cognominatur cognatus.* 4 Omnia quæ fecerat dominus Mosi, &c. *scilicet in Aegyptiorum flagellatione, & in maris diuisione & in Amalech debellatione, &c.* 5 Tulit Sephoran uxo. &c. *Dictum fuit supra 4. ca. quod ipsa dereliquit eum. dicendum quod fuit de voluntate Moysi, quia aduertit quod vxor sua & filij non essent sibi nisi oneri in negotio, pro quo ibat in Aegyptum, & ideo hic dicitur quod remisit eam.* 6 Venit ergo Iethro cognatus Moysi *Dicunt aliqui Hebræi quod non uenit ante legem datam, nec primo anno egressionis de Aegypto, sed anno secundo post legem datā, & quod dicitur hic venisse. hoc est per anticipationem. Alij autem dicunt, quod venit ante legē datam & primo anno, & hoc uidetur probabile, qa terra sua nō longe erat à monte Sinai, vt patet per illud quod dictum est supra 3. cap. quod Moyses pascens oues Iethro, minauit gregem ad interiora deserti & venit ad montem Dei Horeb, qui est mons Sinai, & ideo audita magnificentia Moysi generi sui, non est verisimile quod tardosset per annum venire ad ipsum.* 7 Et mandauit Moysi. *s. aduentum, suum, non enim voluit subito intrare castra Israel, vt ipse & filia sua & nepotes honestius reciperētur, maxime quia honor iste in Moysen reuertebatur. Secundo describitur eius honorabilis receptio cum dicitur.* 8 Qui egressus in occursum cognati sui, &c. *& non est dubium quod maiores de populo ierunt cū eo ad honorandum socerum suum & uxorem.* 9 Salutaueruntq; se mutuo pacificis uerbis. *id est, amicabilibus quia inter eos non erat ante discordia.*

✻ 1 Cumque

## MORALITER.

✻ 1 Cumq; *audisset Iethro sacerdos Madian cognatus Moysi, &c.* Te Ietro qui erat Gētilis & honorabilis īterpretatur, secularis virtuosus intelligit, talis enim est honorabilis nam honor est p̄miū virtutis iiij. Ethicorum. Talis autem audiens bona, q̄ facit domin⁹ exeūtibus de seculo per religionis ingressum, q̄ significatur hic per egressum de Aegypto, & ingresū deserti, cōcipit aliquādo propositū similiter faciendi, propter q̄ uenit ad Moysen, id est, ad illius religionis superiorē, volēs accipere statum illum, sicut Iethro de Gētilitate conuersus fuit ad Iudaismū. Et quoniam talis est charitatiue recipiēdus, ideo subdit, q̄ Moyses, id est, religionis prælatus occurrit ei & osculatus fuit eū, & quod narrauit ei vniuersum laborem, qui accidisset ei in itinere. Prælatus enim accipiens aliquē ad religionem, oīa grauia religionis sibi dēt exprimere, & si fuerit promptus ad sustinendū recipitur eius sacrificium quod facit de seipso per religionis ingressum, secundū illud Roma. xij. *Exhibeatis corpora vestra hostiam, &c.* Et hoc significatur cum dicitur.

nunc ad eũ venit cum filiis. Non enim poterat descendere in Aegyptũ, & subire agones Aegyptiorũ, nisi athleta probabilis, & qui in agone contendens ab omnibus se abstinet. Moyses qa magnus & potẽs athleta descẽdit in Aegyptũ ad agones & exercitia virtutũ Abrahã, & Iacob quoq; q ipso noĩe athleta est, cum descendisset in Aegyptũ, factus est si cut stellæ cæli in multitudine: aliis in contrariũ cedit descendisse in Aegyptum. Scio Hieroboam fugientẽ a Salamone descendisse in Aegyptum & scidisse & corrupisse populum Dei, quia descendens in Aegyptũ accepit à Susachim rege uxorẽ Tethimenẽ uxoris eius sororẽ.

A Descendere in Aegyptum.

*quæ. †& quod.

a ✣ *Cumque intrasset*: HVGO VICT. Quidam sunt qui intelligunt hoc de tabernaculo domini, & dicunt hoc esse dictũ per anticipationem, sed non oportet, neque enim unquam in tabernaculo Domini immolauit, vel etiam illud intrauit, quia Gẽtilis erat.

† de pœn. dist. 1. c. renit.

B

b *Obtulit. &c.* AVGVSTIN. *Et sumpsit Iethro socer Moysi holocausta, &c.* sũpsit pro obtulit posuit: an fortè sensus est non locutio, ut ea sumpsisse intelligatur obtulisse, quamuis Moyses non legat sacrificasse nec Aaron, nec quisquam Hebræorũ q educti sunt de terra Aegypti, sed tamẽ superius dictum est, quod altare constituit Moyses Iethro autẽ legim^9 sacerdotum fuisse Madiã. id est, gentis Madian. Mirũ est aũt si ad eius aduentum cœpit sacrificare Moyses, & non potius ipse qui sacerdos erat.

In locutionib. Locu. 8. 5.

c *Veneruntque &c.* ORIGENES. Alia litera: *Venerunt*, inquit *presbyteri Aaron, & omnis Israel manducare panẽ cũ socero Moysi in conspectu Dei*, non omnes manducant panẽ in conspectu Dei, sed q presbyteri sunt, qui seniores. i. qui perfecti sunt in meritis probati, q siue manducãt, siue bibunt, ad gloriã Dei faciũt. Omne ergo quod faciũt sancti, i cõspectu Dei faciunt, peccator a cõspectu Dei fugit. Adã postquã peccauit, fugit a cõspectu domini, & interrogatus respondit. Gene. iij. b. *Audiui domine uocem tuã, & abscõdi me, quia erã nudus.* Cain exiuit a facie domini, quia indignus erat cõspectu Dei, prẽterea q pleniorẽ sciẽtiã Dei accipiũt. Qui malũ facit, corã Deo facit. Vnde Psa. l. a. *Tibi soli peccaui, &c.* Qui malũ corã Deo facit, cõtinuo penitet & dicit peccaui. Qui descendit à cõspectu Dei, nescit cõuerti: & peccatũ pœnitendo purgare. hoc ergo interest inter malũ corã Deo facere, & a conspectu Dei discedere.

Vbi supra. Moraliter

C

D

a mutuò verbis pacificis. Cumq; intrasset tabernaculum, narrauit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Deus Pharaoni & Aegyptiis propter Israel, vniuersum * laborem, qui acci-disset eis in itinere † quo liberauerat eos dominus. Lætatusque est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat dominus Israeli, eo quod eruisset eum de manu Ægyptiorum, et ait. Benedictus dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populũ suũ de manu Ægypti. Nũc cognoui quia magnus dominus super omnes Deos, eo quod superbè egerit contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: † Veneruntq. Aarõ & omnes seniores Israel, vt comederent panẽ cum eo coram † domino. Altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi de mane vsque ad vesperam. Quòd cum vidisset cognatus eius omnia, scilicet, quæ agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? Cur solus sedes & omnis populus præstolatur a mane vsque ad vesperã? Cui respondit Moyses. Venit ad me populus, quærens † sententiã Dei. Cũq. acciderit eis aliqua disceptatio, veniũt ad me, vt

a ¶ Primi Prædicatores. ¶ Gentili populo, vel prædicatoribus de gentibus. b Diabolo.
a ¶ Vel ministris diaboli. b ¶ Sanctos Deum videntes. c ¶ Quem refert Paulus sibi accidisse, cum in infirmitatibus suis gloriatur. 2. Cor. 11. g.
a ¶ Quo transitur de mundo ad cælum. b ¶ Quia fidelium cor vnum & anima vna. Act. 4. f.
¶ Cui omnia ascribuntur non nobis.
a ¶ In hoc miraculo. b ¶ Gentilium quos colebant, vel super sanctos qui participatione beatitudinis benedicuntur dij.
¶ Panem manducauit.
a ¶ Sacrificium Deo spiritus contri. &c. Psal. 50. d. b Quando licitè vtuntur mandatis. ¶ Quando ex toto mundum relinquunt. c ¶ Sacerdotalis ordo.
a ¶ Primitiui populi. ¶ Verbi ad honorem Domini.
a ¶ Quasi magister. b ¶ Doctores legis, qui sedentes. i. quiescentes mente iudicant tumultum populi.
a ¶ Quasi iudicando descendi. b ¶ A principio mundi vsque ad finem, nunquam enim deficit lex naturalis nec deficiet.
¶ Alias agis in populo.

IDEM. Nõ frustra venit Iethro ad Moysen, nec frustra manducauit panẽ cum senioribus populi in cõspectu Dei, dat Moysi consilium probabile & vtile, vt eligat viros, & constituat principes populi Deũ colentes, potentes, & odientes superbiã. Tales enim oportet esse qui superbi nõ sint & superbiã oderint, id est, vt non solum ipsi absque vitio sint, sed in malis oderint uitia, non homines dico, sed vitia.

✣ AMBROSIVS. Moĩe magistro usus est populus Iudæorũ quotidie in sermonibus suis, a mane vsq; ad vesperam iudiciũ Dei operiẽdo. Quod videns cognatus esse intolerabile, consiliũ dedit negotia cõsum mundi, partito cum aliis onere, q ad hoc mi nus electi sũt noctibus ac diebus recensero scripturas diuinas, quia & si quid aliud seniorem interrogaueris, nescit nisi scripturæ seriem resultare. Et tu Christiane dormis, cui magister est Christus. Quãdiu te somnus, quãdiu te secularia tenẽt, quamdiu terrena? Diuide saltem Deo & sæculo tempora tua, vel quãdo non potes agere in publico, quæ sunt huius mundi, & tenebræ prohibent noctis, Deo vacato, indulge orationib. & ne obdormiscas psallito, somnum tuum bona fraude fraudato, mane festina ad Ecclesiam.

In Psa. 118.

† Deo.

F

† Deum.

d *Coram. &c.* AVGVS. Quæritur vbi quandoquidem nec taber naculum fuit, nec arca testamenti, quæ postea sunt instituta, neque hoc de futuro dictum accipere possumus, sicut dictũ est de manna quod positum est in uase, scilicet aureo. Ergo id ante Deum debemus accipere factum, quod in honorem domini factum est.

Quest. 66.

F

a *Ostendam*

NICOLAVS DE LYRA.

✣ 1 Cumq; intrasset in tabernaculũ, &c. *honestius enim & magis seriose dixit sibi in domo quam dixisset in via.*

2 Vniuersum laborem. *pro defectu victualium & insulti Amalech. Tertio describitur ipsius Iethro deuotio laudabilis, cum dicitur.*

3 Lætatus est Iethro super omnibus. *Ex quo patet, quod habebat fidem vnius Dei ueri. Vnde ait.*

4 Benedictus dominus qui liberauit uos de manu Aegyptiorũ, &c. Nũc cognoui quia magnus dominus super oẽs Deos. *Per mirabilia enim audita totius naturæ creatæ uirtutem transcendentia, cognouit quod ipse est solus Deus uerus, & non solum confessus fidem suam ore, set etiam opere, unde subditur.*

5 Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocau. *victimæ sunt quæ totaliter incenduntur ad honorem diuinum.*

6 Et hostias Deo, *scilicet pacificas, quarum una pars incendebatur, altera erat sacerdotis, altera ab offerentibus comedebatur, unde subditur.*

7 Veneruntque Aaron, &c. *Vt honorarent eum, maxime quia erat de nouo conuersus ad fidem & ritu Hebræorum, vt in fide magis solidaretur. per panem autem hic intelligitur omnis cibus ut frequenter dictum est.*

8 Coram domino. *coram illo paruo tabernaculo, de quo dictum est supra. 16. vel coram altari ubi obtulerat holocausta.*

9 Altera autem die. *descripto aduentu consulentis, hic consequenter describitur ascensus præsidentis, ubi præmittitur consultationis occasio, cum dicitur,* Altera autem die, *i. post oblationem Iethro.*

10 Sedit Mo. &c. *Debet enim iudicium fieri in tranquillitate rationis non in motu passionis, & hoc designatur per sessionem propter quod iudices debent dare sententiam sedendo.*

11 Quia f. &c. *propter negotiorum multitudinem.*

12 Qui est, &c. *Ac si diceret non est bonus procedendi modus. Vnde sequitur.*

✣ 1 Non

MORALITER.

✣ 5 *Obtulit ergo Iethro cognatus &c.* id est, sibi fraternitate religionis coniunctus.

6 *Holocausta & hostias.* Deo Per hoc autem quod sequitur postea autem per verbum Iethro. d.

✣ 7 *Prouido*

a Ostendam præcepta, &c. IDEM. Quæri potest quo hic Moyses dixit. Cũ lex Dei adhuc nulla esset scripta, nisi q lex Dei sempiterna est, quam consulunt oẽs pie nuētes, vt ꝙ in ea inuenerint uel faciant vel iubeant vel uetent, secundũ quod illa incõmutabilis veritas præcepit. Nunquid.n. Moyses quãuis cũ illo loqueretur Deus, per singula credendũ est, quod consulere soleret dominũ, si quid esse in disceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum in iudicandi negotio a mane vsque ad vesperam detinebat, & tamen nisi præsidentẽ mẽti suæ dominũ cõsuleret, & legem æternam attenderet iuste iudicare non posset.

a iudicem inter eos & ostendam præcepta Dei & leges eius. At ille: Non bonam, inquit, rem facis: † Stulto labore consumeris, & tu & populus iste qui te cum est: vltra vires tuas est b negotium: solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba c mea atque consilia, & erit dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent: vt referas quæ dicuntur ad eum, ostendasque populo cæremonias & † ritum colẽdi, viáque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. d Prouide autem de omni plebe viros † potentes & timentes e Deum, in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiam: Et constitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore.

Aliàs sapientes. a Formam boni iudicis præscribit. a Qui sibi subiectis bona tribuunt: qui Græce † chiliarchi, Latine dicuntur millenarij. b Qui Græce † hecacontarchi. c Qui & † pentecontarchi. a Qui super denos. Qui Græce † decharchæ. b Priuatas causas populi. c Beati qui custodiunt & faciunt iustitiam in omni tempore. Psal. 105.

Quæst. 67. † cadendo eadẽs, i. huic grauioneri succumbes. † Coram Deo vt referas lites eius ad Deum, ca. 8. de re iu. lib. 6. † Leges iudiciaq; eius viam. Quæst. 68.

b Sed au. &c. IDEM. Prima quæstio est. cur Deus famulũ suum, cũ quo tanta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri. in quo scriptura nos admonet. q quelibet, detur consiliũ veritatis nõ debere cõtẽni. Videndũ ẽt, ne fortè ibi uoluerit Deus ab alienigena moneri. s. Moysen, ubi posset tentari superbia. Sedebat in iudiciaria sublimitate. hũc .n. [illegible] Iethro [illegible] iussit eos eligi ad iudicãdũ qui odissent superbiã [illegible] obseruandũ ꝙ alibi scriptura dic. [illegible] Fili ne in multis sint actus tui. satis hic apparet. Verba quoque Iethro [illegible] Nunc ergo itaq; audi me consil. [illegible] Deus tecũ. Vbi mihi uidetur significari nimis intentũ humanis actionib. animum Deo quodammodo [illegible] plenior quanto in superna & æterna liberius extenditur.

B

Quæst. 69. c Esto tu populo, &c. IDEM. Quod vero adiungit: Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, & referes verba eorum ad Deum, & testaberis eis præcepta Dei & legẽ eius, & demõstrabis eis vias in quib. ambulabunt in eis, & opera quæ facient cum populo [illegible] esse demonstrat. nõ n. ait: Vnuscuiusq; verba referes ad Deum, sed verba eorum, cũ supra dixisset: Esto tu populo in his quæ ad Deum sunt. Post hæc admonet, vt singulorũ negotia quæ inter se habebant deferant electis scilicet potẽtib. viris Deum colentib. iustis qui oderunt superbiam, quos cõstitueret super millenos, alios super cẽtenos, alios sup quinquagenos, alios super denos, sic à Moyse remouet periculosas occupationes. Nec istos grauauit cũ mille haberẽt, vnũ sup se, & sub illis alios. 10. & sub eis 20. & sub eis alios ꝗ. vt vix aliquid ad singulos præpositos perueniret, ꝙ iudicari necesse esset. Insinuatur ẽt humilitatis exemplum, ꝙ Moyses cum quo Deus loquebatur, non fastidiuit, neq; cõtempsit alienigenæ cõsiliũ. quis & ipse Iethro, cũ Israelita non fuisset, vtrũ inter viros vnũ Deũ colẽtes religiosq; sapientes habẽdus sit, sicut Iob, merito quæritur, imo credibilius habetur. Ambigue.n. posita sunt verba, utrũ sanctificauerit Deo vero in populo eius, qñ vidit generũ suũ, uel utrũ eum adorauerit ipse Moyses, quis de adoratione si expresse positum esset, honor videret socero redditus, sicut solet hominib. honorificẽtiæ cã exhiberi. Quod aũt dicit grãmatoeisagõgas, quos decuriões, nõ facile sciri põt, qñ hoc nomẽ in nullo usu habem⁹, vel officiorũ vel magistrorũ. Nam

C

Nam quidã doctores interpretati sunt literarũ qui s. introducant in literas sicut Grecũ vocabulũ sonat. Hic tamen significat ante legẽ datã Hebræos literas habuisse, quæ qñ cœperint nesciò vtrũ valeat indagari. Quidã putãt eas à primis hominib. cœpisse, & perductas esse ad Noe, atq; inde ad parentes Abrahæ, deinde ad populum Israel: sed vnde hoc probari possit, ignoro.

D

d Prouide autem, &c. Ad custodiã humilitatis ab alienigena instruitur, ne qui tot arcana Dei ab ipso Deo discebat extolleretur, & putaret se humano cõsilio non egere. Prefigurabatur etiã ꝙ doctrina gentiũ Iudæorũ scientiam & superbiã superaret, & quæ in lege deerãt, fideles ex gentib. cõplẽda suggererent, & spiritualẽ intellectũ ad legẽ Dei afferret. Sciebat quoq; Moyses, quia hunc populum lex audiret, & faceret quæcunque diceret, legis quoq; diminutio suggerente euangelio fieret.

Quando [illegible] † fortes.

e Et constitue, &c. ORIG. Ordinabis, inquit, eos tri. &c. Et iudicabunt populũ oĩ hora, veruntamen ꝙ grauius fuerit, referet ad te. Audiant principes populi, & præsbyteri plebis, ꝗ debent oĩ populum iudicare, semp & sine intermissione sedere in iudicio, dirimere lites & reconciliare dissidentes, in gratiã reuocare discordes. Discat vnusquisq. ex scripturis sanctis officiũ suũ. Moyses, inqt, ut sit in his ꝗ ad Deũ sunt, & uerbũ Dei edisserat populis. Cæteri vero principes quos appellauit tribunos qa tribui psunt. Vel cẽturiones vel quinqgenarii, q psint minorib. iudiciis, ꝗ ad singulos ptinẽt dirimẽtes. Quã figurã ẽt in futuro seculo seruãdã puto. Vñ Mat. xix. d. Cũ sederit fil. ho. super thronũ maiest. suæ sede. & uos super se. 12. &c. Vides ergo qa nõ solum dñs iudicat, cui oẽ iudicium dedit pater. Io. 5. d. constituit principes q iudicẽt de minorib. causis, verbum autẽ ꝙ grau⁹ fuerit, referãt ad ipsum. Iõ dicit dñs de quodã Mat. 5. c. qa reus erit cõci. de alio autẽ ibid. 12. c. Reus e.g. ig. Sed & de oĩ uerbo otioso dicuntur reddere rõnẽ. Et iõ nõ dixit est, qa Deo pstabimus rationẽ, sicut de piurio. Reddes autẽ domino iuramẽta tua. Mat. 12. d. Regina quoq; Austri surget in iu. cum ui. gene. huius & condẽ. e. Ecce aliud genus iudicii. Mat. 13. f. Qui habet au. audi. hæc enim omnia vmbra sunt celestium & imago futurorum.

Hom. 11. Mat. 5. c.

E

IDEM. Sicut scriptum ẽ. Eccle. i. b. Non satiabitur oculus visu, nec au. au. nec nos satiari possumus cõsiderando q scripta sunt quibus nos edificet. ꝗtis nos modis instruat. Cum.n. cõspicio ꝙ Moyses ppheta Deo plenus, cui Deus facie ad faciem loqbat, cõsilium accepit a Iethro socero sacerdote Madiã, admiratiõe nimia obstupesco. Audiuit.n. Moses uocẽ soceri sui, & fecit ꝗcunq. dixit ei Nõ dixit, quia De⁹ mihi loquitur quid agere debeã, quomodo ab homine cõsilium accipiã, & ab homine Gentili alieno a populo Dei: & non quis dicat, sed quid dicat auscultat. Nos ergo si inuenimus aliquid sapienter a Gentilib. dictũ, nõ cũ autoris nomine spernamus & dicta, nec qa legem Dei tenemus, cõuenit nobis tumere supbia, & spernere prudentiũ uerba, sed oĩa probantes ꝙ bonũ est, teneamus. Qui aũt hodie populis præsunt, nõ dico si iã eis aliqua à Deo reuelata

Vbi supra. Exo. 33. c.

F

Nu 12 a.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Non bo. &c. Non est intelligendũ, quod res esset de se mala, imo bona, sed melius fieri poterat, ut ostenditur infra, minus autem bonũ, comparatum ad maius bonum, habet rationem defectus & per consequens mali aliqualiter, sicut minus malum comparatum ad maius habet rationem eligibilis, & per consequens rationem boni, aliquo modo. Secundo proponitur ipsa consultatio cum dicitur. 2 Sed au. uer. &c. id est, melius guberna his populum à Deo tibi commissum. 3 Esto tu. &c. accedendo scilicet ad Deum pro populo & voluntatem ipsius audiendo pro populi directione. Ideo subditur. 4 Vt re[illegible] scilicet populo. 5 Ostendasq; &c. quantum ad celebrationem diuinum solennium. 6 Et ritum colendi quantum ad aliud offerendi & sacrificandi. 7 Viamq; per quam ingre. de. quantum ad credenda. 8 Et opus quod fa. de. quantum ad mores & agenda. 9 Prouide autem. Cum magna diligentia & deliberatione: 10 De omni ple. absque personarum acceptione. 11 Viros. quia mulieres non debent dominari nec regere propter defectum discretionis & constantiæ. 12 Potentes s. in actu personam sapientiam & experientiam, Vnde & alia translatio habet sapientes vbi nos habemus potentes. 13 Et timentes Deum. magis quam mines. 14 In quib. sit ueritas. s. vitæ, iustitiæ, & doctrinæ. 15 Et qui oderint auari. quia homines cupidi propter munera de facili deflectunt a iustitia. 16 Et consti. ex &c. Tribunus est qui præest mille hominibus. 17 Et centu. Centurio præest centum. 18 Et quin. &c. quinquagenarius q præest 50. et decanus 10 in populo ut [illegible] sexcenta millia peditum, ut sup. dictũ est 12. c. Ex quo concluditur, q ibi fuerũt sexcenti tribuni, & centuriones sex millia, & quinquagenarii 12. millia. et decani [illegible] mil.

Cõtra mulierum regimen.

MORALITER.

✱ 9 Prouide, &c. Instruuntur principes & plati amouere sine personarum acceptione iosephes pro regimine [illegible] hic positas in sensu literali qui [illegible] moralis est, vt patet intuenti.

✱ 4 Quibus

reuelata sunt, sed si in scientia legis aliquid meriti habent, cõsilium dedignant inferioris, etiã sacerdotis, nedum laici, nedũ Gentilis, sed Moyses qui erat mansuetus super oẽs homines accepit consilium inferioris, vt principib. daret formã humilitatis, & signaret imaginẽ futuri sacramenti. Sciebat quãdo que futurum, vt Gentiles bonum consiliũ proferent, apud Moysen bonũ & spiritualẽ intellectũ, afferentes ad legem, & audiret eos lex faciens omnia quæ dicerent. Nõ enim põt facere lex, a sicut Iudæi dicunt, quæ infirmatur lex incarne, id est, in litera, & nihil potest secundũ literam. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Hebr. vij. Secundum hoc autem consilium quod nos afferimus ad legem, possunt oĩa spiritualiter fieri, & sacrificia offerri, quæ modo carnaliter nõ possunt, põt lex sẽper spiritualiter seruari. Sicut ergo intelligimus, sentimus, & cõsilium damus, omnia facit lex, secundum literam vero non omnia, sed pauca.

Chrysostho. Etiã si sis perfectus, opus est tibi consilio & aliquo q te arguat. Neq; n. Moysi facile par fueris, qui erat mitissimus, Deo amicus, & in externa philosophia bene institutus, & nõ minus spiritualium intelligentia insignis. Cõsiliarijs omnes opus habent, etiam si Moysi pferri nõ possint. Multa enim sunt quæ magni & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui abiectiq; scire solent.

a Moy. fe. &c. Vir Deo familiaris sapientissimus nõ erubescit a minori & Gẽtili doceri, formã doctorib. præbuit, ne a quibuslibet erubescãt erudiri.

b Quicquid, &c. Aud. Aliud verbũ, aut graue referebãt sup Moysẽ sic em habet Græcus sermo q Latini interp̃tati sunt, ad Moysen. Illa sane locutio ipsa et cura figurat, qua dictũ est sup Moysen, veluti onus significãt ei impositũ. Verbum autẽ graue dictum est, p̃pe graui.

*Sermo de ferẽdis reprehensionib. & conuersatione Pauli.*

*Nota.*

Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora *(Graues quæstiones & communes. Placitus in nõ minor est ad singula sensus.)* tantummodo iudicent, leuiusq; tibi sit partito in alios onere. 1 Si hoc feceris implebis imperium † Dei, & præcepta eius poteris † sustinere, & omnis hic populus reuertetur cum pace ad loca 2 3 sua. 4 Quibus auditis, 5 Moyses fecit omnia quæ ille suggerat. 6 Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicabant plebem b omni tempore. Quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. 7 Dimisitque † cognatum suum, qui reuersus abiit in terram suam.

*† domini. † Sustentare. † Moyses socerum. † domini. † ergo. Locu. 88. in Exod.*

*Nota.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si hoc fe. &c. ordinate gubernando populum tibi commissum a Deo. 2 Et omnis, &c. reuer. bona habita negotij, negotijs expeditis. 3 Cum pace ad loca, per hoc n. quod honores a præsidente communicantur alijs secundum gradus suos, est maior pax in populo. 4 Quibus au. &c. Hic tertio ponitur consultationis adimpletio, cum dicitur: 5 Fecit omnia quæ ille sug. Ex quo datur exemplum quod bonum consilium inferioris non est contemnendum. Moyses. n. qui erat dux populi, ita Deo propinquus quod loquebatur ei sicut homo ad amicũ suum, tamen fecit ipsius Iethro consilium. 6 Et electis uiris, &c. Deinde n. dicitur quod populus elegit illos, & ex dum quod Moyses hanc electionem populo commisit, quia per experientiam cohabitationis cognoscebant melius conditiones vicinorum suorũ illam etiam electionem Moyses approbauit, & ideo dicitur hic elegisse, quia autoritate eius electio illa facta fuit & approbata, & patet litera vsque ibi. 7 Dimisitque co. su. id est, socerum suum, qui reuersus abijt in terram suam. Illi qui dicunt quod Iethro uenit ad Moysen primo anno egressionis de Aegypto, quod est probabilius ut dictum est, dicunt quod non redijt ad terram suam usque ad annum sequentem, ita quod fuit cum populo Israel per annum, & ideo eius reditus ponitur hic per anticipationem, & hoc est magis probabile, tum quia erat nouiter ad iudicem conuersus, ut prædictum est, & ideo debebat plenius instrui, & maxime, quia illo anno erat lex danda a Deo, tum quia uidens generũ suum in tanta gloria, & per consequens filiam suam & nepotes suos, est uerisimile, quod recederet ab eis.

## MORALITER.

4 Quibus audi. &c. ostenditur quod quando prudentes & literati homines ueniunt ad Religionẽ, cõsilium eorum propter bonitatem non est cõtemnendum, sed grauiter accipiẽdum.

## ADDITIO.

In cap. 18. vbi dicitur in postilla: Tulit Sephoram vxorẽ Moysi. Qualiter sit intelligendum quod dicitur hic: Tulit Sephoram uxorem Moysi quam remiserat, dictum fuit supra 4. c. in additione. 3.

## CAP. XIX.

Mense tertio, &c. ORIGENES. Ad literam. Mensis autem tertij exitus filiorum Israel de terra Aegypti, hac die venerunt in eremum Sina, & profecti sunt ex Raphidim, & venerunt in eremum Sina, & applicuit ibi Israel cõtra montem: & Moyses ascendit in montẽ Dei, & uocauit eũ dominus de monte dicẽs: Hæc dices domui Iacob, et nunciabis filijs Israel & c. & paulo post, descende & contestare populo, et purificabis illos hodie & cras, et lauent uestimenta sua, & sint parati in diem tertiam. Tertia n. die descendet dominus in montem Sina coram omni populo, hoc die redditur data lex quæ in tabulis lapideis scripta est, digito Dei, sicut sequẽtia docet. Dies autem iste, tertius apparet tertij mensis ab exitu filiorũ Israel de Aegypto. Ex quo die pascha fecerũt, i. agnum immolauerunt, & ederunt, q fuit quartus decimus primi mẽsis, vsq; ad istũ quo lex datur dies. 50. numerãtur 17. s. primi mẽsis, reliqui ab ipso 14. Deinde omnes 30. secundi mensis qui fiunt xlvii. & tertius tertij mensis qui a solennitate occisi agni quinquagesimus est, ac per hoc in ista vmbra futuri secundum agni immolationem die festum, quia quinquagesimo die lex data est, scripta digito Dei. Ita in illa ueritate noui testamẽti a festiuitate immolati agni Iesu Chri. 50. dies numerãt vbi spũs sanctus de altissimis datus sit, q est digit⁹ Dei.

*Historice.*

Mense tertio egressionis Israel de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. 1 2 Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrameti sunt in eodem loco. 3 *(Ignis. Rubus vel tentatio.)*

a In die hac, &c. Quadragesima. i. septima die postquã egressi sunt de Aegypto prima die, scilicet lunæ peruenerunt ad mõtẽ Sina, ubi que peractis duobus dieb. quibus sanctificati sunt ad munditiam corporis, ibi. Aut n. dominus iam nũc ueniam ad te. Circa primum dicitur.

*Num. 30*

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XIX.

Mense tertio. Postquã descripta est eductio populi Israel de Aegypto hic consequẽter describitur legis datio, vbi primo p̃mittitur p̃paratio plebis, secũdo subditur datio legis, xx. c. Adhuc primo disponitur p̃paratio populi per munditiã, secũdo p reuerẽtiã, ibi: Iã aduenerat. adhuc primo inducitur populus ad munditiam mentis, secũdo ad munditiam corporis, ibi: Ait n. dominus iam nũc ueniam ad te. Circa primum dicitur.

1 Mense tertio egressionis, in die hac, i. prima die mensis tertij. 2 Venerunt in solitudinem Sinai. Vbi lex erat danda. 3 Castrametati sunt. i. terram mensurauerunt in qua ponendæ erant castra, quia secundum ordinationem illorum qui erant deputati ad hoc, assignabatur cuilibet capitaneo familiæ locus maior uel minor, secundũ quantitatem tentorij sibi necessarij, & familiæ suæ. Ibi:

*Diuisio.* *Castrametati.*

## MORALITER.

1 Mense tertio egressionis Israel de terra Aegypti. In hoc capitulo agitur de dispositione populi ad legem domini recipiendam, quæ data fuit quinquagesima die ab egressu populi de

tertio.i.quinquagesimo,legẽ acceperũt,& hæc est Pẽtecostes.

A RABB. In Sinai vni mansio fuit,sed inter omnes maxima. Ibi.n.lex accepta,tabernaculũ erectum. Ibi Exodus,& maxima pars Leuitici omnesq; libri legis penè conscripti sunt.

a *Moyses autem &c.* GREGORIVS. Alia litera: *Moysi autem ascendit in montem, & dominus descendit ad eum.* Mons altitudo contemplationis est, in quem ascẽdimus, ut ad ea quæ ultra in firmitatem nostram sunt intuendo subleuemur. Sed domin⁹ descẽdit,quia sanctis multum proficientibus,† parum aliquid de se aperit.

Lib.6. moral.cap.26

† Paruum

b *Alas Aquilarum.* vocat doctrinas duorum testamẽtorum quę nos ab infirmis ad cęlestia portant.

B

† in peculiũ prę, vel thesaurus dilectus, prę.

✱ EVCH. Alas habere dicitur Deus, pro eo quod more auis electos suos tãquam pullos sub se colligit & fouet,& ab insidiis diaboli & malorum hominum protegit. Vnde propheta, *Sub vmbra alarum tuarum protege me.*

Lib.de formulis spiritualibus

Inf.25.a.

c ✱ *Eritis mihi. &c.* THEO. Quemadmodum enim Leuitas, cum & ipsi Israelitę essent, prę aliis tribubus honorauit,& in diuinũ separauit ministerium, nõ quod alios,

Quęst.35.

C

a ibique Israel fixit tentoria è regione montis. Moyses autem 1
a Proprium est sanctorum montes diligere & incolere, quorum conuersatio est in cælis. Ph.l.4.d.
ascendit in montem ad Deum. Vocauitque eum dominus de 2
a Actiuis.
monte, & ait: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filiis 3
a Contemplatiuis. Pœnas Aegyptiorum commemorat. & quæ populo suo præstitit beneficia, vt timeant omnipotentem,& diligant benefactorem.
Israel. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo por- 4
a Velocissime. b Moysi & Aaron. Sicut aquila prouocans pullos ad volatum,&c. Deut. 32.b.
b tauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si er- 5
a Antequam legem det,promissis allicit vt libenter accipiant. b Aure cordis. c Diligenter. 6
d Quasi pacis actum quod pepigi cum Abraham.
go audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, 7
a Specialis populus,quos pascam defendam,& sicut gregem proprium nutriam.
eritis mihi † in peculium de cunctis populis. Mea est enim 8
a Vnde Petrus:Genus electum regale sacerdotium,gens sancta, populus acquisitionis.1.Pet.2.b.
c omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens 9
d sancta. Hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israel. Venit 10
e Moyses, & conuocatis maioribus natu populi, exposuit om- 11
nes sermones, quos mandauerat dominus. Respondítque †
a Vel omnis.
vniuersus populus simul: † Cuncta quæ locutus est domi-
a Vota subditorum referunt prælati ad dominum,cum eorum bona ipsi attribuunt,& cum in omnibus benedicunt.
nus,faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad do- 12
a Obscura scientia legis.
minum,ait ei dominus:Iam nunc veniam ad te in caligine nu- 13
a Non ad populum,qui non potest me intelligere.
bis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuũ. Nunciauit ergo Moyses verba populi ad dominum

D

alios cõtineret,sed vt per hos illorum curã haberet. Ad hũc modũ semen Abrahę & & Isaac & Iacob primo delegit,propterea qd' Christus eius ex illorum carne aliqñ nasciturus esset. Deinde per ea quæ circa hos fiunt, propriam potentiã manifeste declaret,omnes homines cognitionis viam docens.

d *Regnum, & cætera.* Mẽbra,scilicet summi sacerdotis in regnum cælorum venturi.

e *Exposuit omnes, &c.* GREGO. Notandum, quod lex non incautis vel nesciẽtibus ingeritur: sed expositis prẽmissque debentur seruãtibus, & beneficiis præteritis quæ tam experti sunt & mirabilibus, cum spõte se legi seruandæ deuoueat, lex petentibus datur, ut secũdum promissionem suam quasi voti rei qui violauerint iudicentur, nec de violentia sibi illata censentur.

✱ RVPERTVS. Nota quod tãquam paterfamilias conuẽtionẽ faciens cum operariis diurnis,quos cõtinuo missurus est in opera legis, tamdiu verba facit, donec ab eis ipsa collaudetur conuentio, dicentibus cunctis, *Quæ locutus est dominus faciemus.*

non.

E

Li.3.in Exod.c.25.

F

THEOD.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Ibiq; Israel fixit ten. *secundum quod dispositum ab illis qui habebant ordinandi officium:*

2 E regione montis. *Ad partem orientalem, vt sic adorarent dominum descendentem super montem Sina, quia Iudæi adorarent versus occidentem. Vnde & tabernaculum & templum sic fuerunt disposita, vt ingressus esses a parte orientali, vt ad partem oppositam adorarent sacerdotes, sicut & stellæ cæli ab oriente mouentur in occidentem quasi adorantes ad partem illam, Vnde Neemiæ xix.b.dicitur.* Exercitus cęli te adorat.

3 Vocauitque eum dominus, &c. *Non.n.audebat ascendere ad superiorem partem montis, nisi vocatus a Deo quia dictum fuit sibi in rubo:* Ne appropries huc. &c. *vt dictum est supra.3.ca.*

4 Vos ipsi vi.&c. *Flagellando eos, & submergendo pro vobis.*

5 Quomodo port.vos,&c. *i.cito & expedite educẽdo uos de Aegypto, sicut aquila inter aues alias citissime volat, qui omnes eadem die egressi sunt, vt dictum est supra xij.a. Dicit hic Rabb. Salomon quod modus aquilæ est quando portat pullos de loco ad locum, quod portat eos super dorsum, ita quod si proijciatus sagitta ab inferius, ipsa recipiat sagittam, & non pulli ideo dominus comparat se aquilæ quia cum voluit transferre filios Israel per mare rubrum, angelus qui præcedebat castra Israel in hoc personam domini repræsentans, posuit se cum columma nubis inter Aegyptios & Hebræos, ne Aegyptij possẽt impetere Hebręos machinis vel sagittis, vt habetur supra. 14.c. Prædicta autem beneficia debebant mouere Hebræos ad seruiendum Dei prompta voluntate & munda mente. Ideo sequitur.*

Aquilę natura.

6 Si ergo,&c. *non tantum aure corporis, sed & mentis.*

7 Et cu.pa. *i.legem vobis dandam opere adimplendo.*

8 Eritis mi.&c. *Peculium ut hic accipitur, est paruus census extra hæreditatem de qua potest filius familias facere quod vult, sine licentia patris, & ideo est quid sibi specialissimum. & per hoc intelligitur quod Israel inter omnes populos sit magis appropriatus & specialis ipsi Deo si legẽ obseruet; & hoc magis patet in Hebræo, vbi habetur sic:* Eritis mihi amicabilitas de cunctis populi. *i.qui excellẽt dilectum, quod significatur per nomen abstractum sic dicitur de aliquo excellenter liberali, quod non solum est liberalis, sed ipsa liberalitas.*

Peculium

9 Et vos,&c. *i. maximũ, quia nomine sacerdotij aliquando maioritas intelligitur, sicut supra dictũ est de Iethro 2.c.& 2.Reg.8.dr,* Filii Dauit sacerdotes erant *i. maiores & primi post regem.*

10 Et gens sancta. *i.ad Dei cultum applicatæ, sicut & vestes sacerdotales dicuntur sanctæ, quia ad Dei cultum applicatæ. ex hoc enim quod Christus qui est sanctum sanctorum, nasciturus erat secundũ carnẽ de populo Israel, ideo debebat spirituali sanctitate pollere præ cæteris populis terrę.*

11 Et conuocatis,&c. *illis.n.primo exposuit verba domini, & illi populo, & tunc omnis populus sensit.*

12 Cumque re.&c. *Hic consequenter disponitur populus per munditiã exteriorẽ, tamen præmittitur relatio responsionis populi domino per Moysen, cum dicitur.* Cumq; retu.&c. *Non quia dominus ignoraret cum sciat omnia, etiam antequã fiant, sed ut bona uoluntas populi præsentaretur domino tanquam ei placita, sicut & angeli bona hominum opera offerunt coram domino, prout Rephael dixit Tob.xii.c.* Ego obtuli memoriam orationis tuæ, &c.

13 Iam nũc,&c. *per hoc designatur, quod in præsenti nõ habemus nisi cognitionẽ ænigmaticã de diuinis, secundum quod dicit Apostolus 1.Cor. xiii.d.* Videmus nunc per speculum in ænigma. *& 2.Metaph. dicitur quod intellectus noster se habet ad diuina sicut oculus noctuæ ad lucem solis, & propter hoc apparuit dominus in caligine, quia tales apparitiones fiunt communiter secundum dispositionem illorum quibus fiunt.*

✱ 1 Vade

## MORALITER.

✱ de Aegypto, propter qđ significat dationem spiritussancti p quẽ radicat lex euangelica in fideliũ cordib. & facta fuit Apostolis & aliis discipulis existentib. cum eis quinquagesima die a domini resurrectione, p quã tanquam de Aegypto exiuimus, s.de tenebris culpæ & ignorantiæ. Ad receptionẽ vero spiritussancti quatuor disponunt, s.diuinorum bñficiorum gratitudo, obedientię promptitudo, conuersationis sanctitudo, continẽtiæ pulchritudo. Primum significatur cum dr.

4 *Vos ipsi ui.&c.* q.d. vos debetis esse grati, q̃a gratitudo de bñficiis acceptis est dispositio p aliis recipiẽdis. Ideo subditur.

5 *Si ergo, &c.* Sequitur.

6 *Eritis mihi in.&c.* Secundum tangitur cum dicitur.

† *Respondítq; uni.po.&c.* Tertium notatur ibi.

✱ † Lauent

Vbi supra.

✠ THEOD. Hoc autem populi fœdus subscriptioni scribæ simile esse videtur. Vnde cum propria confessione promissumq; transgressi essent, maledictionib. quæ in lege Moysi continentur, subiecti fuere, a quibus Christus in se credẽtes liberauit. *Christus enim* (ait Apostolus) *redemit nos a maledicto legis, fa[ctus pro nobis ma]ledictum.*

Homil. 11. in Exod. Præparatio ad Christi cœnam.

a *Vade ad populum.* ORIGEN. *Descende & protestare populum; & purifica illum hodie & cras; & lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium, &c.* Qui uult uenire ad verbum Dei, audiat quod præcepit dominus. Sanctificatus uenire debet & lotis uestibus. Si enim sordida attuleris uestimenta, dicetur tibi Matt. xxxii. b. *Amice, quomodo huc intrasti non habẽs vestem nuptialem?* Nemo ergo potest audire verbum Dei, nisi e prius sanctificatus .i. sanct⁹ corpore & spiritu, & lotis uestibus.

a Præcipe vt sanctificentur. b In præsenti, scilicet & futura vita.

a Qui dixit ei: Vade ad populũ & sanctifica illos hodie & cras, 1 b

a A peccatis. b Corpora quib. animæ vestiuntur. Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. c Per scientiam legis naturalis. d Quasi legem & cultum sanctæ trinitatis accepturi.

c lauentq; vestimenta sua: & sint parati in diem tertiũ. In die †

a Scientiam legis daturus. Humanæ fragilitati condescendens. Vt sciant legem à Deo dari non ab homine.

enim tertio descendet dominus coram omni plebe super mõ

a Ne quis vltra intelligentiam suam ad montem sacræ scripturæ audeat conscendere, sed contentus sit mensura sua secundum donum quod accepit à Deo.

tem Sinai. Constituesque terminos populo per circuitum, 2 d & dices: Cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines

a Vltra vires. b Altitudinum scripturæ. c Aeterna. d Lapsus in hæresim vel blasphemiam in Deum. e Id est nemo imitabitur insaniam eius.

illius. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Manus

a Duris ecclesiæ sermonibus coactabitur.

non tanget eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur 3

a Verba sapientium quasi stimuli comparatur. Quasi acerrimis obiurgationibus. b Stultus iumentis c Sapiens reputatione suâ. d Vel morietur.

iaculis. Siue iumentum fuerit siue homo, non viuet. † Cum 4

Prædicationem significat.

e clangere cœperit buccina, tunc ascendant in montem. Descen- 5 f ditque Moyses de monte ad populum & sanctificauit eum. 6

decẽ & septẽ, s. primi mẽsis, reliqui a quartodecimo, & oẽs xxx. secundi qui sunt xlvii. & tertius tertii mensis, qui est ab occisione agni quinquagesimus, sicutã passione Christi, vsq; quo datur spiritussanctus quinquaginta dies numerãtur, digitus .n. Dei spiritum sanctum significat.

D

Lib. de formulis spiritualib.

✠ EVCHERIVS. Descendere Deus in mundũ dicitur, quando aliquid nouum q antea non fuerat, in creatura humana operatur.

ISID. Quinquagesimo die post pascha lex Moysi data est, quinquagesimo die post passionem domini quàm pascha illud figurabat, dat⁹ est spiritus promissus descẽdens super apostolos, & qui cum eis erant in cxx. Mosaicæ ætatis numero constituti, & diuisis linguis credẽtiũ totus euangelica prædicatione mũdus impletus est.

E

† Prolixè tonitrua dederit.

Dicitur illic scripta lex digito Dei, & dominus Luc. xi. c. de spiritu sancto dicit: *In digito Dei eij. dæmo.* Aspicit cũctus populus voces, lãpades, monteq; fumigãtẽ, tonitrua, fulgura, & clãgorẽ buccinæ perstrepentem. In uocib. & tonitruis blandiciæ pmissionis, vel terror in prædicatione intelligũtur, in lampadib. claritas miraculorũ in sonitu buccinæ fortis pdicatio sanctorũ, q omnia in aduẽtu spiritus sancti cõpleta sunt, qñ discipuli in uarietate linguarum præceptis & signis intonuerũt. Interpretatur aũt Sinai, rubus qd significat ecclesiam, in qua dñs Moysi loquitur. Quod autẽ daturus legem dñs in igne fumoq; descẽdit, significat, quod fideles suæ claritatis ostensione illuminat, & infideliũ oculos fumo erroris obscurat. Videtur et in caligine, quia impii qui terrena sapiũt eũ descendentẽ .i. in humilitate nascentem præ caligine malitiæ non cognouerunt, vel quia veritatem legis infidelib. per caliginem dixit, vt *videntes non videant, & audientes non intelligant.*

F

Esa. 6. A

b

Ingressurus est is paulo post ad cœnã nuptialem, manducaturus de carnib. agni, & potaturus poculum salutis. Nemo itrat ad cœnam hanc sordidis vestib. Vnde Eccle. 9. b. *In omni tempore sint vestimenta tua munda.* Lota sunt enim semel vestimenta tua gratia baptismatis. 2. Cor. vii a. *Purificatus es corpore, mundatus ab omni inquinamẽto carnis & spiritus.* Act. xi. b. *Quæ ergo Deus mundauit, tu immunda ne feceris.* Audi sanctificationis genus, ne accesseris, inquit, ad mulierẽ hodie & crastino, vt die tertio audias verbũ Dei, hoc est quod ait Apostolus 1. Corin. vii. a. *Bonũ est homini mulierem non tangere,* saluo tamen infirmis remedio nuptiali. 1. Corin. vii. e. *Sed quia tempus breue est, super est, vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes.*

C

Moraliter

b *Sanctifica illos, &c.* RABB. Qui ad conspectum Dei desiderat venire, sanctificet se fide & conuersatione, & lauet vestimẽta .i. opera hodie & cras, in præsenti .s. & in futuro, vt ad gloriam resurrectionis perueniat, quam tertius dies insinuat.

Vbi suprà cap. 27.

✠ RVPER. Quod dictum est, *Lauentq; uestimenta sua.* Im literalem quidem sensum non multum apud Dominum ad sanctificationem valere constat, uerumtamen cum pro ritu sanctificationis fit, internam quoque munditiam Deo placitam esse cogit intelligi.

Quæst. 36.

✠ THEO. Non solũ sanctificari, sed et vestimenta lauare Hebræi a Deo iubentur cũ legem sunt accepturi, qa per corporales res ad spirituales eos adducit, & timorẽ incutit & magis reuerentes reddit. Ex his nempe facile intelligere poterãt multo magis mẽtẽ animamq; expurgari debere. Ob id & tubarũ voces & tonitruum sonitus, & caligo & pcella & ignis & fumus ingens in ipsius vertice montis apparuerũt, vt p hęc oĩa lapidea eorũ corpora emollescerent. Nã quia inflictas Aegyptiis plagas cõspexerunt, ipsi vero talium plagarũ omnino expertes erãt, idcirco illos veluti pueros terret, vt non tantũ Deum ob inenarrabilia eius ergã se beneficia diligerẽt, & sed etiam ob terribiles plagas timerent.

c *In diẽ, &c.* Hac die data est lex in tabulis lapideis scripta digito Dei, hic est tertius dies tertii mẽsis ab exitu filiorũ Israel de Aegypto. A die ergo qd pascha fecerunt .i. quartodecimo primi mẽsis, vsq; quo lex data est quinquagita dies numerãt, decem

d *Cauete ne, &c.* RAB. Prius prohibet populum in montem ascẽdere, mortẽq; minat nũc iubet vt clangente buccina ascẽdant in mõtem, humanã .s. cõpescens audaciã, & ad obediendum inuitans, quiã ad pdicationis vocem debemus nos ad superna erigere, nec sacramentorum inuestigatione sponte psumere, sed Dei vocationem sequi.

Vbi suprà cap. 28.

✠ RVP. Docendus .n. erat populus, q Deus patrũ eius nõ esset talis, ut Dii Aegyptiorum, quorũ in sacris .i. sacrilegis ludere, & choros ducere, mãducare & bibere, ac deinde polluere & pollui, solenne erat in oĩ genere. fornicationũ. Si qdem nõ vltro vel facile hoc pdiscere poterat, quippe cũ & post tales tãtosq; terrores nihil cũctat⁹ quasi nihil vidisset, fecerit vitulum conflatilem, sederit populus manducare & bibere & surrexit ludere.

Vbi suprà cap. 29.

e *Cũq; clangere cœperit, &c.* tũc ascẽdant. ✠ RVPER. Sed & supra iã dictũ est, *ne ascendatis in montem,* et postmodũ item dñs dicit, *Contestare populũ, ne qñ uelint terminos trãscẽdere ad uidendũ dominum, & pereat ex eis magna multitudo.* Ergo cum dicitur, *cum cœperit clangere buccina, ascendant in montem,* subaudiendum est, usque ad terminos constitutos per circuitum.

f *Buccina.* quasi vocina, a voce vel a vocando vel a bucca.

✠ HVGO.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vade ad &c. *Hic accipitur sanctificatio pro munditia, quia sanctũ in vna significatione idem quod mundum.*

2 Constituesque ter. &c. *ne irreuerenter, seu curiose se ingerant ad diuina.* 3 Lapidi, &c. Iac. *In Hebræo habetur sagittis. taliter enim interficitur homo a longe, & per talem mortem designatur quod non debuerant appropinquare, sed de longe se tenere.* 4 Cum clan. cep. &c. *quod exponunt doctores nostri dicentes, quod per hoc non licentiantur transcendere terminos prædictos, sed quod ante clangorem huiusmodi debebant se tenere longe, etiam a terminis præfixis, & in ipso clangore appropinquare eis, & hoc vocatur ascendere, quia illi termini erãt aliquãtulum in ascensu montis, In Hebręo habetur.* In protractu bucinæ ascendat. *Et dicit Rab. Salom. quod erat quidam modus tangendi protensus, & erat signum recessus Deitatis de monte & per hoc erant licentiati transire terminos constitutos, & ascendere in montem.*

5 Descenditque, &c. *Ad exequendum domini mandatum.*

6 Et san. eum. *denuntiando quod mundaretur.*

✠ 1 Cumq;

## MORALITER.

✠ † *Lauentque vestimenta.* Per uestium lauationem intelligit sanctam & mundam conuersationem. Quartum tangitur ibi

✠ 1 Et ne

HVGO VICTORINVS. Quidam voluit humanam esse buccinam institutam ad hoc officii signum intimandum populo sed mihi verisimilius diuinam videtur fuisse.

a *Cumque lauis. &c.* Non sufficit ad virtutem contemplationis emundare opera penitentiæ lacrymis, nisi sequatur castitas mentis & corporis. Vnde Mat. 5. a. *Beati mundo corde, &c.* Et Sapien. 1. a. *In maleuolam animam non in sa,*

b ✠ *Cœperunt audiri tonitrua, &c.* CHRYSOSTOMVS. Tubarum sonitus merito sunt adhibiti ibi, vt puta imperatore præsente. Nam & in secundo aduentu hoc futurum est. *In nouissima,* inquit, *tuba cuncti resurrecturi sunt.* hæc enim vocis tuba factura est.

c *Totus autem mons.* GREGO. Legem daturus dominus in igne fumoque descendit quia humiles per claritatem suæ ostensionis illuminat, & superbos per caliginem erroris obscurat, post igitur mens ab appetitu gloriæ temporalis, & ab omni concupiscentia carnali tergenda est, & tunc ad aciem contemplationis erigenda. Vnde cum lex accipitur ad montem appropinquare prohibetur, ut quia adhuc infirma mente terrena desiderat, sublimia nõ præsumat. Vnde recte dicitur, Si bestia tetigerit montẽ, lapidabitur. Bestia enim tangit montẽ cum mẽs irrationabilib. desideriis subdita, ad contẽplationis alta se erigit, sed lapidib. percutitur, quia summa non sustinens, superni ponderis ictib. necatur. Qui igitur culmen perfectionis apprehendere nituntur, cum contẽplationis arcẽ tenere desiderãt, prius se in cãpo operis per exercitiũ pbẽt vt solicite sciãt si nulla iã mala pximis irrogãt, si irrogata æquanimiter tolerãt, si subiectis bonis tpalibus mens letitia nõ soluitur, & subtractis nõ nimio dolore sauciatur, ac deinde perpẽdãt si cũ ad se intus redeũt, in eo q spiritualia rimãtur, nõ secũ corporaliũ rerum vmbras trahũt, vel forte tractas manu discretionis abigũt, si in circunscriptũ lumẽ videre cupiẽtes cũctas circũscriptionis suæ imagines deprimunt, & in eo quod super se attingere appetunt, vincunt quod sunt.

GREGO. Sacra eloquia in exordio narrationũ qualitates exprimũt, terminorũq; causarũ aliquando a positione loci aliqñ a positione corporis, aliquando a qualitate aeris, aliquando a qualitate temporis significant quid de uentura actione subiiciẽt. A positione enim locorum exprimunt sequẽtium merita finesque causarum, sicut de Israel dicitur, q uerba Dei in monte audire non potuit, sed præcepta in campestribus accepit, sequentem infirmitatẽ populi indicans, qui ascendere ad summa non valuit, sed se in infimis negligenter viuendo laxauit. A positione corporis, sicut in actibus apostolorũ Stephanus Iesum, qui a dextris virtutis sedit, stantem se vidisse manifestat Act. 5. g. Stare enim adiuuantis est, & recte stare cernitur q in bello certaminis opitulat. A qualitate aeris, sicut rum pdicante domino euãgelista nullos ex Iudea tũc credituros diceret, pmisit, hyẽs aũt erat, scriptũ est enim Matt 24. d. *Abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum.* Hyemis ergo curauit tps exprimere, vt in adiutoriũ cordibus malitiæ frigus indicaret. Negaturo quoq; Petro pmittit, *quia frigus erat, & stans ad prunas calefaciebat se.* Ioann. 18. b. Iã enim a charitatis ardore torpuerat, & ad amorẽ præsentis vitę quasi ad psecutorũ prunas, infirmitate estuante se calefaciebat. A qualitate tps sicut nõ reditur ad uenia, ad traditionis pfidiam nocte Iudas exisse perhibetur. Cũ egrediẽte illo ab euãgelista dicatur: *Erat aũt nox.* Et iniquo diuiti dicitur, *Hac nocte repetent animã tuam a te.* Luc. 12. c. Salomon quoque non perseueraturus in somnis, & in nocte sapientiam accepisse dicitur, hinc est, quod angeli ad Abraham meridie veniunt, punituri autẽ Sodomam vespere venisse memorantur.

d *Descenditque dominus, &c.* GREGORIVS. Moyses ascendit ☞ in mon

Hom. 1. in epistol. ad Hebræos. | li. 6. de moral. c. 27. | †Valde cõmotus. | †in voce. | Sacra scriptura varias qualitates considerat. libr. 2. moral. cap. 2. | libr. 5. moral. cap. 26

a Cumque lauissent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati [1] in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris. Iamque [2] aduenerat dies tertius, & mane inclaruerat, & ecce cœperunt [3] audiri tonitrua, ac micare fulgura: & nubes densissima [4] operire montem. Clangorque buccinæ vehementius perstre[5]pebat, & timuit populus qui erat in castris. Cumq; eduxisset [6] eos Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad [7] radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod [8] descendisset dominus super eum in igne, & ascẽderet fumus ex eo, quasi de fornace. Eratq; mons omnis † terribilis, & sonitus buccinę paulatim crescebat in maius, & prolixius tenebatur. Moyses loquebatur, & dominus respondebat ei. ✠ d Descenditq. Dñs super montẽ Sinai in ipso mõtis vertice, & vocauit Moysen ĩ cacumẽ eius. Quo cũ ascẽdisset, dixit ad eũ [9]

¶ Fidem sanctæ trinitatis. a ¶ Cuilibet carnali voluptati vel mundanæ solicitudini. a ¶ Quo fides sanctæ trinitatis illucesceret. b ¶ Principium lucis. ¶ Sonitus prædicationis. ¶ Miracula. ¶ Idem per nubem & fumum significatur. a ¶ Initium sapientiæ timor Domini. b ¶ Militiæ Dei. c ¶ Promouendo vel producendo ad maiora & meliora. ¶ Occurrit Deus occurrenti sibi per liberum. n. arbitrium ad Deum mouemur, sed non promouemur nisi misericordia eius præueniat & sequatur. ¶ Tanquam vicini altitudini. a ¶ Quia lex obscura infidelibus. a ¶ Tanquam lumen iustis, vel quia ignea lex. a ¶ Interrogando. b ¶ Docendo. a ¶ Aliquid de se in contemplatione ostendens. ¶ Vt per contemplationem proficeret.

NICOLAVS DE LYRA.

Quęstio. ✠ 1 Cumque la. ve. sua, *Si quaratur, quare non acceperunt noua. Dicendum quod non fuit nisi ad commendandum Dei miraculum per quod ab exitu de Aegypto vsque ad ingressum terræ promissionis ne stimenta eorum non sunt atrita, nec vetustate consumpta, vt dicitur Deut. xxix. a.*

2 Estote parati in diem tertium. *Hic est dies sextus mensis tertij, quarto enim die eiusdem mensis dixit eis Moyses ista, vt dixit Rab. Sa. & in sexto die fuit lex data, ex quo concluditur quod fuit data. 50. die a die exitus de Aegypto exclusiue, quia menses apud Hebræos accipiuntur per lunationes, ita quod duo menses faciunt lix. dies, quibus si de tertio mense addantur sex dies vsque ad dationem legis faciunt lxv. a quibus si subtrahantur 14. dies primi mensis qui præcesserunt exitum de Aegypto qui fuit 15. die, vt habetur supra 12. ca. remanent 51. dies.*

3 Et ne appropinquetis vxoribus uestris. *licet enim actus matrimonialis sit licitus, tamen habet annexam quandam turpitudinem, quã oportet excusare per bona matrimonij. Habet etiam annexã depressionẽ mentis propter vehementiã delectationis carnis. Vnde dicit Gregorius, Tanto mens a superno amore disiungitur, quanto inferius delectatur. & ideo ante susceptionem legis per duos dies fuit prohibitus, quia ad susceptionem legis requirebatur magna mundicia & eleuatio mentis.*

4 Iamque aduenerãt dies tertius. *Hic consequenter disponitur populus per reuerentiam ad Deum, quę ex timore consurgit, & ideo ante prolationẽ legis signa terribilia apparuerunt. Alia etiã causa est adhoc, quia lex vetus fuit lex timoris, sicut lex noua dicitur lex amoris. vnde dicit August. Breuis differentia legis & euangelij, timor & amor. Cuius ratio est, quia illa lex dabatur hominibus imperfectis, qui per terrorẽ inducẽdi sunt ad opera virtutum, lex aũt noua data est perfectis, qui magis inducuntur ad talia per amorem, vnde dicit poeta Horatius, Oderunt peccare mali formidine penæ, Oderunt peccare boni virtutis amore. Et iõ sicut lex noua data est in quiete & trãquillitate a Christo, prout dicitur Matth. 5. a.* Cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est re. cœ. &c. *ita lex vetus data est cũ terrorib. & hoc est quod dicitur hic.* 5 Cœperunt audiri tonitrua ac micare fulg. &c. clangorq; buccinę vehementius perstrepebat. *Audiebatur enim cũ prædictis terribilis sonus quasi tubę, & hoc fiebat ministerio angelico. Fabulantur autem Iudæi, quod ille clangor vel sonus fiebat in quodam cornu quod fuit acceptum de ariete immolato pro Isaac.*

6 Et timuit populus. *propter prædicta.* 7 Cumq; eduxisset eos Moyses. *cum quadam importunitate, eo quod non audebant exire.*

8 Totus autẽ mons Sinai, &c. *nubes enim densissima, vt prædictũ est operuerat montem Sinai, & ex parte superiori montis egrediebatur fumus & ignis de medio nubis, facta est autem talis apparitio in nube et igne, quæ non habent figuram stabilem, ne populus ad idololatriã pronus haberet occasionem faciendi sibi imagines, ut dicunt Hebræi. Nec est intelligendum, quod dominus descenderit ibi secundum naturam suam, quæ vbiq; est de necessitate. & per consequens nõ põt ascendere nec descendere, sed in effectu ipsũ representãte.* 9 Et vocauit Moysen in cacumen eius. *Quia accedere prope non præsumpsisset, nisi vocatus.*

✠ 1 Descen-

MORALITER.

✠ 3 *Et ne appropinquetis vxoribus vestris.* Completis autẽ quatuor dictis infunditur spiritussanctus in nobis, multibiliter, sicut in signo visibili datus fuit apostolis.

✠ MORA-

a ¶ Ab altitudine contemplationis: secundum illud 2.Cor.c.5. Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis. b ¶ Magna discretione opus est, ne velit quis diuinam naturam rimari vltra quam potest. Vnde Prouer. 25.d. Qui perscrutatur maiestatem opprimitur a gloria; & mel inuenisti, comede quod sufficit tibi. c ¶ Oblitus fragilitatis suæ. ¶ Capacitatis suæ.

Descende & contestare populum, ne forte velit transcendere termi- 1
a ¶ Hæresi vel quolibet errore seducta. b ¶ Quia pauci contemplationi & diuinæ visioni idonei.
nos ad videndum dominum, & pereat ex his plurima multitudo: Sa- 2
¶ Mente & corpore.
cerdotes quoque qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne † per-
a ¶ Corporali plaga vel spirituali. ¶ Pro debilitate intelligentiæ.
cutiat eos. Dixitque Moyses ad dominum: Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai. Tu enim testificatus es, & iussisti dicens: Pone
a ¶ Positos ostendit. b ¶ Sanctificatum ostende, ne non sanctificati accedere præsumant.
terminos circa montem, & sanctifica illum. Cui ait dominus: Vade,
¶ Lex & sacerdotium. a ¶ Minores minus intelligentiæ capaces, & secreta scripturæ non penetrantes.
descende. Ascendesque tu & Aaron tecum. Sacerdotes autem & po-
¶ Si indigni accesserint.
pulus ne transeant terminos, nec ascendant ad dominum, ne forte interficiat illos. Descendit Moyses ad populum, & omnia narrauit eis.

A in montem & dominus descēdit in montem: mons contemplationē significat, in quē ascendimus, vt ad ea quæ vltra infirmitatē nostrā sunt videnda sublevemur. Sed in hunc dominus descēdit quia a nobis multum proficientibus parum de se aliquid nostris sensibus aperit, si tamen in illo parū vel aliquid dici potest, qui vnus semper

Mons contemplatio

diuisionē faciat vel cōminuat dominus.

sem per & idem partialiter intelligi non potest, & tamen à suis fidelibus participare dicitur, cum in eius substantia pars nullatenus admittatur, sed quia hunc exprimere perfecto sermone non possumus humanitatis nostræ modo quasi infantiæ imbecillitate præpediti, eū aliquatenus balbutiendo resonamus. D

CAP.

## NICOLAS DE LYRA.

1 Descende & contestare populum. *Licet hoc iam ante fecisset tamen præcipitur iterum fieri imminente hora ad maiorem certitudinem propter periculum euitandum.*

2 Sacerdotes quoque, &c. *Adhuc non erant instituti sacerdotes, et ideo dicunt aliqui, quod hoc hic dicitur per anticipationem, & est sensus, Sacerdotes futuri sanctificentur quando accedent ad ministrandum coram domino. Ra. Salomon dicit quod hoc intelligitur de primogenitis principum duodecim tribuum, qui obtulerunt sacrificium, vt habetur infra 24.capitu.a. primogeniti enim vsque ad institutionem sacerdotij Aaron faciebant sacerdotale officium, vt dictum fuit Gen. 14. & 27. capitu. & isti tempore oblationis debebant præ alijs sanctificari. Cætera patent.*

CAP.

### ADDITIO II.

B *In ca.xix. vbi dicitur in postilla,* E regione montis, &cet. *ad partem orientalem.*

*Non est necessarium dicere, quod omnes filij Israel castrametati essent ad partem orientalem montis Sinai tantum, sic dicit Rabbi Salomon quē postillator in hoc sequitur, nam ratio quam ad hoc assignat non valet. Iudæi enim adorabant versus occidentem, cum essent in tabernaculo vel in templo in quibus arca testamenti & propitiatorium vbi responsa diuina dabatur erat in parte occidentali tabernaculi vel templi, ita quod si essent extra templum in parte occidentali respectu ipsius templi adorabant ad orientem, si enim sic existentes adorassent versum occidentem, terga verterent ad templum quod esset eis magnum inconueniens. Vnde hodie Hebræi existentes in partibus Europæ quæ est in occidentali plaga respectu Hierusalem, non orant ad occidentem sed ad orientem, iuxta illud 3. Regum 7.e. vbi proprie agitur, de hac materia legitur.* Et adorauerint te contra uiam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis quam elegisti, & templum quod ædificaui nomini tuo exaudies, &c. *Ex quo patet quod cum sunt extra templum uersus templum debet orare, vnde in hoc loco melius videtur dicendum secundum alios expositores, scilicet castrametati sunt filij Israel è regione montis Sinai circumquaque vt si vnusquisque adoraret suo modo dominum descendentem super montem Sinai, scilicet aliqui versus orientem & aliqui versus occidentem secundum ritum suum secundum quod consonat huic quod dicitur infra Nume.2.a.* Singuli per turmas, &c. castrametabantur filii Israel per gyrum tabernaculi fœderis.

Quoniudæi orant.

C

### ADDITIO. II.

*In eo.cap.xix. vbi dicitur in postilla:* Eritis mihi in peculium cunctis populis, &c.

*Dictio quæ hic ponitur in Hebraico vbi nos habemus* peculiū *vel* amicabilitas, *significat proprie rem quæ sic diligitur ab habente quod nulli alteri eam daret, quod competit populo, qui vere Deo coniungitur per susceptionem suæ legis per quam susceptionem Deus se habebat talem populum, sicut sponsus ad sponsam qui nullo daret modo eam alteri, vnde super illud Osee.2.d.* Sponsabo te mihi in iustitia & iudicio. *Glo. Desponsauit enim Deus populum Israel in monte Sinai, dans ei pro sponsalibus legis iustitiam & iudicium. Vnde prædicta dictio proprie appropriatur in hoc loco, secundum hunc intellectum, &c.*

### ADDITIO. III.

In eo.cap xix. dicitur in postilla.

*Licet verum sit quod in præsenti non habemus claram cognitionem de diuinis sed ænigmaticam, tamen si hoc tantum voluisset litera hic innuere sufficeret dicere.* Iam nunc ueniam ad te in nube: *restaret addendum* in caligine nubis, *videntes enim in nube non clare sed per speculum vident. vnde circa hoc vlterius videtur dicendum, scilicet secundum gradus humanæ cognitionis ænigmatæ clarius vel minus clare apponuntur, & ideo de Moyse qui clariorem notitiam habebat de diuinis quam populus communiter dicitur,* Descendit dominus in nube, &c. *vt infra. Nu.12.b. & in alijs locis, sed populo qui non attingebat ad tam claram notitiam sicut Moyses, requirebatur quod Deus veniret non in nube clara, sed in caliginosa nube, & hoc est quod dicit litera,* iam nunc ueniam ad te, &c. *q.d. Si uenirem, vt tu solus audires me, non oporteret me uenire in caligine nubis, sed solū in nube, sed quia venio vt audiat populus, ideo uenio in caligine nubis, & hæc est ratio quare in dationem legis vbi totus populus conuenit, fit mentio de caligine tam infra 20.d. quam etiam Deut. v.d.* E

REPLICA *correctorij contra Bur. In cap. xix. Bur. ægre tulit quod postillator dixit Iudæos adorasse ad plagam orientalem, & quod ideo oportuit fingere tabernacula & castra è regione montis Sinai ad plagam orientalem, vt uersus diuinam apparitionem orarent, qui mons respectu deserti in quo fuerunt Iudæi, pro tunc fuit ad occidentem, ait enim Burgen. quod adoratio ad occidentē erat Iudæis necessaria quando erant in tabernaculo vel templo, sed existentes extra debebant adorare versus Hierusalem & templum iuxta illud 3. Re.8.c.* Adorabunt contra uiam ciuitatis & templi, &c. *sed in hoc videt Burg. Iudaizare, quasi id quod allegat hodie sit obseruandum, cum tamen per Christum sit ablatū, vt patet Ioann.4.c. ubi dixit Samaritana.* Veniet hora, & nunc est, quādo ueri adoratores, neque in monte hoc, neque in Ierosolymis, sed orabunt patrem, in spiritu & ueritate. *unde illud cæremoniale abolitum est sicut & sacramentale circuncisionis, ait enim Apostolus ad Gal. 5.a.* Si adhuc circuncidamini, Christus uobis non proderit. *illū autem errorem suum quod Iudæi debent adorare non ad occidentem, sed unusquisque secundum situm suum confirmare volens Burg. dicit quod filij Israel castrametati sunt è regione montis Sinai circunquaque, vt vnusquisque adoraret uersus montem, ubi dominus apparuit, unus ad orientem alius ad occidentem secundum situm uniuscuiusque, allegans ad hoc illud Nu.2.a.* Singuli per turmas castrametabantur filii Israel per gyrum tabernaculi fœderis. *Sed hæc confirmatio videtur esse contra rationem, & montis Sinai dispositionem, nam mons Sinai magnus & longus est, cuius pars est mons Oreb, ut dicit Iosephus, 2.& 3. Antiquitatum, imo secundum quosdam literaliter exponentes illud ad* Galat.4.d. Sina mons est in Arabia, qui coniunctus est ei quę nunc est Hierusalem, &c. *mons ille se continuo extendit secundum longitudinē usque ad terram sanctam, unde patet quod id circumitu illius montis non poterat castra locare, sed e regione montis in parte orientali contra montem in plaga occidentis situm, maxime quia populus accedere ad montem prohibetur infra capi. xix. Concordantia per Bur. de Nu. 1. adducta nulla est, non enim ibi dicitur,* Castrametati sunt per gyrum montis, *sed per gyrum tabernaculi, quod erat fixum in plano ad radicem montis.* F

CAP.

CAPVT. XX

A Ego sum dominus Deus tuus. ORIGINES. Qui contēnit præsens seculum.s. Aegyptum, & per verbum Dei trāslatus no inuenitur, quia ad futurū seculū festinat, de eo dicit De⁹. *Ego sum dominus Deus tuus,&c.* Non ad illos tātū, q de Aegypto profecti sunt, sed ad eos qui vltra Aegyptiis nō seruiunt, de Aegypto educti de domo seruitutis. Negotia seculi actus carnis domus seruitutis est sicut relinquere secularia, & secundum Deum viuere, domus libertatis est. vnde Ioann. 8. d. *Si permanseritis in sermone meo, agnoscetis veritatem,& veritas liberabit vos.* Ergo Aegyptus est domus seruitutis, Iudæa, & Hierusalem domus libertatis. Vnde Gal. 4. d. *Quæ sursum est Ierusalem libera est.* Sicut ergo terrena Aegyptus filiis Israel domus dicitur seruitutis ad comparationē Iudeę & Hierusalem, quæ eis est domus libertatis, ita ad comparationem cælestis Ierusalē quæ est mater libertatis, totus mundus, & q̄ in eo sunt, domus dicit̄ seruitutis, & quia de paradiso libertatis per peccatū ventum est ad seruitutē mūdi, primus sermo decalogi de libertate est: *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te terra Aegypti, &c.* hāc uocem in Aegypto audire non poteris. Et si tibi iniungatur ut facias pascha, accingas lūbos, accipias sandalia ī pedib. virgā teneas in manu, & azyma cū amaritudine cōedas. Sed nec in prima mansione, nec in secunda, nec in tertia, nec cum trāsieris mare rubrū, et, si ad marē ueneris, & fuerit tibi amaritudo in dulcedine versa, nec in Helim, vbi erant duodecim B fontes aquarum, & septuaginta arbores palmarū, et si Raphidim pteritis, cæterosque profectus ascenderi, nondū idoneus iudicaris, sed cum ueneris ad mortem Sina. Vir ergo mereberis aliqn̄ suscipere præcepta libertatis, & audire: *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis,* hic tamen non est sermo mandati, sed quis sit qui mandat ostendit. primum mandatum ergo est: *Nō erunt tibi dij alij preter me.*

Hom. 8. in Exodum. †Deus. 5. a Psal. 80. b.

1 Non loqueris, &c. *Et secundum doctores nostros non solum intelligitur prohibitum falsum testimonium in iudicio, ut dicunt Hebrei, sed etiam extra iudicium, & omnis detractio & mendacium contra proximum, & quodcunque nocumentum quod potest inferri proximo uerbo, dum tamen sit contra charitatem.*

2 Non concup. &c. *Vltimo ponuntur præcepta prohibentia concupiscentiam inordinatam respectu alienę rei, & hec nocumenta sunt in animo. & secundum doct. nostros sunt duo præcepta. Vnum quod prohibetur concupiscentia uxoris alterius, in quo secundum eos prohibetur omnis consensus in carnalem actum extra legem matrimonij, & hoc prohibetur cum dicitur.* Nec desiderabis eius uxorem. *Aliud quo prohibetur consensus accipiendi rem alterius quocunque modo indebite, cum dicitur.* Non concupisces domum proximi tui, &c. & *quod subditur.*

3 Non ancillam. *Non intelligitur de concupiscentia ad carnalem actum, quia ista est prohibita per præcedens preceptum, sed intelligitur de concupiscentia eius ad seruitium, quod est bonum utile. Ratio autem quare duo præcepta ponuntur ad repressionem concupiscentię, est quia bonum diuiditur per vtile & delectabile, ita quod est alia ratio boni utilis & delectabilis, ita quod aliquando contingit ut aliquis habens promptitatem ad unum, non habeat pronitatem ad aliud, imò aliquando abominationem sicut aliquis concupiscit uxorem alterius, qui tamen non concupiscit alias res ipsius, quia abominatur furtum, uel rapinam. & ideo ad reprimendam istam concupiscentiam duplicem, debuit assignare duplex præceptum. Hebrai autem dicunt, quod est unum preceptum tantum, quod necesse habent dicere secundum prædicta, quia expresse habetur infra, quod in tabulis fuerunt scripta decem uerba, quæ fuerunt decem præcepta data a Deo immediate, Si autem de repressione concupiscentię essent duo præcepta, sequeretur secundum eos, quod essent vndecim præcepta, uidelicet quatuor ordinantia ad Deū prout ipsi dicunt, ut patet ex prædictis, & septem ad proximum, propter quod sicut ipsi ponunt quatuor præcepta ordinantia ad Deum, ubi doct. nostri non ponūt nisi tria, ut prædictum est, sic erga proximum ponunt tantum sex, ubi doctores nostri ponunt septem. & ideo coniungunt duo ultima in unū. Et ad hoc facit apparentia literæ, quia sub eodem uersu utraque concupiscentia prohibetur. Non tamen uariatur sententia, siue sit unum siue duo præcepta, quantum ad intellectum nostrum, sed uariatur multū in hoc siue sit unum siue duo præcepta intellectus Hebræorum, quia dicunt quod per hoc non prohibetur concupiscentia, nisi aliqualiter prorūpat in actus exteriores, sicut est cum ex concupiscentia uxoris alienę aliquis mouetur ad tangendum eam impudice, uel solicitandum eā uerbis uel muneribus, Et secundum hoc dixerunt aliqui doctor. nostri, q lex uetus prohibebat manū & non animum, ut habetur in gl. super epistolā ad Phil. 3. Hoc etiam dicit Iosephus. 12. antiquitatum, improbans Polibium historiographum Persarum dicentem, quod Antiochus illustris miserabiliter mortuus fuit, eo q uoluit spoliare templum Dianę, contra quem dicit sic Iosephus. Nam qui nullatenus egit peccatum, sed tantū cogitauit, nullo reatu tenetur, & ideo concludit ibidem, quod mortuus fuit propter peccata quæ fecerat in Hierusalem. Sed dicere quod actus interioris uoluntatis nullus sit reatus, nisi aliquo modo prorumpat in actum, est multum irrationabile, cum ratio peccati magis accipiatur a mala uoluntate interiori, quam ab actu exteriori, quia si nullo modo est uoluntarium, nullo modo etiam est peccatum, ut patet in amentibus & pueris.*

Iosephus Antiochi quare mortuus. F

4 Cunctus autem populus. *Hic consequenter ponuntur præcepta data a Deo mediante Mose, quia populus non poterat amplius uerba domini loquentis sustinere, & hoc est quod dicitur.* Cunctus autem populus uidebat uoces. *Hic accipitur uidere pro audire. Sensus. n. uisus certior est auditu. & ideo quia uerba domini penetrabant aures & corda eorum ita subtiliter, quod sustinere non poterant, pro hoc utitur tali modo loquendi, s. uisu pro auditu.*

5 Et lampades, *id est micantia fulgura, ut dictum est cap. præcedenti.*

6 Et perterriti ac pauore concussi. *Propter signa terribilia quæ uidebant.*

7 Steterunt procul. *Retrocedentes etiam a terminis constitutis.*

8 Loquere tu nobis. *Ea quæ dominus dicet tibi.*

9 Et audiemus. *Id est obediemus tanquam Dei uerbis.*

Non

a *Nolite timere, &c.* AVGVST. Sic illi cohibendi erant a peccatis, timendo scilicet, ne pœnas sensibiles paterentur, qui nōdū poterāt amare iustitiam, & tentabātur a domino, vt appareret cuiusmodi essent, nō vt Deo noti fierēt, qualescunque essent quem non latebat, sed vt inter se & sibimetipsis.

Quæst. 74.

b *Stetitq; popul. &c.* GREG. In quibusdā locis scripturæ historia seruanda est, & allegoria. Et sæpe sola allegoria quærenda est, aliquādo sola historia tenenda, vt tardiores pascantur per allegoriam. Vnde cū popul' loquēte Deo lāpades sonitū buccinæ, & montem fumātem cerneret, territus petiit, vt sibi p Moysen loqueretur dñs, & stetit de lōge. Moyses accessit ad caliginē in qua erat Deus, quia populus non valet caliginem allegoriç penetrare. valde.n. paucorū est spūalem intellectū rimari. Quia.n. mentes carnalium sola sçpe historia pascūtur loquente Deo longe populus stetit. quia uero spirituales allegoriæ nubē penetrant, ut spiritualiter verba Dei cognoscant, Moses accessit ad caliginem, in qua erat Deus.

†De. 27. a.

Li. de vita Mosis.

*GREG. NISSENVS. Quod multitudo vocē illam audire non poruit, sed commisit Moysi, vt ipse per seipsum secrete illa perciperet, populumque postea doceret, quęcunque diuina doctrina didicerit, id quoque in Ecclesia fieri totū videmus, non.n. permittitur omnib. ad mysteriorū cognitionem seipsos intrudere, sed eligitur unus a multis diuinarum rerum capax, cui cęteri aditum cū obedientia præbeant, illud sibi credendum faciendumque putātes, quod ab eo qui initiatus est, audierint.

c *Non facietis deos, &c.* AVGVST. Reperitur quod in primo præcepto dictū est, & per argentea & aurea oīa simulachra intelliguntur. sicut in Psa. cxiij. b. *Simulachra gentium argentū & aurum, opera manuum hominum.*

Quæst. in Exod. 76.

d *Altare de ter. &cet.* Ostendit ideo interdictis simulachris altare de terrena materia poni, vt vni Deo hostia & sacrificia in eo offerantur.

GREG. Altare de terra Deo facere, est incarnationē Christi sperare. Tunc.n. a Deo nostrū munus accipitur, cū in hoc altari nostra humilitas. i. super dñicæ incarnationis fidē posuerit quicquid operatur. In altari ergo de terra oblatū munus ponim', si actus nostros dominicę incarnationis fide solidamus.

Lib. 3. mo. 12. c. 22.

Allegoric.

†Sum.

e *De sectis lapidibus.* ISIDORVS. Secti lapides sunt qui vnitatem scindunt, & seipsos diuidunt a societate fratrū. hos in corpore suo non recipit Christus, cuius corporis figurā, altaris cōstructio significat. Lapides non secti ex quib. altare cōstrui iubetur, sunt qui per fidē in vnitate solidantur: de quib. dr. j. Pet. 2. a *Vos estis lapides viui coædificati in domos spirituales.* his nō est iniectum ferrum, quia incorrupti sunt & iacula maligni ignita non receperūt. Omnes vnum altare faciunt in vnitate fidei & concordia charitatis.

Mystice.

*GRAECVS. Dum et vniuersorū Deus ex impolitis & natiuis lapidib. altare construi iubet, spiritualiter nos docet, Deū affe-

---

(a In die iudicij dicens: Ite maledicti, &c. b Cito potest continere. c Morte perpetua.)

Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et ait [1][2]

(a Vobis vel aliis: non sibi qui omnia nouit. b Per signa & mirabilia.)

a Moyses ad populum: Nolite timere. Vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. [3][4][5]

(a Initium sapientiæ timor domini. b Si non amore saltem timore coerciti. a Vbi expressiora signa fiebant quibus noscebatur Deus: Nam quomodo in nebula erat, cui cæli cælorum non sufficiunt.)

b Stetitque populus de longe. Moyses autem accessit ad caliginem, in qua erat Deus. Dixit præterea dominus ad Moysen: Hęc dices filiis Israel: Vos vidistis, quod de cęlo locutus † sim c vobis: Non facietis *deos argenteos, nec deos aureos facietis [6][7][8]

*Mecum.

(a Id est fidem incarnationis filij mei habebitis. b Humanitate Christi. Fide.)

d vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holo- [9]

(a Virtutum opera. b Simplicia. c Fortia & perfecta. d Ecclesia generali, non hæreticorum conuenticulis.)

causta & pacifica vestra, oues vestras & boues in omni loco [10][11]

(a Occultis inspirationis.)

in quo memoria fuerit † nominis mei. Veniam ad te & [12]

(a Corporali benedictione & spirituali.)

benedicam tibi. Quod si altare lapideum feceris mihi, non [13][14]

(a Id est non per hæresim & schismata Deum coles. Hæreticis schismaticis. b Corruptionis vel fastionis.)

e ædificabis illud de sectis lapidibus. Si enim leuaueris cultrum

---

NICOLAVS DE LYRA.

*1 Non loquatur nobis dominus. *immediate.*

2 Ne forte moriamur. *Quia ex fragilitate humana dominum loquētem non poterant sustinere.*

3 Nolite timere. *q.d. non moriemini propter hoc.*

4 Vt enim probaret vos venit Deus. *Non est sic intelligendum quod probaret eos ad hoc vt sibi manifestaretur aliquod ignotum, sed vt per hoc appareret ipsis Iudæis & alijs, quod timerent eum.*

5 Et non peccaretis. *Quia per timorem domini declinat omnis a malo, vt dicitur Prouer. 15. d.*

6 Moyses autem accessit ad caliginem: *in vertice montis, vt audiret mandata ab eo, & referret populo, quia populus plus audire nō poterat, vt dictum est.*

7 Vos vidistis, &c. *In creatura tamen ipsum repræsentante, & accipitur hic cęlum pro cælo aereo, quia in cacumine montis Sinai illa vox formabatur.*

8 Non facietis, &c. *Licet supra prohibuerit idololatriam, tamen hic repetit & in pluribus locis alys, vt magis imprimeretur hæc prohibitio cordibus eorum, quia sciebat eos pronos ad idololatriam.*

9 Altare de terra, &c. *Hoc præcepit in detestationem idololatrię, quia idololatræ faciebant altaria ualde solennia de marmoribus & metallis, & intelligitur hoc de altari holocausti, vbi cremabantur hostię, quia altare incensi fuit de lignis Sethim & opertum auro, vt habetur infra. 30. cap. ideo sequitur.*

10 Et offeretis super eo holocausta. *Id est, victimas, quę totaliter incendebantur ad honorem Dei.*

11 Et pacifica vestra: *Id est hostias quę offerebantur pro aliquo beneficio Dei obtento vel obtinendo, quarum vna pars incendebatur, altera erat sacerdotum, & alia offerentium vt comederent coram domino.*

12 Oues uestras, & boues, &c. *De istis enim animalibus vt plurimū fiebant sacrificia.*

13 In omni loco, &c. *Iste locus sacrificij non poterat esse nisi vnus ad vitandū periculum idololatriç, ad quam populus Iudęorum erat pronus, ad quam declinassent de facili si vbique potuissent sacrificare. Si autem aliqui sancti sacrificauerunt alibi, hoc fuit ex causa speciali & diuina reuelatione, sicut Dauid ex iussu Gad prophetę in Monte Moria, antequam templum ibi fundaretur, propter apparitionem angeli ibi factam, ut habetur 2. Reg. 24. capit. Et Helias in monte Carmeli ad conuincendum prophetas Baal, ut habetur 3. Reg. 18. cap. Locus autem deputatus diuino sacrificio post ingressum filiorum Israel in terram promissionis primo fuit in Sylo, ubi fuit tabernaculum positum & altare holocaustorum, & destructa Sylo translatum est in Nobe, & destructa Nobe, per Saulem translatum est in Gabaon, postea in Hierusalem, ubi fuit fundatum templum, tamen in singulis urbibus erant loca quæ dicebantur synagogæ, ubi conueniebant ad laudandum Deum & ad audiendum legem.*

14 Quod si altare lapideum feceris mihi. *Poterat enim esse de terra, ut dictum est, uel de lapidibus non dolatis tamen quod fuit in detestationem idololatrię. ubi fiebant altaria de marmore sculpto & polito, & ne per talem sculpturam inducerentur paulatim ad sculpendum imagines. Quod autem dictum est hic, quod altare holocaustorum debeat esse de terra uel lapidibus non sectis, non est contra illud quod dicitur infra 26. ca. quod altare holocaustorum præcipitur fieri de lignis Sethim opertis ęre, quia illud altare fuit de terra, ut uidebitur quando erimus ibi.*

*1 Non

---

MORALITER.

*8 *Non facietis, &c.* Hoc.n. faciunt cupidi & auari, qui totā spem suam in talibus ponunt, quod sanctus Iob excludit a se & sibi similib. dic. 31. cap. *Si putaui aurum robur meum, & si obrizo dixi fiducia mea, &c.* Et ponit hic, si, pro non.

9 *Altare, &c.* Per terram quæ est infimum elementum, humilitas designatur, in qua Deo facta oblatio acceptatē. Dan. 3. d. *In animo contrito & spū humilitatis suscipiamur.*

14 *Quod si altare, &c.* Per infirmitatem lapidum firmitas fidei designatur, & quoniam sunt plures articuli fidei ideo dicitur *lapidibus* in plurali, & qui sunt integre tenendi, sicut tenet ecclesia absque scissione hæretica uel schismatica, ideo dicitur *Non ædificabis illud de sectis lapidibus*, cuius contrarium faciunt hæretici & schismatici.

A affectionibus cogitationibus simplicibus, minimeque arte compositis delectari.

* PROCOPIVS. Vel lapides impoliti, significant ministros Dei non esse abstrahēdos in varia mundi negotia, sed pariter corpore & animo debere esse deditos & consecratos cultui diuino, vt fuit sanctū Dei templum. Prophetico autem more prædicit olim fore, vt circuncisio aboleatur. D

a ¶ Id est gradus in trinitate non facies, sicut Arius: qui dicit maiorem patrem: minorem filium: minimum spiritum sanctum docuit.

tuum super eum, polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua. 1 2

¶ Infidelitatis.

*Super illum.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Non ascendes per gradus, &c. *Fiebat tamen vt dicit Rabb. Salomō, quidam ascensus absque gradib. paulatim ascendendo, quoniam altare erat ita altum, quod sacerdotes sine ascensu non poterant ibi ministrare.*

Femoralia.

2 Ne reueletur turpitudo tua. *Vsus. n. femoralum adhuc non erat introductus sed postea fuit iniunctus sacerdotibus quādo ministrarent, vt habetur infra. 28. capite. Dicunt etiam aliqui quod hoc fuit dictum in detestationē idololatriæ. quia in sacris Priapi sacerdotes ascendebāt per gradus ad altare, & tunc in alto positi vnde poterant a circunstantibus videri, discooperiebant verenda sua, Priapus enim fuit quidam iuuenis qui a Gentilibus reputatus fuit inter Deos, propter magnitudinē insolitam virilis membri. Omne enim quod erat insolitum reputabant Gentiles quid diuinum. Et dicebatur iste Priapus Deus hortorum propter fœcūditatem quæ signatur in membro generationis. Iudæi enim proni erāt ad idololatriā, & ideo in hoc & in alijs q̄ pertinēt ad cultū Dei & obseruantias ceremoniales elōquntur a ritu idololatriæ, cōtrarios modos præcipiendo, & modos idololatrū inhibendo, vt videbitur in sequentibus.*

Priapus.

CAP.

## ADDITIO I.

*In cap. 10. vbi dicitur inter postilla: Circa primum sciendum, quod doctores nostri, &c.*

*Circa expositionem decalogi postillator nimis breuiter videtur se expedire: Doctores tamen nostri præter mysticas expositiones, de quib. plurima in glo. communis habentur, multa notabilia, & magna attentionis ad sensum literalem pertinentia in hac materia tradunt, vt patet in prima secundæ. q. c. in qua multi articuli de hac materia habentur, similiter in secunda secundæ, q. cxxij. per totam, vnde qui de hoc cap. vult plenius instrui, videat ibidem. Ad præsens tamen circa ea quæ de hac materia in postilla dicuntur, occurrunt quædam quibus videtur aliquid rationabiliter addendum. Quorum primum est, quod postillator recitat opinionem doctorum nostrorum, dicentium quod* (non habebis deos alienos) *est primum præceptum decalogi: Similiter recitat opinionem Hebræorum dicentium, quod primum præceptum est:* Ego sum Dominus Deus tuus, &c. *Secundum vero præceptum apud eos est.* Non habebis Deos alienos. *Quas opiniones ponit indistincte, ac sic vtraque illarum posset rationabiliter teneri, quod non videtur conuenienter dictum, scilicet vt in numeratione decalogi in quò præcepta legis principalia cum tanta solennitate a Deo traduntur, doctores nostri a ratione deuiassent.* B

*Ad cuius declarationem attendenda sunt duo. Primum est, quod planus sensus literæ concordat manifeste opinioni doctorum nostrorum. Secundum quod motiua Hebræorum contrarium asserentium non valent. Primum patet: nam in hoc quod dicitur* Ego sum Dominus Deus, &c. *Nullum verbum præceptiuum seu imperatiuum ponitur, sed solum sunt quædam dicta denuntiatiua, quibus Deus denunciat populo, quod ipse qui loquitur est Deus, qui eos eduxit de captiuitate, nihil in hoc eis præcipiendo, vt patet manifeste intuenti. In cęteris vero decalogi præceptis manifeste ponuntur verba mandatiua, vt patet in negatiuis cum dicitur:* Non habebis deos alienos. Non adorabis ea, neque coles. Non occides. Nō mœchaberis, &c. *In affirmatiuis vero cum dicit,* Memēto, vt diem sabbathi sanctifices. Honora patrē, tuum, &c. *In hoc autem quod dicitur:* Ego sum dominus Deus, tuus, *nihil horum ponitur, vnde illa verba non sunt præceptiua nec imperatiua, sed solum denunciatiua, unde non debent inter præcepta numerari. Secundum patet, nam motiua seu rationes eorum quibus nituntur mutare sententiam prædictorum uerborum, quæ est plane denuntiatiua in sententiam pręceptiuā sunt duo. Vnum est, quod ad omnia pręcepta diuina obseruanda oportet prąsupponere vt dicunt rationabiliter, vt videtur, quod credatur absq; dubietate, quod ille qui loquebatur seu pręcipiebat, erat Deus suus qui eos eduxerat, &c. quę quidem credulitas seu fides erat potissima ratio obligandi eos ad seruanda eius pręcepta, vnde cum dicitur:* Ego sum dominus Deus tuus, &c. *Pręcipitur secundum eos affirmatiue, vt dicunt quod hoc firmiter credatur. s. quod ille qui loquebatur seu pręcipiebat, erat Deus qui eduxerat, &c. Quam quidem rationem ponit Abenhazara in sua glo. &, videtur habere fundamentum, iuxta illud Apostoli ad Hebr. 11.* Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, &c. *Alij vero dicunt, quod in hoc quod dicitur:* Ego sum dominus Deus tuus, , *pręcipitur affirmatiue, quia ille Deus qui loquebatur, scilicet qui eos eduxerat de seruitute Aegypti haberetur ab eis in Deum ita vt mandata eius tenerentur obseruare, quod quidem pręceptum dicunt debere necessario pręcedere omnia alia pręcepta.* C

*Ad quod ponunt tale exemplum. Ponatur quod aliquis rex de nouo venirent ad aliqnam prouinciam, indecens esset, quod in ea faceret leges & constitutiones antequam in regem reciperetur, unde dicunt quod cum dr̄:* Ego sum dominus Deus tuus, &c. *Pręcipitur q̄ recipiatur ab eis iugū regni cęlestis. s. obedientia diuinorū mandatorū quod est præceptū primum ad omnia mādata diuina. Et hęc est ratio aliquorum Thalmudistarum prout late Ra. Moy. Gerundē. recolligit ex dictis eorum in sua gloss. super Exod. in hoc cap. Quę tamen rationes licet quantum ad aliquid obtineant veritatem, non tamen intentum ad propositum concludunt. Nam filij Israel antequam ad recipiendum legem deuenirent, crediderunt in Deum, vt in litera in multis locis testatur. Dicitur enim supra. cap. 4.* Credidit populus, &c. *Similiter supra, 14. post transitum maris de ipsis legitur:* Crediderunt domino & Moysi seruo eius. *Ex quibus patet, quod fidem habebant antequam ad recipiendum legem accessissent. Nec de hoc, quod est credere Deum seu Deo, requirebatur vt eis daretur aliud præceptum expressum, præsertim cum hoc præsupponatur ad præcepta decalogi tanquam per se notum ei qui habet fidem, & ideo nec indiget alia promulgatione, nisi infusione fidei, vt in prima secundæ, q. 100. ar. 4. in responsione ad primum arg. & de hoc intelligitur illud Apostoli ad Hebr. 11. b.* Accedentem ad Deum oportet credere, &c. *& sic cessat prima ratio. Similiter dicendum est ad secundam, nam iugum obedientiæ diuinæ manifeste acceperunt filij Israel. supra xix. ca. cum Mosi proponenti ex parte Dei:* Si audieritis uocem meam, etc. *Sequitur:* Respondit que populus simul. Cūcta quæ locutus est dominus, faciemus. *Nō ergo requirebatur alia receptio generalis ad obedientiam præceptorum. Vnde manifestū est. quod in hoc dr̄:* Ego sum dominus Deus tuus, *nihil eis præcipitur nisi solum quod intimatur eis, quis esset ille qui loquebatur. s. quod erat dominus Deus suus, qui eos eduxerat, & cæ. prout uerba plane sonant: quæ quidē denunciatio seu notificatio fuit ualde necessaria seu oportuna tāquam primum præambulum ad præcepta, propter quatuor quæ in litera possunt fundari. Primum est, ut Mosi de cætero firmius & certius crederetur, unde supra xix. b.* Iam nunc venio ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentē ad te, & credat tibi in perpetuū. *Secundum, ut magis timerēt contraire diuinis pręceptis quę à Deo, ipso dicēte* Ego sum dominus Deus tu', *erant sibi iniuncta. unde infra, eo cap. de hac materia dr̄:* Vt error illius esset in vobis, &c. *Tertiū, ut eis ostēderetur, q̄ sub nomine diuino. s. Tetragrāmaton quod hic ponitur, cum dr̄:* Ego sum dominus De' tuus, *proprie Deo pertinet populum sub lege a Deo data cultu diuino applicari. vnde in toto decalogo vbi dr̄, dominus, ponitur nomen prędictum & non aliud prout fuit supra in additione super 3. capitu. in artic. 9. satis expositū. Quartū, vt ipsi firmiter crederent esse possibile, quod Deus loqueretur homini in hac uita, quod antea non erat eis sic notū, vnde infr. Deut. 5. cap. in persona populi tempore dationis legis dr̄:* Ecce ostendit nobis dominus Deus noster maiestatem & magnitudinē suā, &c. *Sed contra hoc ur̄ quod Apostolus ad Galat. 3. c. dicit quod* lex fuit data per angelos. *Idē patet Act. 7. c. Ad quod dicendū, quod uerum est, nā prout ad* Heb. 1. c. *in nouo testa.* locutus est nobis in filio, *in veteri autem factus est sermo per angelos, sed quia ille angelus qui loquebatur populo in datione legis, non solum exterius loquendo seruiebat, sed etiam tertius præsidens efficaciā ministrabat: inde est secundū Greg. quod modo angelus modo dominus memoratur. Et etiam quia secūdum opinionem populi secundum quam sæpe loquitur scriptura, putabatur Moses ore ad os loqui cum Deo, cum tamen per angelum loqueretur, qd̄ satis insinuatur per modum loquendi scripturæ in præceptis decalogi: Nam in præambulo & in primo pręcepto ille qui loquebatur, memoratur vt Deus in propria persona dicit enim:* Ego sum dn̄s Deus tuus, &c. *similiter:* Non habebis deos alienos corā me. Et ego sum dominus Deus tuus foris & zelotes & huiusmodi. *In secundo vero pręcepto non dicit:* Non assumes nomen meū in uanum, *quasi loquens vt Deus, in primæ persona sed dixit:* Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. *quasi ille qui loqueretur, nō esset Deus, & sic in cæteris decalogi pręceptis, in quib. insinuatur q̄ ille qui loquebatur non erat Deus, sed loquebatur ut Deus, ut dictū est. Et secundū quosdā Hebræorum expositores antiquos ille angelus erat tantę eminentię circa essentiā diuinā, quod posset nominari angelus faciei, de quo Esa. 63. c.* Angelus faciei eius saluabit eos, *& ideo de Mose cum isto angelo loquente* E F

loquẽte dicitur: Loquebatur dominus ad Moysen facie ad face. A Prædictis igitur modis intelligendum est hoc quod dicitur: Ego sum dominus Deus tuus, &c. esse † primum præambulum ad præcepta. Omissis autem multis, quę circa hæc præcepta quæruntur & soluuntur secundum doctores nostros, vnum videtur statim animum pulsare, scilicet cur inter præcepta decalogi non ponuntur præcepta charitatis quæ sunt prima & maxima mandata, & in quibus tota lex pendet & prophetę, vt Matth. 27.d. habetur. Ad hoc dicendum secundum sanctum Thom. in prima secundæ. q c. artic. 3. in responsione ad primum argu. quod illa duo præcepta sunt prima & communia legis naturæ, quæ sunt per se nota rationi humanæ per naturam vel per fidem & ideo omnia præcepta decalogi ad illa duo referuntur, sicut conclusiones ad principia communia. Hęc ille. Idem etiam de eodem in 2.2. q. xliiij artic. 1. in responsione ad 1. argu. sic dicit, quod omnia præcepta decalogi ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, & ideo præcepta charitatis non fuerunt connumeranda inter præcepta decalogi, sed in omnibus includuntur. Hæc ille. Quod non videtur ex toto satisfacere quæstioni, nam per easdem rationes præcepta charitatis non debuissent poni inter cætera præcepta legis diuinæ, non enim minus illa quæ sunt per se nota debent poni inter præcepta decalogi, quam in alia præcepta legis, quod patet ex hoc, nam inter præcepta decalogi ponuntur præcepta, quæ statim per se ratio naturalis cuiuslibet hominis diiudicat esse facienda, vel non facienda, sicut. Honora patrem tuum, &c. Non occides, & huiusmodi, vt in prima secundæ, q.c. artic. 1. in cor. q. Sed præcepta charitatis ponuntur inter alia præcepta legis, vt patet Deut. 6.a. & Leuitic. xix.c. ergo potius debuissent poni inter præcepta decalogi quæ sunt magis per se nota. Similiter cum non solum præcepta decalogi, sed etiam omnia præcepta legis diuinæ ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, iuxta illud Apostoli 1. Timoth. 1.a. Finis præcepti est charitas. eadem ratione deberent prætermitti hæc duo B præcepta ne ponerentur inter præcepta legis, sicut nec in decalogo, cum omnia præcepta diuinę legis referantur ad illa duo, sicut conclusiones ad principia, cuius oppositum est manifestum ex hoc, quod inter cætera præcepta diuinæ legis expresse ponuntur hæc duo præcepta, vt dictum est. Ad quod videtur saluo semper meliori iudicio aliquid vlterius addendum.

† Propriũ Præcepta charitatis quare inter pręcepta decalogi.

Ad cuius declarationem considerandum est, quod sicut in scientijs speculatiuis ex notioribus & confusis proceditur ad minus nota & magis determinata, vt in primo Phy. ita etiam oportet * eum qui vult inducere hominem ad virtutem per obseruantiam præceptorum, ex illis eum mouere incipiat quę sunt notiora & faciliora, Vnde in decalogo faciliora & communiora præcepta ponuntur, tam in his quę ordinant ad Deum quam in his quæ ad proximum. Facilius enim homo potest abstinere ab idololatria, quam ab alijs speciebus superstitiosis, quæ intelliguntur prohiberi in hoc quod dicitur: Non habebis Deos alienos. quod patet ex hoc: nam idololatria penitus est in vniuerso post aduentum Christi & prędicationem Apostolorum saltem in publico eradicata, iuxta illud Esa 2.d. Et idola penitus conterentur. Superstitio autem diuinationum & huiusmodi adhuc remanet in multis locis intra populum Christianum, præsertim apud eos qui non cognoscunt huiusmodi esse superstitiosa seu peccata. Ex quo patet, quod facilius est ab idololatria abstinere, quã ab alijs superstitionibus sub ea inclusis, vnde de idololatria fuit datum præceptum, tanquam de faciliori et notiori. Similiter homo facilius cognoscit homicidium esse peccatum, & facilius potest abstinere ab occidendo proximum quam ab alijs iniurijs seu læsionibus in sua persona inferendis, multo enim plures sunt iniuriatores seu læsores proximorum quam occisores. Idem dicendum de adulterio & furto respectu eorum, quę sub eis includuntur, unde patet quod de facilioribus & notioribus dantur præcepta decalogi, non autem de difficilibus. Præceptum autẽ de dilectione Dei prout in lege traditur, est difficillimum, scilicet vt Deus diligatur ex toto corde, ex tota anima & ex tota substantia, quod importat interiorem motum animi cum magna promptitudine, quod est difficillimum seu impossibile non habenti charitatem. vnde Philo. 5. Ethic. Operari ea quæ iustus operatur facile est, sed eo mo C do quo iustus operatur, difficile est, non habenti iustitiam. vnde Aug. exponens illud 1. Ioan. 5.a. Mandata eius grauia non sunt. dicit, Non sunt grauia amanti, sed non amanti sunt grauia. Dilectio etiam proximi prout in lege traditur, scilicet vt diligatur proximus sicut homo diligit seipsum, non modicæ difficultatis est, præsertim non habenti charitatem. Importat enim quod homo ponat vitam corporalem pro salute spirituali proximi, iuxta illud. 1. Ioan. 3.c. Debemus pro fratribus animam ponere. Similiter & diligere plus vitam corporalem proximi, quam omnia bona propria temporalia quod non modica † difficultatis est, vt satis patet quasi per experientiam; Quam pauci enim sunt & rarissimi qui etiam omnia bona sua exteriora ad redimendum vnum captiuum de morte corporali, & forte etiam a spirituali largirentur. Et inde est quod qui implet mandatum de dilectione proximi, totam legem implet, iuxta illud ad Rom. 13.f. Qui diligit proximum, legem impleuit & infra: Plenitudo enim legis est dilectio. & glossa ibidem, Vbi enim charitas est, quid possit deesse, vbi autem non est, quid est, quod possit prodesse. Constat autem quod maior difficultas est in actu virtutis, in quo tota lex impletur, quam in alio quocunque, in quo non implentur nisi aliquæ singularia præcepta legis. Dilectio etiam Dei quę in lege præcipitur tantæ perfectionis est, quod non potest perfecte impleri in hac vita secundum Augustin. in lib. de perfectione iustitiæ. Ex quibus patet, quod quia lex dabatur populo rudi & imperfecto, ideo in primis pręceptis non oportebat vt explicaretur præceptum charitatis, sed hoc fuit rationabiliter reseruatum ad tempus vltimum totius doctrinæ Mosaicę, scilicet, in quadragesimo anno post exitum de Aegypto, in quo tempore igitur: Cœpit Moyses explanare legem. Deut. 1.a. Eodem enim tempore quo repetit pręcepta decalogi in. 5. ca. consequenter in cap. sequenti, scilicet in 6. proposuit eis tanquam iam aliqualiter prouectis præceptum de dilectione Dei per extensum præmittens eis aliud maximum præceptum de credendis circa diuinitatem dicens: Audi Israel, &c. cum præambulis ad ista pertinentib. de quibus ibidem amplius est dicendum.

Philosophus. † Vt.

Philosophus.

† Facultatis.

D

Notandum tamen quod licet in hoc loco, s. in datione legis non esset hoc præceptum plene explicandum propter rationes iam dictas, nihilominus tamen in primo præcepto decalogi non prætermisit facere mentionem de dilectione Dei, & hoc non in forma pręcepti, sed quasi imponendo modum præceptis: Dicit enim in fine primi præcepti promittens præmia obseruantib. Et faciens misericordiam in millia his qui diligunt me. in quo ostendit manifeste quod præmia quę a Deo dantur propter istis pręcepta obseruandis, dantur principaliter propter dilectionem Dei & sic satis ostenditur, quod in dilectione Dei principaliter consistit meritum aliorum pręceptorum. Simili modo dicendum est de pręcepto dilectionis proximi, scilicet quod fuit reseruata eius explicatio ad alium locum, vbi difficiliorib. actib. virtutum circa proximos exercendis ageretur scilicet. Leuit. 19. vt ibidem est dicendum. Item circa hoc vlterius attendendum est, quod licet primum pręceptum decalogi sit principaliter negatiuum, cum dicit. Non habebis Deos alienos, tamen includit quodammodo affirmatiuum. in hoc enim quod sequitur: Coram me. secundum glo. interlinearem intelligitur præter me. Idem omnino habetur in translatione Chaldaica. vnde in hoc quod dicitur: Non habebis Deos alienos præter me. manifeste includitur, me habeas in Deum, & nullum aliud. Ex quo vt credo, insurgit apud simplices communis enumeratio pręceptorum decalogi, in qua primum ponitur, Deum cole, affirmatiue. Notandum etiam quod cum dicitur. His qui diligunt me, statim subiungitur. Et custodiunt præcepta mea, † conformiter ad euangelium Ioan. 14.c. Qui diligit me, sermonem meum seruabit, &c.

E

† Conformatur.

## ADDITIO II.

In eo. ca. 20 ubi dicitur in post. Ita quod fieri sculp. &c. Videtur addendum. Quod secundum Hebręos facere imaginem seu similitudinem cuiuscunque creaturę specialiter animatę, vel cuiuscunq; cęlestis corporis, quę communiter opinantur esse animata, etiam non intentione colendi eas nec adorandi est prohibitum, patet per hoc quod dicitur: Non facies sculptile, nec omnem similitudinem, &c. quod satis videtur consonare literæ, sed ex hoc credunt nos, esse transgressores huius pręcepti, in quantum permittimus fieri imagines & similitudines hominum & angelorum. Sic etiam similiter nos credunt esse transgressores illius pręcepti. Non adorabis ea neque coles. in hoc quod imagines Christi & sanctorum adoramus. Sed bene aduertenti primum est manifeste falsum non enim prohibentur imagines creaturarum fieri, nisi adhibeatur eis cultus Deo debitus. Quod ex hoc patet nam hoc præceptum: Non habebis Deos alienos, apud omnes est vnum pręceptum tantum, licet in eo diuersi actus prohibeantur, eo quod omnes illi actus prohibentur ad eundem fin. s. ad remotionem idololatrię. Si igitur sculptile facere esset prohibitum, etiam sine intentione colendi seu adorandi, talis prohibitio non pertineret ad istud præceptum, nisi forte ceremonialiter, scilicet ad remouendum occasionem idololatrandi, & sic talis prohibitio esset cęremonialis, et non obligaret tempore gratiæ. Secunda etiam credulitas esset falsa et erronea, nam imagines sanctorum non adorantur a fidelibus adoratione latrię, sed duliæ. Imago autem Christi adoratur adoratione latrię ratione rei significatę, quæ est ipse Christus verus Deus. Eadem enim adoratione adoratur imago repręsentans inquantum talis, et res per eam repręsentata, prout in 2.2. quęst. Et circa hoc est attendendum vlterius, quod in veteri lege licet imagines creaturarum fieri prohiberentur, tamen intra sancta sanctorum duo Cherubim qui erant imagines iuuenum supra propitiatorium ponebantur, vt patet infra xxv.c. Ex quo patet quod imagines fieri non erat per se malum, sed propter pronitatem

Imagines an permissæ.

F

A populi inducti ad idololatriam. Cuius signum manifestum est, quod intra sancta sanctorum, vbi soli summi sacerdotes ministrabant, de quibus non erat talis pronitas presumenda, non solum permittebantur, sed etia praecipiebantur fieri tales imagines, scilicet Cherubim, qui angelos repraesentabant, ut talium intuitu in contemplatione caelestium mens summi sacerdotis eleuaretur. Cum autem venit plenitudo temporis scilicet tempore gratiae, quando populus communiter idola respuit, nec ad ea habet pronitatem, non immerito fiunt imagines sanctorum, quibus repraesentantur eorum opera meritoria, & etiam miracula per eos diuinitus facta, ut in eis simplices, sicut in libro historias eorum legant, ex quibus discant bonorum operum imitationem, qui per libros hoc facere nequeunt, quibus imaginibus, s. sanctorum honor debetur ex ratione personae repraesentatae, cui hoc debetur tanquam praemium virtutis, vt habetur 1. Ethi. & a fortiori vinculo imagines Christi de virgine nati, & in cruce pendentis, & de sepulchro resurgentis & ascendentis in caelum, & huiusmodi tam in ecclesijs quam in altaribus merito depinguntur vel sculpuntur, vt fidelium mentibus gestorum Christi in quibus nostra salus consistit, memoria tenacius infigatur, quibus scilicet imaginibus † adoratio latriae debetur ratione rei significatae, vt dictum est.

Philosophus.

### ADDITIO III.

In eo. ca. 20. vbi dicitur in postill. Causa autem huius prohibitionis, &c. Quod causa huius prohibitionis, scilicet cum dicitur: Non assumes nomen Dei tui in vanum, est propter † reuerentiam Dei, prout etiam postillator dicit manifestum est. Sed hoc quod sequitur: Nec insontem habebit, importat comminationem poenae huius praecepti transgressoribus, Coactio enim legis est per metum poenae, vt in 10. Ethic. vnde inconuenienter videtur dici, quod haec causa sit huius prohibitionis, sed potius poenae trangressoribus debita seu comminata, &c.

† Adorationis latria.

Philosophus.

### B ADDITIO IIII.

In eo. ca. 20. vbi dicitur in postilla, Dicit igitur: Memento dicunt Hebraei, &c. Quod quia praeceptum de sabbathi obseruatione fuerat datum eis supra 26. c. in primo descensu mannae, idcirco praeponitur nunc huic praecepto Memento. q. d. hoc praeceptū nō datur tibi de nouo, quia iam habuisti, sed habeto memoriā de eo, vnde non debuit postillator recurrere ad expositiones Hebraeorū in talibus, praesertim cum habeant in hoc falsum fundamentum. Credunt enim quod praecipua sanctificatio sabbathi consistat in corporalibus delectationibus, & ideo introducunt in sabbathi obseruatione ista quae nihil valent. Similiter etiam tradunt, quod tenetur quilibet in die sabbathi ter manducare, scilicet vnum prandium, & duas coenas, asserentes quod omnes hoc obseruantes sunt securi a iudicio gehennae, vt in libro de sabbatho expresse habetur quod est valde ridiculum, arctior enim via est quae ducit ad vitam seu paradisum, secundum catholicam veritatem, quam comedere ter in die festo, &c.

### ADDITIO V.

In eo. c. 20. vbi dicitur in postilla, Et secundum doctores nostros nomine parentum. Haec autoritas Aug. secundum quam ille qui non pascit esurientem dicitur eum occidere, verius & planius correspondet quinto praecepto, vbi dicitur: Non occides, per quod prohibetur occisio cuiuscunque proximi, & per consequens ille qui posset aliquem fame morientem pascere, & non pascit, occidit, & sic manifeste transgressor istius quinti C praecepti.

### ADDITIO VI.

In eod. cap. 20. vbi dicitur in postil. Dixit Rab. Salom quod per hoc praeceptum prohibetur, &c. Quod licet ex literali sensu literae per hoc praecepto: Non occides, tantum homicidium videtur prohiberi, tamen ex consequenti intelliguntur caetera nocumenta in persona hominis facta esse prohibita pari ratione, nam ratio qua homo peccat in occasione D proximi est, quia facit contra charitatem vel etiam contra iustitiam, contra quas etiam facit qui lesiones infert, licet non ita grauiter peccet, quia poena mortis non infligitur propter alias lesiones, sicut propter homicidium, tamen in alijs praeceptis iudicialibus talia prohibentur, vbi poenae eorum taxantur.

### ADDITIO VII.

In eo. capitu. 20. vbi dicitur in postilla, Sed variatur multum ad hoc siue sit vnum praeceptum siue duo, intellectus Hebraeorum. Quod multi Hebraeorum expositores dicunt, quod in hoc praecepto prohibetur concupiscentia vxoris alienae & huiusmodi, etiam si non prorumpat in actus exteriores, vt patet per Rab. Abenhazra in sua glo. & in hoc loco. Quod autem dicitur a quibusdam doctoribus nostris, quod lex vetus prohibebat manum & non animum, non est sic intelligendum vt per legem veterem nunquam sint prohibiti aliqui actus interiores, qui in animo consistunt, hoc enim esset manifeste contra textum. Legitur enim infra, Leuitic. xix. d. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. in quo manifeste prohibetur odium cordis, quod est in animo. Similiter Deut. ix. a. Ne dicas in corde tuo, cum deleuerit eos dominus Deus tuus in conspectu tuo, propter iustitiam meam. in quo manifeste prohibetur superbia seu praesumptio etiam in corde tantum existens, vnde dicta doctorum nostrorum in hoc, seu glo. in postilla allegatae aliter sunt intelligenda, scilicet quod in lege veteri cum aliquis actus exterior expresse prohibetur, non intelligitur per hoc prohiberi ex vi huius praecepti actus interior, huic exteriori correspondens, E vnde ex vi huius praecepti: Non occides, non iudicatur reus ille qui vult etiam ex proposito deliberato occidere hominem, licet forte sit reus transgrediendo aliud praeceptum, s. Non oderis fratrē tuū. Lex uero noua prohibet iopeccata, non solum prohibet manum, sed etiā animū, unde saluator Matt. 5. a. Audistis quia dictū est antiquis, Non moechaberis, ego autē dico uobis, quod omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iā moechatus est eam in corde suo.

REPLICA Correctorij contra Burgen. In capitulo 10. Burge. notat postillatorem quasi diminutum, dicens eum expositionem decalog. breuiter transisse, cum tamen propositum postillatoris non fuerit summas neque tractatus scribere, sed plane literalem sensum inquirere, quod & facit, ut patet cuilibet intuenti. Reliqua per Burgen. in hoc capitulo mota modicum uel nihil faciunt contra Postillatorem. Multa autem per Burgen. per modum digressionis posita bene pertractatione indigerent, sed non est praesens propositi contra Burgen. facere. nisi vbi videtur postillatori irrationabiliter obuiare. Notat tamen in hoc capitulo incidentaliter postillatorem, dicens comminationem poenae fore causam obseruantiae praeceptorum, &c. volens Burgen. quod reuerentia Dei sit causa. Sed ex hoc non sequitur, ergo comminatio non est causa, stat enim eiusdem rei plures esse causas in eodem genere causae, quamuis non totales. Vnde quem amor & Dei reuerentia non mouet ad praeceptorum obseruantiam, saltem mouet timor & metus poenae. Est igitur sicut promissio, ita est & comminatio causa motiua obseruantiae mandatorum & maxime in ueteri lege, quae fuit lex timoris, ut patet in epistola ad Gala. per totam. Caeterum postillatorum exponit ly memento ut sabbathum, &c. approbando errores Iudaeorū sed magis non repro F bando, ut patet per ea quae de expositione Hebraeorū traxit, caetera reijciendo. Ita & Burgens. saepenumero facit, & sic in quo postillatorem in hac parte iudicat, seipsum condemnat. Quomodo accipi debeat, legem cohibere manum non animum, quod hic a Burgen. tractatur, vide supra Gen. 3. correctorio 1.

CAP.

A

CAP. XXI.

a HÆC sunt iud. AVG. Distinctius amodo explicantur ea quæ ad proximum pertinent. Notãda locutio cum dictum sit Moysi: *Hæc sunt iudicia quæ propones eis.* cætera ad populum dicantur.

✱ RVPERTVS. Non idem singulariter iudicium sonat, quod pleraliter iudicia. Nã singulariter iudiciũ, plerumque damnationem, plural. tam rei vindictam, quàm innocentis significat defensionem. Vtrinsq; partis, s. iudicii & misericordiæ sententias, post data decẽ præcepta, proponit hic lex domini sancta & immaculata iusta & boni & ueraciter psalmistæ psallenti, primũ locus hic materiã uidet dedisse, quatenus diceret, *Misericordiã & iudiciũ cantabo.* Cantandi nanq; iudicii materia insignis est, & ab hoc loco vsq; quo dicit, *Qui immolat dys occidetur.* Misericordiæ vero moduli dulces sũt, ab eo qđ cõtinuo subiũgit, *aduenã no cõtristabitis*, vsq; ad id quo ait, *Sex dieb. operaberis.*

b *Si eme. ser. He. &c.* AVG. Ne Christiani hic flagitarent a dominis suis, Apostolus iubet dominis seruos esse subditos, ne nomẽ dñi & doctrina blasphemetur. Illud enim inde cõstat in misterio esse præceptum, quia pertundi subula eius aurem ad postem præcepit Deus qui libertatem recusasset.

B GREG. Sciendum quia cum actiua & contemplatiua uita ex Dei gratia sint, vna nobis in necessitate est, altera in volũtate. Nemo enim cognosces Deũ ad eius regnũ ingreditur, nisi prius bene operetur. Sine contẽplatiua uero ingredi possunt, qui bona quæ pñt operari, non negligunt. Inde per Moysen dicitur. *Si emeris seruum Hebræum. &c.* Hæbræus trãsiẽs interpretatur, & seruus Hebreus emitur, qñ qui iam ab hoc seculo mẽte transit, seruitio Dei subdit, sic Moyses trãsiuit, ut videret visũ. Et Dauid inquit Psal. 36. d. *Transiui & ecce nõ erat.* Hic seruus emptus sex annis seruire præcipitur, ita *in septimo exeat liber gratis.* Senarius enim perfectionem actiuæ vitæ significat, septenarius cõtemplationem. Sex ergo annis seruit, in septimo liber egreditur, quia per actiuam quam perfecte exhibuit, ad contemplatiuæ vitæ libertatem transit.

Et notandum q̃ gratis liberi egrediuntur, qui postquã omnia fecerunt, dicũt se inutiles seruos, ergo eis sicut actiua exmunere, ita ex gratia erit cõtẽplatiua. Cũ quali veste intrauerit cũ tali exeat, qa necesse est, ut quisq; in hoc qđ cœpit perseueret vsque ad finẽ operis, in ea intẽtione qua inchoauit. Ille

C enim ad contẽplatiuã bene transit, qui in actiua intentionis suæ vestẽ ad deteriora nõ mutauit. Et sunt nõnulli qui priusq̃ Dei seruitio sociẽt operari diligũt. Alii postq̃ ad seruitium Dei uenerint bñ operari disũt. Qui prius bona opera studuit habere, Hebræus seruus cũ vxore emptus est, & plerũq; põt ad contẽplatiuã vitam transire, actiuã tñ vitã no deserere. vnde subditur: *Si habens vxorẽ, & vxor egrediatur simul.* Cũ eo enim ad libertatẽ egreditur vxor, quãdo actionem bonã qua prosit aliis non relinquit. Si autẽ dederit illi vxorẽ domin⁹, & peperit filios & filias, mulier & liberti eius erũt dñi sui. Ipse uero exibit cũ veste sua. Seruo empto dñs dat vxorẽ, cum prædicator eum quem Deo mãcipauerit, bonæ actioni cõiungit, prędicatores autem dñi vocãtur. Sicut Helisęo de prædicatore suo dicitur: *Scis quod dominus suus tollatur a te.* Vxor serui emptitii filios & filias parit, qñ ei bona actio fortes & teneros fructus generat. Sed mulier cũ filiis domino remanet, & seruus erit cũ vestitu suo, qa bona actio & fructus eius prædicatori in mercedẽ reputatur. Ipse vero in desiderii intentione perdurans, p Dei gratiã ad cõtẽplationẽ egreditur. *Quod si dixerit seruus, diligo dñm meum, &c.* Seruus dñm suum diligit, qñ prædicatoris uerba sollicita mẽte custodit. Vxorem quoq; amans, & liberos, liber egredi recusat, qñ actiuam vitã eiusq; fructus diligens, transire ad cõtẽplatiuã non vult, quia bona sui ministerii opera se habere seruitute cõsiderãs, ad libertatis quietẽ trãsire temuit. *Sed offerat eum dominus dys, & applicetur ad ostium & postes, & perforetaurẽ eius subula, ut sit seruus in seculũ.* Qui n. in actiua disposuit vita perdurare, a prędicatore suo antiquorũ patrũ dictis imbuitur, qui nobis in uia Dei sacerdotes fuerũt. Ad ostiũ quoq; & postes tabernaculi ducitur, vt de ingressu tabernaculi ęterni aliquid audiat, & tremendi iudicii diẽ subtiliter agnoscat, ne p bona opera quę facit, placere hominib. appetat. Seq auris eius subula perforat, id est, inẽs timoris Dei subtilitate vt uerbi acumine trãsfixa, p oẽ quod agit, noverit ingressũ regni attẽdere, & quasi ab ostio & poste tabernaculi perforatã aurẽ portare. *Et erit seruus in seculũ*, vt esse post seculũ liber possit, qa & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei. tunc. n. nobis vera libertas erit, cũ ad gloriã filiorũ Dei adoptio nostra peruenerit, nũc vero solũ actiua vita est in seruitute, sed ipsa cõtẽplatio qua super nos rapimur, libertatẽ mẽtis perfectæ nõ obtinet, sed inchoatur, quia illa quies summa in ænigmate uidet.

c *Sex annis.* ISIDOR. In sex ætatibus huius seculi seruientes, septi-

Locut. 91. in Exodo. Vt supra

† Si cũ corpore suo ingress⁹ fuerit cũ corpore suo egrediet. Hebraismus est quem sic vertit, Chal. interpres si solus intrauit sol⁹ egredietur. Piico.

Quęst. 77. in Exod. 1. Pet. 2. c.

Hom. 3. in Ezech el. Alegorice

4. Reg. 2.

CAP. XXI.

HÆC sunt iudicia, quæ propones eis. † Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber grã-

a Seruitio Dei mancipaueris. b Qui mente ab hoc seculo transit. c Perfectione actiuæ vitæ. a In contemplatione. b A seruitute mundi. c Quia & hoc gratiæ Dei tribuitur.

D

E

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXI.

1 HÆC sunt iudicia. *Hic consequenter ponuntur iudicialia pcepta. et primo lex quãtũ ad iudicialia ponitur. secũdo populus ad obseruãtiã legis inducit in medio.* 23 *cap.* Ecce ego mittã. *Circa primum sciẽdum q̃ præcepta moralia decẽ de quib. dictum est pcedenti sunt quędã cõclusiones immediate elicitæ a dictamine iuris naturalis, siue ex eius principys, & iõ manẽt in noua lege, quia ius naturale est immutabile. pcepta vero iudicialia & ceremonialia euacuata sunt per nouã legem, aliter tñ & aliter, quia ceremonialia sic euacuata sunt, quod ea obseruare post promulgationẽ euãgely est mortiferum, vñ dicit Apostolus ad Gal. 5. a.* Si circũcidamini, Christus nihil vobis pderit. *Et hoc est ẽt intelligẽdum de alys ceremonialib. Cuius rõ est, quia ceremoniæ erant quędã figuræ & protestationes Christi venturi & no. test. & ideo eas obseruare post euãgelium pmulgatum, est dicere quod tẽpus aduentus Christi ac no. te. nõdum est impletũm, nec veritas figurarum impleta est p Christum, qđ est hæreticum, & iustificatio q̃ quæ erat de ceremonialib. ve. test. remanet in no. lege, quia non figurabat aliquid futurum, sed deuotionẽ populi Deum colentis qui maior est in nouo. q̃ in ueteri. Præcepta vero iudicialia sic sunt euacuata, quod no obligat in lege noua, ea tñ obseruare non est mortiferum, ut possit aliquis princeps Christianus ea instituere in terra sua. Cuius ratio est, q̃ iudicialia erant instituta ad cõseruandum statum illius populi in pace per opera iustitiæ, ita quod non erant de se vel per se figuræ alicuius futuri in no. le. sed tantum per accidens inquantum status illius populi erat figuralis respectu status no. te. & ideo possunt obseruari tẽpore no. te. inquantum ac nouo testamento instituta, ut dictum est. si tamen seruarentur tãquam ex lege ueteri obligatoria, esset mortiferum, quia hoc esset asserere q̃ adhuc maneret status populi ve. te. His præmissis circa iudicialia præcepta sic proceditur, quia primo per ea ordinatur homo quantum ad partem irascibilẽ. secundo ad partem concupiscibilem. 22. c. tertio quantum ad rationalẽ circa medium eiusdem cap.* Qui immolat dys, occidetur. *Irascibilis autem tendit in bonum sub ratione ardui, & in malum sub ratione vindicatiui, quia ira est appetitus vindictę, & ideo primo regulatur irascibilis in damnatione quę est quid arduum & eius in alterius lęsiõe, quæ est quid vindicatiuum, ibi* Qui percusserit hominẽ. *Circa primũ dicitur sic.* Hæc sunt iudicia quæ propones eis. *non dicit impones, quia imposita sunt a Deo, & auctoritate eius per Moysen proposita populo.*

2 Si eme. ser. Heb. *Dicit Andreas q̃ hoc intelligitur de Hebręo, qui iam erat seruus hominis Gentilis a quo Hebręus emit eum. R. S. dicit & melius ut uidetur, quod intelligitur etiã de seruo empto ab Hebręo, quod potest fieri tripliciter. Vno modo a iudicib. q ua si Hebræus conuincatur de furto, & non habeat vnde restituat, de mandato iudicum debet uenui ad restitutionem faciendam, ut habetur c. se. alio mo io qua paupertate constrictus Hebręus potest vendere semetipsum secun. quod dicitur Leui. 25.* Si paupertate cõpulsus vẽdiderit se tib. frater tuus, &c. *Tertio modo si dominus Hebræus non habeat filium ... potest vendere ... Hebręum pro annis, qui restãt ... ad ... remissionis.*

2 *Sex annis serui. ... usque ad septimum annum remissionis, quã*

Diuisio.

Thurificatio.

Diuisio.

MORALITER.

✱ 1 *eme ser. Heb.* Prædicator verbi diuini seruũ emit, qñ ad Dei seruitutẽ peccatorẽ adducit. Sed tunc dicitur Hebreus q interpretatur trãsiens, qñ per uitæ præsentis viã bene viuẽdo transit ad patriã. 2 *Sex an. ser.* in pfectione vitæ actiuæ q̃ perfectio per senariũ numerũ designatur, eo q̃ De⁹ in sex dieb. mũdi machinã perfecit. Exercitiũ vero vitę actiuæ disponit ad cõtẽplatiuã ... Moral. Qui cõtẽplari omnis ardẽter appetere desiderãt, ... exercitio actionis se p exercitium probet ... exercitatus in vitæ actiuæ operibus possit ... transire ad cõtẽplationem, propter quod subditur. 3 *In sep. egre.* ad ... transibit ad contemplationis quietem, ...

✱ signi-

A septimo die id est, æterno sabbatho liberabimur, si tamē voluerimus esse liberi dū in hoc seculo seruimus peccato. Si autem noluerimus, perforabitur auricula in testimonio inobedientiæ, & cū uxore & filiis nostris quos prętulimus libertati id est, cū carne & operib. eius peccato seruiemus in æternū.

Vbi supra cap. 35. †De. 15.c Hier. 34.c d. in sum.

a *In septimo egredietur gratis.* ✻ RVP. Subauditur si voluerit. Nam ingenuus est, & pater eius Iacob à semetipso venditus, septimo seruitii anno liber exiuit, quia voluit, nec enim se in perpetuum vendidit.

Vt i supra b *Cum quali veste, &c.* ✻ RVPERTVS. Id est, cum quali conditione intrauerit, cum tali exeat, quia videlicet pater eius Iacob nec plus nec minus, sed tantum abduxit, quantum iure acquisiuit Si habens vxorem, & vxor egredietur simul, quia pater eius habens vxores Lyam & Rachel, quas facta conuentione acquisierat, iam quando seruiēdo pro gregib. intrauit, cum eisdē egressus est.

B c *Perforabit aurem subula.* THEOD. Quid hoc? Vt libertatem moneat reb. omnib. anteponendam. Qui igitur nullo libertatis desiderio afficitur, & seruire mauit, quā iuris esse sui, hanc dedecoris notā sub re iubet, in ea prę cęteris corporis parte q dicto audire velit. Merito etiam ad postes applicatur, vt intelligat ne limen quidem egredi inuito domino, licere.

Quæst. 46. d *Erit seruus in seculum.* ✻ IDEM Si ætas hominis paucis annis absoluitur, quare adiūxit *in seculum*? Quia apud sacras literas, seculum non tempus semper infinitum denotat, sed quandoque finitum. Sunt qui ad iubileum referant, siue illud in proximo sit, siue longius absit.

Quæst. 78. in Exod. *Si quis ven. &c.* AVG. Non abibit ita, vt recedunt ancillæ Quod si non placuerit domino suo, quia non annominauit C eam, remunerabit eam, genti autem exteræ non debet dominus vendere illam, quoniam spreuit eam. Quod si filius anno minauerit eam secundum iustificationē filiorum faciet illi. D Quod si aliā accipiet, ei quæ opus sunt, vt vestem & conuersationem eius non fraudabit. Si autē hæc tria non fecerit ei, exibit gratis sine pretio. Obscurissimum locum insuētatę locutiones fecerunt. Sed aperiā vt potero. Si quis vendiderit filiam suā in famulam, id est, vt sit famula (quam οἰκέτιν, vocant Græci) non abibit ita vt recedunt ancillæ. Intelligendū est, non sic recedet, quomodo recedunt ancillæ Hebrææ post sex annos. Eam enim oportet etiam in fœminā Hebræam legem datam intelligi quæ seruatur in manibus. Cur ergo ista non ita recedet, nisi quia in famulatu ita intelligitur humiliata, qa E ei domin' se miscuit. Vnde sequitur: *Quod si non placuerit domino suo*, quia iam non annominauit eam, id est, non eam fecit vxorē, remunerabit eā, hoc est quod supra dixit, Non abibit ita, vt recedunt ancillę. Iussa est enim aliquid accipere, qa humiliata est, quia non ei ita se miscuit, vt faceret eam vxorē, id est, ut annominaret eam sibi. Genti autem exteræ nō potest dominus vendere illam, quoniam spreuit eam, id est, q spreuit, non tantū dominatur, ut exterę genti licitæ vendat. Idem est autem spreuit in ea, & spreuit eam. Spreuit autē, id est, humiliauit concumbendo nec vxorem faciendo. Quod si filius annominauerit eam iuxta iu. f. fil. Id est, si filio coniūxerit eā vxorem, sicut filiæ dotē apponet. Quod si aliam accipiet ei, id est, non istam deputauit uxorē filio, quę opus sunt, & vestem & conuersationem eius non fraudabit, quoniam non mansit vxor filio eius, quemadmodum daret si eam sibi non annominasset. Quod autem nos dicimus conuersationē eius non fraudabit. Græcus habet ὁμιλίαν id est, locutionem, sic honestius concubitum appelians, hoc est, pro concubitu mercedē dabit. Sicut & Daniel concubitū significans ait, Dan. 12. f. *Sub qua*

[Textus cum glossa interlineari:]

a *Non in deterius mutata.* — *Intentione bene operandi.* — b *Perduramus vsque ad finem.*

1 a In septimo egredietur liber gratis. † Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens 2

a *Bonam operationem.* — b *In contemplatiua non deseratur.* — *Prædicator.*

b vxorem, & vxor egredietur simul. Sin autem dominus dede 3

a *Bonam operationem.* — b *Fortes & teneros fructus.* — c *Bona operatio & fructus eius imputabuntur prædicatori.* — *Vel liberi.*

4 rit illi vxorem, & peperit filios & filias. mulier & filii eius 5

a *Ad contemplationem.* — b *Cum intentione deuotionis.*

6 erunt domini sui, ipse verò exibit cum † vestitu suo. Quod 7

a *Verba prædicatoris, s. sollicita mente custodio.* — b *Actionem.* — c *Fructus.*

8 si dixerit seruus: Diligo dūm meum, vxorem, ac liberos: non 9

a *Id est ad contemplationem non transibo.* — b *Antiquorum patrum, qui sacerdotes Dei fuerunt, dictis imbuat.* — c *Prædicator.*

c egrediar liber, offerat eum dominus† diis, & applicabitur ad 10

a *Vt de ingressu æterni tabernaculi aliquid audiat.* b *Mentem, s. subtilitate diuini sermonis, ne in his quæ agit placere hominibus quærat.* c *In actiua seruiendo hominibus.* d *Vt post seculum liber sit.*

11 d ostiū & postes: pforabitq; aurē ei' subula, & erit seru' in secu 12 13

†Corpore suo. Hebr. solus. †Adiudices.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *quia si tempus emptionis minus distet a septimo anno, qui est annus remissionis, non seruiet sex annis, quia illo anno debet egredi liber, Ratio autem huius fuit, quia Deus redemit filios Israel de seruitute Aegypti, vt essent eius serui, & ideo noluit quod venderentur simpliciter, sed solum ad tempus. & ideo non erant serui proprie, sed quasi mercenarii locati ad tempus.*

2 Cū quali ve. intra. cū, *id est, in vestē bona vel meliori.* In Hebræo *habetur*, In panno suo venit, *in panno suo exeat, quod exponunt Hebræi, id est, si venit solus, scilicet sine vxore, solus exibit, & est similis modus loquendi, sicut habetur Gene. 32. c.* In baculo meo transiui Iordanem istum, *id est, solus, sicut fuit ibi expositum. & hoc consonat literę immediate sequenti, vbi capitur aliud membrum, cum dicitur.*

2 Si habens vxorem & vxor egredietur si. *& eadem ratione liberi, quia partus sequitur ventrem.*

3 Si autem do. *scilicet seruus.*

4 Dederit illi vxo. *s. vnam de ancillis suis, alterius gentis, quæ est serua simpliciter, non ad tem.*

5 Mulier & filii, &c. *Quia partus sequitur ventrem, & ideo quia vxor erat serua simpliciter, ipsa cum filiis debet remanere apud dominum.* Si autem ipsa sit Hebræa, cum habeat libertatem exeundi septimo anno, & liberi cum ea egrediuntur.

F

6 Ipse vero exi. cum, &c. *s. seruus exibit cum quali veste intrauit secundum translationem nostram: secundum Hebræos sic intelligitur in vestitu suo, id est, solus, ut patet ex prædictis.*

7 Quod si dixerit ser. &c. *Amore vxoris & liberorum inductus ad remanendum.*

8 Non egrediatur liber. *Quasi renuntians iuri suo.*

9 Offerat eum dominus diis, *id est iudicibus.*

10 Et applicabitur ad ostium. *de mandato iudicum.*

11 Perforabitque. *scilicet dominus.*

12 Aurem eius subula. *Hæc pœna & verecundia fit ei, eo quod nō vult vti libertate a Deo sibi data, & perforatur auris magis quam aliæ partes, quia per illam partem intellexit vel intelligere debuit legem de libertate.*

13 Et erit ei seruus in subula, *id est, vsque ad annum Iubileum siue parum distet, siue multum.*

✻ Si

## MORALITER.

✻ significabatur per libertatem.

2 *Si habens*, id est habens sapientiam, de qua dicitur Sap. 8. a *Hanc quęsiui mihi sponsam assumere.*

† *Et vxor egred. simul*, tantum uel plus sapientia quæ dicitur eius vxor erit sibi necessaria in contemplatione, sicut fuerat in actione.

3 *Sin autem, &c.* id est, si prædicator qui emit eum modo prædicto, docuerit eū sapientiam, mulier & liberi eius erunt domini sui, id est meritum illius sapientię & fructus sequens q per liberos designatur ad meritum doctoris cedent, quia tamen per hoc discipulus non priuatur merito proprio, ideo subditur.

6 *Ipse vero exibit*, per vestitum enim meritum significatur, eo quod per peccatum gloriæ vestis acquiritur.

† *Quod si dixerit*, id est nolo transire ad libertatem contemplationis, sed volo manere in seruitute actiōis, sicut aliquādo cōtigit, eo quod talis actiuus magis credit proficere in actiua vita quam in contemplatiua.

† *Offerat eum dominus*, id est, prædicator licet doctor qui emerat eum modo prædicto, recommendet eum angelis sanctis qui dicuntur dii participatione.

10 *Et applicabitur ad ostium*, &c. id est, ad Christum, qui debet Ioan. 10. b. *Ego sum ost.*

† *Et postes*, id est, Apostolos qui sunt postes ecclesiæ, per hāc applicationem intelligitur recommendatio qua prędicator suum discipulum in actiua vita remanere volentem recommendat Christo Angelis & Apostolis, orando deuote ne humana laude, quę surgere solet ex operibus actiuę vitę inolescat, ideo subditur.

11 *Perfor.* tunc enim auris boni actiui perforatur, quando nō propter laudem humanam, sed propter Deū bene operatur.

† *Si*

*qua arbore vidistis eos loquentes.* Et ibidem. g. *Illæ timentes loquebātur vobis.* Si autem tria hæc non fecerit ei: exibit gratis, i. si eā ipse concubitu non humiliauerit, neque filio suo coniunxerit, neque alia filio ducta, istam eiecerit, abibit gratis, id est, sufficiet ei non teneri in seruitute, abibit nihil accipiens, vt tertius Hebræus, non enim licebit domino copulare illam uiro non Hebræo, quam non licet exteræ genti tradi. Si autem seruo Hebræo eam copulauerit, intelligitur quod cum eo gratis exibit, non a marito separata.

a *Vendiderit filiam.* ✱ RVPE. Subauditur, quemadmodum vendidit Laban matrem vestrā Liam quam irrogatus protrudit & indotatam. ✱ STRABVS. Filia est subiectio deuota a bona voluntate genita, quæ se committit alicuius doctoris magisterio, quam doctor debebat per se docere, aut chiro discipulo multis præceptis ornatam, quasi dotatam tradere docendam. Si neutrū facere uoluerit, dimittat eam liberam, nec vēdat gēti alienæ, id est, hæreticis.

b *Qui autem non est insi. &c.* RABANVS. Homicidis non spontaneis, sex ciuitates refugii decernūtur: Cades in Galilæa mōtis Nephtalim, & Sichem in mone Ephraim, & Cariathabe, ipsa est Hebrō in monte Iuda, & trans Iordanem contra Orientalē plagam Hiericho. Bosor quæ est in campestri solitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulō in Basan de tribu Manasse. Hæc oppida tutæ sunt filiis Israel & aduenis, ne moriatur in manu proximi effusum sanguinē vindicare cupienti, donec ante populū exprimat causam suam. ☞ Si quis

Marginalia: †Serue. †Quia nō desponsauit eam. Vbi supra. †Tps non diminuet ei, vel concubitū ei⁹, non prohibebit lxx. cōiugio si uec egressi non priuabit. †Tradidit vel fuit cā vt veniret. C. D. Historice. †Quando quidem. E. †Alimētū. †15. quæst. c. n. c. †Leu 24. c. †Ita vt mo ritur. F.

a Alia lex est ancillæ, alia filiæ, quia maiori necessitate venditur filia quam ancilla.
1 Si qui vendiderit filiam suam in famulā, nō egredietur
a Hebræa post sex annos, scilicet quia humiliata est. Humiliata.
2 sicut † ancillæ exire consueuerunt. Si displicuerit oculis do-
a Liberam. b Gentibus vel hæreticis.
3 mini sui, † cui tradita fuerit, dimittit eam: populo autem alie-
Vel potestatem
4 nō vendendi non habebit licentiam, † si spreuerit eam. Sin
a Firmo matrimonio. b Dotando ei mi
5 autem filio suo desponderit eam, & iuxta morem filiarum fa-
ista repudiata. a Humiliatæ a filio.
6 ciet illi. Quod si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ †
Ablatæ.
7 nuptias & vestimenta, & † pretium pudicitiæ non negabit.
a Nec ipse, scilicet humiliauerit nec filio vxorem assixerit, nec alia superducta a filio eam abiecerit. b Sufficiet in seruitute non teneri. c Sicut seruus Hebræus.
8 Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. † Qui
a Materiali gladio vel spirituali. b Iniqua voluntate. c In anima vel in corpore. d Corporali vel spirituali.
9 b percusserit hominem † volens occidere, morte moriatur. Qui
Occulta æquitate.
10 autem non est insidiatus, † sed Deus † tradiderit illū in manu

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Si quis vendi. fi. fu. *Dicit Ra. Sa. quod lex ista loquitur de filia Hebræi parua, quæ non attigit adhuc. 12. annos, & diem.*

2 Non egre. sicut ancillæ, *scilicet de gente aliena, quæ erant seruæ simpliciter, non sic autem ancillæ Hebrææ, quia in hoc eadem libertate gaudebant qua & viri, & adhuc maiori, vt videbitur. Ancillæ autem quæ erant de aliena gente, non exibant liberæ nisi per fractionem dentis vel eruptionem oculi, vt habetur infra e. c. quod non habebat locum in ancilla Hebræa. imo dominus in tali casu reddet oculum pro oculo, dentem pro dente. Ad hoc enim vendebatur, vt dominus experiretur eius mores, & sic acciperet eam in vxorem uel filio suo daret, nisi contrarios mores inueniret, secundum quod dicit Ra. Sa. Ideo subditur.*

3 Si disp. &c. *quia non vult eam habere vxorem.*

4 Dimittet, &c. *ante annū 7. In Hebræo habetur:* Redimet eam. *id est, dabit ei locum ad redimendum se. Modus autem talis est, vt dicit Ra. Sa. quia si emerat eam pro sex libris, & vellet aliquis eam redimere, computabant annos, verbi gratia, si seruiuit tribus annis, dabantur sibi tres libræ tantum, nec poterat venire, & in hoc poterat de suo, quia seruitium puellæ trium annorum primorum non tantum ualebat quantum aliorum trium sequentium, quia tunc erat maior & fortior.*

5 Populo, &c. *i. aliquis qui non esset de gente Iudæorum, non poterat facere talem emptionem & redemptionem.*

6 Si sp. eam. *nolendo eam accipere uxorem. Aliqui exposi. nostri. sic exponunt:* Si spre. eam. *s. nolendo eam habere cubinam, quia ad hoc uendebatur ut seruiret sibi in lecto, ut dicunt, & sic ex consequenti de cōcubina faceret uxorem, sed hoc improbatur infra.*

7 Sin autem fi. &c. fa. il. *s. dando ei dotem & alia pertinentia ad nuptias, hoc excepto quod parentibus puellæ nihil dabit pro munere sicut erat consuetum apud Hebr. ut habetur* Gen. 24. *f. de parentibus Rebeccæ, quia pecunia quam dederat parentibus eius pro seruitio puellæ computatur hic pro tali munere.*

8 Quod si al. &c. *illa priore abiecta.*

9 Prouide puel. *i. isti sic abiectæ propter aliam ductam.*

10 Nuptias & ve. &c. *secundum arbitrium iudicum dabit ei pecuniam de hoc quod humiliata est a filio suo, id est defiorata, & cum hoc prouidebat de nuptijs cum alio & de uestimentis. Ita expo. doc. nostri secundum translata. nostram, quæ multum discrepat hic ab Heb. litera, quia in Heb. habetur sic:* Quod si alteram ei acceperit, expēsas & cooperturam suam, & horam suam non diminuet, quod exponit *Ra. Sa. sic.* Si alteram ei acceperit, *id est, filio suo aliam acceperit cum ancilla prius accepta in uxorem.* Expensas, *id est, victum sufficientem &* cooperturam suam, *id est, vestitum conuenientē &* horam suam, *id est, tempus reddendi debitum non diminuet subtrahendo vel defalcando ab ipsa propter aliam vxorem superinductam. poterant enim habere plures vxores simul.*

11 Si tria ista non fe. *quod exponunt docto. nostri sic: Si nullum prædictorum fecerat, id est, non acceperit sibi vxorem, nec filio suo & spreuit eam, nolens eam retinere pro concubina.*

12 Egredietur gratis. *libera ab eo. Dicunt enim quod non erat ei uendita, vt seruiret vt ancilla, sed sicut concubina, vt sic postea de concubina faceret eam vxorem. & sic emere ad concubitum & vendere fuit Iudæis permissum propter eorum libidinem, sicut dare ad usuras extraneis propter eorum cupiditatem. Sed quia talis permissio nullo loco in lege inueniatur sic concessa, sed magis prohibita secundum quod dicitur Deut. xxiij. cap.* non erit meretrix de filiabus Israel. *ideo aliter dicitur secundum Rab. Sal. tria ista non fecerit quæ prædicta sunt, scilicet quod non acceperit eam vxorē non de concubina sed de ancilla, nec filio suo nec iuuit ad eius redemptionem modo prædicto, egredietur gratis. Non solum anno 7. remissionis, sed etiam ante si in ea appareant signa pubertatis, quæ sunt ortus pilorum & menstruorum, quia tunc est apta ad concipiendum, & sic patet quod prædictum est, s. quod puellæ habebant plures vias exeundi de seruitute quam masculi, qui solum exibant anno 7. remissionis.*

13 Qui percusserit, &c. *Hic consequenter regulatur irascibilis in læsionibus quæ habent rationem vindicatiui, & primo in persona sua, secundo in re ab eo possessa, ibi,* Si bos cornu. pet.

*Circa primum dicitur.* Qui percusserit hominem, &c. *Hic accipitur percussio pro occisione, quia si non occideret percutiendo quantumcunque uellet occidere, non propter hoc puniretur morte, sed alia pœna. unde in Hebræo habetur:* Percutiens hominem & moritur, *scilicet percussus.*

14 Morte mor. *s. percutiens. Sed ly volens in proposito nostræ translationis determinat modum percutiendi, cum. s. fit a proposito & non a casu, propter quod de casuali subditur.*

15 Qui autem non est insidia. *s. quærens mortem percussi, quia erat amicus eius.*

16 Sed Deus tradiderit illum in, &c. *id est, ex causa nobis occulta* ✱ Deus

## MORALITER.

✱ 1 *Si quis uendi.* per filiā hominis operatio eius bona de genere intelligitur, quæ bene fieri pōt male, sicut dare eleemosynam propter Christum licet propter laudem hominū, sed tunc in famulam venditur quando spe mercedis æternæ in Deum ordinatur, ideo subditur.

2 *Non egre.* quia finis eius non est malus, sicut eleemosyne data propter laudem humanam, sed est valde bonus propter qd egredietur libera, quod notatur cum dicitur.

4 *Dimittet eam*, scilicet liberam nam per talem operationem gloriæ libertas acquiritur, de qua dicitur Ro. 8. d. *Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.*

13 *Qui percusserit hom.* Hoc moraliter fecit, q ad mortale peccatū verbo uel facto inducere proximū intendit ideo subditur.

14 *Morte moria.* s. culpæ & postea gehēnæ, nisi uere pœnituerit.

15 *Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum in manu, &c.* Aliquando vero contigit, quod ex uerbo uel facto alicuius male intellecto alius incidit in mortale peccatum, ideo dicitur, quod Deus tradidit illum, id est, propter suam malitiā permisit eum cadere.

Marginalia: Quelicita in sabbatho

✱ Constituam

A Si quis per insidias aut odiū mucrone malitiæ aliquē percusserit, & in mortē animæ seduxerit, æternę morti obnoxius erit. vnde Matt 17.a. *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis*, qui in me credunt, *expedit ei vt*, &c. *& qui odit fratrem suum homicida est, & scimus quoniam omnis homicida nō habet vitam æternam.* hic ab altari Dei auelli iubetur, quia indign⁹ sacramentis domini cis a cōmunionē īmerito remouetur. Qui autem per incuriam aut ignorantiam aliquem læserit, habet vrbem refugii ecclesiam, scilicet catholicam, vbi pœnitens per omne tēpus præsentis vitæ bonis studeat operibus, & si B spem suam in morte summi pontificis, id est Christi posuerit: saluus erit.

In que n. † De homicidio. c. 10. 1. †Tradidit vel fuit causa fāret. † Furatus. †Et inuentus fuerit in manu eius. Quęst. 79. in Exod.

AVGVSTINVS. *Si autem nolens, sed Deus tradiderit in manus eius, &c.* Ita hoc dicitur quasi & si nolens occiderit, posset occidere vbi De⁹ traderet in manus eius. Intelligitur ergo tantummodo Deū fecisse, & pro hoc tantummodo, quia Deus id fecit, dictum est, *sed Deus illum tradidit in manum eius.* Cum vero volens occidit, & ipse occidit, & quia Deus tradidit in manum eius. hoc ergo interest quod illic tantummodo Deus fecit, hic autem & Deus & homo propter voluntatē facientis. Sed non sicut Deus sic homo. Deus.n. iuste, homo autē pęna dignus: C non quia illū occidit, quem Deus nollet occidi, sed quia per iniquitatem. Non.n. ministerium præbuit Deo iubenti, sed D suæ malignę cupiditati seruiuit. In eodē igitur facto Deus de occulta æquitate laudatur, & homo de propria iniqtate punitur. non.n. quia Deus proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnib. tradidit illum, & Iudas ideo iuste tradidit.

a eius, cōstituam tibi locū, † quo fugere debeat. † Si quis per industriam occiderit proximum suū, & per insidias, ab altari meo auelles eum, vt moriatur. Qui percusserit patrem suū aut matrē morte moriatur. Qui maledixerit patri suo, b aut matri morte moriatur. Qui † furatus fuerit hominē, & c vendiderit eum, † conuictus noxæ, morte moriatur. † Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suū lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo, si surrexerit & ambulauerit foris super baculum suum, innocens erit qui percusserit: ita tamen vt † operas eius

*Interlinear:* Volens scilicet. — a Scandalizando vel in hæresim inducendo. b Sicut de Ioab legitur. c A communione corporis Christi separabis. — a Corporaliter vel spiritualiter affligendo. b Carnalem vel spiritualem. — a Aeterna vel pœnitens tali peccato. Blasphemando. b Contradicendo verbo vel facto, vel malum imprecando. c Deo. — a Ecclesiæ vnitatem scindendo. b Seducendo a veritate. — a Diabolo obnoxium fecerit. Aeterna. — a Id est, contenderint duo sapientes. b Vt a fide exorbitet commouerit. Exasperauerit. c Duritia mentis vel non misericorditer consulendo. — a Scrupulosis quæstionibus. b A fide penitus non deuians. Læsa charitate in eo. — a Charitatem quę non penitus extincta. — a Mundus a crimine.

a *Constituam, tibi lo. &c.* Quęst. 47.

❊ THEO. Cur si quis 1 aliquem, inuitus occiderit, solum cogitur com- 2 mutare? vt alios a quali- 3 bet cæde deterreat. Nam 4 si fortuitæ subiacet pœ- 5 næ, multo magis quæ consulto committitur. 6 Adhæc cautiores reddit 7 eos qui materias lapides ve cædunt fabros deni- 8 que omnes ne quid in E prætereuntes temere de- 9 iiciant. Indignatio præte- † rea cognatorum interfecti hominis exitio homicidiæ reprimitur, neque alia causa est, quāobrem 10 cornupetam bouem iubent interfici, volens p 11 animalia quoque rationis expertia docere ho- 12 mines, quam sit detestā- 13 da cedes.

†De fur. cap. 1. †Damnū cessationis.

b ❊ *Qui furatus fuerit.* RABANVS. Hereticos hæc sententia percutit, qui per dolum hominem Christianum a veritate catholicæ fidei seducunt.

c *Si rixati fuerint, &c.* RABANVS. Idem est si quis cum proximo contendens duritia mentis, vel parcitate spernendo, scilicet vel non consulendo exasperauit, & ille infirmatus tristitia a feruore dilectionis languerit, reus per confessionem, opera pęnitentiæ & impēsam promissę emēdationis in medicos, id F ☞ est

## NICOLAVS DE LYRA.

❊ *Deus permisit eum interfici casualiter, & ideo præter intentionem occidentis.*

1 Constituam tibi locum, quo fugere debeat. *ne interficiatur ab amicis occisi, & ibi manere debebit vsque ad mortem summi pontificis. Adhoc autem fuerunt ordinatæ ciuitates refugij, vt habetur Iosue.20.*

2 Si quis per industriam occi. *per hoc excluduntur a pœna sequenti pueri & amentes qui non habent industriam.*

3 Proximum suum. *id est Iudæum, qui est de lege sua. & ideo de Iudæo occidente Gentilem non intelligitur lex ista, ut dicit Ra.Sa.*

4 Et per insidias. *per hoc excluduntur illi, qui licet occidunt, bonum intendunt, sicut magister verberando discipulum, & pater filium, & medicus medicando infirmum.*

5 Ab alta. meo auel. &c. *etiam si fuerit sacerdos, vt dicit Ra.Sa. nisi incepit officium ministrandi in altari in quo casu erat expectandum complementum ministerij, quo perfecto trahebatur ad mortem. propter reuerentiam enim sacri loci erat ibi refugium in aliquibus casibus inter quos erat homicidium Gentilis, vt dictum est, sed non Iudæi. propter quod Ioab ibi confugiens non euasit mortem, quia per industriam & insidias interfecerat duos Iudæos, scilicet Abner & Amasam, vt habetur. 3. Reg. 2. a.*

6 Qui percusse, &c. *secundum docto. nostros & Hebraicos non intelligitur de percussione leui, quia propter ipsam filius nō debebat mori sed aliter puniri. vnde dicit Ra.Sa. quod nisi ex percussione fiat effusio sanguinis vel liuor, non incurritur pœna mortis. intelligitur etiam de percutiente a proposito, nam, a casu, nec etiam ex ioco.*

7 Qui maledixerit patri suo, &c. *Ista pœna non incurritur pro uno solo maledicto, quia pro percussione leui patris uel matris non incurritur pœna mortis ut prædictum est, & cum percussio sit quid grauius quam maledictum, sed assuefactio ad maledicendum meretur pœnam prædictam.*

8 Qui furatus, &c. *ita quod ad incurrendū pœnam mortis vtrumque requiritur, scilicet furtum & uenditio secundum expositores nostros quia si inueniatur antequam uendiderit, pœna finis est, ut reddat duos homines ad seruiendum, ut dicunt. & hoc non accipiunt de loco isto, sed de hoc quod habetur in casu sequenti, ubi dicitur, quod pro furto aliarum rerum restituitur duplum, & sic concludunt hic a simili. Rab. Sala. dicit, quod etiam pro solo furto hominis incurritur pœna mortis, & hoc trahit aliqualiter ex textu, quia ubi translatio nostra dicit sic:* Qui furatus fuerit hominē, & vendiderit eū, conuictus noxæ morte moriatur. *In Hebræo habetur sic:* Fur hominis & vendens eū & inuentus in manu eius morte moriatur. *Dicit enim quod ly* inuentus in manu eius. *ad utrumque refertur, s. ad furem, & tunc est sensus, Si est inuentum per testes contra eum quod furatus fuerit, & uendiderit, morte moriatur & ad hominem furto sublatum, & tunc est sensus. Et homo furto sublatus si inuentus fuerit in manu furis, id est apud eum non venditus, adhuc morte moriatur, s. fur ille. Ratio huius dici est quia homo est ad imaginem* Dei *factus, & ideo ratione tantæ dignitatis pro eius furto imponitur pęna mortis. & hoc uidetur rationabilius secūdum intentionem legis.*

9 Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iac. *Statim uel cito post.*

10 Sed iacuerit in lectulo. *ex percussiune illa.*

11 Si surre. & ambula fo. super bacu. suum. *Ita quod nō sit adhuc ita perfecte curatus, quod possit per se ambulare.*

12 Innocens erit *s. a pœna mortis.*

13 Qui percusse. *Dato quod postea moriatur, etiam antequā sit perfecte curatus. Ita dicunt expositores nostri & assignant duplicem causam, Vna est, ex parte percutientis, quia dicitur.* Qui percusserit lapide vel pugno, *non dicit gladio, ex quo uidetur quod non habebat* ❊ intentionem

## MORALITER.

❊ 1 *Constituam tibi locum quo fugere debeat*, s. sacramentum pœnitentiæ, quia quamuis non sit conscius, quod fuerit proximo causa ruinæ, debet de hoc tamen sibi timere.

2 *Si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias, ab altari. &c.* nā ab ecclesia non debet eū tueri, vt videtur per hoc quod habetur extra de homici. Si quis. Potest & aliter exponi

5 *Auelles, &c.* id est, repelles eum a sacra communione, & ecclesiastica promotione.

6 *Qui percusserit, &c.* id est, prælatum vel ecclesiam seu religionem scandalizauerit.

† *Morte moriatur*, s. culpæ & gehennæ.

7 *Qui maledixerit patri suo aut ma.* id est blasphemauerit Christum vel ecclesiam.

8 *Qui furatus fuerit hominem, & uendid. &c.* ipsum a fide seducendo.

9 *Et uendiderit eum*, diabolo.

† *Morte moriatur*, s. culpæ & gehennæ.

❊ Et

est, doctores impendat, qui infirmũ baculo consolationis eri gant, & fomentis prędicationum in pristinum dilectionis statum restituant. In correctione necessaria est discretio, ne q corrigere debet, occidat, vel in desperatione vel odiũ mittat.

a *Si rixati fuerint.* IDEM. Si quis alicuius animam post conceptum verbi per iniuriam vel fraudem lęserit, vt vitale germen boni operis sanum proferre non possit, etiam si ipsa adhuc in fide viuẽs pstiterit, vt damnũ illatum per penitentiam restituat, secũdum euãgelij ministerium necesse habebit. Si autẽ ipsa anima per errorem necata, post prolatum abortiuum, hoc est opus mortiferũ, in infidelitate perseuerauerit: sine dubio seductor illius quasi verus homicida ęterna morte re. erit.

De iniurijs, c. 1. mistice.

& impensas in medicos restituat. Qui percusserit seruum 1 suum vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, † criminis reus erit: Sin autem vno die vel duobus superuixe- 2 rint, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Si rixati 3 fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & 4 abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno 5 quantum expetierit maritus mulieris, & † arbitri iudicauerint. 6 Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animã pro anima, 7 oculum pro oculo, dẽtẽ p dẽte, manũ p manu, pedem p pede, 8 9 adustionẽ pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorẽ pro liuore. 10

a ¶ Discipulum sibi commissum. a ¶ Plebem subiectam. ¶ Correctione nimia. ¶ In custodia. a ¶ Disputantes ad subuersionem audientium. a ¶ Animam infirmam verbum Dei concipientem. b ¶ Verbo Dei. a ¶ Verbum conceptum perdiderit. b ¶ Non in fide omnino mortua. ¶ Quia quos potuit Deo lucrari, neglexit. a ¶ Christus vel doctor ecclesiæ. ¶ Ecclesiæ prælati. a ¶ Vt post satanam abierit. b ¶ In die iudicij puniendam, vel laborabit vsque ad mortem vt reparet eam ad fidem. a ¶ Intellectum. b ¶ Intellectu turbato. c ¶ Quo comminuitur & subtiliatur verbum Dei, quia male comminuit & diuidit. d ¶ Quia male operatur. e ¶ Virtute & actu. f ¶ Quia offendiculum præbuit. a ¶ In igne inferni. b ¶ Quia animam gehennæ tradidit. c ¶ Læsionem animæ quamlibet. d ¶ Minorem læsionis.

b *Et percusserit quis mulierem,* ✱ HVGO VICTORINVS. Intellige, volentem iuuare alterum virum, contra quem ille pugnabat.

Quęst. 80. in Exod.

AVGVST. Quod non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere, profecto nec hominem deputauit: hic de anima quęstio est, vtrum quod formatum non est, nec animatũ quidẽ possit intelligi? & ideo nõ sit homicidium, quia nec exanimatũ dici poteft, si adhuc animã non habet. Sequitur enim & dicit: *si autem formatum fuerit, dabit animam pro anima,* id est, morietur, secundum illud: *Oculum pro oculo, & dẽtem pro dente,* & similia, talionis scilicet æquitate, quæ lex ideo constituit vt monstraret quę vindicta debeatur. Alter enim nescire tur qd venia relaxaret, ut dici possit. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di.* Matth. 6. d. Debitores ergo lege monstrãtur, vt quãdo ignoscitur, appareat quid dimittatur, aliter enim non dimitteremus. Si ergo illud informe puerperium iam quidẽ fuerit, sed adhuc quodammodo informiter animatum, quonia magna de anima qstiõ non est præcipitanda, ideo lex noluit ad homicidiũ pertinere, quia nondum dici potest anima viua in corpore quod sensu caret, si talis est in carne nõdũ formata, mata: & ideo nondum sensibus prædita.

ORIGINES. Quod si litigabunt duo viri, & percusserint mulierem prægnantem, & exierit infans eius nõdum formatus, detrimentum patietur, quantum indixerit vir mulieris, & dabit pro anima sua, q si formatus fuerit, dabit animam p anima, oculum pro oculo, &c. primum videamus de eo, qui nondum formatus exierit, quomodo iubet damno pecuniæ percuti vnus ex litigantibus, cũ duo dicãtur. Quid etiam hoc quod vir mulieris imponit ei & nõ eis, & dabit, & ñ potius dabũt. Quod si infans iam format[9] exierit, animã dare pro anima facile intelligim[9], morte scilicet vindicetur peccatum. quę autẽ sequũtur, operepretiũ est explicare. Nec enĩ videt ẽt infans formatus calce litigãtis percussus, oculũ in vẽtre pdidisse, dentes vero omnino non habuit. Si enim hoc ad matrẽ referamus, quomodo abortiens mulier oculũ perdit aut dentes dolet? Sed esto aut in oculo aut in dente percussa abortiuit, liuorẽ vel uulnus accepit, quid ẽt cõbusturã dicimus pro cõbustura? Nunquid litigantibus viris assistens mulier cõburi potuit, ut cõbustura pro cõbustura soluatur. In Deuteronomio quoq; hæc facile explicari nõ queunt. In scripturis tñ iisdẽ vocabulis & officiis mẽbra animæ nominantur, quib. vtuntur vel appellẽtur mẽbra corporis. vnde Mat. 7. a. *Vides festucã in oculo fratris tui, & trabẽ quæ in oculo tuo est non vides?* Et Mat. 8. b. *Qui habet aures audiendi audiat. Et quam speciosi pedes euangelizantum pacem.* Roman. 10. c. Ne nos ergo vocabulorum similitudo conturbet. Sunt ergo duo litigantes, duo disputantes de dogmatib. uel quæstionibus legis, & rixantes circa verborum pugnas, vnde Apostolus. 2. Timoth. 2. c. *Nolite contendere verbis, &c.* Et ibidem. d. *Quæstiones legis deuita, sciens quod generant lites.* Quia ergo istis in quæstionibus litigant ad subuersionem audiẽtiũ percutiunt mulierem prægnãtẽ, & eiiciunt infantẽ formatũ vel adhuc informẽ, Mulier prægnans dicitur anima, q nuper concepit.

Hom. 10. in Exod. Occidens non formatum.

†Vindictã patietur. Deut. 19. d Mat. 5. f. 23 q. 3. c. Sex differẽ tię & q. 4. c Hæc autẽ paragtapho, ex his.

†Iudicis.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *intentionem interficiendi eum, quia non attulit secum arma. & sic. diminuetur pœna de grauitate facti. Alia est ex parte percussi, quia ex quo tantum conualuit, quod potuit cum baculo ambulare, non est certum quod mortuus fuerit ex percussione, immo magis probabile est quod mortuus fuerit ex negligentia custodiendi, se, vel alia occasione sed tamen impedimentum suorum operum & expensas in medicos ipse soluet nec ad plus tenetur etiam si moriatur modo prædicto. Rab. Salo. dicit quod detinendus est percussor a iudicibus, quousque videatur si percussus moriatur, quia si moritur antequam sit restitutus perfectæ sanitati percussor debet mori, quod videtur esse contra hoc quod dicitur.* Si surrexerit & ambulauerit super baculum suum, innocens erit, *scilicet percussor. ipse exponit dicens, quod est locutio metaphorica, ita quod per baculum cui huiusmodi innititur. plena sanitas & fortitudo intelligitur, sicut dicitur Ezech. 4. c.* Conteram baculum, pa. &c. *id est fulcimentum virtutis. Et similis modus loquendi, scilicet metaphoricus est in lege secundum ipsum in pluribus alijs locis: quæ & tunc exponetur, quando erimus ibi Domino concedente, & tunc percussor non est condemnandus, nisi ad opera percussi & expensas in medicos.*

1 Qui percussit seruum suum, uel an. *Ista lex loquitur de seruo vel ancilla Gentilibus, & multo fortius in tali casu incurritur pœna mortis pro interfectione serui Hebræi, vel ancillæ.*

2 Sin autem uno die uel duobus su. non sub. pę. *ipse percussor.*

3 Quia pecu. illius est *scilicet ipse seruus Ex quo patet quod loquitur tantum in hoc casu de seruo Gentili. quia cum sit seruus simpliciter, & emptus ad seruiendum, semper est pecunia domini sui Hebræi. non sic autem seruus Hebræus, qui magis est mercenarius quam seruus, vt prædictum est: & ideo occisioni serui Hebræi debetur pœna mortis sicut aliorum.*

4 Si rixati fuerint uiri, & percusse. quis mu. prægnan. *intendẽs percutere maritum eius.*

5 Et abortiuum quidem fe. *Abortiuum proprie dicitur secundum Hebræos fœtus conceptus ante animationem destructus.*

6 Sed ipsa uixerit sub. damno quantum expe. mari. mu. *Hoc non est intelligendum quod hoc sit taxandum ad voluntatem eius sed q eius rationes audiendæ sunt a iudicibus, & secundum allegata. hinc & inde taxabunt.*

Abortiu[9].

7 Sin aũt mors eius fuerit subse. *scilicet mors mulieris vel pueri iam animati, & possit hoc probari, cum iam sit in specie humana.*

8 Reddet animam pro anima. *id est morietur. Aliqui vero doctores Hebræi dicunt quod non per hoc intelligitur pœna mortis, eo quod non intendebat percutere mulierem vel fœtum eius animatum interficere, sed solum incurreret pœnam pecuniæ secundum taxationem iudicum. Sed hoc videtur irrationabiliter dictum, cum vxor sit vna caro cum viro quem intendebat percutere, & ideo prima expositio videtur melior, quod intelligitur pœna mortis, cum dicitur.* Reddet animam pro anima.

9 Oculum pro oculo. *Postquam egit de pœna occisionis, hic agit de pœna mutilationis & alterius læsionis quia si aliquis eruat oculum proximi sui, debet erui oculus eius. & ita de alijs mutilationibus, & non solum de mutilationibus, sed etiam de alijs læsionibus corporalibus.* Ideo subditur.

10 Vulnus pro vul. *Et est vulnus percussio cum effusione sangui-*

MORALITER.

✱ 4 *Et percusserit quis mulierem prægnantem.* Id est, personam rationalem a conceptione boni propositi auerterit.

*Subia*

6 *Subiacebit domino quantum expet. erit maritus mulieris, & ab.* Id est punietur a domino secũdum quantitatem boni quod impediuit.

✱ *Si quis*

a ¶ Intuitum recti intellectus auditoris.
Si percusserit quispiam oculum serui sui aut ancillę, & luscos 1
a ¶ Tanquam indignus regere quos læsit.
eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo quem eruit. Den-
¶ Discretionis qua scriptura in pastum animæ comminuitur.
tem quoque si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter di- 2
a ¶ Alteri magistro. b ¶ Quodlibet animal quod vulnerare potest, a parte totum: c ¶ Effrenato sermone vel actione. d ¶ Cuiuslibet doctoris discipulum.
mittet eos liberos. Si bos cornu percusserit virum aut mulie- 3
a ¶ Duris comminationibus corrigetur. ¶ Id est nemo imitabitur eum, ille enim carnes mortui animalis comedit, qui mortua opera imitatur.
rem, & mortui fuerint: lapidibus obruetur*, & non come- 4
¶ Cuiuslibet doctoris discipulus.
dentur carnes eius, dominusque bouis innocens erit. Quòd 5
a ¶ Hoc pro tempore præterito ponit partem pro toto, more scripturæ. ¶ Qui vident vel læduntur.
si bos cornupeta fuerit, ab heri, & nudiustertius, & contestati 6
¶ Corrigendo, refrænando. a ¶ Verbo vel exemplo. b ¶ Fortiorem. 7
sunt dominum eius, nec reclusit* eum, occideritq; virum aut 8
a ¶ Infirmiorem. b ¶ Magistrum.
mulierem, & bos lapidibus obruetur, & dominum illius occi- 9
a ¶ Ab ecclesia eijciendo. ¶ Occisum numerabunt. b ¶ Pœnitentia satis. ¶ Redimenda. 10
dent. Quòd si pretium ei fuerit impositũ, dabit pro anima sua 11

A concipit verbũ Dei. vnde, *A timore tuo domine in vtero cõcepimus & peperimus.* Qui ergo concipiunt, & statim pariũt, nõ mulieres existimandæ sunt, sed viri & perfecti, vnde alibi, : *Si peperit terra in vna die, & nata est gens die vna simul.* Ista est ergo generatio perfectorũ, quæ in die eadem concipitur & nascitur. pariunt autem viri secũdũ illud Gal. 4. c. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.* Perfecti ergo & viri statim pariunt, id est cõceptum fidei verbum in opera perducũt. Anima aũt quæ cõcipit & in ventre retinet & non parit, mulier dicitur vnde Esau. 37. a *Dolores partus aduenerunt ei. & virtus pariendi non est in ea.* Hæc ergo inter se duobus litigãtibus, & scãdala proferentibus, percutitũ & scandalizatur: vt verbũ fidei quod tenuiter cõceperat nõdum formatũ abijciat. Est enim in aliquibus formatum verbũ, in aliquibus nõ formatum. vnde *Donec formetur in vobis Christus.* Christus enim

Mystice. Esa. 26. c. Esa. 66. c. Gal. 4. c.

B est verbum Dei. Damnum ergo patietur, qui excussit. De dãnis ergo doctorum dicit Apostolus 1. Corint. 3. c. *Si cuius opus arserit damnum patietur, &c.* Et ipse dominus in euangelio, Matt. 16. d. *Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur animam autem suam perdat?* Vnde videtur ostendi, quod quædam peccata ad damnum pertinent, non tamen ad interitum, quia qui damnum passus fuerit saluari dicitur, licet per ignem: vnde Ioannes dicit quædam peccata esse ad mortem, quædam nõ. quæ autem sint ad mortem, quæ non ad mortem: non facile discerni potest, *Delicta enim quis intelligit?* Psal. 18. a. Sed cum referuntur super quinque mnas acquisitæ aliæ quinque, super duas duæ, qui mercedem huius acquisitionis perdit, damno dicitur percuti, sicut qui causam scandali infirmiori & muliebri animæ præbuit, Dabit aũt secundũ quod indixerit vir eius & dabit cũ honore animæ discẽtis. Vir magister est Christus, uel qui pro Christo animarũ doctor est. patietur ergo damnũ qui contendit ad subuersionem audientium pro anima quæ nondum habuit infantem formatũ quod potest de scandalo cathecumeni accipi. Potest etiã fieri vt qui læsit, instruat & reparet animæ quæ perdidit, & cum honore cũ modestia scilicet cum mansuetudine, non cum lite, sicut cũ scandalũ intulit. Sed cum formatus infans fuerit, dabit animã pro anima. formatus infans potest videri sermo Dei in corde animę, quę suscipit gratiam baptismatis, vel qui euidentius & clarius ver

1. Ioan. 5. d. Luc. 19. c.

C bũ Dei suscepit. Reddet ergo qui percussit animã pro anima in die

D in die iudicii, scilicet apud eum iudicem, qui potest animã & corpus perdere in gehennam. Velut qui sibi conscius fuerit tanti scandali ponat animam suam pro anima scandalizati, & vsque ad mortem det operam quomodo ad fidem restituat. Ponat oculum pro oculo, si oculum animę læsit, id est, intellectum eius turbauit, auferatur oculus eius ab eo qui præest ecclesiæ, id est, intellectus. Si dentem lęsit qui suscipiens cibũ verbi Dei cõminuere vel molarib. terere solebat, vt subtilẽ ad ventrem animæ trãsmitteret sẽsum. Si hunc dentem ille vexauerit & euulserit, vt cõtritione eius nõ possit anima subtiliter & spiritualiter suscipe verbũ Dei, auferetur dens eius, qui non bene cibos verbi comminuit & diuidit. propter hoc enim forrasse de domino dicitur: *Dentes peccatorum contriuisti,* Et alibi. *Molas leonem confringet dominus.* Sic ergo per membra dicitur lædi anima & percuti. Manum quoq. pro manu, & pedẽ pro pede deposcit. Manus animæ, virtus qua tenere aliqd & constringere potest, vt actus eius & fortitudo, & pes quo in

Matt. 10. c. *Bos. *Domin⁹. Psal. 3. a. Psal. 57. a.

E cedit ad bona vel ad mala. Quia ergo scandalizata anima nõ solum in fide sed etiam in actibus deijcitur, qui per manus significant. manus auferuntur illius quibus nõ bene operat̃, & pedes quibus non bene incedit. Recipiet et̃ combusturam, quia combussit & gehennæ tradidit animã. Per singula hæc ostenditur, ut percussor truncatis omnibus membris a corpore ecclesiæ excidatur, vt cęteri videntes timorem habeant, & non similiter faciãt, Ideo Apostolus cũ doctorẽ describit ecclesiæ, inter cætera præcipit non percussorem: ne percutiens pgnantes mulieres, id est, animas insipientes, ponat animã p anima: oculum pro oculo: dentem pro dente, &c. de qualib. dicit, Matt. 24. b. *Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus in quibus scandalizabuntur, si fieri potest, etiam electi.* Sciendũ tamen quod non est perfectorum scãdalizari, sed mulierum, aut paruulorum. vnde Matt. 18. a. *Si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis, &c.*

1. Tim. 3. a

a *Quod si bos cornupeta, &c.* ✠ AVGVST. Ad iustitiam pertinet, vt animal hominibus noxium perimatur. Et quod de tauro positũ est a parte totum intelligendum est quicquid de pecoribus, usu humano subditum, infestum est hominibus. Sed si necesse est, occidi, nũquid lapidari? Quid interest enim animal quod auferendum est, qua morte auferatur.

Quæst. 81. in Exod.

F Ra. Hoc est si superbũ motũ animi dominus: id est, spiritus

non

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *nis. Liuor autem quando sanguis non effunditur: sed intra cutẽ denigratur: & idem intelligendum est de alijs læsionibus consimilibus prædictis, quod actor debet similiter lædi. ita exponunt doctores nostri. Ra. Sa. dicit quod eruenti oculum alterius, non est eruendus oculus, vt videntur sonare verba legis, sed pretium pro oculo secundum taxationem iudicũ est sibi imponendum, & eodem modo de alijs lęsionibus. Iosephus autem dicit medio modo, scilicet quod eruendus est oculus eius si exoculatus ab ipso voluerit, sed si magis vult habere pecuniam recipiet secundum taxationem iudicum.*

1 Si percusserit, &c. luscos, *id est, impetos ad videndum.*

2 Dimittet eos libe. *Et intelligitur ista lex de seruo Gentilli & ancilla. quia si mutilaret seruũ Hebræum vel ancillam, incurreret pęnam talionis prædictam. Dicit autem hic Ra. Sa. quod ista sunt membra ex quorum mutilatione seruus Gentilis debebat exire liber, decẽ digiti manum, & decem pedum, oculus, aures, nasus, virga virilis, & dentes, sic intelligendo quod pro vno dente vel digito exhibat liber.*

3 Si bos. *Hic consequenter ponuntur læsiones puniendæ pro re possessa eum dicitur,* Si bos cornu percusserit virum aut mulierẽ, & mot. fuerint lapi. obruetur. *non quia brutum animal peccare possit sed propter horrorem facti: & quia esset horribilis de cætero ad videndum inter homines.*

4 Et non co. &c. *Non sum a Iudæis, qui non poterant comedere animal interfectum taliter. sed nec a Gentilibus quibus non poterat vendi, sed dimittebatur putrefieri: tum propter horrorem facti: tum quia per hoc damnificabatur dominus bouis ad cautelam sui & aliorum circa animalia sua periculosa.*

5 Dominusque bouis innocens erit, *scilicet ab alia pœna sibi imponenda.*

6 Quod si bos cornupet. *Ita quod non solum semel, sed bis ad minus visus fuisset impetere cornibus. vt dicit Ra. Sa.*

7 Et contestati. *id est, illi qui viderunt dixerunt domino bouis.*

8 Nec reclu. *Ad dictum testium.*

9 Occideritque. &c. *Sicut iam dictum est.*

10 Et dominum. *Quia fuit in culpa, eo quod neglexit, recludere bouem suum.*

11 Quod si pretium. *In hoc ei condescendebatur quod si amici mortui vellent accipere pretium pro morte amici sui, per hoc poterat euadere mortem sed si fecisset manu propria, non poterat sic euadere mortem quia maior esset culpa & sibi plus imputanda. Dicit autem hic Ra. Sa. quod cum dicitur hic.* Si pretium ei fue. in. &c. *hic tenetur lysi pro quia sic enim debebat fieri, nec poterat sibi denegari, quin posset se redimere per pretium si haberet, vel per venditionem suæ personæ si nõ haberet.*

4 Et non ✠ Filium

non † constringit,& animab interitum vel corporib. ingerit incommodũ, reatus redundat in custodem. vnde Prouerbiorum decimosexto capitulo. *Cor hominis erudiat os eius, & labijs illius addet gratiam.*

† cõstingit

a *Triginta siclos.* Hoc est secundum legis mandata per fidem & spem & charitatem emendabit.

Mystice.

b *Argenti.* Nitorem diuini verbi, quo in fide trinitatis & scientia decalogi instructi erant compensabit.

c *Si quis aperuerit, &c.* GREGORIVS. Cisternam aperire est valido intellectu scripturæ sacræ arcana penetrare. per bouem vero & asinum mundum animal & immundum, fidelis vel infideiis accipitur. Qui ergo cisternas fodit, operiat, ne illic bos vel asinus ruat, id est, qui scripturæ alta intelligit, sublimes sensus non capientibus per silentium tegat, ne per scandalum mentis aut fidelem paruulum, aut infidelem, qui credere potuisset interimat. ex morte enim iumentorum dēt pretium, quia illud amisisse conuincitur. vnde ad agendam pœnitentiam reus tenetur. Quisquis. n. ad alia sapientię fluenta perueniens, cũ hoc apud bruta audiẽtiũ corda non contegit, pęnę reus addicitur, si per verba eius scandalum munda vel immũda mens capiat. Operienda est cisterna coram paruulis id est, tegenda est alta scientia.

† obruetur lib. 17. moral. cap. 13.

✻ PROCOP. Non oportet nos fratri ponere offendiculum, ut nos inde vtilitatem aliquam capiamus, siue vt rem apertius eloquar, non ex incommodo alterius, nos nostra commoda comparare decet. Ceterum cisternam aperit vel fodit, qui eruit ex imo scripturæ sacrosanctæ sensus, nec † superficiei nudæ inhæret. Verum hic, caute imperitos & rudes doceat, quod per cadauer tacite innuitur, ne scilicet sua doctrina interitus afferatur animæ sanctæ, quę est ex Israel, aut prophanæ, quæ oriunda est ex gentibus.

† de Iniuriis.

d *Si bos alienus. &c.* AVGVSTINVS. Nõ hoc in solo boue seruandum est, sed in omni pecore, a parte enim totum intelligitur. Sed hoc de carnibus occisi pecoris fieri non pōt, quo non vescuntur.

in locutioni.

a A Deo vel a prælatis ecclesiæ. — Discipulum.

quicquid fuerit postulatum. Filium quoque & filiam si cor- [1]

a Quemlibet Deo vel prælato suo, tanquam seruum obedientem, vel adhuc timore pęnæ seruientem. Qui pro temporalibus Deo seruit tantum, & hæreditatem cęlestis patriæ negligit.

nu percusserit simili sentẽtiæ subiacebit. Si seruũ ancillam- [2]

a que inuaserit: triginta siclos argenti dabit domino, bos ve- [3]

a Duris correctionibus compensabitur vel arguetur. — b Profunditatem scientiæ.

b ro lapidibus † opprimet. † Si quis aperuerit cisternam & fo [4] [5]

c a Alta scientiæ penetrando. b Tegendo coram paruulis. c Scandalizata mea, mundæ. d Inmunda. A parte totum locutio vsitata.

derit, & nõ operuerit eam, cecideritq; bos vel asinus in eam [6]

a Scrutator profundorum. — Per condignam pœnitentiam.

redder dominus cisternę pretiũ iumentorũ: quod aũt mor- [7] [8]

d .i. imputabitur ei. — a Discipulus. b Socium suum in agro domini secum laborantem. c Seduxerit.

tuũ est, ipsius erit. Si bos alienus, bouem alterius vulnerauc- [9] [10]

a In errore vel delicto lapsus. — b Pœnitentiæ, s & pœnæ subiicient. c Id est compartientur sibi inuicem & dignam pœnitentiam agent.

rit, & ille mortu⁹ fuerit, vendet bouẽ viuũ, & diuidet pretiũ:

a Pœnitenti condolendo. Vnde. 2. Cor. 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror.

cadauer autem mortui, inter se dispertient. Si aũt sciebat ꝙ [11]

a Corruptor fratrum. — Correxit.

bos cornupeta eēt ab heri & nudiusterit⁹, & nõ custodiuit eũ

a Magister. — b .i. eum qui deceptus fuit sano intellectu reformare studeat. c .i. omnem pœnitentiam in se transferat, quia error discipuli culpa est magistri.

domin⁹ su⁹, reddet bouẽ ꝓ boue, & cadauer integrũ accipiet. [12] [13]

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Filium quoque, &c. *Quantumcunque sit paruuli.*

2 Si cornu per &c. *in casu prædicto.*

3 Si seruum ancillamque, &c. *Intelligitur autem ista lex de seruo Gentili, qui est pecunia domini sui vt prædictum est, quia si interficeret seruum Hebræum vel ancillam, esset sententia eadem sicut de alijs Hebræis.*

4 Bos vero lapidib. opprimetur, *propter horrorem homicidij, quod est horrendum etiam in Gentilib. Dicit autē hic Ra. Sa. quod illud quod dictum est hic de impetitione bouis cornu, intelligendum est etiam si per recalcitrationem uel morsum & consimilia interfecerit, sed scriptura solum exprimit illud quod communius accidit. s. quod interficiat cum cornib. Dicit etiam quod idem est intelligendum de alijs animalib. domesticis si interficiant.*

5 Si quis aperuerit. *id est discooperuerit cisternam prius factam.*

6 Et foderit, *ipsam profundando uel aliam de nouo fodiendo.*

7 Et non operuerit eam, *non reponendo operculum in cisterna quã discooperuerat, & non faciendo operculum in ea quam de nouo foderat.*

8 Cecideritque bos vel asinus, &c. *Et dicit Ra. Sa. quod ista lex est intelligenda de fouea facta in loco, ad quem communiter vadunt homines uel animalia, non autē de illa, ad quã nõ solet esse talis accessus.*

9 Quod autem mortuum. *scilicet domini cisternæ. dicit tamē Ra. Sa. quod si per alium foderit imponendum est fossori, & quod dictum est de boue, & asino cadente in foueam, intelligendum est etiam de alijs animalibus.*

10 Si bos alienus bouem alterius. *dicit. Ra. Sa. quod lex ista intelligenda est de bobus æqualibus in valore. aliter enim dominus bouis interficientis alium, reportaret inde lucrum aliquando, quod esset contra rationē. verbi gratia, Si corium & carnes bouis interfecti valerent sex libras, (quia licet Iudæis esset illicitum comedere carnes illas, poterant tamen eas vendere Gentilibus ad comedendum, quibus non erant prohibita,) & bos interficiens valeret duas, si vterque dominus haberet medietatem utriusque pretij, sequeretur quod ille cuius bos valebat solum duas libras, reportaret quatuor sed quando boues sunt equales, medietas damni quod accidit ex occisione bouis, eo quod minus ualet mortuus quã viuus, ponitur super unum, & alia medietas super alium, verbi gratia, Si bos occidens valebat sex libras, & occisus sex dum viueret, sed mortuus valet quatuor tantum, diuiso utroque pretio quilibet reportabit v. libras, & sic damnum duarum librarum, quod accidit, diuidit per æqualia super vtrumque. Ex hoc autem habetur regula quid agendum sit quando boues sunt inæquales, quia respiciendum est ad damnum quod accidit, & medietas damni debet poni super unum, & alia medietas sũ per alterum cæteris non mutatis.*

11 Si autem sciebat. *s. dominus bouis occidentis quod bos cornupeta esset, &c. Sequitur.*

12 Reddet bouem pro boue. *i. valorem bouis occisi dum adhuc erat viuus.*

13 Et cadauer integrum accipiet. *ad faciendum vtilitatem suam.*

✻ CAP.

MORALITER.

✻ 5 *Si quis aperuerit cisternam.* id est sacræ scripturæ profunditatem indiscrete.

8 *Cecideritque bos vel asinus.* Id est per hoc fuerit occasio ruinæ simplicibus.

9 *Redder pretium iumentorum.* id est à Deo punietur secundum suum delictum.

MO-

ADDITIO.

b In c. 21. ubi dicitur in postilla. Qui maledixerit patri suo.

*Licet percussio simpliciter considerata sit grauior quam maledictio, tamen secundum Hebræos maledicenti patrem debetur maior pœna propter duo. Primum, quia facilius committitur. & ideo durius proceditur, sicut contingit in aliquibus legalibus punitionibus, quod illa quæ frequentius veniunt in vsum, acrius puniuntur. Vnde dicunt legistæ, quod grassantibus multis opus est exemplo. Secundum est, quod in maledictione assumitur nomen Dei. Maledicere enim communiter intelligitur ille qui malum imprecatur alicui a Deo, iuxta illud. 4. Regum. 2. d. de Elisæo.* Maledixit eis in nomine domini, *quod etiam Gentiles obseruabant scilicet maledicere in nomine deorum suorum, ut patet. 1. Regum. 17. f. de Golia maledicente Dauid in nomine Dei sui. & ideo aggrauatur peccatum eius inquantum nõ solum offendit patrem vel matrem sed etiam Deum cuius nomen in hoc peccato assumit, vnde secundum ipsos acriori morte punitur maledicens patrem quam percutiens, prout Ra. Moy. Gerun. ista large tractat in sua expositione. [illegible] autem quod præsupponit postillator, quod maledicens non intelligitur nisi [illegible] ciens maledictionem, non uideo vbi habeat fundamentum.*

REPLICA correctoris contra Burg. [illegible] ponit illud. Qui maledixerit patri & [illegible] *sufficiente. cum enim percussio sit grauior quam maledictio* [illegible]

2

A tam en quia sunt proniores ad maledicendum quam percutiendum parentes, ideo pœna tam grauis imponitur. Sed Burgen. volens notare postil. dicit, quod huius dicti non uidet fundamentum, & tamen ipsemet ponit alligans ad id leges ciuiles dicens, quod illa quæ frequenter veniunt in usum artius puniuntur &c. Oportet enim restringere ea ad quæ homines magis sunt inclinati, ut probat postil. infrà. 22. cap. de restitutione quinque boum pro uno, & quatuor ouium pro vna, & de non nocendo viduæ & pupillo. Ideo Burgen. videre potuit vnde postill. fundamentũ sic dicendi sumpsit. Sed ratio aggrauationis quã ponit hic Burg. modicæ apparentiæ est, nõ enim maledictiones super furti nomine domini. Exempla quæ Burg. ponit illa sunt de aduersarijs, nõ inter prolẽ et parentẽ, nam in gl. interlineari super verbo maledixerit, dicitur blasphemando, contradicendo verbo vel facto, &c. quæ omnia v: frequenter nõ fiunt cum inuocatione nominis domini, sed potius spiritus maligni. D

CAP. XXII.

a Si quis furatus fuerit. &c.

STRAB. a Secundũ literam quinque boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue redduntur. Quia bos quinque utilitates habet, ouis quatuor. Bos enim immolatur, arat, pascit, lactat, & corium diuersis vsibus ministrat. Ouis vero immolatur & pascit lac & lanam tribuit. Allegorice vero per bouem Iudæus quilibet intelligitur, quem si quis Iudæus vendiderit, pœnæ legis subiacebit, quæ continetur in quinque libris Moysi. Per ouem Christianus qui Christum imitatur, de quo dicitur: *sicut ouis ad occisionem ductus est*. Si quis hunc vendiderit, quatuor oues reddat. Mest, secundum

Bouis & ouis vtilitates.

† de homicidio.

Allegor.

† sanguis ei reddendo reddet i. erit morti obnoxius, vel vt interpres noster eum Chaldæo interprete vertit homicidium perpetrauit, vel actio homicidii constituatur in eum, & rependet, si ne satisfaciet.

Esa. 53. c.

# C A P. X X I I.

Ab Ecclesia subtrahendo. a Sapientem in agro domini laborantem. b Simpliciter.

Si quis furatus fuerit bouẽ aut ouẽ, oc-

a Fidem in eo. s. omnino extinxerit. b Hæreticis vel demonibus. c Quanto maior in possessione commoditas, tanto maior in amissione dolor. Sensus corporis pœnitentiæ subijciet.

ciderit, vel vendiderit, quinq; boues

a Quę in iustitia est ad literam, vt pro boue quinq;, pro oue quatuor reddantur. b Id est omni tempore vitæ suæ, quæ quatuor temporibus agitur, pœnitentiam agat, vel quod quatuor elementis & quatuor humoribus constat pœnitendo affligat.

b pro vno boue restituet, & quatuor oues ꝓ vna oue. † Si ef-

a Hæreticus. b Ecclesiam. Latenter euertens.

fringẽs fur domum siue suffodiẽs fuerit inuẽt⁹, & accepto

a Anathematizatus. b Nulli culpæ subiacebit.

vulnere mortu⁹ fuerit, pcussor † nõ erit reus sãguinis. Quód

a In pectore eius. Veritatis. b Criminis reus erit. c Aeterna morte.

si orto sole hoc fecerit, † homicidiũ ppetrauit, & ipse mo-

a Aliquid. s. sanæ doctrinæ qua ad fidem Christi conuertatur. b Id est potestati diaboli & omnibus tormentis tradetur.

rietur. Si nõn habuerit qđ pro furto reddat, * venundabit.

a Id est a fide non penitus discedens.

Si inuentũ fuerit apud eum quod furatus est viuens, siue

a Vt supra. b Corpore & animo pœnitebit. c Inuadendo. d Episcopus vel sacerdos.

bos, siue asin⁹, siue ouis, duplũ restituet. † Si læserit qspiam

a Alterius parochiam: b Carnalem appetitum, quo alterius dignitatem inuadere quærit. c Auaritiæ causa.

agrũm vel vineã, & dimiserit iumentũm suũ, vt depasca-

a Id est quicquid in parochia sua laboris & vtilitati impendit, pro huiusmodi inuasione perdit, vt ad damnum restaurandum tribuet.

tur aliena, quicquid optimũ habuerit in agro suo, vel in vi

institutionẽ quatuor euangeliorum pœnitentiam agat.

✻ THEODORETVS 1 Quinque boues pro vno, & quatuor oues pro vna, restitui iubet, quia peccata 2 maiora maiori mulcta pœnaque digniora sunt, vnde & dominus ait, Cui multum datũ est, multum requiretur ab eo.

b *Si effringens fur domum siue suffodi.* AVGVSTINVS. 3 Si perfodiens 4 inuentus fuerit fur & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium. 5 Si autem orietur sol super eum reus est, &c. 6 Intelligitur ergo non pertinere ad homicidium, si fur nocturnus 7 occiditur, si autẽ diur- 8 nus, pertinere. hoc est 9 enim quod ait: *Si orietur sol super eum & cæt.* quia poterat discerni quod ad furandum, ad occidendum vero nõ

Quęst. 50.

E

† nõ ei sanguis. i. nõ pôt actio homicidii in eum cõstitui, vel erit morti obnoxius.

F

qõ. 84. in Exod.

* ipse.

† Peiniurus. c. 14.

B

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XXII.

1 Si quis furatus fuerit. *Hic consequenter ordinatur concupiscibilis. Et primo in concupiscentia rei vtilis. Secundo rei delectabilis, ibi:* Se seduxerit quis uirginem. *Circa primum reprimuntur primo illicita contrectatio rei alienę sibi non commissæ. Secundo rei sibi cõmissæ, ibi:* Si quis commendauerit. *Circa primum dicit:* Si quis fura. bo. aut ouẽ, & occiderit uel uendi. *Istis duob. concurrentib. scilicet furto cum uenditione, uel furto cum occisione.*

C 2 Quinque boues, &c. *Quæritur hic quare, præcipitur tanta restitutio, cum in alijs rebus sufficiat reddere duplum? Ad quod respondet quædam glo super locum istum, quod hoc est propter quinque vtilitates bouis scilicet quia immolatur, vestit de lana sua, pascit de carnibus suis dat lac, & corium ad plures necessitates ualet, & propter quatuor vtilitates ouis, quia immolatur, vestit de lana sua, pascit de carnibus suis & lac ministrat. Sed hęc ratio non uidetur multum valere, quia idem posset dici de auro quod ualet ad medicinas, & ad pecuniam inde fiendam, & ad uasa pro ministerio, & ad iocalia pro ornatu, & sic de multis alijs. Et ideo aliter dicendum. Puniuntur enim aliqua peccata grauius, non solum propter maiorem peccati grauitatem, sed propter pronitatem reprimendam, ne homines nimis ad talia se laxent. Res autem quæ in domo custodiuntur, ut aurum & argentum & similia, non ita de facili furto possunt subtrahi, sicut oues quæ pascuntur in campis & quia facilitas accipiendi rem alienam inducit ad commissionem furti, ideo pro furto ouis imponuntur quatuor restituendæ, quia facilius potest subtrahi furto quam aliæ res quæ seruantur in domo, & quinque boues pro vno boue, quia adhuc difficilius custodiuntur, quia non ita gregatim & simul se tenent in pastu sicut oues. Dicit autem Iosephus ꝙ idẽ est iudicium de alijs animalibus domesticis, quæ pascuntur in campis, sicut capræ & consimilia quia secundum maiorem vel minorem difficultatẽ custodiendi, reducuntur ad legem bouis uel ouis, sed illud scriptura solum exprimit, quod communius accidit, scilicet de bobus & ouibus. Si autem apud furem fuisset inuentum animal, antequam occidisset vel uendidisset, non restituebat nisi duplum, sicut in alijs rebus, quia pręsumebatur quod erat inclinatus ad reddendum ex quo non uendiderat uel occiderat.* Si effringens fur. &c. *Sequitur.*

3 Percussor non erit reus sanguinis. *Quia præsumptio est contra furem, quod non solum ueniebat ad furandum, sed etiam ad occidendũ, si inuenisset resistentiam. & ideo erat debitor mortis.*

4 Quod si orto sole hoc fecerit, *Hic accipiunt doctores nostri ortum solis ad literam, dicentes, quod pena mortis percußori imponitur: quia de die clara poterat uidere, quod fur non ueniebat ad occidendum sed tantum ad furandum, & sic dicunt quod lex immediate præcedens intelligitur tantum de fure nocturno. Sed hoc non uidetur sufficienter dictum, quia non solum de nocte, sed etiam de die ueniunt insidiose homines ad occidendum, sicut patet de latronibus qui interfecerunt Isboseth. 2. Regum. 4 b. Et simile frequenter inuenitur. & ideo dicit Rab. Salom. quod lex illa non solum intelligitur de fure nocturno, sed etiam diurno, dum tamen possit haberi suspicio, quod ueniret ad occidendum & ideo quando subditur. Si autem orto sole hoc fecerit &c. quod uidetur esse ad contrarium, dicit quod hæc locutio est metaphorica, & est sẽsus. Si clarum sit sicut dies est clara. quod ille ueniebat non ad occidendum, ut pote si sit pater domini domus, uel frater, uel ita amicus eius quod luce clarius est quod non uenit ad occidendum eum, sed solum ad furandum pro indigentia sua supplenda, in tali casu percussor est reus homicidij, & debet mori.*

Ortus solis

Pęna furis

5 Si non habuerit quod, &c. *Hoc refertur ad legem supra positam de eo qui furatus est ouem uel bouem & occidit eum uel uendidit, quia si non habet unde restituat quinque boues uel quatuor oues, debet uendi, ut de pretio eius fiat dicta restitutio.*

6 Si inuentum fuerit apud eum quod *furatus est.* Non *tenetur reddere nisi duplum, quia potest haberi aliqua præsumptio quod uellet restituere ex quo reseruabat apud se, ut dicitur.*

7 Siue bos siue asinus, siue ouis. Ex *quo enim hic ponitur asinus simul cum oue & boue, patet uerum quod supra dictum est, scilicet quod idem iudicium est de furto aliorum animalium pascentium in campis, sicut de boue & oue quantum ad restitutionem furti.*

8 Si læserit quispiam agrum. *Conculcando, cum quadriga uel pedibus animalium suorum ibi transeuntium uel alio modo.*

9 Et dimiserit iumentum suum, vt despascatur aliena. *de optimo fructu qui erit in agro suo restituet damnum secundum æstimationẽ iustam. Et dicitur de optimo, ut per hoc ipsi & alij corrigantur a talibus Et quod dictum est hic de agro & uinea, intelligendum est similiter de olueto & horto & similibus, si fiat ibi damnum.*

✻ 1 Si

☞ fet, & ideo non deberet occidi. hoc & in antiquis legibus secularibus (quib. tamen ista est antiquior) inuenitur, impune scilicet occidi nocturnum furem quoquo modo. Diurnum autē si se cum telo defenderit, iam enim plus est quā fur.

a *Si egressus ignis, &c.* Ignem succendimus, cū correctionē sub ditis pparamus, vt spinas vitiorum consumamus. Sed, videndum est, ne cum vitia persequimur, virtutes lædam⁹, & eis qui fructum bonorum operum pferre cœperant, ante maturitatem noceamus. Qui hoc ergo commiserit, dignam pœnitentiam gerat, & quod per inertiam læsit studiose restituat.

b *Spicas* Teneros auditores nondum ad maturitatem fructus pertingentes, quorum vitia, qui acerbe & indiscrete reprehendit, quasi ignem in spicas immittit, nec ad maturitatē peruenire sinit.

c *Qui a proximo, &c.* A proximo mutuum postulamus, cum pro æterna remuneratione curam dominici gregis suscipimus. Sed si timorem Dei, quasi pecuniam exigentis semper ante oculos cordis ponimus, quasi in præsentia eius semper sumus. vnde. 2. Corin. 5. b. *Scientes timorem domini hominibus suademus.* Et alibi. 2 Corint. 12. f. *Quasi coram Deo in Christo loquimur.* Mors ergo, aut debilitas pecoris pastori nō imputatur, si eius curam strenue gessit, & quasi Deo præsente, aliter dam ☞ num

(Marginal notes: †dederit, p ximo. †ablatum fuerit, si inuentus fuerit. †Iudices. †super oī re preuaricationis. i. aliquis accusade rit alterū i aliquaqua licū. trāsgressione. Hęc generalis est ꝗdam sñia interiecta. *domini. *dominus (subaudi) substantię. †cum eo. †De iniuriis, c. 5. †spinas. †reddet. Mutuum postulare a ꝓximo. *iurabit. †ꝓ omni re amissa. quam dixerit quod hęc ipsius sit. †is quē iudices. †inter vtrunque. †raptū fuerit adducet intestē ꝙ dilaceratum est. †mutuo. †de adulteris. e. 1. 36. q. 3. c. tria.)

nea pro damni æstimatione restituet. † Si egressus ignis inuenerit † spicas, & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris reddet damnum, qui ignem succenderit. Si quis commendauerit amico † pecuniam, vel vas in custodiam, & ab eo, qui susceperat furto † ablata fuerint, si inuenitur fur, duplum † reddat. Si latet, dominus domus applicabitur ad † Deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui, † ad perpetrandam fraudem tam in boue quam in asino, & oue, ac vestimento: & † quicquid damni inferre potest, ad Deos utriusque causa perueniet, † & si illi iudicauerint duplum restituet proximo suo. Si quis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, vel captum ab hostibus, nullusque hoc viderit, iusiurandum ✠ erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietq. † dominus iuramentum, & ille reddera non cogetur. Quod si furto ablatum fuerit, restituet damnum domino. Si † comestum a bestia deferat ad eum quod occisum est, & non restituet. Qui a proximo suo quicquid horum † mutuum postulauerit, & debilitatum, aut mortuum fuerit, domino non præsente, reddere compelletur: Quod si † in præsentiarum dominus fuit, non restituet † maxime si condu-

(Interlinear gloss: a Modum sexcedens. Castigatio acerrima vel immoderata. a Conuentus iam prouectorum. b Adhuc crescentes, ad maturitatem tendentes. a Pœnitendo & si poterit in pristinum statum restaurando. Prædicator. Docendo. a Diuini verbi fidei. b Libros antiquorum patrum qui vasa Dei sunt. Rectæ fidei & boni operis. c Fraudulentia hæreticorum. a Hæreticus. Non homo. b Corpore, & anima penitebit, vel in æternum punietur. c Magister, qui pecuniam custodiendam suscepit. a Sacerdotes, vel catholicos doctores. b Propria nequitia. a Subuertendo aliquem de grege domini. Vt supra. a In fatuo. b Virtutum operum. a Accusantis & accusati. b Vt supra. Fidem, & confessionem plene exoluet, vt qui minus intelligens aberrauit, plene instructus per omnia fidelis fit. a Christus vel maior prælatus. b Episcopo vel sacerdotis. c Immundum. d Mundum. a Simplicem. b Brutum. c Spiritualem. d Omnino a fide discesserit. a In aliquo scandalizatum. b Deceptum. c Hereticis dæmonib. d Quia latenter factum. e Pro suspicione purganda. Qui commendauit. Deuotionem, sed & studium bonum restituet eum in vitam æternam. a Quia innocens. a Dormiente patrefamilias. b Quia custodire debuit. c Diabolo incorporatum. a Ne totum deuoretur. Statim preces pro eo fundat, eumque moneat & curare studeat. b Dominum. c Quia apud posuit fecit. a Velut si episcopus alterius clericum vel parochianum vitiauerit. b In patre. a In toto. b Qui mutuum suscepit. Negligente. a Quia diligentiam adhibuit quam potuit.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si egressus ignis, &c. E*tiam præter intentionem accendentis ipsum inuenerit spicas, &c. Sequitur.*

2 Reddet damnum qui ignem succēderit. *Quia non custodiuit ignem suum sicut debuit. & ideo si non esset aliqua negligentia in eo de custodia ignis, videtur quod non teneretur restituere, si etiam aliquod animal vt cattus vel huiusmodi portaret ignem, non teneretur restituere damnum sequens, quia dicitur hic:* Si egressus ignis, *scilicet a seipso.*

Cōtrectatio rei alienæ.

3 Si quis commendauerit. H*ic reprimitur cōtrectatio indebita rei alienæ sibi commissæ. hæc autē commisio fit quadrupliciter. Vno modo per modum depositi, de quo dicitur hic, quod si fuerit ablatum furto, fur reddat duplum si inueniatur, et si non inuenitur, custos depositi erit liber per iuramentum suum quod non commisit fraudem in illo deposito. Si tamen deponens habeat testes, quod iste peierauit, Causa.*

4 Ad Deos. *id est iudices.*

5 Perueniet. *etsi testes inueniantur veri, iudices eum condemnabunt ad restituendum duplum,* Et *eadem ratione si testes inuenti sint falsi, cogendi sunt ad restituendum duplum ipsi depositario. Secundo committitur res aliena ad custodiendum pro mercede, ut animal pastori, & de hoc loquitur hic, cum dicitur,* Si quis commendauerit proximo bouem & cæt.

6 Et mortuum fuerit aut debilit, &c. *nullusq. hoc viderit, qui possit testificari pro custode, erit liber a restitutione per iuramentum suū, quod non fecit ibi fraudem vel negligentiam. Cuius ratio est, quia non poterat præcauere mortē vel debilitationē, quia contingunt ex causa naturali, & similiter captioni hostium non poterat resistere.*

7 Quod si fura. blat. fuerit resti. dam. domino. *Cuius ratio est, quia pro custodia habet mercedem, & ideo debet restituere quod ablatum est furto, & non est liber per suum iuramentum sicut depositarius, qui a gratis seruabat.*

8 Si comestum a bestia deferet. *scilicet ipse custos.*

9 Ad eum. *scilicet ad dominum.*

10 Quod occisum est. I*n Hebræo habetur,* Adducet testimonium. *Et hoc poterat esse dupliciter. Vno modo quia afferebat cadauer animalis occisi, vel aliquam partem eius. Alio modo quod adducet homines, qui vidissent in casu in quo nihil poterat eruere de animali occiso de ore bestiæ occidentis. Dicit tamen hic Rabbi Sa. quod si esset occisum ab animali paruo, cui custos poterat resistere vt a catto vel vulpe vel huiusmodi, tenebatur restituere, nec valebat sibi testimonium. Si autem a leone uel serpente vel huiusmodi, sibi ualebat, etsi esset in loco desertoi vbi non poterat habere testimonium hominum, debebat esse liber per iuramentum suum, nisi ex indiscretione sua posuisset gregem in tali loco periculoso sine consensu domini. Tertio modo poterat fieri commissio per modum mutui, & de hoc loquitur cum dicitur.*

11 Qui a proximo suo quicquam horum mutuo postulauerit &c. *scilicet animal aliquod ad opus illius qui acceperit.*

12 Et debilitatum aut mortuum fue. *restituet damnum, Cuius ratio est quia tota vtilitas animalis in illo opere erat sua.*

13 Domino non præsente. *Hoc additur ad excipiendum casum istum, scilicet si dominus animalis esset præsens in opere illo ad custodiā animalis sui. Quarto modo fit commissio rei alteri traditæ per locationē & tunc minus tenetur de custodia animalis, ille cui locatur. quia locans siue committens reportat mercedem animalis, & ideo non tenetur ad restitutionem mortui vel debilitati, nisi fecisset illud animal nimis laborare, & hoc est quod dicitur.*

14 Quod in præsentiarum dominus, *scilicet animalis fuerit.*

15 Non restituet, *quia dominus animalis poterat videre si animal nimis grauaretur, & poterat impedire.*

✠ 1 Si se-

## MORALITER

✠ 1 *Si egressus ignis,* id est zelus hominis indiscretus.

† *Inuenerit spicas. & comprehenderit aceruos, &c.* Per spicas personæ singulares. Per aceruos communitates intelliguntur. qua si quis per zelum indiscretum scandalizauerint, a domino p u nietur secundum quantitatem delicti.

num reddere compellitur vnde Matth. 5. *Non exibit inde, donec reddat nouissimum quadrantem.*

a *Dotabit eam.* Sensus sententiæ historicus, de qua nascitur oratio. Si ergo historicus sensus regnū charitatis ædificat: cupiditatis dissipat: non est necesse allegoricè exponi. lector tamē sententiam dote recta fidei honorare debet & intactam sua expositione requirere.

†Si mercede conductus venit .i. vt Chal. intc. copuletur.

✠ RABANVS Virginem necdum desponsatam seducere, est quamlibet sententiā canonicam necdum ab alio expositam, iuxta sensum patrum, ex proprio exponere. Sed dotem dare illi debet, & sic habere in vxorem, quia nisi per fidem catholicam eam acquisierit, eius copula frui non licebit.

†23. q.5.c. reo sanguinis.

b *Maleficas non patieris.* Qui præstigijs magicæ artis & diabolicis figmentis agunt vel hæreticos qui à consortio fidelium qui verè viuūt excōmunicādi sunt donec maleficium erroris in eis moriatur.

✠ RABANVS Typicè maleficos hereticos possumus accipere, q spiritu maligno īstigati, puer sas sectas ad hominum seductionem introducūt, quos lex domini interimi, iubet, id est, à consortio fideliū, qui Deo vero viuunt, anathemate penitus sequestrari donec maleficiū id est, error extinguatur, qui noxie in eis viuere videbatur

c *Aduenam non contristabis.* Dilectionem proximi† pro misericordię compasione commendat, ne furoris aut auaritiæ stimulo commoti, ius naturæ negligamus. Sed q̄ volumus vt faciāt nobis homines eadem illis faciamus, & quæ nolumus fieri, non faciamus.

†per misericordiæ cōpassionem. †De adulteriis. c.1. 36.qō.2.c. tria.

d *Viduæ & pupillo non nocebitis.* RABANVS In vidua sancta Ecclesia quæ in die iudicij expectat Christum quē modo non habet præsentem, in pupillo Christianus populus, cui mortuus est mundus pater, & Babylonia mater accipi potest, quam prohibet contristari per persecutionem vel fastum mundanum, ne forte talis infestatio ad perniciem eorum spirituale perueniat, quæ eos frustra odiis & contumelis molestant.

†præterq̄. †Zach.7.c

e *Si pecuniam mutuam, &c.* Prædicatores euangelij monet, ne superfluitatem appetant, sed habētes victum & vestitū his conten-

---

a Iuxta sensum partium exponendo. b Sententiam canonicam nondum ab alio expositam.

ctum † venerat pro mercede operis sui. † Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt. † Maleficas non patieris viuere. Qui coierit cū iumēto, morte moriatur. Qui immolat diis occidetur, †pręter domino soli. Aduenā non contristabis, neq; affliges eū. Ad uenæ enim & ipsi fuistis in terra Ægypti. † Viduę & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorē eorum, & indignabitur furor meus percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestrę viduæ, & filii vestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, nō vrgebis eum, quasi exactor, nec vsuris opprimes:

a Quia nisi per fidem catholicam acquisierit: copula eius frui non licebit.
a Cooperatores & adiutores diaboli. b Quasi viuos in ecclesia esse. c i. vitiis stulti & insensati mistus fuerit. cuius societas a Deo separat & diabolo sociat quæ est fornicatio pessima.
a Idololatra. s. b Corporaliter vel spiritualiter. c Demonibus. quia dij gentium demonia sunt. Psal. 89. b. d Aeterna. Excommunicetur ab ecclesia, vel in æternum punietur.
a Adorabis dominum Deum tuum, & illi soli seruies. De ut. 6. c. b Qui ad patriam celestem tendit.
a In mundo. b Quæ in die iudicii expectat Christum, quem modo non habet præsentem. c Cui mortuus est mundus pater, & Babylonia mater.
a Corde. b Qui sum defensor eorum.
a Iudicando, alias iudicando.
a Spirituali vel materiali. b Actiones. c Fructus, vel ad literam.
a Materialem vel spiritualem. Scientiam legis. b Fideli. Gentili. c Spiritu. d In eadem fide.
a Immoderate fructum commissi vel diuini verbi exigendo. b Aliqua superbundantia quia post perceptionem gratiæ ad obseruantiam legis non debet retorqueri, quia Christus finis est legis. Rom. 10. a.

---

NCOILAVS DE LYRA.

✠ 1 Si seduxerit quis virginem, &c. dormieritque cum ea. *Hic consequenter reprimitur concupiscentia inordinata circa delectabile carnis: & primo quæ est secundum naturam, cum dicitur:* Si seduxerit quis virginem. *verbis vel donis inducendo eam in consensum copulæ carnalis.*

2 Dotabit eam. *scilicet dote vxoris: vnde subditur.*

3 Et habebit eam vxorem, &c. *hoc exprimitur, quia alius est modus dotandi vt statim subditur.*

4 Si pater virginis dare noluerit. *quia puella est notabilior & ditio vel alia de causa.*

5 Reddet pecuniam. *scilicet ille qui decepit eam.*

6 Iuxta modum dotis quam virgines accipere, *Et est quinquaginta siclorum argenti, vt habetur Deutero xxij. b. de virgine corrupta ab aliquo antequam sit alicui affidata, ita quod duplex est ibi dos, Vna quæ datur vxori, alia quæ datur patri.*

7 Maleficas nō patieris uiuere. Qui ei. *In Hebræo habetur* Sortilegam non patieris viuere. *Et licet exprimat mulierem tantū, tamē intelligitur de homine sortilego, sicut exprimit translatio nostra, sed scriptura exprimit illud, quod communius accidit, scilicet quod mulieres sint sortilegæ. Ex hoc etiam patet quod cum dicitur,* Maleficas non patieris viuere *intelligitur specialiter de maleficio quod consistit in sortilegis. Ponitur autem ista lex inter eas, quę reprimunt concupiscentiam carnalē, quia sortilegia frequēter fiunt in his quæ pertinēt ad actūcarni.*

8 Qui coierit cum iumento morte moriatur. *Per hoc reprimitur concupiscentia quæ est contra naturam, Debet etiam iumentum interfici in detestationem facti, vt alibi dicitur, & ne alius exemplo præcedentis facti attentaret, idem facere cum illo animali.*

9 Qui immolat diis. *Hic cōsequēter ordinatur rationalis. Et primo quantum ad personas simplices. Secundo quo ad iudices xxiij. capite. Tertio quo ad sacerdotes, circa medium. xxiij. ibi.* Sex annis. *Circa primum ordinatur rationalis. primo circa Deum, cum dicitur,* Qui immolat diis. *id est idolis quæ reputantur dij ab idolatris. & per immolationem hic prohibitam sub pæna mortis, intelligitur prohibita oblatio, libatio. & thurificatio, & talia quæ fiebant in templo ipsi Deo directè, vt dicit Rab. Sa. & hoc notatur cum subditur.*

10 Pręter quam domino. *Si autem Iudæus scoparet templum idoli vel ornaret, vel alia similia quæ sunt præambula ad oblationes & sacrificia, faceret, non esset puniendus morte secundum eum sed alia pœna. Secundo ordinatur rationalis erga proximum, cum dicitur.*

11 Aduenam non. *Cuius causa subditur, cum dicitur.*

12 Aduenæ, enim & ipsi. *Ac si dicat illud quod ibi sustinuistis, debet vos inducere ad hoc quod dulciter eos tractetis. Dicitur autem aduena, qui aliunde venit ad manendum in regione aliqua..*

13 Viduæ & pupillo, &c. *Ista lex intelligenda etiam est, de alijs quibus non est nocendum, sed lex exprimit illud quod frequentius accidit, scilicet afflictio talium eo quod non possint resistere. Ex hoc tamen aggrauatur peccatum, & acceleratur vindicta diuina vnde subditur.* Vociferabuntur ad me, & ego exaudiam.

14 Si pecuniam mutuā, &c. *Dicit Ra. Sa. quod istud si, accipitur pro quia debet enim mutuare proximo existenti in necessitate.*

15 Populo. *Per hoc quod dicit* populo meo, *non excludit Gentilem vt dicit Ra. Sa. sed dat ibi intelligere quod prius, & in minori necessitate debet Iudæus mutuare Iudæo quem Gentili, per hoc etiam quod dicit* pauperi. *non excludit diuitem, cui etiam mutuandum esti indigeat, sed prius mutuandum est pauperi, per hoc quod etiam subditur.*

16 Qui habitat. *Non excluditur à mutuo ille qui habitat in alia ciuitate, cui est mutuandum, etiam si est in necessitate, sed prius succurrendum est necessitati vicini. vnde ista lex dicit generaliter, quod quanto aliquis est propinquior, tanto prius succurrendum est eius necessitati*

17 Non vrgebis eum quasi exactor &c. *Repetens debitum cum austeritate nimia quamdiu est impotens ad soluendum.*

18 Nec vsuris oprimes, &c. *In Hebræo habetur,* Nec morsum pones super eum. *& per morsum intelligitur vsura. Cuius ratio vt dicit Rab. Salomon, quia sicut serpens mordens in silentio parum percipitur vel sentitur in principio, sed postea inflatur homo & diffunditur effectus illius morsus parui per totum corpus. sic vsura malum non sentitur in principio, sed postea ascendit ad magnam summam, & deuorat totam hominis substantiam. Patet etiam per prædictam expositionem Ra. Sa. quod vsura non est licita Iudæis, etiam cum illis qui non sunt de lege sua, quia de mutuo dixit in principio, quod non excluditur Gentilis, licet prius dandum sit Iudæo. & super illud Psalm. 14. b. Qui*

✠ pecuniam

cōtenti sint, sm illud Matth. 10. a. *Gratis accepistis, gratis date.*

a *Si pignus.* AVG. Genus pro specie posuit, sic enim dictum est ac si de omni ueste pignus dederit, cū de illo se specialiter dicere ex consequentibus scriptura testatur, qui non habet ni si eam vestem vnde noct eoperiatur.

✱ HVGO VICTORINVS. *Ipsum est enim solum quo operietur.* Hic de pauperimo loquitur, qui nō habet nisi unum vestimentum, nec uiue re posset, si ei non redderetur. Ne autē diues amittat suam pecuniam, poterit in ducere testes, & coram eis reddere illi vestimētum, postea requirat si uoluerit. GREG. Pignus pecca ti confessio. Proximus enim debitor noster efficitur, cum in eos aliquid peccat quia peccata debita vocātur, secundum illud: *Omne debitū dimisi tibi, quoniam rogasti me.* Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit. debi. nost.

Locutione 99. Pignus accipere. †Act. 23. a De hęre. c. cū ex iniūcto. †12. q. 1. c. ecclesias. § his De decimis. c. tua. *tuas. †reddere. lib. 16. moral. c. 2. Matt. 18. d Matth. 6. b †nobis.

A debitore ergo pignus accipimus, cū ab eo q in † nos peccati confessionem tenemus, p quam relaxare peccatū postula mur. Qui enim peccatū fatetur & veniam petit, iam quasi p debito pign' dedit, qd ante solis occasum reddere iubemur quia prius quam per dolorē cordis nobis sol iustitię occidat debemus confessionem venię reddere, a quo confessionē acce pimus culpę, vt qui se deliquisse in nos meminit, a nobis mox relaxatum sentiat quod deliquit.

b *Dijs non detrahes, &c.* AVG. *Deos non maledi.* Quaeritur quos dixerit Deos, vtrum qui iudicāt populum, sicut d ctū est Mo si qui datus fuerat Deus Pharaoni, vt per expositionem dictū sit quod sequitur, & principē populi tui nō maledices? An secundum illud Apostoli. *Nam etsi sunt qui dicuntur dij siue in cęlo siue in terra, sicuti sunt dij multi, & domini multi.* add ndo enim si cuti sunt, duos intelligi uoluit qui digne etiam dicuntur, q. tamen λατρεία est, seruitus quę ad religionē pertinet no debetur, sed uni uero Deo qui nobis est Deus. Illi autem prohibiti sunt maledici, nō nisi sacrificiis vel latrię obsequiis honorari.

Quęst. 86. in Exod. Diis nō detrahēdum. 1. Corint. 8. b. Latria.

a Confessionem peccati. b Qui in te peccauit. c Scilicet quo operitur contra frigus impietatis d Antequam occidat tibi per dolorem cordis sol iustitię.

a Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum ante solis occasum redde ei. Ipsum enim est solum, quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat. Si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. † Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices. † Decimas tuas & primitias * non tardabis † offerre: Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoque & ouibus similiter facies. Septē diebus sit cum matre sua, Die octauo reddes illū mihi. Viri sancti eritis mihi. † Carnē quę a bestiis...

(Interlinear glosses:) a Securus laxato peccato. Te non condonante. a Volens vitam peccatoris non mortem. Sacerdotib. doctorib. qui ecclesię principantur cum enim omnis detractio perniciosa sit, nullo perniciosior. a Ad literam vel Christo, cuius factus est principatus super humerum eius. Esa. 9. b. b Perfectiones operum. a Initialem faciendi voluntatem. b Hilarem datorem diligit Deus. Eccles. 35. c Diuinę gratię consecrare. d Principium. a Operum scilicet. Fortib. operib. & simplicibus. a Tota praesenti vita in qua generare debemus opera bona, quę offeramus domino in resurrectionis octaua. b Ecclesia. Resurrectionis. Exigeū. a Remoto ab adice nes culatu. b Omne suffocatum prohibetur. Hęreticorum libros dęmonis consecratos vel quaslibet carnales idololatria vel hęresi vitiatos. Vel humanam conuersationem c Non est communicandum gentis dęmoniorum fidelib. Hęreticis vel dęmonib.

c *Decimas tuas, &c.* AVG. vnusquisq. fratres de quali ingenio vel artificio viuit, de ipso decimam Deo in pauperib. vel ecclesiis donet, cōsideret q a omnia Dei sunt per quę viuit, siue terra, siue flumina, siue femina, uel omnia quę sub cęlo sūt, vel super cœlos, & si ipse nō dedisset, nil utiq. haberet. Nā Deus qui dignat totū dare, decimam de suo dignatur a nobis recipere, nō sibi: peni t'sed nobis pfutura.

Mystice li. de recti tudine catholicę conseruationis. †auctoritatib. † plenitudinē & lachrymam tuam primitias. fructuū, siue elementis terrę, & primitias omniū liquidorū, vt vini, olei, & reliquorū instar lachry mę descē dentium e torculari. †erge. † humana couersatione. † principia. Pelagiani Quęst. 54.

Per primitias frugum vel primogenitorum † primitiua bonorum operum ostenduntur, uel bona voluntas quę prior est opere quam Pelagiani sibi tribuendo offendunt. Deus autem dū sibi a nobis illa iubet offerri, iudicat ad gratiam suā pertinere. In decimis vero denarius perfectionem significat, quia vsq. ad ipsum numerus crescit. ideoq. sicut in primitiis principia voluntatū, ita in decimis consummationes nostrorum operū ad Deū referre pręcipimur, a quo & boni operis initium & perfectionis donatur effectus.

d *Carnem quę a bestiis, &c.* ✱ THEOD. Carnem quę a bestiis pręgustata fuerit, comedi vetat, vt illos vitam ratione degere doceat, quęq. nihil feritatis pręse ferat. Hac de causa & inimicorum curam habere, & errātes boues reducere & asinū qui

## NICOLAVS DE LYRA.

pecuniam suam nō dedit ad vsuram, *ubi dicit gl. Hebraica, etiā Gentili. & ideo quod conceditur Iudęis dare ad usuram extraneis, Deu te. 23. c. est permissio minoris mali ad maius euitandum scilicet ne Hebręos grauarent vsuris, sicut dicunt doctores nostri.*

1 Si pignus a proximo tuo, *id est Iudęo.*

2 Acceperis vestimentum, ante solis occasū redde ei. *In Hebręo habetur.* Vsq. ad occasum solis reddes ei. *& utrūq; uerū, qz si sit uestimentum sibi necessarium de Die debet reddi sibi in mane, et post resumi in uespere. si autem sit uestimentū necessarium de nocte debet sibi reddi vespere, & post resumi in mane, & quantum ad hoc subditur.*

3 Nec habet aliud in quo dormiat, &c. *Si autē quęratur quare accipiebatur pignus ita frequenter, & restituebatur. dicit Ra. Sa. quod hoc erat ad imprimendum cordibus hominum Dei misericordiam, qui. quotidie peccantib. quotidie relaxat cum clamant ad ipsum. Iosephus di cit, quod hoc erat ne debitor daret obliuioni & fieret negligens in solutione debiti.*

4 Diis non detrahes. *id est iudicib. te punientib. propter peccatum tuum, quia in hoc tenent locum Dei.*

5 Et principi populi tui non maledices. *Quia malediceres tibi ipsi, cum sit caput populi, cuius tu es pars.*

6 Decimas tuas, &c. *In Hebręo habetur.* Plenitudinē & lachrymam tuam non tardabis reddere. *& secundū quod dicitur Ra Sa. per plenitudinem intelliguntur primitię in aridis, sicut est triticum & hordeum, & per lacrymam in liquidis, sicut est vinum & oleum & huiusmodi, quę debent reddi tempore statuto a lege, & non retardato.*

7 Primogenitum filiorum, &c. *quia consecrati erant domino, eo quod percutiens dominus primogenita Aegyptiorum saluauit primogenita Hebręorum, ut supra dictum est. 13. c.*

8 De bob. quoque & ouibus similiter facies *scilicet offerendo domino. primogenita tamen hominum redimebantur. 5. siclis argent. Dicit autem hic Ra. Sa. quod quilibet siclus ualet quinque solidos, tamen non dicit cuius monetę. & ideo melius uidetur dicendum, quod ualor determinatus est nobis incertus, quia sicut frequenter dictum est, Moneta & pondera auri & argenti multum uariantur secundum tempora & uarias regiones. Quod autem dicitur hic de primogenito ouis & bouis, intelligendum est etiam de primogenitis aliorum animalium quę poterant immolari. De animalibus autem aliis primogenitum asini debebat redimi oue. Et alia redimebantur, ut supra dictum est. 13. ca.*

9 Septem dieb. sit cum matre sua. *quia ante octauam diem est res nimis tenera & imperfecta, et tales non debent offerri Deo. Ra. Sa. aliter exponit literam istam ab illo loco;* De bobus quoq; & ouibus similiter facies, *dicēs quod ly* similiter, *refertur ad literam pręcedentem immediate, quę loquitur de primogenito hominis. qui debebat redimi post. 30. dies. & ita dicit quod primogenitum bouis debebat seruari apud dominum suum. 30. dieb. & tunc dari sacerdoti, primogenitum autem ouis quinquagita dieb. Quod autem subditur.* Septem diebus sit cum matre sua. *Dicit quod hoc non refertur ad literam pręcedentem, ut dirigatur hoc mandatum ad illos qui offerebant primogenita, sed ad sacerdotem, qui non debebat aliquod animal immolare ante octauam diem domino. Quod autem subditur.*

10 Viri sancti eritis mihi. *ad omnes generaliter dirigitur, ut sint mundi non tantum mente sed etiam corpore. ideo subditur.*

11 Carnem quę a bestiis, &c. *In Hebręo habetur.* Quę a bestiis fuerit lacerata uel dissipata. *quia non solum erat ipsis prohibitū comedere carnes, quarum unam partem comederant bestię, sed etiam carnes animalis occisi, a quacunque bestia syluestri uel domestica, etiam si nihil de ipsis comedissent, ut dictum est supra, de boue occiso a boue corupeta. Sciendum etiam quod lex ista loquitur de carnibus quę aliās eis erant licitę.*

Leui. 22. b Ezech. 44.

✱ 1 Sed

MORALITER.

✱ 6 *Decimas & primitia non tardabis offerre, &c.* Per primitias intelliguntur initia bonorū operū, per decimas perfectiones eorū, eo quod denarius numerus perfect' est & limes numerorum, ut dicitur. 3. Phy. & per hęc Duo intelliguntur merita bonorum operū: hęc enim omnia Deo sunt attribuenda tanquam omnium bonorum auctori. Esa. 36. c. *Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.*

11 *Carnem quę a bestiis, &c.* id est, doctrinā in qua nutriti fuerunt superstitiosi, vel hęretici, non comedetis eā acceptando



✱ 1 Sed

qui ceciderit, suscitare docet.

✠ RABANVS. Bestiam, hæreticum siue diabolū intelligere possumus, Carnē vero hoc est, côuersationem, quæ ab hæreticorū ope venerato laniatur, vel diabolica suggestione decipitur, est licitum homini Christiano mitari, sed tanquam immūdum proiicere canibus, hoc est, malignis spiritibus, siue paganis aptam atque consimilem deputare, secundum illam veritatis vocem, quæ iubet eum qui Ecclesiam non audierat, pro Ethnico & pagano haberi.

a Decepta. b Membris Christi incorporando. c Societati immundorum contra ecclesiam latrantium, vt desit tibi sicut ethnicus & publicanus, Mat. 18 c.

stiis fuerit prægustata, non comedetis, sed proiicietis canibus. 1

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sed proiicietis canibus. *Dicit autem Ra. Sa. quod vendere poterant Gentilibus quos Iudæi reputant sicut canes. & vocant Gentiles omnes, qui non sunt de lege Iudæorum.*

✠ CAP.

## MORALITER.

✠ 1 *Sed proiicietis canibus.* illam dimittēdo infidelibus obstinatis, qui dicuntur canes. Matthæi. 7. a. *Nolite sanctum dare canibus.*

## ADDITIO.

*In c. 22. vbi dicitur in postil. Et ideo dicit Ra. Sa. lex illa.*

*Longe uidetur a sensu literali dicere, quod in hoc quod dicitur.* Si autem orto sole hoc fecerit, *intelligitur metaphorice, quia in iudicialibus quæ tractant de actibus humanis inter partes iudicandas, non est opus metaphoricis locutionib. cum possint plano modo dici. Vnde melius videtur dicendum cum docto. nostris quib. etiam concordant quidam Hebræorum. Obiectio autem postil. contra eos non videtur valere, nam licet aliquando contingat, quod aliqui insidiose interficiant hominem in domo propria, hoc tamen est de raro contingentib. de quib. lex nō curat, nisi de his quæ frequenter contingunt.*

*REPLICA correctorij contra Burgensis. In capitu. 22. vbi postillator, sequens Ra. Sa. dicit metaphorice dictum* quod si orto sole fecerit. *ut patet in postilla, Burgensis instat dicens, quod in iudicialibus actibus debet fieri plana locutio, non metaphorica, cuius oppositum etiam fit & fieri potest quasi in terminis huius literæ. dicitur enim & scribitur luce clarius id probari literis, instrumentis &c. hoc Burgensi satis facit arguendo postilla. Nam non est rarum fures in die irruere in domos hominum, rapere, occidere, & homines de domib. effugare, quos si quis occideret, reus nō esset essent enim tales aliquid plus quam fures. Hec est sententia beati Aug. posita in gl. ordi. vnde & si secūdum beatum Aug. sint aliquid plus quam fures, sunt tamen vere fures, quia vsurpatores rei alienæ inuito domino. in casu igitur postillatoris & Ra. Sa. litera planius exponitur*

CAP. XXIII.

a *Pauperis quoque non miserere. &c.*

✠ PROCOPIVS. Nam iustitia diuinū quiddam est & syncorum, nec odio vel gratia corrumpitur. Quapropter eleganter dictum est. *Iudicium Dei est*, & iuste iustum sequeris. Nā iustus si perit iustè, eius est. Opus est igitur sapientia, ad discernendum iustum, nec temere & importune decurrendum ad misericordiā.

Ne. scilicet contra iustitiam pauperi faueas causam misericordiæ. Bona est misericordia, sed non debet esse contra iudicium. Iudicium autem dicit scriptura, quod iustum est. Ne quis autem propter hāc sententiā Deum putet prohibere misericordiāt. oportune sequitur.

b *Si occurreris boui, &c.* Fac misericordiā etiam erga inimicos tuos

## CAP. XXIII.

a Consentiendo. f. vel loquendo. a Te illi sociando.

NON † suscipies vocem mendacii. † Nec iūges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium. Non † sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt a vero deuies. † Pauperis quoque non misereberis in iudicio. † Si occurreris boui inimici tui, aut asino er-

a Operam. a Testis falsus non erit impunitus. b Quasi non te defendas, quia cum pluribus peccas vel ideo non esse peccatum dicas. c Populum sed doctores. f. qui pauciores licet sint, sunt tamen sanioris consilii. Dum iudex resides. a Dum iudex resides. a Hæc per se sic patent, vt expositione obscurentur. Quasi dicat Lu. 6. d. Diligite inimicos vestros.

† suscipies. Deu. 22. Augu. q. 8. † 2. q. 7. c. accusatio. 2. † Non. † sequaris. † 23. q. 4. c. ne amisso

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXIII.

Non suscipies, &c. *Hic ordinatur rationalis quantum ad iudices, et primo erga partes quę debent in iudicio aliquid proponere, ut non audiatur vna pars sine alia, quia quando vna auditur in absenta alterius, solent multa mendacia immiscere ad iustificationem suæ causæ. et hoc est quod dicit ur:* Non suscipies vocem mendacii. *Secundo regulatur circa testes, cum dicitur.*

2 Nec iunges manum tuam. *id est, non facies pactum vel promissum & utitur tali modo loquendi, quia in pactis & in promissis iungitur manus vnius cum manu alterius ad confirmationem. In Hebræo habetur:* Non leuabis manum, *& est, eadem sententia, quia apud aliquos, ille qui promittit aliquid, leuat digitum vel manum ad confirmandum promissum.*

3 Vt pro impio, &c. *In Hebræo habetur.* Cum impio ut sis testis falsus, *& istud potest referri ad eum qui promittit impio scilicet vt pro eo promittat se falsum testificari, & sic accipitur translatio nostra. Alio modo potest referri ad ipsum impium ut. scilicet sit testis in causa falsa, & hoc modo exponit Rab. Sal. & rationabiliter. quia sic refertur ad iudices istud preceptum, qui quidem iudices hic informantur, vt predictū est, & sic est sensus prędicti mandati:* Non leuabis manum cum impio, *assecurando eum donis, uel promissis, vt sit testis falsitatis, sicut fecerunt iudices Samarię, ad mandatum Iezabelis submittentis falsos testes cōtra Naboth, vt occideretur, ut habetur. 3. Re. 21. capitulo. Tertio informatur quantum ad formam iudicij, cum dicitur.*

4 Non sequeris turbam ad, &c. *quia iudex non debet dare sententiam iniustam ad satisfaciendum turbę, vel multitudini, sicut fecit Pilatus contra Christum, volens satisfacere populo, ut habetur Mat. 27. cap. & Marc. 15.*

5 Nec in iudicio, &c. *vt si maior pars iudicum declinet ad sententiam iniustam, non propter hoc debet aliquis de iudicibus conformiter ipsis de iudicio respondere, sed veritatem tenere, Aliter exponūt. Heb. passum istum, quia in Heb. habetur:* Non declinabis post רבים rabbim. *id est multos ad malum, & non respondebis in iudicio ad post declinandum rabbim in magistros vel magnos ad peccandum. Hæc dictio Heb.* רבים *rabbim æquiuoca est, quia significat idem quod multos, & sic accipitur in prima parte autoritatis & est sensus q propter maiorem partem iudicantium declinantem ad iudicium iniustum, aliquid de iudicantibus non debet sequi dictum eorum. Item significat idem quod magnos uel magistros, & sic accipitur in secunda parte autoritatis, cum dicitur:* Et non respondebis in iudicio propter magnos vel magistros ad peccandum. *& est sensus q sicut non est declinandum a ueritate propter maiorem partem iudicantium ibi declinantem, ita declinandum non est propter illos, qui sunt maioris auctoritatis in iudicando. & propter hoc, statuerunt sapientes Iudæorum, quod quando in iudicio requiritur sententia, tunc dictum iudicantium debet incipi ab illis, qui sunt minoris auctoritatis, & vltimo a maioribus ne minores formident declinare a sententia maiorum, quod posset esse si maiores primo dicerent. Et hunc modum tenet in uniuersitate Parisiensi theologi in deliberationibus. scilicet incipiendo ab illis qui sunt minores in magisterio. Quarto informantur iudices quantum ad conditionem personarum uenientium ad iudicium. cum dicit.*

6 Pauperis quoque non, &c. *in causa falsa intuitu suæ paupertatis eum sustinendo, quia sanctum est præhonorare veritatem. vt dicitur. 1. Ethi.*

Pauperē nō honorabis. Rabbim. Philosophus.

## MORALITER.

✠ 1 *Si occurreris boui inimici tui aut asino, &c.* id est si videris aliquem de subditis prælati uel curati odientis se ab eius obedientia irrationabiliter recedentem, per bonum consiliū & ✠ exhorta

tuos cum potestas est a iudicādo libera. Nō enim eū reducis errantē bouem inimici, & reddis inter aliquos iudex resides.

a *Mendacium fugies.* Veritatem & iudicium amat dominus. & ad hęc exequenda populum suum hortatur quia non est per sonarum acceptor.

Li. contra mēdaciū. ✻ AVGVS. Mendaciorum genera sunt multa, quæ quidem omnia uniuersaliter odisse debemus. Nullum est enim mēdacium quod non sit contrarium ueritati. Nam sicut lux & tenebræ, pietas & impietas, iustitia & iniquitas peccatum & recte factum, sanitas & imbecillitas, uita & mors, ita inter se sunt ueritas & mendacium contraria.

Benefacite his qui vos oderant.

ranti: reduc ad eum. Si videris asinum odientis te † iacere sub

Negligendo. a Accipiendo personam.

onere, non pertransibis: sed subleuabis cum eo. Non † declina

a Recte iudicate filii hominum. b Perdes omnes qui loquuntur mendacium Ps. 5. b.

bis in iudicium pauperis. Mendacium fugies. † Insontem &

a Quia dominus sanguinem seruorum vlciscetur. b Non iustum. c Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Es. 33. c. In iudicio vel testimonio.

iustū non occides, quia † auersor impium. † Nec accipias mu-

a Interiori cæcitate. Ecclesia. 10. b. Auaro nihil est scelestius, nihil iniquius quā amare pecuniam. b Vt putarur.

nera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iu-

a Qui dum est in hoc seculo peregrinatur a dño. Quomodo. f. facile cōtristatur nō habētes vnde se consolentur.

storum. Peregrino molestus non eris. Scitis enim aduenarum

a Ex conditione sua quisque perpendat quomodo aliis misereatur vnde. Dimitte & dimittetur vobis Lu. 6. f.

animas, quia & ipsi pēgrini fuistis in terra Ægypti. Sex annis

† Dan. 13. f. † Deu. 16. Eccl. 20.

b *Sex annis seminabis terram* AVG. Quæritur quid colligant pauperes, si in septimo anno ita parcitur terre, ut nec seminetur. Nō enim ad vineam & oliuetum pertinet quod dictum est: *Edent pauperes gentis tuæ*, quia de terra non seminata nihil possunt sumere, ubi segetes nasci non possunt. De vinea enim & oliueto postea dicit similiter esse faciendum, ideo illud de aruis intelligitur, quæ frumentis seruiūt. An sic accipiendum. *Sex annis seminabis & colliges fructū eius*, hoc est sex annis seminabis & colliges, septimo vero nō colliges, ut intelligatur, seminabis, etiam si dictum non est, ut ad sex annos seminare & colligere pertineat, ad septimū vero dimittere qd fuerit seminatū. Nā quid inde habebunt pauperes, quorū residuū etiā feris bestiis dedit eis. f. quæ illis frugib. vesci possint, id est, apris ceruis, & huiusmodi. Quod tñ nō diceretur nisi alicuius significatiōis gratia. De bob. enim nō est cura Deo. Quod nō sic intelligit, quasi nō pascat ea q nō semināt, neq. metunt, sed quia ei curæ nō est pcepto monere hoīnem quō boui suo cōsulat. quāto ergo min⁹ ei cura est de feris bestiis pcipere, cū eas ipse pascat diuitiis naturę, q ēt eas pascit p alios sex annos cū colliguntur, quę seminātur.

✻ a Sex an-

li. 18. Moral. c. 2. ✻ GREG. Omne mendacium iniquitas est, & omnis iniquitas mēdaciū, qa profecto ab ęquitate discrepat, quicquid a veritate discordat. Summopere autē cauendū est omne mēdaciū, q̄uis nonnunquam sit aliquod mendacii genus culpæ leuioris, si quis vitā prēstando mēritur. Sed quia scriptū est. *os qd mentitur, occidit animā*, hoc quoq; mēdacii genus pfecti viri summopere fugiūt, vt nec vita cuiuslibet per eorū fallaciā defēdatur, ne suę animę noceāt, dū præstare vitā carni nituntur alienę. Quanquā hoc peccati genus facillime credimus relaxari.

Sap. 1.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si occurreris. *Istud ponitur hic ex incidenti, quia ex litigijs, de quibus immediate locutus est, solent homines inimici fieri, ideo subditur,* Si occurreris & contra. *Istud pręcipitur duplici de causa. scilicet pro animali erranti, ne a feris deuoretur. Indęi enim erāt crudeles, & ideo lex induxit eos ad pietatem, etiam circa bruta animalia, ut per hoc ad maiorem pietatem circa homines inducerentur. Item pro domino animalis, quia per talem reductionem inducebantur ad amicitiam reducentis, & quod hic est dictum de boue & asino erranti, intelligendum est de animali domestico.*

3 Si videris asinum, &c. *Istud etiam dicitur pro anima, & etiam pro domino, sicut dictum est in lege immediate præcedenti & quod hic dicitur de asino, intelligendum est de omni animali onerato.*

3 Non declinabis in iudicium pauperis. *Reuertitur ad informādū iudices, quia sicut supra informauit eos de non sustinendo pauperes: in causa iniusta, ita econtrario docet eos quod non declinent a iustitia contrarium sustentanda in fauorem diuitis uel potentis.*

4 Mendacium fugies. *licet enim sit fugiendum ab omnibus, maxime tamen a iudicibus qui sunt in statu & officio conseruandæ ueritatis.*

5 Insontem & iustum, &c. *Dicit insontem, id est, innocentem, q̄tum ad illum qui per falsos testes conuincitur, quem iudex non debet interficere, si sciat eius innocentiam secreto, sed debet testes diligentius examinare, ut eorum falsitas deprehendatur. & si hoc non potest deprehendere, de iudicium ad superiorem remittere, & si non potest, quia non habet superiorem iudicem, dicit Tho. de Aquino secunda secundæ. q. 64. art. 6. in responsione ad tertium argu. quod in hoc casu iudex non peccat ferendo sententiam mortis contra eum, quia non interficit ipsum sed illi qui accusant. Saluo tamen meliori iudicio uidetur contrarium, quia dicit Augu. lib. de li. arbi.. Quomodo apud diuinam prouidentiam a peccato liberi sunt, qui pro his reb. quas contemni oportet humana cę de polluti sunt? q.d. nullo modo. & per res contemnendas intelligit Augu omnia illa quæ homines. † inuiti amittere possunt, inter quas est uita co. poralis & multo fortius diuitię & dignitas temporalis quęcunq; & potestas iudicandi secundum quod dicitur Iob. 2. g.* Cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. *id est pro corporali uita tuenda. & ideo si iudex quantumcunque superior nō possit inuenire uiam liberandi innocentem a morte, debet prius dignitatem & officium iudicandi dimittere, quam sententiam mortis contra innocentem ferre, aliter peccatum non euaderet, ut uidetur. Dicit autem.*

† In vita.

6 Iustum. *propter illum qui iustus est iudicio hominum, quamuis forte sit debitor mortis apud Deum, & talem non debet iudex occidere, quamuis secrete sciat ipsum morte dignum, quia non est licitum ei, vt est persona singularis, secundum quod dicit. Aug. 1. de ciuita. Dei; Qui sine aliqua publica administratione maleficum interficit, velut homicida iudicabitur, & tanto amplius, quanto sibi potestatem a Deo non concessam vsurpare non timuit. Nec etiam, ut persona publica, quia vt sic nō habet uiam ad occidendum eum. Nec est simile de condemnatione innocentis ad mortem, & de dimissione illius qui est morte dignus, propter quod non ualet, si arguatur parte iudex non potest condemnare quē scit innocentem, ergo per oppositum nec potest dimittere quem scit dignum morte, quia ut est persona publica potest renuntiare dignitati & officio iudicandi, sed ut est persona singularis habet uiam uel potestatem aliquam occidēdi. Aliter autem exponit Ra. Sa passum istum dicens quod innocens hic accipitur ille, qui exit de domo iudicii condemnatus ad mortem pro crimine sibi imposito, tamen est innocens secundum ueritatem, quia si tunc appareat aliquis qui uelit eius innocentiam declarare debet reduci ad iudicium, ut audiatur ille qui uult eum innocentem ostendere, & sic factum fuit de Susanna, ut patet Daniel. 13. f. ad cuius scilicet, Danielis dictum fuit reducta ad iudicium, & a morte liberata. Per iustum hic intelligitur ille qui exit de domo iudicii, tanquam innocens a crimine sibi imposito, licet secundum ueritatem sit reus, & tunc si appareat aliquis, qui uelit eum probare reum de di o crimine, non est audiendus contra eum, quia licet euadat manum hominis, remanet tamen in manu Dei puniendus. ideo subditur pro causa huius dicti.*

7 Quia auersor impium. *q.d. sit dicat Deus propter hoc talem non debes occidere, quia licet manum tuam exeat, remanet, tamen in manu mea ad puniendum, & possum eum interficere multis uijs, quia non demitto impium impunitum.*

8 Nec accipias munera. *etiam pro iudicio uero. non enim debet uēdere iudex iustitiam suam, quia si sit iudex inferior, debet esse contentus de stipendijs sibi datis a superiori. Si autem sit superior debet esse contentus redditib. suis, qui sunt stipendia sibi concessa a communitate pro obseruatione iustitiæ.*

9 Quę excęcant etiam prudentes. *quia si accipiat iudex munera, pro iustitia defendenda, ex tali assuefactione inclinabitur ad accipiendum pro iniustitia sustinenda & sic excæcabitur, ideo sequitur.*

10 Subuertunt verba iustorum. *quia qui prius loquebātur pro ueritate iustitia, postea loquuntur ad contrarium.*

11 Peregrino molestus non eris. *Peregrinum hic dicitur transiens per terram alienam, quem iudex non debet molestare retardando sibi facere iudicium de iniuria sibi facta, vt iter suum posset exequi.*

✻ 1 Sex an-

*MORALITER.*

✻ exhortationem, debes eum reducere ad obediendum debite, non obstante odio dicti prælati uel curati contra te.

2 *Si videris asinum odientis te ia. sub one. &c.* Asini prelatorum possunt dici archidiaconi, decani, curati, quia supportāt eorū onera. Ille igitur q videt aliquem de illis oppressum onere, cure sibi imposite, & scit & potest ipsum subleuare, non debet hoc dimittere propter odium prelati erga se.

a *Sex annis semina. terrã tuã, &c.* In senario pfectio operum, in A septenario reqes animarũ exprimit. Bene ergo sex annis semi nare terrã nostrã & congregare fruges eius præcipimur, q in præsenti vita quæ sex ætatib. constat, terrã carnis nostræ exer cere & virtutũ semina i ea serere debem⁹, ut i futuro vitã ęter nã accipiamus. Quod autem populi paupe res & bestiæ agri comedere iubētur, quæ in septimo anno de nostro labore præteri to crescunt, significatur quod per eleemosynarum & charitatis obsequium, merces in futuro parantur, quã etiam vinea & oliuetum, id est gratiæ & misericordiæ opere præparāt. Si ergo non tãtum amicis sed etiam bestiis. i. inimicis bñfici sumus, in futuro, cum iã non erit tempus operãdi, prēmia cõsequemur, vnde: *Qui seminat in benedictionibus, in benedi. & metet.*

Mystice. B C

† nominis

2 Cor. 9.b. † infra 35.a Deut. 16.d Eccl. 25.a 1 ecól. di. 1.c. omnis

b *Et per nomen externorum deorum, &c.* Per nomen suum iurare permittit, nõ φ bonũ sit iurare, sed quia sciebat homines pronos ad iurandũ esse, non vult ut iurent per nomina exterorũ deorum, ne frequenti iuramento indicantur ad cultum eorum. Sic & hostias, non approbat Deus, mauult tamen sacrificari sibi quam idolis.

c *Tribus uicibus.* Fidem scilicet sanctæ trinitatis. in pascha enĩ immolatur filius. in pentecoste datur spiritussanctus. in scenophegia paternæ maiestatis potentia declaratur.

d *Tribus uicibus per singulos annos, &cæt.* Hoc est omni tempore præsentis vitę & in sanctæ trinitatis confessione, per fidem & spem & charitatē bonorum operũ obsequia à Deo creatori vestro exhibebitis. Pascha enim celebramus mēse nouorum cum per sanguinem agni immaculati ab Aegyptia seruitute liberati. Per spirituales aquas de veteri homine in nouum transimus, non in uetustate literæ, sed in nouitate spiritus, quo in terram promissionis per gratiã Christi peruenimus. Solennitatem uero mēsis primitiuorum celebramus, cũ operũ nostrorum uoluntatum & sermonum primitias domino consecramus. Solēnitatē quoque

D Iurare per nomē Dei. Mystice. Pascha. † requiescat anima. E † recordabimini. Pētecoste. F

1 a Seminabis terram tuã, & cõgregabis fruges eius: anno autē sep
a ¶ Seminabis, quidem, sed non colliges.
2 timo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedāt paupe
Apri, ceruī.
res populi tui: Et quicquid reliquum fuerit, edent bestiæ a
Putabis, scilicet & excoles, sed fructum non colliges. Omni tempore presentis, vitæ, quo laborandum est.
3 gri. Ita facies in vinea, & in olineto tuo. Sex diebus operabe
a In quiete animæ solutæ a corpore. b Qui fortiter operãdi laborem sustinuit. Disciplinatus. c Heres. De quo dicitur. Isachar asinus fortis supposuit humerum ad portandum. Gene. xlix. b.
4 ris, septima die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, vt †
a Ecclesiæ, quæ nobis quasi ancilla seruit, vel synagogæ, quæ seruit cum filiis suis, multi enim Iudęi ad domi num conuersi sunt. b Gentilis de oleastro assumptus est bonæ oliuæ insertus, vel, qui in mundo fuit quasi aduena, & peregrinus.
refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Omnia quæ dixi vo
Sed per nomen meum.
5 bis custodite: & † per nomen externorum deorum nõ † iu
a In euangelio interdicitur omnino iuramentum. b In Aprili, in Iunio, & in Septembri.
6 rabitis, neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per sin
a Pascam, Pentecosten, Scenophegiam. Qua Christus immolatur.
7 gulos annos mihi festa celebrabitis: Solennitatem azymo
8 rum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præ
9 Aprilis qñ secundum Iosephum colligebant spicas. & eas igni torrentes & manib. confricantes offerebant primitias, cũ de qu b. pugillum inponebatur sacrificio, reliquum erat sacerdotis. quo facto cuiq; metere licebat.
10 cepi tibi. Tēpore mensis † nouorum, quando egressus es de
11

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sex annis. *Hic consequenter informantur sacerdotes, quia hic agitur de festis & solennitatib. quæ licet debeant obseruari a toto populo, tamen in hoc debent dirigi per sacerdotes et primo agitur de septimo anno, qui erat quasi totus solennis, eo quod erat annus remissionis & hoc est quod dicitur.* Sex annis semi. ter. tuam. &c. *pro victu tuo & familiæ tuæ.*

3 Anno autem. &c. *dicit Aug. quod septimo anno, bene erat seminandum sed non colligendum a seminantib. sed erat dimittendum pauperib. vt subditur.* Vt comedant pauperes, &c. *Iosephus autem & Hebræi dicunt, φ septimo anno non erat seminandum nec colligendum a dominis terræ, sed debebant dimittere illa quę sponte nascebantur pauperib. & hoc magis concordat literæ, cum dicitur.* anno autem septimo dimittet eam & requi. facies. *ita quod ly* requiescere facias. *referatur ad hoc quod terra non exerceatur per culturam: & ly* dimitte, *referatur ad hoc quod dominus campi ea quæ sponte nascebantur, illo anno pauperib. dimitteret.*

5 Ita facies in vinea, &c. *Quia sicut nil colligebat dominus in possessione sua, ita nec illis quæ erant super campum. Secundo agitur de celebratione sabbathi, cum dicitur.*

4 Sex dieb. operaberis, septima die cessabis ut requiescat bos & asinus tuus. *Et istud expositum est. c. 20 repetitur tamen hic istud præceptum propter hoc quod locutus est immediate de septimo anno, qui erat totus requies, & ideo ex hoc forte crederet aliquis, quod in illo anno septima dies non esset obseruanda, nisi sicut aliæ dies hebdomadæ, propter quod ad huiusmodi errorem tellendum fit memoria de obseruatione sabbathi, quæ est eadem in septimo anno sicut & in alijs, quæ aut sit illa obseruatio, expositum est, supra 20. c.*

5 Omnia quæ dixi uobis custodite. *Hic intelligitur specialiter de pertinentibus ad obseruationem sabbathi, quæ sunt plura. Rab. Sal. dicit quod hoc dicitur ad subintelligendum vasa Hebræorum, de quorum reque non fecerat mentionem, quæ tamen debent requiescere etiam die sabbathi, nec licitum est eis ea locare vel accommodare Gentibus ad faciendum opera sua vt securim ad scindendum ligna & similia.*

6 Et per nomen externorum deorum. *id est idolorum.*

7 Non iurabitis. *Iuramentum enim introductum est ad confirmationem veritatis de re aliqua, de qua poterat dubitari, inquantum per iuramentum inuocatur Deus testis illius rei de qua iuratur, propter quod iurans profitetur Deum esse infallibilis veritatis ad confirmandum omnia dubia, & ideo iurare est actus latriæ propter quod per falsos Deos non est iurandum, eo quod non possunt esse testes veritatis, & quia actus latriæ nullo modo est eis exhibendus, vt dictum est supra. 2, 20.*

Iuramẽtũ quare itro ductum.

6 Neque audietur. *Quod exponit Rab. Salo. dicens quod non est licitum Iudæis dicere vel facere aliqua cum Gentilibus propter quę Gentiles iurant per nomen idolorum. & est sensus:* Neque audietur ex ore tuo, *id est, ex ore tuo, non exibit verbum, per quod audiatur iuramentum per idola etiam factum a Gentilibus. Beatus vero August. scribens ad Publicam dicit, quod licet non sit licitum Gentilem inducere ad iurandum per idolum, si tamen Gentilis habeat aliqua pacta cum Christianis, & offerat se ad confirmandum illa iurando per idolum, licitum est Christianis tale iuramentum recipere. Ponitur autem hic istud præceptum iuxta obseruationem sabbathi, quia vtrunque pertinet ad reuerentiam Deo exhibendam. Consequente agitur de tribus solennitatibus notabilibus quæ fiebant per annum, cum dicitur.*

9 Tribus uicibus. *Inter quæ primum est festum paschę & hoc notatur cum dicitur.*

10 Solenni tatem azymorum, &c. *Quia septem diebus debebatur vesci azymis, sicut supra expositum est 12. c.*

11 Tempore mensis nouorum quando, &c. *Mensis enim primus in quo celebrabatur pascha quindecimo die huius mensis dicitur mensis nouorum. quia in crastino eiusdem diei fiebat oblatio de nouis fructibus, qui maturescabant ante alios, vt si homo intrans campum uel hortum suũ videret ibi aliquas spicas vel ficum in ficulnea appropinquantes ad maturationem, ante alias debebat colligere, & apportare ad templum in solennitate paschali.*

✱ 1 Non

MORALITER.

✱ 1 *Sex annis semina. ter. tuam, &c.* Per terram colendã intelligitur cor humanum φ est seminãdum semine uirtutũ. Sex annis, id est, toto tempore uitę pręsentis, quę per senarium designatur, eo quod est numerus perfectus resultans ex suis partibus quę sunt unum, duo, tres.

2 *Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui.* Septimus autē annus apud Hebręos requiei erat, ut patet p dicta. Per hoc igitur quod illo anno sine labore fructus oriebantur, ex quib. pauperes & agri bestię sustentabantur, designatur φ sancti qui sunt in quiete cęlesti, orant pro sibi deuotis quantuncunque simplicib. & abiectis.

9 *Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.* Primum festum celebrabatur propter beneficium exitus de Aegypto, & fuit figura resurrectionis Iesu Christi per quem exiuimus de tenebris culpę & ignorantię. Secundum festum celebrabatur propter beneficium legis datę, quod notatur cum dicitur.

✱ 1 Et

que in exitu anni, qñ congregatis frugib.i.virtutum fructib. ad finem vitæ & introitum regni celestis peruenire contendimus, in tabernaculis septem dieb.commorantes, quia per omne tps vitę pręsentis peregrinos nos esse agnoscimus nec requiem hic, sed in futuro requirimus, sedulo curantes ne in conspectu Dei vacui appareamus.

Quęst. 53.

* a *Non apparebis in cõspectu uacuus.* THEOD. Precaturus igit Deũ, quę possis munera offeres. Si fuerit diues, preces cum eleemosyna, si pauper victitas, animus virtutis diues sua Deo munera innocentiæ ferat.

Tabernaculorũ festum. † Abib, i. mẽsis aprilis in quo noua omnia quia in eo.

* GREG. In conspectu Domini vacuus apparet, qui nihil secũ de fructu laboris sui portat. Alius namque adipiscendis honoribus exudat, alius multiplicandis facultatib. estuat, alius promerendis laudibus anhelat. Sed quia cuncta hęc quisque moriens deserit, ante Dominũ vacuus apparet, quia secum ante iudicium nil tulit.

lib.7.Mor. cap.17.c. 1q6.3.4.d. Deut.14.c.

b *Solemnitatem quoque, &c.* maturis, s. frugibus, quã lo fructus totius anni collecti sunt in Septembri, s. quem Hebręi Chaldaico vocabulo תשרי tisri, Macedones itheneos vocant. In cuius principio Iudęi feriantes amplius tuba canunt, quam in cęteris mensibus, & plura offerunt, in quo, dies expiationum, & dies scenophegię. 15. die qui est solennitas tabernaculorum.

Qõ.90.in Exodon.

c *Non coques hędum, &c.* AVG. Quomodo intelligatur ad verborum proprietatem nescio vtrum possit reperiri. Si enim alicuius significationis causa prohibitum acceperimus agnũ in lacte coqui, nullus vsus est ita coquendi. Si autem in diebus quibus lactatur, quis Iudęorum hoc vnquam seruauit vt agnum non coqueret, nisi surgere desisteret? Quid est aũt *in lacte matris suę*, q̃ si posset et si hoc intelligeret, sine huius precepti transgressione coqui, si eo nato mortua matre eius, ab oue alia lactaretur? cũ alicuius profecto rei significãtię causa esse pręceptum nemo ambigat. Sed et illa quæ pñt obseruantia tacitari, non sine causa ita sunt pręcepta. Significant.n.aliquid. Hoc vero quõ obseruetur ad proprietatem verborum, aut non est aut nõ elucet. Intellectum tamen de Christo approbo, qui in hac prophetia prędictus est, non occidẽdus a Iudęis infans, quando Herodes quęrens eum occidere, non inuenit: *vt coques*, quod dictum est, pertineat ad ignem passionis id est, tribulationem. Illud quoque forsitan non absurdũ est, quod alii dicunt id, s. esse pręceptum per prophetiã, ne se boni Israelitę sociarẽt Iudęis malis, a quib. Christus passus est tanq̃ agnus in lacte matris suę, i. eo tpe, quo conceptus est. Dñt.n. fœminę ex quo conceperunt lac colligere. Christus aũt nouo mense completo, decimo inchoato, natus est octauo Kalendas Ianuarias, & primo mense cõceptus est, s. octauo Kalendas Aprilis, quod tps et passionis eius fuit in lacte matris suæ, i. in die quo conceptus est: vel paruulis adhuc & lactantib. non immittes passionẽ, tanq̃ Christo dictum sit, qui talibus adhuc discipulis pepercit. Vnde ait Io.18.b. *Si ergo me quęritis, sinite hos abire.* Vñ addit euangelista: *Vt sermo impleretur, quem dixit. Quę quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quẽquam.* Vnde apparet eos si tunc paterentur fuisse perituros, postea vero passi sunt non agni in lacte, sed arietes in grege.

* THEOD. Sępenumero diximus, q̃ per oĩa Deus Hebręos huma-

Quęst. 56.

* collectionis. † congregabis. † Dev.16.c. † quandiu sugit lac.

a Ægypto † nõ apparebis in conspectu meo vacuus. Et solen-

*[a A bonis operibus. a Hæc erat in Iunio, quando panes primitiarum offerebantur.]*

b nitatem messis primitiuorum operis tui, quęcunq; seueris in agro: solennitatẽ quoque † in exitu anni, qñ † congregaueris omnes fruges tuas de agro. † Ter in anno apparebit omne masculinũ tuum coram dño Deo. Nõ immolabis super fermento sanguinẽ victimę tuę: nec remanebit adeps solennitatis meę vsq. mane. † Primitias frugum terræ tuæ deferes in c domũ dñi Dei tui. Non coques hędum † in lacte matris suæ.

*[Vel seminaueris. a Fœminæ.n.debent occultari. b Id est purum sacrificium sine corruptione. a Militiæ & nequitiæ. b Pinguedo bonorum operum, & fecunditas virtutum vel spiritualis intelligentia. a Diem iudicii, quia tunc non erit locus operandi, virtutibus studendi, vel scripturam perscrutandi. b Bonorum operum initia. b Quia non est locus veri sacrificii extra catholicam ecclesiam. a Iosephus dicit ante octauum diem non licere interfici. Passione punias. O Herodes & o Iudæi. c Christum qui est hędus Iudæis, agnus nobis. Lxx. agnum. c In infantia vel tempore conceptionis.]*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Non apparebis in conspectu meo. *id est in loco sacrificij.*

2 Vacuus. *i. sine oblatione uel sacrificio. Secundum festum est pentecostes, quod celebrabatur quinquagesima die a die paschę in memoriã beneficij Dei dationis legis, quę data est in monte Sinai quinquagesima die ab exitu filiorum Israel de Aegypto qui egressi sunt die paschę, s. die quintadecima primi mensis, ut dictum est supra 12.ca. & 13. & hęc solennitas tangitur cum dicitur.*

Pentecostes lacte coqui.

3 Et solennitatem messis primitiuorum. *Quia in illa solennitate offerebant panes de nouis frugibus, sicut in solennitate paschali offerebantur primitiua in spicis. Spicę tamen illę igni torrebantur, & excutiebantur grana, & sic fiebat sacrificium, ut habetur Leuit. secundo & vigesimotertio. Tertium festum erat tabernaculorum, quod celebrabatur eo quod dominus habitare fecit filios Israel in tabernaculis in deserto, & de loco illo deduxit eos ad terram deliciosam, & ideo in hoc festo debent habere ramos virides & fructus arborũ pulcherrimos. Celebrabatur autem hoc festum mense septimo scilicet Septembri, & hoc notatur cum dicitur.*

4 Solennitatem quoque, &c. *hoc est immediate post exitum anni, quia September est primus mensis simpliciter in anno, licet Martius sit primus quantum ad festa sicut dictum est supra 12. capit. & Genes.7.*

5 Ter in anno apparebit, &c. *s. in pascha, & in pentecoste, & in festo tabernaculorum, tamen cum illis qui erant remoti a Hierusalem, aliquando dispensabatur de duabus uicibus. s. in pentecoste & in festo tabernaculorum.*

6 Non immolabis, &c. *Alia litera, sed minus correcta habet, victimæ tuæ, & loquitur de uictima agni paschalis, quę non debebat immolari, donec fermentum fuisset amotum de domibus Iudęorum, & ut dictum est supra 12.c. & hoc est quod dicitur hic.* Non immolabis super fermento, *existente in domo tua.*

7 Nec remanebit adeps, &c. *usque. s. diei sequentis, poterat tamen cremari super altare tota nocte.*

8 Primitias frugum terræ, &c. *quamuis hoc pręceptum supra, positum sit, tamen hic repetitur ad ostendendum quod obligat anno septimo sicut in alijs. quid enim supra mentionem faciens de primitiis addidit.* Quęcunque seminaueris in agro tuo. *ideo posset aliquis credere, quod non obligaret anno septimo. eo quod illo anno non seminabatur terra nec colligebantur fructus nascentes a dominis terræ. quod non est uerũ, quia & si non poterant colligere ad usus suos, debebant tamen fructus prę alijs maturantes accipere, & deferre ad domum domini in solennitate paschali.*

9 Non coquet hędum in, &c. *Cuius ratio est, quia lex intendebat inducere Iudęos ad pietatem erga proximos, & sic inhibuit eis ea quę uidebãtur esse crudelia, etiam circa bruta animalia, inter quæ hoc erat, quod agnus coqueretur & pararetur ad esum aliorum in lacte quod erat vitæ suę sustentamentum. Dicit autem Andreas quod hoc etiam intelligatur de carnibus aliorum animalium quæ nutriuntur lacte, non autem de carnibus auium, quia non nutriuntur lacte sed de materia oui, et licet hic dicatur de lacte matris, tamẽ intelligitur de omni lacte. Alia etiam ratio fuit ad hoc, s. in detestationem idololatriæ. quia aliqui idololatrę sic coquebant carnes idolis immolatas.*

Agnum in lacte coq.

Non ... * 1 Ecce

## MORALITER.

† 3 *Et solennitatem messis primitiuorum operis tui.* Tunc.n. fiebat oblatio de nouis panibus & fuit figura dationis spiritussancti quinquagesima die a domini resurrectione. Tertium fuit festum tabernaculorum quod celebrabatur in memoriam, q̃ dominus habitare fecit filios Israel in tabernaculis in deserto, & nota cum dicitur.

4 *Solennitatem quoque, &c.* quia celebrabatur quintadecima die septimi mensis secundũ ordinem festorũ, & vltimus mensis erat ĩ m acta hoĩum, sic.n. accipiendo, annus nouus incipit in lunatione ppinquiori æquinoctio autumnali, & illud festũ figura fuit solẽnitatis oĩum sanctorũ. Istę.n. tres solẽnitates, resurrectionis, pẽtecostes, & oĩũ sãctorũ ĩ ecclesia sũt solẽnes.

8 *Non coques hœdum, &c.* Per hœdum peccator intelligitur, Mat.25. *Statuet oues a dextris, hœdos autẽ a sinistris.* Hœdus igitur in lacte matris coquitur, quando adulatorum blanditijs peccator delinitur, secundum illud Psal. 9.d. *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur.*

erat ... Z 5

A humanitatē docet. Nonnulli igitur tradiderūt esse hāc prohibitione quicquid recens natum fuerit: alij vero, non comedendum esse cum lacte materno. Nō quodam modo hac rōne sit ut & mater una cū fetu suo edatur. Similiterque veter, ne & matrē & natum ex ea Deo offerat. Ad quod facit, ꝙ & passerem matrē cū filiis suis capi prohibuit. Id.n. aliud nihil est ꝙ oīum auium genus delere. ✠ PROCOP. Non excidesagnū ex vtero matris, fetumque coques aut si coquis agnum ne super infundas lac matris. Aut quāuis per agnus materna vbere siccat tantisper cū non immolabis & coques. Verū hoc magis cauendum esse adhortatur propter dolorem fetę. Nimirū hac eadem de causa, inquit in leuitico, vitulū aut ouem aut caprum si prognatæ fuerint, erunt septem diebus sub matre, die octauo & vltra recipiuntur in sacrificium & munus Domino.

† coram te
† et arcerbas eum.
† te

Iosue.

a Ecce ego mittam angelum † meum, qui præcedat te, & custodiat in via: & introducat ad locum, quem paraui. Obserua eum & audi vocē eius, nec † cōtemnendum putes, quia non dimittet * cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, b inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te. c Præcedetque te angelus meus, & introducet te ad Amorrheū, & Hethęū, & Pherezęum d Chananæumque, & Heuæum & Iebusęum: quos ego conterā. Non adorabis deos eorum nec coles eos. e Non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. Seruietisque domino deo vestro f, vt benedicam panibus tuis, & aquis,

a Vnde .i. cui obediuimus Mosi sic obediemus tibi.
a Quia ex filiis Israel qui vir videns deum interpretatur, Vel quia Iesus dictus est Mystice vero saluator, & redemptor noster potest intelligi, qui est angelus magni consilii & sux & paternæ voluntatis nuncius, in quo nomen dei vel ve. acter est, quia verus Deus est.
a Vt omnis memoria eorum destruatur.
a Et enim benedictiones dabit legislator ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in Sion Ps. lxxxiii. b.
b Verbi Dei.
Doctrinæ.

d Quos ego conteram. CHRYSOST. Habet vnum quodque vitium in † corde nostro propriam mansionem, ꝙ sibi vendicās in animo nostre recessu exterminat Israelem, i. rerum summarum contemplationem, & aduersari non desinit, Non.n. possunt virtutes cum vitiis morari, sed cum ab Israelitis idest à virtutibus fuerint vitia superata, locū 1 quem concupiscen 2 tiæ vel fornicationis spiritus possidebat, 3 castitas obtinebit. 4 Quē furor ceperat, patientia vēdicabit. 5 Quē tristitia mortē 6 operans occupauerat, salutaris, & ple 7 na gaudio lętitia possidebit. Quē † accidia vastauit, excolit fortitudo. Quem superbia ɔculcabat, 8 humilitas honestabit. Itaq; singulis vi 9 tijs expulsis, eorū lo 10 ca, i. effect⁹ virtutes 11 ɔtrarię possidebūt: quæ filii Israelis, i. 12 aīæ Deū videntis nūcupant, ꝙ cū vniuersas cordis expulerit passiones, non tam alienas possessiones † parauisse ꝙ proprias recuperasse credendi sunt, quia scdm veterem traditionē, terram Chananæorum filii Sem in diuisione orbis sortiti sunt, ꝙ Chananęi violēter possiderūt. Vnde iusto iudicio Dei expulsi sunt, Volūtas quoq. oīni possessionē cordis nostri nō vitiis, sed virtutib. deputauit, ꝙ post præuaricationē Adę insolescentib. vitiis quasi Chananęis a ppria regione † depulsę sunt. Cū vero p Dei gratiā diligētia nostra & labore nro restituuntur, non tam alienam occupant quam recipiunt propriam.

D
† corpore
† acedia.
† rapuisse
† expulsę.

B STRA. Moraliter. Hædus id est peccator nō est in lacte matris coquendus, id est blanditiis dissoluendus, sed aspere increpandus & redarguendus.

a Ecce ego mittam ang. &c. RABA. Iosue significat ducem populi, qui ideo angelus dicitur, quia ad voluntatem domini annuntiandum mittitur, ἄγγελος enim Græcè nuntius dicitur.

b Inimicus ero, &c. GREG. Radix cuncti mali superbia est, de qua dr Eccl. 10. b. Initium omnis peccati superbia. Sunt aūt eius soboles septem principalia vitia, inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria. Et quia his septē superbię vitiis nos captos doluit redēptor noster, ad spirituale liberationis prælium spiritu septiformis gratię plenus venit.

c Præcedet que te angelus. RAB. Iosue populum Israeliticum in terram promissionis induxit, septem gentes eijciens, idolaq; & aras eorū destruens. Mystice verus † Iesus has gentes cū simulacris suis exterminat, cum septē principalia vitia & omne idolum inimici de cordibus nostris expellit, ut naturæ nostræ terram secure possideamus.

† Deus.
C

✠ e Destrues eos, &c. PROCOP. Sub statuis quasi ī ęnigmate intelligurt hęreticorum dogmata, q̄ rare, & firma esse putant. Quęuā dogmata q̄ sensui & intellectui nro sub his statuis īgerunt, sūt ciuilia, q̄ pfecto pne si nefas dixerim, imo ī sua se de pmanent solida & incōcussa. Verū dogmata q̄ ad casū nos impellūt, diruēda sūt & ita diruēda ut nequeāt refici & ɔiungi. Hęc.n. exprimunt per illā emphasin destruendo destrues.

f Benedicam panibus tuis, &cæt. AVGVSTINVS. Alia litera Benedicam panem & vinum tuum, &c. Quamuis hę promissiones possint & spiritualiter intelligi, tamen cum secundū hominum

F
Quęst. 92. i Exodon.

Quos

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ecce ego mi. &c. Præmissa legis promulgatione, hic consequenter inducit populus ad eius obseruantiā, et primo ponitur dicta inductio, secundo legis receptio. c. 24. Circa primū inducitur populus ad legis obseruantia ex bonorū promissione. & primo quantū ad terræ Chanaā facilē acquisitionem, secundo quantū ad eius facilem habitationem, ibi. Non adorabis deos eorū. Ad acquirendum autem terram, tria erūt necessaria, directio in uia, & quantum ad hoc dicit.

Diuisio.

2 Mittā ang. &c. viā ostendēdo. Et protectio ab hostib. ideo subditur.
3 Et custo. in uia. Et introductio ad locum promissum, & hoc notatur cum dicitur.
4 Et introducat, &c. Sed quia ista promittuntur ex suppositione obedientię ad Deū in legis & mādatorū ipsius obseruatione ideo subditur.
5 Obserua eum, &c. id est diligenter attende, ut ei obedias, cuius ratio subditur.
6 Et audi, &c. Ac si dicat, qui obedit ei, obedit & mihi, & qui rebellat ei, rebellat & mihi, s'm quod dicit saluator Luc. 10. c. Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit. Notandū aūt, quod illud exponit dupliciter uno modo de Iosue qui uocatur hic angelus, i a Deo missus & ordinatus ad ducendū filios Israel ad terrā promissionis, & ad debellandū aduersarios eorū, et ad ponēdum eos in possessione terræ, ut habetur in li. Iosue. Cui populus debebat obedire tanquam nuntio Dei, & uices eius gerenti, & quod subdit. Et est nomē meū in illo. hoc patet ex nōis interpretatione, quia Iosue interpretatur saluator ꝙ est propriū Dei. Alio modo exponitur de angelo qui præcedebat castra filiorum Israel ostendendo eis uiam per columnam ignis et nubis ut dict est sup. 14. c. Et eos ptegebat ab aduersariis. Vnde posuit se inter castra Aegyptiorū & Hebręorū ad protegēdum Hebræos, ut dictum est supra 14. c. & eo. modo promittitur hic de futuro, quod debeat eos protegere, & quod subditur. Et est nomen meum in illo. hoc dicitur, quia angelus ille loquebatur in persona Dei, & ideo aliquando angelus, aliquando dominus nominatur, secundum quod dicitur beatus Greg.

Ange'us præcedēs Isra.l.

7 Et est no. &c. quia nō est in ptāte nuntij aliquid agere propria autoritate, sed scdm uoluntatē mittentis, & hęc expositio est magis consona literæ: Loquitur et hic dominus Moysi in persona totius populi.
8 Non adorabis. Hic cōsequēter promittit terræ felix habitatio. Primo tamen remouetur huius impedimentū quod est idololatria, cum dicitur. Nō adorabis deos alienos. s. exhibēdo eis reuerentiā exterior.
9 Nec coles eos. quantum ad interiorem. 10 Non facias opera eorum. i. actus qui fiūt in ueneratione idolorum. Per hoc. n. quod dixerat. Non adorabis, prohibuerat eis exhibere illos actus latriæ, qui exhibentur Deo, & ideo addidit. Non facies opera eorum. ad excludendum etiam actus qui exhibentur idolis.
10 Sed destrues eos. Templa eorum dissipando.
11 Et confringes, &c. Comminuendo frustratim ne remaneat aliqua memoria eorum.
12 Seruietisque. do. Deo. v. Quia per hoc feliciter habitabis in terra promissa ideo subditur.
13 Vt benedicam panibus tuis. i. cibis tuis, & potibus, qui nomine panis & aquę designantur, ut pluries dictum est, supra.

✠ 1 Et

## MORALITER.

† 1 Ecce mittam ang. &c. Per angelū dñi prælatus bonus secularis vel religiosus intelligitur. Malachię. 2. b. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex eius ore requirent, angelus enim domini exercituum est. Et ipse subditos suos præcedere debet in via morum, uerbo pariter, & exemplo.

1 Non

minum tpalem felicitatem intelliguntur ad vetus testm̃ pertinent, vbi quanquam præcepta exceptis his quæ in sacramēto aliquid significant, eadem ad mores bonos pertinentia reperientur, promissiones tñ carnales atque terrenæ sunt. In futuro aũt dabuntur præmia ad nouum testm̃ pertinentia quæ impij non accipient.

✠ PROCOP. Documentum saluberrimum exhibuit, quod nihil prædictorũ nos iuuet aut pascet, imo magis lædat, si Deus illa non prosperauerit sua benedictione. Videtur ad hæc illis qui prædicta faciunt promitti mystica mensa.

a *Emittens crabrones.* AVG. Emittam vespas, &c. Hoc promittit Deus, & liber sapientiæ dicit esse impletum vbi ait: *Et misit antecessores exercitus sui uespas.* Non aũt legimus factum neque Moysi tpe, neque sub Iesu, neque sub iudicib. neque sub regibus. Ideo fortasse vespæ aculei timoris † intelligendi sunt, quibus agitabantur memoratæ gentes, ut cederent filiis Israel. Deus.n. loquitur in cuius sermone si figuratè aliquid dicatur, quod ad proprietatem nõ sit impletũ, non impedit historiç fidem, in quç perspicitur veritas narrationis Sicut nec euangelistarum narratio secundum proprietatem impeditur, si aliquid a Christo figuratè dicitur.

LXX. Alia litera. *Emittã uespas ante te, & eijciet Amorrhęos, &c.* A plurali ad singularem numerum se conuertit. Intelligitur autem. *eijciet Amorrhæos uespa.* s. sicut locusta, sicut rana, non quod vna sit, sed per singularem intelligitur pluralis.

✠ HIERO. Et ego fateor hęc tibi Iudæe repromissa non tradita, si obseruasses mandata Dei & in præceptis illius ambulasses, si non pro omnipotente Deo coluisses Beelphegor & Baal, Belzebub, & Chamos, quos quia prætulisti Deo, omnia quæ promissa ibi fuerunt, perdidisti.

THEOD.

(Marginalia: *in. — quæst. 93. Emittere vespas. Sap. 12. a. † teas. — Mystice. † intelligentia. — Episto. ad Dardanũ.)

✠ THEOD. Qui ranas & insecta congessit in Aegyptios, is in Chananęos crabrones irritare promittit, vt hac ratione incredibilem Dei potentiam agnoscamus, qui tantulis aculeis hostes suos debellat, Testatur id etiam Dauid. *Israel si in uijs meis ambulasset, in nihilo inimicos eius humiliassem.*

(Marginalia: Quæst. 58.)

Peccati. Corde. a Sine fructu virtutum & operum. Propter peccata hominum sterilitas mulierum & animalium, & ipsius terræ sæpe contingit.

& auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infœcunda [1]

a Corpus. b Viri impij non dimidiabunt dies suos. Psal. 54. d. c Non noctium vi moriaris, s. senex & plenus dierum. d In stabilitate, s. æternitatis.

nec sterilis † terrã tua. Numerum dierum tuorum implebo. † [2] [3]

i. ante te ad terrendum populum.

Timorem meum mittam in precursum tuum, & occidã omnem populum ad quem ingredieris: cũctorumque inimico- [4]

Non ad literam sed terrores inimicorum significat, quibus Deus hostes eorum exagitat.

rum tuorũ corã te terga vertam emittẽs crabrones † prius qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethęũ antequã in- [5] [6]

Noluit Deus simul delere omnes gentes, ne terra redacta in solitudinem sæuius contra eos bestiæ sæuirent.

troeas. Non eiiciam eos a facie tua anno vno, ne terra in solitudinẽ redigatur, & crescãt cõtra te bestię. Paulatim expellã † eos de conspectu tuo, donec augearis & possideas terrã. Po- [7] [8] [9]

a Quod est in oriente. b Mediterraneum, s. quod est mare magnum & mare Tyrrhenum.

nam aũt terminos tuos a mari rubro vsque ad mare Palæsthinorũ, & a deserto vsq; ad fluuiũ. Tradã † manib. vestris habi- [10] [11]

a Euphratem. b Dęmones vel vitia. Ne audeant resistere.

tatores terræ, & eiiciã eos de cõspectu vestro. Nõ inibis cũ eis [12]

Nulla pars iustitiæ cum iniquitate, nec templo Dei cum idolis. a Idolis vel dæmonibus. b Corpora vel anima Deo culta.

fœd⁹, nec cũ diis eorũ. Nũ habitẽt ĩ terra tua, ne forte peccare [13]

Græcus habet diuleusis, non latreusis, vnde intelligitur quia & diulia debetur Deo tanquam domino: latria vero nisi Deo tanquam Deo. a Animæ.

te faciãt in me, si seruieris diis eorũ, ꝙ tibi certe erit ĩ scãdalũ.

✠ DIOD. Per crabrones nõ genus illud insectorũ irritat ꝯtra gentes infestas, sed sub exili nota, maxima quoq; presidia pronũciat. Philo et Hebrę⁹ crabrones symbolũ eius subsidii genere testatur ꝙ a Deo inopinũ ꝓficiscãt, & ab altero stringẽs aures certũ faciãt citũ. Alij dñt allegorice per crabrones Angelos accipi exitiales, q Israelis partes tuerentur.

b *Non eijciam eos a facie, &c.* STA. Gentes istę vitia significant, quę nec simul nec vno tpe in sanctis extinguntur, ne monstra terrę multiplicent. i. ne in superbiã erigantur, & vanã huiusmodi. Nã cũ sancti cõtra maiora vitia pugnãt & vincũt, reliquunt maiora, & ermittũtur damnari, ne per elationem grauius corruant. Vnde Paulo datus est stimulus carnis ad custodiam humilitatis.

c *Ponam autem terminos, &c.* THEOD. Quamobrem Deus cũ pollicitus sit ab Euphrate vsq; propagare fines eorũ, promisso non stetit? Hanc rem Deus per prophetam Hieremiam aperte declarauit. *Repente loqui de gente & de regno, ut ad fidem & plantem illud, si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat uocem meam, pęnitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei, &c.* Introduxit ergo illos Deus in terram quam promiserat eis. Quia ergo diuinam legem seruare noluerunt, non vniuersam illis dedit, sed quasdam nationes reliquit, quæ cum Israelitis continenter bellum gererent, vt bello vexati diuinum auxilium implorare cogerentur. Dauidi tamen etiam has gentes subiecit. Nam & Philistim illi tributa pendebant.

CAP.

(Marginalia: Ex catena Græca. — † terrorẽ. — † tuis. *humanus vestras. — Mystice. 2. Cor. 12. — Quæst. 59.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et auferam infirmitatem de medio tui. *Conferẽdo tibi bonam animę dispõnem.* 2 Non erit in fœcunda nec sterilis terra tua. *Dr̃ infœcunda quæ paruã prolẽ habet & nullius aut modici valoris. Sterilis quæ nullam hẽt, & in hoc designatur multiplicatio populi & fortitudo.* 3 Numerum dierum tuorum implebo. *i. vita tua non breuiabitur infirmitate, peste, fame, aut gladio.* 4 Timorem meũ mittam in, &c. *Quod fuit impletum, Iosu. 5. a. ubi dicitur* Dissolutum est cor eorum, nec remansit spiritus, *& in hoc tangitur pacifica possessio terrę.* 5 Emittens crabrones. *i. anxietates animi eos pungentes sicut aculei. Iudæi. n. crabrones dicunt ad literam, i. muscas de cadaueribus exortas, habentes aculeos venenatos.*

6 Qui fugabunt Hæuum. *Quia multi de habitatoribus terræ Chanaan fugerunt de terra illa ante ingressum filiorum Israel.*

7 Nõ eiiciã. *Cuius rõ subditur. Ne terra redigatur in solitudinem, in quo ostenditur spatiositas terræ, quæ non posset sufficienter habitari a filijs Israel, donec essent in maiori numero, & tñ iã erãt sexcenta millia.*

8 Et crescãt cõtra te bestiæ. *Quæ te grauius infestarẽ q aduersarij.*

9 Ponam aũt terminos tuos a mari rubro. *Ex parte orientis.*

10 Vsque ad mare Palesthinorum. *A parte occidentis, & hoc est mare mediterraneum.*

11 Et a deserto. *scilicet Aegypti, quod contiguatur terræ promissionis a parte australi.*

12 Vsque ad fluuium. *i. Euphratem a parte Aquilonis, tamen istam terram totam non habuerunt usque ad tempora Salomonis.*

13 Nõ inibis cum eis fęd⁹. *Per amicitias uel cõnubia. Cętera patẽt.*

## MORALITER.

† 2 *Non erit infœcũda nec sterilis in terra tua,* Per hoc designatur, quod in congregatione religiosorum aliorum bonorum nõ debet esse aliquis bonis operibus sterilis.

† MO-

## ADDITIO I.

In cap. 23. *ubi dicitur in postilla. Et primo erga partes quæ debent iudicio aliquid proponere.*

*Inconueniens uidet dicere, quod sit prohibitũ a lege diuina. ꝙ iudex audiat unã partẽ in absentia alterius licet talis pars multa mendacia immisceat ad iustificationẽ suæ causæ, Nam rectus iudex pro hoc non inclinabitur ad assentiendũ sibi donec audiat altã partem, & hoc cõiter fit in multis iudicijs. s. ꝙ vna pars in absentia alterius proponit multa mendacia, sed postquam auditur pars aduersa negocio discusso deuenitur ad rectitudinem iustitiæ. vnde uidetur aliter dicendum. Ad quod sciendum, quod ubi dicitur in translatione nostra.* Non suscipies. *habetur in Hebræo unũ uerbum, quasi æquiuocum ad multa, s. ad suscipiendum, leuandum, ferendum, & multa alia. Et ubi in translatione nostra dicetur.* Vocem mẽdacii. *in Hebręo habetur* Auditum vanitatis *... hoc quod dicitur.* Non feras auditum vanitatis, *intelligitur prohibere quis ferat seu leuet infamiam falsam cõtra proximum, quod est proprie auditus uanitatis, & sic refertur ad quamcunque personam, & sic legatur.* Non suscipies, *potest referri ad iudicem prohibendo eum, ne per famam moueatur ad condemnandum aliquem.*

(Marginalia: Audire vnam partẽ in absentia alteri⁹.)

## ADDITIO II.

In eod. c. 23. *ubi dicitur in postil.* Insontẽ & iustũ nõ occides, &c.

*Autoritas Augu. allegata per postillatorem non contrariatur determinationi sancti Tho. nam ferre sententia mortis contra eum qui cõuincitur in iudicio, per testes diligenter examinatus non est peccatum, licet sciatur a iudice † innocenter condemnari, unde propter hoc non est dimittenda temporis dignitas temporis nec aliquid huius-*

(Marginalia: † Innocentia conuẽnari.)

modi. Quod autem conscientiam facere contra talem non sit peccatum, declaratur sufficienter a sancto Thoma par. allegato q. 67. art. 2. in cor. q. vi [illegible] ad iudicem secundũ quod fungitur publica potestate, [illegible] et in iudicio, non secundũ illud quod sibi innotescit in communi [illegible] leges [illegible] humanas, contra quas nullas probationes admittere [illegible] seculari uero per instrumenta & testes & alia legitima [illegible] debet sequi in iudicando magis quam illud quod [illegible] persona, licet ex hoc admonari possit, ut [illegible] inductas, ut possit earum defectus inuestigare, quod si eas non possit de iure repellere, debet eas in iudicando sequi. Sicut [illegible] propriã potestatem iudicat, informari [illegible] ueritatem, quam ipse cognoscit non secundum [illegible] accepit, & ideo de Christo qui est uerus Deus & homo, prophetice legitur. Esa. 11. a. quod non secundum uisionem oculorum iudicabit, nec secũdum auditum aurium arguet, quod nõ pertinet alijs iudicib. Si autem dicatur, quod iudex in prædicto casu facit contra conscientiam, in quantum facit contra scientiam ueritatis quam habet, & sic peccat, iuxta illud ad Roma. 14. d. Quod non est ex fide, peccatum est, prout communiter exponitur, dicendum secundum ipsum, ubi supra quod homo in his quæ ad propriam personam pertinent, debet informare conscientiam suam ex propria scientia, sed in bis quæ pertinent ad publicam potestatem, debet informare conscientiam suam secundum ea quæ in publico iudicio sciri possunt. Unde Aug. super Psal. Bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed secundum leges & iura pronuntiat.

REPLICA correctorij contra Burg. in cap. 23. postillator exponit illud. Non suscipies uocem mendacij de iudice, quod non debeat audire unam partem sine alia: Burg. dicit inconuenienter dictum, quod diuina lege sit prohibitum audire unam partem in absentia alterius. Et ponit casus in quibus licite iudex potest illi diuinæ legi contrauenire. Sed uidetur suis casib. Burg. non concludere propositum, quinimo ex illa lege quæ uidetur habere ortum a natura, & rectæ rationis dictamine, repertum est, quod ad instantiam unius partis in omni iudicio bene recto, debet fieri citatio partis aduersæ, nisi esset iudicium aliquod potestate publica constitutum, non ad inquirendum, sed solum in notorijs procedendum, ut dicitur de iudicio Vuestphaliæ, quod uulgo dicitur, Secretum iudicium, non ratione causæ quæ est notoria, sed processus qui secretus est sine strepitu inquisitionis: in tali. n. iudicio lex ista locum non habet, sed in omni alio iudex iuxta hanc legem ad instantiam partis tenetur decernere citationem, qua legitime insinuata poterit sine transgressione huius legis una pars audiri alterius partis contumacia non obstante, poterit etiam iudex unam partem audire altera non citata, sed non iudicialiter, quia alias esset auditio uanitatis, prout exponit Burg. iuxta Hebraicam literam ut dicit, & in his casibus uadunt Instantiæ Burg. in eodem cap. ubi postillator circa illum textum: Insontem non occides, tenet contra sanctum Thom. dicens, quod iudex sciens aliquem innocentem non peccat ferendo sententiam secundum allegata & probata contra eundem. Sed Burgen. communiter pro sancto Thom. certamen assumens hic non plus dicit quam sanctus Tho. in locis allegatis per ipsum & Postil. Sed ad autoritatem beati August. per postillatorem allegatam minus conuenienter dicit, nam secundum declarationem postillatoris manifesto concluditur contrapositionem sancti Th. & cõiter iuristarum, quamuis. n. in communiter accidentib. iudicandum sit secundum allegata & probata, nullo tamen iure cautum est, imo diuino iure prohibitum iudicare contra agnitam ueritatem. Nec uidere meo ualet illa distinctio, quod iudex duplicem personam dicit, s. priuatã & publicam. Nam si priuata peccat, publica nõ eximitur, nisi sit manifesta lex quæ eã excuset. Non est aũt lex puto, humana nec diuina, quæ dicat iudicandũ contra ueritatẽ agnitam, non uñ igitur aliqua lex excusans sis iudicantem. Tutius est igitur consiliũ postil. & multorum doctorũ, dimittere personæ publicæ respectum, q̃ damnare personam priuatã, prout sonat autoritas Beati Aug. quam Burg. transit conuenientib. oculis ad eam nihil rationabiliter dicendo, sed ad alium locum differendo.

Iudicium secretum Vuestphaliæ.

Qõ. 85. in Exo d.

CAP. XXIIII.

MOysi quoque di. a Ascende ad Dominũ tu & Aarõ, &c. AUG. Usq; rñdit populus una uoce dicentes: Omnia uerba domini quæ locutus es faciemus et audiemus, usq; ad hunc locũ scripturæ iustificationes intelligũtur, quę datę sunt populo ad obseruandũ. Incipiũt aũt quãtum ipsa uerba scripturę indicant. Unde hoc nomen iustificationum exortum est, a seruo Hebræo, cui auris ad postem pertunditur. In quibus omnibus iustificationibus considerandum est quę inde ad agendum [illegible] & bonorum morum conuersationem [illegible] ci possint, Multa. n. in eis sunt sacramenta, significãtia potius aliquid quam uitam nostram [illegible] ruentia. Iustificationes uero Latini eas esse dicunt quæ Græci [illegible] dicunt.

✱ HUGO VICTO. Ascende ad Dominum tu & Aaron, &c. Ecce confusio ordinis. Quomodo enim præcipitur hic ascendere Moyses in montem qui secundum competentiam narrationis, cum eo est in mõte, & solus audit iudicia q̃ proferat ante populum? Sed sciendum est quod s̃m ordinem rerum gestarum oportet hic interponi totum sequens capitulum ab eo loco, uenit ergo Moyses & narrauit plebi, usq; Ascenderuntq; Moyses & Aaron, &c. Tunc cõgrue concordat istud capitulum in quo præcipitur Moyses ascendere cum illo in quo ascendit. Et illud secundum capitulum, uenit ergo Moyses, & cætera, concordat cum preterita narratione in qua exponit Moyses quæ ipsi præceperat dominus.

CAP. XXIIII.

Non dominus sed angelus, qui in figura Dei cum Moyse loquebatur.

a MOysi quoq. dixit: Ascende ad dominum tu 1

Quattuor. i. in quibus viri euangelici significantur. a Qui gratia spiritussancti adiuti implent denarium legis & ascendunt ad contemplationem conditoris

b & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta † 2

a Quia sola ecclesię unitas Deum uidere meretur.

senes ex Israel, & adorabitis procul. Solus- 3

a Altitudinem contemplationis perscrutaturus & sententiam supernę uoluntatis.

c que Moyses ascendet ad dominũ, & illi nõ appropinquabũt, 4

a [illegible] firmi auditores qui terrenis implicantur, tales. n. sententiam diuinę legis non possunt attingere:

nec populus ascedet cum eo. Venit ergo Moyses, & narrauit

b Tu et Aarõ, etc. STRA. Moyses & Aaron & Nadab & Abiu. Per hos quatuor uiri euangelici significantur, qui sc. euangelica præcepta sequuntur. Per septuaginta uero (qui constat ex septenario decies sc. du[illegible]to, uel ex denario septies multiplicato) significantur illi qui spiritussancti gratia adiuti adimplẽtes denariũ legis tendũt ad contẽplationẽ cõditoris. Vel ad literam de quib. dicitur Num. 11. f. Assume tibi septuaginta uiros, &c. de quib. Heldad & Meldad fuerunt.

† seniorum

a ¶ Duo testamenta: quorum unum futuram incarnationem : aliud factam clamat. ¶ Propter sapientiam.

d a ¶ Velut intuentes propitiatorium obumbrant : quia felicitatem suam gratiæ Dei deputant : a quo vt nihil mali uelle possint, acceperunt.

vtraq. parte oraculi. Cherub vn⁹, sit i latere vno: & alter in [7]

c *Facies.* BEDA. Propiciatoriũ tabula erat aurea eiusdẽ mensuræ cuius arca, sic dicta, quia ibi Deus Moysi apparens, & cum eo loquens, ppitiabatur populo, & misericordiam significat, vnde bene super arcam erat, quia misericordia eius super omnia opera eius.

Propiciatorium.

d *Duos quoque cherubim, &c.* Propter societatem angelicæ pacis, quæ minus quã inter duos haberi non potest. Cherubim autem angelicam militiam significat. Angeli uerò summa concordia & quiete Christum cõtemplantur. Vnde uersis adinuicem uultibus propitiatorium respiciunt: quia illam beatitudinem se habere Dei gratia intelligunt.

† purissimo.

GREGORIVS. Duo cherubim qui plenitudo scientiæ dicũtur, duo testamenta sunt, quorum vnus a summitate vna propitiatorii, alter ab altera stat, quia quod vetus de incarnatione Christi cœpit prophetando promittere, nouum perfecte narrat completum. Ex auro mundissimo fiunt, quia vtrũq; testamentũ pura & simplici veritate describitur. Expandunt alas & oracula operiunt, quia nos qui Dei oraculũ sumus a culpis imminentib. scripturæ sacræ eruditione protegimur, quam dũ sollicite aspicimus, ab errore ignorantiæ eius alis velamur. Mutuo se respiciũt, versis vultibus in propitiatorium, quia testamenta in nullo discrepant, & inuicem se aspiciunt, quia q vnum promittit, aliud exhibet. Et propitiatorium id est, mediatorem Dei & hominum inter se positum vident, facies. n. a semetipsis auerterent, si aliud promitteret q aliud negaret.

Hom 6. in Ezechiele.

1.Tim.2.b

BED. Numero singulari כרוב cherub plurali autem כרובים cherubim dicitur. Sed Græca consuetudo neutri generis cherubin posuit, m litera in n. mutata. Hieron. autẽ & masculino genere

Ibid. Hebræ.9.a

b *Testificationem quam dabo.* BEDA. de qua Apostolus. *Post uelamentum autem, inquit, secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro: in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat & tabulæ testamẽti.* Vrna ergo aurea in arca habens manna, sancta anima est in Christo, habens in se omnem plenitudinem diuinitatis. Virga Aaron q excisa frõduerat, potestas sacerdotii inuicta: de qua dicitur. *Virga æquitatis uirga re. t.* quæ ad tempus morte succisa mane resurrectionis viua refloruit, & perpetuo inuiolabilis & immarcessibilis pmãsura innotuit. *Christus. n. resur. ex mor. iam non mo.* Tabulæ testamẽti in arca oẽm in Christo sciẽtiã paternorũ secretorum & potẽtiã designãt iudiciorum. In illis. n. & fides erat inscripta diuinitus quæ mũdũ crearet ac regeret, & mãdata quibus Deo seruire oporteret & discretio iudicij qua offẽdẽtes dãnaret, diligẽtes remune

Hebre.9.c

Roni.6.b

C

temunerarci. Hęc est ergo testificatio q dñus Moysi in arca ponendã dedit, cũ nobis confitendã in Christo significauit veritatẽ carnis & animæ & verbi, ipsamq. carnẽ post passionẽ & resurrectionẽ glorificatã, & æterna regis ac põtificis dignitate sublimatã monstrauit, & ipsum tñ paternorũ conscium secretorum quasi eiusdem cum patre maiestatis iudicem omnium docuit seculorum.

D

E

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Duo circuli sint. *latus autem arcæ communiter dicitur secundũ longitudinem, & secundum hoc spatium inter duos uectes erat tantum unius cubiti & dimidij secundum latitudinem arcæ, quæ erat inter duos vectes. Ra. Sa. dicit, q circuli sic erãt dispositi in angulis, quod uectes trãsibant secundum latitudinem arcæ, & sic inter duos vectes erat spatium duorum cubitorum & dimidij secundum longitudinem arcæ, quæ continebatur inter duos vectes, & hoc uidetur rationabilius: quia ad hoc ponebantur vectes, ut per illos arca portaretur a sacerdotibus, quando castra mouebantur, quia oportebat quod sacerdotes deportarent eam propriis humeris: & propter pondus arcæ & contentorum in ea requirebãtur ad minus quatuor homines, duo ante, & duo retro. Duo autem homines melius possunt aptari ad sustinendum uectes, unus iuxta alium in spatio duorum cubitorum & dimidij: quam in spatio unius cubiti & dimidij quia uideretur nimis breue, ad hoc quod duo homines lateraliter simul incedentes portarent illam arcam. Nec illud obstat quod habetur in litera.* Duo circuli sint in latere vno. *quia in quadrato quod est altera parte longius, lineæ breuiores ita uocantur latera quadrati, sicut & longiores, & eodem modo dicendum de lateribus arcæ quia erãt quasi quoddam quadratum altera parte longius.*

2 Nec unquam. *quia vectes semel immissi, non poterant de circulis amoueri, nisi pro reparatione, si esset ibi aliquid dissipatum in alijs autem portandis cum uectibus, uectes erant in circulis tantum tempore deportationis.*

3 Ponesq; in arca testificati. *id est, tabulas scriptas digito Dei, quæ erant testes inter Deum & populum, quod recepisset a Deo illa pcepta.*

4 Facies & propitiatorium. *Ra. Sal, & Hebræi dicunt, q istud propitiatorium erat operculum arcæ, tum quia de alio operculo eius non fit mentio, tum quia describitur eiusdem longitudinis sicut & latitudinis sicut & arca. Aliqui alij doctores dicunt, quod non erat operculum arcæ, sed erat tabula aurea superius eleuata, quasi portaretur ab ipsis cherubi, qui erant in extremitatibus arcæ, ita q esset quasi sedile ipsius Dei, & arcæ operculum esset quasi scabellum illius sedis, secundum illud.* Qui super cherubin, *id est, super propitiatorium ab ipsis cherubin sustentatum. Dicebatur autem propitiatorium, quia de illo loco audiebantur responsa diuinæ pietatis, secundum uero dictum Ra Sa. operculum arcæ erat quasi sedes Dei & pauimentum tabernaculi quod erat ante arcam, erat quasi scabellum sedentis.*

Psal.79.a

5 Duo quoque cherubim, &c. *Iosephus dicit quod habebant similitudinem quarundam auium, quæ nunquam uisæ sunt ab hominibus, sed Moyses uisione imaginaria vidit tales similitudines in sede Dei. Ra. Sa. & alij doctores dicunt, quod habebãt similitudinem puerorum uel iuuenum habentium alas.*

6 Et productiles, &c. *quia nõ erant facti opere fusorio, sed cum malio aurum deducebatur ad talem figuram.*

7 Ex vtraq; parte ora. &c. *i. propitiatorij quod dicebatur oraculum, quia per orationes impetrabatur diuinum responsum quod inde audiebatur.*

3 Po.

* 1 Expan-

MORALITER.

* 4 *Facies & propitiatorium.* Ipsa namque precibus suis Deum facit nobis propitium.

5 *Duos quoque cherubim aureos, &c.* per quos designatur assistentia Angelorum huic virgini famulantium.

5 Duo

* 1 Facies

genere posuit duos cherubim aureos,&c.Nō duo cherubim A aurea.Interpretatur aūt scientiæ multitudo, vel sciētiæ intellectus ꝙ recte angelis cōuenit,q ab oī impulsu impurę cogitationis alieni inhærēt conditoris visioni. Alias aūt in figura cherubim Moyses facere iubetur,ꝙ etiā pictorū licētia imitatur,vt in alto Angelis sedē habere,& leui volatu quolibet discurrere signentur. Quod nobis quoque post resurrectiōē spirituali corpore vestitis indubitanter promittitur. Duo cherubim mutuo se respiciunt, quia duo testamēta in attestatione veritatis quam predicant, in nullo discrepant. Vertunt vultus in propitiatoriū,quia misericordiā Dei, in qua vnica est spes mūdi, valde cōmendant. Et ideo sunt ex vtraq. parte oraculi, quia pręcedentia ante incarnationē tēpora & sequentia, prędicatione spiritualis scientię replent,quib. etiā nomen scientię multiplicare cōuenit,qa scriptura spirituali scientia plena est,quæ ex quo fieri cępit,augetur & multiplicatur.vnde Daniel.12.b. *Pertransibunt plurimi,& multiplex erit scientia.* Moyses nāq. ampliorē patriarchis habuit scientiam. Vnde supra.6.a. *Ego qui apparui Abrahæ Isaac & Iacob, & nomen adonai non indicaui eis,*subaudis sicut tibi. Dauid quoq; ait:*Sup omnes docentes me intellexi.* Et alibi:*Incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi.* Apostolos quoq; maiora pphetis nosse declarat dñs dicēs. *Multi prophetæ & iusti voluerunt videre quæ vos videtis,& non uide. &c.* Et eis post ascensionem maiorem scientiam promittit. *Adhuc multa habeo uobis dicere,sed non po.&c.* In futuro quoq. maius se reuelaturum promittit dicens. *Et manifestabo ei meipsum.* Recte ergo cherubim multiplicata scientia dicit,quia in vtroquo testō magis & magis ex tēpore cognitio veritatis fidelibus innotescit. Recte cherubin obumbrate propitiatoriū dicuntur,quia testamenta crescente & multiplicata scientia ꝓpitiationem saluatoris prædicant,& gratis semp vocib. quasi C expansis ad volandū alis honorare nō cessant,quia enim verba colloquentium quasi volando per aerē ab ore dicentiū ad D cor perueniunt audientium,bene expansis alis ad volandum aptaris designantur.

(Lib.1.de tabern.c.5. — Ps.118.n. — Ps.50.b. — Matt.13 b — Io.16.c. — Io 14.c.)

a *Inde præcipiam,&c.super propitiatorium.* BEDA. Super propitiatorio,quia per gratiā propitiationis Dei factū est quod hominibus per pręuaricationem apparere, & viam veritatis post errorē monstrare dignatus est. Et de medio cherubin loquitur, quia p Angelicā visionem, & non in sua substantia apparuit ei, & locutus est Moysi, Vnde lex propter trāsgressionem posita est,ordinata p Angelos, &c. Itē de medio cherubim loquit̄,quia per uerba vtriusq. testamenti cōsona voce erudit, vel quia per filiū qui in medio duorum testamentorū in carne apparuit,paternam voluntatem ostendit. Vnde Abacuk ait: *In medio duorum animalium innotesces.*

BEDA. Potest in arca ecclesia figurari,quæ de lignis imputribilib.i.sanctis animalib. ædificatur,& in fide Euangelii per quatuor mundi partes distenta,coronā vitę a Deo expectat: E habens in se tabulas testamenti in continua meditatione legis,& vrnam aureā cū manna, in fide incarnationis domini, & virgam Aaron quæ fronduit in participatione regni & sacerdotii dominici. Vñ.i.Pet.2.b. *Vos autem genus electum regale sacerdotium.* Habet propitiatoriū desuper, vt cuncta bona a diuina gratia se accepisse cognoscat. Et cherubim glorię in ppitiatorio, Angelica.s. præsidia quib. adiuuatur Deo propitio. Vel testamenta quib qualiter viuat,& viuendi auxiliū a Deo quęrat,instruitur. Sic autā sunt cherubim supra propitiatoriū quō ciuitas id est,ecclesia supra montem,id est, Christum dicitur constituta,non illo altior,sed quod proficit eius sustenta præsidio. Cherubin supra propitiatorium habet arca, quia Angelica mysteria uel eloquia diuina eo veracius ecclesiam iuuant,quo ipsa in fundamento summæ veritatis stabilita cō F sistunt.

(Vbi supra — Habacub.)

altero. Vtrumque latus propitiatorii tegant, expandentes [1] alas & operientes oraculum: respicientque se mutuo versis vul [2] tibus in propitiatorium †, quo operienda est arca * in qua po [3] a nes testimonium quod dabo tibi: Inde + præcipiam & loquar [4] ad te † supra propitiatorio scilicet ac de medio duorum che [5] rubim qui erunt super arcā testimonii, cuncta quę mandabo

a Quia omnem naturæ suę potentiam qua in altis habitare,& illius patrię loco leui & lęto itinere penetrare meruerunt in obsequium conditoris offerunt. Eruditionis & protectionis. b Sanctos. c Quia concorditer prædicant.

a Cui totam felicitatem suam attribuunt.

a Quia per gratiam propitiationis hominib. post præuaricationis errorem, apparet: & viam docet. b In visione s. angelica non in propria substantia. c Testamentorum.

a Ecclesiam cui testatur Deus voluntatem suam.

(† & pones propitiatoriū super arcam. — † sup propitiatoriū — * Domini. — † testificabor tibi (i.) notum tibi faciā quod tecum sim)

a Facies

## NICOLAVS DE LYRA

* č Expandentes alas, *suas in altum non directe,sed oblique, & sic operiebant aliquo modo propitiatorium.*

2 Respicientq; se mutuo,&c. *non directe ex aduerso, sed uertentes aliquantulum vultus suos ad latus,unus contra alium.ideo subditur.*

3 Versis vultib. in propi.i.quo operienda est arca. *quia secundū Ra.Sa.propitiatorium erat operculum arcæ,secundum vero aliam opinionem hoc non dicitur,quod esset operculum arcæ sed eleuatum altius vt prædictum est,& pro tanto dicitur hic operiri arcam.*

4 Inde præcipiam super pro. *quia sicut dictum est erat quasi sedes Dei loquentis cum Moyse.*

5 Ac de medio duorum cherubin,&c. *qui erant super arcā. Ex hoc dicit Rab.Sal. quod duo cherubim stabant super operculum arcæ in extremitatibus eius. Alij autem doctores in quibus facta est mentio dicunt quod erant positi super pauimentum tabernaculi in extremitatibus arcæ, Dicuntur tamen hic esse super arcam, quia eleuabantur in altum ultra altitudinem arcæ.*

*Vt autem prędicta facilius capiantur descripsi ea in figura, verum tamen quia non possunt perfecte figurari in plano oportet quod imaginatio inspicientis suppleat illud quod non potest figurari hoc modo.*

*Præmissa descriptione arcæ propitiatorij & duorum cherubim, consequenter ponitur ratio prędictorum & quantum ad preciositatem materiæ,& speciositatem formæ eadem ratio est in istis & in futuris operibus,scilicet quia Deo cuius pulchritudinis & bonitatis non est finis,deputandum est ad eius cultum & ministerium illud quod in humanis inuenitur preciosissimum.& pulcherrimum.* Vnde *Leui.12.precipitur quod sacerdotes nullam maculam habeant. Quantum autem ad dispositionem prędictorum considerandum,quod totum tabernaculum qd erat longitudinis.30.cubitorum & 10.latitudinis, diuidebatur in duas partes inęquales,quia pars occidentalis continebat decem cubitos per quadrum, & dicebatur sanctumsanctorum uel tabernaculum interius Alia pars uersus orientem continebat.20.cubitos in longum,& decem in altū & dicebatur sanctum uel sancta,siue tabernaculum exterius,& distinguebantur istæ partes uno uelo inter medio,ut diffusius postea uidebitur. Per tabernaculum exterius figurabatur inferior pars orbis,quę est uisibilis, scilicet cęlum sidereum & elementa,ut uidebitur postea. Per tabernaculum interius repręsentabatur superior pars orbis,quæ est nobis occulta, ubi est locus beatorum. Ibi autem sunt tria que figurabantur per tria prædicta, quæ erant intra tabernaculum interius posita. Per propitiatorium enim quod quasi sedes Dei,ut prædictum est,repræsentabatur ipse* Deus *præsidens omnibus, qui licet sit ubique per essentiam,præsentiam & potentiam,tamen speciali modo est in loco beatorum per ad apertam uisionem & fruitionem.in illa autem sede non erat aliqua imago domini ipsum reprefentans, ad designandum quod ipsa deitas cuius sedes erat propitiatorium nullo modo est figuralis, secundum quod est in loco beatitudinis. Est autem ibi natura Angelica, quæ per cherubin repræsentabatur. Erāt autem duo ad designandum Angelorum multitudinem,& uersis vultibus se respiciens, ad designādum eorum concordiam, secundum quod dicitur* Iob.25.*a.* Qui facit concordiam in sublimib. suis. *Erant autem stantes ex utraque parte propitiatorij secundum unam descriptionem, secundum aliam uero non solum assistentes,sed etiam propitiatorium sustentantes ad designādum assistentiā Angelorū circa thronum* Dei *secundum quod dicitur Apoc.7.c.* Et oēs Angeli stabāt in circuitu throni tanq̄ ministri ad obsequiū parati. *Tertiū, ꝙ est in illo loco beatorū, sunt rōnes nobis occultę omniū effectuū uisibiliū, quia nihil fit in creaturis uisibilibus quod non egrediatur de aula summi imperatoris, ut dicit Augu. Rationes igitur huiusmodi sunt ibi clausæ, sicut & rationes effectuū in causis efficientibus. & hoc designabatur per arcam quę erat clausa, intra quam tria continebantur scilicet manna, uirga Aaron & tabulę ad repręsentandum tria quę in humanis cęlitus collatis sunt pręcipua, scilicet uita quę per manna designabatur, Tum propter eius dulcedinem, quia omnibus appetibile & dulce est uiuere: Tum quia data fuit a Deo ad sustendandam uitam filiorum* Israel *existentium in deserto. Secundum est potestas regiminis.quia* vbi non est gibernator populus corruet, *vt dicitur* Prouer. *11.h. & hoc figurabatur per uirgam Aaron.* Tertium *est sapientia,per quam uita & potestas regiminis diriguntur, & hoc figurabatur per tabulas in quibus pręcepta decalogi erant scripta.* Hæc enim est sapientia nostra & intellectus coram populus, *vt dicitur Deuteron. 4.a. per quem dirigimur in agendis.*

(Tabernaculi dispositio.)

a F*acies & mensam,&c.* ✻ THEOD. Mensa in qua panes proponebātur,symbolū erat nobis,totius anni quatuor discretis tēp. statib.hyeme, vere,ęstate,& autūno vñ fructuū copia suppeditatur.Candelabrū aūt septēplici lumine fulgens,dies signabat hebdomadę. Atq; hæc in 1. parte ipsius scenę. In 2. erat arca testi, quæ curā Dei erga populū,cognitioneq; côtestabatur.Tabula & virga simul Israelē admonebant,Deū in legis pceptis & in obsequio sacerdotii colēdū esse.Māna in monumētū eius tpis seruabat,quo illi a Deo eruditi p deserta alimēto cęlesti fruebantur.Acerra aurea arguebat,gratū esse virtutis suffitū. Aurū fulgebat ubiq. ut studiū erga Deum oīb.aliis reb.anteferendū admonerēturp cherubim naturā pcipim' Deo ministrantiū q visū nrm fugiat. Nec mirū si ex eo loco redderētur oracula,solet.n. Deus per huiusmodi legatos exequi cuncta,quæ ad vtilitatem spectant animorum nostrorum.

Li.1.de tabernaculo cap.6. Mystice. BED. Mensa de lignis setim,scriptura est de fortib.uerbis patrū factis, côpacta, q dū æterna gaudia,& quō ad ipsa perueniatur ostēdit, cibū vitæ suggerit. Longitudinē hēt cū perseuerantiam cęptæ religionis insinuat. Latitudinē cū amplitudinē charitatis,altitudinē cū spē perpetuę remunerationis. Longitudo duorū cubitorū,qa actiua puersatio duab.maxime virtutib.côsistit,munditia.s.& innocētia. Vnde. *Religio munda & immaculata apud Deū,& patrē,hæc est, Visitare pupillos & uiduas in tribulatione eorū, &c.* In eo.n. q ait. Visitare pupillos, & viduas,&c. cunctis q indigentib.proximis misericorditer debemus ōndit. In eo vero q addit,& immaculatum se custodire ab hoc seculo, oīa quib. caste viuere oportet exprimit. Vnde. Luc.12.c. *Sint lübi uestri præcincti & l. &c.* Quod vero sequitur. *Et uos sim les hoīb. expe. dominū suū, &c.* altitudinem mensę. i. spē futuræ retributionis significat. Quod mensa vnum cubitum in latitudine habet, vnitatē charitatis quam totum uetus & nouum testamentum prędicat, ostendit. Vna enim est charitas & simplex,qua Deum & proximum & inimicos amare iubemur,quamuis recta distantia Deū primo loco,inimicos vltimo,pro differentia quoq; meritorum proximis dispar est modus impendendus amoris. Iacob nanque omnes filios,sed Ioseph merito innocentiæ præ cæteris diligebat. Vnde Can.1. a. *Introduxit me rex in cellam vinariam,& ordinauit in me charitatem.*

Iacob.1.d. Mat.25.d Gen.37.a.

Vbi supra b *In altitudine cu.&c.* BED. Qđ altitudo cubitū & semissē hēt. Cubitus sicut in altitudine vnitatē spei cęlest.s significat qua expectamus dñm de cælis remuneraturū. Nā & si pro diuersitate meritorū multę māsiones in domo patris sint, vnū tñ est regnū cęli,in quo oēs recipiuntur electi. Semis vero initiū côtēplationis,quo quidā sanctorū et in carne positi meruerunt frui,quib. non solū sperare cęlestia,sed et videndo partim prægustare donatū est,in quib. mēsa tabernaculi.i.diuina scriptura,qua ecclesia spreficitur,super cubitū côis spei semissem in altitudine adiungitur,quia gaudia illis præmonstrata an eq reddita præsignat, qa qđ raptim & in trāsitu fit,p dimidium non p plenum cubitum figuratur.

a Scripturam,quæ nullam fallacię corruptionem recipit.
b Fortibus verbis & factis patrum.

a per te filiis Israel. Facies & mensam de[b] lignis setim, habentem duos cubitos[a] longitudinis, & latitudine cubitū, &[b]

a Munditiam & innocentiam, quæ scriptura docet habendam.
a Perseuerātiæ. c Amplitudine charitatis. Quia vna charitas & simplex.



a Spes & futuræ retributionis. f b Vnitatem spei cælestis. c Initium contemplationis. Quia scriptura sensu cælestis sapientię refulget, & qui eam condidere præclari fuerunt vita & sermone.

in altitudine cubitum ac semissem, &[b] inaurabis eam auro purissimo. Fa-[2]

Mystice. Vbi supra c *Faciesque illi labium,&c.* BED. Labium aureum fit in mensa per circumitum, quia doctrina sacri eloquij per munda prædicatorum ora ministratur.neque illorum locutio qui diuina tradiderunt humanę côfabulationis sermonib. contaminari consentiebant, sed otiosa verba grauiter ferebant & redarguebant. Vel labium aureum fit mensæ p circumitum,qa sancta scriptura ex oī parte locutionis cum recte intelligitur, claritatem cælestis sapientiæ sonat. Labio corona additur, qa lingua prędicantiū auditorib. gloriam vitæ æternæ promittit. Corona quatuor digitis alta fieri præcipitur,qa altitudo perēnis coronæ p quatuor Euangelia ostenditur. Vel quia per custodiā Euangelicę fidei & operationis ad coronam vitę oportet peruenire. Bene aūt per digitos libri signantur, quia tabulæ legis digito Dei scriptę,& in Euangelio dñs districtionem legis tēperaturus digito scribebat in terra dicens,Io. 8.a. *Qui sine peccato est vestrum,primus in illum lapidem mittat.* Digitus Dei spiritus sci. Vnde q Matthæus *in digito Dei*, Lucas quasi exponendo dixit in spiritu Dei. Igitur labio mensæ aureo corona aurea quatuor digitis alta superponit, qa purissima prędicatorū eloquia spē supernę beatitudinis expectant, q in mysterio sancti spūs in quatuor Euangelij libris continet. Nec solū ipsi præmium laboris in cęlis accipiunt,sed obtēperantib.sibi eandē vitæ coronā certę Euangelicę veritatis autoritate promittūt. Corona vero interrasilis,quia æternū regnum oīb. indifferenter datur, sed pro qualitate accipientiū singulis distribuitur. Nō esset aūt interrasilis,si claritas futuræ retributionis ęqualis oīb. pāderetur. *Sed stella differt a stella in claritate,sic & resurrectio mortuorū*, corona distincta variis sculturis,sed côpetenter ordinatis apposita est. Vna.n. vita oīb. iustis promittitur,sed multiformis pro diuersitate meritorum gloria singulorum.

1.Cor.15.f

☞ a Coronam

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Facies & men. *Hic consequenter agitur de his quæ erant in exteriori tabernaculo. s. mensa & cādelabro.de primo dicitur.* Facies & mensam.*i. vnam tabulam,cuius longitudo erat duorum cubitorum,latitudo unius cubiti. De spissitudine autem eius non fit mentio,sed dicunt aliqui,& est satis probabile,q erat quatuor digitorum. Altitudo autem eius erat cubiti & dimidij,quod est sic intelligendum,quod per quatuor pedes positos in quatuor angulis prædictæ tabulæ eleuabantur in altum per cubitum & dimidium.*

2 Et inaurabis eam. *non pictura,sed laminis aureis undique circumtegendo eam,& pedes eius, & eodem modo accipiendum est hic sicut in aliis ubi dicitur deaurabis.*

3 Facieśque illi labium aureum per circumitum. *Istud labium erat quædam lamina aurea latitudinis duodecim digitorum, quæ erat affixa spissitudini tabulæ mensæ per circumitum, sicut fit in scaccarijs,quæ habent labium ex utraque parte, quando ex una parte pingitur ludus scaccorum,ex alia parte ludus alearum. Latitudinis autem prędicti labij quę erat duodecim digitorum,spissitudo tabulę cui erat affixum occupabat quatuor digitos medios per circumitum & quatuor digiti superiores eleuabantur super tabulam, & alij quatuor erant sub tabula operientes partem superiorem pedum mensæ in circumitu.& hoc est quod dicitur.*

† 1 Et

MORALITER.

† 1 *Facies & men.&c.* per hanc mensam propitiationis significatur ecclesia, in qua proponitur panis uitæ in sacramento Eucharistiæ, & figuratur per duodecim panes positos, in ipsa mensa, sicut vnum perfectum figuratur per plura imperfecta.

2 *Et inaurabis eam au.pu.i.* feruenti charitate. Vnde Can.1.a. dicitur in persona ecclesiæ. *Ordinauit in me charitatem.*

3 *Faciesque illi labium aureum, &c.* Per labium in circumitu & coronam interrasilem & coronam aureolam intelliguntur tres coronæ reddendæ virginibus, doctoribus,& martyribus ecclesiæ.

2 Et

† 1 Parabis

A a *Coronam,&c.* sup illā alte.co.BEDA. Corona aurea additur, cum per Euangeliū his qui mandata custodiunt, vita æterna promittitur. *Si uis ad uitā ingredi, serua mādata*. Non homicidiū facies. Nō adulterabis, &c. huic corona aureola superponitur cū dr. *Si uis pfectus esse, uade & uende omnia quę habes, & da paupe rib.* Ad hanc coronā pertinet canticū nouū quod virgines tātum coronā agno canūt, & *qui sequūtur agnū quocūq; ierit*. Vel corona aurea labio mēsæ apponitur, cū in scriptura discim⁹, egredientes de corpore animas in cęlis æterna recipere præmia. Huic aureola superponitur, cum in scriptura dicitur, quod ei sublimior gloria in receptione corporum seruetur.

Vbi supra

Apoc.14.a

†Margine

B b *Per singulos, etc.* BEDA. Mensa tabernaculi quatuor pedes hēt, quia verba cęlestis oraculi vel historicè vel allegoricè vel tropologicè .i. moraliter, vel anagogice accipiunt. Historia est, cum res fit sm̄ litterā vel dicta vel facta plano sermone refertur, sicut populus ex Aegypto saluatus, vel tabernaculū in deserto factū. Allegoria cū reb. vel verbis mysticis pñtia Chri & ecclesię sacra signātur, Verbis ita. *Egredietur uirga de radice Iesse, &c.* qd est aperte dicere. Nasceē virgo Maria de stirpe Dauid, & Christus de stirpe eius. Reb. vt populus de Aegypto p sanguinē agni saluatus, ecclesiā significat passione Christi a diaboli dnatione liberatā. Tropologia, i. moralis locutio ad instōnem & correctionē morum apertis vel figuratis verbis respicit. Apertis ita. *Filioli mei nō diligamus uerbo &c.* Figuratis ita. *Omni tpe sint uestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiet*. Anagogia, i. ad superiora ducens locutio est, quæ de pmijs futuris, & de vita futura in coelis, mysticis vel apertis verbis disputat. Apertis sic. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū uidebūt.* Mysticis sic. *Beati qui lauant stolas suas, ut sit ptās illi in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatem*, acsi patenter dicat: Beati qui mundant cogitationes & opa vt possint Deū videre, qui ait. *Ego sum via veritas & vita*, & per doctrinam & exempla præcedentium, intrent in regnum cœlorum.

Quatuor sensus sac. scripturæ.

†scutellas eius & cochlearia eius.

Mat.19.c.

†quomodo.

Esa.11.a.

1.Io.3.d.

Eccle.9.b.

Matt.5.a.

Apo.22.c

Io.14.a

C c *Vt mittantur uectes per eos.* BED. Per circulos mittūtur vectes ad subuehendā mēsam, quia doctores vt verbis sacræ scripturæ auditores reficiāt, necesse est vt mentē in Euāgelica lectio ne figant, vt ad fidem & sensum illius oēm interpretationis & doctrinæ suæ intētionē dirigant, ne aliquid aliud agēdum & sperandum amandūve in scripturis doceant, quā in quattuor libris Euāgelij inuenitur, qui cum omnia scripturæ verba ad fidem & dilectionē Euangelij referunt, quasi totam dñi mensam cum panibus & vasis in quatuor circulis portant.

Mystice.
Vbi supra

D d *Parabis & acetabula ac phialas.* BED. Varia vasa quæ fiunt ad offerēda libamina, variæ verbi distinctiones sunt pro capacitate auditorū, quia non omnibus omnia conueniunt, aliter sapientes, aliter insipientes, aliter pauperes, aliter diuites, aliter sani, aliter infirmi, aliter senes, aliter iuuenes, aliter viri, aliter fœminę, aliter cœlibes, aliter cōiugati, aliter plati, aliter subditi, docendi sunt. quæ tamē vasa omnia ad mensam scilicet tabernaculi, & ad offerenda libamina pertinent. Quæcunque enim diuersa pro diuersitate audientium dicūtur, in regula sacræ scripturæ inueniuntur, & ad offerenda domino vota bonorum operū excitant corda auditorum. Vnde. *Quis putas est fidelis dispensator & prudens*. Lucæ.12.e.

Vbi supra cap.7.

†clausurā vel marginem per circumitū

E

†vel patellā aut cantharum.

a Quia doctrina verbi per munda prædicatorum ora datur nobis. b Quia omnia nociua & otiosa redarguunt. c Quia prædicatores corona vitæ remunerabuntur. Quia lingua prædicatorum ipsis auditoribus promittit gloriam æternæ vitæ.

a ciesq; illi labium aureū per circumitum, & ipsi labio † coro- 1

a Pro diuersitate meritorum, quia stella a stella differt in claritate. b Quia altitudo æternæ coronæ per quatuor Euangelij libros ostenditur. c Quatuor digiti totidem Euangelia significant, quia digitis scribimus & digitus dicitur spiritus, quo Euangelium scriptum est. super communem omnium retributionem. d in hac figuratur remuneratio eorum qui in doctoribus excellunt.

nam interrasilē, altam quatuor digitis, & super illam alteram 2

a Perfectionis vitæ s. & oblationis voluntariæ. Euangelij libros per quorum fidem omnis scriptura sancta per totum mundum legitur & intelligitur.

coronam aureolam. Quatuor quoque circulos aureos præpa 3

a Mundi. b Scripturæ. c Quia quadriformiter diuinam scripturam distinguimus.

b rabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdē mēnsæ, per sin-

a Quia qui libris Euangelij in hac vita vtimur, coronam vitæ in cælis speramus. b Libri Euangelij.

c gulos pedes. Subter † coronam erunt circuli aurei, vt mittan-

a Fixam scil. teneant mentem in lectione Euangelij. b Prædicatores. c Scripturæ. d Ad corda auditorum. e Quia prædicatores fortes nullis putredine corruptibiles.

tur vectes per eos, & possit mēnsa portari. Ipsos quoq; vectes

a Fulgore s. pientiæ.

facies de lignis setim, & circūdabis auro ad subuehendā men-

a Mordacem prædicationem, quæ s. mordet vitia. Quibus acetum ferebatur. Varia vasa variæ distinctiones verbi pro capacitate auditorum. b Vberem doctrinam. Phialas. quasi hiatas quia hiatim vitrum dicitur. c Qui scilicet ad orandum prædicando excitent. thus enim orationem significat. d Angustam scientiam.

d sam. Parabis & † acetabula ac phialas, † thuribula & cyathos 4 5

Deo. a Bonorum operum vota. Sapientia.

e in quibus offerēda sunt libamina ex auro purissimo, & pones 6

GREG. Parabis acetabula, &c. Quid per phialas & cyathos nisi mensura prædicationis accipitur, vt singulis. s. iuxta capacitatem ingenij conferatur. Debet. n. subtiliter qui docet prospicere, ne plus studeat quam ab auditore capitur prædicare. Debet & infirmitati audientium sese contrahere, ne dū paruis sublimia, & ideo non profutura loquitur, se magis curet ostendere quam auditoribus prodesse, iubente autem domino non solum phialæ ad mensam tabernaculi, sed etiam cyathi præparantur. In phialis larga prædicatio. In cyathis minima & tenuis significatur. In mēsa ergo domini phialę & cyathi, quia in doctrina sacri eloquii non solum exhibenda sunt magna & arcana quæ delectent, sed etiam parua & subtilia, quæ quasi per gustum notitiam præstent.

Homil. 6. in Euang.

F

IDEM GREG. Alius doctrina veritatis plenus auditores inebriat, & quasi phialam porrigit. Alius explere quod sentit non ualet, sed etiam quia vtcunque denunciat, per cyathum gustum præbet. Qui ergo per doctrinam sapientiæ ministrare phialas non possunt, quantum pro diuina largitate sufficiunt, propinent proximis cyathos verbi.

Historice.

e *Et pones super mensam panes propositionis in cōspectu meo semper.* Ioseph⁹ dt duodecim panes ex simila fieri, singulos ex duab. decimis, quos sabbathū super mēsam sex hinc & sex inde ponebantur

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et ipsi labio coronā interrasilem altam quatuor digitis. *quia altitudo quatuor digitorum inferiorum uocatur corona quę erat in circumitu, licet non esset in figura rotunda, sed quadrata.*

2 Et super illam alteram coronam aureolam. *In Hebræo habetur auream, & loquitur de latitudine quatuor digitorum superiorum, quę eleuabatur super tabulam in circumitu. Dicitur autem opus interrasilem, quod habet aliquas sculpturas & spatia intermedia plana quasi rasa.*

3 Quatuor quoq. circulos aureos præparabis, & pones eos, &c. *qui erant infixi quatuor pedibus mensę, uersus partem superiorem pedum immediate sub corona inferiori.*

4 Parabis & acetabula. *id est, uasa in quibus examinabatur incensum & simila de qua fiebant panes ad uidendum, si talia essent apta ad sacrificium.*

Acetabula.

5 Ac phialas. *in quibus examinabatur uinum & alia liquida.*

6 Thuribula & cya. &c. *duo uasa erant, in quibus ponebatur incensum examinatum super panes propositionis, unum super sex panes positos unum super alium in mensa, & aliud super alios sex. Dicebatur autem mensa propositionis, & similiter panes propositionis, eo quod sic disponebantur super mēsam. In Heb. autem habetur.* Panes facierum, *quia secundum quod dicit Rab. Sa. erant facti in figura quadrata altera parte longiore, & illa pars longior in utraq; extremitate replicabatur in altum sicut fit aliquando in simenellis, nisi quod in simenellis fit talis replicatio in circumitu per modum coronæ. in panib. uero propositionis fiebat tantum in duab. partib. sibi oppositis. & illę duæ replicationes uocabantur duę facies. Aliter dicitur & probabilius quod illi panes erant rotundi. Sed dicebantur panes facierum, quia ex utraque parte erant omnino similes, non. n. coquebantur in furno, ita quod ex pauimento furni pars panis sibi iuncta contraheret aliquam dissimilitudinem ab alia, sed coquebantur sicut coquuntur hostiæ ad celebrandum, nisi quod uasa illa in quib. coquebantur panes propositionis erant aurea, & tantæ magnitudinis quod panis tenuis tantum, in eo poterat decoqui, & erant illa uasa sic facta quod panem interclusum faciebant omnino similem ex utraque parte, & ideo dicebantur panes facierum.*

Mēsa propositionis

* 1 Facies

## MORALITER.

† 4 *Parabis & acetabula ac philialas, &c.* Per huiusmodi vasa diuersa significantur personę in diuersis locis & statib. ecclesię quæ per misericordiam Dei sunt vasa gratiæ continentia.

A bātur sup quenq; patena aurea cū pugillo thuris, & sic serui bantur vsq; ad aliud sabbathū in quo thus cremabatur, panes vero sacerdotes comedebant calidos cum thure reponēres. BEDA. *Et pones super men. &c.* Bene panes propōnis vocantur, q. a sp de patere sermo salutis cunctis fidelib. nec vnq̄ deesse oportet in ecclesia verbū solatij, qd dñs per pcones veritatis mūdo pponēs in cōspectu suo apparere, & vsq. in finē his q esuriunt & sitiūt iustitiā incessanter abundare voluit.

a *Facies, &c. can. &c.* GREG. Candelabrū Chrs est, i quo natura humanitatis fulsit lumine deitatis, ut mūdi cādelabrū fieret cuius lumine peccator tenebras suas agnosceret. Ex auro purissimo, qa nostrā naturā sine culpa suscepit. Ductile aūt feriendo producitur, quia Chrs ex cōceptione & natiuitate perfectus Deus, & homo extitit, sed tñ passionū dolorē pertulit, & sic ad resurrectionis gloriā peruenit, & fm corpus per passionis contumelias ad immortalitatē profecit. Nam iuxta animæ meritū quo potuisset proficere oīno non habuit. In membris aūt quę nos sumus, quotidie passionib. proficit qa dum tūdimur, & proficimus, eius corpus esse meremur. Ipse proficit de cuius corpore dr. *Hastile eius & calamos, &c.* Hastile .n. ecclesia est q̄ est corpus eius, quia inter tot aduersa libera stat. Calami q de hastili pcedunt, pdicatores sūt, qui dulcē sonū mundo ediderunt, i. canticū nouū. Scyphi ora doctorum qui nos uino sciæ inebriant, ut obliuiscamur mundi q̄ amauimus, obliuiscamur. Sphærula pdicationis volubilitas. sphæra. n. oī † parte voluitur, & pdicatio nec aduersitate tardatur, nec prosperitate eleuatur, inter aduersa fortis, inter prospera humilis, nec timoris hēt angulum, nec elationis ... Bene aūt post scyphos & sphærulas lilia describuntur quia post prædicationis ebrietatē & uolubilitatē ... patria sequitur, q̄ ... floribus uernat ęternis. Scy. ... ergo & sphęrulę ad laborē ptinēt, lilia ad retributionē.

BED. *Facies & candelabrū ductile de auro mundissimo.* Candelabrum tabernaculi sicut mensa, uniuersalē ēntis tpis ecclesiā significat. Ideo nanq. sunt ante uelum, intra quod arca posita, quia nondū ad uisionem redemptoris meruit intromitti. Mensa est, quia his qui esuriunt & sitiunt iustitiā, nūctū quotidie cælestem, ne deficiant impendit. Candelabrum est, qa iter lucis errantib. ostendit. i. lucernam uerbi, cui lucernę dū se humiliter subiicit, ad agenda, s. quæ sermo Dei præcepit, a voluptatib. abstinens ad speranda quæ promittit, a uisibilib. gaudiis se sustollens, quasi candelabrum efficitur, quia suis p omnia uoluptatibus imperium cæleste præponit, & claritatem uerbi omnibus prædicando & faciendo ostendit.

b *Et calamos scyphos & sphærulas.* BEDA. Scilicet prædicatores de hastili procedentes, qui a dño instituti dulcem sonū, i. canticum nouum mundo ediderunt. Calami sunt et omnes ecclesię filii, qui dicente propheta: *Cantate domino canticum nouum, &c.* obtēperantes resonant in laudib. domini: *Direxit gressus meos, & immisit in eos meum canticum nouum, &c.* Per scyphos vero, qui vino replētur, auditores signantur, qui ad vocem pdicantiū vino scię replentur, & quia vino internæ dilectionis corda inebriata infatigabili desiderio ad Deum tendunt, post scyphos sphæruię fiunt. Sphæra. n. omni parte voluit, & mentes electorū nec aduersitate nec prosperitate corrumpūtur, sed per sanctā de side ria proficiunt in oībus. Bene aūt post calamos & scyphos & sphærulas in calamo lilia deformantur, quia post gratiā prædicationis, post inebriationem potus spiritualis, post irreuocabilem cursum sanctæ operationis virens patria sequitur, quæ animabus sanctis, i. floribus uernat æternis.

c *Sex calami, &c.* BED. Senarius ī quo factus est mūdus pfectionē designat tres calami de uno latere egredient, & tres de altero, qa fuerunt doctores ante aduentum dñi, qui fidē trinitatis mystice designarent, & qtum rudes capere poterāt, pdicarent. Vnde. *Verbo domini cæli firmati sunt, & spū oris &c.* Sunt & mō q aperte pdicant, ita vt oēs q ad Chrm pertinent, eandem fidē consequātur, fm illud *Baptizantes eos in noīe patris, &c.* Vnde Paulus. *Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas Dei, & commu. sancti spiritus sit semper cum omni. uo.*

d *Tres ex uno.* BE. Tres calami ex vno latere, & tres prodeunt ex altero, qa ante & post incarnationem trini fuerunt in ecclesia gradus fideliū, cōiugatorum & cōtinētium, & rectorū. Vnde Ezechiel tres tm̄ viros Noe, s. & Daniel & Iob liberādos prædixit. In Noe. n. qui arcam rexit vn dis, præpositos ecclesiæ. In Daniele qui continenter uixit, continentes uel uirgines. In Iob vero qui in coniugali uita exēplar patientiæ pbuit, bonorū coniugatorū uitā ondit. Hi sunt qui fm Euangeliū in lecto, in agro, & in mola reperientur in die iudicij, quorū singuli assumentur, singuli relinquentur. In lecto. n. quies continentium. In agricultura industria prædicantiū. In gyro molæ labor cōiugatorū. Et quia in omnib. quidā eligendi sunt, quidā reprobandi, de singulis dr, *unus assumet, & alter relinquetur.* Sed quia sublimius est meritum prædicantium, q̄ continentium, & continentium, q̄ cōiugatorum summi calami qui hinc inde exeunt, doctores significant. Inferiores uero continentes, infimi coniugatos, diuersis ergo locis de hastili procedunt, omnes tamē suo loco & ordine reflexi, in altum ad unā perueniunt summitatem, vti conseruēt lucernarum æqualem super se positionē, quis meritorum gradibus discreti, una tñ fide ueritatis imbuti, ad unam

Panes propositionis vbi supra. Ephe. 1. d. † ductile. &c. Homil. 6. Ezech. Mystice. Tempore. Allegor. ... supra ... 3. Mystice. Esa. 4. b. Psal. 39. b. † ex ... † candelabri. Psal. 32. b. Mat. 28. d. 2. Cor. 13. e. Vbi supra. Ezec. 14. a. Mat. 24. d.


a Apostolos vel omnes doctores succedentes. Doctores spirituales qui in lege meditantur die ac nocte & cunctis ecclesiam intrantibus refectionem verbi offerunt.
b Quia semper in propatulo debet esse cunctis sermo salutis. e Beneplacito.

**super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.**

a Eccle iam, quæ lucem verbi prædicando & faciendo ostendit. Christum.
b Malleis passionis. c Fulgore sapientiæ. Quia naturam nostram sine culpa suscepit.
d Ecclesia quæ inter aduersa libera stat.

**a Facies & candelabrum † ductile, de auro mundissimo, hastile eius, & calamos scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia: Sex calami egredientur † de lateribus. † Tres ex vno**

a Hic est Christus ecclesiæ caput mediator Dei & hominum, ex quo totum corpus constructum crescit in augmentum Dei, Qui cantant canticum nouum. b Quia auditores vino scientiæ inebrant.
c Qui semper voluuntur, nec prosperitate nec aduersitate tardantur. Aeternam retributionem.
d Quia post omnia sequitur patria quę floribus animarum vernat. e Quia omnis virtus, & gloria sanctorum a Deo est.
a Senarius perfectionem significat. b Propter tria tempora, ante legem, post legem, sub gratia.
Qui fidem sanctæ trinitatis prædicarent. Noe Daniel & Iob.



NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, *id est, cum martello, & non opere fusorie.*
2 Hastile eius. *i. stipes candelabri qui procedebat directe in altum inferius habens tres pedes, & sursum habebat sex calamos egredientes de hastili tres ex uno latere, & tres ex alio tendentes sursum obliqui quousque pertingerent ad altitudinem hastilis, unde infra 37. c. dicitur.* Aequum erat opus sex calamorum. *i. æqualiter tendens sursum. In hastili uero erant quatuor scyphi, & in quolibet sex calamorum erant tres scyphi, i. 22. simul.*

✱ 1 Sphę-

MORALITER.

† 1 *Facies & candelabrum, &c.* per quod significatur Christus qui dicit Io. 8. b. *Ego sum lux mundi.*
† *De auro mundissimo.* in quo designatur puritas a peccato. 1. Petri. 2. d. *Qui peccatum non fecit, &c.*
† *Ductile.* idem, factum cum martello. per quod significatur austeritatis tribulatio, in qua fuit Christus a principio uitæ vsque ad finem.
† *Sphęrulas ac lilia, egredientur de lateribus. Tres ex uno latere.* per quæ perfectionis & castitatis opera designantur.

Ductile. † 1 Facies

vnã in cęlis veritatis lucem peruenturi: & quanto quis in hac vita Christo adhæsit, tanto vicinior visione eius fruetur.

Moraliter Vbi supra. BEDA. Qui vno sapientiæ desiderantes repleri, & ad exemplar præcedentiũ se informãt, quos inuisibiliũ bonorũ dulcedine & dilectione plenos esse nouerũt tres scyphi, sphęrulę, & lilia per singulos calamos tria tpa significãt, quib. electi añ incarnationem & post Deo deuotè vixerũt, ante legẽ, sub lege, & prophetarũ tpe. Post ascensionẽ quoq; cõgregata est primitiua ecclesia de Israel, non de gentibus in fine de reliquijs Israel. Calamus primus in vno latere hẽt tres scyphos, sphærulas, & lilia, qa pars doctorũ ante incarnationem habuit tres ordines eorũ, qui haustum gratiæ quasi scyphi sitirent, vel in via Dei quasi sphęrulę currerent, vel super nę donũ retributionis quasi candorẽ & odorẽ liliorum expectarent, ante legẽ, sub lege & sub prophetis. Secũs calamus quoque eadem habet, quia continentes illius temporis tres ordines sanctorum eadem distinctione tporum habuerunt.

Qui in lecto, qui in agro, vel in mola in die iudicij reperientur.

a latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modũ per calamos singulos sphęrulęq; simul & lilia, & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque * & lilia. Hoc

a Quia dominus poculum sapientiæ propinauit, cursum bonę operationis ostendit & dedit, & cœlestis patriæ aditum patefecit.

b erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In

a Christo de cuius gratia omnes acceperunt. Medio stipite. Euangelici libri, qui nobis viuendi sapientiæ propinant ad cursum boni operis nos instituunt, vt lilia remunerationem æternam consequamur.

ipso autem candelabro erũt quatuor scyphi in nucis modũ,

Quia corda sanctorum, donis, mandatis, & promissionibus dominicis sustentantur.

c sphęrulæque per singulos & lilia. Sphęrulę sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt, procedentes de hastili

a Quia omnes spirituales gratiæ & donationes ecclesię de Christo sunt. b Christus & imitatores eius.

d vno. Et sphærulæ igitur, & calami ex ipso erant vniuersa

a Malleis tribulationum extensa. b Quia ipse Christus immunis a peccato & iustitiæ operibus clarus, quem imitantur pro suo modo membra. c Dona spiritus sancti, quæ in nocte huius seculi tenebras caritatis illustrant. d Lampades, vbi oleum accendebatur.

e ductilia, de auro purissimo. Facies & lucernas septem, & po-

1 2 3 5 5 6

Mysticè. Cant. 6. b. a In nucis. Nux ecclesiã significat. vnde: *Descendi in hortum nucum.* Nux. n. dulcem fructum habet intus, qui nisi fracta testa non ostenditur. Sic sanctorum vita suauitatem gratiæ in corde conseruat, quæ nõ cognoscitur exterius nisi soluto carnis domicilio animæ, in cęlesti luce sese conspiciant.

Vbi supra. BED. Tertius similiter calamus tres scyphos, & sphærulas & tria habet lilia, quia multi coniugati ante legem, sub lege & sub prophetis erant, qui verbum domini audire, & viam eius currere bonorum operum præmia expectare gauderẽt.

BED. Item ex alio latere primus calamus secundus & tertius: tres scyphos & sphærulas, tria quoq; habebat lilia, quia in vtroque testamento in doctorib. in continentib. & in coniugatis Deo deuotis tres fuerũt ordines tporum distantia. In primitiua ecclesia de Israel, In nostra electione de gẽtibus. In vltima collectione reliquiarum Israel, qui omnes suo tẽpore verbo vitæ inebriari, in via pacis properare, candorẽ perpetuæ lucis videre desiderant.

Vbi supra. b *In ipso aũt candelabro, &c.* BED. Diximus ipsum candelabrũ. i. stipitem candelabri medium de quo calami procedũt significare Christum, de cuius gratia iusti quicquid habent boni, acceperũt. vnde. *Ego sum vitis, vos palmites, &c.* Quasi ego sum candelabrum vos calami. Sicut calamus non potest se erigere ad supportandum lucernam, nisi fixus in cãdelabri stipite, sic & vos nisi in me manseritis, lucem veritatis & fidei ferre non valetis. In candelabro quatuor scyphi, quia in quatuor libris Euangelij de domino scriptus gustum vini boni, i. doctrinæ inuenimus, q non vtres, i. terrenæ adhuc mentes, sed innouata per spiritum corda capiunt.

Io. 15. a. Matt. 7. b.

C c *Sphęrulęq; per singulos & lilia. Sphęrulę sub duobus calamis, &c.* BED.

Vbi supra. BED. Sunt p singulos scyphos sphęrulę simul & lilia, qa idẽ oñs qui poculum sapientiæ spiritualis præpinauit, cursum quoque operationis nõ solum ostendit, & vt habere possimus, donauit: & ne in vacuum curramus, claritatẽ patrię cęlestis promisit, & aditum eius, gratia sua nobis patefecit. Vel qua sub duob. calamis per tria loca scyphi, sphærulæ, & lilia fieri mandantur, possumus dicere, quia tribus fideliũ gradibus coniugatorum, cõtinentium, virginum doctrinam veritatis aperuit, cursum operationis impetrauit, & hæreditatis immarcessibilis benedictionem promisit & donauit. Aptè quoque scyphi, sphærulæ, & lilia non super calamos, sed sub calamis esse iubentur quia corda prædicantium, i. o electorum omniũ ne ad infima labantur, donis, mandatis, & promissionibus dominicis sustentantur, & ad amandũ cęlestia subleuantur. Vnde. *Leua oculos sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.*

* simul.

Can. 2. b.

Mysticè. BED. Scyphi, sphęrulę, & lilia sub duob. calamis sunt, qa in vtroq; testõ fidelib quamuis cęremoniis distãtib. eadem dñoseruiendi mandata, eadem regni cœlestis est conseruata gloria. Quartus aũt scyphus, sphera, liliũ, q super oẽs calamos iuxta sublimitatẽ fuere candelabri, propriè ad Chrm pertinent, qui non soliũ electis virtutũ sciam & operationẽ remunerationẽ tribuit, sed et in seipso figurã scyphi ostendit, cũ se plenum spũsancto esse ostendit. Et sphęrula, cum *exultauit, vt gigas ad cur. vi.* Liliũ quoq; cũ ascendens ad cęlos apud patrem clarificatus est. Bene hic scyphus, sphęrula, & liliũ altior calamus eminet, qa omnia quę Christo Deus contulit, oẽm transcendunt modum humanæ capacitatis. Vnde. *Vnicuique. n. nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi in ipso autem inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

Psal. 18. b. Colos. 2. b. Ephe. 4. b. Alleger.

d *Et sphærulæ igitur, & cala.* BED. Omne opus candelabri. i. stipes & calami ex ipso procedentes cum omni suo ornatu de auro fiunt, quia ipse Christus immunis a peccato, & iustitiæ operib clarus apparuit in mundo, cuius innocentiam & iustitiam membra eius in hac vita pro posse imitantur, in futuro ipsi adhærendo ueraciter perficient. Ipse aurum ductile fuit. Ductile. n. feriendo producitur, & redemptor noster ex conceptione & natiuitate perfectus Deus & homo passionum ictus pertulit, & sic ad resurrectionis gloriam peruenit, & *omnes qui volunt pie viuere in illo, persecutionem patiuntur,* ictib. passionum ad immortalitatis gloriam dilatandi. Vnde, *In tribulatione dilatasti mihi, &c.*

2. Tim. 3. c. Psal. 4. a.

e *Facies.* BED. Lucernę septẽ, septem sunt dona spiritussãcti qui in Christo semper manserunt, & fidelib. pro voluntate eius distributa sunt. hę super candelabrum ponuntur, quia requieuit super eum spiritus sapientiæ & intellectus.

Esa. 11. a.

a Vt

## NICOLAVS DE LYRA

Sphærulę & lilia. * 1 Sphærulęque simul & lilia. *In Hebr. habetur* pomellus & flos. *Sed cum singuli fuerint, non habetur in textu. Et ex hoc q dicitur in singulari,* pomellus & flos *quantum ad sex calamos laterales, dicit Ra. Sa q in quolibet illorum non erat nisi vnus pomellus & vnus flos. In hastili uero quinq; pomelli scilicet unum ipsum, tres sub sex calamis orientib. de hastili hinc & inde, sicut dicitur in litera.* Sphęrulæ. *i. pomelli sub duob. calamis per tria loca. Item duo alij, vnius super calamos in superiori parte candelabri, & alius sub calamis in inferiori parte candelabri. Similiter erant ibi duo flores tantum, & hoc dicit, quia loquendo de hastili habetur in Heb* pomelli & flores. *& pluralis numerus indeterminate acceptus binarium significat secundum ipsum, et quia scyphi pomelli & flores non erant in candelabro nisi ad decorem secundum omnes doc. catholicos & Hebræos. Ideo dicunt alij & melius, vt uidetur, quod inter duos scyphos erat unus pomellus et similiter unus flos & sic opus candelabri est decentius. Et quod in Heb. habetur in singulari,* pomellus flos *refertur ad quemlibet scyphum, prout exprimitur in translatione nostra cum dicitur.*

2 Instar nucis. *Ex hoc dicunt aliqui, quod isti scyphi erant pomelli ita quod duo scyphi positi vnus contra alium faciebant vnum pomellum, per modum hic figuratum sed hoc non est uerum, quia vbi translatio nostra habet* sphærulas, *in Hebræo habetur* pomellos. *Ex quo patet q scyphi non erant pomelli. Item vbi translatio nostra habet.* Scyphi in nucis modum, *in Heb. habetur.* Scyphi figurati, *gallice neellez, quia tamen non erant de opere plano, sed cum aliquibus figuris ad decorẽ, & ideo nostrum præsens non valet, & ideo dicit Rab. Sal. quod isti scyphi erant oblongi habentes pedes & erant sic dispositi in candelabro quasi calamus infixus per medium scyphi.*

3 In ipso autem candelabro. *i. hastili candelabri, quod vocatur hic candelabrum, quia est principalior pars candelabri.*

4 Quatuor scyphi in nucis modum sphęrulęq; per singulos *per singulos scyphos.*

5 Et sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, q simul. *& c. . . . modo intelligendum est de scyphis existentibus in sex calamis lateralibus.*

6 Facies & lucernas, *ita quod ultimus scyphus qui erat in summitate cuiuslibet calami, erat sedes lucernæ.*

a *Vt luceant,&c.* BED. Vnde. *Vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam,&c.* Lucernæ candelabri ex aduerso tabernaculũ illustrabant, cum Christus plenus gratia & veritate oĩb. tribuebat de sua plenitudine. Mãsuetis & pauperibus uerbũ Euangelii cõmittentes, pęnitentib. medelam indulgentię õferens. Nunc tempus esse parcendi in futuro vniuersalis iudicij tempus affirmans.

Vbi supra cap. 9. Esa. 61.

b *Emunctoria quoq; & ubi quę.* BEDA. Diuina verba, quib. manifeste signatur in plurimis non legis literam, sed spũalem sensum esse seruandum. vnde. *Si circuncidimini, Christus nihil uobis proderit.*

Gal. 5. a.

BED. Emunctoriũ, & vasa vbi q̃ emuncta sunt extinguntur, fiunt de auro purissimo, q̃a diuina sunt verba quib. cessatio ceremoniarum prædicatur, & gratia Dei sunt illustrata corda, in quibus legis vmbra finẽ accepit, ut succedens Euangelij veritas clarius luceat. Constat.n. Apostolos ante possessionem soluisse sabbathũ, & post ascensionẽ dñi, & aduentum spiritussancti finem penitus imposuisse legalibus hostiis. In his ergo ellychnia emuncta extinguebant. In q̃b. literalis obseruantia cõpleta exordium gratiæ mundo clarius exhibuit. Itẽ finita mortali vita, & succedẽte immortali, cessabũt ex parte maxima operæ. dona lucis q̃b. nunc vtimur, vt sequant pmia ęternę lucis in pñtia diuinę visionis. s. scriptura q̃ hęc futura testat. Emũctoria sunt aurea, spe futurę claritatis eximia vasa, in q̃b. q̃ emũcta sunt extinguunt corpora & corda sanctorũ immortalia, & iõ auro simulata. In q̃b. hęc mutatio fiet, vt post tpalia Dei bñficia puẽniãt ad ęterna, quasi emũctoria & vasa aurea præbet Apostolus de differentiis præsentium & futurorum bonorum dicens. *Siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguę cessabunt,&c.*

Emunctoria. Mystice. B

1. Co 13 c

populo Dei, quib. quasi ellychinia in lucernis cãdelabri ardebãt insusa oleo deuotionis, incensa igne verbi cælestis. Cum vero ab Apostolis pdicabatur hæc oĩa esse finita, & spũaliter tñi esse seruanda, emungebãtur ellychinia candelabri, vt reparata melius lucerent, quia sublimius intellecta lucẽ doctrinę salutaris præbẽt, de reparatione lucernarum, i. scripturę intelligẽtia sublimiori dr. *Comedetis vetustissima ueterum & uetera nouis superuenientib. abijcietis.* Et alibi. *Ecce noua facio omnia.*

D

Leui 26. b

Apo. 21. b.

a Vnde spiritus domini super me. Vnde, vt mederer contritis corde & prædicarem captiuis.

a nes eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. Emũ 1

b a Mensa in septentrionali parte vel plaga erat posita, candelabrum autẽ ẽ regione in australi parte nõ recte, sed oblique. Ad illustrandum tabernaculum. Forcipes. s. quibus ellychinia emungebantur vt melius lucerent. Verba diuina. b Vasa. s. quæ sunt corpora sanctorum & corda. 2

c Quia tunc carnaliter agebantur quę nunc spiritualiter diuinam charitatem habent. Quia verba diuina & Dei gratia illustrant corda sanctorum

ctoria quoq; ,& vbi* quę emũcta sunt extinguant, fiant † 3

*ea.

† ex.

Vel opus. a Christi. Electis.

c de auro purissimo. Oẽ pondus candelabri cũ vniuersis 4

a Quod est maximum in ponderibus & significat perfectionem Christi & ecclesiæ.

d vasis suis, hẽbit talentũ auri † mundissimi. Inspice & fac

† purissimi.

a Multifaria Christi & ecclesię sacramenta. Angelicam conuersationem & spontaneę seruitutis humilitatem.

secundum exemplár, quod tibi in mõte monstratũ est.

c *Omne.* BED. hoc est corpus Christi, cum ipso, s. oẽs electi, a summo vsq; ad infimũ, quia oẽs quãuis in diuersis gradib. ætatib. sexib. vni eidemq; autori perpetuę lucis tpe suo & loco quasi candelabro aureo, fixa mente inhærent, vt eiusdẽ lucis participes fiant. Talentũ pondus plenũ & perfectum est, q̃a iustus dñs in oĩb. vijs suis, & qui gratiam fidelib. suis, vt bene operentur, & coronam iustitiæ reddit, reprobis quoque iurã opera restituit. Qui vero instar auri bonis operibus fulgẽt, in cãlebiũ dñi pficiũt q̃a glorię cõditoris pticepsfiunt. Qui ãt peccatis graues, tanq̃ plũbũ in iudicio apparẽt, mergunt tanq̃ plũbũ ĩ aquis vehemẽtib. merito scelerũ in abyssũ grauãtis pęnę decidũt. d *Inspice.* Oñsũ est Moysi in mõte exẽplar cãdelabri q̃d faceret q̃a in altitudine cõtẽplationis didicit multifaria Christi & ecclesię sacra, q̃ nõ aperte rudi populo proferre volebat, sed in opere cãdelabri & vasorũ eius signabat, donec Christus veniret, qui sẽsum figuratũ reuelaret, vnde moriendo velũ templi scidit, & arcana sanctorũ, quæ tecta fuerant, patefecit. Discipulis quoq; sensum aperuit, vt intelligerent scripturas. Omnis.n. scriba doctus in regno cęlorum cum ea quæ in literis sanctis de fide catholica & actione pia didicerit, ipse facere & alios docere pcipitur, inspicere & facere s. in exẽplar q̃ sibi in monte monstratũ est, iubetur. Inspicit.n. diligenter exemplar, s. monstratũ, & secũdũ hoc ad inferiora rediẽs facit, cum quę per sublimitatẽ diuini sermonis intus credenda & agẽda, sedulo corde scrutat & horũ exẽplar auditorib executione operis & verbo doctrinę ostendit.


Vbi supra

E

F

Ma. 27. f.

FIGVRA CANDELABRI.



BED. *Emunctoria quoq; ,&c.* Sunt q̃dã in scripturis pcepta, & in hac vita & in futura ppetuo obseruãda (v.g.) *Non habebitis deos alienos.* Et *diliges dñm Deũ tuũ,&c.* Sũt alia q̃ toto tpe huius vitę obseruari iubent, ut ĩ futuro merces retribuat, vt illud: *Facite uobis amicos de mammona iniquitatis,&c.* Sunt alia, q̃ in veteri testo iubente dño seruata, iã coruscãte Euãl[illegible] nõ iuxta literã, sed mysticum sensum obseruantur, sicut sabbathũ, ritus hostiarum, & huiusmodi, q̃ suo tempore custodita sunt a t

Vbi supra

Deut. 5 a.

Lucę 16.

C

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt luceant. *Sic.n. erat dispositum ellychinium cuiuslibet lucernæ, quod flamma erat ex illa parte lucernæ quæ respiciebat lucernã medium, & sic flamma trium lucernarum vnius lateris respiciebat ex aduerso flammam trium lucernarum alterius partis.*

2 Emunctoria. *instrumenta sunt cum quibus amouebatur illud quod erat combustum de ellychinio, & residuum ellychinij aptabatur ad incendendum.*

Emunctoria.

3 Et vbi. *vasa erant plena aqua, ubi ponebantur illa quæ erant emuncta, ne [illegible].*

4 Omne pon. *In Heb. habetur.* Centenarium auri. *& similiter in sequentib. ad tabernaculum pertinentib. ubi trãslatio nostra habet* talentum. *Hebræi dicunt,* Centenarium. *Quantũ aũt sit ponderis, nescitur determinate. certum est tamen quod requirebatur magnũ pondus auri pro tanto opere. Ra. Sal. dicit quod erat pondus centum & viginti librarum, secundum pondus Colonię. melius tamen credo dicendum, q̃ non habetur huius rei certitudo, quia pondera auri & argenti multum uariantur secundum tempora diuersa & varias regiones. Visis aũt prędictis figuris & inspectis mensæ & candelabri, prout possunt in plano figurari, põt textus sententia præcisse de facili applicari.*

MORALITER.

† 1 *Facies,&c.* per quas ĩtelligunt septẽ dona spũssancti ĩ Christo, sicut pdixit. Esa. 12. a. *Et requiescet sup eũ spũs dñi, spũs sapiẽtię & intellectus, spũs consilij & fortitudinis, spũs sciẽ & pietatis replebit eum spũs timoris domini.* Hæc.n. autoritas ad literam de Christo loquitur secundum doctores Hebræos & Latinos.

MO-

ADDITIO.

*In ca.25.ubi dicitur in postilla:* Erant autem duo, *ad designandum angelorum multitudinem.*

*Licet in hoc quod dicitur de cherubin mutuo se respicientib. intelligatur angelorũ cõcordia, in hoc in quod dicitur:* Versis uultib. *designatur quod angeli semper habent intuitum ad Deum qui repræsentabatur præsidens in propitiatorio, quod erat quasi sedes Dei, ut in postilla. & sic Deus repræsentabatur esse in medio cherubin, ad quem angeli semper uultum uertunt. Vnde, Matth. 18.b.* Angeli eorum semper uidẽt faciem patris mei, &c.

## CAP. XXVI.

Tabernaculum fit diuersi coloris cortinis, quia vniuersalis ecclesia ex multis personis, multis ecclesiis & virtutib. variis. Ecclesia in qua Deus habitat.

a Quia omnis perfectio ecclesiæ in sola Dei & proximi dilectione, quæ in decalogo legis comprehensa est subsistit, nec est ecclesiæ membrum qui non diligit per quem ædificatur, & in qui bus id est Deum & electos eius. Fidelium mentes.

Tabernaculum verò ita fiet. Decem cortinas a de bysso retorta & hyacintho ac purpura coccoque bis tincto, † variatas opere plumario facies. Longitudo cortinæ vnius habebit vigintiocto cubitos, latitudo qua-

a Decore virtutum, vnde Apocal.19.c. Byssinum enim iustificationes sanctorum sunt & Prouer.13.c. Byssus & purpura indumentum eius, quia enim de terra oritur sed longo exercitio gramineum perdit, & candidum colorem recipit, significat corpora castitatis decore nitida, de quibus dicitur. Nescitis quoniam membra vestra templum est spiritus sancti i. Cor.6.b.

b Amore Dei & proximi.

a Ardente sanctorum dilectione. b Distinctione virtutum. c Longanimis ecclesiæ patientia.

a Amplitudo charitatis quæ etiam inimicum diligit.

*Li.2. de tabernaculo cap.1. Mystice.*

Tabernaculum uero ita fiet, &c. BEDA. Tabernaculum quod fecit Moyses in solitudine, & templum quod fecit Salomon in Ierusalem, statum vniuersalis ecclesiæ signant, quæ partim regnat cum domino in cœlis, partim peregrinatur a domino in terris. Tabernaculũ ædificiũ ecclesiæ quæ in laboribus exercetur, templum futuræ quietis significat, quod quotidie animabus illuc migrantibus perficitur, quia Moyses tabernaculum † populo Dei, dũ iret ad terrã promissionis, condidit. Salomon vero templũ in terra promissionis regno potius construxit, Moyses in solitudine, Salomon in Ierusalem, quæ interpretatur visio pacis, quia hic ecclesia in labore labentis vitæ, in siti & esurie regni ædificatur, illuc in visione & perceptione veræ pacis consummatur. Vnde in constructione templi dictum est, quod malleus & securis, & omne ferramentum non sunt audita, præparatis extra Ierusalem lapidib. & lignis & decenter aptatis, quę ibi facillimè suo loco reddita aut cæmento necterentur aut clauis, quia in pace beatitudinis non est fides tribulationib examinanda aut uita probanda, sed quæ hic castigata, & sedib. cœli aptata est, ibi glutino & vinculis mutuæ charitatis nunquam dissoluenda in conspectu conditoris & regis ad inuicem copulanda, nam cum in hac uita *multitudinis credentium fiat cor unum & anima una,* & sint illis omnia communia, quadrantur lapides viui in ędificium futuræ domus domini, vt absque labore tarditatis suis ordinibus inserantur, & copula diuinę & propriæ dilectionis iungantur.

*† non habet populo.* *3.Reg.6.a* *Act 2.f.* *Vbi supra.*

BEDA. Potest figura vtriusque sanctuarii ita distingui, ut opus tabernaculi tempus synagogæ, opus templi ecclesiã, quæ post incarnationem ad fidẽ venit, significet, quia Moyses tabernaculum cum sola Hebrǽorum plebe fecit. Salomõ vero templum cũ proselytorum multitudine fecit, adiuuante Hiram rege cum suis artificib. qui nec natura, nec professione Iudæus, priori enim populo Dei doctores tãtũ ex sua gente fuerunt, ecclesię vero primũ de Hebræis, postea crescenti & dilatatæ et de gentibus, sicut Lucas, Timotheus, Titus. Vtriusq; vero domus ædificatio totius præsentis ecclesię statum, quę ab initio mundi vsq; ad vltimum iudicium ædificari nõ desinit, & futuræ gloriam vitæ, qua nunc ex parte fruitur, & post finẽ seculi in omnib. membris suis fruitura est in æternum, mirabili figurarum varietate depingit.

*3.Reg.5.c 2.para.2.a*

b *De bysso retorta & hyacintho ac purpura coccoque bis tincto uaria.* BEDA. In his quatuor cortinarum colorib. quatuor iustificatioẽs exprimũtur. In bysso retorta, caro castitate renitẽs. In hyacintho mens superna cupiens. In purpura caro passionibus subiacens. In cocco bis tincto mẽs inter passiones, Dei & proximi dilectiõe præfulgẽs. Byssus retorquetur in cortinas tabernaculi, quia lũbi carnis & mentis restringẽdi sunt, vt caro a lasciuis motib. & cor refrænetur a cogitationib. Hyacintus aerei & cælestis coloris, mentes eorũ qui toto desiderio cœlestia colũt, significat. Purpura sanguinei coloris & de conchiliorum sanguine tincta deuota Deo corda figurat, & pro Deo mori parata.

*Vt supra cap.2.* *† cherubi.*

✱ RVP. Cortinę aulæa sunt, id est, vela, dictę autem cortinę, eo quod primitus de corio fiebant. HVGO VICTORIN *Opere plumario*, pluma est acus, per quam facto iam panno intexũtur fila aurea aut argentea vt fiat auriphrygium, aut cuiuscumque figuræ in ipso panno.

c *Longitudo cortinæ unius habebit uiginti octo cubitos, latitudo quatuor, &c.* BEDA. Si ab vno vsq; ad septẽ omnes in ordine numeros pleno ordine numeraueris, viginti octo cõficies. Vnũ. n. & duo & tria quatuor & quinq; & sex & septẽ, fiunt uiginti octo, qa ergo in partib. septenarii numeri uigesimus octauus inuenit, merito in eo cortinarũ lõgitudo cõtinetur, qui fides sanctorũ & patientia virtutũ varietate distincta, in omnib. quæ agit aut patitur, nõ humani gloriã fauoris, sed supernæ quietis beatitudinẽ expectat. Hinc est quod 28. psalmus de consummatione tabernaculi inscribitur, qui de perfectione ecclesiæ cantatur. Vnde psal.28.a. *Adorate dominum in atrio sancto eius, & in tẽplo eius omnes dicent gloriam:* quia in hoc pfectio est peregrinãtis ecclesię, ut per fidem & opera bona ad requiem tendat.

*Vbi supra. Cortinę longitudo*

☞ a *Vnius*

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVI.

*Diuisio*

Tabernaculũ vero ita fiet; Decem cortinas. &c. *Describtis his quæ erant intra tabernaculum, hic describitur ipsum tabernaculum. & primo quantum ad eius opertmentum uel tectum, secundo quantum ad parietes, ibi:* Facies & tabulas. *Tertio quantum ad uela ibi:* Facies & velum. *Opertmentum autem tabernaculi quadruplex erat. Primum erat de cortinis factis ex quatuor coloribus, & quantum ad hoc dicit.* Cortinas de bysso, &c. *Sequitur.*

2 Varias *floribus & picturis ibi factis.*

3 Opere plumario facies. *quia illę picturę erant factę cum acu in cortinis, secundum Augustinum. in Hebrę. habetur.* Opere artis. *& dicunt Hebræi, quod illa varietas erat facta per texturam sicut & cortinę.*

✱ 1 Vnius

## MORALITER.

† 1 *Tabernaculum vero ita fiet.* Per tabernaculũ significatur ecclesia, quæ est tabernaculum Dei Huius autẽ tabernaculi primo describuntur operimenta quę fuerunt quatuor, s. cortinę, saga, pelles rubricatæ, & desuper pelles hyacinthinæ. Per hæc operimẽta q protegebant interiora tabernaculi ab intẽperie aeris, significantur defensores ecclesiæ qui sunt in quadruplici genere. Nam ecclesia contra hæreticos defenditur per doctores, qui per cortinas significatur quę factę fuerunt de quatuor coloribus, scilicet.

† *De bysso retorta & hiacintho ac purpura coccoque bis tincto variatas opere plumario facies. Longitudo, &c.* Per byssum q est genus lini candidissimi, castitas figuratur. Per hoc autẽ quod dicitur retorta, repressio carnis intelligitur. Propter quod Paulus doctor gentium dicebat primæ Corint.ix d. *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.*

† *Et hyacintho.* qui est coloris cęlestis, propter quod significat meditationem cęlestium Philippen.3.d. *Nostra autem conuersatio in cælis est.*

† *Ac purpura.* per quam significatur desiderium martyrii vel saltem meditatio Christo passi. I. Corinth.2.a. *Non iudicaui me aliquid scire inter uos, nisi tantum Iesum, & hunc crucifixum.*

† *Coccoque bis tincto, &c.* per quẽ significatur gemina charitas s. Dei & proximi Gregorius hom.xxxix. Qui charitatem erga alterum non habet, prædicationis officium nullatenus suscipere debet. Hæc autẽ quatuor esse debent in doctorib. ecclesiæ qui sunt eius contra hæreticos defensores.

Contra tyrannos vero, defensores ecclesiæ sunt martyres, quorũ aliqui p defensione fidei mortẽ sustinent corporalẽ; & isti figurãtur p pelles rubricatas. Aliqui vero sustinẽt tertiã mortẽ, quę est mors ciuilis, & isti figurantur per saga cilicina, quę sũt aspera, & per hoc significatur duritia seruitutis. Aliq vero exilium, & isti figurantur per pelles hyacinthinas, quę sunt coloris cęlestis, rã qui de terrena patria sunt expulsi, debent cęlestem patriam meditari.

tuor cubitorum erit. Vnius mensuræ fient † vniuersa tentoria. Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt. † Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari. Quinquagenas † ansulas cortina † habebit in vtraque parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit aptari. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus † cortinarum vela iungenda sunt.

a Quia quatuor sunt euangeliorum libri in quibus exemplis verbis Christi charitas tenenda docetur, & quatuor virtutes quarum operatione exercetur. b Vnus dominus, vna fides, licet diuersæ sint virtutes sanctorum.

a Sancti veteris testamenti. b In erectione tabernaculi, vt vnum operimentum fiat. c Sancti noui testamenti.

a Eadem pietate & castitate. b Virtutes sanctorum quibus inuicem nectuntur. c Hyacinthus aerii coloris cælestia significat. d Vita communi & operatione sanctorum.

a Quia terminum vitæ temporalis habemus omnes eiusdem spei certitudinem communem tenemus.

a Propter gratiam spiritussancti, vel gaudium futuræ quietis ad quam tendunt. b Vnus charitatis. c Ad eos qui nos præcesserunt vel secuturi sunt.

a Cum iusti coniungit vita eum multitudine vel charitate iunguntur. b Quia virtutes sanctorum sibi coniungunt, vt casti cum castis & misericordes cum misericordibus.

a Perpetuam claritatem & clarem perpetuitatem summæ quietis insinuat in circulis aureis, quia circuli nec initium nec finem habent.

a *Vnius mensuræ, &c.* BEDA. Etsi variante pictura cortinæ differebant, vna tamen erant omnes longitudinis & latitudinis mensura temperata, quia etsi donationes habent electi differentes, vnus tamen dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium.

b *Quinque cortinæ sibi, &c.* AVGVST. Cohærere inuicem aulæa, & coniungi inter se, quinque hinc & quinque inde mandat, vt spatium quod eis cingeretur, esset tabernaculi spatium.

BEDA. Narrat Iosephus, quod tabulæ testamenti ita fuerint decalogo legis conscriptæ, vt vtraque tabula contineret quina verba. Vnde & cortinæ decem quæ pulchritudinem tabernaculi iunctæ complebant, ita tempore congruo disiungebantur, vt quinque in vtraque parte simul permanerent, vt hæc intuentes ministri sanctorum cum populo admonerentur semper obseruandæ legis, quæ decem verbis in duabus tabulis erant compressa, sed quinario numero per vtramque distincta.

BEDA. Vel priores quinque quæ frontem & primam tabernaculi partem protegebant, antiquum Dei populum signauerunt, qui decreta legis in sacramento circumcisionis, hostiarum, & cæremoniarum secundum literam legis implebant. Sequentes vero quinque quæ posteriora tegebant, nos designauerunt, qui post aduentum domini sacramenta legis spiritualiter ipso reuelante seruamus. Omnes cortinæ vnius operis, & eisdem depictæ coloribus, sed quinque sibi coniunctæ, quia omnes vtriusque testamenti cultores in vnum Deum credebant, & vnius pietatis & castitatis operibus seruiebant, sed in celebratione sacramentorum, suas vterque populus partes agebat. Nam passionis sacramentum, per quam vtrique redempti sumus, illi in carne & sanguine victimarum, nos in oblatione panis & uini celebramus. Illi venturam natiuitatem, passionem, resurrectionem credebant & confitebantur. Nos iam facta, nec vlterius facienda. Sed cum tabernaculum erigebatur, omnes admiuicem cortinæ nectebantur, quia cum vniuersa ecclesiæ pulchritudo ab initio vsque ad finem sæculi perpenditur, quasi vna decem cortinarum conexione tabernaculum decoratur.

c *Ansulas hyacinthinas in la. &c.* BEDA. Ansulis hyacinthinis cortinæ inuicem copulantur, cum spes superne beatitudinis † vnita omnium sanctorum corda in deuotione coniungit. Quæ ansulæ aptæ dicuntur, quia non solum lateribus sed etiam in summitatibus id est, in extremis angulorum terminis fiebant, quia non tantum uita & opera sanctorum communi ad perfectionem itinere rectæ intentionis properant, sed initium bonæ conuersationis quod per confessionem fidei & sacramentorum cælestium perceptionem geritur, non ab inuicem diuersum, sed pari necessitatis gratia omnes habent connexum, terminum quoque huius uitæ eiusdem spei, cum ita oculos in morte claudunt, vt percepto prius uiatico mysterii cælestis citius ad ueram uitam uenturos, & in ea se perpetuo mansuros confidunt.

BEDA. Præceptum est quoque fieri fimbrias per angulos palliorum & victas hyacinthinas, quia electi qui Deum videre desiderant, ita se operibus iustitiæ induunt, ut non ab hominibus, sed a Deo mercedem requirant. Vnde ibi additur, *quas cum viderint, recordentur mandatorum Dei, ne sequantur cogitationes suas, &c.* Cortinæ quoque hyacinthinis coniunctæ ansulis, vt qui viderint recordentur mandatorum cælestium, & nos ita legentes nouerimus, quia hic unietes filii promissionis æternæ temporibus & locis distamus, sed in cælesti patria a quatuor ventis collecti, indiuisibili societate coniungemur.

d *Quinquagenas, &c.* BEDA. In quinquagesimo anno. s. iubileo, id est, dimittente vel initiato, secundum legem omnis populus ab omni labore terræ quiescebat, & omnium soluebantur debita. In nouo quoque testamento spiritussancti gratia die pentecostes in quinquagesimo dominicæ resurrectionis scilicet die, in apostolos uenit, & initia ecclesiæ suo aduentu consecrauit. In hoc ergo numero, uel gratia spiritussancti, uel futuræ gaudium beatitudinis a quaquam per eundem spiritum peruenitur, & in cuius perceptione ueraciter quiescitur & gaudetur.

BEDA. Quinquaginta ansulas habent cortinæ, quia dono spiritussancti agitur, vt in societate pacis † quæ est uinculum perfectionis sibi inuicem copulentur electi, futuræ quoque spes & memoria societatis & pacis, quæ in hac vita habetur, temporibus uel locis discretos, una facit pietate concordes.

BEDA. Cortinæ in utraque parte habent ansas, & proximas sibi vtrinque cortinas singulæ, quasi extensis hincinde brachiis amplectantur, quia necesse est, vt fideles qui nos in Christo præcesserunt, & qui secuti sunt obuiis pietatis ulnis † amplectamur, & qui nos erudiebant in Christo, & quos erudiuimus, uno omnes in Christo ueneremur affectu. Sicut ad faciem creatoris debemus bene uiuendo properare, ut non ceteros nobiscum non deseramus proximum, sed una pergamus. Et quemadmodum, quia & cortinæ singulæ ita per adminicula tabularum ad superiora † ascendebant, ita intus & in superioribus uario picturæ flore fulgebant, ut non eas quæ secum in altum ferebantur, uel in alto positæ fulgebant, cortinas desererent. Sic ergo proficientes nobiscum in † Dei seruitio fideles non deseramus, sed digna ueneratione tractemus. Ansa ergo contra ansam uenit, ut alteri aptetur altera, cum iusti concordi uirtutum qualitate fœderantur.

e *Facies & quinquaginta circu.* BEDA. Hoc plenius explicatur, cum dicitur. *Quinquaginta fudit circulos aureos, &c.* Quinquagenarius requiem in spiritussancto designat. Circulus nec initium habet nec finem. Aurum cæteris metallis claritate præstat. In quinquaginta ergo circulis aureis perpetua claritas & clara perpetuitas summæ quietis exprimitur. Mordent cortinarum ansas circuli, ut unum ex omnibus tabernaculum fiat, cum gloria superni regni fidelium mentibus se infundit, vt tali glutino inspirationis una ex utroque populo, imo ex omnibus electis Christi ecclesia perficiatur.

Marginalia: In quæst. — † dictio Hebræa significat nodos qui lus duo panni simul iungantur. — † ansas. — † vna. — Mystice. — Anagogi. — † vnica. — † vniuersæ cortinæ. — † cortinas iunges. — † quod. — † amplectantur. — † tendebant. — † Dei. — Circuli aurei.

☞ a Facies

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vnius mensuræ fiet uniuersa tentoria. *id est, cortinæ prædictæ, quia ex illis operiebatur tabernaculum per modum tentorii.*

2 Quinque cortinæ sibi iungentur mutuo *per suturam, ita quod illæ quinque cortinæ faciebant unam cortinam magnam longitudinis 27. cubitorum, & latitudinis 20. cubitorum, & aliæ quinque cortinæ similiter.*

3 Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, &c. *Id est, in uno latere unius illarum cortinarum magnarum, & similiter in uno latere alterius, ita quod illæ duæ magnæ cortinæ possent simul iungi per torques affixas in ansulis prædictis, & sic ex illis duabus cortinis magnis fieret una maior in duplo habens quadraginta cubitos in longitudine, facta de latitudine decem cortinarum partialium, quælibet particularis cortina erat quatuor cubitorum de latitudine. Decies quatuor sunt quadraginta, & sic longitudo facta est generalis de latitudine partialium. Vel non uariando sententiam potest dici, & forte melius, quod latitudo erat quadraginta cubitorum, & longitudo uiginti octo. Et isto modo de latitudine non fiet longitudo, nec econuerso, & uiginti octo in latitudine secundum longitudinem cortinarum partialium.*

4 Facies & quinquaginta circulos aureos. *Illi circuli sunt torques prædicti.*

5 Quibus cortinarum uela iungenda sunt. *Vela cortinarum dicuntur hic illæ duæ magnæ cortinæ prædictæ, quæ iungebantur simul per torques prædictas.*

✠ Vtrunum

a *Facies & saga, &c.* BEDA. Hoc in sequentib. ita reperitur: *Facies & saga undecim de pilis caprarum, &c.* Saga quibus operitur tabernaculū, rectores sunt, quorum industria & labore decus ecclesiæ protegit semp & munitur, ne uitijs & fides sanctorū ab hæreticis corrumpatur, vel falsorū catholicorū improbitate fœdetur, vel vitiorum sorde contaminetur, nec inopia temporalium cōtristet. Qui quāto attentius tentationum violētias sustinēt & repellūt, tāto subditis domino seruiēdi libertatē tribuūt, & quasi intus fulgendi cortinis copiā præstāt, dū quasi saga foris tēpestates tolerant.

Ubi supra cap. 3.

a Vt salutari inspiratione ex omnib. sanctis vna fiat ecclesia. b Rectores quibus ab imbre, & calore defenduntur cortinę.

a genda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. Facies & † saga cilicina vndecim, ad operiendum rectum tabernaculi. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Æquā erit mensura sagorum omniū. E quibus quinque iunges

a Quia se humiliter se peccatores confitentur. b Tanquam nec præcepta decalogi custodiant nec apostolicam gratiam percipiant. c Industria & labore. d Decus ecclesiæ.

Sed tamen. a Quia decalogum legis in fide sanctę trinitatis perficiunt. b Amplitudo syncerę charitatis quę commendatur in quatuor euangeliis.

a Quia fides vna qua saluatur ecclesia, & vna vita æterna ad quam festinat. b Magistros, s. antiqui populi, qui fuerunt in quinque ętatibus mundi.

Saga cilicina, grossas hominū mentes significat, quę occulto Dei iudicio quāuis dure præferuntur, quia seruire curis temporalib. non timent, vt tentationum vētos & pluuias portēt. BEDA. *Facies & saga, &c.* Cilicium pęnitentiū est. Vnde Dauid: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio*, id ē, habitu pęnitentię & humilitatis, quo furorem persequētium aut leuius ferrem placidus aut mitigarē. Nā si capræ pili vel pelles caprarum semper significarent furorē pęnitentiū, nō ipsum animal inter munda cōputaretur, nec in laudo sponsi diceretur: Canti. 4. a. *Capilli tui sicut grex caprarum, &c.* Saga ergo quæ sanctos prędicatores significāt, cilicina sunt & vndecim sunt, quia quo studiosius corda purificant, plura inueniunt quib. seipsos rephendant. Vnde humiliter fatentur. *quia in multis offendimus omnes. Et si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.* j. Io. i. d. quorum tamen corda quantę sint perfectionis, declaratur cum dicitur: *Longitudo sagi unius, &c.*

Saga cilicina.

Ps. 34. b.

Iab 3. 2.

✱ BEDA. Saga cili. Vel de pilis caprarū, & vndecim sunt. Prędicatores. n. quo altiores merito, eo humiliores animo, iuxta illud Eccle. 3. c. *Quando maior es, humilia te in omnib.* Vndenarius qui denarium transit, nec ad duodenariū peruenit, id est, apostolicū numerum, transgressionē significat decalogi. In vndecimo quoq. psalmo propheta cōqueritur, dicens: *Saluum me fac domine, quoniā defecit sanctus, quoniā di. &c.* Hoc numero tacite designās ꝙ huiusmodi hīes duplicis linguę & cordis, nec decalogi præcepta custodiant, nec apostolicā gratiā percipiant.

✱ AVG. Vndecim sunt vela capellacea, .i. cilicina. In peccatis enim trangressio est, quæ in vndenario significatur, qui denarium, id est legē transgreditur, ideo vndecim per septē multiplicata, faciunt septuagintaseptē in quo dominus significauit omnē remissionē peccatorū dicēs: *Non dico tibi septies, sed usque septuagies septies*, quot generationes reperiūtur, cū Lucas a baptismo dñi numerans sursum uersus principiū ascendit, & per Adam vsq; ad Deū peruenit. Ad hoc enim significatio peccatorū fit in his velis, vt per confessionē exprimantur, & per gratiam quę data est ecclesiæ, aboleantur & tegantur. Vnde Psal. 31. a. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates; & quorum tecta sunt peccata.*

Quæst. 108 vndenarius numerus.

Matt. 18. c.

Psal. 2. c. 2.

✱ PROSP. In opertoria sane tabernaculi, pelles hyacinthinas aliasq. rubratas, & vndecim vela ex pilis caprarum conficienda, diuina auctoritas mandat. Quæ omnia signa fuisse ipsius legis resonāt testimonia. In hyacinthino colore pallor quidā est cū splendore cōcordans, ieiuniis elcemosynisq. cōueniēs. Vnde & sanctus Raphael Archangelus ad Tobiā, *Bona est* (inquit) *oratio cum ieiunio & eleemosyna.* In ieiuniis pallor, in eleemosyna splēdor refulget, quia hyacinthi figurā ostēdit. Byssum uero mundū, ut Apocalipsis dicit, *iustitiæ sanctorum sunt.* Quod dictū est tortū, per multas tribulatiōes oportet iustos introire in regnum Dei. Purpura uestis est regia, qua Christus in sua passioe indutus est. In cocco bis tincto, martyria sacra rutilant. Quæ semel baptismo Christi in sāguine tingūtur, atq. suo effusiōis cruore denuo retincti.

1 † cortinas e pilis caprarum.

b *Ad operienдū*, scilicet ne interiora tenera, clara qualibet aduersitate turbet, alioqui nec byssus fulget, nec coccus coruscat, nec hyacīthus ceruleo colore decoratur. nō debent ergo qui in ecclesiæ sinu proficiunt præpositos, despicere, si uacare eos rebus exterioribus vident.

c *Longitudo sagi vnius.* BEDA. Longitudo habet denarium numerū, & hunc triplicatum, quo indicatur virtus eorum, qui decalogū legis in fide sanctæ trinitatis quæ per dilectionem operatur, perficiunt, qua perfectione in hac vita nulla potest esse sublimior. Latitudo quatuor cubitorum † amplitudo syncerae charitatis † quasi in signo commendatur, exprimit. Operiunt ergo tectum tabernaculi saga vndecim, & de pilis caprarū. Sic in longitudine triginta cubitos, in latitudine habent quatuor, quia summi illi prædicatores qui uitam fideliū exhortando, & intercedendo, quotidiana sollicitudine, vigiliis, ieiuniis & sua nuditate protegunt, qui se contemplata supernæ puritatis excellentia peccatores confitentur, sed secundum humanæ perfectionis modum inter homines sublimantur.

† quam † quæ in euangelio

d *Aequa erit mensura.* BEDA. Quia una est fides in qua tota salnatur ecclesia, & vna uita æterna ad quam festinat. Vnde qui in vineam domini diuerso tempore ad operandum intrauerunt, omnes vno denario remunerantur. Diuisio ergo sagorum in quinque & sex intelligi potest, vt supra de cortinis in quinque & quinq. diuisis exposuimus, quia doctores vtriusq. testamenti significant sic. Quinq. scilicet saga antiqui populi Dei magistros qui Mosaicæ tantum legis sacramēta prædicabant, uel quia in quinque ętatib. mundi uitam ducebant: Sex autem magistros noui testamenti, quia oīa quæ diuina scriptura in sex ætatib. seculi facta vel dicta refert, in adiutorium & exemplum prędicationis suę assumūt, & passionē Christi per quā mundus sexta sabbathi redemptus est, palam auditorib. credendam & confitendam pronunciant, & per eam tantum salutē esse testantur. Vnde præcipitur in fronte tecti sextum sagum duplicari, propter cōfessionē, scilicet & imitationem dominicæ passionis. Non enim sufficit credentes in cōfessione mortis domini & resurrectionis baptizari & cōsecrari, nisi baptizatus quisq. pro posse studuerit similitudini mortis domini viuendo & patiēdo similari, ut fiat particeps resurrectionis. Siquidē ad literam frontē tecti ingressum tabernaculi dicit, vbi non tabulę, sed columnę & uectis ab angulo tabularum usq. ad angulum protentus ponebatur, quantum vero ad formam operis pertinet, ibi magis opus erat gemino to sagorum munimento, ubi solida parietis firmitas aberat.

Mystice. Matt. 20. a.

BEDA.

NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Vt unū tabernaculū fiat, *id est unum operimentum totius tabernaculi. Quod sic patet, quia paries tabernaculi ab oriente in occidentem erat triginta cubitorum, & paries ab aquilone in meridiem qui faciebat latitudinem tabernaculi, erat decem cubitorum, & erat a parte occidentis, a parte autem orientali non erat paries, sed erat ibi uelum loco parietis. Parietes autem tabernaculi habebant decem cubitos in altitudine. Et sic patet, quod linea protra a a pede parietis tabernaculi, & transiens per summitatem eiusdem parietis ad summitatem alterius parietis oppositi, & inde descendens usque ad terram, erat triginta cubitorum, quia qualibet paries habebat decem cubitos altitudinis, & spatium inter parietes erat decem cubitorum latitudinis, & sic habentur triginta cubiti. Omnes autem cortinæ faciebant simul iunctæ unum tentorium, uel cortinam quadraginta cubitorum longitudinis, ut prædictum est. & per consequens secundum longitudinem suam operiebat tectum tabernaculi secundum longitudinem suam, quod erat triginta cubitorum, & decem cubiti pendebant retro parietem occidentalem, & secundum latitudinem suam pendebat retro parietes templi laterales nouem cubitis ex utraque parte, ita quod non pertingebat usque ad terram spatio unius cubiti hinc & inde. Secundum operimentum tabernaculi erat de cortinis factis de pilis caprarum, qui filabantur & texebantur. Et istud opertorium erat super cortinas prędictas factas de diuersis coloribus. De isto secundo operimento dicitur.*

2 Facies & saga cilicina vndecim. *Saga cilicina uocantur hic cortinæ factæ de pilis caprarum.*

3 Longitudo sagi, &c. *& sic erant longiores duobus cubitis, quam cortinæ factæ uarijs coloribus, ex quibus factum est primum operimentum.*

4 Et latitudo quatuor. *& sic quodlibet sagum erit eiusdem latitudinis cum qualibet particulari cortina.*

5 E quibus quinque iunges seorsum, *scilicet simul consuendo quasi ad faciendum unum sagum uiginticubitorum latitudinis, longitudinis triginta.*

✱ 1 Et sex

a Doctores noui testamenti, qui omnia quæ in sex ætatib. mundi dicta vel facta sunt in adiutorium prædicationis assumunt vel in sexta ætate positi omnia spiritualiter interpretantur. b In ingressu ecclesiæ.

**seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita vt sextũ sagũ ĩ fronte**

a Decem sagis operiebatur tabernaculum, vndecimum duplicatum ponebatur in fonte, ne vi ventorum lucernę extinguerentur. Per confessionem.s.& imitationem dominicæ passionis. Contra violentiam ventorum. b Humilitatem compunctionis significat quæ spiritussancto largiente conceditur.

**tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius**

a Nulla virtus magis quam fidelis humilitas in vnam charitatem ligat.

**vt cõiungi cũ altero queat, & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cum altero copuletur. Facies & quinquaginta † fi-**

a Quibus s.sunt confessionis & prædicationis significatur. b Magnam vocem apud Deum habet humilis conscientia iustorum

**bulas æneas, quibus iungantur ansæ, vt vnũ ex omnibus operimẽtũ fiat. Quod aũt superfuerit in sagis quę parantur tecto**

† Circulos vel vncinos.

BEDA. Intuere etiã mensurã cortinarũ quibus tegitur domus, qualiter præfatis possint conuenire mẽsuris. Decẽ erant cortinæ habentes singulæ longitudinis vigintiocto cubitos, latitudinis quatuor, q̃ simul iunctæ, & in vnũ cõpositæ tabernaculum implebunt latitudine sua cubitos quadraginta. Suspende ergo cortinas quæ habent singulæ longitudinis vigintiocto cubitos, & pone in domum cuius mẽsura est in transuerso triginta cubitorum; & videbis quia cortinæ habebũt in æqualitate quæ est inter parietes cubitos denos. in ascensu autem vel descensu qui est iuxta parietes, habebunt cubitos nouenos. Sic quæ fit vt summitas cortinarum terrã tangere nõ possit, sed mẽsura vnius cubiti a terra altior absit. Itẽ videbis ꝙ cortinæ habent in æqualitate ꝑ longitudinem domus cubitos triginta. In ascensu autẽ vel descẽsu, quod est in orientali vel occidẽtali latere domus cubitos quinos, ideoq. eadẽ lateralis summitas cortinarum nõ usque ad terram pertigit, sed quinis cubitis abest a terra altior. Vnde necesse fit, vt quini cubiti cortinarũ qui cessantib. parietib. super sunt, inducantur adinuicem in occidentali latere & oriẽtali: sibiq, mutuo iungant, & sic fiat vt undique domum cortinæ excepto vno cubito iuxta terram contegant. Hæc de cortinis.

BEDA. Saga tricenos habent cubitos longitudinis, quaternos latitudinis. Et quia vndecim erant, coniuncta in inuicẽ ꝑ latera quadragintaquatuor cubitos implebãt. Pone ergo hęc in domo. Et quia cõcordat lõgitudo sagorũ cũ funiculo quo domũ metiebaris in trãsuersum, fit ut summitas eorũ ad terrã usq. pertingat. Habebãt enim denos cubitos æqualitatis inter parietes denosq. ascẽsionis vel descẽsiõis in utroq. latere & hoc est ꝙ ait, quia cibus ex vna parte pẽderet, alter ex altera, qui plus esset in sagorum longitudine, utrumq. latus tabernaculi protegens. Tabernaculũ.n. proprie vocat ipsam cortinarũ facturã vel cõiunctionẽ, quas vno cubito transibãt saga ab australi parte vel latere dom⁹, altero a septẽtrionali. Ideoq; ad terrã perueniebant, qa hęc triginta cubitos lõgitudinis, illæ duos minus habebãt. Itẽ mensura sagorũ per lõgitudinẽ domus quadragintaquatuor cubitis tẽdebatur, trigĩta.s. cubitos in æqualitate habens a frõte domus vsq. ad summitatẽ tabularũ ĩ plaga occidẽtali, & septẽ cubitos depẽdẽtes, in plaga oriẽtali, & septẽ similiter depẽdentes in plaga occidẽtali. Sicque fuit ut mensura sagorũ in occidentali latere duob. cubitis excederet mensurã cortinarũ, qa cortinæ desuper venientes, quinq. cubitos eiusdẽ occidentalis partis tegebãt, & qnq; relinquebant intactos, & hoc est, ꝙ nunc dicit. Quod autem superfuerit in sagis quæ parãtur tecto, id est sagũ unũ, ꝙ ampli⁹ est ex medietate eius, cooperiẽs posteriora tabernaculi. Medietas.n. sagi in latitudine duo sunt cubiti, qua medietate operiebantur posteriora tabernaculi.i. cortinarũ, q̃ propriè tabernaculũ dicuntur, quia duob. cubitis eas ad inferiora tendens sagum vltimũ transibat. Itẽque saga desuper uenietia, septem tm̃ cubitos occidentalis partis operiebant, nec tamẽ tres reliqui qui remanserant, usq; ad terram nudis tẽpestatũ iniuriis patebant, sed adductis ad inuicẽ ab utroq; latere sagis septenorũ cubitorum, qui deficientibus parietis super erant his posteriora domus firmissime vsq. ad terrã tegebantur, neque hæc tatum ad inuicẽ pertingere. Et instar cortinarũ sese in medio parietis cõtingere poterãt. Sed quia septenorũ erãt cubitorum mediũ parietis in vtraque parte duob. cubitis excedebant, ac sibi inuicem superposita iungebantur, ꝙ eodẽ modo per omnia de oriẽtali parte domus intelligendum putamus. Ideoque supra pręcipitur, ut sextum sagum in fronte tecti duplicetur.

Allegoricè saga cortina desuper & infra & ex omni latere protegebãt, & vt illæ intus libera facie venustatis fulgerent, hæc ab omni iniuria tempestatũ, pluuiarum, & caumatũ foris defendebant, quia præpositi ita vitã subditorũ solerti cura circumspiciunt, vt nec subsidia carnis, nec uitæ spiritualis auxilia desint, & dogmata hęreticorũ & prauorũ exempla catholicorũ absint, adsit doctrina salutaris, qua confortati male docentes repellãt, & mala illata patienter sustineãt, adsit uita ipsorũ qua semꝑ quasi ĩ uia electiõe utãtur. Sed qa inter prædicatores illi maxime honore digni sunt, qui excepto ꝙ officio prædicationis & populorum regimini deseruiũt, etiã pro Cr̃o sanguinem fundũt, recte subditur, Facies & operimentum aliud tecto, &c.

a *Sextum sagum in fr.* Mystice uero, in fronte tecti sextũ sagũ duplicatur, cum omnes qui sanctã intrant ecclesiã, ita fide & sacramento dominicę passionis initiãtur, ut huius quoq imitatione semper sibi uiuendũ esse intelligant. Quasi.n. in ingressu sextũ sagũ duplicatur, ut dominicę passionis sacramẽta cõsequamur, & exẽplis instruamur. De sacramentis ait Petrus. *Qui regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis.* Dicit & de imitatione passionis. *Christo igitur passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini.* (1.Pet. 1.a. 1.Pet. 4.a.)

b *Facies & quinquaginta ansas in ora sagi unius.* BEDA. vt hæc supra in cortinis exposuimus. etiam hic intelligi possunt, quia s. recordatio supernę quietis, quę quinquagenario solet exprimi, corda sanctorũ adunat uinculo pacis. Sed quia saga humilitatẽ sublimiũ designant, qui magis suorum meminisse delictorũ quam uirtutes prædicare cupiunt, & plus de eis quas nondũ habent virtutes compungi, quã de habitis studẽt gloriari, quinquagenario ansarum vel fibularum numero, cõpunctionis eorũ humilitas designatur. Quinquagesimus enĩ pœnitentiæ Psalmus est, quia donũ pęnitentię non nisi spiritusancto largiente conceditur, & donũ ueniæ pœnitentib. eius tantum gratia inspirante tribuitur. Et bñ quinquaginta ansę vel fibulę saga inuicem nectũt, qa nulla uirtus magis q̃ fidelis humilitas in vnã charitatis copulã ligat, qa quanto qs ĩfirmiorẽ se cõspicit, tãto auxiliũ proximi quo cõfortetur, inquirit.

c *Æneas, quibus iungantur ansę, ut unum ex omnib. operimen. &c.* BEDA. Bene aũt fibulæ sunt ęneæ, de uocali, s. metallo factæ, quia magnam uocem habet apud Deũ humilis conscientia iustorũ. Vnde pauper Dauidicus cũ anxiatus esset, & nõ in aurib. homiuũ sed in conspectu Dei orationem suã effunderet: *Domine* (inquit) *exaudi oratonẽ meam, & clamor meus ad te ueniat.* (Psal. 101.a.)

d *Quod autem su. &c.* BEDA. Hæc ut plenius intelligantur, de tota tabernaculi positiõe disputare necesse est. Dixim⁹ parietes tabernaculi q ex tabulis & colũnis cõstabãt, lõgitudinem habuisse

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et sex sibi mutuo copulabis. *quia sex alia saga simul consuebãtur ad faciendum quasi unum sagum uigintiquatuor cubitorum latitudinis, & triginta longitudinis.*

2 Ita ut sextum sagũ in fronte tecti duplices. *Quoniam medietas eius adest, duo cubiti latitudinis unius sagi in parte orientali tabernaculi ponebatur replicata, ut capita columnarum quæ erant in introitu tabernaculi, tegerentur, quæ tenebant unum cubitum, & ut operimentum factum de sagis fortius teneretur super tabernaculum. Alij autem duo cubiti erant in parte opposita tabernaculi, ut infra habetur, & ideo quod dicitur hic.* Vt sextum sagum in fronte tecti duplices. *Et quod postea subdit:* Ex medietate eius operies tabernaculi posteriora, *non est intelligendum de eodem sago in numero, quia idem sagum numero non poterat esse in fronte tabernaculi, & in posteriori parte eius, sed intelligendum est per æquiualentiam, quia ex omnibus sagis fiebat unum operimentum tabernaculi & duo cubiti. Primi sagi erant in fronte tabernaculi, & duo cubiti ultimi sagi erant in posteriori parte tabernaculi. Et isti quatuor cubiti diuersorum sagorum æquiparabantur uni sago integro.*

3 Facies & quinquaginta ansas, &c. *Quia ista duo magna saga iungebantur simul per ansas & torques ęneas, sicut de alijs cortinis prędictum est.*

4 Vt unum ex omnibus operimentum fiat. *Quia per talem coniunctionem fiebat unum operimentum totius tabernaculi.*

5 Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tec. &c. *id est ad tegendum tabernaculum.*

a Medietas sagi in latitudine duo sunt cubiti, ex qua medietate operiebantur posteriora tabernaculi, id est cortinarum quæ propriæ dicuntur tabernaculum.

id est † vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius ope- 1
a ries posteriora tabernaculi, & cubitus ex vna parte pende- 2
bit, & alter ex altera, qui plus est in sagorum longitudine, 3
Defensionem.
b vtrumque latus tabernaculi protegens. Facies & operimen- 4


Ecclesiæ. a Doctorum qui duces gregis. Vnde. Ps. 28. Afferte domino fi. Dei. afferte do. fi. ari. Aries rubricatus, Christus sanguine passionis cruentatus: significantur etiam martyres, quorum orationib. propitiatur Deus peccatis populi. b Martyrio. c Rubricatis superponuntur ianthinæ, in quib. figuratur vita æterna.

c tum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis, & super 5 6 7
De his, s. quorum conseruatio in cælis est, & mortificata carnis concupiscentia.
d hoc rursum aliud operimentum de † ianthinis pellibus. 8 9
e

buisse tringinta cubitorum, latitudinē decē, altitudinē similiter decē. Si quis ergo vellet domū in altitudine cingere funiculo (verbi gratia) a basi tabulę vnius meridiani lateris vsq. ad basim tabulę, quæ est e regione ī latere septentrionali, cōstat eundem funiculū triginta cubitorū longitudinis esse debere, vt haberet scilicet decem cubitos, ascensionis in meridiano latere parietis, decem alios æqualitatis inter parietes. Decem tertios descentionis in septentrionali pariete. Itē si super longitudinē domus extēdatur funiculus, id est a basibus columnarū sursum, & per longitudinem totius domus ad occidētalem partē, & deinde ad bases eius deorsū, habebit funiculus cubitos lōgitudinis quinquaginta, decem. s. ascensionis iuxta columnas, triginta equalitatis secundum longitudinem domus, decem rursus descensionis iuxta orientalis parietis tabulas.

*Dimidiū cortinæ.*

*Historice* a *Et cubitus.* Quia cortinas vno cubito transibant saga ab australi latere domus, altero a septentrionali, ideoque ad terram perueniebant, quia hæc triginta cubitos longitudinis, illæ duos minus habebant.



b *Facies & operimentum.* Stra. Primum erat operimentum cortinarum ex bysso, purpura, & cocco. Secundum sagorum vndecim. Tertium ex rubricatis, id est, particis pellibus arietum, postremum erat hyacinthinarum pellium. Cortinæ autem ita operiebar, ut ad latera descenderent, ad terram tamen non pertingerent, Saga autem tectum & latera operiebant, & ad terram pertingebant. Pelles vero rubricatæ vel ianthinæ tectum tantum operiebant, nec ad latera declinabant.

c *De pellibus, &c.* BEDA. Arietes sunt doctores gregis domini ci duces. Vnde: *Afferte domino fi. Dei, afferte, &c.* Quasi o angeli huic officio mācipati, afferte domino in celos imitatores apostolorum. Hinc quoq; sexta mansio populi de Aegypto egressi helim, id est, arietes nominatur, in qua erant duodecim fontes & septuaginta palmæ, vt scilicet nomine & specie figurā apostolorum teneret.

*Vbi supra cap 4. Mistice. Ps. 28. a*

*Allegorice.* d *Rubricatis.* BEDA. Rubricantur pelles arietum ad operiendum tectū tabernaculi, cum apostoli & apostolici viri vsque ad martyrium docere non desiunt, ut tutius subiectos a tētationū periculis protegant, dū persecutionem vsque ad mortem patiuntur propter iustitiam, & operiunt tabernaculum pelles arietum rubricatæ, & a tempestatibus defendunt, cum prædicatores exemplo passionis & patiētiæ corda infirmorū, ne interpressuras deficiant, muniunt.

✱ AVGVST. Significantur his etiam martyres sancti quorū orationibus propitiatur Deus peccatis populi sui.

*Quæst. 103. super Exo.*

*Moraliter*

e *De ianthinis pellibus.* BEDA. Hyacinthus, cęlestis est coloris: pellis, mortui animalis pars & indiciū. per pelles ergo ianthinas exprimit virtus eorū qui mortificatis illecebris carnis, cælestem vitā gerunt in terra, & inter homines positi, angelicam puritatē imitantur, quia neq. nubent, neq. nubētur. *Hi sunt qui cum mulierib. non sunt coinquinati, virgines enim sunt, &c.* Merito ergo pelles ianthinę supremū tenent locum, & color cœlestis cœlo proximum, vt virginales chori speciali uicinia agnum secuturi, & hymnorum laudes ei designentur cantaturi. Bene autē de uelis cortinarum & sagorum dicitur, quod & etsi in alto posita, ad terram demissa penderent, quamuis cortinę vsque ad terram non peruenerint. Columnæ quoq. & tabulę in altū erectę, bases in imo positas habebant. De rubricatis vero & ianthinis pellibus, quod in alto tectum operiunt dicitur, sed non quod ad terram deflexæ, quia virtutum cæteræ species cum his qui in terra sunt, aliquid commune habent, certamen vero martyrii, & decus virginitatis a terrenis suspensum, ciuibus supernis est coniunctum. Martyr enim in tormentis positus, oīa munda, & ipsum mundum relinquere, & ad videndū mundi cōditorē, & quæ vltra mūdū sunt ad gaudia peruenire desiderat. Cælibes quoq; dum communē legē quæ dicitur, *Crescite & multiplicamini & replete terram*, intuitu maioris præmii trāscēdunt, alterē cæteris fidelib. & ipso mundo, sedem eligunt. Vnde: *Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno*, qui Latine recte virgines, quasi virtute insignes, vel cælibes quasi cælo beati nominantur, id est, cœli, vitam imitantes.

*† De iāthinis e taxo sum.*

*Matt. 22. c Apoc. 14. a*

*Gene. 1. c*

*Apoc. 14. a*

a *De lignis*

NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Id est vnum sagum quod amplius. *scilicet vltra numerum cortinarum factarum de varijs coloribus de quibus prædictum est, quod erant tantum decem. Et de sagis dictum est, quod erant vndecim, & du illo vndecimo ostendit quod debeat fieri dicens.*

2 Ex medietate eius operis posteriora tabernaculi. *Quia pendebat retro parietem occidentalem duobus cubitis vltra operimentum primum de cortinis variatis, & duo cubiti erant replicati in fronte tabernaculi, ut iam dictum est. Et isti quatuor cubiti faciunt sagum integrum per æquipollentiam, vt dictum est.*

3 Et cubitus ex una. *Ad intellectum huius literæ quæ intricata est, considerandum, quod sicut dictum est saga particularia erant longiora cortinis varijs duobus cubitis. In operimento autem totali facto ex omnibus cortinis uariatis, longitudo illius operimenti erat ex latitudinibus cortinarum simul iunctis, & eodem modo dicendum de totali operimento ex omnibus sagis, & ideo quando illa duo operimenta erant extensa super totum tabernaculum, longitudo cortinārum partialium transibat ex transuerso tabernaculi, & sic distabat a terra vno cubito in latere australi & alio cubito in latere aquilonari, & per consequens longitudo sagorum partialium, quæ erat maior duobus cubitis, attingebat usque ad terram pendens in utroque latere tabernaculi uno cubito vltra cortinas. & hoc est quod dicitur.* Et cubitus. *scilicet sagi.*

4 Ex una parte pendebit, *scilicet ultra cortinas.*

5 Et alter, *scilicet cubitus sagi.*

6 Ex altera, *scilicet parte tabernaculi pendebit.*

7 Qui plus est in sa. longitudine, *id est, qui excedit longitudinem cortinarum ex utraque parte. & sic sunt duo cubiti sagorum pendētes ad terrā ultra cortinas. Vnus ex una parte tabernaculi, & alter ex altera. Et hoc est quod dicitur.*

8 Vtrumque la. ta. protegens. *Et prædicta patent in figura. Modus autem operiendi tabernaculum non potest in plano figurari, sed de facili imaginari potest.*

9 Facies & operimentum aliud tecto de pellibus, &c. *Dicunt aliqui doctores, quod ista duo operimenta de pellibus erant tantummodo super tectum tabernaculi. Alij autem dicunt & probabilius vt videtur, quod descendebant ad terram, non solum in tribus partibus tabernaculi sicut cortinæ, & saga quæ non operiebat frontem tabernaculi, ut patet ex supradictis, sed ista de pellibus pendebant ante uelum, quod erat in introitu tabernaculi, ut dicit Iosephus. Ad hoc enim erant ut repellerent uim imbrium & uentorum, & ideo erant necessaria ut uidetur non solum super tectum tabernaculi, sed etiam in lateribus circunquaq;. Sciendum etiam, quod ista operimenta de sagis & pellibus erant fortiter affixa terræ cum funibus & paxillis, ne a uentis & imbribus mouerentur.*

✱ n Facies

Situm tabularum ostendit. a Perseuerantes. Sanctos exemplo & doctrina ecclesiam munientes.

a Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim, quę sin- b gulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine

a Perfectionem boni. b Initium diuinæ cognitionis c In prosperis,& in aduersis iura inuiolata charitatis,vt maiores & minores qui nos in Christo præcesserunt, vel secuti sunt, vlnis & eisdem charitatis brachiis tenentes,ad perfectionis fastigia tendamus.


c singulos † ac semissem. In laterib. tabulę duę incastraturæ † fiet, quibus tabula alteri tabulę connectatur. Atq; in hũc mo

a Quater quini viginti fiunt: lux autem quinque libris,gratia noui testamenti quatuor euangelijs continetur,& doctores miro veritatis consensu,completa in Euangelio legis arcana manifestant,& præfigurata in lege euangelij sacramenta. b Iudaico populo:quia notus in Iudęa Deus,&c. Psal.75.a.

d dũ cũctę tabulę † parabunt. Quarũ viginti erũt in latere meri-

a *De lignis setim.* BED. Hæ tabulæ apostolos & successores, per quorũ sermonẽ ecclesia dilatata est, significant. Latitudo .n. dilatatio fidei est & sacrorum eius, quæ prius in Iudæa tm̃ nota. Quamuis in latitudine tabularum dilatatio cordis possit intelligi, quia mundum despiciunt, ad cælestia petenda accensi, & amicos in Deo, & inimicos diligunt pp Deũ. Vnde. *Os nostrum patet ad vos o Corinthij,* cor nostrũ dilatatum est. De illa quoque dicit Paulus qua ad profectum tabernaculi, i. ecclesiæ vti solebat, *ita ut ab Ierusalem per circumitum vsque ad Illiricum imbleuerim euangelium Christi.* Factę aũt sunt tabulę de lignis setim, i. spinarum quę curas seculi, delitias voluptatis, uel ẽt punctiones peccatorum significant. Vnde. *Spinæ nascuntur in manu temulenti.* i. peccata in operib. stulti. Quia prędicatores a punctionib. vitiorum se expurgare, & hoĩbus mundi curis ac delectationibus exuere studuerunt, vt libera mente in amorem Dei & proximi dilatari & ad prædicandũ verbum longè lateque possent discurrere, recte dr̃, quia de lignis spinarum tabulę tabernaculi factæ sunt, i. quæ oẽs aculeos spinosos exurant, & solo candore niteant. Sancti.n. in peccato primę præuaricationis concepti & nati sunt ad quos ẽt generalis damnatio illa ptinet: terra tua spinas & tribulos germinabit tibi. Sed Christi gratia spinis peccatorum exuti, digno virtutum exercitio in structurã domus sunt aptati. Quia imputribilia, candore eximia, leuia, non multum ab alba spina nisi magnitudine distantia, quæ difficile inueniuntur, nisi in terris Arabię, vbi factum est tabernaculũ, nec translatum est nomen Hebræũ, quia vix apud alios inuenitur hoc lignum:

Mystice. A · 2. Cor.6.c · † cubitos. · Rom.15.d · B · Prou.26.b · C · Gene.3.c. · Mystice.




b *Singulę denos cubitos habebunt in long. in latitudi. cubitum ac semissem.* BEDA. Longitudo vero altitudo est, quę decem cubitos habebat, quia doctores per obseruantiam decalogi ad perfectionem tendunt pro denario diurno in uinea Christi laborantes, ideo, scilicet doctrinæ insistentes, ut imaginem sui conditoris & regis, quam Adam peccante perdiderunt, restarent, & nomen eius quod peccando amiserant, recte viuendo recipiant. Solet enim in denario regis nomen & imago contineri. Denarius quoque ex eo dicitur, quod decem nummis completur, & nostra beatitudo uera dilectione Dei & proximi perficitur. Deus enim ternario sæpe numero propter eam quæ ipse est, trinitatem figuratur. Homo septenario, quia corpus habet ex quatuor elementis. Animæ uero substantia, triplici solet in scriptura distantia comprehẽdi. Hinc est ꝙ Deũ diligere toto corde, tota aĩa tota uirtute præcipimur. Decẽ ergo tabulæ cubitos hñt altitudinis, quia rectores ecclesię hac intentione Deo seruiunt, vt ipsum in æternum videre mereantur, & ad hoc auditores verbo & opere prouocare, quasi suspendere contendunt. Quod tabulę singulos cubitos & semissem in latitudine hẽbant, plenus cubitus perfectionẽ operis dimidius inchoationẽ diuinę cognitionis oñdit. quia iusti perfecte elcemosynis orõnib. & ieiuniis & huiusmodi pñt operam dare. Deũ vero iterim fide cognoscimus, sed plenã eius cognitionem in futuro speramus. Vnde. *Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum & verum Deum, &c.* Et alibi. Ex *parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.* Non ait: ex parte laboramus, & ex parte prædicamus. Implebitur autem cubitus domino promittente. s. *Eripiam eum & glorificabo eum, & ostendam illi salutare meum.*

D · D · I · † fiant. · Ioan.17.a. · 1 Cor.13.c · E · Psal.90.b.

c *In lateribus.* BED. Incastraturæ in laterib. tabularum, humilitatẽ significant in mentib. iustorum, per q̃ maxime sibi fraterna charitate iungantur. Dum.n. corde contrito & humiliato receptaculũ in se proximorum dilectioni parant, & se diligẽdos pietate & deuotione exhibẽt, quasi oẽs tabulę tabernaculi in alterutrũ per incastraturæ nexum copulantur. Erecto quidem tabernaculo & regulariter ordinata ante compagem tabularum, figura incastraturæ nõ cernitur, sed quanta uirtute tabulas adunauerit, parietis stabilitas ostẽdit, quia humilitas sanctorum quæ sibi foris federantur, uideri non põt, sed ex statu ecclesiæ pacatissimo quid intus operetur, patet. Per q̃ dispensationem diuinę gratię agitur, ut nos eos qui in principio seculi fuerunt fideles, syncere diligamus, sicut illos quos in præsenti uidemus, sinu amoris suscipimus, & nos ab illis suscipi credimus.

E.

d *Quarum viginti erunt in latere meridiano.* BED. Quanta fuerit longitudo tabernaculi, non exprimitur spãliter, sed ex eo inuenitur ꝙ parietes uiginti tabulis compacti sunt, quę singuli singulos cubitos & semissem latitudinem habent. Viginti n. cubiti & uigies semis cubiti triginta faciunt, q̃ fuisse tabernaculi longitudinem Iosephus scribit. Bene aũt hoc numero tabernaculi longitudo comprehenditur, quia tres sunt uirtutes, quib. principaliter ecclesiæ perfectio cõsistit, fides, spes & charitas, quæ per decem multiplicant, ut tricenarius impleatur, dum uirtutib. mentis opera iunguntur, quæ decalogo cõtinentur, ne quis sibi uirtutes sine opere putet sufficere.

Vbi supra cap.6.

a Quibus

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Facies & tabulas. *Hic consequenter describitur tabernaculum quantum ad eius parietes, qui erant de tabulis sursum erectis, & in latere aquilonari erant uiginti tabulæ, quarum quælibet habebat decem cubitos longitudinis & cubitum & dimidium latitudinis, & ideo erecta sursum vna iuxta aliam faciebant parietem decem cubitorum altitudinis, & triginta cubitorum longitudinis. Spissitudo autem huius parietis erat eadem cum spissitudine tabularum, quæ non exprimitur in textu: & ideo varie hic dicunt doctores. Dicit Rabb. Salomo quod spissitudo tabularum erat unius cubiti. Sed hoc non videtur verum, quia essent nimis ponderosæ ad portandum de loco ad locum, & ad erigendum super bases & ad standum ibi, quia propter pondus possent de facili à basibus declinare. Item si hoc esset verum, latitudo tecti esset duodecim cubitorum, & cortinæ in lateribus tabernaculi distarent a terra duobus cubitis. Cuius contrarium ipse dicit scilicet, quod vno cubito tantum distabant, & ideo Iosephus dicit, & probabilius, quod spissitudo tabularum erat tantum quatuor digitorum, & sic paries Aquilonaris erat spissitudinis quatuor digitorum. Paries autem australis consimilis erat per omnem modum in longitudine, latitudine, & spissitudine, paries autem occidentalis habebat*

✱ decem

*MORALITER.*

† 1 *Facies & tabulas stantes tabernaculi, &c.* Hic secundo agitur de lateribus, tabernaculi, quæ fuerunt de tabulis stãtibus sub operimentis prædictis, & per eas significantur fideles simplices in fide stantes sub disciplina sanctorum doctorum & patientia martyrum.

† ✱ Binæ

a *Quib quadraginta bases argenteas,&c.* BEDA. Bases quib.tabulæ sustentabantur, verba sunt & libri legis & prophetarũ, quibus Apostoli & euangelistæ quæ scribere & pdicare volebãt vera esse & diuina probabant. Vnde *Tunc adimpletũ est, quod dictum est per prophetas.* Et alibi. *Hoc autem totũ factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarũ.* Et Petrus ait. *Habemus firmiorẽ propheticum sermonem.*

Matt. 21. a
Petri. 1. a.

BEDA. Gregorius. Per tabularum Bases argenteas ordo prophetarũ significatur qui dum primi de domini incarnatione locuti sunt, quasi bases a fundamento surrexerant,& superpositę fabricæ pondera sustinuerunt,& tabulas,id est apostolicã prædicationẽ in mũ

a diano, quod vergit ad austrum, quibus * quadraginta bases

a ¶ Pro nitore cælestis verbi. ¶ Eloquia domini eloquia casta, et.g. &c. Psal. 11. b.
b ¶ Propter consensum propheticæ attestationis,& euangelicæ prædicationis.

argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos an-

b gulos subiiciãtur. In latere quoque secundo tabernaculi ꝙ ver-

¶ Gentiles,qui tenebris & frigore infidelitatis vsque ad aduentum Christi torpebant.

c git in aquilonem, viginti tabulæ erunt, quadraginta habentes

d bases argenteas. Binæ bases singulis tabulis supponentur. Ad †

a ¶ Qua finis bonorum operum significatur. ¶ Quæ significat finem cuiusque vel generalis ecclesiæ.
b ¶ Propter perfectionem operis quia in senario Deus mundi ornatum consummauit.
¶ Sanctos qui fuerunt per sex sæculi ætates.

e occidentalẽ vero plagã tabernaculi facies sex tabulas, & rur-

a ¶ Propter sabbathismo,id est requiem animarum post mortem,& resurrectionis gloriam vtrique populo communem & interminabilem.

f sum alias duas quæ in angulis erigãtur post tergũ tabernaculi.

d *Binę bases.* Basis est fundamentum a Greco. βασίζω,i. fundo. Per bases prophetę significantur, quorum auctoritati apostoli,& omnes doctores innitunt. Binę aũt dicuntur, propter concordiam prophetarum, qui omnes vnum senserunt.

D
Ibidem. Bases. Basis.

e *Ad occidentalem,&c.* BEDA. Occidentalis plaga quæ vtrunq; parietẽ suscipiẽs, ędificium tabernaculi consummat, impletionem ecclesię in fine mundi significat, quousque fides & operatio vtriusque populi perseueratura, quasi gemini latitudo parietis pertingit. Nunquam enim vel ante incarnationem defuerunt, qui ex gẽtib. crederent, nec vnquam de populo Iudæorum quamuis damnato, aliqui desunt fideles. Si quis tamẽ hoc negare præsumpserit, dicamus, quod spirituales vtriusque testamenti doctores, qui proferũt de thesauro suo noua & vetera, vsq; ad finem seculi sunt in ecclesia permansuri.

Mysticus.
* Viginti tabulis.

E

B

do dilatata, quasi firmi & fusiles sustinent, quia apostolorũ vita pdicatione eorũ instruitur,& auctoritate solidat. Vnde bases binæ coniunctæ, singulis tabulis supponunt, quia dũ prophetæ in verbis suis de Christi incarnatione cõcordant, sequẽtes prædicatores ædificant, vt quo a semetipsis non discrepãt illos robustius figant. Ex argento fundi iubent. Argenti enim claritas ex vsu seruatur, sine vsu in nigredinẽ vertitur. Prophetarum vero dicta ante Christi aduentũ in vsu spiritalis intelligentiæ non erant, dũ conspici p obscuritatẽ non poterãt,& ideo quasi nigra pmanebant. Sed postquam Christus veniẽs, ea ante oculos nostros incarnationis manu tersit, quicquid lucis in eis latebat, claruit, sensusq; patrum præcedentium in vsum dedit, quia verba reb. exposuit.

BEDA. Bene singulis tabulis binæ bases supponuntur, vt cũ sensus propheticæ attestationis, in omnib. quæ Apostoli dixere monstret. Vel binę per duos angulos subiiciuntur, vt bene suffultis angulis tota recte possit consistere tabula, quia omnis apostolici & euangelici sermonis in pphéticis libris initiũ præsignatur,& finis omnis apostolorũ & successorum vita ab initio fidei vsq; ad finem vitę præsentis mysticis veteris testamenti inserta est † tabulis.

C

† Paginis.

b *In latere quoq; secundo.* Latus meridianũ quod vergit ad austrum, antiq̃ Dei plebem significat, quæ dudum lucem scientiæ legis accipiẽs, amore Dei feruebat. Latus ſm quod vergit ad Aquilonẽ, gentes significat, quę vsque ad tempus incarnationis, tenebris & frigore infidelitatis torpebant, de quarũ vocatione dicitur. *Dicã Aquiloni da & Austro, noli prohibere.* Quasi dicam populo gentiũ diu sine fide, algenti, de filiis tuis veniãt ad fidem meę confessionis & amoris, qui & plebi † Israeliticæ q iam meę cognitionis lumine fruitur, noli prohibere gentes in sortem electionis recipi.

Is. 43. a.
† Israelitæ

c *Viginti tabulæ* BEDA. Vnius aũt numeri & mensurarum,& facturæ, tabula vtrumque latus habuit, quia vna & eadem fides, spes & charitas vtriq; populo per apostolos prædicatur,& ad terram vterq; regni cęlestis promissam vocatur. De vtroque generale præceptum accipiunt. *Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ.* id est præputio & circuncisioni. Et absq. vlla differentia subinfertur. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.*

Mat. 16. d.

BEDA. Ad occidentalem vero plagam,&c. Bene in occidẽtali plaga tabernaculum consũmatur, quo dies clauditur,& astra occidunt, propter obitum,s. cuiusq. electi vel generalem mundi terminum. Et.n. quasi sol occidit, qui ab hac luce per tenebras trãsitoriæ mortis ad gaudia lucis & vitę migrat ęternę. Occidit omni ecclesiæ sol in occidente, vt verius in oriente, pręteritis tenebris oriatur, cum finita in aduentu dñi vita pręsentis seculi, mox dies vera æternitatis apparebit. Et quia iustis cum domino regnantib. reprobi in æternum pereunt, de hac plaga tabernaculi in sequentib. dicitur, quod mare respiciat, mare,s. rubrum, in quo demersus exercitus Pharaonis,& Israel saluatus ad montem Sina vbi tabernaculum fecit, ascẽdit. Respicit mare hæc plaga, cũ ecclesia post bonorũ operũ pfectionem coronata libere intuetur vitia vel impiorum pœnas quas Christo iuuante euasit. Vnde. *Egredientur & videbũt cadauera virorũ, q præuaricati sunt in me,&c.* Maris.n. fluctus profundi, turbulenti, amari, peccata significant, quib. reprobi male delectati in barathrum perditionis merguntur. Nec prætereũdum, quod cum tabernaculum ædificaret in Sina, mare rubrum habuit ad occasum:& introductum per Iesum in terrã promissionis & collocatum in Silo in eadem plaga mare magnum habuit, quia sancti in hac vita domino seruientes,& in se tabernaculum facientes, superbiam impiorũ iactantiã quasi cito casuram fixa mente despiciũt,& in futura patria cũ dño positi perpetuam eorum pęnam sine vlla felicitatis minutione respiciunt, vt maiores ei grates referant, nõ solũ pro bonis quæ donauit, sed etiam pro malis a quib. liberauit.

Matt. 13. b

F
Infra. 26. c

Isa. 66. g.

BEDA. Bene plaga occidẽtalis quæ mare respicere dicta est, sex tabulis cõstat, q̃a in senario operis consummatio notat, quia i illo mũdi ornatũ dñs cõsummauit. In illo hominẽ in principio creauit: in illo genˀ humanũ sua passione restaurauit. Vel quia sex sunt ætates seculi, quib. oportet nos bonis operib. perfici, vt ad requiem ęternam & resurrectionis gloriam perueniamus.

Infra. 36. c

f *Et rursum alias duas.* BEDA. Quia rursum aliæ duæ tabulæ

exceptis

NICOLAVS DE LYRA.

*❋ decem cubitos in altitudine, sicut præcedentes,& quattuor digitos in spissitudine, in longitudine vero habebat decem cubitos secundum latitudinem interiorem templi,& cum hoc habebat quattuor digitos in longitudine, vt cum parietib. aquilonari & australi iungeretur in angulo recto,& ideo in pariete occidentali erant tantum octo tabulæ, sex habentes quælibet in latitudine cubitum & dimidium,& sic faciebant parietem longitudinis nouem cubitorum, aliæ vero duæ tabulę habebant latitudinis dimidium cubitum & quattuor digitos,& erant istæ duæ tabulę in pariete occidentali hinc & inde, vbi iungebantur cum parietibus tabernaculi lateralibus, ita quod quælibet claudebat dimidium cubitum,& residuum latitudinis quod erat quattuor digitorum iungebatur cum pariete laterali hinc & inde, ad angulum rectum per modum protractũ in margine.*

*Sequatur figura pro tabulis & basib. terræ infigendis. Et de istis duab. tabulis facit specialem mentionem post alias, cum dicit.*

❋ 1 Duabus

MORALITER.

*❋ † Binæ bases singulis tabulis per duos angulos subiiciantur.* Et istæ bases fuerunt argenteæ, vt dicitur in textu. Per hoc autem designatur, ꝙ fides cuiuslibet Christiani innititur testamẽto nouo & veteri, quasi duabus basibus argentis. Vnde dicitur Ps. 11. b. *Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum,&c.* Duo vero testamenta, sunt eloquia diuina. Istæ vero tabulæ iunctæ fuerunt superius vncinis, per quam iuncturam significat charitas Dei,& in medio iunctæ fuerunt vectib.& annulis, p quod significatur charitas proximi, hac.n. duplici charitate debent fideles ad inuicem coniungi.

❋ 1 Facies

exceptis sex primis, in angulum iubentur erigi post tergū tabernaculi quę vero intrant ab orientali plaga pariete excipiūt, & occidentali plagę parieti coniunguntur ad remunerationē futuræ vitæ pertinent, q post labores & tempora huius vitæ secura vel secreta est, diuisa in fabbathismū, id est, requiē animarū post oblationem corporū, & ęternā resurrectionis vtriusque populo communis nullo fine terminanda.

a *Eruntque sibi coniuncta.* BEDA. Quia omnis electorum vita vna fide & charitate ad cælestia tendit, & in vnum finem visionis diuinæ peruenit. & in vna voce recti dogmatis omnis sanctorum prædicatorū sermo conuenit. Recederet enim ab inuicē cōpago tabulatū si quod vnus propheta aut Apostolus dixisset, alius negaret.

b *Duabus quoque tabulis, &c.* BEDA. Angulares tabulę tabulis parietum per omnia sunt coniunctæ, quia futurę quietis & immortalitatis gloria, psentis vitæ conuersationi p fidē, spē, & charitatē firmissime cōnexa est, imo iō stabilis & incōcussa nřa conuersatio pdurat, quia futurā † conuersationē credit, sperat & diligit, qa crebro supernorū ciuiū adiutorio ne flatib. turbulētis demonū decidat, cōtinet. Hæ autē tabulæ quæ pfectionē boni operis vel futura premia designant, binis singulę basib. sustentantur, quia hęc quoque omnia ad confirmationē euāgelicæ & apostolicæ prędicationis, prophetę consona voce futura esse prædixerunt.

Hic non dicitur mēsura basium, sed Iosephus dicit, quod quatuor digitis tabulę distabant a terra. per quod intelligitur bases quatuor digitorum fuisse.

Histori. Iosephus scribit, quod tabernaculū decē cubitos habuit latitudinis, & tabulæ eius mēsura quatuor digitorū a terra suspensæ fuerint, ex quo velle videtur intelligi, q tantæ altitudinis fuerint bases tabularū. Qui rursus de hoc quod p posuimus capitulo & de vectib. tabulatorum ait. Posterioris autem parietis nouem cubitos seu tabulę faciebant, quib. cōiunctę sūt aliæ duæ tabulæ ex medio cubito sectæ, quas angulares potuerūt ad istar malorū tabularum. Singulę vero tabulę annulos habent aureos, per exteriorē frontem eminētes, velut quibusdam radicibus per ordinem ad inuicem fixos, per circuitum respiciētes, & per eos deaurati vectes immissi, vno quoq; habente magnitudinem cubitorum quinque, erantq; ad coniunctiones tabularum, intrabatq; vectis caput vniuscuiusque in alio vectis capita velut in modū cocci: † propter tergū parietum in longitudine postotū, Vnus erat ordo p tabulas omnes vadēs, quo p vncinos, vtriusque parietis latera cōtinebantur in castrationibus ad inuicem factis, & immissis ad inuicem, q sic exquisitum est, vt nec à vētis moueretur, neque alia cantā tabernaculū conturbaretur, sed immobile secura quietē seruaretur.

c *Fa. & vectes de lignis, &c.* BEDA. Quinque vectes qui tabulas tabernaculi cōtinēt, sunt quinque libri legis, quorū munimine eccl'a ab omni impulsione sustentatur, & hoc in vtroq; latere, quia non solū priorem Dei populum litera legis erudiuit ad fidē & opera bona, sed & nos in nouo testamēto Deo seruiētes eadē litera spiritualiter intellecta, maioris gratia dulcedinis in psenti ad fidē & virtutū operationē instituit, & in futuro ad spē perpetuę remunerationis accēdit. Eiusdē quoq; numeri vectes ad occidentalē plagam sunt, quia ipsam complexionē boni operis qñ ad futura præmia de carne egredimur, lex nobis bene intellecta prædicat, vt interroganti diuiti: *Magister quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* Respōdit magister bonus: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*: nec alia quam legis mandata subdidit.

d *Ipsas quoq; tabulas deaurabis.* BEDA. Tabulæ deauratæ tabernaculi præfulgent, cum omnis sermo prædicatorū lumen cœlestis sapientiæ & beatitudinem præmonstrat, quæ propter gloriā claritatis auro, quæ propter æternitatem circulo comparatur. Vnde: *Reposita est mihi corona iustitiæ.* Quinque circulos singulæ habent tabulæ, nō quia quinquepartita est distinctio cęlestis patrię, sed qa perpetua claritas regni illius in Genesi, in Exodo, in Leuitico, in libro Numerorū, & eadem in Deuteronomio

---

a Eruntque sibi coniunctæ a deorsum vsque sursum, & vna om- b nes compago retinebit. Duabus quoque tabulis, quæ in an- 1 gulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basi- c bus † per vnam tabulam supputatis. Facies & vectes de lignis 2 Sethim, quinque ad continendas tabulas in vno latere taber- naculi, & quinque alios in altero, & eiusdem numeri ad oc- cidentalem plagam qui mittentur per medias tabulas a sum- d mo vsque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata con-

*Interlinear:* a Quia vna charitas electorum ad cœlestia tendit, & ad eundem finem peruenit. a Quia futuræ quietis, & immortalitatis gloriæ nostræ conuersationi per fidem, spem & charitatem firmiter connexa est. a Quia hec omnia ad confirmationem euangelicæ, & apostolicæ prædicationis consona voce futura esse prædixerunt. a Quinque libros Moysi, quibus mirabiliter munitur ecclesia. b Ne vacillarent vi ventorum. Propter quinque libros legis, quibus omnibus idem præcipitur. a Quia non solum priorem Dei populum ad fidem & opera lex erudiuit, sed etiam nos in nouo testamento spiritualiter intellecta. b Quia per ipsam completionem boni operis, quando ad futura præmia de carne egredimur. Lex nobis bene intellecta prædicat. Scilicet tabernaculi. In hoc significatur puritas & munditia sanctorum. Quia sermo prædicatorum lucem celestis sapientiæ & beatitudinis præmonstrat. a Quia æterna beatitudo & fulgida. a Qui significatur coronam summæ beatitudinis, quæ singulis reddetur pro instantia laborum. b Vectes per annulos aureos tabulata continent, cum verba prędicationis per promissionem regni cælestis statum ecclesiæ consummant, ne perturbationes mundi timeant.

*Marginalia:* † subter. † Retributionem, à. Historice. † post. Vbi supra cap. 7. Mat. 19.c. Moraliter. 1. Tim. 4. b. Incastraturæ. Alias non habet † non.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Duabus quoque tabulis, &c. *Quia non erant tantæ latitudinis sicut aliæ tabulæ, sed erāt æqualis longitudinis & spissitudinis. Prædictæ vero tabulæ in parte inferiori iungebantur vna iuxta aliam per bases, quæ erant quadratæ in parte superiori, & acutæ inferius & oblōgę vt figerentur intra terram. In parte autem superiori quælibet habebat vnum foramen quadratum, vbi intrabant incastraturæ tabularum, quas incastraturas Iosephus vocat cardines, & due bases erant sub qualibet tabula correspondentes duabus incastraturis cuiuslibet tabulæ, & eas suscipientes intra se sicut in margine describitur. Et quia prædictę bases erant fortiter fixæ intra terram, & ordinatæ positę vna post aliā, & per consequens tabulę eis infixæ a parte inferiori, erant fortiter coniunctę. In superiori vero parte iungebantur vncinis, quorum quilibet iungebat duas tabulas simul, intrans summitatem vtriusque tabulæ. Vnde ibi translatio nostra habet:* Eruntque coniunctæ a deorsum usque sursum, & omnes vna compago retinebit. *In Hebręo habetur sic:* Erunt coniunctæ super caput vncino vno, *sicut describitur in margine. Hoc excepto, quod capita tabularum erant concauata secundum spissitudinem vncinorum, ita quod vncini non excedebant capita tabularum, sed implebant illam concauationem.*

2 Facies & vectes. *Isti autem vectes † non erant ad coniungendum tabulas inter partē superiorem & inferiorem ipsarum, & ideo in tabulis erant annuli affixi, per quos transibant vectes. Erant autem quinque vectes in latere Aquilonari, & quinque in latere australi, & quinque in occidentali ut habetur in textu. Et hoc exponitur dupliciter. Dicunt aliqui, quod per quinque vectes intelligūtur quinque ordines vectium, & sic in qualibet tabula erant annuli quinque ordinate dispositi, vt vectes possent per illos recte transire. Rabbi Salomon dicit, quod non erant ibi quinque ordines vectium, sed tantum tres ordines, & sic in qualibet tabula erant tantum tres annuli, per quos vectes transibant. erant tamen tantum quinque uectes in quolibet latere tabernaculi, quia vectis ille qui transibat per annulos fixos in medio tabularum erat vnus & continuus à principio parietis vsque ad finem. Per annulos vero qui erant uersus partem orientalem superiorem et inferiorem transibant duo vectes: Vnus qui mittebatur per unam partem parietis, et alius per partem oppositam, et coniungebantur in medio, ita quod caput vnius vectis intrabat caput alterius facientes vnum vectem contiguum, sicut fit in baculis episcoporum qui sunt in pluribus partibus per talem modum coniuncti. Et sic patet quod in uno pariete erant quinque vectes, duo superius, et duo inferius, et vnus in medio. Vectes tamen qui erant in parte occidentali, erant breuiores aliis, quia paries ille habebat tantum decem cubitos et octo digitos in longitudine. et sic vectis medius habebat tantum decem cubitos et octo digitos longitudinis, duo autem superiores quinque cubitos et quatuor digitos, et inferiores similiter. Sciendum autem quod annuli prædicti et vectes erant in exteriore parte tabernaculi, et uectes unius parietis coniungebantur cum uectibus alterius parietis in angulo communi utrique parieti cum fortibus uncinis, ut tabernaculum firmiter staret contra impulsum uentorum.*

*Ad maiorem autem intellectum in sequenti pagina quantum fieri potuit ipsam tabernaculi figuram expressam as scripsimus, neque enim potest totum tabernaculum simul prout erat erectum in plano figurari.*

✱ 1 Facies

A nomio scripta continentur,& quinq. annuli aurei singulis tabernaculi tabulis erant infixi,qa corda iustorum multum dilatata per amorem in oīb.libris legis non solum correptionem operum,sed etiam supernæ retributionis lucem legūt.

a *Quos operies laminis.* BED. Laminis aureis uectes operiūtur, cum verbis diuinæ legis quæ iuxta literam fortia videntur, & ad confirmandam vitā fideliū apta superior intellectus claritate euāgelica fulgidus inesse mōstratur. Cum.n.legimus diluuiū impios deleuisse, Noe cū suis in arca seruatū fuisse, patet ꝙ Deus diligat iustitiam, & odio habeat iniquitatem.pios de tentatione eripit,et impios iusta vltione ponit, talisq; lectio instar vectiū imputribilium tabernaculū dñi continet,qa mentes fideliū ab incursu tentationum prǫmunt.Sed vectes lignei laminis aureis vestiuntur, cum spūalis intelligentia mysterijs plena ostēditur.

Gen.7. †Facies illum Cū figuris cherubin. †pones super. *& 2.Pet.2.b.

Mystice. b *Eriges tabernaculum.* BED. Exemplum tabernaculi in monte monstratum est, quia moratus in secreto cum domino vidit sublimem angelicę puritatis & immortalitatis vitam ad cuius instar humanam conuersationem quantum imitari possibile fuit instituere iussus est,vt cum exemplo angelorum diuinæ laudationi,vnanimi paci,syncerę castitati,cæterisque virtutib. in terra vacaremus, consortes in cælis esse meremur.Vnde,æquales sunt angelis, & filij Dei, cum sint filii resurrectionis.Exemplū ergo angelicæ conuersationis, quam in monte contemplationis vidit,præceptis legalib. ostendit:quib. obseruatis ad angelorum consortium perueniamus in cælis. Exemplum quoq; vitæ perfectioris & beatæ retributionis in figura tabernaculi & ministerij sacerdotalis ac Leuitici præbuit. Erigitur aūt tabernaculum iuxta exemplū in monte monstratum,quando electi ad imitationem angelicæ puritatis quam contemplari Moses meruit,opus animumque component.

Luc. 20.f.

B

c *Facies & velum.* BED. Etiam iuxta literam pulchritudini cælestis visionis hoc congruit.Si enim decorem flammasque astrorum multifariam nubium speciem, & ipsam irim consideratas mil le trahentem, & uarios auerso sole colores,multo plures & pulchriores quam in velo tabernaculi in cælo picturas notabis.

Vbi supra cap.8.

C Historice. BED. *Facies & velum,&c.* Velum hoc quo tabernaculum diuidebatur medium,dicit Iosephus ita positum esse,vt viginti cubiti longitudinis ad priorem domum, decem vero pertinerent ad sedam.Quod per oīa mensuris Salomonici templi conuenit,quod cum esset sexaginta cubitorum longitudinis,viginti latitudinis,tertiam longitudinis partem,i.viginti cubitos ad interiorem domum.i. sanctumsanctorum habebat separatam, ita ut longitudo & latitudo eiusdē domus interioris una esset. Sic tabernaculi pars interior longitudinem & latitudinē similem.i.denorum habebat cubitorū.De mystico aūt sensu huius ueli dicit Apostolus,exponēs quare in

3.Reg.6.

*Spirituali intelligentia.* — *Mentes electorum.*

a tineant,quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum

*Angelicæ puritatis.*

b iuxta exēplar,quod tibi in mōte mōstratum est:Facies & ve 1

*Hæc varietas pulchritudinis cęlo congruit.*

c lum de hyacintho & purpura,coccoq. bis tincto,& bysso re

*Angelicos spiritus,qui quatuor principales virtutes colunt plenarie,quos pro modulo nostro imitamur.*

torta opere plumario, & † pulchra varietate contextum,

*a Quia angeli incorruptibiles & non mortales conditi, vel quia intemeratam suæ conditionis puritatem custodiunt.*

d quod † appendes ante quatuor columnas de lignis setim, 2

*a Gratia summæ claritatis vestitę.* | *b Mentes præsentia suæ visionis illustratas.*

e quæ + ipsæ quidem deauratæ erūt,& habebunt capita aurea,


in priori tabernaculo semper introirēt sacerdotes,sacrificiorum officia consummantes. In scdo aūt semel in anno solus pontifex non sine sanguine.Velū hoc,cęlū significat.In priori tabernaculo quotidie ꝑ annū introibant cū sacrificiis sacerdotes,qđ huius uitę ętatem signat, ubi sancti dño semp famulantes, quotidiana peccata sine quibus in hac vita esse non possunt,quotidianis operū victimis, & lachrymarum libaminibus, quasi sacerdotes Dei expiant. Summum verò sacerdotem qui semel in anno in sancta sanctorum cum sanguine victimarum ingrediebatur,illum intellige cui dicitur.*Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melch.* qui semel oblatus pro peccatis nostris, ipse sacerdos & hostia per proprium sanguinem cælum intrauit,vt appareat vultui Dei pro nobis.

† Statum. Psalm.

*Facies & velum de hyacintho & purpura coccoque bis tincto.* Hactenus de pariete meridiano septentrionali & occidentali expositum est. In sequentibus orientale latus qualiter compositum sit, monstratur,sed prius de medio pariete, qui sanctorum a priore tabernaculo diuidit,dicendū est, quo sc.distinguitur sanctuarium,& sanctuarij sanctuarium,quod Apostolus cœlum interpretatur dicens,ꝙ post velamētum erat secundum tabernaculum, in quo semel in anno ingrediebatur solus pontifex,ferēs sanguinem in manu. Velum ergo cœlum summus pontifex Christus qui resurgens cœlū ascendit in sanguine passionis. Bene autem ꝑ hoc velum cœlum innuitur, in quo similitudo colorum quibus distinguitur cęlum. Serenum enim hyacinthum est, & siderum flammas continet & diuersitatem planetarum,quorum alij ignei,vt Mars, alij candidi, ut Iupiter, alij cerulei ut Saturnus, & iris mille trahit auerso sole colores.

E Heb. 9.a. Mystice.

*SEQVITVR FIgura tabernaculi.*



d *Quod appendes ante quatuor, & cæt.* BEDA. Quatuor autem columnæ ante quas appēsum est hoc velum, potestates cęli sunt quatuor eximiis uirtutib. præclaræ, id est, fortitudine, temperantia, prudentia, iustitia, quæ aliter in cælis seruantur ab angelis,& animab. sanctis.Ibi enim subditum esse Deo iustitiæ est,nullum Deo præponere bonum uel æquare prudentiæ, Deo fortissime cohærere fortitudinis,nulla re noxia delectari temperantię Hic autem iustitia in subueniendo miseris,prudentia in præcauendis insidijs,fortitudo agitur in perferendis molestijs, temperantia in coercendis delectationibus prauis,hoc ibi non erit ubi nihil omnino mali.

F

e *Quæ ipse quidem deaurat.* BEDA. Deauratæ sunt columnę ante quas appenditur uelum , quia positæ intra uelum cœli uirtutes angelorum , summæ claritatis gratia uestitę sunt . Capita habent aurea, quia mentem quę reguntur, præsentia diuinæ cognitionis & uisionis habent illustrata.

BEDA.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Facies & velum. *Hic describitur tabernaculum quantum ad uela quæ erant duo. Vnum erat diuidens partem templi, quæ erat sanctūsanctorum; ab alia quæ dicebatur sanctum vel sancta,& de illo loquitur hic.* Facies & velum, &c. *Erat enim de consimili opere cum cortinis,de quibus prædictum est. Et ideo hic exponatur sicut ibi.*

2 Quod appendes,&c. *Istę quatuor columnæ erant intra tabernaculum inter sanctum & sanctum sanctissimorum. Ex quibus patet, quod istud uelum habebat. 10. cubitos in quadrum,quia altitudo tabernaculi erat. 10. cubitorum,& latitudo. 10.*

✱ Sed

MORALITER.

† 1 *Facies & velum de hyacintho & pupura.* Hic tertio agitur de velo,quod erat ante sanctum sanctorum,& fuit figura humanitatis Christi, quæ fuit velamentū diuinitatis. Vnde dicitur Hebr. 10. *Initiauit nobis uiam nouam & uiuentem,per uelamentum,* id est carnem suam.

† *Pulchra uarietate cont.* Per hoc in homine Christo intelligitur varietas omnium charismatum & donorum.

2 *Quod appendes ante, &c.* Per quos euangelistæ quatuor designantur,qui Christi vitam & opera descripserunt.

B

BED. Habent columnæ bases argenteas, quia omnis natura eorum in hoc quasi fundamento subsistit, vt laudes decantēt suo conditori, & voluntatem eius nobis adhuc peregrinantibus, quasi extra velum positis concinentibus narrent: vnde & ipsi gratulantes eorum in laudib. exhortādo dicimus: *Benedicite domino omnes an. &c.*

Auro enim sapiētiæ splendor, argēto verborum nitor ostenditur.

GREG. Quatuor columnarum bases iubet esse argenteas. In argento enim claritas diuini verbi accipitur. vnde. *Eloquia domini eloquia. ca. ar. exa.* Bases ergo argento vestitæ, quatuor columnas sustinent, quia prædicatores ecclesiæ diuino eloquio decorati, vt in cunctis se exemplū præbeant, quatuor euangelistarum dicta om̄a & opera portant.

a *Inseretur autem velum, &c.* BEDA. Quia in æterno consilio diuinitatis erat quando mundus crearetur. In quo primum locum habet cœlestis natura, vel quia firmamentum cœli ita factum est, vt nunquam dissoluatur. Nam quod dominus ait, *Cælum & terra transibunt*, de aereo accipiendum est. De quo Hieremias. *Miluus in cælo cognouit tempus suum.* Illud enim cælum in iudicio igne periturum est, quod constat in diluuio periisse. Vnde Petrus. *Cæli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens verbo Dei, per quem. tunc mundus aqua inundatus periit. Cæli autem qui nunc sunt, eodem verbo repositi sunt igne reseruati in die iudicii.*

b *Intra quod pones arcam testimonii, &c.* Intra hoc velum posita est arca testamenti, quia Christus paternorum arcanorum cōscius, post passionem & resurrectionem cælos cælorum ascendens, sedet ad dexteram patris.

c *Diuidentur.* BEDA. Quia ecclesia quæ ex angelis & hominibus constat, partim peregrinatur in infirmis, partim regnat in supernis, adhuc ciues suos detinente velo cæli habet ab inuicem segregatos.

d *Mensamque extra velum.* BED. Mensa & candelabrum tabernaculi temporalia Dei beneficia significant quibus in præsenti reficimur & illuminamur, vt his confortati & adiuti crescēte gratia meritorum, ad panem angelorum in cælis manducandum, & ad veram mundi lucē intrare valeamus. Hæc sunt ambo extra velum, quia in hac vita tantum scripturis & doctoribus, vel cæteris nostræ redemptionis sacramentis indigemus. In futuro autem, vbi Christus palam patrem annunciabit nobis, & videbimus sicuti est, non opus erit nobis externo adminiculo, cum habitans in electis suis Deus sicut lex illustrat, & sicut panis vitæ satiat, quos introducens in gaudium regni perpetua beatitudine sublimat. Diximus quia latꝰ tabernaculi meridianū antiquam Dei plebem signat, quę prior lucem diuinæ cognitionis, & feruorē diuinę dilectionis accepit: pars vero septentrionalis cōgregatam de gentibus ecclesiam, quæ sedebat in tenebris. Recta ergo distinctione candelabrum quod in parte australi locatur, gratiam priori populo datam signat. Mensa vero quę stat in parte Aquilonis, data nobis Dei beneficia. Et recte candelabrū cōtra mensam ponitur, quia scriptura legis & prophetarū ad euangelium respicit, testimoniū perhibens ei.

e *Facies & tentor.* BEDA. Exposita narratione de velo, qd̄ sanctuarium & sanctuarii sanctuarium diuidebat, redit exponere de orientali latere sanctuarii quod intermisit, cum cætera latera eius australe, s. septentrionale & occidentale describeret. Tentorium ergo in introitu tabernaculi pulchra varietate cō textum, primitiuam signat ecclesiam, diuersis virtutum floribus contextum. Vnde. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, &c.* Inerat hyacinthus, quia cælestia cogitabat, cæle stem vitam in terris ducebat. Inerat purpura, quia pro Christo mori parata. Inerat coccus bis tinctus, quia Dei & proximi dilectione flagrabat. Inerat byssus retorta, quia continentia carnis & animi gaudebat.

BEDA. Erat ad literam tabernaculum domus Deo cōsecrata, hn̄s longitudinis cubitos 30. latitudinis 10. & altitudinis æquè 10. tectum hn̄s æquale per totum, quō in Aegypto & in Palæstina domus ædificantur, cuius quidem tres parietes, australis septentrionalis & occidentalis, compacti sunt de tabulis ligneis ab vtroq; latere deauratis. Ex orientali parte vnus vectis erat, vnde introitus fuit qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret, i. à summitate vltima huius parietis vsque ad parietis alterius summitatem, cui cortinę tabernaculi & tectum incubuere, vbi & tentorium erat quinq; columnis suspensum. Tegebatur autem domus desuper, & vndique cortinis mira varietate contextis, decem, quę proprie tabernaculum vocabantur. Tegebatur etiam hoc vndique sagis ciliciniis vsque ad terram pertingentib. Sed & aliud operimentum tecto de arietum pellibus rubricatis factum est, & super hoc aliud operimētum de hyacinthinis pellibus. erat enim uelum opere plumario uariatum, columnis quatuor appensum quo sanctuariū, & sanctuarii sanctuarium diuidebantur, intra quod posita erat arca testamenti, & contra arcā extra uelum

Marginal notes: Ps. 102. d. — Sup quæ. — Psal. 11. b. — Matt. 24. c — Hiere. 8. c. — 2. Pet. 3. b — 1. Ioan. 3. a — Quo & — Quo & Allegor. Vbi supra cap. 9. — Act. 4. f

a ✝ sed bases argenteas. Inseretur autem velum per circulos, [1] b intra quod pones arcam testimonii ✝ & quo sanctuarium & [2] [3] c sanctuarii sanctuaria diuidentur. Pones & propitiatorium su- [4] [5] per arcam testimonii in sancta sanctorum, mensamq; extra ve- [6] [7] d lum, & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi [8] e meridiano. Mensa enim stabit in ✝ parte aquilonis. Facies & [9] tentorium in introitu tabrnaculi de hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumarii,

Interlinear gloss: a Quia in laude conditoris quasi in fundamento subsistunt quam incessanter persoluunt. b Pro æterno consilio diuinitatis, in qua erant quando crearetur mundus, vel quia firmamentum cæli non potest dissolui. c Aeternitatem consilii. a Scil. cæl velum. b Christum Iesum secretorum conscium. Velo. a Propitiationem pro peccatis. Quia Christus a patre datus est, vt esset propitiatio pro peccatis nostris. vnde. Ro. 8. f. Qui mortuus est & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Christum. a Temporalia Dei beneficia, quibus in præsenti reficimur & illuminamur significat. Quia in hac vita tantum indigemus vt perueniamus ad panem angelorum & veram mundi lucem. a Quod antiquam Dei plebem significat, quæ prior lucem diuinę cognationis & feruorem dilectionis accepit diuinæ. scriptura. a Primitiuæ ecclesię decus, quod ornabatur diuersis virtutum floribus. b Quia cælestia cogitabit. c Quia pro Christo mori parata. a Quia dilectione Dei & proximi flagrabat. Munditia cordis & mentis.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sed bases argenteas. *Istæ bases erant fixę in terra & in superiori parte habebant unum foramen, ita quod pes columnæ intrabat foramen illud, vt solide staret erecta.*

2 Inseretur autem uelum per circulos. *Vt mediantibus illis posset velum trahi & retrahi.*

3 Intra quod pones arcam, &c. *Scilicet vltra velum intra sanctumsanctorum, & ideo subditur.*

4 Et quo. *Scilicet velo.*

5 Sanctuarium & sanctuarii sanc. *Diuidentur, quod supra vocatū est sanctum, hic dicitur sanctuarium, ita quod ista diuisio intelligitur inter sanctum & sanctumsanctorum.*

6 Pones & propitiatorium super. *Modus ponendi expositus est ca. præce.*

7 Mensamque extra uelum. *Scilicet in parte ... quæ dicitur sanctum.*

8 Et contra mensam candelabrum, &c. *Quod dicitur sanctum, meridiano, &c.*

9 Facies & tentorium, &c. *Hic consequenter describitur velum quod pendebat in introitu tabernaculi loco parietis, & fuit simile quantum ad materiam & formam & quantitatem, velo prædicto, quod diuidebat sanctum & sanctumsanctorum, hoc excepto quod illud pendebat in quatuor columnis, istud autem in quinque, & in hoc quod bases columnarum illius veli erant argenteæ, istius autem æneæ, & patet literæ. Rationes autem prædictorum sic accipiuntur, sicut in cap. precedenti dictum fuit. Per partem tabernaculi, quę dicebatur sanctumsanctorum, figurabatur alia pars orbis nobis inuisibilis, vbi est locus beatorum. & secundum hoc fuerunt assignatæ rationes eorum quæ erant iuxta sanctumsanctorum, scilicet arca propitiatorii & ipso...*

### MORALITER.

✝ 9 *Facies, & tentorium, &c.* Quod fuit figura Ioannis Baptistæ qui fuit initium noui testamenti, propter quod hoc velū fuit positum in introitu tabernaculi, & fuit eius ueteris testamenti finis, secundum quod dicitur Matt. 12. *Lex & prophetę vsque ad Ioannem, ideo subditur.*

✝ 1 Quinque

A altare thymiamatis. Item in medio ipsius sanctuarii candelabrum. In parte australi altare holocausti. Foris ante ingressum sanctuarii labium æneum inter hoc altare & tabernaculum, & circa omnia atrium tabernaculi, longitudinis habens cubitos centum, latitudinis quinquaginta.

a ¶ Quinque libros Moysi, quorum autoritate omnis ecclesia roboratur. ¶ Doctores de quibus dicitur Act. 4. g. Virtute magna reddebant apostoli testimonium re. ¶ Quia prędicatores firmitate cordis intus integri.

a et quinque columnas † deaurabis lignorum Sethim, ante 1

a ¶ Quia Christus omnia in omnibus, alii de plenitudine eius accipiunt. b ¶ Non deaurata, quia Christus plenus gratiæ & veritatis. c ¶ Propter insuperabilem fiduciam, vel quia sermo eorum senescente mundo nulla vetustate consumitur, quia non venit legem soluere aut prophetas, sed adimplere.

b c quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea & bases æ- 2 neę.*

¶ Prophetæ per quos apostolorum sermo firmatur.

Moraliter †De lignis Sethim facies ipsi tabernaculo quas deaurabis. *Quicque fundetei.

a *Et quinque columnas.* BEDA. Columnæ quib. tentorium suspenditur sunt doctores, quorū mens quāto robustius ad superna erigitur, tāto firmius docendo alios ad amorem supernorū attollitur. Sicut enī Apostoli & Apostolici viri, per tabulas signantur propter latitudinē doctrinæ, quia in vniuerso mundo prędicant euangelium omni creaturæ. Vel quia charitatem extendunt, etiam ad inimicos, ita propter inexpugnabile mentis robur & intentionem semper ad cælestia erectam vocabulo & factura columnarum figurantur. Vnde *Iacobus et Cephas et Ioannes, qui videbantur columnę, eße etc.* Columnę sunt quinque propter quinque libros Moysi, quibus doctores prędicationem suam muniunt, maxime qui primitiuam instruxere ecclesiam, quæ ex Hebręis cōgregata, solam legis auctoritatem nouerat, nondum patefacta euangelica scriptura.

Gal. 2. b.

B

b *Lignorum Sethim.* BEDA. Columnæ de lignis Sethim iubentur fieri & auro operiri, quia prędicatores firmitate cordis intus integi in nullo deficientes, & operum claritate foris debent esse perspicui. Vel quia fortitudinem suæ actionis docent diuino adiutorio protegi cum in omnibus gloriam patris quærunt, qui est in cœlis, & in omnibus quæ loquuntur Christum prędicant. Vnde, *non enim nosmetipsos prędicamus, sed Iesum Christum*

Matt. 6. b. 2. Cor. 4. a.

c *Quarum erunt capita aurea, etc.* BEDA. Aurea capita Christum significant, qui est caput corporis ecclesiæ, principium, primogenitus ex mortuis. Nec incongruæ per quinque capita columnarum vnum caput ecclesiæ significatur. Tot enim fuere capita quot columnæ, quia Christus omnium sanctorū caput in se semper manens indiuisibilis, singulis gratiam spiritus pro ipsorū capacitate diuidit. De quo dicitur, Psal. 138. *Nūc exaltauit caput meum super inimicos meos.* Capita columnarum non deaurata vt columnæ & tabulæ, sed aurea esse iubentur,

D

quia omnes sancti participant spiritu & gloria cælesti. Ipse autem plenus gratię & veritatis, cui non ad mensurā dat Deus spiritū, pater enim diligit filium. Habent columnę tabernaculi bases æneas, habēt aurea capita, qa Apostoli & Apostolici viri verbis pphetarū in fide sunt firmati, & ad videndam faciem conditoris desiderio erecti. Item capita aurea sed bases habent æneas, quia quæcunque cęlesti auctoritate sibi data perceperunt, prophetico eloquio prędita esse sacramenta didicerunt. Quia de plaga orientali loquimur, memorandum est aliquid de expositione illius vectis singularis, quem ab angulo tabularum vsque ad angulum alterius parietis porrectum esse, & totam parietum constantiam, ne ui & impulsu procellarum huc illucque flectatur, continere diximus. Scriptum est in sequentibus, Moyses vbi imperata expleuisse narratur: *Fecit ergo alium vectem, qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perueniret.* Hic ergo vectis a prima tabularum summitate, vsque ad alterius lateris summitatē, per decem cubitos latitudinis tabernaculi protentus est utroque capite firmiter tabulis impositus, ut per hoc & ea tabernaculi plaga, quæ non tabulis sed columnis constabat, non minus fixa quam cæteræ vento licet impellente persisteret. Hic vectis Christum significat, qui ab angulo vsque ad angulum peruenit, quia a plebe Iudaica quam prius saluandam elegit, ad gentes se propitiatus extendit. Vnde sicut in prophetis lapis angularis, in lege quoque vectis angularis potest dici lapis angularis, propter † tabernaculum quod de lapidibus uiuis Deo cōstruitur, vectis uero angularis propter tabernaculum, quod ei de lignis imputribilibus, id est, electorum animabus corruptione carentibus ędificatur.

*ante quas ducetur tentorium.

E

Esa. 28. d. † Templū

☞ CAP.

F

C

NICOLAVS DE LYRA

*✲ rum Cherubin. Per partem vero tabernaculi quę dicebatur sanctum, figurabatur alia pars orbis nobis visibilis quæ est a cælo sydereo & infra. & secundum hoc assignandæ sunt rationes eorum, quæ erant in illa parte tabernaculi. Per cortinas vero diuersorum colorum & multipliciter variatas, quę immediate tangebant tabernaculum, figurabatur cælum sydereum stellis varij decoratum. Per septem lucernas quæ erant in candelabro, figurabantur septem planetæ, & ideo candelabrum intra tabernaculum positum erat in parte australi, quia motus planetarum ab oriente in occidentem in hemisphęrio nostro declinat ab æquinoctiali circulo vergens versus austrum. Operimentum vero de pellibus rubricatis figurabat elementum ignis, operimentum de pellibus hyacinthinis elementum aeris, operimentum vero de sagis elementum aquæ. tabulæ vero parietum & bases quæ erant de lignis & metallis, figurabant elementum terræ, quia ligna sunt terræ affixa, & metalla generantur in terra.* Et sic per tabernaculum quod figurabat orbem vniuersum, ut prædictum est, designabatur quod erat deputatū cultui veri Dei, qui dominatur toti orbi. *Mensa autem & propositionis panes, qui erant intra tabernaculum in parte aquilonari, & ex aduerso candelabri, designabat quod sacerdotes & Leuitæ, qui erant deputati in ministerium tabernaculi, debebant viuere de sacrificijs & oblationibus populi, secundū quod dicit Apostolus 1. Corinth. 9.* Qui altari deseruiunt, cum altari participant. *Erant autem duodecim panes super mensam ad designandum duodecim tribus Israel.*

✲ CAP.

MORALITER.

✲ 1 *Quinque columnas deaurabis lignorum setim.* Per quas quinque libri Moysi designantur. Fuit autem hoc velum factum de hyacintho & purpura, coccoque bis tincto & bysso retorta: per quæ quatuor significatur in Iohanne baptista. Per hyacinthum cælorum ingressus ab eo denunciatus, Matth. 3. a. *Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum.* Per byssum retortam, eius uirginitas cum austeritate vitæ. Per purpuram eius martyrium. Per coccum bis tinctum, in Iohanne feruens dilectio Dei & proximi designatur.

✲ MORA-

A, a ubi supra cap. 11. ubi supra.

CAP. XXVII.

a *Facies & altare de lign.* BEDA. Scilicet quia munda & incorrupta decet esse corda in quibus spiritus sanctus habitat.

b *Et tres cubitos.* BEDA. Tanta fere est statura hominis, quomodo ergo ministrabatur altari, quod alibi gradus habere prohibetur, ne pudenda reuelentur? Sed illud dictū est de altari, quod de terra vel de lapidibus construitur, vbi graduss ipsi coædificati ad gradus altaris pertinerent, nūc uero de tabulis fieri præcipitur. Quod si apponatur aliquid ad horam ministrationis, in quo stet minister ad altare non pertinet.

c *Cornua autem, &c.*

Mystice. BEDA. Quatuor angulos habet altare holocausti, quia per quatuor mundi plagas dilatatur ecclesia, quę propter cor vnum

B Act. 4. f. & animam vnam credentis multitudinis, in figura vnius designatur altaris, ex quo quatuor cornua sunt. cum quatuor uir

Sap. 8. b. tutibus muniuntur corda iustorum, de quibus dicitur. *Sobrietatem & prudentiam docet, iustitiam & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominum.* Hæc cornua ex ipso altari producuntur, cum mu nimenta virtutum fideles non ad oculum ostendunt, sed ex cordis radice Deo teste generantur. Cornua quatuor, per quatuor angulos altaris fiunt, cum in omnibus mundi terminis ec clesia virtutum potentia spirituali, cunctis hostium insidiis inuiolabilis, imo fortior persistit.

d *Faciesque in usus eius lebetes.* BEDA. Vasa altaris diuersa, diuersas fidelium personas per multifarias eorum actiones siue cogitationes in famulatum conditoris dispositas accipimus, primum lebetes ad suscipiendos cineres facere præcipitur. Cinis autem hostiarum in magno mysterio accipitur, sicut testatur

Nu. 19. a. Ephe. 9. d. *cinis uitulæ rufæ aspersus*, qui (secundum Apostolum) *inquinatos sanctificat ad emundationem carnis.* in quo sacramentum dominicæ passionis vel perfectionis virtutis iustorum sacrificia intelliguntur. Merito ergo ciniss sacramentorū in consummationē dominicæ passionis, vel perfectionis virtutis iustitię. cū toti in seruitio Dei per ignem spiritussancti oblati opera bona finire, & ad percipienda prœmia, in æternā vitā rapi meruerunt. Vnde

Leui. 6. b. Moses, Hæc est inquit lex holocausti, *Cremabitur in altari tota no*

erit. *cte usque ad mane. Ignis ex eodem altari † erit: Vestietur sacerdos tunica, & feminalibus, lineis tollensque cineres quos uorans ignis excussit. & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis*, Indutusque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillam consumi faciet. Ignis autem in altari semper ardebit. Holocaustum ergo crematur in altari, cum in corde electi qui se totum in carne, scilicet & corde Deo deuouit, opus bonum

CAP. XXVII.

a ¶ Holocausti, scilicet propriæ. ¶ Corda electorum quæ ad offerenda sacrificia operum a Domino consecrata sunt.

b ¶ Vt omnes sensus in longitudine patientiæ, & latitudine charitatis in seruitio Dei exerceantur.

a Facies & altare de lignis Sethim, quod habebit quinq; cubitos in longitudine, & totidē [1] † b

a Hæc quadratura quinq; cubitorum in vtraq; parte significat patres vtriusq; testamenti, qui quinque corporis sensus in omni puritate custodire studuerunt, secundum præcepta legis & euangelij.

b ¶ Quia corda electorum per fidem spem & charitatem ad cælestia tendunt.

b in latitudine, i. quadrū, & tres cubitos in †

a ¶ Quatuor virtutes vel quatuor euangelia, quibus munitur Ecclesia.

b Plagas mundi.

c ¶ Ex intima radice cordis electorum.

c altitudine. Cornua autē per quatuor angulos ex ipso erunt, & [2]

a ¶ Quia cæpta fidelium virtus fideliter vsque ad finem tenetur. Aes enim longo tempore incorruptibile perseuerantiam designat.

b Ollas ergo æneas quibus cineres arulæ & carbones holocausti cremati recipiebantur.

¶ Fideles qui exempla dominicæ passionis sua mente retractant, vel exitum præcedentium iustorum, qui consummato agone sine fine lætantur.

d operies illud ære. Faciesque in vsus eius lebetes ad suscipien- [3]

bonum feruente charitatis igne paratur, quod fit tota nocte vsque mane, scilicet toto tempore huius vitæ, vsque mane futuri sæculi. Ignis ex eodem altari erit, quia ex illa solum charitate aquā ecclesiæ dominus per spiritū tribuit, ardere debemus. Denique filii Aaron quia ignem alienum Deo offerre, & non

Leuit. 10. eum qui de cœlo semel datus est noluerunt, igne cęlesti perempti sunt, quia qui opera cælestia non cælestis intentione mercedis, sed temporalis fauoris, aut commodi faciunt, sententia iræ cælestis feriuntur. Vestietur ergo sacerdos tunica & feminalibus lineis, id est Christus qui in nobis ignem suæ charitatis accendere, & per hunc hostias nostræ actionis bene acceptabiles facere consueuit. Vestitur lineis, quia vt nos ad opera virtutum excitet, exem-

E plasuæ incarnationis puritatis & mortis proponit, quæ per linū significat. Tollit sacerdos cineres quos ignis exussit, & ponit iuxta altare, cū dominus finem laboriosis operibus imponit, neq; iustos de hac uita raptos, ultra pro ęterna uita certare, sed coronam iustitię, in uita æterna iubet accipere. Ponens cineres iuxta altare, spoliatur prioribus uestimentis, cum ad memoriā iustis bona, quę fecerunt reducens, non eis amplius habitum

Luc. 12. e. passionis imitandum ostendit, sed induitur aliis vestimentis, de quib. dicit *Præcinget se, et faciet illos discumbere*. Id est, ad æternam retributionem, faciet illos in ęterna quiete refoueri. Indutus ergo aliis uestimentis, efferet cineres extra castra, cū paratus ad remunerandū laborem electorum quicquid boni gesserant, in illa faciet uita uideri hinc ablatum. Locus extra castra,

Io. 10. b. Psal. 120. b uitæ perpetuæ ingressum significat. Vnde: *Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur, & egredietur, &c.* Et alibi: *Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, &c.* Introitum, scilicet in hanc ecclesiæ vitam. Exitum in illam, vbi pascua inueniuntur ęternæ satietatis. Locus ergo extra castra positus in illa vita intelligitur, cum mundissimus esse dicatur, qui in hac vita non reperitur. Locus ergo mundissimus extra castra, animus est iustorum, ex hac uita sublatorum, & in alia gaudentium, in quo holocausti cinis vsque ad fauillam consumitur, cum ibi bonorum operum merces ita redditur, vt omnis labor ad integrū

F Apo. 21. a consumatur, Vnde: *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis iustorum.* Et quia cessante labore operum, charitas per quā fiebant, nunquam cessabit, sed flagrantior erit, cum eū uidebit in ęternum quē diligit, rectè subditur: *Ignis autē in altari semper ardebit.* Et paulo post. *Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet de altari.* Cōsummato ergo vsque ad fauillam holocausto ignis de-

Leuit. 6. b ficiet, de altari. s. quia absumpto omni genere laborandi, charitas nunquam extinguenda flagrabit.

Forci

NICOLAVS DE LYRA

1 Facies & altare de lig. &c. *Descripto tabernaculo & his quę erant intra tabernaculum, hic consequenter describuntur illa quæ erant extra tabernaculum, ad ipsum tamen pertinentia, & primo describitur altare holocaustorum, secundo atrium tabernaculi in quo erat altare prędictū, ibi,* Facies atrium. *Circa primum dicitur.*

1 Facies, & altare. &c. *Quę sicut sunt imputribilia, ut prædictum est, ita sunt incremabilia. Aere etiam cooperiebantur, eo quod ignis erat semper in altari, & nihilominus illud altare interius & exterius erat opertum laminis æneis. Erat autem istud altare quadratum secundum longitudinem & latitudinem, scilicet quinque cubitorum. Altitudo autem altaris erat trium cubitorum, & erat factum ad modum arcæ quadratæ carentis fundo & operculo, ita quod habebat superficiem terræ pro fundo, & interius concauum erat.*

2 Cornu autem, &c. *In superiori parte altaris erant ista cornua.*

3 Faciesque in usus, &c. *Qui amouebantur de altari & portabantur extra.*

✱ 1 Et

MORALITER.

✱ 1 *Facies et altare, etc.* Hic describitur altare holocaustorum in quo carnes offerebantur animalium, & significat pœnitentiam, in qua caro propria immolatur.

† *Habebit quinque cubitos, &c.* Per quos significantur quinque ætates, in quibus debet pęnitentia durare, scilicet adolescentia, iuuentus, status virilis, senectus, & senium. In pueritia vero & ætate decrepita pœnitentię austeritas non habet locum.

† *Et totidem in latitudine.* Quia quinque sensus exteriores debent in pœnitentia exerceri.

† *Et tres cubitis altitudine, etc.* Per quos significantur tres partes pęnitentiæ, quę sunt, contritio, confessio, & satisfactio.

2 *Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt.* Per cornua vero sursum tendentia, intelliguntur cœlestis patriæ desideria, quæ sunt in vera pœnitentia.

3 *Faciesque in usus eius lebetes ad suscipiendos cineres.* Per huiusmodi uasa intelliguntur instrumenta pęnitentię vel exercitia, quę sunt ieiunia, vigilię, parcitas uictus, asperitas uestitus, & similia.

✱ Cratis

a dos cineres, & † forcipes atque fuscinulas & ignium recepta-
cula. Omnia vasa ex ære fabricabis. Craticulamq. in mo-
dum retis æneam, per cuius quatuor angulos erunt quatuor
annuli ænei, † quos pones subter † arulam altaris. † Eritque

a Ad emendandum ignem altaris. b Batilla quibus ignis & carbones ab altari holocaustorum ad altare thymiamatum transferebantur. c Corda proximorum charitatem inuitanda.
a Quia perseueranter obediunt, & clara voce alios instruunt. Aes enim durabile est & sonorum. b Ad suscipienda holocausta paratam: quia parant electi locum domino in sanctorum corda. intimo corde suo, vbi deuotas ei cogitationes colliocant. Vt per crebras aperturas ignis ad deuorandam hostiam libere exeat.
a Vt ecclesiam per quator mundi plagas diffusam verba Dei & veritatis confirment.
a Euangeliorum libri qui auditorib. perpetuæ vitæ coronam promittunt. Quia per omnem terram exiuit sonus eorum. Ps. 18. a. Vt animas humilium munimine suę consolationis alleuent.

a *Forcipes atq;*. BEDA. Forcipes sunt prędicatores, qui ignem charitatis in nobis, quasi in altari Dei exhortãdo accẽdere solent: Et velut gemino dente vtuntur, cũ nos consonis vtriusque testamenti paginis instruũt, & verba charitatis in corde quib. ad æterna desideria inflammãtur, collocãt. Vel forcipe, id est, duplici ferramento ignem altaris emundant, cum geminę charitatis virtutem infundũt, & huius gratia nos ardere & lucere pręcipiunt.

A

† serpas & crateras.

b *Atque fuscinulas, & ignium, &c.* BEDA. Fuscinulæ quæ Græce vocantur κρεάγραι in ministerio altaris habebãtur, vt carnes victimarum per eas de chaldariis coctæ proferrentur, & ad esum reficiendorũ offerrẽtur, quarũ esus prædicatorib. congruit, quorum ministeriũ est animas fidelium verbo reficere, rudib. lac simplicis doctrinæ adhibere, perfectorib. solidum cibum ministrare. Qui enim sacramenta Christi cognoscũt & imitationem suscipiunt, quasi carnibus hostiæ salutaris satiantur. Et quia doctorum est cuique personæ ministerium cum discretione committere, recte fuscinulas iubetur Moyses facere sacerdotibus, quibus carnes hostiarum prout oportuerit, componant, & alia quidem omnibus edenda † offerant, alia ignibus altaris consumenda relinquant. Sunt enim in verbo Dei quædam, quæ ad nostræ refectionis epulas concessit. Quædam vero tantæ profunditatis, ut spiritui sancto tantum pateant, nostræ vero capacitatis mensuram transcendant.

Creagræ. † quam B † efferunt

c *Ignium receptacula.* Ad hoc deputata sunt, vt per hæc ignis sanctus ab altari holocausti ad altare thymiamatis vespere & mane, ad incensum ponendum deferrentur, quia doctores tanquam ignem de altari holocaustorum, ad altare thymiamatis deferunt, cum auditores de virtute in virtutem prouehunt docendo, & meritis crescentibus ad altiora & diuinæ visionis arcana interiora. Qui etiam feruentia pietate corda proximorum imitantur, receptacula ignium fiunt, quia flammam cælestis sacrificij, quam in fraternis mentibus conspiciunt, in suis accendere satagunt.

C

Vbi supra cap. 12. Historice

d *Craticulamque in modum, & cæter.* BEDA. Altare totum concauum fieri præceptum est, sicut in sequentibus patet, sed & in medio habens craticulam per totum in modum retis distinctam, in qua victimarum carnes comburendæ ponebantur, & subter eã arulam, in qua compositis lignis, ignis arderet semper, ad deuoranda holocausta paratus. Erat aũt in arulam ostium in parte orientali altaris, quo ligna ad alendũ ignẽ mitti, & carbones vel cineres possent egeri, sicut ĩ pictura Cassiodori senatoris (cuius ipse ĩ expositiõe Psalmorũ meminit) expressũ vidimus, in qua ẽt vtrique altari, & holocausti scilicet, & incensi quatuor pedes fecit, quod vtrumq; eum sicut tabernaculi & templi positionem a Iudęorum doctorib. didicisse putamus.

D

e *Subter arulam, &c.* BEDA. Habet altare arulam subter craticulam, in qua ligna & holocaustorũ ignẽ suscipit, qa eadẽ electorũ corda in se cælestia verba suscipiunt, quib. calefacti & inflammari per donum spiritussancti, grata Deo vota piarũ cogitationũ reddũt. Ligna enim arulæ altaris sacerdos imponit, cũ doctor desiderantib. fideliũ mentib. testimonia scripturarum, quib. in fide & dilectione confirmãtur, ingerit. Addit ignem lignis, cũ intellectũ verbi, & efficaciam operationis à Deo quærendum edicit. Ardent ligna in altari, cum charitas Dei diffunditur in cordibus nostris. Et hoc igni superpositum consumitur holocaustum cum omnia, quæ bene agere disponimus donante gratia spiritussancti per virtutem dilectiõis acceptabilia redduntur. Vnde craticulaque holocausta gerit, tanquam rete fieri præcipitur, vt per crebras illius aperturas ignis suppositus, ad consumendas omnino hostias libere penetret. Necesse est enim vt gratię Dei aperiamus corda nostra, & quasi plurimis patefactis ianuis sedulo depcemur, vt per singula quæ inchoamus bona, quasi per singula victimarum eius frusta sua nos misecordia illustrare, & in amorem suum accẽdere dignetur. Pelagiani enim qui sine gratia Dei se aliquid perficere præsumunt, in altari cordis craticulam instar retis non superponunt sacro igni, sed quasi parietem, solidum inter se & ignem spiritussancti, ne charitate calefiant, interponunt. Non solidum, sed inane, &c. vt copiosum scilicet locum haberet, ut ignem sanctum, & ligna ad ignem, vel holocausta igne consumenda reciperet. Tu quoq; si vis esse altare Dei, eximani teipsum ab omni contagio mundanorum, vt in te ligna verborum cęlestium, & hostię virtutum locum habeant spatiosum, capiasq. flammam spiritussancti, quo eædem hostiæ domino consecrẽtur, & ad finem perfectionis perducantur.

Mystice † ambitu interne. † Erent.

E

F




NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et forcipes. *Id est, tenaculas ad faciendum ignem in altari. Hebræi dicunt bacinos scilicet ad recipiendum sanguinem animalium quæ immolabantur.*

2 Atque fuscinulas. *Scilicet ad extrahendum carnes de chaldarijs, & ad ponendum super altare ea quæ ibi cremabantur.*

3 Et ignium receptacula. *i. vasa in quibus de altari holocausti accipiebantur carbones viui, ut deferrentur intra tabernaculum ad cremandum thymiama mane & vespere super altare incensi, de quo habetur infra 30. cap.*

4 Craticulamque in modum te. *Istud exponitur uno modo sic, quod ista craticula erat ad modum retis facta & quadrata, & in quatuor angulis habebat quatuor catenas, et in fine catenarum quatuor annulos, qui ponebantur in quatuor cornib. altaris ad hoc aptatis per quandam recuruationem, & sic illa craticula ab illis cornibus dependebat intra concauitatem altaris, usque ad altaris medium, scilicet per cubitum & dimidium, & inferius in arula versus terram fiebat ignis desubitus, per quandam fenestram, quæ in vno latere altaris ad hoc erat facta, & ignis ascendens de arula per foramina prędictæ craticulæ transiens, illa quæ erant ibi posita, cremabat. Et patet litera secundum hoc vsque ibi.*

5 Quos pones subter arulam altaris. *Arula enim est vas, ubi ponitur ignis, prout Iere. 36. cap. dicitur. Et sic ista litera uidetur manifeste contradicere prædictis, quia quod dicitur hic, Quod panes subter arulam, loquitur de quatuor annulis prædictis, quia in altari holocaustorum non ponuntur, nisi quatuor annuli tam in isto loco, quam infra. 38. capitu. Isti autem annuli secundum prædicta positi erant in cornibus altaris, quæ erant in summitate eius. Arula autem erat inferius. & ideo dicunt aliqui, quod textus est hic corruptus uitio scriptorum, quia ubi dicitur, subter arulam, debebat dici super arulam. sed hoc non est verum, quia in libris antiquis & in Hebræo ubi recurrendum est pro veritate textus habenda, habetur subter, & non super. Et ideo si quis velit sequi dictam expositionem, quam plures expositores sequuntur, oportet dicere. quod in altari erant octo annuli, quatuor in superiori parte, cum* ✱ *quibus*

MORALITER.

✱ 4 *Craticulamque.* In qua cõburebantur carnes, impositę, & significat feruorem dilectionis, virtute cuius aduruntur motus carnis. Vnde dicitur Psal. 25. a. *Vre renes meos, & cor meum.*

Historice

BEDA. Si quem mouet iuxta literam, quomodo ligna altaris tanto igne vicino incōbusta permanere poterunt, accipiat Hieronymi responsū. Altaris (inquit) ligna quę de lignis para disi sunt, nō cremātur igne vicino, sed puriora reddūtur. Nec mirū hoc de sanctuario & interiorib. templi & altaris & thymiamatis credere, cū etiam ἀμίαντον ligni genus vel ligno simile, quanto plus arserit, tanto mundius inueniatur.

a *Facies & uectes.* Doctores scilicet qui Iudæā scilicet & Gentilitatē in unam fidei gratiam consono ore & opere vocent. Vel ex utroque latere altaris ad portandum erunt vectes, cū prædicatores mētes fidelium in prosperis & in aduersis constantiam uirtutum tenere docebunt.

rius erat, prima inchoantium rudimenta. Vnde tentoria eiusdem atrii erant de bysso retorta, quia primo incipientibus cura est impēdenda, ut de carnis simul & spiritus refrenēt illecebras. Vnde: *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus*. Byssus enim de terra uiridis oritur, sed eruta siccatur, tunditur, coquitur, torquetur, & magno longoq; exercitio ad candidum perducitur colorem, sic caro nostra vt ad virtutem decoremque perueniat castitatis, necesse est ut oret, ieiunet, vigilet, & omni continentia laboret, vt delectationes ingenitas siccet, & ad eam dignitatem virtutis quam desideramus, ascendat. Retorquetur autem byssus, ne facile soluatur, cum non solum carnis luxuria restringitur, sed tota eius memoria ab intimo corde eradicatur.

2. Cor. 7. a

a Doctores qui ecclesiam quodammodo portant, dum fidem & sacramenta veritatis vel nescientib. prędicāt vel scientib. quæ acceperunt, confirmantes roborant.

a craticula vsq. ad altaris medium. † Facies & vectes altaris de

a Vtrique populo, Iudæorum s. & gentium, verbum prædicent. b Propter sonum & instantiam prædicationis. c Vectes vt portari queat altare, mittuntur in circulos, cum doctores corda fidelium per verba euangelii, quę calo & terrena transeuntib. non preteribunt exhortando erigunt.

lignis setim duos, quos operies laminis æneis, & induces per circulos, eruntq. *ex vtroque latere altaris ad portandū. † Non

a Si vis esse altare Dei, abiice omnia contagia, fac cor tuum spatiosum, vt capias ligna verborum cælestium & hostias virtutum, & ignem spiritus sancti. b Vacuum s. & omni iniquitate & temporali solicitudine. c Sicut s. angelis & sanctis hominib. constat.

solidū, sed inane & concauū intrinsecus facies illud, sicut tibi

a Contemplationis. b Rudimentum inchoantium.

in mōte monstratū est. Facies & atrium tabernaculi, in cuius

a Quia incipientibus prius fuganda est carnis & spiritus illecebra, vt mundentur ab omni inquinamento carnis & spiritus.

b Centenarius quia leua transit in dexteram, cælestem significat vitam.

plaga australi cōtra meridiem, erūt tentoria de bysso retorta. Centū cubitos vnū lat⁹ tenebit ī lōgitudine, & colūnas viginti

Mystice.

b *Sicut tibi in monte.* BEDA. Omnia quæ nobis mystice in altaris & tabernaculi cōstructione Moyses facīēda designauit, prius in illa cælesti conuersatione in qua cū domino quadraginta dieb. fuit, facta in supernis ciuib. perenni obseruatione vidit. Non enim dubiū est eum potuisse ante solium Dei illud altare vidisse, quod vidit Esaias ueris carbonib. internæ claritatis plenissimū, & forcipes sanctos quos idē propheta vidit, quorū vno tulit angelus carbonē de altari, quo eius labia purgauit, eiusdem nāq; spiritus gratia qua angeli inflammantur ad amandum Deum semper in celis, & hominib. in terra peccata dimittuntur, & virtutū dona cōceduntur. Altare ergo cōcauū & inane fieri præcipit, sicut Moysi in monte mōstratū est. Quia sicut angeli & spiritus iustorū in cælis vacui a peccatis, & pleni sunt pietate & iustitia, ita & nos in terra declinare a malo & facere bonū debemus. Quod sicut exhortationib. verbi cælestis, ita mysticis tabernaculi & vasorum figuris & ceremoniarum semper agere iubemur.

Esa. 6. a. Ibidem.

c *Facies & atrium.* BEDA. Sicut sancta sanctorum quę in celis ecclesię partem designant, & prius tabernaculum perfectam vitam fideliū in hoc seculo, ita atrium tabernaculi, quod exterius,

Vbi supra 6. 13.

Cētenarius numerus.

d *Centum cubitos.* BEDA. Constat centenarium qui in computū digitorum a leua transit ad dexteram, sæpe in scripturis cælibē significare vitā, quia sicut dextera leuæ, ita cælestis præfertur præsenti uitæ. Aedificationem arcę Noe centesimo anno cōpleuit, quia ecclesiā in hac vita ędificat, dominus in futuro pficiet. Abrahæ cētenario nascit Isaac filius promissionis, quia beneficio hæreditatis quæ in semine eius, omnib. familiis terræ promittitur, in futuro, & cælesti patria reddet. Centū annos peregrinatur ipse in terra promissionis, quia q filii Abrahæ per fidē efficimur, i spe supernæ hæreditatis debemus in præsenti peregrinari. Seuit Isaac in Geraris, qđ interpretatur incolatus, & inuenit in ipso anno cētuplū, qa quicūq; promissiōis filii ī hac vita peregrinātes, bona operamur, mox egressi de corpore, ī cælesti vita recipimur. Cētū ergo cubitos habet latus tabernaculi in longū, quia oēs qui ad ecclesię mēbra pertinent, necesse est pro æterna in cælis vita laborē pęnitentiæ & continentiæ temporalis assumant.

Gene. 9. Gene. 21. a. Gen. 25. d.

e *Et columnas uiginti.* BEDA. Columnæ quib. tentoria suspendūtur, doctores sunt qui corda auditorū a terrenis ad cęlestia sustol-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *quibus craticula dependebat ex cornibus, & quatuor in inferiori parte sub arula, in quibus mittebantur vectes ad portandum altare. Sed hoc non bene consonat textui huic. & infra 38. a. vbi dicitur, Fusis quatuor annulis, per totidem retiaculi summitates ad immitendos vectes ad portandum.* Ex *quo patet, quod annuli quatuor, quibus immittebantur uectes ad portandum altare, erant in summitate retiaculi. Et certum est, quod retiaculum hic non potest dici secundum translationem nostram, nisi craticula ad modum retis facta.* Ideo *aliter exponit Rab. Salomon. Ad cuius intellectum primo ponenda est litera, prout habetur in Hebræo, quæ talis est. Et cribrum in modum retis æneum, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ærei, quos pones super ambitum altaris.* Eritq; *cribrum vsque ad altaris medium. Cribrum hic dicitur quoddam opus æreum, ad modum retis factum. Et ideo vocatur cribrū, quia sicut cribrum habet multa foramina, sic & istud, quia factum est ad modum retis, & circumibat altare exterius, attingens a parte inferiori usque ad medietatem altitudinis altaris. Ambitus autem dicitur hic quadam eleuatio in circumitu altaris per modum zonæ, & erat iste ambitus super cribrum, & annuli erant positi in angulis altaris sub isto ambitu & super cribrum, per quos annulos mittebantur vectes ad portandum altare. Cornua autem quæ erant in superiori parte altaris, in angulis non erant recurua, sed recte tendentia in altū, quasi quidam pomelli ad decorem altaris. Concauitas autem altaris, quando situabantur castra, & altare implebatur terra usque ad summum, & supra superficiem illius terrę intra tabulas altaris inclusæ fiebat ignis, & offerebantur & cremabantur hostiæ, secundum quod dictum fuit supra* 20. d. *Altare de terra facietis mihi.* Et *quando mouebantur castra, amouebatur altare prædictum de tabulis factum, & remanebat terra. Et ista expositio concordat literæ, quæ ad hoc potest de facili applicari.*

Cribrum.

*Ad maiorem autem intellectum descripsit figuram secundum vtrāque expositionem. Sciendum tamen, quod unum latus tantum altaris hic figuratur apparens directe, Tum quia alia tria non possunt figurari in plano, Tum quia per imaginationem inspicientis latus unum, alia tria possunt de facili capi, cum sint per omnem modum similia, hoc excepto, quod in figura primę expositionis describitur illud latus, in quo erat fenestra, alia autem tria nullam fenestram habebant.*

*Rationes autem prædictorum sic assignantur. Altare enim istud uocabatur altare holocausti, non quia hostiæ holocaustorum ibi tantummodo offerrentur, sed etiam cum hoc hostiæ pacificæ, & pro peccato. Sed quia hostia holocausti dignior erat, utpote quia tota incendebatur ad honorem diuinum, alię vero non, ideo denominatur altare holocausti tanquam a digniori. Item istud altare non erat intra tabernaculum, sed extra in atrio tabernaculi, Tum propter munditiam tabernaculi seruandam, Tum quia non possent hostiæ ibi cremari, sed inflammarentur cortinæ quæ erant super tectum, cum non distarent a pauimento tabernaculi, nisi per decem cubitos, Tum ne fierent similes idololatris, qui immolabant et offerebant uictimas super altaria, quę erant in templis idolorum.*

Altare holocausti.

1 Facies & atrium. *Hoc consequenter describitur atrium, quod erat circa tabernaculum. Erat autem huiusmodi atrium quædam platea magna sub dio habens in longitudine centum cubitos ab oriente in Occidentem, & in latitudine quinquaginta ab austro* ✠ *versus*

Atrii descriptio.

## MORALITE.

✠ 1 *Sed inane & conc. &c.* Per quod significatur quod uere pęnitens debet esse vacuus a terrenorum cupiditate.

1 *Facies & atrium, &c.* Per hoc atrium in quo fuit tabernaculū & altare in ministerium sacerdotum & Leuitarum, figurata fuit dilatatio fidei Christianę vsq. ad terminos terrę habitabilis, Cuius lōgitudo sm Philosophū in li. Meteororū accipitur ab oriente in occidētē, & latitudo a meridie in aquilonē. Et sicut dicit ibidē, longitudo excedit latitudinē, plus quam quinque excedunt tria, qđ est fere in medietate. Quod autem ✠ modicum

Philosophus.

A sustollunt, & quasi vestes domini diligenter extendunt, ne qd duplicitatis remaneat, sed simplici & munda intentione corā domino velut tentoria byssina niteant. Fuerunt autē colūnæ æneæ sed argenteæ vestitæ, sicut in sequētib. declaratur. Aeneę quidem propter perseuerantiam virtutis, vel sonoritatē prędicationis. Argento autem vestitæ, quia nō aliud quam verbum Dei sonant.

a ¶ Pases, timor domini, qui est initium sapientiæ.

a cum basibus totidem æneis, quę capita cum † cælaturis suis

¶ Non argentata.

b habebunt argentea. Similiter & in latere Aquilonis per longum. c erunt tentatoria centum cubitorum, columnæ vigin-

¶ Vt supra.

d ti, & bases æneæ eiusdem numeri: & capita earum cum cælaturis suis argentea. e In latitudine vero atrii quod respicit ad

a ¶ Quia occidit actualis uita & quies sequitur & merces æterna.
b ¶ quia numerus quietem significat, & remissionem quam expectant sancti opera bona. Iobel enim interpretatur remissio.

occidentem, erunt tentoria † per quinquaginta cubitos, & co-

a ¶ Quia septenarium nostrum visione sanctę trinitatis in æternum iungetur. Vnde: Mihi autem adhęrere Deo bonum est. Psal. 72. d.
b ¶ In principio conuersationis bonæ.

f lumnæ decem, basesque totidem. In ea quoque atrii lati-

a ¶ Fidem.
b Quia in ipso ingressu qui catechizantur remissionem peccatorum, & requiem sperare debent.

g tudine, quæ respicit ad orientem, quinquaginta cubiti

a ¶ Quia constat ex septem & octo. Septenarius significat præsentem vitam, quę septem diebus voluitur Octonarius, futuram quæ est resurgentium, ad quam per hanc venitur.

h erunt, † in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri

a ¶ Prædicatores qui tentoria in se suspendunt: dum auditores docent quærere quæ sursum, sunt non quæ super terram. b ¶ Propter spem, fidem, & charitatem. c ¶ Qui in timore Dei fundati.

vno deputabuntur, columnæque tres, & bases totidē. Et in lates

a *Cum basibus, &c.* BEDA. Basibus columnarum æneis initium sapiētiæ, id est, timor domini intelligitur. de quo Iesus filius Syrach ait, *Radix sapientiæ timor domini*, Et pulchrè subiunxit: *Et rami eius longęui.* Quia germina virtutum multifaria quę de timore domini tanquam opus, & cælaturę columnarū de basibus prodeunt nūquam fructu mercedis carebunt.

† Quinquagintacubitorum. a Prou. 1.

B b *Argentea* BEDA. Capita non argentata, sed tota argentea, quia doctores totos se diuinæ scripturæ subijciunt, verba diuina meditādo & prædicando mancipiant animā & corpus. Sicut enim mēbra sine capite viuere nequeunt, sic illi eloquia diuina vitam suam existimātes hęc nunquā obediendo portare, & se humiliādo exaltare desistunt.

c *Similiter et in latere.* BEDA. Eadem de latere Aquilonis repetuntur, quæ de latere australi præmissa sunt, quia vtriusq; testamenti pręcones consono ore ad cælestia nos erigūt: tamē etsi sacramenta habuerunt pro tēpore differentia imò hoc tēpore noui testamenti quicunque de vtroque populo ad salutē ptingunt, non solum eandem fidem, confessionem & operationē sed & sacramenta habent eadem in emundationē peccatorū, & perceptionē cælestis vitę in gratia Dei per Iesum Christum.

d *Columnæ viginti.* Quare viginti fuerunt colūnæ atrii supra dictū est, vbi eiusdē numeri tabulę in vno tabernaculi latere fieri pręcipiuntur.

Mystice. e *In latitudine vero, &c.* BEDA. Latitudo atrij quod respicit ad occasū solis, vbi terminato labore diurno noctis sopora gratia succedit, tempus significat, quo cessante post mortē actuali vita, quies sequitur electorum, & merces ęterna. In vinea quoq; patrisfamilias cum sero effectū, operarij pceperе laboris pmium, quia singuli iustorum in fine huius vitæ sortiunt ingressum vitæ æternæ. Vnde, *Beati mortui qui in domino moriuntur. amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis, &c.* Ideo occidentale latus atrii tētoria habet per quinquaginta cubitos, & decē columnas, quia quinquagenarius quietem significat, pp quinquagesimum annū qui libertati & quieti & remissioni dedicatus erat vnde & iubileus dicitur, Hebraicę enim יובל Iobel est cornu arietis, eo quod anno quinquagesimo ad libertatē cornu arietino clangebatur. Denarius quoq; superna præmia designat vbi humana natura in vtraq; substantia iā immortaliter sublenata, † in diuinæ visionis præsentia lætatur. Deus enim trinitas est corpus nostrū ex quatuor elementis subsistit. Interior hō ternario numero. Cū ergo ex toto corde, tota aīa tota mente Deum diligere iubemur, & septenarium nostrū visioni sanctæ trinitatis in ęternū iungetur. Iuxta illud, *Mihi autem adhærere Deo bonum est, &c.* Hic est denarius, quem cultores vineæ dominicæ vineæ consumatis laboribus pro mercede accipiunt. Quia ergo nobis sancti prædicatores finita hac vita, præsentiam conditoris, & requiem æternā promittūt, & sic desideria nostra, ab infimis ad cælestia querēda erigūt, quasi in occidentali latere atrii tentoria quinquaginta cubitorū latitudinis decem columnæ subleuantes extollunt.

Mat. 10. a. Apoc. 14. c. † &. D Deut. 6. Psal. 72. d. Mat. 20. b. † Filiis eas eingentib.

f *In ea quoque atrij.* BEDA. Latitudo atrii orientem respiciens initium bonæ cōuersationis quæ à fide icipit, significat, quæ propter primam cælestis gratiæ perceptionem orientē ręspicere dicitur. Vnde *Visitauit nos oriens ex alto, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent.* In hac plaga quinquaginta cubiti quia in ipso ingressu cōuersionis omnes qui catechizātur remissionem peccatorum, & requiē sperare docēt, quinquagenarius ad remissionē pertinet. Vnde Psal. eiusdē numerі pœnitentia & cōfessio & remissio peccatorū descripta est, ita vt qui domino peccauerat, & malū corā eo fecerat, cognoscēdo iniquitatē suā, ab ipso sit ablutus, & super niuem dealbatus, rursumq; lętitiā salutaris Dei. i. Christi quem offenderat receperit: & spiritu illius principali, ne vltra laberet cōfortatus fuit. Habet ergo latitudo oriētalis atrii quinquaginta cubitos cum prima fidei cōfessio remissione peccatorē, & spe futurę quietis gaudet & pacis. In symbolo quoq; apostolorum cōfitemur nos credere sanctā ecclesiā remissionem pecatorum & carnis resurrectionē, quod postea vniuersalis synodus plenius expressit, dicens. *Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum, spero resurrectionem mortuorum & vitam futuri seculi.*

E Lucæ 1. Et. Psal. 50. a.

g *Quinquaginta cubiti erūt.* BEDA. Quinquaginta cubitis plagę orientales gñaliter initia credentium signātur, quia in remissione peccatorum, & spe futurę beatitudinis celebrātur, quorum specialis distinctio subintertur, quę ad eundem finem bene considerata refertur. Sequitur enim.

F h *In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputabuntur, colūnæq; tres, &c.* Quindecim nāque qui septenario & octonario cōstat, ęternę vitę gaudia designat, quę à sabbatismo incipiens aīarum, perficit in resurrectione corporum. Nā dominus septima sabbathi in sepulchro quiescēs, octaua die. i. post septimā sabbathi resurrexit. Qđ autē in latere vno quindecī cubitorum fuerunt tres columnę cum totidiem basib. figurat pdicatores fide, spe, & charitate pęminentes, & mentes instabilitate timoris firmātes. Ingressurus ergo atriū tabernaculi hēt ab vtroq; latere tentoria qnd cim cubitorum ternis suspensa colūnis, q̄ quicunq; ingressurus ecclesiā sacramenta fidei discere, ppsuer it. siue ad ecclesiā gentium, siue ad synagogam

Ephes. 4. a.

NICOLAVS D LYRA

✱ *versus Aquilonem, & erat clausa columnis quinque pedū altitudinis in quibus pendebant cortinę usque ad terram, ubi cum paxillis & funibus figebantur, ne a uentis mouerentur. In latere vero Aquilonari ipsius atrij erant viginti columnæ, & in latere australi viginti, & in latere occidentali decem, & in latere orientali decem, & erant omnes de ære, secundum quod habetur infra. xxxvij. capitu. Et erant infixæ basibus æneis æneis, eo modo sicut dictum est de alijs columnis existentibus in tabernaculo. Cortinæ uero habebant in latitudine quinque cubitos secundum longitudinem columnarum, & erant factæ cum acu reticulato opere, ut dicit Rab. Sal. ita quod vulgus qui erat extra atrium per foramina cortinarum poterat uidere sacrificia, & oblationes quæ fiebant in atrio per sacerdotes, & erant omnes de eadem materia. sc. de bysso retorta. vt fila essent bene fortia, & per consequens eiusdem coloris, hoc excepto quod in* ✱ *introitu*

MORALITER.

✱ odicū est, non computatur. ij. Pysicorum. Ideo dicitur hic quod longitudo atrij ab oriente in occidentem fuit cētum cubitorum, & eius latitudo quæ accipitur à meridie in Aquilonē quinquaginta cubitorum. Per columnas huius atrij significantur ecclesiæ prælati, qui dicuntur ænei, & capita eorum argētea. Per eos autē intelligitur fortitudo patientiæ, & per argentū honestas eloquentiæ, quæ debent esse in prelatis. Per cortinas in columnis appensās intelligitur prędicatores ex potestate prælatorum discurrentes ad informandum populum verbo prędicationis & exemplo bonæ conuersationis.

A rogam intuitum mentis conuerterit. in vtraq; parte fideliū doctores iueniet, fide fortes, spe sublimes, charitate ferueˉtes, & in timore Dei fundatos auditoribus requiē animarū, & resurrectionem corporum promittere, qui velut tentoria de bysso retorta, in se suspēdunt, cū eos exemplo suo docent quæ sursum sunt quærere, nō quę super terram, & integrum spiritū, & animam, & corpus sine quærela in diem domini custodire.

Colos. 3. a. 1. Thes. 5. d

a *Columnasq; habebit &c.* BEDA. In introitu atrij quatuor sunt columnæ, quia non nisi per fidem & sacramenta euangelij quæ in quatuor libris continentur, vnitatē ecclesię ingredimur. Vnde cathechizādis quatuor euangeliorum principia recitantur, & de figuris & ordine eorum in apertione aurium solerter erudiuntur, quo sciant exinde & meminerint qui & quot sint libri, quo- B rum verbis maxime in fide trinitatis debeant erudiri. In quo introitu fit tentorium viginti cubitorū, qui est quaternarius quinquies ductus, quinque autē corporis sensus sunt. Bene ergo in introitu atrii tentoriū viginti cubitorum in quatuor columnis suspenditur, quia omnes qui ecclesiam intrant, ad regulam euāgeliorū fidē pariter & actus componere debent, ut continentes ab illecebris carnis oēs sensus corporis, diuinis subigant imperiis. Non solum enim hoc tetorium quatuor colūnis subleuatur, sed & ipsum in longitudine sua numerum quinariorum multiplicatū habet, cū quilibet humiles & pii auditores ad fidem venientes, non solū euangelii verbis imbui, sed etiam euangelicam vitam agere desiderātes omnes corporis sensus in obedientia charitatis expendunt.

b *Ex hyacintho, &c.* BEDA. Recte in hoc introitu atrii tentoriū non sicut in reliquo atrio fit de bysso retorta, sed de quatuor nobilissimis coloribus. hyacintho s. & purpura, coccoq; bis rincto & bysso retorta. Opere plumarii, quia his qui catechizantur, ecclesię facies exterius fulget, sed clarior virtus & dignior, apparet his qui eam per sacramenta baptismi ingrediūtur. Nemo enim repente fit summus, sed gradatim a minorib. ad perfectiora tēdimus, hyacinthus spem cælestium bonorū, purpura tolerantiā tēporaliū malorum, coccus bis rinctus arborem perfectæ dilectionis, byssus retorta significat cōtinentiā carnis.

C Qui colores opere plumarii inuicē sunt variati, quia quæq; virtus fidelium vicinarum sibi virtutū societate velut consanguinitate crescit q̄uis singuli colores singulis possent cōuenire electis. Qui enim altius cęlestia speculatur, hyacinthus est, qui plura propter iustitiā patitur, purpura est, qui feruentiore in Deū & proximum charitate flammescit, coccus bis tinctus, q spiritualiter virginali integritate carnis albescit byssus retorta, & cū iusti in eadem fide & pietate, euangelica de suis alterutrū uirtutibus congaudent, quasi introitu atrii domini, tētorium decorant pulchra colorum uarietate contextum.

Moraliter

c *Omnes columnæ, &c.* BEDA. Quæ dixerat, diligentius inculcat vt sed dulo lectorē admoneat, neminē inter doctores ueritatis columnas scilicet atrii cælestis posse cōputari, q nō instar æris immutabilem inter aduersa patientia habere didicerit, nisi sese cælestium obseruantia & annūtiatione verborū velut argenti D laminis vndique muniēdo exornauerit, nisi se omni subiectione præceptis diuinis quasi argenteo capiti supposuerit, & timore Dei velut ęnea basi stabilierit.

d *In longitudine, &c.* BEDA. Cētum cubitos longitudinis habet ecclesia, quę vlnas eleuat ad bona opera propter vitam æternā. Quinquaginta latitudinis, quia requiē sperat sempiternā ī gratia spiritussancti, quā spiritussanctus quinquagenario volu t significari, cum penthecosten i. quīquagesimum diē paschalis festiuitatis, suo aduētu cōsecrauit. Altitudo quinq; cubitorum est iuxta numerū sensuū corporis, quia tunc recipiet unusquisq; pro pria corporis sui, put gessit, siue bonum siue malū. Sed ī atrio domus Dei. Eorū tātum figura exprimitur, qui bonū in corpore fecerūt, p quo in requiem vitę perennis merentur introduci, qui nunc operibus iustitiæ, quæ casto corpore & corde agūt, quasi byssus retorta nitent, & tūc ī eodem corpore immortalitatis gloria sublimato perceptis iustitiæ pmiis. In euangeli o vero vtriusque partis mentio est, vbi quinque virgines cū operib. lucis statim cū sponso ad nuptias intrant. Quinqne vero, quę opera castitatis nō casto animo fecerant, repulsæ cum suis tenebris. Quinquæ enim erāt, & quinque, quia utræque secundum ea quę in carne gesserant, iudicatæ sunt. Tota ergo longitudo & latitudo atrii per centenos & quinquagenos cubitos distincta est. Quinque habet cubitos altudinis, quia necesse est, ut qui promissionem habemus quietis & patriæ cælestis, mundemus nos ab oī inquinamento carnis & spiritus, & perficiamus & sanctificationē in timore Dei, ut cap parēte hora promissæ retributionis, in spiritu & carne letemur in amore Dei propter vtriusque nostræ substantiæ, id est, animæ & carnis emūdationem ī timore Dei. Quod supra dictum erat & repetitur ut firmius memoriæ commendetur, fietque de bysso retorta.

Mystice.

2. Cor. 5. b.

E

Mora[illegible]

e *Cuncta vasa, &c.* BEDA Hæc vasa, homines sunt in ecclesia diuersis meritis & gradib. domino seruientes, quæ iubentur fieri ænea, ut quisque in aduersis perseueret in finem, ne promissam sibi salutē desidia pdat, velut fidem quam didicit, inimicis oppugnantib. palam cōfiteri non metuat, & amicis dona quæ percepit, sonare non desistat. Aes enim sonorū & durabile est. Paxilli autem tabernaculi vel atrii ad hoc facti sunt, ut fixi columnarum summitatib. foris eminerent, & impositis velorū uel tentoriorum funibus sic ea leuantes, a terra suspenderent. F Quorū factura & positione Doctorum lingua signatur, quæ pdicando audientium corda tangit, & tangendo subleuat. Funibus enim solet scriptura signari. Vnde, *Funiculus triplex difficile rumpitur*, quia scriptura quæ historico & allegorico, moraliue sensu interpretari consueuit, nulla hæreticorum vel paganorum peruersitate corrumpitur. Tētoria vero uel uela ut funes reciperent, habebant in superiorib. suis ansas uel circulos quibus funes immitterentur. Tu quoque si vis tentorium Dei fieri, prepara in corde tuo receptaculum sermonis, ut possis ad iu[illegible] perna

Eccl. 4. c.

re altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidem. In introitu verò atrii fiet tentorium cubitorum uiginti ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta opere plumarii, columnasq; habebit quatuor cum basibus totidem. Omnes columnæ atrii per circumitum vestitę erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit, fietque de bysso retorta, & habebit bases æneas. Cuncta vasa tabernaculi in

¶ In quo requies animarum & resurrectio corporum significatur. ¶ Ecclesiæ. ¶ Qui est quinarius quater ductus: quinque autem sunt corporis sensus, quos qui ecclesiam ingreditur, diuinis debet subiicere imperiis. a ¶ Spe cælestium. ¶ Tolerantia temporalium. ¶ Ardore perfectæ charitatis. ¶ Continentia carnis. ¶ Quia consanguinea societate mutuam claritatem sibi tribuunt virtutes ipsæ. ¶ Quia qui ecclesiam intrant, ad regulam euangeliorum fidem & actionem componere debent. ¶ Doctores. ¶ Cęlestis. ¶ Eloquia domini elo. casta. at. ig. &c. Psal. 11. b. ¶ obseruantia & annunciatione diuinorum verborum. ¶ Mentibus. ¶ Quia subijcere se debent diuinis præceptis quasi argenteo capiti. ¶ Quia corpore & mente labori prædicationis insistere debent. ¶ Quia in timore domini sunt stabiliendi. ¶ Quia vlnas leuat propter vitam æternam ad bona opera. ¶ Ecclesia. ¶ Quia requiem sperat in spiritussancti gratia. ¶ Propter quinque sensus corporis, quia in corpore recipiemus quod in corpore gessimus. ¶ Casto scilicet corde & opere. ¶ Fixas, scilicet in timore Dei. ¶ Sanctos diuersis meritis & gradibus seruientes. ¶ Ecclesiæ.

NICOLAVS DE LYRA.

☩ *introitu atrij, qui erat in parte orientali longitudinis quinquaginta cubitorum, vt iam dictum est uiginti cubiti medij claudebantur cortina facta de quatuor coloribus. s. hyacintho & purpura coccoque bis tincto & bysso retorta, & illa cortina poterat trahi & retrahi pro ingressu & egressu eorum qui intrabant atrium. Decem autem cubiti qui erant ex utraque parte introitus, claudebantur, cortinis de bysso factis, sicut & alii quæ erāt in circumitu.*

1 Omnes columnæ atrii per circumitum, &c. *In Hebræo habetur sic. Omnium columnarum atrij per circumitum cincturæ earum & vncini de argento, & vocantur hic cincturæ quidam circuli argentei circundantes columnas, vt dicit R. Salomo. Virum tamen essent in medio columnæ per modum cuiusdam pomelli, vel in superiori parte modum capitelli non determinat. Rationabilibus tamen videtur, quod essent per modum capitellorum in superiori parte, quia erant ad decorem, qui magis debent poni in capite columnæ. Vncini autem dicuntur vbi cortinæ pend[illegible] columnis, & secundum hoc columnæ dictæ non erant vestitæ [illegible] argentis, sed tantum in capitibus earum erant quidam circ[illegible] tei.*

2 Cuncta uasa tabernaculi in omnes, &c. *[illegible] tera huiusmodi, quæ erant necessaria ad erigendum [illegible]*

A perna suspendi. Imponantur vero paxillis columnarum funes tetoriorum, vt sic expensa, atque in altum † eleuata pulchritudinem tabernaculi compleant, cōmittant prædicatores cordibus fidelium eloquia diuina, per quæ ad exemplum sui ab infimis erigant, vt extensa funibus & sublcuata vela vel tentoria operis tui decus mirificum, quod inuoluta nequibant, longe lateque demonstrent, ostendant fideles amplitudinem boni operis, pulchritudinem mentis & internæ gratiæ, vt alij videntes glorificēt patrem qui in cælis est, dicentes. *Quam amabilia sunt tabernacula tua domine virtutum, cōcupiscit & deficit anima mea in atria domini.*

† Elata. † Facietis. *Prolumi nari vel ad lucendum. Psal. 83. a. † Appēsū. i. 3. de tabern. c. 3.

a *Præcipe filijs Israel.* BEDA. Deposito omni ornatu tabernaculi, consequenter lumen lucernæ prouidetur, vt decor eius mirabilis sicut in die,

B lumine solari, ita noctu, lucernalib. flammis illustretur, ne vnquam in domo Dei tenebræ vel vmbra possit esse.

Mysticè. In domo Dei lucerna, sunt opera iustorum, quæ mentes intuentium exemplis illuminant. Diligentius verò intuendum, quod vt lucerna semper in tabernaculo Dei possit ardere, filij quidem Israel offerre oleum, Aaron vero & filij eius ipsam lucernam collocare iubētur, quia fideles & dilecti auditores prompta ad obediendum fidei corda afferunt. Doctores vero ignem cælestis verbi quo illuminentur ad cognoscendū & inflammentur ad diligendum Deum, prędicando ministrāt. Per olei namque pinguedinem qua lassi & infirmi recreātur & gratia luminis prę̄statur interna dilectio mentis, & opus misericordiæ designatur. Vnde, *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei*, &c. quasi quia misericordiæ fructum indigentibus exhibui. Mihi quoque in æternum à Deo rependendam misericordiæ gratiā speraui. Filij ergo Israel offerāt oleum. Aaron verò & filij eius allato igne componant lucernam, quæ ardeat in tabernaculo Dei, auditores scilicet deuotionem mētis, & doctores doceant eos arcanā scientię cælestis, quibus instituti in conspectu Dei igne charitatis ardeāt, & hominibus † lumen bonæ actionis ostendat.

Mysticè. Psal. 51. b. † Lucem. Nota.

b *De arboribus oliuarum.* BEDA. Notandum quod filij Israel iubentur offerre oleum, sed cum distinctione de arboribus oliuarum. Et additur. Purissimum, piloque cōtusum. Solet enim

C fieri oleum myrthinum, raphaninum, de nuce, de lino & de diuersis speciebus, sed nullum offerre licet in tabernaculo domini, nisi quod de oliuis fit: sicut nec ignis alius quam qui de cęlo descendit, vel in lucernis, ardere vel in altari Dei debet accēdi. *Spiritus enim sanctus, disciplinæ fugiet fictum.* Offerant ergo filij Israel oleum ad lucernas Dei, non quodlibet, sed de oliuis, purissimum, piloque contusum. Offerant auditores doctoribus cōscientiam puram, charitatis gratiam fęcundam, & pilo sedulæ probationis ab omni nequitiæ commistione mundatam cui sola intentione placendi & seruiendi Deo verba audire delectet. Offerat Aaron cum filijs non ignem alienum, sed desuper missum, & ad accendendam lucernam, sicut ad consumenda holocausta, & adolenda thymiamata. Prædicent doctores verbum non suum, sed domini, secūdum

D Sap. 1. b. † Clauos. † 21. d. §. 1. in prin. 75 di. c. 1. in ver. Moysi. † Dispō:t apparebit † Vel mos siue statutum. † Et. † Generationes. † Coram. E † Illustrādā cognitionem.

a ¶ Linguas prædicatorum quæ audientium corda prædicando tangunt, & subleuant tangendo.

omnes vsus & ceremonias, tam † paxillos eius quam atrii

a ¶ Vt inter aduersa perseuerare, & fidem sonare meminerint. b ¶ Sanctis auditoribus.

a ex ære † facies. † Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi 1

¶ Deuotionem mentis. a ¶ Non quolibet. b ¶ Ab omni inquinamento. c ¶ Sedulæ probationis. 2

b oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloque contu- 3

¶ Quia in Ecclesia nunquam debet abesse lux prædicationis, vel humilitas auditorum pura, quæ libenter excipiat verbum Dei. b ¶ Opera iustorum quæ aliis in exemplum lucent. vnde. Vt luceat lux vestra coram hominibus, &c. Matth. 5. b. c ¶ Ecclesia. 4

sum, † vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonii 5

a ¶ Quia intra velum cęli non est necessaria scripturarum lucerna vbi est arca domini & Cherubim gloriæ propitiatorium obumbrant, id est, agmina militiæ cælestis gloriam incarnati filii, quem posuit Deus propitiationem pro peccatis nostris consona voce laudant. 6

c extra velum, quod † oppansum est testimonio, & † colloá- 7

a ¶ Non alii, sed qui fulgent castitate fidei & executione operis tanquam veri sacerdotes Christi.
b ¶ Quia transacta nocte huius seculi mane futuri clarebit, de quo dicitur: Mane astabo tibi & videbo, &c. Psal. 5. a. In quo lucerna librorum necessaria non erat, apparente & illustrante vera luce mundi, quia timentibus nomen domini orietur sol iustitiæ. Malach. 4. a.

cabunt eam Aaron & filii eius, † vt vsque mane luceat co-

a ¶ In Ecclesia. non in tabernaculo. b ¶ Prelatorum & subditorum.

d ram domino. Perpetuus erit † cultus † per successiones eorum † a filiis Israel.

illud. ij. Corint. iiij. a. *Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, &c.* Hoc igne vtantur ad † illustranda, cognitione fidei, auditorum corda, ad perficienda & consecranda holocausta operum suorum, ad incendenda thymiamata orationum.

c *Et collocabunt.* BEDA. Non est enim omnium sacramenta fidei populo prædicare, sed eorum tantum qui castitate fidei & exercitio operis ad filios summi sacerdotis Dei probantur pertinere qui enim à puritate fidei prauo dogmate aberrat, vel integritatem fidei, operum prauitate maculat, & si sacerdotis nomine præeminet, vel persona, audiat à domino. *Quare tu enarras iustitias meas, &c.* Qualibus Iacobus dicit: *Nolite plures magistri fieri fratres mei, &c.* Iaco. iii. a.

Psal. 49. c.

d *Perpetuus erit, &c.* BEDA. Hæc clausula, sicut quæ de tabernaculo, vasis, & vtensilibus eius sunt dicta, spiritualiter, non carnaliter intelligenda est & exponenda. Quomodo enim perpetuus erit cultus sacerdotalis officii, cum ipsum sacerdotium & tabernaculum in quo gerebatur, & populus cui gerebatur iam dudum cessauerit. In sancta ergo ecclesia hoc complectitur, vbi succedentibus sibi per ordinem doctoribus cum veritatis auditoribus nunquam deerūt spirituales filii Israel, qui in domum domini dona pietatis offerant, & filii Aaron, id est, sacerdotes nostri veri, qui eis lucem verbi impēdāt, donec impleto huius seculi statu, & toto tabernaculo, id est, electorum multitudine ad cælum translata, non sint homines vltra, qui ab hominibus erudiantur, cum sit Deus omnia in omnibus.

i. Cor. 15. d F

☞ CAP-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ex ære facies. *Instrumenta enim cuiuscunque artis secundū modum loquendi Hebraicum vasa vocantur. Dispositionem autem atrij quātum ad columnas & cortinas hic non descripsi, tum quia per ea quæ dicta sunt à quolibet de facili potest capi: tum quia in fine libri ponetur, quando agetur de electione tabernaculi. Ratio autem huius atrij circa tabernaculum accipitur: tum propter reuerentiam tabernaculi, ne populares ad ipsum nimis appropinquarent, tum vt sacerdotes & Leuitæ liberius facerent officia sua suā circa altare holocausti, multitudine populi exterius existente.*

2 Pręcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de arboribus. *Hic consequenter agitur de illo quod erat necessarium ad illuminationem templi: tum propter decorem, tum vt ibi de nocte posset clare videri, cum dicitur:* Pręcipe filiis Israel, ut afferant tibi olum de arboribus oliuarum: *id est defructu oliuæ expressum. Istud enim proprie oleum dicitur. Oleum nucum & alterius materiæ cuiuscunque dicitur tantum oleum participatiue & diminutiue.*

3 Purissimum, *id est, sine amurca.*

4 Piloque contusum, *quia istud est purius quam illud quod teritur in ter molas.*

5 Vt ardeat lucerna. *id est, lucernæ, accipiendo singulare pro plurali, sicut supra, viij f.* Venit musca grauissima. *id est, multitudo muscarum.*

6 Semper, *id est, qualibet nocte. Iosephus autem dicit quod etiam de die tres ardebant, & omnes septem de nocte, nec licitum erat ibi ardere aliud oleum.*

7 Et collocabunt eam Aaron & filij. *Hoc enim non erat licitum nisi sacerdotibus.*

✠ CAP.

## MORALITER.

✠ 2 *Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum.* Per filios Israel intelliguntur Christiani, qui debent offerre oleum, id est, pietatis fructum, qui secundum quod dicitur. i. Thimoth. iiii. c. valet ad omnia promissionem habens vitæ quæ nunc est & futuræ.

4 *Piloque contusum.* id est, pilo rectæ intentionis à gloria vana repressum. Matth. vi. a. *Te autem faciente Eleemosinam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua.*

5 *Vt ardeat lucerna,* id est, operatio bona ad honorem Dei, & ædificationem populi.

*Moral.*

A

Ii.3.de taber c.2. Mystice.

CAP. XXVIII.

a Pplica quoque ad te, &c. BEDA. Quo modo tabernaculum cũ ornatibus suis & vasis significat ecclesiam, pulchra virtutum & personarũ varietate distinctum, ita summus tabernaculi sacerdos Christum verum pontificẽ, qui semetipsum obtulit pro nobis. Qui bene dicitur frater Moysi, quia fraterno fœdere gratia legi, nonum testamentum connectitur veteri, cum ipse Moyses de eo dicat, Deut.18. cap. *Prophetam de fratribus uestris sicut me suscitabit uobis dominus.* Et paulo post ex persona domini. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui*, cuius operibus admirandis quæ nemo alius fecit, habitus Aaron mira varietate insignis comparatur. Vel vestes Aaron multifariæ omnem electorum cætum mira operum meritorumque distantia Christo adhærentem significant. Vnde Gal.3.d. *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Filii Aaron in sacerdotium iuncti figurant Apostolos Christi, &

B

cunctos ecclesiæ magistros.

ordinatio sacerdotũ

BEDA. *Applica quoq;, &c.* Descripta factura tabernaculi, congrue sacerdotes qui in eo ministrãt ordinantur, quorum ordinatio & habitus ecclesiæ sacerdotibus cõgruit, vt omne quod illic in ornatu vestium clarum extrinsecus fulgebat, intellectũ spiritualiter in sacerdotum nostrorum mentib. intus emineat, & in eorum actib. præ cæteris gloriosum clarescat. Ideo præcipitur Moysi vt applicet ad se fratrem suum Aaron, cum filiis de medio filiorum Israel, ad fungendum sacerdotio coram domino. Necesse.n.est, vt qui ad maiorẽ gradũ promouendi sunt, maiore mentis industria se ad legem Dei applicent, id est, diuinorum mandatorum obseruationem. Hoc est enim qui sacerdotio functuri non sunt, de medio filiorũ Dei ad Moysen applicari, præsules & doctores ecclesiæ communem electorum vitam singulari mẽtis culmine transcendere, & familiari inspectione quid lex generaliter perfectis loquatur attendere, vt altiori excellentia meritorum ad altiora perueniant prẽmia. Fratrem suum Moyses cum filiis in sacerdotium ordinare prẽcipitur, quia omnes qui officium doctoris sortiuntur, tanto studio & amore debent legi adhẽrere, vt germana videãtur cognatione coniungi: primi filiorum Aaron post ordinationẽ ignem alienum offerentes, cælesti igne perierunt, quia quidam loco sacerdo-

D

Nu.16.c.

E

CAP. XXVIII.

Moyses legem. Aaron sacerdotes significat, quos lex sibi applicat, quia sacerdotes semper in meditatione legi debent persistere. ¶ Familiorum cæteris. a ¶ Christum. b ¶ Gratia legi nouum testamentum debet coniungi veteri. ¶ Doctores tantum debent diuinæ legi studere, vt germana cognatione coniungi videantur.

a A PPLICA quoque ad te Aaron fratrem ¶ Apostolis. a ¶ Vt alios electos excellant. tuum cum filiis suis de medio filiorũ Israel, vt sacerdotio fungãtur mihi Aaron

I

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVIII.

Diuisio.

I A Pplica quoque. *Descripto tabernaculo, hic consequenter agitur de ministris ad cultum tabernaculi deputandis. Et primo de ornatu eorum seu compositione. Secundo de ipsorũ consecratione capitu.xxix. Tertio de officij executione, ibi:* Mundabis. *Ad euidentiam primi primo ponam sub quodam compendio ornamenta, seu vestimenta sacerdotum per ordinem, Et intendo in hoc sequi Iosephum, quia fuit de genere sacerdotali, & mansit in Ierusalem tempore quo adhuc stabat templum & sacerdotum ministerium, & ideo pluries potuit videre, & vidit vestes & ornamenta ipsorum, & ideo certius potuit scribere talia quam Ra.Sal. & alij qui fuerunt postea per magnum tempus, quia secũdum Hiero. in epistola ad Desiderium, Aliter visa, aliter audita narrantur, & ideo ille qui vidit, certius scribere potuit. Secundum autem ipsum decem erant ornamenta summi sacerdotis, quorum quatuor inferioribus sacerdotibus communicabantor. Primum est feminalia linea ad operiendum carnem turpitudinis suæ. Secundum est tunica de bysso facta, & dupla per totum. Est autem byssus genus candidissimi lini. Tertium est baltheus, id est, cingulum de diuersis coloribus factum, latitudinis quasi quatuor digitorum, cuius extremitates pendebant in parte anteriori sacerdotis, habens fimbrias de auro & alijs coloribus cum pulchra varietate. Quartum est tiara siue mitra de bysso in capite sacerdotis posita, tendens superius in acumen, & cum cinctura siue bendello ligabatur sub mento, ita quod nuditatem colli tegeret, & mitram fortiter teneret, ne caderet de capite sacerdotis ministrantis. Alia sex erant appropriata summo sacerdoti. Quorum primum erat tunica dicta poderis vel hypodisis, id est talaris hyacinthina quam habebat circa collum & in extremitatibus manicarum oras contextas fortiter ex diuersis coloribus, & lapidibus precio in margine inferiori habebant malogranata facta de hyacintho, purpura & vermiculo, & bysso retorta, & tintinnabula aurea intermissa, sic quod inter duo malogranata erat vnum tintinnabulum, & econuerso inter duo tintinnabula vnum malogranatum. Secundum erat superhumerale, quod ponebatur super dictam tunicam & quantum ad materiam erat de panno contexto quinque generibus filiorum, scilicet filis factis de auro et hyacintho, ac purpura coccoque bis tincto, et bysso retorte, cum pulcra varietate, ita tamen quod non erant ibi aliqua animalia figurata, sed flores & cõsimilia. Quantum ad formam vero erat vestis quadrata altera parte longior habens in medio aperturam per quam intrabat caput summi sacerdotis, & latitudo illius vestis tangebat humeros, Longitudinis autem ipsius vna pars pendebat retro operiens dorsum usque ad renes, & altera pendebat ante operiens pectus. Latera autem vtriusque partis iungebantur in lateribus sacerdotis nodulis aureis. Super humeros autem habebat hæc vestis duos lapides onychinos magnos, in quibus erant sculpta nomina filiorum Israel, sex in vno lapide, & sex in altero, & erant nomina seniorum super humerum dextrum, aliorum vero super sinistrum, habebat etiam in medio pectoris foramen quadratum magnitudinis unius plami in longum & latum, & dimittebatur ille locus vacuus ad hoc quod poneretur ibi tertium ornamentum quod vocatur rationale, cuius pannus erat de eadem materia cum superhumerali, in quo erant duodecim lapides pretiosi secundum quatuor ordines dispositi, in quibus erant sculptam nomina duodecim filiorum Israel, ita qd nomina seniorum erant sculpta in linea superiori secundum ordinem natiuitatis suæ, & sic consequenter de alijs Habebat autem magnitudinem vnius plami in quadrum, ita ut impleret præcise locum dimissum vacuum in superhumerali, & in quatuor angulis habebat quatuor annulos aureos, quibus correspondebant quatuor alii annulli existentes in superhemerali, & per annulos istos stringebantur simul rationale & superhumerale cum ligaminibus hyacinthinis per annulos transeuntibus, adhuc tamẽ ad maiorem firmitatem duo erant annuli aurei, & in parte superiori rationalis, in quibus immittebantur catenæ, aureæ per fistulas aureas in superhumerali existentes trahebantur sursum, et iungebantur cum superhumerali cum uncius aureis circa scapulas ipsius sacerdotis. In inferiori vero parte rationalis, erant alii duo annuli consimiles in utroque latere eius, et in parte posterio superhumeralis erant duo annuli aureis eis correspondentes, quibus simul stringebantur rationale & superhumerale in vtroque latere sacerdotis per ligaturam hyacinthinam transeuntem per annulos prædictos In rationali vero erat doctrina et veritas secundum translationem nostram. In Hebræo habetur* אורים.תו מים *Vrim et Thummim, et in idem redit Vrim enim significat manifestationem quod pertinet*

C

Iosephi veritas commẽdatur.

vestiměta sacerdotũ

F

MORALITER.

✻ I *Applica quoque ad te, &c.* In hoc capitulo agitur de ornamentis Aaron & filiorũ eius, per quæ designantur virtutes ministrorum ecclesiẽ. Fuerunt autem quatuor ornaměta cõmunia Aaron & filiis eius. Primum fuit feminalia linea ad cooperiendum turpitudinem carnis suæ, & per hoc significatur castitas. Secundum, tunica linea, per quam significatur conuersatio nis honestas. Tertium, baltheus siue cingulũ vestes restringẽs, per quod designatur moderatio rationis, superflua restringentis. Quartum fuit mitra in capite, per quam designatur rectitudo intentionis, scilicet vt omnia fiant ad gloriã Dei.j.Cor.x.g. *Omnia in gloriam Dei facite.* Ista quatuor esse debent in omnibus ecclesiæ ministris generaliter. Præter hæc autem, fuerunt quatuor ornaměta Aaron pontificis, per quẽ significãtur quatuor quæ specialiter debent in episcopis refulgere. Primũ fuit lamina aurea pendens super frontem, in qua fuit sculptũ nomen domini tetragrãmaton, per quam intelligitur iugis memoria domini. Secundum superhumerale, per quod intelligit quod pontifex debet infirmitates subditorũ supportare. Heb. v.a. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur.* Sequitur, *Qui condolere possit his, qui ignorant & errant.* Tertiũ, rationale iudicij, per quod intelligitur potestas & scientia iudicandi. Quartum tunica hyacinthina quæ erat coloris cœlestis, ideo significat conuersationem cœlestem, secundum quod dicitur Phil.3.d. *Nostra autem conuersatio in cælis est.* In hac autem tunica erãt tintinnabula aurea & mala punica: per quæ significatur sana doctrina cum bona uita quia. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Greg.ho.xxxviij.

✻ Moraliter

cerdotum positi, dum ignem cupiditatis igni supernæ dilectionis anteponunt, igne supernæ ultionis absumuntur.

✱ RVPER. Porrò non eodem ordine hic descripta sunt vestimenta, quo in vestiendo sacerdote sumuntur. Nam feminalia linea, quib. operitur primum carnis turpitudo, postremo in hac descriptione posita sunt, & è contrario rationale, quo præter laminam auream in pontificis fronte ligandā, nihil sanctius erat in vestibus, primū designatū est.

In plerisque additur Eleazar & Ithamar. a Opera iustitiæ sanctitatem virtutum ornamenta. b Christo in quo hæc præcesserunt.

a Nadab & Abiu. Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in

a Qui hanc vestem composuerunt, quia primi virtutib. floruerunt, & aliis exempla præbuerunt. Prophetis, apostolis, & aliis doctoribus, veritatis, qui docent verbo & facto quomodo viuant ministri altaris.

gloriam & decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde,

Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est desc. n. &c. & Iaco. 1. e.

quos repleui spiritu † sapientiæ, vt faciant vestes Aaron, in

Vel sunt.

b quibus sanctificatus ministret mihi. Hæc autem erunt vesti-

a Pectoris, quod Græce, logion. Humerorum, quod Hebraice Ephod. Hæc duo totum corpus operiunt. Camisiam qua interius induebatur.

menta quę facient: † Rationale & superhumerale, tunicam,

a Hæc caput ornat. Pileum. b Cinctorium scil. Qui vtranque tunicam & superhumerale astringit corporis.

& lineam strictā. cidarim & baltheum. Facient † vestiméta san-

Aliter non debent fungi.

cta Aaron fratri tuo & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi.

†Pruden. Vbi supra cap. 3.

a Faciesque vestem san. BEDA. Vestes sanctæ Aaron quas illi Moyses fecit, opera sunt iustitiæ & sanctitatis, quæ scriptura sacræ legis rectorib haben da commendat, quorum in Christo exépla imitanda ostēdit. Sapientes corde quos ad faciendas vestes repleuit Deus spū prudētiæ, prophetæ sunt & apostoli & cæteri doctores, qui quō sacerdotes debeant viuere, & altari ministrare, facto & uerbo ostēdunt. Vnde: *Oportet episcopum sine crimine esse, & Dei uerbi dispensatorem.*

†40. d. c. 1. 36. d. c. qui ecclesiasticis. §. ecce.

ad Tit. 1. d vestiméta summi sacerdotis.

b Hæc aūt. BED. Quō hæc singula facta sint, plenius in sequētib. explicatur. Rationale, pectoris habitus superhumerale, est humerorum tunica. Et linea stricta, i. camisia totum corpus operit. Cidaris caput ornat. Baltheus utranque tunicā simul & superhumerale arctius ad corpus aptat, quib. sex indumentis, inferius septimum iūgitur & octauum, feminalia s. linea ad operiendam turpitudinem, & lamina aurea super cidarim, quę titulo noīs domini oīb. altior eminebat. Linea verò stricta corpori adhærebat ita arcta astrictis manicis, vt nulla inesset ruga, descendens vsque ad crura. Vnde Græcè ποδήρης poderis, i. talaris dicitur. His octo generibus vestium pontifex tpe sacrificii induebatur, quarum quatuor minoribus sacerdotib. concessa, feminalia s. linea tunicaq;, baltheus & cidaris. Decet. n. ut qui maioris est gradus, plurib. uirtutū actibus mirandus fulgeat. Cuncta autem sunt de auro, pretiosisque coloribus, quia nihil vile ac sordidum in sacerdotis ore vel opere debet apparere, sed cuncta quæ agit, loquitur, cogitat coram hominibus, præclara & interni arbitri conspectui oportet esse gloriosa.

Ad Marcellam.

✱ HIERONYMVS. Vbicunque in septuaginta interpretibus, hoc est in codicibus nostris, ἐπωμίς, id est, superhumerale legitur, in Hebræo scriptum est Ephod. Quod quare alibi interpretari voluerint, & alibi interpretatum reliquerint, non est mei iudicii, cum hoc ipsum in plurib. fecerint, vt q̄ alibi aliter atq; aliter expresserint, nouissimæ translationis varietate lassati, ipsa Hebræa verba posuerint. Aquila autē id qd̄ illi ἱμάτιον dixerunt, ἐπένδυμα & ἐπένδυμα dixit, quod s tunica est, & quod Hebræo sermone vocatur מעיל mehil, superiorem tunicam, ἐνδυμα vero, id est, ἐπωμὶς quod Hebraicè dicitur Ephod cū superius pallium significet, quo tota sacerdotalis contegatur ambitio.

Epist. 6. ad Irenæum.

✱ AMB. Pythagori cū mādatum in aliquorū scriptis prædicari inuenimus, qd̄ ille discipulos suos cōem atq. vsitatā populo phibuerit ingredi viā. Sed hoc vñ assumpserit nō est incognitum. Legerat p̄ceptum Moysi, vt montē cū sacerdotib. ascenderet, populus aūt deorsum staret. Legerat in Exodo eidē Moysi mādatum, vt applicaret ad se Aaron fratrem suum cum filiis suis de medio filiorum Israel. Vides diuisiones? Nihil in sacerdotib. plebeiū requiri, nihil populare, nihil cōe cum studio atque vsu & moribus inconditæ multitudinis. Quomodo. n. potest obseruari a populo, qui nihil habet secretum a populo.

In pastora li p. 2. c. 3. Moralites

GREG. Iubetur sacerdos in vtroq; humero velamine superhumeralis astringi, ut ꝯ aduersa & ꝓspera uirtutū semper ornaméto muniatur, ut per arma iustitiæ a dextris & a sinistris gradiens, cū ad sola interiora nititur, in nullo delectationis infimę latere flectatur, nō eleuent ꝓspera, nō turbent aduersa, nō blāda ad uoluptatē mulceant, nec aspera in desperationē premant, ut dum nullis passionib. intentionē mentis humiliat, quāta in humero utroq; superhumeralis pulchritudine tegat, ostēdat. Quod ex auro, hyacintho, purpura, coccoq. bis tincto & bysso retorta fit, ut q̄ta uirtutum diuersitate clarere dēat, demonstretur. In auro intellectus sapientiæ demonstratur cui additur hyacinthus, ut quod intelligit, nō ad fauorem infimum, sed ad amorē cælestium surgat, ne dum laudib. capitur, ueritatis intellectu uacuet. His purpura permiscetur, vt cor sacerdotis cū summa q̄ prędicat, sperat, in se ētuitia, regia ptāte reprimat, nobilitatem intimæ regenerationis aspiciens, & cælestis regni semper sibi aditum moribus defendens. Vnde primo, Pet. 2. b. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta*. De potestate enim qua uitia subigimus, Ioannes ait. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Ioan. primo, a. Et ☞ Dauid

## NICOLAVS DE LYRA.

Thūmim.

*ad doctrinam. Thummim significat integritatem, quod pertinet ad ueritatē, s. quod integret uerba sua. Secundum Iosephum ista doctrina & ueritas, siue Vrim & Thummim erat quidam fulgor procedens de lapidibus rationalis, qui designabat Deum placatum, & responsum prosperum, & quod sic impletur in effectu, sicut a pontifice petebatur. Dicit etiam Iosephus quod iste splendor cessauit per ducentos annos antequam scriberet librum antiquitatum, quem scripsit Titi & Vespesiani tempore. Ra. Sa. dicit, quod Vrim & Thummim siue doctrina & ueritas, erat nomen domini tetragrammaton positum in rationali sub lapidibus, uirtute cuius manifestabatur ueritas de interrogatis ipsi sacerdoti quando consulebat dominum. Quartum ornamentum erat baltheus siue cingulum factum de quinque colorib. sicut superhumerale & rationale pulchra uarietate factum, cuius extremitates sunt decentur fimbriatæ, dependebant in anteriori parte sacerdotis, stringens superhumerale cum mitra hyacinthina posita in capite summi sacerdotis super aliam mitram byssinam & alijs inferioribus uestimentis. Quintum ornamentum erat mitra hyacinthina posita in capite summi sacerdotis super aliam mitram byssinam, habens in inferiori parte semicirculum aureum pulchre fabrefactum, procedentem ab occipite usque ad utranque aurem. Sextum autem erat lamina aurea, pendens in fronte summi sacerdotis ligata cum mitra filys hyacinthinis, in qua erant nomen domini tetragrammaton inscriptum, nec erat facta ad modum Lunæ corniculatæ, ut dicunt aliqui, habentis cornua superius, & conuexum inferius, sed erat facta ad modum coronæ, unde & corona uocatur in litera. Non tamen erat corona perfecta, sed solum protendebatur ab aure in aurem, transiens super frontem, ut dicunt Iosephus & Ra. Sa. ita q̄ ipsa cum semicirculo prædicto quod erat in parte posteriori capitis, faciebat quasi coronam perfectam. Et ut melius dicti capiantur, descripsi prædicta in figura, qua inspecta & consideratis prædictis patet litera, paucis exceptis.*

Nota.

Expositio literalis. Diuisio.

1 Applica quoque, &c. Hic *agitur de uestimentis sacerdotum. Et primo in generali. Secundo in speciali, ibi.* Hæc autem erunt. *Circa primum dicitur.* Applica. *s. ad diuinum cultum per consecrationem in sacerdotium, de quo agitur ca. se.*

2 Faciesq. vestē sanctā. *i. ad ministeriū diuini cultus deputatā. Sedm n. in una significatione idē est quod diuino cultui deputatum. Nā nō erat licitum sacerdotib. talib. uestib. uti, nisi in cultu tabernaculi.*

2 In gloriam. *Quia hoc cedebat ad gloriam Dei principaliter, & secundario ad honorem Aaron & filiorum eius, inquantum erant mediatores inter Deum & populum.*

3 In quibus sanctificatus. *Id est consecratus.*

4 Ministret mihi: *Quia ante consecrationem ipse non ministrauit, sed Moyses, ut habetur ca. se.*

Diuisio.

5 Hæc autem. *Hic agitur de uestimentis sacerdotum in speciali. Et primo de illis quæ erant specialia summo sacerdoti. Secundo de his quæ erant communia sibi & alijs sacerdotib. inferiorib. ibi.* Facies & feminalia. *Adhuc primo enumerat quæ sunt specialia summo sacerdoti. Secundo prosequitur de singulis, ibi.* Facient autem. *Circa primam partem patet litera usque ibi.*

6 Tunicā, &c. *In Heb. habetur.* Tunicam fimbriatam. *Et loquitur de tunica hyacinthina, quæ erat pulchre fimbriata, ut prædictum est.*

7 Lineam. *Quæ idem est quod tunica stricta, de qua supra dictum est, quod erat uestimentum commune summo sacerdoti & alijs, & ideo eius enumeratio non habet hic locum sed inferius.*

8 Cidarim, &c. *Id est mitram cum lamina sancta sibi alligata.*

✱ 1 Faciant

David. *Nimis confortatus eſt principatus eorū.* His bis tinctus, coccus adiungitur, vt ante Dei oculos oīa virtutum bona ex charitate decorent̄, & quæ hoībus rutilant flamma intimi amoris accendant̄. Charitas.n. dum Deū & proximū diligit, quaſi duplici tinctura fulgeſcit. Sed cū mens ad præcepta charitatis extendit̄, reſtat vt per abſtinētiam caro macerec̄. Vnde cocco bis tincto tota byſſus additur, q̄ candentē corporalis munditię ſignificat caſtitatē, quę ſ. torta pulchritudini ſuperhumeralis innectit̄, q̄a tunc caſtimonia ad perfectū munditiæ candorē ducitur, cū p abſtinentiā caro fatigatur. Cūq; īter virtutes cæteras ēt afflictæ carnis meritū ꝓficit, quaſi in diuerſa ſuphumeralis ſpecie byſſus torta candeſcit. (Pſal. 138.)

a *Facient aūt ſuperhumerale.* BED. Quia in humeris onera portamus, ſuphumerale pōtificis labores bonorū operū, q̄ iugiter coram dn̄o ferre dēt, oſtēdit. Quod bene primo faciendū præcipitur. Qui.n. ad ſacerdotiū magiſteriumq; populi Dei promouent̄, primū eius opera cognoſcātur, vt dum hoc quod foris patet oīb. irreprehenſibile patuerit, ītegritas cordis & ſynceritas fidei probetur. Superhumerale ergo ſignificat euāgelicū onus, de quo dr̄, *Iugum.n. meum ſuaue eſt, et onus meū leue.* Et alibi. *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuā, & ſequatur me.* Fit aūt ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, byſſo retorta, coccoq; bis tincto. (Li. 1. de taber. cap. 4.) (Matt. 11. d. Lucæ 9. c.)

B De auro, ſ. vt ante oīa in habitu ſacerdotali intellectus ſapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus aereus adiungitur, vt qd̄ intelligendo penetrat, non ad fauorē infirmorū, ſed ad amorē cæleſtiū ſurgat, ne dum ſuis paſcit̄ laudib. veritatis intellectu priuetur. Auro quoq; & hyacintho purpura permiſcetur, vt ſacerdotis cor cū ſumma, q̄ prædicat, ſperat, in ſe ipſo, & ſuggeſtiones vitiorū reprimat, eiſq; regia ptāte ꝯtradicat, vt cæleſtis regni aditū ſuis morib. defendat. In purpureo tn̄ colore pt̄ effuſio ſanguinis pro Chriſto, vel diuerſarū tolerantia preſſurarū ītelligi. Hæc eſt.n. crux, q̄ poſt dn̄m portamus. Talis ergo ſpecies in humero ſacerdotis refulget, vt eū doceat ad patiendū eſſe paratū. Auro aūt, hyacintho, & purpura bis tinctus adiungit̄ coccus, vt ante interni iudicis oculos oīa virtutū bona ex charitate decorētur. Vt quæ hoīb. rutilant, in ꝯſpectu Dei flāma intima amoris accendat, q̄ſ. charitas qua Deū & proximū diligit, quaſi ex duplici tinctura fulgeſcit. Sed cū mens ad p̄cepta charitatis dilatatur, reſtat vt p abſtinētiā caro maceretur. Vnde bis tincto cocco retorta byſſus adiungitur, i. mūditia corporalis caſtitas, quę torta pulchritudini ſuphumeralis innectitur, quia tūc caſtimonia ad perfectū munditiæ candorē ducitur, cū per abſtinentiam caro fatigatur. († Plumarii.)

✱ HIER. Ephod pontificis eſſe veſtimentū oīs ſcriptura teſtatur, & ſacrū quoddā eſſe, & ſolis cōueniens ſacerdotib. Nec ſtatim illud occurrat qd̄ Samuel q̄ leuita fuit ſcribit̄ ī regnorū 1. li. habuiſſe ætatis adhuc paruulæ Ephod, Bad, i. ſuper- (Epiſto. ad Fabiolam) C

a Nihil vile ſordidum in ſacerdotis ore vel opere debet apparere.

Accipientque aurum & hyacinthum & purpuram, coccumq; bis tinctum,

a Primo, ſ. quia prius debe⸗ opera eius cognoſci, qui promouetur ad officium ſacerdotis.

a & byſſum. Facient autem ſuperhu- 1



a Labores operum quos debet coram domino iugiter ſacerdos præſentare. Superhumerale hoc dicitur fuiſſe in modum cucullæ ſine manicis pileum habens rotundum, & quadratam in pectore aperturam vbi rationale ponebatur b Vt intellectu ſapientiæ emicet. c Vt per hoc quod intelligit ad amorem cæleſtium ſurgat.

merale de auro & hyacintho, ac pur-

a Vt vitiis regia poteſt⸗te contradicat. b Vt Deum & proximum ſimul diligat. c Candore corporalis munditiæ.

b pura, coccoque bis tincto, & byſſo re-

a Maceratione carnis. b Varietate virtutum & operum. c Operationem & intentionem.

c torta, opere † polymito. Duas oras iun

a Proſperitatis & aduerſitatis. Vt concorditer Deo ſeruiant.

ctas habebit in utroq; latere ſummitatū, vt in vnū redeant: † ipſa quoq; d textura & cuncta opis varietas erit ex auro, & hyacintho, ac purpura, coccoq. bis tincto, & byſſo retorta. Sumeſque

i. ſuperhumerale lineū. Aliud eſt.n. ſu. dictis quatuor colorib. hyacintho, byſſo cocco, purpura, & ex auro Ephod hr̄e ꝯtextū, aliud in ſimilitudinē ſimplex & lineum. D

IDEM. Quatuor colores ad quatuor elemēta referūtur, ex q̄bus vniuerſa ſubſiſtūt. Byſſ⁹ terræ deputat̄, q̄a ex terra gignit̄. Purpura mari q̄a ex ei⁹ cocheolis tingit̄. yacīth⁹ aeri pp coloris ſiītudinē.

b *Coccoq; bis tincto & byſſo retorta opere polymito.* BEDA. Coccus ignis ſpē refulget, & fortaſſis bis tinctus fieri p̄cipitur, q̄a ignis duplicē vim hēt, vrendi, ſ. & lucendi, cuius naturā præſulē doctrinæ ſalutaris imitari oportet, vt lucē ſcīæ deſiderantib. aperiat & rubiginē peccatorū in contēptorib. increpando ꝯburat. Cum.n. auditorib. dulcia ſcripturarū arcana miracula & parabolas euangelicas exponit, velut in habitu ſuo fulgorē lucis oſtendit. Cum vero memorat æterna vltione ſuperbos percutit, quaſi terrorē flammæ vorantis oſtendit. Qui.n. ſermonē facit ad populū, nec ſolū increpandis reatib. nec ſolū reſerandis ſcripturarū ſecretis debent inſtare, ne tm̄ de correctione peccatorū diſputans minus audiat̄, vel myſteriorū tm̄ ſecreta reſerans minus ꝓſit. Tēperet ergo ex vtroq; ſermonē, vt cæleſtiū ſecretorū pādat ſuauitatē, & morū correctionē, quaſi bis tinctū ī ſuo habitu coccū demōſtrās (Moraliter) E

c *Duas oras iunctas habebit in utroq; latere ſummitatum ut in unum redeant.* BEDA. De hoc in ſeqq. dr̄. Fecit igit̄ ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura. Et paulo poſt: Duas quoq. oras ſibi inuicē copulatas in vtroque latere a ſummo vſq; deorſum, ita vt dimidiū veſtis intuentium oculis foris appareret, dimidiū vero aliud interius lateret, ſed oræ vtræq; cōiunctæ vſq; ad extremos angulos ad inferiora deſcenderent, in quo typice intelligitur, vt cū bona foris opera ꝓximis oſtendimus, eadē intus coram dn̄o integra ſeruemus, ne caſtitatem purę cogitationis minor actionis pfectio ſequatur, vel perfectionē actionis imperfectior mentis intētio, ſed quaſi duæ oræ ſuperhumeralis ſibi intus pura & ſimplici intētione iungant̄ in vtroq; latere ſuperhumeralis, vt inter aduerſa & proſpera ꝯcordi actione dn̄o ſeruiamus. Deſerit n̄āque ora, vt breuior latiorē & diſcordante mēſura in vnū redire nequeūt ſi cū extrinſecus bona facere ꝓpter na retributione cernimur, intētione placendi hoīb. in ſecreto mentis implicamur, humaniq; fauoris magis q̄ vitæ inuiſibilis p̄mia requirimus. (Myſtice.) († Et cingulū ipſum ſuperhumeralis, q̄d eſt ſuper ipſum eodem opere fieri debet, & eadem materia.)

d *Ipſa quoq. textura & cūcta operis varietas erit ex auro & hyacintho ac purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta. Sumeſq.* 2 3 BEDA. Nō ī una parte aurū, ī altera hyacinth⁹ vel alii colores fuerūt, ſed oēs p oīa cū auro ꝯtexti, q̄a ī actione ſacerdotes nec ad horā aliqua magnarū uirtutū dēt ītermitti, ſed auro ſapiētiæ iūgat̄ ſpei hyacinth⁹ ī ſupna erectus, & purpura regni cęleſtis ꝯ viciorū bella magnanimis ſup cocco bis tīcto geminę dilectionis, & byſſo retorta, i. caſtitate carnis ſacerdos dēt eſſe nitidus. F

a Duos

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Facient aut. *Hic proſequitur in ſpeciali de ornamentis ſpecialibus ſummi ſacerdotis, & diuiditur ſecundum numerum ornamentorū, & patebunt partes proſequendo. Primo ergo proſequitur de ſuperhumerali, cum dicit.* Facient autem, &c.

2 Opere polymito. *Id eſt pluribus filis et coloribus & figuris variato, & dicitur a πολύ, quod eſt multum, & μίτος filum.*

3 Duas oras iunctas habebit. *Quia oræ latitudinis iunctæ erant*

✱ in

a ¶ Quia in pretioso & mundo corde debent opera sanctorum retractari.
a duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum
¶ Lapides pretiosi sunt opera uirtutum.
Israel, sex nomina in lapide vno, & sex reliqua in altero, iux-
ta ordinem natiuitatis eorum, opere sculptoris, † & cælatura
a ¶ Quia omnis actio & intentio pontificis munditia & nitore sapientiæ debet vallari.
b gemmarii. Sculpes eos * nominibus filiorum Israel, inclusos 1
a ¶ Intellectu sapientiæ & charitate.
auro atque circundatos, & pones in vtroque latere superhu-
a ¶ Vt videntes patrum memores sint. b ¶ Vt scilicet eorum immitetur facta & exempla, quorum portat nomina, & sit memor eorum inter preces sacras.
c meralis † memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina
eorum coram dño super vtrunque humerū ob recordationē.
¶ In quibus charitas significatur.
d Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi 2
a ¶ In quo cordis & cogitationum sacerdotis castitas exprimitur cuius pectus rationali tegitur, & ornatur.
e inuicem cohærentes * quas inseres vncinis. Rationale quoque 3
a ¶ Vt omnia discrete faciat. b ¶ Varietate virtutum. ¶ Multifario. c ¶ Quia cogitatio debet conuenire operi.
iudicii facies opere polymito, iuxta texturam superhumeralis
¶ Sapientiæ. ¶ Spei supernæ. ¶ Carnalis munditiæ.
ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso re

A a *Duos la. &c.* Vt sacerdos fidem & uitam patriarcharum imitetur, & duodecim tribuum in sacrificijs & orationib. memor sit, & populus intuens non aberret à patriarcharum meritis.

b *Inclusos auro, &c.* BEDA. Apte lapides includi auro atq; circundari iubentur. auro nanque intellectus uel charitas insinuatur, quia sicut aurum metalis, ita charitas præstat uirtutibus cæteris. includuntur uerò lapides pretiosi & circundantur auro cum opera tio [*cum.] uirtutum puro undique intellectu circumspicitur, ut nihil uitiorū latere, nihil sordis permittatur remanere, & ipsæ uirtutes ita uinculo charitatis continentur, ut nulla rerum mutabilitate à statu suo decidere, uel de habitu sacerdotis torpente custodia mentis ualeant prolabi.

[† Lapides memoriæ]

[Sap. 18. d. *Facies eas opere plectili. i. ad similitudinem ramorum arboris cōdēse se inuicē complectētiū.]

c *Portabitque Aaron nomina eorum coram domino super utrunque humerum ob recordationem.* Quia sacerdos diligēter oī hora præcedentium sanctorum uitam perpendēs in aduersis & prosperis uirtutum ornamento debet muniri, ut per arma iustitiæ à dextris & à sinistris gradiens in nullo dilectationis infimæ latere flectatur.

[Cū quare Aaron nomina patriarcharum portabat.]

BEDA. Tribus causis Aaron nomina patriarcharum inter sacrificia semp in humeris sicut & pectore portabat, vt ipse scilicet fidem uitamque patriarcharū meminisset imitari, ut duodecim tribuum qui de his natæ sunt in orationibus & sacrificiis memor esset populus scripta in ueste præsulis patrum nomina uidens sedulo curaret, ne ab illorum meritis discedēs ad B errorum contagia declinaret. unde. *Et pones in utroque latere superhumeralis memoriale filiis Israel.* Nunc quoque pontifex in superhumerali nomina patriarcharum gestat cū doctor uel præsul ecclesiæ in omnibus quæ agit præcedentium patrum facta cōsiderat, atque ad eorum imitationem dirigere uitā & onus euāgelicæ perfectionis satagit ferre. Nomina uero patrū bene in lapidibus pretiosis sculpūtur. Lapides pretiosi, opera uirtutum spiritualium sunt. Habetq; sacerdos in humeris lapides pretiosos, & in eis nomina patrum scripta cum claritate bonorum operum cunctis mirandus extiterit, & eandem claritatē C nō a se nouiter inuentam, sed antiqua sibi patrum autoritate traditam docuerit. Duplici autem ratione hæc in humeris portat, vt & ipse præceptis domini humiliter subditus incedat, & auditoribus suis semper cælestia siue sua siue patrum exempla quæ sequantur, proponat.

d *Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas auri purissimi sibi inuicem cohærentes quas inseres vncinis,* BEDA. Vncini isti in supremis erant angulis superhumeralis fabrè affixi, catenulæ autem non in superhumerali sed in rationali, id est superioribus eius angulis. Per annulos aureos uidētur fuisse annexę. vt dum indueretur pontifex, catenulæ quæ de rationali pendebant, possent etiam vncinis superhumeralis annecti, vt vtraque sibi firma positione cohærerent. Vnde apertius in sequentibus, Fecerūt in rationali catenulas sibi inuicem cohærentes de auro purissimo & duos vncinos totidemq; anulos aureos, Porrò annulos aureos posuerunt in vtroque latere rationalis, è quibus penderēt duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebant, de quorum figura melius in rationalis expositione tractabitur. Hi erant in oris superhumeralis, quib. catenę rationalis coniungebantur superhumerali, quia bona opera & cogitatio munda inuicem per charitatem & bonam intentionem sunt nectenda.

[Historicè.]

[Mysticè.] e *Rationale quoque iudicii facies opere polymito.* ✠ TERTVL. Cur duodecim Apostolos elegit & non alios quemlibet numerum, Nā & ex hoc meum Christum interpretari possem, non tantum uocibus, sed & argumentis rerum prædicatum. Huius enim numeri figuras apud creatorem deprehēdo. Duodecim fontes Elim, & duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aaronis duodecim, lapides à Iesu in Iordane electos, & in arcam testamenti conditos. Totidem enim Apostoli portendebantur.

[D Lib. 4. aduers' Marcionem.]

[† Sculptura eorū sigilla sculpunt.]

✠ HIERONYM. Rationale in medio positum terram differunt Hebręi, quę instar puncti, licet omnia in se habeat, tamen à cunctis uallatur elemētis. Duodecim lapides, uel zodiacum interpretantur circulum, uel duodecim menses, & in singulis uersiculis singula assignant tempora, & his ternos deputant mēses. Nec alicui gentilis uideatur expositio. Nō .n. licet cælestia & Dei dispositionem idolorū nominibus infamarint, idcirco Dei est neganda prouidentia, quę certa lege currit & fertur & regit omnia. Nam & in Iob Arcturum & Orionem & Mezaloth. hoc est Zodiacum circulum, & cætera astrorum nomina legimus. Pulchre autem hoc ipsum quod in medio est, appellatur rationale. Ratione enim cuncta sunt plena & terrena hærent cęlestibus.

[Epist. ad Fabiolam]

[E]

GREG. Præcipitur. vt in pectore Aaron rationale iudicij vittis ligantibus imprimatur, ne cor sacerdotale fluxæ cogitationes possideant: sed ratio sola constringat, ne indiscretum vel inutile cogitet qui ad exemplum constitutus grauitate vitæ semper debet ostendere quantam rationem portet in pectore. In rationali duodecim nomina patriarcharum describuntur, patres præscriptos semper in pectore ferre est antiquorum vitam sine intermissione cogitare. Nam tunc sacerdos irreprehensibiliter graditur cum præcedentium patrum exempla semper intuens cogitationes illicitas deprimit: ne pedem tendat extra limitem ordinis. Rationale iudicij dicitur: quia debet rector subtili examine bona malaque discernere, & quæ vel quibus, quando, & qualiter congruant studiosè cogitare: nihil proprium quærere, sed sua commoda propinquorum bona deputare. Vnde: *Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & ueritatem, &c.* Sacerdos enim iudicium filiorum Israel in pectore gestat in conspectu domini, cum subiectorum causas pro sola interni iudicis intentione discutit, vt nihil humanitatis admisceat, in hoc quod diuina positus vice dispensat, ne correctionem priuatos dolor exasperet. Cumque contra aliena vitia æmulatur ostenditur, quæ sua sunt exequatur, ne tranquilitatem iudicii aut latens inuidia maculet aut præceps ira perturbet. Sed dum consideratur terror eius qui super omnia præsidet, id est, iudicis intimi non sine magno timore regantur subiecti.

[In pastorali p. 2. c. 2.]

BEDA. *Rationale quoque iudicij facies opere, &c.* Sicut in superhumerali operum perfectio, ita in rationali iudicii quo pectus sacerdotis tegitur & ornatur cordis & cogitationum eius castitas exprimitur. Et bene post humerale rationale iudicii sequitur, vt cū ante homines quis innocens manibus apparuerit, multo magis in conspectu summi iudicis mundus corde assistere contendat, omnia agens de industria, vt quicquid foris erga proximos agit aut iudicat, totum ex regula internæ rationis probatum & suo conditori placitum fulgeat. Item rationale iudicii sacerdos in pectore ferre præcipitur, quia debet rector subtili examine bona malaque discernere, quæ & quibus, quando vel qualiter congruant studiosè cogitare.

[Vbi supra ca. 5.]

[F] ✠ a Duplex

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *in lateribus sacerdotis, ut prædictum est cum uncinis, & sic anterior et posterior iungebantur simul.*

1 Inclusos auro atque circundatos, & pone in vtroque latere superhumeralis, memoriale, &c. *Id est situatos in auro per circumitū partis interioris iuxta pannum superhumeralis, vbi lapides erant situati sicut situantur in annulis.*

2 Facies & uncinos ex auro & duas catenulas. &c. *Qui erant positi in superiori parte superhumeralis circa scapulas.*

3 Rationale quoque. *Hic prosequitur de rationali, & dicitur rationale iudicij, quia in ipso iudicabat summus sacerdos, consulens dominum quid esset agendum.*

✠ 1 Quadran-

a ¶ Quia in vtraque parte mensuram palmi habebat. b ¶ Vt examen sacerdotis Deo placeat & homo non contemna. ¶ Vt fortiter pondus gemmarum sustineat. c ¶ Infatigabilem pię intentionis conatum.

a tota. Quadrangulum erit & duplex: Mensuram palmi habe- 1 2

a ¶ Aeternæ vitæ desiderandæ. b ¶ Charitatis gratia ad curam proximi. c ¶ Positio diuersarum gemmarum, multifaria gratia virtutum, quæ concordi serie debet in corde sacerdotis apparere.

b bit, tam in longitudine, quam in latitudine. Ponesque in

a ¶ In quatuor ordinibus tantum sunt terni lapides, idest in principalibus virtutib. trinitatis fides. b ¶ Qui vt aiunt rubræ terrę similis vulgo corneolus dicitur.

eo quatuor ordines lapidum. In primo versu erit lapis sardius, 3

a Topazius preciosissimus omnium colorum & maxime aurei, unde topazion dicitur, quasi topadion id est omnium colorum. b ¶ Viridissimus. c ¶ Qui nocte lucere dicitur, & circa se omnia illustrare. d ¶ Sereno cęlo similis.

& topazius, & smaragdus: † In secundo carbunculus, sapphi-

a ¶ Obtusi viroris qui contra phantasmata dicitur opitulari. b ¶ Qui hyacinthini coloris fertur, & inuenitur in renibus bonis. c ¶ Ab Achatæ fluuio Siciliæ vbi inuenitur: & fertur esse nigri coloris habens candidos in superficie ramos. d ¶ Purpurei & violacei coloris,

rus, & iaspis: In tertio ligyrius, achates, & amethystus. In

a ¶ Totus aureus. b ¶ Onyx Grece, vnguis Latine, vnde onychinus lapis, qui humani vnguis habet colorem. c ¶ Aquatici coloris, qui non potest sculpi, vt aiunt.

c quarto chrysolitus, onychinus, & beryllus. Inclusi auro erunt

a ¶ Vt sacerdos inspiciens viam sanctorum quib. floruerint virtutib. meditetur & operando imitetur.

per ordines suos, habebuntque nomina filiorum Israel. † Duodecim nominibus cælabuntur singuli lapides nominibus

a ¶ quod cogitationum munditiam significat: ¶ Industriam mentis quæ doctorum intellectum cum operatione coniungit: ne valeant separari.

d singulorum per duodecim tribus. Facies in rationali † catenas sibi inuicem cohærentes + ex auro purissimo, & † duos 4

a ¶ Ingem memoriam propriæ claritati. in cęlis. b ¶ Angulo, s.

annulos aureos, quos pones in vtraque rationabilis summitate,

a ¶ Dilectionem Dei & proximi.

† catenasque aureas iunges annulis, qui sunt in marginibus eius: & † ipsarum catenarum extrema duobus co-

a ¶ Firme, s. intentionis Deo placendi, quæ omnino apta sit suscipiende dilectioni Dei, & proximi: siue in prosperis siue in aduersis. b ¶ Bonæ actionis.

pulabis vncinis in vtroque latere superhumeralis, + quod

A
vbi sup a.
Mystice.

a *Duplex*. BEDA. Factū est rationale, vt facilius pondus lapidū sustineret. Typicè autem nos admonet, vt rationem nostri examinis inuisibilis arbiter probet, nec humana foris existimatio merito condemnat. Vel duplex ferimus in pectore rationale iudicij, quando ea quæ de fide veritatis & vita inuisibili loquimur aut cogitamus, fixa ratione subsistunt. Et quę visibiliter agimus aut agere disponimus, iudicio discretionis librata sunt. Quod autē mēsuram palmi habebat per quadrū, piæ intētionis conatum infatigabilē & perpetuum ostendit. Qui enim palmo aliquid metitur summo conamine expansis digitis manum extendit vt possit mensuram quā quærit, plenè & certe tenere. Vnde sicut per manum operatio, ita per palmum exprimitur inflexibilis operationis intentio, & bene idem rationale tam in longitudine quā in latitudine habet mensurā palmi: quia siue in longitudine vitę æternę desiderium mentis erigat, siue ī latitudine charitatis ad curam proximi inclinet affectum necesse est per omnia cor sacerdotale non desidiosum esse, sed ardenti desiderio extendi, vt comprehendat brauium supernę vocationis Deī.

Sap. 18. d.
† Funiculos aureos
B
† Ipsorum duorū funiculorū.

Moraliter

b *Ponesque in eo*. BEDA. Hæc positio diuersarum gemmarum in rationali multiplicem variarum virtutum gratiam ostendit, quæ concordi serie in corde sacerdotis debet semper apparere. Singuli autem lapides singulis patrum nominibus inscribuntur, dum sanctorum vitam rector inspiciens, qui maxime quibus virtutum operibus floruerit, sollicite scrutatur, & hæc cuncta in secreto pectoris colligit, & operando prodit. Magno enī sacramento vtraque vestis lapidibus pretiosis redimitur, & patrum nominibus insignibus insignitur. Ipsa quoque nomina, in superhumerali duobus lapidibus eiusdem generis. In rationali verò duodecim diuersi generis sculpta sunt. Quod autem patres lapidibus pretiosissimis & nō diuersi coloris sculpti sunt significat quod vna fides in Deum, & vna charitas & spes vitæ cęlestis, omnium patrum corda repleuerit. Quod diuersi generis lapidibus scripti sunt multiplex est varietas, & gratia bonorum operum, quibus sanctorum fides spes, & charitas confirmata refulget. In rationali quatuor erant ordines lapidum, & singuli habuere tres lapides, vt scilicet quatuor principalibus virtutibus fidem trinitatis non fictam teneamus. Quatuor enī ordines gemmarū habet in pectore sacerdos, cum omne quod cogitat, prudentia circunspectum; fortitudine firmum, iustitia eximium temperantia à malis omnibus fuerit segregatū. Sed ijdem ordines, ternas habent gemmas cū prudentia, fortitudo, iustitia & temperantia, trinitatis fide & recta operatione consistit. Aptè ergo sacerdos, vt opere fulgeat quatuor in pectore versus gemmarum baiulat. vt verò cum operibus fidei synceritate sit castus, ternas in singulis versibus habet gemmas, vt omnibus veræ fidei confessionem, & imitandam actionem ostendat, vt illi membra summi sacerdotis mereantur effici.

Mystice.
† Cogitationis.

BEDA. Possumus in vario decore lapidum non solum claritatem multifariam sacerdotalis actionis & † cognitionis: sed etiam spiritualium accipere dona virtutum, & miracula sanitatum.

D
Matt. 10. a.
Marc. 16. d

tum. De quibus dicitur: *Infirmos curate, &c.* Et alibi: *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient.* Quicquid autem designēt, rectè duodenarius in rationali fieri præcipitur, vt eorum actus, & miracula, qui apostolicæ fidei & charitatis virtutem sequuntur, acceptos Deo etiam nouerimus. Si quis autē loquitur linguis angelorum & facultates suas distribuerit pauperibus corpusq; tradiderit, vt ardeat si vnitatem catholicæ charitatis non habuerit, nihil illi prodest.

1. Cor. 12. b

c *Onychinus*. BEDA. Rectè autem duo lapides onychini, in superhumerali eodem numero patrū insculpti sunt, vt doctrinā fidemque apostolorum vtrique populo, Iudęorum, scilicet & gentium profuturā designarēt. Onyx rubri coloris circulos habens, albis cingentibus zonis, charitatis ardorem vel sciētiæ lucem significat comitāte zona castitatis: huiusmodi lapidibus inscripta patrū vocabula gestat sacerdos, cum præcedentium iustorū imitandæ charitati, castitati, humilitati, doctrinæ, cæterisq; virtutum operib. iuge studium impendit, & hoc in vtroque populo, vt Iudæus & Gentilis claritatem veritatis & pietatis in doctore aspiciat, per quam ipse ad meliora proficiat.

† Duodecī secundum noīa ipsorū sculpta asculptore singulorū.
† Annulos Opere plectili vide paulo sup.
† Ambos.
E
† Vnū e regione alterius.

d *Facies in rationali, &c.* BEDA. Ordo operis quantum nobis videtur hic fuit. Duo erant vncini supra in duobus superhumeralis angulis positi & duo contra anuli in duobus rationalis angulis sursum, è quibus pendebant duæ catenæ aureæ, quę in tēpore induendi inserebantur vncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant: vt in sequentibus apertius scriptum est, vt superhumerale & rationale mutuo necterētur, quorum superior connexio hucusque descripta est. Sequitur autem de inferiori, quæ erat subtus ascellas, scriptura ita subiiciens: Facies & duos anulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis & in oris quę è regione sunt superhumeralis & posteriora eius aspiciunt. Quod dicit in oris quę è regione sunt superhumeralis, nō significat in horis suphumeralis sed in oris illis quę è regione sunt suphumeralis, id est in oris rationalis quę è regione superhumeralis sunt. Anuli enim qui in vltimis & infimis erāt angulis rationalis, habebant contra se in vtroq; latere superhumeralis æque anulos alios, quibus ipsi vittis ligantibus iungerentur, de quibus, sequitur, necnon & alios duos anulos aureos q ponēdi sunt in vtroq; latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciē iuncturæ inferioris, vt aptare possit cum superhumerali quia de iunctura superioris quę erat super scapulas, ante dixerat. Inter quas, scilicet iuncturas hoc distabat, quod superior catenulis, inferior vittis erat facta ligātibus. Vnde subditur, Et stringetur rationale anulis suis cū anulis suphumeralis vita hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari. Non autem putandum est vtrūque indumētū simul esse terminatum. Nā rationale quod mēsurā palmi in altitudine, & latitudine & ante & retro habuit, non multū amplius quā pectus texit. Superhumerale verò vsq; ad cingulū puenit, sicut ī posteriorib. planè ostēditur, cum dicitur: Hęc & ante & retrò ita cōueniebat sibi, vt

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quadrangulum erit. *Ratione suptadicta*. 2 Et duplex. *id est de panno duplicato duplici causę. Vna est, vt pondus lapidum ibidem situatorum melius sustineret. Alia est secundum Rab. Sa. ut inter illos duos pannos nomen domini tetragammaton includeretur.*

3 In 1. ver. *Id est ordine*. 4. Facies in rationali cate. *Id est opere plectili Istæ sunt eædem catenæ, quę supra dicuntur insertę vncinis superhumeralis, secundum partem superiorem catenarum, sed pars inferior erat inserta anulis ipsius rationalis: & ideo de ipsis catenis mentio in utroque onere, s. superhumeralis & rationalis.*

In ✻ Facies

vt superhumerale & rationale necteretur mutuo ad baltheũ stricta & annulis fortius copulata, quos iũgebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & a se inuicem mouerentur.

Allegoricæ. BEDA. Superhumerale consummationem bonorũ operũ, rationale significat munditiã cogitationũ. Connexi autem mentis industriam, qua doctorum intellectus & fides cum operatione iũgitur. Manet enim iuncturra fabrefacta, vt rationale & superhumerale nequeant separari, quando tanta eruditione, tãto operum studio præeminet rector, vt nihil ex his quæ facienda cognouerit, imperfectũ reliquat, & quod fecerit, virtute rectitudinis non priuet incuria. Defluũt enim indumenta pontificis, & ab inuicẽ mouentur, si decus operis minor custodia cordis sordidat, vel castitatem cogitationis integritas nõ sequitur actionis. Sed ne dissoluantur habet sacerdos in rationali duas catenulas ex auro purissimo

a Munditiam cogitationis. rationale respicit. Facies & duos annulos aureos, quos po- Duobus angulis. a In oris, scilicet rationalis. nes in summitatibus rationalis, † in oris, quæ e regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciunt, necnon & alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in vtroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari possit cum superhumerali, vt stringatur rationale annulis suis, cum annulis superhumeralis, vitta Ingeniose vel artificiose, faber enim quilibet artifex dicitur. hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicem rationale & superhumerale nequeant separari. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicii super † pectus suum quando ingreditur sanctuarium, † memoriale coram domino in æternum. Pones autem in rationali iudicii Vt studeat sacerdos doctrinam & veritatem inquirere & docere. In rationali doctrina & veritas vel literis impressa, vel nomini tantum sancto imposita erant. † doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quãdo a Vt causas subditorum pro sola Dei intentione Dei discutiat, nihil simultatis admiscens. ingredietur coram domino, & gestabit iudicium filiorũ Israel a Deo beneplacens. in pectore suo in conspectũ domini semper. Facies & tuni- a Opus cœleste vsq; ad finem vitæ. Firmissimam. Supremam, scilicet. cam superhumeralis totam hyacinthinã, in cuius medio supra

(Marginal notes: † Quos. — † Vrim & Tummim, a lumen & plenitudinem. — † In ore ... — I. i. 28. Moral. c. 9. — † 6. d. ... — † In memoriam.)

ramus, & vt intrare mereamur concordi fide, & vita, & opere, & professiõe in tabernaculo præsentis ecclesiæ seruire studemus.

b Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicii su. &c. Nomina filiorum Israel Aaron super pectus memoriale corã domino portat in æternum, quando præsul nunquam subditorũ curam intermittit, sed vitam eorum consolando, increpando, exhortando confortat, & tutandã domino crebris orationibus satagit commendare.

GREG. Sacerdos quãdo tabernaculũ ingreditur, duodecim lapides in pectore portare iubetur sculptos nominibus filiorũ Israel, hic est redemptor noster q semetipsum pro nobis sacrificium offerens, dum fortes in exordio prædicatores habuit, duodecĩ lapides sub capite in prima sui corporis parte portauit.

Oportet sacerdotem memoriam patrum ferre in pectore, maxime cum ministrat altari, ut inq uo sacratius est ministerium, solertius se toto studio, tota industria mẽtis exornet & corporis, exempla sanctorum respiciens ut eorum sedulus imitator aptum se diuinis præsentet aspectibus.

id est continuationem castæ, & non fictæ dilectionis cordi firmiter affixam, quæ nunquã manum & linguam ab æquitate puri sensus dissentire permittat. Et bene duas vt etiam in his quæ ad cultũ Dei, & in his quæ ad fraternæ subsidium necessitatis pertinent, ornatus incedat. Bene autem opus charitatis per catenulas aureas signatur, qa sicut catenula ex plurimis auri uirgulis cõtexitur, ita charitas ex multifaria virtutum operatione perficitur. Quas virgulas apostolus exponens ait. *Charitas patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, &c.* Habet sacerdos anulos aureos è quib. catenæ pendent, id est iugem memoriam, nunquam finiendæ claritatis in cœlis, ex qua solũ memoria fit, vt maneat nobis cõtinua uincula charitatis. Habet duos vncinos superhumeralis eminentes, quibus inserãt catenæ, id est in exordio boni operis habeat firmã intentionem Deo placendi, quæ per omnia apta sit suscipiendæ & cõtinendæ in se dilectioni Dei & proximi, ut siue prospera siue aduersa occurrerint, nunquã saluberrima, piæ dilectionis retinacula laxet. Hoc est enim sacerdotẽ in vtroq; humero vncinos qui catenulas rationalis excipiãt, habere, in prosperis & aduersis Deo fixum placendi studium gerere, & huius intentione in Dei & proximi amore firmari. Inserunt ergo se vncinis superhumeralis catenulæ aureæ, quæ de rationalis summitatib. efferuntur. Cumq; enim mens, quæ rationabiliter de internæ lucis claritate degustat, mox alacritatem bene operãdi amplectendo suscipit, ne forte habitus rationalis pulcherrimus a pectore sacerdotis relabatur, si non eum accelerans bonæ actionis vncinis contineat.

(Marginal: 1. Cor. 13. b)

BEDA. Quod superhumerale strictũ erat baltheo, de quo in sequentib. dicitur, & desuper superhumerlae imposuit, ꝙ stringens baltheo aptauit rõali, aperte ostendit, quia custos bonorum operum est cõtinentia, de qua dicitur. *Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes, &c.* Lumbi, scilicet præcincti p continentiam, lucernæ ardentes per virtutum operationem.

(Marginal: Luc. 12. e.)

a *Vitta hyacinthina, &c.* BEDA. Vittæ hiacinthinæ quib. vterq; sacerdotis habitus copulatur, ligaturæ sunt desiderii cœlestis, quæ annulis aureis inexæ superhumerale cum rationali stringunt cum agnita luce perennis patriæ in illam gloriam suspira-

c *Pones autem in rationali iudicii, &c.* BEDA. vt scilicet meminerint sacerdotes se studiis doctrinæ & veritatis inquirendis, nõ curandis ruminancisq; secularib. negotiis per acceptũ sacerdotium fuisse consecratum. Sed vt quod exterius typicũ in veste presulgebat, intus ĩ corde veraciter expressum coruscaret. Item doctrina & ueritas in rationali erant positæ, vt mõstraretur quia uestis illa non solũ legalem induebat pontificem, sed & euangelium prænunciabat, i. ipsum Christum, de quo dicitur: *Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum patefacta est.* Vel apostolos & omnes gratiæ nouæ pcones. Gestat autem iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu domini, cum subditorum causas pro sola interni iudicis intentione discutit, vt nihil simultatis admisceat in eo quod diuina uice dispensat.

(Marginal: Historiae. — Io. 1. b.)

AVG. Pones autem in ra. &c. In quali re uel metallo ponatur demonstratio & veritas super rationali (quia talia dicit fieri in ueste sacerdotis quæ corporaliter fiunt) inuenire difficile est. Fabulantur tñ lapidem fuisse, cuius color ad aduersa vel prospera mutaretur, qñ sacerdos intrabat ĩ sancta. Et hoc est quod ait, Et afferet Aaron iudicia filiorũ Israel super pectus suum, ostendens, s. in illa demõstratione & veritate quod de illis iudicauerit dominus, quamuis intelligi possit demonstrationem & veritatem iteris impositam super λογίῳ

(Marginal: Quæst. 117. in Exod.)

d *Facies & tunicam, &c.* BEDA. Tunica talari tota hyacinthina uestitur sacerdos, ut admoneat opus cœleste non modo in choandũ, sed usq; in finem esse ducendum omnib. qui salui esse uolunt. Tunica enim hyacinthina usq. ad pedes uestiri, ẽ bonis operib. usque ad finem uitæ insistere secundum illud. *Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ.* Et quia ita solummodo ad perfectionem boni operis infatigabili proposito perueniemus, si hanc fixa intentione supernæ remunerationis incipimus, recte additur.

(Marginal: Moraliter — Apoc. 2. c.)

e *In cuius medio supra erit capitium & ora per gyrum eius textilis*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Facies & duos annulos, &c. in summita. *id est, parte exteriori, quæ est superior respectu illius quæ est magis propinqua corpori sacerdotis.*

2 In oris quæ è regione, &c. *Id est ex opposito correspondentes.*

3 Pones autem in rationali iudicii doctrinam & veritatẽ, &c. *id est lapides per quorum fulgorem manifestabatur sacerdoti diuinum beneplacitum, & hoc secundum Iosephum, secundum vero Rab. Sa. nomen domini tetragrammaton fuit inclusum modo predicto.*

4 Facies & tunicam. *Hic prosequitur de tunica hyacinthina.*

5 In cuius medio supra erit capitium. *Id est apertura per quam intrabat caput sacerdotis.*

✱ 6 Et ora

A

*lis, sicut fi. &c.* Capitulũ tunica hyacinthina firmissium habet: & orã ex sese textam, ne facile rũpatur, cum primordium boni operis forti radice timoris dñi subnixum, & contra omnes insidias antiqui hostis probatur esse munitum. Talis ora collũ sacerdotis per gyrum vestit & ornat, quãdo rectori fiduciã prædicandi cælestia prębet: hoc quod nõ solum in uitæ cursu recte uixerit, sed exordiũ quoq; a rectitudine cæperit, sicut Samuel, Hieremias, Ioannes, qui ab ipsa infantia spirituali gratia repleti, & in doctorum ordine sunt separati. Quia enim uox in collo est, per collum recte loquẽdi usus exprimitur, sicut fieri solet in extremis uestium partibus, sicut uestibus opera, ita extremis vestium partibus operum cõsummatio figuratur. Vel extremæ vestiũ partes vltimæ sunt nostræ sollicitudines, quib. fideles cum finire vita coguntur, intentius ab omni labe malorum se expurgare contendunt cum metu & pauore curãntes ne ante districtũ iudicem producti pro sordido uitiorũ habitu expellantur in tenebras exteriores, sed appareant induti, sicut electi Dei viscera misericordiæ benignitatem, modestiam, patientiã & charitatem, quod est vinculũ perfectionis. Tunica ergo hyacinthina habet oram in capitio textilem, sicut in extremis vestium partib. solet fieri, cum doctor egregius a tanta perfectione opus virtutum inchoat, ad quantam alius longo labore vix aliquando perueniat & cum tanto timore famulatus omni hora cum Deo suo ambulat, quantum alius vix moriturus, & ad iudicium vltimũ ingressurus habere sufficiat, sed quia tota perfectio sacerdotis ĩ operibus & doctrina veritatis consistit, secundũ illud: *Cæpit Iesus facere & docere.* recte subiũgitur, Deorsum uero ad pedes eiusdem tunicæ.

† Ora lori. ęue l colarij.

Colos. 3. b

B

Act. 1. a.

2. Cor. 5. c.

Beda. Facies & tunicã, &c. Tunicam superhumeralis dicit cuius pars superhumerali tegebatur, ad distinctionem tunicę quæ erat interius linea, quarũ meminit superius dicens, Hæc autem erunt uestimenta quę facient rationale & superhumerale tunicam & lineam strictam, &c. Interior autẽ erat linea byssina, quod lini esse genus nobilissimũ constat. Exterior vero tunica tota hyacinthina nihil alterius coloris admittẽs, cuius specie vniformi qualis esse debeat, uita sacerdotis docet † superni, s. desideriis intenta, conuersationem habens in cęlis, & saluatoris expectans aduentum, quę sicut & byssina ad pedes pertingebat. Vnde utraq. Græce ποδήρης dicta est, ut ostẽdatur in sacerdotali uita nihil infirmum ac sordidũ remanere, sed omne quod agit quasi æthereo colore pretiosissimũ vniuersa membra eius a capite usque ad pedes gratia uirtutũ tecta esse debere.

† Superius poderis.

Epis. ad Fabiolam.

✲ Hier. Sicut uestimentum lineum terram significat, sic hyacinthinum aerem in colore demõstrans. Ipsa ergo vestis hyacinthina a capite vsq; ad talos ueniens indicat aerẽ de celis usq; ad terram fusum. Mala autẽ punica & tintinnabula, fulgura & tonitrua demonstrant, siue terram & aquã & omnium elementorum consonantiam,

Quęst. 119.

✲ Athanas. Talaris tunica typus est humanæ carnis qua se totum Dei verbum induere non recusauit.

Lib. 1. regi. cap. 24.

a *Deorsum uero, &c.* Greg. Cum rector se ad loquendũ præparat, quam caute loquatur attendit, ne inordinate loquens corda audientiũ errrare faciat, & sapiens videri desiderans vnitatis compagẽ insipienter scindat. vnde: *Habete sal in uobis & pacem habete inter uos.* Qui enim sapienter loqui nititur, timeat ne eius eloquio vnius confundatur. vnde. *Non plus sapere quam oportet sapere, &c.* Hinc est quod tintinnabulis mala punica cõiunguntur. Per mala enim punica fidei vnitas significatur, quia sicut ĩ malo punico vno cortice multa interius grana muniũtur, ita innumeros populos ecclesię vnitas fidei cõtegit quos intus diuersitas meritorũ tenet. Bene ergo dicitur. *Habete sal in uobis, & pacem habete inter uos,* &c. ac si per habitum sacerdotibus dicatur, mala punica tintinnabulis iungite, ut per omne quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis.

Mar. 9. g.

Rom. 12. a.

C

Beda.

---

❧ a Vt primordium boni operis forti radice timoris Dei subnixum & contra insidias diaboli sit munitum.

erit capitium, & ora per gyrum eius textilis : sicut fieri solet 1

a Consummatione, s. operum. b Vt sacerdos ad tantam excellentiam conuersationis perueniat vt nihil in illo nisi splendor & gratia flosque varius & bonorum operum appareat, & horum tantum sonum suauissimum proferat.

a in † extrẽmis vestium partibus, ne facile rumpatur. Deorsum

Multifariam virtutum operationem vno charitatis munimine circundatam.

vero ad pedes eiusdem tunicæ per circumitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto,

a Vt nec opus sacerdotis discrepet a verbo, nec verbum ab opere.

& bysso retorta, mistis in medio tintinnabulis, ita vt tintin-

a Vt omnis sermo sacerdotis claritatem supernæ lucis resonet.

nabulum sit aureum, & malum punicum. † Rursumque

Operatio charitatis.

b tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum. Et vestietur ea Aaron in officio ministerii, vt audiatur so-

---

Beda. Deorsum ad pedes tunicę fiunt quasi mala punica & tintinnabula per gyrum, quando ad tantam excellentiã deuotæ conuersationis sacerdos peruenerit, vt nihil in eo, nisi splendor & gratia flosque uarius bonorum operum videatur, nihil aliud cum os aperiet quam suauissimus horum sonus audiatur. Quia enim ĩ malo punico multa ĩterius grana vno cortice tegũtur, recte per mala punica multifaria uirtutũ operatio uno charitatis munimine undiq; tecta signatur. Fit autem malorum effigies de hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, & bysso retorta, quibus quatuor colorib. quę uirtutum uarietas signetur, supradictum est. His uero in medio tintinnabula permiscentur, ut neq; opus sacerdotis ab eo quod loquitur discrepet, neque a rectitudine operis linguæ sonus aberret. Vñ pulchre additur, ita vt tintinnabulũ sit aureũ & malum punicum. Rursumque tintinnabulum aliud aureũ & malum punicum. Aurea enim tintinnabula hyacinthinæ tunicę inseruntur & vndiq; circundantur, cum omnis sermo eius claritatẽ supernæ lucis resonat, & inde sonitus velut hyacinthinæ tunicæ firme infixus, operum quoq; ipsius sublimitate audientiũ mentib. commendatur. Fiuntq; bina mala circa singula tintinnabula, cũ omnia quę loquitur bonis confirmantur actib. & in auditorum arctius corde figuntur, & vniuersa quæ agit quam sint rationabilia, discreto sermonis sonitu † producuntur.

D

† Eccl. 45. b. 43. d. s. c. sit rector. s. sacerdos rego.

† Produnt

Beda. Possumus in duodenario gemmarum rationalis intelligere, quod sol iustitiæ cuncta nostra tempora, cunctas orbis plagas sua luce repleret sicut sol inuisibilis, qui per mẽses duodecim signiferum circulũ lustrare, & totum ambire consueuit. Nam & hoc quod quatuor ordines in rationali ternos lapides habent, congruit anni vertentis ordini qui per ternos menses in quatuor tempora distinguitur. Annus autẽ in scripturis solet vocari totũ tempus nostræ salutis, quo paterna retributione certamus. Christus enim secũdum Esaiã missus est prædicare annum domini acceptum, & diẽ retributionis. De eodem anno & Dauid dicit: *Benedices coronę anni benignitatis tuę.*

E

Annus.

Esa 61. a.

Psal. 64. c.

Beda. Vel sicut supra dictum est, duodecim gemmas, id est ter quaternas gestabat, vt admoneret oẽs doctores opera iustitiæ quæ quatuor principalib. virtutib. cõtinentur, cum fide trinitatis habere, & discipulis commendare. Portabat & septuagintaduo tintinnabula aurea cum totidiẽ malis punicis, vt ostenderet, quod eadem fides & operatio iustitiæ vniuersum mundm ab errorum & vitiorum tenebris, ad veram lucẽ duceret. Tres enim dies & noctes habent horas septuaginduas, quib. supra infraq; lustrando sol trib. vicib. mundum circuit. Bene ergo hic numerus tintinnabulorum & malorum diuersitate coloris tunicæ pontificis indutus est quia sol iustitiæ Christus vniuersum orbem esset illumiuaturus, & veram fidem quæ est in agnitione trinitatis & confessione daturus & operationem bonam, quæ est in variarum splendore virtutum.

Vbi supra.

b *Vt audiatur, &c.* Greg. Sacerdos ingrediens uel regrediens moritur, si de eo sonitus nõ audiatur, quia iram contra se occulti iudicis prouocat, si sine prędicationis sonitu incedit. Apte uero tintinnabula uestimentis illius inserta scribuntur. Sacerdotis enim uestimẽta sunt recta opera. unde; *Sacerdotes tui indu. iusti.* vestimentis ergo tintinnabula inhærent, vt vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoq; opera sacerdotis clamẽt

Psal. 131. b.

Beda. Quod si Iosephi uerbis intendere nolumus, qui dicit mala septuagintaduo fuisse & eiusdẽ numeri tintinnabula, congruit huic mysterio, ut discipulorũ septuagintaduorũ circa pedes numerũ habeat signatum. Sicut enim duodenarius apostolorũ numerus episcopalis dignitatis gradum inchoauit. Sic discipulis septuagintaduo qui & ipsi ad prædicãdũ missi sunt, gradũ minoris sacerdotii qui præsbyteratus dicit, significat. vnde horũ numerus in ultima parte, sacerdotalis

Mistice. Iosephus.

F

☞ habitus

---

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et ora per gyrũ eius textilis, sicut, &c. id est opere plectili.

m Facies

A habitus ille in prima figuratur. Si quis vero numeros vtriusq; ordinis mysticè velit interpretari, duodecim gemmas Aarō in pectore præferebat, vt significaret tempus instare, quo fides trinitaris omnibus quadriti orbis partibus prædicaretur.

vbi supra cap.7.

a *Facies & laminam, &c.* BED. Lamina aurea in fronte pōtificis in qua sanctum domino vel sanctū domini (vt in sequentibus dicitur) sculptū est sacratius est cæteris indumentis, quia sicut diuina potētia omnib, creaturis supereminet, ita oportet vt nomē eius cęterum pontificis ornatū trāscēdat, & velut cuncta sanctificans eximiā sedē teneat. Significat autē professionis nostræ fiduciā quā in frōte portamus: dicente Apostolo *Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi.* Rectè autē hoc solum in toto pontificis habitu de solo auro est, vt munditiam cordis vel corporis in quo mysteria nostræ redemptionis recōdere vel gestare debemus ostēderet, Vel auro inscriptū sanctū domini in fronte sacerdos portat, ostēdēs quod ita passionē domini qua redēpti sumus venerari & amplecti debemus, vt claritatē in ipso diuinę maiestatis, per quam creati sumus pariter cōfitēda esse sciamus, ita mortē assumptæ humanitatis cōfitentes. vt eandē resurrexisse fateamur.

†ingredietur & egredietur.

† obtulaerunt.

†ad b̄nplacitum eis corā dño. i. vt ipsos recōciliet domino.

B

nitus quando † ingreditur & egreditur sanctuarium in conspectu domini, & non morietur. Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere cęlatoris, † sanctum domino. Ligabisque eam vitta hyacinthina: & erit super tiaram imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum quæ † obtulerint & † sanctificauerint filiis Israel in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, † vt placatus sit † eis dominus. Stringesq;

¶ Prædicationis. a ¶ Morietur enim si non prędicauerit vt audiatur a deo & ab hominibus. b ¶ Hoc supremum & excellens omnibus ornamentis.
a ¶ Pro mundicia cordis & corporis in qua mysteria redemptionis recondimus & portamus.
b ¶ Spe cęlestium præmiorum.
a ¶ Vnde: Habentes nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Colos. 3. b. b ¶ Aufert docendo ad pœnitentiam prouocando, & pro pœnitentibus supplicando. c ¶ Tanta indulgentia, vt cuncta populi peccata portare possit.
a ¶ Domino. ¶ Pro peccatis. ¶ oblata. b ¶ Dignis pœnitentię fructibus. c ¶ Omnia oblata sancta sunt.
a ¶ Aug. Hęc significat fiduciam bonæ vitæ quam qui vere perfecteque non significatione sed veritate sacerdos habet, solus potest peccata auferre.
a ¶ Vt totus subditus sit diuino seruitio. ¶ Memoriam passionis Christi debet omnis Christianus habere præ oculis, quanto magis ergo sacerdos & pontifex. b ¶ Subditis qui doctoris exemplis attendunt & monitis.

1 2 3 4 5

D sceleum absoluit. Hæc quidem ita gerēda institutio diuina in habitu pōtificis figurauit & verbis manifestè docuit. Proh dolor autem qui dam donaria accipiūt, imo exigunt, & iniquitates populi nō asportant nec castigant cum ob hoc solum debeant sumere carnalia, qui ministrant spiritualia. Sed quia pro subditis potest efficaciter laborare, prædicare, & domino supplicare cuius animus diuini nominis memoria sēper est præditus, aptè subiungitur, Erit autē lamina semper in fronte eius, &c.

c *Erit autem lamina, &c.* BEDA. Si lamina nomine Dei scripta semper fuerit in fronte Aaron, placabitur dominus filijs Israel, quia cum doctor fideliter se diuino seruitio pura mente subdiderit, subditi exemplis illius & monitis accensi, rectè viuere & gratiā interni iudicis promereri festinant.

*sigillorū.

† sanctificauerunt.

vbi sup. c. 8. † ei.

✻ HVGO VICTORINVS. Quod hic dicit de lamina semper in fronte gestanda, semper intellige, congruo scilicet tempore.

E

f *Stringesque tunicā.* BEDA, Quare linea dicta sit stricta vel byssō stringi præcipiatur, supra expositum est. Nūc verò adiiciēdū quia solēt milites habere lineas, quas camisias vocāt, sic aptatas mēbris & strictis, vt expediti sint dirigendo iaculo, tenēdo clypeo, ense librā do, & quocūq; traxerit necessitas. quale & Ioab legitur habuisse qn̄ amasam interfecit, strictā scil. ad mensurā sui. Ergo & sacerdotes parari in ministeriū Dei vtūtur hac tunica, vt habentes pulchritudinē vestimentorū, discurrāt celeritate nudorum. Hęc tunica sicut hyacinthina ad pedes vsq; ptingit, & ipsa Grecæ ποδήρης id est tālaris dicitur, Cuius significatio in prōptu est. Cum. n. constet lino vel bysso continentiam & castitatem corporis signari. strictam habent lineā vel tunicam de bysso sacerdotes, cum propositum continentiæ non eneruatur & fixa mente custodiūt, sed tāta instātia vt bellū non gerat caro contra spiritū nec spiritus contra carnē.

Camisiæ militares.

2. Re. 20. c

Podiris.

Lineam habent strictam cum concupiscit & deficit anima eorū in atria dñi, & cor eorum & caro socia germanitate exultāt in Deū viuū. Hęc linea non solū stricta, sed et poderis, id est ad pedes vsq; descēdēs, cū cōtinētia nō cuilibet mēbro violenter imposita, sed in toto corpore est delectabiliter cōsummata. Hæc. n. linea dēt stringere man' & brachia sacerdotis, ne qd inutile faciat, pect', ne quid inane cogitet uetrē, ne gulos' sit. Subiecta uetri mēbra, ne lasciuiendo, totā sacerdotalis habit' pulchritudinē corrumpant. Genoa ab orationis instantia torpeāt tibias & pedes, ne ad malū currant. Induat ergo sacerdos primo linea stricta, vt corpus ab iniqs operib. & mentē compescat a prauis cogitationib. Accipiat deīde tunicā hyacinthinā ut præter descriptionē continentiæ salutaris eque corpus, & animum spiritualium virtutū venuster. Sed quia sunt quinque corporis sensus, quorum quatuor propriè capitis, quintus toti corpori communis, Tunica hæc quam diximus vtraque propriè continentiæ actum & iustitiam designat. Consequenter vero & aliorum quatuor sensuum quam sit curanda innocentia uel sanctificatio pontificis habitu demonstratur, cum dicitur. Et tiaram byssinam facies. &c.

F

BEDA. Qualiter hæc facta sit. Iosephus dicit sic: Supra autē gestat pileū in modū paruuli calamēti aut cassidis, quod extēditur supra summitatē capitis, & in modico verticis medietatē excedit, & tale est vt uideatur ex lini textura cōfectū habēs vittas, quę cōuolutæ sæpius cōnectūtur, ne facile dilabatur. Dicit et huic pileo superadditum aliud velamē, q̄ totā capitis superficiē celator, aptatū profecto ne laborāte sacerdote circa sacrificia

Pileideseriptio. Iosephus, lib. 3. Antiq. c. 11

Ineffabile etragrammaton Phil. 4.

Psal. 95.

b *Sanctū dom. &c.* BED. Quod in lamina sculpi iubetur nomen sanctū & venerabile, significat quod apud Hebreos quatuor literis vocalibus scribitur, id est, יהוה ioth, hæ, vau, he, quod interpretantur ineffabile, nō quia dici nō potest, sed quia diffiniri sensu & intellectu creaturæ non potest, secundum illud, *Pax Dei quæ exuperat omnem sen. &c.* Et alibi *Magnus Dominus & lau. &c.* Bene autem in fronte pontificis quatuor literis scribitur significās totidem partes dominicæ crucis, quam in fronte portamus.

Ineffabile nomē domini quatuor literarū cōstans, he scil. q interpretatur iste, ioth, quod est principiū, he, quod est passionis. vau. hoc est vitę. Quod totum sonat iste principium passionis vitæ, quia Christus principium vitæ in Adam amissę, quam reparauit sua passione.

1. Cor. 15. f. Col. 3. b. Apo. 14. a.

C

IDEM. Sanctum domini auro sculptū in fronte portamus, quādo expurgati à sordibus vitiorum, quæ ex primo parēte habuimus imaginem & similitudinem cōditoris ad quam creati sumus recipimus, nec celamus, sed factis & dictis promulgamus Iuxta illud. *Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus ima. cæl.* Vnde & alibi. *Expoliantes veterem hominem cum actibus suis induite nouum qui renouabitur secundum imaginem eius, qui creauit eum.* Et Ioannes ait, *Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.* Cum ergo omnes agnum sequentes ipsa professionis fronte debeant hoc nomē habere quāto magis sacerdotes gregem diuini ducentes, qui omnibus debent exemplum virtutis ostendere

c *Ligabisque eam.* Ligatur lamina quę sanctum domini continet vitta hyacintina cum tiara pontificis cum spe cælestiū præmiorum quā hyacinthus significat, in fide cōfortamur, & cō arctius sacramenta nostrę redemptionis, vel imaginē ac similitudinem conditoris ac redemptoris nostri intemeratā seruamus, quo nullum aliud esse salutis iter cognouimus. De tiara suo loco dicetur.

d *Portabitque Aaron,* Portat scilicet sacerdos iniquitates in munerib. & donariis quę obtulerunt domino, & sanctificauerunt filii Israel, cum pro fructibus dignæ penitentię, id est eleemosynis cæterisque operibus iustitię quæ faciūt pœnitentes à reatu scele-

NICOLAVS DE LYRA

1 Facies & la. &c. *Hic prosequitur de lamina sancta pendente in fronte,*
2 Sanctum domino, *id est, nomen domini tetragrammaton.*
3 Et erit super tiarum, *id est, mitram.*
4 Portabit que Aaron iniquit. *orando ut dimittantur.*
5 Stringesque &c. *id est factam de bysso, vnde in Hebræo habetur. Tunicam byssinam, & loquitur de tunica inferiori, quæ etiam erat communis alijs sacerdotibus, & cingebatur quodam baltęo, qui erat etiam communis alijs sacerdotibus, ut supra dictum est.*

a ¶ Hæc est linea stricta qua induitur sacerdos cum propositum continentię ita custodit, ut caro non concupiscat aduersus spiritum nec spiritus aduersus carnem. b ¶ Vt omnes sensus capitis deo consecrati, c ¶ De cuius factura in sequentib. dicitur plenius. Cingulum vero fecerunt de byssо retorta &c. ¶ Quo tunica hyacinthina quæ superhumeralis dicta est cingebatur.

tunicam bysso, & tiaram byssinam facies, & balthеum opere plu 1

¶ Minoribus sacerdotibus.

marii. Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, & baltheos ac tia- 2 ras in gloriam † & decorem: Vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo, & cunctorum conse-

a ¶ Vt consecrata sint omnia opera sacerdotum. ¶ Oleo vnctionis, ut per gratiam spiritus consecratio perficiatur, non tamen priora sine eius gratia, sed qui plus conscendit & plus præfertur, maiori gratia eget.

¶ Vt sancti sint qui domino seruiunt vel ministrant.

crabis manus: sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mi-

¶ Aliter sacerdotes esse non possunt. ¶ Brachas non pertingentes ad talos.

hi. Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis suæ

a ¶ Spontanei non coacti. b ¶ Pontifices. c ¶ Presbyteri. ¶ Si non semper saltem quando ingrediuntur tabernaculum.

a renibus vsq; ad femora, & vtentur eis Aaron & filii eius quãdo

crificia corruat, quod tamen cuius esset coloris non ostẽdit. Hec A quidem de minoribus sacerdotibus. De pontificis verò tiara sic ait. Pileum autem similiter operatum habebit põtifex sicut reliqui sacerdotes, aliudque consutum ex hyacintho variato. Circũdatur autem ei & aurea corona tribus vicibus facta, supra quam surgit in medio fronte quasi cauliculus quidã aureus similis herbæ, quę apud nos achano nuncupatur, a quã Græci † vossamũ b dicunt. Et paulo post c descripta eius mirabi- d li varietate subdidit. e Habet autem florem similem † plantagini & per circuitum tota corona his florib. est celata ab occipitio vsque ad vtrunque tempus in fronte hoc nõ f habet sed lamina est aurea quæ sacris literis dei nomen habet inscriptum. Hæc quidem de secundo velamine & coronis pontificum aureis scriptura tacere videtur. Coronarum vero breuiter in sequentibus sic meminit, Fecerunt & tunicas opere textili Aaron & filis eius, & mitras cum coronulis suis ex bysso, sed de qua materia sint non dixit. Cum enim B dicat mitras cum coronulis suis ex bysso, poterat intelligi vtraque ex bysso facta esse. nisi Iosephus coronas aureas diceret esse, qui stante adhuc templo & legali obseruantia, cum esset de genere sacerdotali potuit omnem mundum sacerdotalis indumenti non tantum legendo, sed & vidẽdo cognoscere. Sed siue byssinæ siue aureę sint coronulæ cõstat eas cũ mitris factas esse.

† iusq uiamum. † plantaginis. Mitra,

Nunc dicamus breuiter de figura. Mitras cum coronulis habent sacerdotes ex bysso, qui sic visum, auditum gustum, olfactũ in castimonia custodiunt, vt coronam vitæ inde accipere speret. Qui enim sic continentiæ vel bonis operibus studet, vt præmia retributionis negligat, mitram byssinã habet sine corona, quia spem virtutis quasi coronam hominibus præfert, sed mercedẽ à Domino non habet. Siue ergo coronulæ fuerint aureæ, claritatem perpetuæ lucis significant, vel byssinæ perennem corporis immortalitatem. rectè verò sacerdos cum stolis byssinis coronas superadditas portauit vt in continentia æterna præmia meditetur vt in prædicatione continentiæ vel operationis bonę gaudia supernæ beatitudinis promittat, ne sine spe retributionis C pondus laboris imponat, & iugum Christi suaue, & onus leue auditoribus asperum reddat & durum.

Tiara. a *Et tiaram &c.* BEDA. Tiara quæ cidaris & mitra vocatur, caput tegebat & ornabat põtificis, vt admoneretur omnes capitis sensus deo consecratos habere, ne vel oculi vanitatem viderent, vel aures opprobrium proximi acciperent, vel os abundaret malitia, dolum cõcinnaret lingua. ne cor grauaret crapula & ebrietas, vel olfactus asperum mirrha & aloe & cinnamomo lectum meretricis amplecteretur: sed oculi viderent æquitatem, aures inclinarentur ad verba prudentiæ, Dulcia essent faucibus eius eloquia domini, donec superesset halitus, ne loqueretur iniquitatem, pollutum non tangeret, sed mundatus ab omni inquinamẽto carnis, & spiritus sanctificationem in timore dei perficeret. Psal.118.r.

b *Et baltheum, &c.* ✱ CYRILLUS ALEXAND. Vides igitur quia militaris propemodũ Aaronis habitus fuerit, nempe quia Christus pro nobis bella gessit in manu forti, sicut scriptum est, arcũ suum tetendit, & parauit illum. Et sagittas suas ardentibus effecit. Et deposuit potentes de sede & de dæmonibus triumphauit

Historice. BEDA. De factura balthei scriptum est. Cingulum fecerunt de bysso retorta hyacintho, purpura ac vermiculo bis tincto, opere plumarii. Hoc cingulum sicut Hiero. ex Iosepho scribit, in similitudinem pellis colubri, quæ exuitur in senectute, sic in rotundo textum est vt marsupium lõgum putes, textum autẽ sub tegmine cocci purpurę hyacinthi & stamine byssino ob decorẽ & pulchritudinem, atque ita polymita arte distinctum vt diuersos flores & gemmas artificis manu non textas, sed additas arbitreris. Habebatque latitudinẽ quatuor digitorum, quo cingulo propriè pontifex vtebatur, & eo tunica hyacinthina simul & super-

per humerale stringebatur. Nam in sequentib. aperte de coniun D ctione superhumeralis & rationalis dictum est. Hæc & ante & retro ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuo necterentur, stricta ad baltheum, & anulis fortius copulata quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxæ fluerent & à se inuicem mouerẽtur. Nulli autem dubium quin baltheus & cingulum cui superhumerale astringebatur tunicam hyacintinam quæ & superhumeralis vocatur cingeret.

Cuncta enim quæ huc vsque dicta sunt ad pontificis habitũ ptinent. Sequuntur autem filiorum eius balthei & cætera indumẽta, cum dicitur. † ac.

c *Porro filijs Aaron tunicas para. line. &c.* Dicẽdum est autem de baltheo pontificis, qui de quatuor illis coloribus nobilissimis deo dignis factus est, quia bene talem habet pontifex, quem singulari virtutum decore semper oportet accingi. Bene vario flore fulgentium colorum incedebat accinctus, quia sicut necesse est vt alius industria continentiæ præcingatur, ne caro repugnãs spiritui internam mentis quietem turbet. Ita pontifex domita iã omni concupiscentia corporis & animi, ipsa debet virtutũ gloria circundari, vt iuxta exemplum illius floris qui egressus est de radice Iesse, id est Christi sit iustitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctoriũ renum eius. Mystice.

E d *Tunicas lineas parabis &c.* Tunicas hñt sacerdotes lineas cũ totũ corpus candori castitatis dedicant. Baltheis tunicas cingunt, cũ eandem castimoniam vigilanti mentis custodia circumspiciunt, ne conscientia illius desidiores erga bona opera fiant, ne per iactantiam castimoniæ ipsius etiam meritum minuant. Qui enim tunica talari induitur, si sine cingulo incedit, tunica defluit & relicto corpore, ventis & frigoribus aditum tribuit & præpeditis gressibus retardat usum incedendi, vel calcantes se cadere facit. Sic & castimonia carnis sepe castimoniam mentis adimit, dum segnius bonis operibus insistunt, quando minus prospiciunt, quia castimonia absque aliis bonis non valet, quibus adiũctis gloriam & decorem acquirit. Virginibus stultis non profuit castitas carnis, quib. defuit lumen internæ puritatis. Accingantur ergo tunicis lineis, vt castitatem habeant. Accingantur baltheis, ne castitas remissa sit ne vento elationis aditum pandat, ne charitatem frigere faciat, ne iactantia præsumptionis bona opera impediat, ne prepedito uirtutum cursu ipsa concupiscentię sordibus polluta uilescat, & tandem ad ruinam superbiendo impellat. Accincti uero accipiant tiaras in capitibus, ut præter uigilantem corporeæ castitatis custodiam uisus, auditus, gustus & olfactus dignè Deo custodiantur. Esa.11.b. Matt.25.a

e *Vestiesque his &c.* BEDA. Omnibus his uestiendus erat Aaron & filii eius sed distinctè, ut ipse quidem omnibus his vteretur. filii autem ultimis tribus quæ eis propriè adscripta sunt, cũ dicitur *Porro filiis Aaron tunicas parabis lineas &c.* vbi sup. c.d

F f *Facies &c.* ✱ HIERONYMUS. De feminalibus lineis Hebræi hoc solent dicere quod ratio seminum & generationis ad carnem pertinens, terræ per ea deputatur. Vnde & ad Adam loquitur Deus, terra es & in terram ibis. Causasque huius rei, quo modo de paruulo semine & fœdissimis initiis, tanta vel hominum, uel diuersarum rerum pulchritudo nascatur, esse obuolutas, & humanis oculis non patere. vbi supra.

BEDA, Feminalia quæ ad operiendam corporis vel carnis turpitudinem fiunt, illam castimoniæ portionem quæ à copula cõiugali cohibet propriæ designant, sine qua nemo uel sacerdotium suscipere uel ad altaris ministerium consecrari potest. Id est, si non aut uirgo permanserit, aut uxoriæ coniunctionis fœdera soluerit. quod nulli necessario imperatum sed uoluntariè Deo offerendum. unde, *Non omnes capiunt verbum istud & qui potest capere capiat.* Et paulo post, his qui uxorem uel alios cognatos, & impedimenta mundi propter ipsum reliquerint Feminalia Mat.19.b. ibidem.d.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Facies & baltheum. *Loquitur de baltheo superiori quo cingebatur superhumerale.*

2 Porro filijs Aaron. *Hic consequenter agitur de vestimentis cõmunibus summo sacerdoti & alijs, & patet litera ex supradictis vsque ibi.*

Porro ✱ 1 Ne

A tint, centuplum in hoc seculo promittit, & in futuro viam æternã. Vnde nõ iubetur Moyses hoc vestimento induere Aaron & filios eius, sicut de prioribus dicitur: *Vestes in his omnibus Aaron fratrem tuum, &c. Sed facies feminalia linea, ut operiãt carnem turpitudinis suæ, &c.* Tu fœminalia põtifici & filiis ei' facies, Tu

Moraliter

castitatis regulam docebis. Tu abstinẽdum ab vxorio amplexu his qui sacerdotio fruituri sunt, intimabis, nulli tamen violẽtum huius continentiæ iugum impones.

C

†statutum vel mos.

ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquãt ad altare, vt ministrẽt in sanctuario, ne iniquitatis rei 1 moriãt. †Legitimũ sẽpiternũ erit Aarõ, & semini ei' post eũ. 2

¶ Luxuriæ. ¶ Morte animæ vel corporis. ¶ Quia res significat æterna.

sed quicunque sacerdotes fieri & altari seruire volunt, sponte sua desistant serui esse uxorũ. Quod ubi perfecerint, ut suscepto semel continẽtiæ proposito ministros se sanctuarii & altaris fore consẽserint, aderit lex diuina quã uelut reliquum habitũ sacerdotib. congruum imponens quomodo uiuere aut docere debeãt abundãter instituat, congaudensq; spontaneæ deuotioni dignũ sacerdotio deus sapiẽtiæ, patiẽtiæ, mãsuetudinis, zeli spũalis, humilitatis, misericordiæ, timoris domini cæterumq; huiusmodi ornatũ superaddat. Alioquĩ iniquitatis rei moriantur

B

D moriantur, si. s. luxuriose uiuentes sacerdotalẽ gradum usurpant. Qui sensus sequentibus verbis affirmatur, cum dicitur: *Cumque p[...] Leuitis, &c.* vsq; erũt sacerdotes mihi religione perpetua. Nã neque hic de feminalibus a Moyse accipiendis quicquam præcipitur, cũ constat quod hoc genere uestimẽti ipse Aaron & filii eius se prius induerãt: & sic ad manũ Moysi lauandi, induendi, ungendi, & consecrandi intrabant. Vbi notandum quod consecraturus Moyses eos primo lauit aqua, & sic habitũ sacerdotis imposuit, quia necesse est, ut qui ad officium altaris promouẽdus est, maiorib. solito fluentis lachrymarum vel compunctionis tẽpore dedicationis se abluat, ut quo mũdior ad gradum accipiẽdum accesserit, eo pfectius acceptum consummet. Hæc ad Aaron & filios eius pertinẽt. Sicque fit ut Aaron omnibus octo uestib. induatur feminalib. linei, tunica, linea hyacinthina, superhumerali, rõali, balthæo, tiara, petalo aureo. Filii eius quatuor tantum, fẽminalibus scilicet linea stricta, cingulo, & thiara.

E Historice.

F

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ne iniquitatis, &c. *quia aliter modo indebito accederent & irreuerenter.*

2 Legitimum, *id est, lege firma & stabili firmatum. Rationes autem prædictorum sic accipiuntur in generali, ad hoc enim habebant sacerdotes vestes pretiosas & speciales, ut haberentur in maiori reuerentia a populo, & quia istud cedebat ad honorem diuinum, cum essent medij inter deum & populum. In speciali vero rationes accipiuntur sic secundum sensum literalem. Per ornamenta enim summi sacerdotis figurabatur quasi totus orbis, Tunica enim linea figurabat terram, quia linum nascitur de terra. Baltheus cingens illam tunicam figurabat Oceanum qui circundat terram. Tunica hyacinthina ratione coloris figurabat elementum aeris, in qua inserebantur tintinnabula, quia in aere generantur tonitrua, Baltheus autem cingens illam tunicam figurabat elementum ignis, qui ambit aerem, superhumerale cum rationali sibi coniuncto figurabat cælem syderum, quod ex multis coloribus & picturis erat adornatum, ad designandum pulchritudinem stellarum. Duo autem lapides onychini in superhumerali positi significabant duo magna luminaria, scilicet solem & lunam. Duodecim gemmæ in rationali posita figurabant 12. signa zodiaci, & ideo dicebatur rationale, quia terrenorum rationes sunt in cælestibus, quia ab ipsis emanant terrestria: secundum quod Iob. 38.d.* Nunquid nosti ordinem cæli & pones rationes, &c. *Per mitram vero figurabatur cælum empyreum, & per laminam aureum supra mitram positam, ipse Deus præsidens omnibus creaturis, propter quod in illa lamina nomen domini tetragrammaton erat insculptum, quod appropriatur ipsi creatori omnium. Per hoc autem quod nomina filiorum Israel erant sculpta in duobus onychinis superhumerali & in 12. gemmis existentibus in Rationali ostendebatur quod summo sacerdoti erat impositum onus populi, & ipsum debebat habere in pe[ct]ore iugis meditationis orando pro ipso Dominum, & propter prædicta de ipso Aaron scribitur Sap. xviij.* In veste poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & in diademate capitis illius magnificentia tua Domine scripta erat. *Et vocatur hic magnificentia nomen Domini tetragrãmaton, quod dicitur nomẽ eius magnũ, ut dictum est sup. 6. ca. quia est soli creatori omniũ appropriatum. Rationes autem mysticas prædictorum causa breuitatis omitto. Cætera patẽt.*

✻ CAP.

## ADDITIO I.

*In cap. 28. vbi dicitur in postilla, Ad euidentiam primi, &c.*

*Iosephus non est tenendus in hoc loco, etiam si fit de genere sacerdotali: contradicit enim manifeste literæ, nam vestes pontificales sunt tantum modo octo, prout ponuntur in prima secundæ. q. ciij. art. 5. in responsione ad. ix. art. Quarum quidem primo vestis linea, secunda tunica hyacinthina cum tintinnabulis, tertia superhumerale cum duobus lapidibus onychinis, quarta rationale quadratum, in quo erant 12. lapides cum noib. filiorum Israel, in quo etiam mandabatur poni doctrina & ueritas, quinta eras baltheus seu cingulus, sexta tiara seu mitra, septima lamina aurea in fronte, in qua erat nomen domini, & de istis septem tantum fit mentio inf. Leuiti. 8. quando Moyses primo induit ipsum Aaron in pontificalib. octaua autem est femorale ad operiendum turpitudinem carnis, de qua veste octaua non fit ibidem mentio, quia non debebat indui per Moysen ex honestate, sed per ipsum & sacerdotem, fit tamen de ea veste expressa mentio communiter. Leuit. 16.*

## ADDITIO II.

*In eodem ca. 28. vbi dicitur in postilla, Dicit etiam Iosephus quod iste splendor cessauit, &c.*

*In toto tempore templi secundi non fuit illa vestis pontificalis, quæ dicitur rationale iudicij, sicut nec arca testamenti, & quædam alia quæ ibi defeceruut, prout omnes historiæ Hebraicæ testantur, quod etiam facit pro fide nostra, de quo tractandum est domino concedente in prophetiam Aggæi. 2. super illud uerbum, Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquam primæ, unde non est dicendum quod solum per cc. annos ante tempus Titi cessauerunt, cum in toto tempore templi secundi defuerunt.*

REPLICA *Correctorij contra Burg. In ca. 28. vbi postil. dicit materiam vestium, sacrarum & numerum debere accipi & distingui secundum dicta Iosephi, qui scripsit ex experientia, quia de genere sacerdotali, quia uidetur &c. Burg. dicit Iosephum non esse tenendum, quia secundum literæ veritatem (ut dicit) sunt tantum octo uestes & allegat ad hoc secundum Thomã. Sed mirum videtur, quod Burgen. proferat dicta D. Thomæ in hac materia quæ in facto consistit quæ nec sanctus Thomas, nec Burg. unquam vidit, sicut Iosephus, nec est contra literam, quia litera bene inspecta numerat plus quam octo uestium nomina. Nec est mirum quod Leuiti. 8. non fit mentio de femorali, quia nec fit mẽtio de zona linea, qua cingebatur tunica linea inferior, quæ communis erat pontifici & alijs sacerdotibus, nec fit ibi mentio de cidari linea, quæ erat mitra pontifici & alijs sacerdotibus, de quibus manifesta fit mentio Leuit. 16. quibus adiunctis ad alias octo enumeratas per Burg. fiunt decem, prout vult Iosephus, quem hic Burgen. improbare nititur. nec potest dicere Burg. cũ D. Tho. quod mitra linea, quã dicit literacidarim, sit eadẽ cũ tiara quia tiara quæ soli pontificis mitra est, hyacinthina fuit, nec est uerisimile eandẽ fuisse mitrã sacerdotum & pontificis, sed quod sacerdos habebat mitrã byssinam tantũ ad modũ birreti, pontifex autem super huiusmodi habuit tiarã hyacinthinã. nec potest dicere, idẽ fuisse cingulũ lineũ & baltheum, quia cingulo lineo cingebatur tunica byssina, quæ fuit communis pontifici & sacerdotib. baltheo autem cingebatur & stringebatur tunica hyacinthina cum superhumerali, quæ erant pontifici specialia, nec est verisimile tunicam lineam & hyacinthinam unico cingulo stringi, antequam hyacinthina pontifex indueretur, unde patet quod Iosepho in his rebus experto credi oportet.*

*In eo. capitu. vbi postillator allegat Iosephum dicentem, quod fulgor qui procedere consueuerat a rationali, cessauit tempore templi secundum Burgen. dicit toto illo tempore rationale non fuisse, sed hoc non uidetur, quia tempore* Alexandri Magni *visus est summus sacerdos in eo, ut patet in ipsius historia, nam ille fuit principalis decor in summo sacerdote.*

C 2

CAP. XXIX.

A S**Ed & hoc fa. &c.** BE. Hactenus Aaron & filiorum eius habitus qualis esse debeat, designatur. Sequitur modus cõsecrationis, quo ipsos vel tabernaculũ cũ omni supellectili dedicari oporteat, oblatis scilicet domino vitulo & duob. arietibus, panib. quoque triticeis, non solum azymis, sed oleo conspersis, addito oleo vnctionis, quæ cuncta, bonorũ operum deuotionẽ, & fidei munditiã, vel diuinę illustrationis gratiã, quib. consecrari oportet sacerdotes, figurate demonstrãt.

Allegoric.

B b *Tolle uitulũ.* STRA. Quisquis pontifex uel sacerdos tantum debet offerre, id est, passionẽ Christi firmiter credere & imitari. Et duos arietes, ut credat eundem Christum ex corpore & aïa cõstare. Et panes azymos, id est munditiam vitæ, & oleo conspersos, ut inter omnes uirtutes non negligat opera misericordię, uel nõ a se, sed a dono gratiæ se credat habere.

C c *Et crustulam.* BED. Crustulam oleo conspersam ad consecrationem nostram domino offerimus, cũ omnia quę facimus p̃ internam spiritus gratiã in cordis deuotione pinguescũt. Lagana oleo lita cum foris spiritualia esse quæ agimus indubitãter in exemplum viuendi ostendimus, quib. oblationib. consecratio nostra perficitur, dũ per bona opera & cogitationes puras meritũ nobis sanctimoniæ Deo donante, acquirimus.

Mysticę.

D d *Cumque laueris, pa. &c.* BED. Prius lauari iubentur, deinde ornari vestibus, quia quicunque sacerdotii officium assumit, vnda lachrymarum se abluere debet, vt ad ministerium diuinũ dignus approximet.

# C A P. XXIX.

a S**Ed & hoc facies vt** * **mihi in sacerdotio cõ** 1
a ¶ Immolationem Christi & aspersionem sanguinis eius hæc animalia immolata demonstrant, per quam a peccatis abluendi & in bonis operib. sumus viuificandi. b ¶ Patriarcharum.
b **secrentur. Tolle vitulum de armẽto & a-** 2
a ¶ Quia Christus immolatus est pro vtroque populo. ¶ Genus panis absque fermento in similitudinem crustulæ duratus oleo conspersus, oleum autem pinguedinem gratiæ vel vnctionem spiritus vel misericordiæ significat: vnde 1. Cor. 5. c Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ sed in azymis synceritatis & veritatis.
**rietes duos ĩmaculatos, panesq; azymos,** 3 4
¶ Vt sacerdotij opera non solum a fermento malitiæ & nequitiæ castigata: sed etiam pinguedine charitatis diuinis conspectib. sint digna.
c **& † crustulam absque fermento, quę † conspersa sit oleo, lagana** 5 6
**quoque azyma, oleo lita. De simila triticea cuncta facies, & posi** 7
a ¶ Vt passionem Christi firmiter credat.
b ¶ Quia in Christo verum corpus & vera anima. c ¶ Pontifices.
**ta in canistro offeres: † vitulum † aũt & duos arietes, & Aaron ac** 8 9
a ¶ Presbyteros imitatores Pontificis.
d **filios eius applicabis ad † ostiũ tabernaculi testimonii. Cumque** 10
a ¶ Quia abluendi sunt aqua lachrymarum qui consecrandi sunt. 11
e **laueris patrẽ cum filiis suis aqua, indues Aaron vestimentis suis** 12
¶ Hæc supra exposita sunt. a ¶ Continentia corporali. b ¶ Hyacinthina, s. spe cælesti. c ¶ Pondere operis.
d ¶ Sapientia mentis. e Domita omni concupiscentia.
**id est † linea & tunica * superhumerali, & rationali, q̃ constrin-** 13 14
a ¶ Vt quatuor sensus discrete custodiantur, & ad Deum dirigantur.
b ¶ In qua nomen domini ineffabile, quod omnia decorat & protegit.
**ges baltheo, & põnes tiarã in capite eius & laminã sanctã super**
a ¶ Spiritussancti, vnde: vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Psal. 44. b.
b Caput viri Christus, caput Christi Deus. ¶ Mentem vt interior homo consecretur. ¶ Tunc.
**tiaram, & oleũ vnctionis fundes super caput eius, atq; † hoc ritu** 15

BEDA. Posset in hoc lauacro baptisma sacri fontis ĩtelligi, si cõsequereť ut q̃si sacerdotium elect* tunc primum aqua baptismatis ĩ remissionẽ peccatorum ablueret, & non contradiceret Apostol' dicẽs, *Nõ neophitũ, ne in sup̃biã elatus, in iudicium incidat diaboli.*

E e *Indues Aaron, &c.* BEDA. Notandum quod cum ĩ Exodo Aaron octo vestib. induẽdus asseuereť in Leuitico nona addit videtur, balthe' s. quo linea tunica ante ĩdutã hyacĩthinã p̃cincta erat, sic. n. scriptum est. Cumq; lauisset eos *vestiuit pontificẽ subucula linea accingens eũ baltheo, & induens tunica hyacinthina desuper humerale imposuit, quod stringens cingulo aptauit rationali.*

BED. Notandum q̃ quatuor colores eximii, quibus factus est habitus sacerdotis totidem mundi elementis congrua cõparatione aptantur. Byssus vel linũ terræ, quia ex ea nascitur, purpura aquis quę de marinis tingitur cochleis, Hyacinth' & coccus aeri & igni ob similitudinem coloris. Coccus bis tinct', q̃a ignis est geminæ uirtutis, lucet enĩ & vrit. Aiũt Hebræi quod

Margin: *eis. — 1. Tim. 3. b — † placetas. — † conspecte sint. — Historice. — † vitulam. — Exod. — † vngẽs eũ Leuit. 8. a. — vbi supra, cap. 10. Colores quatuor habitus sacerdotis. — † aditum. — † tunica & pallio superhumeralis * &.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XXIX

Diuisio.

1 S**Ed & hoc facies.** *Hic cõsequẽter agit de consecratione sacerdotũ, vbi p̃mittuntur ea q̃ sunt necessaria, secũdo describit cõsecratio ipsa ibi:* Cumq. laueris patrẽ, &c. *Illa aũt q̃ necessario req̃rebãtur ad eorũ cõsecrationẽ, erãt quędã aïalia in eorũ consecratione immolãda, et diuersorũ panũ gña offerẽda, q̃ nominãtur, cũ dr̃:*

2 Tolle uitulum de ar. *in memoriam expiationis peccati Aaron pro fabricatione vituli.*

3 Et arietes duos. *vnum in memoriam obedientiæ Abraham, qui obtulit arietem pro Isaac, cuius obedientiæ sacerdotes debebant imitatores esse, & maxime summus sacerdos, & alium in memoriam agni immolati in exitu populi Israel de* Aegypto *per cuius immolationem fuerunt liberati ab angelo exterminatore, & Aegyptiorum seruitute.*

4 Immaculatos. *Illud non solum refertur ad arietes (vt credunt aliqui) sed etiam cum his ad vitulum, quia nullum animal habens maculam debebat immolari, maxime in sacerdotum consecratione.*

5 Panesque azymos. *ad denotandum quod sacerdotes debebant esse absque fermento corruptionis malitiæ & nequitiæ, sed debebant* Deo *seruire in azimis syncentatis & veritatis, vt dicit* Apostolus 1. ad Cori. 5. c. *Item quia sacerdotes idolorum offerebant panes fermentatos, & ideo in detestationem huius præcipiuntur hic offerre sacerdotes Dei panes azymos.*

6 Et crustulam. *Modicus est panis & valde tenuis, ita quod quasi totum est crusta, vnde in Hebręo habetur* חלות *halloth. id est, crustulas.*

7 Quæ conspersa. *Quia in pistatione farinæ non solum ponebatur aqua, sed cum hoc oleum.*

8 Lagana quoque. *Dicunt aliqui, quod erant panes frixi in patella. Ista expositio non potest stare, quia tunc diceretur oleo linita, non lita. Vide summam Britonis, ubi exponit lino & linio. Rab. Sal. dicit super* Leuit. *quod erat pasta cocta in aqua calida, & talem modum cibi vocant Lombardi lagana.*

9 Oleo lita. *Ista linitio secundum expositionem primam erat frixio in oleo, secundum Ra. Sa. erat figura quædam protracta super lagana cum digito in oleo tincto, & erat illa figura similis caph* כ.

10 De simila. *Est autem simila farina tritici delicatissima.*

11 Et posita. *Ad hoc autem in hac oblatione ponebantur tot genera panum, quia talia erant accepturi postea sacerdotes a populo. Sequitur,*

12 Applicabis ad ostium tabernaculi, *id est, in atrio ubi erat altare holocaustorum.*

Diuisio.

13 Cumque laueris. Hic *consequenter describitur consecratio ipsa quæ consistit in ornatu sacerdotum & unctione & immolatione, & primo agitur de ornatu eorum & vnctione summi sacerdotis, secundo de immolatione, ibi:* Postquam initiaueris. *Circa primum dicitur:*
Cumque laue. &c. *in consecratione enim ipsorum ista lotio aquæ erat primum, & ut dicit* Ra. Sa. *non intelligitur de lotione manuum & pedum solum, de qua habetur infra, sed intelligitur de lotione totius corporis.*

14 Indues Aaron. *Modus autem induendi & ornandi ipsum plenius est expositus cap. præce.*

Vnctio sacerdotum

15 Et oleum unctionis, &c. *Alij autem sacerdotes inferiores non vngebantur in capite, sed solum summus sacerdos, ad denotandum quod potestas offerendi ab ipso deriuabatur ad alios. Dicunt tamen aliqui quod manus eorum vngebantur, sed hoc non habetur ex textu, & patet in sequentibus, nec est verisimile quod non fuisset expressum hic vel Leuiti. 8. ubi ponitur executio consecrationis sacerdotum, quæ hic* * *prædicitur*

*MORALITER.*

* 2 *Tolle vitulũ, &c.* Hic agit de cõsecratione Aaron & filiorum eius, per q̃ fuit figurata ordinatio ministrorũ ecclesiæ.

11 *Cumque laueris pa.* Per quod intelligitur, q̃ ordinandi in ecclesia primo debent lauari aqua contritionis ad ablutionem præcedentium peccatorum, & a quis deuotionis ad desiderium supernorum.

14 *Indu. Aaron*, p̃ quę designãtur virtutes descriptæ c. præce.
* Applica

A quod pontifex figuram omnium elemētorum in habitu gestauit quia pro toto mundo immolans rogare debet quib. nos fortè addere possumus, quod in omni homine figura omniū elementorum cōtinetur. Ionis in calore, aeris inhalitu, aquarum in humore, terræ in mēbrorū soliditate. Vnde homo Grecè microcosmos, id est, minor mundus vocatur. Aurum verò in eodē habitu rationalem virtutem hominis interioris significat. Vnde in eo propriè sanctum domini scriptū est, quia tantum per hanc ad cognitionem conditoris ascendit, vnde, *In interiori homine habitare Christum per fidem in cordibus nostris.* (†Leu i.b. & 3.a. Eph.3.d.) Ideoque scriptura nobis pontificem vete. testa. sic vestitum ostendit, vt sciat pontifex nostri temporis se pro toto humano genere, maximè autem pro his qui cognouerunt veritatem, & signum fidei in frontibus portant, intercedere debere. (B) vnde. *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & qui in sublimitate sunt.* (Trin. 2.a C) Quod si in pontifice quem consecrat Moyses, Christum intelligimus, iure in habitu totius mūdi figurā, simul & hominis habet, portat .n. omnia verbo virtutis suę. (D) Et est agn⁹ q tollit peccata mūdi (Ioan. 1.d.) & sacerdos in æternū omni sanctitatis ornatu præclarus, nō quē nat⁹ in carne per exercitiū laboris acepit, sed quem in vtero virginis incarnatus præueniēte gratia spiritussancti totum simul habuit, de cuius sacerdotio dicit Apostolus. *Hic autem eo quod maneat in æternum sempiternum habet sacerdotium. &c.* (Hebr.7.b.) Indumenta quoque & ornamenta virtūtum eius commendans, ait *Talis decebat vt nobis esset pontifex sanctus, innocens, impolutus. &c.* Hic verò habuit laminam in capite suo auream, & in ea sanctū nomen dñi sculptum quia venit in nomine patris, dicens: *Ego in patre, & pater in me est: & qui vi. me vi. & pa.* (Io.14.b. E)

a *Postquam &c.* AVG. (Quæst. 25) Alia litera. Quid est: & consummabis manus Aarō & filiorum eius. An per manus potestatem significāt vt etiam aliquid ipsi sanctificare possent. Potestas autem ipsa sanctificatione consūmabatur, qua præcepti sunt, scil. sanctificari à Moyse. (Qō.126. F)

b *Applicabis &c.* AVG. Alia litera, Et adduces vitulum ad ostiū ☞ tabernaculi

a Presbyteros vel Christi vicarios. b Vt remoti a populo adhæreant Deo. c Continentia castitatis.

consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tu^a^nicis lineis, cinges^a^que baltheo, Aaron scilicet & liberos eius, & (1)

a Vt sit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.

a ¶ Hæc omnia facit Moyses, id est lex secundum cuius institutionem omnia fiunt. b ¶ Custodiam omnium sensuum. ¶ Sic consecrati. c Quia perpetuam religionem, idest Christianam significat.

impo^a^nes eis mitra^b^s, eruntque sacerdotes mihi † religione per^c^petua: † Postquam initia^a^ueris ma^b^nus eorum applicabis & vitulum coram tabernaculo testimonii. Impo^a^nentque Aaron & filii eius manus super caput illius, & mactabis eum in conspectu domini iuxta ostium tabernaculi testimonii, sumptū^q; de† sanguine vituli pones super† cornu^a^a altaris digito^b^ tuo, reliquū autem sanguinem fundes iuxta basim † eius. Sumes & adipem totum, qui operit intestina & reticulū iecoris ac duos renes, & adipem qui super eos est, & offeres incēsum super altare: carnes vero vituli, & coriū, & fimum cōbures foris extra castra, eo q^a^ pro peccato sit. Vnūm quoque arietē sumes, super cuius caput (2–14)

a ¶ Consecraueris. b ¶ Vt omnia bona operentur, & nulla mala. ¶ Quibus contrectent sancta.

¶ Quia sicut prędixerat lex, Christus immolatus est. a ¶ Quia peccata nostra portauit. ¶ Quia oblatus est Deo in odorem suauitatis.

a ¶ Super quatuor iustos nitentes virtutibus. ¶ Quatuor principales virtutes. b ¶ Idest spirituisancto, qui omnes replet charismatibus suis. Quia virtus dei est.

a ¶ Carnalia desideria. ¶ Hæc in Leuitico exposita plene inuenies, quæ prætermittimus ad alia festinantes. b ¶ Interiores in ecclesia.

Extra ciuitatem passus est Christus.

a ¶ Christum ducem & pastorum ouium.

(† statuto. † quatuor † altaris.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *prædicitur fieri, cum talis vnctio esset quid notabile, sed circa eos de vnctione non fit aliqua mentio, hic vel Leuitici 8. nisi quod de oleo vnctionis & sanguine hostiæ fiebat quædam mistio, qua ipsi & vestes eorum asgebantur, & si alicubi dicantur vncti, potest de hac aspersione exponi. Materia autem huius vnctionis infra describitur, sed figura vel forma nō habetur ex textu. Dicit ante Ra. Sa. quod erat in figura caph. Græci, incipiens à capite & descendens versus palpebras & fiebat cum digito ipsius consecrantis in vnctio tincto.*

1 Flios quoq; illius applicabis, & indues tunicis lin. cingulq. &c. Modus *autem induendi & ornandi ipsum, plenius expositus est capitulo præcedenti.*

2 Postquam initiaueris. *Hic consequenter agitur de immolatione quæ requirebatur in sacerdotum consecratione, & primo ponitur sacrificium pro peccato, secundo sacrificium holocausti, ibi.* Vnum quoque arietem. *tertio hostia pacifica, ibi:* Tolles quoque alterum. *quarto ostenditur quod huiusmodo ritus in consecratione sacerdotum septem diebus continuis debebat replicari, ibi:* Omnia quę præcepi tibi. *Circa primum dicitur:* Postquam initiaueris, &c. *In Hebræo habetur,* Postquam impleueris. *hoc enim præcedebat sacrificium, & talis initiatio vel impletio erat applicatio eorum ad sacerdotale officium.*

3 Applicabis & vitulum. *pro peccato immolandum.*

4 Coram taber. te. *in atrio, ut prædictum est.*

5 Imponentque Aaron & filii eius, &c. *quasi confitentes quod vitulus interficiebatur pro peccato eorum, & quod ex rigore iustitiæ erant digni morte, sed ex diuina misericordia mors in animal transferebatur. Itē per talem impositionem manus accipiebant potestatem offerendi de cætero hostias pro peccato.*

6 Et mactabis eum. *Mactare enim hostiam pertinet ad sacerdotis officium, quod quidem officium faciebat* Moyses *in consecratione Aaron & filiorum eius, & ideo sibi dicitur:* Mactabis eum, sumptumque de sanguine uituli pones super cornua altaris. *Dicit Ra. Sal. quod hæc positio fiebat tantum in duobus cornibus altaris contradictorie se respicientibus, & sic sanguis ibi positus respiciebat ad quatuor partes altaris, quia quilibet angulus communis est duabus partibus in ipso cōcurrentibus.*

7 Reliquum autem san. fun. &c. Erat *enim circa pedem altaris quidam canalis vbi effundebatur sanguis, in quo erant quædam foramina, per quę sanguis intrabat terram.*

8 Sumes & adipem totum. *Voluit enim ipsum dominus sibi offerri & incendi, ita quod non comederetur ex eo, ad excludendum modum idolo latrarū, qui adipes victimarum suarum comedebant, secundum quod dicitur* 32. b. De quorum uictimis comedebant adipes, &c. *Item ad designandum, quod pinguedo gratię & virtutis nobis collata soli Deo est attribuenda.*

9 Et reticulum, id est, *quædam pinguedo facta ad modum retis.*

10 Iecoris. *In Hebræo habetur, Hepatis.*

11 Ac duo re. *id est, renunculos, vt habetur* Leuitic. 8. *vbi ponitur executio huius oblationis quæ hic præcipitur.*

12 Carnes uero uituli &c, *ad denotandum quod peccatum & eius circunstantia & occasiones debent elongari a sacerdotibus, quorum officium est pro remissione peccatorum populi offerre, & orare.*

13 Vnum quoque arietem. *hic agitur de hostia holocausti.*

14 Super cuius cap. &c. *In hac enim oblatione faciebat Moyses officium sacerdotis, vt dictum est, & ideo Aaron & filij eius erant offerentes Moysi vel potius Deo per* Moysen, *sicut populus postea debebat offerre Aaron & filijs eius. Populares vero offerentes sacerdoti animal ad immolandum ponebant manus super caput bestiæ immolandæ, vt habetur Leui. 1. & 2. & alijs pluribus locis, ad denotandū quod renunciabant totaliter illi animali, & ¦domum transferebant, & eadem ratione Aaron & filij eius ponebant hic manus super caput bestię huius, & sequentis Item vt per talem impositionem acciperent potestatem offerendi hostias holocausti.*

✱ 1 Et

## MORALITER.

✱ 3 *Applicabis & vitulum.* per quē significatur Christus passus in cruce, cuius virtute consecrantur ministri ecclesiæ.

† *Sumptumque, &c.* per hoc quod de sanguine vituli ponebatur super quatuor cornua altaris, significabatur quod fides Christi passi dilatanda erat ad quatuor partes orbis.

8 *Sumes, &c.* per hoc quod adeps cremabatur super altare, significatur quod passio Christi acceptissima Deo futura esset ex plenitudine gratiæ eius, Ioan. j. b. *Vidimus eum quasi vnigenitum à pat. ple. gra. & ve.* Quæ plenitudo per adipem designatur.

12 *Carnes uero &c.* Per quod significabatur, quod Christus extra Hierusalem erat passurus.

13 *Vnum quoque aretem, &c.* Sequitur postea.

tabernaculi,& superponet Aaron & filii eius manus suas,&c. Ecce vnde dictum est consummādas esse manus eorū,id est, perficiēdā potestatē.vt etiā ipsi sanctificarētur, quomodo fit cum ponunt manus suas super vitulū immolandum.

✻ THEODORETVS. Quest. 61. Sacerdotes non omnibus hostiis manus imponebant, sed iis quæ pro ipsis immolabantur, maximeq; pro peccato, cæteris vero ipsi illi qui offerebant, manus suas supponebant,Id uero declarabat hostiā locum offerentis tenere, ac supplere. Illud autem sciendum est, quod pro pōtifice vitulus offerebatur, itemque pro omni populo. At vero ꝑ principe hircus, pro vnoquoque vero capra, principi namque masculus,subiectis vero fœmina cōgruit, præterea vitulus extra castra cōburebatur ob id Christus extra portam passus est. Altari omētum imponebatur, offerebatur adeps ventriculi, duo renes,ipsiusque iecoris fibræ,Quæ omnia affectionum quę in nobis sunt æniḡmata esse existima uerum adeps,qui ventriculū operit,gulæ vitium indicat,renes uero voluptates illas quæ uentrē oblectāt,fibrę iecoris,irascibilē animi uim declarāt.Hęc autem omnia cōsecrari iubet,ac quodammodo malas ipsorū efficacias mortuas esse significare.

a Quo Christum morti sacerdotes tradiderunt.

ponent Aaron & filii eius manus:quā cum mactaueris,tolles de sanguine eius,& fundes † circa altare : ipsum autē arietem secabis in frusta, lotaque intestina eius ac † pedes pones super † concisas carnes, & super caput illius: & offeres totum arietem incensum super altare. † Oblatio est domino, odor suauissimus victimæ domini. Tolles quoque arietē alterum super cuius caput Aaron & filii eius ponunt manus. Quem

a Quia immolatione Christi purgatus est,& innouatus auditus Iudaici populi.

cum immolaueris,sumes de sanguine † ipsius,& pones super extremum dextræ auriculæ Aaron & filiorum eius: & super

In quo significantur opera purgata. Vt incessus sint dextri,& puri. Animalium.

pollices manus eorum ac pedis dextri,fundesque sanguinem super altare per circuitum.† Cūque tuleris de sanguine,qui est super altare,& de oleo vnctionis,asperges Aaron & vestes eius,filios & vestimēta eorū.Cōsecratisq.ipsis & vestib. tolles

a Vt consumetur,& perficiatur sacrificium.

adipem de ariete & caudā,& aruinā quæ operit vitalia,ac reticulū iecoris,& duos renes,atq.adipē,qui super eos est,armumque dextrū,eo ꝙ sit aries † consecrationis tortāq. panis vnius, † crustulā cōspersam oleo,laganū de canistro azymorū,quod positum est in conspectu domini: ponesque omnia super manus Aaron & filiorum eius, & † sanctificabis eos eleuans coram domino. Suscipiesque vniuersa de manibus eorum, & incendes super altare in holocaustū,odorē † suauissimū in con-

a Vt omnis eius sensus,& cogitatio consecretur domino.

spectu domini,quia oblatio eius est. Sumes quoque pectusculum

2 Oblatio est Domino. AVG. Odor suauitatis domino sępe dicit sacrificiū de victimis pecorum,non quod deus de eo tetur fumi odore,sed quod his significat spiritualiter,Deū delectari, cum spiritaliter exhibetur, sicut odor dei spiritaliter intelligitur. Non enim sicut uos odorem corporeis naribus ducit.

✻ THEODORETVS. Humanis rebus diuinas docet. Nam quia nos suauibus odoribus maxime oblectamur, sacrificium quod ex lege fiebat suauem odorem appellauit. Neque enim nudis verbis adhærendum esse diuina natura declarat, quæ omnino corporis menbrorumq; expers est.

b Armumque dextrum. GREGORIVS. Sacerdos diuina lege armū dextrū in sacrificium accipit & separatum, vt non solum sit eius operatio vtilis,sed etiam singularis. Nec inter malos tantummodo quę recta sunt faciat, sed bene quoque operantes subditos, sicut honore ordinis superat, ita quoque morum virtute transcendat. Cui in esu quoque pectusculum cum armo tribuitur, vt quod de sacrificio præcipitur sumere, hoc de semetipso authori discat immolare. Et non solum pectore quæ recta sunt, cogitet, sed spectatores suos ad sublimia armo operis inuitet

Marginalia: † concisas. † placentā panis vnā. † super altare in circuitum. † crura. Quest. 62. † De cōsec. dis. 2. c. nō oportet. † eius. 21. dist. c. 1. in prin. In past. p. 2. c. 3. † eleuatio nis Hab. † eleuabis illud eleuationem Hebr. † quietis, id est vt Chal. Interpr. vt suscipiat cum beneplacito.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et fundes circa altare, *Non in parte superiori,sed magis circa basim,nec fiebat cum digito.sicut de præcedenti dictum est,sed magis cum bacino argenteo,vt dicit Ra.Sa.*

2 Et offeres totum, &c. *Propter hoc enim dicitur hostia holocausti quia tota cremabatur ad honorem diuinum præter sanguinem qui effundebatur modo prædicto, & pellem quæ erat sacerdotis.*

3 Oblatio est domino odor. *Non quia Deus delectaretur in fumo carnium crematarum,sed in obedientia & fide & deuotione offerentiū,& maxime quia tales oblationes & victimæ erant quædam figuræ & protestationes Christi immolandi pro salute mundi.*

4 Tolles quoque. *Hic agitur de hostia pacifica,quæ offerebatur pro gratiarum actione de bono præterito,vel pro impetratione boni futuri, & vtraque causa hic concurrebat,quia Aaron & filij eius debebāt gratias agere Deo,de hoc quod per ipsum promouebantur ad dignitatem sacerdotalem,& supplicare vt Deus daret ipsis gratiam exercendi illud officium digne.*

5 Super cuius,&c. *Vt illam victimam Deo totaliter darent, & vt offerendi hostias pacificas acciperent potestatem.*

6 Sumes de sanguine. *Intingendo digitum.*

7 Et pones,&c. *Ad denotandum quod debebant habere aures apertas ad præcepta domini,et etiam obedientes,quod designabatur per extremum auriculæ,quod est molle,et tenerum,et nō resistens.*

8 Et super &c. *Dicit Ra.Sa.quod fiebat super iuncturam mediam pollicis ad denotandum quod debebant esse prompti, & expediti in oblatione sacrificiorum.*

9 Fundesque sangu.etc. *Dicit Ra.Sa.quod fiebat tantum in duobus locis contradictorijs,et sic sanguis respiciebat ad quatuor partes altaris, quæ perficiunt altaris circumitum.*

10 Cumque tuleris,&c. *Ex quibus fiebat quædam mistio, vnde aspersi sunt sacerdotes,et eorum vestes in memoriam deuotionis Iacob fundentis oleum super lapidem,ut habetur Ge. 28.d. Et sanguinis immolati in exitu de Aegypto,per quem fuerunt liberati.*

11 Tolles adipem,&c. *Hoc dicitur pro tanto quia non legitur alias armus dexter crematus de hostijs pacificis, sed cedit in partem sacerdotis et sequitur.*

12 Ponesque omnia. *Quia erāt quædā portiones de oblationib. eorū.*

13 Et sanctificabis. *In Hebreo habetur,* Et ventilabis corām domino. *Dicit Ra.Sal.quod ista uentilatio fiebat per talem modum, quod Moyses supponebat manus suas manibus Aaron,et filiorum eius tenentium prædicta,eleuans primo sursum,postea retrahens deorsum,et deinde deducens versus orientem,et versus occidentem ad aquilonem et meridiem,ad designandum quod illa offerebantur Deo,qui dominatur cælo et terræ,et quatuor partibus orbis. Patet etiam quod prædicta deductio seu ventilatio fiebat in modum crucis, in quo figurabat quod Christus futurus erat offerendus in cruce pro mundi salute.*

14 Suscipiesque vniuersa. *Quia faciebant sacerdotis officium,vt prædictum est.*

15 Et incendes super altare. *Erat enim hostia pacifica, et ideo una pars incendebatur ad honorem diuinum, alia autem pars erat ipsius sacerdotis, ideo subditur,* Sumes quoque pectusculum et subditur.

Marginalia: Historia pacifica. Ventilatio.

## MYSTICE.

✻ 4 *Tolles quoque arietem alterum,* Per istos duos arietes immolatos intelliguntur Petrus & Paulus duces Christianæ plebis sicut arietes sunt duces gregis, quorum martyrio consecrata est ecclesia Romana.20.dist.quāuis & per consequens aliæ ecclesiæ. Istorū autē aries vnus totus incensus significat Paulū amore Christi totū incēsum. Alius aries de cuius sanguine tingebatur extremū auriculæ & pollices man' ac pedis dextri,figurauit Petrum. Nam ecclesiæ Romanę obediendum est in his,quæ sunt fidei quæ est ex auditu. Roma.10.c.& hoc figuratur per tinctionem auriculæ. Similiter in his quæ sunt morum,quod significatur per tinctionem manus,ac pedis dextri,quia manus est organum organorum,propter quod significat operationem bonam de genere & pes dexter affectionē rectam,& vtrumque requiritur ad bonum moris.

† *Tortamque panis,etc.* Tres modi panum offerebatur in consecra-

a Et qui ingredietur. AVGV. Quo. 129. Quomodo ergo proprium dicit huius vni' esse intrare in tabernaculũ testimonij deseruire in sanctis. cum & illa quę sunt extra velũ quo uelantur sacta sanctorũ sancta appellentur,& tabernaculum testimonij etiam illud uocet, ubi sunt sancta, id est, mensa & candelabrum· ubi cum deseruiãt etiã sequentes sacerdotes ad mensam & cãdelabrũ & ipsũ altare quomodo dicit unum successorẽ Aarõ qui intret in tabernaculum testimonii deseruire in sanctis Si.n. dixisset de seruire in sanctissanctorũnul la quæstio esset. Ad hæc enim vbi est arca testimonii, solus vnus intrabat sũmus sacerdos,ni si forte eo ipso quod unum dicit intrare in tabernaculum testimonii, deseruire in sanctis, non uult utique intelligi nisi in sanctisanctorum,quia & ipsa utique sancta dicuntur non, enim omnia quæ sancta sunt, etiam sanctasanctorum dici possunt,sed quę sancta sanctorũ unque sancta sunt Iste autem unus qui semel in anno introibat in sancta sãctorum Christum significat. Quod autem præfiguratũ est in sanctasanctorum,ut super arcam

† cõsecrationis. † eleuatio est, ertq. eleuatio a filiis Israel † vestes. † eis. * eius. † comedẽt ea quibus propitiat' est vel recõciliatio facta est, vt consecrentur manus eorum sanctificẽtur que.

¶ Hoc enim pertinet ad summum sacerdotem.

lum de ariete quo initiatus est Aaron, † sanctificabisq; illud eleuatum corã domino, & cedet in partẽ suã: † Sanctificabisque & pectusculum † cõsecratum & armum quẽ de ariete separasti, quo initiatus est Aarõ & filii eius, cedentque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo a filiis Israel: quia † primitiua sunt, & initia de victimis eorum pacificis, quæ offeruntur domino. † Vestem autem sanctam, qua vtitur Aaron, habebunt filii eius post eum, vt vngantur in † ea, & consecrentur manus eorum. Septem diebus vtetur illa, qui Põtifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculum testimonii, vt ministret in sanctuario. Arietem autem † consecrationis tolles & coques carnes † in loco sancto, quibus vescetur Aaron & filii eius. Panes quoque qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonii † comedent, vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, qua † sancti sunt. Quod si remanserit de carnibus consecratis siue de panibus vsque mane, combures reliquias igni: non comedentur, quia sanctificata sunt. Omnia quæ præcepi tibi facies super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare cum immolaueris expiationis hostiã, & vnges illud in sanctificationẽ. Septẽ dieb. expiabis altare & sanctificabis, & erit sanctũ sanctorũ. Omnis qui te-

Interlinear glosses: Vt religionem, & sanctitatem ei' successores imitentur. — a ¶ Opera. — b Continuis, s. quibus sacerdotium dedicatur. — c Summus, s. quia non poterat esse nisi vnus. — a Gentilis, vel hæreticus, vel cuius vita ab ecclesia alienatur. — a Si quid residuum fuerit, igni comburetur. — ¶ Spiritussancti. — a ¶ Vt omni tempore sint opera eorum munda. — a ¶ Quod est extra velum. — ¶ Quod est extra velum. — Per vnctionem.

† eleuatis illud eleuationem † Hebrei sic habẽt ad verbũ, Et sãctificabis pectus eleuatus tionis, & armũ eleuationi q eleuatus est eleuat' in quã ex ariete cõsecratio nũ, cedet que &c. † cõsecrationum. † sanctificata.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et cedet in partẽ suam. *Quia agebat vices sacerdotis. Tertia autem pars erat offerentium, quam comedebant coram domino, & illa fuit Aaron & filiorum eius in hac oblatione quia erant offerentes: de qua parte dicetur post, sed interponuntur quædam alia, & primo de his quæ debent accipere sacerdotes, cum dicitur,* Sanctificabisque & pectulum. *&c. & sequitur.*

2 Cedentque in partem, &c. *Non est intelligẽdum quod pectusculum huius hostiæ & armus dexter fuerit Aaron & filiorum eius, quia pectusculum celebrat in partem Moysi, vt dictum est, & armus dexter fuit crematus super altaro, vt similiter dictum est, sed est intelligendum quod istæ duæ partes debebant cedere in partem sacerdotum de sacrificijs postea fiendis a populo. Secundo interponitur de successione consecratione, cum dicitur.*

3 Vestem autem sanctam, *&c. filii, &c. Qui scilicet succedent ei in officio summi sacerdotij, vnde Nume. 20. d. dicitur quod Aaron, fuit nudatus vestibus suis, & Eleazar filius eius succedens in officio illis fuit indutus.*

4 Vt vngantur in ea. *id est ad sacerdotium promoueantur, & consecrentur secundum modum determinatum hic.*

5 Arietem autem consecra. *Hic interpositis prædictis ponit tertiã partem hostiæ pacificæ, quæ erant offerentium, & in hoc casu erat Aaron & filiorum eius.*

6 Et coques car. in loco sancto, *id est, in atrio.*

7 Quibus vescetur Aaron & fi. eius. *quia erant offerentes.*

8 In uestibulo taber. *In Hebręo habetur,* In ostio tabernaculi: *& in idem reuertitur, quia erat in atrio, quod quidem atrium erat ante tabernaculo ostium.*

9 Comedent, ut sit pla: &c. *sicut in humanis ostenditur dominus placatus alicui, quando amittitur ad mensam eius.*

10 Alienigena non uesc. ex eis, *id est, qui non est de filijs Aaron.*

11 Omnia quę pręcepi tibi. *Hic ostendit qualiter consecratio sacerdotum sit consummanda, dicens.* Omnia quę præcepi tibi, fa. &c. *Dicit Rab. Sal. quod hoc dicitur ad ostendendum, quod prædicta erant de necessitate sacramenti in ordinatione sacerdotum: et ideo si aliquid deesset, illa consecratio esset nulla, & ministerium illorũ esset pollutum.*

12 Septem diebus conse. manus. *In Hebræo habetur.* Implebis manus eorum, *quę quidem impletio refertur ad ea, quę ponebatur super manus Aaron et filiorum eius vt ventilarentur, coram domino, prædictum est.*

13 Et vitulum pro peccato suo, &c. *& sic patet quod duo sacrificia reiterabantur septem diebus continuis, scil. hostia pacifica, & pro peccato, & idẽ intelligendũ est de hostia holocausti, & de annexis eiusdem. Dicit autem Iosephus, quod omnia prædicta circa Aaron, & filios eius ac eorum veste reiterabantur septem diebus.*

14 Mundabisque altare, &c. *Postquam egit de consecratione sacerdotum hic consequenter agitur de exercitio officij ipsorum, et primo ostẽditur dictum exercitium secundo quid ad hoc erat necessarium ante medium cap. sequent. ibi,* Locutusque est dominus ad Mosen. *Adhuc primo ostenditur prædictum exercitium in altari holocausti, secundo in altari incensi in principio sequẽtis c. Adhuc primo describitur consecratio altaris prædicti, secundo quid debeat super illud offeri, ibi.* Hoc est quod facies in altari. *tertio utilitas huius sacrificii, ibi.* Ad ostiũ tabernaculi testimonii coram domino. *Circa primum dicit sic.*

15 Mundabisque al. &c. *Dicit Ra. Sa. quod hæc hostia non erat alias nisi illa quę offerebatur pro peccato Aaron et filiorum eius septem diebus consecrationis suæ post cuius oblationem super altare mundabatur ipsum altare, et postea vngebatur vnguento q. describitur c. sequẽti.*

16 Septem diebus expiabis altare, & sanctificabis. *quia hæc consecratio altaris septem diebus replicabatur.*

17 Et erit sanctum sanctorum. *Hic accipitur sanctumsanctorum æquiuoce et prout dicitur de parte templi in qua erat arca testamenti, quia de illa parte dicitur tanquam proprium nomen eius ut dictũ est supra c. 26. De altari uero holocausti dicitur denominatiue respectu eorum quæ ueniunt in communem usum hominum.*

18 Omnis qui tetigerit, *id est, sacerdotes administrandum ibidem accedentes, debent prius mundari et sanctificari. Ra. Sal. dicit, quod hic est textus uerus. Omne tangens illum sanctificabitur. Dictio. n. Hebraicæ, quæ ibidem ponitur est omnis generis, et indifferenter idẽ significat, quod omnis uel omne, et secundum ipsum refertur ad ea quæ offeruntur super altare, quia si aliquid eßet ineptum ad offerendum super altare ex tactu altaris efficeretur aptum non tamen intelligitur hoc de omni inepto sed solummodo de eo, quod poterat offerri secundũ legem, sed postquam erat adductum, uel apportatum ad exedram tabernaculi, ubi reseruabantur offerẽda, fiebat ineptum ex tactu, alicuius rei immundæ uel aliquo huiusmodi, et tale si poneretur super altare, non erat auferen-*

## MORALITER.

† secratione sacerdotum qui omnes erant de simila tritici, & ideo significabant eucharistiam, quæ conficitur in pane triticeo, sicut plura imperfecta figurant; vnum perfectũ, eucharistia vero solenniter offertur in ordinatione ministrorum ecclesiæ.

12 *Septem diebus consecrabis manus eorum, et uitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum.* Per quod significatur, quod

rigerit illud sanctificabitur. [1] Hoc est quod facies in altari: [2] Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, [3] vnum Agnum mane, [4] alterum vespere, [5] decimam partem similę [6] conspersæ oleo [7] tuso [8] quod habeat mensuram quartam partem hin, & [9] vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. Alterum vero agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta † ea quæ diximus in odorem † suauitatis: [10] sacrificium est domino, oblatione perpetua in generationes vestras, [11] ad ostium tabernaculi testimonii coram domino, vbi constituam, † vt loquar ad te. [12] Ibique pręcipiam † filiis Israel & [13] sanctificabitur altare in gloria mea. [14] Sanctificabo tabernaculum testimonii cum altari, & [15] Aaron cum filiis + eius, vt sacerdotio fungantur mihi. [16] Et habitabo in medio filiorum Israel, [17] eroque eis Deus, & [18] scient [19] quia ego dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, vt manerem inter illos, † ego dominus Deus ipsorum.

Solus. f. ergo & non alius.

A ☞ cũ quę legẽ habebat, esset propitiatorium, vbi dei misericordia significatur, intelligendum est quam propitius sit peccatis eorum qui legem non implent. Hoc mihi videtur etiam in ipsa veste sacerdotis significari, Nam & ipsa sacramenta ecclesiæ significat, quod in λογίῳ id est rationali in pectore sacerdotis posito iudicia cõstituit. In lamina vero sanctificationem & abolitionẽ peccatorum tanquam rationale sit in pectore simile arcæ in qua lex erat, & lamina in fronte, similis propitiatorio quod super arcam erat, & vtrobique seruaretur quod scriptum est: *Superexaltat misericordia iudicium.* Iacob. 2. capitu. D E

† quietis oblationẽ .i. vt Chal. interp. ut oblatio suscipiatur corã dño.

† & essem Deus eorũ

† libamen faices ei.

† vel cõueniam vobiscum. † conueniam eum † suis.

☞ CAP.

NICOLAS DE LYRA.

✻ *auferendum, sed offerendum, quia ex tactu altaris erat emundatũ.*

1 Hoc est q͂ facies in altari. *Hic consequenter ostenditur quid per singulos dies debeat fieri super altare, scilicet iuge sacrificium, cum dicitur:* B

2 Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, &c. *Et per hos intelliguntur alia oblationes & sacrificia quæ fiebant in altari, sed solũ exprimit iuge sacrificium, quod erat principalius, & offerebatur in holocaustum, vt habetur Numeri 18. Dicitur autem agnus anniculus ab octaua die natiuitatis suę, ante quam non debet offerri vsque ad completionem anni.* Annicul°.

3 Vnum agnum mane: *Id est ante ortum solis, vt dicit Iosephus.*

4 Alterum vespere, *Id est ante occasum.*

5 Decimam partem similę. *cuius mensuræ sit decima pars non exprimitur hic, sed est intelligendum quod sit decima pars ephi, ut habetur Numeri 18 De quantitate illius mensuræ, & decima eius parte dictum est supra 26. cap.*

6 Conspersę oleo, *quia in pistatione eius infundebatur oleum.*

7 Tuso, *Id est trito cum pilo. Illud oleum erat purius illo, quod terebatur in molis, & ideo in hoc sacrificio quod erat sanctius alijs, eo quod figuraret æternitatem agni immaculati Iesus Christi, secundum quod dicit Apostolus ad Hebr. 13. b.* Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula, *requirebatur oleum tusum. In alijs autem sacrificijs poterant uti oleo trito in molis.* C

8 Quod habeat mensuram quartam partem hin. *secundum Papiam est duplex hin, maius quod continet quasi quatuor quartas Parisienses cum dimidia, & minus quod continet duas quartas. Credo tamen melius, quod quantitas huius mensuræ & aliarum quæ ponuntur in scriptura sacra est nobis incerta, quia mensura liquidorum & aridorũ multum variantur secundum loca & tempore diuersa.*

9 Et vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno uno, *Id est effundendum super altare. Et notandum quod sacrificium proprie dicitur de rebus viuentibus. Oblatio autem de non uiuentibus, aridis tamen vt de pane, & simila, & huiusmodi. Libamen autem, seu libatio de liquidis, vt de vino & oleo, cum agno vero iugis sacrificij offerebatur simila & uinum, vt dictum est.* Sacrificiũ. Oblatio. Libamen.

10 Sacrificium est domino, &c. *quia nulla debebat dies intermitti quin istud sacrificium offerretur & mane & vespere. Alia autem sacrificia non sic continuabantur.*

11 Ad ostium, &c. *Hic consequenter ostenditur vtilitas sacrificij prædicti, cum dicitur,* Ad ostium tabernaculi, &c. *Ex sacrificijs enim rite celebratis merebantur audire diuina responsa.*

12 Ibique præcipiam filiis Israel. *Per summum sacerdotem, eis pręcepta mea referentur.*

13 Et sanctificabitur altare. *Et loquitur hic de altari holocaustorum super quod descendit ignis a Deo missus, ut habetur Leuitici ix. d.* F

14 Sanctificabo tabernaculum, &c. *Quia inde audiebatur diuinum responsum quasi procedens de propitiatorio, quod erat quasi sedes loquẽtis dei, vt dictum est supra, 25. cap.*

15 Et Aaron cum filiis eius *Per consecrationem, quæ licet iam esset descripta, tamen non erat adhuc in executione posita.*

16 Et habitabo in medio filiorum Israel. *Per speciales illuminationes & condescensiones & beneficia, ut patet in multis locis veteris testamenti.*

17 Eroque eis Deus. *per specialem cultum.*

18 Et scient. *Per experientiam beneficiorum.*

19 Quia ego dominus Deus eorum. *Habens specialem curam de regimine & conseruatione ipsorum. Cætera patent.*

✻ CAP.

*MORALITER.*

✻ ministri ecclesiæ debẽt esse sancti toto tempore uitæ suę, quod per dierum septenarium designatur, Exodi 19. d. *Sacerdotes qui accedunt ad me sanctificentur.*

✻ Moria-

*ADDITIO*

*In cap. xxix. ubi dicitur in postilla,* Tolle uitulum de armento in memoriam, &c. *Memoria non est futurorum, sed præteritorum. Vnde cum peccatum Aaron, quando hoc fuit dictum* Moysi, *nondum esset perpetratum, nec expiatum, inconuenienter videtur dici, quia hic vitulus erat in memoriam expiationis peccati Aaron, præsertim secundum eos qui Aaron excusant a peccato, vt infra videbitur, Vnde in istis si figuralem rationem quærimus, melius videtur dicendum, quod præfigurabat mysteria Christi, qui fuit finis totius legis, & de quo omnes prophetæ prophetauerunt, prout etiam Hebræi fatentur, Vnde glo. in hoc loco, Quicunque pontifex, vel sacerdos taurum debet offerre, id est, passionem Christi firmiter credere & imitari.* Et *duos arietes, ut credat eundem Christum ex corpore & anima constare. Et panes azymos, id est, munditiam vitæ, etc.* Itẽ *in alia gl. per duos arietes immaculatos, Christus immolandus pro utroque populo designatur.*

*REPLICA Correctorij contra Bur.* In *ca. xxix. vbi postillator illum passum,* Tolle uitulum de armento, *exposuisset de memoria expiationis peccati Aaron, Burg. obijcit, quia memoria est preteritorum, non futurorum, sed peccatum Aaron quando hoc dicebatur, non fuerat, prę teritum, igitur non potuit conuenienter dici in memoriam expiationis ipsius. Sed Burgen. uidetur deficere, quia reprobat sensum literalem postillatoris, & alium non assignat, qui tamen primo fundandus est, nisi litera absurde sonaret, vt Iudi. ix. b.* Ierunt ligna, &c. *quoniam secundum Be. Greg. & alios supra allegatos, recurrendum est primo ad sensum aliũ, nunc autem in hoc passu per postillatorem ad literam exposito nihil apparet absurditatis, nisi quod Burg. arguit de peccato Aaron nondum præterito. Hic respondeo. Burg. ex litera probare non potest peccatum Aaron nondum, præteritum, poterat, enim pro tunc esse perpetratum, nam breui tempore fieri non potuit, quando Aaron Hur occisio metu mortis populo male petenti cessit, inaures & pretiosa petijt, & populus tradidit furnũ & folles et cætera in arte fusoria ordinauit, & cætera ad formationem vituli pertinentia, & altaris constructionem fecit, vide de hoc postilla. 32. cap. peccatum igitur Aaron diu ante adorationem vituli perpetratum fuit, de quo tamen* Deus *Moysi non dixit, sed eius expiationem prænostice ordinauit dicens:* Tolles vitulum, &c. *in memoriam peccati Aaron sic expiandi.*

CAP

CAP. XXX.

A a Facies quoque altare, &c. BEDA. Expletis mādatis cōsecrationis Aarō & filiorū eius, redit scriptura pcipere et de factura altaris incēsi, in quo Aarō quotidianū adoleret thymiama. Si vero in altari holocausti de quo suprà dictū est, generaliter vita significat iustorum, qui carnē suam quotidie crucifigunt cum vitijs, & concupiscentijs, atque in hostiam viuētem offerunt, quia hoc altare in adolendum thymiama factum, nisi specialem vitam iustorum perfectorum designat, Neq; enim frustra in illo carnes animalium incēdebantur, in hoc incensum adolebatur, sed in illo figurabantur illi qui nō secundum carnis ambulant desideria, sed quasi hæc domino immolātes omnes corporis sensus per ignem spiritus dedicant voluntati eius. In isto autē figurantur illi qui maiore mentis pfectione extinctis illecebris carnis, solida domino orationum vota offerunt, nihil de carne quod repugnet, nihil de cōsciētia peccati quod turbet habentes, dulcium præ effusione lachrymarū, optātes venire & apparere ante faciē domini. Vnde hoc altare intus in vicinia veli & arcæ, illud ante tabernaculū foris positum est, quia illi in conspectu ecclesiæ cunctis in exēplo virtutum prefulgent. Isti altioris ardore desiderij contemplationi futuræ beatitudinis etiam in corpore appropinquant.

(vbi supra, cap. 11. — Mysticè. — *eius. — B)

## CAP. XXX.

a ¶ Spiritualem perfectorum vitam designat. — Orationum vota.

a Facies quoque altare † ad adolendum † thy-

a ¶ electorum cordib. veræ fidei firmitate munitis. — q ¶ Longanimitatem patientiæ sicut in expositione altaris holocausti dictum est.

b miama † de lignis Sethim, habēs cubitum lō-

a Perseuerantiam sanctorum in bono opere. b amplitudinem dilectionis.

c d gitudinis, & alterum latitudinis, id est † qua-

a Vt vndique stabile & firmum. b Spe celestium præmiorum animę, & corporis. Quia interim est requies animarum in resurrectione beatitudo etiam corporum. c Eminentiam virtutum, & fidei significant, quib. diaboli certamina superamus dicentes. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Psal. 44. b.

e f drangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso pce-

a Quia perfectæ internę sapientiæ luce refulgent, & in omnib. quę agūt splendorem charitatis sibi inesse ostendunt: & ante omnia regnum Dei, & iustitiam eius, & se cogitare & quęrere.

g dent, vestiesque illud auro purissimo, tam † craticulā eius q̄ pa-

a Fiducia fortitudinis iustorum. b Vt sancti pro bonis quæ se fecisse meminerint, premij pfa solentur æterna. Vt omnia cælesti mercede digna doceantur, nec remaneat quod post absolutionem carnis purgatorio igne corrigatur.

h i rietes per circuitū † & cornua. Faciès quoq. ei coronam aureo-

1 2 3 4 5

b Altare. BEDA. Apte etiam altare thymiamatis quantū metalli fulgore præcellebat, tanto quantitate minus erat, quanto enim sanctiores, tanto pauciores.

c De lignis Sethim. BEDA. Apte de lignis Sethī albę Spinę similibus & incorruptibilib. vtrunq; altare fieri præcipitur, quia vna est verę fidei firmitas, qua omnium corda electorum præmuniri & ad suscipiendum ignem dilectionis & offerendū Deo vitulum libamina debent preparari. Omnibus enim generaliter dicit Apostolus, *Mundemus nos ab inquinamento carnis & spiritus perficientes sanctificationem in timore Dei*, quasi auferamus à nobis spineta vitiorum, & titillātium aculeos pūctionū, quos terra corporis nostri ex peccato primæ preuaricationis nobis germinauit, & quasi securi castigationis incidentes interiorē & exteriorem hominē nostrū excolamus, vt digni simus accepto igne spiritussancti hostiā virtutum in cōspectu Dei offere, & aptè vnus nec dispar ignis in hoc victimas, ī illo thura incēdebat, quia vnus est spiritus, qui omnium mentes fidelū varia donationum gratia viuificat.

(1.Cor.7.a. — Moraliter)

d *Habens cubitum.* BEDA. Vnius cubiti est longitudo altaris & latitudo qa perfecti solo intuitu perpetuæ retributionis mala tēporalia tolerant, & proximis quę possūnt per charitatē bona impēdunt. Item quia charitas patiēs est, & benigna, patiēs vt illatam iniuriam à proximo toleret, benigna vt iniurioso et officium pietatis impendat.

(C — 1.Cor.13.b)

e *Quadrangulum.* BEDA. Rectè altare thymiamatis in longitudine & latitudine quadrangulum fit, quia perfectorum est, fęderatis ad inuicem virtutibus quantum diligere fratrē tantum & ferre sufficit, & quantum ferre tantū diligere, duos autem habet cubitos in altitudine qa duplex præmium in futuro se accepturos electi sperant, vnum animarum aliud corporum. vnde, *In terra sua possidebunt duplicia, lætitia sempiterna erit eis.*

(D — †suffunditi suffitus; ad incendendum incēsum super illud. — †thymiamata. — Esa. 61. a.)

f *Cornua.* BEDA. Cornua eminentiam fidei & virtutis significāt, sicut ecclesia bella vitiorū, vnde Psal. 54. *Et omnia cornua peccato. com.* &c. Vnde in lege cornuta tantum animalia mūda esse, & comestibilia decernuntur. Quæ enim ruminant, & vngulam findunt, cōstat esse cornuta, quia illi tantum ecclesiæ Dei spirituali cōiūctione possunt incorporari, qui fortitudine fidei & virtutis contra bella vitiorum probantur iuncti. Procedūt autem cornua ex ipso altari thymiamatis, cū opera virtutum electi nō ad faciē hominū specie tenus ostendunt, sed ex interna mētis radice fixo & immobili exercēt affectu. At contra hypocrytæ cornib. alienę intentionis, specię pietatis hñtes virtutē ei⁹ negāt.

(†ex illo. — † tectum. — E)

g *Vestiesq; illud, &c.* BEDA. Aptè vero illud ære, hoc vestiri auro precipitur, es enim alijs metallis magis sonorum & durabile aurum vero quantum sono uincitur, tāto splendore uincit cetera; metalla, vnde rectè æneum altare, in quo carnes incēdebātur, & fundebatur sanguis uictimarū, illos significat, qui edomitis & uelut Deo immolatis concuptatib carnis, & perseuerāter uiam quam inchoauere, peragūt, & hāc proximis incēdēdam, crebro sermone predicationis insonāt. Porro aurū illos significat qui ampliori gratia supernę claritatis illustrātur, sed minus alijs quæ in secreto de interna syncæritate gestant aperiunt, minus eructuare sufficiunt, quanta dulcedine Dei in abscondito uultus reficiantur.

(Mysticè.)

h *Tam craticulam, &c.* BEDA. Bene craticula altaris, parietes, & cornua auro uestiuntur. Craticula enim intus in medio altaris parata ad suscipienda thymiamata. Parietes uero foris patebant, cornua quoque foris parietia speciali fastigio altius eminebant. Deauratur uerò craticula in interiori homine, cū per fidem Christi gratia resplendet. Deaurātur parietis, cum eadem gratia dominicæ dilectionis per bona opera exterius dilatatur. Deaurantur cornua cū fiducia fortitudinis iustorū qui aduersarios ueritatis uel per patientiam fortiter ferre, uel per prudentiam sapienter repellere uel corrigere didicerunt, internæ lucis in omnibus fulgore coruscat, & quia tales dicere possunt, *Bonū certamen certaui, cursū consum. &c.* rectè subdit, *Faciesque coronam aure. &c.*

(F)

i *Facies quoque ei coronam. &c.* BEDA. Altare incensi coronam habet per

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXX.

1 Facies quoque altare. *Hic consequenter agitur de altari thymiamatis quod erat intra tabernaculum. & primo agitur de eius constructione, secundo de thymiamatis oblatione, ibi.* Et adolebit incensum. *Primo igitur ostendit materiam dicti altaris, cum dicit,* De lignis Sethim, *secundo formam, dicens,* Habens cubitum longitudinis.

2 Cornua. *Dicunt expositores nostri communiter, quod in angulis altaris superioribus erant quędam ligna prominentia ad modum cornuū recurua, in quibus pēdebat craticula aurea in modum retis facta, in qua ponebatur carbones viui in quibus succendebantur thymiama. Hebręi autem dicunt quod erant quasi quidam pomelli in angulis solummodo ad decorem, nec erat ibi aliqua craticula, sed in patella de altari holocausto rum aportabantur carbones viui, vbi supponebatur thymiama, & cremebatur in eodem in bra[illegible], & hoc videtur rationabilius, quia si esset ibi talis cra[illegible] per eius foramina caderent cineres, scintillę [illegible] altare aureum, et sic oporteret illud emundari a cineribus, de quibus nulla fit mētio in scriptura.*

3 Vestiesque illud, &c. *p[illegible] laminis aureis.*

4 Tam craticulam, &c. *In Hebręo habetur,* Tectum eius, *id est, partē superiorem, & in hoc [illegible] altaris holocausti, quod non habebat tectum quia tota concauitas altaris erat impleta terra, vt supra dictum est.*

5 Facies quoque, &c. *id est labium in circumitu aliquantulum super eminens tecto altaris, sicut supra dictum est de arca testamenti et mensa propositionis.*

∴ 1 Et duos

### MORALITER.

✠ 1 *Facies quoque altare.* Hic describitur altare incēsi, p quod significatur cor hominis deuoti, in quo crematur incensum orationis deuotæ, secundū illud Psal. 150. a. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine.

2 De li-

† *De lignis Sethim.* Quæ sunt imputribilia, pp̄ter quod significant puritatem, quæ requiritur in anima deuota.

† *Quadrangu.* significat quadraturam quatuor uirtutum cardinalium.

3 *Vestiesque illud auro etc.* per quod significatur charitas

 ✠ qua

habet per gyrũ,in his,qui minores ſunt meritis, nec pala pro teſtari audẽt boni certaminis & ſeruitutis & fidei ſibi repoſitã eſſe mercedẽ,cuncta tamen agunt intentione bene placendi Deo ſed ſpe percipiendæ mercedis.

a *Et duos annulos,&c.* BEDA. Poſſunt in his annulis quatuor euãgelii libri accipi, quorum fide & doctrina portãt ſancti, & à terrenis cogitationib. ſubleuati per eremũ hui⁹ vitę quotidianis operum fructib. ad cæleſtem patriam ferũtur, ſicut in altari holocauſti & in arca, & in menſa expoſitũ eſt. Sed ibi quatuor circuli, hic vero duo per ſingula latera fieri dicũtur. Ibi ergo apertius euãgeliſtarũ numerus, hic vero aliud myſterium quod reſpicit ad dilectionẽ Dei & proximi. Per ſingula enim latera annulis aureis circũdat altare, quia cor electorum hinc inde Dei & proximi dilectione firmatur. Quæ cõparatur annulis, quia cum prophetia & ſcientia & linguæ ceſſauerint, charitas nũquã ceſſabit. Duo ſunt annuli per ſingula latera, quia utrũ quæ charitatis mandatũ gemina virtute diſtinguitur, charitas enim ſynceritate fidei & vitæ munditia perficitur. *Sine fide enim impoſſibile eſt placere Deo,& fides ſine operibus mortua eſt.* Vnde, *Iuſtus autem meus ex fide ſua viuit*, id eſt qui opera iuſtitię cũ fide veritatis habet, ad uitã peruenit. Fraterna quoq; dilectio patientia & benignitate cõſiſtit, Vñ, *Charitas benigna eſt,patiẽs eſt,&c.* Et alibi, *Dimittite,& dimittetur uobis, date, & dabitur uobis.* His annulis immittuntur vectes inaurati, vt altare portetur cum tales parato mentis ſinu clara patrũ ſuſcipiunt exẽpla & dicta, quib. a terrenis ſuſpenſi ad amorem rapiuntur æternorum. Quod autem merito & animo cęleſtib. propinquant, ſequentia demonſtrant. *Poneſque altare,&c.*

Heb. 11.b. Iac. 2.d. Abac. 2.a. 1.Cor.13.b Lucæ 6.f.

*Et adolebit incenſum,&c.* BEDA. Incenſum uel thymiama orationem ſignificat, ſecundum illud *Dirigatur oratio mea,ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Et alibi, *Phialas aureas plenas odoramentorum quæ ſunt orationes ſanctorum*, & quia Aaron ut ſupra dictum eſt ſummum ſacerdotem id eſt Chriſtum ſignificat, & ſacerdotes noſtri, ordinis adolebit Aaron in altari incenſum ſuaue fragrans mane, cum Chriſtus illuſtrata fideliũ corda nouę gratię ſplendore ad dulcedinem orationis inſtigabit, vel participes ſacerdotii ipſius ſedula exhortatione fideles ad deprecandã faciem ſui conditoris.

Pſ.140.a. Apoc.5.c. vbi ſupra, cap. 12.

¶ Dilectionem Dei,& proximi quæ nunquam excidit.

a lam per gyrum,& duos annulos aureos ſub corona per ſingula 1 latera,vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. Ipſos quoq.

a ¶ Præcedentium patrum dicta quibus ſubleuati a terra promouentur ad celeſtia. b ¶ Quia intentio iuſtorum dirigitur ad cęli ingreſſum.

vectes facies de lignis Sethim , & inaurabis . Poneſque altare † 2

a ¶ Cęlum quod dominus deuicta morte penetrauit. ¶ Id eſt Chriſtum. b Quia ſancti quotidie Chriſtum contemplantur. ¶ Stat altare coram propitiatorio, quo tegitur teſtimonium cum ſancti viſioni Dei appropiant puritate mentis, qui quamuis in mortali corpore, conuerſationem habent in cęlis.

contra velum, quod ante arcam pendet teſtimonii coram 3 propitiatorio , quo tegitur teſtimonium , ubi loquar tibi, 4 5

a ¶ Ad orationem inſtigando. b Orationem: vnde, Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpe. Pſal.14.a. c Chriſtus vel ſacerdos noſtri ordinis. d ¶ Deo. e ¶ Quia compunctis dulcedo eſt lachrymari & orare. f ¶ In principio boni operis auxilium Dei inuocando.

b & adolebit incenſum ſuper eo Aaron, ſuaue fragrans . † Ma- 6

a ¶ Verbi Dei. b ¶ Admonitione.

c ne, quando componet lucernas, incendet illud, & quando † 7 9

a ¶ Conſummationem. ¶ Quia neceſſe eſt, ut animus poſt orationem & fletum, otioſa, verba vel facta caueat, & ſe in eodem vitore deuotionis etiam finita oratione cuſtodiat: ſicut de Anna dicitur, ſcilicet vultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati. 1.Reg.1.c.

collocat eas ad veſperum, vret thymiama ſempiternum co- 10 d ram domino in generationis veſtras . Non offeretis ſu- 11

Incendit † thymiama ſacerdos non ſolum mane, ſed & veſpere Mane enim thymiama incenditur, vt in principio omnis boni, quod Deo inſpirãte facere diſponimus illius auxilium quo propiciamus, inuocemus. Ad veſperũ vero, vt cum bene cœpta cõplemus, illi a quo incipimus, gratias reddamus.

† ante.

BEDA. *Et adolebit incẽſum,&c.* Mane orto ſole † clare omnia circunquaque videmus, veſpere caligamus, ideoq; lumine lucernæ indigemus. Per mane ergo illa redẽptoris ſacramẽta uel dicta accipimus, quæ liquido iuxta ordinẽ humanę rationis pro modulo noſtro dignoſcere ſufficimus, & quaſi in die conſpicimus. In quibus autẽ humana ratio deficit, & ſcripturę ſola autoritas eſt quærẽda, ibi uelut in nocte oculus intelligentię caligat. Sed lucerna, uerba Dei pedes noſtros ne forte offendat, & à uia ueritatis exorbitent, adiuuat. Vnde Petrus *Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco.*

† ſingulo mane. † clara. † collocabit.

2.Pet.1.d.

c *Mane quando componet.* BEDA. Mane Aaron incenſum ſuper altare adolet, cum Chriſtus corda fidelium in his ſacramẽtis quæ intelligere poſſũt, gratia cõpunctionis inflãmat. Adolet etiam ad ueſperum, quando collocat lucernas, cum etiam ex his quæ necdum capere poſſunt, quia ſancta & diuina eſſe non ambigitur, ad amorem cæleſtium ubi omnia pateſiunt, informat, fragrat ſuaue thymiama, cum ſubita compunctione diuinitus tacti lachrymis ſolum & precibus uacare deſectantur.

Allegoric.

d *Non offeretis.* BEDA. In ſequentibus de quibus aromatibus hoc thymiama cõponi debeat, nominatim deſignatur, ſtacte ſcilicet &

NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Et duos annulos.&c. *ſcilicet per duo latera oppoſita. Tertio agitur de poſitione altaris, cum dicitur.*

2 Poneſque altare contra velum,&c. *Dicit Aug. quod ponebatur intra ſanctumſanctorum, ex hoc quod dicit Apoſtolus ad He.ix.a. vbi habetur ſic,* Poſt uelamentum autem ſecundum tabernaculum quod dicitur ſanctumſanctorum aureum habens thuribulũ. *Dicit enim Augu. quod altare incenſi vocabatur ibi thuribulum aureũ Hiero. autem & omnis doctores Hebræi dicunt contrarium & hoc rationabiliter, quia hoc videtur expreſſe haberi ex textu ultimi cap. huius libri ſicut videbitur. Quod autem inducit Augu. non videtur valere, quia thuribulum aureum non vocatur ibi altare incenſi, ſed erat ibi quoddam thuribulum intra ſanctumſanctorum , vbi ſummus ſacerdos cremabat incenſum quando intrabat ſanctumſanctorum , vt nebula inde conſurgens operiret aſpectum propitiatorii, vt habetur Leuiti.16. & ideo dicendum cum alijs doctorib. quod altare incenſi erat in illa parte tabernaculi, quæ dicitur ſactum uel ſancta ante uelum, quod diuidebat ſanctum & ſanctumſanctorũ, & hoc eſt quod dicitur hic:* Poneſque altare contra uelum, *quod ſcilicet velum.*

Altare incenſi.

3 Ante arcam,&c. *ita quod uelum erat mediũ inter altare & arcã.*

4 Coram propitiatorio,&c. *Teſtimonium hic accipitur pro tabulis quæ erant intra arcam. Qualiter autem propitiatorium tegebat arcam illam, ſecundum duplicem expoſitionem dictum eſt ſupra.25.b.*

Teſtimonium.

5 Vbi loquar tibi. *quia ſicut dictum eſt frequenter propitiatorium erat quaſi ſedes Dei loquentis cum Moyſe.*

6 Et adolebit. *Hic conſequenter agitur de oblatione incenſi ſuper altare, cum dicitur,* Et adolebit incenſum *&c. vt habetur infra eod.c. Illud enim altare erat appropriatum ſacerdotibus.*

7 Suaua fragrans. *quia erat compoſitum ex quatuor ſpeciebus valde aromaticis, vt dicitur in fine huius cap.*

8 Mane quaudo,&c. *Septem enim lucernæ candelabri ardebant de nocte, in mane vero extinguebantur quatuor, & tunc cremabatur incenſum.*

9 Et quando,&c. *quia reaccendebantur tunc quatuor.*

10 Vret, &c. *Dicunt aliqui quod thymiama & incenſum differunt, quia thymiama eſt aliquid pretioſius incenſo, & ideo comburebatur veſpere, ſicut & agn⁹ pinguior tũc offerebat quẽ in mane nõ licebat offerri. Sed neutra habetur ex ſcriptura, nec Hebræi de hoc aliquid dicunt, & vbi tranſlatio noſtra habet incenſum , & ubi habet thymiama, in Hebręo habetur eadem dictio, ſcilicet,* קטרת *quetoreth, & ſignificat idem quod thurificabile, & ideo dicendum, quod thymiama & incenſum in hoc loco penitus idem ſignificant, quod patet ex eo quod ſubditur:*

11 Non offeretis,&c. *Ex quo patet, quod una ſola compoſitio, quæ infra deſcribitur in altari incenſi offerebatur , & dicitur thymiama a thymo herba odorifera , quæ in aliquibus locis vtuntur loco incenſi.*

✱ 1 Nec oblatio

MORALITER.

✱ quæ maior eſt cęteris virtutib. 1. Cori. 13.d. *Maior autem horum eſt charitas.* Sicut aurũ iter metalla eſt pretioſius. Thymiama vero quod in hoc altari cremabatur, ex quatuor ſpeciebus aromaticis cõficiebatur, per quas quatuor cõditiones in oratione deuota ſignificãtur ſcilicet vera humiliatio. *Oratio humil antis ſe nubes penetrat.* Et ſalubris poſtulatio. Oratio namq; deuota eſt de illi⁹ quę pertinẽt ad ſalutẽ. *Si quid petieritis patrẽ in noĩe meo dabit uobis.* Qđ expo nẽs Grę. dicit, Nõ petit in noĩe ſaluatoris, niſi qđ ptinet ad rõnẽ ſalutis. Tertia cõdo eſt mẽtis attẽtio ✱ quia

Eccl.35.c Io.6.c.

A .f. & onycha, galbano boni odoris, & thure lucidissimo, quæ cuncta ad significationem æternorum bonorũ à domino prĩcipaliter quærendorũ constat pertinere. Non est ergo offerẽdũ super altari aureo thymiama compositionis alterius quã dominus statuit, q̃a orãtes nõ debemus à domino quærere nisi quod ipse iussit, q̃ se daturũ promisit, nec aliud de illo credere q̃ ipse docuit. BEDA Nõ est offerenda super eo victima, nec liba fundẽda: hæc. n. omnia ad altare exterius pertinent, quæ incipiẽtiũ & in prouectu positorum vitã designant. Tãtę enim sublimitatis est vita pfectorũ, vt nihil in ea carnale inueniat q̃ domino mactet. Libamina vero vini gratiæ spiritualis designant virtutem vel poculum, scilicet doctrinæ vel calicem passionis, uel præcipuè feruorẽ dilectionis, uel ipsam perfectionẽ spiritusſãcti uel aliquid huiusmodi. Sed quoties vinum libaminum cũ carnib. offertur hostiarũ, sanctimoniã designat eorum, qui adhuc de carnalib. concupiscẽtijs, aliquid habẽt quod puritati spiritus aduersẽt, & igne spirituali in ara cordis accendatur. Perfecti vero q̃ dicere possunt, *Defecit caro mea, et cor meum, etc.* Cessantibus uictimarum libaminib. quod ad altare æneum exterius positum ptinet sola intus ĩ aureo altari aromata desiderij cęlestis offerunt quia de remissione peccatorum securi pro dilatione regni parẽnis tãtum lugent, & dulcib. lachrymarum fluẽtis stratum suum per singulas noctes irrigant.

† eius

semel in anno.

Psal. 71. d.

Non est in oratione petendum, nisi quod Deus iussit & se daturum promisit.

a ¶ Quę ad incipientes pertinent in quibus adhuc sunt carnalia mactanda.

per eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem [1]

a Vini, quæ poculum doctrinæ, vel calicem passionis vel dilectionis feruorem significant. Faciet deprecari Christus.

a & victimam, nec libabitis libamina. Et † deprecabitur Aaron [2]

a ¶ Virtutes electorum. b Quotidie ingrediebatur sacerdos in sancta sanctorum ad adolenda thymiamata. Semel autem in anno cum sanguine quo aspergebat cornua altaris. Suo. c Patri.

super cornua † altaris semel per annum in sanguine † qui oblatus [3] [4]

a Humani generis. b Per sanctorum iustitiam. Dominum.

b est pro peccato, & + placabit super eo in generationibus vestris. [5]

De Christo nasciturо virgini matri dicitur: Spiritussanctus superueniet in te, &c. Lucæ 1. d

c Sanctum sanctorum erit domino. † Locutusque est dominus ad [6] [7]

a Id est cum numeraueris eos pergens in expeditionem. Aug. Hoc in Dauid vindicatum est, quia Deus non iusserat. b Electorum omnium, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.

d Moysen, dicens; Quando tuleris summam filiorum Israel, iuxta [8] [9]

BEDA. Possumus hęc altaria interpretari, ut æneum in quo carnes cõburuntur, & sanguis hostiarum fundit, omnem huius tẽporis ecclesiam accipiamus, in qua nullus est absq; peccato, etiã infans unius diei nullus est qui non ex pręuaricationis peccato natus necesse habeat in Christo renasci, & spirit' eius igne mundari. Aureũ uero altare Christũ significat, qui ineffabiliter ita veram carnem traxit de Adã, ut à peccato carnis Adæ esset immunis, quomodo utrũq; altare ex eodẽ ligni genere factũ, sed nõ utrunq; auro coopertũ. In hoc altari quo que nihil carnale offerebatur, sed aromata tãtum offerebãtur quia Christus & preces & lachrymas non pro suis erratib. sed pro nostra salute effudit. Scut enim arca intra uelũ posita hominem Deum sedentem ad dextrã maiestatis significat, ita altare extra uelum, sed prope introitum eius positũ eundẽ mediatorem Dei & hominum potest exprimere inter homines humanitate conuersantẽ, sed potentia diuinitatis cęlorũ interiora penetrantem. Stabat altare incensi in sanctuario, ubi cãdelabrum & mensa, *quia verbum caro fa. est et ha. in nobis.* Stabat arca intra uelum, quia Christus post passionẽ & resurrectionẽ suam assumptus est in cœlũ, & sedet ad dexteram Dei, super cuius cornua altaris deprecat. Aarõ in sanguine qui oblatus est pro peccato, & placat super eo, quando rogãtes pro populi vel sua ignorantia sacerdotes per filium Dei sese adiuuãdos & per sacramentum passionis ipsius confidunt esse saluãdo vnde per ipsum ergo semper offeram' hostiã laudis Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius quod de omnibus electis membris scilicet summi sacerdotis, qui in spiritu & veritate, orant patrẽ, potest accipi.

Mysticè.

Bar. 3. d.

Ioan. 1. b.

Mar. 16. d.

B

D

a *Et deprecabitur &c.* BEDA. Quia Xps sacerdos nr̃ semel in anno obtulit sanguinem suũ pro peccatis omniũ cum prædicauit, scilicet annũ acceptũ dño, hoc est totũ tẽpus quo sibi ecclesiã copulare dignat. Semel etiã vnicuique credentiũ lauacrũ baptismi in mysterium sanguinis sui ad soluẽda peccatorũ uincula donauit. Et pulchre semel p annum in sanguine oblationis super cornua altaris deprecari quotidie autẽ thymiama sup eo incẽdere iubetur quia Christus qui quotidie fideles gratia internæ cõpunctionis accẽdẽs renouat semel eos hostia sui sãguinis supata morte redemit. Ipsi quoq; fideles, qui quotidiana peccata quotidianis precibus abluunt, & lachriymis semel in sacramẽto eius passionis gaudẽt se esse absolutos à peccatis oĩb. Deprecabitur Aaron super cornua altaris, quia Christus non solum inter homines conuersatus pro hominib. orauit, sed & nunc ad dexterã patris sedens interpellat pro nobis. In cordib. quoq; electorum per fidẽ habitans, dum eos ad deprecandum excitat, rectè deprecari dicit. Deprecatur Aarõ super cornua altaris cum electos patri, per memoriã earum quas fecere uirtutum cõmendat. Deniq; quasi cornua tãgens altaris aurei, de discipulorũ deuotione loquitur. *Quos dedisti mihi de mundo, tui erant, & mihi eos dedi & ser. me. &c.* Et adiecit, *Ego pro eis rogo, non pro mundo.* Et quia propter merita & intercessiones sublimium uirorum nostræ infirmitatis dominus miseretur, rectè subiungit.

b *Et placabit &c.* BEDA. Placat Aaron super altare incensi quãdo propter iustitiam sanctorum, quos intercessores & patronos quęrimus, nobis propitiatur Deus. Vnde Ezechiæ dicitur *Ciuitatem hanc saluabo, & protegam eã propter te, et propter Dauid seruum meum.* sic Moyses pro populo intercedens patrum fecit memoriam & quasi super cornua altaris deprecans dñm placare curabat, di. *Esto placabilis super nequitiam mundi tui, & recordare Abraham Isaac, & Israel, &c.*

c *Locutusq;, &c.* Descripto altario incensi, restat descriptio labij ęnei in quo lauarent manus & pedes ingressuri tabernaculum sacerdotis, sed unum mandatum præmittitur.

d *Quando tuleris.* BEDA. Huius pręcepti oblitus est Dauid, qñ populũ numerauit, ideoq; plagã numerãdo ipsi populo cõsciuit. Mysticè autẽ. Suma filiorũ Israel sũmã oĩum electorũ significat, quorũ noĩa scripta sunt ĩ cęlo, & singuli dãt pro aĩabus ptiũ, dño, cũ sedulo seruiũt &, ĩ opib. b onis alioquin plagã incurrent

Alegoricè

† Expiabit

† quod oblatum.

† Nu. 1. a.

E

Bar. 3. d.

Rom. x. f.

Ioha. 17. a

4. Re. 19. g.

Vbi supra Cap. 13.

F

Mystice

2. Re. 22.

g. Luc. 10. cap.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nec oblationem. *de aridis.*

2 Et uictimam. *de animalibus vel de auibus.*

3 Nec libabitis. *offerendo oblationẽ de liquidis. ista enim fiebant in altari holocaustorum.*

4 Et deprecabitur. *Id est innitens cornibus eius, vel extendendo manus super cornua.*

5 Semel per, &c. *scilicet die expiationis, quæ est dies decima septembris.*

6 In sanguine. *Quia tunc de sanguine hirci & vituli oblati pro peccato populi ponebat super cornua ipsius altaris: & quia illa die summus sacerdos intrabat sancta sanctorum, crediderunt aliqui quod alia re incẽsi esset intra sancta sanctorum, in hoc sequentes Augustinum. Sed hoc nõ valet quia Leui. xvj. dicitur, quod hæc positio sanguinis fiebat a summo sacerdotes in cornibus altaris incensi postquam exierat de sanctosanctorum.*

7 Locutusque. *Hic consequenter agitur de his quæ erant necessaria ad prædicta exercenda, quorum unũ erat pecunia pro expensis, secũ dum erat lauatoriũ pro sacerdotibus abluendis tertium vnguentum sacrę unctionis, quartũ cõpositio thymiamatis, de quib. agitur per ordinẽ, & partes patebunt, prosequendo. Circa primum considerandum, quod sacrificia quæ fieant à singularibus personis fiebant de expensis eorum proprijs: sed illa quæ fiebant pro communitate. fiebant de expensis totius populi & equaliter hæc ex pendebant diuites & pauperes. ne diuites sanctiores se pauperibus reputarent, vel magis participare de diuinis, per hoc etiam quod æqualiter ponebant singuli, s. medietatem sicli sciebatur numerus, virorum per computationem dimidiorum siclorum, & hoc est quod dicitur.*

8 Quando tuleri, *id est acceperis.*

9 Summam filiorum Israel, &c. *Id est, quãdo volueris scire numerum eorum, non numerabis per capita. sed per hoc quod.*

✱ 1 Dabunt

Diuisio.

MORALITER.

✱ quia sicut Damas. dicit. Oro est ascensio mentis in Deum *Orabo spiritu, orabo & mente.* Quarta est debita continuatio. *Sine intermissione orate.*

1. Cor. 14. ca. 1. Thess. 5. d.

8 Quando

8 *Quando tuleris summa filiorum Israel, &c.* per hanc populi numerationem, electorum numerus designatur, & cuilibet numeratorum dimidius siclus qui continet decem obolos imponitur, per quod significatur, quod omnes ad obseruationem

A incurrēt numerati, quia vltio perpetua manet eos qui fidelium numero nomine tenus sociati, nō offerūt domino perfecta opa fidei De talibus dicitur. *Non dabit Deo placationē suā, nec pretium redēptionis animæ suæ.* Redēptio. n. animæ viri, propriç diuitiæ suæ

a *Dimidium sicli.* BEDA. Id est decē obolos, obseruantiam scilicet decalogi & fidem Iesu Christi. Qui enim hunc rectè intelligit omnium in eo & fidei & operis multitudinem, & futuræ retributionis promissionem inesse cognocit. Denique in tribus primis, dilectio Dei: in septem sequentibus, dilectio continetur proximi, & teste Apostolo. *Plenitudo legis est dilectio.* Nomen quoque Iesu apud Hebreos à iod, & apud Græcos ἰῶτα, iotha incipit quod vtrumque nota est denarii numeri. Decēque obolos in pretium animæ offerūt, qui in Iesum Christum credētes signum nominis eius quod à denario numero incipit in frōte & professione proferūt. Forte ideo dictum est vnum iotha de lege non prçterire posse, quia virtus decalogi quç ibi continetur, & fides nominis quod ibi signatur, nulla potest infidelium perturbatione corrumpi.

Psal. 48.b. Prou 13.b † redēptionem. † numerū †Leu. 27.c Num. 3.g. Exec. 45.d supra 38.a Rom. 13.c † oblationem dñō. * de dimidio siclo q datur i oblatiōne domino pro ppitiatione aīarum vestrarū. i. vt recōcilietur vobis. * in iod ioth. Decem oboli.

numerum dabunt singuli † pretium pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad † nomen, dimidium sicli iuxta † mensuram templi. † Siclus viginti habet obolos. Media pars sicli offeretur domino. Qui habetur in numero a viginti annis & supra, dabit † pretium. Diues non addet ad medium sicli & pauper nihil minuet. † Susceptamque pecuniam; quæ collata est a filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonii, vt sit monimentum eorum coram domino, & propitietur animabus eorum. Locutusque est dominus ad Moysen dicēs: Facies

(Interlinear: a Sedulæ seruitutis obsequium. Quia perpetuo damnantur qui numerum fidelium sortiuntur tantum nomine. Ad familiam, nominabantur. n. illi qui transibant. Scriptum in cęlo. b Id est decem obolos: obseruantiam. s. decalogi & fidem Iesu Christi. c Non pro offerentis voluntate. a Dispositionem legis. a Populi Dei. b Legem spiritualiter intelligens, & gratia euangelii adiutus perficiens. Vere. Magnus meritis & perfectus. a Paruus & imperfectus. b Cunctis æque decalogus imponitur. Quicquid boni agimus. Deo. Iustis. Futurorum fidelium. a In memoriam Dei, vt dignetur propitius fieri.)

B ✻ CYRILLVS. Lex à singulis Iudæorum medietatem didrachmi, vt vertūt Septuaginta, quasi tributi loco Deo offerri iubebat, nō quoniam pecuniam Deo colligere vellet, sed quod per figuras maiora doceret. Primū quia nemo sui capitis dominus est, sed vnū omnes habemus Dominum quem tributi depositione profitemur. Deinde in re corporali spirituale tributū describebat. *Honora.* (inquit) *Dominum* ex tuis iustis laborib., & primitias ei offeras à tuis fructibus iustitiæ. quod iam euangelica doctrina, cultu legali cessante effectum est. Non tantum enim corruptibili materia colendum esse Deum arbitramur, didrachmum attribuentes, sed vt veri adoratores in spiritu & veritate adoremus.

Matt. 5.b. li. 2. in Io.

b *Qui habetur in numero, &c.* Vicenarius vtrique testamenti coniunctionem significat legis scilicet in quinque libris, & euāgelii, quod in quatuor scriptum est, quater enim quini faciūt viginti. A viginti ergo annis habetur quisque in numero populi Dei, quia ille electorum tantum consortio dignus est, qui decreta legis spiritualiter intellecta per gratiam adiutus euāgelii, pro mensura sua & capacitate perficit, & æterna prçmia repromissa expectat in cælis.

Vicenarius numerus.

c *Diues non addet, &c.* BEDA. Quia siue magnus est quis meritis & perfectus. seu paruus, & in prouectu virtutum positus, cūctis æque lex decalogi qua Deum & proximum diligant, imponitur.

C d *Susceptamque pecuniam, &c.* BEDA. Hoc fit, cum quicquid agimus boni in ęterna conditoris & iudicis nostri memoria custoditur, ut ex hisquç illi obtulimus, bonorum fructibus fiat nobis propitius. Seruatur eadem pecunia in usum tabrenaculi cū ex iustorum operibus sequentium fidelium & mores cōformātur, &

D tur & act⁹, & tales fieri minores cōtēdūt, quales fuisse eos quos cū domino regnare audiūt, agnoscūt. Notādū sanè quod pecunia nō iuxta vulgi æstimationē sed iuxta mensurā tēpli erat dāda Mensura tēpli dispositio est diuinæ legis, quā in ecclesia sua dominus seruare præcepit, & obseruantib. æterna præmia promisit. Si quis autē iuxta placitū humanæ volūtatis Deo seruire nititur, quia iuxta mēsuram templi pecuniam deuotionis non obtulit, reprobata oblatione plaga vltricæ vltionis ferietur.

e *Locutusque est dominus &c.* BEDA. Potest in hoc labio vel labro (vtrumque enim dicitur) aqua baptismatis intelligi, cuius lauacro necesse est vt purgentur qui ecclesiæ ianuas ingrediuntur. Sed quia inter tabernaculum testimonii & altarre holocausti positū est, & quia bis quotidie ibidem sacerdotes, id est mane & uespere cū ingrederentur ad altare thymiama oblatur, in eo iubentur lauari, aqua autem baptismi semel tantū ablui, conuenientius hoc labrum compunctionis ablutionem & lachrymarum accipimus qua semper indigemus. maximè cum mysteriis cçlestib. ministraturi accedimus. Quia enim altare holocausti, in quo carnes uictimarū domino incēdebantur, extinctionem significat carnalium concupiscentiarū per ignem spiritussancti. Altare uerò thymiamatis puritatē eorum qui sopitis omnino carnis illecebris, sola expectatione & desiderio introitus cçlestis lachrymas fundunt amoris. Rectè prope altare holocausti labrum ponitur, in quo abluti sacerdotes ingrediuntur tabernaculū, & thymia a domino incendūt Duobus enim modis lachrimarum & cōpunctionis status distinguitur, quia primo quisque conuersus pro peccatis lachrymando ueniam precatur, quod cum dignis pœnitentiç fructibus diu perfecerit, securus de uenia, desideriis flatibus optat affore tēpus, quo ad uidendā faciē creatoris ingrediatur ubique lachrymis huius uitç longitudinem, uel illius tolerat dilationē dicens. *Heu me, quia incolatus meus prolon. est &c.* Et alibi. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum &c.* Et paulo post. *Fuerunt mihi lachrimç meç p. d. ac no. &c.* Igitur altare holocausti lachrymas signat pœnitentium, altare incensi gaudentium de bonis quæ Deo iuuante fecerunt, & prçmia desiderantium, quç se consecuturos sperant. Ibidem altare incensi priori tabernaculo, quo sancta sanctorum erant, & acceptura. Quia fletus priori prçcellit, quantum ... to aurum, quantum sanctumsanctorum, vbi erat arca domini. priori tabernaculo in quo candelabrum erat & mensa domini Prope altare holocausti labrum erat positū, in quo lauarentur qui ad altare incensi intrabant, quia nemo repente fit summus sed proficientibus meritis debet quisque primo uitiorū bella deuincere, & sic à Deo compunctionem lachrymarum impetrare, ut pro ingressu regni dulces fundat lachrymas, qui pro timore pœnarū fudit amaras. Labiū erat uas i quo lauabantur ingressuri tēplū Dei, & sacrificaturi, & vestes sācttas accepturi, & suas depositurj, similiter & egressuri, factū uero erat de speculis mulierum, quæ

Mystice. vbi supra, cap. 14. Ps 119. a. Psal. 41. a. Labium. F

NICOLAS DE LYRA.

✻ 1 Dabunt singuli pretium, *Id est dimidium siclum.*

2 Pro animabus suis. *quia sacrificia de illis expensis facta proficient animabus eorum.*

3 Et non erit plaga, &c. *Id est numerati modo prædicto. si autem aliter, erit plaga, sicut factum est tpe Dauid, vt habetur 2. Regum, 24.c.*

4 Iuxta mensuram templi. *hoc dicitur, quia aliud erat pondus quo vtebantur communiter, & quo vtebantur in templo. Siclus autem quo utebantur in templo, habebat quatuor drachmas secundum Iosephum, & qualibet drachma quinque obolos.*

5 Qui habetur in numero. *scilicet virorum procedentium ad bellū.*

6 A uiginti annis & supra dabit pretium. *Ex quo patet, quod illi qui erant minoris ætatis, non computabantur inter uiros, nec cogebantur ire ad prælium. Cætera patent ex dictis.*

7 Locutusque est dominus ad Moysen dicens. *Hic consequenter agitur de lauatorio, cum dicitur.*

8 Facies & labium æneum. *Istud vas alibi vocatur luter vt dicit Rab. Sal. quod erat factum ad modum mamillæ magnæ grossum inferius, & in superiori parte strictum, habens in lateribus canales, per*

MORALITER.

✻ tionem decalogi similiter obligantur.

8 *Facies & labiū æneum, &c.* in quo lauabantur pedes & manus sacerdotum, quando debeant in altari ministrare, propter quod fuit figura sacramenti confessionis, in quo sacerdotū manus id est opera, & pedes, id est affectiones debent lauari, quando ad offerendum sacrificium Eucharistię sunt accessuri.

✻ MORAL

rum,quæ excubabant ad ingressum tabernaculi.

A a *Cum basi sua.* BEDA. Basis in qua labrũ erat positũ desideriũ celestis vitę significat,cuius causa tãta est,vt pfecti viri se quotidianis diluant lachrymis,& gaudiũ internæ quietis,quod uidendo nõ valent' suspirãdo degustant. Quod enim hoc lauacro( quod inter tabernaculũ & altare positũ est) lachrimę pfectorũ figurentur,hæc verba testatur, & missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas,&c. Nemo de plebe ibi lauari precipitur,sed pontifex & filii eius,id est sacerdotes minoris gradus,quia magnorum uirorũ sicut uita perfectior, ita cõpunctio sublimior, non autem solis ministris altaris hæc compunctio conuenit. Atenim Petrus cunctis fidelibus: *Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini in dospi. sacerdot.um sanctum offerentes spirituales hostias,* Et Ioã. *Beatus qui habet partem in re. pri.* In his secunda mors non habet potestatẽ. Quas etiam uictimas offerre deb.ant Paulus ostendit , *Obsecro uos per miseri. Dei ut exhi.cor.uestra.&c.*

† in generationib. eorum. 1.Pet.2.a. B Apo.20.a. † quoque Ro.12.a. † inf.40.b.

b *Lauandum &c.* Christus quoque huius labri aqua est lotus,priusquam ad altare oblaturus intraret,& thymiama sacri corporis pro salute nostra in ara crucis incenderet,p nostro.n. amore lachrymas fudit,sicut in resuscitatione Lazari.

c *Ne forte moriantur.* BEDA. Mors enim timenda est æterna, si quis ad ministerium altaris electus,thymiama orationũ nõ reddit,sed sacrosancta misteria sine ablutione cõpunctionis

C intraret,& sanctã domini mensam communibus manib. tractare presumeret,lauẽt ergo man' & pedes ĩ aqua labri ęnei,et sic ad altare accedãt,abluant lachrymis actus & incessus dein

D de manus ad cõtingenda Dei mysteria proferãt,& ingressum pedum in atrio domini ponãt, illis quoque hic præcipitur qui sacramẽta percipiãt,vt actus suos & cogitatus discutiant & compunctionis lachrymis abluant. *Qui enim mandu.& bi.ind.e. iudic.si.man.& bi.&c*

1.Cor.11.f

a ¶ Hoc lauacrum posuit Moses,quia lex Dei cunctis fidelibus predicauit gratiam compunctionis. ¶ Ablutionem compunctionis,& lachrymarum indeficientem.qua crebro sacerdotes & omnes sancti debent lauari. ¶ Lauabo per sin.noc.lec.m.lachr. Psal.6.b. b ¶ Desiderio cælestis vitæ. c ¶ Lauabo per singulas noctes lectum meum &c.

a & labium æneum cum basi sua ad lauandum , ponesque 1

a ¶ Quia duo sunt genera compunctionis lachrymosæ, pro peccatis,s.& desiderio patriæ cælestis.

b illud inter tabernaculum testimonii & altare. + Et missa a- 2

a ¶ Quia nemo repente fit summus. b ¶ Summus sacerdos. c ¶ Minores. d ¶ Opera. e ¶ Affectus:

qua lauabunt in ea Aaron, & filii eius manus suas ac pedes, 3

¶ Ad ministrandum.

quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, & quando 4

a ¶ Orationes.

accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama domino, 5

a ¶ Si immundi accesserint. ¶ Aeternaliter. b ¶ Destructum est labrum, Aaronque sacerdotium, sed significatum manet in æternum. In vita fidelium manet altare & incensum,sicut alia plura, quæ lex iussit perpetuo celebranda. ¶ Id est omnibus sanctis:quia Christus non venit soluere legem,sed adimplere. Mat.5.b. ¶ Id est credentibus in eum in quem Aaron credidit: hoc est enim semen cui benedixit dominus.

c ne forte moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi & semi 6
ni eius + per successiones. Locutusque est dominus ad Moysen, 7

a ¶ Præcipuæ mortificationis, s.quæ pura intentione pro Deo tantum sit facta,vnde Manus meæ distil.myr.&c.Canti.5.b.

d dicens: Sume tibi aromata primæ myrrhę & electæ quingen- 8

¶ Quod est cinerei coloris,& significat humilitatem,quo nos cinerem esse & in cinerem reuersuros intelligimus.

tos siclos, & cinnamomi modium, id est ducentos quinqua- 9 10
e ginta siclos , calami similiter ducentos quinquaginta*, 11

a ¶ Hæc in aquosis nascitur & in immensum crescit:& bonum odorem reddit, & significat eidem quæ per baptismum crescit. b ¶ Iusta sit & recta mensura. c ¶ Quia secundum regulam ecclesiasticam omnia sunt facienda.

casiæ † autem quingentos siclos in pondere sanctuarii: oleo de 12 13

¶ Sextarii. ¶ Chrisma quo vngitur.s.tabernaculum.i.fidelis populus ecclesiæ.i.in quibus diuinitas tanquam in tabernaculo habitat; Possunt etiam per vnguentum intelligi virtutes sanctorum,vel odor famæ longe lateque diffusus.

oliuetis mensuram hin. † Faciesque vnctionis oleum sanctum, 14 15 16

¶ Vnguentarii sunt apostoli & doctores,qui vnguenta componunt quibus dedicatur ecclesia.

vnguentum compositum opere vnguentarii, & vnges ex co 17

a ¶ Hęc omnia supra exposita sunt.

tabernaculũ testimonii,& arcam testi, mẽsamque cũ vasis suis, 18 19

d *Sume tibi.* STRA. σμιςνα Græce, Latine dicit̃ myrrha , q̃ est arbor in Arabia quinque cubitorum, cuius virgulta Arabes exurũt vt meli' pullulẽt & fructificẽt. Ex quorum nidore incurabiles morbos ɔ̃herent, nisi fumo storacis occurrerẽt. Huius arboris gummi proprie stacte uocatur, abusiue ẽt myrrha.

† inf.40.d. Stacte.

* HIERONIMVS. Legimus vnguẽtũ sacerdotale, cui' & Dauid meminit. Sicut vnguẽtũ in capite,qđ descẽdit ĩ barbã Aaron, qđ descẽdit in orã uestimẽti eius. In quo cum cęteris aromatib. miscetur & stacte. Marrãt autem & hi qui aromatũ nouere virtutes, stacten florẽ esse Myrrhæ. Quod autem sequit̃ casia, est ipsa quæ ab aliis σύριγξ, id est, fistula nuncupatur.

Epist. ad prin. virg. E † siclos.

e *Calami.* cinnamomi est uirgultum,et in Iudia vel Aethiopia nascit̃ duorum tãtum cubitorum. Dicitur aũt cinnamomum,quia in modum cannę subtiles & replicatos habet calamos,cinerei uel nigri coloris q̃ fracti visibile spiramentum reddunt,& subtile quidẽ cannam,grossum uero uile & despectũ. Calamus,aromatica species iuxta Libanũ. Myrrhæ cin.cala.cal. Hæ quatuor species significãt quatuor principales uirtutes,quib. oleo unctionis id est gratia misericordiæ Dei ecclesia dedicanda est & sanctificanda.

Cinnamomum. Calamus. F

☞ 1 *Et erunt*

---

## NICOLAVS DE LYRA.

* *les,per quos effundebatur aqua.*

1 Cum basi sua. *In Hebr. habetur,* Cum sede sua, *in qua erat concauitas ad recipiendum aquam.*

2 Ponesque illud: *s. holocaustum,non directe inter illa duos sed aliquantulum ad latus.*

3 Et missa. *id est per effusionem aquæ ex ipso Aaron & filij eius manus & pedes &c. ex quo patet quod ingrediebantur nudis pedibus tabernaculum.*

4 Quando ingressuri. *portando ibi de sanguine hostiæ immolatę pro peccato totius populi, vt habetur Leui.4.ca.*

5 Et quando &c. *& hoc fiebat omni die in hoc enim erat consummatio sacrificij, quia sicut prædictum est, sacrificia veteris legis non erat accepta nisi ex fide & deuotione offerentium, deuotio autem per thurificationem designabatur, & ideo in hoc sacrificium consummabatur, secundum quod dicitur ad He.ix.b. In priori quidem tabernaculo, id est in anteriori parte tabernaculi. id est vbi erat altare in censi, intrabant quotidie sacerdotes sacrificiorum officia consummantes.*

6 Ne forte moriantur. Legitimum,&c. *indebite incensum offerendo sicut mortui sunt Nadab & Abiu, vt habetur Leuiti.x.*

7 Locutusq; est dominus. *Hic agitur de sacra vnctione cũ dicitur.*

8 Sume tibi,&c. *id est species redolentes,quæ dicuntur aromata , quæ implent aerem suo odore.*

9 Primæ myrrhæ. *Myrrha est nomen arboris aromaticæ , & inde procedit duplex gutta. Vna per modum sudationis, & ista est prima & melior, & vocatur myrrha prima. Alia per incisionem corticis, & hæc vocatur myrrha secunda, & est minus efficax, & ideo ad differentiam huius dicitur hic* myrrhæ primæ.

Myrrha.

10 Et cinnamomi. *In Hebræo habetur,* Et cinnamomi aromatici modium eius ccl. siclos. *quod exponit Ra.Sa.di. & duplex est cinnamomum, vnum quod parum aut nihil habet de odore , aliud aromaticum, & de illo dicitur hic:* Cinnamomi aromatici , *ad differentiã alterius.*

11 Modium. *id est ccl. siclos huius enim cinnamomi cortex pretiosior est quam lignum, & ideo vtrunque per se ponderabatur, & ponebatur in hoc vnguento de utroque ccl. sicli.*

12 Calami *arbor est aromatica gracilis & nodosa ad modum calami, qui est stipes segetis, ideo sic nominatur.*

Calamus

13 Casiæ. *secundum Papiam est nomen arboris aromaticæ. secundum Isi. est nomen herbæ odoriferæ, & debet scribi per simplex, s. & corripitur media syllaba.*

Casia.

14 In pondere. *ad differentiam ponderis communis.*

15 Oleum. *ad differentiam alterius olei, videlicet nucum & huiusmodi non debebit in hoc vnguento poni.*

16 Mensuram hin. *de quantitate huius mensuræ iam dictum est præcedenti cap.*

17 Faciesque vnctionis. *per commistionem omnium istorum.*

18 Opere unguentarii. *id est artificis prudentis in compositione vnguentorum.*

19 Et unges ex. *Ex quo patet quod non erant vngenda ista per totum, quia quantitas prædicti unguenti non sufficeret ad vicesimam partem, sed in quolibet angulo cum digito intincto in unguento fiebat quædam figura ad modum Y Græci.*

* 1 Eterunt

candelabrũ, & vtensilia eius, altaria thymiamatis, & holocausti, & vniuersam supellectilem, quæ ad cultum eorum pertinent, † sanctificabisq́; omnia, & erunt sanctasanctorũ. Qui tetigerit ea sanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, sanctificabisq; † eos vt sacerdotio fungantur mihi. Filiis quoque Israel dices: Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hoĩs non vngetur ex eo, & iuxta compositionem eius non facietis aliud quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixitq; dominus ad Moysen: Sume tibi aromata, stacten & onychẽ, galbanum boni odoris, & thus lucidissimũ. Æqualis ponderis erunt omnia. Faciesque † thymiama compositum opere vnguentarii, mistũ diligẽter & purum, & † sanctificatione dignissimum. Cumque in tenuissimum puluerem vniuersa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in loco quo † apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama. † Talem compositionem nõ facietis in vsus vestros, quia sanctum est domino. Homo quicunque fecerit similẽ, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

¶ Quia carnis voluptatem amantibus non conueniunt ista. ¶ Soli Deo. ¶ Sanctificans. ¶ Quia sancta non sunt danda canibu. ¶ Hæretico, vel Gentili, vel Iudæo. ¶ De cœtu sanctorum, cui iungi debebat. ¶ Guttam myrrhæ arboris. ¶ Vt omnes virtutes conueniant. ¶ Virtutum orationem. ¶ Varietate virtutum, & operum, & orationum. ¶ Christi & discipulorum eius. ¶ Omnes hę species in vnum miscebantur, & fiebat thymiama quod hebraice quetoreth. ¶ Synceræ debent esse orationes sanctorum, et nihil corpulentum retinere: sed tantum cælestia † quærere. ¶ Pyla examinationis. ¶ Vbi scilicet erat arca. ¶ Sic factum. Operum vel orationum. ¶ Dedicatum. ¶ Scilicet soli Deo. ¶ Vt cultum diuinum sibi velit impendi. ¶ Delectatione.

a *Et erunt, &c.* AVG. cum scilicet vncta fuerint. Quid ergo dicabitur iam inter illa interiora quæ velo teguntur.

b *Qui tetigerit.* Similiter de altari sacrificiorum superius dictũ est, qđ sic intelligendum est, vt liceat populo tangere tabernaculũ q̃ando offerebant hostias vel quælibet dona, & tangendo sanctificabãtur ꝑpter illud oleum quo cũcta peruncta sunt, non sicut sacerdotes qui etiam ut æterno sacerdotio fungerentur, ungebantur ex illo.

c *Onychen.* Oniche ostreola fertur esse paruula suaue redolens, magnitudine humani vnguis vnde & oniche Grçce dicitur quia ὄνυξ onyx Grçce dicitur latine vnguis.

d *Galbanum.* Galbanus succus ferulæ esse dicitur, & nascitur in Syria, optimũ cartilaginosum est, & minus lignosum, cuius odore fugantur serpentes.

e *Et thus.* Thus Græce, libanum Latine dicitur, a Libano monte Arabię, alii enim Libanus est Phœnicis, in quo sunt cedri. *Thus* optimum, scilicet quod masculinum dicitur, quia in modum humani testis retundum, cuius arbor nascitur in Arabia ad aceris qualitatem perplexo & in tortuo mine.

*Mystice* autem hæ quatuor species significant sanctarum virtutum species.

f *Faciesque thymiama &c.* GRE. Thymiama ex aromatib. compositũ facimus cũ in altari boni operis uirtutũ multiplicitate redolemus, qđ mistũ & purũ fit, q̃ quãtũ virtuti, virtus iungitũ incẽsum boni odoris syncerius exhibetur, vnde bene sequitur. Cumq; in tenuissimum puluerem vniuersa cõtuderis, pones ex eo corã tabernaculo testimonij. In tenuissimum puluerem aromata conterimus, cũ bona opera quasi in pyla cordis occulta discussiõe tũdimus, & vt veraciter bona sint, subtiliter retractamus. Aromata ergo ĩ puluerẽ redigere, est virtutes recogitando terere, & vsq; ad subtilitatem examinis occulti retractare. Et notandum quod de eodem puluere dicitur: Pones ex eo coram testimonii tabernaculo, quia tunc bona nostra veraciter in conspectu iudicis placent, cum hæc mens subtilius cogitando conterit, & quasi de aromatibus pluerem reddit, ne grossum durũ que sit bonum quod agitur, quod nisi retractatio cõminuat, odorem de se subtilius nõ aspergit.

ISID. Incensum quod ex quatuor odoratissimis generibus in maximam sub tilitatem comminutis, idest, stacte, onycha, galbano, & thure componitur, orationes fidelium significat, quãuis quatuor elemẽta hæc quatuor videat significare, ut thꝰ qđ lucidũ est aeri, cõparetur, stactes aquis, galban' & onyx terrę & igni, vt p hæc omniũ q̃ in cęlo & in fra cælũ & in terra, & in aquis sunt placitũ Deo incensum sit.

g *Opere &c.* AVGVST. Nõ debemus putare vnguentum fieri, sed thymiama vel incensũ, quod imponitur illi altari incensi vbi non licebat sacrificari, & erat intra in sanctasanctorum.

h *Talem, &c.* RABB. Quia scilicet precib. & laudibus diuinis non debemus vti in adulationib. humanis. Soli enim Deo ita seruiẽdum est, vnde supra prohibetur, ne caro hominis ungatur ex eo.

Marginalia: Qõ.135. — *& labium & basim eius. — † illos. — Onyche. — † suffimentũ aromaticum קְטֹרֶת — † apparuero. — † tale suffimentum. — Mystice. — li.1.moral. cap.39. — † sãctificatio est. lxx opus sanctum. Chal iter in sanctificationem — Qõ.136.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et erunt. *id est, respectu eorum quæ communibus vsibus hominũ applicantur.*

2 Qui teti. *id est ministri tangentes prædicta debent prius sanctificari. Ra. Sa. dicit quod hic est textus, Omne tangentes ea sanctificabitur et secundum eum exponitur sicut ca præcedenti dictum est de tactu altaris holocaustorum.*

3 Aaron & filios. *Aliter tamen & aliter, quia Aaron vngẽdus erat in capite & manibus, filij autem eius in manibus tantum vt dicunt aliqui. Alij vero dicunt quod manus sacerdotum minorum non vngebantur, sed tantum quadam mistione facta de oleo vnctionis, & sanguine arietis consecrationis, ipsi, & vestes eorum aspergebantur, vt habetur supra xxix. ca. & Leu. 8. & iste videntur probabilius dicere, vt dictum fuit supra xxir. cap.*

4 Hoc oleũ vnctionis sanctum erit mihi in generationes uestras. *Id est putatum diuino cultui modo dicto.*

5 Caro hominis non ung. *exceptis regibus & sacerdotibus: qui quantum ad officium sunt supra homines, quia medij sunt inter Deum & populum.*

6 Et iuxta &c. *id est ex eisdem rebus, & in eadem proportione, sed & alijs rebus, & etiam ex eisdem in altera proportione non erat prohibitum.*

7 Homo quic. &c. *quia non solum vtens, sed etiam faciens vnguentum prædictum ad alios vsus erit debitor pœnæ.*

8 Dixitque, &c. *Hic consequenter agitur de thymiamate cum dicitur.*

9 Sume ti. &c. *species redolentes.*

10 Stacten. *secundum Isidorum & alios Doctores, idem est quod myrra prima, quæ indurata terebatur in puluerem in hac compositione.*

11 Et ony. *secundum aliquos est parua ostreola valde redolens, magnitudine vnguis humani: ideo dicit onychẽ, ὄνυξ onyx enim Grece, vnguis dicitur Latine, secundum Papiam est herba aromatica.*

12 Galbanum &c. *ad differentiam illius galbani, quod ex antiquitate, vel alia causa amisit odorem suum. Est autem galbanũ succus herbæ aromaticæ albus ad modum lactis, & dicitur a Gala, quod significat lac, vel album postquam enim induratus erat hic succus, terebatur in puluerem.*

13 Et thus &c. *Id est purissimum ad differentiam thuris, cui admiscetur resina, per quem obscuratur eius color.*

14 Aequalis &c. *hoc dicitur ad differẽtiam unguenti prædicti, in quo non omnia posita sunt aqualis ponderis.*

15 Compositum opere. *non quia thymiama sit unguentum, sed quædam commistio puluerum aromaticorum. Sed quia ad idem officiũ pertinet facere talem commistionem & unguenta.*

16 Coram tabernaculo testimonii, etc. *Idest in altari incensi, quod est contra tabernaculum interius in quo erat arca testimonij, & illa pars templi uocatur tabernaculum testimonij.*

17 In loco, etc. *quia ibi audiebatur diuinum responsum, quasi procedẽs de propitiatorio, usque ad altare incensi.*

18 Talem etc. *s. ex eisdem rebus, & in eadem proportione, sicut prędictum est de unguento.*

Vnctio sacerdotum. — Stacte.

In cap. 30. vbi dicitur in postil. Dicit autem Aug. quod altare incensi ibi vocatur thuribulum aureum.

Licet verum est, quod altare incensi erat in parte illa tabernaculi, quæ dicitur sanctum vel sancta, non autem in illa parte interiori, quæ dicebatur sanctum sanctorum vt litera testatur, tamen ipsum altare incensi sanctum reputabatur, ut expresse habetur. infra eo. cap. vbi dicitur de hoc altari. scilicet incensi & deprecabitur Aaron super cornu altaris semel per annum, Et concludit ibidem de eodem altari: Sanctum sanctorum erit domino. Ex quo patet, quod licet altare incensi esset extra sancta sanctorum secundum locum, reputabatur tamen sanctum sanctorum secundum dignitatis gradum, cuius ratio potest esse, quia in hoc altari incensi bis in die incensum cremabatur, ut habetur in hoc cap. quod fiebat per simplices sacerdotes licet intra sancta sanctorum non esset licitum intrare, nisi semel in anno, & ideo oportebat quod hoc altare esset extra sancta sanctorum secundum locum, sed quia ipsius altaris excellentia erat tanta, quod in ipso fiebant semel per annum in sanguine distillationes per summum sacerdotem, vt infra Leui. xvi. capit. Idcirco reputabatur intra sancta sanctorum secundum dignitatem, et sic videntur intelligenda esse verba Augu. scilicet quod loquitur de altari incensi, secundum iux dignitatis gradum, non autem secundũ dignitatem loci in quo erat non enim præsumendũ est de sancto Aug quod literæ contradiceret.

REPLICA Correctorii contra Burgen. In cap. 30. vbi postilla. declinat dictum beati Augustini de altari incensi, et hoc autoritate beati Hieronymi et aliorum, imo et rotundæ literæ. Burgen. nititur saluare dictum beati Augustini, sed potius inuoluit. Nam Burgen. allegando textum sequentem præsentis capituli, dicit ipsum altare incensi fore sanctum sanctorum secundum dignitati gradum cum tamen beatus Augu. solum velit ipsum altare fore intra sanctum sanctorum ad modum aurei thuribuli. Textus autem allegatus per Burgens. non loquitur de altari, sed de exercitio summi sacerdotis in ipso altari. videlicet de positione manuum, et positione sanguinis, hoc enim exercitium vocat litera sanctumsanctorum, quia si quotidiana positio thymiamatis per communes sacerdotes dicitur sancta, hæc positio sanguinis semel in anno facta in hoc altari dicenda est sancta sanctorum, et sic æquiuocatio est de sanctosanctorum quo ad locum, et quo ad actum in loco.

## CAP. XXXI.

1 Locutusque est dominus ad Moysen dicens: 2 Ecce vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filii 3 Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, 4 sapientia, intelligentia, & scientia in omni opere 5 ad excogitandum † fabre quicquid fieri poterit ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum, deditque ei socium Ooliab filium Achisamech, de tribu Dan. Et in corde * hoĩs eruditi * posui sapientiam, vt † 6 faciant cuncta, quę præcepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcã testimonii, & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque & vasa eius candelabrum purissimum cum vasis suis, & † altaria thymiamatis & holocausti, & omnia vasa eorum: labium cum basi sua, † vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris: oleum vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario. Omnia quę præcepi tibi, facient.

(Interlinear glosses: ¶ Tanquam mihi charum & notum. — ¶ Donis spiritualibus. — ¶ Artificiose. — a ¶ Sapientia. b ¶ Eloquentia. c ¶ Stabilitate & sonoritate prædicationis. d Fortitudine indefessa. — a ¶ Sanctorum, quibus construitur tabernaculum. — ¶ Protectio mea pater.)

(Margin: † quicquid fabre fieri potest. — Matt. 3. d. Mat. 17. a. — * corde. * omnis. — † altare. — Psal. 26. a — Allegoric. — Psal. 61. d. — Qõ. 118. — † fiant. — † De sa. vnctione, ca. vnico i. fi. — Matt. 3. d. Matt. 17. a.)

CAP. XXXVI.

a Beseleel &c. qui interpretatur vmbra Dei. q. d. Dominus illuminatio mea & salus mea quẽ. Ab hoc dicit Dauid duxisse originẽ, & polymitarii nomẽ, quia Beseleel opere polymito tabernaculum construxit.

b Et imple. AVG. Vtrum spiritussancti dono opera illa tribuenda sunt quæ ptinere uidentur ad opificium. an hoc ẽt significatiuè dictũ est ut ea ptineant ad diuinũ spiritum sapiẽtiæ & intellectus & scientiæ, quę his rebus significantur Tum etiam hic cũ spiritu repletus dicatur iste diuino sapiẽtię & scientiæ, nõdũ legit spiritussãctus.

c Ooliab, qui interpretatur protectio mea, tanquam nomine dicat, Dominus protector vitæ meæ a quo trepidabo. Bene autem tabernaculũ cõstruunt, qui tam constanter in domino confidunt.

STRA. Notandum quod in constructione tabernaculi mysterium trinitatis ostenditur, sicut in baptismo & in transfiguratione. In baptismo. n. in voce sonuit pater & filius baptizatus est, in specie columbæ spiritus apparuit. Oliab quoque qui interpretatur protectio mea pater, patris personam Beseleel quoque qui in umbra Dei significat personam spiritussancti, de quo dicitur. Et virtus altissimi obumb. ti. Virtus enim altissimi spiritus sanctus u

## NICOLAUS DE LYRA.

### CAP. XXXI.

1 Locutusque est dominus. Descripta forma tabernaculi, & consecrationis sacerdotum, hic consequenter agitur de electione artificium, & quoniam agens & finis sibi correspondent, ideo primo agitur de causa efficiente ipsius tabernaculi, secundo de causa finali, ibi. locutus est. Primo igitur exprimit efficientem principalem dicens.

2 Ecce uocaui &c. ad opus tabernaculi.

3 Ex nomine Beseleel filium &c. Quoniam vno inconuenient dato plura alia sequuntur. ideo Ra. Sa. qui dicit quod Huranus istius Beseleel filius fuit Mariæ & Caleb & consequenter hẽt dicere quod iste Beseleel fuit pronepos ipsius Caleb, & ideo cum dicit in glos. super 1. Parap. 2. quod Caleb cum esset octo annorum accepit Azubã vxorem, qua habuit prolem, qua & anno sequenti mortua accepit Mariam sororem Moysi, quæ altero nomine uocata est Ephrata, de qua anno. 10. Caleb natus est Hur, & 20. anno Caleb Hur genuit Vri, & 30. anno eius s. Caleb. Vri genuit Beselecl 20. annorum erat quando incepit tabernaculum, quia Caleb tunc non habebat nisi xl. annos, vt habetur Iosue 14. & hac uidentur inconuenientia manifesta, s. q Caleb 8. annorum generasset de Azuba, & quod 10. ætatis suæ generasset Hur de Maria, quæ iam erat nonagenaria vel amplius, vt declaratum, est supra 17. Itẽ quod alij duo, scilicet Hur & Vri. 10. ætatis suæ anno genuissent, & quod Beseleel 10. annorum esset artifex sapiens ad faciendum tabernaculum. Et ideo dicendum, quod iste Beseleel fuit nepos Mariæ & Hur mariti eius sicut declaratum est supra. 17. capit. & per consequens dicendum. quod Hur qui. 1. Paralip. 2. dicitur filius Caleb & nepos eius, & Beseleel pronepos eius, fuerunt alij ab estis hic nominatis, fuerunt tamen eorundem nominum & eiusdem tribus, in vna enim tribu erãt multę cognationes & nullum est inconueniens quod in duab. cognationibus inueniantur pater & filius & nepos similium nominum.

4 Et imple. quia omnis sapientia a domino deo est, siue sit acquisita siue infusa, & iste vtramque habuit.

5 Ad excogitandum. id est. subtiliter & artificiose. faber enim est nomen generale artificis, et specificatur per adiuncta. sicut dicitur faber ferrarius, faber lignarius etc. et inde dicitur fabre aduerbium. Consequenter nominat artifices sibi adiunctos dicens, Deditque ei socium Ooliab, etc.

6 Vt faciant etc. qualiter autem ista fieri debeant, patet ex prędictis cum ageretur de singulis in speciali.

✠ 1 Et locu-

### MORALITER.

✠ 2 Ecce vocaui. Hic agitur de artificibus tabernaculi. Tabernaculum uero ecclesiam significat, ut supra dictum est propter quod structores tabernaculi significãt ędificatores ecclesię sub Christo tamen principali actore. & isti fuerunt apostoli, specialiter Petrus & Paulus. i. Cor. iii. b. Adiutores Dei sumus, & Gal. 2. b. Qui operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis operatus est & mihi inter gentes. Et conuenienter significantur per nomina principalium artificum quorum primus uocatus fuit Beseleel, qui interpretatur umbra Dei, & bene significat Petrum. Nam ad tactũ umbrę eius uirtutute diuina sanabantur infirmi Act. 5. Secũdus uocatus fuit Oliab, qui interpretatur habitatio mea pater, & bene significat Paulum qui mente habitabat in Deo patre omnium, sicut ipse dicit Philip. 3. d. Nostra conuersatio in cælis est.

✠ 1 Dedit quo

ſãctus intelligitur. Vnde dominus dicit, *Ego noui virtutem de me exiſſe*. Iuſſio autem, id eſt, verbũ quo tabernaculũ fieri iuſſum eſt, filius eſt per quem pater in virtute ſpirituſſancti omnia operatur.

Lucę 1.d. Lucę 8.g. a *Videte &c.* Fruſtra gloriantur Iudęi de legali obſeruatione. Apertè enim dicit quia ſignum eſt futuræ ſcilicet quietis, & beatitudinis, vel quietis ſanctorum in præſenti, qua quieſcũt à tumultu mundialium operũ & vitiorum.

b *Duas tabulas.* Cum multa locutus ſit Deus, duę tantum tabulę dãtur Moſi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ teſtimonii, quia cætera omnia quæ præcipit Deus, ex illis decem præceptis, quæ in duabus ſcripta ſunt tabulis pendere intelliguntur ſi diligenter quærantur, & bene intelligãtur, ſicut ipſa decem ex duobus, dilectione, ſcilicet Dei & proximi in quibus ſcilicet *tota lex pendet & prophetæ.* (Duę tabulæ Moyſi. Matt. 22.d Quæſt. 68.)

✲ Theodore. Mirũ effringi potuiſſe, quas tantũ nomen exarauerat. Sed diuina conceſſione factum eſt, vt legis abolitionẽ inſinuaret. Sed & ad differẽtiã alterius codicis, qui poſtea ſcriptus eſt à Moſe iubẽte Deo, adiectũ eſt ſcriptas digito Dei.

✲ Ireneus. Quæritur hic, cur Deus nõ dederit patribus antiquis legem ſed tãtum Moſi in duabus tabulis lapideis quam populo promulgaret? Quia lex non eſt poſita iuſtis. Iuſti autem patres virtutem decalogi conſcriptam habentes in cordibus & animabus ſuis, diligentes ſcilicet Deũ qui fecit eos & abſtinẽtes erga proximum ab iniuſtitia, ꝓpter quod non fuit neceſſe admonere eos correptoriis literis, quia habebant in ſemetipſis iuſtitiam legis. Cum autem hæc iuſtitia & dilectio quæ erat erga Deum ceſſiſſet in obliuionem, & extincta eſſet in Aegypto, neceſſario Deus ſe metipſum oſtendebat per vocem, & eduxit de Aegypto populum in virtute, uti rurſus fieret homo diſcipulus & ſectator Dei. (lib. 4. c. 30. † Gen. 2.a † ſup. 4.a. infra 32.d)

1 Et locutus eſt dominus, ad Moyſen, dicens. Loquere filiis Iſ- 2 rael & dices ad eos. Videte vt ſabbathum meum cuſtodiatis, 3 quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris, vt ſciatis, quia ego dominus, qui ſanctifico vos. 4 Cuſtodite ſabbathum meum. Sanctum enim eſt vobis. Qui pollueri illud, 5 morte † moritur. Qui fecerit in eo opus, peribit anima illius 6 de medio populi ſui. Sex diebus facietis opus, in ſeptimo ſab- 7 bathum eſt requies ſancta domino. Omnis qui fecerit opus in hac Die, morietur. Cuſtodiant filii Iſrael ſabbathũ, & celebrẽt illud in generationibus ſuis. Pactũ eſt ſempiternũ inter 8 me & filios Iſrael ſignumq; perpetuũ † Sex enim diebus dñs fecit cælũ & terrã: & in ſeptimo ab omni opere ceſſauit † De- 9 dit quoq; dñs Moyſi cõpletis huiuſcemodi ſermonib. in mõ- 10 te Sinai duas tabulas teſtimonii lapideas, ſcriptas digito Dei. 11

(Interlinear: ¶ Per omnes generationes. ¶ In obſeruatione ſabbathi. ¶ Turbando animę quietem. ¶ Animę & corporis. ¶ Seruile. ſ. peccatum. ¶ Sanctorum. ¶ In præſenti vita. ¶ Filios promiſſionis. ſ. & viſuros Deum facie ad faciem ſicuti eſt. ¶ Significans prius bona opere conſummare debere, & poſtea in æternum quieſcere. ¶ Pro dilectione Dei & proximi. ¶ Quia lapidęo debentur populo. ¶ Spirituſſancto.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Et locutus eſt. *Hic agitur de cauſa finali, ad hoc enim fiebat tabernaculum, vt deputaretur diuino cultui, qui pro magna parte conſiſtebat in obſeruatione ſabbathi, de qua ſupra dictum eſt. 20. cap. veruntamẽ hoc replicatur duplici de cauſa. Vna eſt, quia poſſent credere filij Iſrael quod licitum eſſet facere opus tabernaculi etiam in die ſabbathi, eo quod tabernaculum ordinabatur ad cultum Dei, ideo ad hoc excludendũ repetitur hic præceptum de obſeruatione ſabbathi. Secunda cauſa eſt ad addendum firmitatem pręcepti quia hic exprimitur pœna tranſgreſſionis, quæ prius non erat expreſſa. Dicit igitur.*

2 Videte, &c. *vacando diuinis.*

3 Quia ſignum. *videlicet quod ſitis mihi peculiaris populus, meo cultu, ſpecialiter applicatus, & ego veſter Deus.*

4 Qui polluer. *faciendo opera præter illa quæ ſupra determinata ſunt 20. cap.*

5 Morte, &c. *ſi fuerint teſtes eum conuincentes.*

6 Qui fecerit in eo opus, *de quo non poſſet conuinci,*

7 Peribit anima illius, *quia punietur grauius à Deo in futuro, niſi pœnituerit & ſatiſfecerit in vita præſenti. Cætera patent ex ſupra dictis vſque ibi.*

8 Dedit quoque &c. *dicit Ra. Sal. quod præceptum domini de fabricatione tabernaculo & cęteris ei annexis, fuit datum Moyſi poſt fabricationem vituli, licet ſcriptum ſit prius, quia non omnia ſcribuntur eo ordine qui facta ſunt. Dicit igitur quod poſt fabricationem vituli Moyſes aſcendit ad dominum ad deprecandum pro remiſſione tanti peccati, ut habetur ſe. cap. & quando dominus fuit placatus per eius preces, tunc in ſignum huius dixit Moyſi, quod faceret tabernaculum de oblationibus populi, quas acceptabat quaſi emendam ſui delicti, & ſecundum ergo illud quod hic dicitur.*

9 Completis, &c. *non refertur ad ea quę dicta ſunt de fabricatione tabernaculi & alijs annexis, ſed ſolum ad illud quod dictum eſt vltimo de obſeruatione ſabbathi. vnde & in Hebræo non habetur huiuſcemodi ſermonib. ſed hoc ſolum* Cum compleſſet loqui cum Moyſe. *ſecundum vero doctores noſtros, præceptum de fabricatione tabernaculi & alijs prædictis datum fuit Moſi ſicut ſcriptum eſt ante fabricationem vituli ſed propter huiuſmodi peccatum impeditum fuit opus, quouſque Dominus fuit eis placatus. & ſic ly huiuſcemodi ſermonibus, refertur ad omnia prædicta a principio. 25. c. vſque ad locum iſtum.*

10 Duas tabulas teſtimonij lapideas ſcriptas. *ſecundum doc. noſtros in vna tabula erant ſcripta tria præcepta, in alia ſeptem, ſecundum Hebræos in qualibet tabula erat quinque ſcripta vt patebit c. ſeq.*

11 Digito Dei. *id eſt opere eius, & non opere humano.*

## MORALITER.

*Dedit quoque. &c.* in quibus ſcripta erant decem præcepta decalogi digito Dei, propter quod ſignificant intellectum hominis & affectum, in quibus lex noua ſcripta eſt per fidem charitatem opere ſpirituſſancti, qui dicitur digitus Dei ſupra viij. cap. De hac autem deſcriptione nouæ legis dicitur Hiere. 30. f. Poſt dies illos dicit dominus. *Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.* Et quod loquatur de lege noua patet ibidem per literam præcedentem, vbi dicitur. *Feriã domui. Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris in die qua apprehendi manus eorum, vt eancerem eos de terra Aegypti.* (Qñ fabricatum tabernaculũ)

✲ CAP. ✲ MORALI-

## CAP. XXXII.

1 Videns autem populus, quod moram face-
*Putauit eum interijsse aut aliquid accidisse, vt non possit redire.*
2 ret† descendendi de monte Moyses, con
3 gregatus aduersus Aaron ait: Surge, a fac
5 nobis Deos, qui nos præcedat. Moysi n.
4 huic viro, qui nos eduxit de terra Ægy-
*a Non est ausus resistere, quia sciebat populum pronum ad occidendum.*
b pti, ignoramus quid acciderit ei. Dixitq. ad eos Aaron: Tolli- 6
*a Quia hoc aurum purius & charius. Rem difficilem præcipit, vt ab intentione reuocet.*
7 te inaures aureas de vxorum filiorumq. & filiarum vestrarũ
*Etiamsi difficile.*
auribus, & afferte ad me. Fecitq. populus quod iusserat, defe 8
rens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset, formauit 9
*a Quia bouem adorauerunt in Aegypto aliud forsitan idolum non susciperent.*
opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatile. Dixeruntq. 10
Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerũt de terra Ægypti. Quod 11
cum vidisset Aaron, ædificauit altare corã eo, & præconis 12

CAP. XXX.

a *Fac nobis, &c.* Deos pluraliter, cum vnus tantũ vitulus factus sit ad similitudinẽ s. bouis Apis, quẽ in Aegypto coluerunt, sed q idololatriã colit omnib. vitijs subiicit se, & quasi tot diis & dæmonibus quot vitijs seruit.

*Episto. 56. ad Roma.* ✲ AMBROSIVS. Cum Moyses in monte Sinai Legem acciperet, populus erat cum Aaron sacerdote. Et *† descende re.* quamuis frequenter ad culpam lubricus, tamen quandiu lex dabatur, sacrilegio errasse non proditur. Verũ vbi diuinum conticuit oraculum, peccatum B irrepsit, vt peteret sibi fieri deos.

*Homil. de regressu ex Asia.* ✲ CHRYSOSTOMVS. Moysi accidit quod in seculari coniugio solet euenire. Etenim vir quando impudicã vxorem habere se nouit, nec, pro spicere ei de domo permittit, qui & si peregrinari aliquando coactus fuerit, cogitat cito reuerti, quasi quodã suspicionis aculeo stimulatus. Qui aũt e sobriã & castã hẽt, foras securus moratur, sufficiẽtes procuratorum munimine mores reliquẽs vxoris. Hoc Moyses passus est, quia inemendabilem synagogam habebat vxorem, reliquit eam, & fornicata est.

*Quæst. 141* b *Dixitq; ad, &c.* AVGVST. Intelligitur Aaron difficilia præcipere, ut hoc modo eos ab illa intẽtiõe reuocaret. Factum est C tamen illud ipsum difficile, vt esset aurũ ad faciendũ idolum, D quod propter eos notandum putaui, qui contristantur si quid tale propter vitam æternam diuinitus fieri, vel æquo animo tolerare iubeantur.

*Quæst. 66.* ✲ THEODORETVS. Aaron in vitulo formando non omnino uenia indign⁹ fuit. Nam cum Moses quadraginta dies in montis vertice constitisset, & populus ille rabie quadam insaniret, atque † Aegyptum remigrare vellet, primo *† Ge* quidẽ populi impetum uerbis cõpescere tentauit, sed postquam dicto audientes minime E esse intellexit, mulierum aureas inaures postulauit, ut animum ornatus pecuniarumq; maxime amantem, superstitionis insaniæ tãquam militem militi acie opponeret. Verũ one hac quidẽ ratione illorum rabiẽ extinxit. Quapropter vitulum formare coactus est. Huiusmodi itaq; propositum diuina benignitate illi ignoscẽdum erat. Id q Moyses ipse in Deutoronomio satis declarauit, cum ait: *Deprecatus sum dominum pro Aarone fratre meo, & mortuus non est.*

*Lib. de cul tu fœmina rum.* ✲ TERTVLLIAN. Quare benedictæ proijciamus ornamenta terrena, si cęlestia optamus. Ne dilexeritis aurum, ĩ quo prima delicta populi Israelis denotant. Odisse debetis quod Iudæos perdidit, quod derelinquentes Deum, adorauerunt. Iã F

☞ tunc

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXXII.

*Diuisio.* 1 Videns autẽ populus. *Post præceptũ de cõstructiõne tabernaculi, hic cõsequenter describitur superueniẽs impedimẽtũ ex peccato populi; & primo ponit populi transgressio. secũdo Moysi deprecatio, ibi:* Facto autẽ die altero. *Circa primũ primo ponit peccati pperatio, secũdo perpetrati cognitio, ibi:* Locutus est autem. *tertio cogniti examinatio, ibi:* Arripiẽsq; *&c. quarto examinati punitio, ibi:* Videns Moyses. *Circa primum dicitur sic.*

2 Videns autẽ po. *Dicit Ra. Sa. q isti fuerunt Aegyptij conuersi ad Iudaismum, qui ascenderunt cum Iudæis de Aegypto; vt dictũ est sup. 12. c. & isti quia erant nutriti in idololatria, ad eã incitauerunt magnam partem de filijs Israel.*

*Quo popu lus sedu- ctus fuerit* 3 Quod morã, &c. *Dicit Ra. Sa. quod Moyses recedẽs de castris, volens ascendere ad dominum dixit se rediturum quadragesima die circa horã sextam. Populus aũt intellexit, quod dies sui recessus esset de numero illo, sed non erat, quia Moyses intelligebat de diebus naturalibus integris. dies autẽ illa non erat integra, quia tota nox iam præcesserat & aliqua pars diei artificialis. Tricesimonono autem die, quem populus credebat esse xl. Sathan turbauit aerem, et ostendit similitudinẽ feretri, dicẽs quod mortuus esset Moyses, & tunc populus cõcitatus fuit ad fabricandum idolum, cuius nutu deducerentur loco ducatus Moysi. Sed hoc dictum patet ex textu esse confictum, quia subditur.*

5 Moysi enim huic viro qui, &c. *Si enim vidissent mortis eius signa prædicta, magis dixissent quod fuisset mortuus, quia hæc esset causa rationabilis & efficacior ad quærendum alium doctorem. Aliter etiam patebit falsitas huius dicti per sequentia.*

4 Congregatus aduersus Aaron, &c. *Quare hic non fit mentio de Hur, quẽ constituerat Moyses ad regimen populi cum Aaron, ut dictum est supra 24. cap. dicit Rab. Sal. quod populus interfecerat eum, eo quod ipsum argueret de tanto scelere.*

6 Dixitque ad eos Aaron. *timore mortis assentiens eis, licet non ex corde.*

7 Tollite inaures aureas. *Credebat enim Aarõ, quod vxores filij & filiæ grauiter ferrent, si acciperentur eorum ornamenta, & sic ex hoc & ex cupiditate Iudæorum credebat impedire conatum populi, vel saltem retardare vsque ad aduentum* Moysi, *qui populum reprimeret.*

8 Fecit populus quod ius. defe. &c. *Ex quo patet magna voluntas idolatrandi, non solum in viris, sed etiam in vxoribus & liberis, qui ita prompte ornamenta sua pretiosa tradiderunt.*

*Vitulus quomodo factus.* 9 Formauit opere fusorio, &c. *In Hebræo habetur,* In stilo quod *exponit Ra. Sa. dicens, quod Aaron primo depinxit cum stilo in tabula formam vituli, & tradidit artificibus, ut facerent ad similitudinẽ illius, quia Apis quod reputabatur maximũ numẽ* Aegypti, *apparuerat eis in Aegypto in specie tauri, ut dictum est supra 8. c.*

10 Dixeruntque, &c. *Ex quo patet magna insania populi, qui mirabilia inaudita a Deo facta in exitu eorũ de* Aegypto *attribuebat idolo, & licet esset vnum idolum tantum, tamen dixerunt: Hi sunt dij ad reuerentiam idoli, sicut magnæ personæ de se loquuntur in plurali ad magnificentiam, ut, nos præcipimus, nos volumus & huiusmodi.*

11 Quod cum vidisset Aaron, &c. *Dicit Rab. Sa. quod vidit spiritũ vitæ in vitulo, sicut dicitur.* Et mutauerunt gloriã suã in similitudinem vituli comedentis fęnum. *Sed patet manifeste, quod hęc est fictio & scripturæ peruersio. Si. n. in vitulo fabricato spiritus vitæ fuisset, scriptura non dixisset, in similitudinem vituli, sed in vitulum. Et ideo aliter dicendũ, quod Aaron vidit tantam voluntatem immolandi victimas idolo in populo, quod non poterat resistere, ideo sequitur.*

12 Aedificauit altare coram eo, & præco. &c. *Ad retardandũ immolationem, quia statim sine altare immolassent. Vel dicitur: Aedificauit scilicet ipse, & non populus, vt tardius fieret, ut dicit Rab. Sal. quia si dixisset quod facerent in momento sic fuisset factum per manus multorum.*

✲ 1 Cras

### MORALITER.

✲ 1 *Videns autem populus.* Sm quod dicit Greg. pro qualitatib. subditorum disponuntur acta regẽtium, vnde sæpe fit, vt pro culpa gregis, vere boni delinquat vita pastoris. Et ponit exẽpliũ de Dauid, qui pro culpa populi permissus fuit a Deo peccare in eius numeratione 2. Reg. 24. propter quod Dauid non fuit punitus in persona, licet hoc peteret a domino, vt habetur ibidem, sed populus fuit grauiter punitus. Similiter credendũ est quod Aaron propter malitiam populi petentis sibi deos fieri, permissus fuit peccare in vituli conflatilis fabricatione, ppter quod Aarõ in persona propria nõ fuit punitus, sed populus, & in hoc Aaron figuram tenuit boni principis, uel prælati, qui propter malitiam subditorum aliquando permittitur in peccatum labi.

D

tunc aurum igni is est esca.

IDEM. Vrgetur Aaron, iubet inaures feminarum suarum in ignem conferri. Amissuri enim erant in iudicium sibi vera ornamenta aurium, Dei voces.

a *Sedit populus comedere, &c.* Esus potusq; ad lusum impulit, lusus ad idolatriam: quia si vanitatis culpa non caute compescitur: ab iniquitate mens incauta deuoratur. Vnde: *Qui modica spernit, paulatim decidit.* Si enim curare parua negligimus insensibiliter seducti, etiam maiora audenter perpetramus.

GREGORIVS. Nonnulla sunt vitia quæ a continuis aut separari vix possunt, aut certe nequaquam possunt. Pene enim semper epulas comitatur voluptas. Nam corporis refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptum est, *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.*

b *Isti sunt dii tui.* AVGVST. Dominus indicans Moysi, quid fecerit populus de vitulo & de idolo quod ex auro suo fecerat, dicit eos dixisse, Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod eos dixisse non legitur, sed animi eorum hunc fuisse deus ostendit, horum quippe gerebant verborum in cor de sententiam, quæ deum latere non poterat.

c *Dimitte me, &c.* GREG. Quid est seruo dicere, dimitte me, nisi deprecandi ausum præbere? quasi pensa quantum apud me vales, & cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras. Ita Iob dicitur, Deus cuius iræ resistere nemo potest. ... Moyses ... impetum mortis ... dicens, Dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Aaron quoque ignem diuinæ animaduersionis incensum ... temperauit, & Phinees luxuriantes cum alienigenis ... zelo iustum diuinæ indignationi obtulit, & furorem gladio placauit. Dauid angelo ferienti se offerens,

offerens, placationis gratia ante ipsum propositum exegit. Sed resistere iræ Dei non potest, cum sese (vt ita dixerim) medium ... ponit, nec se vtiliter alicuius deprecatio obiicit, cum semel Deus aliquid ab intimis irascendo disponit. Hinc est enim quod Moyses, qui reatum totius populi precibus tersit, & diuinam iracundiam placauit, ad petram Horeb veniens, pro aquæ exhibitione diffidens, terram promissionis ingredi domino irascente non potuit, & se hac de re affligit, & desiderio turbatur, & dispositæ vltionis iracundiam repellere a se non valuit, qui volente domino a populo amouit. Hinc Dauid prostrata plebe angeli gladium precibus compescuit, cum prius plorans & eiulans nudis pedibus filium fugeret, & quouis perpetrati facinoris ... ad plenum reciperet, iram Dei non valuit pro seipso separare.

GREGOR. Ædificare rectorem iuxta historiam potest, si perpendat quomodo bonis rectoribus misericordiam regendi auctoritas, & consolanti benignitas. Disciplinam vel misericordiam ... si vna sine altera teneat, circa subditos decipi non esse doctoribus vel rectoribus, iuste condolens misericordia, & pie sæuiens disciplina. Vide n. Moysen pie amantem & districte sæuientem. Cum enim diceretur, Descende, peccauit populus tuus, quasi qui in tali peccato lapsus est, iam meus non est, & additur, Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos, &c. Sæpe se iræ Dei opponens, ait: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo. ... pro eius vita se deleri ... cum veniam ... populum ... Ponat vir gladium super femur, &c. Ecce qui vitam omnium ... morte petiuit, paucorum vita gladio extinxit, ... zelo seueritatis ... parceret ... etiam domino ... parcere.

voce clamauit, dicens: Cras solennitas domini est. [1] Surgentesque mane, obtulerunt holocausta & † hostias pacificas, & sedit populus † comedere † & bibere, & surrexerunt ludere. [2] [3] [4] Locutus est autem dominus ad Moysen: * Vade descende, [5] † peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, recesserunt cito de via quam † ostendisti eis: [6] [7] Feceruntq; sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias dixerunt: [8] Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. [9] [10] Rursumque ait dominus ad Moysen: Cerno quod populus [11] iste duræ ceruicis sit: [12] † Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum Deum suum, dicens: [13] Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna & in manu robusta? [14] Ne, † quæso, dicant Ægyptii: callide eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret † e terra. [15] Quiescat ira tua, & esto

*Interlin.:* a Iam non meus: Cognatione carnis, vel affectu sollicitudinis. a Quæstiones & instabiles. b Qua itur ad Deum. c Ante. Concupiscentiæ. a In corde suo. b Quasi beneficium meum idolo imputauerunt. a Indomabilis superbiæ. b Sancti iræ Dei obuiant, cum ab ipso accipiunt vt se opponant, alioquin iræ Dei nihil resistit. Generationem sanctorum. a Ex misericordia suppliciter orat pro populo: post ex disciplina seuere vindicat pro Deo. Non meum. Quem creasti, fouisti multis beneficiis. a Qui aliter delere non poterat.

*Marg.:* In Scorpiaco. † manducare. † ac. Eccl. 19. a. † præcepisti. Lib. 1. Moral. ca. 5. † 45. disc. disciplina. † forte. Mystice. Lib. 9. Moral. ca. 11 & 12. Precatio iusti. Iob 9. b. Nu. 24. c. Nu. 20. b. † victimas. † dicens. † corrupit sub viam suam. 2. Re. 24. 2. Reg. Li. 20. Moral. cap. 6.

NICOLAVS DE LYRA.

*Quæ facta fuerint ante aduentum Moysi.*

Cras solennitas. *non hodie, quod dixit ad retardandum ... si forte interim veniret Moyses & impediret eam.*

2 Surgentesq; mane. *antequam veniret Moyses, qui tamen venit eadem die. Ex dictis patet falsitas prædictæ fictionis s. quod populus fuit excitatus ad idolatriam ... eo quod altera die præcedenti hora 6. viderant signum mortis Moysi, vt prædictum est, quia ad hoc sequitur quod ab illa hora vsque ad horam vesperarum omnia ista fuerant facta successiue ... prouocatio Aegyptiorum conuersorum, deceptio Iudæorum, ... assensus Aaron timore mortis. petitio inaurium, ... etiam ab extremitatibus castrorum, quæ occupabant magnum terræ spatium, cum essent ibi sexcenta millia virorum absque mulieribus & paruulis. Item formatio vituli, ... & proclamatio crastinæ solennitatis, quæ nullo modo potuerunt fieri successiue in tam breui tempore. Et ex hoc patet quod pluribus diebus antequam complerentur xl. dies prædicti inceperunt tractare illud negotium.*

3 Et sedit populus comme. *de immolatis coram idolo.*

4 Et surrexerunt ludere. *i. chorizare & cantare, vt patet ex sequentibus, et hoc faciebant in veneratione idoli, quod pertinet ad idolatriam, vnde in Hebræo habetur: Et resurrexerunt illudere, quia idolatria est illusio diuina.*

*Diuisio.*

5 Locutus est. *Consequenter ponitur peccati perpetrati cognitio, & primo per diuinam reuelationem, secundo per sensus experientiam, ibi: Et reuersus est Moyses. Circa primum præmittitur peccati reuelatio. secundo pœnæ comminatio, ibi, Rursumque. Circa primum dicitur.*

6 Locutus, &c. *reuelans populi ... dicens.*

7 Vade descen. *quia ad prælatum pertinet peccata subditorum manifesta corrigere. Aliter exponit Rab. Sal. dicens, Descende, s. a tua dignitate & gloria, quia sicut dignitas & gloria prælati consistit in bonitate subditorum, secundum quod dicit Io. 3. cano. b.* Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulantes, *ita deiectio sui honoris est in eorum peruersitate.*

8 Peccauit populus, &c. *q. d. iam non est meus, quia me per idolatriam abnegauit.*

9 Recesserunt cito, &c. *tanquam instabiles in bono, & proni ad malum.*

10 Rursumque. *Hic consequenter ponitur pœnæ comminatio cum subditur.*

11 Cerno quod populus du. cer. &c. *id est, non recipiens correctionem.*

12 Dimitte me, &c. *Loquitur modo humano, cum filius offendit patrem, & pater tenens gladium quasi ad iugulandum ipsum, dicit alicui existenti iuxta se, ne retineas me a percussione, per hoc magis insinuans contrarium, scilicet quod velit retineri, & ex hoc accepit Moyses audaciam orandi pro populo ad retinendum Dei vindictam dicens.*

13 Cur domine, &c. *quem reputas specialem filium, sicut dictum est supra 4. c.* Filius meus primogenitus Israel.

14 Ne quæso dicant Aegyptii call. de eduxit, &c. *q. d. Illud reuerteretur in blasphemiam contra te. Allegat etiam ad hoc Dei pietatem dicens.*

15 Quiescat ira tua & esto, &c. *q. d. Tibi proprium est parcere & misereri, & non in ... Allegat etiam consequenter merita Patrum dicens.*

D

parcente prosterneret vtrobiq; legatus fortis causam populi apud Deū precib. causam Dei apud populū gladiis, allegauit. Intus amās, diuinæ iræ supplicādo obstitit, foris seuiens culpā feriēdo cōsumpsit. Succurrit ... itius omnibus in offensa paucorum. Sed idcirco Deus eum citius audiuit agētem pro populo, qa vidit quid super populū acturus esset pro Deo. In regimine ergo populi vtrūq; Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordię, nec misericordia disciplinæ.

digito Dei scriptas fregisse videtur. Magno tamē mysterio figurata est iteratio testamēti noui, qa vetus fuerat abolendū, & nouū constituendū. Notandum sane, quāta pro populo ad Deū supplicatione laborauerit, qui tam seuerus in eos uindicando fuit.

Quæst. 149. ✱ AVGVS. Admoneremur, cū delicta nostra nos grauāt, ne diligamur à Deo, releuari nos apud eū illorū meritis posse, quos Deus diligit. Nam cū ab omnipotēte dicitur homini, *Sine me & cōterā eos*, qd aliud dicitur, quā cōtererē eos nisi diligerērur abs te. Ita ergo dictū est, *Sine me* ac si diceretur, noli eos diligere, & conterā eos quia ne id faciam dilectio tua intercedit mihi.

a placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, 1 Isaac, & Israel seruorum tuorū, quibus iurasti per temetipsum, 2 dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cęli, & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusque est dominus, ne faceret 3 malum, quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et † 4 reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimo- 5 nii manu sua scriptas ex vtraque parte, & factas opere domi- 6 ni: Scriptura quoq; Dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem 7 Iosue tumultum populi vociferantis dixit ad Moysen: Vlu- 8 latus pugnæ auditur in castris. Qui respondit: Non est cla- 9 mor † adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio. Cum- 10 que appropinquasset ad castra, vidit vitulum & choros: Ira- 11 tusque valde, proiecit de manu * tabulas, & confregit eas ad 12

Interlinear: a ¶ Firmiter promisisti, non licet mutare. ¶ Quia maiorem non habuisti. b ¶ Quem homines non audent peierare. a ¶ Afflictionem. a ¶ Ad regendum populum & corrigendum. b ¶ Contemplationis. a ¶ Opere. ¶ Præcepta diuina. a ¶ Contra diabolum vel peccatum. b ¶ Quæ moneat vitia fugere, secundum illud: Fugite fornicationem, &c. 1. Cor. 6. d. ¶ Ante idola. ¶ Ludentium & canentium. a ¶ Quia indicauit indignos quibus legerentur præcepta Dei.

† victorū neq; eorū q victi sūt. Sed. — * sua.

AVGVSTINVS. Quęritur, cur tabulę quas dominus scripsit, & fecit cōfractæ fuerīt. Quę vero manu hominis dolatæ fuerunt, perdurauerūt? Sed in hoc significatur, q Deus primum hominē ratione & ingenio decorauit, cor sapiens & intelligēs dedit, vt sine difficultate & errore scire & implere posset. Hoc ergo faciēdo quasi tabulas quasdam scripsit & dolauit: sed eas homo cōfregit cum diabolo acquieuit: & se illa gratia indignum reddidit. Iubetur ergo iterū tabulas dolare, id est, latitudinē cordis pręparare ad suscipiēda mādata Dei, & qa liberū arbitriū ita violauit, vt iam sine Dei gratia bonū per se agere non possit, enitatur laborare ad virtutes. Adam enim in delitiis victus fuit: Iob in sterquilinio diabolum vicit.

Quare tabulæ confractæ. Lib. 22. cōtra Faustū cap. 93. — † aspexit & descendit. — Gen. 3. b. Iob. 2. c.

a *Recordare Abrahā Isaac, &c.* Patres qui diligūtur inducit pro filijs qui offendunt nec merentur audiri, quia bona sanctorum patrum sæpe subueniunt filijs.

Quæst. 67. ✱ THEODORETVS, Obseruandum est igitur Mosem cū legationem suam ad Deum placandum non satis idoneam esse existimaret, patriarcharum quoque nomina in patrocinium inuocasse.

Malitiam Deum facere. Sap. 3. a. b *Placatusque est dominus ne faceret mal.* AVGVSTINVS. Malitiam hic pœnam intelligi voluit, sicut est illud: Aestimata est malitia exitus illorum. Secundum hoc dicitur & bonum & malum esse a Deo, non secundum malitiam qua homines mali sunt, malus enim Deus non est, sed malis ingerit mala: quia iustus est.

Quæst. 144. c *Iratusque ualde.* AVGVST. Iratus Moyses, tabulas testimonii

Quæst. 68. ✱ THEODORETVS. Nam quia dotalium libellorum typū tabulę gerebant, sponsa vero iam antequam in thalamum duceretur, adulterium perpetrarat, iure optimo dotalem libellum fregisse existimandus est.

Lib. 2. contra Iouinianum. ✱ HIERONIMVS. Moyses quadraginta diebus & noctib. ieiuniis in monte cum domino loquitur, populus autem statur idola fabricat. Ille vacuo ventre legem accipit scriptam digito Dei, iste manducans & bibens, cōsurgensq; ludere, aurū conflat in vitulum, & Aegyptium bouem præfert domini maiestati. Tot dierum labor vnius diei saturitate perit, frāgit audacter Moyses tabulas, sciebat enim domini sermonem non posse audire temulentos.

a *Arripiensq;*

## NICOLAVS DE LYRA.

Nota. ✱ 1 Recordare Abraham Isaac & Iacob, &c. q. d. *Si populus iste meruit mori per incendium, ecce Abraham pater eorum propter amorem tuam proiectus fuit in ignem Chaldæorum. Si per gladium, ecce Isaac fuit paratus pro te immolari. Si meruerunt exilium, ecce Israel tā quam exul fugit in Mesopotamiam obediens patri suo & tibi.*

2 Quibus iurasti per temetipsum dicēs: Multiplicabo semē, &c. *qui es omnino immutabilis, & ideo iuramentū tuum debet inuiolabiliter teneri de terra Chananæorum danda semini eorum, quod tamē frustraretur, si deleres populum tuum de terra.*

3 Placatusq; est dominus ne faceret malum suum, &c. *Nō q pęnam omnino dimitteret, vt patet ex sequentibus, sed ne omnino deleret sicut dixerat:* Dimitte me vt deleam eos.

4 Et reuersus est Moyses de monte. *Hic consequenter ponitur peccati cognitio per experientiam, s. sensus visus, & auditus, præmittitur tamen reuersio Moysi ad castra, cum dicitur:* Et reuersus est Moyses de mandato domini, *ut patet per prædicta.*

5 Portans duas tabulas; *quas dominus sibi tradiderat, vt patet ex fine præcedentis capituli.*

6 Scriptas ex vtraq; parte & factas opere domini. *Dicit Ra. Sa. quod vnica scriptura erat ibi, quæ tamen erat legibilis indifferenter ex vna parte sicut ex altera, quod erat mirabile, quia litera ex una parte figurata ordine recto, in parte opposita apparet eius figura modo opposito. Vel potest dici absque miraculo tali, quod literæ erant duplices, ita quod præcepta erant sculpta ex vna parte, & similiter ex altera. Vnde subditur.*

Quantum scriptum in qualibet tabula. 7 Scriptura quoque Dei erat scripta in tabulis. *secundum Aug. vero in vna tabula erant tantum tria præcepta, ideo dicuntur pręcepta primę tabulę, quia ordinant hominem ad Deum. In alia autem tabula erant alia septem quę ordinant ad proximum, ideo dicuntur pręcepta secundę tabulę. Secundum Rabb. Sa. & doctores Hebraicos quinque erant scripta in vna tabula, & quinque in alia. Aliter tamen distinguunt pręcepta, quam Augustinus, vt dictum est supra 20. ca. Vt autem ista melius intelligantur, expressi ea hic in figura.*

8 Audiens autem Iosue. *Hic consequenter ponitur cognitio peccati per sensum auditus, cum dicitur.*

9 Vlulatus pugnæ auditur in castris. *Ex hoc patet quod Iosue nō fuerat ibi, sed remanserat iuxta montem expectans Moysen, vt dictum est supra 24. ca.*

10 Vocem cantantium ego audio. *Hoc autē melius cognouit quā Iosue tum propter viuacitatem sensus, quia cum esset cxx. annorum, vt dicitur Deuteron. vl. c.* Non caligauit oculus eius, &c. *Et idem intelligitur de alijs sensibus, tum quia idololatria populi erat sibi reuelata, ideo melius potuit cognoscere clamorem idololatrantium. Consequenter describitur cognitio per uisum, cum dicitur.*

11 Vidit uitulum & choros *quia magis mouet animum visa quam audita, & ideo licet fuisset iratus ex auditu peccati, magis tamen ex uisu.*

12 Proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radices montis. *reputans quod populus esset indignus recipere legem Dei digito scriptam. Hęc autem fractio tabularum signum fuit euacuationis legalium in aduentu Christi.*

a Arripiensque vitulum quem fecerant. ISIDORVS. Diaboli corpus significatur in vitulo, id est, homines in omnibus gentib. quib. ad hęc sacrilegia caput id est auctor est diabolus. Aureus vitulus, quia videtur idolatriæ ritus instructi a sapientibus, de quibus dicitur. *Dicentes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis cor, &c.* Et hac sapientia iste vitul⁹ aure⁹ qualia solebāt etiam Aegyptiorum sapiētes adorare figmēta. In vitulo ergo significatū est omne diaboli corpus, id est, omnis societas Gētiliū idolatriæ deditorū. Hāc sacrilegā societatem Christus combussit igne, de quo ait. *Ignē veni mittere in terram, &c.* Et alibi: *Nō est qui se abscondat a calore eius,* dum in eum credunt gentes, igne virtutis eius diabolica forma soluitur: deinde corpus cōminuitur, id est, ab illa male cōspirationis collatione † discussum, verbo veritatis humiliatū, & cōminutū in aquā mittit, vt eos Israel, id est, Euangelij prędicatores ex baptismo in sua mēbra id est, dominicum corpus transferāt: vnde Petro dicit, *Macta & manduca,* cum similiter dici potuit: Cōcide & bibe. Ita vitulus per ignem celi, & aciem verbi per aquā baptismi ab eis potius quos absorbere conabatur, absorptus est.

Rom. 1. c. — † radicem 76. dis. c. ieiunium quarti. — Luc. 12. f. Psal. 18. b. — † ad infamiā inter hostes eorum 70. q. mares futura erat gaudio hostib. eorum. — † discissum — Act. 10. b.

✠ AMBROSIVS. Idolatriæ indignitate percitus, fregit tabulas Moyses, & comminuit vituli caput, atque in puluerem redegit, vt omnia impietatis aboleret uestigia. (Epist. 56.)

✠ HIERONIMVS. Vituli puluerem quem adorauerat Israel, in contemptum superstitionis in potum accipit, ut contemnere discat, quod in secessum proijci videat. (Epist. ad Fabiolam.)

a ¶ Corpus diaboli: id est idolatras. b ¶ Igne cæli & Spiritus sancti. a ¶ Acie verbi vel malleo. ¶ Baptismi. a ¶ Vt colere erubescerent, quem in secessum mitti viderent. b ¶ Euangelij prędicatoribus.

a radices † montis, Arripiensq; vitulum quem fecerant, combussit & contriuit vsque ad puluerem, quē sparsit in aquam, b & dedit ex eo potum filijs Israel. Dixitque ✠ ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit: Ne indignetur dominus meus. Tu enim nosti populum istum, quod † pronus sit ad malum. Dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui præcedant nos. Huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi: Quis vestrum habet aurum? Tu- c lerunt & dederunt mihi, & proieci illud in ignem, egressusq; est hic vitulus. Videns ergo Moyses populum, quod esset nu- d datus: spoliauerat enim eum Aaron † in ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat: Et stans in porta castrorum, ait: Si quis est domini, iungatur † mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filii Leui. Quibus ait: Hæc dicit Domi- e nus Deus Israel: † Ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castro-

¶ Compendiose locutus est. ¶ Id est, propter. ¶ Seueritate iustitiæ. ¶ Fortis, strenuis. a ¶ Prædicationis. b ¶ Voluptates carnis. a ¶ Increpando discurrite. b ¶ De vitio vsque ad vitium, per quod culpa intrat ad mentem. c ¶ Aequaliter vt nulli parcant. d ¶ Ecclesiæ.

b Et dedit ex eo potum filijs Israel. Tradunt Hebræi q̄ filii Israel bibētes aquā vituli puluere infectā qui cōmiserant idolatriā in barbis puluerē auri præferebant, quo etiā signo rei vel immunes sceleris apparebant, & rei interficiebantur.

c Et dederunt mihi, &c. AVGVSTINVS. Compendiose locutus est, non dicens, q̄ ipse formauerit, vt exiret vitulus fusilis: an excusationis causa timēdo mētit⁹ est tanquam in ignem periturum aurū proiecerit, atq; ipso nō id agēte forma vituli exierit? Quod ideo non est credendum, quia nec latere Moysen posset verum cū quo Deus loquebatur, & fratrē de mendacio nō redarguit.

Quæst. 145 in Exod. — ✠ Moyses. — † malus sit

d Spoliauerat enim eū Aaron in ignominiam sordis, & inter hostes, &c. Notādum quod populus fecit ipsi Aaron tribuitur, qa cōsensit ad faciendum quod male petierat. Magis enim dictum est, nudauit eos Aaron, qa cessit eis, quā nudauerunt se ipsi, qui tantum malum flagitauerunt. Ornamentis quibus fabricatum fuerat idolū, vel quia malam voluntatem prius latentem ostenderat, uel auxilium & protectionem Dei perdiderat.

Totū peccatum in Aaron tribuitur. — † mecum. — † 45. dis. c. disciplina 23. q. 4. c. guillisfirius & c. q. dicit dele.

e Ponat vir gladium, GREGORIVS. Gladium super femur ponere, est prædicationis studium uoluptatibus carnis ante ferre, ut cum sancta quis studet dicere, curet necesse est suggestiones edomare. De porta vsque ad portam ire, est a uitio usque ad uitiū, per quod ad mentē culpa ingreditur, increpādo discurrere. Per medium uero castrorum transire est, tanta ęqualitate intra ecclesiam uiuere, ut qui delinqnētium culpas redarguit, in nullius resideat fauore. Vnde subditur.

In pastorali 3. p. ca. 26.

b Et — a Occidat

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Arripiensq; uitulum quem fecerant, combussit, & contriuit usque ad puluerem quem sparsit in aquam. *Hic consequēter describitur peccati examinatio, quod debuit fieri ante punitionem, quia non omnes culpabiles erant nec æqualiter. Fit ergo primo examinatio per signum, cum dicitur.*

2 Et dedit ex eo potum filijs Israel. *Dicit Rab. Salomon quod istę aquæ potatæ erant nociuæ culpabilibus causando in eis inflationem & languorem, per quem poterant ab eis discerni, alijs autem erant dulces, & vtiles sicut aquæ in sacrificio zelotipię ostendebant per effectum culpam mulieris, vel eius innocentiam, vt habetur. Alij autem doctores dicunt, quod color auri remansit circa ora eorum, qui erant culpabiles ita quod barbę eorum videbantur aureę, & sic ab alijs distinguebantur, secundo fit examinatio peccati per hominis responsum, cum dicitur.*

Dixitque Moyses ad Aaron, &c. *acsi diceret, prius debuisses sustinere mortem.*

4 Cui ille respondit. *humiliter dicens.*

5 Ne indignetur dominus meus. *quia respōsio mollis frangit irā.*

6 Tu enim nosti populum istum, &c. *per multas experientias malitiam huius populi.*

7 Dixerūt mihi. *sub cōmmunicatione mortis sicut interfecerāt Hur.*

8 Quis uestrum habeat aurū. &c. *ac si diceret, propter eorū auaritiam ex petitione auri credidi eos a suo impetu retardare.*

9 Proieci illud in ignem, egressusq; est hic uitulus. *Dicunt aliqui quod Aaron proiecit aurum in ignem, vt ibi periret, non vt idolum fieret. sed opere diaboli formatus est inde vitulus. Alij autem dicunt contrarium. vnde supra dictum est quod depinxit imaginem in tabula, & videtur hoc verius, quia timore mortis petiuit ab eis aurum ad faciendum idolum, & si proiecisset in ignem, vt periret, ex hoc fuissent magis prouocati ad eum interficiendum, quia priuati fuissent auro & idolo. Itē ex hoc, quod statim ędificauit altare & solennitatem in crastinum proclamauit. ideo videtur quod dixerit mendacium dicens.* Egressusque est, hic uitulus, *insinuans quod hoc esset pręter intentionem suam. Nec oportet eum excusari de mendacio, cum incomparabiliter peiora fecerit vt patet per predicta: non tamē fuit punitus morte, quia non fecit ex corde, sed ductus mortis timore.*

10 Videns ergo Moyses populum quod esset nudatus. *Hic cōsequenter describitur peccati examinati punitio.*

11 Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus *a pretiosis iocalibus, cuius causa subditur.*

12 Spoliauerat enim eum Aaron in ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat. *Id est fabricationē vituli, quod nomine sordis & ignominię appellatur in scriptura veteris testamēti. Alij qui exponunt istam denudationem populi propter sceleris manifestationem, vnde factum apertum dicitur denudatum.*

Denudatio populi.

13 Et stans in porta castrorum, *quia in portis ciuitatum antiquitus dabantur sententię & iudicia.*

14 Ait: Si quis est domini. *Id est, habens zelum ad vindicandum eius opprobrium.*

15 Iungatur mihi. *ad faciendum vindictam de peccatoribus.*

16 Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui, &c. *Ex hoc dicit Ra. Sa. quod nullus de filijs Leui erat culpabilis in fabricatione vituli; Sed hoc non bene consonat literę, tum quia Aaron qui erat principalis in illa tribu post Moysen, non fuit omnino sine culpa, vt visum est, tum quia subditur.*

17 Itē & redite de porta ad portam per mediū castrorū. &c.

MORALITER.

✠ 17 *Ite & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum & occidat vnusquisque fratrem & amicum suum.* Per quod [illegible] quod cōtra Deum amico quātumcunq; proximo, [illegible]

a ¶ Increpationis gladio nec eis quos per cognationem diligit parcat.

a rum: & occidat vnusquisq; fratrē & amicum & proximum b suum. Feceruntque filii Leui iuxta sermonem Moysi: Ceciderunt q; in die illo quasi viginti tria[a] millia hominū. Et ait Moyses: † Consecrastis manus vestras hodie domino, vnusquisq; [1] [2] in filio & * fratre suo, vt detur vobis benedictio. Facto autem [3] die altero, locutus est Moyses ad populum: Peccastis peccatum [4] maximum. Ascendam ad Dominum, si quo modo qui- [5] uero † eum deprecari pro scelere vestro. Reuersusq. ad † Do- [6] minum, ait: Obsecro, peccauit populus iste peccatum maxi- [7] c mum: Feceruntque sibi deos aureos. † Aut dimitte eis hanc [8] noxam, au[a]t si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. [9]

a ¶ Hoc numero triplicem formam indicat peccatorum. omne enim peccatum aut facto aut verbo, aut cogitatione committitur.

¶ Nec proximis, s. parcendo.

¶ Quod tantum est.

a ¶ Securus quidem hoc dicit, quia non delebitur.

* viginti.

† Implete i. cōsecrate Cha. inter. obtulistis oblationes vestras hodie corā domino.

* in

† expiare peccatum vestrum, uel pro peccato uestro.

a *Occidat vnusquisque fratrem suum, &c.* Hos interficit, quos puniendos inuenit ab increpationis gladio, nec eis quos per cognationē carnis diligit, parcit. Si ergo ille Dei dicitur, qui ad ferieda vitia zelo diuini amoris excitatur, pfecto esse se Dei negat, qui quantum sufficit, vitam carnalium increpare recusat.

In locutionib. locut. 124.

b *Feceruntque, &c.* AVGVST. Plurale pro singulari posuit, sicut ibi: *Hi sunt dii tui Israel, q te eduxe, &c.* Sed hæc locutio non reperitur, nisi vbi etiam de plurib. dici vel intelligi potest. Non enim qa vitulus vnus erat, ideo plures fieri nō poterant, aut ideo cum multis idolis similis fuerat, hac locutione dictū est, latrones insultasse domino, cum vnū hoc fecisse scriptura testetur, sed non solus fuerat latro: quin etiā cum illa locutio sit p propria nomina (qualiter eam in diuinis scripturis nondum factam cōperim⁹) plures illic intelligūtur, sicut Phedras & Medeas quidā dixerunt, cū fuerit vna Phedra et vna Medea, sed Phedras et Medeas appellauerūt omnes similes Phedrę, & Medeę. Ita non fine causa, nec passim sicut ab imperitis vitiose fit: sed certo modo, certisq; regulis istæ locutiones interponuntur.

* AMBROSIVS. Quod occidit fecit à proximis pximos Moses, filios à parētibus, à fratribus fratres, præceptum euidens, qa preferēda est religio necessitudini, pietas propinquitati. Ea est enim vera pietas, quæ præponit diuina humanis, perpetua temporalibus. Vnde & Moyses ad filios Leui dixit, Qui paratus est à domino veniat ad me. Et dixit illis, *Hęc dicit dominus Deus Israel, imponite vnusquisque gladium suum in femore suo & pertransite*, ut amore diuinæ reuerētiæ, perimeretur omnis affectus necessitudinis: Neque vero aliquid durum uidetur pro vindicta iniuriæ cœlestis. Deniq; sanctiora cæteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio Deus. Nesciūt enim suis parcere, qui nihil suum norunt.

Epistola 56. ad Romulum.

† Deum.

† 23. qu. 4. capi. quid crudele.

c *Aut dimitte eis, &c.* AVGVSTIN. Securus quidē hoc dicit, vt à cōsequentib. ratiocinatio concludatur, id est, ut quia Deus Moysen

Quæ. 147. in Exod.

## NICOLAVS DE LYRA.

* *diligenter quærendo transgressores per signa prædicta.* Et occidat vnusquisque fratrem suum, &c. *Item infra subditur.*

1 Consecrasti manus uestras hodie, &c. *scilicet facienda vindictam zelo Dei.*

2 Vnusquisque in filio & fratre suo. *Ex quibus videtur quod aliqui de* Leuitis *fuerunt interfecti tunc sicut transgressores in peccato vituli, & ideo aliter potest dici, quod cum dicitur:* Omnes filii Leui. *est vsitatus modus loquendi, quo accipitur maior pars pro toto: sicut dicitur totum collegium facere, quod maior pars facit, sacra enim scriptura frequēter vtitur modis loquendi inter homines usitatis, vnde Iudi. 10. a. dicitur:* Congregati sunt omnes filii Israel quia uir unus, *& tamen non fuerunt ibi viri Iabes Galaad. ut ibidem subditur capitulo xxj. Qui tamen vult sequi dictum Rab. Sal. potest soluere prædicta, sicut ipse soluit dicens, quod frater hic accipitur ex parte matris tātum, mortuo enim* Leuita, *uxor sua potuit contrahere cum viro alterius tribus, & filius inde natus non erat* Leuita, *quia denominatio tribus accipitur ex parte patris, & tamen erat frater* Leuita, *s. filij prioris viri, similiter hic dicitur filius nepos* Leuita, *qui erat filius filiæ suæ coniunctæ viro alterius tribus, & sic non erat* Leuita. Fecerunt filii Leui *obedientes* Moysi *zelo Dei:* Cecideruntq; in die illo quasi 13 millia. *In Heb. habetur* tria millia *quam diuersitatem aliqui sic concordant dicentes, quod in* Hebræo *numerantur tantum illi qui fuerunt principales in transgressione, & ad transgrediendum alios inducentes, sed cum istis de alijs tot fuerunt occisi, quot ascendebat numerus ad xxiij. millia. Aliter etiam concordatur secundum dicta Ra. Sa. vt videbitur in fine huius cap*

3 Facto autem die al. H*ic consequenter ponitur Moysi deprecatio, & secundo domini responsio, ibi:* Cui respondit dominus, *circa primum, primo ostendit populo grauitatem peccati perpetrati dicens.*

4 Peccastis peccatum ma. *sicut enim in humanis ille qui honorem regium attribuit alteri, maxime peccat in dignitatem regiam, quia quātum est in se subuertit totum regnum, ita qui honorem latriæ soli Deo debitum attribuit idolo, maxime peccat contra Deum.*

Quæstio.

*Sed quæritur hic quomodo Moyses dixit populo:* Peccastis, *cum peccatores iam essent exterminati? Dicendum quod licet illi qui fuerunt principales & idololatrantes ex corde & eis consentientes fuissent occisi, non tamen omnes consentientes timore, ac etiam illi qui potuissent ipsis resistere & non restiterunt, quibus tamen peccatum imputatur. Potest etiam aliter dici, quod peccatum perpetratum a parte alicuius communitatis, bene imputatur toti communitati quantum ad pœnam infligendam, vel quantum ad boni subtractionem. & hoc timebat Moyses, ne propter peccatum multitudinis aliqui innocentes punirentur, & diuina beneficia à toto populo subtraherentur.*

5 Ascendam ad dominum. *Ex quo patet quod prædictam occisionem non præcepit, nisi ex zelo iustitiæ & honoris diuini.*

6 Si quo modo, &c. *ne scilicet pro ipso deleat vos, vel subtrahat sua beneficia, licet .n. prius dictum sit, quod placatus erat dominus ī hoc quod non deleret totum populum simul & subito, non tamen erat assecuratus Moyses quin deleret per partes.*

7 Obsecro, peccauit, &c. *In oratione sua primo confitetur peccatū, quia confiteri culpa in via est ad veniam.*

8 Aut dimitte eis hanc noxam. *non solum remittēdo culpam, sed etiam conferendo beneficia à te prius inchoata scilicet in deductione huius populi ad terram promissionis, & reparatione legis quæ facta erat in tabulis.*

Deleri de libro uitę.

9 Aut si nō facis, dele me de libro tuo. *Dicit Rab. Sa. quod iste liber intelligitur lex quæ denominatur a Moyse, eo quod fuit eius minister. Vnde dicitur Deutero. xxxiij. a.* Legem præcipit vobis Moyses. *Et Ioan. 1. b.* Lex per Moysēn data est. *Est igitur sensus secundum eum: Dele me de libro, s. vt lex non denominetur nomine meo, nisi populus iste tibi reconcilietur. Sed hæc expositio non consonat literæ sequenti, cum dicitur,* Qui peccauerit mihi, delebo eū de libro meo. *Et Psalm. lxviij.* Deleātur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur. *Ex quo patet quod prædicta deletio intelligitur de omnibus peccatoribus, & tamen ab eis non est lex denominata, & ideo per librum illum non intelligitur lex, sed liber vitæ, de quo delentur peccatores et iniqui. Sed tunc occurrit duplex difficultas. Prima est, qualiter aliqui delentur de libro vitæ, cum sit idem quod diuina prædestinatio, quæ est immutabilis, &c. Ad quod dicendum, quod in libro vitæ dicuntur aliqui scribi dupliciter. Vno modo simpliciter, inquantum prædestinati sunt in notitia diuina, vt ordinati ad vitam æternam ex Dei prædestinatione & sic scripti nunquam delentur. Alio modo dicuntur scripti secundum quid scilicet, non secundum diuinam prædestinationem seu ordinationem, sed secundum dispositionem in eis actu existentem, scilicet secundum præsentem iustitiā, quia existentes in* * *gratia*

Quæsti.

*MORALITER.*

* cendū, & Philoso. dicit 1. Ethicor. Quod ambobus existentibus amicis sanctum est præhonorare veritatem. Item notādū quod moram faciente Moyse cum domino xl. diebus, populus suus ad idololatriā declinauit, propter quod multo plus prælati qui non solū quadraginta diebus sed annis plurib. moram contrahunt in curiis regum timere debent ne propter eorū absentiam populus sibi commissus ad ignominiosa crimina dilabatur, & eis imputetur, sic periclitatio nauis imputatur nautæ absenti, qui tenetur eam gubernare.

A Moysen nõ deleret de libro suo, populo peccatũ illud remitteret. Aduertẽdũ vero quantum malũ in peccato prospexit Moyses, quod tanta cæde credidit expiãdũ, qui eos sic diligebat, vt pro eis illa verba Deo funderet.

Epist. ad Gaudẽtiũ.

✱ HIERONIMVS. Moyses compassionis loquebatur affectu, *Si dimittis populo huic, dimitte, sin autem, dele me de libro tuo.* Vult perire cum pereuntibus, nec propria salute cõtentus est. Gloria quippe Regis, multitudo populi.

✱ HVGO VICTORINVS. *Dele me de libro tuo.* Non ex ratione, sed ex impetu humanæ affectionis, & fiducia magna in Deũ hoc dicit, & qđ non fuerit crudelitas in occidendo, ostẽdit magna pietas quæ secuta est in orando. Scribi autem in libro vitæ aut deleri, dupliciter intelligitur, aut secundum præscriptũ Dei, aut secundum præsentem statum, secundũ quẽ quandoq; contingit, quod si talis permaneret aliquis, saluaretur, sed quia præsentem quam habet iustitiam deserit, dicit deleri de libro vitæ, in quo Deus eũ tũc scripsit, quãdo illam iustitiam ei dedit. Secundũ præsciẽtiam vero qui scriptus est, nunquam secundum eandem delebitur.

† sup. 23. c. De pe. d. 4. c peccatũ qđ. §. hinc etiã dominus.

† Visitationis.

a ¶ Quasi, te non delebo, quia non peccasti.

a Cui respondit Dominus: Qui peccauerit † mihi, delebo eum 1 de libro meo. Tu autem vade, & duc populum istum quò 2 locutus sum tibi. † Angelus meus præcedet te. Ego autem in 3 die † vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Percussit er- 4 5 go dominus populum pro reatu vituli, quem fecit Aaron.

a ¶ Romanæ captiuitatis, vel generalis iudicij. b ¶ Non tamen Aaron percussus est: parcitur ei vt in melius commutetur.

† in me.

Sermo. de lapsis.

C à *Qui peccauerit mihi, &c.* ✱ CYPRIANVS. Credimus posse apud iudicem plurimum valere martyrum merita & opera iustorum, sed cũ iudicij dies venerit. Cæterũ si quis præpostera festinatione temerarius, remissionẽ se cunctis dare putat posse, aut audet domini pcepta rescindere, nõ tãtũ nihil prodest, sed & obest lapsis. Mandant aliquid martyres fieri? Sed si scripta non sunt in lege domini quæ mandant, ante est vt sciamus illos de Deo impetrasse quod postulant, tũc facere quod mãdant. Neque enim statim videri potest de diuina maiestate cõcessum, quod fuerit humana pollicitatiõe promissum. Nã & Moses pro peccatis populi petit, nec tamẽ peccantibus veniam, cum petijsset, accepit. Dixit dominus ad Moysen: *Si quis deliquit ante me, delebo eum de libro meo.*

D E &

Quæst. 148 in Exod.

b *Quem fecit Aaron,* AVG. Quæritur cum superius populũ nudasse dictus sit Aaron, cur in ipso nõ est vindicatũ, neq; cum Moyses pcepit interfici oẽ quod occurrisset armatus a porta vsque ad portam, neque postea cũ percussit dominus populũ propter facturam vituli, quem fecit Aaron, nec dictum est, quẽ fecerunt, sed quem fecit Aaron, & tamen nõ est percussus Aarõ. Quid etiam illud quod de sacerdotio eius ante peccatũ præcipiebat Deus impletum est, sed iussit illum & filios ablui, & sic ordinati sunt ĩ sacerdotio. Ita nouit ille cui parcat usq; ad commutationem in melius, & cui parcat ad tempus quãuis eũ prescierit in melius non mutari, & cui non parcat ut mutetur in melius, & cui non parcat, ut vel mutationẽ eius expectet, & hoc totũ ad id redit, quod Apostolus dicit exclamans: *Quam inscrutabilia enim sunt iudicia eius, &c.*

Quare Aarõ non occisus. Nota.

Rom. 11. d

F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *gratia ex hoc sunt digni vita æterna: & ad eam ordinati secundum dispositionem quæ actus est in ipsis, sed quia aliquando cadunt a gratia. sic dicuntur deleri, ita quod ista deletio non refertur ad diuinam notitiam, ita quod aliquid ignoret quod prius nouerat, sed ad mutationem de gratia ad culpam in hominibus existentem. Secunda dubitatio est, quomodo Moyses potuit petere deleri de libro Dei, nisi dominus remitteret peccatum populi, quia si accipiatur scribi simpliciter in illo libro, impossibilis est deletio ut uisum est. Super impossibile autem non cadit appetitus, nec per consequens petitio, cum Moyses sciret talem impossibilitatem. Si autem accipitur scribi secundum quid, deletio est ei opposita per hoc quod aliquis per peccatum mortale cadit a gratia, & sic Moyses qui erat sanctus, elegisset Deum offendere per peccatum mortale, nisi peccatum mortale populo remitteretur, quod est inconueniẽs, cum sit contra charitatem. Dicunt igitur aliqui, quod Moyses hoc dicit ex impetu passionis, non ex deliberatione rationis. Sed hoc non uidetur conuenienter dictum, quia sequeretur, quod Moyses accessisset ad loquendum cum Deo, ubi requiritur tranquillitas mentis, qui secundum eos fuit passionibus perturbatus, ideo aliter dicit Augustin. quod Moyses hoc dixit ex confidentia & familiaritate diuina, ut sit sensus, Sicut certus sum, quod non delebis me de libro tuo, ita peto, ut certifices me, quod remittas noxam istam populo.* Hæc *autem expositio uidetur aliquantulum extranea a litera, & ideo aliter postea dicit, quod uerbum Mosi prædictum est ipsius rationis proponentis dispositionem partis inferioris animæ, licet non esset ita in uoluntate rationem superiorem sequente, sicut Saluator petiuit transferri calicem passionis ab eo, licet simpliciter uellet pati, ita Moyses uolens ostendere magnum affectum ad remissionem peccati populi dixit:* Aut dele me, &c. *Licet simpliciter nullo modo uellet deleri. Et hoc modo contingit in humanis quod aliquis petens ab alio aliquid cum magno desiderio dicit, Aut facias hoc, uel auferas mihi uitam, licet magis uellet carere non solum illo quod petit, sed etiam multis alijs quam uita. Et tali modo loquendi qui dicitur hyperbolicus, utitur frequenter sacra scriptura. Nec est ibi falsitas, quia talib. locutionibus utitur, non ad significandum illud quod per orationem importatur quantum ad plenum significatum, sicut Iudicum 10. b. dicitur de filijs Beniamin quod fundis ita ad certũ iaciebant locum, ut capillum possent percutere, & nequaquam in alterã partem ictus deferretur lapidis, per quod intelligitur quod erãt boni fundibularij notabiliter, & non plus.*

Quæstio.

Lucæ 22. c

1 Cui respondit. *Hic ponitur domini responsio, & primo breuiter in generali secundo magis explicite & in speciali, in principio sequẽtis ca. Circa primum dominus in sua responsione primo remouet alteram partem disiunctiuæ, quam proposuerat Moyses dicens.*

2 Qui peccauerit mihi delebo eum. *quasi diceret, Non te delebo quia non peccasti. Secundo respondet ad petitionẽ dicens;* Tu autem vade, &c. *sequitur.*

3 Angelus meus præcedet te. *Ducendo ad terram promissionis. ista tamen responsio magis explicatur sequenti, ca.*

4 Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorũ. *Ex quo patet quod nolebat dimittere absque punitione, uolebat tamen diminuere & differre, ita quod non deleretur populus totaliter & simul. Ex hoc autem dicit Ra. Sa. quod in omni infortunio, quod postea accidit Iudæis solutum est aliquid de pœna debita pro peccato illo, & in hoc etiam conueniunt aliqui expositores nostri, dicentes quod per diem vltionis intelligitur hic captiuitas Babylonica vel Romanorum, Sed hoc non uidetur consonare scripturæ veteris testamenti, ac noui, quia sequenti ca. dicitur:* Qui reddis iniquitatem patrum filiis in nepotibus in tertiam & quartam generationem, *& in pluribus alijs locis ueteris testamenti idem habetur: ita quod uidetur ad non plus se extendere vindicta Dei, nisi respectu alicuius peccati determinati. Captiuitas autem Babylonica fuit longe post quartam generationem, quia à fabricatione vituli vsque ad captiuitatem Babylonicã fluxerunt nongenti anni vel circiter, & vita humana iam erat reducta ad centum annos, vel centum uiginti ad plus, & in paucis hominibus, & multo plures fuerunt anni vsque ad captiuitatem factam per Romanos, quæ fuit anno xlij. post passionem Christi. Item Lucæ xix. f. Saluator loquens de ista captiuitate futura per Romanos secundum omnes expositores dicit:* Videns ciuitatem fleuit super illam: *& subditur:* uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. *Cuius causa subditur:* Eo quod nõ cognoueris tempus uisitationis tuæ, *scilicet per Christum tibi prędicãtem, ita quod captiuitatis factæ per Romanos causa fuit malitia Iudæorum Christum non recipiendo, sed ipsum crucifigendo. Et ideo dicere, quod causa huius captiuitatis fuit peccatum vituli, non bene consonat veritati Euangelij: ideo aliter dicendum, quod dies vltionis hic accipitur pro mortalitate quam induxit dominus super populũ Israel post occisionem factam per Leuitas, unde statim subditur.*

Dies vltionis dñi.

Luc. 11.

5 Percussit ergo dominus, &c. *vnde dicit Rab. Sa. quod populus post adorationem vituli fuit punitus triplici morte. Prima fuit in potu aquæ, de quo facti fuerunt morbidi & inflati, & etiam aliqui statim mortui. Secunda fuit gladio Leuitarum, tertia fuit mortalitate a Deo immissa, De qua dicitur,* Percussit autem dominus populũ. *Et per hoc vno modo soluitur contrarietas prædicta de tribus millibus & de viginti tribus milibus, vt dicatur quod gladio Leuitarum ceciderunt tria milia. Alijs autem punitionibus tot ceciderunt, quod in vniuerso bene ascenderũt ad vigintitria millia. Potest etiam dici aliter, quod dies vltionis hic accipitur iudicium futurum, quod in pluribus locis sacræ scripturæ uocatur dies vltionis, non enim omnia punit Deus in præsenti sed multa reseruat extremæ ultioni, & sic pars illius punitionis vsque tunc reseruatur.*

Triplex mors pro adoratione vituli.

ADDIT.

ADDITIO I.

A In ca.32. vbi dicitur in postilla: Videns autem populus. Non fit mentio in in litera de hoc quod dicit Ra Sa. s. quod Aegyptij qui ascenderunt cum Iudaeis de Aegypto, incitauerunt filios Israel ad idolatriā sed populo hoc communiter attribuit, cum tamen scriptura consueuit exprimere similes incitationes cum contingunt, unde Nu. 11. g. vbi agitur de peccato populi in loco qui vocatus est, Sepulchra concupiscentię: quod quidem peccatum fuit incitatum per Aegyptios inter eos mistos, dicitur in litera. Vulgus quippe promiscuum quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carnium, & cap. quod etiam in proposito expressisset similiter contingeret, & ideo dictum Ra. Sal. in hoc loco nullum habet fundamentum.

ADDITIO II.

*Hur quō. mortuus.*

In eo. c. 32. vbi dicitur in postilla. Quare hic non fit mentio de Hur, &c. Ex hoc quod hic non fit mentio de Hur non sequitur ꝙ fuit interfectus a populo, eo quod ipsum argueret de scelere, possibile enim est quod praeuentus fuisset morte naturali vel aliter impeditus, sic ut non interuenisset in illo actu. Non enim est uerisimile, quod scriptura prǽter misisset exprimere actum tam virtuosum & narratione dignum & exēplarem. Aaron etiā hoc retulisse Moysi in suam excusationem. Similiter & Moyses redarguisset populum de homicidio tam nefando, nullum tamen istorum legitur, unde dicta Ra. Sa. in hoc loco sunt fictitia, B nec sequuntur eum in hoc alij expositores Hebraeorum.

ADDITIO III.

In eod. c. 32. vbi dicitur in post. Quod cum uidisset Aaron. Licet insania populi circa cultum istius idoli & eius venerationem maxima fuerit, non tamen verisimile est, quod quantumcunque appetitus in eis corrumperetur, quod iudicium rationis tantum in se extinctum fuisset, quod iudicasset rem penitus inanimatam fuisse Deum, nisi in eo apparerent aliqua signa monstruosa, vel quasi miraculosa, vnde quidā dicunt, & verisimiliter, quod ille vitulus videbatur exercere quaedam opera similia operibus vitae, sicut est comestio & huiusmodi, quod potuit esse operatione demonum, qui in vitulo fabricato hoc faciebant vt eos attraherent ad idolatriam, sicut solent facere, dando responsa in idolis, vt homines decipiant, prout communiter traditur in legendis sanctorum, & sic ille vitulus aureus non erat verus vitulus, sed inquantum videbatur comedere foenum. Dicitur in Psal. 55. c. fuisse similitudinem vituli comedentis foenum. Ad hoc etiam facit illud quod Aaron dixit Moysi: Egressus est uitulus iste, &c. vt infra patebit.

ADDITIO IIII.

In eod. cap. 32. vbi dicitur in postil secundum Ra. Sa. & alios doctores Heb. Secundum doctores Hebraeorum tantum quatuor praecepta erant in prima tabula, primū, s. Ego sum dominus, secundum, Non erunt tibi dii aliē. tertium: Nō assumes nomē domini tui in uanum. quartum: Memēto ut diem sabbathi sanctifices. Caetera uero sex in secunda tabula, quorum primum est. Honora patrem, &c.

ADDITIO V.

In eo. c. 32. vbi dicitur in postil. Haec autem fractio tabularum Fractio tabularum non uidetur esse propria significatio euacuationis legalium in aduentu Christi, principalia enim quae in tabulis continebantur erant moralia, & ualde propinqua iuri naturali, quae non sunt euacuata in aduentu Christi. Sed melius videtur dicendum, quod fractio tabularū significat translationem legis, de qua ad Heb. 7. b. Translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat. Vnde primę tabulę significabant legem veterem imperfectam, quam irritauerunt transgressores C secundae vero tabulae quae factae sunt post reconciliationem, significant legem nouam, per quam populus est Deo reconciliatus.

ADDITIO VI.

*Quō Aaron peccauit.*

In eo. ca. 32. vbi dicitur in post. Ideo videtur quod dixerit mendaciū d. Egressus est hic uitulus. Licet quidam Hebraeorum exposito. teneat, quod Aaron non peccauit in facto vituli, introducentes quasdam excusationes friuolas, ad quarum euacuationem sufficit autoritas scripturae, infra Deut. ix. c. vbi de hac materia tractans dicit: Aduersum quoque Aaron, &c. ex quo patet manifeste Aaron in hoc casu grauiter peccasse, non tamen videtur dicēdum (prout quidam uolunt) quod peccasset peccato idolatriae, quod quidem peccatum est maximum simpliciter inter peccata, ut habetur in gloss. Leuit. 15. Aaron enim non legitur adorasse nec coluisse vitulum, nec alios ad hoc induxisse, sed solum fecisse & fabricasse vitulum, & quia in hoc facto minus recto occasionem dedit alijs idolatrandi, idcirco proprie commisit peccatum scandali actiue, inquantum ex tali facto inordinato alijs praebuit occasionē ruinae. Circa quod attendēdum, quod talis ruina populi non fuit ab eo intenta, quod patet sic. Nam populus ab Aaron non petiuit, vt faceret sibi deos quos colerent, seu adorarent, sed dixerunt, Surge, fac nobis deos, qui nos praecedant, &c. scilicet ad ducatum itineris, vt nubes vel Angelus solebat eos praecedere in via, quibus non debebatur D diuinus cultus, ex pronitate tamen populi ad malum, facto vitulo, & apparentibus in eo operationibus diaboli aliquibus similitudinibus operū vitae, ut supra dictum est, statim adorauerunt, & dixerunt, Hi sunt dij tui Israel, & sic idololatria populi fuit omnino praeter mentem Aaron secuta, sicut nec in prima petitione populi hoc includebatur vt dictum est. Et huic sententiae consonat planus sensus literae, nam cum Moyses dixisset ad Aaron: Quid tibi fecit populus, ut induceres super eū peccatum magnum, In quibus verbis videbatur Moyses attribuere ipsi Aaron quod induxisset populum ad idololatriam quod est simpliciter peccatum magnum, vt dictum est. Ad hoc respondit Aaron excusans se ab hoc, quod populum ad idololatriam induxisset dicens: Tu enim nosti populum istum, quod pronus sit ad malum, &c. quibus verbis bene consideratis Aaron non excusauit se per timorē. dicens: Timui populum, sicut Saul 1. Reg. 15. f. sed ex pronitate populi ad malum. q. d. hoc peccatum tam magnum ex pronitate eorum ad malum processit, non ex inductione, nec intentione mea.

Quod Aaron probauit ex hoc quod sequitur. Duxerunt mihi, Fac nobis deos, qui nos praecedant, &c. id est, non petierant a me deos ad colendum vel ad adorandum, absit enim a me quod hoc facerem, & sequitur. Egressusque est uitulus iste, scilicet in tali similitudine vitae ꝙ populum inclinauit ad idololatriam, ut dictum fuit eo. ca. in additione 3. Nec curauit Aaron exprimere quod ipse formasset opere fusorio uitulum, quia hoc non fuit motiuum principale erroris populi, sed similitudo vitalis quae in eo erat, & sic compendiose narrauit ea quae ipse fecerat, ut in glo. Ex quibus patet quod Aaron excusauit se a peccato idolatriae, quod est maximum, non tamen a peccato scandali actiui, quod quidem scandalum fuit per accidens, non per se, eo quod fuit praeter intentionem, dictum est. Nec etiam mendacium locutus est Moysi, esset enim absurdum, quod per mendacia excusaret se a Moyse, qui a Deo nouerat veritatem facti. vnde Aug. in hoc loco prout in gl. Compendio E se locutus est Aaron, non dicens ꝙ ipse formauerit, vt exiret, an excusatione causa timendo mentitus est, tanquam in ignem periturum aurum proiecerit, atque ipso non id agente forma vituli exiuit, quod ideo non est credendum, quia nec latere Moysen poset uerum, cum quo Deus loquebatur, & fratrem de mendacio non redarguit.

Haec ille. Patet ergo ex sententia Augusti. quod non est dicendum, quod mendacium fuit locutus Aaron, tum quia loquebatur cum illo qui sciebat veritatem a deo, scilicet Moyse, tum quia non fuit redargutus de mendacio, &c. Si autem quaeratur, quid intendebat Aaron in fabricatione vituli, cum ipse sciebat ꝙ vitulus ille non posset deducere populum nec etiam intendebat, ut adoraretur vel coleretur vt Deus, Ad hoc potest dici forte ꝙ intendebat illudere populum, qui ipsum Aaron incitabat ad faciendum illud quod manifeste excedebat potentiam suā, scilicet facere deos qui eos praecederent, quod videtur ridiculum. Et isto modo legitur de Helia, qui illudendo prophetas Baal, vt patet 3. Reg. xviij. ca. dicebat eis: Clamare uoce maiori, deus enim uester in diuersorio est, forsitā loquitur, aut certe dormit, vt excitetur. Sciebat. n. Helias, quod ista quae dicebant de Baal non erāt vera, & tamen ut existimationem prophetarum Baal ostenderet esse fatuam, & inanem, sic illudebat eos. Similiter in proposito, cum Aaron sciuisset ipsum non posse facere quod petebant, finxit se tamen hoc attentare seu facere, forman do uitulum quem sciebat inutilem ad hoc quod petebant ipsi, ut astim aitionem eorum uanam esse ostenderet, quo quidem fabricato, quia per operationem diaboli in eo apparuerunt aliqua operā similia operibus uitae, ut dictū est, populus ex sua pronitate ad malum adorauerunt. Vnde licet intentio Aaron in hoc non fuerit peruersa, factum tamen eius fuit minus rectum, tanquam habens speciem mali, a qua est abstinendum iuxta doctrinam Apostoli 1. Thes. 5. d. Ab omni specie F mali abstinete uos & praesertim cum ipse nouisset pronitatem populi ad malū, & sic Aaron peccauit peccato scandali, quia per suum factum minus rectum praebuit populo occasionem ruinę. Nec est simile de uerbis Heliae ad prophetas Baal. Dicta enim Helia praedicta non praebuerunt occasionem ruinae prophetis Baal, quia tam ipsi erant pessimi idololatrae, sed hoc factum Aron licet non praebuerit causam perfectam idolatrandi, praebuit tamen occasionem, in quo manifestum est, quod grauiter peccauit, non peccato idololatrię uel mendacij, sed peccato scādali actiui, ut dictum est, quod quidem peccatū Aaron non celauit a Moyse, sed confessus est eum respondit. Ne indignetur dn̄s meus. q. d. licet merear indignationē ex facto inordinato, tamen factum sic contigit. Tu. n. nosti. exponatur, ut sup. unde et Moses non replicauit redarguē do eum de mendacio, nec a peccato magno idololatrię sed orauit Deum pro ipso seorsum a populo, & non cum tanta instantia orationis, ut patet Deutero. c. allegato, eo quod longe minus peccauerat quam populus. Si enim a peccato a Moyse sibi imposito se per mendacia excusaret, peruersius se haberet quam populus qui uindictam diuinam a Moyse illatam patienter sustinuit de quo non legitur populum restitisse, nec murmurasse. Ex qua quidem expositione literę consona tollitur quaedam obiectio malitiosa, quam quidam non bene sentientes in hoc loco



Digitized by Google

inducunt dicentes, quod Aaron qui idololatrare fecit populum, nec peccatum suum confessus est, sed potius per mendacia se excusauit, statim fuit assumptus ad summum sacerdotium, nulla mentione facta de poenitentia interposita. Quae quidem obiectio manifeste assumit falsum, ut patet ex dictis. Nec tamen peccatum Aaron debet multum aggrauari ex magnitudine nocumenti quod in populo fuit subsecutum, quia euentus sequens non addit ad malitiam seu bonitatem actus, nisi sit praeuisus & intentus ab agente, ut in prima secunda. quaest. 20. art. 5. in cor. q. quod non fuit in proposito, ut dictum est. Concordat etiam huic sententiae, quod immediate sequitur: Videns ergo Moyses populum quod nudatus esset, &c. Spoliauerat enim eum Aaron, &c. Circa quod considerandum, quod si populus ex inductione Aaron peccasset, ut contrarium opinantes dicunt, populus fuisset excusabilis saltem a tanto, cum in absentia Moysi ipsi Aaron debebant obedire tanquam rectori, & sic principalitas huius peccati erat attribuenda ipsi Aaron, tanquam principali actori & inductori, populo vero ex consequenti, sed quia sic non contigit in facto, vt dictum est, ideo huiusmodi peccatum principaliter fuit in populo, cui etiam principaliter poena debebatur, qua ratione Moyses tanquam iudex rectus primo inquisiuit, vtrum Aaron induxisset populum ad peccandum dicens: Quid fecit tibi populus, vt induceres super eum peccatum magnum? postquam vero certificatus est de opposito per responsionem Aaron, modo supra exposito, statim misit manum ad exercendam vindictam in transgressoribus. vnde sequitur. Stans in porta castrorum. vnde verba praedicta cum dicitur: Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus, &c. intelligenda sunt de manifestatione sceleris, prout in secunda expositione postillatoris, et est sensus, quod vidit Moyses per inquisitionem supradictam, quod huiusmodi scelus manifeste seu aperte erat in populo. vnde quod dicit: Nudauerat enim eum Aaron. intelligitur de hoc quod Aaron aperuit Moysi facti veritatem vt dictum est. Si autem dicatur quod Moysi non debuisset credere Aaron in hoc facto, eo quod loquebatur pro se, Dicendum quod Moyses rationabiliter confidebat Aaron in hoc, quod si forte illud peccatum magnum ex fragilitate vel alias commisisset, non illud celaret, sed potius confiteretur, & peteret veniam praesertim Moysi quem sciebat esse verum prophetam domini, ut dictum est. Licet enim quandoque contigit vt sancti viri incurrant magna peccata, tamen cum a Deo vel eius nuncio requiruntur, statim confitentur, vt legitur de Dauid 2. Reg. 12. d.

## ADDITIO VII.

Anoés Leuitę inculpabiles.

In eodem ca. 32. ubi dicitur in postilla, Ex hoc dicit Ra. Sa. quod nullus de filijs Leui. Haec opi. Rv. Sa. est communis apud omnes expositores Hebraeorum antiquos, non sic intelligēdo, quod nullus de Leuitis fuit culpabilis in facto vituli, quia forte multi eorum non restiterunt colentibus seu adorantibus, in quo erant culpabiles, non tamen idololatrauerunt cōsensu mentis, nec facto exteriori, prout clare & determinate Ra. Moy. Aegyptius tradit in suo Directore neutrorum, dicentes de idololatria ca. 1. Quod licet populus Israeliticus pluries idololatrasset seu ad idololatriam declinasset, Leuitae tamen nunquam idololatrauerunt, unde non ualet quod obijcitur de Aaron. Nam licet in fabricatione vituli non fuerit sine culpa, non tamen dicendum est quod idololatrauerit, vt in praecedenti additione ostensum est. Similiter videtur tenendum circa peccatum occisionis Christi, s. quod Leuitae prout a sacerdotibus distinguuntur, non fuerunt participes in illo crimine pessimo, in quo caeteri status Hebraeorum fuerunt rei, ut plenius Deo duce est tractandum in quadam additione super Ioh. 11.

Ad hoc autem quod obijcitur, de hoc quod dicit: Occidat vnusquisque fratrem suum, satis respondetur in postilla.

## ADDITIO VIII.

Liber vitę C

In eo. ca. 32. vbi dicitur in post. Sed tūc occurrit duplex difficultas. Secundum sanctum Th. in prima parte. q. 24. in responsione ad primum argu. Liber vitae posset dici tripliciter sicut et liber militiae. Primo enim modo potest dici liber vitae, scriptio eorum qui sunt electi ad vitam aeternam, sicut liber militię potest dici in quo scribuntur electi ad militiam. Secundo modo potest dici liber vitę, in quo scribuntur ea quae ducunt ad vitam aeternam, sicut liber militiae potest dici in quo traditur ars militaris, & isto modo nouum & vetus testamentum dicuntur liber vitae, prout in glo. super illud Ecclesia. 24. c. Haec omnia liber vitae sunt. Tertio modo potest dici liber vitae illa vis diuina qua fit, ut cuilibet in memoria reducantur facta sua, sicut & liber militiae dici potest in quo recitantur facta militum, & isto modo intelligitur illud Dan. 7. d. Libri aperti sunt. Quarto etiam modo dicitur liber iustorum, vt in 2. Reg. 1. cap. In quo libro facta exemplaria iustorum, vel sanctorum intelliguntur scribi ad memoriam futuram, unde in proposito licet a libro uitae primo modo vel tertio modo intellecto Moyses non petiuisset deleri, petiuit tamen deleri a libro vitae secundo & quarto modo intellecto, petebat enim Moyses, quod lex non denominaretur nomine suo, nec etiam quod gesta sua in eductione populi de Aegypto & in alijs similibus in memoriam reducerentur, ex quo populus propter quem laborauerat erat perpetuo condemnandus. Quod autem dicitur in Psalm. 68. f. Deleantur de libro uiuentium, &c. intelligitur de libro vitae primo modo intellecto, eo quod in libro sic intellecto dicuntur scribi aliqui secundum quid prout in postilla, secundam istam expositionem Moyses non petiuit aliquid impossibile, nec contra charitatem, ut patet consideranti, et quia etiam talis deletio a libro secundo & quarto modis accepto videtur habere rationem poenae, ideo respondet dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. q. d. tu qui non peccasti, non debes deleri.

## ADDITIO IX.

In eod. capit. 32. vbi dicitur in postilla, Ex hoc autem quod dicit Ra. Sa. quod in omni infortunio. Rationabiliter obijcit postillator contra asserentes, quod per diem vltionis intelligitur hic captiuitas Babylonica vel Romanorum, prout in postilla. Potest etiam vlterius confirmari prima ratio postillatoris, quae sumitur ab autoritate veteris testamenti sic. Nam ratio quasi Deus reddit iniquitatem patrum filijs ac nepotib. in tertiam & quartam generationem, communiter sumitur ex hoc quod filij & nepotes pluries inueniuntur imitatores paterni sceleris, quod non habet locum in peccato vituli, quod peccatum omnes committentes dimiserunt, & pro eo sustinuerunt diuinam vltionem patienter, vt patet expresse in hoc cap. similiter in seq. ca. habetur, quod populus luxit, & in signum tristitiae & contritionis deposuerunt ornamenta sua. Postremi etiam eorum vsque in praesentem diem hoc peccatum, s. vituli detestantur, vt est manifestum. Vnde dicere, quod Deus exercet in eis vindictam propter hoc peccatum etiam hodiernis temporibus, videtur dicere contra diuinam misericordiam, quae nunquam poenitentib. & dimittentibus peccata, dimittere denegat. Item circa hoc attendendum est, quod haec expositio Rab. Sal. in hoc loco non est solum falsa, sed etiam malitiose fabricata. Nituntur enim celare, quod destructio ciuitatis Ierusalem per Titum & Vespasianum facta, quae fuit acerbissima, similiter & captiuitas eorum hodierna quae excedit caeteras in duratione & ignominia & huiusmodi, fuerunt sicut & sunt in vltionem occisionis Christi ab eis inductae, & ideo uolunt ista attribuere peccato vituli, quod nullum habet fundamentum, prout Deo duce uidebitur, ubi proprie de hac materia fuerit tractandum. E

REPLICA correctorij contra Burg. fingentem in ca. 32. cum postillator exponeret illum locum. Quod cum vidisset Aaron aedificauit coram eo altare, per hunc modum, quod Aaron uidens populi maximam pronitatem ad uituli adorationem, nitebatur impedire per dilationes, sperans reditum Moysi, & sic aedificauit altare, aedificatio altari fecit proclamationem solennitatis in crastinum, &c. Hic Burg. dicit, quod verisimiliter usus est populo uitulus ille exercere quaedam opera similia operibus uitae, sicut est comedere, & caetera huiusmodi, quod fieri potuit illusione daemonum, & caetera quę ibi ponit. Hęc autē Burg. cum fingentibus fingit, ut excuset insaniam populi Iudaici, cum aliquando Iudaeus fuerit, quasi iudicium rationis in eis non fuerit sic absorptum, ut crederent rem penitus inanimatam esse Deum. Simile arg. potest fieri, si uitulum uiuum crederet esse Deum, & multo fortius conflatilem comedentem foenum crederet esse Deum, non enim oportet hic dubitare de oppressione iudicij rationis per malitiam populi abundantem & fortissimam complacentiam ad idolatrandum. Quis enim dubitabit iudicium rationis absorptum, ubi traduntur obliuioni ea etiam quę in uacuis mentibus haberent de quibus dicitur Psal. 105. d. Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Chanaan, terribilia in mari rubro. Vbi uideatur glossa magistralis de extrema illius populi obcaecatione, vnde ad eorum insaniam palliandam non oportet fingere uitulum illum comedisse. Nam Beatus Aug. primo mirabilium sacrę scripturae cap. 15. vult quod filij Israel in deserto cum adorare idolum uellent, non aliam statuam quam uitulum fecerunt, quia uitulus in Aegypto iuxta sepulchrum Ioseph sculptus adorabatur ab Aegyptijs, a quibus Iudaei didicerunt, uide ibi Beatum August. Idem dicit glo. interli. infra super uerbo. Fecit eis uitulum, &c. & tamen in Aegypto illum uitulum comedere non uiderunt, nec prędicta figmenta sunt ad propositum literae praesentis, cum dicitur. Quod cum vidisset Aaron, aedificauit coram eo altare, &c. Nam hic non dicitur populus in uitulo aliquid uidisse, sed solus Aaron quem constat circa uitulum deceptum non fuisse, quasi per operationem diabolicam inclinatus fuisset ad uitulum colendum, quia & ipse Burgen. nullum malum imponit ipsi Aaron nisi factū scandali actiui, & cum sufficeret ad illam infamiam populi malitia & pronitas ad idolatrandū, non est theologice dictum, quod diuina permissio accesserit, permittendo dęmones, ut per huiusmodi exercitiū uitę in uitulo populum sic peculiariter deductū seducerent, & alia pars excusationis illi

Anvitulus fecerit aliqua opera vitę.

Quaestio.

Nota. F

A illi populo remaneret, quasi seductus esset Deo permittente, propterea similitudo de paganis recipientibus responsa in idolis, & istis pessimis Iudaeis quam Burgensis adducit, non valet, nec probat vitulum conflatilem apparenter comedisse, per hoc quod adducit de Psalmo: In similitudine uituli comedentis foenum: quia non vult litera Psalmi quod conflatile comestionem exercuerit, vel aliquod alind opus simile operi vitae, sed quod verus vitulus comederit foenum, cui istud idolum fuit simile in figura & forma artificiali, non in actu comedendi, ideo dicitur eos mutasse gloriam Dei non in vitulum, sed in similitudinem, id est idolum & imaginem veri vituli comedentis foenum. Nec ideo dixit Aaron: Egressus est hic uitulus quasi gressus ille vituli aliquid operis vitae ostenderit, quia egressus ille fuit opere fusorio, prout probat beatus August. & glo. supra praeallegat.

In eod. capit. vbi postillator dicit fractionem tabularum significare legis veteris euacuationem tempore euangelij: Burgensis dicit significare translationem, vtrunque potest stare secundum diuersam applicationem. Allegoricè neutrum tamen ad literalem sensum videtur pertinere.

In eod. cap. ponit Burgensis digressionem modicum facientem ad literae veritatem, quia multa extra literam praesupponit contra quandã B sui ipsius regulam praetensam positam in quaestione sua praeambula. Supponit enim, quod vitulus sit visus a populo exercere opera vitae, vt comedere & huiusmodi, quod ex litera non habetur, vt supra ostensum est in correctorio primo huius ca. Item supponit quod populus non petiuit Deos vt coleret, sed vt haberet eos ductores, quod etiam ex litera non sequitur, imo ex litera iuncta glosa habetur oppositum, quia dicitur in glosa interli. super verbo: Fecit eis vitulum bouem in Aegypto adorauerunt, & fortassis aliud idolum non suscepissent, vnde patet quod populus petijt Deos quo coleret, imo vt ductores eos nemo expeteret, nisi eis cultum exhibere proposuisset, a quo enim quis petit in ea necessitate conductus beneficium, restat vt ei debitum exhibeat cultum ad Deum verum, cum non habuisset recursum ad Deos postulatos habebat animum inclinatum vt videtur, nec petierunt eos vt columnam vel angelum, quia huiusmodi in scripturis Deos vocari non consuetum. Supponit Burgensis tertio, quod Aaron coram Moyse se non excusauit prae timore, quasi populum pronum ad occidendum timuisset, quia pronitatem populi ad malum, ad solam idolatriam restringit. Sed huius suppositionis oppositum patet ex litera iuncta glo. interl. super verbo: Tollite inaures &c. Ibi enim dicitur: Non est ausus resistere, quia sciebat populum pronum ad occidendum. Item Burgensis nititur Aaron excusare a mendacio quasi Moysi qui cum Deo locutus fuit, mentiri non posset, & quia Moyses D eum de mendacio non redarguit: Sed istae rationes non sunt sufficientes. Deus enim loquendo prophetis non loquitur semper de omnibus, imo quaedam celat, prout dixit Helisaeus 4. Reg. 4. Dominus celauit a me, & non indicauit mihi. In proposito enim patet ex litera, quod Deus Moysi peccatum Aaron non specificauit, quia eum redarguit quasi populum ad idololatriam induxisset, de quo se excusauit, vt dicit Burgensis in eadem digressione. Patet igitur primam rationem non valere: Nec secunda valet, quia non sequitur: Moyses non redarguit Aaron de mendacio, igitur mentitus non fuit, fortasse mendacium eius non attendit, sed Deo supplicando commisit. Caetera quae in hac digressione ponit, transeant vt addita, cum contra postillatorem militare non videantur.

Item in eod. cap. vbi postillator exponit, quomodo Moyses se petijt deleri de libro vitae &c. Burgensis addit quasdam inuolutiones dicens. Librum vitae accipi tribus modis. Primo modo pro inscriptione ad vitam aeternam, & illo modo dicit Moysen non petiisse se deleri. Sed hoc dictum est contra beatum August. & glo. dicentes: Securus quidem hoc dixit, vt a sequentibus ratiocinatio concludatur, id est vt quia Deus non deleret Moysen de libro suo, populo illud peccatum remitteret &c. vnde patet librum vitae hic accipi pro inscriptione ad vitam aeternam, de alijs enim acceptionibus libri quas ponit Burgensis non esset talis cõsequentia ad propositum. E Quid enim magnum sit Moyses non scriberetur in biblia quam dicit Burgen. librum vitae secundo modo dictum? Ad propositum consequentiae quam bea. Augustin. intendit, & glos. est quod vt diuina ad memoriam reducantur facta cuiuslibet, quam dicit librum vitae tertio modo dictum, quia hac diuina vis est liber apertus, & erit tam bonis vel malis, vt dicitur in glos. Dan. vij. Similiter de libro quarto modo dicto, quia ille non dicitur simpliciter liber vitae sanctorum, in quo scripta sunt facta exemplaria iustorum, nõ enim magnum est in illo libro non scribi, quia multorum sanctorum gesta non sunt, imo & multa gesta sancti sanctorum scripta non sunt, vt dicitur Iohan. vlti. Cum illa igitur distinctione Burgensis modicum facit ad veritatem literae, nec respondeo rationibus postillatoris, quae faciunt contra quaestionem principalem, sed nec conclusio Burgensis potest esse vera, qua dicit quod Moyses solum petiuit deleri de libro vitae, secundo & quarto modo dicto, quia ad petitionem Moysi dominus respondit, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, certum tamen est multo sanctos qui domino fuerunt grati in libro & quarto modo dicto non scribi, quia nec in libro scripturae nec in libro vitae sanctorum.

CAP. XXXIII.

Qõ. 149. Locutusque &c. Vade &c. AVG. Deus iratus videtur dicere. Tu & populus tuus quem eduxisti. alioquin dixisset: Tu & populus meus quem eduxi. Sed quando idolum poposcerunt, ita locuti sunt. Moyses hic homo, qui eduxit nos de terra Aegypti, &c. liberationẽ suam in homine cõstituendo. Hoc eis modo replicatur, cũ dicitur. Tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti: quod illis crimen est, non Moysi. Volebat.n. Moyses, vt in domino spem ponerent, & in eius misericordia, se ab illa seruitute liberatos crederẽt, cuius tamen apud Deum erat tantum meritum per Dei gratiam, vt ei diceret: Sine me, † vt irascar cõtra eos. Quod vtrunque iubentis sit, cum ait. Sine me, aut quasi petentis, vtrunque vr̃ ab surdum Nam si Deus iubebat, famulus inobedienter nõ parebat, & Deum hoc a seruo pro beneficio petere nõ decebat, qui poterat eos etiam ipso nolente conterere. Significat ergo his verbis Deus velut plurimum prodesse apud se illi populo, sic ab illo viro diligi, quem tã dominus diligebat, vt eo modo admoneremur cum merita nostra nos grauant nę diligamur a Deo, releuari nos apud eum illorũ meritis, posse quos vere diligit. Nã cum a Deo dr̃ homini, Sine me & conteram eos, hoc est, contererem eos, nisi diligerentur a te. Quasi, noli eos diligere, & conterã eos, quia ne id faciam dilectio tua intercedit. Obtemperandum esset dño dicenti. Noli eos diligere, si hoc iuben do dixisset, & non potius admonẽdo & exprimendo, quid illum ab eorum supplicio reuocaret, nec tamen etiam illo intercedente, sine flagello disciplinae populum deliquit. Nescio enim quomodo, vt sic eos diligeret ipse Moyses, Deus illos occultius diligebat, qui manifesta voce terrebat.

† & iratus conteram eos.

Gen. 22 g.

## CAP. XXXIII.

Locutusque est dominus ad Moysen dicens: 1 a Vade, + ascende de loco isto, tu & po- 2 b pulus tuus quem eduxisti de terra Aegy- 3 pti, in terram quam iuraui Abraham, 4

a Non meus. b Non ego. Sicut supra dictum est.

a Hic ostendit se pro patribus hoc facere non quia illi sint indigni.

:* &

b Vade, &c. AVG. Continuo tanquam ad ipsum Moysen, adhuc loquatur occulta conuersione quę Graece apostrophe dr̃, ait ad populum. Mittã angelum meum ante te &c. Magna & mira sacri profunditas, tanquam maiorẽ misericordiam posset angelus hr̃e, quam dominus, qui populo durae ceruicis parceret, & tamen per

Qõ. 150.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIII.

Diuisio. Locutusque est dominus ad Moys. Hic consequenter ponitur domini responsio in speciali & magis explicita, & primo quã tum ad aliquid quod videbatur durum, secundo quantum ad il quod est gratiosum ibi: Dixit autem Moyses. Adhuc primo ponitur dicta responsio, secundo populi increpatio, ibi: Dixitque dominus. Petitio autem Moysi includebat, quod dominus deduceret eos ad terram promissam, & dominus responderat, quod daret eis angelum ducem, ideo hic explicatur qualiter intelligitur, cum dicitur.

Gen. 12. c.

2 Vade ascende de lo. Hic dicitur quia terra promissionis altior est quam desertum in quo erant.

3 Tu & populus tuus quem edu. de ter. & non additur hic tuus quia dominus iam incipiebat illi populo reconciliari.

4 In terrã quã iur. Abra. Isaac, & Iac. di. vt habetur Gene. 22. g.

* Quia

per angelum se quodāmodo absente qui nusquam abesse potest, implere se dicit, quod patrib. eorum iurauit, tanq̄ & hic ondens se hoc facere, quia patrib. promisit, non quod isti essent digni. Quid ergo significat, nisi forte ideo se nō esse cum eis qui duræ ceruicis sunt, quia nō eum propitiū & salubrem nisi humilitas & pietas capit. Esse autem Deum cum duræ ceruicis hoībus, nihil est aliud quam vindicando adesse atq; puniendo. vnde. *Auerte faciē tuam a peccatis meis, quia si aduerterit, euertit. Sicut enim fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie domini.*

Psal. 50. e. Psal. 67. a. quomodo Deus adest homin ib. in medio tui.

a *Mittam præcursorem.* AVG. Deus cum iustis est visitando, miserendo, & confortādo, cum impiis vero vlciscendo & puniendo. Et est sensus. Cū his non possum esse propter te, vt vindicē & puniam, nec propter eos ut uisitem & conforte m, mittā angelum meum saltē.

Qō. 150. † momēto vno vel vno impetu.

✻ RVPERTVS. Ergo *angelus meus præcedet te* (inquit) siue, *emittam præcursorem tui angelum*, subauditur, ad hoc tantum vt intres in terram Chananæorum, non eris ad hoc vt intres in terram viuentiū. Non.n. sum Deus tuus non tu ipse es populus meus. Nam hoc est quod dicit, *Non enim ascendam tecum, &c.* ac si dicat, qm̄ populus duræ ceruicis es, non tibi expedit, ut me Deum tuum nomines, vt culturam meā profitearis, vt leges meas baiules, ad præuaricandū tam pronus & facilis. Leuius enim multo est Deum nescire, quā cognitum irritare.

Libr. 4. in Exo. c. 31. † querebat dominum Chald. in terp. q que rebat doctrinam a facie dn̄i.

b *Audiens populus.* SABAN. Pessimum sermonem dicit audiuisse populum, hoc est crudelissimū atq; mestissimū. Quod .n. maius alicui præstari pōt beneficium, quam Dei gratiā hr̄e p̄ntem, ac conditorē suum agnoscere sibi esse propitium? Aut quod maius est discrimen, quam autoris sufferre iram? Nihil habet boni, qui creatoris sui carebit gratia atque presentia.

† Iosu. 24. c.

c *Tollens taber. &c.* Hoc p̄ prolepsim accipiendum, si de illo tabernaculo accipit, quod Moysi in monte monstratū est, & fabricatum præcipiente domino, a Beseleel & Ooliab. Vel aliud tabernaculū fuit, ad quod iam conueniebant ad iudicandum.

✻ HVGO VICTORINVS. Prope montem erat tabernaculum, quandiu Moyses morabatur in monte. Et ibi Aaron & Septuaginta seniores tractabāt de dubiis quæ ferebantur ad eos de castris. Postquam autē populus peccauit, & Moyses descēdit, præcepitq; Dominus vt tabernaculum remoueretur a monte Horeb uersus populū, Moyses vero tunc extra castra, non intra, ipsum locauit. Vocauitque nomen eius tabernaculum fœderis. Non modo, sed ante, ut plusquamperfecto perfectum accipiamus.

d *Cumque egrederetur, &c.* GREGORIVS. Hebræus populus de Aegyptiaca

---

a Isaac, & Iacob dicens: Semini tuo dabo eam. † Et mit-[1]tam præcursorem tui angelum, vt eiiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pheresæum, & Heuæum, & Iebusæum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non[2] enim ascendam † tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne[3] b forte disperdam te in via. Audiens populus sermonem hunc[4][5] pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Di-[6][7] xitq; dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel: Populus duræ[8][9] ceruicis es, † semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam[10][11] nunc depone ornatū tuū, vt sciam quid faciam tibi. Deposue-[12] runt ergo filii Israel ornatum suum a monte Horeb. Moy-[13] c ses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra pro-[14] cul, vocauitque nomen eius tabernaculum fœderis. Et o-[15][16] mnis populus, qui † habebat aliquam quæstionem, egredie-[17] d batur ad tabernaculum fœderis extra castra. Cumque egre-[18] deretur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs,[19]

Interlinear: a Quem Christum possumus intelligere, qui est angelus magni consilii, qui præsentia carnis humanum genus visitauit, & peccata dimisit. — Ecclesiam simplici & perfecta doctrina abundantem. — Quia indigni gratia mea & præsentiæ meæ consolatione. — Populum tuum. — Quia Deum offenderat. — Vt habitu quoque pœnitentiam demonstraret. — Mœstissimum. — Misertus est & dilectis. — Misertus, i. lugentibus. — Indomitæ superbiæ. — a Babylonicam captiuitatem, vel Romanam, vel vltimi iudicii vindictam minatur. — a Manifestam Dei præsentiam qua illi populo per angelum apparebat, vel quod in castra erat in medio eorum quo orationis consulendi gratia confluebat populus. — b Id est scire faciam te quantum mali perpetraueris, quo mea præsentia & angelica visitatio ne priuaris. Nam ab illo die non ita manifeste apparuit Deus illi populo. — a Prędicator alta loquendo. — b Supernæ habitationis. — c Voluntate.

---

NICOLAVS DE LYRA.

C ✻ Quia fecisti hāc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito pp me, bn̄dicā & multiplicabo semē tuū, sicut stellas cęli, &c.

1 Et mittā præcur. &c. *supra. 13. d. dicitur, Scrabrones. Dicendum quod omnia quæ fecerunt ad eiectionem populorum de terra Chanaan, fuerunt facta ministerio angelico.*

Deut. 7. c. supr. 23. c.

2 Et intres in terram &c. *Per hoc intelligitur abundantia lactis & mellis in terra promissionis, quia in plurib. locis est multum pascualis. Apes etiam ibi mellificant absque solicitudine humana.*

3 Non enim &c. *id est non ero ductor vel comes tui itineris per meipsum, hoc superius in sua responsione non expresserat, ideo hic explicat, vt sic intelligatur angelus ductor, & non dominus cum eo. Sciendum tamen, quod cum Deus sit vbiq;, non sic intelligendum est, quin esset cum eis per essentiam, potentiam, & præsentiam, sed quod non adesset eis per miraculorum operationem sicut ante fuerat.*

4 Quia populus &c. *& ideo indignus talib. beneficijs diuinis.*

5 Ne forte &c. *non est per hoc intelligendum, quod angelus de quo dixerat, quod esset eis ductor, esset misericordior ipso Deo, sed quod si adesset Dei præsentia modo prædicto, ex hoc rebellio populi esset grauior, & per consequens grauius punienda.*

6 Audiens populus &c. *s. quod Deus non adesset eis in adminiculis, sicut antea.*

7 Luxit &c. *id est, honestiorib. vestimentis in signum tristitiæ.*

8 Dixitque do. *Hic consequenter ad aggrauationem ponitur increpatio populi, cum dicitur.*

Comminatio Dei ad delendum.

9 Populus duræ ceruicis es. *id est superioribus rebellis & cōtumax in malis.*

10 Semel ascen. &c. *non ad consolandum, sed ad puniendum propter tuam duritiam.*

11 Et delebo te. *ita quod non remaneat memoria tui. Ista comminatio Dei sicut & aliæ in sacra scriptura communiter posita, intelligitur sub conditione, s. nisi pœnitentias & corrigas te, sicut dicitur de Niniuitis, Ionæ 3. b* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur, *quæ tamen non fuit subuersa, eo quod pœnitentiam egerunt, & sic fuit in proposito.*

12 Iam nunc depone ornatum tuum. *Dicunt aliqui quod iste ornatus erat paruum tabernaculum, in quo cum Moyse conueniebant senes ad tractandum negotia populi, & offerebantur oblationes ante constructionem magni tabernaculi. Sed hoc non videtur verum, quia post depositionem ornamenti hic dicti, statim subditur de amotione illius tabernaculi, vt patet in litera; & ideo dicit Rab. Salomon quod per ornatum hic dictum, non intelliguntur pretiosa vestimenta, quæ iā deposuerant, vt prædictum est, sed intelliguntur coronæ quas sibi principales populi imposuerant in die dationis legis. quando dominus locutus est eis decem verba, vt dictum est supra xx. ca. Tunc.n. populus fuit Deo desponsatus per susceptionem legis. & ideo fuerunt coronati ad modum sponsæ, & has coronas non deposuerant, ad ostendendum quod volebant esse subiecti legi, sed quia peccauerant per idololatriam, & tabulæ legis erant fractæ, ideo ad eorum confusionem & humilitationem præcepit dominus eas deponi.*

F Homi. 13. in Ezech. Ornatum deponere.

13 Vt sciam quid fa. tibi. *i. pro te, si videro te humiliatum, nec intelligendum est per hoc quod Deus aliquid cognoscat de nouo, sed quia ex mutatione populi de superbia in humilitatem apparet quid illi populo condecens sit fieri a Deo.*

14 Deposuerūt ergo fili i Israel ornatum, &c. *id est coronas eis impositas iuxta montem Horeb in datione legis.*

15 Moyses quoque tollens tabernaculum. *in quo conueniebāt ad eum senes, vt dictum est.*

16 Tetēdit extra castra procul. *s. duobus millibus cubitis longe a castris, vt dicit Ra. Sa. & hoc etiam factum est ad humiliationem populi, sicut de coronis dictum est, quia sicut Deus reddebat se elongatū a filijs Israel, dicens quod nō ascenderet cum eis, ita & Moyses, qui erat medius inter populum & Deum, se elongauit a castris.*

17 Vocauitque nomē eius tabernaculum fœderis, &c. *Tū quia dominus ibi cum eo familiariter loquebatur, vt habetur infra, Tum quia ibi decidebantur causæ quæ poterant esse causa cōtentionis & discordiæ in populo, ideo subditur,* Et omnis populus qui ha. ali. quęst. &c.

18 Cumq; egre. Moyses. *s. de castris vt iret ad tabernaculum.*

19 Surgebat vni. &c. *ad faciendum reuerentiam Moysi, tanquam prælato & superiori.*

Aegyptiaca seruitute liberatus, cũ loquente Deo colũnã nubis cerneret, vnusquisq; in tabernaculi sui foribus stabat & adorabat. Vnde dicitur: *Cumq; egrederetur Moyses, &c.* Quid est enim populũ columnam nubis aspicere, & in tabernaculi sui foribus stare & adorare, nisi quia cũ mens humana illa superioria & cęlestia vtcunque in ęnigmate conspicit, iã claustra corporeæ habitationis p subleuatã cogitationem exit, & illum humiliter adorat, cuius si substãtiam videre non valet, iam tamen eius potentiã per illuminationẽ spirit⁹ miratur. Et cum Moyses tabernaculum ingreditur, eius terga populus aspicit, & in papilionum suorum ostio cõsistit: qa prædicator cum alta de Deo loquitur, supernæ habitationis iam vtcunque tabernaculum ingreditur, cui⁹ prædicationis officiũ & virtutem, si iã mi plene pẽsare nõ possunt, tamen velut terga aspiciunt, quia postrema quæ valẽt per intellectum sequuntur, sed in ipsis minimis quę capere sufficiunt, iam de suis papillionib. quasi excũt & in ostiis stant, qa habitacula carnis relinquere, & ad illa æternæ vitæ gaudia, q̃ audiũt pgredi conãt.

Mysticè. A — † surgebãt que. † singuli i ostio tabernaculi sui. † 8. q. 1. ca. Moyses de pe. dist. 2. §. opponitur. B — † est. — † quod populus tuus est gẽs hęc

a *Aspiciebantq; &c.* STRABVS. Moyses tenet figuram legis. Moysi ergo tergũ populus Iudaicus aspiciebat, quia nihil mysticũ, nihil spirituale in lege voluit intelligere, sed superficiẽ tantũ literæ. Ideo eius facies abscondita erat, id est, vera & mera cognitio. Ingresso illo tabernaculũ, descẽdebat columna nubis, & stabat ad ostiũ. Alia translatio dicit, quod Moysi volente ingredi tabernaculũ, opponebat se nubes ante & phibebat eum. Hic autem dicit, quod illo ingresso loquebatur nubes ante ostiũ cum eo. Sciendum ergo quod aliquam partem ingrediebatur atriũ, scilicet & tunc antequam intraret tabernaculum, opponebat se nubes hoc ergo loco significat eos q min⁹ sunt pfecti scientia & opere, nec valẽt intima scripturarũ penetrare. Alibi autẽ quando mediũ nebulæ ingressus est, perfectorũ figuram tenuit scilicet, qui mysticorũ sensuum arcana inuestigant.

C

b *Loquebatur autem do.* Secũdum opinionem populi loquitur scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, cũ per subiectam creaturam, id est per angelum & nubem ei loqueretur & appareret. Nam eius substãtiam nec hominum nec angelorum (sicut est) quisquam uidere potuit, unde: *Regi autem seculorum immortali, inuisibili, &c.* Et alibi: *Lucem habitat inaccessibilem, &c.*

1. Tim. 1. d 1. Tim. 6. c

❋ AMBROSIVS. Quadraginta dierum noctiumque ieiunio meruit Moses cũ Deo loqui, stare & consistere. Quamuis enim illũ ab obtutibus Dei humana cõditio subtraheret, ieiuniorum tamen gratia, proximum illum diuinitatis consortio faciebat. Hęc enim in nobis uirtutum Dei portio est, ut ieiunemus frequenter, quoniã semper Deus ipse ieiunat. Vnde Christus uirtutes suas quadraginta dierum noctiumque ieiunio dedicauit, ut ostenderet nõ panem esse uitam hominum.

Sermo 17. — D — E — † ante — † viam.

GREG: Facies Dei cognitio eius est. Cognoscit aũt Deus per speculum, cognoscitur per seipsũ. Per speculũ hic, p semetipsum in cęlo. Speculũ vero est illa lux, quam habitat Deus: ipse autem lux illã, quæ ipse est.

In 1. Reg. cap. 10. — F

HVGO VICTORINVS. *Ostende mihi faciem tuam*, id est, præsentiam.

c *Si ergo inue. gratiam, &c.* AVG. His uerbis ostẽdit Moyses, q non ita uidebat Deũ familiari cõspectu, ut desiderabat: qa oẽs illæ uisiones Dei, q̃ mortalium pręebantur aspectibus, & ex quib. fiebat son⁹ quo mortalis attingeretur auditus, sic exhibebant assumptę, sicut Deus uolebat specie quã uolebat: ut non in eis ipsa ullo sensu corporis sentiretur diuina natura, q̃ inuisibilis ubiq; tota est, & nullo ptinetur loco. Et qa in duob. pceptis dilectiõis. s. Dei & proximi totã lex pẽdet, ideo Moyses i utroq; suũ desideriũ demõstrabat. In dilectiõe. s. Dei ubi ait. *Si inueni gratiã in cõspectu tuo, ostende mihi teipsum, &c.* In dilectiõe aũt pximi, ubi ait, et ut sciã qa popul⁹ tu⁹ est gẽs hęc, etc. ☞ Premissum

Quæstio

---

a ¶ In egressu, id est corporeæ habitationis. b ¶ Papilio est tentorium a similitudine volatilis sic dictum. c ¶ Alias respiciebant.

a & stabat vnusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantq;
a ¶ Sequentes scilicet per intellectum postrema quæ possunt. ¶ Cælestis habitationis.
tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso au-
a ¶ Illuminatio Spiritussancti. b ¶ Quia conspicit populus cælestia vtcunque in enigmate.
tem illo tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, 1
& stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse, cernẽtibus
vniuersis, quòd columna nubis staret † ad ostiũ tabernaculi.
† Stabantque ipsi, & adorabant † per fores tabernaculorum 2
¶ Manifesta visione.
b suorum. † Loquebatur autem dominus ad Moysen facie 3
ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Cum- 4
a ¶ Christus cum ecclesia est vsque ad consummationem seculi, & semper pronuntiabatur in lege, quamuis occultus.
que ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, 5 6
a ¶ Quia si ad necessaria corporis secedebat statim redibat.
b ¶ Non quod remaneret in tabernaculo, sed in quolibet loco atrij sibi constituto 7
puer non recedebat de tabernaculo. Dixit autem Moyses 8
ad Dominum: Præcipis vt educam populum istum, & non 9
indicas mihi quem missurus † es mecum, prę sertim cùm di- 10
¶ Approbaui.
xeris: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Si
c ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostẽde mihi † faciem 11
tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: Re-
spice † populũ tuũ gẽtem hanc. Dixitq; dominus: Facies mea 12

---

NICOLAVS DE LYRA.

❋ 1 Descendebat columna nubis. *ad designandum Dei præsentiam specialem.*

2 Et adorabant. *s. deitatem signo visibili apparentem.*

3 Loquebatur autem &c. *id est valde familiariter, ideo subditur.*

4 Sicut loqui, &c. *non enim tunc vidit diuinam essentiam, quia cum peteret hoc, dixit ei dominus. Non poteris videre faciem meam, ut infra habetur.*

5 Cumque ille re. &c. *ad visitandum populum post collocutionem cum Deo.*

6 Minister, &c. *id est inuenis respectu Moysi tamen non erat ita iuuenis quin iam fuisset factus dux exercitus in prælio cõtra Amalech, vt dictum est supra 17. c. Accipitur hic etiam puer, id est minister, sicut & in pluribus alijs locis scripturæ.*

Diuisio. 7 Dixit autem Moyses. *Hic consequenter ponitur domini responsio gratiosa, & primo quantum ad deductionem populi ad terram promissionis: secundo quantum ad reputationem legis in principio sequentis ca. Adhuc primo ponitur domini responsio gratiosa, respectu Moysi & populi communiter: secundo respectu Moysi singulariter ibi, que ait.* Ostẽde mihi gloriam tuam. *Circa primum præmittitur insinuatio Moysi dicentis domino.*

8 Præcipis

8 Præcipis ut educam populum. *s. de loco isto. Dixerat enim ei dominum ca. præ. Vade, & duc populum, &c.*

9 Et non indi. mi. quem missurus, &c. *qui, scilicet sit ad pacem meam & populi, licet enim dominus dixisset ei, quod mitteret angelum cum eis, hoc tamen non sufficiebat Moysi, nisi dominus assisteret ei modo prædicto.*

10 Præsertim cum dixeris, noui te. &c. *quod est signum magnæ dilectionis tanti domini ad seruum suum, & per hoc insinuat Moyses, q̃ non debebat esse contentus alio ductore, nisi ipse dominus cum hoc eos duceret, vt patet ex sequentibus, ideo concludit.*

11 Ostende mihi faciem tuam: *id est, te mihi familiarem, sicut ante fabricationem vituli de ducendo me & populum istum per teipsum, vnde in Hebræo habetur.* Ostende mihi. דרכך derache ca, *id est uiã tuam. Ex quo patet quod adhuc non petebat Moyses visionem diuinæ essentiæ, sed in petitionibus suis procedebat ordinate a minoribus ad maiora, prout inueniebat sibi Deum propitium in responsionibus, vnde subditur.*

12 Dixitque domi. Facies mea præcedet &c. *Id est, egomet deducam te sicut tu petis. Verùm tamen quin ista responsio non se extẽdit expresse nisi ad Moysen, ideo petit vltra Moyses, quod se extendat ad populum dicens.*

❋ 1 Si non

MORALITER.

❋ In hoc capitulo dicitur.

3 *Loquebatur dominus ad Moysen, &c.* Per quem significatur homo quicunq; perfectus in cõtemplatione præsentis vitę quæ consistit

consistit in oratione, & scripturę sacrę meditatione. Nam in oratione homo cum Deo loquitur, & in lectiõe sacrę scripturæ Deus loquitur cũ homine, & quoniam talis contemplatio nem patriæ cælestis, desiderat, subditur.

❋ *Ostende*

Præmissum est, *inuenisti gratiam in conspectu meo*, iterū postulat vt gratiam inueniat. Sanctis enim non sufficit vna gratia. Est enim gratia quæ præcedit, vt Deū cognoscant & diligāt: Est quę sequit, vt se mūdos & inuiolatos custodiāt & pficiāt.

A — Mat. 22. d. — Que. 153. Questi.

a *Et teipsum, &c.* AVGVSTI. *Quoniā scio te præ omnibus, &c.* Nunquid Deus plus aliqua scit, et aliqua minus? an secundū qd in euangelio dicitur quibusdam? *Nō noui vos.* Secundum hanc scientiā quā Deus, dicitur scire quæ illi placent, nescire quæ displicent, non quia ignorat ea, sed quia non approbat? Sicut quis recte dicitur nescire vitia cū improbet, & præ omnibus Mosen Deus sciebat, quia Deo præ omnibus placebat. Notandū est quod ipse Moses prius dixerat Deo *dixisti mihi: Scio te pre omnibus*, quod illi Deus postea quam hoc ipse dixit, legit dixisse, ante autē non legitur, vt intelligamus nō omnia esse scripta quę cum illo Deus locutus est, sed diligētius requirendū ēēt in prioribus scripturæ partibus, an verè sit ita.

Matt. 25. 3. — † diuidamur siue separemur.

¶ Vitam æternam.

præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses: Si non † tu- 1
ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire 2
poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in con- 3
spectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt † glorificemur ab
omnibus populis qui habitant super terram? Dixit autem dominus ad Moysen: Et verbum istud quod locutus es, faciam.

¶ Proprie & specialiter placuisti mihi.

a Inuenisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomi- 4
b ne. Qui ait: Ostende mihi gloriam tuā. Respondit: Ego osten 5 6

a ¶ Requiem æternam in qua est omne bonum in visione Dei, sicut Psalmista ait: satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 16. b. b ¶ Per prædicatores & apostolos meos inuocabor. c ¶ Filij mei, cuius incarnationem prædicabunt.

c dam omne* bonum tibi, & vocabo in nomine Domini co- 7 8

a ¶ O plebs Iudaica. ¶ Gratuita & spontanea est omnibus Dei misericordia, cum enim misereatur gratia est, cum indurari permittit, iustum iudicium est, quamuis occultum.

d rā te, † & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mi- 9

* meum. — † Ad Rō. 9. c. — Quæst. 154. — B

b *Ego ostendam.* AVGVST. Cum dixisset Moyses ad dominum: *Ostende mihi gloriam tuam.* Respondit: *Ego transibo ante te in gloria mea.* & vocabo in nomine domini coram te & mise. &c. cū paulo ante dixisset ipse: *Antecedam te, & requiem tibi dabo*, quod Moyses videtur sic accipisse: *Antecedam te*, tanquā nō populo in itinere præsens futurus esset, & ideo ait: *Si non tuipse veneris nobiscum, ne me educas hinc &c.* Deus autem neque ei hoc negauit, dicens: *Et hoc tibi verbum quod dixisti faciam.* Quomodo ergo cum dixisset ei Moyses: *Ostende mihi gloriam tuam.* Item tanquam præcessurus & nō simul cū eis futurus videtur dicere: *Ego transibo ante te*: nisi quia hoc aliud est. Ille enim intelligit dicere: *Trāsibo ante te*, de quo dicitur? *Cum venisset hora, quod trāsiret Iesus de hoc mundo ad patrem, &c.* Qui transitus pascha dicitur, ipse ante omnes sanctos transijt ad patrē de hoc seculo parare mansiones, quas dabit eis in resurrectione mortuū, quia transiturus ante omnes *primogenitus factus est à mortuis.* Gratiā vero suam valde commendat cū dicit, & vocabo nomen domini in conspectu tuo, tanquā in cōspectu populi Israel, cui Moyses ū hæc audiret typū gerebat. In conspectu enim illius gentis vbique dispersæ vocat dominus Christus in omnibus gentibus.

Ioā. 13. a. — Ioan. 14. a. — Quæst. 154. — C

c *Et vocabo.* AVGVST. *Vocabo* autē dixit, nō vocabor, actiuum verbū pro passiuo ponēs, genere locutionis inusitato, in quo forte significare voluit seipsum hoc facere, i. gratia sua fieri, vt uocetur dominus in omnibus gentibus.

D — Vbi sup.

d *Et miserebor, &c.* AVGVST. Quod addidit: *Et miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero*, Expressius ostendit vocationem, qua vocauit nos in regnū suū & gloriā suā, nō pro meritis nostris, sed pro misericordia sua. Quoniā enim egentes introductorū pollicebatur dicens: *Vocabo nomen domini in cōspectu tuo*, commendauit hoc se misericorditer facere vnde: *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatē Dei ad com. pro. p. &c.* hoc ergo prædictū est. *Miserebor cui misertus ero, &c.* Quibus verbis prohibuit hominē velut de propriarum virtutū meritis gloriari, *vt qui gloriatur, in domino glorietur.* Nō enim ait miserebor talibus vel talibus, sed *cui misericors fuero*, vt neminem præcedētibus operibus vel meritis misericordiam tantę vocationis meruisse se demōstraret, etenim Christus p impiis mortuus est. Sed vtrū hoc idē repetere voluerit, cū addidit: *Misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero*, vel sicut alii interpretati sunt, *cui misericors fuero*, an aliquid intersit, nescio, potest enim ista repetitiōe firmitatem misericordiæ suæ Deus demonstrare, sicut dicitur. amen amē, & fiat fiat, & repetitio somnii Pharaonis, pluraq; similia aut in vtrisq; populis, gentibus scilicet & Hebræis, sic Deus pronuntiauit misericordiam se esse facturum.

† facies tua præcedat. — Rō. 15. b. — 2. Cor. 10. d. — Rom. 5. a. — E

HVGO VICTORINVS. *Ostendam tibi omne bonum.* Hoc erit in futuro, in quo visiō Dei erit vita æterna. Et in pñti, vocabo, vel secundū alia exemplaria, vocabor in nomine domini, scilicet faciam me vocari Deū ducem vestrum ex miraculis quæ faciam. Et si quis causam quærat quare ego hoc faciam, nō est alia causa, nisi quia volo, & hoc est, *Miserebor cui voluero.*

AVGVSTINVS. A Deo homines nullis præcedentibus meritis vocare, & vocatos, vt boni aliquid operent Dei adminiculis iudicare, Apostolis monstrat exemplo geminorum, qd etiam confirmat legis exemplo. Sic enim intelligi voluit, qd Moses dixerat, *Misereor cuius miserebor, & misericordiam præstabo cui misericors fuero*, vt primam misericordiam vocatione credamus hominib. prærogari, quę sola ad recte viuendū nō sufficit, si deserat, qui vocauit.

Lib. de prædestinatione & gratia cap. 10. — Quę. 154. — F

*Non poteris, &c.* AVGVSTINVS. Post misericordiæ suæ commendationem respondet ad hoc quod ei dictum fuerat: *Ostende mihi gloriam tuam, uel ostende mihi teipsum.* Non *poteris* inquit, *videre faciam meam. Non enim videbit homo*

*faciem*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Si non tuipse præcedas. *non solum me, sed etiam populum.*

2 Ne educas nos de loco isto. *Prius enim singulariter dixerat:* Ostende mihi faciem tuam, *sed hic ponit populum secum loquendo pluraliter, quasi dicat:* Ne educas nos *nisi sis ductor noster. Cuius rō subditur.*

3 In quo enim scire pote. &c. *nisi tu deduxeris nos in signis mirabilibus, sicut ante peccatum vituli, & subditur concessio domini dicētis.* Et uerbum istud quod locutus es, faciam: *cuius causa subditur.*

4 Inuenisti enim gratiam coram me. *id est, faciam hoc propter meritum tuum, non propter meritum populi.*

5 Qui ait. *Hic ponitur responsio domini gratiosa respectu Moysi singulariter. Sicut enim in humanis seruus videns dominū uoluntarium ad concedendum, accipit audaciam plus petendi, ita Moysis videns petitionem suam exauditam pro se & pro populo gratiose, accepit audaciam petendi visionem diuinæ essentiæ dicens.*

6 Ostende mihi gloriam tuam, *id est, teipsum sicut uideris in gloria tua.*

7 Respon.

7 Respondit: Ego & ostendam &c. In *Hebræo habetur. Ego faciam transire omne bonum ante te, & refertur ad illud quod postea subditur.* Cumq; transierit gloria mea *& cat. secundum Rabbi Salom.*

8 Et vocabo &c. *Alia litera habet sic:* Et legam in nomine domini &c. *Dictio tamen Hebraica* קרא *quara, uocare potius seu clamare significat. Unde & alia uoce legens, Hebræis dicitur clamare. Dicit igitur Rabbi Salo. quod in transitu gloriæ quæ hic exprimitur, intelligitur apparitio Dei facta Mosi sub similitudine hominis, quem Moyses vidit tantum a parte posteriori, & vidit ibi scripturam, in qua continebantur tredecim modi impetrandi pietates diuinas, absque allegatione meritorum Abrahæ & aliorum patrum. Est igitur sensus secundum ipsum.* Et legam, id est, *legere te faciam: sicut Gen. 22. capi. dixit dominus:* nūc cognoui &c. *id est cognoscere feci.* In nomine domini coram &c. *id est habebis recursum ad impetrandum Dei pietatem absque meritis patrum.*

9 Et miserebor cui uoluero &c. *Acsi dicat, non defecerunt pietates meæ, imo sicut fuerunt ad Abraham & ad alios patres, ita erunt ad te & ad populum istum, ita quod non indigebis allegare merita ipsorū patrum, sicut prius allegasti.*

* 1 Non

## MORALITER.

* 6 *Ostende mihi gloriam tuam*, scilicet per apertam visionem verū tamen propter bonum populi aliquando talis, detinetur in vita presenti, sicut Paulus apostolus scribens ad Philippenses primo d. dicit de seipso: *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo manere autem in carne necessarium propter vos.* Ideo tali dicitur à domino.

* 1 *Locus*

faciem meam & uiuet, ostendens huic vitæ corruptibilis carnis A Deū sicuti est apparere nō posse. id est, sicuti est videri. In illa enim vita potest, vbi vt viuatur, huic vitæ moriendum est.

Epistola 112. ad Paulin. ✱ Et IDEM. Quod responsum est Moysi, quia nemo pōt faciem Dei videre, & viuere, id est, nemo potest eū in hac vita videre viuens sicuti est. Nam multi viderunt, sed quod uolūtas elegit, non quod natura formauit.

24. q. 1. c. quia ex sola. NAZIANZENVS. Filium Dei visum à patrib. approbamus, vt non totum in illo quod est Deus uideretur, sed ut dispositiones rerum futurarū quæ suis quibusq; temporibus complendæ erant, in illo per imaginē cernerētur. Qui si Abrahæ visus est, sed in forma humani corporis uisus est, qd scilicet postremis temporibus in homine uenturus esset, ostendit.

Tractatu pe fide.

Li. de vita Mosis. GREGORIVS NYSSENVS. Non poteris uidere faciē meā. Non enim uidebit me homo, & uiuet. Non quia causa mortis uidentibus sit illa facies. Nam quomodo uitę facies, causa appropinquantibus mortis esse poterit. Verum quoniā & si uiuificat quide Deus natura, proprium tamē suum est, ut omnem cognitionem excedat. Idcircò qui eorū quæ cognoscuntur Deum esse opinatur, quasi deuiasset ab eo qui est, ad id qd B esse putatur, uitam non habet. Nam q uere est, is uera vita est, & hic cognitione non comprehenditur.

Hom. 1. de natiuit. do. MAXIMVS TVVRINENSIS. Non poteris uidere faciem meam, id est, non poteris carnalibus oculis, meam sicuti est, inspicere deitatem.

Lib. 4. in Exod. c. 40. RVPERTVS. Notanda in hoc loco gemina subdistinctio. Quædam enim loquitur dominus Moysi, ī personam Iudaici populi pro parte electorū, sicut supra uisum est, Ego ostendā omne bonū tibi & cætera. Quedā uero pro parte reproborū ut illud, Non poteris uidere faciem meam, non enim uidebit me homo & uiuet, ac si dicat. In medio populi hui⁹ pro quo postulas, nō sic ascendam, ut faciem meam uideat, ut ostēdā illi gloriam meā. Quare? Nō enim uidebit me homo & uiuet. Ego autē idcirco ascendam, homo factus inter homines, ut ī me reuiuiscat homo, q in Adam mortuus est. Si igitur ascendero, nō ī homine Deus absconditus, sed Deus manifestus, C cuicis utilitas impediet, & homo non uiuet, quia non erit redemptus. Veruntamen fidem habentibus opportunitas uidendi non negabitur.

Moraliter. Li. 18. moral. c. 37. Ioan. 1. b. a Non enim, &c. GREGO. Ioannes quoque ait: Deum nemo uidit unquam. Quandiu enim hic mortaliter uiuitur, uideri p quasdam imagines Deus pōt, sed per ipsam naturæ speciem non potest. Hinc est quod Moyses qui cū Deo facie ad faciem loquebat sicut, loqui solet homo cum amico suo dicit. Si inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi teipsum manifeste. Si enim De⁹ non esset, cum quo loquebatur, ostende mihi Deum diceret, non ostende teipsum. Si autem Deus erat, cur petebat uidere quē uidebat. Sed eū sitiebat per incircumscriptæ naturæ, claritatem cernere, quē iam cęperat per quasdam imagines uidere. Viderūt ergo patres ueteris testamenti Deum, & tamē Deum nemo uidit vnquam: quia in hac carne uiuentibus uideri potuit p circumscriptas imagines, & uideri non potuit p īcircumscriptū lumē æternitatis. Sin uero quibusdam in hac carne uiuentibus sed inæstimabili virtute crescentibus contēplationis acumine potest æterni Dei claritas uideri: nō tamen ui- D debit eum homo, & uiuet, quia qui sapiētiam quæ Deus est, videt, huic uitæ funditus morit, ne eius amore teneat. Fuerunt autem q dicerent etiam in illa regione beatitudinis in claritate E sua deum conspici, sed in natura non uideri. Sed nō est aliud claritas, aliud natura, sed ipsa natura claritas est. Ipsa autē promittit dilectorib. suis dicens: Qui diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, quasi qui in uestra natura me cernitis, restat vt in mea natura me uideatis. Et alibi: Beati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbunt. Hinc Paulus ait: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem &c. Sed quia Petrus ait: In quam desiderant angeli prospicere. Sunt qui nec angelos Deū uidere suspicātur, cum dominus dixit: Angeli eorum in cælis vident semper faciem patris mei. sed angeli Deū uident, & uidere desiderant. Si enim sic uidere desiderant, ut desiderio nō perfruant, desiderium sine fructu anxietatē habet, & anxietas pęnam, sed angeli ab omni pœna alieni sunt, quia nūquam pœna & beatitudo conueniūt. Rursus cum eos dicimus Dei uisione satiari secundum illud: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Considerandū est, quia satietatem solet fastidiū sequi. Sed ne sit in desiderio anxietas, desiderātes satiant, ne aūt sit in satietate fastidiū satiari desiderāt, desiderāt sine labore, quia desiderium satietas comitatur, & satiantur sine fastidio, quia satietas ex desiderio semper accenditur.

Ioan. 14. c. Matt. 5. a 1. Cor. 13. d. 1. Pet. 1. c. Mat. 18. b. Psal. 16. d.

a hi placuerit. Rursumque ait: Nō poteris videre faciē meā. Non 1 b enim videbit me homo, & viuet. Et iterum: † Ecce, inquit, 2 3 c locus est apud me, & stabis supra firmā petrā. Cumq; transi- 4 5

a ¶ Ipsam vim diuinæ essentię. a ¶ Per incircunscriptam essentiam. b ¶ Mortali carne. a ¶ Ecclesia. b ¶ Quia ex sola Catholica Ecclesia veritas conspicitur, apud se dicit esse locum de quo videatur. ¶ Firmiter. c Mei ipsum scilicet. ¶ De mundo ad patrem.

b Ecce, inquit, locus est apud me, & stabis super, &c. AVGVST. Itē interposito articulo dicente scriptura, & ait dominus. Sequit: Ecce locus est penes me. Quis loc⁹ est qui nō penes Deum est, qui nusquam abest: Sed ecclesiam significat, tāquam templū suū commendans. c. Et stabis, inquit, supra petrum, quia supra hanc petram (ait dominus) ædificabo ecclesiam meam, statim vt transiet gloria mea, stabis, scilicet supra petrā, puta post transitum Christi, id est passionē & resurrectionē stetit pulus fidelis supra petrā.

Quest. 154 Mat. 16. c

Li. 35. moraliū c. 16. Mystice. GREGORIVS. Est locus apud me, &c. Locus, ecclesia. Petra dominus, Moyses Iudaica plebs quæ domino prædicāte in terra non credidit. Ipsa ergo in petra stetit terga domini transeūtis aspiciens, quia scilicet post passionem, ascensionemq; domini ītra ecclesiā deducta per fidem, Christū percipere meruit, & cuius præsentiam non uidit, eius posteriora cognouit.

Ibidem. GREGO. Est locus apud me, etc. Ecclesia, scilicet de qua sola ueritas cōspicit, sacrificiū accipitur, sola pro errantibus fiducialiter intercedit, unde de agni hostia præcipitur sup. 12. g. In una domo comedite, nec efferetis de carnibus eius foras, quia ī una catholica ecclesia ueræ hostia redēptoris immolat, nec canibus sanctū datur. Sola est in qua op⁹ bonū fructuose agitur. Vnde & E mercedē denarii soli qui intra uineā laborauerūt acceperunt, sola est quæ intra se positos ualida charitatis cōpage custodit. Vnde aqua diluuii arcā quidē ad subliniora sustulit, omnes autem quos extra arcam inuenit extinxit.

Mat. 20. b. Gene. 7. c.

In petra Moyses ponitur, ut faciē Dei cōtēplet. Qui em nō tenet soliditatē fidei, diuinā præsentiā nō agnoscit. De qua soliditate dicitur, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.

Li. de formulis spiritalibus. c Cumq; trāsibit. EVCHERIVS. Sed & transire dicitur Deus cum de

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nō poteris uidere faciem meam &c. id est, in apparitione qua apparebo tibi. nō dabo tibi licentiam videndi faciem meam.

2 Non enim uidebit me homo & uiuet, idest, talis uisio non conceditur in uita præsenti. Aliter exponitur secundū doctores nostros ab illo loco: Ego ostendam omne bonum tibi, id est, uitam beatam, licet non modo. Et uocabo in nomine domini coram te, id est, uocationem electorum in notitia mea existentem manifestabo tibi, & miserebor cui uoluero. Ac si diceret, si quæras quare aliqui, sunt uocati & non alij. scias quod hoc dependet ex sola voluntate mea: vnde dicitur Rom. ix. d. Cuius uult miseretur & quem uult indurat. Non poteris uideri faciam meam, quia hoc excedit facultatem humanam. Ideo sequitur. Non uidebit me homo & uiuet, talis enim visio non conceditur in præsenti vita, vbi est locus pugnæ & meriti, sed in futuro, ubi talis uisio conceditur pro præmio, secundum quod dicitur, Ioan. 17. a. Hæc est uita æterna. Sciendum tamen, quod licet visio diuinæ essentiæ non fuerit hic concessa Mosi: tamen alias fuit sibi concessa in vita præsenti secundum quod dicit Augustinus libro de videndo Deum ad Paulinam, & de hoc habebitur super libro Num. ubi magis habet locum.

3 Ecce inquit locus est apud me. Id est, in monte Sinai, vbi consueui tibi loqui. Dicebatur enim mons ille mons Dei, vt dictum est sup. 3. cap.

4 Et stabis supra firmā petrā. In Hebræo habetur. super rupem.

5 Cumque transibit gloria mea. id est, species gloriosa, diuinę .n. essentię non competit transitus.

✱ 1 Ponam

MORALITER.

✱ † Locus est apud me. Per quem intelligitur Ecclesia militans, Matt. ul. d. Ecce uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

4 Stabis supra, &c. id est firmus in fide, 1. Cor. x. d. Petra autem erat Christus.

5 Cumque transibit gloria mea. id est, essentiæ meæ uisio clara, quę dicitur in hac uita trāsire ab hominibus, eo quod non datur eis sicut prædicitur in hoc ca. Non uidebit me homo, & uiuet.

✠ 1 Ponam te.

cum de cordibus quorundam hominū, in quibus antè per fidē credebatur, postea surrepēte perfidia, uel quolibet delicto, ab eis recedit, & ad alios transit, quemadmodū de Iudæis ad gētes, de hæreticis ad catholicos, & de quibuslibet irreligiosis ad religiosos.

Vbi supra. a *Et protegam*. AVGVST. *Et tegam manu mea super te donec transeam, et auferam manum meā, & tunc uidebis posteriora mea, facies autem mea non uidebitur tibi*. Cū dixisset *stabis supra petrā*, statim ait, *trāsiet gloria mea*, ubi intelligitur post trāsitum suis pmisisse sup petram stabilitatem, quō accipiendum est quod ait. *Ponam te in cauerna petræ, & tegam manu mea super te donec transeam, & auferam manum meam, & tunc uidebis posteriora mea*, quia si iam illo ī petra cōstituto tegat manum suā super eū, & deinde trāsiet, cū esse ī petra nō possit, nisi post ei⁹ transitū? Sed recapitulatio intelligēda est rei pter missæ, qua sæpe utit scriptura, postea enim dixit quod ordine tēporis pri⁹ est, Qui ordo ita se habet, *Tegam manu mea super te donec transiet & tunc uidebis posteriora mea*. Nam facies mea nō uidebitur tibi, & stabis supra petrā, statim ut trāsiet gloria mea, & ponā te ī caterna petræ. Hoc. n. factū est in eis quos tūc significabat Moyses. i. Israelitis, q ī Christū postea crediderūt. i. statim ut trāseat gloria ei⁹, qa cū resurrexit à mortuis, & ascendit in cęlū, misso spiritu cū linguis oībus apostoli loquerentur cōpuncti sunt ex eis multi qui Xpm crucifixerunt. *Cęcitas enim ex parte facta est in Israel*, sicut dictū erat *tegam manu mea super te donec transeam*. Vnde *Grauata est super me manus tua*. die, scilicet quādo Christus diuina miracula faciebat, nocte q̄ sicut homo moriebat. Postea uero compuncti corde dixerunt, *quid faciemus*, & iussi sunt ab apostolis agere pęnitētiā, ante uero excęcati erāt, ut non cognoscerent. *Si enim cognouissent, nunquam dominum glorię crucifixissent*. Hanc etiam prophetiam fuisse ipsa res indicat, qa de petra uel cauerna eius, & de man⁹ superpositione & posteriorū uisione nihil uisibili opere subsecutum legitur. Mox enim adiungit scriptura, *Et dixit dominus ad Moysen*, cū etiam supra dicta loqueretur, deinde contexit quid dominus postea dicat, *Excide tibi duas tabulas lapideas, &c.*

Marginalia: † auferam que. — Rom. 11. c. — † operiā te vola. Psal. 31. a. Act. 2. f. — 1. Corin. 2. b. — B — E

a ¶ Et ponam te in cauerna petræ, munimentum firmissimum significat. ¶ In fide passionis filij solidabo te. ¶ Firmissimo munimine. b ¶ Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. &c. Psalm. 31. a. ¶ Velamen, scilicet ponam super oculos tuos, ne mysterium incarnationis cognoscas.

a bit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam † 1 manu mea, donec transeam. † Tollamque manum meam, & 2 uidebis posteriora mea: faciem autem meam uidere non poteris. 3 4

a ¶ Ad cælos ascendam. ¶ Postquam transiero. b ¶ Auferam uelamen a corde tuo. a ¶ Incarnationem, scilicet credes. b ¶ Præsentiam in carne. c ¶ Superposita cæcitate.



NICOLAVS DE LYRA.

1 Ponam te in foramine petræ. *In Hebræo habetur, in cauerna rupis*.

2 Et protegam manu mea, do. transeam, *id est, non uidebis me transeuntem in similitudine me repræsentante donec transiero*.

3 Et uide. po. me. *id est, concedam tibi cognitionem mei, imperfectā tamen, sicut aliquis uidens hominem a parte posteriori cognoscit ipsum esse hominem, non tamen cognoscit quis, scilicet Socrates vel Plato vel huiusmodi*.

4 Faciem aūt me. ui. non po. *Per hoc enim quod non vidit tunc faciem illius similitudinis, intellexit, quod tunc non concederetur sibi uisio Dei perfecta & clara, tales enim apparitiones sensibiles vel imaginariæ fiunt communiter ad denotandum illud quod vel fit vel fieri debet intellectiuę cognitioni*.



MORALITER.

1 *Ponam te in fo. &c. & protegam*. id est, adhuc retinebo te ī contemplatione Christi passi quæ est per fidem, quia tamen talib. datur aliquādo maior cognitio quā simplicis fidei, sicut data est prophetis, & maxime apostolis, ideo subditur.

† *Tollamque ma. me. & uidebis*, scilicet maiori cognitione quā per fidem simplicem, minori tamē quam sit clara uisio Dei ideo subditur.

† *Et uidebis posteriora mea*. Qui enim uidet hominem a parte posteriori cognoscit quod sit homo, nō tamen cognoscit de terminate si sit Socrates uel Plato, ideo subdit. *Faciem autem meam uidere non poteris*.



ADDITIO.

*In cap. xxxiij. vbi dicitur in postil*. Non enim ascendam tecum, &c. *Non uidetur cōuenienter dictum vt intelligatur illud quod dicitur hic*: Non enim ascendam tecum, *id est, quod non adesset eis per miraculorum operationem sicut ante fuerat. Nam impossibile erat eis eijcere illas gentes, nisi per potentiam diuinam miraculose operantem, vnde infra Deute. 12. cap*. Si dixeris in corde tuo, &c. *Ex quo patet quod secundum cursum communem non erat possibile eis, nisi per miracula facta virtute diuina, delere aduersarios suos, sicut nec ab Aegyptijs euadere aliter poterant; Vel aliter uidetur intelligendum hoc quod dicitur hic*: Non ascendā tecū. *Pro quo sciendum, quod supra xix. a. volens Deus inducere populum ad obseruantiam præceptorum quæ eis daturus erat*, † *promisit eis*: Si custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium inter omnes gentes, & *ultra* eritis mihi in regnū sacerdotale, & gentem sanctam, &c. *in quorum executione supra xxv. a. dixit*: Facient mihi sanctuarium, & habitabo inter eos: *in qua cohabitatione mandauit fieri arcam & propitiatoriū cum cherubin, inter quæ locuturus erat Deus cum Moyse illa de quibus mandaturus erat populo, vt in eo cap. declaratur, in quibus sic ordinatis manifeste ostendebatur residentia Dei inter populum Israel, tanquam inter populum peculiarem & gentem sanctam, cum tamen non fecerit aliter omni nationi; de qua residentia intelligitur illud Deu. 4. b*. Quam est gens magna, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, *& multa similia. Nunc autem ratione peccati commissi, quia irritum fecerunt pactum diu, merito debebant amittere huiusmodi excellentiam seu præeminentiam, quæ eis fuerat concessa singulariter inter gentes, et hoc est quod dicitur*, Non enim ascendā tecum, *seu in medio tui, prout in Hebræo, id est non ponā tabernaculū meū in quo habitatio mea, & repræsentatur, & responsa mea diuinitus dantur, & sacrificia mihi oblata acceptantur, & huiusmodi, in medio tui, & ideo sequit*: Quia populus duræ ceruicis est, *& ideo indignus ad prædictam coabitationem diuinam modo prædicto, præsertim cum ex hoc posset eis imminere maximum periculum, eo quod grauius peccarent, si Deum haberent præsentem modo prædicto, & hoc est quod dicitur*, Ne forte disperdam te in uia. *Consonat proprie huic expositioni quod sequitur. infra*. Moyses quoque tollens, &c. *Non enim legitur Moysen habuisse aliud mandatū a Deo, vt hoc fecisset, nisi ex hoc quod audiuit a Deo*: Non ascendam tecum, id, est, *cum filijs Israel, vnde & populus adorabat de longe Deum descendentem in columna nubis ad Moysen extra castra. Similiter Deus loquebatur cum Moyse facie ad faciem extra, non in castris, ut patet in litera quæ omnia denotant, quod residentia diuinæ præsentiæ in medio populi quæ fuerat concessa eis ante peccatum, post peccatum subtrahebatur ab eis, & hoc est quod dicitur*, Non ascendam tecum, seu in medio tui, *modo prius exposito. vnde ex his uerbis intelligebatur prohibitio fabricationis tabernaculi, & omnium ad hoc pertinentium, quod ad magnum populi cedebat detrimentum, quia ex hoc iudicabantur indigni gratia Dei, & præsentia diuinæ consolationis, prout in gloss. interli. tum quia ex tali cohabitatione Deus operabatur, tanquam ambulans in medio castrorum, ad defensione eorum, & inuasionem inimicorum, & sic eorum castra fuerunt sanctificata, vnde & Deut. xxiij. c*. Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum tuorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, &c. *prout sequitur in litera*.

Quare dominus noluit cū populo Israel ascendere. † præmisit

ADDITIO II.

*In eo. ca. xxxiij. vbi dicitur in postilla*. Semel ascendam in medio tui, &c.

*Hoc quod dicitur*, Semel ascendam in medio tui, & delebo te, *potest intelligi non solum comminatoriè, sed prophetice. scilicet referendo ista uerba ad ea quæ postea in aduentu Christi in carne in medio eorum contigerunt. Semel enim ascendit Deus s. filius Dei incarnatus in medio eorum, & propter hoc quod erat populus duræ ceruicis, deleuit eos, ita quod iā de cætero eorum status non remāsit sub prima forma, & ex hoc Deus innuebat populo, quod propter duritiam ceruicis eorum nō expediebat eis habere tantam adhærentiam seu familiaritatem cū Deo, vt in medio eorum ambularet, ne ex hoc peccata eorum aggrauarentur, iuxta illud Ioan. xv. d*. Si ego nō uenissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, &c.

ADDITIO III.

*In eodem cap. xxxiij. vbi dicitur in postilla*. Ideo dicit *Rabbi Salom. quod per ornatum hic dictum non intelligitur, &c.*

*Per hoc quod dicitur*, Iam nūc depone ornatū tuum, *secūdū quosdam Hebręorū expositores non intelligitur quod Deus de nouo pręciperet eis, ut deponerent ornatum, quia iā hoc fecerant, sed intelligitur per modum cuiusdam approbationis. q. d. ex quo estis populus durę ceruicis, & incur-*

A & incurristis tantum peccatum, conueniens est vt deponatis ornamenta vestra in signum contritionis & pœnitentiæ. Nec oportet quod hoc referatur ad coronas aureas quas receperint in datione legis, vt dicit Ra. Sa. hoc est n. manifeste fictitium, cum nulla mentio de hoc fiat in scriptura, sed plane est intelligendum, sicut nostra translatio dicit, quod nullus ex more indutus est cultu suo. vnde sequitur: Vt sciam quid faciam tibi, scilicet cum videro te humiliatum: & hoc est quod dicitur: Sciam intelligendum est prout in po.

ADDITIO III.

In eod. c. 33. vbi dicitur in postilla. Dixit autem Moyses. Hic consequenter ponitur responsio &c.

Circa plurima de his quæ continentur in hoc capitulo ab hoc loco: Dixit autem Moyses, vsque in finem. Similiter in sequenti ca. multæ varietates inter expositores inueniuntur tam Hebræos quam Latinos: quarum repetitio esset magis fastidiosa quam vtilis, vnde melius videtur, vt illis varietatibus prætermissis, quandam expositionem, quæ saluo meliori iudicio videtur magis consona literæ & rationi proponam, quæ licet in aliquibus concordat cum postilla, in multis tamen ab ea deuiat; & sic discretus lector eligat sibi meliorem. In primis autem quærendum videtur cur Moyses petiit a Deo habere maiora seu perfectiora post peccatum vituli quam antea: non enim legitur antea petiisse quem angelum volebat Deus mittere cum populo supra, 23. capi. quando ei dixit Deus, Ecce ego mitto angelum meum, &c. Similiter nec legitur quæsiuisse, quod Deus ostenderet sibi vias suas, nec gloriam suam, & huiusmodi ante peccatum, sed tantum post, vt in hoc loco, quod videtur dignum admiratione, nam prout supra, 32. capitu. dictum fuit in postilla: Ex peruersitate Iudæorum sequitur detectio honoris sui prælati, magis quam sui profectus. Ad quod dicendum, quod licet Moyses credendus est fuisse in magna perfectione postquam vocatus est a Deo, & specialiter tempore dationis legis, quando fuit sequester inter Deum & populum, vt habetur Deut. 5. ab [illegible] tamen tenendum est eum postea profecisse, tam in vita contemplatiua quam actiua. De contemplatiua patet [illegible] per ieiunium, in quo perseuerauit per 40. dies, vt supra Exod. 24. cap. residens in consortio diuino semper. Legitur enim: Fuit ibi cum domino 40. dieb. & 40. noctib. panem non comedit, &c. [illegible] autem mens liberius eleuatur ad sublimia contemplanda, [illegible] Augustinum mentem eleuet, & ideo de Daniele legitur, quod post ieiunium trium hebdomadarum reuelationem accepit a Deo. Ex quo sequitur, quod in tanto ieiunio & cum tanta separatione a mundanis & corporalibus, & cum continua adhærentia ad Deum, mens ipsius Moysi maxime eleuaretur in diuina contemplatione. In vita actiua etiam legitur maxime profecisse post lapsum populi in peccatum. Primo in vltione quam exercuit contra idolatras ex zelo iustitiæ præcipiens suis, scilicet Leuitis: Occidat vnusquisque fratrem & amicum suum &c. in quo maxime demonstrauit non solum se habere iustitiam quæ maxime pertinet ad vitam actiuam, sed etiam esuriem iustitiæ, de qua saluator Matt. 5. a. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, &c. vnde in secunda secundæ, quæstio. 139. artic. 2. in cor. quæstio quod aliquis non solum virtuosa opera faciat quæ communiter dicuntur opera iustitiæ, sed quod faciat ea insatiabili quodammodo desiderio: quod potest significari per famem & sitim iustitiæ, vnde & facta vltione dixit Leuitis ostendens se visceraliter approbare prædictam vltionem diuini honoris: Consecrastis hodie manus vestras domino &c. Ostendit etiam se charitatem proximorum † & interiorem habere, cum statim facta vltione reuersus ad dominum ait: Exo. 32. g. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti. Ex quibus manifeste patet, quod licet populus post peccatum commissum meruerit amittere ornatum suum, quod pertinet ad detrimentum dignitatis seu perfectionis eorum qualitercunque exponatur: Moyses tamen meruit maiora & potiora, quam prius, rationibus supra dictis, & ideo post prædicta, & non ante, de eo legitur statim supra. Loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, scilicet manifesta visione, prout in gloss. sicut solet loqui homo ad amicum suum, quod non legitur de aliquo patriarcha seu propheta. Quod enim legitur de Iacob Gene. 32. Vidi dominum facie ad faciem: intelligitur ad literam de angelo loquente cum

C Iacob, vnde ibidem vbi dicitur Deus, habetur in Heb. הרוים helohim quod est nomen communicabile angelis, & iudicibus, hic autem vbi dicitur dominus, ponitur nomen tetragrammaton incommunicabile, quod etiam legitur infra, Deutero. 5. a. Facie ad faciem locutus est vobis dominus, &c. hoc intelligitur secundum August. propter rerum euidentiam, & quodammodo diuinæ maiestatis præsentiam, de qua dubitari non possit, non tamen vbi dicitur: Sicut loqui solet homo ad amicum suum, sicut hic, sed potius contrarium, Dicit enim: Timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem. Moysi vero sic familiariter Deus loquebatur, quocunque terrore impediente sublato, conceptus suos Deo exprimeret, & eius reuelationes manifeste haberet, vt in proposito satis apparet, quam tamen perfectionem non legitur prius habuisse.

*An Moyses in perfectione perfecerit*

*Daniel 4.*

*† & in eter aliter.*

D Præsupponendum est etiam ad expositionem literæ, quod Moysi non fuit commissum ante ieiunium, & alia prædicta quæ post ieiunium sunt facta, vt duceret populum, sed quod duceretur ipse Moyses & populus per angelum, vnde supra, 23. ca. Ecce ego mittam angelum, &c. cui quidem angelo Moyses & populus tenebantur obedire. Dicitur enim ib: Obserua eum, & audi vocem eius, &c. Nunc autem postquam Moyses fuit ad maiorem perfectionem subleuatus (vt dictum est) commissus fuit sibi quasi singulariter ducatus populi. vnde supra 32. g. Tu autem vade, & duc populum istum, cum hoc etiam fuit dictum sibi, quod haberet angelum præcedentem se, vnde dicit: Angelus meus præcedet te, qui quidem angelus videbatur mitti vt præcursor specialiter ad expellendos aduersarios, vnde supra eo. ca. Mittam præcursorem tuum angelum, vt eijciat, &c. quia tamen nõ exprimebatur an iste angelus de quo modo loquitur, præcursor esset tantum, an præcursor & præceptor, sicut de primo angelo dictum fuit in 23. ca. supra dicto, idcirco rationabiliter petebat Moyses huius dubij declarationem dicens: Dixit autem Moyses, &c. quasi dicat, ex quo præcipis mihi de nouo educere populum istum, vellem vt indicares mihi quem missurus sis mecum, scilicet an angelum præceptorem & præcursorem cui ego debeam obedire in regimine populi, an angelum præcursorem

E tantum & ad expellendas gentes missum, non tamen ad regimen populi. Et sequitur: Præsertim cũ dixeris, noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me, &c. In quibus verbis rationem suæ dubitationis fortificat, quasi dicat ex quo me tu approbasti, quod intelligitur per hoc quod dicitur: Noui te ex nomine, & similiter testaris quod inueni gratiam coram te: non immerito æstimare possum quod non mittas angelum mecum, vt mihi præcipiat in regimine populi, sed quod a te solo & immediate procedam in huiusmodi regimine, vnde in præmissis intelligitur Moyses implicite petiuisse quod regimen populi esset sibi a Deo commissum sine alicuius angeli præsidentia. Si autem inquiratur quando dixit dominus ad Moysen: Noui te ex nomine, &c. dicendum, quod licet hoc nõ legatur fuisse dictum antea Moysi, tamen sufficit auctoritas scripturæ ad hoc, vt credatur sibi fuisse dictum, sicut in multis alijs locis sacræ scripturæ hoc contingit. Vel dicendum, quod licet prædicta verba sub eadem forma non fuissent dicta Moysi, æquiualenter tamen seu interpretatiue intelliguntur sibi fuisse dicta, & hoc cum supra 32. cap. legitur Deum dixisse Moysi, Dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, faciamq; te in gentem. In hoc enim quod dicit. Dimitte me, ut irascatur furor meus, satis datur intelligi Moysen † meruisse gratiam apud dominum: vnde Greg. super his verbis quasi in persona Dei loquens Moysi sic ait. Pensa quantum apud me valeas, & cognosce quod obtinere poteris quicquid pro populo exoras. Hęc ille. In hoc autem quod sequitur: Faciamque te in gentem magnam. s. in generationem sanctorum, prout in glo satis ostenditur Moysen fuisse notum singulari modo apud Deum, cum generatio sanctorum, quę ab Abraham descensura erat, ab ipso Moyse si voluisset Deo disponente descendisset.

*† inuenisse.*

Vlterius autem sequitur in litera. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, &c prout veritas Hebraica habet.

Circa quod attendendum est, quomodo ista uerba continuentur in sententia cum præcedentib. Ad quod sciendum, quod ad hoc quod huiusmodi officium scilicet regimen populi conuenienter Moyses exequeretur, oportebat ut Moyses esset a Deo competenter informatus de † his quibus Deus regit rationalem creaturam, & hoc propter duo. Primum ut regimen ipsius Moysi conformaretur quantum possibile esset diuino regimini, quod est optimum. Secundum, ut cum aliqua occurrerent in populo, super quibus oporteret, ut Moses Deum orasset, fuisset, ipse instructus de his quę erant Deo beneplacita, ut oratio sua esset efficax, iuxta illud quod ecclesia orat in quadam collecta dicens: Vt petentibus desiderata concedas fac nos quæ tibi sunt placita postulare. Idcirco dicitur: Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo. scilicet ut

F hoc regimen mihi committas modo prędicto, ostende mihi vias tuas, ut sciam te. Cuius sensus est, nam uniuersæ uiæ domini quibus mundum regit, misericordia & veritas, scilicet, & iustitia sunt, secundum Psalm. Quæ quidem licet nobis ad plenum inuestigabiles non sint, iuxta illud ad Roma. 9. d. Inuestigabiles uiæ eius, tamen participatiue ab hominibus (pręsertim perfectis) cognoscuntur, unde qui eas diuino munere cognoscit, Deum dicitur nosse, iuxta illud Hieremię. 9. g. In hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me &c. & hoc est quod dicitur: Ostende mihi vias tuas, &c. scilicet ut possim te imitari in huiusmodi regimine. Et in hoc innuit Moyses primam rationem suę petitionis supra dictam. Nec talis imitatio debet impossibilis ęstimari. Nã saluator dicit Luc. 6. e. Estote misericordes, &c. & sequitur in litera. Et inueniam gratiam ante oculos tuos, scilicet in impetratione eorum pro quibus orabo: & in hoc innuit secundã rationẽ suę petitionis, & quia ista petebat Moyses propter bonum populi qui maxime indigebat bono regimine, & quod oratio Moysi pro eis cũ occurreret necessitas haberet efficaciam impetradi. Ideo sequitur: Re

*† vijs.*

spice

spice populum tuum, gentem hanc. q.d. non peto quæ mea sunt, sed quæ tua sunt, nā gens ista populus tuus est. Ad quod respondet Deus. Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi: cuius sensus est, ꝙ ipsemet Deus volebat deducere ipsum Moysen absque aliquo medio sicut petebat, & sic daret sibi requiem scilicet sufficientiam eorum quæ desiderabat. vnde in hoc solum videtur Deus respondere ad primam petitionem implicitam ipsius Moysi, in qua volebat quod nullus angelus interponeretur in regimine populi, non autem per hoc fuit respōsum ad secundam, s. illam in qua dixit: Ostende mihi vias tuas, &c. Quæ quidem responsio fuit hic prætermissa, eo quod Moyses non solum desiderabat requiem suam propriam, habendo diuinam gubernationem immediatam quo ad se, sed etiam quo ad populum, sic quod Deus ambularet cum eis per cohabitationem in tabernaculo in medio populi, prout fuerat ante peccatum per Deum ordinatum supra Exod. 33. vnde sequitur Ait Moyses. Si non tu ipse præcedas, &c. Qualiter autem ipse petebat, quod Deus eos præcederet, statim declarat dicens: In quo enim scire poterimus, ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, &c. In quo petebat vltra prædicta in signum diuinæ placationis, quod tabernaculum fœderis, in quo Deus facie ad faciem loquebatur Moysi, quod tūc erat propter peccatum populi elongatum extra castra, vt supra eod. ca. reduceretur intra castra in quo sciretur, quod non solum Moyses, sed etiam populus inuenisset gratiam in conspectu domini, vt sic glorificaretur ab omnibus populis, prout litera immediate sequens declarat, ad quod sequitur responsio domini, s. Dixit autem dominus ad Moysen, &c. Ex quibus verbis videtur Deum concessisse Moysi duo. Vnum enim implicite quod etiam implicite Moyses petierat, s. quod regimen populi esset per Deum, & non per angelum. Secundum autem, quod Deus ambularet cū populo per cohabitationem in tabernaculo prædictam: quorum primum patet in executione, tum quia non legitur in toto processu Mosaice vitæ, quod fiat mentio de angelo loquente cum Moyse vel ei apparēte post hoc sicut antea, tum quia de Iosue immediate successores ipsius Moysi legitur Iosue. 5. d. quod apparuit ei angelus in persona viri cum gladio euaginato dicens: Ego sum princeps exercitus domini, nunc veni, quasi dicat prout exponitur ab antiquis: Ego fui impeditus tempore Moysi magistri tui, sed nunc venio. Cui Iosue inclinatus in terram dixit Quid dominus meus loquitur cum seruo suo. Ex quo patet ꝙ subiectio præsidentis populi Israelitici ad angelum incepit a Iosue, non autem tempore Moysi. Facit etiam ad hoc quod legitur Deut. 32. b. vbi agitur deductione populi per desertum, dicit: Dominus solus dux est eorum, & non fuit cū eo Deus alienus, &c. vnde in hoc quod dicitur. Dominus solus, intelliguntur excludi angeli a ducatu illius populi. In hoc aūt ꝙ sequit̄, et nō fuit cū eo Deus alienus, intelligūtur excludi dæmones. Executio autem secundi concessi, s. de habitatione diuina in medio populi patet manifeste, cum post prædicta statim fuit mandata executioni fabricatio tabernaculi, sicut prius ante peccatum fuerat ordinatum, & ideo dominus durante hac collocutione cum Moyse mandauit præcidi duas tabulas, vt super eis scriberentur verba in primis tabulis scripta, in quo manifeste demonstrauit, quod volebat tabernaculum fieri, in quo arca testamenti cum prædictis tabulis erat principalis, & per consequens reconciliatio populi ad Deum fuit in hoc concessa. Consequenter autem quia prædicta tam gratiosa Deus concesserat populo ex meritis ipsius Mosi, licet ei reddens, causam huius concessionis. Inuenisti enim gratiam coram me, &c. quasi dicat ista non concedo intuitu populi, nec etiam per merita patrum, sed quia inuenisti, &c. Ideo Moyses accepit quodammodo audaciam vlterius petendi summum bonum quod ab homine supernaturaliter potest attingi, s. claram visionem diuinæ gloriæ, quæ idem est cum essentia diuina, vnde ait Ostēde mihi gloriam tuam. Circa quam petitionem quidam Hebræorum specialiter Rab. Moy. Aegyptius in suo libro de directione, parte 2. magnam mouet difficultatem, dicēs magnum inconueniens esse, quod Moyses petiuisset a Deo illud quod est impossibile in hac vita, infra enim dicitur. Non videbit me homo & viuet. Sed hoc dubium non videtur esse difficilis solutionis, tum quia voluntas secundum Philosophum est impossibilium, petitiones autem sunt eorū quæ homo vult, tum quia licet sit hoc impossibile secundum naturam, non tamen est impossibile apud Deum, qui est supra naturam, vnde & hæc visio fuit cōcessa Moysi s̄m August. de videndo Deum, licet non in hoc loco, vt patet per literam dicentem. Non poteris videre faciem meam.

Philosc.

Sequitur in litera: Ait, s. dominus. Ego ostendam omne bonum tibi, vbi in Heb. habetur prout in postilla; Ego transire faciam omne bonum meum ante te. Ad cuius intellectum attendendum est, quod Moyses de duab. suis petitionib. petebat responderi a Deo. Vna s. in qua petiuerat scire uias domini, cū supra dixit. Ostende mihi vias tuas, vt sciam te, &c. Alia uero in qua petiuit uidere gloriam Dei, s. diuinam essentiam, cum dixit. Ostende mihi gloriam tuam, vt dictum est. Ad quas duas petitiones Deus sibi respondit ab isto loco usque ad finem c. Quæ quidem responsio diuiditur in tres partes, secundum tria distincta quæ Deus Moysi successiue respondit. Primum, s. cum dicit: Nam ego transire faciam omne bonum, &c. Secundum cū dicit: Rursumque ait. Non poteris, &c. Tertium cum dicit: Et iterum, Ecce, inquit, locus est apud me, &c. Circa primum sciendū, quod bonum diuinum pōt dupliciter intelligi. Vno modo pro ipsa bonitate diuina, quæ essentialiter est ipse Deus, qui est summum bonum increatum. Alio modo pro bono uniuersi, quod ad primum bonum ordinatur, sicut bonum exercitus ordinatur ad bonum ducis, secundum Philosophū in 11. Metaph. vnde per hoc quod dicitur, Transire faciam, &c. intelligendum est, vtrumque bonum prædictum: Non. n. dixit. Transire faciam bonum meum coram te, sed omne bonum, quod vtrumq; comprehendit. Bonum aūt uniuersi creatum maxime videtur consistere in bonitate diuinæ prouidentiæ, qua mundus gubernatur prout ordinatur in ipsum Deum, ut dictum est. In qua quidem gubernatione creaturę rationales singulariori modo reguntur a Deo, quam aliæ, vnde Apostolus 1. Cor. 9. d. Nunquid de bobus cura est Deo? quod non est sic intelligendum, ut boues totaliter subtrahantur a cura diuinæ gubernationis, sed solum subtrahuntur a modo gubernationis, qui proprie competit rationali creaturæ, quæ non solum gubernatur a Deo per hoc quod mouentur ab ipso Deo in eis interius operante, sed etiam quod per hoc a Deo inducuntur ad bonum, & retrahuntur a malo per præcepta & prohibitiones, præmia, & pœnas, prout in 1. par. q. 103. arg. 5. in responsione ad 2. arg. Et istæ sunt viæ domini quas Moyses petebat sibi a Deo ostendi, cum dixit: Ostende mihi vias tuas, &c. s. vt cognosceret quomodo Deus per misericordiam & ueritatem, seu iustitiam, quæ sunt uiæ domini, & quodammodo uidentur opposita creaturam rationalem regebat, ad quem autem finem Moyses ista petebat dictum est supra. In hoc igitur quod dixit Deus: Ego transire faciam omne bonum meum ante te, concessit Moysi quod utrumque bonum prædictum faceret transire ante Moysen, s. in specie gloriosa, ipsum Deum repræsentante & etiam diuinam gubernationem prædictam.

Philoso.

Sequitur litera; Et vocabo in nomine domini corā te: Quod verbum exponitur, in postilla de uocatione electorum in notitia diuina existentium, quod non uidetur conuenienter dictum, tum quia non consonat literæ, tū quia non legitur quod Moyses hoc petiuisset, nec ēt fuisset sibi ostensum, tum quia hoc esset contra autoritatem ecclesię quæ in collecta dicit: Deus cui soli cognitus est numerus electorū, vnde dictum verbum uidetur exponendum, continuando ipsum ad præcedentia sic: Dixerat Deus Moysi statim supra. Ego transire faciam omne bonum meum, ante te, &c. quod intelligitur per speciem repræsentantem, ut dictum est, & quia intelligentia opus est in uisione, ut habetur Daniel 10. Idcirco subdit. Et vocabo &c. ubi in Hebræo ponitur vnum uerbum quod indifferenter significat uocare, clamare, seu legere, & est casus, quod ea quæ per illam speciem gloriosam transeuntem repræsentabantur, declararentur ipsi Moysi, per hoc quod Deus coram ipso Moyse vocaretur seu legeret nomen suum, s. diuinum, ipsum sic exprimendo, ut Moyses intelligentiam haberet prædictorum, quod totū fuit impletum prout in sequenti c. continetur, vbi dicitur: Quo transeunte coram eo, &c. prout ibidem exponetur. Et quia uiæ domini quæ ostensæ fuerunt Moysi pro maiori & notabiliori parte uidētur sonare misericordiam & pietatem seu remissionem peccatorum & huiusmodi. et cū dicitur Misericors & miserator, &c. ne forte ex hoc Moyses putaret quod ista respectu cuiuscunq; delinquentis intelligētur, idcirco subdit. Miserebor cui voluero, hoc est dicere prout in glos. Gratuita & spontanea est omnib. Dei misericordię, cum. n. miseretur, gratia est, cū uero indurari permittit, iustū iudicium est, quāuis occultum: Hæc in gl.

Sequitur 2. pars responsionis, cum dicitur: Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam, &c. cuius sensus continuatur ad prędicta sic, quia Deus statim dixerit sup. Moysi. Ego trāsire faciā, &c. quod intelligitur ēt de bono increato, ut dictū est, nec ex hoc forte Moyses putaret sibi concessum esse, uidere ipsam Dei faciem, seu essentiam prout petiuerat, idcirco expressit quod in hoc non concedebatur sibi talis visio, quia non pertinet existentib. in hac uita, unde Greg. in Hom. Quādiu. n. hic mortaliter uiuitur, uideri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturę speciem non potest uideri.

Sequitur tertia pars responsionis, ubi dicitur. Ecce, inquit, locus est apud me, &c. in quo Deus declarat Moysi id quod de suis petitionibus assecuturus esset, & primo assignando sibi locum, cum dicit. Ecce inquit, locus est, apud me, &c. exponatur prout in postilla. Secūdo ostendendo sibi modum quo prædicta essent sibi ostendenda, & hoc cum dicit. Cumque transibit gloria mea. vsque ibi. Faciem autē meam videre non poteris, &c. Ad cuius intellectum sciendum, quod secundum sanctum Thom. in 1. parte, quęst. 1. artic. 9. in cor. art. Et est communis opinio sanctorum doctorum, in sacra scriptura traduntur nobis spiritualia sub metaphoris corporalium, unde in hoc loco duo metaphorice sunt intelligenda. Vnum est cū dicit. Protegam te dextera mea, &c. quod intelligitur ad similitudinem hominis qui non potest uidere alium transeuntem coram se, propter hoc quod protegitur per

manum

A m*anum eius ne ipsum videat, & post transitum, alio auferente manum suam videt posteriora illius transeuntis, non autem faciem eius, qui iam transierat ab ipsius oculis. Aliud metaphoricum est, quod per faciem Dei in hoc loco sicut & in multis alijs intelligitur metaphoricè diuina essentia, per posteriora vero intelliguntur in hoc loco effectus diuinæ prouidentiæ in creaturis, quia effectus est posterior sua causa. Vnde in hac tertia parte Deus concessit Moysi quod transeunte gloria sua ante eum, scilicet per speciem gloriosam, ipsum bonum increatum, & bonum creatum ab ipso procedens repræsentantem, prout in prima parte responsionis dixerat:* Ego transire faciam, &c. *quod tunc videret posteriora eius scilicet effectus diuinæ gubernationis, qui sunt propriè viæ domini, quas Moyses primo scire petiuit, sed cum hoc tamen, faciem domini non videret, ratione tacta in secunda particula responsionis. Sed circa hoc notandum, quod non solum hic fuit concessum Moysi scire vias domini quæ sunt eius posteriora, sed etiam qualiter ista emanant à sua causa quæ est facies Dei seu diuina essentia, licet ipsa essentia diuina à Moyse non uideretur, quod innuitur in hac metaphora: nam tam facies quam posteriora coram Moyse transeunt modo prædicto, sed notitiam posteriorum habuit perfectam, prout dicit:* Et videbant posteriora mea. *Ille enim qui posteriora alicuius videt, scit illa esse posteriora illius, licet faciem eius non uideat. Qualiter autem ista intelligantur declarata fuisse Moysi in se. cap. ubi istæ promissiones fuerunt impletæ, amplius sunt declaranda in illo loco scilicet ubi dicitur:* Quo transeunte, &c.

REPLICA *Correctorij contra Bur. In capitu. xxxiij. vbi postilla. exponit illud:* Non ascendam tecum. *quod videlicet intelligatur de miraculorum operatione. Burgen. dicit illud inconuenienter dictum, quia post electionem gentium miraculosè Deus operabatur, unde dicit quod debeat exponi de cohabitatione Dei in medio populi in tabernaculo & propitiatorio. Sed tunc argumentum Burgen. valet contra se, sicut contra postillatorem, quia post per omnem modum cohabitabat, responsa dabat & sacrificia acceptabat, &c. quemadmodum Burgen. enumerat. Respondeo igitur ad argumentum pro concordia vtriusque,* B *quod hoc dictum,* Non ascendam tecum, *Conditionem subintelligit, scilicet nisi pœnitueris, prout etiam Burgen. dicit, sed quia populus pœnituit de peccato vituli, & hodie Iudæi hoc peccatum detestantur, idcirco ascendit cum eis, & per miraculorum operationem quo ad expositionem postillatoris, & per cohabitationem quo ad expositionem Burgen.*

*Item in eodem. capitu. Burgen. facit longam digressionem, in quo tangit aliqua quæ apud multos probabilia non sunt, transeo tamen ea nisi vbi notat postilla. In primis postillator seruet ordinem ecclesiasticæ hierarchiæ ad angelicam hierarchiam exponit hoc capitu. quod ducatus populi fuerit commissus Moysi sub directione angelica potissime principis synagogæ. Burgen. autem vult quod Moyses petierit a domino populi ducatum immediate sine alicuius angeli præsidentia. & quod Deus concesserit ei immediatum regimen populi absoluendo Michaelem in principatus vsque ad tempora Iosue, quæ facta sunt propter Moysi perfectionem, quam habuit post peccatum vituli, prout late declarare nititur Burgensis in ipsa digressione. Sed salua pace grandipendentium deliramenta Burgensis illud dictum nullum habet fundamentum ex autentica scriptura, nam quod Michael princeps synagogæ fuerit absolutus a suo principatu, & impeditus vsque ad tempora Iosue, aut hoc fuit ex culpa principis, aut subiectorum, aut perfectione Moysi. Prima duo dici non possunt, quia princeps ille in beatitudine confirmatus peccare non poset, & culpa subiecti populi fuit punita, & per pœnitentiam remissa, vt dicit Burgensis in additione vltima circa illud ca. Si igitur detur tertium quod tantæ perfectionis fuerit Moyses, quod nullus fuerit ei custos & cooperator, vt videtur sentire Burgen. hoc uidetur phantasticum & modicum fauere fidei Christianæ, nam nemo sanæ mentis dicere audebit Christum non præcellere Moysen in natura & gratia, & tamen de Christo homine scriptum est Psam. xc. c. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant, &c. Visus est enim Christus ministerio angelorum in multis, non quod indigeret, sed propter hierarchicam institutionem, quam declarat sanctus Dyonis. capitu. ix. Angelicæ hierachiæ, dicens, Equidem diuini luminis distributio à Deo indita est omnibus hierarchijs Angelicis & humanis ordinatissime superueniens ad communicandum omnibus personis hierarchicis. Burgen. igitur per hanc phantasiam excludit solum Moysen ab ecclesiastica hierarchia, Nec quis fidelis audebit dicere ecclesiam sanctam minus gratia præditam quam synagogam cum suo Moyse tamen ecclesiam totā & singulas eius partes secundum actus hierarchicos angelico ministerio dirigi, purgari, illuminari, & perfici credimus, ut S. Dionysii tradit autoritas, ubi supra. Ponitur etiam a sanctis sanctus Michael fore princeps ecclesiæ translatus a principatu synagogæ, ideoque sub nomine eius omnes Angelos ecclesia veneratur, nec puto fauere fidei nostræ dicere Moysen doctorem synagogæ potiorem quam Petrum pastorem ecclesiæ. Quo autem & quibus modis Petrus in regimine ecclesiæ sit directus, adiutus & custoditus ab Angelis, non nisi Actus apostolorum ignorans ignorat.*

*Error igitur uidetur quod hic imaginatur Burgen. Nec motiua eius ad* D *id valent, ex orta est enim expositio illius Iosue, v. quæ dicit angelum tempore Moysi impeditum fuisse, quia transitus columnæ ignis & nubis fuit ministerio angelico. Si enim datio legis fuit facta per angelos in manu mediatoris, ut dicitur ad Galat. 3. multo rationabilius motio columnæ & cætera omnia, quæ nomine domini facta sunt, per ministerium angelorum facta intelliguntur, domino tamen immutabiliter præsente & præsidente. hæc est sententia beati Greg. ut patet supra correctorio primo. 3. cap. Nec allegatum Burg. ex Deu. probat quod intendit. Cum enim dicitur, Dominus solus dux eius fuit, dictio exclusiua non excludit essentialiter ordinata ordine hierarchico, in quo ordine angeli includuntur, ut patet per beatum Dionysium ubi supra, & ideo non sequitur, Tantum homo currit, igitur animal non currit propter ordinem essentialem inter hominem & animal. Talis autem ordo est inter hierarchiam super cælestem & terrenam ex institutione non ex rerum formatione, quia secundum actus hierarchicos se debito ordine præsupponunt. vnde dicitur 12. Metaphys. Entia nolunt male disponi, secundum quam optimam dispositionem influxus a primo per media procedunt in inferiora. Quod autem excluditur cum dicitur, Dominus solus dux eius fuit continuo subinfertur & non erat cum eo Deus alienus. Solus enim Deus ductor populi existens angelicam seruitutem sibi ordine essentiali subordinatam nequaquam excludit, sed potius includit secundum doctrinam beati Dionys. ubi supra. Et si quis obiecerit dicens Deus ad omnia sufficit specialiter in genere causæ efficientis, vt patet per Proclum de causis, igitur ministeria angelorum in hoc ducatu non erant necessaria. Respondeo, hac obiectio valet de ministerio hominum sicut & angelorum, igitur nec Moysi ducatus fuit necessarius, iuxta allegatum Burgen. Deuterou. dominus solus* E *dux eius fuit. Qua ratione enim dictio exclusiua excludit ministerium angeli, eadem ratione & hominis. Ad assumptum igitur autoris de causis dico, quod Deus solus sufficit ad omnia sine medio sufficientia thearchica, sed non hierarchica, & tantum valet dicere, Deus immediate sufficit ad omnia potentia absoluta, sed non ordinata. Ordinem enim hierarchicum Deus a principio conditione naturæ instituit, vt vult beatus Dionys. vbi supra. & sic eas condidit, vt eos ordine sacro suos motus habere sinat secundum beatum August. Gubernat enim Deus ecclesiasticam per medium hierarchiæ cælestis, & inferiora per media, & media per superiora Deus regi instituit sua voluntate, cuius causa quærenda non est, & si quandoque huiusmodi ordinem potentia sua absoluta suspendit & immediate aliqua facit huius est magna causa, quam tempore Moysi Burgen. fingendo rationabiliter non assignat, nisi Moysi perfectionem, cuius tamen perfectio tanta esse non potuit quanta principis gloriosissimi Michaelis, cuius principatum dicit tempore Moysi impeditum, per consequens & eius meritum, quia ministerio ecclesiasticæ hierarchiæ angeli merentur vsque in finem mundi aliquod præmium accidentale, vt habetur ij. sententiarum.*

Philosop.

De u. 31. b.

*Item in eadem degressione Burgen. notat postilatorem exponentem hoc verbum domini ad Moysen,* Vocabo nomen domini coram te, *de vocatione electorum in notitia diuina existentium: quam expositionē dicit Burgen. inconuenientem ex tribus quia vt dicit non consonat literæ, & quia non legitur Moysen id petiuisse: etiam quia non fuisset ei ostensum contra autoritatem ecclesiæ dicentis in collecta, Deus cui soli cognitus est numerus electorum, &c. sed certè istæ obiectiones Burgen. nihil videntur valere. Non primæ, quia expositio postillatoris ad intentionem etiam aliorum literæ bene consonat, quod sic patet nam cum Moyses petijsset signū* F *miserationis diuinæ, dicens: In quo poterimus scire gratiam apud te inuenisse, &c. & cum iam fiducaliter subiūgeret, Ostende mihi gloriam tuā quæ non solum consistit in visione verbi, sed etiam reducentium in verbo, ideo intelligitur Moyses petijsse cogitionem vocationis electorum notitia diuina existentium. Ad quam petitionem sic intellectam respondit Deus quo ad visionem Dei, Ostendam tibi omne bonum quo autem ad relucentiam in Deo, subdit, Et vocabo, vel legam secundum Hebraicam veritatem coram te. sc. exaratum in nomine domini, vt supple, videre & cognoscere possis signū miserationis quod petis non esse præcedentibus meritis, sed à sola mea voluntate. Ideo sequitur.* Cui volo miserebor, &c. *Hæc igitur expositio postillatoris optime consonat literæ contra primam obiectionem Burgen. & ipse Burgen. videtur cum ista expositione quam improbat postea coincidere, cum dicit quod sensus illorum uerborum, & legam coram te in nomine domini, est quod Moysi promitteret Deus dare intelligentiam eorum quæ in gloriosa specie transeunte repræsentabātur. illa autem relucentia sunt in essentia diuina, quæ ipsam repræsentāt. vnde patet Moysen hæc petisse cōtra secūdā obiectionem Burgen. Tertia etiam obiectio Burgen. nihil valet: quia quam possibilis est petitio, vt ostendatur visio Dei, tam possibilis est petitio visionis relucentium in eo, & quam possibilis est collocatio primi, tam possibilis est & secundi apud Burgen. autem & alios possibilis est collatio primi, igitur & secundi, sed & illud quod adducit de collecta ecclesiæ non vrget. quia etsi ostendantur alicui relucentia in Deo, non oportet quod osten-*

Error E

A dantur omnia nec numerus omnium, ideo stat aliquem videre electionem diuinam esse ex gratia, & videre aliquam certam gentem, puta Israeliticam ex huiusmodi electione inuenisse gratiam, qui tamen nō videret numerum electorum omnium, quod solius Dei est iuxta collectam allegatam: Et videtur illa tertia obiectio tendere ad vnum errorem D Parisiis damnatum, uideliret quod omnis uerbum uidens & relucentia in verbo, uidet omnia quæ verbum, error est.

CAP. XXXIII.

Qui reddis iniquitatem patrū filijs ac nepotib. in tertiam & quartā, &c. GREGO. Cum scriptum sit: *Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes, Patres comederūt* B *vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, uiuo ego dicit dominus. Si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium in Israel, vt anima patris ita & anima filij mea est, anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Quid est quod dicitur, *Qui reddis iniqui. patr. filijs ac nepotibus.* Peccatū originale à patribus trahimus, & nisi per gratiā baptismi soluamur, etiam parentū culpā portamus quia unū adhuc cū illis sumus. Reddit iniquitatem patrū in filiis, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursum non reddit iniquitatem patrū in filiis, quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur nō iam parentū culpas, sed quas ipsi cōmittimus habemus. Aliter, Qui praui parentis iniqtatē imitatur etiam ex eius delicto constringitur. Qui autem non imitatur, delicto ei' non grauatur. Vnde fit, vt iniquus filius iniqui patris non solum sua quę addit, sed etiā peccata patris persoluat, † cum E iratum Deum non ignorans malitiam suam adiungere nō formidat. Et iustum est ut qui sub districto iudice vias pris iniqui nō timet imitari, & cogatur etiā culpas eius persoluere. Vnde ani ma patris mea est, anima filii mea est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, quia ī carne non nunquam filii etiā ex patris peccato perimuntur. Deleto autem originali peccato ex parētum nequitia in anima non tenentur. Quid est enim quod paruuli ☞ filii

Lib. 15. moral. c. 22. Ezec. 18. a. Hier. 31. c.

† mane.

† fers.

†De pœd. 4. c. qd est qd dicitur

*duas. *lapideas. *ibidem. †coram. †clamauit †tardus ad iram.

CAP. XXXIIII.

AC deinceps, pręcide, ait, tibi duas tabulas [1] lapideas, instar priorum, & scribam super [2] eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fre- [3] gisti. Esto paratus mane, vt ascendas sta- [4] [5] tim in montem Sinai. Stabisque mecum [6] super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur [7] [8] quispiam per totum montem, bouesque & oues non pascantur [9] [10] econtra. Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea [11] fuerant, † et de nocte consurgens ascendit in montem Si- [12] nai, sicut ei præceperat dominus, portans secum † tabulas. [13] Cumque descendisset dominus per nubem, stetit * Moyses † [14] [15] cum eo inuocans nomen domini. Quo transeunte coram, † [16] ait: Dominator domine Deus misericors et clemens, † patiens, [17] et multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam [18] in millia, qui † aufers iniquitatem et scelera atque peccata, [19] nullusque apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem [20] [21] patrum filiis ac nepotibus in tertiam, et quartam progeniem. [22]

a ¶ In initio boni operis.
a ¶ Spiritualem scilicet intelligentiam legis.
b ¶ Sine me nihil potestis facere. Io. 15. a.
a ¶ Eminentiam contemplationis. ¶ Indignus.
a ¶ Terrenis curis implicati. b ¶ Simplices, imperiti. c ¶ Pascua sanctę scripturæ & contemplationis virorem.
a ¶ Ab humana obscuritate transit in montem spiritualis intelligentię.
a ¶ Non potest mens humana Deum contemplari nisi condescendat ei.
a ¶ Originalem.
¶ Quamlibet. ¶ Non baptizatis.
a ¶ Imitantibus f. b ¶ Vsque ad eos vltio extenditur, qui viderunt quod male sequerentur.

C

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIIII.

Diuisio.

1 AC deinceps. *Hic consequenter ponitur responsio de reparatione legis, vbi primo ponitur ad hoc prima responsio, secundo legis repetitio, ibi*: Obserua, *& tertio eius conscriptio, ibi*, Dixit dominus ad Moysen. *quarto legis iteratæ promulgatio*: Cumque descenderet. *Circa primum præmittitur dispositio materialis, secundo spiritualis, ibi*: Cumque descendisset *dispositio materialiter fuit dilatio tabularum, de qua datur domini mandatum, cum dicitur.*

2 Pręcide, ait, tibi duas tabul. &c. *Id est similes alijs prius fractis in materia & quantitate, de quo autem lapide fuerint nō habetur ex tex. Dicit autem* Ra. Sal. *quod fuerunt de lapide saphiri, & quod dominus ostendit Moysi massam talis lapidis formatam de nouo virtute diuina, de qua Moyses dolauit duas tabulas, & dolaturæ superfluæ fuerunt suæ, & inde ditatus fuit valde, & ideo dictum est*: Pręcide ait tibi. *In He. habetur*: Dola tibi. *idest ad vtilitatem tuam. sed istud videtur fictitium, quia tantum vel plus fuisset ditatus de fragmentis tabularum prius fractarū.* Item *quia* Iosephus *non dicit de quo lapide fuerunt, qui tamen longe fuit ante* Ra. Sal. *ideo videtur melius dicendum, quod de hoc non habetur certitudo.*

3 Et scribam. *In primis enim tabulis Moyses nihil fecit, in secundis vero ipse disposuit materiam dolando vt visum est, quia sicut alias fregerat, iustum fuit quod istas dolaret, sed dominus scripsit ibi decem verba.*

4 Esto. *Quia talis hora est conuenientior ad loquendum Deo*

5 Nullus ascendat tecum. *Quia alij non sunt digni accedere ad me.*

6 Nec uideatur quispiam per totum montem, &c. *Ob reuerentiam deitatis ibi descendentis in signo visibili.*

7 Excidit ergo, &c. *Exequens mandatum domini prompte.*

8 Cumque descendisset, &c. Hic *ponitur dispositio spiritualis quę fuit oratio Moysi, cum dicitur.*

9 Stetit Moyses cum eo inuocans nomen dom. &c. *Scilicet in nube gloriosa cum repræsentante.*

10 Ait dominator. *Hic exprimitur forma orationis, cum dicitur*, Dominator, *scilicet in populi gubernatione.* F

11 Domine. *In legis datione.*

12 Deus. *In cultus veri institutione.*

13 Misericors. *miserijs hominum compatiendo.*

14 Et clemens. *Offensas remittendo.*

15 Patiens. *Emendationem peccantium expectando.*

16 Et multę miseratio. *Effectus tuæ pietatis impendendo.*

17 Ac uerax. *Id est iustus, quia misericordia sine iustitia est pusillanimitas, & iustitia sine misericordia est crudelitas, & ideo in omnibus operationibus diuinis semper simul relucent veritas & misericordia & iustitia secundum illud* Psalm. 24. c. Vniuersæ viæ domini misericordia. & ueritas. *Vel aliter*, Ac uerax, *iustis præmia reddendendo subditur.*

Misericordia.

18 Qui custodis misercordiam in millia. *Reddendo bona, non solum operantibus, sed etiam descendentibus ex eis absque numero.*

19 Qui aufers iniquitatem, &c. *Id est peccata commissa in proximum remittis vere pœnitentibus.*

20 Et scelera. *Id est peccata contra Deum facta.*

21 Atque peccata. *Quæ facit homo in seipsum.* Nullusque apud te per se innocens est, *quia homines contrahunt peccatum originale, & cum hoc actuale, saltem veniale si perueniat ad ætatem adultam.*

22 Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus &c. *Hoc expositum est supra 20. cap.*

✱ 1 Festinus-

MORALITER.

✱ *At deinceps, &c.* Per tuas tabulas quæ fractæ fuerunt, significatum fuit uetus testamentum quod per nouum euacuatū est modo qui sequitur. Nā à tempore publicationis euāgelii cęremonialia sunt mortifera, iudicialia uero non obligant nisi de nouo fuerint instituta, moralia uero remanent in quantū cōtinent dictamen iuris naturalis, & hoc notatur cum subditur,

3 *Et scribam super eas.* Sequitur.

4 *Nullus ascendat tecum, &c.* Quia solus Christus per Moysen significatus seu figuratus, accepit nouum testamētum à patre, ✱ & aliis

a ¶ Se terram & cinerem esse intelligens.

Festinusque Moyses incuruatus est pronus in terram, & adorans ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim duræ ceruicis est: & auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque posside. Respondit dominus: Ego inibo pactum † videntibus cunctis signa faciam, quæ nunquam sunt visa super terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus domini terribile quod facturus sum. Obserua cuncta quæ hodie mandauit tibi: Ego ipse eiiciam ante faciem tuam Amorrhæum Chananæum & Hethæum, Pherezæum quoque, Heuæumque & Iebuzæum. † Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ tibi sint in ruinam: sed & aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide. Noli adorare Deum alienum. Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator. Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum vocet te quispiam & comedas de immolatis. † Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant filios tuos in Deos suos. Deos conflatiles non facies tibi. Solennitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi in tempore mensis † nouorum. Mense enim † verni temporis egressus es de Ægypto. Omne quod aperuit vuluam generis masculini, meum erit. De cunctis animantibus, tam de bobus, quam de ouibus, meum erit. Primogenitum asini redimes oue. Sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes, nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, die septimo † cessabis arare &

Interlinear glosses: a ¶ Clemens & propitius. — a ¶ Puniendo & ignoscendo. b ¶ In proximum. c ¶ In nosipsos. d ¶ Tanquam hereditatem tuam. — ¶ Hoc nunquam est a Iudæis datum ad literam. de die ergo iudicii accipiendum est, in quo facturus est Deus quæ nunquam visa fuerunt. — a ¶ Per has gentes septem vitia designantur, cum quibus societatem iungere prohibemur. — a ¶ Ne quis incipiat colere. b ¶ Vt nulla monimenta idololatriæ remaneant. — ¶ A parte totum. ¶ Pascha. — ¶ Tota præsenti vita. a ¶ Synceritatis & veritatis. — a ¶ Principium. s. bonorum tam corporalium quam spiritualium. — a ¶ Virilis. s. & fortis. b ¶ Fortibus patientibus. — a ¶ Simplicibus, innocentibus. b ¶ Primum opus immunditiæ. c ¶ Simplicitate innocentiæ. — a ¶ Quia mens immunda si non fuerit in melius mutata, necabitur morte perpetua. — a ¶ Tabernaculo. s. quod ecclesiam significat. — a ¶ Oblatione bonorum operum & virtutum. b ¶ Toto tempore. s. vitæ tuæ, quia homo nascitur ad laborem & multa est vita hominis super terram. c ¶ Inquietatio animarum.

Left gloss: filii plerunque à dæmonibus arripiuntur nisi quod caro filii ex patris pœna mulctatur, in semetipso enim percutitur pates iniquus & contemnit, percutit ergo in filiis, vt acrius vratur, & dolor patris per carnem filio rum redit, vt filiorum pœna mens patris iniqua puniatur Cum vero non paruuli sed iam perfectiores filii, & parentum culpa feruntur, illorum etiã pœnas luunt quorum facta secuti sũt. Vnde recte dicitur, vsque ad tertiam & quartam progeniẽ, quia enim vsque ad tertiam & quartã progeniẽ eã quam imitentur filii parentum vitã possunt videre, vsq; ad eos vltio extẽditur, q viderũt quod male sequerentur.

a *Dominus zelotes.* AVGVSTINVS. Dominus Deus .n. zelans, eius nomen Deus zelator est, id est nomen ipsum quod dominus Deus dicitur zelans est, quia Deus zelator est. Quod non humanæ pturbationis vitio facit Deus, sẽper & omnino incõmutabilis & tranquillus, sed hoc verbo indicat non impune plebem suam alienos Deus fornica-

Left margin: †Deu.7.a. — *&. — †3Re.11.a — Qo.158. In Exod. — † Aprilis.

Right gloss: turam. † Dictum est enim hoc verbũ tropice à zelo maritali, qui castitatem custodit vxoris, & perdit omnem qui fornicatur à se.

b *Primogenitum asini, &c.* ISIDORVS. Per asinum immũditia, per ouem innocẽtia designatur. Asini ergo primogenita oue mutare est immundę vitæ primordia ad innocẽtię simplicitatem cõuertere, vt postq illa peccator egit, q vt immunda dominus respuit, ea iam agẽdo proferat, quę Dei sacrificio munda imponat.

c *Die septimo.* AVGVST. Cum de sabbatho præciperet, quid est quod adiũxit de satione & messe, Videtur enim dicere tempore sationis & messis. An forte ita obseruandam requiẽ sabbathi præcepit, vt nec illa tempora habeant excusationem quæ agricolis valde sunt necessaria propter victum & vitam. † Iustum est ergo etiam tempore sationis & messis, quando multum vrget operatio vt requiescat in sabbatho, & sic per hec tẽpora quę opus plurimũ flagitãt, significatũ est oĩ tpe sabbathi debere cessari.

*Nullus*

Right margin: †Ductum — †corã populo tuo. — Qõ.160. Historice — *suis. — †aprilis in quo oĩa renouantur — †Iussum. — † Cessa.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Festinusque Moses incuruatus est, &c. *Exhibens reuerentiam Deo.*

2 Et adorans ait. *Actu interiori corde & etiam ore, ideo subditur,* ait.

3 Si inueni, &c. *Licet enim iam dominus Moysi concessisset quod ipse esset ductor eorum in itinere, timebat tamen ne superueniret impedimentum propter peccatum populi, quem sciebat esse pronum ad malum, ideo orabat vt istud impedimentum non superueniret. vnde subditur.*

4 Populus enim duræ, &c. *Et ideo quia tu es misericors indigemus præsentia tua.*

5 Et auferas iniquitates nostras. *Præterita remittendo.*

6 Nosque possideas. *à futuris præseruando.*

7 Ego inibo pactum. *Id est fœdus amicitiæ vobiscum.*

8 Signa faciam, &c. *Sicut postea fecit quando terra Dathan & Abiron deglutiuit, & in siccatione Iordanis, & in subuersione ciuitatis Hiericho sonantibus Tubis.*

9 Obserua cuncta. *Hic consequenter ponitur legis repetitio, breuis tamen & per modum epilogi, cum dicitur:* Obserua cuncta quę ego hodie mandaui tibi. *repetendo quæ supra præcepit a 20. cap. usque ad 22. cap. licet non omnia sint hic scripta iterum.*

10 Ego ipse, &c. Amorrhęum. *Non nomina hic Gergezæum, quia ille populus recessit de terra eis promissa ante aduentum filiorum Israel.*

11 Caue ne vnquam cũ habitatoribus, &c. *Quia ex diuina sententia debebant interfici, & ne inducerent populum Israel ad idolatriam, si contraherent cum eis amicitiam.*

12 Sed & aras eorum, &c. *vt non remaneat memoria idolatriæ.*

13 Lucosque succide. *Circa templa enim idolorum erant luci, vbi exercebant carnalem lasciuiam.*

14 Dominus zelotes, &c. *Hoc est expositum supra. 20. cap.*

15 Vocet te quispiam, &c. *in veneratione idoli, & sic trahat te ad idolatriam.*

16 Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis. *cuius causa subditur.*

17 Ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ *per idolatriam, quæ est fornicatio spiritualis.*

18 Fornicari faciant. *Id est ad idolatriam pertrahant.*

19 Deos conflatiles non facies tibi. *Per hoc etiam intelliguntur prohiberi idola per sculpturam facta, vel quocunque modo. Dicit tamen conflatiles, quia de nouo sibi fecerant vitulum conflatilem, Consequenter repetit aliqua quæ pertinent ad uerum Dei cultum, & primo de solennitate paschali dicens. Solennitatem azymorum, &c. Secundo de redemptione primogenitorum. cum dicit:* Omne quod aperit vuluam, &c. *Tertio de obseruatione sabbathi, cum dicit:* Sex diebus operaberis, &c.

Margin: Diuisio.

*Quarto*

MORALITER.

& aliis publicauit. Quod aũt subditur postea, quod Moyses velata facie loquebatur ad populum, fuit significandum quod ea quæ traduntur explicite in nouo testamento fuerunt sub velamento figurata in veteri testamento, & quod tẽpore noui testamenti uelamẽ remaneret supra corda Iudæorũ pro maiori parte quod autem subditur de Moyse.

Pentecosten.

metere. Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticę, & solennitatem quando redeunte anni tempore cuncta † conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu † omnipotentis domini Dei Israel. Cum enim tulero gentes a facie tua, & dilata uero terminos tuos, nullus † insidiabitur terræ tuæ, ascendente te & apparente in conspectu domini Dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ † tuę, neque residebit † mane de uictimis solennitatis Phase. Primitias frugum terrę tuę offerres in domo domini Dei tui. Non coques hędum in lacte matris suę. Dixitque dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hæc, † quibus & tecum & cum Israel pepigi fœdus. Fuit ergo tibi cum domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes. Panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis de-

a Tabernaculorum: quę scenopęgia dicitur.
a Quia in fide trinitatis sanctæ omnia bona nostra offerre debemus.
In vere. In æstate, in autumno.
Vitia.
a Exclusa omni angustia mentis & corporis. b Hoc ad literam nunquam contigit Iudæis.
Hoc in futura vita complebitur, quando nec visibilis hostis, nec inuisibilis sanctis nocere poterit.
a Quia sacrificium purum & sine omni corruptione debet esse. b Malitiæ & nequitiæ.
a De carnibus, s. agni, qui immolabatur in pascha. b Quia sic sacrificia nostra in præsenti debemus complere, ne in futuro iudicio incipiamus sacrificare, cum non erit tempus operandi, sed mercedem recipiendi.
a Principia omnium bonorum ascribe Deo non tibi. b Ecclesia.
Quod ante dixerat, quando tabulas accepit, quas fregit, hoc etiam modo repetit non recapitulando quod factum est, sed iterum factum esse commendans.
a Corporalem. s. Nomine panis omnem cibum significat a patre totum, sicut & nomine aquæ omnem potum.

Qō. 161. a *Nullus insidia.* AVGVSTIN. Quod dixit: Non concupiscet quisquam de terra sua, &c. Hoc vult intelligi, vt securus quisq; ascenderet, nec de terra sua sollicitus esset et Deo promittēte custodiam quod nemo inde aliquid concupisceret, propter illū qui ascēdit, ne suam inde timeret absentiam. Et hoc satis ostēdit quid supra dixerit. Nō apparebis in cōspectu Dei tui inanis: quia in illo loco dixit vbi tabernaculū vel tēplum Deus fuerat habiturus.

Quæst. 162 & 163. b *Non immola, &c.* AVGVSTIN. Quid est quod ait Non occides super fermentum sanguinem immolatorum meorū An illa hoc loco dicit immolata sua q̄ per pascha occiduntur, & pręcepit ne tunc sit in domo fermentum, quādo sūt dies azymorum.

c *Non coques hædum in lacte.* AVGVSTINVS. Non coques agnum in lacte matris suæ. Ecce dixit iterum, quod quēadmodū itelligi possit ignoro. Magna tamen est de Christo prophetia ētsi fieri ad literā possit, quāto magis si non potest. In sermonibus enim Dei nō sūt ad proprietatē operū omnia reuocāda, sicut nec illud de petra & cauerna eius & man⁹ suppositione. Sed planè de fide narrationis hoc exigendum est, vt quæ dicit facta esse, verè facta sint & quę dicit dicta esse, verè dicta sint, quod exigitur etiam à narratoribus euangeli, cum Christum narrēt quędam dixisse, quę in parabolis dixit, tamen hoc eum dixisse non parabola, sed historica narratio est.

d *Quadraginta dies. &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quid detulit Iudæis legem de monte? Ieiunium Moysi quod quadraginta diebus fiebat, sed priusquam deferretur lex, visus est populus veritatem amisisse.

Serm. I. de ieiunio. ✼ BASILIVS. Moyses per ieiunium mandata Dei digito in tabulis conscripta suscepit. Item supra montem, ieiuniū legis latæ conciliator erat inferius vero gula ad idolatriam populū deduxit. Quadraginta dierum labotē ac perseuerantiā Dei seruo cōtinuo ieiunāte & orāte, vna populi ebrietas cassam reddidit.

✼ HIERON. Sed uide quod nec secunda conscriptio tabularū absq; ieiunio potuit impetrari: quod ebrietas perdiderat, inedia reperit. Ex quo ostenditur posse nos per ieiuniū redire in paradisum, vnde per saturitatem fueramus eiecti.

ISIDORVS. Moyses quadraginta diebus ieiunauit, & Helias, & ipse dominus. Pręcipit enim nobis ex lege, ex prophetis, & euāgelio. Quod testimoniū ex his habet. Vnde in monte inter vtranq; personam medius saluator effulsit, vt ab omnib. mūdi illecebris auiditatem nostram tanquā ieiunio temperantiæ refrænemus quādiu perfectio decalogi p quatuor eiusdē mundi partes, id est toto orbi prædicatur, vt decem quater ducta quadragenarium numerum signent.

Qō. 166. Historice. e *Et scripsit in tabulis, &c.* AVG. De Moyse dictū est q ipse scripsit, cui & De⁹ paulo ante dixit, *Scribe tibi verba hæc.* Cū verò primū legē accepit, cui⁹ tabulas abiecit & fregit, nec ipse excidisse dict⁹ est, nec ei dictum est vt scriberet, nec eas scripsisse naratur, sicut modo dicitur. Scripsit in tabulis verba testamenti, &c. Sed tunc dictum est, & dedit Moysi statim vt cessauit loqui ad eū in mōte Sinai duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei, & paulo post: Conuersus inquit Moyses descendit de mōte, & duæ tabulę lapideæ, & tabulæ opus Dei erāt, & scriptura Dei scripta in tabulis. Magna ergo quęstio orit quomodo illę tabulæ quas erat Moyses domino p̄sciente facturus, nō hominis op⁹ esse dicūtur sed Dei: nec ab hoīe scriptæ, sed digito Dei posteriores verò diu māsuræ, & in tabernaculo & in templo Dei futurę iubēte Deo, tā ab hoīe excisæ sunt, quam ab homine scriptæ. An in priorib. gratia Dei significabat, nō hominis opus qa indigni facti sunt reuertētes corde in Aegyptū, & faciētes idolū, vnde illo beneficio priuati sunt, & propterea Moyses tabulas fregit. His vero tabulis posterioribus significātur, qui de suis operib. gloriantur. Vnde Apostolus. *Ignorantes Dei iustitiam, & suā volentes constituere iust. Dei non sunt sub* & ideo tabulę humano opere scriptę sunt, quæ cū ipsis manerēt significantes eosdē sui s operib. gloriaturos, nō de digito Dei id est de spiritu Dei. Certè ergò repetitio legis nouū testamētum significat. Illud aūt vetus significabat, vnde cōfractū & abolitū est, maximè quia cū secūdo dat lex, nullo terore datur, sicut illa in strepitu igniū, nubiū, & tubarū, vnde tremefactus populus dicit. *Non loquatur dominus ad nos ne moriamur.* Vnde significatur timor esse in veteri testamēto, in nouo dilectio. Quomodo igitur hæc soluit quæstio? quare ille opus Dei, iste op⁹ hoīs, & illæ scriptę digito Dei, istæ scriptæ ab homine? An fortè ideo magis in prioribus vetus significatur testamentum qa Deus ibi præcipit, sed homo no fecit? Lex enim posita est in veteri testamēto, quę conuinceret trāsgressores, quę subintrauit vt abundaret delictū. Non enim implebatur timore, q̄ non impletur nisi charitate. Et ideo dicitur opus Dei, qa Deus legē cōstituit, Deus scripsit, nō opus hominis, quia homo Deo non

Margin: Sup. 23. c. — † meæ. — vbi supra. — † colligūtur. — † dominatoris. — † concupiscet terrā tuam. — † vsquemane. — Moyses. † qui in cau sa verborū istorum. — Sermone i de ieiunio. — libr. 2. aduersus Iouinianū. — Ieiuniū xl. dierū consecratum. — 4. Ro. 10. a — Supr. 10. a — Quæstio. — Rom. 5. d.

NICOLAVS DE LYRA.

✼ *Quarto de solennitate pentecostes, cum dicitur, Solennitatem hebdomadarū. Quinto de solennitate tabernaculorum, cum dicitur. Et solennitatem, quando redeunte anni tempore, &c. Scilicet in principio Septembris. Sexto iterum addit de solennitate paschali, cum dicitur. Non immolabis super fermento, & exponantur omnia ista sicut exposita sunt supra 12. cap. & 23.* (Sup. 23. b. Deut. 16. d)

1 Dixitque dominus ad Moysen. *Hic ponitur iteratæ legis conscriptio cum dicitur.*

2 Scribe tibi uerba hæc. *Hoc videtur esse contrarium ei quod dominus supra dixit in principio ca.* Et scribam super eas. *Ad hoc dicunt aliqui, quod dominus scripsit autoritatiue & dictando, sicut August. dicitur scripsisse librum de ciuitate Dei, vel huiusmodi, sed Moyses scripsit ministerialiter & figurando. Sed hoc non videtur verum, quia cum, illæ tabulæ essent lapideæ, literæ fuerunt ibi figuratu per sculpturam non autem est verisimile, quod Moyses ascendens montem ad orandum dominum & vacandum contemplationi, portaret secum instrumenta ad sculpendū cum sonitu & malleatione. Et ideo dicendum, quod dominus illas literas figurauit, ut prædictum est. Et ideo quod hic dicitur:* Scribe, *intelligendum est quod Moyses scripsit illa uerba non in tabulis lapideis, sed postea in libro. Potest etiam aliter dici, scilicet quod Moyses manum ad tabulas apposuit, sed dominus tunc literas miraculosè formauit, sicut ad impositionem manuum Apostolorum, dabatur spiritussanctus, non quod illa impositio in recipientibus spiritumsanctum aliquid faceret, & tunc redit in hoc quod prædictum est, scilicet quod Deus illas literas figurauit.*

3 Fuit ergo ibi cum domino, Moyses quadraginta dies. *Alios s. quadraginta a præcedentibus.*

4 Et scripsit in tabulis. *Hoc refertur ad dominum, vt dictum est. Si autem refertur ad Moysen, exponendum est modo prędicto immediate Aliter etiam exponunt aliqui, dicentes:* Scripsit, *id est scriptas a Deo recepit.*

✼ 1 Cumque

nou obtemperauit, & eum potius reū lex fecit. In secundis aūt tabulis homo per adiutoriū Dei tabulas fecit, vñ dicit domin': *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Et Apostol', *Plenitudo legis Charitas.* Factum est ergo homini facile in nouo testamento, quod ī veteri difficile fuit habēti fidē, quæ per dilectionē operatur, atq; illō digito Dei. in spiritu Dei intus eam in corde scribente, non foris in lapide. Vnde non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib', quoniā *charitas* Dei qua veraciter impletur præceptum, *diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.* Hęc est ergo prima lex data, vbi significat vetus testamentū, quod est opus tantum Dei, & scriptum digito Dei, vnde Apostolus dicit: *Itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum & iustum & bonum.* Lex ergo sancta & bona Dei opus est, vbi homo nihil agit, quia non obtēperat, sed reatu potius premitur lege minā te & dānan te. Beatus autē homo est cum hoc mandatū sanctum & iustum & bonum facit, hoc etiam opus eius, sed per gratiam Dei.

Matt. 5. b. Rom. 13. c. † descenderet. * Moyses. 2. Cor. 3. a. † φ resplē deret cutis faciei Moysi. Rom. 7. c.

a cem. Cumque † descenderet * de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonii, & ignorabat, † quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis domini. † Videns autem Aaron & filii Israel † cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere. Vocatique ab eo reuersi sunt tam Aaron, quam principes synagogæ, & postquam locutus est, * venerunt ad eum etiam omnes filii Israel, quibus præcepit cuncta quæ audierat a domino

a Quia facies Moysi glorificata, lex diuinis mysteriis illustrata.
¶ Quibusdam radiis splendoris quos humanus visus ferre non poterat.
¶ Quia cum domino.s.tandiu locutus fuerat.
a Duobus.s.testamentis, quæ erant in facie Moysi.i.in lege vetus.s.aperte, nouum occulte.
b ¶ Quia lucem diuinorum mysteriorum Iudæi non intelligunt, sed abhorrent a lege.

a *Cumque descenderet.* Isid. Ascendit Moyses denuo in montē, iterumq; dat ei legem Deus in aliis tabulis adinstar priorum excisis. Sed quas primum accepit sine mora cōfregit, quę imaginē gerebant priscæ legis, quæ non post lōgo interuallo pro populi peccato cessauit. Illæ vero adinstar priorū excisæ nouuū significabāt testamentū, quæ non sunt fractæ, quia nouū testamentū manet in ęternū, vnde merito decē verbis signātur, ut per ipsum numerū figura crucis exprimeretur, quē significat, x, litera q̄ in specie crucis formatur. Christus enim non uenit legem soluere, sed adimplere per passionem.s.crucis, cuius imago fuit in tabulis.

Mystice. Isid. Descendente Moyse cum tabulis facies eius glorificata uidetur, sed tamen uelamine tegitur in quo significabat legēmystico uelamine esse coopertā, & infidelib. occultā. Sermo enim legis habet scientiam gloriæ, sed secretā, habet & cornua duorū testamentorū, quib. cōtra dogmata falsitatis incedit armata. Cū enim Moyses tegitur, uelamē est positū super cor eorū & manifeste dum legis & prophetarū scripturā carnaliter accipiūt infideles, tota facies Moysi quodā uelamine tegitur, ut non possint loquētis leges gloriā sustinere, sed si cōuersi fuerint ad Deū, auferetur velamē, occidēs litera morietur, uiuificās spiritus viuificabitur, dominus enim spiritus est, & lex spiritualis est, unde, *Reuela ocul meos & considerabo mirabilia de lege tua.*

Ioan. 4. d. Psal. 118. c. Ho. 12. in Exod. Allegoricę.

b *Videns autem Aaron, etc.* Orig. Scriptū est quia uidit Aaron & omnes filii Israel Moysen, & erat glorificata facies eius & color uultus eius, & timuerunt accedere ad illū. Et post pauca ponebat Moyses super faciē suam uelamē, Cum aūt introiret in conspectu domini, ut loqueretur, ei auferebat uelamē. Quod edisserens Apostolus ait. *Quia si ministerium mortis in literis formatum in lapidibus fuit ad gloriam, ita ut non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ aboletur, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria.* Et paulo post: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent in faciem vultus eius filij Israel. Obtusi enim sunt sensus eorum, &c.* Quis non pertimescat notam obtusi cordis? Glorificata est facies Moysi, sed non possunt intēdere filii Israel ī faciē eius. Nō potest populus Synagogæ intendere. Si quis autē uitam habet eminētiorem quam uulgus, ille potest. Et nūc etiam uelamē positū est in lectione ueteris testamenti, & Moyses glorificato uultu loquitur. Sed gloriā non possumus intueri, quia adhuc populus sumus, & nihil studii, nihil meriti, plusquam reliqua plebs habemus. Cum autem quis conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen, conuersio ergo nostra causa est auferendi uelaminis. Dum ergo legentes diuinas scripturas non intelligimus, dum obscuræ sunt & clausæ, nondum conuersi sumus. Conuersis enim statim aufertur velamen. Omnis qui, cum recitantur verba legis, communibus occupatur fabulis, auersus est, & qui de negotiis secularibus, de pecunia, de lucris, de possessionum curis, & diuitiarum cupiditate solicitus est, qui gloriæ seculi, & mundi honorib. studet, auersus est. Qui etiam ab his videtur alienus, adsistit autē & audit verba legis vultu atq; oculis intentus, corde tamen & cogitatione uagatur, auersus est. Quid ergo est conuertir? Si his omnibus terga vertamus, vt studio, actibus, mente, & sollicitudine, verbo Dei operā demus, & in lege eius die ac nocte meditemur omissisq; omnibus, Deo uacemus & exerceamur in testimoniis eius, hoc est conuersum esse ad dominum. Quis autem nostrum tanto labore & studio diuinas quærit literas, quanto quęsiuit humanas. Aliqui ut recitari audierint quæ leguntur statim discedūt, nulla de his quæ lecta sunt adinuicem inquisitio, nulla collatio, non interrogant patres suos ut dicant sibi, nec presbyteros ut annuntient. Alii nec patienter expectant usq; dum lectiones in ecclesia recitentur. Alii nec si recitentur sciunt, sed in remotioribus ecclesiæ locis secularibus fabulis occupantur, quibus iam non uelamen super cor, sed paries & murus positus est. Si enim qui adest audit, intendit, & quæ audit retractat & discutit, percontatur & discit, uix potest ad libertatem scientiæ peruenire, qui abscondit aures suas ne audiat, & terga in faciem legentis obuertit, quo modo dicēdus est uelamen habere superpositum cordi, ad quē nec ipsum quidem uelamen literæ quo sensus velatur, qui est sonus vocis accessit. Gloriosa ergo efficitur facies Moysi, habent enim gloriam ea quę loquitur, sed tegitur & occultatur, & omnis gloria eius intrinsecus.

2. Cor. 3. b. † splendere ret cutis faciei suę. videntes. * ad eos. Deut. 32. a. ibidem.

Orig. Illud quoque intuere quod in lege vultus Moysi glorificatur, licet uelamine contegatur. Manus intra sinum missa leprosa facta est. In quo mihi uidetur forma totius legis plenissime designari. In vultu enim sermo legis, in manu opera signantur, quia ergo ex operibus legis & nullus erat iustificandus, nes aliquem ad perfectum poterat ducere lex, manus leprosa fit, & in sinum reconditur, tanquam nihil perfecti operis habitura. Facies quoque glorificatur, sed uelamine tegitur, qui sermo eius habet scientię gloriam sed occultam. Vnde. *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.* Facies ergo Moysi habet gloriā, manus contumeliam. Denique soluere iubetur calciamentū suū sic nulla gloria erat in pedibus eius, licet hoc fieret non sine mysterio, nouissima enim pars hominis pedes sunt. Ostendebatur ergo quod in nouissimis temporibus solueret calciamentū suum Moyses, ut alius acciperet sponsam, & illa uocaretur domus discalceati usque in præsens. Nihil ergo in lege gloriosum habet Moyses nisi solam faciem. In euangelio autem totus glorificatur Vnde, *Apparuerunt Moyses & Helias in gloria loquentes eum eo.* Hic non dicitur, quia vultus eius glorificatus est, sed quia totus apparuit in gloria loquens cum Iesu, ubi completur quod ei promissum est in monte Sinai posteriora mea uidebis. Vidit enim quę in posterioribus diebus facta sunt, & gauisus est, qua non solum vultu glorificatus de mōte descendit, sed totus glorificatus ascendit ex monte, & cum de quo dixerat, Prophetam suscitabit vobis Deus uester ex fratribus uestris, sicut me, &c. nunc adesse cernebat & fidem facere sermonibus suis. Et ne cunctaretur in aliquo audit patrem dicentem, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Moyses dixit, illum audietis. pater dicens, Ipsum audite, præsentem.

Psal. 50. b. Deut. 15. c. Matt. 17. a. Deut. 18. c. Matt. 3. d.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Cumque descenderet, &c. *Hic consequenter describitur legis iteratæ promulgatio, ubi præmittur publicantis conditio cum dicitur.*

Cornua Moysi.

2 Ignorabat, &c. *Erant enim quidam radij meri splendoris procedentes in altum ad modum cornuum, quos Apostolus vocat gloriam vultus Moysi. 2. Corin. 3. d. vnde in Hebræo habetur, Et non cognouit quod cornuta esset lux faciei suæ. Sed quare non habuit ante, cum locutus fuisset cum domino diu in monte. Dicunt aliqui quod non habuit tunc ita limpidam cognitionem de Deo sicut postea, ad quod denotandum apparuerunt tales radij. Alij dicunt quod hoc factum est vt populus qui per idolatriam peccauerat, magis eum timeret et haberet in reuerentia. Rab. Sal. dicit quod hoc fuit ex hoc quod dominus posuit manum suam super faciem, vt habetur in fine præcedentis capituli. Sequitur.*

3 Timuerunt prope, &c. *Propter dicti splendoris reuerentiam.*

4 Vocatique ab eo reuersi sunt, *Ex reuerentia enim retrocesserāt et ex obedientia redierunt.*

5 Quibus præcepit cuncta quæ audierat a domino. *Publicando ea quæ a domino audierat.*

sentem ostendit. Gaudet et Moyses, quia & ipse nūc quodammodo velamen deponit conuersus ad dominum, cum euidenter quæ prædixit implentur, et cum tempus aduenit vt per spiritum quæ obtexerat reuelentur. Sed videamus quid dicat Apostolus: Dominus autem spiritus est, vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Puto q verbum Dei pro eo, quod auditoribus interest, nunc via, nunc veritas, nunc vita, nūc resurrectio nominatur, nunc etiam caro, nunc vero spiritus. Quamuis enim vere ex virgine substantiā carnis accepit, in qua crucem pertulit, resurrectionem initiauit, dicit tamen Apostolus, *Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus*. Quia ergo nunc sermo eius ad subtiliorem intelligentiam prouocat, & vult nos nihil carnale in lege sentire dicit, vt qui vult auferre uelamen, conuertatur ad dominum, non quasi ad carnem, sed quasi ad spiritum, ut de carnalibus ad spiritualia ueniat, & de seruitute ad libertatem. Vbi enim spiritus domini, ibi libertas. Alibi autē dicit, Nihil iudicaui me scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Istis non dicebat, quia dominus spiritus est & Dei sapientia qua non poterant agnoscere Christum secundum hoc quod sapientia est, sed secundum hoc quod crucifixus est. Illi autem quibus dicebat: Sapientiam loquimur inter perfectos, non huius seculi sed Dei sapientiam in mysterio absconditam indigebant uerbo Dei secundum hoc uerbum caro factum est secundum hoc quod sapientia in mysterio abscondita est. His ergo qui ad spiritualem intelligentiam prouocantur, dicitur: Dominus autem spiritus est, ubi autem spiritus domini, ibi libertas, qua s. conuersi ad dominum, de seruitute seculi liberati libertatem scientiæ requiramus.

2.Cor.3.d — Ioan.14. — † qui. — † resplendentem. — † donec ingrederet ac loquendū cum eo — 1.Cor.5.c. — 1.Cor.2.a. — 1.Cor.2.b — Ioan.1.b. — Ioan.4.d.

a ¶ Quiusque hodie dum legitur Moyses, velamen positum est super corda Iudæorum.

in monte Sinai. Impletisque sermonibus † posuit velamen super faciem suam, † quod ingressus ad dominum & loquens † cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse † cornutam, sed operiebat rursus ille faciem suam, † si quando loquebatur ad eos.

b ¶ Quia conuersis ad dominum aufertur velamen. ¶ Velata facie.

a ¶ Plenitudo huius sabbathi erit in æterna beatitudine.

a *Et tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant, etc.* AVGVS. Postquam descendit Moyses de monte, opera mandantur tabernaculi construendi, & uestis sacerdotalis, de quibus faciendis antequam aliquid præciperet, locutus est ad populum de sabbathi obseruatione. Vbi merito q. mouet cum decē uerba legis acceperat in tabulis quas ipse excidit & scripsit, cur de solo sabbatho postquam descendit populum monuit, Si enim propter eadem legis præcepta, superfluum erat ut populus iteru m audiret cur non & hoc superfluum, cum in eiusdem decem præceptis legatur. An & hoc simile est uelamento, quo faciem texit, quia splendorē vultus eius filij Israel non poterant intueri. Nā ex decem præceptis hoc solum populo præcepit, quod ibi figuratè dicitur. Alia. n. nouem sicut ibi etiam in nouo testamento obseruanda non dubitamus. Illud autem vnum de sabbatho adeo velatum & in mysterio præceptum fuit, vt hoc eia nobis non seruetur, sed solum significatum intueamur. In illa autem requie, vbi opera seruilia iubentur cessare, magna est altitudo gratiæ Dei. Tunc enim fiunt cū requie opera bona, cū fides per dilectionem operatur, timor autē tormentum habet, & in tormento, quæ requies, unde timor non est in charitate. Charitas autem diffusa est in cordibus nostris p spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ideo sabbathum requies sancta domino dicitur, Dei s. gratię tribuenda non nobis uelut ex nobis alioquin nostra opera sic erunt, ut sint humana, aut cū peccato, aut cum timore nō cū dilectione, & ideo seruilia sine requie sempiterna sunt. Nō enim frustra institutū est sabathū, & sabbathū sabbathorū. Superius quādo prius locutus est Deus de tabernaculo ungēdo, dixit eadē unctione sanctificari illa omnia & fieri sanctasanctorum. Altare autē holocaustomatū eadem nō sanctificatum unctione, dixerat sanctū sancti. Et hoc interesse uidebatur, quod nihil eorum dixisset sanctasanctorū nisi quod tātū velo separabatur à sancto, ubi s. erat arca testamenti & altare incensi. Nunc cū eadē repeteret, dixit de tabernaculo uncto & his quæ in illo essent, q eadem unctione sanctificatentur & fieret sancta. Altare uero holocausti quod prius dixerat fieri sanctumsancti, eadem unctione nunc dixit fieri sanctasanctorum. Vnde intelligitur idem esse sanctum sancti & sanctasanctorū, ac per hoc illa omnia uncta, id est totum tabernaculum, & quæcunq; in eo essent, quæ prius appellauit sanctasāctorum, tantū ualeret quod nunc ait sancta, nec un umquodque eorum dici tantummodo post illā unctionē sanctumsancti, sed etiam sāctumsanctorum, sicut altare holocausti, ut iam nihil quantum ad hanc appellationem attinet, inter illa quæ intra uelum fuerant, ubi scilicet erat arca testimonii, & cętera quę foris sunt intersit, nisi quod ista interius ita dicebantur sanctasanctorum, uel sanctumsanctorū, ut etiā ante unctionē sic dicerentur, cætera uero unctione sanctificata sunt, ut hoc nomen acciperent.

Quest.172 in Exod. — Questio. — D — 2.Co.3.c — Gal.5.b. — Ioan.4.d. — Rom.5.a. — E

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Impletisque sermonibus posuit velamen super faciem suam. *Quando cognouit faciem suam esse cornutam per aliorum insinuationem.*

2 Sed operiebat rursus ille, &c. *In Hebræo habetur, & reponebat velamen super faciem suam, donec veniret ad loquendum cum eo, id est, cum Deo.*

* CAP.

MORALITER.

† *Quod ingressus ad dominum, & loquens cum eo, &c.* Scilicet uelamen significat quod in patria non remanebit uelamen figuratum ueteris testamenti, & nec & ænigma noui, quia sicut dicit Apostolus 1.Cor.8.d. Videmus nunc per speculum in ęnigmate, tunc autem facie ad feciem.

† MO-

ADDITIO.

*In cap. 34. vbi dicitur in postilla, Præcide tibi.*

*Consequenter ait dominus Moysi, Pręcide tibi duas tabulas, &c. in quo Deus ostendebat se iam placatum populo volens vt fierent aliæ duæ tabulæ testamenti, quæ ponendę erant sub propiciatorio, & per consequens tabernaculum erat, sicut prius fuerat dispositum, ædificandum, & sic Deus ambularet inter eos, prout Moyses petierat. Et exponatur litera vt in postilla, vsque ibi, Nec videatur quispiam per totum montem, &c. Vbi attendendum est quod ista probibitio non fuit solum facta ob reuerentiam diuinitatis in montem descendentis in signo visibili, prout dicit postillator, quia sæpe Deus apparuit in signo visibili, tam in monte Sinai, quam in alijs locis pręsente populo, & tamen non fit similis prohibitio, nisi solum in datione legis supra xix. capitu. vbi populus fuit probibitus ne ascēderet in montem, nec ipsum tangeret. Sed prohibitio hic de hoc facta, est maioris restrictionis quam ibi, quia ibi solum videtur prohiberi, ne quis ascenderet in montem, nec tangeret eum, hic autem probibetur ne quispiam videatur per totum montem, quod est maius. Similiter ibi præcipiebatur Aaron ascendere cum Moyse, vt dicitur in litera, hic autem dicitur: Nullus ascendat tecum. Et quibus patet, quod ista descensio Dei in signo visibili hoc tempore facta erat maioris solennitatis, quam illa qua fuit in datione legis. Cuius ratio est, quia ibi proponebantur præcepta communia toti populo, hic autem ostendebantur Moysi arcana Dei quæ alijs non licebat, vt sic ostenderentur, & inde est quod post banc reuelationem in facie Moysi apparuerunt radij miri splendoris, vt patet infra in fine huius capituli, quos tamen non legitur babuisse in datione legis, nec in alijs apparitionibus seu collocutionibus cum Deo ante hoc factis.*

*Sequitur in litera. Cum descendisset. s. Deus modo prædicto, stetit Moyses cum eo s. Deo. Fuerat enim sibi præceptum expresse, Stabisq; mecum, & sequitur in litera, Inuocans nomen domini. s. Moyses, qui inuocabat dominum, quasi diceret, Assume domine, quia vocasti me. Et sequitur in litera secundum translationem nostram, quo transeunte coram eo ait, Dominator domine Deus, &c. Quę quidem verba exponuntur communiter, ut in postil. sic s. Dum transisset dominus ante Moysen in nube gloriosa, vt dictum est, Moyses ait sc. adorando, Dominator domine Deus, &c. & sic cum dicitur, Dominator domine, &c. exprimitur forma orationis ipsius Moysi. Sed bene intuenti Hebraicam veritatem, & alia precedentia & sequentia quæ ad intellectū huius loci pertinent, manifeste patet quod prædicta verba non sunt Moysi orantis, sed potius verba Dei docentis Moysen vias suas, prout ab eo in prece. ca. petierat, unde hæc tria nomina diuina, quę primo ponūtur sunt indeclinabilia in Hebræo, & nō sunt intelligēda in sensu uocatiui casus, quasi Moyses*

Descensus Dei i signo visibili.

Moyses vocasset Deum per illa tria nomina ipsum orando, sed intelligenda sunt in sensu nominatiui casus, sic vt intelligatur Deum clamasse seu legisse coram Moyse omnia diuina nomina quæ hic continentur, tam substantiua quam adiectiua, in quibus viæ domini supradictæ declarantur, vnde Hebraica veritas sic habet in hoc loco, Et transiuit dominus coram eo, & vocauit seu clamauit vel legit, Dominus Deus, &c. Verbum enim quod hic ponitur quodlibet istorum trium significat indistincte scilicet vocare, legere, vel clamare, sicut supra cum dicitur in præce.ca. Et vocabo in nomine domini coram te. quodlibet illorum triũ intelligitur: Vnũ enim & idem verbum ponitur hic & ibi, vnde in hoc cum dicitur: Et transiuit dominus, impletur illud quod promiserat: Ego transire faciam, &c. In illa enim specie gloriosa transeunte ante Moysen repræsentabatur Deus, qui est summum bonum increatum, quod hic designatur per faciem: & etiam bonum creatum à Deo in creaturis per diuinam prouidentiam procedens, vtrumque enim bonum prædictum includebatur in hoc quod dixit. Ego transire faciam, &c. Vt dictum est. In hoc autem quod sequitur, Et uocauit seu clamauit, vel legit dominus Deus, &c. Impletur illud quod Deus prædixerat in præce. cap. Et uocabo seu clamabo vel legam nomen domini, &c. Eadem enim uerba ponuntur vtrobique, nisi quod in primo loco illud uerbum quod dicitur, Vocabo, vel legam, est futuri tẽporis, quia hoc promittebat esse fiendum, in hoc autem loco ponitur idem verbum præteriti temporis quia hic adimplebat promissionem prædictam, in qua quidem clamatione seu lectione diuini nominis, Deus ostendit Moyses vias suas, prout ab ipso petierat. Circa quod licet tenendum sit, quod ista prout sunt arcana Dei, Moysi tanquam fidelissimo in tota domo domini fuerunt altiori modo declarata, quàm nostra fragilitas capere possit, quia tamen secundum Apostolum, Roma. 15. a. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, insistendum videtur circa singula in hac clamatione seu lectione nominis diuini contenta, prout modulus nostræ fragilitatis attingere valet, vt inde sensus literalis saltem planus, aliqualiter elucidetur.

Vnde notandum quod in hac clamatione seu lectione primo ponitur nomen proprium diuinum, & hoc cum dicitur, Dominus in cuius loco est in Hebræo nomen tetragrammaton, quod proprie significat infinitatem diuini esse, quam Damascenus pelagum substantiæ infinitæ nominat in qua infinitate fundantur cætera attributa diuina, prout supra in addi. super Exod. 3. cap. ar. 5. tractantur. Secundo vero loco repetitur idem nomen, ad denotandum omnipotentiam diuinam, quæ fundatur in esse diuino secundum quod est infinitum, prout in prædicta addi. ar. 7. habetur.

Per hoc autem quod sequitur, Deus, intelligitur quod ille dominus prædictus sua bonitate perfecta habet prouidentiam vniuersalem de rebus, vnde Dionys. 12. cap. de di. no. Deus est qui uidet omnia prouidentia & bonitate perfecta, quæ quidem prouidentia præcipue consistit in miserationibus diuinis erga creaturas, vnde in Psalm. cxliiij. b. Miserationes eius super omnia opera eius. Omnipotentia vero diuina prout ecclesia in collecta cantat, parcendo maxime & miserando manifestatur, & ideo illa quæ sequuntur, quæ pertinent ad uias domini ostendendas, maxime & præcipue tendunt ad misericordiam, in quibus tamen semper saluatur ratio iustitiæ seu veritatis, quod sic patet, per hoc enim quod dicitur: Misericors, intelligitur Deus, prout regit vniuersum secundum suam misericordiam absolutè sumptam, quæ creationem rerum includit, in qua ratio diuinæ misericordiæ relucet, inquantum res de non esse in esse producit, quod soli Deo competit, & est primus modus diuinæ misericordiæ erga creaturas in ordine naturæ, in qua quidem miseratione saluatur etiam ratio veritatis seu iustitiæ, inquantum sic Deus res in esse producit, secundum quod conuenit diuinæ sapientiæ & bonitati, prout in 1. parte, q. 21. ar. 4. in cor. q.

Sequitur in litera nostra, Et Clemens, vbi in veritate Hebraica habetur, Gratuitus seu gratificus. Nomen enim adiectiuũ quod in Hebræo in hoc loco ponitur a nullo alio deriuatur, nisi a nomine gratia gratificante, per quod intelligitur quod supra naturam quam Deus creat, quandoque infundit seu dat gratiam superadditam naturæ, & hoc siue intelligatur de gratia, per quam participatio diuinæ similitudinis est in creatura quæ dicitur gratia gratum faciens, siue de alijs gratijs quæ gratis dantur a Deo ipsis creaturis, per vtramque enim Deus mouet seu gubernat creaturam rationalem secundum propositum suæ voluntatis, in quo etiam saluatur ratio misericordiæ & veritatis modo prædicto.

Per hoc autem quod sequitur, Patiens, & in alijs locis, longanimis, videtur quidam effectus intelligendus diuinæ miserationis circa creaturas rationales, delinquentes a via salutis, quarum defectus quandoque dissimulat vt pœnitentiæ locus detur, vnde Sap. 12. d. Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Cuius exemplum habetur supra. Gene. 6. in prima ætate diluuio condemnata Deus concessit dilationem pœnæ per 70. annos, vt spatium possent habere pœnitentiæ, in quo sicut miseratio diuina relucet pœnam differendo, sic eius iustitia manifestatur pœnas inpœnitentibus inferendo. Per hoc autem quod sequitur. Et multæ misericordiæ, intelligitur quod Deus multifariè multisque modis creaturis rationabilibus suam impendit misericordiam. Deus enim quandoque releuat miserias hominum, non intuitu meritorum vel demeritorum, sed solum intuitu tribulationis seu oppressionis quas patiuntur. In quo uidetur quodammodo habere se erga homines, sicut ille qui miserijs aliorum cõpatitur, ut dicitur in Psal. 55. g. Vidit cum tribularentur, &c. & sic in multis alijs, in quibus nulla exprimitur ratio, quare Deus talibus miseretur, nisi sola tribulatio & afflictio miserorum. Quandoque etiam releuat miserias seu defectus hominum non intuitu meritorum, seu demeritorum, nec etiam afflictionis seu tribulationis, seu tantum ex sola gratuita diuina voluntate, cuius exemplum habetur in Paulo Act. ix. de quo nulla ratio miserationis diuinæ ex parte meritorum erga eum assignari potest, cum nulla merita in eo præcesserunt, imo demerita, sicut ipse testatur. 1. Tim. 1. c. Blasphemus fui & persecutor, &c. Nec etiam ex hoc affligebatur seu tribulabatur, sed potius alios affligebat & opprimebat, ut patet Act. capit. prealle. ideo de seipso dicebat. 1. ad Cor. 15. b. Gratia Dei sum id quod sum. Ex hoc enim quod alibi dicit. 1. Tim. 1. c. Quia ignorans feci in incredulitate mea, ideo misericordiam consecutus sum, non habetur quod Deus ex suis meritis misertus esset sui, sed quia sua demerita non essent sic grauia, vt si ex certa malitia peccasset. Quandoque aut releuat miserias & defectus hominum inquantum sunt aliquibus iustis viris coniuncti, ne forte eradicentur cũ malis, vt patet, supra Genes. 18. d. de Sodomitis, ubi Deus concessit Abrahæ, quod si forte ibi inuenirentur decem iusti, quod parceret, seu toleraret peccata aliorum. Quandoque vero miseretur Deus fidelibus peccatoribus ne detur infidelibus occasio blasphemandi seu detrahendi de diuina omnipotentia, sicut infra. Num. xiiij. d. Moyses deprecans pro populo quem volebat Deus delere propter peccata eorum dicebat. Et dicent sc. gentes, quia non potuit sc. dominus introducere in terram pro qua iurauerunt, idcirco occidit eos in solitudine, vnde ad istam deprecationem Moysi Deus respondit. Dimisi secundum verbum tuum. Idcirco Psalm. in pluribus locis ad impetrandam diuinam misericordiam, nullam aliam rationem allegat nisi. Ne forte dicant gentes, ubi est Deus eorum, & huiusmodi. Aliquando vero Deus propitiatur multitudini delinquenti propter vnum iustum qui ex zelo iustitiæ & honoris diuini feruentur insurgit in vindictam malorum, sicut infra. Num. 35. c. de Phinees legitur, Auertit iram meam a filijs Israel, &c. Aliquando vero & frequenter Deus miseretur hominibus, aspiciens eorum fragilitatem & pronitatem ad inclinationem fomitis peccati sibi connaturalis, vnde Psalm. cum dixisset. Quomodo miseretur pater filiorum, &c. Subiungit, reddens rationem. Quoniam ipse cognoscit figmentum nostrum. Et quia isti modi miserendi sunt multi, & quasi nobis innumerabiles, ideo summariè concludit dicens: Et multæ misericordiæ, vnde Dauid 2. Reg. 24. c. dicebat, Incidamus in manus domini, multæ enim sunt miserationes eius q. d. miserationes eius sunt plures, quam nos possumus cogitare. Huic autem quod dicitur, Et multæ misericordiæ, subiungitur. Et verax, quia in omnibus prædictis quæ pertinent ad diuinam misericordiam, saluatur ratio diuinæ veritatis & iustitiæ, inquantum sic miseretur, secundum quod conuenit diuinæ sapientiæ & bonitati, prout in 1. parte q. xxi. ar. iiij in cor. q. Sequitur, Qui custodit misericordiam in millia, hoc est quia diuina misericordia tantæ latitudinis est, vt se extendat ad descendentes usque ad longissimam successionem, quia cum dicitur, mille, accipitur numerus determinatus pro indeterminato, & hoc patet infra Leuit. xxvi. vbi dicitur, Memor ero pa. &cæt. & loquitur ibi de temporibus nouissimis quæ sunt valde distantia à temporibus patrum. Intelligitur tamen talis misericordia erga illos qui non ponunt obicem, sed confitentur peccata sua, vt ibidem habetur. Si enim dicatur quod iste modus miserendi potest includi sub illa clausula generali, quæ habetur immediate ante scilicet. Et multæ misericordiæ, & ideo non oportebat, vt per se singulariter poneretur. Ad hoc dicendum, quod iste modus est generalis, quo comprehendit totum statum veteris testamenti, cui pluries Deus misertus est propter merita patrum, ut patet in autoritate Leuitic. præal. & adamplius comprehendit statum noui testamenti, in quo Deus misertus est generi humano, mittendo filium suum saluatorem nostrum ex recordatione misericordiæ, quam patribus promiserat. Vnde virgo gloriosa in Canticis de hac materia dicit Luc. 1. c. Recordatus est misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres, &cæt. Sequitur, Qui aufert iniquitatem, scelera atque peccata. In quod ostenditur, quod misericordia diuina se extendit ad omnes modos peccandi, siue sit peccatum per infirmitatem, quod propriè potest dici iniquitas, quia committitur ex eo quod appetitus inferior superat superiorem, quod est manifeste contra æquitatem conditionis naturalis humanæ, siue sit peccatum ex propria malitia, quod intelligitur per hoc quod dicitur, Et scelera. Dictio enim hic posita in Hebræo sæpe significat peccatum proditionis. Extendit se etiam ad peccatum per ignorantia, cum dicitur: Atque peccata, unde infra Leuit. iiij. d. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, licet enim prædicta tria vocabula quandoque sumantur largè vnum pro reliquo, proprie tamen sumpta habent prædictas significationes iuxta Hebraicam veritatem.

Marginalia: A, B, C, D, E, F; Dominus; Deus.; Clemens.; Patiens.; Dissimulans.; Multæ misericordiæ

*Sequitur in litera secundum translationem veram. Nullumque innoxium derelinquens, eadem enim verba ponuntur hic & Numer. 14. vbi de hac materia tractatur, & est sensus, quod licet in prædictis maxime appareat diuina misericordia, non tamen totaliter diuina iustitia dimittitur. Quandoque enim non totam pœnam relaxat, sed pœnam æternam in temporalem commutat, vt ij. Regum xxiiij. c. & sic ille cui dimittit culpam, non relinquitur totaliter innoxius. Quandoque vero etiam dum culpam & pœnam relaxat facit propter dilectionem, quam tamen ipse misericorditer infundit, vt patet de Magdalena, Luc. vij. g. Dimittuntur ei peccata multa. Pœnas etiam quandoque relaxat non totaliter eas remittendo, sed reddendo iniquitatem patrum filijs ac nepotibus, vt sic pœnæ quorundam alleuientur per pœnas aliorum ab eis descendentium, in quibus antecessores puniuntur vsque ad tot generationes, in quibus aliquando homines vident succedentes suos. Et ideo subdit: Qui reddit iniquitatem patrum filiis & nepotibus, &cæt: In tot etiam generationes contingit primogenitores notitiam habere descendentium.*

*Sequitur: Festinusque Moyses curuatus est & adorans ait. Circa quod notandum, quod cum dominus Moysi vias suas reuelaret modo prædicto, non curuatus nec pronus sed stans legitur fuisse sicut dictum fuit prius. Stetit Moyses coram eo: mos enim erat inter eos audire doctrinam seu legem diuinam stantes, vnde supra 20. d. in datione legis dicitur. Stetitque populus. Similiter & Nee. viij. b. habetur, quod cum aperuisset Esdras librum domini ad legendum populo, stetit omnis populus, sed lectione seu proclamatione diuina finita, per quam Moyses vias domini sibi modo prædicto reuelatas didicit seu percepit, merito festinus ex feruenti deuotione curuatus est in terram, reputans se puluerem, sicut Abraham, Gene. xviij. respectu tantæ misericordiæ sibi reuelatæ; in qua curuatione non immemor charitatis proximorum, quorum curam habebat qui huiusmodi miserationibus maxime indigebant, adorans ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo, &cæter. & est sensus, licet propter duritiam populi dixisses supra Exod. xxxiij. Non ascendam in medio tui, quia populus duræ ceruicis est, ne forte, &cæt. Tanta tamen est excellentia tuæ misericordiæ, quod te solo indigemus ductore, vt auferas iniquitates nostras atque peccata, ad quæ sumus maxime proni, non enim angelus posset hoc facere, vt supra Exod. xxxiij. Nosque possideas, id est, tanquam propriam hæreditatem immobiliter nos habeas, vnde licet in præce. capit. iam fuisset sibi concessum, quod Deus graderetur cum eis, cum sibi fuisset responsum: Et istud verbum quod locutus es faciam: iterum tamen hoc ipsum petit sub alia ratione, scilicet quia duræ ceruicis est, & auferas, &c. Et notandum quod Moyses non fecit mentionem nisi de duobus modis peccandi, scilicet de iniquitate & peccato, non autem de scelere, licet Deus de tribus fecerit mentionem, dicens, Auferam iniquitatem & scelera atque peccata, quod concordat prædictis. Nam cum scelus proprie sumptum, sit peccatum commissum ex certa malitia vt dictum est, quod pertinet ad summum modum peccandi, Moyses de eo non fecit mentionem, tum quia videretur magna audacia, tum ne populum videretur tam duræ ceruicis æstimare, vt eum ad peccatum sceleris pronum iudicasset. Huic autem sententiæ secundum quam tenetur, quod illa verba diuinas miserationes exprimentia, scilicet cum dicitur: Dominus Deus misericors & clemens, &cæt. Non sunt verba Moysi orantis, sed Dei notificantis vias suas Moysi, consonat quod legitur infra Nume. xiij. c. Vbi Moyses orans Deum pro populo dicebat. Magnificetur ergo fortitudo domini sicut locutus es d. Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem prout ibidem Deo dante declarabitur. Consonat etiam prædictę sententiæ illud Psalm. 52. b. vbi dicitur. Notas fecit Moysi dominus vias suas, in quo datur intelligi quod sicut filys Israel Deus notificauit voluntates suas, id est, voluntates præcepti & prohibitionis, & hoc in lege data per Moysen, præcepta enim & prohibitiones huiusmodi, voluntates Dei dicunt, vt in primo sententiarum distin. xlv. capit. 7. sic vias suas notificauit Moysi. Quæ autem sunt illæ viæ statim subiungit dicens: Miserator & misericors dominus, longanimis & multum misericors: quæ sunt verba satis conformia prædictis. Concordat autem prædictæ sententiæ, quod patriarchæ, seu sancti qui fuerunt ante Moysen, non leguntur proclamasse misericordias domini; etiam in casu in quo multum videbantur requiri, vt supra Genes. xviij. cap. Cum Abraham intercessisset pro Sodomitis, non legitur implorasse misericordias diuinas, sed eius iustitiam dicens, Absit a te vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, qui iudicas omnem terram, &cæt. In quo manifeste proclamabat iustitiam diuinam, non autem Dei misericordiam. Cuius ratio videtur esse, quia huiusmodi viæ domini ostendentes ipsius miserationes, prius fuerunt notificatæ ipsi Moysi, quam alicui alteri, & ideo Psalm. dicit: Notas fecit vias suas Moysi. Psalm. 52. b. Vt dictum est supra non autem patribus: sicut nec etiam nomen Dei magnum non patribus, sed Moysi fuit notificatum, vt supra, Exod. vj. Nomen meum adonai non indicaui eis, post Moysen vero multi sanctorum eius doctrinam sequentes leguntur implorasse diuinas miserationes, vt patet de Dauid, de Ezechia, & Daniele, & de multis alijs. Quærere autem rationem istius differentiæ, forte esset scrutari maiestatem, cum Deus distribuat dona & reuelationes suas prout vult: sed salua semper secretorum reuerantia pro modulo fragilitatis nostræ posset ratio assignari. Pro quo sciendum, quod misericordia videtur importare aliquid quod Deo non competit, præsertim apud illos qui minus bene sunt exercitati de his quæ de Deo dicuntur. Misericordia enim videtur importare relaxationem iustitiæ; non enim dicitur aliquis misereri eius cui dat quod sibi debetur, relaxatio autem iustitiæ nullo modo videtur ad Deum pertinere, de quo legitur; Iustus dominus in omnibus vijs suis.*

*Similiter rectus & absque vlla iniquitate, & ideo in primordijs patrum ista non fuerunt publicata, ne ex hoc timor Dei seruilis nec initialis dimi- nueretur per confidentiam relaxationis iustitiæ, & huiusmodi, sed tempore legis quando tam magnus populus fuit adunatus in cultu vnius Dei, oportebat ista publicari, tum ut regimen istius populi quodammodo participaret perfectionem diuini regiminis, in quo misericordia non contra iustitiam exercetur, sed aliquid supra iustitiam operatur, ut in prima parte, quæstio. vigesimaprima, artic. tertio, in respon. ad 2. artic.*

*Tum quia duritia istius populi, & eius magna pronitas ad peccandum maxime indigebat multitudine miserationum diuinarum, & quod Moyses de hoc esset instructus a Deo, ut frequenter pro eis posset misericordias domini implorare, similiter & alij sancti qui Moysi in regimine populi successerunt, prout patet pluries in gestis eorum. Sequitur in litera. Respondit dominus, Ego inibo pactum, uidentibus cunctis signa faciam, &cæt. Circa quod attendendum, quod dominus non respondit ad petionem factam per Moysen dicentem, Obsecro vt gradiaris nobiscum, quia iam hoc sibi fuerat concessum, vt dictum est præceden. capitu. sed ad hoc quod dixerat Moyses in petitione seu oratione sua; Et auferas iniquitates nostras, nosque possideas, & ratio est, quod Deus concessit Moysi, quod non solum se haberet erga populum misericordem & pium, &cæt. prout viæ domini explicatæ requirunt, sed etiam cum hoc, videntibus cunctis signa faceret, quæ nunquam sunt visa super terram, per quæ quidem signa terribilia populus deberet retrahi à peccato. Et sic dupliciter Deus se obtulit ad iuuandum populum, Vno modo auferendo iniquitates, & cætera. pro loco & tempore, quas vię domini supradictæ requirunt. Alio modo ad facienda terribilia in conspectu populi, vt ab errore retraherentur. Quæ autem sint illa signa, declaratur in postilla, præter vnum de quo propriè agitur in hoc loco, scilicet quod ex facie Moysi cum descendisset de monte, procedebant radij miri splendoris in altum ad modum cornuum, quod non legitur de aliquo alio patriarcharum seu prophetarum, & de hoc videtur intelligendum quod sequitur in litera, scilicet, Vt cernat populus in cuius medio es opus domini terribile, quod facturus sum tecum, scilicet in persona tua. Pro hoc autem signum singularissimum, quod Apostolus vocat gloriam uultus Moysi ij. Corin. 3. significabatur secundum glossam ibidem quod Moyses clare uidebat id ad quod illi non possent accedere, nam Ecclesiast. 8. a. Sapientia hominis lucet in uultu eius, unde probabile uidetur, quod hoc singulare habuit Moyses per uisionem diuinæ essentiæ, secundum quam ex lumine animæ in faciem, ubi maxime notitia uiget humana, radij illi splendidi redundabant. Si autem teneatur, quod protunc non uidit Deum, dicendum tamen uidetur quod fuit ibidem ex consortio diuino in tantum dispositus, ad hoc, quod prædictum signum mirissimum in eo apparuit, quod ad utilitatem populi spiritualem cedebat, scilicet ad retractionem eorum a peccato, habebāt enim erga eum maiorem reuerentiam, & obedientiam. Vnde sequitur, uidentes autem Aaron & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere.*

REPLICA *Correctorij contra Burgensem. Item Burgens. continuans suam digressionem circa capitu. xxxiij. ingreditur conflictum ad modum Ismaelis, non modo contra postilla. sed & contra omnes corrumpentes nostram translationem, & dicens esse diuinam clamationem uel relationem in nominatiuo casu, cum dicitur, Dominator domine Deus misericors, & clemens, &cæt. Cum tamen & litera nostra & omnes catholici expositores dicant illam esse orationem Moysi in uocatiuo, quia post prædicata diuina sequitur: Qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, nullus apud te per se innocens est & cętera quę sequitur, quę omnia sonant in uocatiuo casu & secunda persona, non in nominato casu & tertia persona. mirandum bene est de hoc sene, quod hic nititur declinare nomen domini tetragrammaton, & dicere ipsum hic esse nominatiui casus, cum supra circa capitu. iij. dixit ipsum ineffabile, non humanæ, sed diuinę impositionis, nec cōncretum, nec abstractum, nec absolutum, nec respectiuum, quæ ibidem satis late tractantur & retractantur, ideo hic non repeto, dimittens hic per Burgens. dicta tanquam ficta & aliena, pręsertim quia prędicata diuina substantialia sicut Deus, &cęt. dicit significare uias domini quas Deus Moysi ostendit. Nam cum vię domini sint respectus ad extra, & non*

*& non nisi quandam suæ virtutis imitationem significant prædicata perfectionalia maxime substantialia, sicut Burgen. dicit, tetragammaton viæ domini significare non potest. Deo enim non sunt assignandæ viæ per quas ipse incedat secundum deitatem, quæ vbique est, nisi per extrinsecum respectum, vt illæ dicantur viæ Dei. in quibus non oporteat ambulare & placere Deo, vt Dei imitatores in dilectione ambulantes, vt si velimus ad Deum peruenire, oportet ingredi per viam mandatorum Dei, & hæ sunt viæ quas dominus ostendit Moysi, renouans tabulam præceptorum, nec alias Moyses hic petijt, nisi illas prius datas reformari, quatenus populus qui per peccatum vituli ab illis vijs declinauerat, ad easdē reduceretur. vnde dicit: Ostende mihi viam tuam, & respondit dominus: Facies mea præcedet te, secundum beatum Greg. Per faciem vnusquisq; cognoscitur. Per faciem igitur Dei, ipsius cognitio denotatur. q.d. dominus respondendo Moysi; Tu petis tibi ostendi uiam, cognosce me, & cognoscendo dilige, hæc est. n. via in qua uniuersa lex pendet & prophetæ, s. in cognitione Dei, quę per faciem ipsius designatur. Confirmationes quas Burgen. adducit pro intentione sua modicum valent. Non prima de 14. cap. Num. quia literam male & extorte exponit, vide ibi postil. & male adducit, quia ibi scribitur, non sicut dixisti, sed sicut iurasti. In tota autem sacra scriptura non reperitur Deum iurasse illa quæ ibi sequuntur, scilicet dominus Deus, &c. Nec oportuit eum doctrinam viarum suarum iuramento firmare, si doctrina est vt Burg. vult. Iuramenta enim Dei solum in excommunicationibus & promissionibus interponi consueuerunt. Nec secunda confirmatio est ad propositum. Viæ enim domini notificatę Moysi, & voluntates eius sunt præcepta data Moysi pro populi directione. Nec magister sententiarum (quem hic allegat) ita exponit hos versus Psal. Quasi vię domini sint, dominator dominus patiens & misericors, sed potius distinguit uersum sequentem a uersu pręcedente: Nec illud huic sententię Burgen. concordat, quod de patribus ante Moysen allegat, quasi primum reuelata sit Moysi de misericordia, & nulli ante eum nota. Nam a principio Cain cum sciret Dei misericordiam, de ea desperauit dicens, Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear, Gene. 4. b. Nunquid Noe inuenit gratiam coram Deo. ibidem. 7. Nunquid effectus misericordię Dei fuit, post exercitium seuerissimę iustitię per diluuium, statuere fœdus cum homine, & dare signum fœderis, ut patet ibidem 9. cap. Et in alijs effectus misericordię ante tempora Moysi erant notissimi, quia Deus multa bona contulit hominibus præter merita, imo ultra, & puniuit citra sicque promissa facta Abrahæ, Isaac, & Iacob, super misericordia, principaliter fuerunt fundata: Nunquid & misericordiæ & miserationis opus excellentissimum fuit eductio filiorum Israel de Aegypto, & pertinentia ad eam. Et quanquam in Gene. ante Moysen non ita communis mentio fiat de misericordia Dei, sicut in Exod. & infra hoc non est ideo, quia misericordia eius fuerit cognita, sed ideo, quia cultus unius Dei fuit ualde restrictus, sicque non fuit nisi in vna familia, puta in domo Abarhæ post Isaac deinde Iacob. Tempore autem Moysi quia erat in gente magna, euidentior facta est Dei misericordia, & eius effectus & exercitium, quia peccatū post datam legem plus abundauit, vt dicit Apostolus, ideo misericordia fuit magis necessaria. Nec ante peccatum vituli nomen misericordiæ Mosi fuit adeo commune, sicut post, & ad illum intellectum tendit ratio Burg. quam reddit finaliter post suam extensam digressionem.*

(Rom. 5. d.)

CAP. XXXV.

(A) (Homi. 13. in Exod. Moraliter) a Separate. ORIG. Alia litera: Sumite a vobis ipsis redēptionem domino. Omnis qui concepit corde, offerat initia domino. Nō vult Moyses vt aliquid offeras Deo qđ ex te est. A vobis ipsis, inquit sumite, & initia offerte dño, prout vnusquisq; corde cōceperit aurū, argentum, &c. Spiritualis lex aurū requirit ad tabernaculū, & alias materias quas intra nos habemus, & de nobis proferre possumus. Dicit enim scriptura; (Rom. 10. b) *Quia prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Quia si confessus fuerit dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod dominus illum suscitauit a mortuis, saluus eris.* (B) Si ergo credideris in corde tuo, cor tuū et sensus tuus aurum optimum est. Obtulisti ergo aurum ad tabernaculum fidem cordis tui. Si confessus fueris, sermonem confessionis, argentum. Hæc intra te sunt, hæc etiam si nudus sis, habere potes. Sed & quod addit, vnusquisq; sicut cōcepit corde, huc respicit. Non. n. poteris aliquid de sensu tuo offerre Deo, vel de verbo, nisi prius q̄ scripta sunt, corde conceperis, nisi intentus fueris & diligenter audieris, non potest aurū tuum probatū esse, nec argentum. Requiritur. n. vt probatū sit. vnde: (Psal. 11. b.) *Eloquia domini eloquia casta, argētum igne exa. pro. ter. pur. sep.* Si ergo, quæ scripta sunt corde conceperis, erit aurū tuū, idest sensus, probatum, & argentum tuum, id est sermo tuus, (C) probatum.

IDEM. Nostis qui diuinis mysterijs interesse consueuistis, (D ubi supra, Verbum Dei negligere.) quomodo cum suscepistis corpus domini cū cautela & veneratione seruastis, ne ex eo parum quid decidat. Si. n. decidat, reos vos creditis, et recte creditis, quomodo putatis minoris esse piaculi verbū Dei neglexisse quā corpus. Initia ergo iubemur offerre, id est primitias. Qui offert quod primū est, necessario habet ipse quod reliquum est. Vide quantum nos oportet abundare auro, vel argento, & reliquis omnibus, quæ iubentur, ut & domino offeramus, & nobis supersint. Primo enim sensus meus debet intelligere Deum & ipsi offerre primitias intellectus tui, ut (E) reliqua consequenter agnoscat, hoc etiam sermo faciat, hæc omnia quæ in nobis sunt faciant.

# CAP. XXXV.

1 Igitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos: Hæc sunt quæ iussit dominus fieri: Sex diebus facietis opus: Septimus dies erit vobis sanctus, & sabbathum ¶ Seruile. & requies domini. Qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnib. habitaculis vestris per diem sabbathi. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorum Israel: Iste est sermo quem præcepit dominus dicens: Separate apud vos † primitias domino. Omnis vo- †

a ¶ Cupiditatis, vel libidinis, vel iræ. b ¶ Mentibus vel corporibus vel quibuslibet conuenientibus.

a ¶ Lxx. Sumite a vobis ipsis, quia hęc omnia, s. intra nos sunt. b ¶ Cætera, s. sint vobis. ¶ Hilarem. n. datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. b.

(† oblationem.)

b Omnis. ORI. Alia litera, Vnusquisq; vestrum, inquit, sicut corde concepit, offerat initia domino. Quæro quę sunt initia (Quęstio.) auri, vel primitię argenti? Quomodo aūt de bysso, cocco, & purpura videtur conseruari primitię, aut quō sicut corde cōceperit, pēt q̄sq; offerre. Sunt q̄ cōcipiūt corde quę lecta sunt. Sunt qui omnino nō cōcipiunt intēti operib. seculi, aut supputationib. lucri. Mulieres tm̄ garriūt, fabulis perstrepūt, nec sinūt esse silentiū, de infantib. suis, aut de lana, aut de necessarijs cogitant, discurrunt circumire domos, non solum verbose, sed curiose loquentes q̄ non oportet. Quomodo ergo concipiunt? Non concipit corde, nisi qui uacat corde, mente liber, & totus (F)

IDEM.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXXV.

(Diuisio.) Igitur congrega. *Remoto impedimento quod superuenerat in adoratione vituli, hic consequenter describitur executio de constructione tabernaculi, & primo repetitur quod supra xxv. cap. dictum est de materię præparatione. Secundo de artificum electione, ibi:* Dixitque dominus. *Tertio agitur de operis executione in principio se. cap. Circa primum præmittitur repetitio de obseruatione sabbathi, ne crederetur quod infringi posset propter opus tabernaculi, exponatur sicut supra xvi. & xx. consequenter repetitur materiæ præparatio cum dicitur. Et ait Moyses, &c. & patet expositio de his quæ dicta sunt supra xxv. c. & ca. se. paucis uerbis exceptis, quę discurrentur.*

✠ 1 Taber

MORALITER.

✠ 1 *Igitur congregata omni turba, &c.* Hic agitur de oblationibus populi pro constructione tabernaculi, & aliorum pertinentium ad ipsum, de qua subditur.
† *Omnis uoluntarius, &c.* Non enim placent domino sacrificia coacta, propter hoc dicit, Omnis voluntarius & prompti, &c. Per ea q̄ fuerunt oblata ad constructionem tabernaculi corporaliter, intelliguntur ea q̄ faciunt ad ædificationē ecclesiæ spiritualiter. Per aurū enim intelligitur fulgor sapientiæ, quā offerūt Doctores. Per argētum vero puritas conscientię, quā

A & totius intentus aliter non potest Deo offerre. Iustū est aūt vt in templo domini inueniatur quisq; habere portionē suā. Non enim latet dominum, quid quisq; offerat. Quam gloriosum est tibi, si dicatur in templo domini aurum illud quo arca testamēti regitur, illius est, argumētū ex quo bases & colūnæ sunt, illius est, vel æs de quo annuli etiā labrum & quædā columnarum bases factæ sunt, vel lapides humeralis & logii, vel purpura qua ornatur pontifex, & coccus illius est, & cętera queq; p singula. Quam indecorum, q̄ miserum, si dn̄s visitans tabernaculū, nihil muneris tui inueniat, & nihil te oblatū cognoscat. Sic indeuotus, sic infidelis vixisti, vt nihil memoriæ tuæ in tēplo dn̄i posueris. Sicut.n. princeps huius mundi venit ad vnumquenq; quærens si inueniat quippiā de actib. suis in nobis, & si inuenerit nos uendicat sibi. Ita si veniēs dominus inueniat aliquid tuū in tabernaculo suo, sibi te defendit & suum dicit.

Io. 14.d.

luntarius & prono animo offerat eas domino, †aurum[a], & ar[b]gentum & æs[a], hyacinthum[b], purpu[c]ram, coc[d]cūq; bis tinctum.

a ¶ Fidem. b ¶ Confessionem.

a ¶ Interpretationem de linguam. b ¶ Qui refertur ad aerem. ¶ Nosmetipsos, scilicet offerre iubemur, qui de quatuor elementis constamus. c ¶ Quę ad aquam. d ¶ Qui ad ignem duplic is naturæ.

Vbi supra. a *Aes.* ORI. pro fortitudine poni vr̄, puto etiam pro voce accipi posse. Aliud est.n. sermo, aliud vox. Sermo.n. dicit loquela rōne subnixa. Vox vero est, si Latine, si Græce dicatur, si eleuatius, depressius. Vnde: Factus sum velut æs sonans, aut cymbalū tinniēs. 1. Cor. 13. d. loqui ergo linguis, & interpretari ex alia in aliā linguā æris oblatio est, necesse est.n. habere omnia tabernaculum dn̄i, & nihil deesse in domo Dei. Est igitur ęris oblatio vox, quæ alterius sensum in alteram linguam vertat. Sermo est qui sensum proprium profert. Omnia ergo offerantur Deo, sensus, sermo, & uox.

1. Cor. 13.

Vbi supra. b *Hyacinthum.* ORI. Videamus cætera, hyachinthum, purpurā, coccum duplicatum, & byssum retortam. Hæc ergo quatuor elementorū ex quib. mundus constat, & corpus humanū, tenet figuram, id est aeris, ignis, aquæ, terræ. Hyacintus ad aerem refertur, quod indicat ipse color. Et coccus ad ignem. Purpura ad aquā, quia de aquis accipit succū. Byssus ad terrā de qua oritur. Habemus ergo & nos hęc omnia in nobis, quia ex his domino primitias iubemur offerre. Ideo dicit: Sumite

B ex vobisipsis, & offeretis primitias domino.

Homi. 13. in Exod. c *Coccumq; bis tinctū.* ORIG. Videamus quare coccus duplicatur. Color iste ignir indicat elementum, qui duplicem habet virtutem, vnā qua illuminat, aliam qua incendit. Hęc historię ratio est. Mystice quoq; ignis duplex est. Ignis.n. in hoc seculo est & in futuro. Dicit dominus: *Ignem veni mittere in terram.* Iste ignis illuminat. Dicet in futuro. *Ite in ignem æternum, &c.* Ille ignis incendit. Hic autem quem venit mittere, *Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.* Habet tn̄ aliquid qđ incendat, vnde, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum aperiret nobis scripturas.* Nescio autem si ille ignis in futuro seculo qui incendit, habeat aliquid quod illuminet. Sed quō offerre possumus illum ignem duplicatum, videamus. Si doctor es, & struis tabernaculum, i. ecclesiam Dei, & dicitur tibi. *Ecce dedi verba mea in os tuum, ignem.* Si ergo docens & ędificans ecclesiam Dei, increpes tantū, arguas & castiges, & peccata populi exprobres, nihil autē consolationis proferas de diuinis scripturis, nihil obscurum explanes, nihil intelligentiæ secretioris aperias, obtulisti coccum, sed nō duplicatum. Ignis.n. tuus incendit tantummodo, non illuminat. Item si docens mysteria legis aperias, arcana discutias, peccantem vero nō arguas negligentem non corripias, seueritatē disciplinæ non teneas, coccum obtulisti, sed non duplicatum. Ignis.n. tantum tuus illuminat, non incendit. Qui ergo recte offert, & recte diuidit, coccum offert duplicatum, ut cum scientiæ lumine igniculum seueritatis admisceat.

Mystice. — Luc. 12. f. — Mat. 25. d. — Ioan. 1. a. — Luc. 24. c. — Hiere. 5. d.

IDEM. Si quis digne intelligat exitum Hebreorum de Aegypto, & transitum maris rubri, & omnem viam quę agitur per desertum, & singulas mansiones castrorum, vt & legem

C Dei suscipiāt scriptam non atramento, sed spiritu Dei viui: & in his intelligat augmenta virtutum, & singula in se impleat, pōt ad intelligētiā tabernaculi peruenire, de quo dicit Ap̄s: *Tabernaculum factum est primum, in uno erat candelabrum, & propositio panum, quod dicitur sancta. post velamentum autem secundum tabernaculum, quod sancta sanctorum, habens aureum thuribulum, & arcam testamenti, & intra eam duas tabulas & manna, & uirgam Aarō quæ fronduerat.* Sed quod addit, de quibus non est mō dicendū per singula, qdam ad illud tp̄s referunt quo Hebreis scribebat. Aliis videtur q̄ pro magnitudine mysteriorum omne tempus p̄sentis vitæ ad hoc neget esse idoneū. Sed more suo aperit pauca de multis, vt clausum negligentib. sit. Inueniatur aūt quærentib. & aperiatur pulsantib. Vnde rursum dicit. Nō *enim in manufacta sancta ingressus est Iesus exemplaria verorū, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei per velamen*, id est carnem suam. Quod ergo velamen interioris tabernaculi carnem Christi interpretatus est, sancta autem ipsa cælum vel cælos. Christum vero pontificem quem dicit introisse semel in sancta æterna redemptione inuenta. Ex his paucis si quis intelligere nouit sensum Pauli, magnum nobis intelligentię pelagus patefecit. Dauid quoq; ait: *Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.* Et alibi: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mōte sancto tuo; Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam, &c.* Num est istud tabernaculū, quod propheta desiderat ex pellibus, & cortinis, & operimentis cilicii, cæterisq; nostri vsus materiis? Quō aūt verum est, quod non habitet in hoc tabernaculo, nisi innocens manibus & mūdo corde, cum in materiali tabernaculo sæpe habitauerint Sacerdotes pessimi, pestilentiæ filii, & arca testamenti ab Allophilis capta sit & detenta? Oportet ergo innocentē manibus, & mūdo corde esse habitatorē tabernaculi, quod fixit Deus & non homo. Dominus quoq; non unum tabernaculum sed plura, nec tēporalia sed ęterna memorat dicēs: *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Et apostolus: *Tabernaculū vestrum quod de cælo est superindui cupientes.* Sequere ergo relicta tēpora,

E propheticū & apostolicum sensum, & quod magis est Christi verbū, & tota mēte ascendas in cęlum, ibiq; æterni habitaculi, vel tabernaculi magnificentiā quæras, cuius figura per Moysen adumbratur in terris. Cui dominus, *Vnde*, inquit, *oīa facito secundum figurā quæ tibi in monte ostensa est.* Iubetur ergo vniuersus populus quisque pro virib. conferens facere tabernaculū, vt omnes quodammodo vnum sint tabernaculū, collatio vero non fit necessitate, sed sponte. Facies, inquit mihi sanctificationē, & inde uidebor vobis. Vult ergo Deus vt faciamus ei sanctificationē, promittit.n. Quia si fecerimus ei sanctificationē, videbitur nobis. vnde Apostolus. *Pacem sequimini, & sanctificationem, sine qua nemo uidebit Deum.* Qui autem sanctificatus fuerit corpore & spiritu, per corporis puritatē videbit Deū. Faciamus ergo sanctificationē domino, & oēs unam, & singuli vnam. Omnes.n. facimus vnam, id est ecclesiam, quæ est sancta non habens maculā aut rugam, sed columnas, s. habeat doctores & ministros suos, de quib dr̄. Petrus, & Iacob. & Ioannes qui uidebantur columnæ esse, dextras mihi dederunt, & Barnabę societatis. In tabernaculo colūnæ seris interiestis iungūtur. In ecclesiis doctores datis sibi dexteris locātur. Sed columnę istæ inargētatæ sunt, & bases earū. Binæ aūt bases columnis singulis deputantur, vna quæ caput dicitur & superponitur, alia quæ vere basis dicitur, & columnæ pro fundamēto subiicitur. Inargentatæ sunt colūnæ † q̄ verbum Dei prædicāt, & accipiunt per spiritum sanctum. *Eloquia domini eloquia casta, arg. ig. exa.* Hic autē p̄dicatores, bases habēt pphetas. Sup fundamētū.n. Apostolorū & pphetarum ecclesiā collocāt, quorū testimoniis † utētes fidē Christi ↄfirmāt. Caput uero colūnarū est, de quo dicit Apostolus: *Caput uiri Christus.* Per tētoria q̄ ansulis insita, & circulis suspēsa atq; innixa funibus ad modū cortinarū 28. cubitis ī lōgū, & ī latū quatuor cubitis

F distēdūt, habetur plebs credētiū q̄ hęret & pēdet funib. fidei. Funis.n. triplex nō rūpit, quę est fides trinitatis, ex qua pendet ☞ & suit

D Heb. 9. a. — Sup. 15. a. — Luc. 11. b. — Heb. 9. c. — Heb. 10. d. — Psal. 41. a. — Psal. 14. a. — 1. Reg. 4. b. — Luc. 16. c. — 2. Cor. 5. a. — Heb. 8. b. — Heb. 12. d. — Ephe. 5. f. — Gal. 2. b. — † quia. — Psal. 11. b. — † Intentis. — 1. Cor. 11. a — Eccl. 4. c.

MORALITER.

✱ offerunt innocentes. Per æs sonoritas eloquentię, quā offerūt p̄dicatores. Per hyacinthum qui coloris est cęlestis, intelligitur meditatio cælestium quā offerunt cōtemplatiui. Per purpurā recordatio dominicæ passionis, quā offerunt. Christo capiti cōpassiui. Per coccum bis tinctum gemine charitatis incendiū, quod offerunt charitatiui. Per byssum, honestas conuersationis, quam offerunt honestate decorati. Per pilos caprarū, ex quib. fiunt cilicia, asperitas pœnitētiæ quā offerunt propriā carnem macerātes. Per pelles arietū rubricatas, desideriū martyrii qđ obtulerunt martyres. Per pelles hyacinthinas, q̄ sunt coloris cęlestis, vita confessorum q̄ offerunt ipsos imitātes. Per ligna Sethim, quę sunt imputribilia, firmitas in bono, q̄ offerunt perseuerantes. Per oleum pietatis suauitas q̄ offerunt misericordes. Per lapides onychinos exempla ædificatiua quæ offerunt homines bona exempla præbentes. Per gemmas generaliter sumptas intelligunt, quęcunq; bona in fide vel moribus ecclesiam ædificantia.

✱ 1 Mora

& sustinetur ecclesia. Viginti autem & octo cubitis in longum distenditur, et quatuor in latum atrii vnius mensura, in quo lex inserta quatuor euangeliis signatur, septenarius enim legem significat qui cum quatuor sociatur, quater septem viginti octo fiunt. Decem sunt hęc atria vt integrum perfectionis numerum teneant & legis decalogũ significent. Iam verò hyacinthi & byssi & purpuræ species multa & diuersa operatura explicant. Inde tentoria. Inde velum exterius & interius. Inde tota sacerdotalis & pontificalis vestis auro & gemmis confecta, per quæ species virtutum possumus intelligere, quibus ornatur ecclesia. Fides auro comparatur, sermo prędicationis argento, æs patientiæ, lignis imputribilibus scientia, quæ per lignũ venit. vel incorruptio castitatis quæ non veterascit, bysso virginitatis, cocco, cõfessionis gloria, purpura castitatis fulgor, hyacintho spes regni cælorum. Quæ verò sint vel qualia sacerdotum indumenta, propheta pronuntiat dicens, *Sacerdotes tui induantur iustitiam, &c.* Et Apostolus. *Induite vos viscera misericordiæ*, & nobiliora designat indumenta: *Induite vos dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis.*

†Pelles taxorum. †I. lenitudine, i. lapides inclusos, & qui impleant cælaturas quę sunt i superhumerali. †Colũnas †appenditur. †basim. * paxillos. Psal. 131. b. Colos. 3. b. Rom. 13. d

a ¶ Quæ ad terram refertur, quia de terra oritur. ¶ Retortam, s. non luxu & delitiis resolutam. Vnde: Macero corpus meum, & in seruitutem redigo. 1. Cor. 9. g. b ¶ Mortificationem peccati. ¶ Quę ostendunt in offerente furorem mortuum. ¶ Vt supra. ¶ Vel ornandum. ¶ Vel superhumerale. ¶ Vel rationale. ¶ Sacrificium sine sale sapientię non suscipitur. a ¶ Sponte.

a & byssum, pilosque caprarum, & pelles arietum rubricatas, & b † hiacynthinas, ligna Sethim, & oleum ad luminaria concinnáda, & vt conficiatur vnguentum & thymiama suauissimum, lapides onychinos, & gemmas † ad ornatum superhumeralis, & rationalis. Quisquis vestrum est sapiens, veniat & faciat quod dominus imperauit, tabernaculum scilicet & † tectum eius, atque operimentum, annulos & tabulata cum vectibus, † paxillos, & bases, arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud † oppanditur, mensam cum vectibus & vasis, & propositionis panibus, candelabrum ad luminaria sustendanda, vasa illius & lucernas & oleum ad nutrimenta ignium, altare thymiamatis, & vectes, oleum vnctionis, & thymiama ex aromatibus, tentorium ad ostium tabernaculi, altare holocausti, & craticulam eius æneam cum vectibus & vasis suis, labrum & † bases eius, cortinas atrii cum columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi & * atrii cum funiculis suis, vestimenta quorum vsus est in ministerio sanctuarii, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius, vt sacerdotio fungantur mihi. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel

1 2 3 4

scurè locuti sunt. Rectè ergo per æs signati sunt, quia clari in prędicatione non fuerunt, Apostoli verò quia in mysterio redemptoris luce prędicationis habuerunt, argenteis colũnis expressi sunt. Et notandum quod argentũ sonat & lucet, æs verò sonat & non lucet, quia prædicatores noui testamenti, apertè locuti sunt, quæ etiam monstrare potuerunt prædicatores vero veteris quia per allegoriarum vmbras de cœlesti mysterio obscura dixerunt quasi sine luce sonitum dederunt.

ORIG. Post hæc viri acceperunt à mulieribus suis omnes quibus visus est sensus & attulerunt gemmas, & inaures, & anulos, & discriminalia, & dextralia. Hæc quoque illi offerunt dona Deo qui intellectum corde concipiunt, qui mentem deditam & intẽtam habent ad verbum Dei. Et offerunt viri à mulieribus suis inaures & gemmas & dextralia. Mulier caro accipitur, vir rationalis sensus. Bonæ sunt istæ mulieres quæ obediunt viris. Bona est caro quæ iam spiritui non repugnat, sed obtemperat & consentit. Ideo si duobus vel tribus in vobis conuenerit ex quacunq; re perieritis, fiet vobis, dicit dominus. Offerunt ergo inaures à mulieribus suis, cum domino offertur auditus, & dextralia opera scilicet bona, quæ per carnem geruntur, hęc offert domino rationalis sensus. Et discriminalia, qui bene scit discernere quid agendum sit, quid vitandũ, quid Deo placeat quidve displiceat, quid iustum sit, quid iniustum. Hæc sunt discriminalia quę Deo offerunt, quia sunt mulieres sapientes. Venerunt, inquit, mulieres sapientes, & fecerunt quæcunq; necessaria fuerant ad indumenta pontificis. Illę verò mulieres, quæ inaures suas obtulerũt vt fieret vitulus, insipientes erant, quę à veritate auditum auerterunt, ad fabulas autem & impietatem peruerterunt, & ideo obtulerunt inaures suas vt fieret caput vituli. Sed & in Iudicum libro idolum inuenimus ex mulierum inauribus factum. Istę ergo beatæ mulieres, beata caro, quæ domino offert inaures suas, & dextralia, & anulos & omnia opera manuum suarum, quæ in mandatis domini agit, & apud quem inuẽta sunt ligna imputribilia, obtulit domino. Si qs diligit Christũ in incorruptione, lignum imputribile offert Deo. Beatus ergo apud quem inuenitur sensus incorruptus, vel corpus incorruptum, & hoc offert Deo. Vnde & benedixit, apud quem inuenta sunt ligna imputribilia non enim apud omnes inueniuntur. De auro non dixit neq; de argento apud quem inuentũ est, potest enim apud omnes inueniri sensus & sermo. Sed nec de quatuor coloribus. Omnium est ex quatuor elementis secundum corpus cõstare, ligna autẽ † incorruptibilia, id est incorruptionis & virginitatis gratia apud raros inueniri potest Vnde: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.*

†tentoriũ. 2. Tim. 4. a. Iudic. 8. f. † imputribilia.

a *Pilosq; caprarum.* ORIG. Pili caprarũ offeruntur. Hoc genus pecudis pro peccato in lege iubetur offerri. Pilus vero species emortua, exãguis, & exanimis. Hanc q offert, ostendit in se iam mortuũ sensũ peccati, nec in mẽbris vltra viuere & regnare peccatũ.

b *Et pelles arie. &c.* ORIG. Pelles quoq; offeruntur arietum, quas ante nos qdã p furore posuerũt, & qa pellis mortui animalis indiciũ est, ostẽdit in se furorẽ mortuũ q dño offert pelles arietũ.

Matt. 19. b. Hom. 13. Leuit. 5. b. Ibidem.

GREG. In constructione tabernaculi, vt columnę argenteæ interius stent paxilli ærei fieri per circumitum exterius iussi sunt, in quibus religatum tabernaculum teneretur. De quibus scriptũ est: *Facies paxillos tabernaculi & atrij cum tunicis suis.* Patres veteris testamenti qui ab incarnatione Christi per interualla temporum longius constiterunt foris esse visi sunt. A sanguine vero Abel passio cœpit ecclesiæ, & vna est ecclesia electorum præcedentium & sequentium. Sed quia discipulis dicitur: *Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Antiquis patribus quasi foris stetisse, est redemptoris præsensentiam corporaliter non vidisse. Exterius igitur sed nõ diuisi ab ecclesia fuerunt, quia mente & opere prædicationis ecclesiæ celsitudinem tenuerunt, quam nos non pręstolando sed habendo conspicimus. Sicut nos enim in præterita passione ita illi per fidem in eadem venturi saluati sunt. Illi ergo foris non extra mysterium, sed extra tempus. Vnde in constructione tabernaculi, vt columnę argenteæ interius starent, paxili ærei exterius per circumitum fixi sunt, in quibus religatum teneretur tabernaculũ, & in paxillis funes ligati sunt, vt fixum maneret tabernaculum: quia vt apostoli in luce sermonis sui solidi starent, & totum tabernaculum, id est ecclesia fidei integritate consisteret tãquam paxilli patres veteris testamenti & prophetæ exterius fixi sunt: vt verborum suorum funibus mentibus nostris fidem alligarent, & hoc Dei † tabernaculum incõcussum maneret. Ante tẽpus ergo huius ecclesiæ fuerunt, sed tamen ligant eos qui in ipsa sunt, quia dum cælestia mysteria ventura prædicunt postquam ostensa sunt credibilia omnibus fuerũt. Vt ergo intus columnæ immobiles stent foris paxilli funes continent, quia vt sancti apostoli perfectè mysterium vitæ crederent, illorum prædicatio obtinuit, qui hoc priusquam fieret, & videre & prædicare potuerunt. Columnę argenteę paxilli ærei facti sunt, q. nia quod apostoli clarè prædicant, hoc prophetę sub mystico intellectu obscure

Exo. 38. c. Mat. 13. d. Luc. 10. d. †habitaculum.

a *Quicquid*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Tabernaculum, scilicet & tectum. *Tabernaculum hic dicuntur parietes tabernaculi, qui erant de tabulis. Tectum hic dicitur operimentum de cortinis, quod erat immediate super tabulas.*

2 Atque operimentum. *Scilicet de sagis & pellibus.*

3 Candelabrum ad lu. sustentanda. *Non erant ibi alia luminaria quam lucernæ ardentes.*

4 Vestimenta quorum, &c. *Erant enim quidam panni in quibus inuoluebantur arca testamenti, & propitiatorium quando mouebantur castra, vt habetur Nume. iiij. Non enim potest hoc intelligi de vestibus sacerdotum, aliter esset nugatio, quia de ipsis subditur:* Vestes Aaron, &c.

✻ 1 Armillas

a *Quicquid ad cultum, &c.* GREG. In ornamento tabernaculi viri cum mulieribus dona offerunt, quia in explendo cultum sanctæ ecclesiæ, & fortium facta sublimia & infirmorum opera extrema numerantur. Quid autem per armillas, quæ lacertos astringunt nisi præpositorum valide laborantium opera demõstrantur? Per inaures subditorum obedientia exprimitur. Per anulos signaculũ secretorum, plerunque enim magistri signãt quod ab auditoribus non posse capi considerant. Per dextralia primæ operationis ornamenta. Per vas aureum in donaria domini separatũ diuinitatis intelligentia, quæ tanto ab inferiorum amore disiungitur, quanto ad sola æterna amanda subleuatur. Per hyacinthũ spes cœlestium per purpuram cruor, & tolerantia passionum, amore perpetui regni exhibita. Quid per bis tinctum coccum, nisi charitas, quæ pro perfectione bis tingitur, quia Dei & proximi dilectione decoratur? Quid per byssum nisi immaculata carnis incorruptio. Quid per pilos caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas texitur, nisi dura pænitentium afflictio signatur. Dum igitur alij per armillas & anulos forte magisterium exercẽt, per inaures & dextralia alij deuotã obedientiam, rectamque operationem exhibent: Alij per separatum vas aureum præclaram subtilioremque intelligentiam tenent. Alij per hyacinthum, purpuram, & coccum audita cælestia sperare & credere non desinunt, etiam quæ adhuc subtiliori intellectu minime cognoscunt. Alij per byssum, incorruptionem carnis offerunt. Alij per caprarũ pilos deplorant aspere, quod libenter commiserunt, quasi ex vno figmento opificis coadunata donariorũ mysteria, in tabernaculo domini, id est ecclesia prout ipse dederit proferuntur.

Mystice. †Et venerunt vnusquisq; quẽ eleuauerat cor ei⁹ & oĩs cui' spõtaneus erat spiritus, & obtulerũt oblationem. † est.

b *Principes vero obtulerũt la. &c.* ORIGENES. Principes obtulerunt dona sua: gemmas scilicet lapides smaragdinos, lapides repletionis, & lapides ad humerale. Lapides repletionis dicuntur, qui ponuntur in logio, id est qui in pectore pontificis locuntur, inscriptis nominibus tribuum Israel λογιον, verò id est rationale, quod in pectore pontificis locatur formam habet rationalis sensus qui in nobis est. In hoc positi sunt lapides repletionis, qui cohærent & connexi sunt ad lapides humeralis, vtque ex ipsis continuetur astricti humeralis, ornatus, in quo est iudicium bonorum actuum. Actus ergo cum ratione & ratio cum actibus sociatur, vt si consonantia in vtroque. *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in re. cæ.* Sit ergo in nobis sermo de actibus pendens, & sermonem actus exornet, & hic etiam est pontificis ornatus sed ad hęc explenda principes requiruntur. Iste ornatus eorum est, qui in tantum profecerunt, vt præesse populis mereantur.

vbi supra. Matth. 5. c

ORIG. Offerunt etiam principes oleum lucernis & Chrismati profuturum, debet enim lucerna eorum qui populis præsunt, non abscondi, aut sub modio poni, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Incensi quoque compositionem principes offerunt, quæ componatur per Moysen in odorem suauitatis domino, vt & ipsi dicatur, quia Christi bonus odor sumus.

Hom. 9. in Exod. 2. Cor. 2. d

Potest in seipso quisque tabernaculum constituere. Si enim vt ante nos quidam dixerunt, tabernaculum hoc totius mundi tenet figuram, & singuli imaginem mundi habere possunt, cur non etiam tabernaculi, Debet ergo quisque sibi aptare, columnas virtutum, columnas argenteas, id est patientiam rationabilem. Videtur enim esse patientia quæ rationabilis non est. Qui enim non sentit iniuriam, & ideo non repdit, patiens videtur sed nõ est rationabilis. Ista patientia habet columnas, sed non argenteas. Quia vero propter verbum Dei fortiter patitur, columnis argenteis decoratur. Põt in se atria distendere corsuũ dilatando. Vnde dilatamini & vos. Potest se seris munire, dilectionis scilicet vnanimitate astringere. Potest super bases argenteas stare, cum super stabilitatem verbi Dei, verbi prophetici & apostolici collocatur. Potest habere in columna deauratum caput, id est fidem Christi. *Omnis enim viri caput Christus est.* Decem vero atria potest in se distendere, cum non in vno tantum verbo legis dilatatur. neque duobus aut tribus, sed in toto decalogo legis spiritualis intelligentiæ dilatare amplitudinem potest, aut cum fructũ spiritussancti scilicet gaudiũ, pacem patientiam, benignitatem, bonitatem, modestiam, fidem, continentiam, adiecta charitate, quæ omnium maior est protulerit.

* corde. E * & 2. Co. 11. a * mente. Gal. 5. F

Habeat in se defixum altare, in quo orationum hostias, & misericordiæ victimas offerat, in quo continentiæ cultro superbiã quasi taurum immolet, iracundiam quasi arietem iugulet, luxuriam & omnem libidinem tanquam hircos & hædos litet. Sciat tamen ex his sacerdotibus separare brachium dextrum, id est opera bona, opera dextra, ne sinistrum quid reseruetur, & pectusculum integrum, id est correctum, & mentem Deo sacratam & maxillas ad verbum Dei loquendum. Sciat sibi in sanctis candelabrum luminis esse Incandum, vt sint ei lucernæ semper ardentes, & lumbi succinctivt sit tanquam seruus, qui expectat dominum suum redeuntem à nuptijs: De his lucernis dicitur. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.*

Luc. 12. e. Matt. 6. c.

Candelabrum quoque in austro collocet, vt ad aquilonem respiciat accenso enim lumine, id est vigilantj corde, debet sem per ad aquilonem respicere, à quo accenduntur mala vniuersæ terrę. Vigilans ergo & solicitus & ardens intueatur semper contra astutias diaboli, & vnde sit ventura tentatio, vnde irruat hostis, vnde latenter obrepat qui tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret:

Hiere. 1. c. 1. Pet. 5. c.

Habeat in penetralibus pectoris altare incensi, vt dicat, Christi bonus odor sumus Deo.

Mensa quoq; propositionis habẽs duodecim panes locetur in parte aqlonis respiciẽs ad austrũ. Panes apostoli sunt, quorũ sermone indesinẽter vti debet, & respicere ad austrũ vnde dominus venit.

---

de conspectu Moysi † obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium † erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, & inaures, annulos, & dextralia: Omne vas aureum in donaria domini separatum est. Si quis habebat aurum, hyacinthum, & purpuram coccumque bis tinctum, byssum, & pilos caprarum, pelles arietum rubricatas & hyacinthinas, auri, & argenti, ærisque metalla obtulerunt domino, lignaque Sethim in varios vsus. Sed & mulieres doctæ * dederunt, quę neuerant, hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum, & pilos caprarum, + sponte propria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerunt lapides onychinos, & gemmas * ad superhumerale, & rationale, aromataque, & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi * componendum. Omnes viri, & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israel voluntaria † domino

* quo neuerant. B plenitudinem.

a ¶ Non vult Deus coacta seruitia: amore seruitur ei non timore: mente non corpore. b ¶ In qua sunt hæc omnia. ¶ Ecclesiæ, scilicet. a Sensus, s. rationalis cum carne obediens. ¶ Fortes. b Infirmis, sed nec talium opera vel vota Deus respicit. a Quæ ab armo dicta, astringunt enim brachia, & signant fortia virtutum opera; quæ sancti doctores offerunt. b Obedientiam, s. subditorum. Auditum bonum. c Arcana preceptorum, quæ doctores signant, & suo tempore proferenda reponunt, dum minus eruditi capere non sufficiunt. d Bona opera, quæ per carnem geruntur. e Mens bene sensata. ¶ Ab vsibus terrenis. ¶ Vt supra. ¶ Sermonis. ¶ Vocis. a Incorruptionem, s. & virginitatem. b Caro subdita animæ. c Sunt enim indoctæ de quarum inauribus factus est vitulus, & idolum in libro Iudicum. a Opera manuum. b Coccum, scilicet. a Mortificationem peccati. b Non ex tristitia, aut ex necessitate. a Qui in tantum profecerunt vt populis præesse mereantur. a In quo bonum opus significatur. b In quo rationalis sensus. c Vt dicant Christi bonus odor sumus Deo. i. Cor. 2. d. d Quia lucerna eorum quos populis præfecit non debet abscondi, sed super candelabrum poni, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Cor meum & caro mea, &c. Psal. 83. a. a Nullus est filius Israel qui non aliquid offerat in tabernaculo. b Non suscipitur in hoc tabernaculo oratio coacta.

---

NICOLAVS DE LYRA.

1 Armillas. *Id est torques secundum Hugonem.*
2 Et inaures. *Ornamenta sunt aurium.* 3. Annulos. *Digitorum.*
4 Et dextralia, *Brachiorum prope manum.*
5 Sed & mulieres doctæ dederunt quæ neuerant. *Id est filiauerant, et dicitur à neo, nes, net. quod significat filare.*

Et * 1 Dixitq;

venit Habeas arcam testamenti in qua sint tabulæ legis, vt in lege Dei meditemur die ac nocte, & memoria eius arca & bibliotheca efficiatur librorũ Dei. Intra ipsum quoque sit vrna mannæ reposita, intellectus scilicet verbi Dei subtilis & dulcis Sit & virga Aaron, id est doctrina sacerdotalis & florida seueritas disciplinæ. Supra omnem uero gloriam fit ei pontificalis ornatus. Potest enim intra se agere pontificatum, pars illa que in eo pretiosior est omnium, quod quidam principale cordis dicunt, alii rationalem sensum aut intellectualem substantiam, uel quolibet modo dicatur, portio nostra per quam Dei capaces sumus, velut quidam pontifex exornetur in nobis indumentis & monilibus pretiosis, podere byssino, quod indumentum vsque ad pedes ducitur, tegens totum corpus in quo significatur vt primo omnium totus sit castitate vestitus.

dedicauerunt. Dixitque Moyses ad filios Israel: Ecce vocauit [1] a dominus ex nomine Beseleel, filium Vri, filii Hor, de tribu Iuda: impleuitque eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argento, & ęre, & ferro, sculpendisque lapidibus, & opere carpentario. Quicquid fabre adinueniri potest † dedit in corde eius. Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan, ambos erudiuit sapientia: vt faciant: [2] opera † abietarii, [3] polymitarii † [4] ac plumarii, de hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, & bysso, & [5] texant omnia, ac [6] noua quæque reperiant.

¶ Alias, spiritu Dei sapientiæ, & intelligentię, & scientiæ.

Hoc enim donum Dei est.

a ¶ Quæ significent nouum hominem non veterem.

*Et doceri

† Carpentarii vel cuiuscunque artificis aut fabri.

Post hæc accipiat humerale gemmarum in quo fulgor operũ, vt videntes opera bona glorificent patrem vestrum, qui in cęlis est. (Matt. 5. b.)

Accipiat logium, quod rationale dici potest pectori superpositum, quaterno lapidum ordine distinctum. Aurea quoquo lamina in fronte resplendeat, quod petalum dicitur, in quibus vtriusque veritas & manifestatio dicitur locata. Ego in his quę in pectore locantur sermonem euangelicum sentio, qui quadruplici ordine veritatem fidei nobis & manifestationem exponit trinitatis, cuncta referens ad caput †, id est vnius Dei naturam. In his ergo omnis veritas est, & omnis manifestatio veritatis. Igitur si vis recte pontificatum gerere, euangelicus sermo & trinitatis fides semper tibi habeantur in pectore, cui conuenit apostolicus sermo tam virtute quam numero, tantũ ut nomen domini semper habeatur in capite, & ad vnum Deũ cuncta referantur.

† Deo.

Habeat etiam interius pontifex operimenta sua, habeat pudenda tecta, & corpore sit sanctus & spiritu, & cogitationib. & operibus purus.

Habeat etiam per indumẽti circumitum tintinnabula, vt ingrediens in sancta sonet, nec cum silentio intret, & in extremo vestimenti posita, vt de extremis temporibus & fine mundi nũquam sileat. Inde sonet, disputet, & loquatur, ut memor nouissimorũ suorum, non peccet. Sic ergo interior homo exornetur, vt non solum in sancta intret, sed & in sancta sanctorum, vbi propitiatorium & Cherubim, vnde eis Deus appareat, Sancta possunt esse ea, quæ in præsenti seculo potest habere conuersatio sancta. Sancta vero sanctorum in quæ semel tantum intratur, ad cælum transitum esse puto, ubi est propitiatorium & Cherubim, ubi mundis corde apparet Deus. Ego sicut intelligo Abraham habitasse in tabernaculis, Isaac, & Iacob, quę intra se constituerant Deo, que se tantis ac talibus virtutum splendoribus adornauerunt. Fulgebat in eis regia purpura. Vnde Abrahæ dictum est à Deo: In nobis rex tu es. Splendebat coccus, dum prompta ad iugulandum Deo Isaac vnicum dextra fuit. Et hyacinthus cum cælum semper intuens, cæli dominum sequebatur. In cæteris quoque similiter ornabatur. Sic mandatur in lege, vt exeat populus certa die anni, & faciat diem festum tabernaculi habitãs in tabernaculis, habens ramos palmarum, & frondes salicis ac populi, & ramos frondosę arboris id est myrthi. Palma signũ est victoriæ belli, quod inter se caro & spiritus gerunt. Arbor autem populus, & salix tã uirtute quam nomine virgulta sunt castitatis, quã si integre conserues, habere potes nemorosę & frondentis arboris ramos, quæ est ęterna & beata uita, cum te dominus in loco uiridi collocauerit super aquam refectionis.

(Eccle. 7. d.) († &.) (Gen. 23. a) (Leui. 23. f.)

a *Beseleel*. Vmbra dicitur, Hur, ignis, Vri, lux mea, Iudas, confessio, Ooliab, protectio mea pater, Achisamech fratrẽ meum roborans, Dan iudicium interpretatur, uel iudicans. Quia doctores sancti qui prędicatione sua domum Dei fabricant, in Dei defensione confidunt. Vnde: *In vmbra alarum tuarum, &c.* Et zelo spirituali accensi lumen fidei & scientiæ auditoribus infundunt, & confessionis normam ostendunt, protectionem quoque Dei patris habent in iustitia & iudicio fratres suos exhortando roborant. (Psal. 56. a.)

✠ GRAECVS. Sapientia Beseleelis, donum à Deo fuit, quo affabre architectum se gereret. Est enim sapientia mulieris textricis apud Iob, & agricolæ. Hęc autem omnia dona Dei sunt, ad humani generis utilitatem.

✠ BASILIVS. Propterea uę homini illi, qui prudentiæ, sapientiæque suæ causam Deo authori non ascribit.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dixitque Moyses. *Hic consequenter agitur de electione artificum cum dicitur.*

2 Vt faciant opera abietarii. *Id est carpentarij. Abies enim est genus ligni, & inde dicitur abietarius artifex operans in tali ligno, & inde tractum est hoc nomen ad illos artifices lignorum, et sic accipitur hic, quia de ligato abietis non fit hic mentio in constructione tabernaculi, sed de lignis Sethim.* (Abietarii.)

3 Polymitarii. *Nomen est artificis qui per texturam varias figuras operatur, & dicitur ἀπὸ πολὺς quod est multum & μίτος filium.* (Polimitos)

4 Ac plumarii. *Qui tales varietates faciunt cum acu.*

5 Et texant omnia, *Scilicet quæ ab alijs sunt inuenta.*

6 Ac noua quæque reperiant, *Sapientia a Deo sibi collata. Cætera patent ex dictis c. 31.*

✠ 1 Fecit

A CAP. XXXVI.

a FEcit ergo Bese. &c. RABA. Notandũ q̃ non solũ de tribu regali, sed qui de ancilla nat⁹ est, ad magisteriũ opũ Dei est electus. Beseleel nanq; de tribu Iuda, q fuit Lię filius. Ooliab de tribu Dan q fuit Balæ fili⁹ ancillæ Rachelis, quia etiam ignobiles ad dignitatem & regimẽ ecclesiæ eliguntur. Nõ est enim personarũ acceptor Deus. Potest etiam in hoc significari, quod nõ solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus ecclesiæ doctores assumũtur. Vnde in lib. Numeri, Iudas ab oriẽte castra circa tabernaculum metatus est, Dã ab aquilone. In oriente eñ primũ domin⁹ ex Iudęis ecclesiã suã cõstituit, postea de gentibus quę de regno illius erãt, qui ait. Ponã sedem meã ad aquilonem. Has enim ecclesiasticã dignitatẽ percipere, ad corporis sui unitatẽ noluit pertinere.

b Cumq; vocasset eos, &c. ORIG. Et postquã obtulit populus uocauit inquit Moyses, omnẽ sapiẽtẽ ad fabricãdum & architectũ, ut cõponerent singula quę scripta sũt. Sed & mulieres, inquit, sapiẽtes uocauit, ut facerẽt q̃ cõuenirẽt in tabernaculo domini. Vides ergo omnia quę fiunt à se lieres sapiẽtes & uiri sapiẽtes. Omnia eñ opera domini ĩ sapiẽtia fiũt. Non sufficit nobis si offeramus, tantum opus est, ut cum sapiẽtia ea quę in nobis sunt, opere-

Mysticè. *omnes. *& sciam. Act.10.ca. Num.2.d. Esa.14.d. sc̃dm aliã literam. †Chald. ĩterpre. cũ figuris Cherubĩ. *vt contra se inuicẽ venirẽt ansæ, & mutuo iungerentur. † Coniungerent cortinas alterã ad alteram ansis. † vela. † Nectere-tur. † vncinos vel circulos. † &. † taxorum *sub eis.

C A P. X X X V I.

FCIT ergo Beseleel & Ooliab & omnis vir sapiens, †quib. dedit dominus sapientiam & intellectum, vt scirent fabre operari quæ ĩ vsus sanctuarii necessaria sunt, †& quæ præcepit dominus fieri. Cumq; vocasset eos Moyses & omnem eruditũ virum, cui dederat dominus sapientiã & scientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. + Qui cum instarent operi quotidie, mane† vota populus offerebat. Vnde artifices venire compulsi, dixerunt Moysi: Plus offert populus quam necessarium est. + Iussit ergo Moyses præconis voce cantari. Nec vir nec mulier, quicquam vltra offerat in opere sanctuarii. Sicque † cessatum est a muneribus offerendis, eo quod oblata sufficerent & superabundarent. Feceruntque omnes corde sapientes † ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de bysso retorta & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, † opere vario & arte polymita. Quarum vna habebat in longitudine vigintiocto cubitos, & in latitudine quatuor. Vna mensura erat omnium cortinarum. Coniunxitque cortinas quinque alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit, Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius similiter, vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuo iungerentur. Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos qui † moderent cortinarum ansas, & fieret vnum tabernalum. Fecit & † saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi: Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. Vnius mensuræ erãt omnia saga. Quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicem † iungerentur, & + fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, + vt vnum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis, aliudque desuper † velamentum de pellib. † hiacinthinis. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis Sethim stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius, & vnum ac semis cubitum latitudo retinebat. Binæ incastraturę erant per singulas tabulas, vt altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabulis tabernaculi. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra austrum, cum quadraginta basibus argenteis + Duæ bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque angulorum parte, vbi incastaturę laterum in angulis terminantur. Ad plagam quoque ta-

¶ Artificiose.

a ¶ A sapientibus in tabernaculo omnia fiunt, quia omnia opera domini in sapientia.

a ¶ Studiose tanquam filij diei, non filij noctis, & tenebratum.

mur. Sciam⁹ misce re aurum bysso, & coccũ duplicare vel miscere cũ purpura. Qd̃ eñ tibi ꝓdest si habeas hoc, & uti nescias, neq; cognoscias, qũo vnũ quod que in suo tpe & in suo loco aptare debeas & proferre.

c Et qui sponte, &c. AVGVST. Et oẽs qui spõte uenẽt ire ad opera, ut cõsummarent ea, &c. Cõmemorauit Moyses quosdam, quib. dixit spiritũ diuinitus datum quo illa efficere possent, & tñ multi intelligũtur spõte ad eadẽ opa uenisse quib. neq; imperatũ est, neq; nomina eorũ memorata sũt à domino dicta Moysi. Nõ ergo illi soli hoc mun⁹ diuinitus habuerũt, q nõiatim cõmemorãtur, sed fortasse ꝑcipueatq; excellẽtius. Laudãdus est autẽ in his omnib. nõ attract⁹ ad op⁹ seruiliter animus, sed liberaliter & sponte deuotus.

d Vnde ar. &c. AVG. Nota quia sapiẽtes effectores operũ sãcti etiam moribus erãt poterãt autẽ si uellẽt multa aufere sꝫ modestia ꝓhibuit uel religio terruit.

Eccl.39.d. † secundũ omnia. fieri. Qõ. 170. i Exod. *Quæ dederant ad opus ministerii sãctuarii, vt illud facerent. † spõtanea * Ad opus qd̃ dominus iussit fieri. † prohibitus est populus. † Ex iis q faciebant. E Qõ. 171. † velamẽ. F

Diuisio.

NICOLAVS DE LYRA
CAP. XXXVI

1 FEcit ergo Beseleel. *Hic consequenter agitur de operis executione, ista tamen executio non ponitur hic totaliter eodem ordine quo supra descriptum est opus à Moyse. Primo ergo ponitur executio operis quantum ad ipsum tabernaculum. Secundo quantu ad ea quæ erant intra ipsum .xxxvij.c. Tertio quantum ad atrium. c.xxxviij. Quarto quantum ad vestes sacerdotum. xxxix.c. Circa primum primo ostenditur populi offerentis ultra necessitatem deuotio. Secundo operis executio, ibi:* Feceruntque. *Et primo quantũ ad operimenta tabernaculi de cortinis, & sagis, & pellibus. Secundo quantum ad parietes tabernaculi, ibi.* Fecit & tabulas tabernaculi. *Sequitur*

Nõ intelligunt hoc religiosi.

✲ 1 Contra

*M O R A L I T E R.*

Nota mane orãdũ. Sic creuit. pompa ecclesiæ.

✠ 1 *Fecit ergo Beseleel, &c.* Posita præcedenti cap. determinatione offerendorũ pro constructione tabernaculi: hic cõsequẽter ponitur executio, cum dicitur: † *Quotidie mane, &c.* Per hoc instruitur populus Christianus & multo fortius clerici principes & prelatio, ut singulis diebus intendant diuino cultui, antequam ad opera propria manum mittant. † *Plus offert populus.* Hoc enim possumus diebus istis dicere quod populus Christianus & principes tot & tanta obtulerunt prælatis & ministris ecclesię saltem in pluribus terris, quod ascendunt ultra necessitatem, imò etiam contra utilitatẽ propter abusum inde sequentem. Nam multi bonis ecclesię datis nimis abutuntur ad pompam terrenã, & amicorum suorum carnalium excessiuã ditationem, vt de aliis uerecundioribus taceamus. † *Iussit ergo Moy. præco. vo. can. Nec vir nec mu. quic. &c.* Sic exẽplo Moysi superiores in ecclesia deberẽt, ut uĩ finẽ imponere temporaliũ augmentationi, saltẽ in illis locis, ubi talis augmẽtatio nõ ꝓdest. sed multũ obest. eo quod multis ministris ecclesiæ pr est occasionẽ multiplicis ruinę. Sed sicut scribitur Prouer. xxx. b. Sanguisugę duæ sunt filiæ dicẽtes semper. affer. Et istæ sunt amor inordinatus ꝓpriæ excellẽtię, & inordinatus zel⁹ carnalis parentelæ, quæ nõ solũ clamãt, affer. sed aufer, aufer. Tolle ui, tolle fraude. ꝓpter quod Greg. Papa disposuit in hoc ponere modum, ut dicit dominus Hug. Cardinalis sup locũ istum.

✲ 1 *Fecit*

bernaculi, quæ respicit ad Aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. Contra † Occidentem vero, id est ad eam partem tabernaculi: quæ mare respicit, fecit sex tabulas: & duas alias per singulos angulos tabernaculi retro, quæ iunctæ erant † a deorsum vsque ad sursum: & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos, vt octo essent simul tabulæ, & haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit & vectes de lignis Sethim quinque ad continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris tabulas coaptandas: & extra hos quinque alios vectes, ad Occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum perueniret. Ipsa autem tabulata deaurauit, & circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possint, quos & ipsos laminis aureis operuit. Fecit & vero de hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario † varium atque distinctum, & quatuor columnas de lignis Sethim, quas cum capitibus deaurauit, fusis basibus earum argenteis. Fecit & † tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarii: & † columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro + basesque earum fudit æneas, quas & operuit auro.

†Occidentalem. †Per sub. † Fecit ea cum Cherubim. * fusis basibus earũ argenteis. † vel auleũ † eius quinque & vn cinos earũ quas & operuit auro. *& fila eas cingentia, Chal te cælaturas earum ex auro.

NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Contra occidentem vero. *Quod autem sequitur.* Id est ad eam patrem tabernaculi, &c. *Non est in Hebræo.* 2 Fecit quoque, &c. *De hoc vecte non fecit supra mentionem. Iste enim erat in latere orientali tabernaculi, ita ꝙ capita eius erant inserta capitib. duarum tabularum, quæ erant iuxta introitum tabernaculi, vna in latere Aquilonari ipsius tabernaculi, & altera Australi, & quia transibat per spissitudinem ipsarum tabularum, ideo dicit litera quod transibat per medias tabulas ab angulo vsque ad angulum, scilicet ab angulo coniungente parietem Aquilonarum & orientalem tabernaculi vsque ad angulum coniungentem parietem australem & orientalem eius. Cætera exponantur sicut sunt exposita supra cap. 26.*

✱ CAP.

CAP. XXXVII.

# CAP. XXXVII.

a Fecit autẽ Bese. arcã. ISID. In arca testamẽti fuit Vrna aurea, tabulæ quoq; & virga Aarõ. Arca, id est ecclesia hẽt, duas tabulas lapideas id ẽ duplicis testi ppetuã firmitatẽ, & vrnã aureã, id ẽ carnẽ Xpi purã & syncerã, quę recondi tũ in se manna ppetuæ diuinitatis cõseruat, & angelici panis perennẽ gerit dulcedinem & virgã Aaron, id est, veri pontificis nr̃i vexillũ salutare ĩmortalis memorię semper uiriditate florentem.
b *Coronã auream, &c.* Quia in eo ꝙ ecclesia p quatuor mũdi partes dilatatur, quatuor sancti euangelij libris accincta prædicatio, quę tñ intra vnius coronæ ambitũ, id est intra eiusdẽ fidei firmitatẽ, id est veritatem cõcluditur.
c *Vectes quoq;* ISID. Quia fortes pseuerãtesque doctores ueluit ĩputribilia ligna quęrendi sunt, qui instructioni sacrorũ uoluminum semp inhærẽtes ecclesiæ vnitatem denuntiẽt, & quasi in tromissis circulis ad eam portẽt, qui auro quoque iubẽtur operiri, vt cum sermone aliis insonãt ipsi etiam vitæ splẽdore fulgescant.
d *Fecit & propitiatorium, &c.* ISIDO. Propitiatoriũ sup arcã testamenti positum

Allegoric. Nu. 17. d. Hebr. 9. a. Moraliter. † purissimo. Mystice.

a FECIT autem Beseleel & arcam de lignis [Ecclesiam.] Sethim [Sanctis mente & corpore, qui habent interius duas tabulas testamenti, id est obseruantiam legis.] habentem duos & semis cubitos in longitudine, & cubitum [Alterium, scilicet.] ac semissem in latitudine [Vel vnius. Vel cubitu.]. Altitudo quoque vno cubito fuit & dimidio [Vel dimidij.]: Vestiuitque eam auro purissimo [a Quia ecclesia quasi aurum radiare debet tam interius vitę splendore, quam exterius sapientię & doctrinæ claritate.] b intus ac fores: Et fecit illi coronam auream per gyrum, conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: Duos annulos c in latere vno, & duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis Sethim, quos vestiuit auro, & quos misit in annulos qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam. d Fecit & propitiatorium [a Christum.], id est † oraculum de auro † mundissimo [a ¶ Quia Christus peccatum non fecit, qui est sapientia patris.], duorum cubitorum, & dimidii in longitudine, & cubiti ac semis in latitudine. Duos [Duo testamenta.] etiam Cherubim ex auro ductili, quos posuit ex vtraque parte propitiatorii [a ¶ Cherub interpretatur plenitudo scientiæ, dilectio. s. Dei & proximi.]: Cherub vnum in summitate vnius partis, & Cherub alterum in summitate partis alterius. 2

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXVII.

1 FEcit autem & Besel, *Hic ponitur executio operis quãtum ad ea quæ erant intra tabernaculum, & primo illorum quæ erant intra sanctasanctorũ, scilicet Arca Propitiatorij & ipsorum Cherubim.*
2 Cherub unum in sum. &c. *Summitas hic accipitur pro parte superiori secundum opinionem Rab. Sal. dicentis, quod Cherubim erant posita super operculum arcæ, quod erat propitiatorium secundum ipsum, secundum aliam opinionem summitas hic accipitur pro extremitate, quæ dicit, quod Cherubim sustentabant extremitates propitiatorij, vt dictum est supra. 25. c. Secundo ponitur executio quantum ad ea, quę erant extra sanctumsanctorum contra velum in illa parte templi, quæ sanctum vel sancta nominatur, cum dicitur, Fecit & mensam.*

✱ 1 Contra

MORALITER.

✱ 1 *Fecit Bese. &c.* usque, *Fecit & propitiatorium.* Per quod designatur ecclesia, in qua fiunt laudes, & preces, ad propitiationẽ domini procurandam. † *De auro mundissimo.* Nam ecclesia non debet habere maculam neque rugam. † *Duos etiã Cherubim, &c.* Per quos significantur ecclesiæ prælati, nam Cherubim interpretatur plenitudo scientiæ, quæ debet in prælatis esse Debent enim scire uetus & nouũ testamentũ p hoc autẽ quod dicitũ duos gemina charitas Dei & proximi designatur, quæ debet ĩ prælatis euidentius feruere, eũ ex officio pro salute populi sui corporalẽ uitã exponere, si casus necessitatis occurrerit, teneatur. Ioan. 10. b. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Ideo subditur. † *Ex auro ductili.* Fuerunt enim facti cum martello per per quod designatur quod ecclesiæ prẹlati debent semper esse parati ad sustinendũ persecutiones pro salute gregis sui. † *Quos posuit.* Per quod designatur, quod prẹlati semper debent intendere suarum ecclesiarum regimini, & non stare in curiis regũ vel Principum, nisi in casu necessitatis, & ad hoc vocati.

Quid scire dẽt prælatus.

✱ 1 Exten-

sium Christus est, qui inter Deum & hominem medius propitiator intervenit. Vnde. *Quem posuit Deus propitiationem per fidē in sanguine ipsius* hoc propitiatorium arcæ superponitur, quia Christus est ecclesię caput.

2.Tim.2.b Rom.3.d.

a *Facit & candelabrum,&c.* Quod spiritumsanctum significat, qui septiformi gratia illustrat ecclesiam in unitate fidei consistentem. Vel Christum portantem ecclesias septem, in quibus septiformis spiritus splendor emicat.

B

b *Cum emunctoriis.* Quæ in Esaia forcipes appellātur, duo testamenta.s. quib. peccata purgantur quęque intra se sancti spiritus unione sociantur.

Isa.6.a.t

Duos Cherubim in singulis summitatibus propitiatorii extendentes alas & te- †

a ¶ Quia vetus & nouum testamentum tam Christi sacramenta, quam ecclesię mysteria sub ænigmatum figuris operiunt.

gentes propitiatorium, seq;

a ¶ Quia duo testamenta concorditer Christi sacramenta predicant.

mutuo & illud respicientes.

a ¶ In qua pascimur alimentis scripturarum.

Fecit & mensam de lignis Sethim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem, circundeditque eā auro mundissimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ipsique labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam auream: Fudit & quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ contra coronam, misitque in eos vectes vt possit mensa portari: Ipsos quoque vectes fecit de lignis Sethim, & circundedit eos auro, & vasa ad diuersos vsus mensę, † acetabula, † phialas, & cyathos, & † thuribula ex auro † puro, in quibus offerenda sunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro purissimo. De cuius vecte, calami, scyphi, sphęrulę, ac lilia procedebant. Sex in vtroque latere. Tres calami ex parte vna, & tres ex altera. Tres scyphi in † nucis modum, per calamos singulos, sphærulęque simul & lilia: & tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphęrulęque simul & lilia: Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphęrulæque per singulos & lilia, & sphęrulæ sub duobus calamis, per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte vno. Et sphęrulę igitur & calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit & lucernas septem cum emunctoriis suis, & vasa, vbi ea quæ emuncta sunt, extinguantur, de auro mundissimo. Talentum auri appendebat candelabrum, cum

a ¶ Corpus Christi, vel quoslibet sanctos in quibus arderet semper diuinus ignis & semper caro consumitur.

omnibus vasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis Sethim, habēs per quadrum singulos cubitos, & in altitudine duos, è cuius angulis procedebant cornua: vestiuitque illud auro purissimo cum † craticula ac parietibus, & cornibus. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & possit altare portari. † Ipsos autem vectes fecit de lignis Sethim, & operuit laminis aureis. Composuit, & oleum † ad sanctificationis vnguentum, & thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarii.

a ¶ Gratiam spiritussancti habentem in se pacem & misericordiam per saluatoris aduentum. Vnde in cordibus nostris lumen veritatis accenditur.

Marginalia: †Scutellas eius. †Cochlearia eius. †Patellas aut cathabros. †Mundissimo. †Amigdali. †tecto ei. *In circuitu. †36. diss. ecce, i pri. †Vnctiōi sanctificationem. †Chal. sanctævnctionis.

NICOLAVS DE LYRA

✱ 1 Contra coronam. *Id est immediate sub corona, vt expositū est supra.xxv.c. Consequenter agitur de candelabro quod erat ibidem cum dicitur.* Fecit & candelabrum.

2 Aequum erat opus sex cala.&c. *Quod exponitur dupliciter. Vno modo quod licet aliqui calami orirentur de hastili inferius alijs, tamen in parte superiori æqualiter ascendebant. Alter sic.* Aequum erat,&c. *Id est vniforme in forma, & figura. Cætera exponuntur sicut supra exposita sunt cap.xxv. Consequenter agitur de altari thymiamatis, cum dicitur.*

3 Fecit & alta.&c. *Quod altare erat inter mensam & candelabrum, et exponatur quod hic dicitur sicut supra.xxx.c.*

✱ CAP-

MORALITER.

✱ † *Extendentes alas.* Id est intellectum suum & affectū applicantes contemplationi diuinorum, & non ad habendum longam comitatiuam equorum & domicellorum.

† *Et tegentes,etc.* Id est per opus actiuę vitæ intendentes ad ecclesiæ subsidium, verbo & exemplo informantes populū sibi commissum. Greg. in pasto. Sit præsul actione præcipuus, & præ cæteris in contemplatione suspensus. Sicut in scala Iacob angeli ascendebant & descendebāt. Sed aliqui eorum sunt sicut milui, qui non ascendunt nisi ad cadauera rapienda, sic isti ad bona temporalia quærendaquæ tamen Paulus Apostolus arbitratur vt stercora, Philippen.iij.b.

✱ Mora-

CAP. XXXVIII.

Ecit et altare holocausti de lignis Sethim, quinque cubitorum * per quadrũ, et triũ in altitudine, cuius cornua de angulis pro cedebant. Operuitq. illud † æreis laminis: Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. Craticulamq. eius in modum retis fecit æneam, † & subter eã in altaris medio arulam fusis quatuor æneis anulis per totidem † retiaculi summitates, ad immitẽdos vectes ad portãdũ. Quos et ipsos fecit de lignis Sethim, & opuit laminis æneis: induxitq; in circulos, qui in altaris laterib. eminebãt. Ipsũ aũt altare non erat solidũ, sed cauum ex tabulatis, & intus vacuũ. Fecit & labruũ æneũ cũ basi sua de speculis † mulierum, quæ excubabãt in ostio tabernaculi. † Fecit & atriũ, in cuius australi plaga erãt tẽtoria de bysso retorta cubitorũ centum: Columnæ æneæ viginti, cũ basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura argẽtea. Æquè ad septentrionalem plagam tentoria, colũnæ, basesq;, & capita columnarũ eiusdẽ mensuræ, & operis, ac metalli erant. In ea vero plaga, quæ ad occidentem respicit, fuerunt tẽtoria cubitorum quinquaginta, columnæ decẽ cum basibus suis æneæ, & capita columnarũ, & tota opis cælatura argẽtea. Porrò cõtra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria, è quibus quindecim † cubitos columnarũ trium cum basib. suis, vnum tenebat latus, & in parte altera: quia inter vtraq. introitũ tabernaculi fecit quindecim æquè cubitorum erãt tentoria, columnęq. tres, & bases totidẽ. Cũcta atrii tẽtoria byssus retorta texuerat. Bases columnarum fuere æneæ, capita autẽ earum cum cunctis cælaturis suis ar

(Interlinear: a ¶ Compunctionem vehementem. b ¶ Timore Dei. a ¶ Præceptis diuinis. æterni obseruantes. b ¶ Sanctarum animarum. ¶ In introitu. c ¶ Continuo amore ingressum regni ¶ Non manufacti. a ¶ Ecclesiæ quæ in eremo huius vitæ constituitur.)

(Margin: * erat longitudo ipsius & quinque cubitorum latitudo eius. † æneis. † subter ambitum eius inferne vsq; ad medium ei⁹. † craticulæ æneæ. † conuenientium quę conueniebant. Chald. interp. mulierũ quæ veniebant vt orarẽt. † 36. d §. ecce. in fine. † cubitorũ columnæ eorũ tres.)

CAP. XXXVIII.

Ecit & labrum æneum &c. GR. Labrũ æneũ Moyses ponit, ĩ quo sacerdotes lauent sancta sanctoaũ ingressuri, quia lex Dei prius lauari nos per compunctionem pręcipit, vt nostra immunditia ad penetrandum secretorum Dei munditiam non obsistat. Fit autem labrum de speculis mulierum, quæ ad ostium tabernaculi indesinenter excubant. Specula enim mulierum sunt præcepta Dei, in quibus sanctæ animę semper aspiciũt, & si quæ in eis sunt fœditatis maculę, deprehendunt, cogitationum vitia corrigunt, & quasi renitentes vultus ex reddita imagine componunt. Quia dum præceptis dominicis solenniter intendunt in eis quid in se cęlesti viro placeat vel displiceat, agnoscunt, quę quandiu in hac vita sunt æternum tabernaculum ingredi non possunt. Sed tamen ad ostium tabernaculi mulieres excubant, quia sanctæ animæ etiam cum infirmitate carnis grauantur, amore tamen continuo ingressum interni introitus obseruant. Moyses ergo sacerdotibus labrum de speculis mulierum fecit, quia lex Dei lauacrum compunctionis peccatorum nostrorum maculis exhibet, per quę sanctæ animę superno sponso displicuerunt. Intuenda nobis cœlestia præcepta prębet, quibus si diligenter intendimus, internæ nostrę imaginis maculas videmus. Videntes autem maculas, in pœnitentię dolore conpungimur, compuncti vero, quasi in labro de speculis mulierum lauamur. Tunc ergo de nobis vere compungimur, si studiose pręcedentium patrum facta pensamus, ut conspecta illorum gloria in oculis nostris vita nostra sordescat. Tunc uere compungimur, cum pręcepta Dei studiose perscrutamur: ut per hęc proficere contendamus per quę profecisse cognouimus, quos ueneramur.

(Margin: Hom. 17. in Euang. Mysticè. Labrum æneum qd. Nota qui vere compungatur.)

Pa-

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXVIII

1 Ecit, & altare &c. *Hic consequenter ponitur executio operis, quantum ad ea quæ erant extra tabernaculum & primo quantum ad altare holocaustorum: secundo quantum ad labrum æneum, cum dicitur:*

2 Fecit & labrum &c. *Dicunt expositores nostri cõiter, quod ista erant mulieres deuotę, quæ ueniebant frequenter ad ostium tabernaculi rõne cultus diuini, & in signum quod nolebant amplius intendere ornatui exteriori, obtulerunt specula sua: quorum capsæ erant ęneę, & de illis factum est uas prędictam. Rab. Sa. dicit quod hic est tex. verus, de speculis mulierum exercituantium, vel circumeuntiũ ad ostium tabernaculi, & secundum primam significationem exponit dicens, quod mulieres Hebręę quando Pharao voluit impedire multiplicationem populi per generationem, opprimendo uiros laboribus, ne uacarent amplexibus, vxores eorum componebant se ad specula, ut prouocarent uiros suos ad actum matrimonij, non libidine ductę, sed prolis amore, & sic procreauerunt exercitum filiorum Israel, quorum principes tribuum (in quibus quodammodo continebatur totum negotium populi) consistebant ad ostium tabernaculi, ubi manebant Moyses & Aaron, ad tractandum cum eis de negotijs populi. Secundum uero aliam significationem exponit de mulieribus deuotis, quę manebant in castris circa latera, & post tergum tabernaculi, quas oportebat circumire ueniendo ad ostium tabernaculi, causa oblationis faciendę. Aliter autem exponunt doctores aliqui, quod circa labium ęneum erant specula affixa, ut sacerdotes uiderent maculas abluendas. & illa specula fuerunt oblata a mulieribus deuotis, & sic quod dicitur.*

3 Fecit & labrum æneum cum basi sua de speculis mulierũ. *Hic accipitur facere, pro aptare vel ornare, & sic aliquando accipitur in Hebręo, ut dictum fuit Genesis 1. c.*

4 Capita columnarum & tota operis cęlatura argentea. *In Hebręo habetur, Vncini columnarum & cincturę earum de argento. & eodem modo infra, ubi ponuntur consimilia uerba.*

(Margin: Speculum mulierum)

* 1 Ipsas

## MORALITER.

* 1 *Fecit & altare &c.* Illud quod in prin. huius cap. ponitur, superius expositum est Mystice: propter hoc hic dimitto, & plura alia dimisi, & dimittam eadem ratione.

2 *Fecit & labrum ęneum cum basi sua. &c.* Per specula mulierum significantur diuina pręcepta. in quibus animę deuotę speculantes & meditantes, vident quid amouere debeãt a seipsis scilicet maculas vitiorum, & quid sibi apponere, scilicet ornamenta uirtutem, hęc enim duo diuina pręcepta manifeste ostendunt quę docent duas partes iustitiæ, scilicet declinare a malo & facere bonum.

† *Qua excubabant in atrio tabernaculi.* Per tabernaculum hic intelligitur ipsum cęlum, quod animæ deuotę non possunt ingredi durante uita præsenti, sed diligenter attendunt qualiter possint intrare post finem pręsentis uitę. Per hoc igitur quod labrum ęneum, in quo pedes & manus sacerdotum debebãt lauari, factum esse dicitur de speculis mulierum, significabãt practica notitia diuinorum pręceptorum, ex qua quidem notitia procedit aqua verę contritionis & deuotionis, in qua pedes & manus sacerdotum, id est affectiones & opera eorũ qui ministraturi sunt in ecclesia, debent lauari per contritionã & cõfessionem antequã accedant ad missarum celebrationem.

a *Paxillos quoq;*. Strabus. Paxilli secundum literam erat in summitate columnarum fixi, quibus funes religabantur: q cortinas à terra subleuabant, firmati superioribus quibusdam ansulis, inferius vero religati ad prædictos paxillos cortinas extendebant, ne rugam cõtraherent.

Mysticè. *Mystice* uero funes significant sanctam scripturam, de qua Salomon ait. *Funiculus triplex difficile rumpitur.* Quia sancta scriptura, historia, mortalitate & allegoria constãs, nullis hæreticorum dogmatibus potest dirumpi. Paxilli in modum linguæ facti, linguas doctorũ significãt, qui scripturam exponunt. Cortinas etiam a terra subleuant & extendunt, quia subiectos docẽt sequi, & imitari cælestia nullamque mali operis uel fraudis rugã cõtrahere.

Eccl. 4. c. — claues. — Ephe. 5. d.

† Isti sunt numeri, velhę sunt numerationes, aut hęc ẽ nũc summa. † ministerium.

gentea. Sed & ipsas colũnas atrii vestiuit argento, & in introitu eius ope plumario fecit tentorium ex hiacyntho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine: altitudo verò quinq; cubitorum erat iuxta mensuram, quam cũcta atrii tentoria habebant. Columnæ autẽ in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum et cælaturæ argenteæ: † Paxillos quoque tabernaculi et atrii per gyrũ fecit æneos. † Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quę enumerata sunt iuxta præceptum Moysi: † in cęremonias Leuitarum per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis, quæ Beseleel filius Vri filii Hur de tribu Iuda, domino per Moysen iubente compleuerat, iuncto sibi socio Ooliab, filio Achisamech de tribu Dan, qui et ipse artifex lignorum egregius fuit, et polymitarius atque plumarius, ex hyacintho, purpura, vermiculo, et bysso. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, et quod oblatum est in donariis, viginti et nouem talentorum fuit, et septingentorum triginta siclorum † ad mensuram sanctuarii. * Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à viginti annis et supra, de sexcentis tribus millibus et quingentisquinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarii, & introitus vbi velum pendet. Centum bases factæ sunt de talentis centum: singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis et septuagintaquinque siclis, fecit capita columnarum, quas et ipsas vestiuit argento. Aeris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, et quadringenti supra sicli, ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, et altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa quæ ad vsum eius pertinent, et bases atrii tam in circumitu, quàm in ingressu eius, et paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

a ¶ Quatuor sunt Euangelistæ firmitate fidei solidati.

a ¶ Claritate diuini eloquii.

† sm siclũ. * argentũ aũt numeratæ congregatiõis centum talẽta mille septingenti septuaginta quinq; sicli, sm siclũ sãctuarii. Singula capita obtulerunt dimidium sicli iuxta pondus sicli sanctuarii.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ipsas columnas atrii uestiuit argento. *In Hebræo habet, Capita columnarum liniuit vel operuit argento: & exponantur ista sicut supra, 27.*

2 Hæc sunt instrumenta. *In Hebræo habetur. Hi sunt computi uel numeri, & uidetur hoc melius dictum, ut patet ex litera sequenti, quia nominantur & etiam numerantur pondera metallorum, de quibus facta sunt opera tabernaculi.*

3 In cęremonias Leuitarum. *id est obsequiis eorum, quia ad eos pertinebat portare tabulas tabernaculi, & bases, & operimenta, & plura alia, similiter deponere tabernaculum in motione castrorum, & erigere ipsum in loco positionis castrorum.*

4 Per manum Ithamar. *Id est secundum ordinationem eius & præceptum.*

5 Omne aurum. *Hic ponitur numerus auri.*

6 Quod expensum est in opere &c. viginti & nouem talen. *In Hebræo habetur, uiginti nouem centenariorum. Dicit autem Ra. Sa. quod centenarius continet sexaginta mnas. Mna autem sanctuarij duplex erat respectu communis & sic centenarius continet cxx. mnas; & mna 25. siclos & sic centenarius sanctuarii continebat tria millia siclos.*

7 Oblatum est autem ab his &c. *In Hebræo habetur sic. Argentũ autem numerationis populi fuit centum centenarij, & mille septingenti, & lxxv. sicli ad pondus sanctuarii, dimidius siclus per singula capita omnium transeuntium ad numerum a xx. annis & supra de sexcentis & tribus milibus & quingentis quinquaginta uiris, & secundum hoc numeratio populi non est referenda ad numerum auri prædicti, sed magis ad numerum argenti, cuius ratio est, quia in nullo loco inuenitur scriptum quod in numeratione populi numerati soluere debeant, uel offerre aliquam quantitatem auri, sed argenti scilicet quilibet quilibet dimidiũ siclum, ut dictum est supra trigesimo capit. Et si consideretur numerus argenti hic expressus, correspondet numero uirorum accipiendo pro quolibet dimidium siclum, vnus enim centenarius ualet tria milia siclos, ut uisum est, & per consequens centum centenarij ualent trecenta millia sit los integros, & per consequens ualent sexcenta millia dimidios. Item mille septingenti septuaginta quinque integri ualent tria millia quingentos quinquaginta dimidios, & sic habetur numerus prædictus uirorum, scilicet sexcentorum trium millium & quingentorum quinquaginta.*

Numerus virorum Israel.

8 Centum bases factæ sunt de talentis centum. *Quadraginta enim erant in latere aquilonari, & tot in australi, & 16. in occidentali sub tabulis tabernaculi, & quatuor sub quatuor columnis in quib. appendebat uelum diuidens sanctum & sanctum sanctorum.*

9 De talentis centum. *In Hebræo habetur. De centenarijs centum.*

10 De mille aum septingentis & septuagintaquinq; &c. *In Hebræo habetur, De mille septingentis septuagintaquinque siclis fecit uncinos columnarum, & liniuit capita earum argento, & hæc uidetur uerior litera, quia hic loquitur de columnis atrij, quæ erant lx. per circumitum. Argentum autem hic enumeratum non ascendit ad quantitatem unius centenarij fere dc medietatibus. In qualibet autem base fuit unus centenarius integer, ut dictum est, & sic in una sola base plus fuisset fere in duplo de argento, quam in omnibus columnis atrij, quod uidetur absurdum, & ideo non uidetur possibile, quod capita earum fuerint argentea, nec ipsa uestita argento. sed uncini tantum fuerunt argentei, & capita earum linita uel operta argento. sicut supra expositum est xxvij. c. Cætera patent.*

* CAP.

ADDITIO.

*In capitulo 38. ubi dicitur in postilla. Fecit labium æneum cum basi sua de spe. &c.*

*Vltima expositio, quæ ponitur in postilla uidetur verior, quia magis cõsonat literæ. Textus enim uerus in Hebræo non dicit de speculis mulierum, ut sic illa specula intelligantur esse materia labij seu basis. sed dicit sic. Fecit labrum æneum cum basi sua cum speculis mulierum, uel in speculis mulierum &c. & est sensus quod fecit labium æneum cum basi sua, ut scilicet fuerat sibi præceptum, & etiam cum speculis mulierum circunquaque positis ad ornatum, uel fecit labium æneum in speculis mulierum, s. contentum, & sic non oportet quod l. fecit, hic accipiatur nisi secundum communem sui significationem, &c.*

a *Fecit uestes &c.*
A. ✠ THEODORETVS. Sacerdotibus suis Dominus omnigenum circumposuit ornatum, qui vulgus plebemque ipsa habitus varietate percelleret, ipsos vero sacerdotes doceret, quanta illos animum suum pulchritudine exornare, & virtutum ornamentis condecorare teneantur.

b *Fecit igitur & super humerale &c.* ✠ IDEM. Tunicam talarem fieri iussit Dominus, illiq; tintinnabula aurea & corymbos in modum Punici mali appendere, vt cum sacerdos magnus in adyta introiret, sonum exaudiret, cum tremore ac reuerentia munere suo fungeretur, illiq; legislatoris in mentem veniret, quare & tunica ipsa aerei coloris fuit hyacinthinus enim erat, vt hoc colore conspecto, mentem in cœlestia sublcuaret.

c *Perfectum est igitur omne opus taber. &c.* ✠ IDEM. Cur Deus tabernaculum fieri iusserit ipse declarat. Ait enim, facienteque mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum. Na quia in monte lex data fuerat, & uix fieri potuit quin nonnulli ob id Deum circumscriptum esse existimarent, tabernaculum fieri iussit, vt inde ipse Deus apparens, populum in pietate ac religione erudiret. Quemadmodum enim post acceptam terram promissionis, templum sibi ab illis construi mandauit, atque in eo sibi ministrati legem constituit, vt ne dæmonũ cultui operam darent, ita in transeuntib. & desertum pertranseuntibus, tabernaculũ ædificare præcepit, ut ibi precationes ac rẽ diuinam facerent.

## CAP XXXIX.

De hyacintho vero & purpura, vermiculo, ac bysso fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit dominus Moysi. Fecit igitur & superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & bysso retorta opere polymitario. † Inciditque bracteas aureas & † extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, duasque oras sibi inuicem copulatas in vtroque latere summitatum, et baltheum * ex eisdem coloribus sicut præceperat dominus Moysi. Parauit & duos lapides onychinos astrictos, & inclusos auro, et sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel. Sex nomina in lapide vno, et sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum. Posuitq. eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorum Israel, sicut præceperat dominus Moysi. Fecit et rationali opere polymito, iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta quadrangulũ duplex mensuræ palmi, * et posuerunt in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. In secundo carbunculus, sapphirus, et iaspis. In tertio ligirius, achates, et amethistus. In quarto chrysolithus, onychinus, & beryllus: circundati et inclusi auro per ordines suos. Ipsique lapides duodecim sculpti erant in nominib. duodecim tribuũ Israel, singuli per nomina singulorũ. Fecerunt in rationali et catenulas sibi inuicem cohærentes de auro purissimo, et duos vncinos, totidemque annulos aureos. Porrò annulos posuerũt in utroque latere rationalis, è quibus penderent † duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant. ✠ † Hæc et ante et retrò ita conueniebant sibi: vt superhumerale et rationale mutuò necterentur, stricta ad baltheum, et annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, et a se inuicem mouerentur, sicut præceperat dominus Moysi. Fecerunt quoquè tunicam superhumeralis * totam hyacinthinam, et capitium in superiori parte contra medium * oramque per gyrum capitii textilem: deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, et tintinabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter mala granata in extrema parte tunicæ per gyrum: tintinabulum * aureum, et malum punicum. Quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat dominus Moysi. Fecerunt et tunicas byssinas opere textili Aaron, et filiis eius, et mitras, cum coronulis suis ex bysso, fœminalia quoque linea byssina: cingulum vero de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctum arte plumaria, sicut præceperat dominus Moysi. Fecerunt et laminam + sacræ uenerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario sanctum domini, et strinxerunt eam cum mitra et vitta hyacinthina, sicut præceperat dominus Moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi, et tecti testimoni. Feceruntque

Marginal notes: † extendeŕuntque. — Idem — *tam in longitudine, quam in latitudine — *contra faciem eius a quo ipsius rationale tenetur. Ibidem. — *opere textorio — *sicut os loricæ. — *autem — † coronæ sanctificationis. — † opere polymitario. — † abscidit filia. — *cinguli eius quod erat super illud. — † duo funiculi aurei quos. — † fecerunt & duos anulos aureos quos posuerunt in duob⁹ angulis pectoralis (siue rationalis) qui erant in ora eius ad lat⁹ (uel e regione) super humeralis intrinsecus. Fecerũt & duos annulos alios ex auro, quos posuerunt in duobus angulis super humeralis inferne cõtra faciem eius (i. unũ e regione alterius) ubi copulatur superhumerale ad baltheũ. Et coniunxerunt pectorale ex anulis suis ad anulos superhumeralis.

NICOLAVS DE LYRA. Cap. XXXIX.

Diuisio

1 De hyacintho *Hic ponitur executio operis quantum ad uestes sacerdotum. Et primo de superhumerali.*

2 Inciditque bracteas. *id est laminas tenus, vt ex illis possent fieri filia. Secundo de rationali, ibi: Fecit & rationale. Tertio de tunica hyacinthina, ibi. Fecerunt quoque tunicam. Quarto de vestibus byssinis, ibi: Fecerunt quoque tunicas & mitras cum coronulis &c. Erant enim circuli in mitris illis in parte inferiori, qui vocantur hic coronulæ. Quinto de lamina sacra, ibi. Fecerunt & laminam sacræ vnctionis, Cætera patent ex dictis supra. xxxviij. ca.*

*MORALITER.*

✠ † *Fecit & rationale &c.* Per rationale iudicij in quo ostendebatur qd agi deberet aut dimitti, potest intelligi bon⁹ princeps aut prælatus secularis vel religiosus, per cuius iudiciũ debent agi vel dimitti opera subditorũ. In hoc autem rationali fuerunt quatuor ordines lapidũ pretiosorum, & in quolibet ordine tres lapides pretiosi. Igitur per quatuor ordines intelligũtur quatuor vitutes cardinales cum adiunctis sibi virtutib. que debent esse in iudicibus bonis secularibus aut religiosis. Primus ordo pertinet ad prudentiam, quæ est auriga virtutũ & secundũ Tullium ipsius prudentiæ sunt tres partes, scilicet memoria respectu præcedentiũ, intelligentia respectu præsentiũ, & prouidentia respectu futurorum. Secundus ordo pertinet ad iustitiam, cuius secundũ Philosophum v. Ethicorũ sũt tres partes, scilicet iustitia distributiua pœnarũ & honorũ secundũ demerita & merita hominum, & cõmutatiua quę est proprie mercatorũ, & epikeia, q̃ est proprie iudicum dirigẽs eos in casu particulari ad legislatoris intellectum. Tertius ordo pertinet ad fortitudinem, quæ respicit pericula bellorum pro republica sustentanda, & ad eam requirit animositas in aggressu, cõstantia in progressu, & sequit victoria in egressu. Quartus ordo pertinet ad temperantiã, cuius sunt tres partes scilicet temperãtia particularis, quæ est repressiua venereorũ extra legem matrimonii in cõiugatis & simpliciter in aliis, & abstinentia quæ est repressiua ciborũ, & sobrietas potuum, secundum tamen modum & regulam rectæ rationis.

filii Israel cuncta quæ præceperat dominus Moysi, & † obtulerũt tabernaculũ & tectum & vniuersam supellectilem, anulos, tabulas, vectes, columnas, ac bases, opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de † ianthinis pellibus, velum, arcam, vectes, propitiatorium, mensam cum vasis suis, & propositionis panibus, candelabrum, lucernas, & vtensilia earum cum oleo, altare aureũ, & † vnguentũ, & thymiama ex aromatib⁹, & tẽtoriũ in introitu tabernaculi, altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia, labrum cum basi sua, tentoria, & columnas cum basibus suis, tentoriũ in introitu atrii, funiculosque illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi & in tectum fœderis iussa sunt fieri. Vestes quoque quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario Aaron scilicet & filii eius, † obtulerunt filii Israel, sicut præceperat dominus. Quæ postquam Moyses cũcta vidit completa, benedixit eis.

† attulerũt ad Moysẽ.
† taxorũ
† oleũ vnctionis.
† fecerunt

## CAP. XL.

a Locutusque est dominus ad Moysen di- 1
cens: Mense primo, Die prima mensis, e- 2
riges † tabernaculũ testimonii, & pones in eo arcam † dimittesque ante illam velum, & illata mensa pones super eam, quę ritè præcepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum, in quo adoletur incensum coram arca testimonii. Tentorium in introitu tabernaculi testimonii pones, & ante illud altare holocausti. Labrũ inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. † Circundabisque atrium tentoriis & ingressum eius. Et assumpto vn-
b ctionis oleo, vnges tabernaculum † cum vasis suis: vt sanctificentur altare holocausti & omnia vasa eius, labrum cum basi sua. † Omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta san-
c ctorum. Applicabisq; Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonii, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium † proficiat sempiternum. Fecitq; Moyses omnia quæ præceperat dominus. Igitur mense primo anni secundi, in prima die mensis collocatum est tabernaculũ. Erexitque illud Moyses, & posuit ta-
d bulas, ac bases, & vectes, statuitque columnas, & expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut dominus imperauerat. Posuit & testimonium in arca, 3
subditis infra vectibus, & oraculũ desuper. Cumque intulis- 4
set arcam in tabernaculum testimonii, appẽdit ante eam ve-

(Interlinear: a ¶ Aprili. s. quo Pascha iudæi celebrant. ¶ Secundi anni. b ¶ In principio gratia. — a ¶ Gratia spirituali. b ¶ Ecclesiam. c ¶ Sanctorum, scilicet singulis personis, quæ sunt vasa in honorem vnde Paulus vas electionis dicitur. Actiũ c. — a ¶ Præpositos. b ¶ Subditos. ¶ Apostolos. a ¶ Ecclesiæ vel regni cælestis. — a ¶ Compunctionis. b ¶ Ne nudi ambulent & appareat turpitudo eorum. c ¶ Virtuosis operibus. — a ¶ Digni facti.)

† habitationem tabernaculi.
† suspensũ-que
† ponesq; atrii i circuitu & tẽtorium ad portam atrii.
Mystice.
† & omnia q̃ i eo sũt, & sanctificabis illud et oĩa vasa ei⁹, & erit sanctũ, vnges & altare holocausti & oĩa vasa eius, & sanctificabis altare: & erit altare sanctificatio sanctificationum, i. oĩum sanctissimũ: vnges etiã labrum & basi in ei⁹, & sanctificabis illud.
† de cõfessione dis I. i pri.
Psal. 64. b. Annus benignitatis teris eis in generationes eorũ.

A CAP. XL.

a Locutusq; est dominus ad Moysẽ dicens: Mẽse primo &c. STR. Prim⁹ anni mẽsis ipse est nisan, qui & aprilis, in quo Iudæi pasca celebrabant, & tabernaculũ erectum est. Allegorice autẽ primus mẽsis signat initium gratiæ, quando tabernaculum Dei. i. ecclesia erecta est cum Christus scilicet crucifix⁹
B de latere suo ꝑduxit mysteria sanguinis & aquę, quibus ecclesia dedicatur & cõsecratur. Et notãdum quia hic primus mensis secũdi anni fuit, primus enim annus ante legem fuit, secũdus annus sub gratia euangelii cui dominus benedixit. Vnde: *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* Annus enim benignitatis fuit, quo salus humani generis per humanitatẽ Christi apparuit: hoc ergo anno tabernaculum Dei erectum est id est ecclesia fundata, et exaltata.

RABAN. Primus annus omne tempus legis ante incarnatio-
C nem Christi Secũdus ab aduentu eius usq; ad consummationẽ seculi. Quasi primo mẽse, prima die mẽsis tabernaculum erigitur, cum in principio gratiæ suæ per Christũ i ecclesię ornatus constituitur, &
D decor nouæ Hierusalem fidelibus demonstratur: & sicut in primo anno præparatus est sumpt⁹ futuro operi ita omnium electorum ab initio mũdi vsque ad aduẽtum domini sermo vel opus ad instructuram ecclesiæ conueniens per scriptores veteris testamenti colligitur,
E vt doctores euangelii his vtantur in confirmatione fidei.

b *Vnges tabernacul. &c.* STRAB. Tabernaculum cum vasis suis vnctionis oleo consecratur, quia sancta ecclesia quicquid agit cũ virtutibus suis, debet dedicare & consecrare gratiæ spiritussãcti. Oleũ quippe vnctionis spirituali gratiæ comparatur, qua omnium virtutum opera domino consecrantur.

c *Applicabisque Aaron. &c.* STRAB. Fores tabernaculi, id est sanctæ ecclesię, sunt apostoli per quos debet aulam cæli ingredi, ad hos applicandi sunt Aaron filii eius id est, omnis cætus sanctorum, & maxime præpositorum, ut eos imitentur & eorum uestigia sequantur.

d *Et vestes.* Vectis nõ solum parietes nectit, sed & columnas introitus cõfirmat ne corruant, aut à recto statu deflectãt, qa-

Allegorice.
F

dominus

## NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XL.

1 Locutusque est dominus ad &c. *Postquam descripta est tabernaculi constructio, hic consequenter describitur eius erectio, ubi præmittitur præceptum domini, cum dicitur.*

2 Mense primo. *scilicet secũdi anni ab exitu de Aegypto. Secundo ponitur executio Moysi, cum dicitur: Fecitque Moyses omnes quæ præceperat dominus. Et primo quantum ad ipsum tabernaculum, &c. cum dicit: Collocatum est tabernaculum: Secundo quantum ad ea quæ erant intra sanctum sanctorum, ibi:*

3 Posuit & testimonium in arca. *id est tabulas quæ erant in testimonium fœderis inter Deum & populum.*

4 Et oraculum adsuper. *id est propitiatorum. Tertio quantum ad ea quæ erant extra sanctum sanctorum in tabernaculo, cum dicitur: Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagã septentrionalẽ &c.*

MORALITER.

✠ 1 *Mense primo, Die &c.* Et hoc secundum suas partes descriptas superius & expositas, tamen per hoc tabernaculum domini conuenienter potest anima fidelis intelligi: nam in ea dominus per gratiam inhabitat. Apoc. xxj. a. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus.* &c. Hoc autem tabernaculum sursum erigitur per spem bonorum cælestium, ex meritis & gratia prouenientem, & figitur seu stabilitur per firmam fidẽ eorũ, quæ tenet & docet sancta mater ecclesia, & dilatatur per Dei & proximi charitatem: & ista fiunt primo mense prima die mensis, id est in initio vitæ præsentis: & hoc quantum ad pueros baptizatos: secũdum habitus dictarum virtutum qui dãtur diuinitus in baptismo, sed actus earũ tunc apparent quãdo incipiunt habere vsum rationis, vt sic cũ gratia operetur liberũ arbitrium ad consecutionem veræ beatitudinis. Quam nobis concedat Iesus Christus, qui cum patre &c.

MORAL.

dominus & vtrunque populum in vna fide dilectionis sociauit, & eorũ doctores vt in fide & † amore & prædicatione persisterent, confortat. Nec mirum si & per capita ipsa, & p vectē capita ipsa continentem Christus accipitur: quia cuiusq; electi regendo caput est. Vnde: *caput uiri Christus est*. Et qa nō solũ singulos ad quærēda cælestia erigit, sed et omnes continet, & ne a recto statu desse cti, nec ab inuicē discordando possint separari, vinculo pacis cōfirmat. Cui simile est quod dominus dicitur & agnus & pastor & ostium, cum pastor agnum pascat, & ambo intrent per ostium: cum propriè sit verbum in principio, horum vero nullum sit proprie, sed figuraliter. Pastor, quia ducit ad pascua vitæ. Ostium quia nō nisi per ilium perueniuntur ad patrem. Agnus, quia ab Aegypto saluat. Sic & hic per capita figuratur propter † regnũ, quo singulis præest, & per uectem, ob generalē prouidentiam. † quia omnes confirmat.

A †actione. 1.Cor.11.a &texit arcam testimonii. Ioan.1.d. Io.10.c. B †Nu.9.b. 3.Reg.8.b †Regimē † qua. Aia multas habet appellationes. Epist.86. Nouum testamentum habet suũ altare

lũ,* vt expleret domini iussionē. Posuit & mensā in tabernaculo testimonii ad plagā septentrionalē extra velũ, ordinatis corā propositionis panib. sicut præceperat dominus Moysi. Posuit & candelabrũ in tabernaculo testimonii, è regione mēsæ, ĩ parte australi, locatis p ordinē lucernis, * iuxta præceptum domini. Posuit & altare aureũ sub tecto testimonii cōtra uelũ, et adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonii, & altare holocausti in vestibulo testimonii offerens in eo holocaustum & sacrificia, vt dominus imperauerat. † Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonii, & altare, implens illud aqua. Laueruntque in eo Moyses & Aaron, ac filii eius manus suas, ac pedes, cum ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat dominus Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tētorio. † Postq̃ cũctā perfecta sũt. operuit, nubes tabernaculum testimonii: & gloria dñi impleuit illud: Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente

a ¶ Vel omnia. ¶ Populus Iudaicus. a ¶ Secreta, e scripturarum. b ¶ Profunditate scripturæ:

BEDA, Sic anima pro diuersis actionib. diuersa nomina sortitur. Dum viuificat corpus anima nominatur, dum vult, aiũs est, dum scit, mens est, dum recolit, memoria est, dum iudicat, ratio est, dum spirat spiritus est, dum sentit, sensus est.

a *Posuit & altare.* ✠ AVGVSTINVS. Dicit (Vrbic') cessisse poculo sanguinem, non cogitans etiam nunc se accipere in poculo sanguinem. Quanto ergo melius & congruentius vetera transisse, & noua in Christo facta esse sic diceret, ut cederet altare altari, gladius gladio, ignis igni, panis pani, pecus pecori, sanguis sanguini?

b *Postq̃ cun 'a, &c.* ✠ PROCOPIVS. Vero in hoc mundo commonstrato tabernaculo scilicet ecclesia ex gentibus conflata, incredibile est dictu, quam diuinæ claritatis lux hanc lustrauerit & circunfulserit. Instar nubis rore cœlesti miris modis rigatur & pinguescit. At Moses inquit, non potuit introire in tabernaculum, sicut nec Iudæi potuerunt se insinuare ecclesiæ Christi. Nō.n. tulerunt diuinę lucis clarissimos radios, nec intellexerũt Christi mysterium: at nos qui vere sumus Israelitę, tecti nube una cum illo, pperabimus ad supernā māsionē.

C c *Nec poterat Moyses, & cętera.* STRABVS. Moyses ergo, in hoc loco sicut in alijs pluribus figuram tenet Iudaici populi. Moyses ergo nube obstante in tabernaculum non poterat intrare: quia Iudaicus populus nunquam sacramenta scripturæ valuit penetrare. Nubes enim domini per diem incubabat tabernaculo, & ignis in nocte. Hoc loco ignis diuinorum mysteriorum scientiam significat. Scriptura enim sancta sanctis, & ignorantiam suam fatentibus lumen est. Iniquis vero & scientiam iactantibus nubes, quia excæcat eos.

D Scriptura sancta.

AVGVSTINVS. Notanda est res mira bilis multum, quod nube descendente & implente tabernaculum (quæ tamen gloria domini dicitur) non poterat Moyses intrare in tabernaculum, qui in monte Sina quando legem primitus accepit, intrauit in nubē, vbi erat Deus. Aliam ergo psonam tũc figurabat, aliam nunc. Et tunc eorum qui principes fiunt intimæ veritatis Dei. Nunc autem Iudæorũ, quibus gloria domini qui in tabernaculo est (quod est gratia Christi) tanquam nubes opponitur non eam intelligentibus, & ideo nō intrant in tabernaculũ testimonij. Et hoc credendum est semel factum, mox vt constitutum est tabernaculũ significationis huius causa vel alicuius alterius. Neq; enim semper sic erat nubes super tabernaculum vt Moyses intrare nō posset, quando quidem non remouebatur nubes nisi cũ eis dabatur hoc signum disiungendi, id est castra mouendi ex eo loco ubi erant, & accedendi quo nubes ducebat p diē, flamma per noctem. Quę duo vicissim etiam super tabernaculũ manebant, vbi castra posuissent, nubes per diem, flāmma per noctem.

* corā dño Quæst.173. Nō potuit Moyses ingredi nubem. † sup.30.c. E

In tabernaculo autem domini erant tabulæ, quarum annulis erant infixi vectes de lignis Sethim, quib. possent leuari & portari de mansione ad mansionem, quæ omnia mysteriis plena sunt. Per tabernaculum intelligimus ecclesiam pręsentem, in qua sunt tabulæ, scilicet sancti humilitate pleni, quibus quiq; vectes sunt affixi id est spiritualis notitia 5. librorum Moysi p quam se & alios sustollant claritatem ęternę beatitudinis. Per uectes ergo ut dixim' 5 libros Moysi intelligimus, q sunt Genesis. Exodus, Leuiticus, liber Numerorũ, & Deuteronomiũ, ĩ qb. cōtinet principiũ mũdi & mediũ & csũmatio. In Genesi describit creatio mũdi, & in Exodo recreatio. ĩ Leui. sacramento-

Pētateuchum. F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Posuit altare aureum sub tecto testimonii. *id est tabernaculi, quia uocabatur tabernaculum testimonij.*

2 Contra velum. *Diuidens sanctum & sanctum sanctorum. Et per hoc quod dicit. Contra uelum, & non intra, patet quod supra dictum est. 30.c. scilicet buod altare incensi quod est idem quod altare aureum, non erat intra sanctum sanctorum, sed extra, inter mensam propositionis & candelabrum.*

3 Et adoleuit super eo incensum, *scilicet ipse Moyses, quia faciebat officium sacerdotale quousque Aaron & filii eius essent consecrati, secundum illos qui dicunt, quod consecratio sacerdotum non erat completa die erectionis tabernaculi secundum alios, qui dicunt quod illa dies fuit octaua consecrationis suę, non solum Moyses obtulit illo die, sed etiam Aaron & filij eius, ut habetur Leuiti. 11. De his opinionibus dicetur, Numeri 7. Consequenter agitur de erectione eorum qua erant extra tabernaculum in atrio, cum dicitur.*

4 Et altare holocausti in uestibulo. *id est in atrio.*

5 Offerens. *scilicet Moyses & etiam Aaron & filij eius secundum aliquos, ratione dicta.*

6 Labrum quoque statuit inter &c. *scilicet holocausti, non tamen directe inter utrunque, sed aliquantulũ a latere, id est, laueruntque in eo Moyses & Aaron, scilicet quando fuerunt consecrati, & poterant accedere ad tabernaculum testimony.*

7 Erexit, &c. *id est columnar & cortinas claudentes atrium per gyrũ tabernaculi, non tamen æquale erat spatium atrij in circuitu tabernaculi. quia ante ostium tabernaculi, quod erat in parte orientali spatium atrij habebat quinquaginta cubitos in quadrum, in alijs autem tribus partibus habebat uiginti cubitos latitudinis excepta spissitudine parietum tabernaculi.*

8 Postquam cuncta perfecta sunt operuit &c. *in signum diuinę acceptationis & præsentiæ suæ.*

9 Et gloria &c. *id est nubes gloriosa quæ erat signum præsentiæ eius, non solum supra tabernaculum, sed etiam intra.*

10 Nec poterat Moyses ingredi. *scilicet propter reuerentiam præsentiæ domini, & habetur simile 3. Reg. 7. ubi dicitur quod non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam, non quia obscuraret eorum aspectum, sed quia erat diuinæ presentię signum. Vnde ibi subditur. Impleuerat enim gloria domini domum domini, & ideo non poterunt ibi stare, propter Dei reuerentiam, sicut & Moysi uolenti appropinquare ad rubum dictum est. Ne appropies. inquit, huc. Cum autem nubes recessit de medio tabernaculi stans supra tabernaculum, signum fuit quod Moyses tunc poterat ingredi ad ministrandum, sed quando nubes tabernaculum descrebat, ita quod non stabat supra tabernaculum immediate erat signum motionis castrorum, & sequebantur nubem, & ubi quiescebat nubes, ibi ponebant castra.*

omnia, & maiestate domini † coruscante, quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filii Israel per turmas suas: si pendebat desuper † manebant in endē loco. Nubes quippe domini incombabat, per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis 1 populis Israel † per cunctas mansiones suas. 2

† replente tabernaculum.

† quandiu proficiscebantur.

† non proficiscebantur vsq. ad diem qua recedebat.

A mentorum ecclesiæ administratio: in libro Numerorum euāgelica pdicatio: in Deuteronomio vltima benedictio. Vnde & in benedictionib. terminat. Est itaque in Genesi ordo creationis, in Exodo mysterium recreationis, in Leuitico sanctitas ecclesiasticæ administrationis: in libro Numerorū consolatio Euāgel. prędicationis: in Deuter. cōsumma tio æternæ benedictio nis. Inter hos autem v. libros Moysi excellit Exodus, quem nūc ad manus habemus. In eo enim & quæ filijs Israel in figura cōtingebant, & mysteria plene continentur Christi & ecclesiæ. Hic tamen primum de exitu actuali carnalium filiorum Israel, de historiali Aegypto agitur, in quo significatur spiritualis exitus spiritualium Israelitarū de vera Aegypto. s. de tenebris vitiorum. Agitur etiam de trāsitu maris rubri, & submersione Pharaonis & exercitu eius, & de liberatione populi Dei. In quo figurat baptismus sāguine Christi consecratus, in quo diaboli vitia submerguntur, & animæ B fidelium liberantur. Agitur etiam de pugna Israelitarum cū Amalech, in quo victoria Christi & suorum, & confusio diaboli figuratur. Tandem catalogo mansionum descripto agit de lege data in mōte Sina, in quo nobis innuitur, ut a terrenis subleuati discamus subiici cælestib. disciplinis. Agit iterū de cōstructione tabernaculi & vasorum eius, de vestib. sacerdotū, & vnctione, in quo intelligitur pſens ecclesia, & diuersæ psonæ fideliū diuersis officiis deputare, sicut vasa diuersis vsibus deputata erant, vel officiis & sacramētorum & orationū sacratarū suauissima odoramenta. De his hactenus nunc dicēdum est, q̄ secundum ordinem historiæ, & secundum allegoriā cōgrue in Pentateucho: secundus est liber iste, postquam enim in Genesi egit de creatione cæli & terræ, & de introitu filiorū Israel in Aegyptum, congruit vt consequenter de exitu eorū C agat. Ecce q̄d iuxta ordinem historiæ cōgruit, iuxta allegoriā quoque non incogrue factum est. Nam postquam dixit de carnali generatione, qua per peccatum primi hominis nascimur filii

Allegor.

D filii diaboli, congruit vt statim subdat de regeneratione spirituali, qua per iustificationem secundi hoīs id est, Christi renascimur filii Dei. Liber aūt iste uocatur ἔξοδος Græcè, ואלה שמות veelle semoth Hebraice. Exitus vel egressus Latine. Ideo q̄a de exitu filiorum Israel de Aegypto agit. Sed quæri potest cur liber iste dicatur Exodus, quia de exitu illorum agit cum in principio non de exitu, sed de ingressu illorum agatur. Ad quod dici potest, quia quamuis specialiter de exitu illorum agere intendat tamen quia multum tempus profluxit inter exitum de quo hic agit, & ingressum in quo primus liber terminatur vel terminauerat, vt competentius iungat narrationē suā breuiter, prius repetit de introitu, & ita melius descēdit ad exitum. Sic & nos in nostris sermonib. facta longa inter E positione, dicturi alia repetimus superiora, vt melius dicta cōtinuemus. His consideratis, vidēda est materia, quæ est corporalis exitus filiorum Israel de Aegypto, & spiritualis exitus sāctus sanctorum de mundo. Intētione admonet nos spiritualiter exire de conformitate mundi, sicut illi qui corporaliter exierunt de Aegypto, vt sicut fuimus conformes seculo, ita simus cōformes Deo. Modus talis est, breuiter tangēs de introitu filiorū Israel in Aegyptum, agit de eorū multiplicatione, deinde de nouo rege, qui ignorauit Ioseph, & cœpit affligere populū: deinde de plagis Aegypti: tandem de exitu illorū & de transitu maris rubri & submersione Aegyptiorum. Tandem peruenit ad montem Sina, in quo lex data est, & agit de tabernaculo, & vasis eius, & de vestibus sacerdotum & vnctione, & sic terminatur.

Exodus

Nota quod cum eadem sit & indiuisa historia, quam posuit sib. Moyses describendam, tamen per capitula & partes siue per libros ea distinguitur, vt lectoribus fastidium auferatur, sicut viator viam, quę est indiuisa diuidit per dietas, ut labor minuatur, & absit fastidium F

Quare libri distincti.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Nubes quippe incubabat per diem. *ad refrigerium ęstus Solis,* 2. Et ignis in nocte. *ad prędandum beneficium lucis Vt autem prędicta melius intelligantur, expressi in figura situm tabernaculi, & atrij, & eorum quæ erant intra ipsa: prout in plano figurari possunt, sed oportet multa supplere per imaginationem circuli parui in circuitu huius spatij positi significant columnas atrij, lineę uero pręcedentes a circulo in circumitu significant cortinas ad columnas pendentes & atrium claudentes. Totum spatium autem intra contentum debet intelligi centum cubitorum longitudinis & quinquaginta latitudinis, & medietas huius spatij ab oriente usque ad tabernaculum intelligenda est quadrata ęquilatera, scilicet quinquaginta cubitorum longitudinis ab oriente in occidentem: & quinquaginta latitudinis, scilicet ab aquilone uersus meridiem, & in hoc spatio ante tabernaculum debet situari Altare holocaustorum. In alia uero medietate totius spatij debet situari tabernaculum, habent 20 cubitos longitudinis, & latitudinis, a posteriori parte tabernaculi usque ad cortinas atrij versus occidentem spatium 20. cubitorum latitudinis: & a latere tabernaculi Aquilonari usque ad cortinas spatium viginti cubitorum & similiter a latere eius meridionali usque ad cortinas spatium uiginti cubitorum, & sic patet Medietas secunda intra cortinas contenti totius spatij quinquaginta cubitos habet longitudinis, & quinquaginta latitudinis, & defectum pictoris in hoc intellectus suppleat inspectoris. In orientali uero parte tabernaculi situandum est candelabrum, mensa propositionis, & altare incensi. In occidentali uero parte eius situanda est arca, duo Cherubin, & propitiatorium in locis infra descriptis.*

CAP.

* CAP.

GLOSSÆ ORDINARIÆ IN LEVITICVM PRAEFATIO.

A In præfatione in Leuiticū. Quare Leuiticus.

ISICHIVS. Liber iste Leuiticus dr quia s.in hoc nomine totius libri argm manifestatur. Tribus Leui tabernaculi ministeriū sortita est, in quo sacrificia, & primitias, & primogenitorū oblationes offerri præceptum est, quia oīa sicut cætera ad Leuitas pertinet. A quib. liber iste congruum sortitus est nomen, quibus hęc oīa digerit per ordinē.

Num. 18. Latinè offertorius vel sacrificatiuus dr, quia de sacrificijs & ceremonijs agit. Hic bene post Exod. ponitur. In eo.n. taberna culum ordinatur, in hoc ea continentur quæ dominus Moysi de tabernaculo loquebatur, & tabernaculi ceremoniæ.

Quare libri legis diuisi. Si quis autem quærat quare libri legis diuisi sunt, cum histo ria tempore indiuisa sit. Respondendum est, vt fastidium, lectori auferret librorum diuisio, sicut & viæ spatia diuidit viator, tanquam diuisus minuatur labor.

RAB. ab ISICH. Hierosolymorum episcopo (qui Leuiticum satis plene exposuit) multa collegit, & ab alijs quoque patribus, qui eius aliquas sententias exposuerunt, quædam operi suo apposuit, & ex confuso sententiarum ordine quendam ex positionis ordinem multorum doctorum sententijs alternando composuit.

ISICH. Pre omnib necesse est interpretationem legis ad anagogen trahi, & spūalem intelligentiam in litera perscrutari. Hoc.n. non contradicit legi, sed eam defendit. Spūalem quippe intellectum diligenter esse inquirendum et ipse Christus ostendit, qui in parabolis suis agrum, mundū, agricolam, seminantē semen bonū, iustos, zizania, malignos, messores quoq; angelos, & inimicum superseminantē, diabolum appellauit. (Mat. 13. d.) Quis ergo vetat, bouē eum qui operatur iustitiam, appellare, sicut ouem, simplicē, & innocentem, columbā, & turturē sublimius agentes, & contēplationi vacantes. B Nunquid non Ezechiel, Hierusalē, leænam dixit, & catulum eius, Eliachim, q dictus est in Aegyptum, & alium catulū Ioachim in Babylonē ductum: (Ezec. 19. c) Nō solum quæ in parabolis dicta sunt, sed & quę fm historiam sunt, ad sublimiorem ducenda esse intellectū Paulus ostendit, dicens. *Scriptum est, quoniam Abraham ha. duos filios, &c.* post quæ addidit, *quæ sunt secundum allegoriam dicta: Hæc enim sunt duo t &c.* (Gal. 4. c.) Fortassis autem noxia erit litera spoliata spūali intelligentia, & varijs reprehensionib. obnoxia Vnde per Ezechielem, & bonam legem, & non bonā dominus appellat, dicens. (Ezec. 20. c) *Dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciat homo & viuat in eis.* Et alibi. *Dedi eis mandata non bona, & iudicia in quibus nō uiuant.* Patet ergo bona esse & non bona, & in quib. viuāt, & in quibus non viuāt. Qui enim custodit sanctum spiritum, viuit in eis. Qui autem secundum carnem, moritur, quia vitam nō cognoscit in eis. Deinde legislator non semper, sed certo tem pore voluit custodiri legis superficiem, vt reprimeret durā Iudæorum ceruicem: vnde, *Scio quod populus iste duræ ceruicis sit,* (Exod 32. c) Osee autem vocat Iudæos, vitulam consternentem, quæ nullo modo domatur. Et alibi. *Ephraim vitula docta diligere trituram, transiui super pulchritudinem colli eius,* in quo obedientia significatur. (Osee 10. c.) Iugum enim legis imposuit, vt humilitati libenter suscipe rent leue & suaue iugum euangelij. (Mat. 12. d)

ORIG. Si secdm quosdam ex nostrorum simplicem intellectum sequamur, & absque vlla (vt ipsi nos ridere solent) tropha verbi & allegoriæ nubilo, voce Legislatoris excipiamus, ego ecclesiasticus sub fide Christi viuens, & in medio ecclesię positus, ad sacrificandum vitulos vel agnos, & ad offerēdam similam cum thure & oleo, diuini præcepti autoritate cōpellor, ipse ergo dominus, ipse spiritussanctus deprecandus est, vt omnem nebulam peccati, quæ visum cordis nostri obscurat, auferre dignetur, vt spiritualem intelligentiam intueamur, secundum illud. *Reuela oculos meos & consi. &c.* (Hom. 1. in Leuit. Psal 113. c C 1. Co. 15. d Psal. 118.)

✻ TERTVL. Sacrificiorum quoq; onera, & operationum & oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehēdat, quasi Deus talia sibi proprie desiderauerit, qui tam manifeste exclamat, *Quo mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum?* Et, *quis exquisiuit ista de manibus vestris?* sed illam Dei industriam sentiat, qua populum pronum in idololatriam & transgressionē eiusmodi officijs religioni suæ voluit astringere, quibus superstitio seculi agebatur, vt ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri qua si desideranti ne simulacris faciendis delinqueret. (Lib. 2. contra Martionem. Isa. 1.)

D THEOD. Qua de causa Deus offerri sibi sacrificia præcipit? Deus sacrificijs prorsus non indiget. Cæterum quia populus qui longa per tpa vitam in Aegypto transegerat, dęmonib. sacrificare didicerat, permisit Deus sacrificia, vt illum a nefando dęmonum cultu vindicaret, quo quidam magnopere delectabatur, quemadmodum testificantur ea quę circa vitulum acciderunt. Hoc autem ipsum & per Ezechielem patefecit. *Vidi te sanguine tuo perfusam, vitam producere.* Dicit itaque, vbi animaduerti te summam capere voluptatem de sanguine sacrificiorum, permisi hoc te frui desiderio, præterea hoc præcepto aliud quoque salutare medicamentum comparauit illis. Nam ea sibi sacrificari iussit, quę pro Deo coluntur ab Aegyptijs, nēpe de numero quadrupedum vitulum, capram, & ouem, volatilibus autem turturem & pullos columbarum. (Qō. 1. in Leuiti. ii.)

✻ PROCOP. Quidam præsentem librum contēpsere, quod nimium videatur occupatus relatione sacrificiorum, nihilque dignum rerum vniuersi opifice contineat, quo temerario ausu non animaduertunt, seipsum contumelia afficere mundi opificem, dum non omittunt eum spernere, vt qui inutiles po suerit leges. Stultissimi homines nequeunt perspicere sapientiam, quæ sub his inuolucris occultatur. Nam de victimis & sacrificiis ita differit, vt confiteatur ea esse exemplaria & vmbrā rerum cęlestium. Victimę de quibus agit pręsens liber, huc respiciunt, vt puritas & munditiés humanis concilietur mentibus, dum ignis Dei consumit quicquid bel uinum & rationis expers imperfectis reperitur, dumque affectus ferinos penitus exurit, cuius rei typum gerunt holocausta. Illud existimatur in diuino sermone esse ignis, quod consumit in homine quic quid terrena sapit. (In c. 1. Le.)

✻ RVP. Sacrificia quorum hic ritus ordinatus est, non tanquam perficiendæ salutis instrumenta necessaria, sed tanquā obstacula quædam propter transgressiones posita sunt. Vnde Paulus. *Propter transgressiones, ait, lex posita est, donec veniret semen cui repromiserat ordinata per angelos in manu mediatoris.* Igitur sacrificiorum legem non propter ipsa, sed propter hoc quod ipsa quoque secundum exemplar veri & cælestis sacrificij dispo sita sunt. (li. 1. in Le uit. c. 1. E)

✻ BED. Quæri solet, si aliquis ordo sit qui hunc ordinem voluminum legis significaret. Quod ita soluitur. Quia Genesis istā fnīm significat qua dr, lex Dni immaculata conuertens animas. Exodus sapientiam pręstans paruulis. Leuiticus vero demonstrans, præceptum Dni illuminans. Numerus iudicia Dei vere iustificata. Deuteronomium vero totum euangeliū, quia Deuter. nouata lex interpretatur. Sed sciendū est, quo supradictus ordo, huic ordini voluminum conueniat. Idcirco sententia prima Genesi coaptatur, quia Genesis enunciat oīa verbo Dei esse creata, quæ idcirco lex est. In illa quoque aīarum conuersio, i. a vita ad mortem, vt Adam intelligitur, & a morte ad vitam vt Noe. Exodus *sapientiam præstans paruulis,* ad implendo quod Abraham Isaac & Iacob, de terra promissionis Deus repromisit. Omnes.n. in Dei comparatione paruuli sunt. Leuiticus preceptum Domini lucidum illuminas discer nendo inter munda & immunda animalia. Numerus vero iudicia Dei vera sunt, maxime in prophetia Balaam, in benedictionib. maledictionibusque. Vna autem vocatio ante hanc inuenitur, i. apud scientiam Dei in lege naturæ. (Expositio ne in c. 1. Leuit.)

ISID. Omnis hostiarum diuersitatis, Christi hostiam præfigurabat. Vnde *veritate oblata, cessauit vmbra,* verum sacrificium veri & æterni sacerdotis, pręfigurans. Ideo aūt hostiis anim alium ppemundationem oblatis, vna vera hostia Christi promittebatur, in qua fieret remissio peccatorum contractorum de carne & sanguine qui regnum Dei non possidebunt, quia substantia corporalis in cęlestiam mutabitur qualitatem. Christus, in vitulo, pp virtutem crucis offerebatur, in agno pp innocentiam, in ariete, propter principatum, in hirco, pp sim litudinem carnis peccati, in turture & columba, quia Deus & homo. Mediator.n. Dei & hoīum in duarum sub stantiarū con iunctione monstrabatur, in sim ilaginis conspersione, credentium per aquam baptismi, collectam et ecclesiam, i. Corpus Christi ostendebatur. Nos aūt moraliter offerimus vitulum, cum carnis superbiam vincimus; Agnum cum irrationabiles motus corrigimus. Hædū cum lasciuiam superamus. Columbam dum simplices sumus. Turturem, dum casti sumus, vel dum castitatem seruamus. Panes azymos, cum nō in fermento malitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis epulamur. (1. Cor. 5. 4. F Rom. 8. a. 1. Tim. 2. b 1. Cor. 5. c 1. Cor. 11.)

RABANVS. singula sacrificia, imo singulas penè syllabas, & vestes Aaron, & totum Leuiticum ordinem cælestia dicit spirare sacramenta.

ORIGE. quoque. Quia sicut in nouissimis diebus, verbum Dei ex Maria Virgine carne vestitum processit in mundum; cuius caro ab omnibus videbatur, diuinitas paucis & electis cognita tegebatur, sic verbum Dei per prophetas proferetur ad homines ibi carnis, hic literæ velamine tectum: litera tanquam caro aspicitur: spiritualis sensus, tanquam diuinitas sentitur.

CAP. I.

Vocauit, &c. ISICH. Per coniunctionem sequentia iungit præcedentibus, initium, scilicet libri huius cum fine præcedentis. Vnius enim & eiusdem diei opus in vtroque continetur. Liber quoque Numeri, quia nihil habet medium inter se & Leuiticū, simile sortitur procœmium, hoc est. *Locutusque dominus ad Moysen in deserto Sinai, &c.* Nihil ergo post historiam Leuitici ante historiam Numeri populus egit, neq; enim locum mutauerat quia necdum tabernaculum dedicauerat, nec multum temporis præterierat. In primo quippe mense secundi anni, eiusdem mensis initio agere cœperunt. In Exodo autem & Genesi, quia multum temporis medium, mortis Ioseph & egressionis filiorum Israel, fluxerat, coniunctio non obtinet principium, sed opportunum dispensationi eorum dispensatur exordiū. *Hæc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt Aegyptum.*

ISICH. Secundum lxx. Reuocauit. Secundum eos reuocauit Deus Beseleel ex nomine, quando præcepit fieri tabernaculum secundum figuram, quæ ostensa est in monte, ergo & nunc quandam sacrificiorum intelligibilium imaginem describere præcepit. hæc reuocatio quippe quandam dispensationem rerum vel verborū ad superiora respicientium innuit.

ORIG. *Vocauit autem, &c.* In principio, leges sacrificiorum & munerum promulgās ait. *Si homo munus offert Deo, offerat de bobus, vel pecoribus, id est agnis vel hœdis. Si vero ex auibus, turtures vel pullos columbarum.* Si autem non homo, sed anima offerat munus Deo, & simila offerat azymos panes coctos in clibano, vel similam ex sartagine consparsam oleo aut ex craticula. Deinde dicit quia fermentatum non oportet offerri, ita quod super altare ponatur, neque mel sacrificijs admisceri, sed sale omne sacrificium vel munus saliri. Secundo primitiarum sacrificia recentia & purgata offerri iubet. Post hæc, sub eadem legis continentia, de sacrificijs salutarib. annectit, primò ex bobus, secundò ex ouibus liceat vel in agnis vel in hœdis mares vel fœminas offerri. Nihil præter hæc, de sacrificijs salutaribus offerendum decernit. Videndum verò quid sit quod dicit. *Homo ex vobis, &c.* tanquam possit non homo offerre, cum, *si quis ex vobis offerat*, suffecisset dicere. In sequētibus autem dicit. *Si autem anima offerat munus.* In posterioribus, cum secundò ad Moysen loquitur Deus de sacrificijs pro peccato offerendis, adiungit. *Si Pontifex peccauerit, offerat illud, vel illud.* Si autem omnis synagoga, si princeps, si anima vna peccauerit, mādatur quid offerant singuli. Non putemus hanc distinctionem personarum vel rerum inanem. *Beati enim oculi, qui ablato velamine literæ spiritum possunt videre*, & beati, qui ad hæc audienda interiores aures afferunt mundas.

IDEM. Quod non diligat Deus Iudæorum sacrificia, Esaias ostendit dicens. *Quo mihi multitudo victimarum vestrarum, dicit dominus? Plenus sum, holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & arietum & hircorum nolui. Quis quæsiuit hæc de manibus vestris?* Quod ergo præceperat, abnuit. vnde Amos, *Nunquid victimas & sacrificia vestra obtulistis mihi in deserto?* Frequenter tamen obtulerant: sed quæ grata non habebat, quasi non oblata refutabat. Hinc

Margin: A Historice. — Num. 1. a — B — Vbi supra Sacrificio eum tali, &c. — D infra. a c. — E Esa. 1. Sacrificia Iudæorum no placet Deo. — Amos 5. g — F

# LIBER LEVITICVS

*Hebraicè* ויקרא *Vaycra.*

CAP. I.

a Vocauit autem Moysen, & locutus est[1] ei dominus de tabernaculo testimonii, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad

lxx. Reuocauit. a Cælo vel scriptura in qua imagines & figuræ mysteriorum in futurarum rerum testimonium sunt. a Iudæis. Carnalis, vel spiritualis. Non. n. qui in manifesto Iudæus est nec quæ palam in carne est circuncisio, sed qui in occulto, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Rom. 2. d.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. I.

1 Vocauit, &c. *Sicut dictum fuit in principio Exodi, lex diuina, quæ danda est populo adunato sub cultu vnius Dei duplicitur datur. Vno modo generaliter & succinctè, & hoc modo eius datio describitur in Exo. c. 20. c. & citra, & hoc quantum ad præcepta moralia, iudicialia, & ceremonialia, ut ibidē fuit declaratum. Alio modo datur magis particulariter & explicitè, & hoc modo datur in hoc libro & sequenti, quia sic adinuicem distinguūtur, quia omnia præcepta legis diuinæ ordinantur ad dilectionem Dei & proximi secundum quod dicit Apostolus 1. Tim. 1. a.* Finis præcepti est charitas. *Et saluator Matt. 22. d. dicit quod in duobus præceptis charitatis, scilicet Dei & proximi* tota lex pendet & prophetæ. *Et in hoc libro ponuntur in speciali præcepta ordinantia ad Deum. In libro vero Numerorum ponuntur illa quæ ordinant ad proximum. Ista tamen diuisio non est ita præcisa, quin in hoc libro ponantur aliqua etiam ordinantia ad proximum, & in illo aliqua ordinantia ad Deum. Nec mirum, quia dilectio Dei mouet ad dilectionem proximi, & dilectio proximi ad dilectionem Dei finaliter ordinatur, & sic illa quę ordinant ad Deum & proximum, super se inuicem reflectuntur. Quantum vero spectat ad præsentem librum considerandum quod homo ordinatur ad Deum per debitum latriæ cultum qui cultus principaliter consistit in actu interiori mentis secundum quod dicit Aug. in enchi. Fide, spe, charitate colitur Deus: Secundario verò consistit in quibusdam actibus exterioribus, qui sunt quædam protestationes interioris cultus: & de talibus tractatur in hoc libro, videlicet de sacrificijs & oblationibus, quæ debebant Deo fieri in recognitionem fidei, & dilectionis ad ipsum, propter quod vocatur iste liber Leuiticus, quia talia offerre ad sacerdotes Leuitici generis pertinebat. Huiusmodi vero sacrificia in veteri lege fuerunt multa, & hoc triplici ratione. Prima est, quia fuerunt instituta ad reuocandum Iudæos ab idolatria, ad quam proni erant, & ideo rationabiliter fuerunt multitudine sacrificiorum onerati, vt eis non vacaret idolis immolare. Et propter eandem rationem scilicet vt ab idololatria elongarentur, fuerunt eis imposita sacrificia alia à sacrificijs idolorum, & frequenter contraria, vt patebit in sequentibus. Secunda est, quia fuerunt instituta vt Iudæi in cultu vnius Dei exercerentur, & per tale frequens exercitium habitus in generaretur, quo ad Dei cultum delectabiliter adducerentur. Tertia ratio est, quia sacrificia vet. le. fuerunt figura vnius veri sacrificij no. le. scilicet Christi in ara crucis immolati. Illud autem quod est perfectum per vnum vel pauca imperfecta non potest sufficienter repræsentari, & ideo sicut perfectio diuina vnica existens in perfectionibus creaturarum varie & multipliciter repræsentatur, sic decens fuit vt sacrificium nostrum perfectissimum per multa & varia sacrificia in veteri lege figuraretur, quia illa erant imperfecta, secundum quod dicit Apostolus ad Hebręos 7. cap.* Nihil ad perfectum adduxit lex. *Igitur liber iste, qui est de oblationibus & sacrificijs, diuiditur in quatuor partes principales. In prima agitur de sacrificijs & oblationibus. In secunda de ipsis offerentibus, scilicet, cap. octauo. In tertia de offerendi temporibus, videlicet 23. cap. In quarta de votorum solutionibus & redemptionibus, quę sunt quædam oblationes speciales cap. 27. Circa primum agitur primo de sacrificiorum & oblationum actu, secundo de eorum vsu. cap. 6. ibi.* Hęc est lex sacrificii, &c.

Margin: Dupliciter datur lex. — C — Sacrificia veteris testamenti quare instituta.

MORALITER.

† 1 *Vocauit autem Moysen, &c.* In hoc libro principaliter agitur de sacrificijs offerendis domino, inter quæ principalius est holocaustum, agitur de ipso igitur primo, cum dicitur.

Hieremias *Commedite carnes, quia nō locutus sum patribus uestris, & non præcepi eis de uerbo holocaustomatum.* Sed negat idē q man dauerat quia intentionē datoris qui acceperant, prætéribant. Erat.n.subtilis lex, & sub literæ abscondita velamine ut eam perscrutantes,& sese emēdarēt & futura intelligerent. Ratio nabilium ergo & intelligibilium sacrificiorū imago describitur, & aperte hæc uocatio, dispensatio nem verborū vel rerum respicientiū ad superiora, innuit.

*Hiere. 7. c.*

✱ PROCOPIVS. *Vocauit, &c.* Deᵘ vbique vocare solet Mosem vt etiā accidit, cū appareret in rubo. Cæterū sacra q fiunt in honorem dæmonum, peraguntur neglecto verbo Dei. In his conspiciuntur magicæ prestigiæ, & demonum inuocatio. Adduntur quędam tacitæ obligationes, quas cum demonibus ipsorum sacrificuli conferunt.

*In c. 1.*

a *Homo qui.* RAD. FLAVIACEN. In hostiis legalib. quædam holocausta, quędam hostiæ pacificæ dicebantur. Holocausta tota in altari cremabantur, inde dicta holocausta, quasi tota incensa. Hostiarum autē pacificarum solis crematis adipib. cætera in sacerdotum, seu eorum qui obtulerant, cedebant, usum. Sed quia iuxta Apostolum oīa hęc figuraliter fiebant in illis, ad nos eadem referamus, & quid mystice in ecclesia significent, discutiamus. Duo quippe hæc sunt conuersationis genera. Quicunq; ergo seculo renuntiantes ex integro diuinis se mancipant obsequiis, holocaustum & Deo exhibent, quia vinculis coniugalib. liberi, & carnis voluptatibus emancipati, oēs effectus suos ad cælestia quęrenda conuertunt. Hostias vero pacificas offerunt, qui ad culmen perfectionis minus idonei, per mediocrem conuersationem pacē cum Deo faciunt. Hi licet omnia sua non deserant, de his tamē quæ possidēt, fideliter dño ministrant. Et idcirco carnes eorum, ea videlicet quæ adhuc carnaliter diligunt, nondum quidem, spirituali feruore absumuntur, sed sanctificatę quidem, sine criminis admixtione, ex magna parte offerentiū voluptati deseruiūt.

*Lib 1. in e 1. Leuitici*

RVP. Oblationem siue sacrificiorū alia dicuntur holocaustomata, alia pacifica, alia pro peccato. Rursus eorū quæ pro peccato dicuntur, alia sunt quæ pro peccato sacerdotis simul & multitudinis, alia q pro peccato cuiusq; principis siue popularis. Sed quę pro peccato sunt sacerdotis tantum, atq; pro peccato sacerdotis simul & multitudinis, parum aut nihil differre videntur vtraq; enim ext. castra cremari iubētur, & hoc ab holocausto differunt, quod holocaustum in altari, illa aūt extra castra cremantur. Item quę pro peccato principis, & quę pro peccato sunt hominis plebeii, sub eandem legem redguntur, vtraque vero pari modo separato memoriali in pastum

*Li. in Leuiticum. c. 2.*

> a ❡ Genus humanum. Hominis id est rationabile est deum offerendo placare, quia non placet hostia sine ratione. Hich. us. Possibile est eundem hominem appellari, & quia sacramento una agere vnde. Homo cum in honore esset non intellexit. Psal. xlvi j. c. b Voluntarie. c Hostia dicitur ab hoste, vel ab homo quo adducebatur, vel qui ante oculos immolabatur, post victoriam vero victima.

a cos . Homo q ii obtulerit ex vobis hostiam domino de pe- v coribus, id est de bob. & oūib. offerens victimas si holocaustum 2

> a Actiuæ vitæ operib. de quib. agit hic. De cōtemplatione vero in sequentib. vbi de auibus mandatur. Q.a.i. quiles sunt talia offerunt. b Pietatis operib. c Innocentia simplicitate. Ouium nomine etiam caprarum genus includit. d Opus omnino perfectum.

stum ignis dominici, adipe, s. qui operit vitalia & omni pinguedine interiori duob. renib. cum adipe quo teguntur ilia, & reticulo iecoris cum renunculis his, inquam, separatis, cætera cedunt in usum sacerdotis.

IDEM. In his trib. animalium generibus, tres intelligamus ordines, quorum sacrificiis legitimis, in cœlesti tabernaculo deseruitur, quos apud Ezechielē tres viri isti designant, Noe, Daniel, Iob vnū scilicet rectorū, alium cōtemplationi uacantium, tertiū in actibus seculi bene operantium.

*Cap. 3.*

ORIG. Hominē quē primo posuit ad offerendum dño, genus humanum intelligit, qui vitulum offert saginatum, s. q pater pro regresso filio qui oēm substantiam suā dilapidauerat, iugulauit, magnum conuiuium fecit & lætitiam habuit, vt letarentur in cęlo angeli *super vno peccatore pœnitentiam agente.* Iste quia non habuit propriam substātiam quam offerret, quia oīa dissipauerat, obtulit vitulū cælitus missum de armēto, id est, de patriarcharum genere, masculum, nihil fœmineę fragillitatis habentem, immaculatum, *qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:* Ad ostiū tabernaculi, non intra, *quia in propria venit, & sui eum non receperunt.* Ad ostium quoq; oblatᵘ est qa ext. castra. i. ext. ciuitatē passus est. Mali enim coloni filiū patris familias ext. uineam eiecerunt & occiderunt. Hic ergo offert ad ostiū tabernaculi testimonii acceptus coram dño. Quid enim tam acceptum deo quā hostia Christi, q seipsum obtulit. Ponet manum super caput, qui peccata humani generis posuit super corpus suum. Ipse est. n. caput corporis ecclesiæ Fortassis vero non sine causa fit qd supradictū est, *ad ostium tabernaculi testi.* Et infra, *ad altare quod est ad ostium tabernaculi testimonii.* Quasi non eundem locum tenere designasse sufficeret, sed fortasse intelligi voluit, q sanguis Christi non solum in Hierusalē effusus est, vbi altare & basis eius & tabernaculum testimonii, sed & supernum altare quod est in cęlis, vbi est ecclesia primitiuorum aspersit, secundū illud: *Pacificauit per sanguinē crucis quæ in terra sunt, & quę in cælis.* Quod autem duplex hostia fuerit, Paulus ad Hebræos dicit, *iam per velamen, id est, carnem suam.* Et iterum, *interius velamen cælum interpretatur quod penetrauit Iesus.* Si ergo duo velamina velut pōtifex ingressus est, sacrificium quoque duplex est quod & terrestria & cælestia saluet.

*Hom. 1. Luc. 15. c.*

*E*

*Eph. 5. c. Ioan. 1. Hebr. 13. b*

*Mat. 21. d. Colo. 1. c.*

*Colo. 1. c. Hebr. 10. d*

*Allegorice.*

ORIG. Homo qui ad imaginem Dei & similitudinē factus rōabiliter viuit, moraliter offert vitulum, ouem, hædum, par turturum, aut duos pullos columbarum cū castum coniugiū seruauerit, & mysteriū intellexerit, quo oculi sponsę sicut columbæ

*Vt supra.*

*F*

## NICOLAVS DE LYRA

✱ *Circa primum sciendum, quod aliqua offerebantur interpolate, de quibus primo agitur. Aliqua uero continue, id est, omni die, cuiusmodi erat iuge sacrificium, de quo agitur in principio. 6. capit. Circa primum sciendum, quod aliqua offerebantur ex mera deuotione, de quibus agitur 1. & 2. cap. Aliqua autem pro beneficiis impetratione, de quibus agitur 3. capit. Aliquando autem fiebat oblatio pro peccati remissione, de qua agitur. 4. capitu. Circa primum sciendum, quod aliquando fiebat oblatio de uiuentibus, & talis oblatio vocatur proprie sacrificium, de qua primo agitur. Aliquando autem fiebat de non viuentibus, vt de pane, farina, & consimilibus, & talis oblatio retinebat sibi nomen commune oblationis, de qua agitur 2. cap. Circa primum adhuc notandum, quod uiuentia hic accipiuntur animalia gressibilia, de quorum oblatione agitur primo, & volatilia, de quibus agitur. 2. i bi.* Si autem de auibus. *adhuc circa gressibilia primo agitur de oblatione maiorū, secundo minorum, ibi.* Quod si de pecore. *Circa primum dicitur.*

Vocauit autem Moysen, &c. *ad ostendendum, quod leges istæ non fuerunt a Moyse inuentæ, sed a Deo datæ.*

1 Hō qui ob. *ex mera deuotione.*

2 Si holocaustum. *Dicitur holocaustum sacrificium totaliter incensum ad honorem diuinum. & dicitur ab ὅλον quod est totum, & καῦμα.*

## MORALITER.

✱ 1 *Si holocaustū.* Holocaustū vero dicebatur sacrificiū incēsum totaliter ad honorē diuinum propter quod moraliter significat opus bonū de genere factū ex charitate, ppter Deū. Et si tale opus sit prælatorū ecclesiæ vel doctorum, significatur p holocaustū de armento, id est, de bob. Boues enim sunt aīalia in agro laborantia, propter quod dicit Paulus. 1. Corin. 3. c. propter quod significāt prælatos, & doctores qui laborāt in agro dominico. *Dei adiutores sumus. Dei agricultura estis.* Si vero bonū opus ex charitate, procedēs sit simpliciū Christianorū, significatur per holocaustum de ouib. & capris, eo quod sūt animalia simplicia, ppter quod significat simplices Christianos, sm quod dicitur. 1. Para. 21. c. *Iste autem grex quid quid commeruit.* Si vero bonū opus ex charitate sit religiosorum vel clericorū, significatur per holocaustum ex auib. Nam religiosi vel clerici deputati sunt ad cultum dei, & sic intendere debēt diuinæ contemplationi. Propter quod significantur per aues volantes. Dicitur autem in textu, quod oues hīc debent esse turtures aut columbæ. Per turtures qui gemitū habent p cātu, intelliguntur proprie religiosi, qui genere debent pro peccatis propriis ac etiā populi, vnde dicitur in Decre. 16 q. 1. Monachus non docentis, sed plangentis habet officiū Per columbas vero clerici designantur, nam in eorum cōuersatione debet columbina simplicitas refulgere.

Alleg. vero potest totum hoc exponi de Christo, nam immolatus fuit pro nobis ex maxima charitate dei patris. Io. 3. b. *Sic deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret.* Ipse etiam Christus ex maxima charitate mortem sustinuit. Esa. 53. c. *Oblatus est, quia ipse uoluit.* Et sic patet, quod Christus perfectissime fuit holocaustū, propter quod figuratus fuit in triplici holocausto predicto, s. de bob. ouib. & auib. Dicitur enim bos ratione laboris, quem in mundo sustinuit. & ouis propter innocētiam quam semper tenuit. Dicitur etiam turtur ratione castitatis, & columba ratione simplicitatis.

*Allegorice.*

a De stirpe patriarcharum. b Christum nihil fœmineę fragilitatis habentem. Fortia & virilis opera. c Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pet. 2. d.

a fuerit eius oblatio ac de armento, masculũ immaculatum offe

a Quia extra portam passus est, & in propria venit, & sui eum non receperunt. Apostolicam doctrinam iuxta quam nobis viuendum est, & operandum. b Factus est enim maledictum, vt nos a maledicto liberaret. Lxx. acceptum contra dominum.

b ret ad ostium tabernaculi testimonii †ad placãdum sibi domi-

a Peccata nostra posuit in corpore suo super lignum. Offerens qui non designatur ex nomine. b Operationes. c Initium bonæ cogitationis, vt statim sequatur perfectio operis. Ipse est caput corporis ecclesię. Deo.

c nũ. Ponetque manus super caput hostię, & acceptabilis erit atq.

a Fidem mortis Christi habebit in mente. Franget carnis petulantiam. b Qui alacer, lætitiam significat spiritualis hilarem enim datorem diligit Deus. c Animi imperio, vbi Deus videt.

d in expiationẽ ei⁹ proficiens. † Immolabitq. vitulum corã domi

†secundũ voluntatẽ suã in conspectu domini.

lũbæ dicũnt ad plenitudinẽ aquarũ, & collũ ei⁹ sicut turturis.

A ISIC. Simplicem designat hominẽ, qui nihil acuminis vel ad malitiam habet vel ad uirtutem, sed ab alio trahitur. Hæc enim animalia mansueta & trahentes facile sequentia. Vnde Iudæorum tantum hęc possunt esse munera, qui si uirtutis aliquid non operatur, suffi cit mala non facere. De quibus, *Homines iumenta saluabit Dominus*. Primus ordo hominibus datur, iumentis etiam salus conceditur.

Ps. 39. b.

IDEM. Sacrificium Deus exigit vt nobis proficiat nõ sibi, vnde: *Obsecro uos, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctã Deo placentem, & rationabile obsequium uestrum &c.* Placens est ergo sacrificium deo, corporũ nostrorũ mortificatio, qua & a peccatis abstinem⁹, & virtutes acquirim⁹ hoc alii plenissime, alii faciunt, ex parte q se omnino mortificãt & seculo renunciãt, holocaustũ fiunt, dũ se totos per intelligibilẽ charitatis ignẽ deo offerunt, non iam terreni, sed cœlestes effecti. Si ergo talis iustitiã legis fecerit quæ est secundum literam, bos cõgrue nominatur, †qui portat iugum terrenorum operum, legem sustinens, quasi iugum de quo Petrus ait: *Quid tentatis Deum, imponere iugũ super ceruices, &c.* Paulus quoq; ait: *Non alligabis os bouis triturantis*: Quod exponit sic, *Nunquid de bobus cura est Deo? an propter nos hoc dicit? quia debet in spe qui arat, arare.* Masculũ dẽt esse munus, ne operator legis vllatenus effœminetur. Immaculatum, ne labẽ iniquitatis vel simulatiõis admisceat. Ad ostium tabernaculi testimonii. *In cælo enim debet esse nostra conuersatio*: In conscientia quoque cogitationes habitant, quæ tandẽ pro nobis aut contra nos testimonium dicant.

Ro. 12. a. B †quia Act. 15. c. 1. Cor. 9. b Philip. 3. d

a *De armento, &c.* ISID. Primum sacrificium est uitulus, id est Christus; *de armento*, id est, de patriarcharũ stirpe progenitus, qui aratro suæ crucis terram carnis nostræ perdomuit, & spiritussancti semen, virtutum fruge ditauit.

Allegoria.

ORIG. Vitulus superb. caro nr̃a, hanc offerimus, dum castam custodimus, Ad ostium tabernacul. vbi diuinorum suscipiet auditum, Masculũ sit munus, fęmineam nesciat cõcupiscentiam, fragilitatẽ, dissolutionem, & mollitiem fugiat. Ponitur manus super hostiam, ut domino sit accepta, frenum, s. continentię & manus disciplinę, secundũ illud; *Macero corpus meum, & seruituti subijcio, ne cum alijs prędico ipse reprobus efficiar.* Iugulat coram domino, dum mortificantur membra. Filii Aaron, scilicet sacerdotes offerunt sanguinem. Sacerdos in te est, & filii eius, mens & sensus eius, qui soli intelligunt dominam & capaces scientię eius sunt. Vult ergo ut rationabilẽ sensum & carnem tuã castã offeras Deo. *Vnde hostiam uiuam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum.* Hoc est enim, per sacerdotẽ vel filios eius offerri sanguinẽ ad altare, cum quis corpore & spiritu castus efficitur. Sunt.n. qui carnẽ offerunt in holocaustum, nõ p sacerdotis ministerium. Nõ enim scienter nec sm legem quæ in ore sacerdotis corpore casti, animo incesti. Aut enim concupiscentiæ gloria maculantur, aut cupiditate, aut auaritia polluuntur, aut aliis vitiis vexantur. Non est

1. Cor. 9. d. Ro. 12. a. C Malac. 2. b.

est enim in eis consilium & prudentia, quæ sacerdotio funguntur apud Deum, sed quasi stultæ virgines sunt, quę corpore castæ fuerunt. oleum autem charitatis & pacis & aliarum virtutum non habuerunt.

D

b *Ad Placandum, &c.* Iuxta Lxx. autem hoc acceptũ dicit offerenti, scil. Si enim acceptum nobis vere sit, & cor nostrũ recte iudicans, nulliq; adhærens passioni, mun⁹ ad suscipiẽdũ dignũ probauerit, tũc orare in conspectu domini, id est, remissionẽ possumus obtinere. Vnde coram ipso suadebimus corda nostra, quia si reprehenderit nos cor nostrum scimus quia maior est Deus corde nostro, & cognoscit omnia & cæt.

†Exo. 19. b Infra. 3. a. Luc. 13. g.

c *Ponet, &c.* Quod nos hostiã dicimus Græcè καρπῶμα dicit, in quo intelligibile holocaustum significatur. Spiritualiter. n. fructificat, qui per spiritualem conuersationem efficitur holocaustum, propter quod, qui offert, manum in caput hostiæ ponit, quod significat initium prædictæ conuersationis, q̃ qui offert, ipse sibi causa promissionis est. Sponte enim offert, qa donum est, & omne donum voluntarium est. Si enim pmissionem suã transgressus fuerit, ipsum accusat, cum pęnas lueerit. Sic autem acceptabilis erit, & ad expiationem suam proficiẽs cum positione manus, manifestauerit quia sponte non necessitate obtulerit.

carpoma. E

RAD. Manus impositio deuotionem offerẽtis insinuat. In omni. n. placito, cum ad propositam sententiam diuersorum consensus expetitur, per manus appositionem significatur. Tunc quippe his q̃ dicta sunt, se fauere demõstrant cũ man⁹ accõmodant. Cũ igitur offerentis manus sup hostiæ suæ caput ponitur, innuitur nobis ꝙ voluntarie sit sacrificandum.

d *Immolabitque, &c.* ISIC. Non solum. n. propriã cõscientiam & conuersationẽ Deo debemus offerre, sed ẽt sicut placet ei, mortificando corpus, non ad inferiora, sed ad superiora tẽdẽtes, hoc est. n. coram dño, filii Aaron occidunt & sanguinem offerunt, qui aũt offert non designatur ex nomine. Oblationem. n. quilibet adducere, id est, promittere potest, implere aũt promissa, quasi bouem occidere & sanguinẽ effundere, filii Aarõ soli pro dignitate sacerdotii. Aarõ vero arcanus vel mõtanus ĩterpretatur. Quisqs ergo tẽplum Dei & excelsum virtutib. se ædificauerit, filius Aarõ dẽt dici & sacerdos. Sacerdos enim vnctione efficitur, & oẽs sacerdotes sumus, qui mysticæ vnctionis dignitatem seruamus, vnde Iohannes: *Vos unctionẽ habetis a sancto.* Et Petrus: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, &c.* Hi sanguinẽ fundunt, id est, animæ non parcũt, illud audientes: *Qui perdiderit animam suam propter me, &c.* Sanguis nãq; animã significat, secundũ illud: *Anima carnis in sanguine est.* In circumitu altaris, id est, dominici corporis, q sicut super altare sacrificium ponitur, sic omnẽ animæ virtutẽ super corpus Cr̃i, id est, ad imitationem eius operantur sacerdotes. vnde: *Altare de terra fa.* Christi enim corpus de terra nostra est. Et alibi: *Si altare lapideum feceris mihi, nõ ædificabis illud de sectis*

1. Io. 2. c. 1. Pe. 2. b. Mat. 10. d. Leui. 17. c. F Exo. 20. d. Ibidem. d.

## NICOLAVS DE LYRA

✠ *καῦμα, quod est incẽdiũ, & per hoc designatur, quod anima offerentis debebat totaliter resolui seu referri ad honorem diuinum, secundum quod dicitur Deu. 6. a.* Diliges Dominum deum tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua.

1 Ac de armento. *Armentum est congregatio boum, sicut grex est congregatio ouium, & sic patet quod hic loquitur de oblatione boum, quæ sunt maiora animalia immolatitia.*

2 Masculum. *quia fœmina est mas occasionatus, & quid imperfectũ respectu masculi, & ideo offerri non poterat in holocaustum quod est sacrificium perfectißimum, poterat tamen offerri in hostijs pacificis, ut habetur, infra. c. 3.*

3 Immaculatum, *id est, absque defectu membrorum, & etiam carẽs alijs quæ reddebant animal maculatum & ineptum ad sacrificium domini, sicut est animal languidum & debile & contaminatum ex concubitu cum animali alterius speciei, uel ex contractu rei immundę postquam venerat ad unam exedram templi, ubi reponebantur animalia mundi quousque esset tempus & hora offerendi.*

4 Offeret ad ostium. *Dicunt expositores nostri communiter, quod per hoc intelligitur ostium atrij sacerdotum, ubi probabantur animalia utrum essent apta ad offerendum antequam introduceretur in atrium. Hebræi autem dicunt quod non probabantur ibi, sed extra atrium totaliter in una exedra ad hoc parata, & ideo quod dicitur hic:* Ad ostium tabernaculi, *exponunt de loco qui erat extra atrium, & ille locus erat ante ostium tabernaculi, in quo erat arca & propitiatorium &c. & hoc magis concordat literæ in qua additur.*

5 Testimonii. *quia arca testamenti in qua continebantur tabulæ, vocatur testimonium.*

7 Poneq; ma. super cap. ho. *ad denotandum quod offerens animal renuntiabat iuri quod habebat in eo.*

7 Immolabitque vi. *Ostenso quid debebat facere laicus offerens animal in holocaustum, hic consequenter ostenditur quid pertinebat circa hoc ad sacerdotis officium, scilicet immolare, sanguinem offerre, excoriare, & incendere, & hoc notatur cum dicitur.*

✱ 1 Filij

*stilapi di bus. Si enim cultrũ super illud leuaueris , polluetur.* Christi enimcaro non secta nec dolata manu humana, ad ostium tabernaculi in circumitu, vt in omnibus eum imitet. Per ostiũ autem tabernaculi, apostolicam doctrinã ĩtelligim⁹, per quã introimus in cæleste tabernaculũ, in quo habitat deus. Vnde Esaias: *Respice domine de cælo.* Sicut Christ⁹ ostiũ appellatur, sic doctrina apostolica quam largitur.

Esa. 53 d. Ioan. 10.

*Filij Aaron.* ORIG. De genere Aaron erant Anna & Caiphas, & alii qui Christum prõnũciauerũt esse reum mortis, & effuderunt sanguinẽ ei⁹ ad basim altaris, ibi enim est occisus, vbi altare erat & basis eius, vnde: *Non capit prophetam perire extra Hierusalem.*

† super altare in circuitu.
Vbi supra

✱ RADVLPHVS filii Aarõ in lege nõnunquã rectores ecclesiæ, nonunquam vero quilibet fideles accipiũtur. Ipsi quippe summi membra sunt sacerdotis. Ad vtrosque ergo referamus quod dicitur. Sancti doctores audi torũ suorũ fundentes sanguinem offerunt, dum admonitiõe assidua ex eorũ cordibus cupiditates prauas eiiciunt. Sanguis namq; sicut vita carnis est, sic in prauis desideriis carnalium operũ subsistẽtia: funde sanguinẽ & caro moriet, tolle malã voluntatem nec erit qui malum operetur.

B

Allegor.

*Detractaque &c.* ORIG. Sacerdos pellẽ detrahit, qua tegum tur mẽbra, q velamen literæ a verbo separat, & ĩterna spiritualis intelligentiæ mẽbra denudat, nec ponit in loco humili, sed in altari. Indignis.n.& terrenis mysteria pãdit, sed his qui sunt altare dei, in quibus semper ignis diuinus accenditur, & caro consumitur. Membratim vitulum, diuidit qui per ordinẽ distinctè ex planat quis fit profectus, Christi fimbriã contigisse quid, pedes lachrymis lauisse & capillis extersisse & quãto potius caput vnxisse, & qd habeat prærogatiuę, in pectore ei⁹ recubuisse: horũ cãs differere: Alia incipientib. alia proficientibus in fide Christi coaptare. Alia vero iam perfectis sciẽtia & charitate, vituli dimẽbratio est. Qui etiam nouerit, quæ sunt principia legis ostẽdere, quis ꝓfectus in ꝓphetiis, quę pfectio in euangeliis, quo lacte alãt paruuli, quo oleo foueãt infirmi, quo solido cibo impinguent athletæ Christi. Holocaustum vituli per discreta mẽbra conueniẽter disponit, ligna subiicit altari quo ardeat ignis, qui non solũ viriutes corporales Christi, sed aliquatenus diuinitatẽ ostẽdit. Desursũ est enim Christi diuinitas, quò ignis iste festinat. Cõueniẽter ergo oĩa quæ in corpore saluatoris gesta sũt, cęlestis ignis absũpsit, & ad diuinitatis eius naturã cũcta restituit. Lignis tamẽ adhibitis iste ignis succendit, vsque ad crucem enim passus est, vbi autẽ in ligno suspensus est, dispensatio carnis finita est. Resurgens.n. a mortuis, ascendit in cælũ, ꝙ iter eius, ignis natura ostendit, vnde. *Si cognouimus Christum secundũ carnẽ, sed iam nũc nõ nouim⁹.* Holocaustũ namq; carnis eius per lignum crustis oblatum, terrena cælestibus & diuinis humana sociauit.

2. Cor. 5. c.
Moraliter
Ioan. 15
C

Intestina cũ pedibus iubet aqua dilui, in significationẽ baptismi. Intestina lauat, q cõsciẽtiam pstrgat, pedes abluit, qui cõsummationẽ suscipit sacramenti. *Qui enim mundus est, non indiget vt pedes lauet, sed est mundus totus:* nec quisquã potest habere partem cum Iesu, nisi lauerit pedes eius.

ISICHIVS.

---

¶ Electi sunt membra veri sacerdotis.i. Christi. vnde 2. Pet. 2. b. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, populus acquisitionis, &c. ¶ Sic. ¶ In hac fide mundante corda.

no & offerent filii Aaron † sacerdotis sanguinem eius funden- [1]

a ¶ Ori. Quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. b ¶ Apostolicam doctrinam.

tes † per altaris circumitum, quod est ante ostium tabernacu- [2]

a ¶ Orig. à sacerdotibus. ¶ I.si.i. diuitiis pro Christo dispersis. b Velamine literæ. c ¶ Verbi Dei. d Omnes sensus corporis domino consecrando, vel certa discretione singula examinando. e ¶ Orig. ostendendo quid vnicuique conueniat, quis singulorum profectus. f ¶ Tanquam fideles dispensatores.

li. Detractaque pelle hostiæ, artus in frustra concideat, & sub- [3]

a ¶ Intermiscentes sermonem diuinitatis. b ¶ Spiritussancti, quo opera & vota excoquenda sunt & examinanda. c ¶ Exemplis patrum ad quorum imitationem omnia facienda. ¶ Vsque ad lignum crucis passio Christi, ibi finita est dispensatio carnis.

iicient in altari ignem, strue lignorum ante composita, &

a ¶ Non infimis & indignis communicantes. b ¶ Principale mentis & intelligentiæ, & quod præcipuè domino consecrandum est. ¶ Idest mens quæ corporis & animæ salute fouetur, & in vnum vtriusque motus colligit non debet diuidi.

membra quæ cæsa sunt desuper ordinantes, caput videlicet

a In quo secundum Physicos est initium omnis desiderij, & sedes caloris quo excoquuntur cibi. omnis autem intentio nostra & desideria domino sunt deuouenda. b ¶ Cogitationibus immundis conscientia. c ¶ Puluereis actibus, qui a vix sine peccato aliquid agimus. ¶ Aliter non sunt offerenda. ¶ Consummatione sacramenti suscepta. d ¶ Compunctione lachrymis.

et cuncta quæ adhærent iecori, intestinis, & pedibus lotis aqua,

¶ Christum.

adolebitque ea sacerdos super altare † in holocaustũ, & suauem [4] [5] [6]

---

ISICHIVS. Pellis detrahitur, cum diuitiis & quibuscũque secularibus expoliamur, vnde: *Pellem pro pelle, & vniuersa quæ habet homo dabit pro anima sua.* Membra conciduntur, dũ singulorum cõuersatio in augmentũ corporis in mensura cuiusq; mẽbri ædificat. Filii Aarõ ignẽ subiiciũt, dũ spiritũ accẽdunt. cõponẽtes struem lignorũ, meditationes s. & doctrinas scripturarũ, qbus spiritus dei nutritur, & continuè accẽditur, vt nullis turbinibus extinguatur. vnde: *Spiritũ nolite continguere, prophetias nolite spernere. &c.* Cõcisiones vero animam & corpus ĩtelligimus. Cũ enim vnius sint animalis, inuicem aduersãtur sibi. *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnẽ &c.* Caput autem, mentẽ significat. Vnde Esaias: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens.* Hęc enim sibi cõpati inuicẽ dicuntur, & rationabile nostrum in vtroq; habitans, in vtriusq; salute fouetur. Caput non diuiditur quia mẽs per diuersa non dẽt vagari, sed à pace Dei custodiri, secũdũ per illud: *Pax dei, quæ exuperat omnem sensum, cu. &c.* Cũcta q̃ adhærent iecori: vel adeps, iuxta Lxx. quo.s. desideriorũ appetitus mouentur. Supiacet.n. renibus, & inguinibus, quæ sunt organa coitus. Hæc autem offerimus, cũ desideriis, nõ corporaliter, sed spiritualiter vtimur. Sup altare igni supposito imponimus, vt scripturis spiritualib.q̃ de altari dominici corporis dictæ sũt, coaptem⁹. Intestinis.i. abditis cogitationibus, lotis aqua baptismi vel pęnitẽtię lachrymis: & pedibu.i. actionibus, super altare in holocaustũ & suauẽ odorẽ do. Sachrificiũ nostrũ holocaustũ fit domino & odor suauitatis, quãdo omnia super intelligibile altare offerimus, Christũ imitãtes sicut possumus.

D
Iob 1.

† sacerdotes.

1. The. 5. d

Gal. 1

Isa. 1.

† cruribus.

† holocaustum est oblatio in odorem quę tis domino. Chald. interpræ holocausti oblatio est quæ suscipitur cum beneplacito coram dño, & infra.

Phili. 4. b.

GREG. Pellẽ hostię detrahimus, cũ ab oculis mentis superficiẽ uirtutis amouemus. Artus in frusta cũcidimus, dũ distinguentes subtiliter membratimq; intima eius cogitamur, Sed idcirco nonũquã impulsu illicitæ cogitationis affligimur, qa in qbusdã terrenæ cogitationis actibus quis licitis libenter occupamus, cumq; vel in minimis terrena actio per desideriũ tangit, crescente diaboli fortitudine mẽs nostra tẽtatione inquinatur vnde mẽbra hostiæ frustatim concisa, caput & quæ circa iecur sunt, iubent ignibus cremari. Pedes vero & intestina, prius aqs dilui. Nos enim ipsos sacrificiũ deo offerim⁹, cũ vitã nostram ei dicamus. Membra hostiæ frustatim concisa super ignẽ ponimus cum vitæ nostræ opera virtutibus distinguentes immolamus. Caput & quę circa iecur continet incẽdimus, cũ in sensu nostro quo omne corpus regitur, & in occullis desideriis flãma diuini amoris ardemus. Et tamen præcipitur, vt pedes & intestina lauentur. Pedibus enim terra tãgit intestinis stercora gestant, quia plerumque iam ex desiderio in ęternitate succendimur, & toto sẽsu deuotionis ad appetitũ nostræ mortificationis inhiamus sed qa adhuc aliquid terreuũ per infirmitatem agimus, multa etiam quæ iam subegimus illicita, in corde toleramus. Cumq; cogitationis nostras immũda tẽtatio inquinat, intestina hodiæ stercus portant, sed vt cõburi debeant, lauantur: quia immũdas cogitationes flet⁹ diluit, quas ĩ acceptione sacr. ficii supernus amor incendat, & ☞ quic-

Lib. 1. Moral. c. 40
E

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Filii Aron &c. *ipsi enim erant minores sacerdotes sub patre ministrantes. vnde in Hebræo habetur:* Filii Aaron sacerdotes.

2 Fundentes per altaris circumitum. *Dicit Ra. Sa. quod ponebãt de sanguine in duobus angulis altaris contradictorie oppositis quilibet autem angulus respicit duo latera in eo coniuncta: & sic talis positio sãguinis respiciebat totum circumitum altaris.*

3 Et subiicient. *Non est intelligendum, quod apportarent ignem aliunde quia Nadab & Abiu offerentes ignem alienum, statim interfecti fuerunt à Domino, vt habetur, infra. x. c. & ideo quod dicitur hic:* Et subiicient ignem, *intelligitur de lignis quæ imponebant ad nutritionem & continuationem ignis de cælo dati, vt habetur, infra. ix. c.*

4 Intestinis, &c. lotis. *Quia ĩtestina continent sordes, & pedes calcãt lutum.*

5 Adolebitque ea &c. *i. comburet in holocaustum.*

6 Et suauem odorem domino. *Non intelligendum, quod odor inde progrediens esset suauis seu acceptus domino ex re oblata, sed ex obediẽtia & fide offerentium, inquantum illa sacrificia figurabant Christum pro salute humani generis immolandum.*

✱ 1 Quod

quicquid mēs, vel in aperto certamine, vel de pristinę cōuersationis memoria patitur, lauatur, vt tāto suauius in cōspectu A dei ardeat, quanto cū assistere cœpit, nihil terrenum, nihil lubricum in ara suæ orationis imponat.

✠ RADVLPHVS. Hostiæ nostræ pellem detrahimus, cum minimè vitæ nostræ superficie cōtenti, interiora illius subtilius perscrutamur. Multa .n. videntur bona quę non sunt. Vnde & artus illius in frusta concidendi sunt: vt scilicet conuersationis nostræ actiones singulas examinantes, ne sub virtutū specie vitia lateāt sollicitè discutiam⁹. Plerumque enim timor humilitatē se simulat, superbia cō fidētiam, effusio largitatem mētitur, auaritia percitatem.

a *Quod si &c.* ISICHIVS. Paucis immutatis eadē dicit. Et notādū quia non solum de bobus sed & de ouibus pcipit Israelitā offerre. Holocaustū ergo efficitur non solum bos qui operatur māda ta, sed & ouis .i. simplex & sine legis † malitia. Vnde Hieremias: *Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam, &c.* De B capris quoq; oblatio fit. Possibile est enim peccatorē operā dare simplicitati, & quasi ouem factū holocaustū conuersationis suæ deo offerre iubenti, quamuis hoc nō putarēt Iudæi putantes filium hæreditare peccatū patris. Vnde, Filius non portabit iniquitatem patris, &c.

† macula. Hier. 11.d.

immolari. Vnde verba cōtrarietatem & differētiam habere D uident cū vtrumq; ne sit holocaustum, sed habeant differentē locū. Secundum literam ergo, vtrisque eundem locū dedit. Altare enim holocaustomatū, ante tabernaculū ex ianuæ latere constitutū erat, vt ministrātibus non obstrueretur, sanctisanctorum † introitus. Sicut in Exodo dicitur. *Et imposuit velum ianuæ tabernaculi testimonij, & aram holocaustomatum posuit circa hostium tabernaculi.* Quæ unque ergo ad sacrificium altaris offerebantur ex altaris latere. † ab Aquilone stabāt, & sic corā dño celebrabāt sacrificiū .i. cōspectu sanctisanctorū, facies enim Dei sanctū sanctorū dicitur, quia in ipsis gloria Dei habitabat. Vnde in ipsa semel in anno sacerdotē intrare iubebat. Verborum ergo differentia, contemplationi fuit necessaria. Altare enim, Christ⁹: oues, simplicitati studentes. Non absolutè ergo oblatio ouiū offertur in directum intelligibilis altaris, sicut boum, sed ex latere. In directū enim offert, qui mandata perficit, ex latere autem q abstinet a malis, sicut in aulam regiā melius est per ostiū rectum ingredi, bonum tamen etiam ex latere introire. Deo enim quolibet modo offerre bonū est.

† aditus. Exod. 40.c.

† ad aquilonem.

Historicè

Mysticè.

E

¶ Qdhuc actiuam vitam instruit.

a odorem Domino. Quòd si de pecoribus oblatio est, de 1

a ¶ Simplicibus. ¶ Quibus innocentia & simplicitas significatur. b ¶ Peccatoribus. ¶ Asperimis caprarum pilis pœnitentiæ habitus significatur, qui domino offerendus est. c ¶ Moraliter perfectum opus offerre debet ille qui pœnitet. d ¶ Christum, qui oblatus est in anno placabili domino. vnde Psal. 44.c. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Et alibi: Erit autem agnus absque macula agni: masculus an. &c.

b ouibus, siue de capris holocaustum agnum anniculum, et si- 2

¶ Quia peccatum non fecit. a ¶ Si non per directum. b ¶ Christi. ¶ Memoriam dominicę passionis, in qua omne sacrificium offerendum & omne bonum peragendum.

c ne macula offeret, immolabitque latus altaris quòd respicit ad 3

a Quia hæc pars nebulosa. ¶ Sanctos timore frigidos. verentur enim omnia opera sua incerti ad quem finem perducantur, & quomodo apud Deum penientur. b ¶ Animas domino consecrabunt, sedes enim animæ in sanguine est. ¶ Animam: vnde anima carnis in sanguine est, huic non debemus parcere, sed pro Christo, ponere.

aquilonem coram domino. Sanguinem vero illius fundent su

a ¶ Christum. ¶ Vt omnes actus suos memoria passionis consecrent. b ¶ Montani vel Arcani. c ¶ Discernendo. ¶ Omnes sensus uel vim contemplationis certa discretione component. d ¶ Mentem.

per altare filii Aaron per circuitū, diuidentque mēbra, caput,

¶ In quo desiderium. a ¶ Patrum exempla.

& omnia quæ adhærent iecori, et imponent super ligna, quib.

a ¶ Vt fundamentum omnis boni. ¶ Spiritussancti. b ¶ Latentes cogitationes quæ aliquando simo peccati sordent. c ¶ Actiones quæ sępe terram contingunt. d ¶ Baptismi vel compunctionis.

subiiciendus est ignis. Intestina vero, & pedes lauabūt aqua: &

a ¶ Deo patri. b ¶ Igne Spiritussancti. ¶ Christum.

d oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum,

¶ Contemplatiuæ vitæ instructio incipit. ¶ Contemplatiuis.

e f odorem suauissimum domino. Si autē de auib. holocausti ob- 4

Lib. 1. Leu. cap. 2

✠ RADVLPHVS. Notandum quod ouem capræ coniungit. Capra aūt, aut hœdus ī scriptura peccatorū imaginē gerit. Inde est qd agnus paschalis iuxta septuaginta de ouib. & capris sumi iubetur, quia Christus qui pascha nostrum est, ex iustis & peccatorib. carnem assumpsit. Cum igitur capra peccatoris seu peccati typum teneat, quod est quod in holocaustum Deo iubetur offerri? Nūqd acceptum fieri potest Deo peccatum nostrū? Sed sciendum est, cuius non placet executio, placet mactatio. Offertur ergo Deo capra nō viua, sed mortua, quādo quē offendimus peccati pperpetratione, placamus abolitione. Ide vero cōputat ou s & capræ holocaustum, quia ī eodem vbi prioris malitiæ vetustatem deponimus, innocentiæ nouitatem Deo cōsecramus. Quæri autē potest cum bos & ouis sanctitatis speciem gerant, cur in sacrificio mactētur, cur non potius viua offerātur. Neq; enim vt peccati ita & iustitiæ acceptabilis deo est exterminatio. Respōdemus bonis et ouis immolatione, non sancti laboris seu innocentiæ exterminiū designari, sed quia nemo iustus nascitur. Ad hoc etiam, ea q iustitiæ formā habent, immolata Deo non viua offeruntur, vt inde aduertere liceat nullū per sanctitatem posse cōsecrari, qui non carnis concupiscentiam prius mactauerit.

Allegoricè Ioan. 1.d.

b *Anniculū, &c.* ISID. Agnus oblatus, Christus innocēs crucifix⁹. Vnde: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Bene hęd⁹ C offertur, q a p morte Christi iugulatur diabol⁹ autor peccati.

ISICH. Hoc de bobus non pręcepit, scilicet corā domino immolari.

*Ad aquilonem* necessario addidit: Nebulosa enim fere semper hęc pars est. Obscurantur, si quę nebula .i. ignorantiæ, qui seo minimo innocentiæ tradūr, propterea holocaustū dicitur etiā sine operatione iustitiæ.

✠ PROCOPIVS. Quod dicitur, ouem mactandā versus septentrionē, docet Christum egressurum ex oppido Hierusalem, & extra eam vrbem pascendum, donec iagnetur & mactetur in Hierusalem. Nam Hierusalem oppidum cū magis conuersum sit in meridiem, ex aduerso habet Septentrionalem plagam, quemadmodum scriptum est, *montes Sion, latera Aquilonis.*

c *Ad latus.* id est, Gentilitatē altare respicit, quia pro gētib. celebrata est passio Christi. Nos vero ad aquilonarē partē altaris, sacrificiū offerimus, dum memoriter passionē Christi pro gentibus factam credimus.

d *Omnia ado.* Hæc omnia super altare offerentem ponere iubet omnē nostrum hominē spiritualibus scripturis quæ de intelligibili altari dominici corporis dictæ sunt, coaptemus, & ad imitationem eius viuere studeamus.

e *Et odo.* Quando sacrificium nostrum holocaustū fit, & offerimus omnia super intelligibile altare, tanquam imitatores Christi conuersationem vitæ nostræ conformantes ei, tunc offertur domino odor suauissimus.

f *Si autem.* ISI. Turtur, caro Christi secundum illud Salomonis, *Pulchrę sunt genę tuę sicut turturis* : Columba spiritumsanctum significat. Vnde, *Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam , hic est filius meus.* Turtur ergo & columba, caro Christi est spiritui sociata, hæc tria sacrifi- F

Allegoricè. Can. 1.c. Ioan. c. 1.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quod si de pecoribus. *Hic consequenter agitur de oblatione holocausti in animalibus minoribus, quod notatur cum subsequenter dicitur,* De ouibus siue de capris &c. *Sequitur.*

2 Anniculum. *Ista litera vitio scriptorum ad alio modo videtur falsificata: Tum quia hæc litera refertur uel speciem ouis vel capræ, fœtus autem capræ non potest dici agnus, Tum quia in holocaustum offerebantur aliquando arietes magni, & non solum vnius anni, vt patet in pluribus locis vnde in Hebræo habetur,* Masculum & absque macula offeret.

3 Immolabitque ad latus al. *scil. holocausti quod erat in atrio sub dio, vt dictum fuit Exo. 1.xxvii, Cætera patent ex prædictis.*

4 Si autem de auibus &c. *Hic consequenter agitur de oblatione holocausti facta ex deuotione in uolatilibus, uoluit enim lex, imo dominus in lege prouidere deuotioni pauperum, ut qui non haberent animalia maiora, possent offerre minora, & qui non haberent minora, possent offerre auiculas, hoc est quod dicitur.*

✠ 1 De

sacrificia offert homo, id est, Christus de bobus scilicet, pecoribus, & auibus.

A

LICHIVS. Admirabilis verborum subtilitas non solum qa differentias conuersationum describit, sed quia quasdam secũdum legem, quasdam significat supra legem. Secundum legẽ enim sunt boum & ouium oblationes, quamuis spõtaneæ dicatur, quia etsi offerre in potestate sit offerentis: homo enim est liberi arbitrii, non tamen quale offeratur. Necesse est ergo aut bouem offerre aut ouẽ.i. aut iustitiã operari, aut abstinere a malis. Vnde sup. *Homo qui obtulerit ex uobis hostiam domino de peccorib.* id est de bobus & ouibus offeret uictima. Prædictæ autem oblationi non sunt volatilia cõnumerata. Perfectius enim & maius est hoc sacrificiũ & paucorũ. Volatilia enim sunt homines contemplationi uocantes, qui sine necessitate terrenis negotiis se immisceant, mox ad cœlestia reuolant. Vnde: *Non seminant neque metunt, & pater cælest. pa. illa.* Talis de turturibus & colũbis offerat, id est in scientia & mansuetudine spirituali, vt cognitio legis non excedat in vanis occupata. Turtur namque cognitionem significat. Vnde Hieremias. *Turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini.* Colũba aũt mũda & simplex, spiritum sanctũ significat & annuntiat quales esse debent qui scripturis sanctis cõteplandis studẽt. Vnde Ezechias, *Meditabor ut columba.* Vnus sacerdos offert, nõ multi, quia cõteplato paucorũ est, vnũ offert ad altare, cũ cætera ad tabernaculũ testimonii offeranẽ. Cõteplatiui.n. postponũt terrena, cõteplant & sapiũt celestia, vbi Christ⁹ est ĩ dextera Dei sedẽs.

B

C

Marginalia: † quod apparet. 70. rostrum. — † fũdet eã in alis ipsius. — Mat.6.d. — Hiere.8.c. — Eze.38.c.

a ¶ Castimoniæ sanctitate. b ¶ Scientia, s. & mansuetudine spirituali. c ¶ Simplicitate.

latio fuerit domino: de turturibus & pullis columbæ offerret * 1

a ¶ Vnus non multi: paucorum enim est cantemplatio. b ¶ Dominicum corpus. c ¶ Christus, qui est nostrum caput nunquam est a corpore suo.i. ecclesia auulsus. ¶ i. pelle.

a eam sacerdos ad altare, & † retorto ad collum capite, ac rupto 2

b ¶ vel collo a ¶ Lxx. Excolet, vt per partes. s. & perfectè curas despiciat præsentis vitę, qui totam suam animam vult Deo offerre. b ¶ Alij bati.m.i. euangelium, in quo oportet nos maxime despicere præsentem vitam. ¶ Christi.

vulneris loco; decurrere faciet sanguinem super crepidinem

a ¶ Inflationem. ¶ Vt inflationem & superuam omnino inquisitionem deponat: vnde scientia inflat. ¶ Altiora te ne requisieris. Eccle.3.c. b ¶ Superbiam. ¶ Leuitatem, instabilitatem. c ¶ Quia non necessaria sed superflua, noxia.

altaris: † vesiculam verò gutturis & plumas proiiciet prope 3

a ¶ Quia inquisitio sublimium ad orientem videtur esse. b ¶ Vt cognoscat quia hæc digna sunt cinere & in terra manere, non in cælum ascendere.

c altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi 4

a ¶ Quia membra oportet conterere & affligere. b ¶ Ascellæ a motu dictæ, in his enim brachia mouentur, nam cillere mouere dicimus. c ¶ Lxx. sicut bouem vel ouem, integer enim spiritus & anima & corpus sine querela conseruetur. d ¶ Nihil ferro, h. acutæ prauitatis secundum, sed boni operis manu faciendum.

d solent. † Confringetque ascellas eius, & non secabit, neque

¶ Doctrinæ. ¶ Spiritussancti.

ferro diuidet eam, & adolebit, super altare, lignis igne supposito. Holocaustum est & oblatio suauissimi odoris domino.

¶ Totum incensum.

a *Retorto ad collum etc.* Moraliter Caput ad collum retorquet, & non abscinditur, cum caro ita afficitur ieiuniis, & vigiliis marceratur, vt non penitus vita rumpatur. Vnde dicit Apostolus. *Hostiam uiuentem, sanctam Deo etc.*

b *Ac ru.etc.* Abrupta.s. pelle q iæ superiacet collo, non ualde separata a corpore, non præcipit ut auis occidatur, sed abrũpatur, vel refringatur. Paulatim enim caput, id est, mens diuidenda est a pelle.i. a carne. Vnde nõ effunditur sanguis, sed decurrit.

c *Ad orientalẽ plagã, &c.* Primæ conditionis nostræ reminisci debemus. Primus enim pater ad orientalem plagam in felicitate paradisi factus est, sed exigente peccato in miserias huius vitæ deuolutus, factus est vermis & cinis, dum hoc cogitamus & nos esse tales perpendimus, quasi vesiculam & plumam in loco cinerum proiicimus, id est, si mentis discretionem, qua nos felicitatem amisisse, & in cineres redituros non dubitamus.

d *Et non secabit, nec ferro diuidet eam.* Non faciet autem sicut bouem aut ouem per diuisiones. Contemplatiuus enim tantum cælestibus inhæret, nec caro eius concupiscit aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem, unde. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.* Integer enim super intelligibile altare, & super ligna quibus ignis subiicitur, offertur. Aliter sacrificium non accipitur nisi meditatione legis condiatur. Sic autem in holocaustum & odor suauissimus domino efficitur: quia sacrificium nostrum odoratur, si cuiusque vita & conuersatio secundum legem sibi offeratur.

D E F

Marginalia: Moraliter Rom.12. — * oblationem suã, & offeret. — † & vngue secato capite ipsi. — Galat.5.c Psal.83.b.

Re- ☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 De turturibus. *Et dicit* de turturibus, *quia maiores turtures sunt meliores & pinguiores. Econuerso autem est de columbis, quoniam minores plus ualent.*

2 Ac rupto vulne.lo. *Dicit Ra.Sa. quod talis ruptio debebat fieri cũ vngue, non cum ferro.*

3 Vesiculum vero guttu. *vbi congregatur cibus.*

4 Et plumas proiiciet. *Dicit Rab.Sa. quod hoc erat, quia vol. tuerãt ad capiendum cibum de alieno: & per hoc designabatur, quod sacrificiũ de rapina non placet* Deo. *Cætera patent ex dictis.*

Marginalia: Turtures. — Quæstio. Sacrificiũ de tribus speciebus animaliũ.

*Circa hoc ca. quæritur, quare fiebat deo sacrificium de tribus speciebus animalium tantum. s. bouis, ouis, & capræ: de duabus speciebus auiũ scilicet turturis & columbæ. Item quare non fiebat de piscibus sicut de aliis viuentibus? Ad solutionem autem mistorum & consimilium considerandum quod sicut prædictum est: Sacrificia veteris legis fuerunt instituta ad tria. s. ad reuocandum Iudæos ab idololatria, & ad inducendũ eos ad colendum deum, & ad figurandum Christi verum sacrificium, & ex hac triplici ratione conueniens fuit sacrificium fieri de tribus speciebus animalium prædictis. Propter primam, quia idololatriæ Aegyptij inter quos Iudæi fuerant conuersati, prædicta animalia colebant vt deos. Agnum vel arietem sacrificari iussit deus: quia talis forma quantum ad aliquid ipsum Iouis fingebatur, vnde & cum capite arietino pingebatur. Bouẽ: quæ Api quod maximũ numen apud Aegiyptios reputabatur, in specie tauri apparebat. Hircum quia dæmon aliquando apparebat eis in specie hirci. & ideo nephas reputabant dicta animalia immolare, propter quod Moyses dixit Exo.viij.g.* Si mactauerimus ea quę colunt Aegipti corã eis, lapidibus nos obruẽt. *& ideo per oppositum dominus præcepit ista animalia sibi immolari. Similiter propter secundam rationem, tunc enim homo debite Deum colit, quando bona quæ habet, ab eo se habere recognoscit, & de eis oblationem ei facit, secundum illud quod dicit Dauid.1. Par.xxix.* d. Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi: *& ideo conuenienter ordinauit dominus sibi sacrificium fieri de illis animalibus, quæ communis veniunt in esum hominis, quæ sunt tres species prędictæ. Cætera autem animalia vel sunt syluestria quibus homines communiter non vtuntur, vel si sunt domestica sunt immundæ, vt porcus & similia, quæ non debent deo offerri. Similiter propter tertiam rationem: quia bos significat Christi fortitudinem, quis eius innocentiam, capra vel hircus similitudinem carnis peccati. De turturibus vero & pullis columbæ fiebat sacrificium, quia sunt in magna abundantia in terra promissionis & cadunt frequenter in esum hominis. Sunt etiam mundi nutrimenti. Cæteræ vero aues vel sunt magis syluestres, vel si sunt domesticę, vescuntur immundo nutrimento, vt galliaę & anates & cõsimiles. Item quia turtur significabat Christi castitatem, columba, quæ felle caret eius dulcedinem seu mititatem. De passeribus vero fiebat oblatio tantum in emundatione leprosi, de qua dicetur infra.xiiij. capit. De piscibus autem non fiebat sacrificium, quia non habitãt inter homines, sed latent in aquis. Item quia extracti de aqua cito moriuntur. & ideo non possent viui deferri ad templum, oblatio autem non fiebat de mortuis. Item quia aliqui idolatria vtebantur piscibus in suis sacrificiis.*

✲ CAP.

ADDITIO I.

Licet uerum sit, quod sacrificia ue. le. principaliter figurabant sacrificium Christi perfectissimum, & ideo fuerunt multa, ut in postilla dicitur, secundario tamen tanta sacrificiorum multitudo, & sub tot modis sacrificandi potest intelligi fuisse figuratiua multitudinis sacrificiorum martyrum, qui amore Christi & in sua fidei testimonium multipliciter sanguinem suum fuderunt. ita tamen quod sacrificia illa, quæ per totam multitudinem offerebantur, ut agnus paschalis & iuge sacrificium uel huiusmodi ad ipsum sacrificium Christi solum referantur, cuius meritum ad totum genus humanum redimendum fuit sufficiens. Sacrificia uero particularia, quæ pro quibusdam singularibus personis offerebantur, non se extendentes ad totius populi expiationem, referantur ad figuranda sacrificia martyrum, quorum merita non attingunt sufficientiam vniuersalis expiationis. Vnde in ratione figurali multitudinis sacrificiorum ve. le. sicut Christus caput principaliter figuratur, sic etiam membra, sicut status perfectorum figuratur in holocaustis, & status proficientium in hostijs pacificis, ut in prima secundæ. q. 2. art. 3. in responsione ad 8. argu.

ADDITIO II.

In eo. ca. ubi dicitur in postil. Ponetque manus super caput hostiæ. Per hanc manuum impositionem potius uidetur denotari, quod homo offerens illud animal, esset dignus occisione pro suis peccatis, & quod loco illius illud animal oblatum uel immolatum occideretur. ut in prima secundæ. q. cij. ar. 3. in responsione ad v. ar. Vn. supra Gen. 22. c. dicitur de Abraham, quod obtulit arietem loco filij, quem deus præceperat immolari & cet.

ADDITIO III.

In eo. ca. ubi dicitur in post. Circa hoc capitulum quæritur quare fiebat deo sacrificium de tribus speciebus animalium. Omnia quæ in hoc capitulo & in sequentibus a postillatore ponuntur, de his quæ pertinent ad particulares rationes sacrificiorum ve. le. cum multis alijs ad rationem huiusmodi sacrificiorum tam literalem quam mysticam pertinentibus, traduntur, ad plenum in prima secundæ. q. c. ij. Vnde qui de his plene vult instrui, uideat ibi.

REPLICA Correctorij contra Burgen. ad saluandum postillatorem in cap. primo. In. 1. cap. Leuit. cum postillator exponeret impositionem manuum offerentis super caput hostiæ, per spontaneam sui iuris resignationem. Burg. allegando sanctum Tho. dicit illam impositionem potius debere intelligi, quod homo offerens se protestetur pro peccatis suis dignum morte, & quod per occisionem animalis per ipsum oblati uita eius redimetur. Sed ista expositio est falsa & contra glossam ordin. dicentem quod manus impositio significat, quod sponte fiebat oblatio. Hæc enim oblatio, de qua hic dicitur, erat ex mera deuotione, non pro peccato, ideo non est necessarium, vt sic offerens protestetur se morte dignum, quia deuotio sic iudicari non debet, sed transgressio sic iudicatur, quando fit oblatio pro peccatis, de qua infra cap. 4. dicetur. Nec exemplum quod Burgen. adducit de Isaac est ad propositū, quia Isaac etsi fuit immolandus propter obedientiam, non tamen propter peccatum, neque fuit dignus morte.

CAP. II.

A Nima, &c. A meliori parte totū hominē significat. requirit enim spiritualem & perfectum auditorē quia anima est sapientiæ capax non caro.

✠ APOLINARIS. Anima dixit apposite, vt offerentis promptitudinē simul & deuotionem ostenderet qua maxime delectatur Deus. Porro simila vitæ symbolum gerit. alit enim valenter. oleum hilaritatis, thus odoris, quæ nunc a nobis ratione multo magis perfecta offeruntur. Nam pro simila ducamus uitam summa cum hilaritate, quam certa spes futurorum fouet. & odore recte factorum fragrantissimo.

(Ex catena Græca in ca. 2. Leu.)

ISI. Anima &c. Quartum sacrificiū offert anima Simila ecclesiam significat, quæ de multis personis quasi granis est collecta, legis & euangelij mola inter literam & spiritum separata, per aquam baptismi adunata, chrismate peruncta, & solida ta spirituali igne, per humilitatem fit accepta hostia. (Allegor.)

ORIG. Anima. Quæ scilicet nec vitulum habet, nec ouem, nec hædum, nec par turturum, aut duos pullos colūbarum: hic est animalis homo, qui peccatis non vrgetur, nec p vitia præcipitatur, non tamen habet aliquid in se spirituale, vel figuraliter carnes uerbi Dei, Vnde. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, spiritualis autem omnia dijudicat. Hic ergo qui aīa nominatur, non potest offerre omnia, quia non potest examinare omnia. Sed solā similā panes azimos, id est coēm hanc vitā in agricultura, & ī cæteris vitæ vsib. offert tñ similā oleo cōspersa. Omnis. n. aīa eget oleo diuinæ misericordiæ vel grē. (Hom. 2. in Leuiticū. — 1. Cor. 2. d)

✠ APOLINARIS. Oblationem sacrificij. Alij munus oblationis legunt, proprium genus sacrificii intelligentes. Sunt enim genera sex. Holocaustum, munus, oblatio pro peccato, oblatio pro delicto, sacrificiū cōsecrationis, sacrificium, qđ uocant pacificū, vel salutare, Et holocaustum totum erat dñi, pellē tūc accipiebat sacerdos. Munus, dei & sacerdotum, sacrum uero pacificorum Dei, sacerdotis & offerētis. Quæ vero pro peccatis & delictis offerebantur, nihil cedebat offerentibus: sed Deo offerebantur, adipes, renes & iecinora, reliquū carnis sacerdotes comedebant. (D vbi supra.)

CAP. II.

¶ Tria sacrificia offert homo. 1. Christus quartum anima. i. ecclesia. ¶ Pauper quis. ¶ Non homo. ¶ Ecclesia. ¶ Gentilis.

A Nima cum obtulerit oblationē sacrificii [1] domino simila erit eius oblatio: [2] Fudetq. [3] super eam oleū, & ponet thus, ac deferet

1 ¶ Simila quæ est delicatissima farina, ex qua fit panis optimus, hæc est sapientia inter dona Dei optima: & requiescet super eum spiritus domini. spiritus sapientiæ, & intellectus. Esa. 11. a. ¶ Sapientia. ¶ Cognitio Dei.

a ¶ Quicquid sapit, gratiæ spiritus imputando.

b ¶ Eleemosynam. c ¶ Orationem. ¶ Vt sapientia augeatur coram Deo. vnde Iaco. Qui indiget sapientia, postulet a Deo. Iac. 1. a.

MISRI. Anima cum obtulerit etc. Anima totum hominem significat, sicut ibi: cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum etc. Lucas autem ait. Eramus autem omnes animæ in naui ducentæseptuaginta sex. forsitan per animam Gentilem significat. Supra enim filiis Israel præcepit, vt sacrificia offerent cū sanguine. Hic autem qui est sine lege, offerre præcipiens, non dicit homo, sicut supra, sed anima. Animalis erat Gentilis, non intelligens ea quæ sunt dei, sed vocatur ad oblationem misericordia dei, vt percipiat salutem, cum pro peccatis sacrificia disponit, qui nec habet ouem nec capram; turturē vel columbam offerre præcipitur, qui nec habet illud, similam. Non enim iam ex operibus, ut pauper † uirtutibus, sed sola cognitione dei saluatur, quæ licet principiū sit salutis, tamē thus & oleū supponēdū, ut gratia de eleemosynis & orationibus misceat. Vnde angel. ad Corneliū ait. Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt ad dñm. In thure interiores curātur passiones (Mystice. Gen. 46. c. Act. 27. f. — † turturib. — Act. 10. a.)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. II.

A Nima cum ob. &c. Hic consequenter agitur de oblationib. factis ex rebus non uiuentibus: uoluit enim deus prouidere deuotioni pauperum, ut qui non haberent animalia, uel aues possent offerre farinam crudam uel coctam uel spicas, & ideo primo agitur de oblatione farinæ crudæ, secundo de oblatione farinæ coctæ, ibi. Cum autem obtuleris. Tertio interponuntur aliqua in oī sacrificio obseruanda, ibi: Omnis oblatio. Quarto de oblatione spicarū ibi: Si autē obtuleris &c. In prima parte dicitur. Anima cū obt. &c Dicit hic Rab. Sa. quod hic ubi agitur de oblatione pauperum, conuenienter dicitur. (Diuisio.)

1 Anima cum ob. &c. quia oblatio pauperis apud deum reputatur acsi obtulisset animam suam. i. vitam. Et similem sententiam dicit saluator Mat. duodecimo, d. de vidua paupere quæ obtulit duo minuta.

2 Oblationem sacrificii domino. Sicut dictum fuit c. præce. sacrificium proprie est de uiuentibus, sed hic accipitur large pro oblatione qualibet.

3 Simila &c. Simila est farina tritici purgata & dedicata. quia de melioribus debet fieri oblatio.

MORALITER.

✠ 1 Anima cum obtulerit. In hoc cap. describitur oblatio facta de panibus, & quibusdā alijs, quæ reducuntur ad panem. s. farina quæ est materia panis propinqua, & de granis adhuc existētib. in spica, quæ sunt materia panis magis longinqua. Moraliter igitur per panem intelligitur verbum dei. Deu. 8. a. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei quod procedit de ore dei. Igitur farinam, quæ est materia panis propinqua, offerunt domino scholares theologi, qui ad hoc student, vt de propinquo competenter valeant prædicare verbum dei. Panes coctos in clibano offerunt docentes sacram scripturam in scriptis ex charitate, occupati in studio quasi in clibano clauso. Panes coctos in sartagine, id est frixos offerunt docentes in scholis ex charitate: nā friguntur magna solicitudine

✠ pro-

A siones,& fumo eius sanantur oculi ex infirmitate lachrymã tes. Oratio quippe animę passiones sanat, oculos interiores curat ab ignorantia, lachrymas ex ægritudine peccati accedẽtes fugat.

a *Filios*. ministros ecclesiæ, quia quicquid offerimus cum sanctis ecclesiæ doctoribus conferre debemus. Vnde Paulus cum apostolis contulit Euãgeliũ ne in uacuum curriffet. (Gal. 2. a)

b *Quorũ*. Vnitas ecclesiæ pugillũ simile tollit, q͂a ꝑ capacitate sensus vnusquisque fidelis scripturę scientiã dẽt appetere. Vnde, *Nõ plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem. Quorũ vnus &c.* (Rom. 12. a) Notãdum q͂d pugillus similę & olei totum vero thꝰ offerri iubetur, quia sapiẽtia quę in simila & charitas vel misericordia quæ in oleo signatur, in hac uita nõ põt esse plena. Vnde: *Videmus nunc per speculum in ænigmate:*

B Et, *nũc cognosco ex parte, &c.* Olei quoq; pars offertur, q͂a misericordia nunquam impletur, quia & si misereatis quantũ potes plus tamen debes velle. Charitas etiam que oleo figuratur, in præsenti inchoatur, in futuro perficietur. Thus autem totum crematur, quia semper orationi insistitur. (1. Cor. 13. c)

c *Similæ*. scientiæ vel cognitionis dei. Accepta enim est scientia à deo, quã fides comprehendere potest, & sicut qui pugillo vult plꝰ cõprehendere, nihil proficit, totum quippe decurrit. Sic fides est mensura scientię dei. *Credere enim oportet accedẽtem ad deum, & quod non est ex fide, peccatum est.* (Heb. 11. b.)

✻ RADVLPHVS. Notandũ quod similæ pars sola, thuris vero non pars, sed ipsum thus totum Domino incendi præcipitur. Orationis enim sacrificiũ, non nisi Domino soli offerendũ est. Nam etsi sancti rogant a nobis, non tamen vt nos ipsi saluent, Domini siqdem est salus, verũ vt nobis salutem impetrent, postulantur. (lib. 1. in Leuit. c. 4.)

d *Memoriale &c.* cognitionis dei perfectam scientiam cuius memores erimus, quę nũquã destruitur, & eam quæ nũc est, non vt contrariam destruit, sed partẽ minimam esse per plenitudinem suam ostendit. *Cum enim venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est.* (1. Cor. 13. c)

e *De sacrificio &c.* ISICHIVS. De illa s. perfecta & in cælis abscondita, in Christoq; reposita scientia *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* (Colo. 2. a.)

✻ RADVLPHVS. Noster quippe Aaron Dominus scilicet Iesꝰ ad se refert, q͂cquid filijs suis, minimis videlicet ministris suis, dilectionis & piæ solicitudinis viderit impensum. (Vbi supra)

f *Aaron*, montanus ĩterpretatur, id est, altiora de deo intelligens, vel

gens, vel arcanus quasi in se legẽ dei & eloquia habens. Hic † tale sacrificium offerre põt. Sanctum sanctorum, est de oblationibus domino, partile enim est quod reliquum est, oẽs tamen scientias superans & ad perfectionem exaltans. (D; † talis.)

g *Cum autẽ obtuleris sacrific. etc.* ISICHIVS. Sacrificium Christus pro nobis immolatꝰ.

a ad filios Aaron sacerdotes. b Quorum vnus tollet pugillum c plenum similæ, et olei ac totum thus, et ponet † memo- 1 d riale super altare in odorem suauissimum domino. Quod au- e tem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron et filiorum eius, f 2 sanctũmsctorum de oblationib. domini. Cum aũt obtuleris sa- g 3 h crificium coctum in clibano de similã, panes s. † absq. fermento i conspersos oleo, et lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua K

(Interlinear glosses:) a ¶ Christus qui nos offert Deo. b ¶ Fidem. a Misericordię & charitatis. b ¶ Quia semper oportet orare, unde sine intermissione orate. 1. Thes. 5. d. a ¶ Dei notitiam, secundum illud: Odorem notitiæ suæ mani. per & c. 2. Corint. 2. d. ¶ Vnde Christi bonus odor sumus in his, qui sal. 2. Cor. 2. d. a ¶ Secretum mysterii quod vulgus capere non potest. ¶ Scientiæ in Christo absconditæ. b Eius. s. qui alta potest intelligere, & legem Dei quasi arcana continere, alta recondens mysteria, donec opportune auditoribus proferat. c ¶ Imitatorum. a ¶ Omnem scientiam superans. b ¶ Credendo, prædicando, uenerando. a ¶ Christum. b ¶ Virginis vtero. ¶ De clibano offerimus cum de Christi incarnatione disputamus. c ¶ De notitia. d Apostolorum verba. ¶ Euangelicam doctrinam, quæ solida & perfecta. e ¶ Seculari scientia. a ¶ Abundanter. b ¶ Christi misericordia. ¶ Prophetarum præconia. d ¶ Qua sua charitate Christus incarnatus est & passus annuntiat. e ¶ Non conspersa. f ¶ Dispensatio passionis.

h *Coctum in clibano*, virginis, s. vtero. Clibanus enim panem suscipit & ignem, sic vterus virginis panẽ vitę. id est, dei verbũ, & ignem spiritussancti de cælo suscepit. Vnde, *Spiritussanctus superueniet in te &c.* Si ergo offers munus in carnationis Christi, quę facta est in ventre virginis, non est acceptũ Deo, nisi de simila, id est, scientia uel notitia Dei fiat. De hac re siquidem locutionem ab apostolis & a prophetis suscipimus. Verba apostolorũ sunt panes, lagana prophetarum. Quanto enim panes laganis, ad nutriendũ aptiores, tantũ præcollunt verba apostolorũ verbis prophetarũ. Vtrique autem azymi sine fermento scientiæ secularis. Vtraq; tamen in oleo fiũt, cõcorditer enim ab illis de Christi miseratione scriptũ est, quia apostoli & prophetæ scripserunt, sed apostoli plenius scripserunt, qui completũ ostenderunt, quod illi nunciabant futurum. (Farina cocta. † adolebit sacerdos. † vel odorem eius. Luc. 1. d. E)

i *Lagana*. Panis latus & tenuis, qui prophetiam & legem significat, quantum enim distat inter soliditatem panis & tenuitatem lagani, tantum inter euangelium & verba legis & prophetarũ: hæc tamen oleo lita, quia lex & prophetia charitatẽ Christi prædixerunt, quia in salutem humani generis venit.

✻ RADVLPHVS. Per clibanum huius mundi tribulatio intelligitur. Antequam ergo similia nostra clibani incendiis committatur, oleo superfundenda est, quia nisi mens virtute spiritus antea solidetur, igne tribulationis coqui non poterit, sed consumi. Et notandum quod ita examinati dicuntur panes, quod virtute constantiæ roborati, & quasi Christi cibus effecti, post tribulationis clibanum in societatẽ angelicum transferantur. Vnde Irenæus de martyre Ignatio loquens: *Frumentum ego sum Dei, bestiarum dentibus molar, vt panis mundus efficiar.* (Vbi su. c. 5)

k *Si oblatio tua fuerit &c.* ISICHIVS. Alleg. Oblatio de sartagine dispensatio passionis de cruce. Sartago igne non consumitur, cibos superpositos aut statim aut longo interuallo esui reddit aptos. Crux quoque super omnia fortis omnem creaturã crucifixo subiicit, & carnẽ eius quæ ante passionẽ sui videbatur nõ apta, post aptã fecit. Si enim nõ fuisset crucifixus, sacrifi- (F)

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Memoriale. *s. quod totum quod habet offerens, habet a Deo, & illud cedebat in partem domini.*

2 Erit Aaron & fil. *quia cedebat in vsus eorum.*

3 Cum autem obtuleris. *Hic agitur de oblatione farinæ coctæ, quod poterat fieri quadrupliciter. Vno modo in clibano, & sic erat oblatio panum. Alio modo in aqua calida, & talis oblatio notatur cum dicitur.* Et lagana azyma. *& hoc modo Italici vocant lagana cibos factos de pasta in aqua coctos. Tertio modo coquebatur in patella, & quantum ad hoc dicitur:* Si oblatio tua fuerit de sartagine. *Quarto modo super craticulam quod notatur cum dicitur:* ✻ Si (F Quatuor modis farina coquit)

MORALITER.

✻ proponendi, & auditores solicitudine capiendi. Panes coctos super craticulam q͂ ponitur in patenti loco, offerunt prędicantes populis in publico. Lagana vero quæ sunt panes in aqua calida, offerunt confessores q͂ bonis exhortationib. peccatores inducũt ad lachrymas cõtritionis: quę sunt aquę calidę procedentes ex cordis dolore. Spicas aũt adhuc virentes offerunt boni pædagogi, q͂ pueros inducũt ad bonos mores secundum capacitatem illius ętatis, quia secundum Philosophum li. Eth. Non parũ, imo multum faciat a d virtutem assuefactio ad opera virtutis ab adolescentia. Prou. xxij. a. *Adolescens iuxta viam suam & cum senuerit non recedat ab ea.*

Notandum aũt, quod in dictis sacrificiis & oblationib. tria generaliter includuntur, scilicet thus, oleum, & sal. Per thus significatur mentis deuotio: per oleum, pietatis vnctio: per sal discretio. Et duo generaliter excludũt, scilicet mel, & fermentũ: quia mel significat lasciuiæ dissolutionem, & fermentum peccati corruptionem. 1. Corin. 5. b. *Modicum fermenti totam massam corrumpit.*

Allegorice vero exponi possunt ꝑdicta de Christo: ipse nãque pro nobis oblatus cõuenienter dicitur farina molita mola tribulationis: panis coctus in clinabo. i. in vtero virginali, ubi corpus eius formatũ fuit virtute spiritussancti. Similiter panis frixus in sartagine. i. anxietate: nam imminente passione factꝰ fuit eius sudor sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã, vt habet Lu. xxii. e. Itẽ panis coctꝰ in craticula. i. in sãctæ crucis ara. Dr̃ etiã panis coctus in aqua calida, scilicet deuotionis, quando clamans spiritũ emisit cum lachrymis, Heb. 5. b. *Preces supplicationesque cum clamore ualido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.*

✻ Mora-

a Cruce. b ¶ Notitiæ Dei. ¶ Quia gratia Dei pro nobis miserando gustauit mortem.

a fuerit de sartagine † similæ conspersæ oleo & absque fermen-

a ¶ Exterioris doctrinę. b ¶ Singulas partes passionis distinguendo proditionem .s. sputa, colaphos, coronam spineam, &c.

c ¶ Christus passus est pro nobis, vt sequamur vestigia eius. 1. Pet. 2. d.

b to diuides eam minutatim, & fundes super * oleum. Si autem

a ¶ De craticula sacrificium offerimus, cum mortis Christi pie reminiscimur. ¶ Morte & sepultura. In clibano enim natiuitas, in sanguine passio, in craticula designatur mors.

c d de craticula fuerit sacrificium, æquè simila conspergetur o- 1

a ¶ Ex misericordia enim mortuus est & resurrexit. b ¶ Christi per quem offerimus.

e leo, quam offerens domino trades manib. sacerdotis. Qui cum

a ¶ Altari quod est in cælis. b Abundantiam scientiæ vel cognitionis perfectæ cuius semper memores erimus quando eius capaces fuerimus.

obtulerit eam, tollet † memoriale de sacrificio, & adolebit super

a ¶ Custodiens apud se & in futurum. b ¶ Idest, quantum scire nos & perscrutari præcepit Aaron & filiorum eius erit, eorum .s. qui sublimia de duo cogitare possunt vel sentire.

altare in odorē suauitatis domino. Quicquid aūt reliquū est, erit

¶ Sancta enim est omnis bona conscientia, vel sancta sanctorum quæ de Dei scientia, sicut oportet disputat.

Aaron, & filiorū eius, sanctum sctōrum de oblationib. dn̄i. Om-

a ¶ Corruptione hæretica. ¶ Exterioris doctrinæ. Attendite à fermento Pharisæo, Luc. 12. 2

f nis oblatio quæ offertur domino, absque fermentō fiet, nec quic-

a ¶ Philosophicæ eloquentiæ. b ¶ Elementa literarum & alia quæ à Philosophi reperunt, quæ diuinis eloquijs necessaria sunt. Discendæ ergo artes, vt per eas diuina scriptura quasi instrumento proferatur.

g h quam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio dn̄i. Primitias 3

---

moria passionis eius faciemus. Vnde ad Ezechielem dicitur: A *Sume tibi sartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem Hierusalem*, scilicet qui maximè in cruce domini offendit, & ideo ab eius scientia recessit.

a *Simila conspersę, &c.* Quia mortuus est & misertus nostri.

† similæ ut cōi. f. 4

b *Absque fermento*, id est, sine macula.

c *Diuidas eam minutatim*, vt sermonē passionum eius qui per partes processerūt, diuidamus, ala pas .i. colaphos, sputa, & vulnera diligenter distinguamus.

d *Et fun. su. &c.* vt quemadmodū misericorditer pro nobis mortu⁹ est, nos quoq; pro fratrib⁹ vsque ad mortē misereamur.

*De sartag.* Sicut enim sartago media īter ignē & cibum, sic quodāmō crux inter impassibilē diuinitate & humanitatē quæ igne passionis est assata. Et sicut in sartagine mollia durescunt, dura mollescunt, sic in passione crucis lapidea corda mollita, & mollia & flura solidata. De sartagine ergo sacrificium offerre, est de mysterio crucis cum veneratione disputare. B

e *Si autem de. etc.* ISICHIVS. Sicut in sartagine crucem, sic in craticula mortem & sepulturam accipimus. Sartago .n. super ignē ardentē & accēsū. Craticula aūt super carbones ardētes & accēsos ponitur, sic mors Christi nō fuit initiū passionis, sed subsistētia. Hoc munus ex simila, id est, ex Dei cognitione pficit. Oportet .n. Christū deū & immortalem pdicari, qui secundū carnem mortuus est. In oleo fit munus, qa oportet disputantem & de morte & de resurrectione, misericordiā quoque addere: ex misericordia quippe mortem substinuit, & resurrectionem dispensauit.

Moraliter. *Si autem, &c.* Similam offert qui in aliquibus cōmunis vitæ vsibus bene cōuersari studet. Hæc oleo cōspergēda est, quia omnis anima oleo eget misericordiæ, nec vitam præsentem euadere potest, nisi misericordia cælestis affuerit. Clibanus autem pōdus tentationis exprimit: sartago constantiam & robur animi: craticula multiplicem inpugnationem.

✱ RVPERTVS. Qui similam verbo Dei coquit in clibano, id est, scripturam sanctam tractat ī spiritusancto, panes faciēs absque omnis hæreticę prauitatis vel vanę glorię fermēto, cōspersos charitatis oleo, ei persecutio semper præsto est. Alterg o: *Si oblatio tua, etc.* id est, si ītus habueris pugnas verborū a falsis fratribus pro studio sacræ scripturæ, diuides casu minutatim, id est, diligētissime singula dicta discuties, ne fortè quid piā reprehendi iustè possit. Sartago vas a strepitu soni vocatū, sonat .n. & strepit, dū in ea frigitur. oleū, internū significat fraternæ æmulationis incendiū, id est, intus pstrepentē falsorū fratrū inuidiam. Carticula pertam eorū qui foris sunt significat malitiam qui sanctos homines subiectis incendiis conflagrauerunt. C

Hom. 2 in Leui.

f *Omnis oblatio.* ORIGENES. Dicat aliquis: Melius fere agebatur cum antiquis, quibus diuersis sacrificiis venia præstabatur: apud nos vna tantum venia peccatorum per baptismi lauacrum, nulla post † peccati misericordia.

† peccanti

Decet enim districtioris disciplinæ esse Christianū, pro quo Christus mortuus est, boues, hirci, & oues iugulabantur & aues, & simila oleo conspergebatur, pro te Dei filius iugulat⁹ est & iterū te peccare delectat. Nō tn̄ desperes, audisti quāta ī lege sacrificia p peccatis, audi quātæ sunt remissiones, ī euāgelis. Prima est ī baptismo. Secunda in martyrio. Tertia per eleemosynā, vnde: *Date quæ habetis, & ecce omnia munda sunt nobis.* Quarta quia fratribus remittim⁹, unde: *Si remiseritis fratribus ex corde, & vobis remittet pater vester, &c.* Quinta, quia conuertimus peccatorē ab errore uiæ suę secūdū illud: *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ &c.* Sexta per abūdātiā charitatis. Vnde dicitur, *Dimittuntur ei peccata multa, quoniā dilexerit multū*: Et alibi, *Charitas operit multitudinē peccatorū.* Septima per pœnitētiā durā & laboriosam: cū peccator lauat lachrymis lectum suum, & fiunt ei panes lachrymæ die ac nocte: nec erubescit sacerdoti dn̄i peccatum suum confiteri, & medicinam quęrere, secundum illum qui ait: *Dixi, confitebor aduersum me &c.* Hinc Iacobus: *Si quis infirmatur uocet presbyteros ecclesiæ.* Tu ergo cum venis ad gratiā baptismi, vitulū obtulisti, quia in morte Christi baptizaris. Cum ad martyrīū duceris, hircū obtulisti, quia autorē peccati diabolū iugulasti. Cū eleemosynā feceris, & erga indigētes misericordiæ affectū impenderis, sacrū altare hædis pinguibus honorasti. Si fratri tuo ex corde dimiseris, & iracundię tumorē deposueris, mitem, & simplicem animū habueris, arietē uel agnū sacrificasti. Si diuinis lectionib⁹ instructus, meditando vt columba, & in lege domini vigilando conuerteris peccatorē ab errore vitæ suæ, & ad simplicitatē colūbæ reuocaueris, & sanctis adiūgendo societatē turturis faceris imitari, par turturū aut duos pullos columbarum obtulisti. Si autem proximū tuū nō tantum sicut teipsum dilexeris, sed sicut Christus (qui ait) *Maiorem hac charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Panes azymos simulatitios charitatis oleo subactos sine fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis te obtulisse cognosce. Si in amaritudine fletus fueris, si carnem tuā maceraueris, & multa abstinentia refeceris, vt dicas: Sicut in frixorio cōfrixa sūt ossa mea, in sacrificio similā a sartagine vel à craticula obtulisti. Hoc modo verius et perfectius secundum euangelium sacrificia offers, q iam secundum legem non potest offerre Israel.

D Variæ remissiones peccatorū ex Euang. Lucæ 11. f Matt. 18. d

* eum.

Iacob. 5. d.

† odorem eius.

Lucæ 7. g

1. Pet. 4. b

Psal. 31. b. Iacob. 5. c Sacrificia verius offeruntur in euangelio quam sub legem.

E

Ioan. 15. b

g *Fermenti ac.* Nihil voluptuosum, nihil suaue placet deo, sed quod habet aliqd mordacitatis & seueritatis. Vnde pasca cū amaritudinibus manducatur.

Prou. 5. a Cant. 4. c.

h *Ac mellis.* Gentilis eloquentiæ, quæ voce suauis est, non re. Vnde: *Fauus distillans labia meretricis.* Quod autem dicitur in Canticis: *Mel & lac sub lingua tua*, præsentibus non contradicit. Sub lingua enim dicitur, non in lingua: vt ostendatur paganorum sapientia, & Iudæorum litera linguæ ecclesiæ, i. doctrinæ subiecta esse. Horū non vult integrā doctrinam offeri. Vnde ait: *Non adolebitur in sacrificium*, id est, holocaustum *primitias tantum eorum offeretis.* Primitias enim illius sapientiæ offerimus non totam, sicut Paulus ad Athenienses inquit: *Sicut uester Poeta dixit: huius & genus summus.* Quod enim

F

☞ inuenit

---

NICOLAVS DE LYRA.

✱ Si autem de craticula fuerit sacrificium, &c.

1 Aequè simila cō. oleo. *i. simila sic coacta conspergetur oleo, eodē modo sicut & aliæ simila præcedentes.*

2 Omnis oblatio. *Hic interponuntur aliqua, quæ in omni sacrificio & oblatione sunt obseruanda exclusiuè siue inclusiuè, intelligendum tamen vt dicitur, præmittuntur duo, quæ ab omni oblatione excluduntur, scilicet fermentum & mel, quia istis idolatrę in suis sacrificijs vtebātur. Item quia fermentum corruptionem signat, secundum illud Apostoli 1. Cor. 5. b. Modicum fermenti totam massam corrumpit. Dulcedo uero mellis significat lasciuiam carnis, quę non debet esse in sacrificijs diuinis. Dicit autem Ra. Sa. quod nomine mellis hic intelligitur omnis fructus dulcis.*

3 Primitias tantum eorum offe. *Vnde, infra 23. cap. duos panes similę fermentatę pręcipiuntur offerri pro primitijs in festo Pentecostes. Item infra 7. ca. dicitur: Panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quę immolatur pro pacificis, ex quibus unus pro primitijs offertur domino.*

✱ Supe

inuenit congruū scientię Dei, non respuit, non tamen vltra testimonia multiplicauit, quia placuit Deo per stultitiā prædicationis saluos facere credentes, vnde Moyses ait: *Super altare uero non ponentur*, & cum liceret, dicit: *Non imponentur in odorem suauitatis*, significans, quia si tentauerimus de exterioribus diuinitatis adipisci notitiā, tale sacrificium ad altare non ascendit, sed deprimitur in terrenis, quia de terra est.

✱ THEODO. Prohibet offerri mel ad altare, eo quod apis, ut quidam ferunt, in locis impuris sedeat, & vndicunque cōficiendi mellis occasiones coaceruet. Nonnulli uero dixerunt inde nos instrui, ex propriis laboribus persoluenda esse sacrificia, ex cōsilio Salomonis, *Honora dominum ex iustis laboribus, & præbe primitias illi de fructib. iustitię*. At fructus apis de labore nostro non procedit. Quæ quidem uerba nihil accuratum continent. Si quidē mellis cōfectio nō caret hominis industria. Quidam.n. ex colendæ terræ dant operam, alij melli conficiendo incumbunt. Quamobrem sub nomine apis uoluptatem prohiberi puto.

a *Sale condies nec auferes sal fœderis*. Apostolica sapientia Vnde *Vos estis sal terræ, &c.* Sicut cū oīs cibus sale conditur, ita apostolica doctrina sermo prædicationis. Ideo præcipitur sal in omni sacrificio offerri, vt secundū Apostolicā doctrinā & institutionem & imitationē operis viuamus. Vnde Paulus ait: *Imitatores mei estote sicut & ego Christi.* Et alibi: *Super ædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarū.* Vnde & legislator nō dixit simpliciter sal, sed *sal fœderis Dei tui.* Sicut.n. fœdus rationale, sic etiam sal rationale. Testamenti ergo Euangelici & salis Apostolicis nos cōmonere voluit: Oleū in sacrificium offertur, si cum hilaritate offeramus, non ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem.n. datorem diligit Deus.

✱ PRO. Sal qui stypticam uim habet, & cōtrarius est mel, ii iubetur addi sacrificiis. Sal symbolum est prudentię, quę restringit & exiccat uoluptatem.

✱ RADVLPHVS. *In omni oblatione, &c.* Placere enim Deo non poterit, quod non ad normam uoluntatis eius correctū fuerit. Nam si in rebus humanis tanta cautela agendum ad monuit quidā de mūdi huius sapiētibus ut diceret, omnis actio temeritate & negligentia uacare debet, quid de Dei rebus ēsti mandum.

b *Sin autem ob. &c.* ORIGEN. Secundo in loco primitiarum id est, de initiis frugū mādatur oblatio, quod in die Pētecostes lex dei iussit fieri, sed illis umbra data est, nobis ueritas reseruata est, in die autē Pentecostes oblato sacrificio orationum spiritussancti primitias Apostolorū suscepit ecclesia, Et uere hæc fuerunt recentia, quia nouum erat. Vnde & musto pleni dicebantur.

*Igne tota.* ignea namq; linguæ supra singulos cōsederūt.

ISIC. *Sin autem obtuleris, &c.* Non mō præcepit eos Dei notitiam siue scientiam offerre, qui in eā diu permansarunt. *Sed & rudes.* Vnde Apostolus mox ut uocatus est, prædicauit. Primitiuus Deo est, q nouiter credere cœpit, qui dudū ei nullū sciētiæ fructum obtulit. Tales quia necdum subtiliter mysteria proferunt, ut farinā offerant aut similā, necesse est ut uirentia ac torrida atq; confracta offerant. Quemadmodum.n. fructus humidos necdum molæ aptos ut fiant farina vel simila, igne confringentes paleas separamus, sic qui nondum solidā sciētiam habent nec subtilem theologiam, igne spiritussancti indigent, vel literæ paleas separent, quo sufficientem Dei scientiam possideant. Oportet autem nos oleum super fundere, & thus ponere. Per eleemosynam quippe & orationem, sciētia diuina in nobis perficitur.

[Margin: •domino. — Quest. 1. in Leuitic. — †De cons. dist. 4. c. sal. — †triticum contusum spicę virētus plenæ. — †partē frumenti cōtusū. — • oblatio est. — Sal in sacrificio. Matt. 5. b. — 1. Cor. 4. d. — Eph. 2. d. — 2. Cor. 9. b — Li. 1. in Leuit. cap. 9. — Vbi supra — Act. 2. b. — Act. 9. d.]

tantum eorum offeretis, ac munera: super altare vero non [1] ponentur in odorem suauitatis. Quicquid obtuleris sacrifi- [2] a cii, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio b tuo. † In omni oblatione offeres sal. Sin autem obtuleris mu- [3] nus primitiarū frugum tuarum domino, de spicis adhuc vi- [4] rentibus, torrebis eas igni, † & confringes in morem farris & sic offeres primitias tuas domino, fundens super ea oleū, & thus imponens, quia oblatio domini est, de qua adolebit sacerdos in memoriam † muneris, partem farris fracti & olei ac totum thus. †

[Interlinear: Quia terrena sunt. — a Vt quicquid ad Christi honorem offertim, sale rationis & discretionis condiamus. — a Origines primis frugibus, vt simila sit recens, & noua. Initiis bonorum operum & doctrinæ. b Intus bonorum operum vel doctrinæ. — a Ruribus. b Adorendo consecrare debes. Spiritussancti. Separando literam a spiritu. — a Misericordiæ. Eleemosynam. — a Oratione. in. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Psal. 140. a. Christi bonus odor sumus Deo. 2. Cor. 2. d. — Vt supra.]

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sup altare uero non ponentur. *s. aliquid de ipsis ibi crematur. Vnde infra 6. cap. dicitur de simila, cuius vna pars erat cremata in altari, quod totum residuum cedens in usum sacerdotis, non poterat fermentari. Cuius ratio ibidem assignatur sic, ideo autem non fermentabatur, quia pars eius in incensum domini offertur. Ex dictis patet, quod illud quod dicitur hic: Omnis oblatio quæ offertur domino, absque fermento fiet, intelligitur tantum de omni oblatione quæ secundum se totā vel secundum partem super altare crematur. Consequenter ponit tertium, quod in omni sacrificio includebatur, cum dicitur.*

2 Quicquid obtuleris sacrificii, sale. *Cuius ratio est, quia sal a corruptione præseruat, quæ debet esse longe a Dei sacrificiis. Item quia sal discretionem significat. secundum illud Apostoli, Col. 4. a.* Sermo vester in gratia semper sit sale conditus, *& ideo ponebatur in omni sacrificio, ad designandum quod nullum sacrificium Deo placet, nisi fuerit cum discretione factum.*

3 Sin autem obtuleris. *Hic agitur de oblatione, quæ fiebat de spicis nondum ad maturitatem deductis, quæ debebant igne torreri, & grana excuti & frangi, & tunc sacrificium fieri per modum qui in litera exprimitur, & patet intellectus ex prædictis.*

4 Munus primitiarum. *Sciendum quod primitiæ ter in anno reddebantur. Primo in paschate de spicis virentibus. Secundo in Pentecoste de nouis panib. & de his fiebat oblatio. Tertio in festo tabernaculorū collectis frugibus, & illæ cedebant in vsum sacerdotum, sicut decimæ in vsum Leuitarum. Ex dictis autem in isto c. & dicendis in sequentibus, patet quod quinque offerebantur in sacrificium de terræ nascentibus, s. panis, vinum de quo fiebat libatio in sacrificiis ut patebit infra, oleum, panis, sub quo continebatur oblatio farinæ & spicarū, quia sunt materia sal, & thus. Cuius ratio potest accipi ex præcedentibus, quia supra dictum est, quod oblatio debebat fieri Deo de his quæ communiter ueniunt in vsum hominis ad sustentationem vitæ. De terræ nascentibus uero aliqua communiter ueniunt in sustentationem hominis per modum nutrimenti, & ista sunt panis & uinum. Aliqua per modum condimenti, cuiusmodi sunt sal & oleum, aliqua per modum medicamenti, & quantum ad hoc ponebatur thus, quod est aromaticum & soliatiuum. Ratio etiam specialis ad hoc est, quia per thus significatur deuotio, secundum illud, Psalm. 140. a.* Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. *Et ideo ponebatur in oblationibus ad designandum quod non erat accepta Deo secundum se, sed tantum ex fide & deuotione offerentium, propter quod in sacrificio zelotypię non ponebatur thus ut habetur Num. 5. d. quia non procedebat ex deuotione, sed ex suspicio ne contra vxorem.*

[Margin: Sale condię. — Primitiæ ter in anno.]

## ADDITIO I.

In c. 2. ubi dicitur in post. Anima cum, &c. *Frequentissime in sacra script. ra accipitur anima pro persona humana, in qua anima est pars principalior siue sit pauper, siue diues, siue offerat animal, siue oneres, siue similam, ut patet infra c. 5.* Anima si peccauerit & audierit vocem iurantis, &c. Anima quę tetigerit, &c. Anima quæ iurauerit, &c. *& sic de multis alys. Vnde expositio Ra. Sal. in hoc loco non videtur habere fundamentum.*

[Margin: Anima pro persona humana.]

# CAP. III.

a Orig. Salutaris, quę ex bobus tantum offertur & ouibus vel capris. Nam pro peccatis anima generaliter iubetur offerri: sed post hęc per varias personas, igitur, vt si pontifex delinquat & offerat pro peccato, offeret vitulum non sicut pro munere.

a Q**Vod si hostia pacificorũ fuerit eius oblatio, & de † bobus voluerit offerre marẽ siue fęminam, immaculatã offeret coram domino. Ponetq; manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonii. Fundentq; filii Aaron † sacerdotis sanguinem † per circuitum altaris, & † offerent de hostia pacificorum in oblationem domino.**

a Id est fortia opera. b Vtrosque.n. digne oportet conuersari si volunt saluari. a Infirma. b Labe peccati. a In beneplacito domini. b Vt supra.

a Iram. hęc.n. operit cor. Id est iram quam offerimus dum temperamus vel eum pro Deo irascimur: & iram in eius causam reflectimus. b Cor, & iecur cordique adhærentia. c Lxx. omnem adipem qui in ventre est.

d **adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis intrinse-**

CAP. XXIII.

Hom. 3. in Leuit.

a Q*Vod si hostia, &c.* ORIGENES. Transmissis cæteris absalutarib. sacrificiis, dicit quę de animalibus, i. de bobus & capris & ouibus offerunt, & nihil vltra ad immolandum substituitur. Nec aues quidẽ, q in offerendis muneribus substiture sunt superius. Qui enim salutares offert hostias salutis suæ conscius est. Necesse ergo habet, vt magna & perfecta offerat. Vnde Apostolus: *Perfectorum autem, &c.*

Salutaria sacrificia.

† bubus. Heb. 5. d.

ISICHIVS. *Quod si hostia, &c.* Sunt secundũ leges diuersę hominum conuersationes, sunt in modũ scalarum ordinatæ virtutes; vt alius quasdam, alius assequatur omnes, vt quisque sublevetur a terra. Quod significat sacrificiorũ differentiam. Vnde hic, holocaustũ, i. se totũ offert, sicut Paulus, qui Christo configitur cruci. Alius sacrificiũ pacificorũ, vel salutare qui salutẽ desiderat, nec põt ascendere ad sublimia. Qui enim nõ potest esse virgo, si in sancto conuersatur coniugio, vitã percipit a domino qui ait. *Non omnes capiunt verbum istud*, & inter saluatos necessario ordinatur. Hoc ipsum de cõtemptu rerũ, de iustitia, de cibo cũ gratiarũ actione percipiẽdo. Magnus est eñ qui magna, paruus non minimus qui salte põt consequi mediocria. I. ergo sm̃ duas cõuersationum species, duas sacrificiorum spõtaneorũ ponit definitiones. Ait enim in Exod. *Altare de terra facietis mihi, & immolabitis super illud holocausto mata, & pacifica vestra, oues, &c.* Sub infert pacifica, tanquam secũdi ordinis, & virtutis. Qui ergo sibi putat sufficere si saluetur, siq dem de bobus offert. Boues aũt sunt qui ea quæ legis sunt faciũt, masculũ vel fœminã immaculatũ offert manus. Cũ aũt qui holocaustũ offert, non præcipit offerre fœminã, non ꝙ fœmina priuetur ab hac conuersatione, sed quia virorũ, i. fortiũ est perfecta sapere. Vnde. *Mulierem fortem quis inueniet.* Fortitudo.n. vix in mulierib. inuenit, pacificorum sacrificium virorum est & mulierum, oportet.n. eas digne conuersari, vt perueniant ad salutem.

† sacerdotes.

Gal. 2. d.

Matt. 19. b

Exo. 20. d

Prou. 31. b.

Vbi supra

✠ RADVLPHVS. Hostiarum pacificarum alia bouis, alia ouis, alia capræ oblationem continet. Bouem immolabat, qiqs in seculari vita mũdi actib. deditus, de ipsis laborib. suis Deo ministrat. Ouẽ offert, qui laborare nõ sufficiens, & infirmitate, & ætate, seu etiã paupertate à misericordiæ actibus reuocatus, per solam innocentiam Deo placet. Capræ hostia litat, qsque veterem conuersationem melioris propositi castigatione immutat.

b *Marem siue fæ. &c.* ISICHIVS. Superius in holocaustum tantum mares offerũtur. Per holocaustũ ergo summę virtutes designantur, virginem, s. esse mundo renũtiare, & similia, quę paucorũ sunt sacrificia. Hostię vero pacificorum virtutes minores, & cõia vota fidelium quibus pacatur Deus. Vnde fœminę offerũtur cum maribus, i. infirma opera cum fortioribus.

c *Adipem qui, &c.* ISICHIVS. Oportet intelligibilẽ adipem offerri, i. desiderium quod Greci dicũt, qui operit priũ superiorẽ ventrẽ, deinde inferiorẽ: vt & cogitandi & faciẽdi desideriũ offeramus, præcedit.n. cogitatio, succedit impletio. Hoc autem in vẽtre i. in corde facimus, in quo prius actiones proponimus, tanquã appetam⁹, deinde perficere festinamus, tãquã digeramus. Nihil ergo prauũ proponamus, nihil expleamus. Bene aũt super vẽtrẽ superiorẽ, i. appetitũ describit adipẽ, qui operit ventrẽ, quia maxima pars desiderii circa appetitum est vel propositũ. Inferiori ventri duos renes cõiunxit, quia affinitas quædã est renũ & cordis. Vnde. *Vre renes meos, & cor meũ.* Alibi quoq; cõiungitur, *qui probat renes & corda,* Motũ siquidẽ irascendi medici ponunt in corde, in renib. autẽ memoriã, huius rei dicũt iacere, in quib. & seminis causa est, vnde & eis cũ femoribus cõio est. Vult ergo & nuptiarũ desideriũ Deo offerri, vt fiat causa prolis, nõ fornicationis, vt sit honorabile cõiugiũ, & thorus immaculatus. Irã quoq; Deo offeramus, vt ꝯtra peccatũ irascamur. Vnde, *Irascimini, & nolite peccare.* Hic Moyses iratus valde, proiecit tabulas & ꝯfregit. Quia vero in hepate cõcupiscentia est, pinnã, i. summitatẽ præcipit, cum renib. auferri, & offerri ad altare, vt primitiua cogitationũ nostrarum Deo offeramus, & per deliberationem massam sanctificemus.

† super altare in circuitu. † offeret.

Psal. 25. a. Hier. 11. d

Psalm. 4. a. Exo. 32. d.

d *Vitalia.* LXX. Ventrem, i. cor, cuius secundo facit mentionẽ iuxta LXX. quia duplicem habet operationem secundũ medicos, quia per vnã partẽ alimentũ trahit; quã vocant ventrẽ superiorẽ. Per alteram purgationem discernit, quã vocant vẽtrẽ inferiorem. Renes sunt gẽitaliuum seminum ministeria, cum

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. III.

1 Q*Vod si hostia, &c. Hic agitur de sacrificio, quod fiebat pro beneficij impetratione: & si illud beneficium iam erat obtentum, tale sacrificium habebat rationem gratiarum actionis, si autem obtinendum habebat rationem postulationis, & ideo vocabatur hostia pacifica, quia quando Deus exhibet beneficium homini, videtur ei pacificatus. Similiter homo percipiens beneficium postulatum pacificatur in animo, quia completur suum desiderium. Dicit autem hic Ra. Sa. quod vocabatur hostia pacifica, eo quod facit pacem, reddendo cuilibet quod suum est. s. Deo & homini cuius est oblatio, & sacerdoti offerenti, quia huius sacrificij vna pars incendebatur ad honorem diuinum, vt habetur infra. Alia autem cedebat in vsum sacerdotis. s. armus dexter, & pectusculum, & etiam lingua cum genis, & vt dicit Ra. Sa. cæteræ carnes erant offerentium. Ex hoc etiam patet, quod tale sacrificium non poterat fieri de auibus sicut sacrificium holocausti fieri poterat, vt suiadictum 1. cap. quia hoc sacrificium diuidebatur in tres partes. aues vero in sacrificijs non diuidebãtur, ut habetur Gen. 15. c. & ideo hostia pacifica fiebat de bobus, uel ouibus, uel capris, & secundum hoc istud cap diuiditur in tres partes: secunda ibi.* Si uero de ouib. *tertia ibi* Si capra fuerit. *& quarto ponitur correlarium ratione dictorum in hoc capitulo, ibi:* Omnis adeps. *Prima pars patet ex dictis in hoc c. & supra, quia in diuersis sacrificijs eadem frequenter repetuntur, ut patet in litera. Aliqua tamen uocabula sunt exponenda.*

Hostia pacifica

Aues in sacrificiis.

Exo. 29. b. Diuisio.

2 Marem siue, &c. *Istud sacrificium non erat ita perfectum sicut sacrificium holocausti, ideo in isto poterat non solum masculus sed etiam fęmina offerri.*

3 Adipem, &c. *Adeps est pinguedo existens in interioribus partibus animalis. Aruina uero est pinguedo quæ est exterius inter cutem & carnem, quæ in porco uocatur lardus. Vnum tamen uocabulum frequentet ponitur pro alio.*

✠ 1 Duos

### MORALITER.

Allegoric.

✠ 1 *Quod si ho. &c.* Per hanc autem hostiam allegorice Christus intelligitur, nam per ipsum tanquam per hostiã pacificã Deus pater pacificauit ea q in cælis sunt & in terris, vt dicitur Col. 1 Hostia vero pacifica fiebat in lege de bobus, ouib. & capris, p quæ omnis figurabatur oblatio Christi facta in cruce, sicut vnũ pfectũ per multa imperfecta. Figuratus. n. fuit p hostiã factã d boue, ꝑpter eius fortitudinẽ laborãtẽ, & p hostiã de oue, ꝑp innocẽtiã pseuerãtẽ, ꝑp quod in hoc sacrificio ponebatur cauda, q perseuerãtiã significat, sicut dicit Greg. homi. 15. In cauda qppe finis est corporis. Et ille bene immolat, q sacrificiũ boni opis vsq. ad finẽ debitæ pducit actionis. Itẽ significat p hostiã d capra, ꝑp carnẽ Christi similẽ carni peccatrici. Rom. 8. a. *Misit filium suum in similitudinem carnis peccati.*

MORALITER. autem nos Deo hostiam pacificam de boue offerimus, cum fortitudinem nostram in diuinis laborib. exercemus. Sed de oue cum cauda hostiã facimus, cũ in innocentia perseueramus. De capris vero hostiam pacificã offerimus, cum carnẽ propriam ad peccata pronam per pœnitentię rigorem coarctamus, In fine vero huius c. ubi dicitur.

✠ 12 Omnis

cum ventre & femorib. cōmunicantes. primum ergo adipē qui supra ventrē est, & duos renes, & adipē qui super eos est, i. super femora q̄ renib. sunt vicina, iubet offerri, in medio est femoris & ventris sunt positi.

a *Reticulum iecoris.* Id est, hepatis, in quo delectatio vel concupiscentia. Vnde iuxta LXX. pinna hepatis cū renibus auferetur. Iecur enim in renibus vim operationis ministrat.

b *Si uero de ouibus fuerit, &c.* ISICHIVS. Quem pcipiat offerre bouem, quē rursus ouem, & quē caprā supius diximus. Bos .n. est q legis mādata operat. Oues, simplices. Capræ quoq; simplices ante peccatores, modo pœnitentes. Sed ibi ouib. capras miscuit, dicens. *Quod si de pecorib. oblatio est, de ouib. siue de capris, &c.* LXX. vero, Si ab ouib. minus ei ab agnis & hędis immaculatū offeret, ouis .n. & agnorū & hędorū genus esse vr. Vnde αἰπόλος *ego sum. Et sustulit me dominus de gregib. ouium.* Cum αἰπόλοι proprie dicātur qui capras pascūt. Quia ergo lex quædā agnos quædam capras dicit. Agni autē tantum simplices, sunt, qui nihil peccauerūt, capræ aūt simplices, q peccauerūt & conuersi sunt, rectè quodā mō sacrificiū in holocaustū vnum est. Qui enim post peccatū perfecta vult sapere, debet cōuersari sicut q nō peccauerit ante. In sacrificio autem pacificorum cum in ouibus & capris & bobus cętera eadem custodisset, hoc vnū plus in

in ouibus posuit, q non solū adipē reticulumq; iecoris, Vel secūdū LXX. pinnā hepatis & renes, sed & caudā. Vel et sm LXX. lumbū immaculatum cum renibus offerri. Quia .n. vt simplex, multa quæ facere debuit omisit virtute sua debet vti in bonum faciendū, non vt simplex, in illū tm vtendū, ut manifestū sit, quia q̄ scire potest, non omittit. Iure cauti redduntur simplices, qui ex simplicitate facile possunt ad uolūtatē trahi, vt nō solum renes & adipē qui sup ipsos est, sed & lumbū offerant qui in renib. est. Lumb. em uirtutē significat vnde Roboā ait: *Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei.* Et alibi: *Lūbos vestros præcingetis.* In lumbis quoq; operatio generationis.

c *Et caudā.* LXX. Lumbum sine macula ī tergū, ne s. aliud offeratur Deo, aliud aduersario. Sufficit .n. huic ad veniam q̄ uirtutis sunt, nō agere, sin autem mala operat, ueniā non cōsequitur. Vnde: *Estote simplices sicut columbæ.* Columbę enim nimiam simplicitatem habēt, malitiam nullam. Qui de bobus sacrificium offert, lumbum Deo offerre non eget, quē in bonis operibus cōstrīgit & exercet. Qui de capris immolat, non habet lumbum immaculatū quem offerat, quia eum olim peccato maculauit. Qui ergo non fuit in peccatis, immaculatum lumbū offerre potest, nonqui peccator fuit. Hac causa in sacrificio pacificorū capras ab agnis distinxit.

a eius est, duos renes cum adipe † quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis, adolebuntque ea † super altare in holocaustum, lignis igne supposito, in oblationem suauissimi odoris domino. Si vero de ouibus fuerit eius oblatio, † & pacificorum hostia, siue masculum siue fœminam obtulerit, immaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit † coram domino, & ponet manum suam super caput victimæ suæ, † quę immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonii. fundentque filii Aaron sanguinem eius per altaris circumitum, & offerent de pacificorum hostia sacrificium domino, adipem & caudam totam cum renibus & pinguedine, quæ operit ventrem atque vniuersa vitalia, & vtrunque renunculum adipe, qui est iuxta † vitalia, reticulumque iecoris cum renunculis, † & adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis & oblationis domini. Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam domino: ponet manum suam super caput eius, immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonii: † Et fundent filii Aaron sanguinem eius super altaris circumitum, tollentq; ex ea in pastum ignis dominici, adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia, duos renunculos cum reticulo, qui est super eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis, † adolebitque ea sacerdos super altare † in alimoniam ignis & suauissimi odoris. † Omnis adeps domini erit iure

[Interlinear: In quibus vis libidinis. In quibus vis generandi. — a In quo sedes caloris & initium desiderij, in quo appetitus gulæ notatur, quem offerimus cum Dei amore refrenamus. b Sapientiæ. — a Exemplis. b Spiritussancti. Secundum mandata spiritussancti ... 6 Quia fundamentum totius boni est. — a Cui placet perfectæ fructum, non solum centesimum vel sexagesimum, sed etiam tricesimum. b In omni pœnitentia, sicut & in agno figuratur. — Fortia. Infirma opera. — A labe peccati. — Vt supra. — a Desiderij vel concupiscentiæ. b Cauda finis est corporis, hæc immolatur cum opus bonum ad finem perducitur. — a Hæc iam exposita sunt. — LXX. pinnam. — Spiritualis. Ignis absumens sacrificia, absorbens mortem in victoria. — a Simplex qui ante peccauit & pœnitet vel pœnituit. Quę habitum pœnitentię significat. — a Qui pœnitentiam offert, in principio bonis operibus, operam det. — Vt supra. — a Spiritussancti. Iram vt supra. b Quia impedit ira animum, ne possit cernere verum. — a Cor & iecur, & quæ his adhærent. — a Vt omne desiderium offeratur domino, non parum mundo. Nemo militans Deo implicat se ne. sec. Timo. 2.]

[Marginalia: †qui est super ipsos, tegunque ilia. †auferet. †ilia. Amos 7.d. *remouebit. †infra.4.d. *filii Aarō †in sacrificium pacificorū domino. 3.Re. 12.c Exod.12.b *oblationem suam offerret ipsum. †quā mactabit. †remouebit. Matt. 10.b *ignis. †Et offeret ex ea oblationē suā oblationis domino. †pabulum oblationis est in odorē quietis.]

Nec

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Duos renes. *i. renunculos, & sic est in Hebræo, & ideo litera ni detur hic corrupta uitio scriptorum, & in sequentib. vbi ponitur* renes *pro renunculos, quia renes non cremabantur cum adipe, sed renunculi. Dicunt tamen aliqui, q hic per renes secundum literam nostram intelligitur quædam pinguedo existens circa renes.*

2 Quo teguntur ilia. *Quædam membra sunt adiacentia renib. dicta ab ilion, quod est intestinum, & inde dicitur iliaca passio.*

3 Et reticulum. *Quia quidam adeps est factus ad modum retis.*

4 Iecoris. *In Hebræo habetur epatis, & sic communiter exponunt doctores.*

5 Cum renunculis. *Repetitio est eiusdem quod prædictum est. Intellectus igitur huius literæ est, q pinguedo debebat auferri a de partibus interioribus prædictis, & incendi super altare cum renunculis.*

6 Si uero de. *Hic agitur de hostia pacifica de ouibus.*

7 Si agnum ob. *Licet autem hostia pacifica fieret de mare & fœmina, & non solum modo de iuuenibus sed etiam de arietibus & ouibus magnis, tamen ponitur hic exemplum de agno, quia talis hostia pacifica frequentius fiebat, & ideo quod dicitur hic de modo oblationis & immolationis agni, intelligendum est etiam de alijs.*

8 Immolabitur in uestibulo tabernaculi. *i. in atrio quod erat ante tabernaculum.*

9 Et pinguedine, quæ ope. uentrem. *Non a parte exteriori sed interiori. Cætera patent ex prædictis.*

10 Si capra. *Hic consequenter ponitur oblatio pacifica, quæ fit de capra.*

11 Immolabitq; eam in introitu tabernaculi. *i. in atrio quod erat ante introitum tabernaculi. Cætera patent ex dictis.*

12 Omnis adeps. *Hic infert correlarium, quib in præcedentib. dixit adipem esse incendendum ad honorem diuinū, ideo concludit generaliter:* Omnis adeps domini erit iure perpetuo. *i. incendetur ad honorē domini, hoc tamen intelligendum est de sacrificijs.*

[Margin: Ilia.]

✱ 1 Nec

MORALITER.

✱ 12 *Omnis adeps, &c.* Esus adipis & sanguinis generaliter phibetur, Per adipem vere bonum temporale & etiā spirituale designatur. Diuites .n. temporaliter dicuntur pingues, similiter dona gratię pinguedo nominantur Psal. lxiii.b. *Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, &c.* Ille git adipem comedit. q bono tprale vel spirituale suis meritis & nō Deo attribuit. Similiter sanguinē comedere, est labore alieno iniuste viuere.

ter

a Nec adipem. Propriã concupiscentiã, i. carnale habere non debemus, quisq; n. tentatur à concupiscentiã sua abstractus & illectus. Sanguinē phibet comedi, ne quenquã interficiam⁹. sanguinē enim edere, bestiarū, i. crudelium est. Iõ aūt omni no additur, & proximis parcamus & nobis. Deo aūtē debet anima immolari, vnde iussit sanguinē fundi circa basim altaris. ✠ RADVLPHVS. Adeps affectus noster est. Qui cum p varia & noxia distrahitur diuersorum vitiorū nomina sortitur. Cū enim ad congregandum pecuniã, auaritia, cum ad corporis sui corruptionē impudicitia, cū ad proximi læsionem deficitur, malitia, cū vero dominari aliis appetit, superbia nominatur. Qui si ad vtilium concupiscentiã se conuertat, virtutum omniū radix & origo est. Adeps ergo noster, pinguedo. s. interna, & laudabilis, & reprehensibilis est. Laudabilis, cum in Deum tendit: reprehensibilis, cum in eorum quę carnaliter oblectant, appetitum cadit. Pro bono adipe canit Dauid, *Sicut adipe*, inquit, *& pinguedine repleatur anima mea.* De malo, habes in cantico Mosis, *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.*

Li. 2. in Leuit. c. 1.

Psalm. 62.

Deuter. 32

a Omni tempore. b Per singulas ætates. Non quod figura semper obseruetur: sed quod per eam intelligitur. c Ecclesiis vel quibuslibet locis. Id est omni conuersatione siue societate: siue secreta.

perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris,

a Carnis appetitum vel desiderium. b Omnis ratio & intellectus animi quę sanguis significat, Deo consecranda sunt: anima enim in sanguine est.

nec adipem, nec sanguinem omnino comedetis.

NICOLAVS DE LYRA.

Adipis comestio.

✠ 1 Nec adipē nec sanguinē omnino comedetis. *Occasione huius dicti sunt variæ opiniones de comestione adipis. Dicunt enim aliqui, q̄ hoc tantum intelligendum est de animalib. immolatitiis, s. adipe bouis, ouis, & capræ. Adeps enim animalis morticini & capti a bestia cedebat in varios vsus Iudæorum, vt pote ad lucernas vel vnctiones & huiusmodi, ut habetur infra 7. cap. Adeps vero animalis liciti ad comedendum, non tamen ad offerendū, poterat comedi, secundum quod habetur infra 17. cap. vbi dicitur, quod si aliquis venatione vel aucupio feram vel auē acceperit, dum tamen esset fera licita ad comedendū, vt ceruus poterat comedi, ita tamē quod prius sanguis effunderetur, & sic de tali bestia vel aue videtur esus sanguinis tantum esse prohibitus, & per consequēs adeps poterat comedi, & eodem modo sentiendum videtur de aliis animalibus immolatitiis, tamen licitis ad esum. Confirmatur etiam hoc dictum, quia moderni Iudæi sic vtuntur. Alii vero dicunt quod esus adipis erat generaliter Iudæis prohibitus, per illud q̄ dicitur hic:* Nec sanguinē nec adipē omnino comedetis, *ita quod vniformiter prohibeatur hic esus sanguinis & adipis. Esus autē sanguinis generaliter erat prohibitus de omnibus animalibus, etiam secundum Iudæos, & ideo idem videtur dicendum de adipe. Qui autem vult tenere hanc viam, quæ est cōsona textui in hoc loco potest dicere ad id quod obiicitur de adipe animalis venatione capti, quod hoc non arguit propositum, sed magis oppositum, quia Deut. 12. dicitur, quod in locis longinquis a Hierusalem poterant occidi & comedi etiam animalia immolatitia, de quibus dicitur ibidē:* Sicut comedit capra & ceruus, ita vesceris eis, *absque esu duntaxat sanguinis. Ex quo cōcluditur, quod si argumentum inductum pro eis valet, quod etiam de adipe animalis immolatitii in casu isto poterat comedi, quod ipsi negant. & pari ratione de adipe aliorum debent negare. Quod autem obiicitur de esu Iudæorum moderni temporis, non valet, quia a tempore Christi doctores Iudæorum multa illicita in lege relaxauerunt, & multa licita restrinxerunt, male interpretantes scripturam, vt habetur a saluatore Marci 7. Si autem velit aliquis tenere primam viam, habet consequenter dicere, quod illud quod hic dicitur:* Nec adipē omnino comedetis: *non est intelligendum sic generaliter, de sanguine, sed est referendum ad adipem animalium immolatitiorum, de quorum immolatione litera præcedens loquitur. Et huic dicto consonat illud quod habetur infra 7. c.* Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis, *& sic adipes aliorum animalium videntur concessi ad esum. Sciendum tamen, quod secundum vtranque opinionem esus sanguinis & adipis prohibetur, duplici ratione. Vnā est pro vitatione idololatriæ, quia idololatræ adipes suarum hostiarum comedebant, secundum quod dicitur Deut. 32. a.* De quorum victimis comedebant adipes, &c. *De sanguine bibebant similiter. Alia est, quia sicut dictum est supra de illis potissime debebat fieri Deo oblatio, quibus vita humana maxime sustentatur, sanguis autem est humor, in quo consistit vita animalium, adeps etiam causatur ex abundantia nutrimenti quo vita sustentatur, & ideo vt homines recognoscerent se habere a Deo vitam & sustentationem, adeps ad honorem domini cremabatur, & sanguis ad crepidinem altaris effundebatur. Item prohibebatur esus sanguinis, ne si sanguinem altaris licite comederent, effusionem humani sanguinis non abhorrerent, ad quem Iudæi erant proni. Similiter esus adipis prouocat ad luxuriam, & ideo prohibitus fuit Iudæis, qui erant proni ad ipsam.*

CAP. IIII.

Anima peccat. Hom. 2. in Leuit.

a Locutusq;, &c. b *Anima quę pec. &c.* ORIG. Recte animam dicit, quam peccare describit. Non enim spiritum vocaret, quem peccaturum diceret, sed nec hominē, in quo peccato interueniēte imago Dei non constaret. Non est ergo spiritus qui peccat. Fructus enim spiritus, ut ait Apostolus, *est charitas, gaudium, pax, patientia*, & similia. Alibi vero ait: *Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. & qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam*: quoniam ergo alius est qui seminat, & aliud in quo seminatur: Seminatur. n. in carne, cum peccatur, vt ide metatur corruptio, Vel in spiritu, cū secundū Deū viuitur, vt vita ęterna mereatur, cōstat aīam esse, quę vel in carne vel in spiritu seminat, & q̄ in peccata ruere possit, & ab eis auerti. Corpus enim est sequela eius ad quæcunque delegerit, & spiritus dux ad virtutem si eum secum velit.

Galat. 5. d.

Galat. 6. b.

ISICHIVS. *Anima cum peccauerit, &c.* Nihil necessarium legislator omisit, differentias cōuersationum assignauit, & in oblatione sacrificiorū vias conuersandi; tandem Christi sacrificium exponit, per quod nobis peccatorū remissio & redemptio data est. Et notandū, quod peccatū animę dixit esse contra eos qui accusant corpus, quasi causam peccati. Sed si aīa est immunis, nihil nocet ei luxuria carnis. Imo si aīa benè regit, statim cessat, & recedit. Si aūt peccat anima

Peccatum est animę.

CAP. IIII.

a 1 Locutusque est dominus ad Moysen,

a Quia hoc omnibus præcipitur. b Homo generalis, vel prælati ecclesiæ vel præfecti. In sequentib. autem excipit dicens: Si sacerdos qui est vnctus. Non enim corpus tantum causa peccati.

b 2 dicens: Loquere filiis Israel: Anima cū

Boni.

3 peccauerit per ignorantiã, & de vniuer-

4 sis mandatis domini, quę precepit vt nō fierent, quippiam

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. IIII.

Diuisio.

1 Locutusq; est. *Hic consequenter agitur de hostia quæ fiebat pro peccati remissione, & primo de ea quæ fiebat pro peccato facto per ignorantiam. Secundo de ea quæ fiebat pro peccato facto ex passione vel negligentia in prin. 5. c. Tertio de ea quæ fiebat pro peccato facto per malitiam, circa finem eiusdem cap. ibi:*

2 Locutusq; est dominus. *Circa primum primo loquitur in generali, cum dicitur.*

3 Anima cum, &c. *Quęcunq; sit illa. Et accipitur hic anima pro homine, quia est pars principalis.*

4 Et de, &c. *Ex hoc quod dicitur hic vt non fierent. Dicunt aliqui Iudæi, quod intelligitur tantum de præceptis negatiuis transgrediantur. Expositores autem nostri dicunt communiter, & melius, vt videtur quod intelligitur etiam de transgressione præceptorum affirmatiuorum.* ✠ vt si

MORALITER.

✠ 1 *Locutusq; est.* Hic agitur de sacrificio pro peccato, & quoniam sacerdos qui pro aliorum peccatis offert sacrificia debet esse mundus a peccato, ideo primo agitur de sacrificio summi sacerdotis, cum dicitur.

✠ 2 Si sa-

C anima per ignorantiã, nõ tamen à carne cogitur, sed negligẽtia & imitatione deteriorũ, per quã quæ noxia sunt, utilia putat. Notandũ quoque ꝙ sacerdotẽ imperitis admiscet, quasi simile aliis pro peccatis offerentẽ. Christus enim fratrib. similis esse debuit, vt fieret misericors & fidelis sacerdos. Sed legislator peccatũ sacerdotis, peccatum populi dicit. Sacerdos enim sensibilis negligens, aut peccans, aut nos vindicãs, populũ peccare facit, intelligibilis autem nullo modo peccatis fecit. Secundum tamẽ quod possumus quæ dicuntur, intelligibili sacerdoti coaptemus. Si enim patientia Dei qui abusus fuerit, videtur illi Deus licentiam dare peccandi: vnde Esa. *Quare errare fecisti nos domine de vijs tuis indurasti cor nostrum, &c.* Habacuc quoque similia quæritur: *Quare non respicis super iniquè agentes, taces deuorãte impio iustiorem se? etc.* vñ ergo legislator significare sacerdotem, cui dictũ est: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Et qui a patre unctus est, secundum illud: *Propterea vnxit te Deus, &c.* Hic ꝓ peccatis nostris seipsum sacrificiũ obtulit. vñ & Paulus ait: *Christus semel mortuus est, ad multorũ exhauriendo peccata.* Offert tamen se pro peccato suo, quia peccatum nostrum in se suscepit. vnde: *Qui nesciebat peccatum, pro nobis peccatum fecit,*

Nota de peccato sacerdotum. — † De voto c. magnæ. — † De voto c. magnæ. — Esa. 63. d. — Habac. 1. d — Psal. 109. c. — Psal. 44. b. — Heb. 9. g. — B

A tur offer. & b. Et post. *Lex homines cõstituit sacerdotes infirmitatem habentes, vt possint sicut pro sua, ita & pro populi infirmitate offerre,* nõ s. qui omnino peccare nõ possent, alioquin hoẽs non essent, sed qui imitent eum qui peccatũ non fecit. In quo præcipue mirandũ est, nõ ꝙ sacerdos nõ peccat, sed ꝙ cognoscit peccatum suum. Non enim qui se peccasse nõ putat, sed emendat, & ꝙ facilius indulget peccantibus, ꝙ conscientia infirmitatis mordet.

✱ R. DAVID CIMHI: Simplex sensus est, Si peccauerit doctrina sua, sacerdotes enim docebant legem, sicut scribitur, *populum meũ docebunt.* Ezechiel. 44. Est ergo sensus, si sacerdos vnctus ille peccauerit, quasi dicat, si docuit. & delinquere fecit populum sua doctrina, quam docuit eos, non iuxta legem.

D Heb. 7. b. 1. Pet. 2. d. — † secundũ delictum populi. — † vituli. — E

a ¶ Christus qui est sacerdos in eternum. ¶ Degenere transit ad speciem. b ¶ Oleo lætitię prę consortibus suis. Psal. 44. b. c ¶ Christus peccare dicitur, dum nos peccamus qui membra eius sumus.
d ¶ Longanimitate patientiæ. dum eis enim non statim punit, putatur hęc vel non curare, vel nescire, & ita impij in peius animantur. Vnde patientia Dei ad pœnitentiam te adducit, tu autem thesaurizas tibi iram, &c. Ro. 2. a.

a fecerit, † si sacerdos qui est vnctus, peccauerit, † delinquere 1

a ¶ Patri. b Quod in se suscepit qui peccata nostra portauit in corpore suo super lignum. c ¶ Carnem suam. ¶ Lxx. addunt de bobus, id est, de patrib. qui iustitia legis fuere gloriosi. ¶ Qui in cruce inimicos nostros ventilauit. d ¶ Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. j. Pet. 2. d.

b faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immacu- 2 3 4

a ¶ Crucem. ¶ Quia cruci se tradidit. Vnde oblatus est quia ipse voluit. ¶ Doctrinam & traditionem Apostolorum, secundum quam factum est sacrificium. Is est. ad introitus ad celum, quod est tabernaculum testimonij. Vnde Esa. Expandit celum sicut tabernaculum ad habitandum.

latum domino: Et adducet illum ad ostiũ tabernaculi testi- 5

a ¶ Inspiciente patre, cui dicitur: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, Luc. 23. f.
b ¶ Se enim ipsum obtulit, nemo coegit. vnde potestatem habeo ponendi animam meam, &c. ipse opus suę passionis fecit, ipse consummauit.
c ¶ Principium passionis.

monij coram domino, † ponetque manũ super caput † eius, 6

✱ RABINI ita interpretãtur, Potestne etiã esse vt reus sit sacerdos vnctus ille, si quid docuit ꝙ alii postea fecerunt, prout ipse docuit. Respondendũ est, Qui peccauit, ꝓ eo ꝙ peccauit adfert oblationẽ, non aũt offert pro eo quod peccarunt alii.

✱ RADVL. Sacerdos ille delinquere faciens populum primus homo est qui cum deberet esse sacerdos, & iugi sacrificio honorificare dominum, & omnẽ posteritatis populũ delinquere fecit. Nã in illo omnes peccauimus. Obtulit ꝓ peccato suo vitulũ immaculatũ domino Adam, non idem in persona sed in natura: Adã, in quã nou⁹, Deus & homo, Christus Iesus, qui obtulit vitulum pro peccato non suo, sed suorum.

Li. 1. in Leuit. c. 14.

✱ PROC. Notandũ existimo quod scriptura vocat peccata illa, quæ in consulto, & ignorantes delinquimus. Peccatum inconsulto cõmissum est, quod quis putat non tale esse. Tale erat Sauli delictum, cum ieiunium imperasset.

Vbi supra cap. 4.

✱ RADVLP. Animã, hominem appellauit, qui animalem vitã agens, & in his infimis in quę per corpus sentit, occupatus, diuinam voluntatem aut per ignorantiam nescit, aut per infirmitatem implere non sufficit. Nam vbi nos *per ignorantiã,* legimus, Septuaginta transtulerunt, *anima cum peccauerit non volens,* id est, non pertinaciter ad peccandum prona.

Cor. 5. d. vbi supra.

a *Si sacerdos, &c.* ORIG. Obseruandum est ꝙ in peccato pontificis legislator non addit, ꝙ ignorãs aut nolens peccauerit. neque enim ignorantia in eum cadere potest qui vt doceret cæteros, prouectus est.

ORIG. *Si sacerdos, &c.* Terror simul & misericordia in diuinis legib. ostẽtatur. Ita nec nihil tutũ, ne ipse pontifex quidẽ. Qui pontifex qui vnctus est, qui sacris ignib. diuina succendit altaria, qui munera & salutares hostias immolat, qui inter Deum & homines repropitiator interuenit, nec iste immunis a contagione peccati. Sed vide misericordiã Dei. Vñ Pau. ait: *Omnis pontifex ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur*

Vbi supra — Pontifex, — Heb. 5. — C

ORIG. Moraliter. Si sacerdos & cætera. Pontifex sensus pietatis & religionis, qui in nobis per orationes quas Deo fundimus, quasi sacerdotio fungitur. Hic si delinquit, populum bonorum actuũ delinquere faciat, qui intra nos est. Nec aliquid recte gerimus, si dux bonorũ operũ deprauatur sensus. Ideo ad emendationẽ huius, singularis hostia vitulus saginatus requiritur. Similiter synagoga, i. virtutum nostrarum emundatio Christi morte reparatur.

Moraliter

b *Vitulum immaculatum domino, &c.* ORIG. Secundo inuenimus offerri a pontifice vitulum in holocausto semel pro munere, & semel pro peccato, sed qui pro munere sup altare holocausti cõsumitur, qui vero pro peccato, ext. castra & in loco mundo, solis adipib. & renib. oblatis in altari. Hic est forte Iesus qui per sanguinẽ suum pacificauit, & quæ in terris & quę in cælis pro munere. In terris aũt vbi ab Adam vsq; ad Moysen regnauit peccatum, oblatus pro peccato. Hoc est aũt passum esse ext. castra scilicet angelorũ Dei. Vnde Iacob: *Castra Dei hęc sunt* Ext. hæc est locus omnis hic terrenus, in quo habitamus, in quo passus est Christus.

Hom 2. in Leuit. — Allegoric. — Rom. 5. d. — Gen. 32. a. — F

a Hauriet

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *vt si quis per ignorantiam omiserit quod præceptum est fieri, quia in sacra scriptura maxime in transgressione præceptum per commissionem intelligitur omissio & econuerso, aliter non esset institutum sacrificium pro peccato omissionis, quod videtur inconueniens, quia sic lex uideretur insufficienter data.*

1 Si sacerdos. *Hic descendit in particulari, quia tale peccatum potest esse sacerdotis vel multitudinis, seu principis vel personæ singularis, & secundum hoc illud capitulum diuiditur in quatuor partes. Secunda incipit ibi:* Quod si omnis turba. *Tertia ibi:* Si peccauerit princeps *Quarta ibi:* Quod si peccauerit ani. &c. *Circa primum dicitur sic,*

Diuisio.

Si sacerdos qui unctus est. *Hic est sacerdos magnus, quia inferiores sacerdotes non vngebantur, sed tantum ex quadã commistione qua fiebat ex sanguine victimæ immolatæ & vnctionis oleo, ipsi, & uestes eorum aspergebantur, ut habetur Exod. xxx. & infra 8. Vnde in veteri testamento soli reges & pontifices dicuntur proprie uncti.*

Expositio. Literalis. — vncti.

2 Peccauerit. *scilicet per ignorantiam, quia hoc totum refertur ad principium capituli.*

3 Delinquere fa. populum. *Quia peccatũ sacerdotis est populo occasio peccandi. Vnde dicit beatus Greg. in pastorali. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est ut grex ad præcipitiũ sequatur. Aliter exponunt Hebrei:* Delinquere faciens populum, *per ignorantiam qui credit de aliquo quod sit licitum, & sic facit & docet populum, quod tamen postea percipit esse illicitum.*

4 Offeret pro peccato suo vitulum immaculatum, &c. *in memoriam vituli conflatilis, quem fecit Aaron; Exod. 32. a.*

5 Et adducet illum. *id est, ad atrium quod est ante ostium tabernaculi.*

6 Ponetq; manum super caput eius, & immolabit, &c. *Ad resignandum iuri quod habebat in vitulo, & ad designandum quod sicut vitulus erat occidendus pro peccato suo, ita ipse offerens esset morte dignus pro transgressione præcepti domini, nisi accepta esset eius oblatio ex misericordia Dei, & idem intelligendum est in alijs sacrificijs pro peccato.*

✱ 1 Hauriet

MORALITER.

✱ 1 *Si sacerdos qui est vnctus peccauerit, &c.* Nam a peccatis sacerdotum assumit populus peccandi argumentũ dicẽs: Quare nõ facerẽ hoc. ex quo sacerdos meus facit hoc. Vñ Grego. in pasto. Cũ pastor per abrupta graditur, cõsequẽs est vt grex ad præcipitium sequatur.

4 *Offeret pro, &c.* Vitulus est animal gulosum. Hiere. 50. b. *Effusi estis sicut vituli super herbã.* Est & animal gesticulosũ, Mala. 4. a. *Salietis sicut vitulus de armẽto,* Sacerdos igitur vitulum immolat, quando gastrimargiam per abstinentiam, & leues gestus per maturitatem funditus mactat.

a ¶ Pro peccatis nostris.

a & immolabit eum domino. † Hauriet quoque de sanguine 1

a ¶ Vnde Paulus: per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, Heb. 9. c.
b ¶ Cœlum. Qui portans cicatrices suæ passionis, a mortuis resurrexit, & sic introiuit.

vituli inferens illum in tabernaculum testimonii. Cumque 2

a Qui est vittus Dei, hic in sanguine tingitur, quia passio dominicæ carnis virtute diuinitatis agitur, quod probat solis recessus, petrarumque scissura, & multa similia.
b ¶ Septies aspersit cum peccata nostra sui sanguinis effusione plene detersit, vel septiformi spiritu nos ditauit.

b intinxerit digitum in sanguinem, asperget † eum septies co 3

a ¶ Coram domino hæc facta sunt, quia voluntatem patris in omnibus impleuit.
b ¶ Humanitatem vel carnem Christi.

c ram domino contra velum sanctuarii, ponetq. de eodē san- 4

a ¶ Quatuor principales virtutes. b ¶ Seraphin. c ¶ Lxx. compositionis, virtutum scil.

d guine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino, 5

¶ Cælo.

e f quod est in tabernaculo testimonii. Omnem aūt reliquum

a ¶ Euangelium. b ¶ Corporis Christi.

g sanguinē fundet in basim altaris holocausti ī introitu taber

h naculi. Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eū qui vita 6

i lia operit, quam † omnia quæ intrinsecus sunt. Duos renun

¶ Lxx. Primam hepatis.

K culos, & reticulum quod est super eos iuxta illa, & † adipem

¶ Vt superius significat esse intelligendum.

iecoris cum renunculis, † sicut offertur de vitulo hostiæ pa-

¶ Orig. integræ substantiam humanitatis Christum assumpsisse demonstrat.

cificorum, & adolebit ea super altare holocausti. Pellem ve- 7

a ¶ Quia principium. b ¶ Quia finis. c ¶ Mente.

l ro & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fi-

a Lxx. cum ventre & stercore. Peccata humani generis. b ¶ Quia extra castra passus est dominus, i. extra ciuitatem. c Golgotha. d Qui totum mundauit mundum. Quia ibi mundati sumus.

mō & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundū,

a Quia in eo extincta sunt peccata humani generis, & calor peccati refrixit. b ¶ Id est, prophetarum dicta, quia & passio, & cuncta humanitatis mysteria.
¶ Secundum prophetarum oracula completa sunt. Vnde Matth. Vt adimpleretur quod dictum est per prophetas.
Scripturam, quæcunque enim in tempore passionis gesta sunt, prophetias impleuerunt. Vnde: Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum: Matt. 26. f.
Et alibi: Vt adimpleretur scriptura dixit: Sitio. Io. 19. c.

m vbi cineres effundi solent, incendetque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabuntur.

---

A a *Hauriet quoq; de san. &c.* Sanguinem vituli in tabernaculum i. in celum, cum post resurrectionem cęlos conscendens, vultui patris astitit, quasi offerens sanguinem passionis interpellans pro nobis.

b *Septies:* Pro dimissione, s. peccatorū, & subministratione spiritualium donorū. Sanguis autem passionē significat, secundū illud, *Mundus ergo sum a sanguine iusti huius.* Et alibi, *Sanguis eius super nos, &c. et.* De hac aspersione Petrus ait. *Et aspersione sanguinis Christi, &c.*

(Matt. 27. — 1. Pet. 1. a. — † accipiet quoque sacerdos vnctus.)

c *Velum.* humanitatem Christi. Nam sicut velum erat inter sancta sanctorum, & exterius tabernaculum, ita caro Christi est inter nos, qui exterius tabernaculum sumus, & diuinitatē, quæ per sancta sanctorum significatur. Contra velū ergo testimonii sacerdos sanguinem vituli aspersit, quia Christus carnem suam sanguine passionis cruentauit.

(Velum. — † illum qui est super intestina. — supra 1. b. — supra 3. a.)

d *Contra uelum, &c. et.* Multis nominibus carnem domini appellat, quia operatio eius multa. Vnde ipse dominus seipsum, modo sacrificium, modo pastorē, rursus vitem, deinde panem vitæ, & granum tritici, translatis vocabulis nominauit. Sic & Moyses carnem eius in velum appellauit. Vnde Paulus: *Initiauit nobis uiam per uelamen, id est, carnem suam.* Velum quoq; sanctuarii exhinc appellatur, quia ī eo sancti sanctorum caro figuartur.

(* remouebit. — Luc. 21. b. — Ioan. 10. b. — Ioan. 15. a. — Ioan. 6. e. — Ioan. 12. e. — Heb. 10. d. — B)

e *Super cornua.* Hoc altare sedē Dei, i. Seraphin significat, vnde Esa. *Volauit ad me unus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem forcipe tulit de altari, &c.* Thymiama secundū Lxx. cōpositiones omnium virtutū. Vbi enim decet cōpositas esse virtutes nisi ī sede Dei? de cęlo namq; ad nos descendunt. Vñ Iacob. ait: *Quæ autem de sursum est sapientia.* Quatuor aūt virtutes, sapientia, iustitia, fortitudo, tēperantia, qa cæterarum virtutum genera cōtinent, nominantur cornua. Has inūgit Deus proprio sanguine, confortans, s. maiori & perfectiori virtute, vt possint contra aduersarias potestates fortitudinesq; præualere.

(Esa. 6. b. — Iacob 3. d. — C)

f *Altaris, &c.* Angelicarū virtutū. Si enim homines gratū deo odorem bonorum operū reddunt, quāto magis sancti Angeli in paritate naturæ permanentes? Si aūt peccatū quod Christi sanguine paretur, nō admiserunt, per sanguinem tamen eius nobis pacificati sunt, & numerus eorum reparatus.

(Angeli per sanguinē Christi nobis pacificati sunt.)

g *In basim.* Basis pars altaris inferior, infirmos homines significat. Sanguine enim Christi nō solus numerus Angelorū restitutus est, sed & homo redemptus, ideo Angelorum quoque redemptio Christus dicitur.

(Col. 1. c.)

h *Altaris holocausti.* Corpus Christi. Ipse enim est sacerdos, ipse sacrificiū, ipse & altare. Sicut enim multa operatur, ita cōueniēter multis nominibus appellatur. Vnde Paulus: *Habemus altare de quo non habēt potestatem edere, tabernaculo deseruiunt:* hoc est, corpus Christi de quo non licet edere Iudæis, hoc est in introitu tabernaculi, i. cæli, qa per ipsum, ingressum habemus in cælū.

(Heb. 13. c. — D)

i *Et adipem.* Mystice. Delectationes & desideria carnis, quæ tamen omnia non sunt in Christū recipiēda, sicut gulę & coitus desiderum. Quę autem habuerat, habuit ex nobis, vt sitim & esuriē & huiusmodi. Hæc autem patri obtulit, ad cuius transtulit gloriā, & nobis in exemplum protulit, vt ad Deum desideria nostra referamus.

(Mystice.)

k *Duos renunculos & reticulum, quod est super eos iuxta illa.* ISICHIVS. Quæ fiunt & in sacrificii pacificorum vel salutari. Et in duo sacrificium diuidit vt sacrificium Christi liceat omnibus imitari tam his scilicet qui inferioris sunt conuersationis, quibus sacrificium pacificorū conuenit, quam his qui altiora sequuntur, quibus, sufficit si sequentia imitiantur. Pellē uero & oēs carnes cum capite & pedibus, & cætera. Hoc præcepit ut Christum non diuidas, sicut quidam diuidunt dicentes, Qui de Maria passus, qui de Deo passus non est: *Nobis autē unus est Deus Iesus Christus, per quem omnia.* Caro enim in domino, omnibus humanitas est secundum quod dicitur: *Verbum caro factum est.* Vnde ait, Carnes eius cum capite, & pedibus, uel extremis secūdum alios, vt per hęc verba, eum qui pro nobis passus est, primū & nouissimū esse credamus. Ipse enī est ante omnia, & in ipso cōstant omnia. Cum intestinis & fimo. Lxx. cū uentre & stercore. Venter aūt significat mentem. Eum ergo q pro nobis passus est, mentē humanam habuisse minime dubitemus, quod quidam hæreticorū negant. Fimus, peccatū humani generis, signat, qp crucifixus in se suscepit. Fimus cum sit immundus, gerentem non polluit, neq; naturæ nostræ est. quāuis in nobis sit, sic peccata nostra quæ dominus portauit, aliena ab illo fuerunt, nec eum polluerunt.

(† reticulū. — E — 1. Cor. 8. b — Ioan. 1. b.)

l *Intestinis & fimo, &c.* ORIG. Forte ad cōparationem cælestium corporum, corpus humanum stercus appellatur. Sed & cophinus ille stercoris qui ad radices ficulneæ mittitur, mysterium susceptæ in corpore dispensationis testat, nec in teriora decesse dicunt. Quamuis enim vilē serui formā gesserit, in eo tamen fuit plenitudo diuinitatis. Eadem quoquo de synagogæ vitulo intelligenda.

(Mystice. — F)

Cum per singula figura dominicæ passionis appareat, plenius legislator in sequentibus figurat eius mysterium.

(Phil. 2. a.)

m *Vbi cineres effundi solent.* RVPERT. Locus in quo cineres effundi solent, communis terræ sinus, & humanæ sepulturæ necessitas est. Illic enim cineres, id est, omnium mortaliū corpora mox in cineres resoluenda, effundi solent.

(Li. 1. in Leuit. cap. 16.)

a Quod

---

NIOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Hauriet quoq; *In uase ad hoc apto.*

2 Inferens illum in tabernaculum testimonii. *De hostijs autem supradictis non inferebatur aliquid de sanguine intra tabernaculum.*

3 Asperget eum septies, &c. *Ad denotandum perfectum expiationem, quę per septenarium significatur.*

4 Contra velum sanctuarii. *coram altari thymiamatis, quia illud uelum diuidebat sanctum & sanctum sanctorum. Sanguis enim iste non inferebatur intra sanctum sanctorum, ideo dicitur hic, Contra velum & non intra, unde sequitur.*

5 Ponetq; de eodem sanguine super cornua altaris, &c. *Quod altare erat in illa parte tabernaculi quę dicebatur sancta, & non in alia, quę dicebatur sancta sanctorum.*

6 Adipem vituli, &c. *scilicet super altare holocausti quod erat in atrio.*

7 Pellem vero & omnes, &c. *Per hoc designabatur, quod sacerdos debebat esse elongatus de cetero, non solum à peccato, sed etiam ab occasionibus eius.*

✻ Quod

a *Quod si omnis turba.* Isi c. Idem præcipit in sacrificio turbæ & sacerdotis, vitulū.s. immolari, & extra castra incendi, & sanguinem in tabernaculo offerri. Vnde apertissimè ostendit eadē esse peccata sacerdotis & plebis, quare idē sacrificiū pro vtrisq; oblatū. Hoc quoq; quod immutatū est, ostendit, quia sacrificium vnum est. In sacerdote enim non dixit: Si cognouerit peccatū suum. Non enim peccatū Deus ignorauit, quod vt susciperet, carnem suscepit. De turba autem, id est, de synagoga, uel de plebe adiungit, Et postea intellexerit peccatum suū. Prius igitur ignorauit, sed postea cognouit. Vnde: *Nisi venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, tāquam ignorantes. Nunc autē excusationem non habēt de peccato suo tanquam cognoscentes.* Quando ergo suū cognouerūt peccatum, ad sacrificiū vnigeniti se verterunt. In sacrificio quoq; sacerdotis, ipse super caput vituli manū ponit: hic autē seniores. In Christi enim sacrificio seniores populi, & scribæ, & Caiphas qui ait, *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo*, agebant, & Christus seipsum pro nobis tradidit ad dispēsandam remissionē nostrā. Vnde ait: *Sic faciens quomodo fecit & prius.* Et rogāte pro eo sacerdote, propitius erit dominus: Christus enim factus est pro nobis propitiatio in sanguine suo. Pro ipsis enim crucifixorib. orauit; *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*

Allegoricè. — Ioan. 15. d — * coram domino. — Ioan. 11. f. — † expiabit vel placabit pro eis sacerdos dominum & dimittet eis. — Rom. 3. d. — Luc. 23. e.

✱ Proc. Ignorantia intelligitur legis, aut si forte quis maior vi adactus fuerit in legem committere. Quapropter vociferatur Dauid. *Ne memineris peccatorum iuuentutus meæ, & ab ignorantia mea absolue me.*

✱ Rad. Non dictū est, si sacerdos qui est vnctus, peccauerit, & postea intellexerit peccatum suū, sed tantum si peccauerit. Quod non sine causa prætermisit. Pontifex quippe noster dominus Christus, in se quidem non peccauit, sed in eis quos sibi compaginauit. Horum peccatum nec ipse unquam ignorauit, qui omnia nouit antequam fiant.

Li. 2. in Leuit. cap. 5.

b *Vitulum efferet extra castra.* Isi c. Sufficit nobis conclusio legis ad manifestanda præsentia, nihil enim præcipitur hic mutari pro peccato multitudinis. Manifestū est quod idē peccatū plebis & sacerdotis intelligit, ideo in utroque idem sacrificiū ordinauit.

c *Si peccauerit princeps & fa.* Isi c. Sicut in spōtaneis sacrificiis secundum differentias conuersationū differentias ordinauit sacrificiorū, ita pro peccatis quorum sacrificia ipsis iubet esse æqualia, quorum magnitudo nō modo ex peccato, sed ex persona peccantiū ponitur. *Seruus enim sciens voluntatem domini sui, & non faciens, vapulabit multis, nesciēs, paucis: quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur.* Hic est princeps, qui si peccauerit, hircum offeret. Si quis autem de populo, i. idiota vel popularis, non qui distinctus est forte ad meditandā legē domini (nā hic quoq; princeps est) pro minori peccato caprā offeret. Capra ergo sacrificiū p peccato significat: hircus masculini generis, capra fœminini vim distinguit sacrificij.

Per ignorantiam. Luc. 12. f. Matth. 25. — * congregatio.

Septuaginta χίμαρον, χίμαιραν in Græco quod Latinè interpretatur hędum ex capris, masculum, scilicet, & caprā de hœdis, femellam. Chimarus & Chimara fœtus caprarū sunt, Chimerini, qui circa tēpus nascūtur hyemis, pariūt enim bis, scilicet hyeme & æstate. In hyeme significat tristitia pœnitentiæ, pęnitens enim in tristitia & fletu filios facit, sed non sunt a sacrificio alieni. Chimaros ergo offerūt pęnitētes, vt pote fluctuātes, & vari s peccatorū fluctib. repugnantes, qui si perseuerauerint, nec desperātes, velut i tēpestate gubernacula reliquerint, liberabūtur. Vnde: *Orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbatho.* hyeme pęnitentia designatur, sabbatho otiū bonorū. Sabbathum enim ad otium malorum datum est.

Matt. 24. b

✱ Proc. Notandum quod eisdē hostiis litāt sacerdos & populus, si culpa se contaminauerint, at diuersis suum peccatum diluit princeps Quia princeps quāprimū peccato se contaminauerit, desiit esse princeps & sua dignitate excidit. Itaq; hic colligere licet, sacerdotē esse honoratiorē principe, et populū maiore dignitate, q̄ principē, splēdere. Quapropter priscis tēporib. quidam reges sacerdotali dignitate semetipsos ornauerunt.

Orig. Princeps iste potest dici vis rationis, quę intra nos est, quæ si peccet, ut aliquid stultū agamus, sententiam illam timeamus:

Hom. 2 in Leuit. Moraliter

---

1 a Quod si omnis turba filiorum Israel † ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum domini est: & 2 postea intellexerit peccatum suum, offeret * pro peccato suo vitulum. 3 Adducetq; eum ad ostium tabernaculi, & ponent seniores populi manus super caput eius coram domino. Immolatoq; vitulo in conspectu domini, 4 inferet sacerdos qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonii, tincto digito aspergens septies * contra velum. 5 Ponetq; de eodē sanguine in cornibus altaris, quod est coram domino in tabernaculo testimonii. Reliquum aūt sanguinē fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonii: Omnemque eius adipem tollet, & adolebit super altare. Sic faciens & de hoc vitulo, quomodo fecit & prius: & † rogāte pro eis sacerdote, propitius erit * dominus. Ipsum b autem vitulum efferet extra castra, atque comburet sicut & c prior vitulum, quia pro peccato est multitudinis. 6 Si peccauerit princeps, & fecerit vnum ē pluribus per ignorātiam,

a Synagoga vel plebs Iudaica quæ clamauit. Crucifige, crucifige, & sanguis eius super nos, & super filios nostros. Matth. 27. d. b Pater omnem synagogam posse delinquere per ignorantiam. Vnde: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, &c. Luc. 23. e. c Non scientes, vt sacerdotes. vnde Petrus: scio, quia per ignorantiam fecistis. Act. 3. c. Sacerdotes autem scienter peccauerunt, in scripturis ante omnia prænunciata videntes, & ideo grauius delinquentes.

a Conuersa ad pœnitentiam & prædicationem Apostolorum. Hoc de sacerdote non dicitur.

a Cum cognoscens peccatum suum conuertitur ad sacrificium Christi. Credendo in crucifixum qui redemit genus humanum.

a Christum. Eadem quoque de synagogę vitulo intelligenda sunt. b Fidem suam, s. doctorib. ecclesię ostendat, & ostendat. c Vt supra. d Sicut sacerdos in sacrificio suo.

a Qui principes Iudæorum & summi sacerdotes Christum Pilato tradiderunt crucifigendum. b Vnde: Collegerunt pontifices & Pharisæi concilium, vt Iesum morti traderent, & occiderent. Vnde Caiphas: Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, &c. Io. 11. f.

Beneplacito. a Christus.

a Oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Psal. 44. d.

a Quod expositum est non exponas, actum ne agas.

a Quatuor virtutibus. De sanguine Christi cornua altaris, i. brachia crucis respersa sunt. b Quod est genus humanum quod sanguine Christi aspersum est & redemptum: qui Christus quotidie saluat & redimit.

Vt supra. Fidem crucis.

a Aperte ostendit hęc eodem modo esse facienda & intelligenda.

a Christo qui interpellat pro nobis. Pater.

a Quia extra portam passus est Christus, exeundum est ergo extra castra & portandum improperium eius. b Quia Christus igne passionis afflatus est.

a Synagogæ vel humani generis.

a Cui plus committitur, ab eo plus exigitur. b Sapientia præditus qui ignorare non debet.

---

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quod si omnis turba. *Hic agitur de hostia pro peccato multitudinis, cum dicitur.* Quod si omnis turba, &c. *Dicit Rab. Sa. quod intelligitur per turbam congregatio iudicum manuum ordinariorum, qui erant 70. seniores populi, ad hoc per impositionem manuum ordinati, & in istis totus populus virtualiter continebatur. Potest etiam intelligi, de toto populo, inquantum per ignorantiam senum populus delinquebat.*

2 Offeret pro peccato suo vitulum. Adducetq; &c. *In memoriā vituli conflatilis, in quo peccauit populus: Exod. 22.*

3 Et ponēt seniores populi manus super caput eius. *Protestantes pro se & tota multitudine. Illud dictum est supra de protestatione sacerdotis.*

4 Inferet sacerdos qui vnctus. *Id est sacerdos magnus ut supra.*

5 De eodem sanguine in cornib. altaris, &c. *Hęc exponuntur & totum quod sequitur quantum ad istam partem, sicut expositum est supra in sacrificio pro peccato sacerdotis.*

6 Si pecca. *Hic agitur de hostia pro peccato principis.*

✠ 1 Offeret

MORALITER.

✱ 1 *Quod si omnis turba filiorū.* Sicut populus sequitur sacerdotē in malū, ita sequi dēt in bonum, & ideo post sacrificium pro peccato sacerdotis, ponitur sacrificium pro peccato multitudinis. Et ponitur simile sacrificium, cum dicitur.

2 *Offeret pro peccato suo uitulum.* Ex quo notatur eius immolatio, sicut de sacerdotis peccato, tamen maior gradus virtutis requiritur in sacerdote, propter excellentiorem gradum ecclesię.

3 *Si pec.* Hic agitur de sacrificio pro peccato principis, quod determinatur cum dicitur.

ti neamus. *Vos estis sal terræ. Si vero sal infatuatum fuerit, ad nihilũ valet nisi vt projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

Matt 5. b.

a *Hircum de capris.* Non capram, facilem. s. vel mediocrem sed difficilẽ & asperam pœnitẽtiam. Quanto enim quis intellectu præeminet, tanto si peccat pro maiori culpa maiorem pœnam sustinet.

Deus, sed ut designaret agnũ debere immolari, q tollit peccata mundi. Hoc ergo voluit, illud noluit. Vñ: *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, &c.* Mandauit tamen qũo hæc fieri deberent. Qui hæc carnaliter obtulerit, anima est de populo terræ qui peccat volens faciendo vnum de mandatis domini, quod non fiet.

Exo. 12. a. Esa. 1. c.

b *Ponetq. manum, &c.* per semetipsum peccatum manifestãs, & offerens confessionẽ suam. Ipse autẽ iuxta Lxx. nõ occidit, sed alij, quia illi est necessarium aliorum auxilium, ut pœnitentia suscipiatur, nec sacerdos occideret præcipitur, ait enim.

* χίμαρον.

c *Cumq; immolauerit, &c.* nec eddidit qui immolare debeat, licet enim in sacrificio pœnitentiæ alterius vti adiutoriis, vnde Iacob. *Orate pro inuicem vt saluemini.*

†& ponet super.

d *Vbi solet mactari, etc.* Quia similiter placent Deo digna peccatorum pœnitẽtia & fortia iustorũ opera.

e *Cornua altaris, &c.* Super crucem offerũtur primitiæ sanguinis qui pro peccato offertur, quia opus crucis & effectus, peccatorũ nostrorum perfecta remissio est.

* χίμαρον. i. capellam

f *Et reliquum fundens.* Omnẽ scilicet pœnitentiam euangelicæ prædicationi tribuẽs, cuius intentio est vt se corrigat, & saluetur qui pœnitet. Vnde in principio Euangelij dominus inquit prouidenter: *Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cælorum.*

* eius. † ponet super.

Matt. 3. a.

---

a Vel per se vel per alium. Aliter enim non pœnitet.

quod domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum

a Pro peccato. b Non holocaustum. c Lxx. + chimaron tanquam maiorem hostiam pro maiori peccato. Quia sacrificium pro peccato. d Immaculatam oportet esse pœnitentiam, i. sine peccato cuius pœnitet, ne vel voto vel facto se ad aliud inclinet.

a suum offeret hostiam domino, hircum de capris immacula- 1

b tum, ponetq. manum suam super caput † eius. Cumq. immola

a In conspectu domini peccatum necesse est confiteri. Vnde: Delictum meum cognitum tibi feci.

c uerit eum in loco, vbi solet mactari holocaustum corã domi-

d a Christus. c Opus passionis implens, per quam pœnitentiam perficit.

no, quia pro peccato est, tinget sacerdos digitum in sangui-

a Christi pro nobis immolati. b Delendo. c Crucem, Vnde Cornua in manibus eius Habacuch 3. a. vel angelicas virtutes humanis altiores. Dominici corporis.

e ne hostiæ pro peccato, + tangens cornua altaris holocausti, & 2

a Homines expiandos. b Vt omne desiderium pœnitentis sursum aspiciat, tunc. n. pœnitentia offerentis, in sacrificio pacificorum potest reputari. Reliquum vero remanebit sacerdotib. ad edendum.

f reliquum fundẽs ad basim eius. Adipem vero adolebit supra,

a Istius: Quæcunque in vtroque sacrificio communia sunt communiter intelligenda sunt. b Sacerdos, s. Non. n. sumus idonei dimittere peccata nobismetipsis. Christus. n. nobis propitiationem acquirit.

sicut in victimis pacificorum fieri solet, † rogabitq; pro eo sa- 3

a Finalem causam supponit eorum s. quæ supra dicta sunt.

g cerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quod si pecca- 4

a Vna. b Quæ non occupatur in meditatione legis. c Non dicit, quod si peccauerit in vno omnium reus efficitur vel sit. Iac. 2. b.

h uerit ãnima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam ex his quæ domini lege prohibentur atque delinquat,

+ chimaram. a Mediocrem pœnitentiam. Vt a peccato abstineat dum peccatum mundat.

i & cognouerit peccatũ suum, offeret capram immaculatam, † 5

a Id est, operationem addat statim primæ cognitioni pœnitentiæ.

ponetq; manum super caput hostiæ quæ pro peccato est, & 6

Vt suscipiatur quasi in holocaustum.

immolabit eã in loco holocausti. Tolletque sacerdos de sanguine * in digito suo, & † tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius: † Omnem autem adipem auferens, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adole- 7

---

Et cum notum sit ei peccatum, munus adducit ante dominũ, cũ cognouerit quod dominus non quærit tale sacrificium, quia sacrificium Deo spiritus cõtribulatus, & mauult Deus misericordiam quam sacrificium. Adducit munus suum, cum agno scit immolare sacrificium laudis.

† hirci.

Osee 6. b.

* Rvpertvs. Quærendum est, cur quẽdam uenialis peccati terminum præfigẽs dixerit lex, si peccauerit per ignorantiã? Si enim per ignorantiam peccare, putamus esse discretionẽ boni ac mali non habere, siue mãdata domini non legisse, vel audiuisse, ergo neminem scientiam habẽtium lex domini post peccatũ admittit intra ianuas propitiationis suę. Sed absit hoc. Quis enim in sciẽtia legis maior quã Dauid? & tñ post adulteriũ & homicidium receptus est. Dicimus itaque, quia cũ quispiam eo processerit, ut redargutus de peccato non solũ non emendat, sed opera sua defendere velit, tunc demũ nõ per ignorantiam peccare, sed per sciẽtiam, & proinde excusationẽ non habere dicendus est, est. n. quædam nõ tam ętatis vel simplicitatis quam infirmitatis ignorantia, dum in tentatione sic mens caligine inuoluitur, ut miro modo id quod scit nesciat, & quod uidet non uideat.

Li. 1. in Leuiticum. cap. 19.

† & expiabit eum sacerdos.

† pro peccato suo quo peccauit.

† supra 3. d

Vbi supra

g *Quod si peccauerit, &c.* Orig. Faciens vnum ab omnib. mandatis domini, quod nõ fiet. Diu me in hoc sermone stupor attonitum tenuit. Non. n. consequẽter dictũ video: Quod si peccauerit anima, & fecerit vnum ex mandatis domini, quod nõ fiet. Si enim mãdatũ domini est, quomodo fieri, nõ debuit, cũ mandata, vt fiant, sint data? Video tñ omnes interpretes similiter protulisse. Nõ est ergo error interpretationis, sed sensus profundus. Mandata enim domini quędã data sunt ut fiãt, quędam ut non fiant, sed quæ fieri debent, necessitas poposcit humana, ut in inserta essent quæ fieri nõ debẽt. Agnus immolari in pascha iubet, nõ ut agni hostiã p singulos annos requireret, Deus

Mandata data vt fiãt

h *De populo, &c.* Orig. Ad distinctionem eius qui non est de terra. Neq; enim potest hoc conuenire illi qui dicebat: *Nostra conuersatio in cælis est.* Anima enim non est de populo terrę, quę nihil habet cum terra, quæ in cælis conuersatur, vbi Christus est in dextera Dei sedẽs, quæ cupit dissolui & esse cum Christo, sed manere in carnæ propter nos necessarium ducit.

Vbi supra Phil. 3. d. Col. 3. a. Phil. 1. d. Libr. 1. in Leuit. c. 1.

i *Et postea intellexerit peccatum, &c.* * Radvlphvs. Ego peccati.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Offeret hostiam, &c. *In quo designatur eius principatus, quia est dux populi, sicut hircus caprarum. Intelligitur etiam per hoc grauitas sui peccati, quia hircus est animal fœtidum.*

Peccatum principis.

2 Tangẽs cornua, &c. *Sanguis enim huius victimæ non inferebatur intra tabernaculum, sicut in duob. prædictis sacrificijs.*

3 Rogabitq. pro, &c. *s. pro deuotione & oratione sacerdotis & ipsius offerentis, quæ fiebant in fide Christi venturi, non autem dimittebatur virtute ipsius sacrificij, secundum quod dicit Apostolus Heb. 10. a.* Impossibile est sanguine hircorum aut uitulorũ auferri peccata.

4 Quod si pec. &c. *Hic agitur de sacrificio pro peccato personæ singularis, quod notatur cum dicitur, de populo terræ.*

5 Offeret capram. *Ad denotandum ingnorantiam suam.*

6 Ponetque manum, &c. *Rationibus prædictis.*

7 Omnem autem adi. &c. *prout supra dictum est 3. c. Cætera patẽt ex prædictis.*

NICO-

## MORALITER.

† 1 *Offeret ho. &c.* Nam hircus dux est caprarum, sicut princeps subditorum. Est et animal fœtidum, & per hoc significatur quod peccatum principis est infamiæ & scandali plenum, & ideo princeps pro peccato suo hircũ offert, quando per emendationem debitam scandalum & infamiam aufert, sicut legitur Dauid fecisse 2. Regum 12. d. & Manesses 2. Paral. vlt.

Peccatum principis.

4 *Quod si pec. ani.* Hic agitur de sacrificio pro peccato singularis personæ, cum dicitur.

5 *Offeret capram.* vel ouem, vt dicitur infra eo. c. Hoc autẽ moraliter facit, qui stoliditatẽ vel ignorantiã quæ sibi causa peccati fuit, per attentionem diuinę legis & impletionem eius quantum ad ea quæ sunt de necessitate salutis excludit.

ALLOG. vero potest de Christo totum exponi. D. n. 1. Io. 2. qđ ipse est propitiatio pro peccatis nostris: Et non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. pp quod figuratus fuit per sacrificium sacerdotis, multitudinis, principis, & personæ singularis, pp quod per vitulum immolatum figuratus fuit ratione suæ passionis, & per hircum, & capram propter similitudinem carnis peccati, per ouem ratione vitæ innocentis.

Allegoriæ.

MO-

peccati noticiam nō A eam hic accipio, qua vnusquisque qui male agit, scit peccatum suum esse quod agit, sed eum solum peccata sua veraciter cognoscere existimo, qui peccatum quam perniciosum sit, quantaue pœna plectendū pauido corde ppēdit.

Moraliter. † vel adolebit sacerdos ea.

a *Sin autem de peco.* Isic. Oblationi capræ quam offerunt qui de populo sunt, ouē coniuxnit. In populo enim possunt esse simplices aliqui quibus conueniat sacrificium ouis, quod in holocausti sacrificiis & pacificorum demonstratur. Non solum enim princeps, id est scientia sublimior uel popularis, sed si quis est in populo simplex, si forte peccauerit, pœnitere debet ad redēptionem peccati. Ideo autem non arietem, sed fœminā offerri præcepit, quia popularibus sacrificium fœminarum deputauit. In his euidenter contestans, ut, princeps qui scientia præeminet, non solum exhibeat simplicitatem colūbę, sed & serpentis astutiam. Qui uero in populo est, quāuis simplex, si forte peccet, nō ignoscitur ei nisi, p oblationem pœnitentiæ peccatum diluerit. Cætera expositione non indigent. Cum.n. pro peccato sacrificium fit, de capra & oue similia præcipit.

(a His oblatis pœnitentia nostra & oblatio non sufficit, nisi sacerdos magnus oret pro nobis.)

bit super altare in odorem suauitatis domino, & † rogabitque a pro eo, & dimittetur ei: Si autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatam, ponet manū supra caput eius, & immolabit eam in loco, vbi solent cædi holocaustorum hostiæ. Sumetque sacerdos de † sanguine eius digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquū fundet ad basim eius. Omnem quoque adipem auferens, sicut auferri solet adeps, qui immolatur pro pacificis, & † cremabit super altare incensum domini, † rogabitque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur illi.

(a Qui simplex in populo est. — Quia per simplicitatem peccauit. — a Vt pœnitentia sit munda. — Exposita ne exponas, grandis enim tibi restat via.)

D † & expiabit eum sacerdos. — † sanguine oblationis — † & expiabit sacerdos peccatum ipsius

## CAP. V.

Quæst. 1. in Leuit. An sciens aliquem iurare falsum peccet, &c.

a *Si peccauerit ani. &c.* AVGVS. Videtur dicere peccare hominem qui audit aliquem falsum iurare: & scit eum falsum iurare & tacet. Tunc aūt scit si rei de qua iurat testis fuit aut uidit, scilicet aut conscius fuit, id est, aliquo modo cognouit, aut oculis cōspexerit, aut qui iurat indicauit illi. Ita enim B conscius esse potuit. Sed inter timorē huius peccati & timorē proditionis hominū, non parua extat plerunque tentatio. Possumus enī paratum ad periurium admonendo vel phibendo a tā graui peccato reuocare. Sed si non audierit, & corā nobis falsum iurauerit, vtrum prodēdus sit etiā si proditus incurrat periculum mortis, difficillima qō est? Sed quia non expressit cui indicandum sit, an cui iuratur, an sacerdoti, an cuipiā qui non solum non pōt enim psequi irrogādo supplicium sed p illo pōt orare. Vr mihi qđ se homo a tali peccato exuit, qui talib. indicat, q magis p iurio prodesse q obesse possunt corrigendo. s. vel orādo, si ipse cōfessionis sibi adhibeat medicinā. Notandum tn̄ qđ pro hoc peccato sacrificium nōn iussit offerri, sed statim subiunxit. Anima quæ tetigerit aliquid immundum, &c.

✻ PROCO. Bifariā autem hic locus intelligitur Aut si quis aliquem cognouerit peierasse, & productus testis ut id peccatum indicet, & celare in animum induxerit. Hac tergiuersatione peccatum non sibi paruum cōflat. Aut si quis iureiurādo adactus, vt aliqua q occulta sunt, proferat, cunctatur ea, licet C

### CAP. V.

(a Quælibet non populo terræ vt supra. — Hi pro peccatis sacrificium non præcipitur offerri.)

a SI peccauerit anima & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quod aut ipse vidit, aut conscius est: nisi iudicauerit, b portabit iniquitatem suam. Anima quę

(Falsum. — a Rei quę iuratur. — a Sacerdoti, vel ei qui prosit non obsit.)

cet sciat, palā facere, a peccato non immunis est. Nā si quis non indicet delinquentē, nec obseruet delatum auctoritate iudicis iusiurādū, peccatum peccatoris in se transfert. Nō.n. solum nos a peccatis abstinere oportet, sed redarguendo, & iudicando peccati radix amputanda est. BEDA. Manifestum quod nequaquā debemus in peccato alterius polluere conscientias nostras, nō solum pariter agendo, sed etiam quę illicite gesta sunt, reticēdo. Spiritaliter autē anima illa quæ legitur. *Iurauit dominus & non pœnitebit eum. &c.* audit vocem iurātis vt faciunt Scribæ & Pharisæi. Hæc semper meditantes, sed tamē tacētes nunciare populū voluit, ne Christi fateāt aduētū.

In Leuit. E

ISIC. *Si peccauerit, &c.* Non repetit q superius dixit, gñaliter de omni peccato agens, & q debeant offerre pcipiēs. Cū .n. dixit, Si peccauerit anima de populo terræ. &c. Carnalem Israel ostendit, q cognoscens mandata legis Dei, non debuit quippiā transgredi, transgressus autē debuit pœnitere. Nunc autem dicens: *Si peccauerit anima,* non addit, de populo terræ. Ait.n. de peccatis, quib. fit necesse ēt gentes abstinere. i. idolothitis suffocatis, sanguine & fornicatione, sicut & in sequentibus inuenies. Superius quoque peccatū per semetipsum delinquentis, hic autē alienis peccatis contaminatum demonstrat. Hoc n. innuit tactus immundi morticini & a bestia capti, apertissime ostendens, quia alterius peccatis uel errori nō debemus consentire, sed arguere.

Allegoric.

b *Anima quæ tetigerit.* ISICHIVS. Non corporis, sed rei immūdas ta.

Moraliter F

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. V.

Diuisio.

1 SI peccauerit anima. *Hic consequēter agitur de oblatione seu sacrificio pro peccato ex passione vel negligentia facto. Et primo in his, quæ contingunt in conuictu hominum. Secundo in abusu sacrorū, ibi:* Locutusque est &c. Anima si. *Prima diuiditur in tres partes, secundum tria genera peccatorum. Secunda ibi:* Anima quæ tetigerit. *Tertia ibi:* Anima quæ iurauerit. *Primum contingit ex inordinata affectione amoris vel odij, vel huiusmodi, videlicet, quando requiritur ab aliquo iuramentum de dicenda veritate in casu testimonij, & tacet veritatem ex inordinato amore ad illum, qui damnificaretur, vel pœna puniretur, si ipse deferret testimonium veritati, vel econuerso, quando tacet veritatem ex odio. s. in casu in quo aliquis liberaretur a calumnia si veritatem diceret, & hoc est quod dicitur.*

2 Si peccauerit anima. *Et subditur modus peccandi cum dicitur.*

3 Et audierit. *Et accipitur, & pro id e. l.*

4 Vocem

4 Vocem iurantis. *i. adiurantis eius. s. pro requiri ab eo iuramentum. Vnde in Hebræo habetur.* Vocem iuramēti, *s. quod ab eo requiritur, vnde subditur.*

5 Testiq. fuerit, etc. *Id est vocatus in teste de eo quod vidit, aut per alium modum sciuit.* 6 Nisi indicauerit, portabit, *indici requirētu ita quod per eius taciturnitatem deficit declaratio ueritatis. Ex quo patet, quod ista lex non loquitur de occultis omnino, quæ non possunt probari.* 7 Portabit iniquitatem etc. *Quia si talis taciturnitas declararetur postea coram iudice, debet ab eo puniri si autem fuerit occulta, debet pro peccato suo sacrificium Deo facere, & cum hoc damnum restituere proximo, quod per suam taciturnitatem intulit.*

8 Anima quæ tetigerit. *Hic ponitur secundum genus peccati, & accidit ex negligentia, s. quando aliquis ex tactu rei immundæ polluitur, & negligit ad purificationem recurrere, & tunc oblitus suæ immunditiæ intrat atrium tabernaculi, vel comedit de sanctificatis, quæ non sunt licita nisi hominibus mundis. & hoc est quod dicitur.*

✻ 1 Et obli-

## MORALITER.

✻ 1 *Si peccauerit anima.* Hic sensus literalis est moralis, nā ille qui tenetur testificari, veritatē nouit & tacet, peccat, de quo debet satisfactionem facere per debitam pœnitentiam, & si per taciturnitatem proximum damnificauit, tenet ad restitutionem.

8 *Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum.* Nihil apud Deum immundū reputatur, nisi peccatum, & ideo moraliter immundum tangit, qui peccato corde cōsentit, vel qđ peius est, opere perficit.

das tactationes ostendit. Vnde: *Quod intrat in os non coinquinat hominem, sed quæ exeunt à corde, prauæ cogitationes, scilicet homicidia, adulteria & huiusmodi, hæc sunt quæ coinquinant hominem*: ideo immunda dicuntur. Morticinum enim hominẽ in peccato mortuum significat. Vnde: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos*. A bestia captus est, qui a diabolo ad peccandũ illectus est. Lxx. addiderunt immũdũ. Nõ enim omnis qui a bestia capitur, omni modo occidit, vt Petrus, sed potest dicere cũ Dauid: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium*.

Mat. 15. b. Matt. 8. c. Ps. 123. c.

✱ RADVLPHVS. Nõ sine causa interpositum est, Et oblita fuerit immũditiæ suæ, parcitur enim humanæ fragilitati. Quis enim est qui nesciat, humanorũ affectuũ inuito nonnunquam ipso qui patitur, labilem discursum? Si igitur affect⁹ tuus repẽte ad aliqua illicita se inflectat, qđ est quasi mortuũ tangere, si tu sentiens statim repugnaueris, si teipsum reprehenderis, nequaq̃ propter hunc tactum immũdus iudicaberis, imo si de teipso tibi cesserit victoria, corona donaberis. Si vero huiusmodi cogitatione illectus neglexeris, si libenter in ea mortuus fueris, et si opere non expleas, pollueris, eo quod immundũ corde tangens, temetipsũ non arguis. Hæc est obliuio de qua lex loquitur.

Li. 3. in Leuit c. 4.

† lateerit eam · † secundũ hominiũ quę solet proferre homo cũ iuramento. · † de gregibus. · † expiabit que sacerdos peccatum eius.

Moraliter. GREG. Iuramentũ pferre est voto nos diuinæ seruituti alligare, cũ bona opera promittimus, bene facere spondemus, cũ abstinentiã & cruciatũ carnis vouemus, nobis male facere iuramus. Sed qa nemo est qui interdũ iter pia vota nõ peccet, p peccato agna siue capra offerri pręcipitur, per agnã actiuæ vitæ innocentia: p caprã quę in summis rupibus pascitur, contẽplatiua vita significat. Qui ergo se ast̃ixit pmissa nõ implere, seipsũ dẽt vel innocẽtia bonorũ, vel in sublimi pastu cõtẽplationis ascẽdere. Et notandũ quia agna de gregib. capra uero de gregib. iubetur nõ offerri: qa actiua vita multorũ est, cõtẽplatiua paucorũ, & cũ agnus quæ multos agere cõspicim⁹ quasi agnã de gregib damus. Sed si offerentis virtus ad agnã caprãq; non sufficit, in remedio pœnitentiæ duo pulli columbarũ, vel duo turtures offeruntur. Pulli columbarũ gemitũ habẽt p cãtu. Ergo per duos pullos colũbarũ, aut duos turtures, duplex pœnitentiæ gemitus designatur, quia sic recta neglecimus, praua

Actiua vita & contẽplatiua.

a Imitando. b Quod procedit de corde coinquinat hominem. Peccatum alterius. d Spiritualiter. c Diabolo s. Spiritualia vitia significat, quæ instigante diabolo perpetrantur, vt est odium, inuidia, & huiusmodi.

tetigerit aliquid immundum, siue † quod occisum à bestia est,

a Propria concupiscentia. b In carnalibus peccatis quæ sunt g. l., luxuria, & cætera, quæ ex humana concupiscentia procedunt. c Quod pectore & ventre graditur. Hos significat qui tantum terrena capiunt & curant, nihil de cælestibus cogitant: ergo polluitur qui tales imitatur. d obliuio n. animæ inquinatio est.

aut per se mortuum, vel quodlibet aliud reptile, & † oblita 1

a Patiente. fluxum sanguinis vel seminis, & menstruatas, & quosdam alios significat, de quibus paulo post subtilius legislator agit. b Consentiendo vel faciendo.

fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit. Et si tetigit quic- 2

a Non omnis immunditia hominis polluit tangentem.

quam de immunditia hominis iuxta omnẽ impuritatem, qua 3

pollui solet, † oblitaque cognouerit postea, subiacebit delicto. 4 5 6

Aperte pronuncians. a Lxx. distinguens labijs suis, i. diffiniens & secernens a cæteris, quæ solo dicto non tenentur. b Vt Herodes Herodiadis filiæ.

a Anima quæ iurauerit & protulerit labiis suis, vt vel male quid 7

a Et non fecerit. b Bene vel male facere.

faceret vel bene, † & idipsum iuramento & sermone firmaue 8

a Prius ignorans. b In omnibus quæ dicta sunt.

b rit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, † agat pœni- 9

a Perfectam innocentiam. Aptam simplicibus. Quia de populo. b Perfectam pœnitentiam.

tentiã pro peccato, & offerat de gregibus † agnum siue caprã, 10

a Patrem. Id est orare nos faciet vel sanctos pro nobis. b Christus. c Consuetis vtitur verbis, ad memoriam reuocans ea quæ in deprecatione pro peccatis accepit.

c † orabitque pro ea sacerdos & pro peccatis eius. Sin autem nõ 11

D praua fecimus: vtrũ turturem pro peccato offerimus, cũ p culpa gemimus, de altero holocaustũ facimus, cũ pro bonis neglectis nosmetipsos fundit⁹ succedẽtes igni doloris ardemus.

a *Anima quæ iurauerit. &c.* AVG. Quid est q̃ pro tacito periurio, vel tacto morticino, uel aliquo immundo nullũ sacrificium præcipitur? Pro eo vero q̃ quisque falsum nesciẽs iurat, agnam vel capram offerri decernit, an pro omnibus supradictis hoc sacrificiũ oportet intelligi? Omnib. enim enuntiatis intulit sacrificiũ expiationis.

Quest. 2. in Leuit.

† cadauer feræ immundæ, vel cadauer animalis mundi vel cadauer reptilis immũdi. · † lateerit eam. · Li. 3. in Leuit. c. 5. · † confiteatur in qđ peccauit. · † agnam.

✱ RADVLPHVS. Quod dicit, Anima quæ iurauerit, & protulerit labiis suis, & iuramẽto firmauerit, eiusdem verbi repetitio est. Notandus autẽ in utroque conuersus ordo dicendi. Magis enim congruè dictum uideretur, Anima quę protulerit labiis suis & iurauerit, rursumq;, & iuramẽto firmauerit. Nã ad verbi confirmationẽ postquam iuramentũ præmissum est, sermo superfluit. Modus locutionis est, quem B. Augustinus in lib. Iudicũ sic notat dicẽs, *Perforauit caput eius & percussit*. i. percussit & perforauit. Sic hoc loco, Anima quæ protulerit labiis suis, & iurauerit, & id ipsum iuramẽto & sermone firmauerit. i. prius sermone & postea iuramento. Nã iuramento vt diximus præmisso sermo nihil conferret.

E · Iudic. 4.

b *Intellexerit delictum*. ISIC. Notandum quod delictum aliquã aliud significat qđ contra solum pfumit Deum vt in sanctis uel in iuramentis. Aliquando omne peccatum qđ ad scientiam peruenit, legislator delictum dicit. Vbicunq; autem cognitio peccati siue præferatur siue subinferatur. delictum uocatur. Cũ .n. delictum cognoscitur, in Deum delinquitur. Non n. frustra legislator hoc sermone vtitur, nam quemadmodum differentes conuersationes hominum in exordio per holocausta & sacrificia salutaria designauit, vt vias multas aperiret, ita non vnã sed multas species oblationũ pro peccato sanciuit, ut plures modos pœnitentiæ proponeret, quoniam non omnia possumus omnes, nec omnis pœnitentia oĩ peccato cõuenit. sed congrua. Saccum nãq;, ieiunium lachrymas, orationẽ cõtinuam, & similia, senex vel ĩfirmus quõ sustinebit? sed habet alium pęnitendi modum, sicut sequentia ostendunt.

Delictum. · Virgilius in bucolicis. · F

c *Sin autem non potue. &c.* ISICHIVS. Hoc adiiciamus, ut si quid

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et oblita fuerit im̃i, &c. *Et sic ingeret se intra atrium, vel comederet sanctificatum.*

2 Rea est & deliquit. *Debet .n. purgari sacrificio si fuerit ignoranter factum, si autem scienter, debet puniri, ut dicitur infra vij. ca.*

3 Et si tetigerit quicquam de immun. ho. *id est hominis mortui, vel seminiflui, vel menstruatæ, vel aliorum quibus polluitur homo ex contactu.*

4 Oblitaque, &c. *suæ immunditiæ, fecerit ea quæ prædicta sunt.*

5 Cognouerit postea. *Peccatum suum per recordationem suæ immunditiæ.*

6 Subiacebit delicto. *Modo prædicto. Considerandum quod in istis duobus generibus peccatorum prædictis non determinatur hic aliquod sacrificium quo debeant expiari: & ideo dicunt aliqui, quod tale debet fieri sicut in casu sequenti, vbi ponitur forma sacrificij pro illo casu & duobus præcedentibus. Alij dicunt, quod sacrificium hic non determinatur, quia debet fieri secundum arbitrium sacerdotis.*

7 Anima quæ iurauerit. *Hic ponitur tertium genus peccati quod similiter accidit ex negligentia, videlicet quando aliquis iurat se facturũ aliquid, & negligit adimplere, & ex tali negligentia dat obliuioni, & postea recordatur, & hoc est quod dicitur:* Anima quæ iurauerit, &c. *Et sequitur.*

8 Vt vel male quid faceret. *Dicunt hic aliqui quod hoc intelligitur de malo pœnæ sibi infligendæ, vt pote si iurauerit quod se affligeret ieiunio, vel alio modo ad carnis mortificationem. Dicunt aliqui, quod hoc etiam potest intelligi de malo culpæ, vt si quis iurauerit damnificare proximum iniuste, vel aliquod huiusmodi, non quia tale iuramentum sit adimplendum, sed quia sic iurando peccauit.* 9 Oblitaq; postea intellexerit delictum suum. *s. male iurando, vel iuramentum licitum non implendo.* 10 Offerat de gregibus agnam siue capr. *Si facultas eius ad hoc se extendit.* 11 Sin autem &c. offerat duos turtures uel &c. *Cætera patent ex prædictis vsque ibi.*

✱ 1 Et dimit-

## MORALITER.

✱ 3 *Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis &c.* Immunditiã hominis tangit qui eo suadente verbo vel exemplo, peccatum consimile facit.

4 *Subiacebit delicto*: Id est, pœnæ pro peccato secundum arbitrium boni confessoris.

5 *Anima quæ iura.* Hic agitur de transgressione iuramenti per obliuionem implendi. Ideo subditur.

9 *Postea intellexerit.* per recordationem.

9 *Agat pœnitentiam.* de omissione eius qđ iurauerat facere.

10 *Et offerat de gregibus agnam.* Id est, redeat ad innocẽtiã, quæ per agnã significat, & hoc facit cũ fideliter implet qđ omisit.

10 *Siue capram.* i. agat pœnitentiam corporalẽ, si eius quod omiserat, non habet implendi facultatem, uel.

✱ Deui

potuerit offerre pecus offeret duos turtures, vel duos pullos † columbarum domino vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, dabitque eos sacerdoti. Qui primum offerens pro a peccato retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo ad- b hæreat, & non † penitus abrumpatur, & asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit fa- c ciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. Alterum vero in holocaustum adolebit, vt fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur 1 d ei: Quod si non quiuerit manus eius offerre duos turtures, aut 2 duos pullos columbarū: offeret pro peccato suo similę partē 3

a ¶ Agnam vel capram: b ¶ Contemplatiuam vitam, & meditationem legis intentam. c ¶ Seculum relinquat: turtur. n. soliuagus solitudinem significat. d ¶ Munditiam, & simplicitatem.

a ¶ Ingentem gemitum & luctum mente, & corpore. b ¶ Pro emundatione peccati.

a ¶ Quia tota conuersatio Deo consecratur. ¶ Quia non offerebatur sacrificium pro peccato, cum autem de holocausto loquebatur, turturem nominauit, & duos non dixit. b ¶ Christo: quæ. n. secundum spiritum aliquando ipsum sempiternum, & eo mediante offeruntur, accepta sunt. c ¶ Nemo offerens potest holocaustum fieri, nisi prius a peccato liber fuerit, modum libertatis supponit dicens retorquebit.

¶ Mentem. a ¶ Lxx spondulæ vel spondili, toti, s. corpori, quia colli firmitas, sanitas & substant a corporis est.

a ¶ Vnde: Soluite templum hoc, &c. Io. 2. d.

a ¶ Corporis Christi.

a ¶ Omnino abrenuncians seculo.

a ¶ Admirabilis legislator Deus, qui humanæ imbecillitati condescendit, & modum reperit per quem non minora mereantur infirmi.

a ¶ Lxx. non inuenerit, quia. s. diuitiis pœnitentię abutendo importune expendit. b ¶ Minus ergo hædum vel ouem offerre potest.

¶ Quasi ne desperet.

A quid horū princeps peccauerit, hircum offerat de capris, condignā s. pœnitentiam sibi, qui nec peccare debuit, nec cōmunicare aliis, nec subditos ad peccandum prouocare. Quod ergo euenire non debuit, indiscussum reliquit.

1. Tim. 3. a — *Sin autem &c.* ISICHIVS. Qui non potest affligere se continue cinerem vt panem manducare, potum cum fletu temperare, & his similia, semetipsum ad contemplandum Deū, legis studium penitendo offerat, totam mētem suam cælesti cōuersationi consecrās, terrena plenissime deuitans, vnde speratur remissio peccatorum & iustificatio. Ideo vnū fit pro peccato, id est, pro emundatione peccati, alterum in holocaustū, quia seipsum plenissime Deo sacrificat.

Moraliter. & dignum nota.

† diuidat.

Hom. 7. in Ezechiel. Allegoric. — a *Retorquebit caput.* GREGO. Mors Christi ad coniūctionem sui corporis, id est, ecclesiæ, non ad separationē valuit. Mediator enim est Dei & hominū & caput nostrum, & veræ mūdationis hostia, & dum ꝓ nobis hic mortē pertulit verius inhæsit. Post sectionē ergo caput turturis suo corpori inhæret, q̄a Christū ab ecclesia nec mors diuidere valet. Persecutores intulerūt mortē, vt ab eo scinderēt fideliū deuotionē, sed inde fides creuit, cū crucifixū sepultū viderūt eū ab amore oīū diuisisse crediderūt. Sed caput turturis īcisū est, nec a suo corpore abscisū, ex eo eīn ꝙ ꝓ nobis mortē ptulit, oēs nos sibi veri⁹ in ipsā mortē suā ꝯiuxit.

1. Tim. 2. b

B

Vbi supra. Moraliter — GRE. *Retorquebit, &c.* In sacrificio Dei turtur esse debemus, vt caput nostrū ad pēnulas retorqueatur. i. sensus ad virtutes. Per caput mentē intelligimus q̄a sicut caput corpus, ita mēs actiones regit. Sed caput collo inhæret, nec fundit⁹ abcindit, q̄a mēs nostra a carnis delectatione est separāda, non a carnis necessaria cura, nec curā carnis faciamus in desideriis Caput ergo turturis partim ascindatur, & partim collo inhæreat.

Rom. 13. d — b *Abrumpatur, &c.* Vult nos nō seruire corpori, sed abrūpi vel retorqueri, ne lex peccati regnet in membris nostris. Quia vero corpus nostrū nō debem⁹ odio habere, nec diaboli factură ſm hereticos existimare, sed mēti supponere, nō ꝑcipit separari corpus a collo, vtrunque. n. vnius eiusdemq; creatura est.

c *Fundamentum, &c.* Lxx. basim quod est euangeliū quia secūdum intentionem sacrificii Christi & euangelii debet sacrificium pro peccatis offerri. Vnde addit: *Quia pro peccato est*, nihil. n. sic a peccato eripit quemadmodum imitatio Christi, & obedientia euangelicæ prædicationis.

Li. 3. in Leuit. cap. 6. — d *Quo si non quiue.* Quia non omne tempus ad pęnitentiam facile, quando s. ipsa pęnitentia abutimur, & fructum eius ad peccatum redeuntes abolemus, legislator innuit dicens. *Quod si non quiuerit manus eius, &c.*

✱ RADVL. Multa hominum erga Dei cultum negligentia, sed maior Dei erga homines misericordia. Ecce, n. cum peccatorib. pęnitentiæ & vitæ correctoris remedia ostensa sunt, si si quis salutis itera ggressus defecerit, diuina adhuc patientia supportatur. Et si morte imminente, exequendi voti facultas adempta fuerit, ne sic quidem deseritur, sed si vel tunc ꝯuerti

C

D ti uoluerit via illi ostenditur qua saluetur. *Si autem*, inquit *non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, &c.* Qui pecus offerre non possunt, illi sunt q mortis propinquitatate iniunctā pęnitentiā explere, seu iustis laborib. se subdere nequeunt. Offerāt igitur duos turtures, siue duos pullos, &c. Turtur. n. & columba pro cantu gemitū habent. Qui ergo seipsū affligere nequit, gemat. *Quod si non quiuerit, &c. Offerat similam partem Ephi decimam.* Similam offerat. Quod in potestate habet, faciat, & mala quæ apud sed celabat, sacerdoti per cōfessionem prodat. Supra diximus per similā, cogitationū subtilitatem designari. De hac igitur decimam partem ephi offerre pręcipitur. In denario ꝑfectio intelligitur. Dignum enim est, ut qui peccatorum suorum cōfessionem facit, consummet eam omnia quę ad memoriam reuocare potest domino pādens, non alia prodens, alia abscondens.

Quęs. 8. in Leuit. — 3 AVGVSTINVS. Quæritur vtrum vbique accipiendum sit q̄d dictum est, si non ualet manus eius offerre ouē, eū debere par turturū aut duos pullos columbarū. Et si hoc quoq; nō ualet, certā similaginis quātitatē. Si. n. vbiq. intelligit nō p̄t, dici sacerdotē nō hr̄e vitulū. aut synagogā, aut principē nō hr̄e caprum aut ouē. Et si ita est, q̄d opus erat postea dicere, tacitum piurium aut tactū immundū, & ꝑiurium ꝑ ignorātiā factum purgari sacrificio agnæ vel caprę, cū idē ꝑceptum sit in illa gn̄ralitate, ad quā ista potuerunt ptinere? Si aūt ista discernunt, ꝙ licebat ꝑ eis turtures vel colūbas, vel sic hęc nō essent, similā offerri, vbi aūt no dictum est nō licebat, nō vr̄ subuētum esse pauperib. qm̄ multa possunt esse delicta nō specialiter expressa, q̄ ad illā gn̄alitatē referuntur, vbi grauarēt inopes, si tm̄ caprā & agnā nō ēt & illas auiculas & similā offerri licebat. Nisi forte q̄s dicat discerni ista nominatim expressa ab illis q̄ gn̄raliter sunt memorata, quia hic agnā dixit, ibi ouē vt ætas aliq̄ faciat differentiā, dum tm̄ intelligat pauperib. subuentum, ut si nō habeāt illa quadrupedia, memoratas aues vel similaginē offerāt ꝑ peccatis ignorātię. Si aūt monet, quare cum gn̄raliter oīa peccata ignorantiæ cōcluserit, & sacrificia nō ꝑ distātia peccatorum q̄ non fecerat, sed ꝑ distātia personarum distinxerit, postea noluerit ēt peccata distinguere, & sacrificia ꝑ eorum varietate & diuersitate ꝑcipere? Quasi nō ad illā gn̄ralitatē pertinerēt oīa, sic factā postea exceptionē oportet intelligi, vt q̄cunq; remāserint his exceptis, q̄ specialiter memorata sunt, in nulla gn̄raliter intelligam⁹. Qui mod⁹ locutionis in scripturis tm̄ sāctis reperit. Tale est illud: Omne pctm̄ q̄d cunq; fecerit hō ex̄ corpus est. Nihil. n. peccati prętermisisse vr̄, postea tn̄ excipit. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat, q̄d ſm consuetudinē locutionis ita diceretur: Omne peccatum quodcunq; fecerit hō, fornicatione excepta ex̄ corpus est. Qui autē fornicat̄, in corpus suum peccat. Ita. & hic cum prius gn̄raliter illa omnia ignorātiæ peccata dixerit, quæ illis commemorauit sacrificiis expianda, postea excipit illa quibus distinctè positis certam ☞ sacri-

E

1. Cor. 6. b.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et dimittetur ei. *Dicit hic Rab. Salo quod si esset iuramentum de pecunia vel alia re quæ potest pecunia mensari, vt si iurasset se datu ram alteri centum solidos uel huiusmodi, non esset liber pro huiusmodi sacrificiis, sed teneretur implere iuramentum, nisi excusaretur per impotentiam superuenientem uel alio modo.*

2 Quod si non quiuerit, &c. *i. facultas ipsius offerre aues.*

3 Offeret pro peccato similæ partem ephi. de: *Quanta aūt sit mensura ephi, dictum fuit Exo. 26.*

✱ 1 Non

*MORALITER.*

✤ † *Duos turtores.* s. corde & ore gemendo, si fuerit impotēs ad pęnitentiam corporalem.

† *Duos pul. &c.* i. actus geminæ charitatis, nam *uniuersa delicta operit charitas*, Prouerb. x. b. Vel similam. i. farinā tritici, quæ ꝑfectam significat contritionē, eo ꝙ farina teritur inter molas.

✱ *Anima*

A sacrificiorum purgationem adhibere, ut cetera omnia ab istis ad illam generalitatem pertinerent.

a *Ephi. Is.e.* Mensura est trium mensurarum, id est, tres modios continens. Christus ergo est, qui sacrificiũ offert, & ipse sacrificium est. Quia ephi mensura, trium modiorũ trinitatẽ innuit, quia vna mensura est, quia in ea vna deitas est. Tres uero habet mensuras. i. tres personas perfectas, & totidem subsistentias, ut nõ peccemus, si partem, carnem domini dicimus propter inseparabilẽ incarnati uerbi vnionem, pars autẽ est trinitatis, q a gloria eius & uirtus est indiuisibilis, vnde Apostolus *In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Et Ioannes. *Qui negat filium, nec patrem habet. Qui confitetur Iesum, & patrem habet.* Christus ergo est ephi, habens in se plenitudinem trinitatis, decima eius, caro, in quo ostenditur sublimitas diuinitatis eius humanitatis respectu, propter quod pars dicitur, & integro homini verbum incarnatum est, qui & legẽ impleret. Denarius perfectus est, & decem legis continet mandata. Vnde & decimæ decimã præcipuam sacerdoti, id est, Christo lex deputauit, quasi malæ nostræ primitias habenti Qui ergo post prouocationẽ pœnitentiã vult agere, in spe Christi agat, q ait *Non dico tibi septies, sed usque septuagies septies*, in quo frequẽter peccantib. spem pœnitentiæ nõ aufert, ideo implet pugillũ in memoriã eius qui obtulit. i. memor verbi sui, quo ait. *Nõ peribunt in æternum, & non rapiet eos quisquam de manu mea*. Pugillum monimentum offert, i. verbum secundũ quod promisit non perire eos qui sub manu eius fuerint.

b *Non mittet in eam, &c.* Quasi non est hæc perfecta pœnitentia, ideo oleum non habet spiritualem lætitiam hilaritatis nec thus, quia nec confidẽdum est ei in orationib. Sed tradat qui offert oblationem sacerdoti, id est, spem salutis committat diuinæ pietati.

c *Quia pro peccato.* Quia nescit vtrũ boni odoris sit oratio eius qui frequenter præuaricatur. Vnde *Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionẽ?* Nõ sint ergo desperare, nec tamen præsumere, ne iterum negligentes sint.

d *Pugillum.* In pugillo scriptura significatur quo scribit. Scriptum est autem: *Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies.* Per pugillum ergo innuit Deum exorandũ esse, vt meminerit scriptę misericordię suę, vt eã nobis donet, sicut fratrib. donari iubet, hoc. n. ornatem mundabit sacerdos magnus.

e *Anima si præua. &c. Is. c.* Ab omni peccato abstinendũ est, sed maxime ab eo quod contra sancta cõmittitur, quantum autem sit horrendũ, oblatio testatur. Nusquam enim a principio historię, nisi hoc in loco aries offerri iubetur, in quo necessitas & vtilitas sacrificii phibetur, non offertur hic hircus, nõ capra, non ouis, non par turturũ, aut duo pulli columbarum.

*Margin: Allegorice. Trinitas. * odorem eius, vel in monimentum eius. Colos. 2. b. 1. Ioã. 2. d. * domino. Iudicium. Num. 18. d. Matt. 18. c. Ioan. 10. f. Ioan. 3. d. Matt. 18 c. D Peccatum contra sancta.*

a ¶ Perfecte credendo in sanctam trinitatem. Ephi nanque tres modios continet, & denarius perfectus est. b ¶ Timere debet, ne forte suscipiatur cuius pœnitentia maculatur, quasi misericordia & compassione indignus. c ¶ Lætitiam hilaritatis. d ¶ Nec spem salutis ponat in orationibus.

a ephi decimam. Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid b imponet, quia pro peccato est: tradetque eam sacerdoti: Qui c d plenum ex ea pugillum hauriens † cremabit super altare † in monimentum eius qui obtulit, rogans pro illo & expians: reliquam vero partem ipse habebit in munere. Locutusque est e dominus ad Moysen, dicens: Anima si prẹuaricãs ceremonias f per errorem in his quæ domino sunt sanctificata peccauerit, offeret * pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, † g qui emi põt duob. siclis iuxta † pondus sanctuarii, † ipsumq. q

¶ Christo. a ¶ Quo scripta significatur misericordia. b ¶ Altare corpus est eius, quod omne suscepat peccatum: etiam quod videbatur non purgandum, ideo addit, quia pro peccato est, ostendens, quia Christus omnia peccata suscipiet. a ¶ Quia misericors & fidelis sacerdos est, qui orat pro peccatis populi. a ¶ Solus. b ¶ Id est, grata sua offerentem saluabit. a ¶ Vsurpauerit scil. quod debetur sanctis vel sacerdotibus vel oblationibus. a ¶ Firmiter credat, plenam fiduciam habeat in redemptione sanguinis Christi: hic est. n. aries inter vepres hærens cornibus. b ¶ Delictum appellat quod in scientia est, quod in iurando aut in sancta agendo commissum est, quia æque contra Deum est. Saluatorem qui peccatum non fecit. ¶ Dilectione Dei & proximi cum innocentia.

* THEO. Sepenumero contingebat quẽpiam negligentia lapsum, opportuno tempore non offerre quę Deo sunt consecrata, veluti primogenita, &c. Hunc ergo qui negligenter deliquerit, grauius punit. Primum enim iubet eũ exoluere quod Deo debetur, addita iusti pretii quinta parte, tum pro delicto arietem in sacrificium offerre quinquaginta siclos ualentem, & ita peccati remissionem consequi.

*Margin: Quasi. † super oblationes domini oblatio est pro peccato. Et expiabit sacerdos peccatum ipsius & dimittetur ei, & erit sacerdoti sicut sacrificium. ‡ & quod peccauit de sanctificatione vel cõsecratio.*

PROCOPIVS. Scilicet si quid ex illorum numero quæ domino consecrata sunt expilauerit sacrilege, aut vota non soluerit Inquit enim. *Fili, si uoueris uotum domino, ne cuncteris id persoluere.*

E f *Ceremonias per, &c.* ORI. Multæ species sanctificationis sunt. Est oleum, quo vngitur solum tabernaculũ. Et thymiama, de quo dicitur: Quicunq; talem compositionem fecerit, peribit de populis. Panes quoq; propositionis soli mares comedunt, qui sunt de stirpe Aaron. *Hom. 4.*

Mystice aũt in his q sanctificata sunt, peccat, qui in sacro loco aliquid irreuerẽter vsurpat, vel res diuinas indigne tractat.

g *Duobus sic.* Duo sicli, duo præcepta charitatis sunt, qubus peccator emit sibi confidẽtiam remissionis. Nihil. n. valet pœnitẽtia sine gratia remissionis, vnde iuxta Lxx. aries quinquaginta siclis emitur, quia per pœnitentiã & geminæ charitatis obseruantiã perfecta requies acquiritur, qñ remissio peccatorũ datur. Lxx. argẽti quinquaginta siclis, siclo sancto. Nemo .n. acquirit domini sacrificiũ nisi per spiritũ sanctum, q a *nec potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto* Quinquaginta vero spiritus sãcti aduẽtũ significat, q a die pẽtecostes. i. quinquagesima ad Apostolus venit. Lxx. siclo sancto. In siclo sancto, spiritus sancti virtutẽ & operationẽ signauit. Siclus xx. obolorũ est, vicenarius obnoxius peccati nõ est. Vnde qui de Aegypto exierũt cũ essent xx. annorũ, peccati populi pœnã nõ susceperunt Mundus quippe est ab omni peccato spiritualis homo.

*Margin: 1. Cor. 12. Num. 14. F*

a Et

NICOLAVS DE LYRA.

* 1. Non mittet in eam oleum neque thus. *Dicit Rab. Sa. quod oblatio est pro peccato, ideo non debet decorari, oleum autem immissũ decorat quantum ad colorem, quia lucidum facit illud, in quo immittitur, thus autem quod est aromaticum, decorat quantum ad odorem. Doctores autem nostri aliam causam assignant, videlicet, quia per oleum designatur Dei misericordia: per thus vero quod est odoriferum, acceptatio diuina, & ideo in oblatione pro peccato non ponebatur oleũ nec thus, quia peccator non debet seipsum assecurare quod peccatum sit sibi dimissum, uel munus suum Deo acceptum, sed debet semper timere.*

2 Reliquam uero partem, &c. *Ratione laboris sui in immolatione sacrificij.*

3 Locutusque. *Hic consequenter describitur oblatio pro peccato qđ consistit in abusu sacrorum. Circa quod sciendum, quod aliqua fuerunt sacra quibus non erat licitum vti, sicut thymiamate pro delectatione odoris, & oleo vnctionis pro medicamine infirmitatis, & de abusu talium per errorem facto loquitur hoc scriptura, vt dicunt aliqui. Alij dicunt, quod loquitur hic de abusu primitiarum quæ erant sanctificata domino eo quod sacerdotes domino ministrantes debebant inde sustentari, & ideo si aliquis per errorem aliquid de talibus suis usibus applicaret, debebat facere sacrificium quod hic determinatur, & huic dicto consonat litera sequens, cum dicitur: Ipsumque quod intulit damni, restituet. Et quintam partem ponet supra trad. sacer.* Ex *quo enim restitutio ista debebat fieri sacerdoti, videtur quod illa quib. homo abusus fuerat, ad vsum sacerdotis pertinebant.*

*Margin: Quibus sacris erat licitum vti.*

4 Duobus siclis. *s. argenteis, quantum autem valeat siclus dictum fuit Exo. xxx. Alia vero erant sacra, quæ non poterant venire in usum hominum modo prædicto, sicut vasa sanctuarij, peccabant tamẽ illi qui ea tangebant, nisi essent deputati ad illud officium in quo erat necessarius vsus illorum vasorum, de tali abusu per ignorantiam facto loquitur hic scriptura, cum dicitur.*

* 1 Anima

MORALITER.

* † *Anima si præua. &c.* Hic agitur de sacrificio pro peccato illius, qui res diuino cultui deputatas indigne tractat, uel suis usibus applicat, cum dicitur.

† *Offert pro delicto suo, &c.* Per quem significatur Christus, qui dux est simpliciũ, sicut arietes ouiũ, offert Christus vno modo in eucharistiæ sacramento, vel in oratione deuota, ipsũ deprecando, seu quodcunq. aliud bonum amore ipsius faciẽdo.

4 *Ipsumque quod intulit damni, &c.* Si. n. accepit tres ecclesiæ, restituere debet, per hoc autẽ quod pars quinta superaddenda dicitur, quod quinque sensus hominis ad diuinũ obsequiũ debeant applicari.

* *Anima*

a *Et quintam par.&c.* ISIC. Qui uase sancto uel cibo vel vnguẽto abutitur, in sancta peccare dicitur, ipsum quoq; reddat, & quintã partẽ eius sacerdoti tradat. Quinq; sensus habemus, si p quẽlibet peccauerim᷑, si oculo in tẽplo. s. & in loco sancto adulterando abusi fuerimus, lingua in detrahẽdo, aurib. male audiẽdo, odoratu male odorãdo, tactu male tãgendo. Primũ est ab illo peccato omnino abstinere, & pœnitẽtiã per arietẽ offerre. i. Christũ rogare, ut a peccato in se cõmissio eripiat nos. Deinde quintã partẽ, id est, quemlibet sensum, quo peccatũ cõmissum est, offeram᷑ Christo, ne ultra in malo sensum illũ exerceamus; sed Deo ɔsecremus. Sic enim pro peccato nostro deprecabitur.

* quę.

† & nõ cõgnouerit & delique rit portaue rit que pœnã iniquitatis suæ lxx. & accepit peccatum suũ Chal. suscipiet iniquitatem suã.

a Quinque sensus significat, quorum vnus quinta pars vt gustus, in quo etiam lingua intelligitur hanc pœnitens offerre debet, vt corde & lingua Deum confiteatur & laudet.

a intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimit-

a Simpliciter non de populo quicunque sit vel Gentilis, vel Iudæus, vel scientiam legis habens vel non.

b tetur ei. Anima* si peccauerit per ignorantiam, feceritque 1

Quodlibet. a Contradicantur.

vnum ex his quæ domini lege prohibentur, † & peccati rea,

a Postea. b Sic. n. peccatum in se reliquit. c Christum, sine quo non fit remissio.

c intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum

a Quia pro qualitate & pro quantitate culpæ mensurantur flagella pœnitentię.

de gregibus sacerdoti iuxta mensuram æstimationemq; pec- †

a Hominem scilicet animam. n. pro homine posuit sicut iubet. b Iuxta illud: Veniam consecutus sum: quia ignorans feci. 1. Tim. 1. c.

cati. Qui orabit pro eo † quod nesciens fecerit, & dimittetur ei: quia per errorem deliquit † domino.

peccati generaliter addens: Anima quæcunq; deliquerit & fecerit vnum ab omnib. preceptis domini, quæ nõ oportet fieri (sicut in illa gñraliter dicebat) vnum ex preceptis domini quod non fiet, & non cognouerit & deliquerit. i. p ignorantiam nolens peccauerit, arietẽ iubet offerri, non caprã aut ouem fœmineã, sicut in tali peccatorum generalitate cõstituerat. Quid sibi vult ergo ista permistio, nisi quod hic dicit, deliquit enim delicto, delictũ ante dominũ. Hoc autẽ quod ait ante dominum, in his uoluit delictũ intelligi quæ fiunt ante dominũ, id est, a quibus domino in tabernaculo deseruitur. Vnde supra, peccauit autẽ sanctis, id est, usurpauit aliquid sanctorum, quæ etiam restitui præcepit, ac p hoc non sic tñ peccari potest in his. Multis. n. aliis modis potest quis per ignorantiam delinquere in his q seruituti dñi exhibentur; hoc voluit postea genus delictorum generaliter memorare, & ideo hic & illic arietem iussit offerri. Sæpe aũt dr ante dominũ, & intelligitur quod domino exhibetur sacrificium. s. uel primitiæ, vel aliqua in sacris seruitiis.

D

† quia.

† in dominum.

b *Anima si pecca.&c.* ISIC. Videtur oblitus quod præceperat, pro quibus. n. peccatis capram vel ouem offerri præcepit, nũc arietem offerri pcipere videtur; sed nec oblitus est anteriora, nec ɔtria precepit. Ibi. n. per animã, Gentilem significauit, hic autem eum qui per ignorantiam transgreditur mãdata legis.

Quęst. 7. in Leuit.

AVG. Quæritur quo discernatur hoc delictũ ab eis quę generaliter cõplexus est, certis enĩ generib. peccatorũ certa uidetur adhibẽda sacrificia expiationũ. Hoc aũt nõ specialiter exprimit peccatũ, sed vt in generalitate versari cui cõstituit sacrificiũ sacerdoti vitulũ, sicut & sinagogę, & principi caprũ, & cuiq; animæ. i. homini vel caprã vel ouẽ, & tñ fœmininũ pecus, deinde excipit q̃dam genera peccatorũ, & nominatim expressit quid pro quib. sit offerendũ. Sicut de audito & tacito piurio, de tactu morticino & immũdo, & iuratione falsa p ignorantiã, agnã aut caprã, aut par turturũ, aut duos pullos colũbarũ, vel decimã partem ephi similã. Pro eo aũt qui per obliuionẽ aliquid sanctorum vsurpauit arietem & eiusdem rei restitutionem & quintas. Nunc uero non expressa specie

B

c *Offert arietem,&c.* Superius precepit vt pœnitens caprã offerret, hic arietem immolari iubet, quia nihil prodest asperitatẽ pœnitentiæ immolare, nisi statueris in Christi immolatione plenam confidentiam habere.

Allegoria

E

* RADVL. Superius cum hircũ seu capram pro peccatis offerenda decerneret, varietatem hostiarum distinxit pro uarietatem personarum. Sed quia non solum peccantium sed peccatorũ diuersitas consideranda est, vt iuxta mensuram culpę, extendatur mensura vindictæ, hoc est qđ hic decernitur. Qui reus est, iubet vt ad sacerdotem accedat, & peccati sui ęstimationẽ illi committens, quod ille iudicauerit, hoc iste deuotus implere contendat.

Li. 3. in Leuit. c. 9.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Anima quæ peccauerit, &c. *vt dicunt aliqui. Alij autem dicunt, quod loquitur de abusu decimarũ quæ Leuitis debebant, & ideo si aliquis conuerteret eas in usum suum, debebat facere oblationem hic descriptã, & cum hoc etiam restituere damnum, licet non exprimatur hic, quia satis sufficienter intelligitur per illud quod præmittitur de restitutione fienda sacerdoti. Sciendũ tamen quod secundum vtranque opinionem prædictam, abusus prædictus circa sacra proueniebat ex negligentia, s. pręcauendi sibi de abusu uel tactu sacrorũ sibi illicito, vel ex negligẽtia separãdi primitias & decimas ab aliis rebus suis, ita quod per errorem non acciperet Deo dedicata in vsum proprium. Considerandum etiã qđ cum dicitur. Anima si peccauerit, &c. non potest conuenienter dici quod hoc intelligatur generaliter de peccatis ex simplici ignorantia factis, qa de hoc datur lex supra 4. ca. ideo exponitur modo dicto.*

MORALITER.

* 1 *Anima si pecca, &c.* Hic agitur de sacrificio pro peccato per ignorantiam & generaliter sumpto, quod patet ex hoc quod subditur.

1 *Feceritque unum, &c.* Per hoc autem quod subditur.

† *Iuxta men. &c.* qđ designatur in noua lege & foro conscientiæ pœnæ sunt arbitrariæ s̃m iudicium discreti confessoris, nisi per superiores ecclesiæ aliud fuerit determinatum.

Fece-

CAP. VI.

LOcutus est &c. *Anima quæ pecca. &c.* ISICHIVS. Idẽ peccatum est qđ in sancta & iureiurãdo cõmittitur. Quia eodem sacrificio, id est, ariete expiat. Peccatum autem iuramenti, & quod fit in sãcta cõiunxit, quia utrunque ptinet ad dominum. Qui enim falsò iurat, nõ solum proximo, sed ipsi Deo quem mediatorẽ cõstituit, iniuriam facit nec est parui reatus in cõspectu Dei fraudulẽter negare depõsitũ, uel vi aliquid extorquere, aut calũniari, aut rem perditã cũ inuenerit quis abinrare. Multi. n. putant hoc sine peccato esse. Sed si quis inuentum non reddat, simile est rapinæ.

C

RADVL. Nouimus duo esse principalia precepta. Primum vt ex toto corde diligatur Deus, secũdũ, vt proximus. Hũc ordinẽ & hic seruari reperies. Cum enĩ paulo ante iniuriæ & cõtẽptus sui satis factionem dñs exegisset ab his q aliquid eorũ quæ sibi sunt consecrata, vsurpant, secũdo loco nec proximi ɔtẽnit iniuriã, sed si quoquo mõ hominem ab homine lędi cõtigerit, læsionẽ ipsam precipit expiari

Vbi supra cap. 10.

F

CAP. VI.

a LOcutus est dominus ad Moysen, di- 1 cens: Anima quę peccauerit, & † con-

a Præceptis domini, dum vel negligit, vel non putat vicini.

tempto domino negauerit proximo suo

Orige. Quamlibet rem sibi commissam, vel animam & corpus a Deo susceptum vel imaginem & similitudinem Dei vel rationabilem sensum vel quemcunque motum.

depositum, quod fidei eius creditum

† preuaricando in dominum.

RVPERTVS. Non est putandum legem esse sibi contrariam, pro

Li. 1. in Leuit. c. 26.

NICOLAVS DE LYRA. CAP. VI.

1 LOcutus est dominus. *Hic cõsequenter agitur de oblatione pecca- peccato ex certa malitia facta, quod notatur cum dicitur* Anima quæ peccauerit & ɔt. &c. *& in fi. insuper peie. Quia requirebatur a talib. iuramentum.*

* 1 Conti

MORALITER.

* 1 *Locutus est dominus ad Moysen dicens, &c.*

1 *Anima quæ peccauerit, &c.* Hic agitur de peccato fraudis & negatione depositi, & idem intelligitur de quocunque alio p fraudem uel uiolentiam habito, de quibus dicitur.

Animæ

* Reddet

A pro eo quod cum alibi dicat, qui hoc vel hoc fecerit *morte moriatur*, hic pro quocunque peccato absque vlla exceptione, de omnib. quæ lege do. prohibetur, oblatio suscipiatur. Alia namque est accusatio, quã excusat clemẽtia in sacrificiis, alia quã condẽnat iustitia in iudiciis. Verbi gratia, Pone aliquẽ adulterum à nullo deprehensum, nullis testibus arguendũ, ipsum sui fieri accusatorẽ hic ex lege præsenti, quã misericordia cõdidit, suscipitur, & per sacrificium mediante sacerdote remissionẽ lucratur. Vnde signanter hæc vbique lex suscipiẽdi sacrificii cõditionem præfinit, dicẽs, *si peccatum suum intellexerit*. Cæterũ si patrato scelere fuerit dephensus, vel per aliũ fuerit cognitus, lapidat, sãguis quoque eius capiti eius imputat. Itaq; non est tibi contraria lex sancta, quam hodie B tenet ecclesia. Nã latentem peccati causam, secreta confessione proditam, gaudenter admitti intra veniæ ianuas, deprehensa vero crimina, nõ solũ forense tribunal sed synodica plectit seueritas. Proinde q̃ hic nũc dicitur, *conuicta delicti, reddat omnia*, sic intelligi oportet, qa teste conscientia conuicta est, vt semetipsũ accusaret cõfessione spõtanea ORIG. Anima q̃ pecca. &c. Ego puto, q̃ aĩam nostrã & corpus depositũ accepimus à Deo, & quod est depositũ maius, Deus animæ tuæ imaginẽ & similitudinẽ cõmẽdauit, hoc tã integre restituẽdũ est quã à te cõstat esse susceptũ. Sic misericors sis, sicut & pater tuus misericors est, imago Dei in te est, & integre seruas depositũ. Et si pfect' sis, sicut p̃r tuus p̃fectus est, & similia q̃ in Deo sunt p̃ naturã, tibi p̃ imitationẽ assistãt, depositũ apud te diuinæ imaginis saluũ est. Si ecõtrario fueris crudelis, impius, violentus & similia, imagine Dei abiecta, diaboli imaginẽ suscepisti, & bonũ depositũ abnegasti. Vñ: *O Timothee, bonum depositum custodi*. Ego quoq; illud addo, q̃ Xp̃m depositum suscepim' & spiritumsanctum, vide dum ergo ne sãcto deposito nõ sãcte vtamur, & cum nos in cõsẽsũ sui peccata sollicitãt, iurem' nõ suscepisse depositũ si habem', peccato cõsentire non possim'. Sẽsus quoq; rõnalis q in me est, cõmendatus mihi est, vt vtar ad intelligentiã C diuinorũ. Ingenium, itelligẽtia, memoria, iudiciũ, rõ, & oẽs q intra

*vel rapuerit. aut calumniã fecerit

*eo die quo offerẽt oblatiõnẽ pro peccato suo.

Hom. 4. in Leuit.

Luc. 6. f.

1. Timo. c.

intra me sunt motus, cõmendati mihi videntur, vt in his vtar his q̃ lex præcipit diuina. Si uero ad malas artes solers & pspicax vertatur ingeniũ, & reb. Dei abutatur in his quæ non vult, hoc est abiurare depositũ, & beneficia vertere ĩ pfidiã. Raptores sunt boni & mali. Boni q regnũ Dei dirpiũt, Mali de quib' dicitur: *Rapina pauperum in domibus vestris*. Vñ, raptores regnũ Dei nõ possidebunt. Aliqui etiã secũdum spiritualem intelligentiã culpabiliter rapiũt, sicut alii laudabiliter rapiũt regnũ cælorũ. Si qs a vitiis nondũ purgatus, nec a sordidis actib. nondum segregatus velit se cœtui sanctorũ latentum ingerere, & sermonẽ quo perfecta & mystica tractãtur, audire, secretorũ & pfectorum scientiã non bene rapit. *Nemo enim mittit vinum nouum, in vtres veteres.*

D

Raptores. Matt. 11. b. Esa. 3. c. 1. Cor. 6. b.

a Rapina. Raptores regnum Dei non possidebunt. b Abstineamus à falsa calumnia, causamus auaritiam.

a fuerat, * vel ui aliquid extorserit aut calumniã fecerit, siue rem perditam inuenerit, & inficians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus peccare solent homines conuicta delicti, reddet † omnia quæ per fraudem vo-

a Contra ipsum, n. qui damnum passus est, & contra ipsum Deum fallacia & periurium actum est.

b luit obtinere integra, & quintam insuper partem domino, cui damnum intulerat.* Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta æstimationem mensuramque delicti: Qui rogabit pro eo

Vt supra.

a Lauabo per singulas noctes lectum meum.

coram domino, & dimittetur illi pro singulis quę faciendo c peccauit. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Præcipe Aaron & filiis eius: Hæc est lex holocausti: Cre-

Iugis.

a Id est ignorantia huius vitæ: qui holocaustum Dei facti sumus, ignem accendamus, vt spiritualiter viuamus. Piguitis vitæ obscuritate. b Charitas omni tempore in nobis debet feruere, vsque mane futuræ vitæ, pro oriente nobis sol iustitiæ. Non quod in die non incenderetur: secundo, n. habebat singulis diebus holocaustum, sed diurnum ignem quasi manifestum tacuit, nocturnum addidit. Charitatis.

mabitur in altari tota nocte vsque mane: Ignis † ex eodem altari erit. Vestietur sacerdos tunica & femina-

a Quasi in altari nutrietur. b sic. c Quisque perfecte sapiens, quia sacerdotium est perfectionis exemplum. d lust tiæ.

1 † † †

†quod rapuit vel vi extorsit, vel quod depositũ fuerat apudeũ vel amissum quod inuenit, omnia quę pro quibus falso iurauit.

2

3 Matt. 6. b.

4 Matth. 9.

a *Rem perditam, &c.*

5 ORIG. LXX. perditionem. Laborãt hæretici in scripturis perditionẽ inuenire, vnde possint errorẽ astruere, sed forte Ecclesiastica verba audiẽtes resipiscunt, & quod inuenerant, perditionem esse intelligunt & reddunt, id est, autori suo dimittunt.

6

Vt supra. †in eo.

E

b *Quintam insuper partem, &c.* linguã. s. in qua vnus de quinq; sensibus, hec offertur, ut de cetero non peccet, quia per ipsã vnumquodq; prędictorum cõmissum est. ORIG. LXX. non quinta partẽ, sed quintas ut bis quinq; in vno supadditio reddãt. Quinarius pro quinq; sensib. accipit. Quinq; autẽ sensus hoc modo possunt restitui, si eis in secularib. abusi fuerimus & in his q̃ non sunt s̃m Deum gessimus, ipsos sanctis actib. restituamus, & alios quinq;, i. interioris hõis sensus, vt mundi corde Deum videm', & audiamus q̃ Iesus docet, & odorẽ capiamus, vt *Christi bonus odor simus*. Gustemus illum de quo dicitur. *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.* Palpemus secundum Ioannem de verbo vitę. His omnibus vnum addamus, & hæc cuncta ad vnum Deum referamus.

Ibidem.

Quinque sensusquo restituuntur. Rom. 7. d. Matt. 5. a. 2. Cor. 2. d

Psal. 33. b. 1. Ioan. 1. a

c *Locutusque est dominus ad Moysen dicens.* ISICHIVS. Hic de iugi sacrificio loquit, quod in Exodo quotidie sacerdotes offerre præcipiuntur. Ait enim: *Hoc est sacrificium quod facies in altari, Agnos anniculos duos, per singulos dies iugiter*, & Paulo post, *oblatione perpetua in generationes vestras*. Et addit, Facies

Exo. 29. g

Ibidem.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Conuicta delicti. *hoc non habetur in Hebræo, & videtur male additum in translatione nostra, ex ignorantia aliquorum expositorum qui hoc posuerunt in glossa interli. & postea scriptores nescientes distinguere inter glossam textum inseruerũt intra textum, & simile factum est in pluribus locis secundum omnes qui textum Bibliorum diligenter viderunt & correxerunt, quia si aliquis esset conuictus de tali fraude, non solum redderet defraudato damnum, sed etiam duplum, vt habetur Exo. 22. ideo videtur, quod lex hic loquatur de eo qui non est conuictus, sed pœnitens de peccato voluntarie reddit damnum, & ideo non restituit nisi simplum, & quintam insuper partem dat domino.*

2 Locutusque est do. *Superius descripta fuerit sacrificia, quæ fiebãt interpolate, hic consequenter describitur sacrificium quod fiebat omni die, ideo vocabatur iuge sacrificium, & quantum ad hoc dicitur.*

3 Præcipe Aaron, *quia iuge sacrificium fiebat per sacerdotes ministrando, & ipsum animal sacrificijs exhibendo, ut dicunt aliqui. Sed hoc non videtur verum, si intelligatur quod soluerent de suo, quia sacrificia quæ fiebant pro communitate populi, inter quæ maxime erat iuge sacrificium, fiebant de sumptibus communibus, vt dictum fuit Exod. 30. veruntamen pecunia illa tradebatur sacerdotibus, ut animalia inde emerent, quæ & hoc modo sicut in litera patet, exhibebant, speciali etiam modo in hoc sacrificio ministrabant. Item Iosephus dicit expresse in 3. lib. antiquitatum, quod iuge sacrificiũ fiebat de sumptu publico.*

4 Cremabit in altari, &c. *Loquitur hic de sacrificio vespertino, per quod intelligitur etiam matutinum. De quo habetur Exo. xix.*

5 Ignis ex eodem altari erit. *datus à Deo de cælo ut habetur infra. ix. cap. in fine.*

6 Vestietur sacer. &c. *habebant enim sacerdotes proprias vestes quibus vtebantur in ministerio tabernaculi, & non alibi, de quibus vestib. dictum fuit Exod. 28. g*

* 1 In lo-

## MORALITER.

* † *Reddet omnia, &c.* Et hoc est de iure naturali. Quod autem subditur.

† *Et quintam, etc.* per hoc datur intelligi, quod non solam reddendum, est, quod est ablatum vt vel fraude, sed etiam damnum quod homo habuit, ex subtractione rei suæ siue quinta pars fuerit, siue alia, plus uel minus.

† *Pro peccato.* quia præter dictam restitutionẽ tenetur satisfacere Deo secundum arbitrium discreti confessoris, quia non solum peccauit in hominem, sed etiam in Deum.

2 *Locutusque.* Hic agitur de cultu altaris holocausti, de quo dicitur infra.

4 *Ignis autem in altari.* hoc altare mystice dicitur cor humanum, in quo dẽt offerri deuotionis & oratiõis holocaustum, & in hoc altari debet ignis charitatis semper ardere per feruorem dilectionis diuinæ.

* 2 *Quem*

cies holocaustum vnum agnum mane, & aliū facies vespere. Per hoc intelligimus, quia in eorū, qui sunt de plebe volūtate est, si volunt offerre holocaustum. Vnde sacrificiū illud munus eorū quasi spontanea oblatio nominatur, neq; enim ab omnib. perfecta sapientia exigitur. Sacerdos aūt perfectè debet sapere, qui perpetuum sacrificium, id est, continuum holocaustū, mane & vespere præcipitur offerre, ut a perfecta sapientia incipiat, & in eadem finiat & totam vitam suam ad perfectionem componat.

Sacerdos.

a *Lineis.* non laneis, tunicam & feminalia linea vult esse, non lanea. Vestis enim linea habilis & mollis est, & adhærens corpori. Lanea autem aspera qa habiles multumque cohærentes sunt animæ iustitia & castitas. Linea quoque vestis facile potest haberi, sic & virtutes si quis voluerit eas consequi.

Exo.28.g. Allegoric.

a Castitate. His indutus. b Consummatas opere virtutes. Spiritussancti.

a libus lineis, tolletque cineres, quos vorās ignis excussit, & po-

a Vt simile sacrificium offeratur. Nos quoque virtutes cooperante spiritu alterutrum ponamus vt de virtute in virtutē ascendamus, quia aliter ad brauium non perueniemus, vnde consummatum igne holocaustum iuxta altare ponitur. b Christum qui reddet iustus iudex. c Veteri conuersatione. d Non contenti præcedentib. bonis alia adiungimus.

b c nens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, indutus-

a Iustitia veritate, & cæteris virtutibus vnde: Sacerdotes tui induantur iustitia. Psal. 131. b Præsentis seculi. c Ante Deum. d Præmittendo ad futurum iudicium, qui est locus mundus ab omni corruptione.

que aliis extra castra offeret eos in loco mundissimo, vsque ad 1

a Qui perfectæ sapientiæ operationem quasi holocaustum vult offerre ignem spiritussancti, non sinat per negligentiam deficere. b Assistens vultui Dei pro nobis. c Quod est corpus Christi. Cordis. d Igne spiritussancti.

d fauillam consumi faciet. Ignis autē in altari semper ardebit,

a Christus, vel quilibet prædicator fidelis membrum veri sacerdotis. b Sanctorum exempla & scripturæ testimonia. c Quo iudicatus. Fugata nocte cæcitatis.

e quē nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies, 2

a A seipso. b Impinguatio nouæ vitæ pacem nobis cum Deo facit, & odorem suauissimum reddit.

f & imposito holocausto, desuper adolebit adipes pacifico- 3

a Quia post hanc vitam in mentibus sanctorum feruor charitatis ardescit. Cordis.

rum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.

a Sublimes in sapientia.

g Hæc est † lex sacrificii & libamentorū, quæ offerēt filii Aaron 4

† Oblationis quam.

b *Tolletq; cineres, &c.* Cinis consummatio boni operis. Cineres ext. castra afferet Aaron, qui post hanc vitam bona opera per Christum pontificē magnū Deo patri præsentant. Et ibi in fauillam rediguntur, dum assistit uultui Dei pro nobis. Castra enim sunt præsens uita, in qua semp contra spirituales nequitias pugnamus. Iuxta altare ponuntur, dū cōsummatio bonorum operum in arca cordis reconditur. Altare.n. in hoc loco cor significat. Vnde. *Gloria nostra hæc est, testi. &c.*

Heb.9.g. Eph.vlt.

2.Cor.1.c.

c *Indutisque alijs ex.* ORIG. Obseruandum quod aliis indumētis vtitur sacerdos in sacrificiorum ministerio, & aliis quādo procedit ad populum. Vnde: *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Et alibi: *Longè inferiori stola indutus, nihil iudicaui,* inquit, *me scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.*

Hom.2.in Leuit. 2.Cor.1.e

d *Ignis autem in.* AVG. Non vult ignem prorsus extingui, sed cum vsq; mane arserit holocaustum, ablatis reliquiis iterum renouari, quo ardeant alia quæ imponuntur.

Quæst.12. in Leuit.

e *Quem nutriet sacer.* Alleg. Mane iudicatus est Christus, uespere crucifixus. Ignis ergo mane & vespere subiicitur, quia charitas Dei in nobis nutritur, dum Christum mane iudicatum, vespere crucifixum, recolimus.

Allegoric.

GREG. Altare Dei cor nostrū est, in quo iubetur ignis semper ardere, qa necesse ex illo charitatis flāmā indesinēter ascēdere. Cui sacerdos subiicit ligna, ne extinguat qualibet. s. prædicator Christi, mēbrū summi sacerdotis, & quisq; fidelis sāctorū exēpla & scripturæ testimōia in corde suo cōgerere nō cessat, cessat, his ignē forte lāguescentē, nutrire & excitare debem⁹. Mane subiiciuntur ligna, cū nox cæcitatis extinguitur. Vel qa mane prima pars diei est, postpositis terrenis cogitationibus, hoc in princ. quisq; fidelis cogitet, & imposito holocausto desuper adolebit adipes pacificorū. Quisq; enim in se hēt ignem charitatis accedit, semetipsum holocaustū desuper imponit, & omne vitiū quod in se malè viuebat, exurit. Tunc enim internа sua considerat, & vitam reprobam immolatiōis gladio mactat, cum se in ara cordis sui imposuerit, & igne charitatis accenderit. De hostia pacificorum adolebit adipes pacificorum, quia nouę vitæ impinguatio, inter nos & Deū pacem facit, & suauissimū reddit odorem. Quia vero eadē charitas in cordibus electorum inextinguibilis manet, bene subditur: *Ignis est iste perpetuus, &c.* Ignis iste de altari non deficit, qa in futuro in mētib. sanctorum charitatis feruor accrescit. Aeterna quippe cōtemplatione hoc agitur, ut quo magis uidetur Deus, magis diligatur.

Li 25. Moral. c.7. Tropol.

f *Et imposito holocausto, de super adolebit, &c.* AVG. Videndū est, vtrum nullus dies prætermitteretur, quo non inueniretur holocaustum & adeps salutaris, an non imponeretur nisi mane, quocunq; die imponeretur. Si enim quotidie intellexerim⁹, quid si nullus offeret, Si aūt tanquam de publico uel de suo sacerdos quotidiana holocausta procurabat, super ipsa imponebantur ea quę iussit dominus a populo oblata pro peccatis super holocausta imponi, & non erat necesse offerenti sacrificium pro peccato etiam holocaustum offerre, super quod illud imponeretur, nisi vbi offerebatur par turturum, aut duo pulli columbarum. Ibi enim diffinit unū pro peccato, & alterum in holocaustum offerri, & prius pro peccato, deinde in holocaustum. Quæritur etiam utrū holocaustū quod mane iussit imponi, etiam per totam noctem arderet vsque ad alterum mane? An illud qd ait, tota nocte ardere debere, holocaustum fiat uespertinum, & inde cœperit de lege holocausti dicere, vt a vespertino holocausto inciperet, quod mirum est si taceret, nec admoneret talia vespere offerri.

Quæst.13. in Leuit. Quæst. literalis.

g *Hæc est.* Videtur legislator iterare quæ dixit, memoriā renouans repetitione mandati, & ostendens vtilitatem & necessitatem legis. Interponit tñ aliquid noui, in quo mādatū necessariū & iexcusabile inuit. Sicut ergo de holocaustis sacrificia iterauit,

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 In loco mundissimo, &c. *Iste locus erat paratus extra castra quandiu filij Israel fuerunt in deserto, & similiter ext. Hierusalem quando stetit templum.*

2 Quem nutriet sa. &c. *Dicit Iosephus quod apponebantur ligna duo parua quotidie propter istud præceptum, non propter necessitatem, quia ignis continuari poterat absque tali lignorum appositione.*

Iosephus.

3 Et imposita ho. *hoc dicitur de iugi sacrificio matutino, quod præcedebat omne aliud sacrificium illius diei, & ideo adipes aliorum sacrificiorum post ipsum in altari cremabantur, sicut & iuge sacrificium vespertinum erat vltimum respectu omnium sacrificiorum illius diei.*

4 Hæc est lex sacrificii. *Postquam determinauit de sacrificiorum ritu, hic consequenter agit de eorum vsus scilicet a quibus, & quando, vbi, & qualiter debeant comedi, & ideo pars ista diuiditur secundum uarietatem materiæ sacrificiorum, quæ cedebat in esum ministrorum. & primo agitur de esu materiæ inanimatæ, secundo de esu animatæ, ibi:* Locutusque est dominus. *Ista tamen diuisio non est ita præcisa, quin etiam in parte sequenti interponatur aliquid de esu materiæ inanimatæ. Sed est ista diuisio a principaliori & a maiori parte. Prima in duas, quia primo ostenditur quæ materia inanimata comedebatur. Secundo quæ non, sed tota cremabatur, ibi:* Locutusque est dominus. *Circa primum dicitur sic:* Hęc est lex sacrificii & libamentorum eius. *Sicut supra dictum est, sacrificium proprie dicitur de animalibus, oblatio vero de aridis inanimatis, ut est simila, panis, & similia. Libamentum vero est de liquidis, vt de vino & oleo, vnum tamen accipitur frequenter pro alio. Vnde hic sacrificium accipitur pro oblatione, quod patet ex hoc quod subditur.*

Diuisio. Sacrificiū Oblatio. Libamētū

✠ 1 Tollet

MORALITER.

✠ 1 *Quem nutriet sacerdos.* Sacerdos, autem accedens & nutriens ignē charitatis in cordib. humanis, est spiritus sanctus, qui bene dicitur sacerdos, id est, sacra dans, qa dat sacra dona. 2 *Subijciens lig.* ligna vero nutrientia ignē charitatis, sunt diuina beneficia & sanctorū exēpla, ad Dei dilectionem & proximi inflammantia, quæ subiicit Sps sanctus in altari cordis nostri, nobis hæc ad memoriā reducendo, sicut dicitur Ioan. 14.d. *Spiritus sanctus docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia.* 3 *Et imposito holocausto.* vt igne cremetur. Holocaustū istud, est opus bonum de genere, sed tunc crematur in altari, quando fit ex charitate. Ideo dicit Apostolus 1.Cor.16.c. *Omnia vestra in charitate fiant.*

✠ † In moni-

iterauit permiscens eis assiduitatē, vt est illud. *Ignis in altari semper ardeat & nunquā deficiat.* sic in sacrificio similæ, id est, theologiæ addit, quia oportet .n. in loco tantum sancto & a masculo comedi.

Vera theologia.

a *Et coram.* Secundū quod Christus reuelauerit, qui est verū altare. In his ergo theologiam constituamus quæ nobis tradidit Christus incarnatus, vt patrem in eo, & ipsum in patre cogitemus, & quia spiritus est filij & a patre procedit.

b *Reliquam, &c.* vt non ex toto a theologia cessemus, quia summa scientiæ in futurum conseruatur.

c *In loco.* Ecclesia quæ est introitus & vestibulum cæli, in ea oportet de diuinitate loqui: vnde Psal. 67. f. *In ecclesijs benedic. Deo* est quisque sibi domestica ecclesia, dū a terrenis negotijs cessat, hic sibi de Deo loqui & theologiā exercere potest. Tales sūt quibus pars sacrificij datur, de Deo scilicet meditari & loqui.

† in atrio. † parte eorum dedi ex oblatio nib. meis. statutum. † erit.

d *Sicut pro pec.* Simile innuit hoc sacrificium ei quod est pro peccato & pro delicto, sermo enim de Deo maxime ad expiationem & ad emūdationē animę habetur, quando oleo & thuri, id est, eleemosynæ & orationi, sacrificium verbi Dei, id est theologię coniunguntur.

Disputare de Deo.

e *Mares tan.* Non omnium est de Deo disputare, sed eorū qui nihil fœmineum, nihil fluxum in cogitationib. vel operib. habent. Legitimum ac sempiternum est. De Deo .n. disputare præsumere non debemus, dum per † seculares phantasias a n saeculorum dignitate declinamus.

† singulares.

Lib. 4. c. 2. in Leuit.

✠ RADVL. Sempiternum dicitur non quod fine careat, sed quia finis ei a legislatore non constituebat perpetuo vtiq; tēpore, quā rites illi legales manerēt, ab illo populo obseruādū.

f *Omnis qui tet.* ISIC. Hoc ad literā stare non potest, Nunquid enim si tetigerit homicida aut profanus sanctificabitur? nullus enim excipitur. Sed Christo in cuius typo hæc præcesserūt immolatur, huius carne qui tetigerit, id est, qui fideli corde totam spem salutis in passione eius & resurrectione posuerit, continuo sanctificabitur.

Mystice.

ISIC. *Omnis qui, &c.* Omnis commemoratio Dei sanctificationem præstat. Vnde, *Sanctificatur aut per verbū Dei & orationem.* Sed cū dicit tangentē sanctificari, plane ostendit, qa disputando de Deo, id est, theologizando sufficit nobis tm tangere. Qui .n. vult calefieri, si manum in ignem miserit, pro calefactione adustionem sustinebit.

Qō. 14. in Leuit.

g *Hæc est obla.* AVG. Aliā sunt sacrificia quæ cōmemorauit in Exo. quib. per 7. dies sanctificantur sacerdotes, vt fungantur sacerdotio. Aliud est qđ cōmemorat, quod offerat sūmus sacerdos, qn constituitur .i. quando vngitur, vnde addit, *In die qua, vnxerit eum*, non eos, cum et secūdos sacerdotes vngi præcipiat, hoc sacrificium est sempiternū per successionē .f. sacerdotum. Vel quia quod signat est sempiternū.

Exo. 19. c. literaliter.

a Secundum Dei voluntatem non superflue in diuino eloquio disputantes. Christus.

a coram domino & coram altari. Tollet sacerdos pugillū similæ quæ conspersa est oleo, & totū thus quod super similam positum est; adolebitque illud in altari in monimentum odoris suauissimi domino. Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis absque fermento, & comedet in loco sancto † atrii tabernaculi. Ideo autem nō fermētabit, † quia pars eius in domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. Mares tantum stirpis Aaron comedet illud. † Legitimum ac sempiternum † est in generationibus vestris de sacrificiis domini. Omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Et locutus est dominus ad Moysen, dicens: Hæc est oblatio Aaron & filiorum eius, quam offerre debet domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno. Medium eius mane, & medium

a Quia summa scientia apud Deum. b Cum eleemosyna, scil. & oratione quibus theologia comparatur. Ne excidant a veritate qui de cælo loquuntur.

a Quia in perpetuum manebit illa scientia, quia perfecta non destruetur sicut nostra.

a Nobis traditam.

a Intelligendo & operando. b Iudaicæ doctrinæ vel gentilis.

a Operabitur. b Cæli in quo Deus habitat.

a Quia sancti sanctorum contemplationem possidebunt.

a Omne sacrificium sacerdotis significat sacrificium Christi.

a Christi. b Fidelium. Multorum, s. sacerdotum. Sed ab vno vncto offertur, quia omnis sacerdotii firmitas est sacrificium Christi. c Id est incarnationis qu. vnxit eum spiritu sancto & virtute. Vnde. Spiritussanctus superueniet in te. & Luc. 1. d.

a Quia Christus post incarnationem, perfectionem bonorum operum in fide trinitatis offerre docuit.

a Lex sempiternum sacrificium est, secundum quod spiritualis est, non est .n. in loco qui subuertitur, aut in tempore quo immutatur, sed in fide offerentis & corde sacrificantis. b Quia sicut ante prædixi.

✠ RVPERTVS. Holocaustum, id est, veri amoris sacrificiū secretum, in quo fidelis anima vacat ad contemplationē domini, cum in cæteris hominibus quæratur per consilium, tunc a sacerdotibus exigitur per præceptum. Verbi gratia vt laici qui habent vxores tanquam non habentes sint, consilij est. Vt autem sacerdotes diuidantur in huiusmodi, nec lex, nec ratio permittit. *Hæc* inquit, *est oblatio Aaron, & filiorum eius, &c. in die vnctionis suæ*, id est secundum propositum vel tenorem vocationis suæ. Nam ne putes hanc oblationē vno tantum die quo vncti sunt, ab illis debere conferri; continuo subiungit: *Decimam partem Ephi offerent in sacrificium sempiternum.* Et significans totū vitæ tempus a sacerdotib. impendi debere orationi, & *medium eius*, inquit, *mane, & medium vespere.* Si oī mane & vespere, ergo omni tempore.

Li. 1. in Le uit. c. 31.

† vel in odore quietis, odore ipsius.

RADVL. Notandū de quib. filiis agatur. Nō enim de oīb. loqui intendit, sed de his tantum qui patri decedenti, & sibi singulatim in pontificatu succedebant. Summos enim Pontifices singulares esse debere lex ipsa decreuit.

Lib. 4. ca. 3. Leuit.

*Hæc est, &c.* Aaron mons fortitudinis, id est, Christus. Filij eius omnes fideles. Dies vnctionis, tempus incarnationis. quo vnctus est oleo lætitiæ prę participibus suis.

h *Ephi.* Christi humanitatē Ephi quidē tres modios capiēs, significat trinitatē, s. tn ephi dni caro est, ut demonstret diuinitatis eminētia, & dnica carnis cū ea inseparabilitas, nihilominus sacrificiū perpetuū est. Vna .n. oblatione consūmmauit in sempiternū sanctificatos, vñ & saluare in perpetuum potest.

Allegoric.

i *In sacrificio.* ORIG. Lex Moysi sacrificium est sacerdotis, q in duas pares diuiditur, in literam .f. & spiritū. Litera offertur mane, primo, f. legis tempore quo nouam lucem, & nouum protulit lux diem. Vespera datur spiritus, in Christi aduentu, spālis legis intellectus, oleum misericordiam signat, quæ debet in sacerdotib. abundare. In sartagine, quia multa continentia aridum & torridum vult esse sacerdotem, in quo nihil sit remissum nihil luxuriosum.

Mystice. Hom. 4. in Leuit. 2. Cor. 4. b

k *Mane.* Mane cępit passio dñi, ex quo in atrio Caiphæ alapis cæsus

Matt. 16. † Mane.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tollet sacer. pu. simi. *quæ conspersa est oleo, quia in eius pistatione ponebatur oleum, & consequenter ostenditur quid de ea cedere debeat in esum sacerdotum, cum dicitur.* 2 Reliquam autem partem, &c. *hanc tamen partem similæ quam accipiebant sacerdotes* † *bene poterant fermentare, ut panis esset aptior ad comedendum, cuius causa subditur cum dicitur:* 3 Quia pars. *Sicut enim dictum est de tota simila oblata, sacerdos primo accipiebat pugillum, & cremabatur cum thure in altari.* 4 Mares tantū, &c. *propter enim sanctitatem sacrificij non erat licitum comedi a mulieribus, & ex eadem causa subditur:* Omnis qui tetigerit illa sanctificabitur. 5 Et locutus est dominus. *Hic consequenter ostenditur de qua oblatione non erat licitum edere, videlicet de illa quam sacerdotes offerebant prose, primo tamen hoc ostenditur de oblatione facta pro eis tempore suæ consecrationis, cum dicitur;* Hęc est oblatio Aaron. *& sequitur,* 6 In die vn. *scilicet ipsius Aaron qui solus dicebatur vnctus, ut supra dictum est. 4. c. unde in Heb. habetur sic:* In die qua vnxit eum. *Sciendum autem dies unctionis hic vocatur dies octaua a principio suæ consecrationis, quia tunc & non ante poterant Aaron & filij eius offerre, sed filij Aaron, qui erant inferiores sacerdotes, obtulerunt tunc similam. Aaron autem qui erat summus sacerdos, obtulit adipes, & cętera quę pertinebat ad maiorem sacerdotem, ut dicit Ra. Sa. Sed hoc videtur contra textū* ✠ *sequentem.*

† non.

Aaron vnctus.

## MORALITER.

✠ † *In monimentum odoris suauissimi domino.* Nam talis oblatio benigniter acceptatura domino.

5 Locutusq; est dominus, *&c.* Hic agitur de oblatione sacerdotis in die suæ consecrationis, cum dicitur.

† *Hæc est oblatio Aaron, &c. qui offert, &c.* & significat oblationem q̃ moraliter debet facere sacerdos nouæ legis in die suę ordinationis. Per similā enim quæ est farina tritici purgatissima, intelligitur puritas vitæ quæ maxime requirit in nouo sacerdote, sed hęc simila debet oleo aspergi, qā puritati vitæ debet

6 Hæc

cæsus est,& vsque ad vesperū protelata est, tenebris enim eā interpollantibus,a sexta hora vsque ad horam nonam in mane & vespere diuiditur.

a *Quæ in sar.* GREGOR. Nullū Deo tale sacrificium est, quale zelus animarū: Vnde. *Zelus domus tuæ comedit me.* Ideo simila in sartagine oleo cōspersa frigitur. Offert enim calidam in odorem suauissimum domino sacerdos qui patri succedit. Similia in sartagine frigitur, cum munda mēs iusti per zelū sancti ardoris crematur. Quæ conspergi oleo præcipitur, quia ἔλεος Grecè misericordia dicitur, quæ in conspectu Dei ardet & lucet. Districti ergo sancti zeli misericordie virtute ardeat & clarescat. Amat enim etiam quem insequitur: Vnde, *Calida in odorem suauissimum domino offertur*, si enim zelus amorē non habet, simila in sartagine calorem amisit. Sacerdos offert eam qui patri succedit, s. Dei filium morib. ostendit, nec ab eius nobilitate degenerat. In altari tota crematur, vt holocaustum fiat. Holocaustū totū incensum est, & omne holocaustum sacrificiū, sed nō cōuertitur, sunt multa bona quæ aguntur sacrificia, sed nō holocausta. Qui enim sic operantur quæ sunt Dei, ut non relinquāt q̄ sunt seculi, sacrificia offerunt, sed nō holocaustum. Qui vero omnia quæ mundi sunt, deserunt, & tota mente igni diuini amoris accēdūtur. Deo sacrificiū sunt & holocaustum. Simila ergo in sartagine mens iusti in spiritualis zeli afflictione, q̄ per sollicitudinē animarū frigitur, holocaustū Deo dedicat.

b *Sacerdos.* Lxx. Sacerdos vnctus pro eo ex filiis eius faciet ea. Christus enim pro Aaron est, non in loco eius, quia trāstulit in se sacerdotium, & abstulit Aaron. Ex filiis eius, quia de Iacob per Mariam descendit & ex eadem tribu.

c *Qui patri.* Vnus dominus Iesus Christus per quē omnia. Dominus enim glorie crucifixus est, & incarnati uerbi passio est quæ fuit in carne Christi. *Qui semetipsum totum exinaniuit. for. ser. acci. & obe. p. v. s. a. l mort. cru.*

d *Omne enim.* Quæcunque in sacrificio pacificorum in hoc quoque iubet fieri.

✱ THEODOR. Victimam quæ pro sacerdote offertur, totam iubet concremari, vt integritatem sacerdotis demonstraret, qui non aliquatenus, sed totum plane se dedicauerit Deo uniuersorum.

Hom. 12. in Ezechiel. Psl. 68. b

✱ eius † frictam, coctam in frusta cōcisā offeret.

✱ autem.

Allegorice.

Ro. 11. d philip. 2 a

Quæst. 3.

a ¶ Quia peracta passione in sepulchro iacuit. b ¶ Cruce quæ dominicam carnem esui nostro aptam reddidit. c ¶ Ex misericordia passus est. d ¶ Astans patri & offerens passionem suā pro nobis.

a ✱ vespere, quæ in sartagine oleo cōspersa frigetur. Offeret au- 1

a ¶ Igne charitatis. b ¶ Qui humano generi salutem dedit, quo nihil creatori naturæ suauius fuit. c ¶ Christus qui successit sacerdotio ueteri sicut euangelium legi.

b tem eā † calidam in odorem suauissimum domino sacerdos

a ¶ Quia passio Christi non temere discutienda, sed spiritus sancti scientię reseruanda. b ¶ Mysterium incarnationis non temere discutiendum, sed spiritui reseruandum.

c qui patri iure successerit. Et tota cremabitur in altari. Omne 2

d ¶ Quia holocaustum est. a ¶ Lxx. integrum erit. ¶ Id est non diuidetur. Christi enim sacrificium indiuisum, quod enim comeditur dentibus diuiditur.

e enim sacrificium sacerdotū igne consumētur, nec quisquam comedet ex eo. Locutus est ✱ dominus ad Moysen, dicens: Lo- 3

a ¶ Quia pro peccato offerre sacrificium i. pœnitentiam sanctorum est. ¶ Quæcunque in sacrificio pacificorum, in hoc quoque iubet fieri.

f quere Aaron & filiis eius: Ista est lex hostiæ pro peccato: In 4

a ¶ In ecclesia. b ¶ Quia qui offert pœnitentiam, iam imitatur eum qui offert totum seipsum. c ¶ Cui placet quod secundum ipsum offertur.

loco vbi offertur holocaustū, immolabitur ✱ coram domino.

a ¶ Ideo. ¶ Aliter non introduceret pœnitentem in sanctam sanctorum qui expulsus est per peccatum. b ¶ Christus qui peccata nostra suscepit, recte nostram offert pœnitentiam: c ¶ Ad sacerdotes pertinet manducandum. ¶ Quia Christus in se suscepit & conuertit pœnitentiam nostram.

g Sanctum sanctorum est. Sacerdos † qui offert, comedet eā in 5

e *Nec quisquam.* Quod comeditur minuitur. Sacrificiū Christi minuit, qui pro peccatis mortuum dicit, cum peccatum non fecerit.

ORIG. Nec quisquā co. Sacrificium in hoc loco verbum ipsum accipiendum est, & doctrina de qua nullus edit, id est, dit putat vel retractat, sed holocaustum est. Quicquid enim dixit, quicquid statuit, ęterna consecratione perdurat.

f *In loco ubi offertur, &c.* ✱ THEODO. Quare in holocaustorum loco victimas quoque sacrificabāt, quæ pro peccato solent offerri? Ad demulcēdos oblatores vt cognoscant se non esse alienos a sanctis, dum per pœnitentiā sanantur, ob idque ✱ vocauit sancta sanctorum.

✱ RVPERTVS. *In loco.* id est, in catholica ecclesia, extra quam nō est habere vel accipere sancti spiritus incendium, immolabitur domino. Alioquin si in hæreticorū cōuenticulo immoletur, non est hostia pro peccato, non est corpus quod traditum pro nobis, nō est sanguis qui fusus est pro peccatis totius mundi. Sacerdos qui offert, comedet eā in loco sancto, in atrio tabernaculi. Bene ergo canonica censuit auctoritas ut nūquam sacerdos qui Missas celebrat, omittere audeat ipse communiter.

g *Sacerdos qui, &c.* AVG. Non quod imponit, illud enim igne consumitur, sed quod inde remanet: dicit autem postea. Omnia quæ pro peccato sunt, ex quibus illatum fuerit a sanguine eorum in tabernaculum testimonii exorari, in sancto nō edetur, sed igni cremabitur. Quomodo ergo ad sacerdotes pertinent manducanda quæ remanent de sacrificiis pro peccatis. Quare intelligendum est hęc excepta esse, de quorum sanguine tangitur altare incensi. Hoc enim fieri iussit de vitulo, quē pro peccato suo offert sacerdos: & de uitulo pro peccato synagogæ, ut carnes quæ remanserunt extra castra, comburantur, hoc & modò breuiter commemorat.

ORI. Quædam hostiarum sunt solius Dei, quædam Aaron & filiorum eius, quædam ipsius & filiorum & filiarum eius, vt etiam uxori sacerdotis edere liceat. Ex his quædam sunt sacerdotum, & filiorum & filiarum eorum, sed de quib. edere liceat etiam filios Israel. In illis autem quas edere licet filiis Israel, participium habent sacerdotes, & filii eorū nō tamen ex omni hostia quā edit sacerdos, etiā filiis Israel edere licet. Prima ergo

Quæst. 4.

✱ oblatio.

† expiās illud.

Quæ. 18. in Leui. Literaliter.

Hom. 5. in Leuiticū.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *sequentem, ubi dicitur de oblatione huius similę.*

1 Offeret autem eam. *Sacerdos qui iure patri successit, hic est summus sacerdos: nec potest conuenienter dici, ut videtur, quod filij Aaron illa die obtulerunt, nisi prout erat eis licitum offerre, postea cum esset dies incremationis institutionum ipsorum in sacrificiis offerendis: & ideo quod dicitur hic* : Hæc est oblatio quam offerre debent Aaron & filii eius. *Potest dici quod hoc dicitur pro tanto, quia in oblationibus Aron filij eius ministrabant ei, non sicut offerentes super altari, sed sicut offerenti ministrantes, & patet per hoc quod habetur infra 1. c. ubi agitur de sacrificiis huius octauæ diei, & non dicitur ibi, quod filij Aaron obtulerunt, nisi ministrando patri.*

2 Tota cremabitur. &c. *Quia nihil de ea cedebat in usum sacerdotum, & idem concluditur generaliter de omni oblatione quam faciebāt sacerdotes pro se, cum dicitur* : Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur.

3 Locutus est dominus. *Hic consequenter agitur de usu sacrificij in re animata, & primo quantum ad sacrificium pro peccato, secūdo quātum ad sacrificium, quod uocatur hostia pacifica c. 7. Adhuc circa primum agitur primo de sacrificio pro peccato commissionis. secundo de sacrificio pro peccato omissionis, ibi:* Hæc quoque est lex host. pro de. *tertio ponuntur quædam regulę communes ad utrunque ibi.* Ad sacerdotem. *Circa primum ostenditur primo, ubi hostia pro peccato debeat immolari, cum dicitur.*

4 In loco ubi, &c. *Non est intelligendum de oblatione holocausti ad incendendum, quę fiebat super altare, sed de oblatione holocausti ad immolandum, quę fiebat in atrio ante altare. Secundo subditur, quis debeat eam comedere & ubi, cum dicitur.*

5 Sacerdos qui, &c. comedet eam. *non sub dio, quia ille locus erat pro sacrificiis & oblationibus, sed in exedra in hoc parata.*

Diuisio.

✱ 1 Quic-

*M O R A L I T E R.*

✱ bet pietas adiungi & frigi in sartagine per zelum iustitię diuinæ, ne pietas sit nimis remissa, & zel⁹ sine pietate esset nimis durus. Debet etiam offerri calida, quia sine calore charitatis non prosunt opera iustitię, nec etiam pietatis. 1. Cor. 14. b. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. Et si tra. corpus meum ita ut ardeam, &c.*

4 *Ista est lex ho. pro pec.* Per hanc historiam pœnitētia designatur, per quam delictum expiatur, & de hac hostia dicitur.

7 *Sacerdos qui offert, comedet eam.* Hæc autem hostia a sacerdote nouæ legis offertur, qñ peccatur in foro cōscientiæ ab eo vere penitens iudicatur, sed tunc ab ipso comeditur, qñ per absolutionē debitam peccator Christo recōciliatur, & iterū incorporatur, sicut Act. 10. dicit: *Surge Petre, occide & māduca.*

Moraliter

4 *Ista*

H

ma ergo hostia, holocaustum est. Nō enim debet esse prima nisi quæ omnipotenti Deo offertur. Secunda est quæ à sacer dotibus editur. Tertia de qua filios Israel qui offerunt edere licet, mundos scilicet tantum. Soli enim mundi iubentur edere de sacrificiis.

a Ecclesia in qua Christus penitentium salutem operatur, quæ cibus eius dicetur. Meus, inquit, cibus est, vt faciam voluntatem patris qui misit me. i. salutem humani generis.

a loco sancto in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit car- 1

a Pęnitentiæ. Ieiunium, cilicium, lachrymas, orationem, eleemosynam (ex his pœnitentia consistit) hæc qui tangit rectè sanctificatur.
b Orige. in baptismo. Sicut. n. vita carnis sanguis est, ita pœnitentiæ vis baptismus est, sine quo pœnitentia non prodest. c Caro quæ est vestis animæ.

nes eius sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit a- 2

a Ipsa aspersione. b Ecclesia: Gentilium aspersiones extra sunt: & ideo non abluunt, vel quicunque extra sunt. c Vnde in magna domo sunt lignea, & fictilia. peccatores. s.

c spersa, * lauabitur in loco sancto. † Vas autem fictile in quo

a Vnde: Tanquam vas fict. confrin. eos. Terrore iudicii. Quia bona male percepit.
b Fortis & sol. lius. Qui non redit ad peccata hic fricatur, i. calore spiritussancti inflammatur.
c Non frangetur, quia videns alium pœnitentem monetur ad compunctionem.

coacta est, confringetur. Quod si vas æneum fuerit, defrica-

a Lachrymarum compunctione.

d bitur & lauabitur aqua. Omnis masculus de genere sacer- 3 dotali, vescetur carnibus eius, quia sanctum sanctorum est.

a Vituli. s. synagogæ vel pro peccato.

Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij, ad expiādum in sanctuario, non e comedetur, sed comburetur igni.

A MYSTICE. Has hostias intra temet ipsum require, habēs intra temetipsum greges boum, qui benedicuntur in Abrahā, & greges ouium & caprarum, in quibus benedicti sūt & multiplicati patriarchæ. Sunt intra te etiam aues cœli. Ne mireris, intellige te esse alium mundum, & intra te esse solem & lunam & stellas. Vnde Abrahæ dicitur: *Aspice cœlum vide stellas, si dinu. possunt præ mul. &c. Sic enim erit semen* B *tuum sicut stellæ celi*. illi, scilicet qui ex fide eius geniti rationibiliter viuūt, & diuinas leges & præcepta custodiūt. Saluator quoque ait: *Vos estis lux mundi*. Ne ergo dubites intra te esse solem & lunam, audi aliquid maius, ne vitam tuam tanquā vilem negligas. Habet hic mundus gubernatorē suūqui in ipso habitat omnipotentē Deū. Vnde dicit: *Nonne cœlum & terrā, ego impleo?* Audi quid de hominib. dicat omnipotens. *Habitabo in eis, & inam*. Addit ergo ad personam tuā aliquid plus. *Ero eis in patrem, & ipsi erunt mihi in filios & filias*, vbi holocaustum iugulatur, quod soli Deo offertur, ibi etiā hostia ꝓ peccato vt s. intelligat se qui peccauit, & pęnitet, & contriti spiritus hostiam offert, stare in loco sancto, & his qui pertinent ad Deū associari. Coram dn̄o offert, vel in conspectu domini, qui non exit a conspectu eius, sicut Cain, sed fiducialiter stat, nec aspectum eius peccati conscientia declinat. Ideo hanc hostiā dicit esse sanctū sanctorū. Audi aliquid maius. Quæ est hostia quæ pro peccato offertur, & est sancta sanctorum, nisi vnigenitus Dei dn̄s meus Iesus Christus, ipse ē hostia pro peccatis & sancta sanctorū. Sacerdos qui offert illud edet. Hic est sacerdos, qui peccata populi comedit & cōsumit, qui est sacerdos in æternum. *Et Deus noster ignis consumens est*, peccata scilicet humana. Illa absumit, illa deuorat, illa purgat, vnde alibi dicit. *Et purgabo te igni ad purum, &c.* Ipse enim peccata nostra suscepit, & in semetipso tanquā ignis comedit. Sacerdos qui obtulerit edet illud in loco sancto in atrio tabernaculi. Consequens enim est, vt secundum eum qui sacerdotium ecclesiæ dedit, sacerdotes ecclesię accipiant peccata populi, & imitantes magistrum tribuant remissionem peccatorum. Qui debent ita C esse perfecti, & in officiis eruditi, vt in loco sancto ipsi nō peccando consumāt peccata populi. In locum sanctum venerat Moyses, cui dictum est, *Locus in quo stas, terra sancta est*. & in ecclesia locus sanctus est, fides, charitas, cōscientia bona. Sacerdos edet carnes sacrificii in atrio tabernaculi testimonii, cū intelligere potuerit, quæ sit ratio, vel quæ mysteria in his quæ scribūtur de atriis tabernaculi testimonii ad quæ nullus accedit, nulli nisi sacerdotib. patent, qui scientia & mystico intellectu, possunt eorū secreta penetrare. Sunt alia dogmata in ecclesia secretiora, quæ nec adire, sacerdotib. licet, vbi scilicet arca

Gen. 15. b. / Matt. 5. c. / Hier. 23. e / Leu. 29. b. / 2. Reg. 7. c / Gen. 4. c. / Osee 4. b. / Deut. 4. d. / Esa. 1. f. / Exod. 3. b.

* illud sup quod asp̄sum fuerit

D arca recōditur & urna, & tabulæ testamenti. Sed vni tantum pontifici, & huic semel in anno certis temporib. & mysticis purgationib. Sunt alia ad quę possūnt peruenire etiam Leuitæ. Sūt & alia ad q̄ possunt accedere filii Israel id est laici, non tamen alienigenæ, nisi ascripti iā fuerint in ecclesia domini. Aegyptius enim in tertia generatione intrabit in ecclesiam Dei, id est, in fide patris & filij & spiritussancti, qua credit omnis qui consociatur ecclesiæ Dei. Sciēdum est autem quod licet ex hostiis quædam concedantur sacerdotibus ad edendum, non tamen omnia. Aliqua enim pars Deo offertur, & altaris ignibus traditur, quia etsi conceditur nobis aliqua ex scripturis cognoscere, aliqua tamen Deo E reseruantur, quæ superāt nostros sensus, ne aliter a nobis quā veritas habet, proferantur, melius ista igni reseruamus.

Deut. 23. a / † infr. 11. a

a *Quicquid tetig. &c.* Quamuis oblatio sit alterius, id est, pęnitentis, sanctificabitur etsi non peniteat. Similiter si paruulus baptizatus fuerit, qui per se nondum peccauit, mundatur ab originali.

✻ THEOD. Reuerentiam commendat, vt cum religione accedant ad sacra, imo procul consistant. Qui enim temere approximarit, vt vel gutta sanguinis aspergatur, ad fores templi iubetur assidere tanquam sacri penitus expers. Quin & indumentum eo sanguine in fectum diligenter ablui iubet, uasaque omnia perfricari, quæ affringi nequeant.

b *Si de sanguine*, id est si substantia carnis peccatis fuerit maculata. Vnde: *Vestimentum mistum sanguine erit in combustione, & cibus ignis infernalis*. s. lauabitur in loco sancto, id est, spem habebit in baptismo, qui non solum præterita abluit, sed instruit vt de futuris pœnitere possit.

c *Vas autem, &c.* Infirmus, s. imbecillis, qui peracta pœnitentia relabitur ad peccata, hic confringendus est terrore iudicii.

✻ RVP. Vas fictile confringetur, videlicet ne post sancta ad communne culinæ vsus reducatur. At vero æneum defricabit & lauabitur, sine dubio quia grauiori quam fictile dispendio confringeretur. Cæterum nos neque fictili, neq; ęneo, neq; ligneo, sed tantum argenteo siue aureo vase, hostiam sacram conficimus.

d *Omnis masculus, &c.* Sacerdos integrum sacrificium offerēs & comedens, Christus est, qui nostram pęnitētiam offert, & F comedit peccatorum salutem. Carnes autem sacrificii, qa ꝑtinent ad pęnitentiam, omnis masculus de sacerdotib. comedit, fortis. s. & strenuus, cui dicitur. *Viriliter age, et confortetur cor tuum, & sustine dominum*.

e *Non comed. &c.* Quia ad Christū pertinet, quia propria auctoritate & propria diuinitatis virtute remissionē tribuit. Eius. n. passio per q̄ nobis procuratur remissio, nō fuit hominis puri, sed Dei incarnati. Ideo non editur ab hominib. sed igne consumitur, quia remissionem dare Dei solius est, qui per ignem significatur. *Deus enim noster ignis consumens est*.

Qōn. 5. in Leuit. / Esa. 9. a. / Vbi supra cap. 14. / Psal. 26. d. / Deut. 4. d.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quicquid tetig. &c. *Illud secundum aliquos refertur ad homines qui non debebant tangere talia, nisi sanctificati. Secundum alios refertur etiam ad alias res comestibiles, & maxime eiusdem generis vel speciei, quæ si tangerent carnes prædictas, ex tali tactu sanctificabantur, nec poterant comedi aliter, quam dictæ carnes sacrificij.*

2 Si de sanguine illius, &c. *Ista dicuntur propter sanctitatem & reuerētiam hostiæ, quia si aliquid de humore eius pertactum esset impressum istis reb. debebat purgari modo qui hic exprimitur.*

3 Omnis masculus de gen. &c. *Quia non solum sacerdotes, sed etiam filij eorum poterant de carnibus huius sacrificij comedere. Consequenter excipit oblationem pro peccato, de qua nondum erat licitum comedere, scilicet hostiam, cuius sanguis inferebatur intra tabernaculum, cuiusmodi erat hostia oblata pro peccato pontificis, & hostia oblata pro peccato multitudinis, vt dictum est, supra 4. capit.*

✻ CAP.

Delicto. ISICHIVS. Delictum aliquando dicit peccatum recognitum, aliquando quod in ipsum cōmittitur Deū, quod difficile ignoscitur. Vnde: *Si peccauerit vir in virum sacer. dos orabit pro eo, si vero in Deum, quis orabit pro eo?* Necessario ergo aries ī sacrificio offertur, eum significās de quo dicit, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* qui solus quod ī se commissum est, potestre laxare. Aries autem non omnis in holocaustum fit, sicut vitulus oblatus pro populo & pro sacerdote, qui Christum similiter significat. Sed ibi gñaliter remissio humani generis dispēsat. Ideo necessario omne Christi sacrificiū offert hic autē pro eis fit, quib. sacrificium & remissio procurat. Quęcūq; ergo salua re possunt, suscipiūtur in Christi sacrificium, pax sc. & sanctimonia, sine qua nemo videbit Deū, oblationes enim interiorū cogitatiões sunt, quibus pacaris cum omnib. pacem habem⁹. Oblatio autem regnum & pinnulę epatis & femorum sāctimonia est.

ORIG. *Sicut pro peccato, &c.* Similiter iubentur adipes arietis qui circa renes sunt, & qui interiora operiunt impo ni supra altare, vt quicquid ī te crassum est, & operit interiora tua, altaris ignib. offeras, vt purgatis interioribus dicas: *Benedic anima mea domino, & omnia quę intra me sunt nomini sancto eius.* Aliter enim spirituale sensum non possunt habere vel Deum laudare. Si autem interiora purgaueris ab omni vitio libidinis, hostiā ꝑ delicto iugulasti, & sacrificium ī odorem suauitatis obtulisti. Sacerdotis qui offert illud & repropitiauit pro delicto, ipsius erit. Discant sacerdotes quia pars parata est eis cum his scilicet, quos adpoenitentiā adduxerint, & tales effecerint, vt propitius sit eis De⁹. Meritum enim sub ditorū, merces erit & gloria talium sacerdotum. Intelligant ergo sacerdotes, vbi sit data vera portio, in hoc vacēt nec se superfluis actib. implicent, sed sciant se in nullo alio habere partē apud Deū, nisi in eo ꝙ ꝑpeccato offertur id est, quod a via peccati peccatorem conuertunt.

Marginalia: 1.Reg.2.c. — Ioan.1.d. — Ro.12.d. — vbi supra — Psal.102.a — † super altare in circuitu & infra. — † tremouebit.

## CAP. VII.

¶ Scilicet quę dicta est pro peccato.

1 HÆc quoque lex est hostiæ pro delicto Sancta sanctorum est.

a ¶ Quia æque placet Deo virtus iustorum & digna pœnitentia peccatorum, quę restituit in gradum pristinum Dauid & Petrum.

2 Idcirco vbi immolabitur holocaustum, mactabitur & victima pro delicto: sanguis eius † per gyrum fundetur altaris. Offerent ex ea caudam, & adipem, qui operit vitalia, duos renunculos, & pinguedinem, quæ iuxta illa est, reticulumque iecoris cum renunculis, † & adolebit ea sacerdos super altare. Incensum est domini pro delicto.

a ¶ Greg. Cauda finis est corporis, ille vero bene immolat qui sacrificium boni operis vsque ad finem perducit.

b ¶ Eum, scilicet qui grauia commisit peccata Christus saluare desiderat.

a ¶ Vult Christus pœnitentia mundari interiorem hominem & habere castitatem.

b ¶ Lxx. pinnam hepatis. c ¶ Vt propriam concupiscentiam non habeat, sed iam omnino offerat.

a ¶ Non mollis, non fœmineus, non debilis.

3 Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctum sanctorum est. 4 Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto. 5 Vtriusque hostiæ lex vna erit. 6 Ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellē eius. Et omne sacrificium si

¶ Legitima generatione succedens, vita & scientia præcellens. ¶ Ecclesia.

a ¶ Scilicet quasi non frustra differt hoc sacrificium ab his quæ sunt pro peccato: quia pro delicto est, quod scilicet in Deum commissum est.

a ¶ Christus, scilicet exteriorem substantiam in membris suis, i. pauperibus suscepit.

a ¶ Hominis: non. n. addit boum vel ouium vel similium, per quod innuit spirituale holocaustum. ¶ Theologia.

Quęst. 5. in Leuit. Delictum peccatum vbi supra.

ORIGEN. Quidam dicunt esse delictum cum nō facimus quod debemus, peccatum vero cum facimus quod nō debemus, sed non vbique hoc obseruatur.

b *Sanguis eius, &c.* ISICHIVS, Quæcunque fiunt in sacrificio pacificorum, in hoc quoque iubet fieri.

c *Sicut pro peccato, &c.* ORIG. Peccatum est perpetratio mali: delictum desertio boni. Sicut enim aliud est declinare a malo aliud; facere bonum, ita & aliud abstinere a bono, & aliud facere malum. Vel delictum est quod ignoranter, peccatum quod scienter committitur.

li.4. in Leuit. c. vlt. 1. Ioan.3.

* RADVLPHVS. Sicut non semper ad æqualitatem ponitur, sed ad aliquam similitudinē. Quod in epistola Iohannis apparet, vbi dicitur, *Omnis qui habet hanc spem in ipso sanctificat se, sicut & ille sanctus est.* Nemo enim in sanctitate Deo æquari potest, tamen ꝑ modulo nostro debem⁹ assimilari. Dicatur ergo, sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto, quia licet homines lateat, coram Deo tamen qui cordis nouit abscondita, cum peccato consensum præbemus, peccatum explemus.

ORIG.

d *Ad sacerdotem, &c.* Christum, qui nobis propitiatio sanctus est. In ipso ergo oēe sacrificium ministratur & agitur, & ꝙ ex pęnitentia consequitur, ad eum refertur. Ipse enim vt nos saluaret, venit dicens: *Non ueni uncare iustos, sed peccatore.*

Allegoric. — Matt. 9.b.

e *Holocausti victimam.* ISICHIVS. Non boum, saut ouium aut similium, sed hominis, vbi enim non ab his qui offerunt, sed quę offeruntur sacrificia, considerantur, necessario animalia memorantur, hic autem quia apertius voluit introducere personam domini, sacerdotem posuit offerentē holocaustū hominis, Intelligibilia enim holocausta offert solus Christus ad cuius imitationem, & hostia nostra & conuersatio formatur, cuius respectu patientiam habemus in passionibus.

f *Habebit pellē.* Circūstātiā diuitiarū, quas debet offerre vero sacerdoti q volūt holocaustū fieri. Satan circūstantiā diuitiarū pellē nominauit dicēs: *Pellem pro pelle omnia quæ habet homo, dabit pro anima sua.* Hāc dedit Iob vt pellem. i. patientiam retineret, quæ pellis dicitur ex qua fiunt multa vtilia.

☞ 1 *Et quic-*

### NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VII.

1 HAEc quoque. *Hic cōsequenter agitur de vsu hostiæ oblatæ pro peccato omissionis, et ideo vocatur pro delicto, delictum enim dicitur quasi derelictum, & hoc est quando aliquid omittitur, quod quis facere tenetur.*

2 Sancta sanctorum. *Non accipitur hic sancta sanctorum, pro illa parte tabernaculi q dicebatur sancta sanctorū, sed est sensus, est de numero sanctorum, quia omnia sacrificia dicebātur sancta inquantum erat ad diuinum cultum oblata. Cętera patent usque ibi.*

3 Omnis masculus. *Vbi determinatur a quibus, & vbi debeant carnes huius hostiæ comedi.*

4 Vtriusque hostiæ lex. *sc. pro peccato & pro delicto.*

5 Lex vna erit. *s. quantum ad vsum, in pluribus tamen differunt.*

Quatuor regulę circa sacrificia.

6 Ad sacerdotem. *Hic ponuntur quatuor regulæ generales respectu pręcedentium. Prima est, quod carnes hostię pro peccato commissionis & omissionis, erat sacerdotis offerentis, quia illi pro quibus offerebantur, non habebant in ea partem aliquam, ad denotandum quod debebant elongari a peccato perpetrato, cauendo a recidiuo. Secundo est de hostia holocausti, quæ tota incendebatur, excepta pelle, & illa erat sacerdotis offerentis, & hoc notatur cum dicitur,* Sacerdos qui offert holocausti, &c. *Tertia est de oblatione similæ, quæ qualitercunque coquatur seu pistetur, debet esse sacerdotis offerentis, vt notatur cum dicitur.* Et omne sacrificium similæ, &c. *Quarta est, quod prę
dicta quę cedebant in vsum sacerdotis, cunctis filijs Aaron æqualiter diuidebantur, quod notatur cum dicitur;* Cunctis filiis Aaron æqua mensura, &c. *Quę quidem æqualitas secundum Rab. Salomo. sic seruabatur, quod quilibet de filijs Aaron habebat sibi diem deputatum ad offerendum, & oblationes illius diei pertinebant ad ipsum pro se, & domo sua. Alij vero dicunt, quod ibi seruabatur æqualitas proportionis, non tamen quantitatiua, quia oblationes diuidebantur sic quod vnusquisque qualibet die accipiebat secundum proportionem sui laboris, sed dictum Rab. Salom. magis concordat textui pręcedenti, vt patet intuenti.*

✻ 1 Hæc

MORALITER

✻ 1 *Hæc quoque est lex hostiæ.* Sequitur.

a *Et quicquid in craticula,&c.* Quia hæc theologiæ incarnationis proxima sunt necessario offerentis sacerdotis sunt, id est Christi nati, passi, & qui resurrexit.

b *Siue oleo conspersa,&c.* ORIGEN. Sacrificium salutare iubetur fieri in oleo. Sacrificio pro peccato nõ superponitur oleũ quia pro peccato est. Ideo nec oleum lætitiæ, nec thus suauitatis habet. Luctus.n. conuenit peccantib. non lætitia, vel odor suauitatis, qa ex persona peccatoris dr: *Computruerunt & corrupte sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ.* Cor hoĩs clibanus est, quia si vitia vel diabolus succenderint, non coquet, sed exuret. Sed si ille succenderit, qui venit ignem mittere in terrã panes scripturarũ, non exurit ad perditionem, sed coquit ad sacrificium. Fortassis in clibano coqui dñr, quę bene recondita sunt, nec facile proferri ad vulgus pñt. Sunt.n. multa huiusmodi, q̃ si in clibano non coquuntur, cruda sunt, comedi non pñt, sicut in visione Ezech. Nõ.n. credendũ q̃ sit aĩal in forma leonis, quo vehatur Deus, vel vituli vel aquilę. Tria sunt in quib. sacrificia præparantur. In clibano, in sartagine, in craticula. Clibanus s̃m sui formam profundiora in diuinis scripturis significat. Sartago ea q̃ si frequenter versentur intelligi pñt, & explicari. Craticula, quę palam sunt. Est n. in diuinis scripturis historia, moralitas mysticus sensus, sicut corpus & aĩa & spiritus. Hoc quoque canistrũ perfectionis significat, in quo tres panes haberi mandantur. In scriptura.n. diuina cibi auditorib. tripliciter apponunt. In euangelio quoq; dicitur: *Amice commoda mihi tres panes.* Vnus coquitur in clibano, alter in sartagine, tertius in craticula.

ISICHIVS. Conspersum oleo sacrificium de simila dicit, quod nec in clibano, nec in sartagine, nec in craticula mittitur. Hæc est theologia, quæ ad humanitatẽ Christi non refertur, sed de patre est, vel de spiritu sancto vel de ipso filio secũdum deitatem. Ideo hoc filiis Aaron per meditationem scripturarum ad theologiam proficientib. deputauit æqualiter, vt oẽs idem de Deo sentiant. Hoc sacrificium hæretici non gustant, cum diuersa sapiant. Est sacrificium non cõspersum oleo de simila. quando decima pars ephi absque oleo, & thure pro peccato offertur, ab his, s. qui hircum, aut turtures, aut ouem, aut columbas offerre non possunt. Hoc etsi sacrificiũ saluatoris significat, quia nõ theologica gratia, sed pro vtilitate offerentis præceptum, filiis Aaron deputauit.

(Margin: A Tropologice. Homil. 5. in Leuit. — Psal. 37.b. — frictã 1. — B Luc. 12. f. — Ezech. 1. — Tria ĩ quibus sacrificia præparantur. — Luc. 11. a. — Theolog. — C)

a ¶ In quo significat partum virginis. b ¶ In qua significatur resurrectio.

a milæ quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula vel

a ¶ Quæ significat crucem.

in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis, a quo offertur,

a ¶ Id est, si eloquens fuerit vel non. Oleum eloquentiam significat. Vnde: Nitidius oleo guttur eius, &c. Prouer. 5. a. ¶ idest si diuitis fuerit, qui habet vnde misericors sit.
b ¶ Id est pauperis, qui quod largiatur non habet aut sapientia indiget. c ¶ Quia similiter accipit Deus honam deuotionem pauperis & diuitis, simplicis, & sapientis.

b siue oleo conspersa, siue arida fuerit. Cũctis filiis Aaron ęqua

a ¶ Salutare sacrificium in duas diuidit partes, vnam laudationis, alteram voti.

c mensura per singulos diuidetur. Hæc est lex hostiæ pacificorũ quæ offertur domino. Si pro gratiarũ actione fuerit obla-

¶ Lxx. laudatione. Vnde: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

a ¶ Id est habeant scientiam euangelicam quæ perfecta & solida. ¶ Apostolicos libros.
b ¶ Corruptione alienę doctrinæ. c ¶ Vt quicquid sapit, imputetur gratiæ & misericordiæ Dei.
d ¶ Propheticos libros, qui non tam plane annunciant misericordiam Dei, permiscentes minas pro importunitate Iudaica: proprie lagana non dicuntur conspersa, sed vncta.

d tio, offerent panes absq; fermento, conspersos oleo, & lagana

a ¶ Theologiam, s. sed cum eleemosyna, quam propter subtilitatem similam vocat.

e azyma vncta oleo, † coctamq; similam, & † collyridas olei au

(Margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6)

c *Cunctis filiis Aaron,&c.* ✠ RADVLPHVS. Non in quantitate partium, sed in dignitate accipientium, æqualitas ista seruabatur. Si enim vnus eligeretur, qui plus quam cæteri definita obseruatione acciperet, alius qui minus, non esset ibi æqualitas, vbi personarum acceptio esset. Cum vero lex communis circa omnes seruatur, vt vnusquisque quod offert, hoc habeat, dũ nulli quicquam de suo iure subtrahitur, nec alicui quod alter debeat habere, confertur, æque mensura per oẽs dicitur. Nã licet aliquis dũ plura offert, plura accipiat, non tamen in hoc alius cuius tempora ministerii sui quodcunque contigerit offerre, conceditur omnimn partes sustinere.

(Margin: D vbi supra — E † collyridas seu placentas. Exod. 15. a)

d *Si pro gratiarum actione fuerit oblatio.* Ad literam pro gratiarum actione fit oblatio, cum quis de magna tribulatione liberatus gratias agit, sicut Moyses post transitum maris rubri.

MYSTICE quoque qui maiora crimina non commiserit, Dei misericordiæ laudes persoluit, qui se immunem ab horrendeis criminibus custodiuit.

✠ RVPERTVS. Hostiæ pacificorum quales hodie in ecclesia redolent, qualium illæ carnales vmbræ fuerunt, ipsi insignia sunt, & pro omnibus profectibus, tam priuatis quam publicis stationibus actitantur. Vnde discipulum cohortas Apostolus prima epis. ad Timotheum 2. *Obsecro*, inquit, *primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui sunt in sublimitate constituti, &cæt.* Legis huius proprietas, qualiter priuatim obseruetur, superius dictum est, scilicet in homine, qui secundum Apostolum dicit ad Romanos 7. *Condelector legi secundum interiorem hominem, video autem aliam legem, &c.*

(Margin: li. 1. in Leuit. c. 35.)

e *Et lagana azyma vncta oleo.* Panem, scilicet tenuem & latum qui scientiam prophetarum significat. Quantum autẽ distat inter soliditatem panis & teneritudinẽ lagani, tantum inter scientiam veter. & noui testam. panes ergo sparguntur oleo, lagana vnguntur, quia maius est lumen & gratia noui testamenti quam ueteris.

(Margin: F)

f *Coctamq; similam, & collyridas olei, &c.* Diuinam scilicet sapiẽtiam, quæ coquitur igne charitatis. Nam Christus Dei sapientia propter nimiam charitatem se tradidit morti.

(Margin: Cor. 1. d.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Hæc est lex hostiæ pacificorum. *Hic consequenter determinatur de vsu hostiæ pacificæ, & primo determinatur huiusmodi vsus secundo offerendi modus, ibi:* Locutusq; est dominus. *Tertio ponitur epilogus, ibi:* Hæc est vnctio. *Prima in duas, quia primo ponitur dicti vsus determinatio: secundo circa hoc ponitur quędam expositio, ibi.* Locutusq; est dominus. *Ad huc circa primum præmittitur vsus ex parte temporis, secundo subditur determinatio vsus, ex parte rei comestibilis, & comedentis, ibi:* Caro quæ aliud tetigerit. *Circa primum sciendum quod hostia pacifica dupliciter offerebatur, vno modo pro beneficio iam adepto, alio modo pro beneficio habendo. Primo vocabatur hostia laudatiua, & comedebatur eadem die qua offerebatur. Secunda vocabatur votiua vel spontanea, quia non habebat rationem ita debiti sicut prima, quia pro beneficio accepto magis tenetur homo ad seruiendum de quã pro beneficio sperato, & ideo si de hostia votiua aliquid remanebat in crastinum, poterat comedi secunda die, igitur præmittitur conditio primæ hostiæ cum dicitur:* Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, &c.

(Margin: Diuisio.)

2 Offerent panes: *in clibano coctos.*

3 Conspersos oleo: *quia in pistatione non solum ponebatur aqua, sed etiam admiscebatur oleum.*

4 Et lagana. *Facta de pasta cocta in aqua calida.*

5 Coctamq; similam. *Quædam species erat panis primo cocti aliquantulum in aqua calida & postea in clibano.*

6 Et collyridas. *Panes sunt ualde tenues, et alibi uocanter etiã crustulæ, quia totum erat quasi crusta, & modicum aut nil erat ibi de mica.*

(Margin: Collyridę.)

## MORALITER.

✠ 1 *Hæc est lex hostiæ pacificorũ, &c. Si pro gratiarum actione, &c.* Hæc autẽ hostia euachristiam figurauit. Et hic ponũt quinq; modi panũ, p quos figuratus fuit vnus panis viuus & perfect⁹, q de cęlo descẽdit, sicut vnum perfectum per plura imperfecta, vt supra dictũ est c. 2. Hunc autẽ panẽ offert sacerdos gratus, de bñficiis a Deo sibi collatis, deuote celebrãdo, & homo non sacerdos, si p gratiarũ actione, pro beneficiis sibi collatis facit sacerdotẽ celebrare. Et similiter pauper nõ habẽs unde hæc faciat, nihilominus hũc panẽ offert suo modo Missã deuote audiendo, & aliqñ plus proficit sibi quã sacerdoti celebrãti. Hic aũt panis, dicit conspersus oleo. Nã gratia Dei quæ per oleũ designatur, confertur largite in hoc sacramento, ppter quod nominatur euachristia, id est bona gratia. Cum panib. autem prædictis offerebatur animal immolatitiũ, q̃ patet ex hoc quod sequitur.

a *Offertur domino,& eris sacerdotis,&c.* LXX. Et offeret de omnibus muneribus suis laudationem Deo sacerdoti profundenti sanguinē salutiaris illi erit. *Non enim volentis neque currentis, sed Dei miserentis est.* Christo autē ministranti & perficienti sacrificiū primitiæ offerendæ sunt.

Rom. 9. b.

b *Cuius carnes eadem comedentur die, &c.* ORIG. Solidus animæ cib. est cibus lactis, est cibus olerū, est cibus carnis. vnde *Lacte vos potaui, non esca.* Et alibi: *Qui infirmus est, olus man.* Et alibi: *Perfectorum est solidus cibus.* Carnes ergo sacrificii salutaris quod offertur p laudatione domini iubētur esse sacerdotis. Solidus.n. cibus & perfecta sciētia sacerdotib. deputatur, quia in omnibus debent esse perfecti, in doctrina, in morib. in virtutibus, alioquin de sacrificiorū carnibus non edent. Caro quæ ex sacrificiis sacerdotibus deputatur, verbū Dei est quod in ecclesia docent. Admonent ergo no hesterna pferant, sed noua per gratiam Dei & spiritualia semper inueniāt. Si ea quæ heri a Iudæis didicisti, hodie in ecclesia proferas, hesternam sacrificij carnem edisti. Supra quoque in oblatione primitiarum. *Sint,* inquit, *noua, & uetera.*

vbi supra. Solidus cibus. 1. Cor. 3. 2. Rom. 14. a. Heb. 5. d. supra 2. c.

a ¶ Perfectionem, & firmitatem fidei, nam fermentum, panem roborat. b ¶ scilicet in modum ciceini tortos: Hi sunt diuinæ scripturæ expositores, quorum expositioni scientiam habere debemus.
b ¶ Non azymos. c ¶ secularis scientia sicubi necessaria est, vt est grammatica, rhetorica, dialectica.

mistione conspersas: panes quoque fermentatos cum hostia gra- 1

a ¶ Quia vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnde apostolus. Vnum sentiamus omnes in domino.

tiarum, quę immolatur pro pacificis. Ex quibus vnus * pro † pri- 2

a ¶ Christi ad quem pertinet vnus panis, quia fides nostra ad eum & per eum in ipso est.

a mitiis offertur domino, & erit sacerdotis, qui fundet hostiæ

a ¶ Quia incarnationis, s. mysteria in præsenti vita perscrutanda, sunt & imitanda, nihil indiscussum debet remanere vsque in mane, i. initium alterius vitæ.

b sanguinem. Cuius carnes eadem comedentur die, nec rema- 3

a Voto qui offert, quando se Deo seruiturum, & seculo renunciaturum vouet sponte, quando subito conuertitur, & diuinitus inspiratus compungitur.

c nebit ex eis quicquam vsque mane. Si voto vel sponte quispiam 4

a ¶ Præsens vita, præsens seculum hodie dicitur. Vnde: Hodie si vocem eius audieritis, &c. ¶ In præsenti, votum soluendum est, in futuro enim solui non potest. Vnde: Quæ quid potest manus tua instanter operetur. Eccl. 9.

d e obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die. Sed & si quid

a ¶ Crastinus dies tempus post votum significat, vsque ad finem enim vitæ votum nostrum possumus implere.

f in crastinum remanserit, vesci licitum est. Quicquid autem

g tertius inuenerit dies, ignis absumet. † Si quis de carnibus vi- 5

a ¶ id est scriptura, præter duo testamenta. b ¶ id est post hanc vitam tempus bene operandi non erit, & ideo edi tolerit.

ctimæ pacificorum die tertio comederit, † irrita fiet oblatio,

h nec proderit offerenti, quin potius quæcunque anima tali se 6

a ¶ Quælibet virtus vt castitas & iustitia & huiusmodi.

edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit. Caro quæ ali- 7

a ¶ Aliquid malum fecerit. ¶ Velut castitas habita ad vanam gloriam. b ¶ Nemo in ... etur.

quid tetigerit immundum, non comedetur, sed cōburetur igni.

dit, & quodam modo in mente comedit, sperans se co tēpore comedere quod ei impossibile, oblatio eius nō suscipitur, quia polluta, peccatū quoque contrahit. vnde ait: Quæcunque anima tali se edulio contaminauerit, &c.

f *Sed & si quid, &c.* ORIG. Duos dies quibus licet vesci carnibus sacrificii, puto duo, testamēta possē intellige, in quib. liceat omne verbū quod ad Deū pertinet (hoc.n. est sacrificiū) requiri & discuti, & ex ipsis oīs rerum scia capi. Si quid fuerit qđ diuina scriptura non decreuerit, tertiā scripturam non debere suscipi, quæ hic dies tertia nominatur, sed qđ superest igni tradam⁹ id est, Deo reseruemus, qa in præsenti uita Deus scire nos voluit oīa quę nūc scimus ex parte. *Cū autē venerit qđ perfectū est, destruetur, q̄ ex parte sunt.* Nō ergo assumus nobis cūctorum scientiam.

vbi supra. * ex omni oblatione † oblatione. * & Cor. 3. c. † non placebit.

g *Totius inuenerit dies.* Futurū seculū ī quo generalis resurrectio, q̄ Christi resurrectio significauit. Mane facto tertii diei, tunc quod reliquū est igne cōsumetur. Quodcunq; .n. salutare imperfectū reliquerimus, aut malū fecerimus, tanq̄ ligna, aut fœnum, aut stipula, igne cōsumetur, nos autem detrimentum patiemur.

1. Cor. 3. c.

✱ PROCOPIVS. Quod ait, *eadem comedentur die, &c.* Nobis ob oculos ponit tempus, quod in hoc seculo vitę nostræ tribuit, quo peracto, videlicet, quando morimur, nulla amplius sperāda est salus per alterius mortem, cum Christi, mortem & passionem in hoc seculo despicatui habuerimus. Quod inquit *in duobus diebus solis, &c.* Nobis in mentem reuocatur dies tertius quo manifeste resurrexit saluator noster.

c *Vsque mane.* Futurum seculum, vbi erit verus dies qui nocti huius seculi succedit, nō vult nostram vitam perfectam relinqui, per quā nos oportet saluari, in futuro enim non licebit operari.

d *Si uoto vel sponte. &c.* Omne sacrificium pacificorum uel salutare spōtaneum est. Vnde inter dona superius positum est. Sed gratiarū actionis vel laudis sacrificium quamuis speciei eius sit, quia rationabile est, voluntarium non dicitur, quia cū rationales sumus, debitum quodāmodo præcipiū creatori debemus rationabile sacrificium.

e *Eadem simi.* Quia quidem post huius vitæ fidem aliam talē descripserunt, introducētes quoddam seculum mille annorū in quo Ierusalē ædificabitur & templum eius, & sancta sanctorū restaurabuntur, & sacrificia offerentur. Sed si quis hoc credit, &

Tropolog.

✱ THEOD. Cur prohibet edere sacra seruata in tertiū diē, pe namq; infligit trāsgredieti legē? Vult eos nō solos epulari, sed ēt egenis de carnibus elargiri, idcirco prima quidē & secunda die de carnib. illis sumere iubet, & quę supersunt, igni mādari vt necessitate compulsi, pauperes conuiuas sui socios habeant.

Quęst. 9.

✱ RVPERTVS. Tres dies quorū ī tertio carnibus hostiæ vesci licitū nō est, tres status sunt hominis. Status extremus, cū adhuc hō sine metu peccat, mediocris, cū iam aduersus peccatū pugnat, optimus & primus, cū tandē peccatū ipsum victor sub pedibus calcauit. Eadē itaq; die carnes comedūt, cū ei⁹ oblationes a sacerdot. b. recipiūtur quē gratia Dei iā liberauit, vt non ducatur ī lege peccati captiuus. Altero die adhuc licito comeduntur, cū eius oblationes recipiuntur, qui nondum liberatus est, sed pugnādi spē præstat spectatoribus conscientiæ suæ sacerdotib. quorū commendat se orationibus. Porro tertio die nō comedūtur, quādo eius oblationes non recipiuntur, qui sine lege viuit, q non repugnat vt liberetur, imo forte in pessimis gloriatur.

lib. 1. in Leuit. c. 36.

h *Caro quæ, &c.* ORIG. Carnes sanctę diuina verba intelliguntur. Sepe aūt accidit mūdas carnes ptingi ab aliquo immūdo,

Hom. 5. vbi supra. Mystice.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Panes quoque fermentatos cum hostia gratiarū quæ immoletur, &c. *Hoc videtur esse contrarium ei quod dictum est sup. 2. c.* Omnis oblatio quæ offertur domino absque fermento fiet. *Dicendum quod ibi loquitur de oblatione ponenda super altare, vnde ibi subditur. Super altare vero non imponentur, s. fermentati, hic autem loquitur de oblatione quæ non ponebatur super altare, & sic panis fermentatus offerebatur cum hostia pacifica ad esum carnium.*

2 Ex quibus vnus. *In Heb. habetur:* Ex omnibus vnus, *quia de quatuor modis panum prædictis plures panes offerebantur, & de quolibet modo vnus panis tradebatur sacerdoti pro primitiis, & ideo panis fermentatus poterat sic offerri, quia de fermento debebant primitiæ dari vt dictum est supra c. 2.*

3 Cuius carnes comedentur eadem die, &c. *Et tunc si quid remanebat in crastinum, igne comburebatur. Consequenter prosequitur de hostia votiua, cum dicitur.*

4 Si voto vel sponte quispiam obtulerit, eadem similiter, &c. *Et patet litera ex prædictis usque ibi.*

5 Si quis de carnibus. *Id est non consequetur effectum, s. beneficium a Deo postulatum, pro quo impetrando fuit oblata, quia per istud peccatum reddit se indignum, ideo subditur.*

6 Quæcunque anima tali se edulio contami. *Id est transgressio nis legis huius.*

7 Caro. *Hic consequenter describitur vsus ex parte rei comestibilis, cum dicitur;* Caro quæ aliquid tetigerit immundum non co. &c. *Et accipitur hic caro non generaliter, sed caro hostiæ pacificæ tantum, consequenter determinatur vsus ex parte comedentis, cum dicitur.*

3 Cuius ✱ 1 Qui

MORALITER.

✠ 3 *Cuius carnes, &c.* & per hoc significabatur quod sub specie bur panis vera caro Christi continetur, sicut ipse dicit Io. 6. c. *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,* cuius effectu fruimur, si se charitate formata, quæ non compatitur secum mortale peccatum, ideo subditur.

vt si quis de Deo patre, atque ei⁹ vnigenito, & spiritu sancto, di gnū deitatis mysterio purū faciat, syncerūq; sermonē, & de oib. rationab lib. creaturis, tanq a Deo factis vt ipsum itellige rēt, nec asserat cōsequēter carnis resurrectionē. Prim⁹ termo eius solidus eib. est, carnes sunt sanctę. Qui vero carnis resurrectionē negat, quia alienum a fide est, superioribus iunctum carnes sanctas polluit. Præcipitur ergo ne huiusmodi carnes māducentur quibus immunditia infidelitatis adiūgitur. Vnde. *Epulemur in azymis syn. & ve.* Secundum immūditię genus est ne qui carnes edit, immundus sit & immunditia eius in ipso sit, vt si sit aliquis natura florētis & ardētis ingenii, non continuò aptus videbitur ad suscipienda Dei verbi mysteria. Separādus est prius a profanis & mundi operibus, vt eruditionis capax sit, si prius capax fuerit sanctitatis. Tertia species est immunditiæ, qua is qui mundus est, aliquid contingit immundū, nec iam suo peccato quam aliena contagione polluitur, vt si quis societ inuido, vel iracūdo, vel adultero, & propriis actib. non inserat sceleribus eius, videat tamē eū fratrē odisse, insidiari vxori alienæ, & similia facere, nec discedat à cōsortio eius, hic est q cōtingit immūdum, vel animam, vel auem, vel morticinum, & aliena immunditia pollutus est.

Tres spēs immundi tiæ.

†reptili quod. 2.Cor.5.c.

* no come detis illū.

* que.

a *Vel iumēti.* Iumēta immūda, sunt q immundis & terrenis actionib. intēti sunt, vnde fornicatores, equi emissarii dicti sunt.

b *Siue omnis rei, &c.* ✠ THEODO. Qua de causa prohibet eū qui tetigit seminifluū, leprosum, morticinū, aut aliquid aliud immundū, vesci carnib. hostię, p hæc leuia grauiores curat affectiones. Si enim ex lege naturali polluūt, quāto magis ea q procedūt a voluntate, dicētur esse propter legē facta? Et hāc dicendi rationē tenere testificant subsequētia. Nam cum præcepisset adipē omnē offerri ad altare, adipem cadauerū & aliorum animaliū a bestiis captorum, segregauit in vsum hominum. Erat igitur immundus ille qui talem adipem attigerat.

Hier.5.e. Quęst.7.

c *Adipem ouis, &c.* i. nec fortis, nec innocentis, nec pœnitentis, bona intētio vel desideriū sinistra interpreta tiōe deprauādū tanquam

tanquā per hypocrisim sit factum, ne quis velit meritum alterius exterminare, & quasi comedendo imminuere.

AVGVSTI. Dixit superius, *Omnis adeps domino*, & quæsieramus vtrū oīs omnino corporis mūdi dūtaxat, nā de immūdis nulla qō est, & quid de adipe fieret, quē vetuit comedi? Nunc autē dixit quid fieret de adipe morticini & a fera capti, vt sit. s. in omne op⁹, cui tale aliquid necessarium est. Vnde remansit quæstio, quid fieret de adipe eorū, quæ mūda sunt ad vescendum? Sed cum dicit omnē animam perire de populo suo, quæ ederit adipē eorū, ex quibus offertur domino, videtur tantū prohibere adipe eorū ex quibus fit sacrificiū. Iudæi vero nō inueniūt quid de adipe faciāt, vnde abstinēt, & quo modo eum proiiciāt cū dictum sit: *Omnis adeps domino*, si non adipem sacrificiorum tantū, sed etiam eorū de quibus non sacrificiatur, quāuis mundorū hic volūt intelligi, quia per quasdā impudicitias vel cætera vitia sibi elegeriūt mortem peccati.

Qō.21. in Leuit.

a ¶ Hypocrisi. ¶ Hypocrita. b ¶ Fraudulenter operando.

Qui fuerit mundus, vescetur ea. Anima polluta quę ederit de [1]

a ¶ Id est virtutibus quæ Deo sunt dicatæ.

carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, peribit [2]

a Vnde, non dicatur ouis, sed lupus rapax. b Imitando consentiendo. c Ingeniosi.

de populis suis, & quæ tetigerit immunditiam hominis, vel [3]

a Hebetis stulti. b Velut diuinationis somniorum & similium. c Immunda operando.

a iumenti, siue omnis † rei quæ polluere potest, & comederit

a De consortio eorum, qui sunt saluandi.

b de huiuscemodi carnibus, interibit de populis suis. Locutusq; [4]

a Desiderium. s. quod totum ad Deum referendum est.

c est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel: Adipem [5]

a Simplicis, innocentis. b Fortis. Qui operatur mandata legis. c Peccatorum pœnitentium. Quia per capram significantur quæ pro peccatis sunt sacrificia. d Quia talium noxium est desiderium, nec Deo iubet offerri, quia desiderium peccatorum.

ouis & bouis & capræ non comedetis. Adipē cadaueris mor [6]

¶ Quia sponte peccat nullo instigante. a Diabolo instigante. b Quia neglexit sui custodiam, nec audiens quod dicitur: Sobrii estote & vi. &c. 1. Pet. 5. b.

ticini & eius animalis quod a bestia captum est, habebitis in [7] [8]

a ¶ Quia transferre illud ad virtutem debemus, vt ad iustitiam vel castitatem vel eleemosynam, vel quamlibet operationem bonam, resoluentes, s. & subtiliantes.

d vsus varios. † Si quis adipem, qui offerri debet in incensum [9]

a ¶ Cogens vel suadens ei qui seipsum obtulit, non supernum desiderium intendere, sed ad voluptatem suam inclinari. b ¶ Congregatione sanctorum. c ¶ Animam, quasi nihil facias ad proximi tui mortem.

e domini comederit, peribit de populo suo: † Sanguinē quoq;

a ¶ Iustis, quorum conuersatio in celis est.

omnis animalis non sumetis in cibo, † tam de auibus, quam [10]

a ¶ Peccatoribus, qui obediunt ventri.

de pecoribus. Omnis anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis sui. Locutus † est dominus ad Moysen dicens: Lo- [11]

† 10. dist. si quis carnē

* in cūctis habitationib. vestris

✠ PROCOPIVS Pinguedinis siue seui, & sanguinis interdicit esus. Sanguis. n. vitę, at pinguedo virtutis symbolū est. Vtraq; magnifiūt apud Deū, eiq; consecrantur. Cęterum hęc oīa eo tendūt, vt ī nobis voluptas & humanæ rationis instituta & delitamēta eradicēt

d *In varios usus.* Nō solum bonorum imitando opera, sed etiā malorū nobis in exēplum trahēdo. Legim⁹ n. Herodē natalis sui diē celebrasse, & epulas sanguine fœdasse, tale desiderium in vsum habemus vt caueamus, sed ecōtrario nostri natalis diē quo in paradiso fuimus, cū luctu & afflictione memorem⁹. Pharisæus superbiēs ait. *Gratias ago tibi, quia nō sum. s. c. etc.* Nos econtrario dicamus, *Deus miscere mei, quia nō sum similis seruis tuis*, quia angelicam ducunt vitam in terris.

Moraliter Supra 3. d. Matt.14. Luc. 18. b.

e *Siquis adi. &c.* ORIG. Quasi nemo scandalizet unum ex his minimis qui in me credūt, &c. Sāguis comedi prohibet, quasi *ne glorieris aduersus fractos ramos, ne tu excideris, & illi si nō permā serint in incredulitate, inserūatur.* Saguis aūt, Iudæorum popul⁹ recte intelligitur. Non enim ex fide neque ex spiritu Abrahæ sed tantum de sanguine eius descendit.

Allegoric. Rom. 11.

☞ 1 Qui

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui fuerit, &c. *Aliqui libri habent*, immundus. *sed litera ista est falsa, quia libri correcti habēt mundus, & in Hebræo habetur sic* Omnis mundus vescetur ea. *Posset enim forsitā aliquis credere, q non esset licitum comedere carnes hostiæ pacificæ, nisi offerentibus, & propter hoc dicitur hic, quod omnis homo poterat comedere, dum tamen esset mundus. Carnes enim hostiæ pacificæ poterant comedi ab offerentibus vbique, tamen intra Ierusalem, & ad illud conuiuium poterat admitti quicunque erat mundus. Sed si aliquis immundus inde comederet scienter, puniri debebat morte. Ista tamen immunditia poterat esse duplex. Vna ab intrinseco, vtpote, si aliquis esset leprosus vel seminifluus, vel huiusmodi, & hoc notatur cum dicitur.*

Immunditia duplex

2 Anima polluta, &c. *Id est homo pollutus, quia ibi pars accipitur pro toto. Alia ab extrinseco, videlicet ex tactu rei immundæ, & hoc notatur cum dicitur.*

3 Et quæ tetigerit immunditiā hominis uel iumen. &c. *ut sup.*

4 Locutusq; est dominus. *Quia dictū est q carnes hostiæ pacificæ poterāt comedi a quolibet homine mundo, ne igitur crederetur, quod esus adipis & sanguinis similiter concederetur, ideo accipitur cum dicitur.*

5 Adipem ouis, &c. *Ex hoc autem dicunt aliqui, quod adeps animaliam aliorum, dum tamen essent licita ad comedendum, erat Iudæis vesci licitus. Alii autem oppositum, prout dictum est supra 3. cap.*

6 Adipem cadaueris morticini. *Id est, animalis per se mortui.*

7 Et eius animalis quod a bestia captum est, *id est interfectum siue laceratum.*

8 Habebitis in usus uarios *Scilicet ad vnctiones coriorum, & fomentum lucernarum, & huiusmodi quia talis adeps, etiam si esset animalis mundi, non poterat offerri domino, nec etiam comedi.*

9 Si quis adipē qui offerri debet, &c. *Id est, cremari super altare holocausti Consequenter prohibet esum sanguinis, cum dicitur: Sanguinem quoque omnis, &c. Sequitur.*

10 Tam de auibus quam de pecoribus. *Ex hoc dicit Ra. Sa. quod esus sanguinis piscium & locustarum, non est Iudæis interdictus, Rationes autem quare esus adipis & sanguinis prohibitus est, tactæ sunt supra cap. 3.*

11 Locutus est domin⁹ ad Moysen dicēs, &c. *Hic cōsequēter de* ✠ *scribitur*

MORALITER.

✠ 1 *Qui fuerit mundus, vescetur. &c.* Quia scribitur 1. Cor. 11. f. *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium si manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.*

Notādum autē, q hostia pacifica in tres partes diuidebatur nā totus adeps in partem domini cedebat, & ad eius honorē in altari cremabat, pectusculū, & arm⁹ dexter erāt sacerdotis ✠ off-

a *Qui offert uictimam.* ORIGEN. Alia litera: *Qui offert sacrificium salutaris sui domino, offerat munus suũ domino in sacrificio salutaris sui. Manus eius offerent sacrificium hostiam domino. adipem qui super pectusculum est, & pinnam iecoris, offeret ea ita vt ponatur donum circa dominum, & imponet sacerdos adipem, qui est super pectusculum salutare, & erit pectusculum Aarõ & filijs suis, & brachium dextrũ debetis* separationem sacerdotij *a sacrificijs salutaribus uestris. Qui offert sanguinẽ salutaris & adipem ex filijs Aaron, ipsi erit brachium dextrũ in parte. Pectusculum enim impositionis, & brachiũ depositionis accepi a filijs Israel, a sacrificijs salutaribus vestris, & dedi ea Aaron sacerdoti & filijs eius legitimum eternũ a filijs Israel.* Et sacrificiũ qđ dicitur salutare, nemo offert domino, nisi q sanᵘs est & salutis suę cõscius gratias dño refert.

Homil. 5. in Leuit. — *dabitis.

IDEM. Sacrificiũ quod dicitur salutare, sanus tantum & salutis cõscius in gratias offert, nõ eget animo, non languidus in operib. offerre potest. Leprosus ille euãgelicus non potuit offerre nisi curatus, sed vbi a dño mundatus est, iussus est offerre munera ad altare q præcipit Moyses in testimonium illis. Mundus ergo offerre potest. Sed quõ? manus eius offerẽte hostias dño, nõ homo, sed manus, i. opera eius, hæc enim cõmendant hostiam domino. Si enim contracta sit manᵘ tua ad dãdum, adhuc leprosus es, & offerre nõ potes. Vbi habemus hostiã Græci habent ὁλοκαυτώματα, quod, significat omnẽ fructum quem nõ potest in fructuosus offerre, q nõ offert fructũ iustitię & misericordię, & similia. Quod autem ait, *adipes qui supra pectusculum sunt.* Pectusculum, cor intellige, de quo auferẽdę sunt omnes cogitationes malæ (inde enim procedunt) vt possit cor mundum Deum videre. Pinnã quoq; iecoris pcepit offerri, in quo iracundia vel cupiditas. Offert pinnã iecoris qui iram & furorem a se abscidit. Adipes q sunt sup pectusculum, imponunt altari, pectusculũ Aaron & filiis eius, brachiũ dextrum pręcipit separari. Quale est pectusculum sacerdotis plenum sapiẽtia, & diuina intelligẽtia, quale & brachium qđ ei offerũt filii Israel pro salute sua. Forme sunt ista quę in ecclesia nõ geruntur, sed leguntur. Non enim legerentur nisi ex his ędificatio audientib. præberetur. Si ergo sacerdos per doctrinã, per multam solicitudinem, p vigiliarum laborẽ peccatorem conuerterit, & meliora sequi docuerit: Si tale opus inquã fecerit, debet qui in ipsius labore saluatur, Deo gratias agere, & offerre hostiã salutaris, quia salutẽ consecutus sit. Dicit autem pectusculum appositionis, & brachium dẽptionis. Cũ enim ablatũ fuerit de corde tuo omne crassum, & mundatũ fuerit ab omni operimẽto, quod igni tradẽdũ est, restat vt apponat ei gratia spiritussancti, & tunc fiet pectusculũ appositionis. Brachiũ vero separationis erit. Si scias discernere q sunt opera lucis & tenebrarũ. Si separaueris opera tua a tenebris. vt in lumine sint, brachiũ tuũ efficit separationis. Vel cũ separaueris te ab oĩ fratre ambulãte inquiete. Vel cum exierint de medio peccatorum qui portãt vasa dñi.

Ibidem. — Matt. 13. a. — Eccle. 4. d. — Matt. 15. b. — Iaco. 5. d. — Rom. 13. d — Hiere. 5. d. — 2. The. 3. b

b *Tenebit manibus, &c.* HIERON. *Qui est super pectusculum, & pinnam, &c.* De victimis salutarib. adipem offerunt sacerdotes pectus & brachium dextrũ in cibũ accipiunt. Sẽsus est in corde, cor in pectore, voluptas secundũ physicos, est in iecore, vnde Pliniᵘ: Pinnulia aduersa voluptante, & per oculorũ fenestras, erũpente. Postquã ergo pingue holocaustum fecerint, & concupiscẽtiam libidinis, igne spiritus cremauerint, pectus & brachiũ accipiunt in præmiũ. In pectore mundas cogitationes, legis notitiam: In brachio bona operatio, & pugna contra diabolũ, & armata manus, vt quod mente cõceperint opere probent. Iesus enim cœpit facere & docere. Pectus quoque appellatur additamentum, vel precipuum, vel egregiũ. *Labia enim sacerdotis custodiũt scientiã, &c.* Hęc debet esse pręcipua, & additamento spirituali gratiæ talẽ virum instituit, qui possit contradicẽtib. resistere & i se nihil sinistri operis habere. Dextrum fit brachium & separatum, vt opera sacerdotis cõparatione virtutum, a cunctis separata sint. Alia tria exceptis primitijs hostiarum, q dantur sacerdoti de priuato macello & publico, vbi nõ religio, sed virtus necessitatis est brachiũ de quo iã dictũ est, maxilla & venter. Maxilla eloquentiã & eruditum significat, vt qđ pectore pcipit, ore proponat. Vẽter receptaculum ciborum in scorto Madianiti de sacerdotali pugione pcussus, oẽs labores & momẽtanea blãdimẽta gulæ stercoris fine cõdẽnat, oñdẽs mẽtib. Deo sacratis, totũ in secessũ proiici qđ vocamus. Vnde: *Esca uẽtri, et uẽter escæ. Deus aũt hanc, et hac destruit.* Vituli puluerẽ quẽ adorauerũt filii Israel, in pcẽptum supstitionis in potum accepit, vt discat contemnere quæ se videt in secessum proiicere.

D — Esa. 52. c — Epist. ad Fabiolam. — Plinius. — Act. 1. a. — E — Malac. 2. b — Nu. 25. b. — Cor. 6. b. — Exo. 32. c. — F

LXX. Offerẽs sacrificium salutare dño, offeret munᵘ suum dño de sacrificio salutari eius. Quod exponens adiungit. *Tenebit anibus adipem hostię.* Vel iuxta LXX. *manus eius offerent ex ea domino:* Ipsum enim oportet quæ ad salutem suam pertinẽt operari. *quia iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eũ.*

Ezec. 18. c

c *Pectusculũ autẽ erit, &c.* ISIDORVS. Pectus datur sacerdoti, ut cogitationem mundã & doctrinæ habeat notitiã. Brachiũ dextrum, ut bona opera habeat, & ad pugnã cõtra diabolum armata manu procedat: & quod corde pceperit, operum exẽplo perficiat. Daᵗ & de priuato maxilla, ut eloquentia polleat datur & uenter, vt luxuriam extinguat, & gulam contemnat.

d *Sacerdotis.* AVGVS Christi, in sacerdote figurati. Vnde solus sacerdos põt sacrificium hoc perficere. Incipere. n. bonum, nostrum est, pficere, & ad finem ducere, diuinæ gratiæ est. *Nõ est volentis neque currentis, sed Dei miserentis* dirigere actiones, unde & brachium Dei nominatur. Vnde recte armum, uel iuxta LXX. brachium accepit.

Vbi supra — Nota. — Rom. 9. d.

e *Qui obtulerit sanguinem, &c.* Christus est, qui verum sanguinẽ pacificorum & adipem, animas scilicet, & desideria salutarium

Allegoric

---

a ¶ Hostiæ pacificorum gratiarum actiones, has charitate condire debemus qua conditur omne opus bonum.

a quere filiis Israel: Qui offert victimam pacificorum domino, [1]

¶ Id est charitatem. — a ¶ Hoc modo offerens domino. ¶ Ipse non alius pro illo, quia iustitia iusti super eum erit.

b offerat simul & sacrificium, id est libamenta eius: Tenebit ma- [2]

a ¶ LXX. adipem qui est super pectusculum & pinnam iecoris. ¶ Desiderium. b ¶ Cogitationẽ vel fidem. c ¶ Quia fides de Christo munda cogitatio ipsi consecranda. ¶ Fidem & confidentiam quæ fortitudini iuncta sunt, quæ in pectore significantur, hæc debet offerre qui saluari desiderat, quia sine fide impossibile est placere Deo.

c nibus adipem hostię & pectusculũ. Cumque ambo oblata domino consecrauit, tradet sacerdoti qui adolebit adipem super altare, pectusculum aũt erit Aaron & filiorum eius. Armus

a ¶ Omne desiderium nostrum vult fieri holocaustum. — a ¶ Sapientia. b ¶ Qui vita sublimes. c ¶ Fidem & operationem offerat qui saluari desiderat. — a ¶ Quasi, Christus qui sanguinem & vitam pro nobis obtulit, bonam operationem nostram recipiet.

d quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem & adipem filiorum Aa-

a ¶ Hæc est fides recta, vel cognitio sancta, quæ nos de terrenis, ad cælestia sublevat.

e ron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. Pectusculum enim eleuationis & armum separationis tuli a filiis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti ac filiis [3]

a ¶ Quia, q præcedere, debet scientia sacerdotis. ¶ Hæc est operatio bona, quæ iustos a reprobis separat. ¶ Quia opus sacerdotis separatam debet esse & vnicum.

---

NICOLAVS DE LYRA.

✱ scribitur circa victimam pacificam offerendi modus, cum dicitur.

1 Qui offert uictimã pacificorum domino offerat simul & sacrificium, id est, libamenta eius: *Istud additur ad desigñadũ, quid significetur per sacrificium, scilicet illa quæ simul offerebatur, cum animali immolando pro pacifica hostia, sicut sunt panes supradicti. Licet. n. proprie loquendo, sacrificium sit de animali. oblatio de aridis inanimatis libamentum de liquidis, tamen vnum frequenter ponitur pro alio, vt dictum est supra.*

2 Tenebit manibus adipem hostię & pectusculum, &c. *Sacerdotes. n. supponebãt manus suas manib. offerentis, & sic illud superpositum eleuabatur versus cælum, & post ea retrahebatur versus terram, & postea ad quatuor partes orbis, ad denotandum, quod offerebatur illi qui est dominus celi, & terræ & orbis, & postea sacerdos accipiẽs ista de manu offerentis, cremabat adipem super altare. Pectusculum autem armus dexter. de hostiis pacificis cedebant in usum sacerdotum, vt hic determinatur, cæteræ carnes cedebant in vsus offerentium.*

3 Tuli a filiis Israel de hostiis eorũ pacificis & dedi Aarõ, etc. *Scilicet pectusculum & armum dextrum ad euitãdam quãdam speciẽ diuinationis, quæ uocatur spatulomãtia, qua vtebantur idolatriæ, quia* ✱ *in spa-*

Spatulomantia.

MORALITER.

✱ offerentis, reliq uero carnes cedebant in esum illorum pro quib. hostia pacifica offerebatur, ut patet ex sequẽtibus, & per hoc significabatur, qđ sacramentum eucharistiæ primo & pricipaliter ad honorẽ Dei offertur. Secundo ad bonum sacerdotis celebrãtis. Tertio ad bonum illorum p quib. offertur.

tium offert, q est de filijs Aaron sacerdos scilicet singularis, & in oĩbus præcipuus, cui cedit armus dexter in portionẽ, id est omnis actio bona & perfectio.

a *Hæc est vnctio.* ISICHIVS. Videntur ergo hæc ad vnctionem sacerdotum pertinere, sed legislator hoc in præsenti non intẽdit. Q̃ã enim cum vnctione sacerdotum societatem habẽt prædicta sacrificia? sed tantum eorum dignitatem, & quem profectum præstent custodientibus ostendere voluit. Quod enim ait: *Hæc est vnctio Aaron, & filiorum eius in cæremonijs domini*, ad superiora redit, ut scias quod si quis ea custodierit, perueniet ad eam dignitatem sacerdotis, nec aliter. Hæc est enim unctio in cæremoniis domini, q̃ scilicet ex prædictis sacrificiis acquiritur. Vnde addit, *In die qua obtulit eos Moyses, ut sacerdotio fungerentur, & quæ præcepit dari eis a filijs Israel.* In his ergo nobis unctionẽ dedit, in his nos vocauit Deus die qua obtulit eos, qua die s. unxit eos, vt fungerentur sacerdotio, per vnctionem s. q̃ nũc dicta est. Qui enim sanctius & sublimius viuunt, excellẽtiores sunt in populo. Vnde oportunè subdit, *religione ꝑpetua ĩ generationibus vestris*, vt scires quia apud Deũ hęc religio incõcussa est. Nemo dignitate nec sapientia vel reb. sublimib. excellit, sed qui fecerit q̃ superius præcepit. Sic enim sacerdos fit secundũ cognitionem Christi veri sacerdotis, qui immaculatã, & perfectã demonstrauit vitã. Quid aũt per prędictam unctionem intellexerit in sequentibus ostendit.

b *Ista est lex holocausti.* ORIGEN. Cum proposuerit legislator: *Hæc est unctio Aaron & filiorum, &c.* Non subiunxit quæ esset, nec qualiter vnxisset, exposuit, sed hoc quidem in sequentibus facit. Nũc vero postquam dixit, *Hæc est unctio Aaron*, nihil de vnctione subiũgit, vt ostenderet, hæc q̃ supra dixerat, s. pectusculum impositionis, & brachium separationis, esse ipsam vnctionem Aaron & filiorum eius, ne putaremus illa ꝑ carnib. dicta, vt doceret etiam ipsa sacramento inserta vnctionis. Postea repetit ea q̃ supra exposuerat dicens: *Hæc est lex holocaust. &c.* Hæc est quæ supra exposita est, & videtur recapitulatio esse sacrorũ, quæ supra narrata sunt, sicut & illud scilicet hęc est vnctio. prælibatio sequentiũ, transiens enim & alia tangit dicenda, & dicta. Dicenda ibi: *Hæc est vnctio.* dicta ibi: *Hæc est lex.*

Vnctio Christi partim communis est suis. Sunt enim & ipsi particeps, vnde & nos participatione Christi dicimur Christiani. Sed ĩęstimabili dignitate excellit. Vngitur & ipse substãtialiter, nos uero eius operatione & gratia. Vnguntur ergo cum Aarõ filii eius, sed non talia in vnctione eorum, qualia fiunt in vnctione Aaron, qđ in sequentibus manifestatur. De Christo autem hoc intelligitur. Sciens enim legislator ad ecclesiã hęc pertinere mysteria, præcepit conuocari omnẽ cœtum vel synagogam, quam Gręci ecclesiam dicunt. Synagoga enim non potest hanc legẽ habere, nisi ad ecclesiam conueniat, in qua figurarum veritas conseruatur.

✱ RVPERTVS. Breuiori rursus conclusione cuncta præsentat, de quib. hactenus ad legẽ domini altius lectorem reducẽs quã est initium Leuitici, videlicet ad consummationẽ tabernaculi, vbi locut' dominus ad Moysen, *Applicat*, inquit, *ad te Aaron cum filijs suis, &c.* Hęc, inquit, *est vnctio.* Aaron & filiorũ eius, & ista est lex holocausti, &c. Legem, sacerdotem, & legẽ populi quasi digito distinctè demonstrauit.

*Ista est lex, &c.* ISICHIVS. Vides differẽtes cõuersationes q̃ Deo cõiungunt, honorem s. sapiẽtiæ perfectũ, qui significat per holocaustũ. Vel iustitiam mediocrem, quę operatur ea q̃ sunt ad salutẽ. Sacrificia enim pacificorũ vel holocaustũ uel per oblationẽ, rectè esse vtilia ad sacerdotalem dignitatẽ lex intellexit. Vnde in die qua legẽ vnctionis mandauit subdidit. ea q̃ sunt de sacrificiis, simulque omnia breuiter memorauit.

c *In monte Sinai.* Qui rub. vel tentatio interpretatur. Similis est autẽ rubo tentatio, asperum enim virgultum est, & difficile capit, sic corona bonæ uitæ in tentationib. & tributationib. vix habetur. Vnde: *Beatus vir qui sustinet tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę.*

Marginalia: A; B; C; D; E; F; Vbi supra Homil. 5. literaliter; Christiani vnde.; Li. 1. in Leuit. c. 39.; Iacob. 1. b.

---

a eius, lege perpetua ab omni populo Israel. [1] Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius in cæremoniis domini in die quo obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur, & quæ præcepit dare eis dominus a filiis Israel religione perpetua in generationibus suis. b Ista est lex holocausti [2] & sacrificii pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis, [3] c quas constituit dominus Moysi in monte Sinai, [4] quando mandauit filiis Israel, vt offerrent oblationes suas domino in deserto Sinai.

Interlinear glosses: ¶ Quia magnificatio eius in perpetuum durat. ¶ Supradicta. ¶ Eorum s. qui per ea quę dicta sunt proficiunt ad dignitatem sacerdotij. ¶ Inconcussa. ¶ Perfectæ sapientiæ. ¶ Mediocris iustitiæ. ¶ Rubi vel tentationes.

☞ CAP

---

NICOLAVS DE LYRA.

✱ in spatula & osse pectoris de suis sacrificijs superstitiose diuinabant.

1 Hæc est unctio. *Hic ponitur breuis epilogus respectu præcedentiũ, cum dicitur:* Hæc est unctio Aaron & filiorum eius. *Id est ablatio in die vnctionis eorum, de qua dictum est cap. præcedenti qualiter debeat fieri, sed eius executio ponitur cap. 9.*

2 Ista est lex holocausti, &c. *De quibus dictum est capit. pręcedenti.*

3 Et pacificorum uictimis. *De quibus dictum est in hoc ca.*

4 Quas constituit dominus. *Hec additur ad ostendendum locum in quo istę leges datę sunt.*

✱ NICO

---

*ADDITIO I.*

In *c. 7. vbi dicitur in postilla:* Sed si aliquis immundus inde comederet scienter, *debebat puniri morte.*

*Durissimum esset dicere, vt per talem comestionem homo puniretur capitaliter, Sed aliter est dicendum, nam in hoc loco dicitur de tali transgressore,* Peribit *vel* interibit de populis suis, *& similiter in multis alijs dicitur similiter. Quod intelligit secundum glo nostram, vt non dicatur ouis sed lupus rapax, unde in quampluribus locis, vbi similis sententia ponitur secundum Hebręos diuinę vltionis intelligitur tale peccatum relinqui, non quod per hominem ad pœnam capitalem iudicetur, & est humanior sententia, nam de illo in cuius domo inueniretur seu appareret quantumcunque modicum fermenti in tempore paschali, & in quam plurimis casibus leuissimis, talia verba in veteri lege leguntur in quibus durissimum esset crimen capitale introducere.*

*ADDITIO II.*

In *eodem cap. 7. vbi dicitur in postil.* Tenebit manibus adipem hostiæ, &c.

*Sacerdos in huiusmodi oblationib. faciebat quatuor motus tantum, s. eleuare versus cęlum, & retrahere uersus terram, & mouere antrorsum, retrahere retrorsum, & sic in huiusmodi motibus proprie fiebat signum crucis ut patet consideranti, &c.*

Marginal: * Crucis signum.

REPICA

REPLICA *Correctorij contra Burgen. In 7. cap.* Leuitici *cum postillator exponeret illum passum.* Qui fuerit mundus uescetur ex ea. *Inter cætera cum dixit. Sed si aliquis immũdus inde comederet scienter puniri morte debebat. Burgen. eum notat inquens, Durissimum esset dicere vt per talem comestionem homo puniretur capitaliter. Et dicit se cundum nostram glo. ( vbi de transgressoribus secundum* Hebręos *pœna his verbis præfiguratur,* Peribit *vel* interibit de populis suis ) *hoc intelligi vt tale peccatum diuinę vltionis relinquatur. Vnde inquit, hęc est humanior sententia. Quid est tunc quod dicitur Num. xv. d. de homine qui in die sabbathi ligna collegit, quem cum Moyses & Aaron carcere inclusissent, nescientes quod super eo facere debent, nunquid iuxta verbum quod locutus fuit dominus ad Moysen, vt ibi legitur.* Anima uero quæ superbia aliquid commiserit, siue peregrinus sit ille, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo, &c. *Dominus hoc ipsum verbi Moysi & Aaron nescientibus quid cum eo trangressore agere deberent, clarius exposuit, ut ibidem subditur.* Dixitque dominus ad Moysen, Morte moriatur homo iste, Obruet eum lapidibus omnis turba extra castra &c. *In quo. n. magis ille peccauit ligna colligendo, quam qui scienter ex contemptu uel per superbiam contaminatus, & immundus de hostię pacifica uesceretur. Nec postillator de eo qui ignoranter faceret, hoc dixit, cũ aperte inquit, sed si aliquis immundus inde comederet scienter, quasi ex contemptu, uel superbia diceret.*

CAP. VIII.

A a Tolle Aaron, &c. ✻ PROCO. Cum antea seorsum Moyses oleo & seorsim cruore alteri⁹ arietis vnxisset illos, qui sacris initiabantur, vt sacerdotio fungerentur, Nūc offerētes sacrificia maiore perfectione, qualē suppeditet lex, potiū- tur. Nō simplex oleū admiscetur sanguini simplici, sed oleum vnctionis & cruor altaris confunduntur. Nec ipsi soli, sed & vestimenta ipsorum hanc sentiunt vnctionem. Verum hæc omnia in typo quodā contigere. Cruor passionis dominicæ, vt oleum vnctionis quę in baptismo fit, symbolum habetur. Notabis autem in lege solos sacerdotes lustrari & perfici sanguine & oleo. At tempore gratiæ participes fiunt perfectio- B nis, vniuersa multitudo *sacerdotium regium, gens sancta.* Pręterea reges, solo inungebātur oleo, at sacerdotes cōsecrabātur adhibitis oleo & sanguine. Non licebat regib. sacerdotum munia obire, vicissim nec licitū erat sacerdotib. vt regio fungerētur officio. Solus aūt Christus, qui excellit legē & rex, & sacerdos pronuntiatur ſm ordinē Melchisedech. Hic enim vtraque dignitate conspicuus fuit. Qua propter vtraq. cōcurrerunt corpori Christi in ecclesia, sanguis pretiosus, & oleū sanctum.

Lib. 2. c. 1. ✻ RVPE. Superius vbi has vestes summo pontifici gloriam & decorem fieri fecit dominus, mysticas, per singula indumēta reddidimus. Vnū hic quærendū est, & cur cū cæteris omnibus fratrē suum Moyses induerit, de solis feminalib. lineis, quod erat primum indumētum secundum imperium domini, nulla hic mentio fit. Dicimus ergo, quia feminalia quibus carnis turpitudo tegeret, in figuram continentię, quæ sacerdotibus competit, fieri iussa sunt. Porro continentia hæc ut omnimoda puritate sanctificetur homo, nō est ex legis præscripto, sed ex euangelii consilio. Rite igitur scriptura tacuit, vt ipso silentio fateatur de virginibus non esse legis præceptum, sed offerri gratiæ consilium.

b *Duos arietes.* Christi passio significatur, qui est dux populi Bene autem duo arietes immolātur, quia Christus bis nobis mysteria suę passionis cōmisit. Primum quando agnum mysticū C in cęna comedit. Secundo quando eadem mysteria in panis & vini consecratione constituit.

Quis ad sacerdotiū eligendus c *Et congregabis.* Conuocauit Moyses omnem synagogā, quā uis dominus elegisset & præcepisset, conuocatur tamen synagoga. Requiritur enim in ordinando sacerdote præsentia populi, ut sciant omnes & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populi, doctior, sanctior, & virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotiū. Lauit ergo eum & induit. Quali indumento? tunica, & præcinxit eum zona. Et iterū, *Vestiuit enim tunicā talarem*, vel vt alibi legimus, *interiorem.* Video autem duab. tunicis indutum pontificem. Iesus autē prohibet apostolos duabus tunicis indui, cum Moyses & Iesus, id est lex & euangeliū cōuenire debeat. Dicunt alii, quod Iesus pręcepit duas tunicas non habere, non esse contrarium legi sed perfectius lege, sicut & cum lex homicidiū vetat, Iesus vero iracundiam resecat, & cum lex prohibet adulterium, Iesus vero concupiscētiam abscidit. Ego nō intra huius intelligētię angustiam, pontificalia sacramenta cōcludo, amplius mihi aliquid ex ista forma videtur ostendi. Sciebat pontifex ille quē tunc ordinabat Moses, quia circuncisio esset spiritualis, seruabat tamen & circuncisionē carnis, quia incircuncisus esse nō poterat, habebat ergo duas tunicas, vnam carnalis mysterii, aliā intelligētiæ spiritualis. Non. n. poterat esse pontifex eorum qui tunc erant, nisi carnalia sacrificia offerret, quamuis spiritualia esse debere sciret. Conuenienter ergo habebat duas tunicas. Apostoli vero qui dicturi erant: *Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit,* & literalē obseruantiā penitus reprobaturi, merito duas tunicas habere prohibentur, sufficit eis vna, & hæc interior, eam vero quæ foris est legis tunicam nolunt, quia unam Iesus & ipsam interiorem habere permittit.

D Eccl. 45. a. 2. Re. 15. d. Matt. 10. b — Exod. 20. b Matt. 5. c. — †21. dist. c. i. in principio.

d *Cumque lauisset.* HIERON. Iam tunc purgationem mundi & rerum omnium sanctitatem baptismi sacramēta signabāt. Nō accipiunt uestes nisi loti, nec ornāturad sacra, nisi in Christo noui homines renascantur. Vinum enim nouum in vtres nouos mittitur, Moyses lauat, id est lex. Vnde: *Habent Moysen & prophetas, audiant illos.* Ab Adam vsque ad Moysen omnes peccauerunt, præceptis Dei lauamur, & parati in aduentum Christi tunicas pelliceas deponimus, & induimus vestē lineā nihil in se mortis habentem, sed totam candidam, vt de baptismo surgentes stringamus lumbos in ueritate, & tota pristinorum peccatorum turpitudo celetur. Vnde: *Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum, &c.* Post feminalia & lineā tunicā induimur hyacinthina veste, de terra conscendentes ad alta. Hæc est subucula iuxta LXX. quę sublimium ratione significat tm̄ patere maiorib. atque perfectis. Hanc habuerunt prophetæ, Moyses & Aaron, & omnes quibus dicitur: *In montem excelsum ascende tu qui euang. Sion.* Non sufficit prior ablutio peccatorum, baptismi gratia, secretior doctrina, nisi habeam⁹ opera, id est suphumerale quod rationali copulat, ut non sit

E Gal. 5. a. — Matth. 9. a Luc. 16. g. Rom. 3. c. Rom. 5. c. — Psal. 31. a — Exo. 14. b. — F

CAP. VIII.

1 Locutusque est dominus ad Moysen dicēs: 2 Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum & 3 vnctionis oleum, vitulū pro peccato duos arietes, canistrū cū azymis: & congregabis 4 omnem cętum ad ostium tabernaculi. Fecit Moyses, vt dominus imperauerat, congregataque omni turba ante fores tabernaculi, ait: Iste est sermo, quem iussit dominus fieri. † 5 d Statimque obtulit Aaron & filios eius. Cumque lauisset eos, 6

¶ Christum.

a ¶ Vas perplexo vimine factum, scripturam significat quæ multiplici sententiarum conficitur texture. b ¶ Diuina sapientia in azymis synceritatis & veritatis. c ¶ Hoc factum est, quando prædicantibus apostolis vna die crediderunt quinque millia post resurrectionem alia die duo millia.

a Euangelicus. Vnde Petrus: Hoc est verbum quod annuntiatum est vobis, euangelica, s. mysteria.

a Christum qui offertur patri. vnde Daniel: Oblatus est in conspectu eius, qui nobiscum & propter nos offertur. b Qui imitantur eum: vnde, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. c Quia hęc oblatio per Christum celebratur, baptizatus est. n. Christus, vt aqua baptismi sanctificaretur.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VIII.

1 Locutusque est dominus. *Superius actū est de sacrificijs & oblationib. hic consequenter agitur de ipsis offerentib. & primo agitur de offerentib. ratione officij cuiusmodi erant sacerdotes. Secūdo de offerentib. ex professione fidei, cuiusmodi erāt alij inferiores: quia sacrificia illa erant quædam protestationes fidei offerentium, & de his agitur cap. 11. Prima in tres, quia primo describitur circa sacerdotes consecrationis ritus, secundo consecratorum vsus, ca. ix. tertio eorundem casus ca. 10. Circa primum pręmittuntur ea quæ erant ad consecrationem sacerdotum necessaria, cum dicitur.*

2 Tolle Aaron cum filiis suis, & vestes eorum. *Quarum forma et materia descripta fuit Exod. 18.*

3 Et vnctionis oleum. *Cuius confectio descripta fuit Exod. 30.*

3 Et

4 Et congregabis omnem cœtum. *Vt videat omnis populus quod Aaron non ingesserit se ad dignitatem sacerdotij, sed magis susceperit ex pręcepto domini, secundo ponitur consecrationis executio, cum dicitur.*

5 Statimque obtulit Aaron, &c. *Et diuiditur in quatuor partes, quia primo ponit quędam communia Aaron & eius filijs circa eorum consecrationem secundo pertinentia ad solum pontificem, ibi:* Vestiuit, *tertio filijs eius propria, ibi:* Filios quoque eius, *quarto reuertitur ad communia, ibi:* Obtulit & vitulum pro peccato. *Circa primum ponuntur duo communia Aaron et filijs eius. Primum est eorum oblatio, cum dicitur;* Obtulit Aaron & filios eius. *Statuēs coram altari quia applicabantur diuino cultui. Secundum est eorum lotio, cum dicitur.*

6 Cumque lauisset eos. *Per hanc lotionem datur intelligi quod debebant esse corde et conuersatione mundi, et ab omni immunditia peccati expediti.*

✻ 1 Vestiuit

MORALITER.

✻ 1 *Locutusq; est dominus ad Moysen, etc.* In hoc capitulo agit de induitione Aaron & filiorum eius vestibus suis & eorum consecratione eo modo, quo præcipitur supra Exod. 28. & 19. & ibi positę fuerunt expositiones mysticæ, propter quod non oportet eas hic repetere, sed ibi recurrat qui voluerit videre, tamen in fine huius capituli vnum additur, cum dicitur

sit laxum nec dissolutũ. Ratio enim operib. & opera ratione indigent, vt quod mente concipimus, opere perpetremus.

Homil. 6. in Leuit.

ORIG. Lauet te Moyses, id est lex quæ te lauat, & diluit sordes tuas. Lex sacerdotes consecrat. Nõ põt esse sacerdos, quẽ lex nõ constituit. Si lotus fueris p Moysen, poteris peruenire ad indumenta quæ profert Moyses. Sed non solum indumẽtis opus est ad sacerdotales infulas, verũ & cingulis. Tunicis pelliceis indutus est Adã & vxor eius, ta lib. peccatorem indui oportebat, quæ essent mortalitatis indicia, quam peccando contraxerat, & fragilitatis quæ ex corruptione carnis veniebat. Sed si ab his purgatus fueris per legem domini, induet te Moyses indumento incorruptionis, vt nusq̃ appareat turpitudo tua, & absorbeatur mortale hoc a vita. Videamus quali ordine pontifex constituatur.

Gene. 3. d. Exo. 28. g.

RADVLPHVS. Nota quod sacerdotes induturus, prius eos lauat, congruo satis ordine, vt quicunq; ad sacerdotium accedunt, primo præcedentium delictorum veniã consequantur primo deponãt sordes vitiorum, & sic demum suscipiant ornamenta virtutum.

a ¶ Precedentia communia sunt Aaron & filijs eius, i. Christo & nobis; hęc autem soli Deo & vero sacerdoti conueniunt. vestiuit pontif. &c. b ¶ Veste immortalitatis. c ¶ Vt lumbi in veritate stringantur, & turpitudo peccatorum celetur.

a vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum baltheo[c],

Feminalia linea. Exo. 29. d.

a *Vestiuit.* HIERO Ad Fabiolam, Discamus prius communes sacerdotum vestes atq; pontificum. Lineis feminalib. vsque ad genu verenda celantur, quorũ superior pars sub vmbilico vehementer astringitur, ne dũ expediti victimas mactãt, onera portant, casu femora reuelentur, & pateat quod opertũ est. Inde etiam gradus altaris ascendere prohibent, ne ascendentium verẽda conspiciat inferior populus. Hæc sm Iosephum de bysso retorta propter fortitudinem texebantur, & incisa consuebantur, quia in tela non potest fieri huiusmodi opus.

B

Ibidem. Byssina.

IDEM. Secunda est ex lino poderis, id est talaris duplici sindone, quã Iosephus vocat Byssinã, hæc adhæret corpori ita arcta & strictis manicis, vt nulla in veste ruga sit, & vsq; ad crura descendat. Tales solent habere milites lineas quas camisias vocant, aptas membris & astrictas, ut ad omnia expediti sint. Hac sacerdotes vtũtur tunica, habentes vestitorũ pulchritudinem, & nudorum celeritatem, quæ dicitur linea.

Cingulũ.

Tertium cingulũ, serpentis pelliquam in æstate exuit similimum, vt longũ marsupium in rotundum textũ, sub tegmine cocci, purpuræ, hyacinthi, & byssi, propter decorem & fortitudinẽ, ita polymite distinctum, ut diuersos flores & gemmas artificis manu nõ intextas, sed additas putes. Hoc baltheo inter vmbilicũ & pectus linea tunica stringitur, qui quatuor digitorum habens latitudinem, & magna ex parte ad crura descendens, cum expeditione ad sacrificia opus est, in læuum humerum retorquetur.

Pileolum.

IDEM. Quartum est rotundum pileolum, quod Græci & nostri thiaram, nonnulli galerum vocant, non habet acumen in summo nec totũ vsq; ad comas caput tegit, sed tertiã partẽ a fronte nudam relinquit, vitta ne labatur constrictum byssinum, & sic fabre linteolo opertũ, ut nulla sint foris acus vestigia, his quatuor tam sacerdotes vtunt quã pontifices. Quatuor reliqua proprie pontificũ sunt. Primum quod & hic quĩtũ, tunica talaris tota hyacinthina eiusdem coloris, habens assutas manicas qua induitur, apertura, quod vulgo capitium dicitur, oris firmissimis ne rumpatur. In inferiori uero parte 72. tintinnabula sunt, & totidem mala punica, iisdẽ contexta colorib. quib. cingulum, inter duo tintinnabula vnum malum, & inter duo mala vnum tintinnabulum, ut cum pontifex in sancta sanctorum ingreditur, sit uocalis totus, si hoc non fecerit statim moriturus.

Tunica talaris.

Ephod.

Sextum Hebraice אפוד Ephod, id est, superhumerale, vbicunq; enim in Exodo vel in Leuitico superhumerale legitur. in Hebræo אפוד Ephod habetur. Samuel tamẽ Leuita adhuc paruæ ætatis, & Dauid ante arcã ephod portauit. Sed aliud est ex hyacintho, bysso, cocco, purpura, auroq; contextum, aliud in similitudine sacerdotũ simplex & lineum. Auri laminæ, id est, bracteæ mira tenuitate tenduntur, ex quib. secta fila torquentur, cũ sub tegmine triũ colorum hyacinthi, cocci, purpurę, & stamine byssi, vnde efficitur palliolũ vermiculatę pulchritudinis, & miri fulgoris ĩ modũ caracallarum, sed sine cucullis contra pectus nihil texitur, locus rationali relinquitur, in

1. Reg. 2. f. 1. Reg. 6. c.

C

D

in vtroq; humero singuli lapides clausi, auro astricti, qui Hebraice dicuntur שהם soham, ab Aquila & Symmacho & Theodotione onychini, a LXX. smaragdi. Iosephus sardios vocat, cum Hebręo consentiens, vt colorem lapidum vel patriã demonstret. In singulis sena patriarcharum nomina quib. Israeliticus populus diuiditur. In dextro humero filii Iacob maiores, in læuo minores, vt pontifex sancta sanctorum ingrediens populum pro quo rogaturus est in humeris portet.

Rõnale. Logion.

AVGVST. Mouet etiam, quòd cum faceret Aaron dona populi quæ supra memorantur, non omnia dicūtur immolata quæ fuerant prædicta, sed tantum hircum pro peccato & holocaustum: vbi tamen agnū illum non expressit. Duo verò alia, quę ad sacrificiū pro peccato potius quàm ad holocaustum pertinere diximus tacuit, id est, arietem & vitulum. Vbi a parte totum intellexit, vt in solo capro etiam quæ sunt secuta sunt, accipere mus. Cū de sacr. ficiis salutaris populi narraret, quo modo Aaron ea fecerit de vitulo & ariete ait: Et occidit vitulum & arietem sacrificium salutaris populi, & obtulerunt filii Aarō sanguinem, & fudit ad altare in circuitu, & adipem a vitulo, & ab ariete lumbum & adipem tegentē super vētrē, & duos renes, & adipem qui supra ipsos est, & pinnam quæ est in iecore & posuit adipes sup pectuscula, & imposuit adipes ad altare. & pectusculū & brachiū dextrū obtulit Aaron obiationem ante dominum. Nunc singulariter, nūc pluraliter loquitur, cum de duob. animalib. loquatur vitulo & ariete. Quod ergo dicit duos renes ab vtroq; animali, intelligendum est, & ita quattuor fuisse, sic, &c. Quod vero ait. *Et posuit adipes super pectuscula,* cum ipsa non imposuerit altari (Sacerdoti n. debebatur cum brachiis dextris) an intelligendum est, & posuit adipes qui sunt sup pectuscula, Ipsos. n. imposuit, quasi imponeret altari a pectusculo demptos. Nā ita superius præceperat. Deinde sequitur. *Et imposuit adipes super altare, & pectusculum & brachium dextrum obtulit Aaron oblationem ante dominum.* Modo singulariter inferens pectusculum dicens, vtrumq; ex vtroq; animante, quasi pectuscula dixerit.

† Et fecit illud iuxta morē & obtulit sacrificiū. impletaq; manu sua et ipso, adolcuit.

d *Et pro pec, &c.* ISICHIVS. Cuius hæc figuram habeant, & quomodo hircus pro peccato pęnitētiæ sacrificiū significet, holocausta vero crucifixā cōuersationē, theologiā simila, salutare vero seu pacificorū sacrificium vitā, quæ nos saluare potest

---

quem præcepit dn̄s: Facite & apparebit vobis gloria eius. Dixitq. ad Aaron: Accede ad altare, & immola pro peccato tuo b Offer holocaustum, & † deprecare pro te & pro populo. Cumq. mactaueris hostiam populi, † ora pro eo sicut præcepit dominus, c Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato suo, cuius sanguinem obtulerunt ei [1] filii sui. In quo tingens digitum, † tetigit † cornu altaris, & [2] fudit residuum ad basim eius: Adipemque & renunculos ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat dominus Moysi. Carnes vero & pellem † eius extra castra combussit igni, immolauit & holocausti vi † ctimam. Obtuleruntque ei filii sui sanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam cum capite & membris singulis obtulerunt: quæ omnia super altare cremauit igni, lotis prius aqua intestinis d & pedibus. Et pro peccato populi offerens mactauit hircum, † expiatoque altari fecit holocaustum, † addens in sacrificium libamenta quæ pariter offeruntur, & adolens † ea super altare absque ceremoniis holocausti matutini. [3]

Interlinear: a ¶ Spiritus. Vnde nos reuelata facie glo. do. spe transfor. sicut a domini spiritu. — ¶ Carnem tuam. — ¶ Quod suscepisti. a ¶ Teipsum s. b ¶ Pater in manus tuas commendo spiritum meum Luc. 23. f. c ¶ Qui peccatum suscepisti. d ¶ Cui factus es propitiatio. — ¶ Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Luc. 23. e. — a ¶ Filii Aaron populus fidelis, qui offert sanguinem vituli, quando passionem Christi digne reminiscitur & veneratur. — a ¶ Cogitationib quæ sæpe maculantur. — a ¶ Qui terram contingunt & puluerem contrahunt, quos dominus discipulis suis a prædicatione reuersis lauat. — a ¶ Similiter, idem, & cætera quæ in sacrificio hostiæ adduntur. — a ¶ Agno s. qui quotidie mane & vespere offerebatur.

---

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Statimq. &c. *Tetigit contra altaris. s. holocausti, quod patet ex hoc quod subditur.*

2 Et fudit residuum ad, &c. *Non. n. fundebatur sanguis ad basim altaris thymiamatis sed tantum ad basim altaris holocausti. Cætera patent ex supradictis, vsque ibi.*

3 Absq. ceremoniis holocausti matutini, &c. *Id est, ingressu sacrificij quod nunquam propter aliqua sacrificia intermittebatur, ita tamen quod iuge sacrificium matutinum primo offerebatur ante omnia alia, & vespertinum vltimo post omnia alia.*

✱ 1 Posue

MORALITER.

✱ 1 *Statimq. Aaron accedens ad, &c.* Per quod significat, quod sacerdos nouæ legis accedens ad altare, primo debet cōfiteri se peccatorē esse, propter quod dicitur. Cōfiteor in principio Missæ, per vitulum autē immolatū intelligitur ipse Christus, cuius sanguine mundant conscientiæ nostræ, ad Hebr. 9. d. *Sanguis Christi emundat conscientias nostras ad seruiendum Deo viuenti.*

† *Carnes vero & pellem eius extra castra, &c.* Quia Christ extra Hierusalem passus fuit, vt habetur Io. 19. c. & ad Heb. 13. b.

† *Immolauit, &c.* Scilicet arietem, qui significat Christum, eo quod Christus est dux fidelium, sicut aries est ouium.

† *Et pro peccato populi offerens.* Qui est animal fętidum, ad significandum peccati cōis grauitatem. Nam sicut bonum quanto est cōius, tanto est diuinius, sic peccatum quanto est communius tanto est peius, cæteris tamen paribus.

✱ 1 Immo

potest etiam mediocriter sapientes, sacrificiorum discussio pcedens unctionē sacerdotis ostēdit. Ego q hui is sanctionis explanationem nescit, illuc subtiliter perquirens per singula inueniet Hæc autē necessario addimus, quia spiritūsanctum in pentecoste descensurum cōgregatis in vnum apostolis, & omnia secundum legem agentib. considerauit legislator. Vnde recte præcedere sacrificia sacerdotis, & populi sequi præcepit. Oportet enim ecclesiæ doctrinam a sacrificio vnigeniti inchoare, ut introducantur sacerdotes docentes quid nobis passio domini profecerit. Deinde inferatur sermo pœnitentię omnibus necessarius. Vnde & dominus vnam prædicat doctrinam .i. pœnitentiam, perfectasq; ie subinfert cōuersationes, & theologiam, ex quibus saluari possumus, etiam quamuis non sublimiter conuersemur, in his oportet etiam ecclesiam congregari, & manifestationē Dei suscipere. Hæc sine dubio in pentecoste agebant discipuli, propter q erant in vnum congregati. Etsi enim palam nō prędicabant, qa de ostio tabernaculi nō exhibāt, donec īduerētur virtute ex alto, in semetipsis hæc agebant, & quæ docerent ecclesiam meditari non cessabant.

Act. 1. a. / Matt. 4. c.

credita est. Et orando manus ad cęlum leuauit. Vnde Paul⁹: *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus.* Tendēs ergo sine leuans manus benedixit illos, quia per orationē sacerdotes populo benedicunt, Sed vnde benedictionem præstant sequentia demonstrant.

1. Tim. / Allegor.

Immolauit & bouem atque arietem, hostias pacificas populi. Obtuleruntque ei filii sui sanguinē, quē fudit super altare in circuitum. Adipem aūt bouis et caudam arietis, renunculosque cum adipibus suis, et reticulum iecoris posuerunt super pectora. Cumque cremati essent adipes in altari, pectora eorum et armos dextros separauit Aaron, eleuans coram domino, sicut præceperat Moyses. Et extendēs manum ad populum benedixit ei. Sicque completis hostiis pro peccato et holocaustis pacificis, descendit. Ingressi autem Moyses et Aaron tabernaculum testimonii, et deinceps egressi, benedixerunt populo. Apparuitque gloria domini omni multitudini, et ecce egressus ignis a dño deuorauit holocaustum, et adipes qui erāt super altare. Quod cū vidissent turbæ, laudauerant dominum ruentes in facies suas.

Desiderium bonum. Opus perfectum. Igne spiritussancti. a Cordis vel cordis. b Hæc omnia Deo in fide sunt offerenda quia pectus significat, sine hac nulla placent. Orans. a De loco vbi stabat seruiens altari. b Antequam benedicerent. c Christus per quem benedixit Aaron. Cælum de quo benedicunt. a Aperte spiritumsanctum ostendit qui in igne apparuit. b Symmachus consumpsit. Gratanter suscepit. c Vota apostolorum. a Pro peccato & pacificorum. b Hoc impletum est quando varijs linguis loquebantur apostoli, & stupebant omnes qui eos audiebant & laudabant dominum. a Humiliter pœnitentes dicebant enim: quid faciemus viri fratres. In faciem ruebant, i. faciem mentis ad terram prosternebant quidam dicentes: quia musto pleni sunt hi.

c *Ingressi autem Moyses & Aaron tabernaculum testimonij, & cæt.* Quia de intelligibili tabernaculo, id est, de cęlo benedicunt sacerdotes, dicentes cū Paulo: *Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione sp. in cœlestibus in Christo.* Dominus quoque quinque panes vel septem benedicens ad cœlum respexit. Notandum autem quod non solus Aaron, sed cum Moyse benedicit. Sacerdotes enim non propria virtute benedicunt, sed quia figurā Christi gerunt, & per eum qui in ipsis est, benedictionis plenitudinem tribuunt, nec solum is qui sacerdotiū sortitus est, sed quicūque Christum in seipso habet, & eius gerit figuram conuersationem bonam quemadmodum Moyses idoneus est, ut p̄stet benedictionem.

1. Eph. a. / Ioan. 6. a. / Matt. 15. e. / Aaron.

*Ingressi autem.* Pręmisit ingressi, & subdit egressi, quia sacerdos ingreditur tabernaculū, quādo pro se vel p populo orat, vel diuinæ contēplationi vacat. Egredit cum docet, vel benedicit populo, vel cum ad conscientiam redit perscrutando se ne forte in prædicatione offendat.

d *Apparuitque gloria domini.* In specie ignis, sicut in die pentecostes, vnde subdit: *Et egressus est ignis a domino.* Vnde & Lucas: *Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.*

e Omni multitudini, &c. Cui simile Lucas ait. *Facta autē hac voce conuenit multitudo, & mente confusa est.* non solum cōuenit sed expauit. Vñ hic sequit: Obstupebāt aūt & mirabātur, &c.

f *Qui erant super altare.* Innuit quia necesse sit prędicta sacrificia & eorū expositiones superponere intelligibili altari corporis Christi, ut illuc susciperet nostra intentio, & tunc nutrimenta intelligibilis ignis, id est, spiritussancti aderunt, de quo dictum est: *Dominus Deus noster ignis consumens est.*

Act. 2. a. / Deut. 4. d.

Qō 28. in Leuit. literaliter. Exo. 17. a.

a *Extendens manū, &c.* AVG. Ad altare stās deseruiebat, Inde ergo descēdit vbi stabat. Altare vero trib. cubitis altum erat, nec gradum habebat, qa De⁹ uetuerat, ne reuelarētur virilia q vtiq; fieret si pars altaris gradus esset. i. si compactus adhæreret. Vnum enim esset altare cum gradu, sed quia altaris altitudo tāta est, quod, nisi sacerdos super aliquid, stet, ministrare aptè non potest, intelligendum est quod ad horā ministrationis imponebatur & auferebatur, quod non erat pars altaris, nec contra pręceptum domini erat, qui ibi gradus prohibuit esse.

b *Sicque completis, &c.* ISIC. Euidenter omnem figuram ecclesię vult exponere. Vnde dicitur quod his expletis descendit, quasi expositis sacrificiis descendit de cathedra magisterii, sicut solent facere sacerdotes, quibus veri Aaron figura credita

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Posuerunt super pectora, &c. *scilicet illa quæ erant cremāda in altari ad hoc cum pectoribus eleuarentur coram altari modo supradicto 7. cap. & post talem eleuationem adipes & illa quæ cremanda erāt, ponebantur super altare, vt cremarentur, & pectora & armi dextri remanebant pro vsu sacerdotum.*

2 Et extendens manum, &c. benedi. ei. *quia completo sacrificio sacerdos debet benedicere populo.*

3 Descendit. *quia ascenderat ad faciendum officium suum super altare holocaustorum. De modo autem huius ascensus dictum fuit Exod. 20. quod non potest esse per gradus, & ideo dicunt aliqui, quod hora ministrationis super altare ponebatur quoddam scabellum iuxta altare super quod ascendens sacerdos ministrabat. Rab. Sal. dicit, quod erat ibi quidam ascensus longus paulatim ascendens sine gradibus procedens versus altare ita prope sicut poterat, dum tamen non tangeret altare.*

4 Ingressi autē Moyses & Aaron. *Duplici enim ex causa ingressus fuit Moyses cum Aaron. Vna fuit, vt ostenderet in modum offerendi thymiama super altare thymiamatis, quod erat intra tabernaculum, quia licet sacrificia essent completa, quantum ad ea quæ fienda erant in altari holocaustorum, vt dictum est supra, tamen non erant omnino consummata, donec post oblationes factas in altari holocaustorum sacerdos intraret templum ad offerendum incensum, secundum quod dicit Apostolus ad Heb. ix. b.* In priori quidem tabernaculo, semp introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. *Alia aūt causa fuit, vt ambo simul intra tabernaculum orarent deum pro datione ignis.*

Quare Moyses cū Aaron ingressus tabernaculum.

5 Et deinceps egressi benedixerunt populo, &c. *quia tunc erāt sacrificia perfectè consummata.*

6 Apparuitque gloria. *Hic consequenter describitur ipsius dei approbatio circa sacerdotium Aaron, per hoc quod ignis descendit datus a deo consumens sacrificia. hoc enim fuit signum acceptationis diuinæ, sicut & Gen. 4. a. de sacrificio Abel & 3. Regum. 16. f. de sacrificio Heliæ in monte Carmeli.*

7 Quod cum vidissent turbæ lau. *de tanto beneficio sic gratiæ. hic autem ignis absque extinctione fuit conseruatus a tempore quo fuit datus scil. anno secundo egressionis de Aegypto vsque ad captiuitatem Babylonicam, & tunc fuit absconditus in puteo profundo & sicco per sacerdotes illius temporis, & tempore Neemiæ iterum rehabitus, vt habetur 2. Machab. 1.*

✱ CAP.

MORALITER.

✱ † *Immolauit bouem.* scilicet pro gratiarum actione ex sacerdotum consecratione. Nam magnum bonum est populi, qñ sacerdotes sunt boni, quia medii sunt inter Deum & populum, ideo subditur.

2 *Et extendens manum Aaron. contra s.*

2 *Benedixit ei.* i. imprecando bona populo & multo fortius sacerdos nouæ legis debet bona populo sibi subdito īprecari.

† *Et ecce egressus ignis, &c.* Per hoc designatur, quod gratia spiritussancti, qui super apostolos in specie ignis apparuit, datur populo Christiano per benedictiones & orationes pontificū & etiam sacerdotum.

CAP. X.

Arreptisque Nadab. AVG. Excunte a domino igne mortui sunt filii Aaron qui ausi sunt adhibito igne alieno incensum ponere coram dño, nõ licebat, quia igni diuinit° & in altari occēso, & deinceps custodito omnia erant accendenda, quæ in tabernaculo accendi oportebat. Mortuis ergo illis ait Moyses, hoc a est q̄ dixit dominus, &c. Appropinquent domino, qui in tabernaculo funguntur sacerdotio. Sanctificatur autem in eis dominus etiā uindicando, vt sciatur quia minus aliis parcat, si illis non parcit, secundū illud: *Si iustus uix saluus erit, peccator & impius vbi apparebunt?* Vel potius secundum illud: *Cui plus datur, plus ab eo exigitur.* Et illud: *Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis: Et exiguo concedetur misericordia. Potentes autem potentiora tormenta patientur.*

Qō. 21. in Leuit. — 1. Pet. 10. d — Luc. 12. f. — Sap. 6. a. — B

ISIC. *Arreptisque, &c.* Alienum ignē offerunt, qui traditione dei contempta, alienas doctrinas appetunt, & magisteria humanæ institutionis inducunt. Quibus dr. *Reiicitis mandatū Dei propter traditionem vestram.* Ignem quoq; alienum accēdit, q corpore vel secularis cupiditatis ignē in sacrario cordis nutriens, audet altaribus domini appropinquare, quæ non recipiunt accensionē, nisi illius ignis quem dominus venit mittere in terrā, qui semper nos accendit, vt sensibus illuminemur ne uitiis flagremus.

Mystice. — Mat. 15. a.

ISIC. Hic eos, qui aliena docent, qui in spiritū blasphemant qui in spiratam ab eo scripturā praue interpretantur, igne inuisibili puniri intelligit. Qui filii Aaron dicuntur, doctorū. s. habentes habitum, & mentientes spiritale magisterium. Vnde & linguæ eorū ignis dictæ sunt, quia in specie ignearū linguarū spiritus aduenit. Thymiama autem & thuribulis uel ignib. linguarū supponūt, legalia. s. & pphetica dogmata, de quib. dicit: *Odor unguentorum tuorū super omnia aromata.* Sed ignē alienum offerunt, quia non secundum intētionem & virtutē spiritus interpretantur. His ergo egreditur ignis a domino, nō qui sacrificia incendat qui dicatur domini gloria, sed pœnalis. Vtrumque enim habet ecclesia, hūc ad illuminationē iustorum & ad perfectionē sacrificiorum, illum ad pœnā impiorū. Quem blasphemantibus sacerdotes inducūt subministratione spirit° (q in eis requiescit) succendētes, sicut Paul° Hymeneū punit & Alexandrū aliena docentes. Corā domino, vidente scilicet taliter damnantur, ne exēplo suo aliis præbeant causam mortis. Corā domino (res miranda) vbi debuerant uiuere ibi moriuntur, quia, scili. male interpretātes diuinas scripturas, inde subiacēt maledictioni, unde vitam poterant promereri.

Mat. 2. c. — C — D — 1. Tim. 1. a

CAP. X.

Hi hæreticos significant, qui alienum ignem cupiditatis. s. & prauæ doctrinæ in ecclesia accendunt, & igne diuinæ vltionis absumuntur.

a Arreptisque Nadab & Abiu filii Aaron thuribulis, posuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram dño ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egressusque ignis a domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. Dixitque Moyses ad Aaron: b Hoc est quod locutus est dominus: Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in cōspectu omnis populi glorificabor.

Qui non est egressus a domino Deo nostro. — Pœnalis. — a Purgando eos. — Hoc est sanctus apparebo in his qui mihi ministrant, vl ciscendo delicta eorum, & non parcendo. — a Ministrando. — Multitudine scientiæ, vel aliquo ministerio. — b Laudabor & magnificabor. Vnde dicit Dauid: Iustus dominus, & iustitiam dilexit aqui. Vi. v. c.

† Depœn. di. 2. inter hec hircū. Cā mortis Nadab & Abiu.

✱ PROCOPIVS. Exēplum hic habemus clarissimum, humanã non admiscendis diuinis. Et hoc quidē parum obseruant hæretici. Deus imperauit ut duntaxat in ara thymiamatis odores incēderet Aaron mane cum parat lucernas, & vespere cum eas accēdit, nec alio tpe suffitum odoratum facere eū iussit. Nec volnit quoq; vt externum admoueret ignem, cum diuinus ignis conspiceretur vsque præsto esse.

E

✱ THEO. Ex his docemur non debere nos extinguere spiritum, sed accendere gratiā quam accepimus, extraneumq; nihil ad sacram scripturā inuehere, contentosque doctrina S. Spiritus abominari hæreses, quarum fautores nonnulli verbis diuinis fabulas addiderunt alii suas commentationes impias sententiæ scripturæ prætulerunt.

Quæst. 9.

✱ RVP. Nadab interpretatur spontaneus, Abiu pater meus. Significant populum Iudaicum qui in ceremoniis carnalibus spontaneus, imò nimis est importunus. Igitur vbi ignis egressus a dño deuorauit holocausta, arreptis Nadab & Abiu thuribulis suis posuerunt ignem. Dū postquam verus ignis spiritussancti a dño egressus, id est, a patre procedens holocaustū verum Christū esse ostendit, veniendo super apostolos in linguis igneis, adhuc Iudaicus populus cultum alienum & ceremonias Deo odibiles opportune nimis ingerit. Ob id duplici igne deuoratus est populus ille. Nā & templum eorum succensū est a Romano exercitu, & animæ gehennæ incendio cremantur.

Libr. 2. in Leuit. c. 7.

b *Hoc est quod locutus est dominus.* Quando dixit Dominus Moysi: *Descende & contestare populum, ne forte appropinquet ad deum, & cadat ex eis multitudo. Et sacerdotes qui appropinquant domino sanctificen-*

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

Arreptisque Nadab, &c. *Hic consequenter tāgitur consecratorū casus, vbi tria tanguntur. Primū est euentus cōbustionis. Scd̄m est actus correptionis, ibi:* Dixitque Moyses, *tertiū defectus comestiōis, ibi:* Locutusq; est. *Circa primū dicit Ra. Simeō q̄ cā mortis Nadab & Abiu fuit, eo qd potati et plus debito intrauerunt ad ministrandū & pro tali irreuerentia mortui sunt, & hoc videtur ex litera præcedenti, cum dicitur,* Arreptisque Nadab & Abiu, &c. *Ex quo videtur quod impetuose, sine discretione ex calefactione vini ingesserunt se ad ministrandum. Hoc etiam videtur ex litera consequenti, quia immediate post factum istud dominus dixit ipsi Aaron:* Vinum & omne quod inebriare potest non bibetis tu & filii tui, &c.

Diuisio.

2 Quod eis præceptum non erat. *Minus dicit & plus significat, quia non solum eis præceptum non fuerat, imo etiam prohibitum, ne alio igne vterentur quam illo, qui datus fuerat a Deo.*

3 Egressusque ignis a domino. *i. ab altari holocausti, ubi erat ignis datus a Deo.*

4 Deuorauit eos. *i. interfecit, quia corpora eorum non fuerunt cōsumpta, imò nec etiam eorum vestimenta, vt habetur infra.*

5 Dixitque Moyses. *Hic ponitur actus correptionis, & primo ipsius Moysi, secundo Dei, ibi:* Dixit dominus. *Circa primum ponitur correptio Moysi respectu præteriti, cum dicitur.*

6 Hoc est quod locutus est dominus, Sāctificabor in his, &c. *Quasi diceret, non est mirum si isti sunt mortui, quia illi qui appropinquant ad ministrandum domino, debent esse sancti, prouidi & discreti. Non enim deus sanctificabitur in seipso, cum de necessitate sit sanctissimus, sed in sibi seruientibus propter quod dicitur Exod. 20. d.* Sacerdotes qui accedunt ad me, sanctificentur ne percutiam eos.

7 Et in conspectu omnis populi glorificabor. *Quia populus uidens quod uindicta Dei non parcit maioribus, & his Deo sunt propinqui, timens retrahitur a malo habens ex hoc argumentum, quod delinquētia non parceret sibi.*

MORALITER.

✱ 1 *Arreptisque Nadab & Abiu, &c.* Per istos offerentes ignē alienum corā dño figurati fuerunt sacerdotes noui testamēti, qui cum igne cupiditatis vel luxuriæ ministrant in altari, propter qđ percutientur morte culpæ, postea percutientur morte gehennæ quia grauiter nimis peccāt. Vnde dicit Hieron. in quodā sermone, Dic sacerdos, dic clerice quid tibi cum feminis, qui quotidie ad altare cū domino confabularis, quomodo eisdē labiis deosculaturis filium virginis, quibus deosculatus es filiā meretricis? O Iuda osculo filium hominis tradis. Per hoc autem q̄ vestes Nadab & Abiu remanserunt intactæ, significatur, quod in lege res sacræ ex abusu malorum sacerdotum non sunt contaminatæ. Per hoc autem quod Nadab & Abiu extra castra filiorū Israel fuerunt sepulti, significatur, quod si, & cum diuite epulone sepeliendi, de quo dicitur Lucæ 19. f. *Mortuus est diues & sepultus est in inferno.*

✱ 1 Quod — ✱ Dixit

Absciduntur ne forte recedat ab eis. popul⁹ nō appropinquat, quia vim contemplationis non portat. Sacerdotes appropinquantes sanctificari iubentur, vt digni fiant videre & contemplari. vnde Paulus: *Sequimini pacem cum omnibus & sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum.*

Heb. 12. d.

Vbi supra.

AVGV. Alia litera. *Hoc est quod dixit dominus. In eis qui mihi appropinquant sanctificabor.* qui scilicet in tabernaculo sacerdotio fungebāt. Sanctificatur autē etiā vindicando, vt hinc sciretur quia minus parcat aliis, si illis nō parcit, secūdum illud: *Si vix iustus saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Vel secundum illud: *Cui plus exigetur ab eo seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & nō facit, vapulabit multis.* Vbi autē hoc dominus supra dixit, non inuenitur, sed ī Exodo dicit Moyses domino: *Tu dixisti: Scio te præ omnibus.* Quod inuenitur nō antea, sed postea dixisse. Sed quia mendaciter nunquā Moyses hoc diceret, intelligitur etiam ante dixisse, quāuis scriptū non fuerit. Vnde apparet, non omnia scripta esse, q̄ dominus locutus est eis, per quos nobis scripturam dedit.

1. Pet. 4. d. Luc. 12. f. Exo. 33. c.

A bor. Quod audiens tacuit Aaron, Vocatis autē Moyses † Misael & Elisaphan filiis Oziel patrui Aron, ait ad eos: Ite & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarii, & asportate extra castra. Confestimque pergentes tulerunt eos, sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt sibi fuerat imparatum. Locutusque est Moyses ad Aaron & ad Eleazar & Ithamar filios eius: Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri, & omnis domus Israel plangant incēdium, quod dominus suscitauit. Vos autem non egrediemini fores ta-

a ¶ Compunctus est. a ¶ Ecclesia quæ est corpus veri Aron. ¶ Vel Misadai. a ¶ Consortio fidelium sacerdotum. ¶ Ecclesiam. a ¶ Paratos, id est, ad sacrificandum, quia solent hæretici sanctitatis habitum anteferre: sed eijciuntur extra castra ecclesiæ cum tunicis lineis, i. cum simulatione & hypocrisi. a ¶ Quasi nolite mortuos lugere. ¶ Cidari. b ¶ Dispensationem Christi. a ¶ Id est gradus in personis facere, vel ecclesiam per hæreses scindere. b ¶ Sicut illi. c ¶ Peccante principe vel sacerdote populus sæpe punitur. a ¶ Ex peccato magistrorum. b ¶ Ecclesia. c ¶ Cum a iniquem pro peccato videmus diuina vltione puniri dolere debemus, & compati illi. a ¶ Quia nuper consecrati mystice innuitur quia etsi compatimur proximis, tamen debemus concordare diuinis iudiciis. b ¶ Scientiam doctrinæ.

Filij patrui Aaron hæc faciunt.

c *Aaron*. i. Dauid quem prophetiæ intelliguntur, q̄ Christum manifestum faciūt, & quodammodo ignorantibus pariunt. Frater autē prophetiæ euangelium est, quæ enim in euāgeliis facta sunt, a prophetis prædicta sunt. Filii ergo fratris patris Aarō, id est, euāgelij, tales eiiciunt, vnde: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum.*

† Misael

2. Ioan. c.

d *Capita, &c.* Ad literā. Quia nuper fuerant Deo cōsecrati, præcipit vt sancta uestimenta non deponant, sed parati seruire Deo assistant.

B ✠ PROCO. Idem prædictum est in Exodo. At hoc ipsum paululum diuersis & mutatis verbis protulit Petrus dicens, *Tempus est vt iudicium primo incipiat a domo Dei.*

a *Quod audiens Aaron tacuit, &c.*

Li. 7. in Leuit. c. 2.

✠ PROCO. Contristatus fuerat pater super repentina filiorū morte, & acri dolore percussum cor eius, sed tamen diuini præcepta censura iudicij, tacuit, nec quod Dei uoluntate factum audiebat, reprehendere præsumpsit. Sic sancti patriarchæ & prophetæ, qui paterno affectu populo illi præerant, cum per spiritū prophetæ spoliandum eum in consummatione temporū sacerdotii gloria & diuina priuādū gratia præsentirent, licet gentis suæ calamitatē præ se ferrent, inde tamen consolabant, quod illius hæc erat dispositio, cui nulla contraire potest humana cōditio. Cęterū sanctificatur apud homines De⁹ cum se sanctum esse demonstrat. Suā autem sanctitatē hominib. aperit, cum de peccatoribus ultionem capiens, se eorum nequitiæ non consentire ostendit.

b *Vocatis autem Moy. M. f. & Elisa.* מישאל Misael, Dei attrectatio, אלצפן Elisaphan siue Elzaphan Dei illuminatio, vel Dei speculum, his iure præcipitur vt tollant Nadab & Abiu extra castra. Hi enim sanctos significant, qui a Deo illuminati ipsum manibus fidei attrectant, & Deum perfecta fide contemplantur. Vnde bene filii Oziel dicunt, qui significat euangelium, vnde patruelis Aarō fuisse dicit, quia magna cognatio est euāgelii & legis. Euangelium nāq; expositio est legis, filii autem euangelii hæreticos vere mortuos a castris ecclesiæ detrudūt. Vel Misadai & Elisaphā primus attrectatio dei. i. Misadai. Elisaphan interpretatur specula Dei mei. Quicunq; scit attrectare deū & speculari Christi scilicet carnem & diuinitatem, sicut Tho. q manu contrectans carnē dicebat: *Deus meus & dominus meus*, potest ignem alienę doctrinæ auferre a facie sanctorum, id est, sacerdotum; Tunicæ sacerdotum, conuersatio & vita qua sacerdotii induuntur habitu. Abiiciuntur ergo cum sacerdotio a consortio sacerdotum & etiam populi: Vnde addit, *extra tabernaculum*, id est, ecclesiam populi.

Io. 20. g.

D

E

✠ PROC. Non permittit vt habitus pontificius moretur in luctu, etiam si mortui fuerunt homines tibi coniunctissimi. Nam amor dei firmus nos obligat & arctius tenet, quam amor qui coniunctis personis est impertiēdus. Sic saluator discipulū a patre abstrahit, vt libere euangelium enunciet. Exequias autē quæ ducendę sunt per alios fieri velit. Nam hoc officium parum congruit sacerdoti.

✠ RADVL. Caput nostrum Christus est. Capitii suo ornatum detrahit, quicunque domino Christo honorem debitū non persoluit.

Vbi supra, cap. 3.

ALLE. autem ne in Christo diuisionem personarū faciāt. Caput enim Christi Deus est, Christus autē ex diuinitate cōstat & humanitate, capitis. n. id est, diuinitatis tiara humanitas est, qua tecta fuit velut pileo diuinitas, hęc non est auferenda nec diuisio personarum in Christo prædicāda, sed duarū substantiarum vna persona.

Allegoric.

AVGV. *Capita uestra, &c.* Ne scilicet cidares deponant, q̄ sunt tegmina capitum, faciebant. n. lugentes contra ornatus consuetudinem. Sicut in nostra consuetudine caput, quod apertū habetur, in luctu operitur, prohibet ergo ne lugeant eos, ī quorum pœna sanctificatus est dominus, cōmendatus est s. timor eius. Lugere tamen illos aliis permittit sed hi nunc lugere non debent, nondum completis septem diebus, quibus de tabernaculo exituri non erant, pōt autē videri, quod illo oleo sanctificati, neminem debeant lugere, vnde addit.

Qō. 32. in Leuitic.

F

e *Fratres vestri & omnis do. Israel plan. ince.* ISIC. Non ignoram⁹ quid cidares significent, quia *omnis uiri caput Christus, caput Christi Deus est*. Necessario cidaris Christi humanitatē significat. Ostendit ergo quæ debeant custodire sacerdotes & doctores i. ne diuinitatem Christi negent, & humanitatem non cōtradicant, quia deus est ex deo & verbum ex Patre. Hoc est enim cidarim non auferri a capite, sed nec Christi dispensationē repugnant aut blasphemēt, tanquam rumpētes stolā sacerdotalē.

Omnes

---

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quod audiens tacuit Aaron, *patienter sustinens dei punitionem & Moysi correptionem. Consequenter ponitur correptio Moysi respectu præsentis, cum dicitur.*

2 Vocatis autem Moy. fil. Oziel, &c. *quia Oziel fuit frater Amrā patris Aaron, vt habetur Exo. 6. c.*

3 Ite & tollite fratres, *ne sint occasio miscendi luctum cum gaudio solennitatis domini, secundum quod habetur* Neemiæ viij. c. Dies sanctus domini est, nolite contristari.

4 Et asportate ex. castra. *ad sepeliendum.*

Nadab & Abiu saluati.

5 Tulerunt eos, &c. *Ex quo patet quod ignis non combussit corpora eorum, nec etiam vestes quamuis essent linea. Ex hoc habetur argumentum, quod* Nadab *& Abiu fuerunt saluati sicut* 4. Reg. 13. *f. de propheta illo qui seductus a falso propheta rediit in Bethel, & propter hoc interfectus fuit a leone, leo tamen cadauer eius non tetigit. Aliquando enim Deus in præsenti vita sanctos homines ponit graui pœna, etiam pro leui culpa, suo iusto iudicio, licet occulto. Ex hoc autem quod* Nadab *& Abiu fuerunt sepulti cum vestibus sacerdotalibus, inoleuit consuetudo quod sacerdotes nouæ legis cum uestibus sacerdotalibus sepeliuntur: Tertio ponitur correptio Mosi ad cautelam futuri, cum dicitur:* Locutusque est Moyses ad Aaron, &c. *Et subditur.*

Sacerdotes cū vestib. sacerdotal. sepeliuntur.

6 Capita ve. no. nuda. *In Hebr. habetur. Capita vestra non augmentabitis. s. dimittendo capillos crescere ultra modum consuetum, sicut faciebant Gentiles in morte amicorum in signum tristitiæ.*

7 Et vestimenta no. scin. *quod faciebant Iudæi, quando erant in magna tristitia positi.*

8 Ne forte moriamini, &c. *cuius causa subditur postea.*

Omnes enim qui baptizati sumus, Christum induimus. Præcipue sacerdotes hoc agant ne moriantur, ne populo iram Dei inducat. Vitia enim præpositorum subiectis sunt ostendiculū. Domū Israel, i. omnē ecclesiā plangere iubet incendium. Si enim cuiuslibet perditio ecclesiæ dānum est, quāto magis sacerdotū est. Vos autem non egrediemini fores tabernaculi. Super his septem iolos dies non egredi de tabernaculo præcepit; his expletis, octo dies aguntur, hic rursus interminatur ne egrediantur. Non est tamē sibi contrarius, quia alius est ille egressus. Vnde addit: *Ne moriamini*, quod non superius. Quia enim ignem alienæ doctrinæ offerentes pereunt, dicit aliis ne exeant ianuas scientiæ Christi, sed per omnia præceptum eius sequi, ne moriantur. Hoc sacerdotib. præcipit, quibus uerbi mysterium spiritussancti dono creditum est. Vnde sequitur.

& nos inebriare terrenarum rerum dulcedine.

*Vinum & omne quod, &c.* Ab iis quæ statum mentis deiiciunt vel euertunt, abstinere iubentur, quando tabernaculū ingrediuntur. Nos autē nunquam inebriemur, sed semper mente & corpore sobrii simus.

bernaculi, alioquin peribitis; Oleum quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi. Dixit quoque dominus ad Aarō: † Vinum & † omne quod inebriare potest non bibetis, tu, & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras, & vt habeatis scientiā discernēdi inter sanctū, & profanū, inter pollutū & mundū: doceatisque filios Israel oīa legitima mea, quę locutus sum ad eos p manū Moysi. Locutusq. est Moyses ad Aarō & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erāt residui; Tollite sacrificium

a Quasi sacerdotes domini estis. b Quę Moyses spiritualiter præcipit, ecclesia custodit.
a Nolite inebriari vino in quo est luxuria. b Quodlibet singulare vitium. Quasi ne gravetur corda vestra crapula & ebrietate, & c. Omne vitium quod mentem euertit.
a Sacerdotes succedentes. b Nota quod non omni tempore prohibet vinum.
a Cælestium rerum contrectationes. b Spiritualiter.
Quam non potest habere ebrius, quia ebrietas aufert cor eorum, Osee 4. c.
Quia ebrius nescit se regere, nec alios docere. a A peccato.
a Non tantum habeatis scientiam. Sacerdotum est docere, & subiectos instruere.
b Interna inspiratione. Auctoritas præcepti. Non ait quę locutus sum, de se tanquam de alio loquitur.
a Viua voce dicentis & scribentis.
a Aquila donum quod reliquum est de frumento.

b *Quando intrabitis in.* AVGVST. Quando ergo eis licebat bibere, quos quotidie necesse erat in tabernaculum introire, & accedere ad altare per continuam seruitutem. Si quis enim dicit non omni die sacrificia imponi solere, quid dicet de ingressu tabernaculi, qui quotidianus erat propter candelabrum & panes propositionis super mēsam ponendos? Si respondetur tabernaculum testimonii illud esse intelligendum, in quo erat arca testimonii, etiam illuc necesse erat in re summum sacerdotem pp incensi consummationem. Nō n. semel in anno intrabat, sed cum sanguine purificationis semel in anno, pp incēsum autem quotidie intrabat. An pcepit Deus vt vinum omnino non biberent? Cur ergo breuiter nō dixit: *Vinum non bibetis*, sed addidit: *Cum intrabitis in tabernaculū testimonii, &c.* An quia cā non bibendi tacenda non erat, & maxime quia Deus præsciebat multos postea et summos sacerdotes futuros vno tpe, id est, non per successionem, qui vniuerso illi mysterio vicissim deseruiret, qui vtique illi non bibebant, quorum locus erat seruiendo, alij autem bibebant. An aliud hic intelligendum est, quoniam cum uinum & siceram sacerdotes bibere prohiberet ait: *Legitimum æternum in progenies vestras.* Ambiguum est utrum superiori sensui connectatur, id est, vt non adhibendum vinum pertineat, an inferiori vbi subsequitur: *Distinguere inter medium sanctorum & contaminatorum, mundorum & immundorum, &c.* vt hoc sit officiū sacerdotum legitimum æternum in progenies eorum.

c *Vt habeatis scientiam discernendi inter.* AVGV. Hoc & ambiguè positum est, q ait: *Distinguere inter medium sanctorum & contaminatorum mundorum & immundorum*, vtrū ab eo qd sunt sancta & munda, An ab eo qui sunt sancti & immundi. i. vtrū inter ipsa sacra quæ rite vel non rite fierent distinguere voluit sacerdotes? An inter ipsos homines probandos vel improbandos, An potius ad vtrumque referendum est.

✠ PROCO. Solius Christi est, illorum quos filiolos vocat segregare sancta a profanis. Hic quoq; in mentē uocat fm carnem Iudæis illa, quæ per Mosem qui capiebat sermonē Dei potenter locutus est. Quapropter dicitur fidus in tota domo seu minister in testimonium eorum quæ dicenda erant.

d *Tollite sacrificium, &c.* ISICHIVS. Quod pectusculum confidenter...

Vbi supra Quæst. 33. 35. d. c. 1. c. vinolentum. Secai (vox est Hebraica) quę Latinè sonat ebrietatē aut inebriamētum, id s. q. od inebriare facit. Nu. 10. a. De pę dis. 3. ca. inter hęc hircū. 2. Vbi supra. Allegoric.

Mystice. *Oleum quippe vnctionis est super vos*, de qua: *Vnctio eius docet uos de omnibus.* (Ioan. 2. d.)

a *Vinum & omne quod inebria.* ISI. Vsq; nūc hanc legē ecclesia custodit. Neq; n. omnino a vino abstinere præcepit, sed qn ad tabernaculum testimonij, vel ad altare ascendimus. i. quando mysterium doctrinę cœlestis contingimus, cuius altare figura est, sicut tabernaculū cælestiū rerū contrectationis. Vnde Paulus Timotheo: *Vino modico vtere, propter stomachum & frequentes infirmitates.* Qui autē modico vtitur tpe mysterii & doctrinæ, a vinolentia & ebrietate abstinet. Sacerdotes quoq; idē custodiunt. Vnde filiis quoq; Aaron. i. sublimiora adeptis traditur hoc mandatum. Et Paulus Ephesiis similia scribit: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria.* Ebrietas quoq; sobrietatem subuertit, mentē peruertit, vt non intelligat quæ agit. Vnde Esaias: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem.* Et post pauca addit: *Vinum in conuiuijs vestris, & opus domini non respicitis.* Qui aūt opera domini non respiciunt, quomodo inter sancta, & profana, & munda & immunda discernunt? Vel quomodo exhortari & illuminare populū de scripturis possent, cuius mandati autoritatem ostendere cupiēs, dicit hoc Deum locutū fuisse, id est, spiritualiter inspirasse. (Tim. 5. d. Eph. 5. d. Esa. 5. a.)

✠ PROC. Non obiter hic locus accipiendus est, imo aliquid amplius, q̄ primo aspectu præ se ferat, nostro intellectui ingerit, nempe vt sacerdos non nauseet, nauseam mouente vespertina, quę præcessit, ebrietate, & sic ad sacra accedat ministeria. Quæ. n. ratio concedit vt is, qui pro illis quos mala cupiditas vincit, supplici voce rogat Deū, vt is, inquā, cupiditati quoq; se turpiter submittat, per hæc symbola phibet & arcet omnem occasionem, quę verā rationē suo gradu deiicere queat, &

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Oleum quippe san. etc. *erant enim de nouo consecrati, et ideo non licebat eis ad talem luctum ingredi, & hoc ad extirpandum idololatriæ cultum. Sacerdotes enim idolorum vtebantur in suis ritibus, o...ibus & carnibus mortuorum, & ideo ne sacerdotes dei eis assimilarentur, præcepit dominus, vt sacerdotes minores non inquinarentur in mortib. nisi valde propinquorum, ut habetur infra 21. cap. Vnde in nouitate sua consecrationis debuerunt multo magis a talibus elongari. Dicit:* Fratres uestri, &c. *Ex quo patet quod personæ communes maxime ad Dei cultū deputatæ a toto populo sunt lugendæ.* 2 Dixit quoque do. *Hic consequenter ponitur correptio domini, cum dicitur.*
3 Vinum, &c. *Et idem intelligitur de ingressu atry ad ministrandum in altari holocaustorum.*
4 Vt habeatis scientiā discernendi. *Quam potatio vini excessiua aufert, & quia homines sunt proni ad bibendum vltra mensuram, ideo propter periculū excessus prohibitus fuit eis simpliciter vini potus, non tamen pro semper, sed singulariter pro tempore quo debeant ad ministerium tabernaculi, & altaris accedere.*
5 Inter sanctum & profanum, *id est, quod sacrificium & ministerium sit licitum vel illicitum ex conditione sua.*
6 Inter pol. & mun. *i. quod sit licitum ex circunstantia, uel illicitum: quia aliquando contingit, quod animal mundum ad immolandum secundum se polluebatur ex tactu rei immundæ.*
7 Locutusque est Moyses, &c. *Hic consequenter describitur defectus comestionis. Circa quod primo reprehenditur retardatio, secundo totalis omissio, ibi: Inter hæc hircum. Circa secundum sciendum, quod Aaron & duo filij eius tardabant comedere hostias propter mortem Nadab & Abiu, ideo Moses dixit eis.*
8 Tollite sacrificium quod remansit de oblatione domini. *Quia illud debebat a sacerdotibus comedi.*

✠ 1 Iuxta

MORALITER.

✠ 3 *Dixit quoque dominus ad Aaron, vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis, quando itrabitis tabernaculum testim.* Per hoc ostenditur quanta sobrietas in sacerdotibus nouæ legis requiritur. Nā tabernaculum illius temporis non fuit nisi vmbra et figura ecclesiasticæ dignitatis.

✠ Mora-

fidentiam offerentiũ,& fidem significat,& brachium pmissę ab eis ꝯuersationis actionē & correctionē, cũ de sacrificio pacificorũ seu salutari tractaremus, mõstrũ est. Et quare deputet Aarõ et filiis suis sacrificiũ, ꝙ remanet de oblatiõe, hoc ē, ꝙ superest de simila absq; fermẽto iuxta altare. Sacrificiũ similę ꝙ significat vbicũq; doctrinã teologię sine fermẽto vult esse, ne admisceatur exteriori doctrinæ. Ostendit quoq. quod partialis est nostra theologia. In cælo quippe est plenitudo eius, ideo quod remãsit, id est, ꝙ superest, comedi præcepit, ut ostendat summam apud eum esse, atque seruari iuxta altare. i. corpus Christi, ex eo enim nobis omnis theologia ministratur. Sed quod reman sit de simila, Aaron erit & filiorum eius. Quod vero de sacrificiis pacificorum Aaron & filiorum & filiarum eius. Vel iuxta LXX. *domus eius*. i. omnis populi. Theologia enim paucorum est, sublimium, scil. & domino appropinquantium & sequentiũ Christum. Quę autem ad pacifica & salutaria pertinent, totius populi sunt.

*Tollite, &c.* Arcana, scil. & profunda scripturæ sacramẽta, q vulgus non capit, retinenda ac comedenda sunt perfectis iuxta altare. i. iuxta dominicæ passionis fidem & autoritatem.

a *Pectusculum &c.* AVGVS. *Pectusculum segregationis & brachiũ oblationis comedetis in loco sancto.* Quamuis singulis singula nomina data sint, vtrumq; tamen posset dici segregationis, quia sacerdoti segregatur, & vtrũque oblationis & demptionis, qa demitur & aufertur eis, pro quib. auferetur, vt sacerdoti det. Pectusculum impositionis sane supra legimus, & brachiũ oblationis, qa de brachio nihil imponebatur altari. Adeps autẽ de pectusculo imponebatur altari.

*Inter hæc.* ISIC. Quia omne peccatum per pęnitentiã deletur, & qui prædictũ peccatũ alterius doctrinæ & blasphemiæ cõmiserunt, saluati non sunt, causam mortis eorum legislator exponit.

b *Inter hæc hir.* s. quia non comederunt filii quod pro peccato erat in loco sancto. i. pœnitentiam peccati commissi in ecclesia peragi non fecerunt. Quib. hoc pręceptũ est, quos Christus in ecclesia uicarios suos constituit. Ipse enim oblationis suæ sanguinem, quæ pro nostro sanguine oblata est in sanctũ .i. in cælum, in conspectu patris obtulit. Debet autem comedi hoc sacrificium in loco sancto. i. ecclesia, in propitiationẽ peccatorum, vnde addit. *Quemadmodum præceptum est mihi.* i. sicut pręcepi. Moyses enim gerit personã Christi. Exustum reperit, quia in spiritum sanctum peccauerant, ab intelligibili igne spiritussancti oblatio pro pęnitentia ablata est. *Voluntarie enim peccantibus non relinquitur hostia pro peccato.* Nam sicut uera pœnitentia ueniam promeretur, ita simulata deum irritat, qa spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum. Hoc autem sancti patres irremissibile peccatum & blasphemiam in spiritumsanctũ dixerint, in scelerib. vsq; ad finẽ vitæ perseuerare, de salute sua desperare, de potentia & misericordia redemptoris diffidere.

*Inter hæc hircum, &c.* ✱ PROCO. Non. n. dicebat vt patri, & fratribus illorum quos ignis peremerat, traderetur caper, nec etiam fas erat vt alii quam igni qui deuorauerat Nadab & Abiu, donaretur: prius vero quam resciscere hoc ex relatione Aaronis, Moses monet fratrem & superstites filios, vt ederent pectusculum separationis, & armum eleuationis in sancto sanctor. & inde discerent scientiam rerum diuinarum, quæ seiuncta est a scientia rerum mundanarum. Plura dicenda restant de capro combusto. Deus in Exodo pronunciauit, diram sententiam proferens aduersus eos, qui adorauerant & parauerant vitulum. *Si quis peccauerit coram me, delebo eum de libro viuentium.* Eam sententiam & nunc in effectum producit, dum haud patitur primam victimam, quæ pro peccatis immolatur rite perfici. Quia nihil de eius sanguine illatum est in sancta, nec etiam sacerdotes quicquã de illa uictima comederunt.

ADAMANTIVS. Nõ peccare solius dei est, emẽdare sapiẽtis se raro inuenies qui se corrigat, rara ꝯfessio peccati, rara pœnitentia, repugnat natura & verecundia qa obnoxia est culpę omnis caro. Et quisq; erubescit peccatũ confiteri, dum magis pręsentia cogitat, quam futura. Vult Moses peccati vacuã reperire animã, ut exuuias erroris deponat, & culpæ nuda, sine sui pudore discedat, sed irrationabilis impetus pręuenit, & flãma celerrimi motus animã depascitur, & exurit eius innocentiã. Præponderant enim futuris pręsentia, seriis iucunda, & lęta tristib. & præpropera tardioribus: Velox enim iniquitas quæ ad nocendum occasionẽ suggerit, lęta uitus, & cum ãtrix, ante iudicat quam incipit quid decorũ, quid honestũ. Iniquitas omnia præcipiat. Pigra ergo & verecunda pœnitentia, q pſentiũ pudore premit, solis. n. intendit futuris, quorum spes sera. & tardus fructus. Interim pcurrit impudẽtia, & spe præsentiũ pœnitentia excluditur, & effectus eius exuritur & abolecur. Quærit eã lex, & non inuenit. Exusta est enim seruore & fumo iniquitas. Inde irascitur & dicit deuorandum fuisse pœnitẽtiam in sanctissanctorum. Sacerdotes quasi segnes increpat. Respondet Aaron prouidũ debere esse sacerdotale iudiciũ, nec male sanæ cõsciẽntię facile esse credendũ id muneris, ne fiat nouissimus error peior priore. Vale. n. fœtido uel oleum vel vinum facile corrumpitur. Quomodo autẽ poterat vbi ignis alienus erat, peccatũ exuri in conspectu domini, cui cuncta aperta? Quasi non placet deo, qui iniustitiam corde inclusam tenet, & se pęnitẽtiã agere perhibet. Ignis alienus libido, auaritia, & oĩs praua cupiditas, hic ignis exurit, nõ mũdat. In quib. enim est, si offerant in cõspectu domini, ignis eos cælestis absumit, sicut Nadab & Abiu, cum his quæ ꝓ peccato fuerant oblata. Qui ergo mundari vult, ignem alienum remoueat.

Marginalia: Illud. — Quæst. 34. — Tropolo. — Heb. 10. c. — Sap. 1. b. — eleuauerunt. — De pę. di. 3. ca. inter hęc hircũ. 2. — pacificorum. — Moraliter — Mac. 22. c. — Heb. 4. d.

Interlinear: ¶ Simila. ¶ Aeternæ doctrinæ. ¶ Corpus Christi. a ¶ Confidentiam & fidem offerentium significat. a ¶ Actionem conuersationis & correctionem. a ¶ Mente ecclesiæ. b ¶ Fortes in fide. c Infirmi. ¶ Fortes. n. & infirmi in fide pascendi sunt & roborandi vera fide, & bona operatione. d ¶ Maioribus. a ¶ Minoribus. b ¶ Salutem acquirentibus. ¶ Quę sunt, s. saluatoris. i. Christi de quo dicitur. Viderunt oculi mei salutare tuum, &c. Lucæ 11. c. a ¶ Quid scil. Deum vident. ¶ Cui placent. a ¶ Oblationem, s. pęnitentiæ. ¶ Peccatorem. a Quando pęnitentia iniuncta. a ¶ Ab intelligibili igne spiritus in quem peccauerunt. ¶ Qui non bene pœnituit. b ¶ Quia ea quæ pro peccato offeruntur a populo edenda erant sacerdotib. adipibus inde ablatis & renib. ¶ Quia forte ad eos suggerendi ministerium pertinebat.

quod remansit de oblatione domini, & comedite illud absque fermento iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. † [1] Comedetis autem + in loco sancto, quod datum est tibi, & [2] a filiis tuis in oblationib. domini, sicut pręceptũ est mihi. Pectusculum quoque quod oblatũ est, & armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu, & filii tui, ac filię tuæ tecum. [3] Tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis † salutaribus filiorum Israel, eo quod armum & pectus & adipes, qui cremãtur in altari, † eleuauerint coram dño, & pertineant ad te, & [4] ad filios tuos lege perpetua, sicut præcepit dñs. [5] b Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato, cũ quæreret Moyses, exustum reperit: [6] Iratusque contra Eleazar & Ithamar filios

NICOLAVS DE LYRA.

✠1 Iuxta altare. *id est, in exedra ad hoc parata in atrio, vbi erat altare.*

2 Quod datum est tibi, & filiis tuis. *Quia de hostia pro peccato, soli mares comedebant.*

Pectusculum quoque &c. *Sequitur.*

3 Tu & filii tui, & filię tuæ tecum, &c. *Quia de hostia pacifica, mulieres poterant comedere, non quia haberent ibi partem sibi debitã ex determinatione legis, quia sic solum competebat masculis, vnde subditur.*

4 Et pertineant ad te, &c. *Sed mares de partib. suis dabant eis.*

5 Inter hæc hircum. *Hic reprehenditur totalis omissio, quia Aaron & filij eius turbati de morte Nadab & Abiu, omiserunt hircum pro peccato in incendio. Et dicit hic Ra. Sa. quod illa die fuerant tres hirci oblati: Vnus in oblatione Naason principis tribus Iudæ, quia illa die cœperunt principes offerre secundum ipsum, vt plenius dicetur in prin. libri Numerorum alius fuit pro solennitate diei, quia erat dies octauus cõsecrationis sacerdotum. Tertius fuit pro prin. mensis in quo offerebatur hircus pro peccato populi, & illa dies fuit prima dies mensis primi secundum ipsum, & de isto tertio hirco dicitur.*

6 Moyses exustum reperit, *& deserens Aaron propter eius turbationem conuertit se ad arguendum* Eleazar *&* Ithamar *filios eius.*

5 Inter

moueat, illi igni se offerat, qui cui psi succurrit nō hominē. Hic ignis siccauit emorrhoissæ sanguinē profluentē. Hic siccauit culpā latronis. Ignis.n. consumens est, sanat enim simpliciter & purè confitentes. Iudas inquit: *Peccaui, tradens sanguinem iustum*, sed in pectore habuit ignem alienum, quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit, quia non pura mente pœnituit. Culpam vero eius nō auferunt sacerdotes, qui dolosè offerunt, nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio, vnde uerus sacerdos ait. *Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei*, id est vt peccatores conuersi pœnitentes saluentur. non est enim acceptum deo sacrificium nisi uerum & syncerum.

Matt. 9.c. Luc.23.f. Deut.4.d. Matt.27.a

Ioan.4.d.

† Comedere oblationem pro peccato. †nunquid placebit in oculis domini?

AVGVSTIN. Sane quoniam sex pecora præcipiuntur offerri pro populo, quorū pri⁹ quatuor memorauit, hircum, arietē, vitulum, & agnum anniculum, quorum manifestum est hircum ꝓ peccato, manifestum & agnum anniculum in holocaustum. Duo vero media arietē & vitulum ambiguè posita videam⁹, vtrum ad sacrificium ꝓ peccato ptinerēt & hirco adiungerent. An potius agno, ut in holocaustum offerrētur, vnde ꝙ nobis videretur suo loco exposuim⁹. Postea vero, vt sex animalia complerentur, vitulum & arietē memorauit in sacrificium salutaris, nec tamen in sequentib. cum immolata sunt & memorata, fit mentio arietis & vituli quæ inter caprum & agnum posuerat, sed tm̄ ille vitulus & ille aries memorātur, quos in sacrificium salutaris offerri iusserat, vt nō tm̄ duo pecora, sed quatuor fuisse credātur. Forsitan illa duo, q̄ prius inter hircum & agnum posuerat, iterum nominauit, nec alius vitulus & alius aries ī sacrificium salutaris, vt cum dixisset hircum pro peccato, & arietem & vitulū, non dicens in quā rē, agnum vero in holocaustum, postea dicere voluerit, quid de vitulo faciēdū esset & ariete, id est, nec ꝓ peccato sicut hircus, nec in holocaustum sicut agn⁹, sed in sacrificium salutaris incēsi iubebatur offerri. Sed manebit q̄stio, quare pro peccato synagogæ hircus oblatus sit, cum de sacrificiis quæ pro peccato offerenda erant, ab initio dominus loquens vitulum offerri iusserit pro peccato synagogæ, sicut pro peccato sacerdotis, non caprum sed vitulum, cuius vituli sanguine sicut pro peccato sacerdotis tangebantur cornua altaris incensi, quæ causa fuerit vt pro Aaron & Moyses vitulum offerret, & ipse Aaron alterum vitulum, sicut pro peccato sacerdotis secundum præceptum domini fieri oportebat? Pro peccato autem populi nō vitulus, sicut preceptum fuerat, sed hircus offertur. Visum est ergo nobis, non quod solus hircus pro peccato populi, sed & aries & vitulus offerri iussus est, ut ad ista tria subaudiatur pro peccato, quia & principes erant in populo, pro quib. hircus fuerat offerendus, & singuli habere propria peccata potuerunt, pro quib. aries, & vnum aliquod peccatum oēs pro quib. vitulus, sicut ab initio præceptum est, pro peccato vniuersæ synagogæ vitulum offerre oportebat. Ideo autem quādo immolata sunt, hircum tātum nominauit, vt alia etiā intelligentur, à parte totum, quę omnia fuerant pro peccato.

Qō. 36. in Leuit. literaliter.

RADVL. Minimè existimandum est, ꝙ hircus iste ab aliquo scienter in ignem missus sit, vt cōbureretur, sed ignis ille qui egressus à domino, deuorauit holocausta, etiā tunc inibi iacētem exussit, ignorantibus forte sacerdotibus aut præ tristitia quam de fratrum morte conceperant, minus curantibus.

Li.7.ca. in Leuit. Qō.10.

a ¶ Quasi cur non fecistis pęnitentiam celebrari commissi peccati.

a Aaron, qui remanserant, ait: Cur non comedistis hostiam ¶ Ecclesia. pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est, & ¶ Vicarius Christi. data vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis, & † rogetis ¶ Quia sanguis Christi illatus est in conspectu patris pro sanguine nostro in cælum. pro ea in conspectu domini, presertim cum de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eā a ¶ Id est sicut præcepi. Moyses.n. figura est Christi. b ¶ Placide, quia Moysen iratum vidit. b in sanctuario sicut preceptum est mihi? Respondit Aaron: ¶ Tempore gratiæ. ¶ De quo: Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Psal.4.b. c Oblata est victima hodie pro peccato, & holocaustum coram dn̄o, mihi autem accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam † aut placere Deo in cęremoniis mente lu- a ¶ Intelligibilis. b ¶ Ecclesiam, scilicet doctrinam suam custodientem. gubri? Quod cum audisset Moyses, † recepit satisfactionē.

† expietis eam.

† placuit in oculis ei⁹.

a *Cur non comedistis hostiam pro peccato? &c.* THEODORETVS. Hinc docemur, nos qui edimus ea quæ offeruntur à populo, & non secūdum legem viuimus, nec pro illis citra formidinem domino supplicamus, supplicium esse laturos à Deo, quod obscurè significans domin⁹ Deus ait: *peccata populi mei comedunt.*

b *Respondit Aaron &c.* In persona ecclesiæ, cuius figuram gerit, sicut & Christi, videtur Aaron dicere hoc. Quasi quia post aduentum saluatoris deputati sunt ministrare, & ꝓ pęnitentia offerre, & prophetica vitā exponere, aliter docentes perierunt & in eis hæc ecclesiæ acciderunt, ut sacerdotum & magistrorum lugeret mortē, vn̄ comedere hodie ꝓ peccato non potuit, nec orare dn̄o autem displicebat. AVG *Respondit Aaron, &c.* Si hodie obtulerunt quæ pro peccato illorum sunt, & holocausta sua ante dominum, & cōtigerint mihi talia, & comedam quod est pro peccato, nunquid placitum est dn̄o, &c. Videtur dixisse Aaron, quod cum primum obtulerint filii Israel pro peccato suo, non debuit à sacerdotib. māducari, sed totum incendi, nō inde regulam faciens ad cætera. Deinceps enim sacrificia ꝓ peccatis ipsis edebat. Credendum est autē Aaron hæc diuina inspiratione dixisse, quod tanq̄ diuinitus dictum Moses approbauit. Quid ergo de cęteris eiusdem diei sacrificiis, id est, de ariete & vitulo, quę diximus ēt pro peccato offerri, an de vitulo nulla qō est, quoniam oportebat sic fieri vt de eius sanguine offerretur in sancta, vn̄ tangerentur cornua altaris incensi, & cōsequēs erat vt totus arderet? Quid ergo de ariete ait quia primum caprum quęsiuit Moses, q̇ de capro responsum est, etiam est de ariete intelligēdū, quē ex ordine fuerat quęsiturus, nisi sacerdotis placuisset respōsum? De vitulo ēt quid quæreret, cum ea lege fieri potuerit. q̇ de vitulo pro peccato vniuersę synagogæ præceperat dn̄s, sicut de vitulo pro peccato sacerdotis id est, ut totus arderet extra castra. Iratus enim Moyses ait. *quare non comedistis illud quod fuit pro peccato in loco sancto?* Quoniam.n. sancta sanctorū sunt, hæc vobis esse licuit, ut auferatis peccatum synagogæ, & exoretis pro ea ante dn̄m, Non enim illatum est à sanguine eius in sanctum ante faciem, intus edetis illud in loco sancto, &c. Cum dicit *Non illatum a sanguine eius in sanctum ante faciem,* discernit illud quod fit pro peccato sacerdotis vel synagogę, non de hirco, de quo sanguis quoniam non erat iussus inferri ad tangenda cornua altaris incensi, non debuit totus incendi, sed à sacerdotibus manducari. Hoc autem quare sit factum, respondit Aaron, & placuit Mosi.

c *Hodie.* Quasi si ante remissionem saluatoris hoc peccassent forsitā ignosceretur cum nondū mundo sciētia manifestare vnde. *Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

Io.15.d.

✲ RA- ☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui remanserant. *Dicit Ra. Sa. quod hoc fuit ex Dei misericordia ad preces Moysi, quia Aaron pro peccato vituli cum sua posteritate meruerat mori, sicut dicitur. Deut.ix.cap.* Aduersus quoq; Aarō vehementer iratus voluit eum conterere. *In Heb. habetur.* Voluit eum disperdere, *in quo designatur mors alicuius cum sua posteritate, secundū communem modum loquendi sacræ scripturæ, ut habetur in pluribus locis ve.te. sed oratio Moysi impediuit mortem Aaron, & medietatis filiorum eius. unde ibi subditur.* Et pro illo quoque deprecatus sum.

2 Et data, &c. *Ex hoc arguit Ra Sal. quod prædictum est secundum suam opinionem, scil. quod hircus quem Moyses reperit combustum, fuerat oblatus pro principio mensis, quia offerebatur pro expiatione peccati populi.*

3 Cum de sanguine. &c. *Si enim illatum fuisset, deberet totus incendi.*

4 Respondit Aaron. *licet Eleazar & Ithamar essent homines discreti ad respondendum, noluerunt tamen respondere in præsentia patris sui.*

5 Oblata est victima ho. *scilicet per me principaliter, per filios autem meos tantum ministerialiter, & ideo illud quod accidit sibi erroris, debet mihi principaliter imputari, & non eis.*

6 Quod cum audisset Moy. &c. *Tum quia Aaron humiliter recognouerat defectum suum; Tum quia Moyses videbat eum in afflictione positum, & afflicto non est addenda afflictio.*

ADDI-

*ADDITIO. I.*

*In c. 10. vbi dicitur in postil.* Capita vestra nolite nudare, &c. *Hebraica litera in hoc loco penitus est conformis sic nostræ translationi, verbum enim quod hic ponitur nihil aliud significat quam nudare, & est sensus, quod non euellerent capillos a capite vt fieret caluicium, per quod caput nudabatur, quod consueuerant facere Gētiles super mortuos suos, unde inf. Deut. 14. a.* Nō facietis caluiciū super mortuo, &c.

*ADDITIO. II.*

In eo. c. *vbi dicitur in postilla:* Filios eius qui remanserunt, *dicit Rab. Salomon. Peccatum Aaron in fabricatione vituli non fuit tantæ grauitatis, vt ipse cum posteritate sua deberet disperdi, non enim idololatrauit, nec consensum idololatriæ præbuit, ut latius ostensum fuit supra,* Exodi 32. *in additione, vnde non merebatur deleri cum posteritate sua, præsertim cum filij eius fuissent de tribu Leui, & sic fuerunt immunes a peccato vituli, vt suprà Ex. 32. in additione, vnde oratio Moysi solum pro Aaron intelligitur, prout sonat litera Deute. ix. capit. cum dicitur:* Pro illo quoque deprecatus sum. *non dicit pro posteritate nec pro filijs. Quod autem hic dicitur ad Eleazar et Ithamar filios eius, qui remanserunt, non intelligitur ratione deturbationis, nisi prout verba sonant, quia scilicet post ... in ea tem... prima de illis filij tantum duo remanserant de filijs Aaron.*

REPLICA *Correctorij contra Burg. Septimo ca. non sunt multa ponderanda quæ Burg. mouet vsque ad 10. c. vbi Burg. nititur alleuiare peccatum Aaron in fabricatione vituli contra rotundam literam inf. Deut. ix. vbi de hoc peccato dicitur:* Iratus dominus vehementer voluit Aaron conterere, nisi Moyse etiam pro eo deprecatus fuisset. *non patet igitur peccatum Aaron leue propter quod dominus dicitur vehementer iratus, nisi dicat Deum impium pro modico peccato vehementer iratum, ... de pro in ... appositu duos filios Aaron partim pro peccato vituli punitos, ut tantum duo eius filij dicantur remansisse. Peccatum enim hic per duos filios punitos factum, per assumptionem ignis profani, non videtur graue fuisse sicut fabricatio vituli.*

A C

## CAP. XI.

Locutus est dominus. ISIC. Quicquid a Deo factum ipsi institutionis auctoritate mūdū est. In animalibus igitur mores pingūtur hominum & actus & voluntates, ex quib. fiunt mundi vel immundi. IDEM. Dixit dominus ad Noe: *Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, &c.* a In Gen. quoque dictū est: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* hic autem quædam prohibētur, velut mala & immunda decernūtur. Non sunt tamen ista contraria sibi, nam & Iudæorum gastrimargiam ad modicum dominus reprimit, & spiritualis præceptorū expositio quales debeāt esse instruit. Lex. n. nutrimentū est animæ rationalis rōnabiliter intellecta. Sicut autē in superioribus per oblationes figurauit offerentes, sic nūc per ea quæ comeduntur exprimit comēdētes. ✠ PROC. Vt præsens enarretur typus, scias nihil quod ingreditur in corpus, inquinare hominem, sicuti docuit Christus saluator noster. Præterea huiusmodi vox delata est ad Petrū, qui viderat vas linteum, & adhuc hærebat superstitiosiori legis obseruationi. *Quæ Deus purificauit, tu communia ne dixeris.* Cęterum eo loco demōstrauit Deus se discernere de hominibus. At Paulus de cibo verba faciens, ait: *Cibus nos non commendat Deo.* Sermo vero nunc habetur ... de moribus hominum. Scriptura enī ... mores nostros penitus similitudinibus ab animalib. ✠ THEODORETVS. Cum ... terrena uolatilia atque aquatilia ...

Custodite omniaque scripsit vobis vt sim Deus vester. Gen. 9. a. Gen. 1. d. Deut. 4. a B

## CAP. XI.

1 Locutus est dominus ad Moysen et Aaron dicens: Dicite filiis Israel: Custodite omnia quæ scripsi vobis, vt sim Deus vester. † Hęc sunt animalia, quę comedere debetis de cunctis animantibus terræ.

a Q. ia commune mandatum est totius populi.

a A ... differentiam ... lingua ... & aquila & homo ... visionem Ezech. ... munda & sancta.

2 Act. 10. D Quest. 11.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XI.

1 Locutus est dominus. *Postquā actum est de offerentib. ratione officij cuiusmodi sunt sacerdotes, hic consequenter agitur de offerentibus ex professione fidei, cuiusmodi sunt alij inferiores, quorum oblationes erant quędam protestationes fidei vnius Dei & Christi venturi, ex qua fide oblationes erat acceptæ. Isti autem offerentes debent esse mundi, & in actib. suis ordinati, & ideo primo agitur de conseruatione munditiæ, secūdo de ordinatione uitæ 17. cap. & in vtroque debebant a sacerdotibus informari & foueri. Circa primum sciendum, quod munditia conseruatur in hoc, quod cauetur ab immunditia, & si contingat, purgatur. Potest autem contingere specialiter quātum ad aliquas personas, de quo primo agitur. Alio modo generaliter quantum ad totum populum, & de huius purgatione agitur secundo scilicet 16. cap. Adhuc primo agitur de vitatione immunditiæ, quæ prouenit ab extrinseco. Secundo de vitatione illius, quæ prouenit ab extrinseco, 12. cap. Circa præsens cap. in quo agitur de munditia & immunditia animalium, piscium & auium, considerandum, quod duplex est immunditia, scilicet spiritualis & corporalis. Spiritualis autem immunditia, quæ idem est quod peccatum, non potest esse in brutis, quia peccare non possunt, cum careant intellectu & volūtate, peccatum tamen potest redundare in ipsa, inquantum homines talia immolant idolis, vel vtuntur eis ad alia maleficia, sicut inf. 20. c. pecus cum quo aliquis coierit, præcipitur occidi cum eo in detestationem peccati, quod homo exercuit cū pecore. Immunditia vero corporalis potest esse in brutis & hoc dupliciter. Vno modo subiectiue sicut animalia venenosa & abominabilia, & illa quæ ex nutrimento immundo & abominabili nutriuntur, ut porcus, uel in loco immundo habitāt, ut animalia habitantia sub terra, vt talpæ & mures & huiusmodi, unde & ex talibus fetorem contrahunt. Alio modo effectiue inquantum acceptum in cibum faciunt malum nutrimentum ... ex ... humiditate vel siccitate, seu alijs circumstantijs. Aliqua autem animalia sunt immunda vtroque modo, sicut bufones & serpentes, & propter prædictas immunditias multa de animalibus, piscibus & auibus reputata sunt immunda & prohibita Iudæis, quia idolatræ eis vtebantur in sacrificijs seu alijs maleficijs, uel quia erant in ... uel corruptiua uitæ, sicut venenosa & abominabilia: Sunt etiam præter hoc aliæ rationes prohibitionis mysticæ figurales, ... animalia ... vitia quæ sunt ab hominibus fugienda, ... significat immunditiam luxuriæ, lepus timiditatem ... camelus propter gibbum quem habet in dorso ... superbiæ, & sic de alijs, quæ de facili possunt applicari ... intelligenti proprietatibus animalium, piscium & auium consideratis, propter quod istas rationes mysticas intendo dimittere, & sensui insistere literali. Præsens igitur ca. diuiditur in duas partes quia primo ostendit quid debeat mundum & immundum iudicari. Secundo præcipit immunditia ... :* Nolite contaminare animas uestras, &c. *A ... primo agitur de immunditia cōtracta ex gressibilibus & volatilibus secundo ex reptilibus, ibi:* Omne quod reptat, &c. *... primo agitur de munditia & immunditia circa gressibilia per comparationem ad ... secundo per comparationem ad tactū ibi:* Quicquid autem volaverit. *Prima in tres, quia primo agitur de munditia & immunditia circa gressibilia secundo circa aquatilia ibi:* Hęc etiam ... quæ gignuntur in aquis *Tertio circa volatilia, ibi:* Hæc sunt quæ de auibus &c. *Circa primum proponitur in ... ad seruandum sequentia ... dicens:* Custodite omnia, &c. *scilicet per specialem protectionem ... quia ipse est Deus omnium per generalem gubernationem. Sciendum tamen quod hoc non est in Hebreo.* Custodite oīa quæ præcepi ... sim Deus uester. *Consequenter subditur generalis regula circa munditiam animalium gressibilium, cum dicitur.*

✠ 1 Omne

Munditia conseruat

Diuisio.

*MORALITER.*

✠ 1 *Locutus est dominus, etc.* In hoc c. agitur de cibis. mū lis & immūdis s'm legem. Circa q' sciendū q' sicut dicitur. 1. Tim. 4. a. *Omnis creatura Dei bona, et nihil reyciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Et ad Titum. 1. d. *Omnia munda mundis.* Et ideo quod aliqua animalia dicūtur hic immūda vel pisces vel aues, rationes mysticę sunt, quia figurant aliqua vitiosa, q' sunt a nobis euitanda. Et econuerso aliqua dicūtur mūda, qa figurant aliqua virtuosa, q' sunt nobis incorporanda. Generaliter aūt de gressibilibus animalibus dicūtur mūda q̄ findūt vngulā & ruminant. immūda vero q̄ alterutro carēt vtroq; vel altero. Per diuisionem vngulæ discretio boni & mali designatur. Per ruminationē vero ... discretio boni ad superiorē gutturis partē significat applicationē ... ad operationem, & vtrumq; requiritur ad opus virtuosum, quia discretio non valet sine operatiōe, nec aliquod opus bonū est sine discretiōe: preter autē hanc regulā generalem aliqua dicūtur immūda, qa significant aliqua vitia specialia vt camelus, qa significat su

... aquatilia bifariam partitus est, munda & immunda, suadet no... quoque in honore Deum esse patrem... Quod enim mo... Deum nuncupari id, quod aut tanquam ... cum odio uersatur, aut quod vero Deo ... ipse comedit?

ditationem vnice complectuntur, & quæ spectant ad uirtutem curant diligenter, alii imperfecti, qui diuina eloquia voce tenus pronuntiant, sed cameli more diuidere nequeunt. Nonnulli qui pietatem nondum gustauerunt, nec amplectuntur eloquia Dei, bonorum tamen operum sunt studiosi.

a Omne quod habet diuisam vngulam, et ruminat† in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat et habet vngulam, b sed non diuidit eam, sicut camelus et cætera, non comedetis c illud, et inter immunda reputabitis. †Chœrogryllus qui ruminat, vngulamque non diuidit, immundus est. Lepus quoque nam et ipse ruminat, sed vngulam non diuidit, et sus, qui cum vngulam diuidat, non ruminat. Horum carnib. non vescemini d nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis. Hæc etiam sunt quæ gignuntur in aquis, et vesci licitum est.

a Non pecora, sed mores hominum discernit, hi autem mundi sunt qui ruminant, i. semper præcepta Dei in ore portant. Vitam informem & criminibus tortuosam damnat. Animal spinosum maius ericio. a Effœminatos reprobat, vnde comicus: Tute es lepus, & quæris pulpamentum. Timidus infirmus, vnde: væ cordibus trepidis, & manibus remissis. Eccl. 2. c. a Illos significat quibus dicitur. Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro cœni, &c. Simulatis virtutibus. Peccata. a Papistæ, de quibus: Ecce gentes quasi stilla situlæ. LXX. Sicut aquæ multæ gentes.

a IDEM. Vngulam findit, qui secundum duo testamenta firmo gradu innocentiæ & iustitiæ ... Iudæi ruminant verba legis, sed vngulam non findunt, quia duo testamenta non recipiunt, nec in patrem & filium & spiritum sanctum credunt, b fidei gressum diuidunt, hæretici vngulam findunt, in patrem & filium credentes, sed doctrinam veritatis non ruminant.

✻ THEODOR. Arbitror vngulæ diuisionem significare bonarum actionum & contrariarum discretionem, præterea viuendum esse non tantum præsenti vitæ sed futuræ. Et illi quidem distribuenda quæ sunt necessaria, huic autem omnia, animam & corpus & quæ spectant ad illud. Ruminans autem diuinorum eloquiorum innuit meditationem. Quemadmodum n. ouis & similia animalia assidue ruminant, sic impiger, & qui Deum diligit ad Deum vniuersorum, vocem extollit. Itaq. sicut inter animalia quædam & vngulas diuisas habent, velut asinus, mulus, equus: C alia, bisulca quidem sunt & ruminant, veluti bos, nonnulla non ruminant quidem, sed diuidunt vngulam, vt camelus & lepus, sic inter homines, alii sunt perfecti, qui diuinorum eloquiorum meditationem ...

b Camelus. IDEM. Iudæus superbia tumidus, quib. dicitur. Liquantes culicem, camelum autem glutientes. Hi ruminant, quia in litera meditantur, sed non diuidunt vngulam, quia literam a spiritu non distinguunt. In camelo superbia designatur, quæ propriæ stultorum est, & sapientiæ stultitia contraria est. Lepus ut timidus fortitudini contrarius est. Chœrogryllus vt rapax iustitiæ. Sus vt sordibus castitati. Horum carnes non comedamus, quas videntur habere virtutes non sequamur, per has aut quatuor generales virtutes omnes intellige. Morticina eorum non tangamus, id est, peccatis non communicemus.

c Chœrogryllus. IDEM. In populo Iudæorum vtrumq. accipitur. Debilia n. dicuntur esse hæc animalia, unde Salo. Lepusculus plebis inualida. Et Dauid: Petra refugium herinaciis siue chœrogryllis. Vnum velox est & tumidum, vt lepus, aliud quidem debile, sed rapax & mortiferum dicunt, id est, Chœrogryllum, quod conuenit populo Iudæorum, de quib. dicitur: Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

d Hæc etiam sunt, &c. IDEM. Quemadmodum in spontaneis sacri-...

Margin: †animalia Mat. 23. c. — Prou. 30. b — Psal. 103. b. — Vt li supra — Albertus dicit. — Animalia munda vel immunda quid significent. — Aquila rex auium.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Omne quod habet diui. &c. Ex quo patet, quod non loquitur hic scriptura de munditia animalium ad immolandum, sed ad esum. Multa enim sunt munda ad esum, quæ non sunt munda ad immolandum. Fissio autem vngulæ pedis signum est in animalib. temperatæ complexionis, quia vngula ostendit quod carnes eorum non sunt nimis humidæ, quia animalia excessiue humida non habent vngulas. Fissio autem vngulæ designat quod non sunt nimis terrestres & siccæ, quia continuitas vngulæ signum est nimiæ siccitatis. Similiter ruminatio signum est temperatæ complexionis, eo quod alimentum bene digeritur et ideo animal a carentia vtroque vel altero immunda reputantur, cum subditur. Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, sed eam non diuidit, &c.

2 Chœrogryllus. dicunt expositores nostri communiter, quod est idem quod herecius, & est animal spinosum, aliqui tamen dicunt quod accipitur hic pro cuniculo, & concordat hoc dictum cum Hebræo, in quo habetur שפן sapan, id est, cuniculus.

3 Nec cadaue. Dicit Rab. Sal. quod istud iniungitur solis sacerdotib. quod probat ex hoc quod habetur infra. 20. c. vbi similiter prohibetur contaminatio ex mortuo, & tamen prohibetur sacerdotibus tantum, quia ibi præmittitur. Loquere ad sacerdotes Aaron, & dices ad eos: Non contaminetur sacerdos in mortuis, &c. Sed hoc detur contra textum, quia hic præmittitur: Dicite filiis Israel. Ex quo patet, quod loquitur generaliter toti populo, & eodem modo Num. 5. a. vbi loquitur de pollutione ex mortuo in principio c. & ideo Rab. Sal. accipit falsum, vt videtur, ad probationem sui dicti, maxime quia infra 20. cap. ponitur prohibitio specialis facta sacerdotibus ne ingrediantur ad luctum mortuorum, nisi in paucis personis. & hoc quia debebant esse parati ad diuinum cultum, ut uidebitur, domino concedente, quando venie mus ad locum illum. Sciendum tamen quod ex tactu cadaueris huiusmodi animalium non contrahebatur talis immunditia, quam oporteret purgari per modum qui dicitur infra de tactu aliorum, vt videbitur infra eodem cap.

4 Hæc etiam. Hic consequenter ostendit quid sit mundum & immundum circa aquatica, & ponit circa hoc generalem regulam.

## MORALITER.

✻ perbiam propter gibbum, quem habet super dorsum, & chœrogryllus terrenam cupiditatem, eo quod in terra habet habitationem, & lepus qui significat timorem irrationabilem, & sus, quia significat luxuriam propter sui immunditiam. De piscib. autem illi dicuntur mundi, qui pinnulas & squamas habent, nam per pinnulas designatur contemplatio cælestium, & per squamas quæ sunt asperæ, mortificatio motuus carnalium, carentia vero istis immunda dicuntur. De auib. autem dicuntur immundæ quæ sequuntur, Aquila quæ dicitur rex auium, & viuit de præda, ideo significat rapinam potentum, Gryphes qui volat & pedib. graditur, ideo significat rapinam malitiosorum sub specie licita rapientium bona simplicium. Haliæetus qui rapit parua, ideo significat rapinam officialium qui non possunt rapere tam magna sicut domini eorum. Miluus qui pullis insidiatur, ideo significat rapinam latronum. Vultur qui sequitur exercitum vt pascatur carnib. occisorum, significat illos qui mortem desiderant aliorum. Animalia coruini generis illos significant, qui quærunt carnalia discurrentes ext. claustrum sub habitu religionis. Struthio quæ cum sit auis tamen volare non potest significat religiosum negotiis secularib. implicatum. Noctua de nocte videt & non de die, ideo significat astutos in temporalib. & in spiritualib. hebetes. Larus in aere volat & in aquis natat, ideo significat quærentes vitam voluptuosam sub specie contemplati...

næ. accipiter deseruit ad auium prædam, & ideo significat illos qui raptorib. præbent ministerium. Bubo qui de nocte pastum quærit & de die se abscondit, significat luxuriosum. unde dicitur Iob 24. c. Oculus adulteri obseruat caliginem, &c. Mergulus qui in aquis mergitur, significat gulosum, qui se mergit in aquis voluptatum. Ibis serpentib. pascitur, ideo significat inuidum qui delectatur in malis aliorum. Cygnus candidus est & longo collo & rostro cibum tradit de aqua profunda, propter quod hypochritam significat qui candorem sanctitatis ostentat exterius, sed quæstum intendit interius. Onochrotalus qui semper est famelicus, significat auarum qui semper anhelat ad magis acquirendum. Vnde dicit poeta. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Porphyrio omnem cibum suum aqua tingit, & significat hominem singularem, qui nihil vult facere, nisi quod tingitur aqua propriæ voluntatis. Herodio, id est, falco velociter volat ad interficiendum alias aues, ideo significat homines pronos ad humanum sanguinem effundendum. Charadrion auis est garrula, propter quod significat personam loquacem. Vpupa in stercorib. nidificat, ideo permanentes in fœtore luxuriæ designat. Greg. In stercore putrescere, est in fœtore luxuriæ vitam finire. Vespertilio volat circa terram, ideo notitiam significat sola terrena quærentem. Volatiles quadrupes dicit immundum quia significat abusum quatuor Euangeliorum, munda tamen dicuntur quæ habent crura retro longiora per quæ saliunt, quia significant homines a tali abusu per veram pœnitentiam resilientes.

✻ MO-

sacrificiis quæ & dona vocātur operatores legis & simplices vel contēplatores per varias oblationes significauit, & q saluā tur ex gentib. quibus sacrificiū de simila, vt simplicibus deputatur, quod innuit, dicens: *Si anima obtulerit domino*, nec addidit de populo terræ, sicut in aliis sacrificiis, sic per ciborum abstinentiam quales debent esse qui legē meditantur ostēdere cupiens per ruminare & vngulam diuidere Iudæū expressit, qui debet mandata legis implere, & a spiritu literā diuidere, & legem spiritualiter intelligere. Per hæc autem quæ in præsenti capitulo dicuntur, ostendit se de gentibus loqui, unde nec piscium nomina posuit, quia suorū nomina scribi super terrā nō cupit ecclesia. vnde: *Scribantur hæc in generatione altera*, hoc est in cælis.

a Vitam sublimem & cælestem. b Ignorantiam, sed quæ facile auferatur, sicut de Paulo dicitur: Ceciderunt ab oculis eius, tanquam squamæ, & visum recepit.

a Omne quod habet pinnulas, et squamas, tam in mari quam b in fluminibus et stagnis comedetis. Quicquid autem pinnulas, et squamas non habet eorum quæ in aquis mouentur, et c viuunt, abominabile vobis execrandumque erit: Carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis: Cuncta quę non d habent † pinnulas & squamas in aquis, polluta erunt. Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & + vitanda sunt vobis. Aquilam & gryphem & halieætum et miluum ac vulturē, iuxta genus suum, & oē coruini generis in similitudinē suam, struthionem & noctuam & larum & accipitrem iuxta genus suum, bubonem & mergulum & ibin & †cygnum, et

Vt supra. a Quæ viuit de morte & rapina aliarum auium. q Auis magna. c Auis similis aquilę, maior, tamen. a Qui est expers affectionis: Vnde. Gen. 8. a. Coruus semel emissus a Noe non reuertitur cui similis Iudas. a Lxx. glaucum.

†pinnulas. Psal. 101. c. †abomina tio. †Por. & ytionem & pellicāna cygnū & cico niam.

a *Omne quod ha. &c.* Isid. In piscibus quicquid pinnulas & squamas non hēt, abominabile est, aspera ꝓ mundis habentur. Hispid.n. & hirsuti firmi & graues hominū mores approbantur. Qui sine his sūt immundi dicuntur, quibus leues & lubrici, infirmi & effeminati mores adiiciuntur. Pinnulas quoque coniungit & squamas. Quicunque.n. pisces pinnati sunt & squamosi. Si quibus ignorantia solubilis est, his & cognitio sublimis, & vita cælestis. Qui autem tales non sunt, cum his nec cibum sumere.

Moraliter. Gre. Pisces qui pinnulas habent & squamas, dare saltus super aquas solent. In pinnatis ergo piscib. electæ animæ figurātur quę solæ in cæleste ecclesiæ corpus transeunt, quæ pinnulis virtutū fultæ per cæleste desideriū saliunt ad contēplationem, quāuis in se relabantur per carnis fragilitatem Soli ergo in electorum corpus quasi cibus electus transeunt, qui dum imis seruiunt, mentis saltibus superna conscendent, ne semp in profundis curarū lateant, vbi nullam amoris summi quasi liberi arietis curā habēt. Qui ergo reb. temporalibus occupātur, tunc bene exteriora disponunt, cū sollicite ad iteriora refugiunt, nec perturbationis strepitus diligūt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt.

b *Quicquid aūt pin. &c.* Sunt et piscestetiam pro pelle habētes, quorū squama auferri nōpotest, qa verbo dei squamas ignorantiæ deponunt, nec cultrū spiritus suscipiunt, & quāuis in mari baptismi inueniantur vel in pnitentiæ fluminib. abominabiles sunt tñ in his quæ mouentur, & viuunt in aquis, qa regenerationem & vitam, quam in baptismo acceperunt uiuendo male corrumpunt.

c *Carnes.* Rabanvs. Cum suem prohibet, vitam cęnosam & sordibus gaudērē reprehendit. Cum vero leporem, uiros, effeminatos dānat. Qui mustelā cibū faciet ꝫ sed furtū notat. Quis lacertā? sed vitæ odit inconstantiā. In stellione maculas mentiū execratur. Accipitrem, miluum, aquilā odit, id est, raptores violētia viuētes. Vulturem abominatur, prædā, scilicet de aliena morte quærentes. Coruum prohibet, id est, nigras voluptates. Cum passere interdicit, intēperantiā arguit. Cū noctuā, lucifugas varietates. Quando caradrion, linguæ intēperantiam. Quando cygnum prohibet, altæ ceruicis superbiā prohibet. Quādo vespertilionem, quærentes tenebras noctis.

d *Hæc sunt quæ de auib. &c.* Isich. Quæ ad contemplatiuorū uitā pertinent, adiūgit, Sicut enim in oblatione sacrificiorum propriū capitulū eis deputauit, sic & in cibis Vere.n. abominādū, quēlibet contēplationi vacantē sponte tales habere maculas quales ī his auib. legislator significat Ait.n. *aquilā & gryphē, &c.* ꝑ hęc raptores & cibū alienū male sectātes, & iniustis q̄tib. gaudētes figurat. Quædā ex eis rapto viuūt, alia domos penetrāt et diripiūt q̄ ꝑperiūt, his similes sūt qui *domos penetrāt, & captiuas ducūt mulierculas peccatis oneratas.*

1. Tim. 3. b

Vultur. e *Vultu. iuxta genus suum.* Idem. Qui bellis gaudet. Vnde sequitur exercitum, expectās cadauera mortuorum, non debet.n. alieno luctu pasci, qui dat operam contemplationi.

Struthio. Iob 39. b. 2. Tim. 2. a. f *Struthionem.* Struthio auis est, sed volare non potest, & semper circa terrā est, sicut quidam deo militātes & secularib. negotiis se implicantes.

Noctua. g *Noctuam.* Hanc aiunt in nocte acute videre, & parū in die. tales sunt qui legis gloriant contemplatione, & euangelii lucē capere non valent. *Nicticorax.* In nocte tamē rapit tales sūt gentes, nocti oneribus inhiantes, quæ sunt fornicatio, immūditia, impudicitia.

Gal. 5. c.

h *Larum.* Larus est animal tam in aqua quam in terra habitās volat.n. & natat, huic assimilantur qui circuncisionem & baptismum venerantur.

Accipiter. i *Accipitrem.* Accipiter inter rapaces est aues, sed mansuescit. & rapinam cum hominib operatur. hunc imitantur qui mansueti videntur, sed cum potentibus & auaris atque rapacib. rapere nituntur.

Mergulus. K *Mergulum & ibin.* Hæc longi colli sunt, & cibum ex profunditate terræ vel aquæ (vt dicit) trahūt, nec imitanda sunt. Qui enim contēplationi vacat ad superiora debet tendere, nec de inferioribus sollicitus esse.

☞ a *Vpu-*

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Omne quod, &c. & stagnis. *Et per hoc comprehendit omne genus aquarum, in quibus pisces possunt uiuere.*

2 Comedetis. *tanquam mundum, pisces autem carentes vtroque uel vel altero immundi sunt reputandi. Ratio literalis prædictorum est, quia squamæ & pinnulæ in piscibus sunt signum, quod carnes eorum non sunt nimis humidæ, sed complexionis temperatæ, & per consequens magis sanæ. Item quia piscibus carentibus squamis & pinnulis vtebantur aliqui idolatræ in sacrificiis & aliis maleficiis.*

Diuisio. 3 Hæc sunt. *Hic consequenter ponitur seu ostenditur quid sit immundum circa volatilia: & primo in speciali, secundo in generali, ibi:* Omne de volucribus. *Circa primum inter immunda ponit aues rapaces, quia rapacitas in eis signum est nimiæ caliditatis & siccitatis. Item quia significant vitia rapinæ & furti, vt hoc est quod dicitur.*

Aquila. 4 Aquilam & gryphem. *Gryphus seu gryphes habet caput & alas aquilæ, reliquum corpus leonis, & est quadrupes, ita quod per terram currit, & per aerem volat, & est infestus equis, ita quod aliquando equum cum equite rapit, vt dicit Hugui.*

5 Et halieætum. *Gallice esmerillon.*

6 Ac vulturem iuxta ge. suum. *quia tales aues nutriuntur cadaueribus mortuorum, & ideo carnes earum sunt abominabiles & infirmæ, quia virtus nutrimentali aliqualiter manet innutrito, talibus etiam auibus vtebantur Gentiles sacrificiis & auguriis.*

7 Struthionem. *quia nimis terrestris est, quod patet ex eius pondere quamuis habeat alas, non tamen per eas potest eleuari ad volandū, sed tantum iuuari ad velocius currendum super terram.*

8 Et noctuam. *quia est auis abominabilis, non solum hominibus, sed etiam aliis auibus, vnde volat de nocte, & si ab aliis auibus videtur de die, impugnant eam.*

9 Et larum. *quia est auis nimis humida, propter quod communiter habitat in aqua.*

10 Et accipitrem. *Gallice ostoyr, quia est auis prędalis & rapax, sicut prædictum de auibus rapacibus.*

11 Bubonem. *eadem ratione qua noctuam.*

12 Mergulum. *Mergulus est auis quæ immergitur aquis, ideo sic nominata a mergo mergis.*

13 Et ibin. *i est, ciconiam quia comedit ranas & serpentes, ideo abominabilis & mali nutrimenti.*

14 Cygnum & conocrotalū. *Gallice, cormorant, quia carnes earū sunt nimis humidæ ex inhabitatione aquę.*

a *Vpupam*. Hæc lugubris est & luctum amans. Seculi autē tristitia mortem operatur. Qui autē deū diligit, debet gaudere, sine intermissione orare, in omnibus gratias agere.

b *Vespertilio*. quæ circa terrā volat, pennis pro pedibus vtitur, quod alienum est ab eis qui cōtemplantur, ne contemplatio eorum in terrenis occupetur.

c *Omne de volu. quod gradi. super quatuor ped. &c.* Qui contemplatiuis videntur esse similes, sed tanquam reptilia terrenis inhærent concupiscentiis, etiā si in quatuor pedibus ambulēt, id est, si Euangelicā prædicationem simulent, quæ vocat ad pœnitentiam, quia nō vere socialem amplectuntur vitam, voluptatibus seruientes abominabiles sunt.

✱ PROCOPIVS. Sciendum quod alia ratione impulsus cōcessit Hebræis in Aegypto vesci bob. & ouibus, quæ animalia adorabant Aegyptii. Iudæi autem illa edebant, vt discerent ea contemnere & despicere, ut in quibus nihil diuinitatis inesset. Prohibuit quoque Hebræis in Aegypto, ne admouerēt atris cibos quib gula quasi illecebris quibusdam fouetur & irritatur. Horum de numero sunt carnes suillæ, quas petiuerunt tandē in vasta solitudine, Aegyptiaca liberati seruitute. Verum nō imperauit Hebræis, vt degustarēt illa animalia, a quib. abhorret humanū ingenium, quæque abominatur. Aliis causis ductus ante legem datā, iussit abstinere a cadaueribus mortuis, quasi intolerabiliora faciāt & morti sint viciniores, qui tales non auersentur cibos.

d *Quicquid autem ambulat, &c.* Quia cum sint in carne non secundū carnem ambulant, sed a sordidis actionib. exiliunt, & terrenis hominib. permiscentur, vt instruant & doceant, sicut dominus cū peccatoribus & publicanis. Habere nos oportet crura sublimiora pedibus, nec claudicemus vtroq; pede, sicut Iudæi in lege & prophetis, sed crura habeamus recta sicut Cherubin, de quibus dicitur: *Crura eorum recta & pennati pedes eorum*.

e *Brucus*. Qui exilit sed minus quam attacus vel locusta, quæ magis exiliunt, tales sunt, qui cum peccatoribus cōuersantur, ad conuersationem, non ad cōsensum vel imitationem.

f *Ophiomachus*. Qui pugnat cum serpentibus, nobis autē pugna est cū antiquo serpente & angelis eius.

g *Vt portet*, Sicut qui dicit malum bonū & amarū dulce, laudādo enim malum a quo prohibere debuerat, suū facit & portat.

h *Omne animal quod*. Is. 1. Nullū peccatum preterit lex, quęcunq; in Euangelio prohibētur legis ænigmatibus exprimuntur, *vt in ore duorum testium stet omne verbum*, & in vtraque lege laudes Deum, & sicut prohibet, fugias malū.

i *Quod ambulat super ma. &c.* Qui ad euangelicā conuersationē migrat, sed manib. ambulat, turpis lucri causa manus imponens, hic recte omnib. bestiis comparatur, vt vel adulterum dicas, vel auarum, vel homicidam & similia, omnibus. n. per prauam manus impositionem communicat.

Margin: Venna. 1. The. 5. d Vespertil. — †vel scarabeus, alii bruchū interpretantur. — B — C — D 2. Co. 10. a. Matth. 9. a — Ezech. 1. b — Secūdum Lxx. †Vox Hebrea hargel signifi cat genus locustæ. — E — Apoc. 12. b Esa. 5 — Mat 18. c. — 1. Tim. 4. d

a onocrotalum et porphyrionem, herodionem, et charadrion[1]
b iuxta genus suum, vpupam quoque et vespertilionem[2]. Om-[3]
c ne de volucribus quod graditur super quattuor pedes, abo-[4]
d minabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem su-[5]
per quattuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ
e salit super terram, comedere debetis, vt est brucus in genere[6]
f suo, et attacus atque † ophiomachus ac † locusta, singula iux-[7]
ta genus suum. Quicquid aūt ex volucribus quattuor tātum[8]
habet pedes, execrabile erit vobis, et quicunque morticina eo-
rum tetigerit, polluetur: et erit immundus vsque ad vesperū:
g Et si necesse fuerit, vt portet quippiam horum mortuum, la-[9]
uabit vestimenta sua, et immundus erit vsque ad solis occa-
h sum. Omne animal quod habet quidem vngulam, sed non[10]
diuidit eam nec ruminat: immundum erit: et quicquid teti-
i gerit illud, contaminabitur. Quod ambulat super manus ex[11]
cunctis animantib. quę incedunt quadrupedia, immundum[12]
erit. Qui tetigerit morticina eorū, polluetur vsq; ad vesperū[13]

Interlinear: a Auis est in Africa habens longum rostrum. — a Scilicet omnium istorum animalium. — a Id est, qui abutantur Euangelica prædicatione, & inquinantur sordibus terrenæ vitæ. — a Actiones in quibus mors. — a Participando. — Vsque dum agat pœnitentiam. Vnde: Ad vesperum demorabitur fletus. — b Vt supra. — a Corpus vel sensum. Actus qui vigilat & custodit vestimenta. — a Sicut Iudæi non diuidunt literam a spiritu. — b Verbum Dei assidue meditando. — a Quibus manus impositione mors ipsorum communicatur. — b Donec agat pœnitentiam.

## NICOLAVS DE LYRA.

Margin: Porphyrion.

✱ 1 Et porphyrionem. *i. pelicanum secundum translationē Lxx. interpretum, quæ immunda est, quia comedit serpentes sicut & ciconia propter quod serpentes odiunt pelicanum, & ideo quando pulli sunt in nido, serpentes explorant horā quando pater & mater sunt absentes, & tunc repente ascendunt & intoxicant pullos, quos pater rediens cum inuenerit morientes, de sanguine proprio consanat.*

3 Herodionem. *i. falconem, quia est auis rapax.*

3 Charadrion. *i. graculum, quia immundo uescitur nutrimento.*

4 Vpupam. *Quia immūda est auis & nidificat in stercoribus, & ideo abominabilis.*

5 Et uespertilionem. *Quia est quasi media inter bestias & aues, & habet in se quandā fœditatem, sicut & mus, cui assimilatur in corpore & ideo abominabilis est ad esum. Reputantur esse aues prædictæ immundæ, & etiam sequentes, quia ipsis saltem aliquibus idolatræ vtebantur in sacrificijs vel augurijs.*

6 Omne de volu. &c. *Hic consequenter determinat de mundicia & immunditia auium magis in generali, dicens:* Omne de uolucribus, quod gra. &c. *abominabile erit vobis, ipsa sunt quædam monstruosa participantia de auibus & animalibus, & talibus monstruosis maxime vtebantur Gentiles in maleficijs. Excipit tamen ab hac generaliter illa quæ habent crura retro longiora per quæ saliunt, & talia sunt munda, Vt est brucus, attacus, & locusta. uariæ sunt species locustarum, ut dicunt aliqui, uel potius secundum alios diuersi gradus eiusdem speciei, quia brucus est fœtus locustæ ante quā habeat alas, sed cūincipit volare dicitur artelab. vel attacus cum aūt est in perfectione uolandi, dicitur locusta, & talib. uescebatur Ioan. Bap. in deserto, ut habetur Mat. 3.*

7 Ophiomachus, &c. *Dicitur ab ὄφις quod est serpens & μάχη quod est pugna, quia pugnat cōtra serpētes, & hoc uidetur quod eos comedat, quia animalia pugnant pro cibis & uenereis & fœtibus, ut dicit Philosophus, & ideo mali nutrimenti est & periculosi.*

Margin: Diuisio.

8 Quicquid. *Hic consequenter ostenditur qualiter immunditia cōtrahitur per tactum, & primo in hominibus, secūdo in alijs rebus, ibi:* Et super quod cecide. *Item circa hominū ostendit primo quomodo causatur immunditia ex volucribus. Secundo ex animalibus, ibi:* Omne animal. *Circa primū dicitur sic.* Quicquid, &c. *quia non debet comedi vt prædictū est, & quia tale quid non solū inquinat per esum, sed etiam per tactū, ideo subditur:* Et quicunq; morticina eorū tetigerit, polluetur. *& quia plus est portare quam tangere, ideo subditur.*

9 Et si necesse fue. &c. *Pro quo considerandum, quod hic accipitur morticinū pro eo quod est mortuū per se, & illud est abominabilius, quā illud quod interficitur, vt comedatur vnde & de morticinis animalium mundorū non erat licitū comedere, & ideo immunditias contractio provt tractatur in hoc ca. erat gradus, quia plus erat tangere morticina quā interfecta, & plus portare morticina quam tangere, & ideo tāgens morticinum erat immundus vsque ad vesperum, portans autē cum hoc debebat lauare vestimenta. Sciendum tamē quod lotio hæc non erat nisi quædam aspersio ex aqua, in qua cōmisti erant cineres vaccæ rufæ, de qua commistione habetur Num. xix sicut modo nos aspergimus aqua benedicta. Sciendū etiam quod istæ immunditiæ, non erant nisi quædam irregularitates, quibus homo reddebatur ineptus ad intrandū atrium, ubi erat locus sacrificii, donec esset purgatus per ablutionem prædictam, vel per transitum tēporis in illis immunditiis de quibus dicitur:* Erit immundus vsque ad vesperum, *non additur aliqua ablutio, seu aspersio vestimentorum.*

10 Omne animal. *Hic consequenter ostenditur qualiter contrahitur immunditia per tactum ex animalibus, & primo ex animalibus illicitis ad esum, secundo ex licitis, ibi:* Si mortuum fuerit animal. *Circa primum agitur de immunditia cōtracta in hominib. secundo in alijs rebus, ibi:* Et super quod ceciderit. *Circa primum dicitur.*

11 Quod ambu. &c. *Sicut est simia & vrsus, quorum pedes anteriores sunt quasi manus.*

12 Immundū erit. *i. illicitū ad comedendum, vrsus. n. excoriatus & simia, habēt magnā similitudinem cū homine & puero excoriatis, & ideo fuit vna ratio prohibitionis, nec per talem esum inclinarentur ad sumptionem carnis humanæ, sicut & aliqui barbari, quod tamen est horridum.*

13 Qui tetigerit. *Modo prædicto de volatilibus habentib. quattuor pedes.*

✱ 1 Mustela

a *Qui portauerit &c. cadauer.* Falsa dicendo testimonia, dignum dicendo indignum & mundum.

✠ PROC. Nam nouissimis temporibus in Christo repurgati sumus ab omnibus peccatis, eluentes inquinamenta sacri baptismatis liquore.

b *Omnia hæc immunda sunt.* Non accusat animalium naturam, nec naturæ actionem animalib. conuenientē, sed quæ per hæc significantur, nobis omnino prohibentur, quorum contactu inquinantur, quibus datum est cælum respicere, rectos incedere, non repere, sed sordida, & terrena despicere.

c *Mustela*, ingluuiem. Mus enim pro uentris ingluuie nulla uitat pericula.

d *Crocodilus.* Qui dure cutis & malitiosus luto pascitur.

e *Chameleon.* Misere scit, & pre infirmitate mansuetum se fingit, cum crudele sit.

f *Talpa.* Animal cæcum de terra genitum. Creatur enī, ut aiunt, de terra compluta & lutulēta, sed prius corrupta.

g *Qui tetigerit, &c.* Si naturaliter essent immunda, immundus esset, uiuentia etiam qui tangeret. Morticina talium actiones sunt, id est, dolus furtum, duplicitas, & huiusmodi in quibus mors animæ.

a ¶ Lachrymis pœnitentiæ: Per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

a Et qui portauerit huiuscemodi cadauera, lauabit vestimenta b sua, & immūdus erit vsque ad vesperum: quia omnia hęc immunda sunt vobis. Hæc quoq; inter polluta reputabuntur de

a ¶ Furtum prohibet. b ¶ Ingluuiem.

c his quę mouent in terra, mustela, & mus & † crocodilus, sin- 1 2

a ¶ Animal est natum ad deridendum, dolosum, rapax, ingluuiosum. b ¶ Ascolopotis, paruulus quidem sed venenosus. c ¶ Quę habitat in sepulchris.

d e gula iuxta genus suū: migale & chameleon & stelio & lacer- 3 4

a ¶ Non sola, sed maxime.

f g ta & talpa, omnia hęc immunda sunt. Qui tetigerit mortici- 5

a ¶ Vt supra.

h na eorum immundus erit vsque ad vesperum. Et super quod 6

a ¶ Vita leuis & mediocris.

ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur, tam vas

a ¶ Quod sufficit ad tegendum. b ¶ Patiens. c ¶ Pœnitens.

ligneū & vestimentum, quam pelles & cilicia, & in quocun-

a ¶ Virtutis. b Lauacri vel lachrymarum.

que sit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vespe- 7

a ¶ Qui totus terrenus est.

rum, & sic postea mundabuntur. † Vas autem fictile in quod

a Morticinum, i. peccatum ad mortem. b Vt interiori domiletur. c Quia immunditia eius non potest facile purgari, ideo labore multo & contritione & quadam reformatione eget.

i horum quicquam intro ceciderit, polluetur, & idcirco frangendū est. Oīs cibus, quem comedetis, si fusa fuerit super eū 8

a ¶ Si quicquam horam inciderit.

K aqua, immundus erit, & † omne liquens, quod bibitur de vni- 9

a ¶ Quo libet homine.

l uerso vase immūdū erit. Et quicquid de morticinis istiusmo- 10

m di ceciderit sup illud, immūdū erit, siue clibani siue chytro- 11

Vasa quędam. a Opulenta doctrina. b Linguæ mediocria loquentes, & doctrinam mutuam habentes.

n podes, destruetur & immundi erūt. † Fontes vero & cisternæ, 12

a ¶ Verborum affluentia Vn locumque congregata. b ¶ In se. c ¶ Vt supra. Quę enim tales dixerit debemus facere, non quæ fecerunt.

& oīs aquarum congregatio munda erit. Qui morticinū eo- 13

a ¶ Baptizandos. b ¶ Quos ignorantia excusat.

o rū tetigerit, polluetur. Si ceciderit sup sementē nō polluet eā. 14

dixisset. Quod si natura quædam essent impura, tam ęnea quā lignea vasa conteri conueniret. At quoniā alia de cā vocatur inmūda, q̄ sunt magis pretiosa, lauari præcipiat, uiliora vero cōteri. Hac quidem rōne legem immunditiæ confirmās, pa- te facta nihilominus legis intētione. Eā ob rē clibanos & ollas pedatas destrui iubet, si quod ex eiusmodi animalibus immundis, in ea lapsum fuerit. Necnon aquā quæ in vasis est immundam asserit, si cadens aliquod in eam deciderit, aquam uero fontis aut lacustrē non itē, talibus enim leuia supplicia præscribit. Discimus itaque quātum malum sit peccatum, cum verā pollutionem cōteri mandet.

† buso.

i *Omnis cibus, &c.* Cibum & potum opera bona intelligit. ideo dixit: *Cibus quē comedetis, & liquens quod bibitur &c.* quia malarum actionum & cibus & potus prohibetur, ne quis participet. Si ergo bonis actionibus quę sunt in omni vase, id est in omni homine quodlibet morticinum inciderit, necessario immunda actio erit. Si enim bonæ actioni, id est superbia, dolus hypocrisis vel quodlibet morticinum id est participanti mortem inferens, inciderit, & hic immundus erit, bonam enim actionem mala incidens intentio polluit.

Moraliter

† sup. 6. d. inf. 15. b.

† fons.

Qō. 37. 9. Leui.

h *Et super, quod &c.* ISIC. Admirabili diuisione utitur legislator. Alii. n. peccant ex negligentia, alii studio. unde Salamon: *Væ his qui student vino, & calicibus uacant epotandis*, quos recte inter eos qui tangant morticina posuit. Qui vero per negligentiā & stuporem animę defectum virtutum delinquunt, sicut Dauid uidens vxorem Vriæ se lauantem in specie renitentem incidit in adulterium, super eos morticina cadunt. Non. n. ad peccādū studuerūt, sed inciderūt, quasi de super cadens suscipiētes morticinū. Qui aūt omnino suscęperunt, nec restiterūt immundi sunt, tam vas ligneum quam vestimentum.

Prou. 23. b

2. Reg. 11. a

Quest. 12.

✠ THEODO. Hinc etiam constat natura nihil esse immundum, sed certā ob causam immunda quędā, & quędā mūda dixis-

k *Si fusa fuerit super eum aqua.* AVG. de vase, s. quod factū est immundum, de morticinis, si forte aquam habuit.

l *Aqua.* Baptismi, est. n. sermo de baptizatis, de infidelib. aūt mentionē non facit. unde Paulus: *Scripsi uobis non commisceri fornicariis*, non vtique fornicariis huius mundi, & cætera.

1. Cor. 5.

m *Siue clibani.* Per hoc magistri designātur in quib. cibi sacræ doctrinæ coquūtur operatione & igne spiritussancti. Nec mirum, Moab enim lebes appellatur. Moab olla spei meæ.

n *Chytropodes &c.* Quia q docet nō furari, furāt, & q pdicāt nō mœchari, mœchāt, doctrina īn mūda est. Vnde fōtes & cętera.

Rom. 1. c

o *Si ceciderit.* ISICHIVS. Nihil indiscussum relinquit. Omnia discutit ad perfectionem spiritalis legis, etsi imperfecta eis ui- deatur

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Mustela & mus. *Quia habitāt sub terra, & inde cōtrahūt fętorē.*

2 Crocodilus. *Dicit Plinius quod est animal quadrupes in terra & flumine infestum, & solus inter animalia habet inferiorem mandibulā immobilem, & mouet superiorem.*

3 Migale. *est animal natum ad deridendum, dolosum, rapax, ingluuiosum, vt dicit glo. In Hebræo habetur* אנקה *anaquah.*

Migale.

4 Cameleon. *Est animal quod variatur in diuersos colores, vt habetur 1. Ethicorum.*

5 Stellio. *Est animal diuersis maculis picturatum, & ideo dicitur stellio a stella quasi stellatum. In Hebræo habetur* lacerta. *Et ubi consequēter habemus* lacerta, *Hebræus habet* limica, *& omnia ista non solum sunt immunda ad esum, sed etiam coinquinant per tactum.*

Stellio.

6 Et super quod, &c. *Hic consequenter ostenditur quomodo ex prædictis immunditia contrahitur, etiam in rebus inanimatis cum dicitur:* Polluetur tam uas ligneum, &c. *Et consequenter ostenditur, qualiter debeant mundari, cum dicitur.*

7 Tingentur aqua. *i. aspergētur aqua prædicta, quia per talem aspersionem res etiam inanimatæ purgantur, vt habetur* Nume. xix. *Vas tamen fictile debet frangi.*

8 Omnis cibus, &c. *aqua s. contenta in vase in quo immundum prædictum ceciderat.*

9 Immundus erit. *i. ex hoc redditur illicitus ad comedendum, quam uis prius esset licitus.*

10 Et omne li. q. *Quia non solum aqua prædicto modo inficitur, sed etiam omnis liquor contentus in vase vbi cadebant talia, fiebat immundus.*

11 Chytropodes. *uasa sunt tres pedes habētia, & dicitur* χυτρόποδες *chytropodes a* χύτρα *chitros, quod est olla, & ποὺς pous, pes. Sunt enim ollæ cum pedibus.*

12 Destruentur. *tum propter immunditiam, tum propter idololatriæ & superstitionis detestationem. Gētiles. n. aquas & alios liquores ubi inueniebantur talia animalia, reputabant dys gratiosos, & eis offerebant & inde tractum est quod aliquæ vetulæ sortilegæ dimittunt de nocte uasa, in quibus est aqua discooperta, vt numina nocturna, quas uocāt bonas res ad prosperandum, illuc ueniant ad bibendum.*

13 Fontes uero & cisternæ, &c. mun. erit. *non polluetur per talia. Rationem huius assignant Hebræi, quia tales continentur in terra, & immediate adhærent ei, & ideo sicut terra non polluitur per prædicta, sic nec aqua ista.*

14 Si ceciderit super sementem. *i. super granum antequam sit in terra seminatum.*

✠ 1 Si

A deatur qui sola legis literā intuent. Differentiā ergo infideliū, & qui nondū baptizati sunt exponit. Semen appellantur qui cunque prædicationē suscipiunt. Vnde & dominus, ait: *Bonū semen sunt filij regni.* Sementis est quę seminanda est, hi sunt nō dū baptizati, qui baptizādi sunt. Super hos si ceciderit morticinum, quia cautelam mysteriorum nondū acceperunt, nec integram Dei cognitionē vt possint sibi cauere a peccatis, mundi esse dicuntur, quia per ignorantiam excusantur. Super quos vero fusa fuerit aqua baptismatis, si quodlibet morticinū super eos ceciderit, fiūt imūdi. ✻ THEODORET. Quamobrem si super sementem sine aqua ceciderit cadauer, non polluit sementem, si

B vero cum aqua, declarat eam immundam: Quoniam liquefactus cruor promptius inuadit semētem, variis autē modis animalia dicit imūda, quę super ventrem volutantur, è quorum numero serpens est autor mali, & minister diaboli.

a *Qui cadauer eius tetigerit, immundus.*

ISICHIVS. Iniquorum vitam debemus abominari, iustorum imitari. Qui enim vitam malorum tetigerit, immundus erit, donec pœnituerit.

C b *Qui comederit.* id est, quasi aduocatus defenderit, & in se auxiliando transtulerit, lauet vestimenta sua, id est actiones prauas, donec pœnituerit.

D c *Omne quod rep. super ter.* Hoc superius legislator exposuit, sed ad frequētationē meditandæ legis monēdo auditorē, repetit. *Nolite contaminare.* ✻ PROCOP. Nunc disertis verbis ostendit per animantium, prædictorum species pponi qualitates morum. Quid enim externus tactus damni infert animæ: Præterea quid detrimenti timetur ab eo, quod ingreditur in ventrem & p secessum eiicitur secūdū saluatoris vocē? *Animas vestras.* In quibus imago mea quæ pollutionem non patitur nec sociari infirmis animalibus, quia super omnia dominatur.

E d *Et sciatis quid come.* Non hi cibi nos mundant vel polluunt, sed nos ipsi, viuificamus enim quæ comeduntur, & quemadmodum omnis cibus bonus, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, sic ea quæ comeduntur, id est quæ nutriunt animam: bonas scilicet actiones, nos uiuificamus, si bene vtimur: si male, mortificamus, Qui enim ex rapina facit eleemosynam mortificat eam, & aufert ei potentiā, & q abstinent a cibis, fratrib. vero detrahūt, mortificāt abstinētiā. F

Margin: Matth. 13. — Quest. 13. Leuit. — † sementis — † graditur quicquid itemsuper quatuor pedes graditur, aut. — 1. Pet. 2.

[Baptista. — Baptismi. — Quia excusationem non habent. — In peccato.]
1 Si autem quispiam aqua † sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. 2 Si mortuū fuerit ani-
[Viuentis conuersationi. — Imitando.]
a mal, quod licet vobis comedere, qui cadauer ei⁹ tetigerit, im-
[Donec peccati feruor deficiat. — Defendendo.]
b mūdus erit vsque ad vesperum. Et qui comederit ex eo quip-
[Actiones.]
piam, siue portauerit, lauabit vestimenta sua, & immundus
[Terrena sapiens.]
c erit vsque ad vesperū. 3 Oē quod reptat super terram, abomi-
[Alii super ventrem.]
nabile erit, nec assumetur in cibum. 4 Quicquid super pectus
[a Euangeliorum prædicatione abutens luxuriose viuendo. — Gastrimargiæ studens. — b Etiam ex aliis scripturis & varia doctrina sibi salutem futuram assiimans.]
† quadrupes graditur, & multos hēt pedes, siue per humum
[Vitandum.]
trahitur, non comedetis, quia abominabile est. 5 Nolite cōta-
[Sicut illa si tetigeritis.]
minare animas vestras, nec tangatis quicquam eorū, nē im-
[Ad cuius imaginem facti estis, vt cęlestia sapiatis.]
mūdi sitis. Ego.n. sum dominus Deus vester. 6 † Sancti esto-
[Nota non esse pollutionem in mortuis corporibus.]
te, 7 qm ego sanctus sum, ne polluatis animas vestras in omni
[Humilian hoiem bonum est, sed ad terrenā sapientiā declinare malum est, inde addit, q mouetur sup terrā.]
reptili qd mouetur super terram. 8 Ego.n. sum dñs, qui eduxi
[Malis operibus tenebrarum.]
vos de terra Ægypti, vt essem vobis in Deū. Sancti eritis, q a
[Cui si vultis adhærere sancti debetis esse, sicut ego.]
& ego sanctus sum. Ista est lex aiantiū ac volucrū, & oīs aīæ
viuētis, q mouet in aqua & reptat in terra: vt dr̃ias noueritis
d mūdi & īmūdi, & sciatis qd comedere & qd respuere dēatis.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Si autem quispiam, &c. *quia granum humefactum est magis receptiuum impreßionis, quam siccum, & ideo magis polluitur.*

2 Si mortuum fuerit animal. *Hic agitur de immunditia contracta in hominibus ex tactu animalis liciti ad comedendum, uidelicet quādo tangitur uel portatur cadauer talis animalis per se mortui, & patet litera ex præcedentibus.*

3 Omne quod rep. *Hic agitur de immunditia contracta ex reptilibus, quæ sunt in duplici gradu, quia aliqua pedibus carent, vt uermes, & similia, quæ affixo ore terræ trahunt reliquum corporis sic, & mouētur super terram, & hoc est quod dicitur.*

4 Omne quod reptat super terram, abominabile erit. *Alia sunt pedes habentia (tamen breues) quorum aliqua sunt quadrupedia & super pectus gradiuntur. Alia multos pedes habent, & cum hoc trahuntur super terram, & hoc contingit propter breuitatem pedum, & omnia talia sunt abominabilia, & illicita ad comedendum; propter causas superius dictas, & hoc tangitur cum dicitur:* Quicquid super pectus, &c.

5 Nolite contaminare. *Ostenso quomodo immunditia ex prædictis contrahitur: Hic consequenter contrahi prohibetur, cum dicitur:* Nolite contaminare animas, &c. *ex tactu enim prædictorum immūdorum polluebantur homines corporaliter, ut de se patet. Polluebantur etiam spiritualiter faciendo illud quod erat eis prohibitum.*

6 Sancti estote. *anima & corpore.*

7 Quoniam. *sum sanctus, scilicet diligens vtranque munditiam.*

8 Ego enim sum dominus qui edu. &c. *de seruitute graui, q.d. non debet vobis esse graue, obedire mihi in his & in alijs. Vna enim causa, quare Iudæis, fuerunt tot data præcepta, fuit, ut per illa exercerētur in obedientia ad deum. Consequenter recapitulat quæ dicta sunt, dicens.* Ista lex est, &c. & patet.

CAP. XII.

a *Mulier si suscepto se.* ISIDORVS. Septimana est præsens vita, quā in septimana dierum cōsummatus est, mundus, in quo ad liquidū puri esse nō possumus, sed in octauo die, id est, futuri sæculi tēpore, ille mundus erit q viriliter egerit. Mūda enim efficit mater ei⁹, q genuit masculū. Qui vero nihil virile habuerit, sed remissus

## CAP. XII.

1 LOcutusque est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis
[Illam recipit quę non suscepto semine concipit & peperit. — Viri.]
a Israel, & dices ad eos 2 Mulier si suscepto semine peperit ma-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XII.

1 LOcutusque est dominus. *Hic consequenter agitur de immunditia, quæ est ab intrinseco, quæ est quadruplex, scilicet puerperæ, lepræ, fluxus seminis, & fluxus sanguinis, et secūdū hoc diuiditur in quatuor partes, secunda incipit capit. 13. tertia, 15. in principio. quarta vltra medium eiusdem capit. ibi:* Mulier quæ redeunte mense: *Circa primum agitur primò de puerperæ pollutione. Secundo de eius purificatione, ibi;* Cumque expleti fuerint dies, &c. *Circa primum dicitur sic.*

2 Mulier si suscepto semine pepererit. *Ex hoc patet, q beata virgo, quæ concepit & peperit sine virili semine exempta fuit ab ista lege.*

✻ Immunda

MORALITER.

✻ 1 *Locutusque est dominus.* Hic agit de immūditia & emūdatione puerperę, per quā significatur mens humana, quæ tūc parit quando aliquid præceptū exterius producit. Iste vero cōceptus pōt esse dupliciter. Vno modo ex instinctu spiritus sancti, & tūc mēs humana parit bonum opus, quo nō polluitur ipsa mēs, sed magis sanctificat. Alio modo ex instinctu spirit⁹ maligni, tunc parit opus malū quo mens polluitur, hoc tamē

✻ opus

mistus & effœminatus permanserit, nec præsentis seculi hebdomade, nec in futuro purgabitur.

✻ PROCOPIVS. Suffecerat dixisse, Mulier si pepererit filiũ. Sed excepit sanctam Virginẽ, quæ nullius seminis interuentu filium enixa est. Nam cũ conceptus esset de Spiritu sancto, nõ requirebatur ad sanctotũ primogenitũ gignendum seminis fusio. Mulier dicitur etiam virgo. Nã hæc appellatio est ætatis adultioris, quemadmodum etiam appellatio viri virum significat.

duas enim hebdomadas benedixit, quia femineũ gen' duplo multatur, habet enim totam Adę maledictionem. & addit ei: *In dolore paries filios tuos, &c.* Sexaginta & sex dieb. in sanguine purificationis sedet, vsq; dum cõpleantur lxxx. Quatuor enim & decem super 60. sex addita, faciunt octoginta, quib. formatur fœmina. Maledicto ergo sordidatum nostrum genus non intrat in sancta nisi per imaginem Dei. Propterea mulieres semẽ suscipiẽtes diebus formationis paruulorum à sanctis arcentur, dum vero in vtero habent arceri non debent. Incertum est enim an fœminam an marem pariant.

a sculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis 1 b menstruæ, & die octauo circuncidetur infantulus, ipsa vero 2 c d trigintatribus diebus mãnebit in sanguine purificationis suę. 3 4 e Omne sanctum non tanget, nec ingredietur sanctuariũ, donec 5 6 impleantur dies † purgationis suę. Sin autẽ fœminam pepererit, 7

Vt fiant 40. adiectis septem. a Lxx. Sedebit, i. manebit, non. n. per tot dies surgere non licebat. b Non inquinationis. Quæ duplo multatur. † purificationis.

a *Immunda erit.* ISIC. Quia scilicet sator immundus, vt hæres Adæ, qui per transgressionem immundus, & ita vxori mistus. Postquam enim exiit de paradiso cognouit vxorem suam, & ita propagatur humanum genus.

b *Septem dieb.* IDEM. Quia Adam (de semine cuius suscipit immunditiam) polluit vitam nostram septem dierum numero reuoluendam. Polluit autem uitem inducens maledictionẽ & miseriã, auferens beatitudinẽ. vnde: *Maledicta terra in opere tuo, &c.* Vnde legislatur addit, secundum diem separationis & purgationis mẽstruæ. Symmachus, secundũ dies separationis afflictionis. Aquila, separationis miseriæ. Theodotiõ, separationis doloris eius. Miseria autem & afflictio & dolor esse cępit, quando Adã separatus a paradiso in hanc miseriã decidit.

c *Die octauo, &c.* IDEM. Dies octauus quoniam septimo qui est imago pñtis vitæ succedit, figura est futuri seculi, in quo carnem præputiis circũcidemus, omnia opera carnis deponẽtes nõ amplius peccaturi, nec mãducaturi nec bibituri aut nupturi quia erimus sicut angeli dei. *Quod. n. seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur corpus animale, surget autem spirituale.* Incircumcisus peribit de populo suo, quia sine circuncisione caro abominabilis & immunda. Mundat ergo circuncisio, in qua psignatur resurrectio. Notandũ vero, quia lex circũcidi pcipiens immũditiam eius tacuit. Matrem im mundã dixit vsq; ad circũcisionẽ, forte quia inobedientiæ cã Eua seducta fuit. In obedientia aũt immũditiã nobis sordeq; cõtraxit.

d *Triginta tribus dieb. &c.* IDEM. Septẽ additis xl. fiunt. Quadraginta diebus formari dicit masculus. Duo autẽ per hæc probantur quia scilicet substantia humani generis munda est qã à Deo creata est. Ideo ait: sanguine mundo, siue purificationis suę mulierẽ sedere, sed quia per successionem transgressionis Adæ semen suscepit & concepit, omne sanctũ non tanget & in sanctuariũ non ingredietur, donec compleatur dies purgationis, id est, quadraginta quib. puer formatur, Dei quippe imagine mundatur natura nostra, quamuis sordidata est. Non præcipimur ergo ingredi in sanctuarium vel tangere sanctũ, nisi quando imago dei semel data nostro generi sanctorũ prębuit ingressum, propter quam saluandã dominus incarnatus est, quam cõpletis quadraginta dieb. ad cælum sustulit; sicut hominem in vulua formauit cui eam donauit, tunc ad verũ sanctuarium natura nostra ascendit. Aperte hęc probantur p ea quæ de genere, femineo sequũtur. Quia enim octogesima die in utero formari feminæ dicunt, eundẽ numerũ adimpletionem purgationis uel purificationis earum quæ semen suscipiunt, præcepit sic: *Si fœminam peperit, immunda, &c.* Et notandũ. quod noluit dicere quatuordecim dieb. sed duab. hebdomadib. vt in septem diebus humanam vitam, in fluxu menstruo afflictionem eius & dolorem & miseriam intelligamus duas

AVG. Quæ differentia est inter septem dies, quibus eam dicit immundam, & trigintatres quibus in sanguine mundo sedebit. an hoc interest, quia adhuc in sanguine est licet mundo vt hoc distet, quia cum immunda est vbicunque insederit, immundum facit. Cum uero iam in sanguine mundo sedet, tñ quod sanctum est non licet ei tangere, & in sanctuariũ intrare. Hoc enim est quod ait, *secũdum dies secessionis purgationis suę,* quoniam dicit alibi immunditiam feminæ, quę mẽstruis purgatur, septẽ dierum esse, quando omne super quod sederit immundum erit. Secessionis autẽ suę dicit, quoniam secedebat aliquantulum, ne omnia inquinaret. cum perageret illos dies immunditiæ eius. Si feminam pareret, lex duplicabat, & quatuordecim faciebat, reliquos quib. sedebat in sanguine mũdo etiam duplices faciebat lxvj. vt omnes essent in partu masculi xl. in feminæ lxxx.

✻ THEO. Cur eam quæ marem peperit, quadraginta dies impuram esse dixit, quæ vero peperit feminam, bis totidẽ. Discutiendus est legis scopus. Nam frequenter alia pro aliis docet, quod hoc loco facilè est perspicere. Si enim quę peperit est immunda, vtique ẽt illa quæ est grauida impura est. Arbitror igitur legem iubere illam requiescere, vt quæ mirum in modũ laborauerit, & acerbos dolores pertulerit. Quod si lex hisce verbis fuisset cõcepta, nunquam à Venere continuissent viri, vbi vero mulierem immundam esse dixicerunt, communicationem uitabant, ne fierent impuritatis participes, Lex igitur impuritatis verbo, appetitionem ipsam extinguit.

✻ PROC. Quare immunda est quę peperit? Quidam aiunt ob animam, quę in generationem venit, & hæc conspurcatur, necnon & hi qui eius generationi inseruiunt. Itaque requiritur vt fortiatur purgamina mactatis victimis. Quidam aliam exponunt causam, videlicet quod generatio fiat procedente vi generatiua quę perfecta est, ad imperfectionem, dum id quod adhuc imperfectum est, creatur. Nam ipsa natura solet paulatim amittere suam perfectionẽ, dum subinde distrahitur infinitis generationib. quas præit. Quare donec fetus formetur, impura est puerpera, id est, tãto temporis spatio impura censetur puerpera, quanto embrio in aluo materna animatur & formatur.

e *Omne sanctum non tanget.* Quid sanctuarium vult intelligere cum tabernaculũ non nisi sacerdotes debeant ingredi, & vsq; ad velum secundi, vltra velum autem, vbi erat arca summus tm̃ sacerdos intro. ibat. Forte ante tabernaculũ vbi altare sacrificiorum est, potuit dici sanctuariũ. Nã sępe sanctus locus appellatur etiã atrium, cũ dicit: In loco sancto edent ea. Illuc forsitã intrabãt mulieres dona sua offerẽtes, q̃ alteri imponeret.

Gen.4.a. Gen.3.c. Tropolo. 1.Cor.3.f. Gen.17.b. Timo.2.d Act.1.a. Gen.c.3. Quęst.40. in Leuit. Quęst. literalis. Leu.15.d. Quęst 14.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Immunda erit septẽ, &c. *De qua habetur inf. 15. ca. ibi enim sic iudicatur immunda, quod non potest commuuicare cum aliquo in lecto aut cibo, & quicquid tangit immundum efficitur, & eodem modo dicitur hic de septem diebus primis post partum.*

2 Et die octauo circũcidetur infans. &c. *secundum præceptum quod habetur Gen. 17. b*

3 Ipsa vero trigintatribus diebus manebit in sanguine pur. suæ, *id est, in sanguine suo aliquantulũ purificato, non tamen perfecte, et ideo in illis 33. diebus poterat communicare cum alijs in cibo, non tamen in lecto, nec illud quod tangebat fiebat propter hoc immundum.*

4 Omne sanct. *id est non comedet de sanctificatis.*

5 Nec ingredietur in, *id est, atrium in quo erat sanctuarium.*

6 Donec impleantur dies. *scilicet xl. primi videlicet 6. maioris immunditiæ, & 33 minoris.*

7 Sin aũt feminã pepererit, &c. *id est, duplo tẽpore quã pro masculo quia in conceptu fœmina est minor calidítas, & ideo tardius agerit materiam, & sic materia immunda tardius purificatur.*

MORALITER.

✻ opus põt esse maius peccatum vel minus, Si sit mai', significatur per partum feminæ, quo mulier pariens, magis polluitur. Si autem minus, significatur per partum masculi, quo mater dicitur minus poll...i, ab utroq. tamen peccato emundatur mens humana per oblationem agni, turturis, & columbę, ut dicitur in litera. Agnus autẽ qui dicitur animal simplex, moraliter offertur qñ humanę mẽti peccatum ppetratum vere displicet, & nõ simulatoriè tãtum. Turtur autẽ quę hẽt gemitum p cãtu, tunc offertur, qñ peccatum nõ solum vere displicet, sed etiam mens acriter gemit & dolet. Columba vero quæ spiritum sanctum in baptismo Christi repræsentauit, tunc offertur, quando per spiritus sancti gratiam peccatrix anima reformatur.

immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritū fluxus men 1 strui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificatio a nis suæ. † Cumque expleti fuerint dies † purgationis eius, pro 2

a ¶ Quid hæc significent, in superioribus dictum est.

filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum 3

¶ Meditationem legis. ¶ Contemplationem.

& pullum columbę siue turturem pro peccato ad ostiū taber 4 naculi testimonii, & tradet sacerdoti, qui offeret † illa coram b domino, & rogabit pro ea, & sic mundabitur a profluuio san 5 guinis sui. Ista est lex parientis masculum aut feminā. † Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in ho 6 locaustum, & alterum pro peccato. Orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

a *Cumque expleti fuerint.* Intentionem aperit, quia, scilicet, pollutionem naturales motus non faciunt, sed peccatū, de quo dicit Dauid: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus*, &c. matrē naturā appellans, & immunditiā peccati Adæ & Euæ in totum genus humanum descēdisse significans. Ideo Moyses cōpletis diebus purificationis, holocaustum & pro peccato pcepit immolari, euidenter ostēdēs, quia imago Dei pfectionē tribuit generi nostro. Nam formationē dies mūdationis ostendit, pfectionē holocaustū.

Psal. 50.

† 25. q. 1. §. his ita. ver. itē cūiuge.

Vbi supra Quest.

AVG. Nunquid perisse peccatū est? An hic ostenditur illa propago ex Adā, de qua dicit Apostol. *Ex vno omnes in eodem nationem, & quia per unum hominem peccatum intrauit in mundum*, &c. vnde *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum*, &c. Cur nō ergo id quod natum est, purgari dicit scriptura, sed quæ peperit an ad ipsam vnde origo trahebatur, relata purgatio est propter fontē sanguinis? non poterit tamen sine fetus purgatione fieri, q de sāguine ortus est. Quo enim pertinet quod ait super, *super filio aut super filia offerat agnum anniculum*, &c. si nihil per hoc sacrificium fiebat pro eis, qui nascebātur? Si quis autē distinguere conatur, ut dicat, non esse iungendū. *super filio aut filia, offeret agnum anniculum*, &c. Sed potius ita legendū. *Cum impleti fuerint dies purgatiōis eius super filio, aut super filia*, vt sequat alio se su *offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbarum pro peccato*, id est, pro peccato suo, cū cōpleti fuerint dies purgationis super filio aut super filia. Qui ergo ita distinguendū putauerit, ex euangelio conuincetur, vbi cū tale aliquid nato ex virgine dño facerent magis pro consuetudine legis quā pro necessitate expiandi peccati: Sic legitur, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, nō est dictū pro matre eius, sed pro eo, quāuis ea fierent, quæ hic præcipiunt de duob. turturibus, aut duobus pullis colūbinis. hic enim & baptizatus est baptismo Ioannis, qui erat baptismus pœnitentiæ in remissionem peccatorum, quamuis nullū peccatū haberet. Meritò ergo quidam ita interpretati sunt, non vt dicerent super filio aut super filia, sed pro filio aut filia.

Rom. 5. b.

B

Psal. 30. b.

Luc. 2. d.

Matt. 3. d.

Nota.

Notandū aūt quam pauper dominus nasci voluerit, vt nō pro illo offerretur agnus & pullus columbinus aut turtur, sed par turturum, aut duo pulli columbarū secundū euangeliū, quod scriptura Leuitici tūc iussit offerri, si non habuit agnū manus offerentis, quod satis est magnum.

C

BEDA. Dominus noster non solū homo cum Deus esset, sed etiam pauper, cū diues esset pro nobis factus est, vt nos diuitiarū & diuinitatis suæ donaret esse participes. Libet autē intueri, cur hę maxime volucris in hostiam iubeātur offerri? Nā & Abrahā multo ante legem eas in holocaustū obtulit, & in plerisque legis cęremoniis, q mūdādus est, p has iubet mundari? columba ergo simplicitatē, turtur indicat castitatē. Si enim turt cōiugem casu perdiderit, aliū vltra nō quærit. vñ: *Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis*, &c. Et alibi: *Oculi tui columbarum*. Vtraq; auis pro cātu gemitum habet, & sanctorū in hoc tristitiā significat, quib. dicitur. *Plorabitis & flebitis uos, mundus autem gaudebit*. Simplex ergo & pudica fidelium conuersatio gratum sacrificiū est dño. Qui autē laborat in gemitu, qui lachrymis stratum lauat, acceptam deo victimā mactat. Sed quia turt solivagus, colūba gregatim gemit, ista secretas orationū lachrymas, illa ecclesiæ cōuent' signat. Puer Iesus primo circumcidit, & interpositis dieb. Ierosolymā cū hostia defert, quia iam iuuenis prius omnē carnis corruptionē moriendo & resurgendo calcauit. Deinde interpositis dieb. cū ipsa carne iam immortali quā pro nobis hostiā fecit ad supernā Ierusalē ascendit, & vnusquisq; nostrū prius aqua baptismi à peccatis oīb. quasi vera circuncisione purgatur, & sic pficiēte gratia nouæ lucis ad altare sanctum hostię corporis, & sanguinis Xpi cōsecrādus ingredit, quæ singulariter simplex & casta p incarnationē colūbæ & turturis figuraliter exprimit. Oīs quoq; in fine mūdi ecclesia primum cōi resurrectiōe labē mortalitatis & corruptiōi exuet, & post cęlestē Ierusalē bonorū operū victimis dño comēdata pueniet. b *A profluuio*, &c. Tanquā aliquis quærat, vñ mundabitur quę legitime gñauit? ait, a *profluuio sāguinis sui* hoc est inobedientia, vñ immunditia & pęna profluxit p meditationem & contēplationē legis, cuius negligētia hominib. immunditiā iuexit.

† Tropolo.

† Purificationis suę.

Gen. 15. c.

† ipsum.

† expiabit eam.

† supr. 5. b. Luc. 2. d.

E

Cant. 1. c.

Cant. 4. a.

Io. 16. c.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Iuxta ritum, &c. *Exponatur ut prædictum est de masculo, hoc excepto, quod tempus duplicetur.*

2 Cumque exple. *Hic consequenter agitur de puerperæ purificatione, quæ quidem purificatio fiebat per oblationem & ideo primo determinatur oblatio diuitum, cum dicitur.*

3 Deferet agnum, &c. *Quod totum incendebat in honorē diuinum,*

4 Et pullum columbę. *scilicet, pro peccato.*

5 Rogabit pro, &c. sic mu. *scilicet a culpa, quæ non contrahitur in partu, sed in conceptu, in quo de communi cursu est aliqua libido inordinata, licet enim actus matrimonialis possit exerceri sine peccato, frequenter tamen contingit ibi inordinatio. Aliqui autem dicunt, quod offerebatur pro culpa originali contracta in puero, quia licet per circuncisionem esset remissa in masculis, & in fęmina per aliud remedium sibi conueniens, tamen mater in die purificationis offerebat pro remissione peccati præteriti. Sed hoc dictum non consonat textui, quia dicitur hic:* Orabit pro &c. *& sic mundabitur a profluuio sanguinis sui. ex quo patet quod loquitur de mundatione mulieris & non fetus. Consequenter determinatur oblatio pauperum, cum dicitur:* Quod si non inuenerit manus eius, &c. *& subditur.*

6 Sumet duos tur. &c. *Istæ enim aues abundant in terra promissionis, & sunt mundi nutrimenti, & ideo de his fiebat oblatio pauperum, quia de facili poterant haberi, & erant conuenientes oblationi in sacrificio dei. Circa istud cap. potest poni breuis moralitas. Ista mulier significat animam bonum propositum concipientem. Quæ semen suscipit uerbum* Dei *audiendo, quia semen est uerbum dei, ut dicitur* Lucæ *8. b. Concipit meditando, parturit consentiendo, parit operando, lactat & nutrit assuefaciendo, sed debet reputare se immundam, & intendere purificationi 7. dieb. Per quos septem vitia designantur, ut ubi regnauit superbia, inseratur humilitas, ubi auaritia, largitas, ubi luxuria, castitas, ubi inuidia, charitas, ubi ira, mititas, ubi accidia, uirtuositas, ubi gula, parcitas. Cætera patent.*

Moraliter

NICO-

*ADDITIO I.*

In *c. 12. ubi dicitur in post.* Mulier si suscepto semine pepererit *in hoc quod dicitur.* Mulier si suscepto semine pepererit, *non solum intelligitur excepisse illā, quæ non suscepto semine peperit, sed etiam intelligitur asseruisse, q aliqua mulier absq; susceptione seminis erat paritura, aliter. n. cōditio super addita. s. cum dicitur.* Si suscepto semine pepererit, *esset omnino superflua. unde inf. eo. c. cum de partu feminæ agitur, non ponitur talis additio sed simpliciter dicit.* Si autē fęminā pepererit, *quia nulla mulier fęminam peperit nisi suscepto semine, etc.*

*ADDITIO II.*

*In eo. c. 12. ubi dicitur in post.* Et rogabit p ea sacerdos & mundabitur, *&c. Hæc mundatio nō uidetur intelligenda a culpa quæ frequenter contrahitur in actu matrimoniali ex libidine inordinata prout in postilla, quæ si sic, non minus indigeret tali mundatione uir quā mulier. Similiter mulieres quæ non concipiunt, & tamen in tali actu uiris suis coniunguntur similiter tali mundatione indigerent, uñ melius uidetur dicendum, quod hæc mundatio fit propter immunditiam fluxus sanguinis menstrualis, quæ communiter fit in partu, ex quo fluxu contrahitur quædam irregularitas immundiciæ, sicut infra cap. 15. dicitur.* Mulier quæ patitur multis dieb. fluxum sanguinis, & c. *immunda erit, & hoc sonat litera cum dicit.* Orabit pro ea sacerdos, & sic mundabitur à profluuio sanguinis.

*REPLICA. In capitulo 12. ubi postillator exponit illum locum* Orabit p ea sacerdos & mundabitur. *de mundatione à culpa contracta*

tracta ex libidine inordinata in actu conceptionis, contra quam expositionem Burgen. arguit ex eo, quia tunc viri incurrerent huiusmodi immunditiam sicut mulieres, quæ in eodem actu & libidine participant, hac ratione motus exponit illa inundationem de profluuio menstrui contingente in partu. Sed uidetur quod ratio Bur. non cogat, cum illa lex pro parientibus specialiter posita, ideo ad viros & alias mulieres non extenditur. Nec est uerisimile fluxum menstrui in pariente masculum per xl. dies, & in pariente fœminam 80 dies curasse, pro cuius cessatione sacerdos oraret cum mulier in templum ingrederetur. Nec videtur verum, illam irregularitatem ratione fluxus illius per tantum tempus durasse, cum lex menstruatæ certum tempus talis irregularitatis & immunditiæ post cessationem assignat, Leui. 15. tempus septem dierum. Similiter in hoc cap. Stat igitur expositio quod sacerdos legalis orare debuit, ut mulier templum ingrediens mundaretur a culpa, quam pariendo & profluendo contraxit, non ut parere aut profluere culpa esset, quia naturale vel pœnale, sed quia lex peccatum arguebat in ea quæ parturijt & fluxū passa fuit. Confirmatio huius expositionis haberi potest ex canone vnico, De purgatione post partum, vbi Christianæ mulieri conceditur huius legis remissio ex causa ibi posita, ne videlicet pœna quam pariendo sustinuit, in culpā verti videatur. Obseruantia igitur huius legis fuit propter culpam, etsi non mortalem, tamen venialem, de qua procedit expositio postil.

CAP. XIII.

A Locutusq; est dominus. ISI. Semel loquit De⁹, & duo audiuntur, spiritū audit Moyses, ut sublimior, literā Aaron, ut inferior, qui literā nūtiat populo. Vnde: *ipse loquetur ad populum, & erit os tuum, tu autem eris in his quæ ad Deum pertinent.* (Iob 33. b.; Exod 4. d.)

b *Hom.* IDEM. Aliquando excellenter accipitur qui Deiimaginem & naturæ seruat dignitatem. Aliquando peccator, in quo dignitas deformatur sicut hic. († de pę. di. c. 1. deniq.; † tu mor.)

✠ THEODORETVS. Per affectiones corporeas indicat morbos animæ, & per ea quæ non sponte committuntur, arguit spōtanea. Si enim naturalia quodāmodo videntur esse impura, quāto magis ea q̄ manant a volūtate? Porro varias lepræ species edisserit, qa sunt et multa peccatorū discrimina. Et sicuti lepræ quædam est origo ita & peccati. Quemadmodū itaq. sacerdos lepram discernit, ita peccatorum animę iudicē esse oportet. Lepram autem appellat illam varietatē coloris, sic animaquæ vitio sit proxima, lepram ipsam producit. (Quest. 15.) B

✠ RVP. Quod de sacrificiis brutorum animalium idem de lege leprarum in hac parte sentiendū est Non enim eiusmodi sacrificia deus disposuit, quod carnes taurorum manducare iuberet, sed quia spōte talib. Aegyptia consuetudine inhiabant, & inhiberi non poterant filii Israel. Idcirco sic disposita sunt, ut ueri sacrificii quo delectatur Deus, saltē vmbram vel figurā ordo illorum gereret. Ita planè nō idcirco de lepra vitanda Deus legē dat, quod ipse corporū infirmitates abhorreat, sed qa sensus hominis exterior, id est, visus vel tactus, huiusmodi plagā pene naturaliter exhorrescit, nisi quē misericordia ad cōpatiendum erudiuit. Idcirco lepræ discutiendæ atq. vitandæ legem talem posuit, cuius vmbra spiritualis homo de spiritualib. debeat informari. Itaq. quia fieri potest vt in domo munditię quæ est ecclesia, lepræ hæretica nasceret recte postquā de non admittendis immunditiis lex mystice data est, datur etiam de illis eiiciendis, inquib. heretica immūditia suborta esse deprehenditur. (Libr. 2. in Leu. c. 17.) C

c *In cuius car, &c.* In carne & cute lepram portat, qui carnalia vel exteriora suadere certat. vt Corinthiani, q putabant resurrectionē futurā in voluptate carnis, & in fide manentib. quan uis carnaliter viuant, non imputari peccata. (D Allegor.)

d *Aut quasi lucens.* Lepra alia nimis vel immoderate obscura, dum efferuēte passione quę nimia indiget de liberatione. Alia nimis clara & pspicua, cui⁹ aperta cognitio. (Allegor.)

CAP. XIII.

Locutusq; est dominus ad Moysen & Aarō 1 dicens: †Homo in cuius carne & cute ortus 2 fuerit diuersus †color siue pustula, aut quasi 3 lucens quippiam, id est plaga lepre, adducetur 4 ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorū e- gius. Qui cū viderit leprā in cute, & pilos in albū mutatos co 5 6

a Carnali voluntate interiori. b Exteriori. a Lex dicatur significationis, i. peccatum in carne, quod significat animam compati corpori. a Quæ est transgressio legis, leprosus. n. pro parte leprosa a tabernaculo eijcitur, sic qui in vno offendit omnium reus est. a Id est cogitationes in apertam cognitionem peccati. b Lepra alba fuscata & male munda hæreticorum conscientia.

e *Plaga lepræ.* ISI. DORVS. Lepra falsa doctrina, leprosi hęretici, qui unitatem veræ fidei non habētes, varios doctrinæ profitentur errores, vera falsis admiscentes, & ecclesiam, sicut lepra corpora, irradiando commaculant.

In corpora leprā gerit, q ecclesiæ detrahit, sicut Carpocretiani, qui negant resurrectionem carnis, & Nouatiani qui nuptias damnant, & peccantib. auferunt penitentiam.

f *Vel ad vnum quemlibet, &c.* Cognatorum secundū spiritum a quo habet sacerdotium, quib. in est perfecta & plena pphetia, vt discernere possint subtilia, & animæ motus absconditos. (E)

✠ RVP. Sicut in hac sancta lege est, quando debeat homo cōsideratus a sacerdote statim leprę condemnari, & ad arbitriū eius separari, & est quando debeat semel & iterum includi, ac die septimo considerari, sic in sancta ecclesia est, quando debeat homo statim vt a fide exorbitauerit, hereticus nuntiari, & est quando debeat piis admonitionib. prius semel & iterum conuenири. Denq. is qui ex aduerso fidei veritatiq. cōsistit, talis est, vt eum non per ignorantiam sed malitiam, errare in hypocrisi nemini dubium, qualis Simon Magus, statim eiicienda est lepra nequissima, ne corrumpantur cæteri. (vbi supra cap. 18.)

g *Pilos.* Cogitationes quib. anima ornatur, mensq. contegit, a qua generantur, sicut caput capillos generat, quib. ornatur & tegit. Vnde, *capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Inde Nazarei caput nō tondent, quia superfluas cogitationes nō habent, cunctas autem deponere sanctum damnum est. (Matt. 10. e. Num. 6. d.)

✠ RVPER. Tunc pilus in album mutatus est, & ipsa species humilior est carne, quando id agitur sub albedine & hu- militate (Vbi supra F)

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIII.

1 Locutusq; est dominus ad Moysen, &c. *Hic cōsequenter agitur de immunditia lepræ. Et primo quantū ad eius cognitionem, secundo quantū ad eius mūdationem, c. 14. Circa primum primo agitur de lepra, quæ est in homine, secundo de eius separatione, ibi:* Quicunq. ergo maculatus fuerit. *tertio de lepra quæ est in veste, ibi.* Vestis lanea. *Circa primum sciendum, quod lepra est aliquando in cute, aliquando in viua carne, aliquando in ulcere, aliquando in vulnere, aliquādo in barba & capite aliquando in capillis, & cesarie, & secundum hoc sunt sex partes, quæ patebunt prosequendo. Circa primam partem præmittit occasionem suspicionis lepræ contra aliquem, cum dicitur.* (Diuisio.)

2 Homo in cuius carne, &c. *id est notabiliter variatus a colore naturali pristino.*

3 Siue pustula. *Quæ dicitur a pus quod est putredo, quia est quędam collectio putredinis ab intra in superficie corporis permodum cuiusdam eleuationis super cutem.*

4 Aut quasi lucens quippiam. *Id est, transparens sicut pergamenum, quod dicitur gallicè verry. Consequenter ostendit quid agendum sit, quando signa lepræ sunt manifesta, cum dicitur.*

5 Qui cum uiderit, &c. *Tribus enim signis concurrentib. indicandus erat aliquis leprosus, videlicet mutatione coloris naturalis pilorum in album, & similiter mutatione naturalis coloris ipsius carnis in albū colorem habente quandā transparentiā & lucē, & corrosionem majusculorum sub cute, ex qua depascitur caro, & sic demissior est quā in alijs locis, quod est certius signum lepræ, & hoc est quod dicitur.* Qui cum viderit lepram *per mutationem coloris naturalis.*

6 Et pilos in album mutatos colorem. *scilicet a colore præcedente, vtpote quia prius erant nigri vel crocei.*

✠ 1 Ipsam-

MORALITER.

✠ 1 *Locutusq. est dominus, ad Moysen.* Hic agitur de immūditia lepre quę triplex hic describitur, s. in hoīb. in vestib. in domib. & hæc terra ponitur cap. sequenti. Secūdum doctores catholicos per lepram intelligitur falsa doctrina hæreticorum in moribus vel in fide & ideo secundum ipsos leprosi dicuntur qui de numero sunt ecclesiæ, sed varias sequuntur maculas erroris. Igitur leprā in carne & cute incurrerūt Manichæi, q veram carnem in dño nostro Iesu Christo negauerūt fuisse, quorū aliqui dixerunt ipsū carnē tantū phātasticè habuisse.

✠ Alij

militare hypocriseos quatenus in errorem mittet simplices fidei. Tunc capillorum mutato aspectu, caro quoque viua apparet, qn id quod prædictu est, agitur scienter, aut defenditur pertinaciter, quod & contactu sancti peccare est. *Lepra*, inquit *vetustissima iudicabitur, & insolita cuti. contemplabitur eum sacerdos, & non recludet. &c.*

Quod est dicere, Non adhibebit diligentiam vt manifestum corrigat hæreticum; sed vitabit, & uitandum pronuntiabit.

a *Humilior car; &c.* Humilior seipso, vnde recte veniam non meretur. Vinci enim ab alio maiori, portabile est; bonum autē a Deo præceptum nō operari (diuidet enim dominus prout vult) ut seipso quispiā deterior fiat, hoc importabile est.

b *Recludet eum.* Secundo recluditur, ut studiose inspiciatur & duplici probatione translata districtum iudicium fiat. Manifestum enim erat peccatum sacerdoti, sed animam consentire passioni nesciebat; sed coniiciebat: ideo iterum inspiciebat. Hinc dominus post negationem, animum Petri quomodo se habeat tertio interrogat, vt non cito iudicemus, sed frequenter inquiramus. Septē diebus recluditur, Septenarius. n. præsentis vitæ plenitudinē signat, q septem dieb. agitur quo impleto, peccatum & seruitium cessabit. Vnde septima in diuinis scripturis requies nominatur.

✱ RVP. Sensus est, Si non per inanem gloriam autē hypocrisin blasphemiā struere, sed per ignorātiam errare visus fuerit, seorsum instruetur, totis septē diebus, id est, in omnibus scripturis diuinitus inspiratis: Et si quidem lepra non creuerit id est, si non defendendo errorem reatum suum auxerit qd facere solent hæretici, recludet eum septem diebus aliis; & die septimo iterū considerabit, id est, iterum bona spe illum in omnibus scripturis catholicis catechizabit, & tunc confirmatū ecclesiæ præsentabit, dicens, quia scabies fuit & non lepra, id est ignorantia deliquit, non malitia.

c *Mundabit eum, quid scabies est.* Sic Paulus eum qui in Corinthio fornicatus est) qa manifesta erat passio) sanctorū tabernaculo remouit, & Sathanæ tradidit, quem cū inspexisset secundo, & pœnitere vidisset, suscipi iussit.

✱ THEODO. Cur prorsus leprosum appellat mundum? Hæc lex plena est humanitatis. Sicut enim asseruit vas esse impurum, in quod cadens cecidisset, non ita si lapsum esset in forem, sic illum, qui vario colore respersus, ab aliis quidem separat, vt pote quispem purificationis habeat. Qui vero penitus albus est, hunc cum cæteris conuersari iubet. Et hoc cōtinet figuram rerum spiritualiū. Si quidē lex diuina ne edere quidem permittit cū fidelibus peccātibus cum infidelibus autē ad conuiuium inuitantibus, manducare non prohibet. Sic itaque D. Apostolus *Si quis infidelium vocat vos & vultis ire, omne quod appositum fuerit, edite.* De fidelibus autem peccantibus, ita. *Si quispiam qui frater nominatur, fuerit fornicator &c. cum eiusmodi non edite.* Talis igitur similis est ei qui aliquatenus est leprosus, infidelis autem ei qui colorem omnē perdidit. Atqui cum talibus conuersamur & loquimur, cum illis vero nequaquam.

d *Cumque color albus in cute fuerit.* Manifesta transgressio literæ legis quæ propria Iudæis sicut in sacrificiis & purgationibus & huiusmodi. Est. n. communis gentibus de adulterio, rapina, auaritia, & similibus.

(Interlinear gloss, Deficiente naturali virtute, & apparente infirmitate.) lorem ipsamque[1] speciem lepræ humiliorem[2] cute & carne reliqua, plaga lepræ[3] est, et ad arbitrium[4] eius separabitur.[5] Sin au- (Suspicio peccati.) tem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua (Seipsa.) & pili coloris pristini, recludet[6] eum sacerdos septē diebus & (Cogitationis. Prioris diem. Probationis & emendationis causa. Non remouebit quamuis peccatum in suspicionem venerit.) considerabit[7] die septimo. Et siquidē[8] lepra vltra non creuerit,[9] (Peccatum.) nec transierit[10] in cute priores terminos, rursum[11] includet eum septē diebus aliis, & die septimo contēplabitur. Si obscurior[12] (Iniquitate qua obscuramur in mente. Quasi medicus.) fuerit lepra, & nō creuerit[13] in cute, mundabit[14] eū, quia scabies[15] (Baptismo vel pœnitentia.) est, lauabitque homo vestimenta sua, & mundus erit. Quod si[16] (Cui non est absconditum peccatum.) postquam a sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterū lepra creuerit, adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur. Plaga lepræ[17] si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem (Manifesta præuaricatio.) & videbit eum. Cumque color albus[18] in cute fuerit, & capillo- (Ex studio animi gesta. Quia in aliquo legem offendit.) rum mutauerit aspectum,[19] ipsa quoque caro viua apparuerit,[19] (Quia consenescit peccato, nec corripitur quia in se continuam ritam gerit dum partim legem defendit, partim despicit. Contaminatum ostendet non recludet, q na manifesta immunditia.) lepra vetustissima iudicabit, atque insolita cuti. Contaminabit atque eum sacerdos, & non recludet.[20][21]

Margin: Immundum iudicabit eum. — 1. Cor. 5. — Quæst. 17. — Recludet. — Mūdum iudicabit eum. — Capillum albumu tauit. — Immundum eum iudicabit. — Vbi supra.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipsamque speciem lepræ. *id est locum cutis & carnis vbi apparet aliquod signum lepræ.*
2 Humiliorem. *id est, demissiorem, vt habetur in Hebræo.*
3 Plaga lepræ est. *s. certa.*
4 Et ad arbitrium eit. *i. ad iudicium sacerdotis.*
5 Separabitur. *s. a cohabitatione aliorum, quia ille qui est leprosus iudicatus, debet extra castra manere, vt habetur infra. Consequenter ostendit quid sit agendum, quando signa non sunt manifesta, s. quādo triā prædicta deficiunt, vel aliquid eorum, quod notatur cum dicitur.* Sin autem lucens candor fuerit, nec humilior &c.
6 Recludet eum sacerdos *Ne alios inficiat, si sit percussus lepra & ne ex anhelitu aliorum lateat eius lepra.*
7 Et considerabit die septimo. *ad videndum, si est aliquid immutatum circa eum per quod deprehendatur leprosus vel sanus.*
8 Et siquidem lepra. *i. signum lepræ.*
9 Vltra non creuerit. *intensiue.*
10 Nec transierit in cute priores terminos, *id est, non creuerit extensiue.*
11 Rursum includet eum. *ad diligentius considerandum.*
12 Si obscurior erit lepra. *id est, si color cutis non fuerit transparens & lucens modo prædicto.*
13 Et non creuerit. *Intensiue nec extensiue*
14 Mundabit eum. *i. mundum iudicabit.*
15 Quia scabies est. *id est pustula illa uel aliud signum, vnde habebatur suspectus, infirmitas est curabilis, sicut scabies. Veruntamen si post tale iudicium sacerdotis apparuerint signa manifesta lepræ, debet condemnari, quia sacerdos potuit in iudicio decipi propter latentiam lepræ, vel quia lepra potuit ei euenire de nouo, & ideo si aliquis erat semel iudicatus mundus, non propter hoc erat dimittendus habitare inter sanos liber de cætero, sed debebat iudicari & separari, si in eo apparerent de nouo signa lepræ manifesta, & hoc est quod dicitur.*
16 Quod si postquam &c. *Et patet litera ex dictis.*
17 Plaga lepræ. *Hic consequenter agitur de lepra, prout iudicatur in carne uiua, & primo in casu certo, & proponuntur signa exteriora de mutatione coloris cutis, & capillorum, cum dicitur.*
18 Cumque color albus. *Et accipitur hic albedo sicut supra.*
19 Et capillorum muta. aspectum. *i. colorem naturalem pristinum.*
19 Ipsa quoque caro uiua apparuerit. *Hoc habet locum quando cutis exterior rupta est, & caro apparet infecta lepra, & hoc est certum signum lepræ veræ. & ideo subditur.*
21 Non recludet, *scilicet ad maiorem inquisitionem.*

✱ Quia

## MORALITER.

✱ Alii vero dixerunt habuisse carnem cælestem, & isti incurrerunt leprā in vulnere, qa negauerunt Christum fuisse passū natura enim cœlestis est impassibilis. Leprā autem in capite incurrerunt Ariani, dicentes Christū non esse Deum, sed purā creaturā. Dicitur enim Corinth. 11. a. *Caput Christi Deus*, propter quod in capite patitur leprā qui negat Christi deitatem. Capilli, & barba sūt ad decorem humanæ naturæ, pp quod leprā in capillis & barba incurrerunt Heluidius & sui sequaces qui decorē virginitatis beatæ Mariæ quantū in ipsis fuit, fœdauerunt, dicentes ipsā post Christi natiuitatē a Ioseph eius spōso fuisse carnaliter cognitā, & de ipso filios genuisse. qui in euāgelio Christi fratres nominātur. Per hoc autē qd subditur.

✱ Quicunque

a *Sin autem ef.* ISICHIVS. Ostendit Iudaicũ populum partim leprosum, ut in parte trangressorẽ legis, unde eũ sacerdos expellit tanquam immundũ. Sed toto corpore leprosum, Gentilem, qui totam transgreditur legem, non expellit, sed eũ mundum iudicat, quia legis iugo subiectus non erat.

Epis. de diuersis leprarũ generibus.

HIERONIMVS. *Sin autẽ ef. &c.* In hac lepra quasi florẽte & alba, diuersa crimina designat. Quia cum mundialis uitæ uoluptas quasi cãdidæ stimatur & flores, tunc graue uitiorum cõtagiũ grassatur ĩ corpore. Nã aut auaritiæ aut libidinis patescũt maculę. Sed auaritiæ crimẽ facile põt resecari. unde: *Date eleemosynã, & omnia munda erunt vobis.* Libido quoq; ieiuniis & abstinẽtia mundat. Sed omnib. p sacerdotẽ medela adhibet. Alia. n. sacrificiorum oblationib. mundatur. Alia est q̃ facilius, alia quæ extra castra posita mũdatur, alia quæ omnino non mundatur.

Luc. 11. f.

† immũda iudicabit.

& totũ hominem operuerit.

✻ PROCOPIVS. Quidam ex priscis sub cute quã totã occupat lepra, intelligit uiuã rationẽ, qua si fuerit homo priuatus quicquid egerit cõmode nõ potest. Nã homo qui ratione caret, nil differt a bellua. Vbi primũ affuerit homini rõ, si qd deliquerit, pęnis recte coerceri poterit. Quidã prębentem locum sic exponunt, eum cuius corpus totum inuasit lepra, lex mũdum sancit, ut ostẽdat Deum odisse uana ingenia & subdola. Quidã aiunt illum, quẽ lepra totum cõspurcauit, ex mera liberalitate diuina mũdum pnuntiari, ut qui quãtum in se est, nullam spem salutis cõcipiat. Hoc quoq; typo docet viros, qui Aegyptiacã viuendi rationem sequebantur, ut caute ambulent, modestiæq; sint memores, ne se efferant ob pulchritudinẽ & robur, præterea ut abstineant a luxuria, fugiantq; voluptates Hæc enim duo mala plerumque lepram generant.

b *Caro viuens, &c.* ISICHIVS. Iudaicum mandatum, q̃ uiuere dicitur quantum ad mãdantem, uel quia bene intellectum affert uitam.

c *Caro enim, &c.* ISIDORVS. In carne uiua leprã gestat, qui de anima quæ uita carnis est, aliquid falsum existimat. Sicut Luciferiani, qui dicunt animam de carnis substantia propagatã, & Arabici qui animam cum corpore mori putant.

d *Cicatrix, &c.* IDEM. In cicatrice sanati uulneris leprã portãt, q post agnitionẽ fidei & medicinam Dei, q̃ in Christo suscipiunt, rursus aliq̃ indicium erroris aut perfidiæ ueteris dogmatis ostendunt.

e *Alba.* Quia ex uulnere legalis trãsgressionis, lex enim alba & a sole iustitiæ non calefacta.

Act. 15. d

f *Subrufa.* Quia de prævaricatione euãgelica, sicut idolotitũ sanguinẽ uel suffocatum comedere, utrumq; autẽ fit contra Christum, cuius est lex & euangelium.

g *Pilos in uersos etc.*

APOLLINARIS. Procursus describit ad uoluptatem quæ simulac irrepsit in animum, afficit & tẽtat illum nõdum tñ apparet, irretitus sit necne, at intra paucos dies, ĩ quam partem inclinabit, dephendetur.

Ex catena Græca.

h *Cõtaminabit.* Quia in habitu est peccatum, & aĩæ mala depastio p ulcus icubuit. Vnde leprã ex uulnere efflorentem vocauit.

* autem.

i *Caro & cutis, &c.* ISICHIVS. Supradicta uidetur repetere, sed partim eadem dicit, partim adijcit alteram quippe passionem, sed eandem ponit indicationem. Egit enim de vlcere quod aliqua ægritudine neglectæ carnis generatur & proficit. Vlcus ergo carnis nostræ est uoluptas, ebrietas, gastrimargia, & huiusmodi, quę luxuriãte corpore & in semetipso pruriente proueniunt. Nunc autem de plaga maiori, id est, exustione ignis. De quo dicitur, Ignis aduersarios consumet.

Esa. 24. d
Heb. 10. e

✻ RVPERTVS. Hactenus indistinctè de lepra qualiscumque hæresis sancta lex locuta est, nũc distinctè loquit, primum de lepra hæresiarchę, id est, eius a quo hæresis orta est, & eius qui non

vbi supra, cap. 19. Versu.

---

a quia perspicuæ immunditię est. Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem a capite vsque ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit, considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mundissima iudicabit: eo q, omnis cutis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando vero caro viuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio † polluetur, & inter immundos reputabitur. Caro enim viua si lepra aspergitur, immunda est. Quod si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit: considerabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Caro autem & cutis, in qua vlcus natum est & sanatum, & in loco vlceris cicatrix apparuerit alba siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem. Qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum. Plaga enim lepræ orta est in vlcere. Quod si pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septem diebus. Et si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ. Sin autem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit. Caro † & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem, considerabit eam sacerdos. Et ecce si versa est in albo-

Interlinear glosses: ¶ Per totum. a ¶ Præuaricatio legis. b ¶ Quia sabbuthi, circuncisionis, vel talium transgressio, litera. n. exteriorem coercet hominem, animum non lædit. c Vt omnino quis a legis litera recedat. d ¶ A primo vsque ad vltimum mandatum. a ¶ Christus cui placet. a ¶ Claritatem euangelicæ conuersationis secundum illud: Luceat lux vestra coram hominibus. Matth. 5. b. b ¶ Relictis sordibus legis. a ¶ Spiritualem intellectum. b ¶ Vt nihil retineat carnalis legis. ¶ Peccatum. a ¶ Per pœnitentiam. b ¶ Actione vel consilio quo peccatum geritur. a ¶ Secta peccati. b ¶ Lucida & manifesta. a ¶ Id est, mentem seipsa humiliorem vel inferiorem. a ¶ Id est, manifeste animum ad malitiam mutatum. ¶ Penitentis. a ¶ Quibus suspicio definatur. b ¶ Vel effloruerit. ¶ Id est, peccatum suum prædicauerit, & multiplicauerit. a ¶ Immunditiæ quæ creuit posteriori actione. b ¶ Vt nihil amplius peccet super hoc quod pœnitet. a ¶ Quæ ostendit quod passus est, non quod patiatur, vnde Raab adhuc vocatur meretrix: Paulus persecutor. ¶ Inuidiæ. a ¶ Per pœnitentiam. b ¶ Ex iracundia & homicidio.

---

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quia perspi. &c. *quæ de se claret. Consequenter ostendit quid sit agendum in casu dubio, cum dicitur.*

h *Ponet sup extremũ auriculę dextræ illius q* &c. ORIGE. Vides quo vltime & summæ purificationis est aurẽ purificari, vt purus & mũdus seruet auditus. Et manũ dextrã, ut mũda sit opa nullis fordib. admista. Et pedes vt ad opus bonum tm modo dirigant, nec vltra lapsũ iuuentutis incurrãt Septies respgit sacerdos cõtra dñm ex oleo, post omnia .n. quę p purificatione celebrata sunt, postq̃ cõuersus & reconciliatus est Deo, post immolatas hostias, ordinis erat, vt virt' in eũ septemplicis spũs intraret, secun-

Hom.8.in Leuit. †sacerdotis. F

NICOLAVS DE LYRA.

1 Ponet supra extremum auri. &c. *quia in istis partibus dignoscitur lepra.*

2 Et aspergit sept. coram domino. *i. contra altare holocausti in quo immolabatur domino.*

3 Fundet super extremum auri. &c. *Exponatur sicut supra dictum est depositione sanguinis in partibus illis.*

4 Et super sanguinem. *id est in eisdem locis in quibus iam posuerat sanguinem.*

5 Et super caput eius. *Quia supra dictum est de leproso, quod debebat habere caput nudũ vt appareret leprosus omnibus, et ideo hic vngitur caput eius oleo, vt designetur perfecte mundus.*

6 Tunc immolabit holocaustum, *quod totum incendebatur.*

7 Et ponet illud in altari. *s. holocaustorum, quia ibi cremabatur.*

8 Cum libamentis suis, *id est, cum illis quæ simul cremabantur in liquidis, secundum quod determinatur Num. 15.*

9 Quod si pauper est. *Hic consequenter agitur de oblatione pauperis in purificatione sua a lepra. Et patet litera ex his q̃ dicta sunt supra.*

MORALITER.

1 *Ponet supra extremũ auriculæ*, &c. Per hoc q sacerdos tãgere debet auriculã eius q mundat, & pollices man' & pedis dextri, significat q reuertens ab hrsi dẽt de cętero obediens esse ecclesiæ, eius mandata audiendo, q significat per tactũ auris & opere adimplendo, q significat p tactũ manus, quæ est organũ organorũ, vt dr de Aia, & q procedat de bono in melius, secundum illud Ps.83.b. *Ibunt de virtute in virtutem, et videbitur Deus deorum in Sion.* Et talis processus de bono in melius per tactum pedis significatur.

A ret, secundū illud: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu prin. con. &c.* Vel quoniā peccatorū corda dñs in euāgelio testatur a septē dæmonib. obsideri. Competenter septies ante dñm in purificatione respergit, vt expulsio septē spirituum malignorum de purificati corde septies excusso digitis oleo declaretur. Sic ergo ꝯuersis a peccato purificatio per omnia supradicta dat. Datur autē donū gratię spiritus, quę p olei imaginē, designatur, vt nō solū purgationē cōsequatur q cōuertitur a peccato, sed sancto spiritu repletus priorē stolā & annulū recipiat, & per omnia patris filius reparetur.

Psal. 50. Luc. 11. a. † si dedero plagam. Luc. 1. e.

a *Chanaan.* ISICHIVS. Terra Chananeorum Abrahæ promissa est, quā possidebant septē gētes immūdos spiritus significātes. De q̄bus dicitur: *Assumit alios septem spiritus nequiores se, & inhabi. ibi.* Possidēt terrā Abrahę gentes q̄ erāt ei ꝓmissæ, cui dictū est, *Patrē multarum gētium posui te.* Quādo ergo Moyses & Aarō. i. lex & ꝓphetæ, ingrediuntur inter gentes, expellit Deus ꝑ eos Chananæos intelligibiles, & dat eis Deus terrā in hæreditatē, vt ibi regnet lex & ꝓphetia, & q prædicauit ea. Tunc vadit cuius domus est & nunciat sacerdoti, q̄a lepra videtur esse in domo sua. Tales domus sunt domesticæ ecclesiæ singulorum. vnde Paulus: *Salutate Priscillam & Aquilam & domesticam eorum ecclesiā.*

Mystice. Geo. 17. b. B. † in locum immundū. Luc. 11. c. Rom. 16. a.

C Vadit ergo ad sacerdotē, q discretionis habet iudiciū. Aliquādo enim sacerdos nō est, cuius domus est, qđ ibi patet. *Salutate*

est sacrificiū leprosi, qui habere non pōt omnia in emundationem sui. Locutusque est Dñs ad Moysen et Aaron dicens: 1

a Legem, b Prophetas. Quia hæc ad vtrosque pertinent.

a Gentium quæ Abrahę promissæ sunt, secundum illud Gen. 17. a. Patrem multarum gentium posui te. b Prædicantib. legem & prophetias, sicut Apostolis qui docuerunt gentes.

a Cum ingressi fueritis terram Chanaan, quā ego dabo vobis in possessionem † si fueritis plaga lepræ in ædibus, ibi cuius est domus nuntians sacerdoti, et dicet: Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. At † ille præcipiet, vt afferantur vniuersa de domo, priusquam ingrediatur eam, et videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiāt omnia quæ in domo sunt. Intrabitque postea vt cōsideret domus lepram. Et cum

a Domesticis ecclesiis. Congregationibus hæreticorum.

a Sicut Nympha vel Priscilla. b Petro vel Paulo qui possit iudicare peccata. c Impiæ doctrinæ.

a Ecclesia.

a Id est recedant qui in domo erant, & se à malo illo immunes ostendant, ne participes pœnę fiant. hoc est enim quod ait: ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt.

a Diuersis ordinib. Ecclesia sustentatur. vnde Iacob. & Ioannes & Cephas columnæ dicuntur ecclesiæ, tanquam ministri sacrorum & doctores. b Opinionem, i. minutorum vilescentem, & ex peccato humilliorem. c Lxx. virore. i. vana gloria, quæ quasi herba cito vanescit.

viderit in parietibus illius quasi vallicolas pallore siue rubore deformes, et humiliores superficie reliqua, egredietur * ostium domus, et statim claudet eam septem diebus, reuersusque die septimo considerabit eam. Si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est, et proiicier b eos extra ciuitatem † in loco immundo, domum autē ipsam c radi intrinsecus per circumitū, et spargi puluerem rasuræ ex- d tra vrbem in locum immundum, lapidesq; alios reponi pro his qui ablati fuerint, et luto alio liniri domum. Sin autem posquam eruti sunt lapides, et puluis elatus, et alia terra li- e ta, ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, et parietes aspersos maculis, lepra est perseuerans, et immunda domus, quam statim destruent, et lapides eius ac ligna, atque vniuersum puluerem proiicient extra oppidum † in loco immūdo. Qui intrauerit domum, quando clausa est, immundus erit vsque ad vesperum, et qui dormierit in ea et comederit quip- f piam, lauabit vestimenta sua. Quod si introiēs sacerdos viderit lepram non creuisse in domo postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddita sanitate. Et in purificatione eius sumet duos passeres, lignumque cedrinum, et vermiculū, atque

4 5 6 7 8 9

a Moderata increpatione corrigens: vt pœnitens veniam mereatur, & absoluatur: septenarius enim veniam in septiformi spiritu significat.

a Dogmata impietatis. i. vtitur ferro abscissionis auferendo eiusdem impietatis autores.

a Inter hæreticos qui omnia impietatis opera vel dogmata recipiunt.

a Particularem doctrinam. Reliquias vt nihil omnino remaneat.

a Generalem ecclesiam. b Inter hęreticos tanquam immunda & ab immundis inuecta.

a Expositione, qua legem exprimit.

a Non auditu sed inspectione cognoscens. b Ministrorum ordines.

a Odiui ecclesiam malignantium. Psal. 25. b.

a Non tantum condemnabunt dogmata, sed ipsos autores. b Quorum doctrina constitit impia ecclesia.

a Ciuitatem sanctam Ierusalem. b Hæreticorum.

a In quibuslibet communicans. b Conuenticulum hæreticorum. c Quę pœnæ subiecta est.

a Pœnitentiam. Ad vesperum demorabitur fletus. b In tali doctrina requieuerit. c Panem luctus. Mysteria destructæ ecclesiæ.

a Pœnitentia vel baptismo. Opera.

*te Nympham & domesticam eius ecclesiam.* D Col. 4. d.

* PROCOPI. Quæ traduntur hoc loco de lepra, quæ contaminet res inanimatas quasi sub ænigmate quodam cōmonstrāt vitia, quæ mortalibus inhærent alte fixis radicibus.

b *Extra ciuitatem.* nō tantū extra domum, q̄a de vniuersali ecclesia sunt eiiciendi quę est ciuitas Dei viui. † sacerdos.

c *Domum autem, &c.*

* RVPER. Domus hic eo sensu accipienda est, quo partes domus dicimus singulos homines. Et hoc nōdū spirituale est. Nā & literaliter, sicut tribus per familias, siue agnationes, & agnatio ꝑ domos sic domus ꝑ viros plerisque scripturæ locis diuisa est. Domum radunt q scripturas intelligūt & discernūt, & quod dolosè fuscatum est nouacula diiudicationis radunt. Li. 2. c. 26. * sacerdos. Domum radere. E

d *Lapidesq; alios.* Dogmata veritatis, de q̄bus dicitur: *Lapides viui voluuntur super terram.* & alibi: *Quicunque ędificauerit super fundamentum aurum & argentum, &c.* Zach. 9. d. 1. Cor. 3. c.

e *Reuersam lepram & pariet. &c.* i. si eiectis prauis dogmatib. & expositiōe subtili rursus impietatis doctrina īueniatur aspersa. † in locum immūdū.

f *Quod si intro. &c.* Memento quæ legeris in mundatione leprosi. Manifeste enim apparet quia ecclesiam hęreticorum exprimit, qui cōtra dispēsationē īcarnationis Christi agit, & ideo ad domum mundādā talia sacrificia addiicit, in quib. mysteria carnis & passionis Christi passi sint exprimi, & peccata in se commissa sanari. Mystice. F

a *Ista*

## NICOLAVS DE LYRA.

*† 1 Locutusq; est dom. *Hic agitur consequenter de lepra domus, & ponitur vltimo quantum ad ea quæ pertinēt ad leprā, quia leprā hominis & vestis habebant sacerdotes discernere, cum adhuc essent in deserto, sed circa leprā domus non habebant officium suum exercere, donec venissent ad terram promissionis, & hoc notatur in textu cum dicitur:* Cumq; ingressi fueritis terrā Chanaan, &c. *Sciēdum autē, quod proprie loquendo lepra non pōt esse in domo. quia solum animal est susceptiuum sanitatis & infirmitatis, sed aliqua correptio existens in domo dr̄ lepra similitudinarie, inquantum potest habitantes in ea inficere, & talis domus quando erat correptio perseuerans, iubetur hic dirui duplici de causa, vna est ne inficeret habitantes, vt dictum est. Alia, quia in talibus domib. aliqui Gentiles idola colebant & inuocationes dæmonum exercebant, ne filij Israel quia erant ad idolatriam & ad tales superstitiones proni, ad consimilia declinarent.*

*Circa igitur lepram domus, primo agitur de eius iudicio & discretione, secundo de eius purificatione, ibi,* Quod si introiēs. *Circa primum ostenditur, quid dominus domus debebat facere, cum dicitur.* Ibit cuius est domus nūtians sacerdoti, &c. *Et quid sacerdos debebat facere, cum dr̄.* At ille ꝑcipiet, vt afferantur vni. &c. *cuius causa subditur.*

2 Ne immūda fiāt, &c. *Quia si domus indicaretur leprosa per sacerdotē omnia q̄ essent in domo tempore sui iudicij essent facta immunda.*

3 Et cum vide. in pa. &c. *Quia talia sunt signa corruptionis corrosiuæ & infectiuę.*

4 Claudet eā, &c. *Quia per talē clausionem citius apparet corruptio eo quod nullus ibi habitat. vnde & domus nō habitata citius ꝑciorātur.*

5 Si inuenerit cre. lepr. &c. *notabiliter intensiue vel extensiue.*

6 Iubebit erui lapides. *in quib. sunt maculæ, ad videndum si corruptio possit amoueri cum minori detrimento domus.*

7 Et luto alio lin. do. *id est, alio cemento.*

8 Qui dormier. &c. *Ille. n. qui dormierit in tali domo vel comederit, magis potest infici, quā ille q solum ingredietur, & ideo ingrediens, non indigebat vestium lotione, sed solum erat immundus vsq; ad vesperam, & sic purgabatur solo transitu temporis. Cætera patent.*

9 Quod si introiēs sacer. *Hic agitur de lepræ domus purificatione, & patet sententia ex his quæ dicta sunt de purificatione hominis. Consequenter recapitulat breuiter quæ dicta sunt, cum dicitur:* Ista est lex lepræ. *Sequitur.*

* 1 Et

a *Ista est lex.* quia late leges lepræ exposuit, necessario recapitulauit, prius genus deinde partes exponit. b *Lepra.* impiæ doctrinæ, quæ contingit etiam laicis, ideo additum est *Vir aut mulier in quo fuerit plaga lepræ &c.* Si enim sacerdotes tantū intellexisse, mulierē non addi-

† expiabit domum.

hyssopum: & immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hyssopum, & coccum, & passerem viuum, & intinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus, & asperget domum septies, purificabitque eam tam sanguine passeris quam in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignoque cedrino, & hyssopo, atque vermiculo. Cumque dimiserit passerem auolare in agrum libere, † orabit pro domo, & iure mundabitur. a Ista est lex omnis lepræ & b percussuræ, lepræ vestium, et domorum, cicatricis et 1 erumpentium papularum, lucentis maculæ, et in varias species coloribus immutatis, vt possit scire, quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

Recapitulatio. Genus præponit. a Impię doctrinæ quę prior est omnibus. b Virtutum. c Ecclesiarum. a Quando ignoranter peccatur. vnde Ioan. 9. b. Si cęci essetis, peccatum non haberetis. Quando scienter peccatur.

differt. Post hæc lepram quæ est in virtutibus posuit, hæc enim sunt animæ vestimenta. Inde quæ est, in ecclesiæ doctoribus, qui sunt parietes dom⁹. Tādē cicatricis & erūpentiū papularū memoriā facit, leprā verā describens eā. s. quæ est in pctis vel in dubiis vel manifestis.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et erumpentium papu. *Papulæ sunt vlcera minuta in cute nascentia quæ dolorem & scabiem afferunt. Cætera patent ex supra dictis.*

ADDITIO I.

*In capitulo 14. vbi dicitur in postilla, Sciendum autem quod proprie loquendo.*

*Licet solum animal est susceptiuum sanitatis vel infirmitatis, tamen cibus dicitur sanus vel medicina sana, inquātum sanitatem conseruat, vel efficit, & talis mod⁹ dicēdi nō est metaphoric⁹ seu similitudinarius, quia sanitas quæ significatur per cibū sanū vel medicinā sanā, est vera sanitas animalis quæ a prędictis causatur, & ideo cum dicitur:* Domus lepræ, *non similitudinarie dicitur, sed effectiue quia causat lepram in his qui in ea habitant, si sint ad hoc dispositi, &c.*

B CAP. XV.

Quæst. 20. a VIr qui patitur, &c. ✻ THEOD. Per naturalia nos instruit de vitiis animi & ex illis nos docet, hęc quā sint atrocia Nā si fluxus naturalis impurus est, quāto magis, aduersatur legi lasciuia, docet quoque talium vitanda sacrificia.

E GREG. *Vir qui patitur, &c.* quid est sermo nisi semen? Qui dū ordinate mittit, audientis mēs quasi cōcipientis vterus ad boni operis prolē fęcūdat. Si importune defluit, polluēs emittētē, generādi pdit virtutē. Semē incōpetēter fluēs, corporis mēbra iquinat, cū sermo pquē in audiētib. nasci sciētia debuit, si inordinate pdeat, etiā quæ recte senserit, fędat. Immūdus est ergo qui hūc fluxū patitur, quia multiloquio iquinatur. Vnde Paul⁹ discipulo dicitur⁹ importune, pmisit opportune, dicēs: *Ista opportune importune.* Quod autem dicit: *Tunc iudicabitur huic vitio subiacere, &c.* tūc s. pbabit immunditiæ fluxus seminis. i. nociuę doctrinæ subiacere, cū frequenti⁹ prauitatis sens⁹ & supfluę verborū effusiōi operā dederit, quo magis tpalē gloriam q̄rat, quā ppetuæ mercedis fructum.

Li. 33. moral. c. 15.

† 6. di. c. 1. 43. dis. c. 1. ante fin.

2. Tim. 4. a.

† eius.

✻ RVPERTVS. Ordinati post legē datam lepræ damnabilis. i. hereticæ prauitatis, legem edicit scriptura de fluxu sāguinis mēstrui. i. de incōtinētia oris murmurosi, & de loquacitate linguę detrahētis. Quid est fluxū seminis aut sāguinis pati, nisi detractoriis aut criminosis fluere verbis?

Li. 2 in Leuit. c. 28.

ISICHI. LXX. sic: *Viro viro cui factus fuerit &c.* Hebraicè etiam אִישׁ אִישׁ isch isch, vir-vir, i. quicūque. Quoties aliqd legislator duplicat, quātū inde solicitus sit mōstrat vt nemo illud mādatum prętereat. Sicut ibi: *homo homo de filijs Israel, &c.* Notādum autē quod dicit, viro viro, non homini homini, fortitudinē. n. significat i eo legē præcipit. viri. n. appellant perfecti, unde Salo. *Virū aūt perfectū quis inueniet?* Et Paulus: *Donec occurramus in uirum perfectū, &c.*

C

Prou. 20. a Eph. 4. c.

CAP. XV.

LOCVTVSQVE est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: 1 a Loquimini filiis b Israel, & dicite eis: † 2 Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, 3 cum per momenta singula adhæserit carni † illius, atque concreuerit fœdus humor. 4 Omne stratum in quo dormierit, immundum erit & vbicunque sederit. † Si quis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immūdus erit vsque ad vesperum. Si sederit vbi ille sederat: & ipse lauabit vestimenta sua, & lotus aqua, immūdus erit vsque ad vesperū. Qui tetigerit carnē eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperū. Si saliuā huiuscemodi hō iecerit super eū qui mundus est, lauabit †vestē suā, &

a Qui fortis debet esse. b Superfluitatem verbi. a Quia in multiloquio non deerit peccatum. a Cum frequenter prauitati sensus & effusioni verborum operam dederit. Semen. a Discipuli, in quorum obedientia quiescunt magistri. In cathedra pestilentiæ. a Qui audierit discipulos eius. b Pœnitentia. c Opera. Lachrymarum. a Consummationem pœnitentia. In cathedra malæ doctrinæ. Penitentia. Lachrymarum. Vsque dum compleatur pœnitentia. a Carnalem doctrinam. a Fluentem doctrinam. Se ingerendo.

ISICH. Quia multæ species sunt prauę doctrinę, cū legislator alios in sanatiōe lepræ, alios indifferētia ciborū significasset, alios q ex impudentia docent. p hoc mādatum exponit. Sunt. n. qui secundū ☞ proprias

Tropolo.

† vestimenta sua. F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP XV.

1 LOcutusq; est do. *Hic agitur de immunditia fluxus seminis. & primo de immunditia ex fluxu innaturali, secundo ex naturali. ibi:* Vir de quo egreditur. *Adhuc primo agit de dicti fluxu⁹ pollutione, secūdo de ei⁹ purgatiōe, ibi:* Si sanatus fuerit. *Circa primū dicitur.*

2 Vir qui patitur fluxum semi. immun. erit. *qa nō poterat ingredi locum sacrificij, & ex tactu etiam ipsius contrahebatur immunditia, vt dicetur postea. Consequenter ostenditur qualiter debebat iudicari talis infirmitas, cum dicitur.*

3 Cum per momenta singula. *id est, frequenter.*

4 Atque cōcreuit fędus humor. *generatus ex semine dicto modo fluente. Consequenter ostendit qualiter ex eo deriuetur immunditia ad alia inanimata & animata, & patet litera vsque ibi.*

✻ 1 Sagma.

MORALITER.

✻ 2 *Vir qui patitur fluxum se. &c.* f m dictum saluatoris Luc. 8. b. *Semen est verbū Dei.* vir igit seminifluus est doctor theolog⁹ vel prædicator curiosus & vane glorios⁹, verba multiplicās ad sui ostentatioēm, uel ad q̄stum, & nō ad utilitatem audientiū

† *Omne.* Per hoc stratum intelligit fauor & laus hīum, in quo tanquam in lecto talis doctor uel prædicator quiescit.

† *Et vbicunque.* Nam talis doctor uel prædicator sedet in cathedra pestilentię.

† *Si quis hominū.* Per tangentem lectum eius & sedentem in eius loco, intelliguntur illi qui fouent eum in suo malo.

† *Si saliuam, &c.* Per saliuā eius q̄ dicitur infectiua, intelligitur verbum malum egrediens ab ore ei⁹. Doctor. n. vel prędicator, q nō intendit nisi questum uel fauorem hominum, frequenter cum bonis quę dicit prumpit in mala uerba & inhonesta, nam ex abundantia cordis os loquitur. Matt. 12. c.

proprias passiones sermonē doctrinæ temperant, & aliis quos A ipsi diligunt, cōmendant. Qui ergo sic docet, doctrinā suā corrūpit, nec Deo filios facit, ideo fluxū seminis pati dicitur, stratū in quo dormierit, inquinatur, id est discipul⁹ in quo diligēter obediēter requiescit magistri spiritus. vnde Paul⁹ de Tito dicit: *Spiritus eius requieuit in omnibus uobis.* (1. Cor. 7. d.) Fornicā ergo qui impudica docent, & filiorū procreationē & legitimas nuptias spernūt, & sic fornicationē introducūt, & semine fluūt. Quidam obediendo strata fiunt, qui intantū immundi sunt, vt Moyses nō præcipiat mundationē eorum quos ita affectos morbo nouit, vt pœnitētiā agere nō possint. S. qui tetigerit lectū e⁹, id est particeps fuerit doctrinę ei⁹, seq; uēs discipulos ipsi⁹.

a *Sagma super qd, &c.* ISI. LXX. ἐπισαγμα ὄνου B id est stragulum asini. Per quod negligētior discipulus & molli corde cōmutandus intelligitur. Sagmata enim mollia sunt.

b *Numerabit septem dies.* IDEM. Quia per septiformē spiritum dat remissio peccatorum, cuius septē donis indigēt q perfecte mūdari debēt. (¶ expiabit eum sacerdos. 143. di. c. 1. ante finē.)

c *Duos tur.* IDEM. Dignum doctorib. sacrificium. Turtur siquidem meditationem, columba frequenter generās & simplex, spiritūsanctum significat. Oportet. n. doctorem spiritualiter generare, digne ergo hoc sacrificium sacerdotib. & magistris dedicauit.

d *Coram domino ut emun.* Secūdum voluntatem & legē Dei super quę peccauit, emundatur pœnitendo, sacrificia orationū C offerendo, & deinceps recte & viuendo & perfecte sapiendo.

e *Vir de quo egred. &c.* ISIC. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum.* Qui peccatum vnius D transiuit in omnes, vnde dicit Dauid: *In peccatis concepit me mater mea.* (Ioan. 3. a. Psal. 50. b) Ideo legislator virum de quo egredietur semen progenerandis filiis, sed & mulierē quę concepit, lauari pręcepit. Corpus enim ab originali sordidum semē transfundit immundum. Sed immundus dicitur vsque ad uesperam, quia in fine seculorum Christus aqua mundauit genus humanum.

IDEM. quia multi Iudæorum luxuriosi erant, tot & tāta præcipit, vt saltem coacti sanctimoniā quęrant. † Sicut autem qui seminis fluxū patitur corruptorē doctrinæ intelligimus, sic de quo semen coitus egreditur, doctrinā Iudæorum seminantem. Si cut enim immundus est originaliter, qui semen naturale & sanum effuderit, sic eorū sana doctrina propter legem munda uidetur sed nō est, quia secundū literam docet, & lex nemini ad plenum auxiliatur. Iudæos vero per mulieres coeuntes accipimus, qui semper adherēt doctorum suorum traditionibus. (†supra 6. a & † 11. eo. Heb. 7. d.)

✲ THEO. Quomodo enim impurū esse asserit, qui secūdum legē permiscetur? Docet modestiam, & quod liberorum procreandorum causa, nō uoluptatis gratia huiusmodi contactus fiat. Hanc ob rē eos qui permiscentur impuros appellat, & purgari præcipit, vt assiduitatem congrediendi cohibeat purificandi sui pigritia. (Quæst. 20.)

f *Vestē & pellē.* Miseriā exprimit originalis peccati, quo gen⁹ humanū pollutū ēt insensata polluit. Mulieres exprimit q libidinis cā miscātur viris ad tēporalē vsum, quē pstāt, & vestimentum F

a lotus aqua immundus erit vsque ad vesperam. Sagma super (1) quod sederit immundū erit, & quicquid sub eo fuerit qui fluxū seminis patitur, pollutū erit vsq; ad vesperum. Quia portauerit horum aliquid, lauabit vestē suā, & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperū. Omnis quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lauabit vestiméta sua, & lotus aqua immundus erit vsque ad vesperū. † Vas fictile, quod tétigerit, cōfringetur, vas autem ligneum lauabitur aqua. Si sa- (†) b natus fuerit qui huiuscemodi sustinet passionem numerabit (2) septē dies post emundationē sui, & lotis vestibus, ac toto cor- (3) pore in aquis viuentibus erit mundus. Die aūt octauo sumet (4) c duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspe- (5) ctū domini ad ostium tabernaculi testimonii, dabitq; eos sacerdoti, qui faciet vnū pro peccato, & alterū in holocaustū, d † rogabitque pro eo coram domino, vt emundetur a fluxu se- e minis sui. † Vir de quo egreditur semen coitus, lauabit aqua (6) omné corpus suum, & immundus erit vsque ad vesperum. f Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda (†)

Interlinear glosses: a ¶ Stratura. ¶ Discipuli doctrinæ tali subiectis. ¶ Sub eius doctrina. ¶ Obediendo. a ¶ In semetipso peccata suscipiens. ¶ Non semper. ¶ Desperationem aufert: ¶ Se miscendo. ¶ Per pęnitentiam. ¶ Operibus. a ¶ Quod doctrina eius impletum. b ¶ Omnino terrenum & tendens ad lutum, quod facile corrumpitur. c ¶ Non supersederit, quasi totam doctrinam superponens, sed quandam partem. a ¶ Quia totum corruptum, nec pœnitentię aptum. b ¶ Quod fortius. c Quia non sic infirmatur, vt per pęnitentiam non sanetur. a ¶ Ab hac corruptione vlterius sustineat. a ¶ De quibus dicitur: Flumina de ventre eius fluent aquę viuę. i. doctrinę quę ducit ad vitam. b ¶ Gratia Christi, quę octauo die resurrectionis emicuit, sine qua sacrificium offerre non proficit. a ¶ Apostolicam doctrinam, ne deinceps transgrediatur eam. a ¶ Vt alij cedat sacerdoti qui sacerdotium polluit. b ¶ Prauæ doctrinæ diuinæ legi contrariæ. ¶ Vt sapienter agat in futuro. ¶ Etiam fortis. a ¶ Ad generandos filios. b ¶ Quia in peccato gignit. a ¶ Totum hominum, sicut alibi per animam totus homo significatur. b ¶ Finem seculorum. a ¶ Mulieres vel Iudæos. ¶ Baptismi, vel pœnitentiæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Sagma. *id est sella uel quodcunque aliud quod ponitur super animal ad ipsum equitandū: Vnde in Hebręo habetur,* מרכב *merchab, id est uectura equitatura. Cętera patent ex supradictis.*

2 Si sanatus fuerit. *Hic consequenter agitur de ipsius purgatione. Et primum quantum ad tempus, cum dicitur.*

3 Numerabit septem, &c. *ab illo die quo cessauit passio illa, & tunc loto corpore & uestibus mundus erit.*

4 In aquis, &c. *Ex hoc uidetur quod illa lotio non sit intelligenda per aspersionem aquę in qua erant cineres uaccę rufę, sed per ablutionem in aquis acceptis de fonte uel flumine, quę dicuntur viuę propter motum, ut dictum est c. prece. secundo quantum ad sacrificium Deo offerendum, pro gratiarum actione, ratione beneficij sibi collati, s. sanitatis a prędicta passione, cum dicitur.*

5 Die autem &c. *Et patet litera ex supradictis.*

6 Vir de, &c. *Hic consequenter agitur de immunditia, quæ prouenit ex flux. naturalis seminis. s. in coitu, etiam in actu matrimoniali. In emissione enim talis humiditatis est pollutio corporalis, ut de se patet, & frequēter etiam est ibi immunditia spiritualis, etiam in actu matrimoniali, quia licet possit sine peccato exerceri, tamen frequenter est ibi libido inordinata.*

✲ 1 Mulier

## MORALITER.

✲ † *Vas fictile, etc.* Per vas fictile intelligit auditor ad malum pronus, & ideo si doctrina talis doctoris in corde tangat, ita corrumpetur de communi cursu ꝙ ad nihilum valebit vltra, quod significatur per hoc quod dicitur, confringetur.

† *Vas autem ligneum la. aqua.* id est si auditor non sit ita pronus ad malum, quod per ei⁹ doctrinā corrumpatur, tñ ex ea peiorabitur, & sic indiget lotione p cōtritionem & cōfessionem: & sic exponatur in aliis in quib. fit mentio de lotione.

2 *Si sanatus fuerit, etc.* Hic agitur de emundatiōe dicti doctoris vel pdicatoris mali, nā durāte statu psentis vitæ, nullus est ita malus quin reuerti possit ad statum gratiæ, ideo subditur.

3 *Numerabit sep. etc.* Emundatio ista fit per verā & perfectā contritionem, per septem dies intelligunt septem dona spiritussancti, quæ cum gratia infundunt, & ordine naturæ verā contritionem, sequuntur, quia tamen vere contritus & sanatus confiteri tenetur, ideo subditur.

† *Et lotis, etc.* Per quod intelligitur pura confessio quantum ad peccata, quę significātur per corpus & circunstantias aggrauantes, quæ significantur per vestes.

5 *Die autem octa. su.* id est, immediate post confessionem, incipiet satisfacere per opera pęnitentiæ, quæ significant per turtures pcantu gemitum habentes. Et bene dicitur, duos turtures, nā opera pęnitentię nō ualent, nisi fiāt ex charitate, quę p binarium significat, pp geminā Dei. s. & proximi charitaté.

6 *Vir de quo egre. semen, etc.* Per tale semen ꝙ est immundum, intelligit uerbum malum, scurrile, & inhonestum, per lotionem totius corporis intelligitur mentis emundatio aqua cōtritionis & confessionis.

† *Vestem et pellē, etc.* i. cōuersationē suā exteriorē meliorabit.

† Mulier

mentum pelles quoque veteratæ proiiciuntur, & mulibris consuetudo veteratæ [illegible] reponuntur.

a *Mulier, &c.* Per menstrua, prauæ cogitationes designantur. Quæ enim menstrua patitur, alienam carnem non tangit; & propria se polluit. Sic iniquæ cogitationes & voluntates, quamuis opere non compleantur, apud Deum pro factis habentur & puniuntur.

*Mulier quæ rede.* ISICHIVS. Intendit tam mulieres, quam uiros a libidine reuocare, & occasionem inuenit, quæ per uaria & plurima tempora a mulieribus uiros arceat, quæ singulis mensibus naturæ reddant tributa; septem diebus dicit esse immundas. Qui autem simpliciter tangunt, immundos esse usque ad uesperum. Qui uero cum eis dormiunt, non unam diem sed septem immundi sunt, necessario ergo utrinsque interim continentia indicitur. Secundum hunc sensum, & in carne Iudæus per literam uti poterit. Sed fluxus sanguinis animæ quam effœminata mulier significat, idolatria est, quæ corruptio humani generis est.

✱ PROC. Morbos illos omnes tollit & purgat Christus. Verum purificatio uera in futuro seculo contingit. Christus autem ut demonstraret in futuro seculo nos inuenturos perfectam puritatem, leprosos sanauit uerbo, & suæ manus contactu, & mulierem pro fluuio sanguinis laborantem, cum contigisset fimbriam uestimenti ipsius.

✱ RVPERTVS. Ecclesiastica censet auctoritate, quod mulier cum consuetudine menstruam patitur, prohiberi ecclesiam ingredi non debet, quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet reputari, & per hoc quod inuita patitur, iustum non est, vt ingressu ecclesiæ priuetur. Nam si mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, potuit domini uestimentum tangere, cur quæ menstruam sanguinis superfluitatem patitur, ei non licet ecclesiam intrare?

a erit vsque ad vesperum. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua: & immunda erit vsque ad vesperum. Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperum, & locus in quo dormierit, vel sederit, diebus separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit vestimentum eius, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua pollutus erit vsque ad vesperum. Si coierit cum ea tempore sanguinis menstrualis immundus erit septem diebus, & omne stratum in quo dormierit, polluetur. † Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis, non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat: quandiu huic subiacet passioni, immunda erit, quasi sit in tempore menstruo. Omne stratum in quo dormierit, & † vas in quo sederit, pollutum erit. Quicunque tetigerit eam, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsque ad vesperum. Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ, & octauo die offeret pro se sacerdoti duos turtures, vel duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonii, qui vnum faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, † rogabitque pro ea coram domino, & pro fluxu immunditiæ eius. † Docebitis

Interlinear: a Anima effeminata. — Anima effeminata. — a Corruptionem idolatriæ. b Vniuersitatem temporum significat. — a Particeps factus. — a Obedientiæ. b Requieuerit. Magistrando. — Alias lectum. — Vestigia. Exposita exponere otiosi est. — a Communicando aut immolando aut consentiendo. — Omnino [illegible] vitæ. — a Hæc est [illegible] fluxum sanguinis patiens omnem substantiam suam in medicos expendit [illegible]. b Immo laudo idolis vel idem suggerendo aliis. — a Quæ non solum ab idolatria, sed etiam postquam doctrina euangelii lux pietatis effulsit. — [illegible]. — [illegible]. — Error idolatriæ. — Magistri.

b *Septem diebus, &c.* Vniuersitatem temporum significat, usque ad completionem quam declaratum est euangelium, separati enim erant homines a Deo usque quo coniungeret eos euangelica prædicatio.

c *Qui tetigerit uestimentum eius lauabit vesti. &c.* Sic oportet ab idolatria abstinere, ut nec idolatras, nec eorum discipulos uel fautores, quibus quasi lectis uel uasis utuntur, contingamus, nec communionem cum eis habeamus.

d *Mulier quæ &c.* Quia fluxum seminis patientem, obscœna & corrupentia docentem diximus, & Iudaica utentem doctrina, de quo semen coitus egreditur, restant qui Gentilium doctrinam spargunt, quæ opportune fluxus sanguinis dicitur, quasi seductio idolatriæ, gaudent enim dæmones sanguine.

e *Offeret.* Superius fluxum sanguinis patientem sumere duos turtures, aut columbas in sacrificium præcepit, quia magistri locum occupauit, & hic quoque eum qui patit fluxum sanguinis quia & idololatriæ magister fuit.

f *Docebitis.* Hoc neque de leprosis, neque de his qui tangunt morticinam, sanciuit.

Marginalia: 1. Cor. 5. c — † dicitur mulier quæ menstrua patitur. — † vel omne instrumentum. — † expiabit eam sacerdos. — † Separabitis.

✱ THEO-

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Mulier cum, &c. *Quia sicut est ibi pollutio ex parte viri, ita etiam ex parte mulieris, & maior, eo quod mulier sit frigidior, & per consequens humores in ea sunt minus digesti.*

2 Mulier quæ, &c. *Hic consequenter agitur de immunditia sanguinis. Et primo quantum ad fluxum naturalem, secundo quantum ad innaturalem, ibi:* Mulier quæ patitur multis diebus. *Circa primum sciendum, quod mulieres a tempore quo incipiunt esse aptæ ad concipiendum vsque ad tempus quo desinunt concipere, quolibet mense communiter patiuntur hanc passionem quæ vocatur fluxus sanguinis menstrui, nisi impediatur per infirmitatem vel conceptum, & pro tali passione septem diebus separabatur, ita quod non admittebatur ad locum sacrificii, nec aliquis communicabat cum eis in cibo [illegible]. Hæc etiam immunditia ad alia deriuabatur inanimata & animata quod notatur cum dicitur:* Omnis qui tetigerit eam, &c.

3 Si coierit &c. *Hoc prohibetur non solum propter immunditiam contractam ex ea sicut ex præcedentibus, sed etiam quia ex tali coitu solent generari pueri monstruosi, vel potentes patientes aliquem defectum in aliqua parte corporis, vel etiam in toto, sicut lepram vel aliquam consimilem infirmitatem.* 4 Immundus &c. *infra 20. c. dicitur quod talis debet interfici. Ad quod dicendum, quod ibi loquitur de eo qui scienter accedit ad mulierem menstruatam, & conuincitur de hoc in iudicio, hic autem loquitur de eo qui accedit ignoranter, & de eo cuius factum est occultum.*

5 Mulier &c. *Hic consequenter agitur de immunditia fluxus sanguinis ex infirmitate. Et primo de pollutione, secundo de purgatione, ibi:* Si steterit. *Circa primum dicitur, quod durante infirmitate illa debet iudicari immunda, sicut mulier patiens menstrua tempore illius fluxus, & patet litera.*

6 Si steterit. *Hic consequenter agitur de eius purgatione. Et primo quantum ad tempus, cum dicitur:* 7 Numerabit &c. *a tempore quo cessauit infirmitas. Secundo quo ad sacrificium Deo offerendum pro sua sanatione, cum dicitur:* Offeret pro se sacerdoti duos turtures, &c. *Sequitur.*

8 Docebitis ergo. *Hic ponitur conclusio moralis, & dirigitur sermo ad sacerdotes, ut doceant populum cauere ab immunditiis prædictis.*

Marginalia: Vbi supra cap. 29. — Diuisio. Quando menstrua mulierib. incipiunt. — Nota ceu menstruatis. — Diuisio.

✱ 1 Et non

MORALITER.

✱ 2 *Mulier quæ re. men. pa. flu. sang.* Per sanguinem intelligitur peccatum mortale. Psal. 50. c. *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.* Per mulierem vero sic patientem intelligitur homo mollis & effœminatus & instabilis, qui frequenter peccat mortaliter, & iterum recidiuat.

† *Septem die se.* Et quia septenario dierum totum tempus reuoluitur, ideo per septem dies intelligitur totum tempus quo talis subiacet peccato, & illo tempore immundus est, & euitandus ab aliis, ne peccato eius inficiantur, ne eo subditur.

† *Omnis qui, &c.* Per talem tactum intelligitur aliquo communicatio mala cum tali peccatore.

5 *Mulier quæ, &c.* Per hanc intelligitur homo mollis & effœminatus in peccato suo perseuerans, & toto tempore immundus est & euitandus ab aliis, ne eius peccato inficiantur.

6 *Si steterit, &c.* i. si peccatum cessauerit per ueram & perfectam contritionem.

7 *Numerabit septem, &c.* Exponatur sicut supra eodem capitulo, ubi dicitur. *Numerabit septem dies purgationis suæ, &c.*

✱ MORAL.

✻ THEODORET. Quæst. 21. Breuibus istarum legum causas pate fecit, dum ait: Docebitis ergo filios Israel, vt caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis. Quod si quæ non sponte committuntur, afferit pollutæ, quanto magis detestanda sunt voluntaria?

a ergo filios Israel, † vt caueant immunditias & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum, quod est inter vos. Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui polluitur coitu, & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

a Subditos. b Purgite fornicationem. c Mentis vel corporis. d Ostendit quare hoc dixit. e Morte impietatis. a Spiritualiter vel corporaliter. a Qui corruptam doctrinam seminat. Fidelis. a Mistus idolatriæ.

d Ista. Quæ sibi cohæret, & communem intentionem habent, necTere consueuit, vt ostendat quomodo debeat intelligi, & quæ cum quibus cognatio ne intellectus coniungantur.

d Et qui, &c. Qui præcepta Iudaica docet, & male docet bona, immundus est, dum quæ ad literam pertinent, extra tempus profert, & sicut mundis vtitur immundis, vnde, *Omnia munda mundis, &c.* Ad Tit. 1. d

† ab immunditiis suis.

a *Immunditias.* Omne peccatum immunditia est animæ, sed idolatria maxime.

b *Tabernaculum.* interiorem hominem, in quo imago Dei. Verbum quoque caro factum est, & habitabit in nobis.

c *Et quæ, &c.* Hi sunt qui impietatē docēt, cum genus humanū errore idolatriæ sit deterū in mēstruis. i. in separatione malitiæ.

c *Ista* tabernaculi. *Hic consequenter recapitulat, cum dicitur.*

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et non, &c. *Id est pro suis sordibus, si immundi accedant ad locum taber-*

2 Ista est lex eius &c. *Et patet litera ex prædictis.*

CAP. XVI.

a *Locutusque est dominus, &c.* ISICHIVS. Vnum corpus legis facit & cohærentia in vnum redigit. Cum enim contrariæ doctrinæ multiplices differentias exposuerit, nunc vna lege eam redarguit, commune contra eam præceptum subijciens, & causam † mortis ipsius ostendens. Ignis enim alienus, aliena doctrina a Deo, propterea diuino igne consumpti sunt qui ignem alienum obtulerunt, nam contra spiritum sanctum agunt qui iniqua docent. Siue ergo quis idolatriam doceat, siue diuina mandata praue exponendo corrumpit; siue Iudaica doctrina sic vtatur vt polluatur contra tempus scilicet, & intentionem ipsius legis literam sequens, ignem alienum Deo offert, ideo igne spirituali consumptus, celerem transgressionis pœnam non euadit, sed cum ibi mortui fuerint & defecerint, sanctior quæ obtinebit sequitur. Vnde post mortem eorum dominus hæc ad Moysen loquitur. † *Infidel.*

go legislator maxime diligens est, nō solū vt in pceptis domini aut in Iudaicis fabulis, aut in aliquo idolatriæ phantasmate doctores non excedāt, sed ne occasione theologiæ in impietatē cadāt, sicut hæretici, q proprio sensu diuina & sublimia exquirentes, ab ecclesiasticæ moderationis corpore excisi sunt, quod præsentibus caueatur verbis.

CAP. XVI.

Locutusque est dominus ad Moysen post mortem duorum filiorū Aaron, quando offerentes ignē alienum interfecti sunt. Et præcepit ei dicens, Loquere ad Aaron fratrē tuū, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio, quo tegitur arca, vt non mo-

a Similiter sacerdote debent sibi inuicem hæc præcipere. a Id est altam conuersationem habens, ad Dei sanctificatione ascendit. b Omnibus communem proponit legem: qui diuina perscrutantur mysteria, sed primum sacerdotibus. a Diuinam contemplationem, in qua habitat sanctum sanctorum. b Carnem Christi, qui fuit pro nobis propitiatorium per proprium sanguinem. a Lxx. facie propitiatorij. i. diuinitate, vnde: Non videbis faciem meam, &c. Exod. 33. d.

✻ THEODORET. Quæst. 22. Cōstat ex hoc loco quod Deus peculiarem sui pīsentiam exhibebat in propitiatorio, suamque bonitatem demonstrabat non in caligine, fumo, & igne, sicuti populo Israel, sed in nube perlucida cōspiciebatur.

c *Coram propitiatorio.* ISICH. LXX. Coram facie propitiatorij. Aperte ergo sacerdotes vel quolibet prohibet Christi exquirere diuinitatē: ingredi interiora velaminis. Christus habet uelamen. i. carnem, quæ tegit diuinitatem, sicut sancta sanctorū uisibile uelamen. Arca quoque testimonij appellat carnē Christi multis nominib. multis alludens effectib. Et hinc Dauid ait: *Exurge domine in requiē tuā, tu & arca sanctificationis tuæ.* Hæc est arca testamēti, quia testimoniū reddidit Christus sub pontio Pilato. hæc est etiam propitiatoriū. Vel propitiatorium. i. Christi carnem vel euāgelium. Ipse. n. uocat multis nominib. nec est tautologia, sed p diuersis effectibus. Heb. 6. d. Psal. 131. b. Tautologia.

b *Loquere ad Aaron fratr. &c.* ISICHIVS. Quantū parcat nobis Deus, quantū sit de salute nostra solicitus, in superiorib. didicimus. Custodia nrē salutis, & dux doctrina est. Circa hāc ergo le-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XVI.

1 LOcutusq; est do. *Superius actum est de purgatione ab immunditia, inquantum tangit aliquas personas, vel aliquam in speciali. hic consequenter agitur de purgatione generali, qua tangebat totum populum & fiebat decima die mensis septimi, cui correspondet Septembri apud nos, modo prædicto: Exo. 12. Circa quam purgationem quatuor describuntur, primum est modus præparationis; secundum actus immolationis, ibi:* His rite celebratis: *tertium cultus celebrationis, ibi.* Cumque portauerit, *quartum ritus successionis, ibi.* Mense septimo. *Circa primum sciendum, quod istud festum fiebat duplici de causa. Vna est, quia illa die fuit eis denunciatum per Moysen peccatum de conflatione vituli remissum. Alia causa est, quia sicut patet ex præcedentibus, frequenter & ex multis causis cōtrahebant immunditiam, & ideo quia aliqui propter negligentiam vel ignorantiam seu aliam causam, omittebant emundari; & ideo semel in anno fiebat generalis purgatio, & ideo vocabitur dies expiationis. Et quia secundum quod dicit Apostolus ad Hebræos 7. d.* Lex constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes, *& per consequens erant peccatores sicut & alij, ideo primo fiebat expiatio pro sacerdotibus, postea pro populo. Circa primum præmittitur monitio summi sacerdotis, cum dicitur.* Diuisio.

2 Sanctuarium quod est intra velum. *id est illam partem quæ dicitur sancta sanctorum, in qua erat arca & propitiatorium, quia hoc non debebat fieri regulariter nisi semel in anno, vt dicit Apostolus ad Hebr. 6. b. Si autem alias esset ingrediendum, hoc erat ex aliqua necessitate superueniente, vt in motione castrorum, vt habetur Num. 4. ad inuoluendum ea quæ erant intra sancta sanctorum.*

3 Vt non moriatur. *Si indiscrete & irreuerenter ingrediatur, & propter hoc in principio huius capituli recordatur mors duorum filiorū Aaron, qui mortui sunt offerentes ignem alienum, vt dictum est supra 10. cap.*

MORALITER.

✻ 1 Locutusque est, &c. Hic agitur de ingressu summi pōtificis in sanctūsanctorum in die expiationis, quæ erat dies decima septimi mensis.

Allegorice; vero per hunc ingressum figuratus fuit ingressus Christi in cœlū, non in alieno sanguine sicut pontifex legis intrabat, sed per propriū sanguinē, sicut exponit Apostolus ad Hebr. 9. c. Et quia ipse Christus sicut est sacerdos noster, ita & hostia pro nobis immolata, & non hostia quæcunque, sed hostia perfectissima, ideo figuratus fuit p plures hostias pōtificis legalis hic positas, sicut vnum perfectum per plura imperfecta; s. per vitulum, arietē, & hircum; cuius ratio est: quia vitulus est bos iuuenculus & tenellus. Sicut aūt supra dictum est, Christus dicitur bos, propter fortitudinē ad labores sustinēdū. Christus vero in iuuētute sua, imò in pueritia sua, labores sustinuit in persecutione Herodis, nā tūc portatus fuit in Aegyptū per viam lōgā & asperā, tunc ēt mortē, imò multas mortes (vt sic liceat loqui) quodāmodo sustinuit, nā i quolibet

✻ 1 Quia ✻ puero

ctib. diuersa sunt nomina. Velamē dicit carnem, quia Christi tegit diuinitatē. Aliquando arcam quod dominus exponit dicens: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud.* Aliquando nubē, quia munda, leuis, & subtilis. vnde Esaias. *Ascēdet dominus super nubem leuem, &c.* Nubem quoque euangelicā prædicationē appellamus, vnde. *Mandabo nubibus meis, ne pluant.* In nube ergo tā Christi caro quā euāgelica predicatio itelligitur. Nihil amplius quęramus, quā nobis tradit sermo euangelicus, vel quā ex carne dominica percipimus.

Ioan. 2. d. Esa. 19. a. Esa. 5. a.

a *Vitulum pro peccato offeret.* ISIC. Mirandus ordo. Cum .n. dixisset, quia nō est sēper ingrediendum ī sancta, ne temere & incircumspecte accedere psumamus*, quādo & quomodo ingrediamur, ostendit.

*pro peccato suo.

*Vitulum offeret pro peccato.* Initiū prædicationis diuinæ christus est, & passio eius si hæc non fuisset ab errore tā Gentili quā Iudaico homines non liberasset, de diuinitate patris loqui nō posset. *Nemo .n. nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.*

Matt. 11. d.

b *Tunica linea vestietur, &c.* Qui de Deo locuturus est, & ipsū secundum possibilitatē visurus omnib. armetur virtutib. quarū quatuor generales sunt, iustitia, castitas fortitudo, sapiētia.

c *Feminalibus.* HIER. Vbi refertur quō Moyses Aaron fratrē suū induerit, de feminalibus nihil dicitur, ad genitalia & verenda nostra lex non mittit manū, ipsi secretiora nostra & cōfusione digna tegere debemus, & continentiā puritatis & feminale Deo iudici reseruare de cæteris virtutib. sapiētia. s. fortitudine, iustitiæ, humilitate, & hōdi possunt alii iudicare, pudicitiā sola nouit cōsciētia, & humani oculi certi esse nō possunt, vnde: *De virginib. autem Domini præceptū habeo,* ac si Moyses loquatur. Feminalib. ego nō vestio, nec impono alicui necessitatem, q vult esse sacerdos, ipse se vestiet. Ipsi ergo assumamus feminalia, ipsi nostra verēda tegamus, vt nulli pateat, ne quando intramus in sanctasanctorum, si qua turpitudo appa-

Epistola ad Fabiolam. Moraliter. 2. Cor. 7. e

---

a ¶ Curiose secreta inquirens, quasi altiora te, ne quæsieris, quorum fides salutem periculum affert di-scussio.

riatur, quia in nube apparebo super oraculum, nisi hęc ante 1

a ¶ Ingreditur sacrificium Christi, qui immolatus est pro nobis, b ¶ Christum qui est dux ouium, hic immolatus est pro Isaac. c Perfectionem virtutum.

a fecerit. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocau- 2 3

¶ Iustitia. ¶ Castitate.

b stum. Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda ce- 4

a ¶ Fortitudine. b ¶ Sapientiam, quia organum sapientiæ in capite est. c ¶ Virtutum, facultatem, acquisitionem cæterem, habilem gestumque significat. ideo omnia iubet esse linea.

c labit. Accingetur zona linea: cidarim lineam imponet capi- 5

d ti. Hęc enim vestiměta sunt sancta, quibus cunctis cū lotus

¶ Miranda sacramenta.

e fuerit, induetur: Suscipietq; ab vniuersa multitudine filiorū 6

¶ Quia pro peccatoribus mortuus, tam Iudæis, quam Gentilibus. a ¶ Quia Christus pastor ouium. b Perfectionem virtutum.

f Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocau

a ¶ Pro homine quem suscepit.

stum. Cumque obtulerit vitulum: † & orauerit pro se & pro 7 8

a ¶ Quia etiam iustos redemit. b ¶ Ipse ostium celi.

domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino in ostio 9

tabernaculi testimonii, mittens super vtrumque sortem: 10

---

apparuerit, morte moriamur.

IDEM. Secundum Hebræos ratio feminum & generationis ad carnē ptinentis terrę per eā deputatur, vnde. *Terra es et in terram ibis.* Et causas quoq; huius rei quando de paruulo semine & fœdissimis initiis tāta vel hominum vel diuersa rerū pulchritudo nascatur esse obuolutas & humanis oculis non patere, ideo lineis feminalibus femina vel femora velantur.

Gene.

d *Cum lotus fue.* ISICHIVS. aqua baptismi. Prius enim oportet eum aqua & spiritu regenerari, & sic prædictis virtutibus indui, vt Christum induat, qui immolatus est tanquam aries in holocaustum .i. perfectionem virtutū. Ipse enim est secūdū Apostolum uir perfectus & mēsura ætatis. His adeptis in sanctasanctorū ingreditur, non substantiam Dei discutiens, sed dispensationem Christi intelligere cupiens.

Gal. 3. d. Ephe. 4. c. Ioan. 3. a.

e *Suscipietque ab vniuersa multitudine, &c.* IDEM. Christus p nobis immolatus est de filiis secundum carnē, vnde: *Ex quibus Christi secundum carnē.* Duos hircos pro peccato. Christus .n. oblatus est ad exhauriendū peccata. Et vnum arietē in holocaustum, quia ad perfectionem virtutum & vitę prouectum oblatus est. vnde Paulus. *Mortificati estis per corpus Christi.*

Rom. 9. a. Rom. 8. a.

✱ CYRILLVS ALEXAN. Parilitas similitudoque hircorū, inter se eundem sub ænigmate referuntur Christum. Nam cū fieri nequiret, vt occisus hircus in vitam rursum reuocaretur, portētum hoc fuisset, ideo duo ex optima rerū dispositione eliguntur similes admodū inter se, vt geminā in Christo naturā quā vn⁹ significare nō poterat, significati⁹ exhiberet.

Ex catena Græca.

f *Duos hircos &c.* ISI. Quia tā pro peccatorib. q pro iustis Christus oblatus, id est, recte hircus quasi pro peccatorib. vitulus aūt p iustis immolat vnde ait: *Cū obtulerit vitulā, orabit pro domo sua.* i. iustis qui sunt domus Dei. *Duos hircos pro.* Quidā dicunt alterū hircum domino sacrificandum, alterum diabolo, tanquā summopere non prohibeat dicens: *Nō erunt dii tibi alieni.* AVGV.

Exo. 20. a.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quia in nube apparebo super oraculum. *Hoc dupliciter ponitur. Vno modo de nube quæ erat super tabernaculum, quandiu filii Israel fuerunt in deserto; Alio modo de nebula consurgente de thuribulo, quando summus sacerdos ingrediebatur sanctumsanctorum in quo ibi cremabat incensum, vt habetur infra.*

2 Nisi hæc ante fecerit. *Non quod deberet hoc facere quotiescunq; intrasset, sed solum in die expiationis, qui erat dies ingressus regularis, vt dictum est. Consequenter ponitur informatio eius quid agere debeat pro se & domo sua, cum dicitur.*

3 Vitulum pro peccato offeret. *i. offerendum præparabit de suo, in memoriam peccati Aaron in conflatione vituli aurei.*

4 Et arietem in holocaustum. *in memoriam arietis pro Isaac immolati, Gene. 22.*

5 Tunica linea vestietur, Feminalib. lineis verēda cela. *Hic tātum ponuntur quatuor vestimenta, quæ erant communia summo sacerdoti & aliis inferioribus sacerdotib. vt dictum fuit Exo. xxviii. cuius ratio assignatur infra.*

6 Suscipietque ab vniuersa multitudine filiorū Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. *Quia soluebantur de communi sumptu.*

7 Cumque obtulerit &c. *Hic non est intelligendum de oblatione vituli coram domino in altari holocaustorum, quia de illo habetur in parte sequenti, sed de oblatione quæ fiebat sacerdoti. Quando enim ab aliquo fiebat oblatio alicuius animalis ad immolandum domino, primo offerebatur manibus sacerdotis, & postea sacerdos offerebat domino, sic in ista oblatione quæ erat de sumptu sacerdotis, ipse sacerdos primo accipiebat sibi animal determinans illud ad immolandum, & postea offerebat domino, & ideo cum dicitur hic: Cumque obtulerit, sic est intelligendum, id est ad offerendum disposuerit, quia hic agitur de præparatione ad immolationem, & eodem modo exponendum est quod subditur.*

8 Et orauerit. *In Hebræo habetur* וכפר *chipper expiationē fecerit. i. ad expiandum determinauerit seu ordinauerit.*

9 Duos hircos stare faciet. *per manus sibi ministrantium.*

10 Mittēs super vtrūq; *quia per sortes determinabatur quis illorū hircorū esset immolādus, & quis mittēdus in desertū, modo qui habetur infra. Qualiter autē licitum sit vti sortibus, habetur infra.* Nu. 34 cap.

✱ 1 Vt fun-

---

## MORALITER.

✱ puero ab Herode occiso q̄rebat, & sic in eo quodāmodo occidebat, & sic patet quod figuratus fuit per vitulū immolatū. Similiter per arietē, nā ipse est dux fideliū sicut aries ouiū, & p ipsis immolat⁹ fuit sicut ipse dicit Io. x. c. *Animā meā pono pro ouib. meis.* Similiter per hircū pp similitudinem carnis peccati. In hac aūt oblatione fuit duplex hirc⁹, vn⁹ immolatus in tabernaculo, alius emissus ī desertū a feris deuorādus, & p utrūq; fuit Christ⁹ figuratus, nā passus fuit in ciuitate Ierusalē ī qua erat tēplū, flagellatione, & spineæ coronę impositione, & ēt extra ciuitatē crucifixione. Moraliter autem per ingressum summi sacerdotis in sanctumsanctorū, significat accessus sacerdotis nouę legis ad offerēdum eū in altari, qui est sāctussanctorum, de quo sacerdote dicitur hic, qd primo dēt lauari, s. per purā confessionem, deinde vestiri, & primo quatuor ornamentis communibus pontifici & aliis sacerdotib. secundo in consummatione sacrificii quatuor aliis summo sacerdoti propriis, quę uero sint ista ornamenta, & quę moralis significatio eorum, dictum est supra, Exo. 28. Oblatio uero huius sacerdotis est Christus in sacramento eucharistię contentus, qui figuratus fuit per uitulum, arietem, & hircum, sicut superius est expressum.

† MO-

A

Qō.55.in Leuiticū.

AVGV. *Duos hircos* Hircus immolandus, a quibusdā in bono accipitur, emittendus in malo, quia qui in eremum mittit, eū lauat vestimēta sua, cū redierit, & corpus aqua, & sic ingreditur in castra. Sed qui alterius hirci carnes extra castra cōbarit abluitur. Districte ergo tangenda est allegorica significatio.

Li.3.aduersus Marcionem.

* TERTVLLIA. Si duorum hircorum faciam interpretationem, nonne illi vtrumque Christi aduentum prefigurant? Pares quidem atque consimiles propter eundem dominum conspectum, quia non in alia venturus est forma, vt qui agnosci debeat à quibus lęsus est. Vnus quidem eorum circundatus coccino, maledictus & consputatus & conuulsus & compunctus a populo extra ciuitatem abiiciebatur in perditionem manifestis notatus insignib. Dominicæ passionis.

†cum.

a vnam domino, & alterā capro emissario. Cuius exierit sors

a Patri. b Verus Aaron sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Psal.109. c Seipsum. d Humani generis.

domino, offeret illum pro peccato: †cuius autem in caprum

a Super quem venit emissionis sors, in quo Christi diuinitas significatur. b Impassibilem custodiens vt deprecetur. nemo.n. potest dimittere peccata, nisi soli Deus.

emissarium, statuet eū viuum coram dño, vt fundat preces 1

b super † eo, & emittat illum in solitudinē. His rite celebratis, 2

Christus. Carnem. a Christo. Humanitate quam saluandam acceperat. b Parentela. c Proprij sacrificij Pontifex.

c offeret vitulum, & rogans pro se & domo sua, immolabit eū. 3

a Lingua erudita igne spiritus repleta. Cherubim, vbi ignis intelligibilis.

d Assumptoq; thuribulo, quod de prunis altaris impleuerit, † 4

a Quia pro multis & de multis, in con.&c. b Orationem. c Quia caro visibilis, ipse autem inuisibilis, Dirigatur oratio mea sicut incensum Lxx. offeret in interiora velaminis.

e & hauriens manu cōpositū thymiama in incēsum, vltra velū 5

f intrabit in sancta, vt positis super ignem aromatibus nebula 6

h eorum & vapor operiat oraculum, quod est supra testimo- 7

h nium, & non moriatur. Tollet quoque de sanguine vituli 8

D

Ioan.10.a.

minat duo hirci, & statuuntur coram domino in ostio tabernaculi testimonii. Ipse enim est verū ostiū, q̄d ducit ad ostiū tabernaculi testimonii, q̄d est in cælis. mittit Aaron super vtrunq; sortem, q[uia] diuinitatem & humanitatem diuidi intelligimus, vt hæc patiatur illa cōsortet patiētem, vnā domino, & alterā capro emissario: Christo s.

b *In solitudinem.* id est in sinum patris, quo null⁹ accedit nisi ipse & spiritus sāctus, abiit ergo, id est, operandi virtutem cohibuit, & portauit iniquitates nostras, non vt haberet, sed vt consumeret. *Deus enim ignis consumens est.*

†hircū aut tē semper quē exierit sors p capro emissario.

Deut.4.d. è cōspectu Domini. Psal.62.a.

In solitudinem, de qua dicitur: *In terra deserta inuia & inaquosa &c.* Ibi hostis locum non habet, vbi Deus manet. In cælum enim diuinitas tempore passionis abiisse dicitur, non locum mutans, sed quodam-

*corā Domino.

Alter vero pro delictis oblatus, & sacerdotibus in pabulum datus, secundæ repręsentationis argumenta signabat, qua delictis omnib. expiatis, sacerdotes templi spiritualis, id est, Ecclesiæ, Dominicæ gratiæ quasi visceratione fruerentur.

Quęst.22.

B

* THEO. Hircus ipse dictus est emissarius tāquam qui emittatur in desertum, quod denotant ea quæ sequuntur. Et assumet hircus super se iniquitates ipsorum in desertum. Verum Symmachus τὸν ἀποπομπαῖον de hirco abeūte, & qui emittitur desertum interpretatur. Aquila autem hirco qui soluitur in solitudinem. Quemadmodum in purificatione leprosi, uno passere mactato, alter illius sanguine tinctus liberabat, ita duobus hirci oblatis pro peccatis populi, vnus sacrificabatur alter emittebat. Porro nemo existimet ineptum, hircos pfigurare passionem Christi, cū ipsum Ioānes appellauerit agnum, sed perpendat quod non pro iustis tantum sed pro peccatorib. etiā mortuus est. Nam ipse Dominus æneum serpentem suiipsius esse figurā dixit. Quamobrem si non quadrat hirci figura, multo minus figura serpentis. Hæc ergo pnunciant terræ salutē, introductio vero hirci peccatum adducentis in desertū, Iudæis erat grauissima, quia reducebat illis in mentē scel⁹ in deserto sępius admissum, & inenarrabilē Domini beneuolentia, per quam iustis suppliciis euitatis in terram promissionis ingressi sunt.

Ioan.3.

In radicibus.

a *Emissario.* * R. DAVID CIMHI. עזאזל Azazel dictio composita ex az.id est, caper, & Azal.i.abiit. Et mons ita vocatus eo quod caper illuc abiret.

Li.2.in Leuit.cap.31.

* RVPE. Hircus iste Antichristus est, Viuens, inquam hirc⁹, eo q̄ non veniet vt Christus, pro peccatis moriturus, sed omnino causæ vel morti eius contrarius. Nam in typum eius Barrabas latro viuens est dimissus, & nunc vsque super illos seditionib. atque homicidiis tyrannisat diabolus, noster aūt Christus pro peccatis nostris mortuus est.

C

ISIC. *Duos hircos stare fa.* quia Christus Deus & homo secūdum humanitatē passus, secūdum diuinitatē impossibilis, sumuntur

modo virtutem cohibens, vt possent impij consummare passionem.

E

Matt.5.b Gal.4.a. Ioan.13.c Ioan.15.a

c *Vitulum*, quādo Christus Iudaicę plebis liberatione offert, vitulus dicitur, quia legis iustificationē obseruabat, vnde ait: *Non ueni legem soluere, sed adimplere, qui factus est ex muliere vt eos qui sub lege erant, redimeret.* Recte ergo dicitur vitulus, quasi mādatis legis subiugatus.

Ex catena Græca.

ISIC. Sacrificium Christi esse quidem carnis per virtutem diuinitatis, & in beneplacito patris, & propitiationē pro peccatis nostris, & ad subministrationem spiritus peragi legislator manifestat.

Psal.140.a Ioan.18.b

d *De prunis altaris, &c.* spiritualib. verbis quæ Ioannes egresso Iuda, in cœna scripsit, quib. exponit quomodo ipse, cum sit in patre & pater in ipso spiritum mittat, quō pater agricola, ipse vitis, palmites apostoli, & alia multa quę ad pietatē accedunt, tanquam carbones ignis.

e *Hauriens manu.* LXX. Implebit manus suas thymiamate, cōpositionis subtilis, subtilia, s. spiritualia orans, non terrena.

* IVSTIN. MAR. Nempe animam eius qui proxime Deū accedere velit, non tepescere oportet, sed spiritu feruere, atq; operibus quæ per manus significantur fugere iustitiæ.

f *Thimiama.* orationem. Vnde, *Dirigatur oratio mea, sicut incensū in conspectu tuo.* Orauit.n. Christus pro discipulis.

g *Vt positis &c.* Aarō pro dignitate sacerdotij. Christū & alios sacerdotes significat. Christus super ignem.i. doctrinam ponit aromata, id est, orationē, & vapor nebulę, id est, virtus orationis, operit oraculū, id est carnem, ex qua nobis propitiatio peccatorū in Christo, qui est & testimonium. Pont autē & quisq; sacerdos de Christo loquens, in igne doctrinæ spiritualis aromata orationis, cuius virtus operit oraculum, q̄d est super testimonium, nec permittit eum q̄rere de passione Christi, q̄ sunt supra virtutem quærentis, & non morietur immoderatis, s. quæstionibus.

F

h *Et non mor.* Caro eius nō vidit corruptionē, quia vapore aromatum

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Vt fundat pre. *quia rogabat Dominum vt pœna debita pro peccatis populi transferetur in illum hircum, vt dicetur infra.*

2 His rite celebra. *Hic consequenter describitur actus immolationis, qui agendus erat in die expiationis, quia sacerdos immolabit pro se & domo sua vitulum quod notatur cum dicitur.*

3 Offeret uitulum, &c. *Et dicūt aliqui quod erat vitula rufa, de qua habetur Nu.18. & quod nominatur hic vitulus pro specie, non pro sexu. Et hoc vr̄ dicere magister in historijs, sed hoc non videtur verum, quia uitula rufa immolabatur extra castra, hic autem vitulus in atrio tabernaculi. Item illa offerebatur pro toto populo, hic autem pro peccato sacerdotis, & domus suæ tantum Item offerens illam erat immundus, offerens autem istum non erat immundus cum haberet ingredi eadem die intra sanctum sanctorum, ad inferendum ibi de sanguine vituli immolati, vt statim subditur. Sunt ēt cum hoc alia plura dissonantia, vt patet intuenti textum hic, & in lib. Numerorum propter qua oportet dicere, q̄d vitulus hic sit alius a vacca illa rufa.*

4 Assumptoque thurib.&c. *s. altaris holocausti, secundum autem ea quæ dicta sunt* Exod.30.a. *istud thuribulum erat intra sanctumsanctorum prope ingressum, & ibi sacerdos portabat corbones viuos, de altari holocaustorum in bacilla, & superponebat incensum, & nebula inde consurgente, intrabat vltra sacerdos in sanctumsanctorum. Hoc etiā videtur per illud quod habetur* Heb.9.a. Aureum habens thuribulum. *Si autem aliquis velit dicere quod illud thuribulum portabatur ab extra intra sanctumsanctorum, oportet dicere quod pro tanto Heb. 9. dr̄ esse in sanctumsanctorum, quia illuc inferebatur in die expiationis vel hic dicitur.*

5 Nebula eorum. *Consurgens de thuribulo.*

6 Operiat oraculum. *id est propitiationem, quod oraculum dicitur, eo quod inde audiebantur diuina responsa.*

7 Quod est. *i. super arcam in qua est lex, quæ testimonium dicitur.*

8 Tollet quoque &a. *immolati pro eo domo sua, vt dictum est.*

* Eras-

matum operiebatur uirtute, s. orationis, de qua dicitur. *Nō dabis sanctum tuum uidere corruptionem.*

a *Contra pro.* quia ad propitiationē nostram & illuminationē Christus passus est q propitiatorium dicit & oriens, unde: *Ecce uir oriēs &c.* Et alibi *Visitauit nos oriens &c.* Vel contra propitiatoriū, id est in cōspectu patris, septies, quia remissionē peccatorū & spiritū sanctum nobis donauit.

b *Cumque mact. &c.* quia de cōmuni massa hominū factus est Christus, recte hirc⁹ vocatur, quia hoc aīal pilis asperum & hirsutū, & pro peccato gñis humani mutat. Vnde conuenienter ait: *Cumq; mactauerit hircum pro peccato populi.* id est humani generis, quod quōdam non populus, nūc autem populus, ex quo eius primitias assumpsit Christ⁹. Vt ergo monstraret de Iudeis principaliter, sed & omnis naturæ, quę ī peccato est primitias Christum portare, vitulū simul & hircū assumpsit, & quia unum sacrificium, & vnus effectus, necessario communia in hirco aguntur & vitulo. Cernis enim quia hircus occidit ante Deum, id est patrem, & sanguis infertur in anteriora velaminis, id est ad eandē patrem & expiatur sanctuarium massa, scilicet humani generis, quę ab initio sancta fuit, & tabernaculum spiritussancti.

c *Tabernaculo testimonij, &c.* Quod superius sanctuariū, hic tabernaculū testimonii vocat. Eadem.n. ratione & sancta & tabernaculū testimonii dr̄ massa humani generis. Sic.n. tabernaculū testimonii cælum est, recte sancta nominatur, cęlestis est hō noster, de quo Paulus ait. *Sicut portauimus imaginem terreni, &c.* hic recte sancta nominatur qui est in medio immunditiarum, quia passionibus carnis opugnatur Christus.

✱ IVSTINVS MARTYR. Quandiu ergo tabernaculum stetit, iubentur Iudęi seruare legē quæ secundum carnē operatur, tēplo vero tabernaculoque sublatis, cessauit lex, spiritus aduenit.

d *Sanctuarium.* Genus humanum carnē assumēdo, ut in proprio sanctuario carnis rogaret per crucem.

Psal. 15. c. | Rom. 3. d. | Zacha. 6. c. | Lucæ 1. g. | Quare Christ⁹ hircus appelletur. | Osee 1. c. | †expiet. | 1. Cor. 15. f. | vbi supra.

a & asperget digitō septies contra propitiatorium ad orientem. (1) b Cumque mactauerit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, sicut pręceptum est de sanguine vituli, vt aspergat a regione oraculi, & expiet sanctuariū ab immunditiis filiorum Israel, & a præuaricationibus eorum, cunctisq; peccatis. c Iuxta hūc ritum faciet tabernaculo testimonii, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando Pontifex d sanctuarium ingreditur, vt † roget pro se, & pro domo sua, & e pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur tabernaculum. Cum autem exierit ad altare, quod coram domino est, oret f pro se, & sumptum sanguinem vituli atque hirci, fundat super g cornua eius per gyrum, aspergensque digito septies, expiet, & h sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel. i Postq̄ emūdauerit sanctuarium & tabernaculū & altare, tunc offerat hircum

(Interlinear glosses: a ¶ Virtutem diuinitatis significat. ¶ Christum. ¶ Humani generis. ¶ Apud patrem. a ¶ In quo iugo crucis gentes subijciendæ monstrantur. a ¶ Genus humanum. a ¶ Lxx. immunditiarum. a ¶ Non quod omnes tunc excluderentur. ¶ Nullus Gentilis, vel Iudæus vel Leuita vel sacerdos. Omnes.n. declinauerunt, simul inutiles facti sunt. ¶ Nemo sancte viuebat. b ¶ Intelligibili. a ¶ Captiuitatem nostram releuans & sedere faciens in cælestibus. b ¶ Thymiamatis, scilicet quod est sedes cherubim. ¶ Causa quare debeat mundari. a ¶ Christum secundum diuinitatem.)

c *Donec egrediatur.* humano, scilicet more spiritum emittens & carnem in sepulchro relinquendum.

f *Et sumptum sanguinem.* Quia passio eius cornua altaris, id est quatuor principales uirtutes sanctificauit.

g *Expiet.* Christi sacrificio expiantur. Vnde: ipsa autem cælestia maioribus hostiis expiantur quam isti.

h *Ab immunditijs.* quātum ad cęlorum uirtutes non indigēt expiari, quæ sunt in sanctificatione perēni. Sed quia frequenter peccatorum nostrorum fumus ascēdit, de quo dicitur. *Ascendit fumus in ira eius.* Et de Niniue. *Malitia eius ascendit coram me.* Recte ab immunditiis nostris expiat supernos choros, vt abominabilem auferat odorē. Ideo non simpliciter aspergit, sed septies, quia venia peccatorum nostrorum cælestia mundantur.

i *Postquam.* AMBROSIVS quoq; in epistola ad Simplicianū ait: Sicut duo sunt in agro, vnus assumit & alter relinquit, ita duo hirci, vn⁹ sacrificat, & alter in deserū emittitur, nulli utilis, nec eē dus a sacerdotū finis. Sicut enim ex alimētis quod bonū est, editur, quod malum est aut inutile, proiicitur, ita & bona opera epulatoria dicimus, q̄ sunt esui apta. Non placebit ergo dño, si māducet sacerdos sacrificium, in quo sit frans oblationis nō sedula cōfessionis synceritas. Ideo hircus iste in desertum dimittēdus est vbi errauerūt patres nostri, nec puenerūt ad terrā pmissionis, sed interiit a terra memoria eorū. Denique

Matt. 27. f | Heb. 9. f. | Psal. 17. b. | Ionæ 1. a. | Mat. 24 d.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et asperget digito sep. *ad denotādum perfectam remissionem peccatorum, quæ septenario numero designatur, eo quod totus decursus temporis septem diebus comprehenditur.*

2 Contra propitiatorium ad orientem. *Dicunt hic aliqui expositores nostri, quod licet tabernaculum sic esset dispositum, quod ingressus esset ab oriente, scilicet modo contrario nostris ecclesiis, tamen adoratio, & aspersio huius sanguinis erat versus orientem, & in hoc approbat ur modus orandi ecclesię, vt dictum est. Sed hoc non uidetur aliqualiter verum, quia si aspersio sanguinis de qua fit hic mentio fieret contra orientem: sequeretur quod facies ipsorum cherubim existētium ex utraque parte propitiatorij essent versus occidentem, & dorsa eorum uersus illam partem tabernaculi, quæ dicebatur sancta, cuius contrarium habetur 2. Para. 3. c. vbi dicitur, quod facies ipsorum cherubim erant versæ ad exteriorem domum, id est, ad illam partem templi, quę vocatur sancta, & dicebatur domus exterior respectu sanctisanctorum, quod dicebatur domus interior. Templum autem Salomonis secūdum omnes doctores fuit dispositum in situ ad modum tabernaculi. Item quod dicitur de approbatione modi orandi, non valet, quia doctores nostri communiter dicunt, quod ideo adoramus uersus orientē, ne assimilemur Iudęis adorātibus versus occidentem. Et ideo dicēdum est, quod cum hic dicitur:* Cōtra propitiatorium ad orientem, *nō accipitur hic oriēs respectu mundi seu tabernaculi, sed respectu propitiatorij tantum, quia cum sacerdos aspergens sanguinem, habuit dorsum ad orientem mundi, illa pars propitiatorij quę obijciebatur suo aspectui, erat eius pars orientalis, pars autem occidentalis erat versus partem posteriorem tabernaculi, ut de facili potest quilibet imaginari.*

Quare versus orientem orandum.

3 Cumque mactauerit hircum pro peccato. *Ille est hircus de quo predictum est, quod per sortem esset immolādus, et de eius sanguine inferebat sacerdos intra sanctum sanctorum.*

4 Et expiet sanctuarium. *Non est intelligendum, quod sanctuariū haberet in se aliquod peccatum expiandum, cum esset res inanimata, sed dicebatur quodammodo pollui, ex peccatis sacerdotum & populi, sicut & ecclesię nostrę pro aliquo facinore in eis facto, vnde & indiget reconciliatione, & hoc est quod dicitur:* Ab immunditiis filiorum Israel &c. *et patet.*

5 Iuxta hunc rit. &c. *id est post expiationem sanctisanctorum expiabit reliquam partem tabernaculi, quę dicebatur sancta, et hoc vocatur hic tabernaculum testimonij quia continebat duas partes tabernaculi: ideo nominatur nomine totius.*

6 In medio sordium habitationis eorum. *In Hebręo habetur,* In medio sordium eorum, *quia tabernaculum erat in medio castrorū. Populus autē habitans in circumitu, frequenter incurrebat sordes peccatorum, quæ redundabant in tabernaculum quodammodo, vt dictū est. Licet autem translatio nostra ad eundem sensum reducatur, credo tamen eam esse corruptam uitio scriptorum, qui acceperunt, t, pro, d, et ideo scripserunt fortium pro sordium.*

7 Nullus hominum sit in tabernaculo, &c. *Quia tūc summus sacerdos debebat esse maxime eleuatus in Deum, et propter hoc excludebatur societas aliorum quę posset impedire ipsum.*

8 Cum autem exierit ad altare, &c. *s. thymiamatis, quod erat extra sanctum sanctorum, ut dictum fuit.* Exodi 23. *propter quod expiato sanctosanctorum, oportebat sacerdotem exire ad expiandum aliam partem tabernaculi, in qua erat altare thymiamatis, quo facto exibat tabernaculum ad offerendum hircum emissarium, et hoc est quod subditur.*

9 Postquam emundauerit &c. *Sequitur, Tunc offerat hircum uiuentem in atrio.*

✱ 1 Con-

nione sunt epulatoria opera vnde. *Erunt sabbatha terræ nobis es-ca.* Epulatoria .n. opera & refectoria requies in Deo, quę facit animi tranquillitatem.

Esa. 58. d.

a *Et posita vtr. &c.* Manus impositio benedictionem ministrat in sacrificio, aut remissionē peccatorū, aut spiritum sanctum quæ esse non possunt in eo super quem cadit sors diaboli. Multæ quoque circunstantiæ sunt, quæ illi sententiæ contradicunt.

*Et posita.* Vt ostendatur quia uerbū Dei impassibile immorale, in carne pro nobis sufficiens sacrificium suscepit, huic rectè omnia peccata imponuntur, qa pctā nostra pertulit in corpore suo. LXX. Imponet ea super caput hœdi ui ui. In quo significatur spinea corona capiti ei⁹ impressa. In spinis em̄ significātur pctā.

† assuetū i. qui multis tpibus abiit in ipsum desertum.

* lineis.

Esa. 53. b. 1. Petri 2. b. Matt. 17. c

B

Allegoric.

b *Per ho. &c.* Christū qui est omnia, sui sacrificij sacerdos, sacrificiū, cultus, & altare. Paratus secundum illud: *Ego autem non contradico, retrorsum non abij, corpus meū dedi percutientibus &c.* Christ⁹ ergo seipsum per hœdū viuum immolās, ipse se per hominem paratū, id est, propriam uirtutē mittit hircum uiuentem in solitudinem, immortalē scilicet, impassibilemq; diuinitatem ad inuia nobis loca, & omni malitia deserta, unde, *Sciens Iesus quia omnia dedit ei pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit.*

Esa. 50. b.

Ioan. 13. a. Luc. 16. f.

Hom. 9. in Leuiticū.

C

ORIG. in Homil. super Leuiticum, hircum q domino immolat, dicit significare eos qui ad sortem domini destinātur, sicut Lazarus ille, qui in sinū Abrahę deportat ab angelis. Hircum uero q dimittit in eremum, reprobos significare, uel Iudaicum populū, qui a facie Domini pro peccatis suis abiiciūtur, sicut diues purpuratus in inferno sepultus. Hominem vero paratum, Christū vel angelos eius, vnde recipit vnusquisq; quod meretur.

D

c *Ille uero qui dimi.* ORIGE. Ascendit in cor tuū concupiscentia, quęlibet cogitatio praua, abiice, sors est apopei. Abiicies autē, si habueris tecum parati manum hominis, id est, silentio diuina sit in manib. tuis, & ante oculos pręcepta Dei, tūc vere eris paratus. Similiter si cętera uitia ascēderunt in cor tuum, expelle, mitte in eremū. Si vero ascendat in cor tuum misericordia, iustitia & pax, & huiusmodi: hęc de sorte Domini sunt, offerūtur ad altare, pontifex accipit & reconciliat Deum tibi. Is ergo ī quo est sors apompei, nō est piger, nec est occupatus secularib. sed paratus, prōptus, & uigilans. Qui si sordescere videtur, quia ɔtingit immūdū, lauabit vestimenta sua, et erit mūdus. Hoc moraliter advnumquenque nostrum pertinet. Homo paratus, ipsa ratio quæ intra nos est, per quā nobis boni malique discretio est, quę si uidetur sor descere, quia discutit, & pertractat quæ mala sunt: tū si ea abiiciat, tunc melioribus cogitationibus purificata ac diluta uidebitur munda. Christus quoq; lauare dicitur uestimēta sua, & fieri mundus propter illud: *Vidi Iesum sacerdotem magnū indutum vestimenta sordida.* Quod si intelligitur de assumptione carnis, & hic in lauandis uestibus potest eadem figura seruari.

I bidem.

† expiabit.

E

Zach. 3. a.

¶ Quia omnia peccata nostra portauit.

a viuentē, & posita vtraque manu super caput eius, confiteatur [1] omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atq; pec-

¶ Deo.

b cata eorum, quæ imprecans capiti eius emittet illū per homi- [2]

¶ Christus qui portauit peccata nostra.

nem † paratum in desertū. Cumque portauerit hircus omnes [3]

a ¶ In cęlum. ¶ Qui ante captus inter homines.

iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in

a ¶ Christus verus Montanus. b ¶ Cælum.

deserto, reuertetur Aaron in tabernaculum testimonii & de-

a ¶ Sordibus mortalitatis & passibilitatis, quibus indutus est pro peccatis nostris.

positis vestibus * quibus prius indutus erat, cum intraret san-

a ¶ Lotam manifestabit carnem. b Cælo.

ctuarium, relictisque ibi, lauabit carnem suam in loco sancto [4]

a ¶ Glorię suæ. vnde: Dominus regnabit, decorem &c. b De mundo. c ¶ Patri. ¶ Seipsum. ¶ Quod nemo poterat offerre nisi ipse.

indueturque vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit ho [5] [6]

a ¶ Assistens vultui Dei pro nobis. b ¶ Membris suis.

locaustum suū ac plebis, † rogabitq; tam pro se, quam pro po- [7]

a Pinguedinem charitatis. b ¶ Vt holocaustum pinguefiat. c ¶ Seipsum.

pulo, & adipem qui oblatus est pro peccatis, adolebit super al-

a ¶ Christus. b ¶ Assumpta immortalitate & impassibilitate. c ¶ Ante sordida.

c tare. Ille vero qui dimiserit caprū emissariū, lauabit vestimēta [8]

a ¶ Angelorum, vel ecclesiæ de qua dicitur: Terribilis vt castrorum acies ordinata.

sua & corpus aqua, & sic ingredietur castra. Vitulum autē & [9]

hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorū sanguis illatus est in sanctuariū, vt expiatio cōpleretur, asportabunt fo- [10]

ras castra, & cōburent igni, tam pelles quam carnes eorum, ac fimum. Et quicunq; combusserit ea, lauabit vestimēta sua, & [11]

a Mense

F

NICOLAVS DE LYRA

* 1 Confiteatur omnes iniquitates &c. *Non explicando oīa in particulari, quia impossibile erat tunc fieri, tum propter breuitatem temporis: tum quia sacerdos non omnia peccata populi sciebat: sed in generali, sicut facimus in confessione facta in principio missę, vel huiusmodi.*

2 Quæ imprecans capiti eius emittet illum, &c. *Qui rogabat dominum vt pœnam debitam pro illis peccatis vellet trāsferre in hircum illum, qui emittebatur in desertum, vt ibi relinqueretur a feris deuorandus pro hominibus morte dignis pro suis peccatis.*

Pōtifex in dedicatione ecclesię

3 Cumque &c. *Descripta expiatione, hic consequenter describitur cultus celebrationis, quæ consistebat in consummatione sacrificij, in crematione illorum quæ erant cremanda in altari holocaustorum, & in crematione incensi super altare thymiamatis, & in isto officio summus sacerdos deponebat vestimenta linea, in quibus prius ministrauerat, & accipiebat ornamenta pontificalia. Cuius rationem assignant doctores nostri: quia ministerium expiationis quod præcesserat, debebat fieri cum humilitate, sed consummatio sacrificij cum solennitate & ad similitudinem huius pontifex euangelicus in aspersione basilicæ, quam dedicat, quasi in expiatione eius, lineis & minoribus vtitur indumentis, & etiam in sabbatho baptismali, & consecratione fontium, & in immersione cathecumenorum: cum scilicet transferuntur peccata eorum, similibus vtitur indumentis. Cum autem his peractis administrationem accedit altaris, pontificalibus & pretiosis vestibus infulatur, vt dicit magister in historijs. Rab. Salo. aliam rationem assignat dicens: quod cum vestibus lineis intrabat sanctumsanctorum, vt minister esset sicut dominus, quod est sic intelligendum, quia sanctumsanctorum erat locus ipsius Dei, quasi ipsum repræsentans, vt dictum fuit Exod. xxv. & ideo propitiatorium aureum, & aliæ quæ erant ibi aurea, erant quasi quædam Dei ornamenta, propter qd pontifex nō debebat ibi ingredi cum aureis ornamentis, sed ministerium quod agebat extra sanctum sanctorum in ornamentis pontificalibus in quibus erat aurum (vt dictum fuit Exodi 28.) exercebat, & secundum vtrumque dictum, in tali mutatione vestium, manus & pedes lauabat in labio æneo. & hoc est quod sequitur.*

4 Relictisque ibi. *s. vestimentis prioribus.*

5 Lauabit carnem suam in loco sancto. *Quia labium prędictū erat in atrio.*

6 Indueturque uestibus suis. *id est, pontificalibus sibi appropriatis quia prius ministrauerat in vestimentis lineis, quæ erant communia etiam sacerdotibus minoribus, & consequenter describitur consummatio ministerij, cum dicitur.*

7 Et postquam egressus obtulerit &c. *Et patet litera ex prædictis. Et subditur quid debeat facere ille, qui duxerat hircum in desertum, cum dicitur.*

8 Ille uero qui dimiserit caprum emissarium, lauabit uestimenta sua & corpus aqua. *Per aspersionem aquæ expiationis, I quæ erant commisti cineres vaccæ rufę.*

9 Vitulum autem & hircum, qui pro peccato fuerāt immolati, & quorum. &c *Sequitur.*

10 Asportabunt foras castra. *ad designandum, quod deberet totaliter a peccato elongari, quantum ad actum & circunstantias, & occasiones peccati.*

11 Et quicunque combuserit ea, lauabit uestimēta sua, & carnem aqua &c. *aqua aspersionis modo supradicto.*

* 1 Me c

carnē aqua, & sic ingredietur castra. Eritq. vobis hoc † legitimum sempiternum. † Mense autem septimo, decima die mensis affligetis animas vestras, nullumq. facietis opus, siue indigena, siue aduena, qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio erit vestri atque mūdatio, ab omnibus peccatis vestris, coram domino mundabimini. Sabbathum. n. requietionis est, et affligetis animas vestras religione perpetua. Expiabit autem sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt, vt sacerdotio fungatur pro patre suo. Indueturq. † stola linea & vestibus sanctis, et expiabit sanctuariū, et tabernaculum testimonii atque altare, sacerdotes quoque et vniuersum populum. Eritq. vobis hoc legitimum sempiternū, vt † oretis pro filiis Israel, et pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat domin[9] Moysi.

a Veniet dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.
a In qua passus est Christus.
a Omne seruile opus non facietis in eo.
a Christus, quia Iudæorum sacerdotes non poterant, impossibile. n. erat sanguine taurorum aut hircorum peccata auferri.
b Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lętitiæ prę consortibus tuis.
a Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Psal. 109. a.
b Obediens patri vsque ad mortem. Phil. 2. b.
c Pro sacerdotib. Iudæorum, qui hęc consummare non poterant, de quib. Christus secundum carnem.
a Quia Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. 1. Pet. 3. c.

A Vbi supra 11. 25.

a Mense autem septimo. ORIGEN. In qua solēnitas repropitiationis, & in qua solū pōtifex solus indutus omnibus pontificalibus vestibus & semel in anno, ingredit in sancta sanctorum. Populū enim derelinquens, ingreditur vbi est repropitiatorium, & super repropitiatorium cherubim, vbi est arca testimonii & altare incensi, quo accessus est soli pōtifici. Pontifex est Christus qui per totum annum cū populo erat, de quo dicitur: *Euāgelizare pauperibus misit me, & vocare annum acceptum domini.* Et semel in isto die repropitiationis intrat in sancta sanctorū, id est impleta dispensatione penetrat cęlū; & intrat ad patrem, vt faciat eum propitiū, & exoret pro omnibus in se credentibus. Dies repropitiationis manet nobis, donec occidat sol, id est mundus sine accipiat. Stamus enim pro foribus, opperientes pontificem nostrum, commorantem intra sancta sanctorum, & orantem pro peccatis eorū, qui se expectant, super quos sors eius venerit, vt sint pars domini, & electio, non pro ea parte quæ pro indignitate sua spernitur & abiicitur. Vnde dicitur hircus apompæus, id est abiectus & refutatus.

Allegoric. Esa. 61. a. Lucæ 4. c. † expietis filios.

b Stola linea. ✱ RADVLPHVS. Linum cū de terra nascatur multo labore, natiuū colorem deponit, & quem prius nō habuerat, candorem assumit. In lino ergo castitas intelligitur, quia caro nostra, & immundo cōcepta semine, sine multa corporis & spiritus afflictione, ad munditię honestatem nequaquam perducitur.

D † statutum. Hircus a pompæus. † vestibus lineis. Lib. 12. in Leuit. c. 1.

## NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio. 1 Mense autem septimo, &c. *Hic consequēter describitur circa expiationem ritus successionis: quia pertinebat ad summum sacerdotē ministerium illius diei, præmittitur tamen tempus, cum dicitur:*

1 Mense autē septimo decima die mēsis. *In reuolutione cuiuslibet anni,* affligetis animas vestras. *Quia sicut pdictū est, erat dies expiationis peccatorū sacerdotū & totius populi, ideo generaliter omnes debebant per ieiuniū affligi in corpore, & per debitā cōtritionē, in mēte.*

2 Expiabit autem sacerdos, qui unctus fuerit & cuius manus initiatæ, &c. *Id est summus sacerdos, qui in officio patris successerit, & exequetur officium expiationis sicut prædictum est.*

3 Fecit igitur. *Scilicet Aaron. qui erat summus sacerdos.*

4 Sicut præceperat dominus Moysi *Quia adueniēte decima die septimi mensis celebrauit dictam expiationem, eo modo quo supra determinatum est.*

## ADDITIO

*In capitulo 16. vbi dicitur in postilla.* Vitulū offert pro peccato. *Cum iste vitulus non solum ab Aaron, sed a successoribus suis semel in anno, sin die expiationis esset offerendus, vt patet in fine capituli huius, non videtur rationabiliter dictū: quod offerebatur pro peccato Aaron, ad nihil. n. videbatur proficere summis sacerdotib. ipsi Aaron succedentibus, facere memoriam prædecessoris sui, de hoc in quo peccauit, merita enim patrum præsentantur a filijs in suis orationibus sicut in multis locis habetur, non autem demerita, vnde melius videtur dicendum, q vitulus iste offerebatur pro peccato proprio summi sacerdotis offerentis, quicunq; esset ille, quia nullus erat sine peccato, vnde sequitur in litera:* Cūq; obtulerit vitulū, orabit, p se & pro domo sua. *& hoc est et q dicit Apostolus ad Heb. 9.* In scdo aūt introibat semel i anno solus pōtifex, nō sine sanguine quē offerret pro sua & populi ignorātia. *Quod autem aries immolaretur in memoriam arietis Isaac, est consonum rationi. s. vt Deus haberet in memoria merita patrum. s. Abraam immolantis, &c. & Isaac, qui ad immolandum se obtulit.*

E REPLICA *correctorij contra Burgen. In c. 16. postillator dicit oblationem vituli semel per summum sacerdotem factam in anno inter cętera in rememorationem peccati Aaron. Sed Burg. dicit hoc irrationabile, quia nihil proficiebat summis sacerdotib. huiusmodi memoria, etiam quia in orationibus debent rememorari merita patrum, nō demerita. Respondeo q rationabile est, vt in orationib. & oblationib. fieret rememoratio non modo virtutis, sed etiam peccati prædecessorū. Ibi enim fit rememoratio collatę gratiæ, hic remissionis, & veniæ, & ablationis culpę. Quid mirū si vitulus non pro peccato Aaron, sed in memorationem peccati Aaron offeratur sicut aries in memoriā obedientię Isaac? &c. Nec est verum q solum merita patrū, non demerita reducantur ad memoriam orantium & offerentium, quia scriptura sacra plena est huiusmodi modis orandi.* Peccauimus cū patrib. nostris, &c. *Vide Daniele, Hester, Tobiā, Iudith. &c. Nec esset irrationabile, q quilibet sacerdos offerens vitulū, reduceret ad memoriā, q illius vituli oblatio esset memoria ablutionis culpę proprię, sicut quondā fuit culpę paternę, quę erat in vituli fabricatione, & sicut vitulus aliquando fuit populo causa idolatrię, ita eius immolatio fit memoria placationis diuinæ. Ad hoc Deo mactare studuerit, q aliquando stultus populus adorauit, & q hęc non irrationabiliter ad memoriam reduci possunt.*

F

## CAP. XVII.

ET locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere Aaron et filiis eius, et cunctis filiis Israel, et dices ad eos: Iste est sermo quē mandauit dominus dicens:

Omnibus communiter datur hæc lex.
a Autoritas præcepti. Non homo.

a ET locutus est &c. Præsenti lege demōstratur quia nō tm Moysi, sed omnibus communiter loquitur dominus Omnes scire cupit quod omnib. expedit, legem. s. temporalem esse, & expleto suo tempore, obseruari superuacue. Expletio vero temporis, perfecta destructio loci, in quo sacrificia prę cepit offerri, intimando eum qui extra castra siue foris tantum extra tabernaculum testimonij sacrificauerit, interire de populis suis ut scilicet destructo tabernaculo, & loco, sacrificia finem habeant. Sanctas uero actiones & quæ ... humanam ... mentem,

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVII.

Diuisio. 1 ET locutus est dominus. *Postquam actum est de purgatione generali, quę fiebat per quędam sacrificia (vt visum est) hic consequenter agitur de loco sacrificij, & primo determinatur sacrificij locus, secundo excluditur Gentilis ritus, ibi:* Homo quilibet de domo Israel. *Circa primum probatur extra locum sacrificij immolatio, secundo oblatio, ibi:* Homo de filiis Israel. *Circa primum dicitur sic.*

E

mente, vt patrē & matrē honorare, & proximos diligere, & si milia, loco non circūscripsit, quia semper possunt, & cū euāgelio cōueniūt. Quicunq; ergo nūc figuras agunt destructi loci, sanguinē effundunt, & cōmunē conuersationē maculant, in cōe peccant, sicut qui sanguinem fundunt. Eorum quoq; sanguinem fundunt, quos exemplo suo in errorē mittunt.

a *Homo quilibet, &c.* Quasi figurę legis temporales sunt, & in loco certo sunt, quo destructo non possunt manere.

b *Si occiderit ouem.* AVGVSTIN. Non de his dicit qui occident ad vsum vescendi. Priuata enim sacrificia prohibuit, ne sibi quisque sacerdos esse audeat, sed illuc afferat vbi per sacerdotem offerat. Hoc namque in consuetudine cauendum præmonuit. Cum ergo non liceret offerri sacrificia, nisi in tabernaculo, cui templum successit, Helias tamen extra templum sacrificauit, quando & ignē de cęlo impetrauit, & prophetas dæmoniorum cōuicit. Sed cum iubet ille qui legē cōstituit, aliquid fieri quod in lege prohibuit, iussio ipsa pro lege habetur, quæ a legislatore datur. Spiritus enim Dei qui erat in Helia, quicquid in hac refecit, contra legem esse non potuit, quia dator est legis.

✠ PROC. Prohibentur Iudæi alibi quā ad tabernaculum victimas cędere, & in hunc modū ab idololatria illos dehortatur Moyses. Nam si cui conceditur immolandi plena potestas, facile profecto prolabitur in veritā religionē, & exorietur illud poetæ: Alius alii deorum sacra faciebat. Hinc satis manifestū est, in solis tabernaculis sanctis, nempe in Ecclesiis peragendū esse Christi mysteriū. Nā de agno paschali preceptū est, ī vna domo edi iubetur. Non enim sacrificiū illud efferēdū est in hæreticorum domos, imo hereticorum conuenticula fugiēda sunt.

c *Et nequaquam vltra immolabunt hostias suas dæmonibus, &c.* Cū à domino dictum sit: *Non facies tibi idolum, nec omnem similitudinem eorum quæ in cælo sunt sursum, & in terra deorsum, & quæcunq; subtus terram:* conflatilem vitulum fecerunt, & ei sacrificium obtulerunt, abligurire cupientes sacrificium. Lex ergo quasi pędagogus eorum pręcipit Deo sacrificare, vt in hoc occupati abstinerent se à sacrificio idolatriæ. Talia tamen sanciuit sacrificia, quibus mysteria significentur futura.

d *Cum quibus fornicati.* Idolatriam fornicationem vocat, quia Deus despōdit sibi animas nostras. Dicitur ergo fornicatio ab illo discessio. Terret etiam eos qui in carne fornicantur, cū peccati fornicationis comparat idolorū cultui & dæmonū oblatiōi.

e *Homo de domo Israel, &c.* AVGVSTIN. Si idē repetitur mandatum, necessariū & vtile ostenditur, sed tñ superius tantummodo occidentem, ut faceret sacrificium, sed non perficiētē iussit puniri. Ait enim: *Qui occiderit bouem, aut ouem, siue in castris, siue ext. castra, etc.* vbi prohibetur ab eo quod tētat, hic aūt ait: *Qui obtulerit holocaustum siue victimam, &c.* iā pfectū sacrificium significans, pari tñ pena plectuntur. Qui.n. incipit, & si liceat facere, nihil differt ab eo qui fecit. Vtriq. enim pena deputat, vt de populo suo eiciatur, ne de circūcisione glorietur, ne de genere Israel dicatur, sed inter preputiū habentes reputetur. Qui ergo nunc legis figuras ext. templum celebrant, frustra se Israelitis vel Iudæos iactant.

f *De aduenis.* Gentilib. qui non sunt coniuncti Iudęis sed apud nos.

Exo. 20. c. | testimonii. | Quæ. 56. in Leuit. literaliter | B | † quicunque. | 3. Re. 18. f. | † offerat. | C | D | Exo. 20. a. | Exo. 32. b. | Gal. 3. d. | E | 1. Cor. 10. e | Vbi supra | F

a Homo quilibet de domo Israel, si occiderit ouem, aut boue, 1
b siue capram in castris vel extra castra, & non obtulerit ad 2
ostium † tabernaculi *(Vbi tantum licet offerri.)* oblationem domini, sanguinis reus *(Homicidij.)* 3
erit. Quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi
sui. Ideo sacerdoti offerre debent filii Israel hostias suas, quas 4
occidunt in agro, vt sanctificentur domino ante ostium ta- 5
bernaculi testimonii, & immolēt eas hostias pacificas domino. Fundetque sacerdos sanguinem super altare domini, ad
ostium tabernaculi testimonii, & adolebit adipem in odorē
c suauitatis domino: & nequaquam vltra immolabūt hostias 6
d suas dæmonibus, cum quibus fornicati *(Recedendo a vero sponso.)* sunt. Legitimum
sempiternum erit illis, & posteris eorum. Et ad ipsos di-
e ces: Homo † *(Lxx. Homo, homo.)* de domo Israel, & de aduenis, qui peregri- 7
nantur apud vos, qui obtulerit holocaustum *(a Iam perfectum non modo inceptum.)* siue victi- 8
mam, & ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit 9
eam, vt † *(Lxx. homo, homo.)* offeratur domino, interibit de populo suo. Homo 10 11
f quilibet de domo Israel & de aduenis, qui peregrinantur in- 12

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Homo quilibet, &c. *Non est intelligendum hoc de qualibet occisione, quia licitum erat talia animalia, quæ sunt etiam immolatitia occidere in casu & comedere, non solum ext. tēplum, sed etiam ext. Hierusalem, vt habetur Deut. 12. sed intelligitur de occisione per modum sacrificii, quæ non fuit licita ext. atrium templi postquam templum fuit ędificatum per Salomonem, nec ext. atrium tabernaculi ante templi ædificationem, & hoc notatur per hoc quod subditur.*

2 Et non obtulerit ad ostium, &c. *Ex quo patet, quod loquitur de occisis per modum sacrificij.*

3 Reus erit. Quasi si sanguinem fuderit. *s. humanum, quia puniendus est, sicut de homicidio.*

4 Ideo sacerdoti offerre debent filii Israel hostias suas. *Aliter enim vsurparent sibi officium sacerdotis, sicut faciunt idolatræ, vnde subditur.*

De conse. d. 2. c. non oportet.

5 Quas occidunt in agro. *Id est occidere consueuerunt. Idolatræ.n. in agris & alijs locis indifferenter pro sua voluntate immolabant hostias idolis, & in hoc filij Israel imitabantur eos saltem, pro magna parte antequam per legem eis datam determinaretur locus sacrificij, scilicet ipsum tabernaculum ante ædificationem templi, & postea ipsum templū quod successit tabernaculo.*

6 Et nequaquam vltra immolabunt hostias, &c. *Sicut faciebāt ante dationem legis, ritum Gentilium imitantes.*

7 Homo de domo Israel. *Hic consequenter prohibetur ext. locum sacrificij determinatum oblatio, cum dicitur.* Homo de domo. Israel *id est Iudæus natione.*

8 Et de aduenis. *Id est de conuersis ad Iudaismum.*

9 Qui obtulerit holocaustum, &c. *Hoc dicitur ad comprehendendum omne genus sacrificij.*

10 Et ad ostium tabernaculi testimo. &c. *i. ext. locum determinatum à Deo quodcunq; sacrificium obtulerit.*

11 Interibit de populo suo. *Et sic patet, quod eandem pœnā incurrit immolans sacrificiū ext. locum determinatum a Deo & offerens, & ideo si vnus immolaret sacrificium laudis, & alius offerret, pari pęna eßent puniendi. Sciendum autem, quod immolare sacrificium & offerre ext. tabernaculum vel templum, fuit prohibitum ad vitendum idololatriam, ad quam Iudæi erant proni, quia si licitum fuißet cuilibet immolare vbi vellet, sicut faciebant Gentiles idololatrę, cito ad Gentilem ritum declinaßent. Si aūt aliqui sancti legūtur immolaße & obtulisse sacrificium extra tabernaculum, sicut de Manue legitur Iud. 13. Vel extra templū, sicut de Helia legitur 3. Regum 28. hoc fuit per reuelationem Dei, sicut patet de Manue, qui hoc fecit per monitionem Angeli. Et Helias in mōte Carmeli fecit hoc instinctu spiritußancti, quod patet in miraculo sequenti, quia ignis descendit de cælo & consumpsit sacrificium eius in signum diuinæ acceptationis. Illa enim quæ sunt mala, eo quod prohibita, quia possunt esse occasio mali: cuiusmodi est offerre sacrificium Deo extra locum determinatum, sunt dispensabilia, secus autem est de his quæ sunt per se mala, nec possunt per se fieri.*

Immolare sacrificiū ex tabernaculis.

12 Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui pereg. &c. *Hic consequenter prohibetur modus gentilis. Gentiles enim aliqui de sanguine animalium immolatorum idolis, edebant, & ideo prohibitus fuit generaliter Iudæis esus sanguinis, non solum ratione prædicta, sed ne per hoc promptiores fierent ad effundendum sanguinem humanum, & hoc est quod dicitur.*

9 Qui ✠ 1. Si

MORALITER.

✠ In hoc capitulo cū dicitur: 12 *Homo quilibet de domo Israel, si occiderit ouem, &c.* Nō prohibetur quælibet occisio animalis, sed illa quæ fit per modū sacrificii vel oblationis, quæ prohibita fuit fieri ext. locum a Deo determinatum, qui primo fuit tabernaculum Moysi, postea vero templum Salomonis, & per vtrunq; figurata fuit ecclesia, ext. quam non est licitum fieri sacrificium, sicut faciunt hæretici & schismatici.

✠ Sangui-

nos. Apud eos quippe fuimus, ut legem eorũ & prophetas, & promissam hæreditatẽ habentes, non tamen ipsis sed Deo adhærentes, ppterea iuxta LXX. homo homo dixit, ut ostendat tam, eos qui in circuncisione, quam qui in præputio adhærent Deo, hoc debere mandatum seruare.

a *Comede sang. &c.* Sanguinem, homicidium itelligimus: fratris odium, homicidium est. *Qui enim odit fratrem suum homicida est.* Abstinendum est igitur ab omni odio fratris, quia super talem animã, quæ talem comedit sanguinem secũdum illud, *Qui deuorant plebem meam sicut escam panis*, obfirmat faciem suam Deus, Christum sc. qui est imago patris. *Qui etiam videt filium, videt & patrem.* Ipse enim iudex est, ideo dicitur: *Vultus autem domini super facientes mala, vt per. de ter. me. c.* Ipse autem comedẽtem sanguinẽ perdit de populo suo, de cõmuni. s. hominũ genere, qa sicut misericordem & impium cum malignis spiritibus mittit in ignem æternum, *qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Vt autem ostenderet quantum debe mus esse misericordes, quãtũ diligentes, ostendit, quia pro expiatione nostra sanguinem suum fuderit dicens: *Ego dedi illum vobis sanguinem s. Christi.*

ne alteri noceamus, propterea percutienti maxillam & alteram dare, & auferenti pallium, tunicã dimittere, & non iudicio cõtendere, ne ex contentione vel ... patiendo ipsum corrigere. Ideo legislator sanguinem ... recapitulat, ut fraudes, & astutias ... variis ...

a ter † eos, si comederit sanguinẽ, obfirmabo faciẽ meã contra

a Vita carnalis, quæ finitur morte.

b animam illius, & disperdam eam de populo suo, quia anima

a Sanguinem Christi.

carnis in sanguine est, & ego dedi illum vobis, vt super al-

a Crucem in qua fusus est sanguis. Alias meo. b Christi. c Sex, quæ ab ipso ...

tare meum expietis pro animabus vestris, & sanguis pro anima piaculo sit. Idcirco dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis, qui peregrinantur inter vos. Homo quicunque de filiis Israel, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos: si venatione atque au-

Quemlibet vulgarem carnalem & passionibus incubantem, sed castitatem communium expetentem.

cupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est,

a Orando, confitendo. Vnde Psal. ... in conspectu eius orationem meam.
b Peccatum quod peccauit. c Id est peccata quæ commisit ... ex fragilitate ...

f fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. † Anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filiis Israel: Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est, & quicunque comederit illum, interi-

a In peccato mortuum.

g bit. Anima quæ comederit morticinum, vel captum a bestia, tam de indigenis quam de aduenis, lauabit vestimenta

a ... b Hominem exteriorem.
a ... b Sepulturæ vel ...

h sua, & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum, & hoc ordine mundus erit. Quod si non lauerit vestimenta sua, vel corpus, portabit iniquitatem suam.

Sine ... c. ... d. ... quod ad sanguinem ... pertinet ... *Congregauit ... & sanguinem innocentem ...* Et rursus ... *sicut passer ... est de laqueo venantium.* Hoc est, si peccatum viderit eũ, qui venationi & dolo, ex infirmitate vel simplicitate expositus est. e *Vel auem, &c.* Id est qui a terrenis se remouet, quibus vesci licitũ est, tales enim ... & auge comedunt. ... *Operiat illum terra, &c.* Peccata confitentium terra operit, tanquam inferus ... pœnitentiam mortificata, quorum prohibitus est clamor ad cœlos ascendere, quo ascendebat clamor Sodomorum, qui nolebant pœnitere.

g *Anima quæ comederit, &c.* Superius dictum est. Quæ tetigerit morticinũ a bestiis capta, i. qui in talibus communicauerit: hic autem dicitur: *Anima quæ comederit*, totum s. peccatum suum fecerit, & ex eo voluntatem suam expleuerit.

h *Lauabit vestimenta sua, &c.* PROC. Quæ dicuntur de abluendis vestibus, huc pertinent, ut eluamus mortifera opera, ut puri reperiamur in futuro seculo. Nã, inquit, impurus erit vsq; ad vesperã, & purus erit. Vespera portendit consummationẽ. Idcirco agnus immolabatur sub vesperã ... Qui uero nõ fuerit lotus, sed in ... spiritu sãcto ... Ideo fertur, *Qui non fuerit natus in aqua & spiritu, in regnum cœlorum non ingredietur.* Quibus uerbis percelluntur impij & increduli.

b *Anima carnis.* AVG. Aliqui vitale est in sanguine, quia per ipsum maxime in hac carne viuitur, quia per omnes venas corporis diffunditur. Ipsam vitã corporis vocauit animam, non non vitã quæ migrat ex corpore, sed quæ morte finitur. Qua locutione dicimus illam vitam temporalem esse, non æternam, moralem, nõ immortalẽ, cum sit immortalis anima quæ portatur ab angelis in sinu Abrahæ, & cui dicitur: *Hodie mecum eris in paradiso.* Secundo hoc dicit Apostolus: *Non facio animam meam pretiosiorem me*: vbi se ostẽdit paratum mori pro eu[an]gelio. Animam enim quæ migrat ex corpore pretiosiorem faciebat, cui tantum meritum acquirebat.

c *Homo quicunque.* ISICHIVS. Multa Deo cura est de nobis, ne alteri ... [continuation above]

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si comederit sanguinem. *In Hebræo habetur ... dam, id est omnem sanguinem. Ex quibus patet quod esus sanguinis generaliter est prohibitus.*

2 Obfirmabo faciem meam, &c. *Id est firmiter & absque retractatione puniam eum morte.*

3 Et disperdam eam, &c. *Semen eius delendo.*

4 Quia anima carnis *id est vita*, in sanguine est, *id est principaliter ibi consistit.*

5 Et ego dedi illum uobis, ut super altare. *Quia sanguis animalium immolatorum pro peccatis filiorum Israel partim ponebatur super altare holocausti, & partim effundebatur ad basim eius, vt frequenter dictum est supra. Sequitur.*

6 Quibus uesci licitum. *Ad excludendum feras & aues immundas supra determinatas ...*

7 Anima quæ, &c. *Hic consequenter prohibetur alius modus Gentilis, quia aliqui Gentiles, comedebant carnes animalium per se mortuorum, vel laceratorum a bestiis, quod prohibetur hic. & intelligitur de animalibus secundum speciem suam licitis ad esum, & hoc fuit superius prohibitum, ideo tamen hic replicatur, vt si aliquis fecerit contrarium per ignorantiam, & postea delictum suum cognouerit, sciat quid debeat facere, quod ostenditur, cum dicitur.*

8 Lauabit uestimenta sua & semetipsum aqua, &c. *Et patet litera ex supradictis.*

NICO-

MORALITER.

† *Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, &c.* Per hanc prohibitionem moraliter intelligitur prohibitio detractionis, in qua comeditur sanguis animarum, & similiter homicidij, per quod effunditur sanguis corporum, & sic traditur bestiis, & anibus ad incorporandum, & similiter prohibetur oppressio innocentum, in qua comeditur sudor & sanguis eorum.

CAP. XVII.

A a Ego dominus. Quasi dicat cognoscite vestrum creatorem, diligenter seruare eius præcepta.

✻ THEOD. Quod Moyses fere vbiq; vsurpat de Deo loquens id Paulus filio Dei proprium ascribit. Qō. 24. in Leuit.

b Iuxta consuet. Intentionem totius legis aperit, vt à malis abstineamus, & bona teneamus. Deut. 32.

✻ THEODORET. Quidam aiunt illa à Deo esse interdicta, quæ nusquā acciderunt, quis enim ferat vt matri suæ permisceatur? Nunquam Deus interdixit, eo quod a nemine tentatū est. Testimonio est huius legis procemium: *Iuxta consuetudinem terræ Aegypti non facietis.* Docet enim quæ perpetrata sunt ab eis, & talia phibet agere. Quod autem similia multa perpetrentur, testes sunt Persæ, qui hūc vsque diem, matrib. sororib. & filiabus, nuptiarum lege permiscentur. Vbi supra sum.

✻ PROC. Ostendit Deus suas cōsuetudines plurimum differre a consuetudinib. hominum, hortaturq; vt redeant in viam, ex qua deflexerunt impie, vnde habetur in psalmo: *Vide an via iniquitatis sit in me, & deduc me in semita æterna.*

✻ RADVL. Difficile antiquus vsus deponitur, maxime si illi ad quos transimus in eadem peruersitate inueniātur. Quasi enim duplici acie cōtra nos pugna cōsurgit, cū hinc recolim⁹ mala quæ fecimus, illinc corā oculis quotidie habemus, quos ad peccandū imitari possimus. Ille itaq; Dei populus, necessario fuerat pmonendus, vt malitiā vbiq; diffusam attētius euitaret, ne aut pristina sua consuetudine traheretur, aut habitatorum regionis ad quā vocabatur, peruersitatem imitaretur. Lib. 13. in Leuit. c. 4.

C D

c Neq; in. Non enim solū a fornicatione, auaritia, & superbia, sed etiā a diuinationibus & auguriis & omnium gētium superstitionibus præcipit abstinere. Nu. 23. d.

d Viues in eis. Ego domi. Quia in ipsis vera vita in Christū credentibus, quia *qui videt filium, & credit in eum, habet vitam æternam.* Hoc in prioribus indiciis & præceptis nō addidit: lex enim non viuificat, nisi euangelium superueniat. Ioan. 6. d.

e *Omnis homo ad proximā.* Prohibet ne astute ad peccantes in lege, cognationis occasiōe accedam⁹, vt tandem turpia facta eorum cognoscentes prodamus, vnde subdit: *Ego dominus.*

† statutis.

† Ro. 10. a

E

*Omnis homo,* Lxx. *homo ad omnem domesticam carnis ipsius non accedet, etc.* Quemadmodum. n. homo duplex, sic duplicia præcepta, interiorem & exteriorem hominē docentia. Lex exterior consanguineis misceri prohibet, sicut gentes quarū hæreditatem accepturus erat Israel, qui adeo dissolutus & deditus carnis voluptatibus, vt unus multas vxores acciperet, ut sic saltē ab alienigenis abstinerent. Generationes ergo legislator exequi-

litera. iter.

F

CAP. XVIII.

Locutusque est dominus ad Moysen dicēs: 1 Loquere filiis Israel, & dices ad eos: E- 2 go [Qui hoc præcipio. Cuius vos serui.] ✻ Dominus Deus vester: Iuxta consue- 3 tudinem [Lxx. studia.] terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem regio- 4 nis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis: neque in † legitimis [Religionibus.] eorum ambu- 5 labitis. [a Id est quæ ex iudicio & discretione præcipio.] Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & 6 [Proficiendo. a Hoc secundo dicit, in quo vetus & nouum testamentum innuit.] ambulabitis in eis: Ego dominus Deus vester. † Custodite 7 leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis. 8 [a Non auditores legis iusti sunt, sed factores. a Quasi rationalis, qui n. accedit non est homo, sed iumentum. Genus proponit cui & species supponit.] 9 Ego dominus Deus vester. Omnis homo ad proximam sangui- 10

a b c d e (margin letters)

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVIII.

1 Locutusq; est dominus. *Postquam posita sunt præcepta atmotiua immunditiæ, hic consequenter ponuntur precepta ordinatiua vitæ, & primo quantum ad ordinationem communis status, secundo quantum ad ordinationem cultus, c. 21. Prima in duas, quia primo dantur præcepta absolute, secundo cum determinatione penæ c. 20. Prima adhuc in duas, quia primo ordinatur homo inquantum est principium propagationis, secundo prout est principium humanæ operationis, c. xix. Prima adhuc in tres, quia primo ponitur inductio ad obseruantiam dicendo ibi: Secundo subditur explicatio preceptorum ibi:* Omnis homo. *Tertio concluditur comminatio respectu transgressorum, ibi:* Nec polluamini. *Circa primū primo ponitur inductio ex auctoritate præcipientis, cum dicitur,* Diuisio.

2 Ego dominus Deus ve. *q. d. licet sim Deus omniū per creationem, & dominus per generalē gubernationē, sum tamen uester Deus specialiter per eductionem de Aegypto, & legis dationē, & per specialē protectionem & promissionem, ut patet ex decursu libri Exodi.*

3 Iuxta consuet. *Licet intendat excludere a filijs Israel omnem Gentilem ritum, & omnem modum viuendi inordinatum, tamen specialiter exprimit Aegyptios, quia filij Israel diu habitauerāt inter eos, et aliqua de ritu & moribus eorum acceperant.*

4 Et iuxta morem. *Quia in terra eorum habitaturi erant, & homines de facili accipiunt mores terræ in qua habent habitare, & potissime quia Aegyptij & Chananæi erant vitiosi in his quæ postea prohibentur* Iuxta morem, *id est, mores eorum non agetis.*

5 Neq; in legitimis eorum, &c. *id est in eorum ritu colendi ambulabitis. Secundo ponitur inductio ex vtilitate obedientis ipsum dicitur.*

6 Facietis iudicia mea: *Quantum ad præcepta iudicialia.*

7 Et præcepta mea seruabitis. *Quantum ad moralia.*

8 Custodite leges meas. *Quantum ad ceremonialia. Et quæ sit utilitas huius obseruationis, exprimitur cum dicitur.*

9 Quæ faciens homo viuet in eis. *Primo vita naturæ, quia secundū decursum veteris testamenti patet q quādiu filij Israel seruauerunt Dei mandata, fuerunt in quiete & prosperitate, quando autem declinauerunt à Dei obedientia, fuerunt dati in gladium, famem, & captiuitatem. Secundo vita gratiæ, quia licet opera legis secundum se accepta non iustificarent, tamen inquantum fiebant ex obedientia ad Deum, & fide mediatoris venturi, iustificabant, propter quod talis iustificatio in sacra scriptura attribuitur fidei & obedientiæ ad Deum. Tertio vita gloriæ apud Deum, quia illa opera erant meritoria vitæ æternæ modo iam dicto, non tamen habendæ statim, sed amoto impedimento generali per mortem Christi* Premium seruantium mandata Dei.

10 Omnis homo, &c. *Hic consequenter ponitur explicatio præceptorum ordinantium hominē prout est principium propagationis. Debita autē propagatio impeditur dupliciter. Vno modo ex illegitimatione personarum. Alio modo ex inordinata copula carnali, & ideo primo excluduntur personæ illegitimæ ad contrahendum, secundo casus inordinatæ copulæ, ibi:* Ad mulierem q patitur menstrua. *Circa primū excluduntur primo personæ illegitimæ ratione consanguinitatis, secundo ratione affinitatis, ibi:* Turpitudinem patrui tui. *Circa primum dicitur sic.* Diuisio.

Omnis homo ad proximam, &c. *Non est intelligendū per hoc quod omnis gradus consanguinitatis sit prohibitus in contractu matrimonij, sed illi gradus sunt prohibiti qui inferius exprimuntur. Alij autem concessi intelliguntur.*

✻ 1 Tur

MORALITER.

✻ 1 *Locutus est dominus ad Moysen dicens.* In hoc cap. ponunt prohibitiones de reuelationib. turpitudinum, per quas intelligunt moraliter reuelationes indebito modo factæ peccatorum occultorum, & psonæ hic notatæ ad personas diuersorum statuum possunt applicari. Per patrem. n. omnis superior vel senior pōt intelligi, sm illud. Est pater ætate, pater ille vocatur honore. Per patrem & amitam & nouercam omnis mulier senior uel bñfica sicut mater. Per fratrem carnalem seu legalem pōt intelligi omnis coæuus, & maxime canonicus. Per sororem uero carnalē uel legalē oīs mulier coæua, maxime Xpiana. Per filium hominis, homo iunior & discipulus. Per filiam intelligit nurus vel neptis quocunq; modo, & omnis mulier iunior & discipula. Reuelare igit peccatū occultū cuiuslibet personarum dictarum indebite, mortale est eius turpitudinem reuelare, & ppeccata occulta istarum psonarum intelliguntur peccata occulta omnium aliarum personarum, nisi fm formam charitatis. s. ei qui præest & potest prodesse, & personarum & statuum periculis præcauere.

✻ Ad mu-

A exequitur per ordinem, a quib. continere debent, ne confundantur generationes, & disperéant hæreditates taliū coniunctione turpitudinem appellat, vt abominandam horendāq; ostendat. Notādumq; quod cum in principio huius legis dixisset: *Ego dominus Deus vester*: Iterauit, *ego dominus*, significans, quia nobis carne coniunctus est, & nostræ cognatiōis particeps, tantā ergo cognationem offendere dānabile est.

15.q.8.c. hęc salubriter. 30.q.3.c. pitarium.

a *Ego dominus.* Non manifestans peccata hominum, sed delēs & tegens quod fuerit confessione deletum vel detectum.

b *Turpitudinem, &c.* AVGVS. Prohibet cū matre concumbere. Ibi enim est turpitudo matris & patris. Nam postea prohibet nouercæ, ubi dicit: *Turpitudinem uxoris patris tui non reuelabis, turpitudo enim patris tui est.* Vbi exposuit quomodo in matre utriusque sit turpitudo, id est patris & matris. In nouerca enim tantum patris est. Prohibet nos reuelare quęlibet peccata a cognatis vel amicis nobis credita, ne, si maledictionē Cham patiamur, quia patris nuditatem fratribus patefecit. Patres intelligimus, de quib. Paulus dicit. *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Fratres quoque & matres & sorores*, de quib. addidit. *Iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenculas ut sorores*, postremo cum omnib. fidelib. cognationem habeamus, secundum illud: *Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Iuxta LXX. decem gradus cognationis enumerantur, cuius numeri sunt oīa mandata legis, ostendens quia quisquis turpitudinē spiritualiū, carnaliū vel cognatorum reuelat, totius legis trāsgressor est. In charitate. n. peccat, quę plenitudo legis est.

Qō. 58. in Leuit. Gen. 9. d. 1. Tim. 5. a Rom. 13. c Quæst. 59. Leuit. literaliter.

c *Foris genita est.* AVGV. Ex matre, si de priori viro suscepta cū matre in domū uenit, sed cū huiusmodi sorore rem hre prohibet, si non licet turpitudinē sororis reuelare ex quolibet parente, quanto magis ex utroq. Quid autem est, q interposita prohibitione concubitus, etiam cum suis neptibus siue de filia, sequitur. *Turpitudinem filiæ uxoris patris tui non reuelabis.* Si enim hucusque dixisset, intelligeremus etiam cum filia nouercæ prohibitum fuisse concubitum, quam ex priore viro nouercæ peperisset, nec huius cui prohibetur, esse soror, vel ex patre vel ex matre. Cum uero addidit, *Quæ ex eodem patre soror tua est, non reuelabis turpitudinem eius* manifestat de sorore esse factam prohibitionem, cum fuerit ex patre & ex nouerca, de qua iam supra dixerat. Sed forte apertus voluit prohibere, quod superius dixit obscure.

d *Filiæ uxoris, &c.* AVGV. Non cum filia nouercæ ex priori viro videatur prohibere concubitum, cū ei cui prohibetur soror nō sit, uel ex patre uel ex matre, addidit quod ex eodem patre.

Vbi supra.

e *Turpitudinem fratris patris, &c.* AVGVSTI. Quæritur utrum hoc, uiuo fratre an mortuo prohibitum sit? Si fratre uiuo, hoc in generali continetur præcepto, quo prohibetur homo ad alienā vxorem accedere. Quid est ergo quod tam diligenter domesticas personas propriis distinguit prohibitionibus? Num enim quod prohibet de vxore patris, id est de nouerca, uiuo patre accipiendū est, & non potius de mortuo, viuo enim parte quis nesciebat esse prohibitum, cum oīs aliena vxor prohibeatur? Videtur ergo de his personis loqui, q possunt nō habētes viros cōuenire in matrimoniū, nisi fuerit lege prohibitum, sicut fertur esse consuetudo. Persarum. Sed si fratre mortuo ītelligat hoc esse prohibitū, mortuo fratri non erit semen suscitandū. Sic ergo accipiendum est. Non licet ducere uxorē fratris defuncti, si defunctus posteros reliquit. Vel prohibitū est uxorem fratris duci, cui datus est libellus repudii. Posset. n. aliquis putare quod talem liceret sibi ducere, & adulterium non timere.

Quæst. 60. † propinqua. E Exo. 20. c. † vxor fratris patris tui est.

✱ RADVL. Vnde Ioannes arguebat Herodem, quod uiuenti fratri tulisset uxorem.

Deut. 24. b F Lib. 13. c. 4

f *Nec accedes &c.* LXX. *Et ad uxorem eius non introibis.* Proinde hanc. n. turpitudinem dicunt patris & fratris eius, id est patrui pudenda, s. vxoris.

g *Turpitudinem uxoris fratris.* In matre cōcupiscentia, actio intelligitur in filia, in nepte mors. *Concupiscentia. n. parit, peccatum, peccatum, mortem*, uel aliud peccatum, sicut Dauid ex concupiscentia adulterauit, & pro adulterio occidit.

Iacob. 1. b.

a nis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius. Ego dominus.
¶ Hac locutione cum his personis concubitum vetuit.
b nus. † Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ 1
a ¶ Cum matre peccando. ¶ Ne confundantur generationes, & idem fit filius & frater.
non discooperies: Mater tua est, non reuelabis turpitudinem 2
eius. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: tur- 3
pitudo enim patris tui est. Turpitudinem sororis tuæ ex pa- 4
a ¶ Ex parte.
c tre siue ex matre, quæ domi vel foris genita est, non reuela- 5
bis. Turpitudinem filiæ filii tui, vel neptis ex filia non reue- 6
d labis, quia turpitudo tua est. Turpitudinem filiæ vxoris pa- 7
tris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuela- 8
bis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies, quia † 9
caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris tuæ non re- 10
e uelabis, eo quod caro sit matris tuæ. Turpitudinem fratris 11
¶ Alias patrui. 12
f patris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, † quæ
tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non 13
reuelabis, quia vxor filii tui est, nec discooperies ignomi- 14
g niam eius: Et vxorem fratris sui nullus accipiat. Turpitudi- 15
nem vxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris 16
a ¶ Id est, ne putes tibi ambas habere licere.
tui est. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. 17



NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Turpitudinem patris. &c. pro id est, Turpitudinem matris tuæ. *In hoc. n. prohibetur concubitus cum matre, quia si ipsa sit uxor patris, tūc reuelatur turpitudo patris, quia uir & uxor sunt una caro, & sic est ibi reuelatio duplicis turpitudinis sc. patris & matris. Si autem non sit uxor, tunc est ibi reuelatio vnius turpitudinis, s. matris & hoc est quod subditur.*

2 Mater tua est, non reuel. &c. *& patet.*

3 Turpitudinem uxoris patris tui. *id est nouercætuæ. Et in omnibus istis per reuelationem turpitudinis intelligitur quicunque concubus carnalis, unde & membra deseruientia concubitui dicuntur uerenda.*

4 Turpitudinem sororis tuæ ex patre. *tantum.*

5 Siue ex matre. *tantum, & multo fortius si ex utraque parte.*

6 Quæ domi uel foris genita. *i. in matrimonio uel extra matrimonium.*

7 Turpitudinem filię filii tui, &c. *Cuius causa subditur, cum dicitur*, quia turpitudo tua est, *quia filius & filia sunt de patris substantia.*

8 Turpitudinem filiæ uxoris patris tui. *Non est aliud præceptū a præcedenti de sorore, ut ut dicunt aliqui, sed est magis explicatiuū causa, cum dicitur.*

9 Et est soror tua. *Scilicet ex parte patris. Vel dicendum, quod differt a præcedenti, sicut pars a toto, quia in præcedenti prohibetur concubitus cum sorore, tam ex parte patris, quam ex parte matris, & hoc siue genita sit in matrimonio siue extra, hic autem prohibetur cōcubitus cum sorore ex parte partis tantum, & genitæ in matrimonio.*

10 Turpitudinē sororis patris tui. *i. amitæ, & eodem modo prohibetur matrimoniū inter fratrem & taliam eiusdē, quia idem gradus est*

11 Turpitudinē sororis matris tuæ, &c. *Cuius causa subditur. cum dr:* Eo quod caro sit matris tuæ, *quia ipsa & mater tua, in eodem gradu descenderunt a patre.*

12 Turpitudinem fratris patris tui. *Hic consequenter excluduntur personæ ratione affinitatis. Et primo excluditur uxor auunculi, secundo nurus propria, cum dicitur.*

13 Turpitudinem nurus tuæ. *Cuius causa subditur, cum dicitur:*

14 Quia uox filii tui est. *Et per consequens est una caro cum eo.*

15 Et uxorem fratris sui nullus accipiat. *Hoc non est in Hebræo nec in libris correctis.*

16 Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis. *Cuius causa subditur:* Quia turpitudo fratris tui est, *quia uir & uxor sunt una caro. Excipitur tamen casus, scilicet quando frater moritur sine liberis, tunc enim frater uiuens non solum potest eam accipere in uxorem, sed etiam tenetur eam accipere, ut suscitet semen fratri suo defuncto, ut habetur Deuter. 25.*

17 Turpitudinem uxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. *In Hebræo habetur: Turpitudinem mulieris & filiæ eius, quia prohibetur accipi filia cum matre uel post ipsam.*

A a *Vt reueles ignominiam eius.* Quasi familiare & cognatum est nobis peccatum. Vnde inuicem debemus condolore, & one nostra portare, vt ad impleamus legem Christi, qui peccata nostra portauit. (1. Reg. 1. a. Gal. 6. a. 1. Pe. 2. d.)

b *Sororem vxoris tuæ.* AVGVST. Non prohibet quamlibet superducere, quod licebat antiquis propter abundantiam propagationis, sed sororem quod tamen fecit Iacob, uel quia nondũ prohibitum lege fuerat, vel quia suppositionis fraude deceptꝰ erat, quam uero posterius accepit, de placito ueniebat, sed iniustum erat priorem dimitti, ne faceret eã mœchari. (Gen. 30. b.)

a Neptem vxoris de filio tuo, vel de filia prohibet duci vxorem.

a Filiam filii eius, & filiam filiæ illius nõ sumes, vt reueles ignominiam eius, quia caro illius sunt: & † talis coitus incestus est. b Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec

a Opera eorum publicando, non tamen parces si non scandalizentur auditores.

c reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. d Ad mulierẽ quæ patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem

Sapientia. a Gentilis qui proximus in natura. b Communicando. c Actionis doctrinæ.

e eius. Cum vxore proximi tui non coibus, nec seminis cõmi-

a Intantum vt polluatis.

f stione maculaberis. De semine tuo non dabis vt consecretur

a Lxx. principi. b Hoc ad singula referatur supradicta. c Cuius gloria singularis incommutabilis.

g idolo Moloch, nec pollues nomẽ Dei tui: Ego dominus. Cũ

a Quia contra naturam. b Quia viriliter agentem & fortem non debes effœminare. c Symmachus, ineffabile.

masculo non cõmisceberis coitu fœmineo, quia abominatio

(1 2 3 4 5 6 7 8 9)

polluitur, fontes vero & cisternę & omnis aquarũ congregatio munda decernitur. Fontes namq; sunt doctorũ mẽtes. Cisternæ vero sunt auditores. Sed quia doctores nũc de virtutib. nunc de vitiis disputãt, laudant illas, ista redarguũt, auditores quoq; ista mente pertractant, fit vt siue in doctorum fontib. siue in auditorum cisternis immũda claudantur, quorũ tamen præsentia nõ polluuntur, quia aliud est uitia cogitare, aut de uitiis loqui sub deliberatione peccandi, aliud, si ea intentione discutiãtur, ut subtilius agnita facilius euitẽtur. Scriptura igitur sacra multa in suis tractatibus immunda recipit, quorũ tamen tactu non contaminatur, quia fluuiꝰ hic paradisi sordes abluere potest, contrahere nũquam potest. († flagitium est.) D E

B c *In pellicatum illius non accipies nec reuelabis.* Lxx. in zelum illius, quasi hoc esset zelus inter sorores, quasi non sit & inter non sorores. An potius ne hoc animo fiat, ut in zelũ sororis soror supducatur? *In pace nos uocauit Deus, pacẽ cum omnib. habeamus*, maxime cũ proximis. In Iudaica quoq; cõuersatione nõ decet ecclesiasticã suscipere; nec typicũ pascha cũ uero celebrare, nec circũcisionẽ cum baptismate. Vnde Paulus: *Si circuncidimini, Christus uobis nihil proderit.* Mortificata ergo Iudaica cõuersatione ecclesię debet coniungi quę est soror legis, eosdẽ habet doctores, eosdem prophetas. Sed Iudaica conuersatio æmulatur, quia ad ecclesiam transierunt diuitiæ eius. Vnde Paulus ait: *Aemulantur vos non bene, sed excludere uos, &c.* Vxor nanq; prior zelat, quia subintrat secunda. Vnde Lia ait: *Paruñe tibi videtur, quod præripueris maritum mihi?* (1. Cor. 7. c. Rom. 12. d. Gal. 5. a. Gal. 4. c. Gen. 30. b.)

d *Ad mulierem.* AVG. Cum hoc superius sufficienter ꝓhibuisset, hic et repetit, forte ne in superiorib. uideretur figurate accipiendum, vbi talia prohibentur, quæ remota obseruatione umbrarũ in nouo testamento custodienda sunt. In Ezechiele quoque inter illa peccata quæ non figurate, sed manifesta peccata sunt, accedere ad menstruatam interdicitur, & iustitiæ meritũ esse si non accedatur, qua in re non natura damnatur sed concipiendæ proli noxium prohibetur. (Qõ. 64. in Leuit. supra 15. d. Ezech. 8. b.)

✱ RADVL. Multi cum in scripturis talia reperiunt abominãtur, auerunt auditum, & pene legem diuinam reprehendunt. Sed meminisse debemus, qđ superius legimus, cum immundorum tractatus haberet, uasa omnia lignea & fictilia, pelles & cilicia, quicquid illud sit, super quod immũdum ceciderit, pol- (Lib. 13. c. 4.) C

e *Cum uxore.* ISIC. Hic prohibetur rursus adulteriũ, quod et ĩ decalogo prohibetur, vnde apparet illa ita esse prohibita, ut etiam mortuis viris non ducant uxores, quarũ prohibuit turpitudinem reuelari. (Quæst. 65. Exo. 20. c.)

f *De semine.* ISIC. Conuenienter hęc subiunguntur. Intẽdit. n. legislator a libidine tam sensibili quam intelligibili, legi sub ditum cohibere, unde prohibetur & menstruata, vxor quoque proximi, quia in tali commistione adulterium est non coniungũ. Vnde subdit: *Nec seminis cõmistione maculaberis.* Vnde: *Coniugium autem honorabile est, & thorus immaculatus.* Cum ergo de duplici fornicatione loqueretur, recte adiũgit. *De semine tuo non dabis ido &c.* Semen aũt non solum filios & consanneos, sed omnem actionem & doctrinam intelligimus, q̃ idolis consecrare nõ debemus, *quia radix omnium malorũ cupiditas, quæ est idolorum seruitus.* Sed nec ea docere debemus, q̃ ad idolatriam pertinent. Sic. n. ad mulierem menstruatam nõ ingredimur. nec in errore Gentilium miscemur. (Heb. 13. a. 1. Tim. 6. b. Ephes. 5. b.)

✱ THEO. Propterea Deus inquit per prophetam: *Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, filij Israel? Et tamen recepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rẽpham, figuras quas fecistis vt adoraretis eas.* Inhibet ergo ne filios suos offerant idolis in ministerium sacrorum, vel vt quidã dicunt, prohibet ne liberos suos dent alienigenis principib. vt illorum sint serui, ne participes sint impietatis. (Amos 5.) F

g *Nec pollues.* Non solum luxuriando, vel idolis immolando, sed

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Filiam filij eius & filiam filiæ illius nõ sumes, ut re. &c. *Cuius causa subditur.*

2 Quia caro illius sunt, & talis coitus in. *Qua descenderunt ab ea, licet mediate.*

3 Sororem uxoris tuæ in pellicatum. *Id est ad cõcubitum. In Hebræo habetur:* Sororem vxoris tuæ nou accipies ad anxiandum *quia si una sit magis dilecta quam alia, oritur inuidia minus dilectæ ad magis dilectam, & per consequens odium & anxietas ultæ inter illas, cum tamen inter sorores debeat esse pax & concordia & amor, & propter hoc subditur.*

4 Adhuc illa uiuente. *Quia si prima soror sit mortua, talis inuidia non oritur, & ideo alia soror tunc non accipi prohibetur.*

5 Ad mulierem. *Hic consequenter excluduntur aliqui casus, q sunt contra bonum prolis ex inordinato coitu seu emissione seminis, cum dicitur:* Ad mulierem quæ patitur menstrua, &c. *Quia ex tali concubitu solet generari proles monstruosa seu defectiua, ut dictum est supra.*

6 Cum uxore. *Quia hoc non solum est contra proximi fidelitatem, sed etiam contra prolem, inquantum falsus hæres substituitur, & uerus defraudatur, saltem in parte.*

7 De semine. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo accipiendo semen pro spermate, quia sic aliqui sacrificabant idolis de sanguine suo, vt patet 3. Reg. 28. de sacerdotibus Baal, qui incidebant se cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine, ita etiam aliqui idolatræ faciebant sacrificium de suo semine, quia est sanguis magis digestus. Alio modo exponitur accipiendo semen pro puero nato ex semine, quia aliqui idolatræ sacrificabant de pueris suis idolo prædicto. Erat enim vt Hebræi dicunt, idolum cupreum ad formam hominis factum interius concauum & in illa concauitate fiebat ignis, quousque idolum esset quasi ignitũ & tunc ponebatur puer inter manus idoli, & sacerdos tympana percutiens tantum sonitum faciebat, quod uox pueri morientis audiri non poterat, ne parentes compaterentur, sed magis crederent animam acceptam a dijs inquiete & sine dolore.* (De semine dare. Sacrifici de pueri.)

8 Nec pollues nomen Dei tui. *Scilicet attribuendo ipsum idolis.*

9 Cum masculo, &c. *Quia talis coitus est contra naturam, & vocatur Sodomiticum vitium, a Sodoma ciuitate, quæ propter hoc scelus subuersa legitur, Gen. xix. Similiter alij duo casus sequentes sunt contra naturam, & magis quam iste, quia in eis commistio est ad animal alterius speciei, & patet litera.*

✱ 1 Nec

## MORALITER.

✱ 5 *Ad mulierem.* Per hanc mulierem intelligitur sensualitas secundũ Augustin. & ratio dicitur vir eius secundum eũ. Mulier igitur dicitur menstruata, quãdo sensualitas est vitiis corrupta, ad q̃ vir accedit, quando rõ in malo sibi assentit, & ex tali assensu sequit partus peccati malus, sicut ex accessu ad mulierem menstruatam de communi cursu sequitur partus monstruosus.

7 *De semine.* Sicut dictum est supra semẽ est uerbum Dei, igitur semẽ idolo Moloch consecratur, quãdo ad exercẽda sortilegia nequiter applicatũ, sicut uenenum latens sub melle propinatur.

✱ Mulier

sed & Gentilium philosophiam in ecclesiam introducendo. Quis enim consensus templo Dei cum idolis.

a *Mulier non*, Non solum viris, sed etiam mulierib. lex posita est. Vnde: *Mulierem fortem quis inueniet*? Sicut enim masculus animā fortem & constantem in virtutibus significat, sic mulier dignitatem suam custodientē designat, facta est enim in adiutorium uiri, quae uero talis est, non debet iumentorum coitu maculari.

b *Nec polluamini in*. ISICHIVS. Quanta pollutio sit in praedictis, poena pollutorum ostendit. Nec incaute praetereundum, quia ea quae inuicem sibi coniuncta sunt, in unum colligit, vt ostendat, quia qui in uno pollutus fuerit, in omnibus offendit.

c *Contamina. sunt gentes, &c.* Daemones, qui propter multitudinē dicuntur gentes uniuersae. Qui cum omni peccato gaudeant, praecipue tamen fornicatione & idololatria, quia in his & corpus & anima maculatur, & totus homo qui terra dicitur. Sed uisitauit Deus terram, id est hominum genus.

RADVLPHVS. Post admonitionem, terrore inteutat dicens, *cauete ergo*. Sed quia minus est terrena haereditate nudari, subingit qd magis timendum sit, dicens, *Omnis anima quae fecerit, &c.*

d *Omnis anima, &c.* Qui enim post euāgelicam praedicationem talia commitunt, aliam mali medicinam non inueniunt, nec in sorte hominū, sed demonum erunt.

e *Custodite mandata mea.* Quasi mea sunt mandata, non hominis, ad cuius imaginem facti estis, quam polluere non debetis *quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis*.

RADVLPHVS. Quam blanda & paterna admonitio. Profecto se ad infirmitatem intelligentiae illorum deposuit, nihil loquitur arduū nihil mysticum reformat, sed plana & aperta collocutione, tum minis, tum promissionibus ad obseruantiam eos sanctitatis inuitat.

(Marginalia: 1. Cor. 9. c; Prou. 13. b; Gen. 2. c; Iac. 2. b.; Mysticè.; 1. Cor. 6. d.; Vbi supra; † inf. 20. c.; 1. Cor. 3. c.; Vbi supra)

[23] est. Cum omni pecore non corbis, nec maculaberis cū eo. † a mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei, quia scelus est. [24] b Nec polluamini in omnibus his quib. contaminatae c sunt gentes vniuersae, quas ego eiciam ante conspectum vestrum, [25] & quibus polluta est terra, cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. [26] Custodite legitima mea atq; iudicia, & non faciatis ex omnib. istis abominationibus, tam indigena quam colonus, qui peregrinatur apud vos. [27] Oēs. n. execrationes istas fecerunt accolae terrae, qui fuerunt ante vos, polluerunt eam. [28] Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gentem, quę fuit d ante vos. [29] Omnis anima quę fecerit de abominationibus his e quippiam, peribit de medio populi sui. [30] Custodite mandata mea. Nolite facere quae fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. Ego dominus Deus vester.

(Interlinear glosses: Cum actionibus, s. bestialium, vt nefandis voluptatibus polluaris. — Praedictis. — Quantitas poenę quantitatem culpę ostendit. — Pollutionem. — Visitauit nos or. ex al. — Scabrones etiam contra eos producendo. — Daemones qui dixerunt: Si eiicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Matth. 8. d. — Qui in lege nutritus & ab infantia. — Qui doctus desoris vobis adiectus, non intus nutritus. — Daemones, qui antiquiores sunt conditione. — Humanam, s. terram: Adae suggerente inobedientiam, & quotidie mala suggerunt. — Quia a domino visitati estis. — Intelligibilis terra. Vnde: Discedite a me male. in ign. aeter. qui pa. est, &c. Matt. 25. d. Et item: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, &c. Psal. 6. b. — Similia. — Nunc, & prorsus in futuro. — Quorum pęna debetis terreri. — Hoc tertio dicit. In duobus. n. testibus vel tribus, stat omne verbum.)

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec polluamini. *Hic concluditur comminatio respectu transgressorum, & ponitur exemplum de Chananaeis propter uitia praedicta a terra sua delendis, cum dicitur.*

2 Quas ego. *Et ex hoc concluditur propositum.*

3 Custodite legi. *i. praecepta ordinantia ad Deum.*

4 Atque iudi. *i. praecepta ordinantia ad proximum.*

5 Ne & uos sim. *i. ignominiose & turpiter eijciat tanquam abominabiles Deo & hominibus.*

6 Omnis anima. *i. homo.*

7 Peribit de med. *per iudicium humanum si fuerit conuictus, uel per iudicium diuinum si euaserit humanum.*

Morale. *Circa ca. istud potest poni breuis moralitas, per reuelationem enim turpitudinis intelligitur indebita detectio criminis, quae fit xij. modis, secundum quod xij. uicibus hic dicta reuelatio replicatur. In primo gradu est detractor, qui dicit tali quid, vt minus de alio habeatur, in secundo est maleuolus, qui tacendo innuit, vt peius suspicetur, in tertio reprehensor, qui nimis exaggerat, vt grauius credat, in quarto susurro, qui in aure loquitur, quasi ex charitate moueat, in quinto bilinguis, qui alter de praesente, aliter de absente loquitur, & vnum vni, & alterum alteri, in sexto adulator, qui praesentem etiam de malo commendat, vt ei prę alijs placeat, in septimo aemulator, qui iuxta malū alterius bona ppria fingit & demonstrat, ut fama alterius vilescat, in octauo murmurator, qui malum seminat, vt omnibus clareat, in nono maledicus, qui verba mala recitat, ut turbatio excitetur: in decimo simulator, qui mala aliorum exaggerat, ut ipse iustus putetur, in vndecimo diffamator, qui ex relatione malorum apparentium verba bona obnubilat, vt innocens condemnetur, in duodecimo mendax, qui de alijs falsa refert scienter, ut in hoc delectetur. Signum enim habitus generati est delectatio in opere ij. Ethicorum.*

NICO-

MORALITER.

† a *Mulier nō, &c.* Moraliter mulier succūbit iumento, quādo discipulus mollis & effoeminatus doctori pestifero se subiicit, & per talem doctrinā discipulus iumentis insipientib. computatur, & similis illis efficitur.

MORA

ADDITIO I.

In capit. xviij. vbi dicitur in postil. *Quae faciens homo viuet in eis.* Cum hic dicitur: Quae faciens homo uiuet in eis, *non uidetur intelligendum de vita naturae. Nam licet verum sit, quod in statu veteris testamenti prosperitas & aduersitas filiorum Israel communiter sequebatur ex obedientia uel inobedientia eorum respectu mandatorum Dei, hoc tamen erat in uniuersali respectu totius populi, non autem respectu cuiuslibet personae singularis. Multi enim iusti etiam in illo tempore affligebantur & persecutiones patiebantur, ut patet de Iosia rege, & Ieremia, & alijs. Vnde quia hic loquitur singulariter dicens.* Quae faciēs homo uiuet in eis, *intelligendum est de uita gratiae uel gloriae, prout in postilla sequitur. Non autē de uita naturae, iuxta illud Eccl. 9. a.* Vniuersa aeque eueniant iusto & impio, &c.

ADDITIO II.

*In eodem c. 18. ubi dicitur in postilla:* Omnis anima. *i. omnis homo peribit de modio populi sui per iudicium humanum.*

*Non est intelligendū, quod ubicunq; dicitur in lege:* Peribit de medio populi sui, *quod talis transgressor per iudicium humanum interficiatur, si fuerit conuictus, esset. n. ualde durum dicere, quod per comestionem modici adipis uel sanguinis, aut per inuentionem modici fermenti in alicuius domo in Paschate, condēnaretur homo sententia capitali, unde secundum Hebraeos numerantur in lege Mosaica 36. casus in quibus dicitur:* Peribit uel interibit de populo suo, *quorum aliqui sunt in quibus iudicio humano conuicti erant rei morte corporali, alij uero non sic, sed semper relinquebantur iudicio diuino. Qui autem sint isti casus, uel illi, esset longum enarrare & superfluum, cum iam ista quae pro maiori parte iudicialia sunt, cessent.*

AD-

## CAP. XIX.

a Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad omnem cętum filiorum Israel, & 1 2
a ¶ Quia estis templum Dei. ¶ Recte sanctificationem proponit, quia fundamentum virtutis est.
dices ad eos: † Sancti estote, quia ego san- 3
a ¶ Quasi sine sanctitate non potestis mecum esse.
b ctus sum dominus Deus vester. Vnusquis- 4
c que patrem suum & matrem suam timeat. 5
a Id est condescendere his, quos idolorum lex vana & prophana deprimit.
d Sabbatha mea custodite. Ego dñs Deus vester. Nolite conuer- 6
a ¶ Quorumlibet animalium statuas, vel pecuniæ thesauros, quos quasi Deos adorant, qui congregant, nec inde aliquid minuere præsumunt. b ¶ Non alio indigetis.
ti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis: Ego dñs Deus ve- 7
a Vel salutarium, ea scilicet quæ ad salutem pertinent operando.
e ster. Si immolaueritis hostiam pacificorum domino, † vt sit 8
a ¶ Deo acceptabilis. b In præsenti sol. vita.
placabilis, eo die quo fuerit immolata, comedetis eam & die 9
altero. Quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne
a ¶ Vt post hanc vitam putet se quod minus fecit perfecturum.
comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea, prophanus

CAP. XIX.

A Homi. 11. in Leuit. Sanctum quid dicatur. Exo. 30. c. Ezec. 48. b Exo. 13. b.

a Locutus est dñs &c. *Sancti estote.* ORI. Quid significet hoc nomen quod est sanctum, requirendū est. Sancta dicunt vasa ministerii, & sancta vestimēta, loca quoq. in vrbib. vel suburbiis, sacerdotibus deputata sancta dicuntur, & primogenita boum vel pecorum. Si ergo intueamur quo sensu hæc dicunrur sancta, aduertimus quomodo operam demus ut sancti simus. Natus est mihi primogenitus bos, non licet eū occupare ad commune opus, quia domino sanctus: Nulli ergo quod sanctum est seruire debet nisi Deo soli, ad vsus cōmunes communib. debemus vti. Qui ergo se Deo uouit, separatus a negotiis seculi, & ab his qui carnaliter uiuunt, ut ei placeat cui se probauit, sanctus appellat. (B) Dū.n. vulgo miscetur, nō pōt esse sanctus. *Sācti estote, &c.* Quasi *separamini etiam a fratre inordinate ambulante, & ab omnibus concupiscentiis seculi.* Sic eritis primogeniti uituli. Non operetur p vos peccatum, nec iugum imponat malitia, deseruire tm̄ sacerdotalib. vsibus, quia ego sanctus sum, longe sc. ab omnib. qui operantur & colūt, siue in cęlo siue in terra, omnem excedo creaturā q̄ feci, vos ergo estote segregati ab his qui non sunt sancti. Græcus quoq; sermo ἅγιος extra terram sonat, ut sc. in cælo conuersationem habeatis.

2. Thes. 3. b — Phi. 2. c. — Vbi supra. cap. 5.

✲ RADVL. *Quid est homo vt se qui possit regem factorem suum.* Verba sunt Salomonis, iure enim ab homine similitudo Dei exigitur, quia ad imaginem & similitudinem Dei factus est homo.

b *Vnusquisque.* Super fundamētū ædificat, quasi estote sancti, vt sanctus habitet in uobis, & naturæ benignitatem impendite honorando patrem & matrem.

Cap. 5. ✲ RADVL. Mouet me cur ad imitationem nos inuitans Deus, statim de honore parētum mandat, cū apud Deū nulla huiusmodi consanguinitas inueniatur in qua huius præcepti formā consideras homo, habeat qđ imitetur. Sed iustus est Deus. (C) Iustitia aūt est, vt singulis sua reddātur. Imitatur Deū, quisqs honorem parentib. debitum reddit, Agit.n. quod iustitiæ & pietatis est, q̄ utraque in Deo reperiuntur, si non erga superiores, quia Deo superior nullus est, certe nobis quos condidit abundanter impenduntur.

(D) Exo. 20. b.

c *Sabbatha mea.* ISIC. Mandata legis volens recapitulare, i. *non occidens, non furaberis, &c.* inquit, *sabbatha mea custodite.* Verum enim sabbathum, est ab omni malo cessare. Vnde Moyses: *Omne opus seruile non facietis in eo.*

Exod. 31. f. Leuit. 23. a

*Sabbatha mea.* Volēs nos Deus de intelligibili requie docere, & de mundi consummatione, quādo impossibile est cibū parare vel operari, nec circa aliquid corporale occupari, ait p Moysen, *Sabbatha hodie domino, non inuenietis illud in agro, &c.* Nota quia nō ait sabbathū, sed sabbatha, quia intelligibilis requies non ab vno, sed ab omnibus carnalibus quieta est & absoluta, ideo in hoc loco prius sabbathorum nomen in diuina scriptura positum est, ut scias quia sabbathum plena & perfecta quies.

† 18. dist. c. oportet. 82. d. c. pro posuisti & cap. plurimos. Exo. 16. f. — Mystice. — † secundū beneplacitū vestrū sacrificabitis, Chald. interp. voluntarie immolabitis eum.

(E) Vbi supra

✲ RADVL. In Sabbathi requie vt ait d. Aug. in Exod. cū ibi opera seruilia iubētur cessare, magna est altitudo gratiæ Dei. Tunc.n. fiunt cū requie opera bona, cum fides per dilectionē operatur. Timor aūt tormētum habet, & in tormento quæ requies? Sequitur.

d *Ego dom.* ✲ IDEM. q.d. Ego q quietē diligo, qui animab. uestris quietē tribuo, & quod interim minus est in uestra reqe, in æterna uita me adimpleturum esse repromitto.

Mystice.

e *Si immol.* Oīa fere legis capitula reiterat, vt eorū memoriā auditorib. infigat, sed maxime necessaria, sicut hoc mādatū, qđ superius pposuit, cū de sacrificiis ageret. Sacrificiū salutare accepit, in quo q̄ ad salutē pertinent necesse est operari, ut aūt sit acceptabile, oportet immolari pietatē & pudicitiam. Hoc.n. s̄m Apostolū bonum est & acceptū coram saluatore nostro Deo, *qui vult oēs homines saluos fieri.* Comedere aūt ī die immolationis & altero, est in uita p̄senti q̄cūq; ad salutē pertinent operari, hodie.n. & cras pro præsenti seculo accipiūtur. Vnde Iacobus: *Qui dicitis hodie & crastino ibimus in ciuitatē, &c.* Dies tertia, quia in ipsa dñs a mortuis resurrexit, figuram gerit futuri seculi & resurrectionis, in quo non licebit operari, sed operum suscipere retributionem. Qui ergo hic uiuit tanquā illic operaturus sit, tāquam die tertia sacrificium māducaturus, a legislatore hoc facere p̄hibetur, quia virtutē imperfectam relinquit, tanquam ibi perficere possit.

1. Tim. 2. b — Iacob. 4. b. — (F)

a Cumque

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XIX.

1 Locutus est. *Hic cōsequenter ponūtur præcepta ordinatiua uitæ, prout hō est principiū operationis. Oportet aūt quantum ad hoc hominē ordinari respectu affectus rōnalis, motus uegetabilis, actus sensualis & conuictus ciuilis. Et secundū hoc istud caput diuiditur in quatuor partes, secunda ibi:* Iumenta tua. *tertia ibi:* Non augurabimini. *quarta ibi.* Coram cano capite cōsurge. *Circa primū sciendū q affectus rōnalis bene ordinatur erga superiores per reuerentiā, erga pauperes per misericordiā, erga oēs per innocentiā. Et secundū hoc prima pars principalis huius c. diuiditur in tres, secunda incipit ibi:* Cum messueris, *tertia:* Non facietis fur. *Circa primum dicitur per modū præambuli.*

Diuisio.

2 Loquere ad. *quia magna pars legis ad quam omnes obligantur, in hoc c. replicatur.*

3 Sancti. *hoc concluditur ex dictis in ca. præce. ut turpitudines & immunditiæ sint exclusæ, immunditiæ autem exclusio est sanctitatis seu immunditiæ conclusio. Consequenter inducitur homo ad parentum reuerentiam, cum dicitur.*

4 Vnusquisque. *offensam eorum præcauēdo, et quia ex sensibilibus manus ducuntur ad insensibilia, ideo consequenter inducitur homo ad reuerentiam Dei qui est pater spiritualis, cum dicitur.*

5 Sabbatha, *qualiter sit autem intelligenda obseruatio sabbathi, dictum est diffusius Exo. 10. Et quia maxima irreuerentia fit Deo, quando eius cultus idolis tribuitur, ideo subditur.*

6 Nolite conuerti. *eis quancunque reuerentiam exhibendo.*

7 Nec deos. *per hoc etiam excluduntur idola, quæ fiunt per sculpturam, seu per quæcunque alium modum. Sed scriptura loquitur in casu frequentius accidente, quia vt frequentius fiebāt de auro vel argēto uel aliis metallis. Et quia sacrificia illius tēporis non erant accepta secūdum se, sed inquantum fiebant ex obedientia ad Deum, ut supra dictum est, ideo subditur.*

8 Si immolau *si vultis quod Deo sit placita, facietis quod subditur.*

9 Eo die quo. *quia sic præceptum est de hostia pacifica supra. vii. cap. Sed quia ibi non determinauit pœnam transgressionis, ideo hic repetitur*

✲ vt dicta

### MORALITER.

✲ 1 *Locutus.* In huius capituli processu plura ponuntur, quorum sensus literalis est, & etiam moralis propter quod sunt p transeunda.

8 *Si immolau.* Per hostiam pacificorum, Moraliter intelligit opus meritorium, per duos dies duo tempora s. tempus pductionis rerum a Deo, & tēpus reductionis omnium in ipsum. Primū tempus est ab Adam usq; ad Christum. Secundū uero a Christo usque ad iudicium. Per hoc ergo quod dicitur, quod hostia pacifica comedi debet primo die & altero, significatur, quod odus meritorium in duob. dictis temporib. habet locum, & non post iudicium.

✲ 1 Cumque

a Cũq; messu. Vt dilectionem adinuicem habeamus, vt amatores & misericordes in pauperes simus, præsenti capitulo pcipitur. Debemus.n.egentibus dare, nec debita violenter exigere, & reliquias bonorũ nostrorum cõcedere, imitãdo Deũ datorem omniũ. Præterea metentes vel vindemiantes vult aliquid derelinquere pauperi & proselyto, ne datori omnium videatur ingratus, qui aliis diuitias dedit, alios de aliorum reliquiis viuere voluit, vt sic probaret dispensationem diuitum, & patientiã pauperum. Pauperes enim & proselytos non abiicit, quibus etiam sic victum prouidit. Vnde subdit: *Ego dominus Deus vester*, scilicet q diuites facio, qui pro vobis pauper fio, qui propter miseriã inopum & gemitum pauperum aliquando exurgam.

† non placebit.

† Matt. 5. c.

a ¶ Quia imperfecte operatur, & diuinę legi calumniatur.

erit, & impietatis reus, portabitq; iniquitatem suam, quia sanctum domini polluit, & peribit anima illa de † medio populi sui.

a Quia vitam egit imperfectam, quæ saluasset si consummasset eam. b Sanctuarium.

a Ager mundus: messura doctrina, messores doctores. b Contere. Alii tundes.

a Cumque messueris segetes terrę tuæ, † nõ tondebis vsque b ad solum superficiem terræ, nec remanentes spicas colliges, neque in vinea tua racemos & grana decidentia cõgregabis, sed pauperib. & peregrinis carpẽda dimittes. Ego dñs Deus vester.

Iustos sanctos. Quę non intelliguntur.

Gentilibus. a ¶ Diligenter tractanda. b Pro vobis pauper & peregrinus in mundo.

¶ Qui omnia dedi, desidero aliquid mihi dari.

a ¶ In quo proximos læditur. ¶ aliquo modo.

c Non facietis furtũ, non mentiemini, d nec decipiat vnusquisq; proximũ suum, e † Non periurabis in nomine meo, nec pollues f nomen Dei tui. Ego dominus. g Non facies calumniã proximo

a ¶ Gloriam eius in te transferendo.

B ✻ Proc. Meminerimus communicandum esse necessitati pauperum, quis nullo cõtractu his simus obstricti. Satis argumenti est, quo conuincimur pauperib. benefaciẽdum, quod ẽt homines sunt, & cõmunicatione naturæ nos attingunt.

Allegor. *Cum messueris, &c.* Aperte ostendit quia doctores Iudæorum totius legis interpretationem nõ capiunt, sed q̃dã pauperi & proselyto derelinquunt, gentib. scilicet quibus dicitur: *Beati pauperes, &c.* Qui & proselyti sunt, quia cognationi Abrahæ se ingerunt. Quod ergo dicitur: *Nõ occides. Nõ mœchaberis.* metant Iudæorum doctores. Quę autẽ spiritualẽ hñt interpretationẽ, sicut emundationes sacrificia, & similia prætcedant ecclesiæ doctorib. & quę illis metentib. decidunt id est quæ ipsi non intelligunt.

Matt. 5. a. Exo. 20. b.

b *Neque in vinea.* Isic. Vinea domini sabaoth domus Israel est, quę debuit facere vuas, & fecit spinas, quõdam tamẽ paucos racemos habuit, id est, sanctos diuersi temporis quos Iudæi colligere, & in diuitiis suis thesaurizare nõ possunt, quia nõ imitantur vitam eorum, sed pauperi & proselyto derelinquunt. Nobiscum.n. sunt quotquot iusti apud eos fuerunt. Vñ memoriæ eorum à nobis, & non ab illis annis singulis celebrantur, vt experimento diuinum eloquium cõprobetur.

Esa. 5. b.

c *Non facietis.* Avg. Hoc in decalogo positũ est, φ dicit, Nõ mentiemini, nec calumniã facietis. In hoc præcepto videtur contineri; *Neque falsum testimonium dices*, quia calumnia sine mendacio fieri non pōt, quod falso testimonio concluditur. Sed quæritur vtrum aliqua compensatione facienda sinit (sicut pene videtur omnib.) quod mentiendum sit p salute, vbi nemo læditur, an similiter ergo furandum, etiam qñ ei cui sit consulitur? Velut si quis volenti se occidere furetur gladium. C

Quæst. 68. in Leuit. Quæst. de mendacio

D dum. Si calumnia ad maius gaudiũ futurum fiebat, quam Ioseph fratrib. de scypho inferebat, quib. etiam explorationis falsum crimen intenderat. Fortasse enim furtũ non est, nisi quando alieno occulte ablato, proximus læditur, & calũnia quãdo falsi criminis obiectiõe proximus læditur. Mẽdacium autem nõ possumus dicere tunc tm̃ esse. Cum enim a sciente dicitur, mendacium est, siue quis siue nemo lædatur. Absolute autem dicitur: *Nõ mẽtionem*, sicut illud: *Non facies tibi idolum. non mœchaberis, non furaberis.* Idolatria autẽ & mœchia & furtum sicut est definitum, iustum esse non potest, & non occides, quia cum homo iuste occiditur, lex occidit, nõ tu. Nunquid similiter potest dici, cum homo iuste mẽtitur, lex mentitur? Mentitæ sunt obstetrices, & bona Deus illis retribuit. Mentita est Raab & liberata. An ex quo dictum est in lege, *non mentiemini*, ex illo non licuit in tali casu uel cã mentiri? Sed magis, quia iniustum erat mendacium, iõ prohibitum, non qa phibitum, iõ iniustum. Forsitan ergo sicut obstetricesnon remuneratæ sunt, quia mentitę sunt, sed quia infantes liberauerunt, & propter hanc misericordiam veniale fuit peccatum, non tamen nullum. Sic Raab liberata pp liberationem exploratorum, pro qua fuit veniale peccatum. Sed putet quisque in ceteris peccatis, si propter liberationem hominum fiant, ita posse concedi veniã multa enim mala intolerabilia & detestanda talem sequuntur errorem.

Gen. 44. a.

† populo suo.

† nõmcetes totũ angulũ agri ui infra 26. a.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Exod. 1. d. Ioseph 2. a E

✻ Proc. Hæc edicta non liberos sed seruos cõcernunt. Nã lex gratiæ ita imperat cũ reprehensione. *Quare non potius iniuriam accipitis?* Siquidem iniuriam accipere quam facere multo pręstabilius est. Lex prohibet periurium, at lex gratiæ inhibet iusiurandum, quo magis honoretur ipse Deus.

1. Corin. 6.

d *Non mentiemini.* Cognationẽ peccatorum ostendit. Multa putamus parua, quę sunt maxima, ut mẽdacium, periurium, quæ furto sunt coniuncta, & recte, qa hæc furto cooperãtur.

e *Non periu.* Lxx. Non leuabitis nomen meũ in iniustum iusiurandum, in iniusto est, non solum φ præuaricatur, sed etiã φ iniuste custoditur, sicut iuramentum Herodis ad filiã Herodiadis, talia iuramenta nõ debẽt fieri, uel si fiant, custodiri.

Matt. 14. a.

f *Nec pol.* Maledicendo, quia iusiurandam transgredi nõ potes. Deus enim per quem iuras, intantũ vult bona, vt si mala minetur, non tamen inferat, si pœnitentes videat, ut pietatẽ impendat. Vnde addit. *Ego dominus, pius scilicet, misericors, præstabilis super malitia.*

Ioan. 2. c.

g *Non facies calumniam.* Avgvst. Omnia quæ prohibentur com

F Vbi supra.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ *vt dicta pœna exprimatur, cũ dicitur:* Et peribit anima illius, &c.

1 Cumque messue. *Hic consequenter ponitur ordinatio rationalis erga pauperes per misericordiam, cum dicitur.*

2 Non tondebis. *Aliqui expositores dicunt quod uera litera est* tundes, *id est conteres, & dicitur a tundo, is, sed hoc non videtur verũ, quia hic non loquitur scriptura de tritura segetum, sed de collectione earum, & ideo uera litera est:* Non tondebis, *id est non secabis.*

3 Vsque ad solum. *Quia sicut dicunt aliqui, debebat dimitti stipula pauperibus colligenda. Sed hic non est intellectus scripturæ, sed magis de spicis prope terrã nõ seminatã existentib. Vnde in Hebræo habetur:* Non finies uel complebis angulum terrę tuę ad metendum, *Quia colligendo messem suam non debebat aliquis procedere vsq; ad extremitates campi sui, vbi messis partim conculcatur a transeuntibus, partim a bestijs corroditur, propter quod illud quod remanet non est magni valoris, & ideo lex præcepit illud dimitti pauperibus, sicut & spicas fugientes manus metentium, et alia quæ subduntur, & patet litera.*

4 Non fac. *Hic consequenter ordinatur affectus rationalis ad omnes per innocentiam. Ratio enim naturalis dictat nulli esse nocendum, & ideo primo prohibet nocumentum facto & occulte, cum dicitur.* Non fa. fur. *Qualiter autem istud sit intelligendum, dictũ fuit plenius Exod. 20. secundo prohibet nocumentum verbo, cum dicitur.*

5 Non mentie. *Licet enim omne mendacium sit fugiendum generaliter, tñ hic prohibetur mendaciũ perniciosum specialiter, ideo sequitur.*

6 Ne decipiat. *Consequenter prohibetur nocumentũ uerbo iuramẽto firmato, cum dicitur.*

7 Non periu. in no. meo. *Et quia per tale iuramentum non solum fit iniuria proximo qui læditur, sed etiam ipsi Deo qui in testem falsitatis adducitur, ideo subditur.*

8 Nec pol. no. *Cuius ratio subiungitur.* Ego dominus, *& ideo mihi honor & reuerentia debetur. Consequenter prohibetur nocumentum facto aperto, cum dicitur.*

9 Non fac. *Calumnia enim est extorsio rei alienæ cum quadã apparenti ratione, sed non uera.*

Calumnia

✻ 1 Nec

## MORALITER.

✻ 1 *Cumque meßueris segetes terræ tuæ, &c.* Per hoc dat̃ inteligi, φ de omnibus bonis à Deo datis homini, dẽt indigentibus misericorditer subuenire, & maxime de bonis spiritualib. q̃ communicata aliis nõ diminuunt, sed potius augmentant.

*Non maledices surdo.* Per surdũ hic intelligitur quicunque non intelligẽs alterius maledictum, siue sit surdus corporaliter, vel absens localiter, vel ignorans idioma maledicentis.

*Nec co. cæco pones offendiculum.* Dando simplici occasionem ruinæ. Matth. 18. a. *Quicunque scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt expedit sibi vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.*

A committi in proximum, ad hoc vnũ referenda sunt quod dictum est: *Non nocebis proximo.* Nam quod sequitur: *Non rapies* nisi ad hoc referatur, ne rapiendo noceatur, euenit, vt nõ rapiendo quis noceat, nam gladius insanienti rapiendus est.

Moraliter

a *Nec vi oppri. &c.* Paulatim auditorem erudit, & quę vident parua, magnis coniũgit, vt qui definita malorum pœna terrentur, abstineant a minorib. Quæ enim sociantur in mãdato & ĩ pœna. Qui enim in vno offenderit, omniũ reus est. Ideo vim calumnię cõiungit. Nec differt quomodo quis res suas perdat, vel fraude vel potẽtia, vel quolibet alio modo.

Iacob. 2.b. †Deut. 1.c. Rom. 2.b. Eph. 6.b. Act. 10.f. Iaco. 2.b.

b *Nõ morabitur.* Merces, scilicet qua forsitã viuit cum vxore B & filiis & parentib. Si differtur, deficit victus, etiam si in crastino recipiat vim & calumniam pertulit quia interum vnde viueret, non habuit.

†Ecc. 10.a. †Deu 22.a

c *Opus mercen.* Merces prędicatoris, ex verbo est prædicationis, quod non debet apud nos morari, id est otiosum esse vsq; mane, in futurum, s. seculum, qui huic nocti succedit, in quo est lux inextinguibilis. Ex prouentu. n. discipuli crescit merces magistri.

d *Non maledices.* Surdo maledicere est absenti & nõ audiẽti derogare. Coram cæco offendiculum ponere, est discretam quidem rem agere, sed ei, qui lumen discretionis non habet, scandali occasionem præbere.

e *Non facies.* ISICHIVS. Summam & pefectam iustitiam lex maxime in præsentib. constituit, recto itinere procedẽs, prius prouidens pauperib. deinde potentes & principes erudiens. Ostendit. n. non debere personam accipi, nec furtum vel ca- C lumniã facere, nec periurare, quæ etsi diuitib. & potentibus aliquando contingunt, propria tamen pauperum peccata sunt, qui ad hęc paupertate videntur cõpelli. Vnde Salomõ, *Aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* Vi autem D opprimere, & mercede priuare, & surdum ac cæcum irridere, diuitum & potentum sunt.

Prou. 3.b.

✠ PROC. Nosse ipsum iustum nõ humanarum virium est sed discit ex inspiratione diuina & lege. Præterea eiusdẽ Dei munus est, posse obseruare iustũ, ut nec gratia vel misericordia corrumparis. Sic apud Deum cum iudicat, facessit misericordia, & vnicuique tribuit secundum opera. Sic etiam nunc cum gratia regnat, cessat iudicium, nisi fortassis instituat nos docere & erudire. Nam Deus nõ misit filium vt iudicet mũdum sed vt seruetur mundus.

f *Non eris crimina.* ISICHIVS. Lxx. Nõ ambulabis in dolo in gẽte tua. Dauid quoquæ coniungit dolo homicidium. Vnde *Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus.* Dolus enim est occultus gladius, vt velociter dolũ fugiamus, qui tanto crimini est coniunctus.

E †ne propter ipsum incurras peccatum Psal. 5.c. †nec serua bis odium cum filiis populi tui †23.q.4.c. cũ in lege.

---

a ¶ Merces operis quam meruit.

a tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercena- [1]

a ¶ Inobedienti. Vnde Esa. 42.c. Surdi audite, & cęci venite ad videndum. Hi non sunt maledicendi, sed docendi & corrigendi.

b [2]

c rii tui apud te vsque mane. Non maledices surdo, nec coram [3]

a ¶ Ignorante. b ¶ Praua dicendo vel agendo.

d cęco pones offendiculum, sed timebis dominũ Deum tuum, [4]

¶ Qui ista prohibet. [5]

e quia ego sum dominus. Non facies quod iniquum est, nec [6]

¶ O iudex. a ¶ Vt pro paupertate a iustitia declines, quia Deus iustus iudex, nec debes esse misericordi in illo.

b ¶ Quia nemo potentior Deo, cuius est iudicium, cuius personam geris in iudicando. [7]

iniuste iudicabis. † Nec consideres personam pauperis, nec [8]

f honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris [9]

g criminator, nec susurro in populis. Non stabis contra sangui- [10]

a ¶ Quemlibet hominem.

nem proximi tui: Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in [11]

a Quamuis astute odisse fingas, vt corrigas. vnde. Nolite quasi inimicum æstimare illum, sed corripite, vt fratrem. b Non latenter detrahendo. Consentiendo. [12]

corde tuo, sed publice argue eum, † ne habeas super illo pecca- [13]

a Mihi vindictam, & ego retribuam dicit dominus. Rom. 12.d. Vt vindices. [14]

h tum. † Non quæras vltionem, † nec memor eris iniurię ciuiũ [15]

a ¶ Hæc totius legis confirmatio & abbreuiatio. Plenitudo. n. legis est charitas.

b Lxx. Proximum. c Qui veram charitatem erga vos habeo. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Io. 15.b. [16]

tuorũ. † Diligẽs amicum tuum sicut teipsum: Ego dñs. † leges [17]

a ¶ Populares. b ¶ Cum Iudæis & Gentibus. [18]

i meas custodite. Iumẽta tua nõ facies coire cũ alterius generis [19]

---

g *Non stabis contra.* Quasi non te cõiuges his qui proximis insidiantur, sicut multi aliis sociati faciunt, quod per se non possunt.

h *Non quæras vltionem.* Id est ne vlciscendi libidine rapiaris dum arguis, vt lętari uel cõsolari uelis de alieno malo, sed potius consulere illi quem arguis. Vnde secundum Lxx. sequit. *Non irasceris filijs populi tui.* Sic enim recte ira definita est, quę sit ulciscendi libido.

i *Iumenta tua.* Hæc ad literam uidentur esse ridiculo, nec a prophetis & spiritualib. uiris sunt obseruata. Vnde Dauid dicit: *Ponite filium meum Solomonem in mulam meam.* Oportebit autẽ secundum literam, ea quę ex tali commistione nascebantur, abominari. Vnde: *Mulier quoque fortis inueniet lanam & linum, & operata est vtile manibus suis.*

Eccl. 19.b. Marc. 18.c. Luc. 17.a. Reg. 1.c. Prou. 31.b. F

✠ ✠ PRO-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Nec. *Motu voluntatis iniquę absque rationis allegatione.*

2 Non mo. op. *Id est merces operis sui, quia tales communiter sunt pauperes de quotidiano labore viuentes, & ideo non possunt expectare solutionem absque suo detrimento.*

3 Non maledices. *Hic accipitur surdus non solum priuatus sensu auditus, sed etiam non audiens, sicut est absens.*

4 Nec coram cæco pones offendi. *Similiter hic non accipitur cęcus non solum priuatus visu, sed etiam non uidens, uel non aduertens offendiculum. Dicit etiam Ra. Sa. hic, quod cæcus hic intelligitur ignorans uel simplex, de quo prohibetur dari sibi scienter consilium malum in aliquo negotio, ideo subditur.*

5 Sed timebis dominum. *q. d. licet non debeas tales personas timere, tamen debes cauere a nocumentis eorum timore Dei, qui videt & vindicabit, consequenter ordinatur rationalis effectus quantum ad iudices, cum dicitur.*

6 Non facies quod iniquum. *Pœnam indebitam alicui imponẽdo.*

7 Nec iniuste iu. *Motus fauore uel odio, sententiam iniustam pronuntiando.*

8 Nec consid. *Non prohibetur cõdescensio ad pauperes in his quæ possunt fieri absq. læsione iustitiæ, sed in his tãtũ per quæ iustitia læderetur.*

9 Nec honores vult. *Licet enim potentes ratione sui status sint pręalijs minoribus honorandi in communibus, non tamen in his per quæ iustitia læderetur.*

10 Non eris crimina. *Detegens crimen proximi tui manifeste.*

11 Nec susurro. *Faciens hoc occulte.*

12 Non stabis contra san. *Iungens te illis qui machinantur in mortem innocentis.*

13 Non oderis. *Ex rancore & odio dissimulans peccatum suum, donec possis destruere.*

14 Sed publice. *Id est uoce expressa, secundum illud Matth. xviij. b.* Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum, &c. *Si autẽ pro hoc quod dicitur publicè, intelligatur correptio facta in publico seu iudicio, tunc est intelligendum de peccatis quæ possunt probari, & tunc talis correptio pertinet ad iudicem exequendo, ad accusantem & testes denuntiando & testificando.*

15 Ne habeas super illo peccatum. *Si enim correctionẽ fratris sui aliquis omitteret, ut in peius rueret, faceret contra charitatem.*

16 Non quęras ultionem. *Liuore uindictæ, potest tamen quæri amore iustitiæ.*

17 Nec memor eris iniurię ciuium tuorum. *Scilicet ad vindicandum liuore uindictæ, potest tamen haberi memoria ad uindictam amore iustitiæ.*

18 Diliges amicum tuum sicut te ipsum. *Ly, sicut, nõ importat æqualitatem, sed imitationis similitudinem, quia amicabilia ad alterum veniunt ex amicabilibus ad seipsum, vt habetur ix. Ethic.*

19 Iumenta tua. *Hic consequenter ordinatur homo quantum ad motum vegetabilis, secundum autem Philosophum 2. de Anima, duo sunt opera animæ uegetatiuæ, scilicet generare & alimento uti. Vsus uero alimenti duo respicit, scilicet nutritionem & augmentum. Primo igitur ordinatur homo respectu generationis. Secundo respectu augmenti, ibi:* Quando ingressi fueritis. *Tertio respectu nutritionis, ibi:* Ego dominus. *Circa primum ordinatur homo in generatione aliorum ab homine, inquantum alia per hominem ad*

Diuisio.

✠ gene-

## MORALITER.

✠ 19 *Iumenta tua non, &c.* Per iumenta significantur subditi simplices, qui non sunt permittendi cum hæreticis & malis hominibus habitare, quia de facili decipiuntur.

✠ 1 Agrum

A ✱ PROC. Sub hoc typo ostendit Deus non esse pingui ū cōprehendum cum in fidelib. nisi fortassis vt quærat lucrari suæ religionis homines. Huc facit, quod pcipit, ne diuerso semine conserant agri, & ne induamus vestes ex diuersi generis filis cōtextas. Verū sub his inuolucris grauissime edicit, ne simus adulatores & hypocritę.

a Ecclesiam tibi commissam. b Catholica doctrina & heretica. c Cultura Christi & idolorum. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Matt. 6.c.

a animantibus. Agrum non seres diuerso semine. Veste quę ex †
Particeps factus doctrinæ, & commixtus ei per legis conuersationem. a Per verbum doctorale.
b †duobus texta est non indueris. Homo si dormierit cum mu- 1
Per culpam. Per naturam. Sanguinis Christi.
c liere coitu seminis quæ sit ancilla etiā † nubilis, & tamen pre-
a Qua libertate Christus nos liberauit.
d tio non redempta, nec libertate donata, † vapulabunt ambo, 2
e & non morientur, quia non fuit libera. Pro delicto autem suo 3
Christum.
offeret domino ad ostium tabernaculi testimonii arietem, † 4
Christus. Alias peccato.
orabitque pro eo sacerdos & pro delicto eius coram dño, & re 5
f propitiabitur ei, dimittetur q. peccatū. Quādo ingressi fueritis 6

Lib. 14. in Leuit. ca. 1
†lana & lino.
1. Cor. 3.
Luc. 8.
†expiabit ipsum.

✱ a *Agrum non seres, &c.* RADVL. Ager sancta est ecclesia, cui per Apostolū dicitur, *Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. Semen autem verbum Dei.* Diuersum itaque semen ī agro seminat, q super Cathedram Moysi constitutus, dicit & non facit, bona loquitur & mala operat. Verbo triticum spargit, exemplo autem suo peccati sementē discipulorum cordibus inicit.

Matt. 5. g.
Marc. 12. c

b *Homo si dormie.* ISICHIVS. Cum prohiberet iumenta misceri cum iumētis alterius generis, eos scilicet qui sunt subiugo Christi suscipere iugum legis, opportune hoc subdidit ostēdēs, quia & ante aduentum Christi quicunque exterius miscebatur Iudæis indigebat sacrificio veri arietis.

Gal. 5. c.
Iacob. 2. c.
Mystice.

B Homo si dor. &c. Nota quanta differētia libertatis & seruitutis. In libera enim desponsata, mors adulterii pęna est. In ancilla autē nubili, & secundum LXX. custodita homini, id est desponsata, sacrificium iubetur offerri, non mors inferri. Spiritualiter tamen hæc intelligenda sunt.

✱ PROC. Sub his typis demonstrantur iniuriæ, quib. afficiūtur pij homines. Sunt siquidem pij liberi, at impij sunt serui. Qui vos tangit, inquit, quasi si tangit oculi sui pupillam.

c *Nubilis*, LXX. Custodita homini, id est synagoga custodita legi, quę Christo non poterat despōsari, priusquam moreretur litera legis. Vnde: *Mortui estis legi per corp. Christi, vt sitis alterius.* ancilla est synagoga, secundum illud: *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera.*

Rom. 7. a.
Gal. 4. c.

d *Vapulabunt ambo.* LXX. Visitatio erit eis, id est liberabuntur a seruitute legis, secundum quod filiis Israel de Aegypto liberandis dicitur: *Visitans visitaui uos.*

Exod. 3. c.

e *Et non morientur.* Quamuis enim secundum literam agerēt, non secundum spiritum quia legislatoris intentionem ignorabant, facilius tamen assequebantur veniam.

f *Quando ingressi.* Permanet in proposito ostendens fructum bonum ante Christi aduentū non habuisse Iudæos, cū dicit fructum non esse edendū in triennio nec mundū, sed quarto anno mundandum, nec dicitur quæ sit mundatio. Spiritualiter ergo intelligendum est quod dicitur.

*Quando ingressi fueritis terram.* Terram vocat diuinam scripturam, quā primo Iudæi susceperunt. Vnde plātare ligna pomifera

C

fera præcepti sunt. Lignorū aūt plantatio, meditatio legis est & prædicatio, secundum q dicitur *Ego plantaui, Apollo rigauit, &c.* Bona quidem mandata erāt tanq ligna pomifera, sed illi q debebant non faciebant, tantum sequentes literā. Fructus ergo, id est operatio legis triennio erat immūda, ab Abrahā vsq; ad Dauid, a Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis, inde vsq; ad Christū, sicut Matthęus distinxit. Quarto anno fructum legis sanctum commēdat & laudabilē, nō tamē adhuc esse Iudæis esibilem. Fructus enim legis ī quarto anno, id est in aduentu Christi, sanctus & laudabilis, quem sanctū sanctorum faciebat, cuius opera laudabilia & gloriosa. Vnde & in paralytico grabatum portante glorificabant Deū, q dedit talē potestatem hominib. sed nondum edebat Iudęus, quia nō conuersus. In quinto vero anno, id est prædicantib. apostolis, fructum eius ederunt quicunque crediderunt.

D
1. Cor. 3. b
Matt. 1. a.
†desponsata viro.
† vel vapulabit ipsa
Matt. 8. a.

✱ PROC. Audis hic ænigma, quod competit in populū Iudaicū, qui trib. temporib. quando mittebantur prophetæ, neglexerūt pferre fructū, Sub Isaia, sub Ieremia, sub Zacharia, illis inq, trib. temporib. fuere steriles, quemadmodū Christi docet parabola, cū quæreret trib. annis fructū ī arbore ficus, nec reperisset. Quarta aūt ætate fructū allaturi erant domino apostoli. Cōcessa vero est & quarta tēporis intercapedo, ut quinta excideret, si solitā retineret sterilitatē. Docet ēt tria fuisse temporis intetualla, quib. lex fuerit nōdū bñ purgata. Scilicet Mose, Iosue, & Iudicib. regnantib. Quarta ætate quæ prophetarum est, ab his sanctus est decantatus, & manifeste annuntiatus, Christus, fuit quidem sanctus Christus in quarta ętate, sed in quinta esui idoneus erat.

Matt. 21. a
E

✱ CLEMENS ALEXAND. Iubet arbores nuper plantatatas, trib. annis ordine sequentib. fouere & alere, superfluas quæ adnascūtur exscindendo propagines, ne minis grauatę opprimant, & ne alimento minutatim diuiso, imbecillę fiant propter inopiam, arareq; ac circumfodere, vt nihil prope germinans ac pullulans impediat incrementum, & fructū non finit, pfectum colligi ex imperfectis, sed post triēnium, cum quarto consecrarit primitias, postquam arbor perfecta fuerit. Fuerit hæc agriculturæ figura, modus doctrinæ, docens oportere exscindere peccatorum ppagines, & q vna cum genitali fructu pullulant, inanes herbas cogitationis, donec perficiat & firmum fiat germen fidei. Quarto enim anno quoniā tēpore quoq; opus est ei qui stabiliter per catechesin instituitur, qua ternio virtutum Deo consecratur, cum tertia iam sola coiungatur cum quarta domini hypostasi.

Lib. 1. Stromat.
F

☞ a Et

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *generandum applicantur, & quantum ad hoc dicitur:* Iumeta tua. *Quia ex aspectu talium posent homines aliqui induci ad bestialitatis vitium, quod est coitus cum bestiis. Præcipitur etiam hoc in detestationem idolatriæ, quia idolatræ colentes cæli militiam, in coniunctionibus planetarum faciebant coniunctiones diuersorum animaliū, & eadem ratione diuersa semina in eodem agro coniunctim seminabant, & vestibus ex pluribus contextis, vtpote ex lana & lino, uel ex diuersis coloribus vtebantur in ueneratione syderum, propter quod talia probibentur. Dicit autem Iosephus, quod vestis ex duobus contexta, aliis nisi summo sacerdoti prohibebatur, quia in vestibus summi sacerdotis erant tales varietates, & ideo non erant licitæ aliis. Secundo ordinatur homo respectu generationis in specie humana, per hoc quod excluditur illicitus coitus, cum dicitur.*

1 Homo si dormierit cum muliere coitu semi. quæ sit an. ēt nubilis, *scilicet genere, vendita tamen in ancillam. In Hebræo habetur: Quæ sit ancilla & parata viro. Vbi dicit Ra. Sa. quod scriptura loquitur de ancilla Chananæa affidata seruo Hebræo, quorum matrimonium erat inchoatum sed non perfectum, & tunc fornicatur cum Iudæo libero, quia licet Hebræi liberi non possint contrahere cum Chananæa, serui tamen poterant de uoluntate domini, vt dicit.*

2 Vapulabunt. *In Hebræo habetur, Vapulabit ipsa, id est verberabitur ipsa, cuius causa subditur.*

3 Quia non fuit libera. *Et ideo non habebat vnde offerret pro peccato suo, quia seruus & ancilla quicquid habent, est domini sui, & de eo quod haberet, tamen offerre non poterat in templo, cum esset alienigena, nec erat adhuc desponsata Iudæo, sed de viro coeunte cum illa qui Iudæus & liber erat, & offerre de suo poterat, subditur:*

4 Pro delicto autem suo offe. &c. *Et quod intelligatur de solo viro, patet per hoc quod subditur.*

5 Orabitque pro eo sa. *Vel aliter, quia non fuit libera, in hoc redditur causa quare ipsa & vir fornicans cum ea non incurrant pœnam mortis, quia de libera simpliciter affidata viro Hebræo si fornicatur, dicitur Deuteron. 17. d. quod vterque debet mori.*

6 Quando ingressi. *Hic consequentes ordinatur homo circa augmentationem in vegetabilibus siue plantis, cum dicitur.*

Quando ingressi fueritis, &c. *Ex quo patet, quod illud preceptū non erat obligatorium ante ingressum terrę promissionis.*

✱ 1 Et

MORALITER.

✱ † *Agrum non se. diuerso se.* Per agrum intelligitur eccl'ia quæ nō est semināda doctrina habēte admistū cum veris falsum.

† *Veste qua ex duo. contex.* Quod moraliter facit qui habitum partim religiosum & partim secularem induit, similiter ille qui sub habitu religioso seculariter viuit.

✱ 3 Poma

a *Et plantaueritis.* Moraliter. GREG. Ligna pomifera opera virtutib. fecunda. Præputia auferimus, cũ de inchoationis infirmitate suspecti, primordia operũ nostrorum non approbamus. Poma quę germinant, nostris esib. non aptamus, quia cum primordia laudant boni operis, non debet hoc pascere animam operātis, ne dum laus suauiter capitur, fructus boni operis intēpestiue comedatur. Qui igitur inchoatæ virtutis laudem receperit, quasi plantati ligni fructũ ante tempus comedit. Vnde: *Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis.* Ante lucẽ surgere, est ante claritatem retributionis æternæ in præsentis vitæ nocte gaudere.

Lib. 8. Mora. c. 35. Moraliter

b *Non comede.* Totũ Iudæorum & Gentilium radit fermentũ. Vnde nunc prohibet a legis seruitute, nunc à Gentilium errore.

Psal. 126. a

a terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto + anno omnis * fructus sanctificabitur laudabilis domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt. Ego dominus Deus vester. Non comedetis † cum sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. Et super mortuo non incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis: Ego dominus. Ne pro-

(Interlinear: ¶ Non approbantes operum primordia. — ¶ Opera quæ incipiunt. — ¶ In aduentu Christi. — ¶ Prædicantibus Apostolis. — ¶ Lxx. Non comedetis super montes, sicut in festis idolorum, comedebant Gentiles. — ¶ Lxx. Ne corrumpas faciem barbæ. — ¶ Sicut Gentiles spem resurrectionis non habentes. Vnde: Ne contristemini, sicut & cęteri, qui spem non habent. 1. Thessal. 4. c. — ¶ Qui debes corrigere.)

\+ autem. * eorum. † carne cũ sanguine.

nibus cum hominib. talium curiosis, confabulant ad eorum seductionẽ, nonnunq uera nuntiantes, vt in errores inducāt.

* *Nec obseruabitis somnia.* IDEM. Somniorũ diuersa rõ habenda est. Nam, ut ait Gregorius sex modis tangunt animũ imagines somniorũ. Aliquādo ventris plenitudine vel inanitate, quæ duo experimēto discimus. Aliquando illusione. Vnde sapiēs quidã ait, *Multos errare fecerunt somnia.* Aliquando cogitatione simul & illusione sicut scriptũ est, Multas curas sequuntur sõnia. Aliquãdo reuelatione, sicut Ioseph. Aliquando cogitatione & reuelatione Vnde Daniel Nabuchodonosor visionem differens, a radice cogitationis inchoauit dicens: *Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo, &c.*

d *Neq; in rotund.* Sicut Barbari faciunt, debet quisq; esse cõtentus naturalib. ornamentis, ne creatorem videatur accusare, tanq impotētem opus suũ perficere, nec in honore dæmonũ cicinnos nutrire & fouere, sicut student pagani puerorum capita dæmonibus offerre, quod maxime hic videtur prohibere.

* THEOD. Quidam dictionem illam σισόην interpretati sunt capillos de industria crispos factos. Ego vero existimo p legem aliud interdici. Nam moris est apud Græcos in pueris capillorũ extremitatis non attondere, sed finere capillos promitti, & aliquanto post dæmonib. dedicare. Consueuerant ēt radere barbã cum aliquem lugerent, & genas incidere in honorem defunctorum. Nec nõ aliquas corporis partes acupersortabant, & nigro vestiebantur in reuerentiam dæmonum.

Quest. 21 in Leuit.

* PROC. Capillorũ ablatio honoris & gloriæ significat ablationem. Sic Deus cõminatur per Isaiam prophetam se caput & barbam Assyrij rasurũ. Iubet preterea tonderi & radi Ierusalem ob mala quæ eius urbis ciues essent perpessuri.

e *Stigmata.* Legislator etiam curã nostri decoris gerit, ne carne abutamur in his etiam quæ corpus deturpant.

Allegorice. Esa. 40. a.

*Allego.* AVG. Non comedere super montes, est superbis cogitationib. non pasci, de quib. Esaias: *Omnis mons & collis humiliabitur.* Non augurari volucrib. non attendere quę rapiunt semen pietatis. Comam in rotundum tondere, est cogitationes dæmonib. consecrare. Barbam radere, est uirtutis perfectionem corrumpere, ficte operando. Carnem non incidere, est delectationes non suscipere, q & animæ nocēt & corpus corrumpunt. Stigmata, praua doctrina quæ animæ infigitur & difficulter aboletur.

c *Non augurabimini, &c.* Per partẽ totum significat, omnes huiusmodi superstitiones cõdemnans. Qui enim talia curas obseruare, Deum videtur infamare, tanquam plus scientiæ auibus, quam hominibus contulerit.

Li. 14. c. 4.

* RADVLP. Non omnis qui ex auib. aliquam capit significationẽ augurari dicēdus est. Nam & Noe ex coruo & colũba signũ accepit, & signum nobis dedit. Auguria tamen idcirco dānantur, quia gentili superstitione adinuenta sunt ad ineundam cum dæmonib. societatem, qui huiusmodi significatio-

a Filiam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et plantaueritis in ea lig. po. *Per hoc intelliguntur fructus generaliter etiam uinearum.*

2 Auferetis præputia eorum. *Id est primo flores seu gemmas ne erumpant in fructus, duplici de causa. Prima est, quia arbores postea sunt minus vtiles, quando nimis cito faciunt fructum. Secunda, quia idolatræ tales fructus tāquam primitiuos reputabant diis gratiosus, & eos idolis offerebant, ideo sequitur.*

3 Poma quæ ger. *Tribus primis annis, quia aliquando non auferebantur perfecte flores uel gemmæ ex negligentia vel obliuione.*

4 Immunda erunt uo. *In Hebræo habetur.*

5 Quarto anno omnis, & lauda. domino. *Ratione prædicta,* Laudantib. dominum. *Quia fructus quarti anni offerebantur domino, & cedebant in usum sacerdotum.*

6 Quinto autem anno. *& deinceps.*

7 Comedetis fructus. *Quia domini arborum poterant inde comedere, uendere & dare pro sua uoluntate.*

8 Ego dominus. *Hic consequenter ordinatur honore respectu nutritionis, in hoc quod prohibetur esus sanguinis, cuius ratio frequenter in præcedentibus expressa est.*

9 Non augurabimini. *Hic ordinatur humana vita quantum ad actum sensualem, inquantum prohibentur auguria & superstitiones, in quibus fiebant quædam apparitiones per illusiones sensuum, & quantum ad hoc dicitur:* Non augurabimini. *Augurium est propriè diuinatio per garritum seu uolatum auium, tamen hic accipitur generaliter pro omni diuinatione superstitiosa, quæ fit in vigilia, & maxime quæ fit ex aliqua illusione sensuum exteriorum.*

Augurium.

10 Nec obserua. som. *In quibus fiunt frequenter illusiones dæmonũ per motionẽ sensuum interiorum, qualiter autem diuinatio possit fieri per somnia, dictum fuit Gen. xl. Sciendum etiam, quod animalia & aues & etiam pisces, eo quo carent ratione, & totaliter ducuntur impetu naturali, frequenter percipiunt immutationem continentis futuri de propinquo, & secundum hoc mouentur ad aliqua, sicut delphini imminente tempestate de profundo maris exeunt ad superficiem, & per hoc naturæ prænosticant de tempestate futura, & hoc modo coniectura re de futuris procedentib. ex causa naturali per motum auium, animalium, seu piscium, inquantum præsentiunt impressionem causæ agentis, non est superstitiosum, sed licitum. Prognosticare autem de futuris ad quæ non se extendit causa naturalis, vel si se extendat, non tamen fit pronosticatio per signa naturali modo prædicto, sed modo superstitioso, est illicitum.*

Somnia.

11 Neq; in rotun. *Hoc præcipitur in detestationem idolatriæ, quia idolatræ faciebant talia. Vnd. dicitur Baruch. 6. c.* Sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam.

12 Et super mortuo. *Quia idolatræ hoc faciebant, vt habetur 3. Reg. 18. e. ubi dicitur quod sacerdotes Baal incidebãt se cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine.*

13 Neq; figu. ali. aut sti. *In vestra carne, quia talia sunt signa pactorum cum dæmonib.*

14 Ne prostituas filiam tuam. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de prostitutione ad fornicationem corporalem. Alio modo de prostitutione ad fornicationem spiritualem & corporalem.*

* Sacer-

## MORALITER.

* 3 *Poma quæ ger.* Per poma germinantia intelligunt bonorum operum primitiua, quæ pro tanto dicuntur immunda, quia non sunt ab aliis comedenda, nec de ipsis debet operās gloriari, quia de facili possunt in oppositum transmutari.

a *Neque in rotun.* Moraliter comam in rotundum attondet, q ipsum ad excitationẽ carnalis lasciuiæ curiose disponit. Similiter barbã radit, q virilitatẽ aĩ in fœmineã molliti e cõuertit.

12 *Et super mor.* Moraliter aũt hoc faciunt, q de morte amicorũ, immoderate tristantur, & ꝯ Deum murmurãdo loquut.

13 *Neque figu.* Moraliter hoc faciunt hypocritæ tristes, q *exterminant facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes,* Matth. 6. q.

* Mora-

a *Filiam tuam.* Carnalem, vel animam. Vnde Psal. *Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam.* Hæc recedendo a Deo fornicatur cum dæmonib.

(Psal. 21. d.)

b *Sabbatha mea custo.* Ab vno sabbatho omne legitimum otium sabbathum appellat. Sic ab vna generali abstinentia studet legislator per singula currere, præcipiens nos ab omni malo abstinere. vnde addit. Et *sanctuariũ meũ metuite.* Sicut n. q digne accedunt, sanctificant, sic qui inique præsumunt, & immundi accedunt, quantum est in se polluunt, sicut Nadab & Abiu. Vnde Apostolus: *Inter vos multi infirmi & imbecilles, &c.* Inde additur: *Ego dominus sanctus,* s. & etiam in sanctis habitans, & sanctorũ vindicans iniuriam.

(Supra 10. a. / 1. Cor. 11. g.)

c *Ad magos.* LXX. Ventriloquas. i. phytones, vel falsos prophetas, qui de ventre cordis sui fabulas quasdam & fetentes doctrinas proferunt.

d *Neq; ab ariolis, &c.* LXX. Veneficis, q dæmonũ, s. nomina inuocant, & aliquando corpus curant, vt animam interficiant.

(† non affligetis eum, vel vim inferetis ei. / † statuit.)

a Id est habitatores terræ. Corpus quod est de terra in quo dominatur omnis iniquitas. fornicatione anima.

a Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Sabbatha mea custodite, & sanctuarium meũ metuite. Ego dominus. Non declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. Ego dominus Deus vester. Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & time dominum Deum tuum. Ego sum dominus. Si habitauerit aduena in terra vestra, & morat⁹ fuerit inter vos, † ne exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eũ quasi vosmetipsos. Fuistis enim & vos aduenę in terra Ægypti. Ego dominus Deus vester. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pōdera, iustus modius, † æquusq; sextarius. Ego dñs Deus vester, q eduxi vos de terra Ægypti. Custodite oĩa † præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. Ego dñs.

(Interlinear glosses: a Fornicatione. b Feriationes ab omni malo. c Ne indigne intretis. Qui in sanctis habito. a Deferendo. Vt maiores quoque tibi assurgant. Aetate vel sapientia. a Nouiter conuersus. b Virtutum cultura, doctrina bona. c Fidelis sancti. Quod infidelis fuit. a Nutritus, & doctus in fide. b Diliges proximum tuum sicut teipsum. a Ante fidem. Alieni a Deo. In mundo. a Qui omnes volo saluari, & neminem perire. b Accipiendo personam. a Iuste iudicate filii hominum. b Genus fœneratium specierum. c Metallorum. d Vini vel olei aut similium. e Quia ponderatur argentum & huiusmodi. Non alius. a Cuius vos estis. b A quo creati. c Qui in multis feci voluntatem vestram. Nolite esse ingrati. d Tanquam thesaurum. a Ne pretereat vnus apex aut vnum iota.)

(Verse numbers: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13)

cultura, & bona doctrina. Si quis ergo ad fidem nostram conuerti voluerit, & ciuis terræ nostræ ascribi, nõ affligamus eũ, nec imponamus graue iugum, sicut Pharisæi, de quib. dicitur *Alligant onera grauia, & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere.* Sit vobis sicut indigena, qui scilicet nutritus est in fide, & creuit ĩ pietate. Hinc Petrus ad eos q credentes de gētibus circũcidere volebāt, ait: *Quid tētatis Deũ, imponere iugum super ceruices discipulorum.*

(Matt. 23. a. / Act. 15. b.)

✲ PROCO. Alia autem erat ratio peregrinorũ apud gentes. Nam peregrini apud gentes cōtēnebātur, vt apud Athenienses & Persas. Spartani e ciuitate eiiciebant. Hęc autē lex ius naturale respicit, & naturalem æquitatē cōtinet. Homo .n. non vilescit propter locũ, sed honoratur ꝓpter naturam. Præterea, videtur peregrinus æquari indigenę. Nam & ipsi fuerant peregrini in Aegypto. vel hæc verba prędicunt gentes aliquando in societatem venturas Israelitarũ per Christum qui omnes ex æquo complectitur.

(D / E / † & hin liquidorũ.)

✲ PROCOP. Illas omnes superstitiones nemo sequatur Christianus cuius spes omnes in Deo sitæ sunt. Et si nō illico sentis auxiliũ, patientia opus est. Et si quandoq; vanissimarũ superstitionũ cultores verā prædixerint, non propterea fides accommodanda est. Nam sub veritate dæmones occultum gerunt mendacium, non secus ac si quis melle perungat poculum, in quo venenum esset propinatutus. At (obiiciunt quidam) inuocant Zabaoth. Quid tum? Impie hoc faciunt. Nā appellationem non Deo sed dęmonib. tribuunt & plerumq; dęmoniaci impiè vsurpant nomina diuina, dum ea imponũt dæmonib.

e *Coram cano capite.* In senib. est sapientia, & *in multo tempore prudentia.* Hinc Paulus ait: *Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.*

(Iob 12. b. / 1. Tim. 5. c)

✲ PROCO. Si vero timemus Deum etiam senibus honorem deferemus, si qdē Deus ipse senectute omnia excellit. Præterea canus visus est Daniel, ut ex eius prophetia cognoscitur

f *Si habitauerit.* Terra à Deo nobis data, est uirtutum scilicet cultu-

g *Nolite facere, &c.* In præcedentibus præcipit in iudicio iustitiam seruari, hic in ponderibus & mensuris, & ne abutamur ad iniustitiam iustitiæ terminis, hæc enim termini sunt uendentib. & ementib. sicut leges iudicib. vt ab omni iniustitia contra proximum caueatur. Quod enim diuiti agrorum possessiones & pecuniæ thesauri, hoc pauperi mēsura uini & tritici, & huiusmodi.

ISICHIVS: *Nolite facere, &c.* In iudicio mentis nō debem⁹ iniuste agere, nec mensuras naturalis iustitię corrumpere, aliter nostra, aliter ꝓximi peccata iudicantes. *In quo enim iudicaueritis, iudicabitur & de nobis; & in qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis.*

(Moraliter / Matt. 7. a.)

h *Statera iusta, &c.* IDEM. Stateras quoque diuinas, & mensuras diuinas iustas habeamus; id est legesdiuinæ scripturæ, sanctè & iuste custodiamus, nihil nostrũ inferētes, nihil suũ auferentes, ne nobis istud dicatur. *Quare transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras.*

(Matt. 15. a. / F)

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *Sacerdotes enim idolorum quando volebant abuti aliqua puella, fingebant q Deus qui colebatur in idolo diligebat eam, & volebat vti eius concubitu, & parentes puellæ credentes sacrificium facere Deo suo, mittebant eam de nocte ad fanum idoli, vbi sacerdotes ea abutebantur in tenebris, & illa credebat se a diis cognosci. Et factum consimile narrat Iosephus 20. antiquitatum Romę accidisse tempore Tiberii Cæsaris s. Paulinam pulcherrimā fœminam per sacerdotes Isidis deceptam, qui in fano Isidis quendam iuuenem amore eius accensum, loco numinis de nocte ad illius concubitum propter pecuniam eis promissam & datā admiserunt, propter quod idem Imperator fanum fecit dirui & sacerdotes crucifigi.*

(Ioseph⁹ de Paulina & templo Isidis.)

1 Et impleatur piaculo, *id est peccato nefario secundum quod habetur Iudic. 20. a Nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum est in Israel.*

2 Non declinetis ad magos. *s. ad quęrendum aliquid ab eis: & dicũtur magi qui superstitiose diuinant per astra.*

3 Neq; ab ariolis. *Qui in extis animalium sacrificatorum dęmonib. super aras idolorum diuinant.*

4 Ego dominus Deus vester. *A quo debetis inquirere veritatem per prophetas a me inspiratos.*

5 Coram cano cap. *Hic consequenter ordinatur homo quantum ad conuictum ciuilem, in quo requiritur reuerentia ad antiquos, & ideo subditur.*

6 Et honora personam senis. *Quod est intelligendum de senioribus & sapientia ornatis, vt dicit Ra. Sa. Secundo ad ciuilem conuictum requiritur humanitas ad extraneos. & quātum ad hoc dicitur: Si habitauerit aduena, &c. & subditur.*

7 Non exprobretis ei. *Et subditur causa.*

8 Fuistis. n. &c. *Fatuum est. n. exprobrare alterius defectum in seipso existentem, quia hoc est proprium defectum reducere ad memoriam. Tertio ad ciuilem conuictum requiritur iustitia ad omnes, quia nulla communitas stare potest absq; iustitia, et illorum qui aduersantur iustitiæ, cuiusmodi sunt latrones, nisi. n. inter se iuste diuiderent latrocinia, statim inter eos orietur discordia, & eorum societas deperiret, quantum igitur ad obseruationem iustitię dicitur:*

9 Non fa. ini. q. in iu. &c. *Accusando, testificando, seu sententiā proferendo.* 10 In regula. *Et vocatur hic regula illorum mensura quæ lineaaliter mēsurantur, sicut panni in quorũ mēsuratione vlna est regula.*

11 In pondere. *Et vocatur hic pondus mensura eorum quę ponderib. mensurantur, ideo subditur.* 12 Statera iusta. *Mensura aut hic ꝓprie accipitur de terminata continentia vasorum, quib. liquida, vel arida mensurantur, ideo subditur.*

13 Iustus modius, &c. *Moraliter, iniquum habent iudicium qui facta propria bene, aliorum male interpretantur. In equalem regulam qui retinendo odium, implorant veniam, sed qua mensura mensi fuerint, remetietur eis, In equale pondus qui defectus aliorum ponderant multum, suos autem parum. Inaequalem mensuram qui grauia aliis imponunt, & digito suo nolunt mouere.*

(Moraliter / Matth. 7. A)

6 Et

ADDI-

## ADDITIO.

A In cap. 19. vbi dicitur in postilla: Locutus est dominus, &c. In hoc c. non solum replicantur præcepta decalogi per totum fere, vt patet literam intuenti, sed etiam multa superadduntur, quæ ad perfectiorem modum obseruandi prædicta præcepta pertinent. Vnde & istud capitulum apud antiquissimos Hebræorum specialiter a sui principio vsque ad illum locum vbi dicitur, Diliges proximum tuum sicut teipsum, inclusiue notabilissimum reputatur, & quia in eius expositione postillator valde breuiter se expediuit, ideo circa eius declarationem vlterius insistendum videtur.

Circa quod primo inquirendum videtur, quæ fuit ratio iterationis præceptorum decalogi a Moyse in hoc loco, licet enim prout quidam dicunt, hæc iteratio fuerit ad maiorem firmitatem, vt & magis mentibus eorum memoria præceptorum infigeretur, tamen hoc non videtur literæ consonum: cum Moyses non procedit hic vt repetitor legis sicut in Deuteronomio, sed solum vt primo seu nouiter de mandato Dei ea proponens. Non enim dicitur. Hæc præcepit vobis dominus in Sinai, sed simpliciter loquitur præcipiendo, ac si hactenus non fuissent a Deo eis præcepta: saltem sub forma qua hic traduntur. Ad quod videtur dicendum, quod prout dictum fuit Exod. 20. c. in prima additione, Sicut in scientiis speculatiuis ex notioribus & confusis proceditur ad minus nota, & magis determinata, vt patet in 1. Physico. Ita etiam oportet eum qui vult inducere hominem ad virtutem per obseruantiam præceptorum de actib. virtutum, vt ex illis eum instruere incipiat quæ sunt notiora & faciliora. Et ideo in decalogo primo tradito a Deo faciliora & communiora præcepta ponuntur, tam in his quæ ordinant ad Deum, quam in his, quæ ordinant ad proximum, vt ibidem fuit latius expositum. Vnde in datione legis cum populus esset non solum rudis, sed quasi nouiter incipiens in disciplina virtutum, idcirco non fuit eis expressus perfectus modus obseruandi illa præcepta prout potest cadere sub lege diuina, scilicet præcepta illa ex interiori motu tanquam volentes & eligentes implerent, sed solum fuerunt eis proposita saltem pro maiori parte quantum ad actus exteriores, prout possunt cadere sub lege etiam humana, quæ de exterioribus tantum iudicat. In hoc autem loco cum iam populus licet rudis esset, tamen magis eruditus in huiusmodi disciplina

B tanquam expertus in multis & varijs indicijs diuinis, quæ inter ipsos contigerant, præcepta decalogi eis iterantur, exprimendo seu insinuando modum ea obseruandi, prout sub lege diuina cadere debet, scilicet vt ex motu interiori ad opera virtutum exteriora procederetur. Quod sic patet. Nam circa parentum obsequium in datione legis dicitur. Honora patrem tuum & matrem. Quod quidem præceptum impleri potest per solos actus exteriores. Honor enim qui est exhibitio reuerentiæ in signum virtutis, vt habetur in 1. Eth. in solo actu exteriori potest impleri, in quo signa reuerentiæ demonstrantur. In hac autem iteratione dicitur. Vnusquisque matrem & patrem suum timeat. Constat autem quod timor essentialiter in interioribus consistit, quod est difficilius implere quam primum, & etiam dat modum quo impleri debeat præceptum illud, scilicet, Honora patrem tuum, & matrem, scilicet quod talis honoratio exterior procedere debet ex timore interiori, scilicet filiali seu reuerentiali. Item patet in secundo præcepto hic tradito, cum dicitur. Sabbatha mea custodite. In prima enim traditione decalogi habetur. Memento, ut diem sabbathi sanctifices. vbi sabbathum ponitur in singulari hic autem dicitur sabbatha in plurali, quod non vacat mysterio, vnde gloss. Nota quod non ait sabbathum, sed sabbatha, quia intelligibilis requies non ab vno sed ab omnibus carnalibus quieta est & absoluta: & ideo in hoc loco prius sabbathorum nomen in diuina scriptura positum est, vt scias quia sabbathum plena & perfecta quies est. Hæc in glo.

Et attendendum, quod licet forte quod dicitur in hac gl. quod sabbathum plena & perfecta est quies, intelligitur de requie æterna, tamen satis datur intelligi, quia quies sabbathi, prout cadit sub præcepto legis vniuersalis debet esse ab omnibus impeditiuis quietis eiusdem, quod non intelligitur cum dicitur, sabbathum in singulari: vnde patet, quod hæc iteratio efficacior est, & perfectiorem modum præcipit in obseruatione sabbathi, quam prima propositio, scilicet in datione legis.

Idem patet in prohibitione idolatriæ, de qua hic dicitur. Nolite conuerti ad idola, &c. Hic enim actus interior in huiusmodi prohibitione videtur contineri. Conuersio enim humana proprie intelligitur in corde. Vnde Iohelis. 2. d. Conuertimini ad me in toto corde uestro. Quæ quidem prohibitio se extendit etiam ad illos qui cultus seu superstitiones idolorum mentaliter approbant, licet exterius nihil horum ostendant, quod non fuit in datione legis circa hoc expressum & quia forte ex hoc aliquis putaret, quod tota prohibitio idolatriæ consisteret in mente, sic quod qui

C mentaliter idola non coleret, licet posset eis per actus exteriores exhibere cultum, prout forte quidam æstimauerunt, ideo subdit: Nec Deos conflatiles facietis vobis, vt intelligatur, quod licet quis in mente ad idola non conuertatur, fabricat tamen ea per actum exteriorem, nihilominus est transgressor huius præcepti.

Similiter circa prohibitionem periurij infra, paucis interpositis dicit. Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui

D Circa quod in prima particula superadditur, quod non solum in nomine domini tetragrammaton prohibetur periurium, vt in prima traditione decalogi vbi dicitur. Non assumes nomen Dei tui in uanum, vbi prædictum nomen magnum exprimitur, sed etiam in quocunque nomine diuino prohibetur periurium. In secunda vero particula cum dicitur: Nec pollues nomen Dei tui superadditur alia prohibitio, scilicet ne quis quasi obligatus iuramento aliquid malum committat, sicut legitur de iuramento Herodis ad filiam Herodiadem, talis enim iurans custodiendo iuramentum, videtur nomen domini polluere, vt in gl.

Similiter circa prohibitionem homicidij dicit. Non stabis contra sanguinem proximi tui. In quo auxilium & consilium vel fauorem homicidij videtur prohibere. Nec solum ista, quæ in actib. exteriorib. consistunt, sed etiam odium cordis prohibetur, cum dicit. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, &c. Sed quia ista negatiua sunt, nec comprehendunt intentionem legislatoris circa ordinationem hominis ad proximum, ideo finaliter concludit dicens: Diliges amicum tuum, id est proximum secundum translationem 70. sicut teipsum. In hoc enim mandato totius legis confirmatio & abbreuiatio consistit. Vnde Rom. 13. c. Qui diligit proximum, legem impleuit.

Similiter circa prohibitionem furti addit. Nec decipiat vnusquisque proximum suum. Non facias calumniam nec vi opprimes, & multa alia quæ sequuntur ad prohibitionem cuiuscunque iniuriæ seu damni, quæ in bonis proximi potest inferri, vel etiam in eius fama, vt cum dicitur. Non maledices surdo, nec eris criminator, nec susurro in populis. Nec in directione actuum ignorantis, cum dicitur. Nec coram cæco pones offendiculum, Nec etiam præstando fauorem iniustum in iudicio, cum dicit. Nec iniuste iudicabis, non consideres personam pauperis. Constat autem quod omnia præcepta prædicta negatiua quibus prohibentur iniuriæ vel nocumenta quæcunque proximo inferenda, possunt impleri sine hoc quod homo diligat proximum. Potest enim homo non habere odium fratris sui in corde suo, nec quærere vltionem ab eo, & omnia huiusmodi, & tamen cum hoc non diligere eum. Cum enim amor & odium sint passiones contrariæ, possibile est, vt quis neutram habeat circa proximum, sicut possibile est, quod aliquod

E corpus nec sit album nec nigrum. Vnde sequitur, quod licet quis impleret omnia præcepta negatiua prædicta circa fratrem, non tamen ex hoc sequitur, quod impleat præceptum de dilectione proximi circa eum, ille tamen qui diligit proximum suum sicut seipsum, omnia prædicta præcepta negatiua circa proximum implet. Cuius ratio est. Nam in hoc præcepto de dilectione proximi, licet non importetur æqualitas dilectionis, eo quod amicabilia ad alterum veniunt ex amicabilibus ad se, ut patet 9 Ethic. Imperatur tamen per hoc præceptum dilectionis, quod homo velit bonum proximo suo, cuiuscunque generis bonorum existat, utputa bonum corporis & bonum animæ, & bonum honoris seu famæ, & omnium aliorum quæ licite homo posset pro se uelle, quamuis prius sibi & potius ista bona uellet, & hoc importatur per hoc quod dicitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Nam postquam enumerauit omnium malorum genera quæ prohibentur inferri proximo, subdit: Diliges proximum tuum, sicut teipsum, ut intelligatur, quod sicut homo diligendo seipsum, non solum omnia mala prædicta, inquantum in se est, a seipso amouet, sed etiam eorum contraria, scilicet bona sibi procurat, pari modo proximum diligit, seruato tamen ordine charitatis, quod intelligitur in hoc quod dicitur. Sicut teipsum. Exemplar enim prius & potius est exemplato.

Ex quibus sequitur, quod implere huiusmodi mandatum de dilectione proximi, perfectius est quam implere cætera mandata circa eum præter præceptum dilectionis, nam per impletionem huius præcepti affirmatiui uirtualiter impletur omnia alia negatiua circa proximum, sed non econtra, ut dictum est.

Sequitur etiam ex dictis, quod præceptum de dilectione proximi, prout in lege diuina traditur, non est de præceptis iuris naturalis primo per se notis. Manifestum est enim quod talia præcepta prima iuris naturalis sunt eadem apud omnes, sed constat quod præcipui Philosophi qui de natura li dictamine rationis maxime seruati sunt, ut Peripatetici, hoc non inuenerunt, nam tractantes de amicitia, quæ apud eos uirtus est, uel non sine uirtute, ut in 8. Eth. ipsam posuerunt solum esse inter uiros uirtuosos, quorum alter alterum uere cognosceret esse talem, quod est de rarissime contingentibus, quod non esset si de primo dictamine rationis naturalis hoc præceptum esset. Philoso.

Sed contra hoc uidetur sentire sanctus Doctor in prima secundæ quæstio. 100. articul. 3. in responsione ad primum argumentum, ubi dicit quod præcepta de dilectione Dei, & proximi sunt prima & communia legis naturæ, quæ sunt per se nota rationi humanæ, uel per naturam, vel

F per fidem. Et idem in eadem q artic. 11. in corpore quæstionis dicit, quod quædam sunt præcepta certissima, & adeo manifesta, quod editione non indigent, sicut mandata de dilectione Dei & proximi, & hoc uidetur tenere in multis alijs locis, quod ualde mirandum est propter prædicta nisi forte sanctus Doctor loquatur in statu naturæ integræ, non autem in statu naturæ lapsæ, quod tamen non intelligitur bene ex verbis suis, præsertim cum hanc rationem assignet, quare ista duo

pra-

A præcepta non fuerunt posita inter præcepta decalogi: Quæ quidem ratio aliam admirationem inducit: Nam si hæc duo præcepta ideo non ponuntur inter præcepta decalogi, quia ex sui manifestatione, editione nõ indigent, multo minus debuissent poni inter præcepta superaddita decalogo, quorum ratio non est cuilibet manifesta; sed solum sapientibus secundum ipsum in eadem q.

Sequitur etiam ex dictis, quod hoc præceptum de dilectione proximi est difficilius cæteris præceptis, quæ ordinant ad proximum: quod sic patet: nam qui diligit proximum sicut seipsum, prompte & delectabiliter exercet se erga ipsum: sic enim opera amicitiæ, erga se talia opera exercet. Ille autem qui non diligit proximum sicut seipsum, licet alia præcepta negatiua supra dicta impleat, abstinendo se ab odio proximi & alio nocumento sibi inferendo, non tamen est necesse, vt hoc faciat prompte & delectabiliter: possunt enim ista impleri timore pœnę, vel quadam simulatione sine promptitudine, nec delectatione, quod non contingit in eo qui proximum diligit sicut seipsum: Nam cum amor sit causa delectationis, sub præcepto de dilectione proximi cadit, vt implens huiusmodi præceptum cum delectatione & hilaritate, opera amicitiæ exerceat erga proximum, vt in 1.2.q.100.ar.9. in responsione ad tertium argumentum. Et sic ex vi huiusmodi præcepti datur modus adimplendi alia præcepta ad proximum ordinatu, licet ex vi aliorum præceptorum quæ non dantur de dilectione; sed de abstinendo à nocumento uel odio proximi, talis modus non cadat sub præcepto.

Concordat autem huic expositioni, quod in prima traditione decalogi proponitur vt præambulum, Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxite de terra Aegypti: quo ostenditur, quod Deus volebat eos inducere ad obseruantiam præceptorum ex recognitione beneficij redemptionis accepti. In hac aũt secũda iteratione decalogi præmittitur vt præambulum: Sãcti estote quoniam sanctus sum ego dominus Deus uester. In quo

B ostenditur quod hic intendit eos inducere ad præceptorum obseruantiam ex imitatione diuinæ sanctitatis: Constat autem, quod altior modus veniendi ad virtutem seu ad opera virtuosa est, cum quis imitari intendit diuinam bonitatem seu sanctitatem, quãũm humana fragilitas permittit, quam cum quis ex recognitione beneficij accepti ad hoc inducitur, sicut maior est perfectio seu bonitas diuina in se considerata quæ infinita est, quam si consideretur ex certo beneficio alicui impenso quod semper est finitũ, vnde hoc dictum: Sancti estote, &c. non videtur intelligendum vt conclusio prædictorum, prout postillator dicit, sed magis vt præambulũ sequentium. Non.n. solum in hoc præambulo exhortatur ad separationẽ ab omnib. immunditijs seu turpitudinib. corporalib. quæ in præcedenti capitulo tractantur, sed etiam ab immunditijs spiritualib. & interioris; de quibus in hoc capitulo tractatur, vt dictum est: & ideo dicit. Quoniam ego sanctus sum dominus Deus vester. Sanctitas.n. diuina non solum est a contagiis corporalib. a quib. etiam spiritus maligni sunt immunes, sed etiam a spiritualibus quibuscunque. Si autem quæratur, quare inter prædicta præcepta in hoc capitulo contenta omittitur præcepta in hoc capitulo contenta omittitur præceptum (Non mœchaberis): Dicendũ quod in præcedenti cap. fuerunt multa superaddita illi præcepto. Similiter & infra in hoc capitulo quæ in alia eidem superadduntur, idcirco hic non iteratur cũ aliis. Præcepta autem de nõ concupisces rem proximi, tunc satis includuntur in hoc præcepto de dilectione proximi, in quo constituit finem huiusmodi iterationis: Finis enim præcepti charitas est. 1. Tim. 1. a. Vnde ea quæ sequuntur cum dicitur: Leges meas custodite. Inuenta tua non facias, &c præcipue pertinent ad ceremonialia, vt ex ipsis patet, & exponantur prout in postilla. Si autem quæratur de ordine horum præceptorum, quare deuiat ab ordine primæ traditionis, quia ibi incipit a præceptis ordinantib. ad Deum, hic autem de his quæ pertinent ad proximum? Dicendum, quod prima traditio

C sequitur ordinem dignitatis, quia illa quæ ordinant in Deum, sunt potiora. In hac autem secunda traditione, quia dilectionem proximi principaliter exprimere intendebat, reseruata explicatione primi præcepti charitatis, quod maius & summum præceptum legis est, ad vltimam explanationem legis, sic in Deut. 6. Quãdo iam auditores erant magis prouecti. Scriptura sequitur ordinem nostræ cognitionis sensitiuę secundum

D quam proximus est nobis magis notus quam Deus, iuxta illud 1. Io. 4. d. Qui non diligit proximum suum quem videt, Deum quem non videt, quõ potest diligere; Et ideo præposuit primum præceptum de obsequio parentum, in quo matrem antepo suit patri, eo quod etiam secundum nostram cognitionem mater primo innotescit filio quã pater. Adiungit etiam huic præcepto de custodia sabbathorum, quod pertinet ad præcepta ordinantia in Deum, quia est præceptũ affirmatiuũ, & sic hęc iteratio incipit ab affirmatiuis. Cætera autem ordinantur diuersimode, in qua ordinis diuersitate datur quodammodo intelligi pluralitas præceptorum, secundum quam cuiuslibet eorum obseruantia necessaria est ad salutem Quia vt Iac. 2. b. Qui in vno deliquerit, factus est oĩum reus. Introducitur autem in hac iteratione. Si immolauerit hostiam pacificã domino, vt sit placabilis, ad ostendendum, quod actus interior mentis (de quo in hac iteratione, potius intendebat quam in prima traditione) est apud Deum principaliter acceptus. Vnde in Hebręo habetur. Si immolaueritis hostiam pacificam domino, sit placabilis, & est sensus vt sit acceptabile obsequiũ Deo, sic vt nihil prę

E mittatur de agendis circa ipsam: Exemplificat de hostia pacifica, quę minimum locum tenet in sacrificiis, innuẽdo, quod si de ceremonijs aliquid omittatur, totum est profanum.

### ADDITIO II.

Item in hoc c. 19. vbi dicitur, in Hebręo habetur, videtur esse addendum, quod in Hebręo vbi in hoc loco dicitur secundum Ra. Sa. Et parata viro, est vnum vocabulum obscurum, quod secundum Ra. Moy. Gerunden. significat concubinam, & sic scriptura loquitur de ancilla Chananęa, quę est concubina alicuius liberi Hebręi, cum quo non cõtraxit matrimonium, sed est ei coniuncta in concubinatu, & sic tales non incurrunt pœnam mortis, cum non sit ibi adulteriũ, vnde dicitur. Vapulabit ipsa, id est, verberabitur, quia non fuit libera, & sic non habet vnde offerat pro peccato suo. Vir vero pro delicto suo offert, &c. prout in postilla.

### ADDITIO III.

In eo. c. vbi dicitur in post. Auferetis præputia. c. videtur esse addendum. Quod in Hebręo habetur in hoc loco. Præputiabitis præputia eorum, & est sensus quod illi fructus sunt immundi propter rationes in postila allegatas, & ideo reputãtur sunt sicut præputia quę apud Hebręos refutanda sunt tanquam superflua & inutilia, vnde sequitur. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis. Ex quo patet quod non auferebantur primi flores seu gemmę, ne erumperent in fructus, prout dicitur in postil. sed permittebantur crescere, & tamen esus eorum erat illicitus.

REPLICA correctorij contra Burgen. In c. 19. cum postil. breuiter & clare se expediuisset de replicatione præceptorum, Burg. facit longam digressionem. A qua primo reprobat sanctum Th. cuius dicta tamen in prologo sui operis firmiter credit esse igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata. hic tamen abijcit, & sępe postillatorũ redarguit, quod aliquando ex manifesta ratione ea declinauit. Notat consequenter in eadem digressione postillatorem asserẽs quod exponat illud dictum. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, vt conclusionẽ prędictorũ, cum sic pręambulum sequentium. Sed apparet Burg. non diligenter hic vidisse postillatorẽ, non.n. ponit illud: Sancti estote, pro conclusione, sed potius pro conclusionis principio, causa, & ratione, vt patet bene intuenti dicta postillatoris.

F

## CAP. XX.

A Quare lex sępe eadẽ repetit.

Locutus est, &cæt. Frequenter lex eadem repetit, vt eorum memoriam infigat legenti, quædam tamen noua interserit, ne superfluere videatur. Sed noua inquirendo iam dicta studiosius inquirantur. Vnde superius

a Locutusque est dominus ad Moysen dicẽs: Hæc loqueris 1 filiis Israel: Homo de filiis Israel, & de aduenis, qui habit-

(Naturalibus Iudæis. Idem superius dixerat, sed hic pœnam addit. Naturalibus. Proselytis.)

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XX.

1 Locutusque est, &c. Supra posita sunt pręcepta ordinatiua vitæ absque determinatione pœnę, hic eadem (licet non omnia) replicatur cum dicta determinatione. Ratio autem huius ordinis est, quia intentio legislatoris est, ciues facere bonos & virtuosos, hoc autem est, quando bene operantur ex amore iustitię, & ideo pręmisit pręcepta absque determinatione pœna, per hoc insinuãs, quod essent adimplenda ex amore boni. Sed quia non omnes sunt virtuosi, sed pauci respectiue, ideo replicauit pręcepta cũ determinatione pœnę, vt imperfecti ea adimplerent, saltem timore pœnę. Primo igitur ponitur dictæ determinatio, secundo determinationis ratio, ibi, Custodite leges meas tertio inteta conclusio, ibi Vir siue mulier. Circa primum ponitur determinatio circa rationalem, secundo, circa irascibilem, ibi.

**Qui

## MORALITER.

† 1 Locutusq. est dominus. In hoc capitulo repetuntur aliqua superius prohibita, vt addatur pœna, vt de idolo Moloch, & turpitudinib. non reuelãdis, quorũ sensus mysticus sup. est positus. Itẽ ponũt hic aliqua quorũ sensus literalis est moralis, & ideo sunt pertransẽunda, vsq; prope fi. capituli vbi dicitur:

† 1 Vir

quædam prohibendo pœnã tacuit, vt quærentes quæ vel qualis sit, in sequentib. diligenter inuestigemus. Cum enim supe- Supra 18.c. rius Moloch prohiberet sacrificari, idipsum pœnam addendo repetit, populus, s. terræ lapidabit eum, non solum principes. Nec his contentus addit; Ego ponam faciem meam contra illum, &c.

a ✠ *Populus terræ lapidabit, &c.* PROCO. Vbi supra. Magnam habet vtilitatẽ vt populus suis manibus fontes puniat. Nã ad eum modum Deus Iudæos instruit, vt discant iustè exercere iurisdictionem. Populo autem honesti illius operis executionẽ demandat, non quasi nequeat ipse maleficos capitaliter plectere. Nam cõtinuo infert, si uos hoc facere neglexeritis, ego pœnas illi maleficorrogabo. Ad eũdẽ modum iussit hostes trucidare, ut decertãtes ꝓ religione extirparẽt idololatras.

b *Contaminauerit sanctuar. &c.* Quicunq; semen suũ idolis consecrat, sanctuarium Dei polluit, & nomẽ eius, quia imaginem Dei quã habet, demonib. deuouet. Ipsum quoq; quantum in se ẽst polluit, qui imaginẽ dedit, & spiritum uitæ insufflauit, dum immũdo spiritui imago Dei prostituitur. Qui filiũ quoq; uel discipulum vitio auaritiæ afficit, q̃ est idolorum seruitus, similiter sanctuarium & nomen Dei polluit, eodẽ modo licet de cæteris vitijs ratiocinari, ne quis corpus ꝙ est templum Christi & habitaculum spiritussancti, quibuslibet polluat immõditiis. Talem etiam præcipit puniri ab omnibus, quia omnium est inimicus, & gloriæ omnium aduersatur. (Num. 11. b. Eph. 5. b. 1. Cor. 6. d.)

c *Quod si ne.* Prouocat alios ꝯ illum, & terret, si neglexerint pœnam tã studiose pcẽptã. Deo ipso irascẽte & ferẽte sentẽtiã.

d *Nec volue.* ISIC. Malum est permittere etiam eos, qui foris sunt, fornicari a Deo & adhærere diabolo, sed multo magis de medio populi, hoc est. n. totum gregem lupo concedere. Consentientes autẽ qui, s. possunt accusare vel arguere vel monere, & non faciunt, non effugient iudicium. Ponit Deus faciem super illum, de quo dicitur: *Vultus autem domini super fa. ma. &c.* (Psal. 33. c.)

e *Anima quæ de.* Grande peccatum est ad magos vel ariolos declinare, hoc est enim a Deo recedere. Sunt autẽ magi intelligibiles, qui in nomine domini falsa prophetant. Sũt arioli deceptores & adulatores, qui veneficis verbis auditus multorũ corrumpunt, & a veritate auertunt.

✠ RAD. Vnde Ochozias cum ægrotans misisset nuntios dicens: Ite consulite Beelzebub, vtrum viuere queam, Angelus locutus est ad Eliam, Ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ, & dices ad eos, Nunqd nõ est De⁹ in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accarõ? Quamobrẽ de lectulo nõ descẽdes, sed morte morieris. (Li. 4. c. 8. in Leuit.)

f *Qui male.* ORIGEM. De his superius præcepta dedit, sed quæ pœna inobedientem manet, non ascripsit; eadem ergo repetuntur, & cuiuslibet pœna decernitur. Ibi ergo præcepta dantur, hic iustificationes dãtur & iudicia, quibus quod iustum est peccatori, indicatur. Notandum autẽ, ꝙ non cõtinuo pœnas cum primis præceptis statuit, quia amore non timore vult præcepta custodiri. Si contempseris, nõ tam homo quam cõtemptor puniẽris. Prouocat benigne filium, ne puniat cõtemptorẽ seruum. (Hom. 11. in Leuit.)

IDEM. *Qui male. &c.* Nomẽ patris uel matris grande mysterium est, pater tibi Deus est & in spiritum cælestis Ierusalem mater. Primo tibi Deus pater est qui genuit spm tuum. Secundo tibi pater est carnis, pater cuius ministerio in carne natus es: *Qui ergo maledixerit patri vel matrim.* oportet te parẽ gratiã referre parentib. Si contumeliosus fueris patri carnali, eris & spali, de matre quoq; idem est. Sicut seruus corporali dño contumeliosus, Deũ quoq; inhonorat. q̃ carnali dño nomen suum accõmodat. Nullo ergo modo cõtradicere debemus patri uel matri, dicant, faciant quę volũt. Quomodo possumus, vicẽ gratiæ illis reddere, a quibus geniti sumus, nutriti, eruditi, quib. autoribus Deum agnouimus? Quid igitur expectandum est illis qui negãt Deum esse autorem mundi, & quę de cælesti Ierusalem dicuntur, ad aliquam terrenam ciuitatem inuertunt sensibus deprauatis. (Vbi supra. Mystice. Gal. 4. Exo. 21. b. Prou. 20.)

g *Sanguis eius.* Quia ipse est sibi cã mortis. Si sic punitur, qui carnali patri maledixerit, quomodo punietur qui Chrm blasphemauerit, nec obaudiuit dicẽti: *Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, &c.* morte, scilicet morietur, alienatus a regno cælorum (Ioan. 3. a.)

---

tant in Israel: si quis dederit de semine suo idolo Moloch, [1] a morte moriatur. Populus terræ lapidabit eum, & ego ponam faciem meam contra illum, succidamque eum de medio po- [2] b puli sui; eo quod dederit de semine suo Moloch, & conta- [3] minauerit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum [4] c meum. Quod si negligens populus terræ, & quasi paruipen- [5] dens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de se- d mine suo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meam super hominem illum; & cognationem eius; e succidamque & ipsum & omnes qui consenserunt ei, vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. Anima quæ [6] declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. † Sanctificamini, & estote sancti, qa & ego sanctus * dñs Deus vester. Custodite præcepta mea, & facite ea. f Ego dñs q̃ sanctifico vos. Qui maledixerit patri suo, aut ma- [7] g tri morte moriat. Qui patri matriq; maledixerit, sanguis eius

*Interlinear glosses:* a Idolum Moabitarum, quod interpretatur rex. a Non solum princeps. Sanctorum. a Carnali, vel discipulum quem in docendo genuerit. b Lxx. principi. Principi huius seculi, qui operatur in filijs diffidentiæ. a Qui scientia est nutritus, hic enim fructuosa terra est. Qui sibi nocet & alijs. Lxx. principi. a Interiores vitæ & doctrinæ. a Non solum qui faciunt puniuntur, sed qui consentiunt facientibus. a Lxx. ventriculos. b Lxx. veneficos. c Recedendo a Deo. a Vultus autem domini super facientes mala, &c. Psal. 33. c. a Vt supra. b Q̃ta polluti sunt qui ea in quę hęc faciunt. Quæ illi præuaricari suadent. a Quasi, illi polluunt contra legem dicentes. b Ingratus, naturæ beneficiis & creatori, qui omnium pater est. Grauis pœna, quia grauis culpa, rectam ostendit esse sententiam, dum subdit patri matrique, &c.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ Qui maledixerit patri. *tertio circa concupiscibilem, ibi* Si mœchatus. *Circa primum puniuntur duo casus de idolatria, qua ex dictamine rationis est fugienda. Primus ponitur, cum dicitur.*

Sacrificiũ Molochi. 1 Si quis dederit, &c. *Frequentius autem loquitur scriptura de Moloch, quam de alijs idolis, tum quia sacrificium sibi oblatum erat magis horridum, vt patet ex prædictis 18. capit. tum quia multi circa hoc erant inclinati, credentes quod ex tali puerorum oblatione consequeretur postea quicquid vellent. Ex hoc autem quod dicitur hic:* De semine suo, *quod importat partem. Dixerunt aliqui Doctores Hebræorum, modo indebito literæ inuitentes, quod si aliquis daret omnes pueros suos idolo Moloch, non incurreret pœnam prædictam, quod videtur valde absurdum, tum quia pars includitur in toto, & ideo dans totum, dat etiam partem, tum etiam, quia dans totum grauius peccat, propter quod non minus, sed magis debet puniri. Et ideo alij volentes colorare dictum prædictum, dixerunt quod dans totum semen idolo Moloch, ita grauiter peccat, quod non potest aliqua pœna expiari in vita præsenti, etiam morte. Et ideo dixerunt doctores, quod non incurrit pœnam mortis, quia reseruatur maiori pœnæ, scilicet gehennæ. Sed isti volentes saluare dicta doctorum suorum, dicunt contra verbum domini. Ezech. 18. c.* Si autem impius egerit penitentiam, &c. *& sequitur:* Omnium iniquitatum suarum, quas operatus est, non recordabor. *Ex quo patet, quod nullum est peccatum, quod in vita præsenti non possit expiari.* 2 Succidamq; eum. *Delendo eius posteritatẽ.* 3 Et contaminauerit, &c. *Alibi sacrificando, quam ad sanctuarium meum, quasi locus sacrificij mei esset contaminatus.* 4 Ac polluerit nom. san. meum. *Ipsum Moloch attribuendo.* 5 Quod si negligens popu. terræ. *Ex quo, patet quod illi qui debẽt corrigere crimina, si negligant, consentientes reputantur, & eandem pœnam incurrunt. Secundus autem casus ponitur, cum dicitur.* 6 Anima quæ decli. ad mã. &c. *Et patet sententia ex prædictis c. xix. quia hic solum additur pœna, cum subditur:* Interficiam illam, &c. 7 Qui maledixerit. *Hic consequenter ponitur determinatio pœnę quantum ad irascibilem in vno casu, cum dicitur:* Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. *Non est tamen intelligendum quod ex vna maledictione aliquis incurrat pœnam istam, sed quando fuerit assuefactus, & seriose fecerit, non loco, sicut fuit declaratum Exod. 21.*

A cælorū reus est. nihil enim graue, nec operosum, aut laboriosum ei præceptum est.

✠ PROCOPIVS. Post quā sumptū est supplicium de his qui nomen Dei profanauerāt, pœnis ferire pergit eos qui contumeliose tractāt suos parētes, quorū opera in hāc venere vitā.

*vbi supra.* ✠ RADVLPHVS. Quia in Exodo pręceperat. Honora patrem & matrē, vt sis longæuus super terrā, huius etiam præcepti violatorē mortis sentētia damnat, vbi aduertendū est, grauem esse parentum iniuriā, quæ licet sub remissione noui testamē ti nō statim morte vindicet, sicut fieri iussū est sub austeritate veteris, reat⁹ tamē impar nō est, et pęna illus, nisi dum viuit homo p pœnitentiā se correxerit, si differt, nō aufert, sed grauius sub diuino iudicio puniētur quicunque per patientiam illius peiores efficiuntur.

a sit super eum. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, 1 & adulterium perpetrauerit cum † vxore proximi sui, morte b moriantur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. Sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur: quia † scelus operati sunt. c Sanguis eorum sit super eos. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur. Sit d sanguis eorum super eos. Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius, scelus operatus est. Viuus ardebit cum eis, nec permae nebit tantum nefas in medio vestri. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. † Mulier quę 2

a ¶ Spirituale maius. b ¶ Ecclesia. c ¶ Sacerdoti, episcopi, imo Christi. ¶ Qui doctrinam prauam seminat. ¶ Supra expositum est. ¶ Quia simile peccatum. a ¶ In virtutibus perfecto. b ¶ Verbis & exemplis nos cum ipso effeminando. a ¶ Actionem. b ¶ Concupiscentiam. a ¶ Scienter. b ¶ Pœnitens. c ¶ Concupiscentia & actione. a ¶ Bestiali cupiditate. a ¶ Deliberando & perseuerando. b ¶ Aeterna. c ¶ Mortuo peccatore peccatum non operatur. d ¶ Idem quoque iudicit mulieribus.

*Orat. 3. de prouidentia.* ✠ CHRYSOSTOMVS. *Qui maledixerit, &c.* In veteri testamento hoc sancitum est, quando non absoluta optimę reipub. formæ perfectio, quando puerilia præcepta, quando lac, quando figura & vmbra. Quid igitur dicemus de his, in gratia, & rerum ueritate non patri aut matri maledicentib. sed Deo, quo supplicio afficientur, omnes cruciatus qui nunc sunt, quiq; futuri sunt, minores iusto sunt, animo ita affecto.

B

*Qō. 73. in Leuiticū.* a *Si mœch.* AVGVST. Hic aliquid voluit distare inter quemlibet virum & proximū, quāuis sępe pro omni homine ponat proximū, & necessario sequitur, si ab uxore cuiuslibet abstinē dū est, multo magis ab vxore proximi. *Si, &c.* Repetitio est ostendens quantum malum sit adulterare vxorem cuiuslibet viri, hoc est enim adulterare vxorem proximi, quia nihil proximius est, quam homo homini.

*Adulteriū spirituale.* *Si mœchatus, &c.* ISICHIVS. Adulterium corporale malū est, spirituale peius, hoc carni, illud spiritui contumeliā facit, hoc homini, illud Deo. Spiritualiter adulterat, qui legis dogmata corrumpit. Adulterat mulierem viri, qui corrumpit ecclesiā Christi, de qua dicitur. *Despondi. n. vos vni viro, virginē castam exhibere Christo.* Adulterat autem doctrinā prauam seminado, non Christi. Est etiam sacerdos uel quilibet doctor, vir ecclesiæ a Christo sibi commissæ. Quorum si quis maculauerit ecclesiam, proximo facit iniuriam id est, Christo qui ei commisit hanc curam. *(2. Cor. 11. a)*

*vbi supra.* ✠ RADVLPHVS. Verum cum Dauid adulteriū recolo, & video illum non statim morti destinatū, sed uno uerbo veniā assecutum, intelligo iam in illo viro præcessisse formam euāgelicam dum pęnitendo & confitendo abluit culpam, & legalem euadit sententiam.

C b *Qui dor.* Hæc superius dicta & exposita sunt, vbi dictum est, Non reuelabis turpitudinē patris tui, &c. Sed hic aperte tangit eū qui idem quod proximus agit, nec peccati societate erubescens, pdit in quo mortis pœnam legislator sanxit. Nouercæ autē virum coniunxit, quia quod in patrem a filio delinquitur hoc i filiū a patre cōmittitur & similis vtrobiq; impietas.

*vbi supra.* ✠ RADOLPHVS. Hoc fecit Ruben primogenitus Iacob qui dormiuit cū Bala concubina patris sui, vnde & a patre maledicitur. *Ruben* inquit *primogenitus meus, &c. non crescas quia ascendisti cubile patris tui.* *(Genes. 49.)*

*vbi supra.* ORIG. Supradictum, Turpitudinē no. tuæ nō re. Sed quia legis huius vel præcepti pęna nō erat subscripta, idē repetit, vt pęnā subscribat. Ait Apostolo. *Irritā faciens quis legē Mosi, sine vlla miseratione duobus aut tribus testibus moritur, quanto maioribus suppliciis dignus putabitur, qui filiū Dei conculcauerit, &c.* In lege adulter *(Heb. 10. c. Adulterii pœna.)*

D ter vel adultera non poterant dicere, penitentiam petimus, & veniā deprecamur. Mori necesse erat in criminibus singulis, quib. erat pœna mortis ascripta. Apud Christianos vero non est pręceptū vt corporaliter puniantur, nec potestas data est episcopis præsenti morte damnare, q habebant presbyteri in lege. Dicimus ergo φ lex Mosi crudelis, & euangelium Christi ī deterius resoluit, absit. Sed in vtroq; est Dei benignitas diuersa dispē satione. in lege adulteriū morte puniebatur, vt qui hic puniebantur, non amplius punirētur, plena ergo lex misericordia, quæ præsēti pęna purgari voluit & futuram exclusit. Nūc autem ad purgationē nō refertur pęna corporalis, sed sacerdos pœnitentiam iniungit, quā vtrum digne quisq; gerat vt veniā mereatur, ipse puideat: Qua enim mensura mensus fuerit, remetietur ei, secundū illud: *Potum dabis nobis lachrymis in mensura.* Sunt ergo peccata quę ducunt ad amorem, ideo consequēs est, ut quoties qs cō miserit, toties moriat. Multas esse mortes significat Apostolus dicēs: *Qui de tantis mortib. eripuit nos, & eripit, &c.* hoc est de mortibus peccati. Videbatur immortalis esse hac communi morte qui ait, de tantis mortibus eripuit nos, &c. Si. n. eripuit & eripit, & eripiet, nūquam erit quando moriatur, quē Deus semper eripiet. Videndū ergo ne forte grauius sit nobis, qui morte animæ punimur, quam illis qui corporaliter puniebā tur, quia nobis in futurū restat pęna, illos absoluebant soluta supplicia. Qui ergo semel cōmiserit, secundo nō faciat, qui secundo, vltra nō addat. Est enim apud rectum iudicem pęnæ moderatio, non solum pro qualitate, sed etiam p quantitate.

*(† coniuge. † confusionem. † sup. 18 d 15. q. 1. c. Psal. 80. a. I oan. 5. d. 2. Cor. 1. b Mors multiplex.)*

E c *Qui dormierit cum masc. &c.* Hoc peccatū iniuria naturæ est, unde & morte multari decretū est. Spiritualiter autem eum qui fortis est animo, & masculus. Vir enim in diuina scriptura, pfectus in virtutibus nominatur, verbis prauis uel actionibus effœminare caueamus, ne cum ipso dissoluamur, & simul moriamur.

d *Qui supra vxo.* Seuā huic delicto pęnam decernit. Qui enim ex matre sunt geniti, his quos filia genuit cum unus pater sit, incertum est utrum fratres sint, an auunculi. Caueatur ergo tā incerta cōmistio. Sed qa oīs peccati concupiscentia mater est. si qua nobis concupiscētia sit, actionē nō coniūgamus ei. Qui. n. hoc facit, igne incēditur & concupiscentia, & actio eius. *Si enim facta carnis spiritu mortificaueritnus, viuemus.* *(Rom. 8. c.)*

F e *Qui cum ium.* Nimia contra eos exercetur districtio, qui in tātum iniqui & libidini dediti, ut inaudita scelera concupiscerent. unde uiris uel mulieribus, commistis quadrupedib. mortis pęnā indixit. Fidelib. quoque non erit hæc lex superflua, si quadrupedia, uoluntates prauas ad terrā pronas intelligamus q manus sicut homines non habēt, quia omni humana actione caret, unde cognationes nobiscū non habent. Vir ergo uel mulier quæ non lāguore naturę sed deliberatione eis cohęserit uel coierit, reus est mortis. Ipsi quoque mori dicuntur illis mortuis, neque enim per se subsistunt, nec ulla peccati substantia est, sed in peccatoribus operator.

AVGVST. *Qui cum iumento, &c.* Quæritur quomodo pecus reum sit, cum nec rationale nec legis capax sit, an quēadmodum transferuntur verba metaphorica ab animali ad animal, sicut dicitur ventus improbus uel iratum mare, ita & hic translatum a rationali ad irrationale, nam inde pecora iussa sunt interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant memoriam facti.

☞ a *Qui*

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si mechatus. *Hic consequenter determinatur pœna quantum ad concupiscibilem, & replicantur eadem præcepta, quæ superius dicta sunt, & solum hic additur determinatio pœnæ, & ideo patet litera ex supra prædictis vsque ibi:*

2 Pecus quoque oc. *Non quia peccauerit, cum nō habeat liberum arbitrium, sed in detestationem criminis, & ne ex aspectu talis animalis aliqui inclinarentur ad idem vitium.*

a *Qui ac.so.&c.* ISICH. Hoc tolerabile videbatur, quia Abraham de Sara dicit, Soror mea est ex patre, & nō ex matre, sed eos q de Thare patre Abrahā geniti sunt Moyses enumerās, nusquam Saræ fecit mentionem. Quod si sorori suę Abrahā nupsit, ante tamē hoc, quam Deum cognosceret fecit. Bene ergo lex talem coniunctionem prohibuit.

*Qui acceperit.* Tropol. Turpitudinem sororis ex patre & non ex matre videt & accipit, qui turpē actionem apatre vel a matre, in qua scilicet deliquerunt, admiratur, & imitatur, non solum perscrutās quæ non oportuit, sed coniungēs: se parentū prauitati quæ soror ei⁹ dicit, quasi ab eisdē genita parentibus. Quia vero filii publicant parētum peccata faciendo similia, rectè in conspectu populi infligitur pęna, vel iuxta Lxx. in conspectu filiorum generis sui eorū scilicet qui talia cogitant imitari, ut unius afflictio, multorum sit correctio.

b *Viderit turpitudinem, &c.* AVGVS. id est, cōcumbendo cognouerit, sicut ibi. *Cognouit Adā vxorem suam.* id est, ei mistus est. Quod autem ait: *Portabunt iniquitatem suā*, id est, ipsum peccatum pœna erat.

c *Qui coierit, &c.* Intēdit legislator continentiam suadere, ne more pecorum cū mulieribus continue misceamur, sed velut coacti ad vsum cōtinendi paulatim veniamus. Mirū autem quod nunc tales de populo suo disperdi præcipit, cum superius eiusdem legem purgationis indixerit. Contēplemur ergo menstruatā Gentiliū sapientiā a deo remotā, de uolatu auiū, & cursu siderum, & mensuris cæli disputantē, cū hac dormire, id est, delectari, vel reuelare & palam turpitudinē eius proferre, fontemque totius erroris exponentē audire impium est. Ideo talis interficietur de medio populi sui, ne nominetur homo, q imaginē Dei, & seipsum ignorando, creatorē à se alienauit. Ipsa quoq; interficietur, ne sapientientia nominetur, quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum.

d *Turpitudinem, &c.* Sororibus parentum filios misceri prohibet, vt generationes non confundātur, & parentibus reuerentia exhibeatur. Secundum spiritum vero & parētum peccata debemus velare, & eorū qui eis sociati sunt quasi fratres & sorores, quibus nudatis parentes latere nō possunt. Vnde addit: *Ignominiam carnis suæ nudabit.* Lxx. Sine filiis morietur, id est, sine virtutibus, quæ est pessima sterilitas.

e *Qui co.&c.* ISICH. Ostendit, quia causa filiorum coniugii societas humano generi data est, quę enim nunc tanquā abominabilia prohibet, in Deuteronomio cōpellit, & iubet, dicēs, *Quando habitauerint fratres simul, & vnus absque liberis mortuus fuerit, vxor defundi non nubet alteri, sed accipiat eam frater eius, &c.* Sicut Booz Rut lege cognationis, libidinis autē causa, talem prohibet coniunctionē. Interpretatio uero spiritualis superioribus similis est.

AVGVS. *Qui coierit cum vxore patris, &c.* Quicunque dormierit cum cognata sua, & turpitudinem cognationis suæ reuelauerit, sine filiis morietur. Quæritur quousq; sit obseruanda ista cognatio, cū in longinquo gradu liceat acciperē vxorē, semp q; licuerit. Sed intelligendū est ex his gradib. nō licere quos phibuit sm quos dictū est: *Quicunque dormierit cum cognata sua, &c.* vbi aliqua prætermisit intelligēda, sicut sororem de vtroque parente, & vxorem fratris matris, id est, auunculi. Nam de vxore patrui, primū prohibuit. Sine filiis morientur, forte intelligendum est lege constitutum, vt qui de his nati fuerint, filii non reputentur, id est nullo iure succedunt parentibus.

✱ PROC. Quidā sic interpretantur hunc locū, orbi morienē idest, semen eorum nō recensebitur inter liberos, q quidem Romani sanxerunt obseruandum in omnib. nuptiis incestis.

f *Custodite legem, &c.* Non sufficit partem legis custodire, necesse habemus obseruare omnia præcepta & iudicia.

g *Nolite ambulare, &c.* Non solum Iudæis, sed omnibus gentibus hæc obseruanda sunt, si Deo seruire uolunt.

h *Lacte.* delitiis beatitudinis, quib. nihil suauius, nihil dulcius & sine omni labore, & dolore erunt, sicut mel & lac, quæ sine nostro labore præparantur.

i *Ego dom. Ne cogitetis dicentes, quid comedemus, aut quid bibemus, aut quo operiemur, hæc enim omnia gentes inquirunt.* Qui autem sublimiorē cōuersatione & retributionē sequunt, separari dēnt a cæteris gentib.

k *Separate, &c.* Iumenta vel pecora, populares

Ibi. 11. d. — Tropologi. — * vel auunculi sui. — Quest. 75. — Gen 4. d. — Mystice. — 1. Cor. 3. d. — Allegoric. — Deu. 32. b. — Ruth 4. c. — † sororis matris tuę & sororis patris tui. — Quest. 76. in Leuiticum. — † patrui sui — Quæstio. † erunt. — Matt. 6. d. — Moraliter

succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo. a Sanguis eorum sit super eos. Qui acceperit sororē suam filiam b patris sui, vel filiam matris suę, & viderit turpitudinem eius, illaque conspexerit fratris ignominiā, nefariam rem operati sunt, occidentur in conspectu populi, eo quod turpitudinem suam c mutuo reuelauerint, & portabunt iniquitatem suam: Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur [1] d ambo de medio populi sui. Turpitudinem † materteræ tuæ & amitę tuę nō discooperies. Qui hoc fecerit, ignominiam carnis e suæ nudauit: portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cū vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam † cognationis suę, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. [2] Qui duxerit vxorem fratris sui, rem illicitam f fecit, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis † erunt. [3] Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea, ne & vos euo- [4] g mat terra, quam intraturi estis, & habitaturi. Nolite ambula- [5] re in * legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Vobis autem loquor. Possidete terram eorum, quam dabo vobis h in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. Ego domi- [6] i nus Deus vester, qui separaui vos a cæteris populis. Separate [7] K ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem

Vt cæteri terreantur. a ¶ Pœnam iniquitatis. ¶ Ipsum peccatum erit pœna. b ¶ Delectatione adhæsit. a ¶ Palam alijs fecerit. a ¶ Totum errorem idolatriæ & sacrificiorum. b ¶ Vt non sit de populo Dei, qui imaginem Dei contaminauerit, nec illa sapientia nominetur. ¶ Quod est summa pœna. a ¶ Non quod alij talium interficiantur, sed filij eis lege succedere prohibentur. ¶ Voluntate. a ¶ Omnes. b ¶ Sicut iudicauit Deus in filio Israelitidis qui blasphemauit. c ¶ Opere. d ¶ Sicut gentes ¶ Eijciat. a ¶ In peius proficiendo. a ¶ Superstitionibus, quas legitimas putant. b ¶ Dæmonum qui multis dominabantur. c ¶ Princeps huius mundi eijcietur foras. a ¶ Facere coegerunt. ¶ Eijciendo a cordibus hominum. a ¶ Viuentium quam olim habuerunt b ¶ Gratia non meritis. ¶ In æternum possidendam. a ¶ Abundantem. a ¶ Populares. b ¶ Contemplatiuos.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Interficientur ambo. *Hoc est intelligendum, q̄n aliquis scienter mulierem menstruatam cognouerit, et fuerit de hoc conuictus in iudicio. Si autem esset occultum, immundus esset septem dieb. ut dictum est supra. 15. cap.* Qui coierit cum vxore patrui. *Sequitur.*

2 Atque liberis morientur. *Quod exponit Rab. Sal. dicens, quod si tunc haberent pueros, sepelirent eos ante motem suam, et si non haberent tunc, nec haberent de cætero, sicut priuati a Deo, et sic morerentur absque liberis.*

*Beatus August. aliter exponit dicens, quod si ex tali matrimonio aliqui pueri nascerentur, illegitimi reputarentur, nec succederent in hæreditate, et ideo per hoc intelligitur pœna exhæredationis, et eodem modo exponitur casus sequens.*

3 Custodite leges meas. *Hic consequenter ponitur prædictę determinationis, ad hoc enim determinata est pęna prædictarum transgressionum, ut homines saltem timore pœnæ coercerentur a transgressione legis, et hoc est quod dicitur.*

4 Ne & uos euomat terra. *Tanquam abominabiles.*

5 Nolite ambulare, &c. *id est, in ritu et modo uiuendi ipsarum.*

6 Ego dom. *per signum circuncisionis et dationem legis.*

7 Separate. In Heb. habetur: Bestiā mundā ab immūda. *Iumentum enim proprie acceptum, dicitur quasi iuuamentum, quod scilicet, deseruit homini tantum in laborando, sicut equus, asinus, et similia, quæ omnia sunt immunda ad esum, & ideo distinctio mundi ab immundo non habet hic locum.*

Deut. 18. b — 1. Re. 28. b.

✱ Eritis

A lres volatilia, contemplatores lex appellat. Omnis popularis mundus propter simplicitatem in a pluribus iudicatur. Similiter contemplatiuus, sed non ita est, popularis enim debet esse prudens in bono, simplex in malo, hic enim solus mundus est. Contemplatiuus quoq; conscientiam debet habere mundam, & fidem non fictam. Qui hæc non habet ad vaniloquia conuertuntur, *non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* Diligenter ergo mundi separandi sunt ab immundis, vt mundos sequamur, immūdos fugiamus. Notandum vero quā discrete in quadrupedibus & volatilibus hic legislator distinguit, & non in reptilibus terræ. Cuncta enim quę mouentur in terra immunda sunt, terrena autem sapiunt quibus *Deus venter est* ipsorum. *Et*

1.Tim.1.a

Phil.3.d.

mundum ab immunda, ne polluatis animas vestras in pecore & in auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendit esse polluta. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego dominus, & separaui vos a cæteris populis, vt essetis mei. Vir siue mulier in quibus pythonicus vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriatur, lapidibus obruent eos: sanguis eorum sit super illos.

a ¶ Hic nihil discernit, omnia enim erant immunda.
a ¶ Etsi videantur munda. b ¶ Impolluti.
a ¶ Factus forma vitæ vobis.
a ¶ Vtrique sexui cauet qui vtrumque creauit.
a ¶ Quia corruptus alios corrumpit. b ¶ Populus cui maxime nocent.

a *Et quę, &c.* AVG. Videtur dicere, quod non sunt hæc natura immūda, sed pro aliquo sacramenti signo, quia dicit, quia ostendit eis immunda, tanquam immunda eis non essent, nisi ostensa fuissent.

b *Lapidibus.* Quia vanis erroribus simplicem populum seducunt, vnde ventrem nutriunt & auditoribus placere cupiunt, quales hodie in ecclesia multi sunt de quibus Paulus ait: *Hi enim non seruiunt Christo, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.*

✱ PROCOPIVS. Is qui instar lapidis obriguit ad uirtutem, merito lapidibus punitur. Nā magia cędes perpetrat, sepulchra perfodit, animas hominum perturbat. Magi enim sunt homines qui naturam humanam corrumpunt.

D Qō 76. in Leuiticū.

Rom.16.c

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Eritis mi. *Quia si animalia munda debent separari ab immundis, multo fortius homo qui est rationalis creatura debet separari a peccatoribus.*

2 Vir siue. *Hic consequenter ponitur intenta conclusio, intentio enim principalis quare determinatæ sunt pęnæ in casibus prædictis, est ad destructionem idolatriæ, circunstantiarum eius, ideo finaliter concluditur:* Vir siue *&c. non est hoc intelligendum si aliqui fuerint arreptitij a dæmonibus in eis loquentibus absque procuratione illorum, in quibus sunt tales spiritus mali, quia tale quid est pœnale, et culpabile. Si autem per procurationem alicuius hoc fuerit directe vel indirecte, ita quod sit ei culpabile tunc incurrit pęnam istam.*

E

MORALITER.

B

✱ 2 *Vir siue mu.* Per pythonicū spm intelligitur & voluntas ad inuenienda mendacia, & maxime cum tali fictione, ꝙ habeāt talia ex reuelatione Dei, vel angeli boni, vel etiā mali, vel ex aliqua virtute occulta quæcunque sit illa, & de istis dicit, morte moriātur, quia moriuntur hic morte culpæ, & postea morient morte gehennæ. Apoc. 20. d. dicitur mors secunda.

ADDITIO

In c. 20. *vbi dicitur in postil.* Quod si negligens populus terræ. *Ex hac litera non habetur, quod negligentes corrigere crimina eandem pœnam incurrant, sed solum si sunt consentientes, dicitur enim in litera:* Succidamque ipsum & omnes qui consenserint, *non enim dixit, Et omnes qui neglexerint, sed qui consenserint. Ex quo patet quod negligentes licet sint digni pęna, non tamen eandem pœnam incurrunt, sicut transgressores, nisi cum hoc sint consentientes.*

ADDITIO II.

In eod. cap. 20. *vbi dicitur in postilla:* Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur, &c.

*Quod autem ex vna maledictione patris, quia incurrat pœnam capitalem, dictum fuit supra in additione super Exo. 21.*

*Replica correctorij contra Burgen. ibidem.*

CAP. XXI.

D*Ixit quoque dominus ad Moysen, &c.*

a *Ne conta.* ISICH. Id est nihil omittat ex his quę expediat sacerdotē docere, & si nolūt obedire, q ex inobediētia moriunt, nisi tātū in cōsanguineis & propinquis, &c. Oportet. n. sacerdotē diligentiā adhibere populo ne peccet, sed cognatis præcipuè, & domui suæ. *Si quis enim suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem abnegauit, &c.* In his ergo peccantibus sacerdos necessario polluitur, vt pote q quotidie imo sēper dēt eis quę ad salutem sunt prouidere, & circa eos ne peccent, quæ morte digna sunt vigilare. In patre quoq; & matre hoc idē intelligendū est. Sæpe enim doctorem filium sacerdotalis dignitas facit, quæ nō est nupta uiro. Si eni n cognati sacerdotum semetipsos separauerint, vt alia domus sit in eis peccantib. non polluūtur. Quandiu enim eis adhęrent, propinquitatis & cognationis legem custodientes, cōtaminationis eorum recte sunt participes, cohabitantium enim nō poterit ignorare peccatum.

C

Sacerdotum diligentia.

1.Tim.5.a

✱ PROCOPIVS. Si naturam mortis per se intueare, rescisces mortem non inquinare quenquam. Verum præcipitur sub hoc symbolo, vt vitentur quæ nos conspurcant, mortifera opera. Exigit igitur Deus, vt sacerdotū minime refugiat lethifera opera, horreatq; illa patrare. Ne quis vero sacerdotes reputet ferreos ī quos nullus cadat luctus, statuit ad quas personas accedere fas sit, præcipue cum lex dicat, Honora patrem & matrem, permittitur adire & ad sororē, cuius adhuc virginitas sit illibata.

b *Nisi tantum in consanguineis.* Hieron. ad Fabiolam. Super omnem animā quæ mortua est, non ingredietur sacerdos. Non accedet

F

CAP. XXI.

DIxit quoque dominus ad Moysen: Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Ne contaminetur sacerdos in † mortuis ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis ac propinquis, id

a ¶ Litera a pollutionibus mortuorum abstinere præcipit sacerdotes.
¶ Id est luctu, i. mortuorum, vel peccatis mortiferis.
a ¶ Quibus debemus adhibere maiorem curam.

† in mortibus.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXI.

D*Ixit quoq;, &c. Postquā posita sunt præcepta ordinatiua vitæ, quantum ad communem statum, hic consequenter ponuntur præcepta ordinatiua vitæ, quantum ad diuinum cultum, et primo quantū ad ministrantes, secundo quantum ad ministrata, capit. 22. Circa primum ostenditur primo quid circa sacerdotes minores sit obseruandum, secundo quid circa sacerdotem magnum, ibi:* Pontifex. *tertio qui sunt inepti ad sacerdotiū ibi,* Locutusque est dominus. *Circa primum inhibetur sacerdotibus minoribus ne intersint funeribus, nisi certarum personarum, quæ in litera exprimuntur, & patet litera. Causa huius duplex est. Vna quia ex hoc contrahebant quandam immunditiam secundum*

Allegoric

Diuisio.

MORALITER.

*Dixit quoque dominus ad Moysen.*

2 *Ne contaminetur sacerdos in mortuis ciuium suorum, nisi tantum in, &c.* Hic minores sacerdotes arcētur ab ingressu ad funera, nisi ualde propinquorū ... atris, matris, filij, filiæ, fratris, & sororis virginis. Pontifex autē ab omni funere arcetur penitus, ut habet inf. eo c. Per hoc autem significatur, quod minores sacerdotes, nouæ legis debent ab operib. mortuis, quæ sunt

accedet scilicet vbi peccatum est,& in peccato mors. *Anima* A *quæ peccauerit, ipsa morietur.* (Ezec. 18.c) quãuis sit potens & diues,& multitudinẽ offerat victimarũ. Si mortuus est, nõ tangitur a põtifice, non videtur. Si autẽ reuiuiscit,& ad vocem saluatoris egreditur de sepulchro,& fasciis peccatorũ solutus incedit, ĩtrat ad eum põtifex, (Ioan. 11.c.) cũ eo manet,& cum eo resurgente prandet. Super matre sua & patre non inquinabitur. Multa eos cogit facere affectus,& dum corporum propinquitates respicimus, corporis & animę creatorum offendimus. Qui autem amat aut patrem aut matrem super Christum, non est eo dignus. (Matt. 10. d) Multi monachorum dum parentib. miscerentur, animas perdiderunt. Super patre aut matre pollui nõ licet, quanto minus ergo super fratre, sorore, consobrinis, familia, ac seruis. B Genus regale & sacerdotale sumus, (1. Pet. 2. c.) illũ attendamus patrẽ, qui nunquã moritur, aut qui pro nobis moritur. Qui Deo viuens mortuus est, vt nos mortuos viuificaret. (Rom. 6. b.) Si quid habemus de Aegypto, quod princeps mũdi suũ possit agnoscere, tenẽti Aegyptiæ cũ pallio relinquamus. (Ioan. 12. c, Gen. 36. c.) Syndone opertus adolescẽs vinctũ dñm sequebatur. (Mar. 14. e.) Incurrisset in laqueos, nisi expeditus & nudus per sequentiũ impetus declinasset. Reddamus parentib. quæ parentũ sunt, (1. Tim. 5. a.) si tamen viuũ, si filios suos seruiẽtes Deo patri prẽferri sibi gloriantur. Sed hoc de maximo põtifice intelligitur, sicut in sequentib. ostenditur. Minoribus uero aliquid indulgetur.

a *Non radent ca.* Hiero. ad Fabiolam. (Allegoric.) Summus autẽ pontifex nec discooperiet. Qui habet cidarim,& nomẽ Dei portat in fronte,& diademate ornatus est regis,& ad perfectã Christi peruenit ætatẽ,& semper eius gloria protegendus est. Vestimenta sua nõ scindet, quia candida, quia impolluta. Thamar amissa pudicitia scidit tunicam. (2. Re. 13. d.) Cayphas perdito sacrificio rupit publice vestimenta sua. (Mar. 26. d.) Super oẽm animã qua mortua est nõ ingredietur,& de sanctis nõ egredietur, ne polluat sãctificationẽ Dei sui. Nã pro otioso verbo quoq; rationem reddemus. C Quicquid non ædificat audientes, in periculum vertitur loquentiũ. (Matt. 12. c) Si aliquid reprehẽsibile dicimus, de sanctis egredimur,& vocabulũ Christi polluimus in quo nobis blãdimur. Quanto ergo magis pontifex (quæ oportet esse sine crimine, (Ad Tit. 1. b) tantarũq; virtutũ ut semper moretur in sanctis) paratus uictimas offerre, pro populo, sequester hominũ & Dei, & carnes agni & sanguinẽ sacro cõficiens, (Deute. 5. a.) quia oleum sanctũ Christi Dei sui super eum est, non polluat uestimenta sua. *Quotquot enim in Christo baptizamur, Christum induimus.* (Gal. 3. d.) seruemus tunicam quam accepimus,& sanctum custodiamus in sancto. Ille mõtanus habitator qui de Ierusalẽ descẽdit in Hiericho, (Luc. 10. e.) non prius uulneratus est quam nudatus. *Vxorem virginem accipiet, &c.* Pontifex cui hæc præcepta dantur, Christus a quibusdam intelligitur, de quo dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech* (Ps. 109. a.) Et in Zacharia, *Audi Iesus sacerdos magne &c.* (Zach. 3. d.) D hic est cui sordida, peccatorum nostrorum vestimenta tolluntur, vt recipiat gloriam quam habuit priusquã mundus esset. Sed ne scripturę vim facere putemur, interpretemur in mẽbris quod refertur ad caput,& sic disputemus de vero lumine, vt deriuetur ad eos quibus Christus donauit, vt lumẽ sint. (Matt. 5. b.)

¶ Quibus sæpe filium præficit sacerdotalis dignitas.

est super patrem & matrem, & filium ac filiam, fratrem
a ¶ Alienata scilicet à domino sacerdotis.
quoque & sororem virginem, quæ non est nupta viro, sed
a ¶ Sapientiam.
a nec in principe populi sui contaminabitur. Non radent ca 1
a ¶ Perfectionem sapientiæ. b ¶ Id est non scandalizentur aliquo peccante, nec carnalem ex his sapientiam debent sumere. c ¶ Incisura sapientia carnis est: ideo de Iudæis carnalia sapientibus ait Paulus: videte concisionem.
put nec † barbam: neque in carnibus suis facient incisuras. †
a ¶ Vnde Malachias: O sacerdotes qui polluitis nomen meum. Et paulo post: offertis super altare meum panum pollutum.
b Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incẽsum 2
enim domini & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. 3
a ¶ Synagogam. de qua dicit Esaias: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. &c. Esa. 1. f.
c Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam 4
d quæ repudiata est a marito: quia consecratus est Deo suo, & †
e panes propositiones offert. Sit ergo sanctus, quia & ego san-
a ¶ Christi ¶ Synagoga.
f ctus sum dominus, qui sanctifico vos. Sacerdotis filia si † de- 5
prehensa fuerit in stupro & violauerit nomen patris sui,

*Non radent ca. &c.* (Barbam & caput radere.) Isic. Nimis ægræ dolere sacerdotes de mortuis prohibet lex, tanquam qui speciẽ futuræ vitæ habent & populum docent, propterea non solũ in propriis peccatis vigilare & sanam mentem habere, sed etiam in alienis quæ supra taxata sunt caput & barba sapientiam,& perfectionẽ significant. (1. Cor. 11. a.) Vnde caput nostrum dicitur Christus, in quo solo recte sapimus. Et merito barba perfectionem,& caput sapientiam significat, quia uenientibus ad annos discretionis, & iuuenilis ętatis, barba nascit. E Peccatores dicuntur mortui, secundum illud: *Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos sibi Christus,* (Eph. 2. a.) non ergo oportet sacerdotis caput aut barbam radi super mortuũ, quia non oportet cogitationes quę sicut capilli caput, ita sapientiam ornant, alio peccante corrũpere, sed integras conseruare ut possit exhortari, arguere, increpare.

(† extremitatem barbæ suę. — † cũ expetit fornicari.)

b *Polluent nomen, &c.* IDEM. Quod est magnũ in gentib. uos autẽ dicit Malachias, *polluistis illud in eo quod dicitis, Mensa domini deserta est.* (Malac. 1. d) In peccato enim sacrificii nomen Dei polluunt sacerdotes.

✱ THEOD. Id præcipitur, quoniam temperantiæ typum sacerdotem esse oportet, nullam præbentem occasionem conuitiari uolentib. proprerea Apostolus iubet Dei ministrum testimonium habere bonum, etiam ab extraneis. (Quæst. 30. in Leuit.) Hac de causa scortum Israeliticum interfici iubet, filiam vero sacerdotis flammis exurii.

c *Scortum, &c.* Sacerdos quilibet, nam de summo postea dicet, quod non nisi uirginem ducat uxorem.

d *Quæ rep. &c.* Qui culpabilis inuenitur, hanc non debet ducere sacerdos uxorem, nec prædicere eius obseruantiam literalem.

✱ PROCOP. Non enim solum sacerdotis est ut fugiat manifesta mala, ut scortationem, sed declinet illa mala quæ famam nostram fugiant. Siquidem suspecta est mulier repudiata.

e *Sit ergo san.* Si sacerdotes datam iam sibi a Deo sanctificationẽ custodiunt, sanctificant ipsum deum, qui cũ in natura sanctus sit, a participibus glorię suę uoluit sanctificari.

f *Sacer. filia.* Graue est cuiuslibet filia fornicari, sed maxime sacerdotis, qui debet habere filios subditos in omni castitate. F

*Sacerd. fi.* Sinagoga non solum uxor, sed & dei filia appellat, (Sacerdotis filia.) sed

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *irregularitatem, impedientẽ eos ad tempus a ministerio tabernaculi, a qua oportebat eos primo purgari. & ideo magis arcebantur a funerib. quam alij, qui non habebant sic ministrare in tabernaculo. Secunda ratio est, quia sacerdotes qui magis debebant habere cognitionem, de resurrectione futura, non decebat ita lugere mortuos sicut communem populum.*

1 Non radent caput nec barbam, neque in carnibus, &c. *Hoc expositum est supra xix. ca. hic tamen replicatur, quia licet omnes ad hoc tenerentur, specialiter tamen sacerdotes, qui debebant esse alis mũdiores, et hoc est quod subditur.*

2 Incensum enim domini. *supra altare thymiamatis.*

3 Et panes, &c. *super mensam propositionis.*

4 Et ideo sancti erunt. *id est, ab immunditijs magis elongati, et quia vtilitas vxoris redundat in uirum, cum sint vna caro, ideo subditur, Scortum et vile prostibulum non ducet vxorem, et quia similiter stuprum filiæ redunda in patrem, qui eam debet custodire ideo sequitur.*

5 Sacerdotes filia si deprehensa fuerit in stupro, *id est, deflorata ipsa consentiente.*

✱ 1 Flammis

## MORALITER.

✱ peccata, magis cęteris hominib. elongari,& põtifices multo magis debent a talib. elongari, quanto sunt in statu digniori. De utrisque uero dicitur.

1 *Non radent c.* Moraliter capũt radere, est suo superiori detrahere. Similiter radere barbam est uigorem animi sui ad mollitiem reducere.

† *Neque in carnibus suis, faciant incisuras.* i. in capitulis uel collegiis non faciant schismata uel discordias.

† *Scortum et vile.* Per scortum intelligitur carnalis sapientia.

✱ quæ

sed vtrunque deprauans, ahena facta est. Vnde: *Relinquetur filia Sion sicut vmbraculum in uinea &c.* Et alibi. *Fornicata est mater eorum, quod igne sit exusta, incendij monstrant uestigia.*

Esai. i. c. Esa. 1. 15. c. Osee 2. a.

✱ RADVLPHVS. Hanc seueritatem ut in libro de ciuitate Dei beatus testatur Augustinus, et gentiles tenuerunt circa illas quæ castitatē professæ fuerant, & deorū suorū ministerio consecratę. Antiquo inquit Romani Ittipro defectas Vestæ sacerdotes, viuas etiā defodiebant.

a *Pontifex. &c.* Christus magnus dominus noster, & magna uirtus eius, qui pro nobis factus est sacerdos & hostia.

b *Consecratæ sunt.* Alii sacerdotes in sanguine uituli & arietis consecrabant uel cōsummabant, scilicet, manus suas. ipse uero pprio sāguine crucifixis manib.

† sanctuario.

a In cendium terrenæ Ierusalem signi ficatur. a flammis exuretur. Pontifex, b Vnctus præ participibus suis. id est sacerdos maximus inter 1 a Nuntiabo fratribus meis nomen tuum, &c. Christianos. Qui fecerit voluntatem patris mei ille meus frater, &c. b Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. c Lxx. oleum dicit temptura, ipsam Christum. 2 fratres suos super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & a Lxx. consummatæ. Dominus regnauit decorem indutus est, indui forte. &c. Psal. 92. a. b cuius manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est a Cidari. b Quia mos erat lugentibus. c sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta 3 Ornatum dettrahendo. Quia lugentes detrahebant sibi ornamenta. Ecclesia non patietur scindi per hæreses. non scindet, & ad omnem mortuum non ingredietur om- d a Iudaico populo ex quo fuit secundum carnem. 4 Etiā peccatoribus condescendit, tamen sanctus est & a sanctis quiescit, quia cælum non deseruit, quamquam cum publicanis & peccatoribus manducet. e nino. Super patre quoque suo & matre non contaminabitur, 5 a Spiritum sanctum, hic est enim oleum sanctæ vnctionis. nec egredietur de † sanctis, ne polluat sanctuarium † Dei Dñi, 6 7 a Quia huius legislator, & impletor, qualis sit lex sibi ii Virginem ducet, &c. f quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eum est: Ego dñs.

c *Vestimenta non, &c.* ISIC. Ex quo.n. verbum caro factum est, totus carni suæ inest, nec unquam ab ea uel crucifixa uel sepulta separatus est. De melioribus eius indumentis dicit: *Amictus lu. sicut uest. Abyssus sicut uestimentum amictus eius.* Hic est pontificis habitus, quo profunda sapientiæ & scientię lucem induitur vestitus, hæc vere sancta sunt indumenta.

B Psal. 103. a.

✱ PROC. Luctus.n. qui impenditur mortuo vitæ contrarius est, nec quicquā mortuum congruit uitæ. Hic uita destruxit & mortem. Et deus non est mortuorum deus, sed uiuentiū. Quapropter Christus obiurgauit illos, qui lamentabant filiolū principis synagogæ, plene eo qui erat uiti. Quod verò lachrymas Christus dedit Lazaro defuncto, aut oris significat ōne habuit. Proinde moderate lachrymabat. Deplorabat magis humanam naturam, quę se ie ubi accepit mundi.

d *Ad omnem mortuum, &c.* ISI C. LXX. Ad omnem mortuam animam quæ peccauerit ipsa morietur. Hoc mortem maxime gentes pietrunt, quæ nec legem nec doctrinam habuerunt, sed peccata omnium tulit, & tamen impollutus mansit.

Ezec. 18 e Esa. 53. b.

AVG. Ad omnem mortuum &c. LXX. Super omnem animam mortuā non introibit. Quomodo dicat animā mortuam, corpus mortuum, difficile est intelligere, corpus tamen anima destitutum, rectricis suæ nomen accipit, quoniam reddendū est illi sicut ædificium quod ecclesia dicitur, cum homines exierint, tamen ecclesia vocatur. Sed cum corpus viuentis anima non dicatur, quomodo anima cum mortuum fuerit dicitur. Porro si animā mortuā intelligimus a corpore separatam vt mortē dicamus ipsam separationem n, sicut dicimur mortui peccato quia peccato non vtimur, sic anima corpori mortua, quia ipso non vtitur. Quomodo potest quis intrare sup animā mortuam, quod sacerdotib. prohibetur: an vitam temporalem animam uocauit, quæ mortua est in corpore, animā migrante quæ mori non potest? Non quia illa uita anima fuerit, sed quia per præsentiam eius subsistebat, nomen eius acceperit: *Anima. n. omnis carnis sanguis eius est,* qui mortuus est in corpore mortui. Non.n. abscedente anima abscessit. Vetuit ergo scripturam summum sacerdotē super patris vel matris funus intrare, quod secundum non prohibuit.

C Rom. 6. a.

D 2. Cor. Deut.

*De sanctis non exibit.* dum.s. eorum funera celebrantur. De sanctis prohibitus est exire, sicut septem diebus quibus sancti ficabatur. De sanctis prohibitus est exire, non autem semper. Sancti uxores ducere, filios gignere, sacerdotes summi non uetabantur, magna oritur quæstio, cum lex hominem coniugali concubitu mundum dicat usque ad vesperum etiam cū abluerit corpus suū aqua, & iubeatur sacerdos summus propter incensum continuationis bis quotidie intrare intra velū, vbi erat altare incēsi, nec quenquam immundum ad sancta fas esset accedere, quomodo quotidie id summus sacerdos impleabat, si filios procreabat? De ęgritudine respondere potest, quod gratia Dei nō ægrotabat. Consequitur ergo, vt aut continens esset, aut aliquib. dieb. incensum intermitteret, aut si illud intermitti non posset, quod non nisi per summum sacerdotē imponi posset, non fieret immundus coitu coniugali, merito pp. pæ sanctificationis suæ. Aut si etiam ad ipsum pertinet, qd de cib. filijs Aaron in sequentib. dicit, vt non accedat ad sancta, si ei acciderit aliquid immunditię, illud p peccato restat accipere quod nonnullis dieb. non imponebatur incensum.

† sic

E

e *Super patre.* ORI. Omnis homo in patre & matre pollutus est. Solus Christus in hac gñratione mundus ingressus est; in matre pollutus nō est, quia sine concupiscentia genitus est, quia Ioseph ministeriū tm præstitit, unde patris vocabulum promeruit. Præterea verus pater omnium deus, mater Ierusalē cælestis. Quicunq; ergo peccant, in patre contaminantur, qui peccata committuntur, in matre contaminantur, q postquam crediderunt, in aliquo lædunt ecclesiā, vel cælestis matris libertatem indigna peccati seruitute maculant.

Homi. 12. in Leuit. Mystice.

AVG. Quæri potest, quare super funus patris sui, summus sacerdos prohibetur intrare: Quomodo.n. poterat esse summus sacerdos nondum mortuo patre, cū eos lex iubeat patribus succedere. Sed necesse erat nondū sepulto summo sacerdote continuo substitui alium propter ptinuationis incensū. de ægritudine aūt possumus dicere, forte nō solere summos sacerdotes nisi subito mori, non præcedente ęgritudine, sicut de ipso Aaron scriptura testatur.

Qō. 3. in Leuit. 2. Retrac. ca. 55. d. Exo. 28.

f *Ego dominus.* AVG. De Moyse etiam dictum est: *Et sanctificabis eum.* Sed Moyses sanctificat uisibilib. sacramentis per ministerium, Dominus autem inuisibili gratia per spiritum, ubi est tota

Nu. 20. d. Quest. 84. Exo. 19. Visibilis gratia. F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Flammis exuretur. *Quia filia sacerdotis debebat pollere maiori munditia, ideo puniebatur grauiori pœna. Aliæ autem virgines dicto modo defloratæ non puniebantur morte, nisi essent viro affidatæ, vt dictum fuit supra, Exo. xxij. & idem habetur Deutero. 22. Dicit tamen Rab. Salom. quod hoc est intelligendum de filia sacerdotis maritata vel saltem affidata, & non de illa quæ est omnino libera a viro. Sed hoc videtur contrarium textui, qui nullam facit exceptionem. Item contra intentionem legis, quia sic non esset differentia quantum ad hoc inter filiam sacerdotis & filiam hominis alterius, quia filia cuiuscunque maritata vel affidata, si fornicetur, debet lapidari secundum legem datam, Deu. 22. & Exo 22. & ita lex hæc de filia sacerdotis esset superflua, ideo prima expositio uidetur melior.*

Sacerdotis filia deprehensa in stupro flammis exuritur.

2 Pontifex, id est sacerdos maximus & c. *Hic consequenter ostenditur quid obseruandum sit circa sacerdotem summum, cum dicitur.*

3 Caput suū non discooperiet, uestimenta non scindet. *amouendo cidarim de capite suo pro luctu mortui.*

4 Et ad omnem mort. non ingre. omnino. *Quia semper debebat esse paratus ministrare coram domino, & ideo magis arcebatur a contagione ex mortuis quam alij sacerdotes.*

5 Super patre quoque suo & ma. *si moriantur.*

6 Non contaminabitur. *Istæ duæ personæ sunt hic expressæ ad maiorē declaratione dicit, quia si non debebat contaminari in morte patris & matris, multo plus debebat uitare talem contaminationem in aliis.*

7 Nec egre. de sā. *Etiam a longe sequendo feretrum, & quia uir & uxor sunt una caro, ideo subditur.*

2 Pon- ✱ 1 Virgi

MORALITER.

✱ quę uilis est, quæ est terrena, animalis, & diabolica, ut dī Iaco. 3. d. Hanc aūt sapientiā non debet sibi coniungere pōtifex vel sacerdos nouę legis, sed sapientiā spiritualem quæ de sursum est, de qua dicitur Sap. 8. a Hanc mihi quæsiui sponsam assumere. *Sacerdotis filia.* Per hanc intelligitur Monialis Christi summi sacerdotis filia spiritualis. Si deprehensa fuerit in stupro & uiolauerit nomen patris sui, uotum castitatis frāgēdo.

1 *Flāmis exuretur.* S. gehennæ, nisi purget p opera pœnitentiæ.

2 *Pontifex.* Id est sacerdos maximus. Sequitur postea.

7 *Nec egredietur de sanctis.* i. de sua diœcesi, nisi pro urgēte necessitate, ut semper sit paratus suo populo tribuendo.

est totus fructus & visibilium sacramentorum. Sine hac sanctificatione visibilia sacramenta nihil prosunt. Inuisibilis tamen sanctificatio bene visibili prodest. Tolerabilius enim si quis dixerit, sine illa istam non esse, quam si fuerit no prodesse, cum ista sit omnis illius utilitas. Sine uisibili quoque inuisibilis esse potest. Simoni Mago visibilis baptism' nō profuit, quia inuisibilis non affuit, sed quibus inuisibilis adfuit, profecit, etiam si uisibilia sacramenta non perceperūt. Non tamen Moses qui uisibiliter sacerdos sanctificat, vbi ipse fuerit sacrificiis uel oleo sanctificatus ostenditur. Inuisibiliter uero sanctificatum nemo negat. Idem de Ioanne Baptista dici potest, qui prius baptizatus apparuit, vnde sāctificatū esse claruit, quamuis uisibiliter factum non inuenitur, antequā baptizaret. Hoc de latrone quoque, cui secum crucifixo dominus ait: *Hodie mecum eris in paradiso.* Neque enim sine sanctificatione inuisibili tanta felicitate donatus est. Ex his colligit inuisibilem sanctificationem quibusdā adfuisse & profuisse sine visibilibus sacramentis, quia pro temporum diuersitate mutata sunt, vt alia tunc fuerint, & alia modo sint, visibilem vero sanctificationem quæ fit per sacramenta visibilia, sine inuisibili posse adesse, non posse prodesse, nec tamen uisibile sacramentum ideo contemnendum est. Nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari non pōt. Hinc Cornelius & qui cū eo erant iam spiritu sanctificati baptizati sunt, nec superflua iudicata est uisibilis sanctificatio, quia inuisibilis præcessit.

(Marginalia: Act.8.d. †Eze.44.f 2.Cor.11.a Deu 12.d. *suas. Matth.3.b Lucę 23.f Act.10.g.)

a Ecclesiam. Despondi enim vos vni viro, &c. 2.Cor.11.a. b Synagogam. c Amisso Deo. A Deo per idolatriam. Alii eiectam.

a †Virginem ducet vxorem. b Viduam autem & repudiatam & c sordidam atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ, quia ego dominus qui sanctifico eum. Locutusque est d dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron: † Homo de semine tuo per familias, † qui habuerit e maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius. f Si cæcus fuerit, g si claudus, h si vel paruo vel grandi vel torto naso, i si fracto pede, si manu, si gibbus,

(Interlinear: a Noua quia fideles suos non vult Iudæorum obseruationibus communicare. b Hæresim quæ multorum pater libidini. c Virginem Ecclesiam, vel animam. d Septuaginta de genere suo, humano scilicet. a Non mittat margaritas ante porcos. b Septuaginta semen, id est verbum Dei. Fidelis. c Iudaicis moribus. d De qua ipse secundum carnem. Ideo non eget sacrificiis & purificatione Iudæorum. Ego sum pro omnibus sacrificium & purgatio. Peccati. a Qui non potest efficere quod faciendum se cognoscit. a Discretione qua virtutes a vitiis discernimus.)

si episcopus tacet, vel ignorantia vel negligentia, non prodest homini gratia, animā abiectam Christus nō ducit vxorē nec pollutā, quę s. tantū peccatum voluit & optauit, qa magnus pontifex omnino purā requirit animā, q sibi iungat, & vnum spiritū efficiat. Qui peccat ad mortem, abiectus est, qui venialiter, pollutus est.

(Marginalia: D Abiecta anima. Osee.2.a. †33.d.c.vt que adeo 49.dist.c.1. 36.dist.c.1. 1.q.1.c.sacerdotes, 43.d.c.fin. in fi. E Lib. de baptismo c.2. F)

c *Sordidam atque, &c.* Quæ uadit post amatores scilicet dæmones, qui animam pulchram, id est, ad imaginē Dei sanctam, ad ulterare cupiunt.

d *Homo de semine.* ISICHIVS. Hæc secundum literam tantum accipere nimis videtur absurdum esse. Tales enim maculæ non sunt in hominum potestate vel voluntate. Per maculas ergo corporum, vitia animorum describit. Cum enim eam populus sibi suscipit, quasi ad ægrū medicus accedit. Qui si æger est, qua præsumptione vult mederi? Ille ergo ad exēplum dēt pertrahi, qui cunctis passioni b. mortuus, spiritualiter viuit, cuius intentioni corpus nec omnino p imbecillitatē, nec valde p contumaciā refragat.

✲ BASIL. Dñs vero dicit. Tēplo maior est hic. Intruit nos tanto scelestiorem & impium magis esse eum, q cum impurus sit, corpus dñi administrare audet, qui tēplum pro nobis oblationem & hostiā deo dedit, quanto corpus vnigeniti filii dei excellentius est arietib. ac tauris excellentius dico collationis rōne. Est enim excellentia incomparabilis. At maculam & vitium in nouo testamento, non referre oportet ad corpus sed ad iustificationes euangelicæ pietatis. Quando videlicet præceptum dei, vel non plene, vel mutile, vel non ita fit vt deo placere possit.

e *Si cæcus.* ISIC. Lumen contēplationis ignorans præsentis uitæ tenebris pressus, q dum uentura diligenter non conspicit, nescit quo porrigat operis gressum.

f *Si clau.* IDEM. Qui s. videt quo pergere debeat, sed infirmitate mentis non potest facere quod desiderat.

g *Si paruo uel grandi, &c.* IDEM. Paruo naso est, qui ad tenendū mensuram discretionis idoneus non est, naso enim odores fœtoresque discernimus. Nasus grandis & tortus, est discretionis immoderata subtilitas, quæ plus quam oportet, uel decet excrescens actionis confundit rectitudinem.

h *Fra. o pede.* IDEM. Qui uiam dei pergere non pōt, & boni operis exors est, non vt claudus, qui saltē cū infirmitate tenet.

i *Si gibbus.* IDEM. Terrena solicitudine pressus ad superna non respiciens, inferiora tantum inspiciens.

(Marginalia: B C Colloss.3.a Act.9.g. Homi.12. in Leuit.)

a *Virginem duc.* Hier. ad Fabiolā. Vidua est cuius maritus mortuus est. Eiecta, quæ a viuo marito eijcitur. Meretrix, q multorum patet libidini. Accipiet vxorem virginem de genere suo non alienigenam, ne in mala terra nobilium seminū frumēta degenerent. Non meretricem quę multis exposita fuit, nō eiectam q priori coniugio indigna, non viduam, ne pristinarū meminerit voluptatum, sed illam animam quæ non habet maculam, neque rugam, quę in Christo renata innouatur de die in diem. vnde: *Despondi enim uos uni vi. vir. c. &c.*

*Nolo discipulam coniugemque pontificis quicquam habere veteris hominis. Si consurrexerimus cum Christo, quæ sursum sunt sapimus*, præteritorum obliti, futurorum auidi. Infelix si modo q post baptismum de antiquo matrimonio cogitauit, nec ad virginalem venerat puritatem, Petri consortio indignus fuit.

b *Viduam autem & rep. &c.* ORIG. Qui peccat abiectus est, etiā si

☞ a Si

NICOLAVS DE LYRA.

1 Virginem ducet vx. *Sequitur.*

2 De populo suo. *Quod fuit institutum a principio, tamen fuit cōcessum, vt posse accipere vxorem de stirpe regia, & hoc propter nobilitatem generis, & vt rex qui præesset in temporalibus, & summus sacerdos qui præesset in spiritualibus, essent magis concordes, quod faciebat ad bonum regimen populi, & vt reges per familiaritatem sacerdotium essent magis edocti de lege diuina, & talis commistio uidetur concedi per hoc quod subditur.*

3 Ne commisceat stirpem generis sui uulgo gentis suæ. *Id est, communib. de populo, & per hoc videtur concedi commistio cū stirpe regia. Sciendum autem, quod prædicta quæ specialiter sunt ordinata circa sacerdotes & potissime circa sacerdotem magnum ad eorum excellentiam, propter hoc fuit ut haberentur a populo in maiori reuerentia quia hoc redundabat in honorem cultus diuini.*

4 Locutusque est do. *Hic consequenter ostenditur qui debeant reputari inepti ad sacerdotium, licet sint de semine Aaron cum dicitur.*

5 Qui habuerit maculam. *Id est notabilem deformitatem, & hoc fuit ordinatum, quia tales homines videntur contemptibiles, ne ex hoc uilesceret sacerdotale officium, & exprimuntur istæ deformitates magis in particulari, cum dicitur.*

6 Si cęcus fuerit, &c. *& patet litera usque ibi.*

7 Si gibbus. *Id est gibbosus in pectore uel in dorso.*

✲ 1 Si

MORALITER.

† *Virginem ducet uxo.* i. sapientiam que desursum est, q bene dicit virgo, quia est incorrupta, vt possit dicere id, Sap. 8. a. *Hanc mihi quæsiui sponsam assumere.*

† *Viduam aut. & repudiatam & sor. &c.* Per viduā intelligitur sapientia legalis quantū ad ceremonialia, quæ a tempore mortis Christi est sine sponso. Per repudiatam, sapientia terrena q distrahit animū a diuinis. Per sordidam, sapientia animalis, q bene dr sordida, qa versatur circa carnis delectabilia. Per meretricem, intelligitur sapientia diabolica, q in libris philosophicis continetur, tales enim sponsas non debet assumere, sed a se abiicere.

† *Homo de semine Aaron, &c.* Ibi ponuntur repulsi a sacerdotio Leuitico, per quos spiritualiter intelliguntur repellendi a sacerdotio euangelico. cum dicitur.

† *Si cę. fuerit.* Id est ignorās ea q requirūt ad officiū sacerdotale.

† *Si claudus.* Id est declinans a rectitudine ueritatis agnita.

† *Si uel paruo uel grandi uel torto naso.* Per nasum qui discernit odores, discretio significat. Per defectū aūt discretionis aliqñ excedit, homo mensurā rectæ rationis, & hoc significatur per nasum grandem. Aliqñ uero deficit a mensura rectæ rōnis, quod significatur per paruū nasum. Aliquando uero iniqua agit, quod significatur per nasum tortum.

† *Si fracto pede.* Id est impotens ad procedendum in via morū.

† *Si manu.* Id est, impotens ad agendum ea quæ spectant ad sacerdotale officium.

† *Si gibbus.* Per tumorem superbię.

✲ 1 Si

a Si lippus. Lippus cuius ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed operatio carnalis obscurat. In lippis enim pupillę sanæ sunt, sed humore defluente palpebræ grossescunt, cuius crebra infusione acies etiam pupillę vitiatur.

b Si albuginem. IDEM. Albuginem habet qui veritatis lucem videre non finitur, quia arrogantia sapientiæ vel iustitiæ cæcatur. Pupilla enim nigra videt, alba non videt, quia sensus humanæ cogitationis si stultum se vel peccatorem intelligit, cognitionē intimæ claritatis apprehendit, si cādorem iustitię vel sapientiæ sibi attribuit, a superna cognitione se excludit.

a si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si b impetiginem in corpore, vel † herniosus: Omnis qui habuerit maculam (¶ Quamlibet de prædictis.) de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias domino, nec panes Deo suo: vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario, ita duntaxat, vt intra velum (¶ Corpus Christi.) non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet: & contaminare (¶ Scandalizare populum.) non debet sanctuarium meum. Ego dominus qui sanctifico eos (¶ Dicens: Estote perfecti sicut, &c. Math. 5. g.). Locutus est ergo Moyses ad Aaron, & filios eius, & ad omnem Israel, cuncta quæ sibi fuerant imperata (¶ Quæ prædicta sunt.).

c Si iugem scabiem. IDEM. Cui scilicet petulantia carnis sine cessatione dominatur in mēte. In scabie namque feruor viscerū ad cutem trahitur, in quo luxuria signatur, quia similiter cordis tentatio ad operationem prosilit.

d Si impetiginem in corpore. GREG. Impetiginem habet in corpore, quia auaritia vastatur in mente, quæ si in paruis nō compescitur, sine mensura dilatatur. Impetigo sine dolore corpus occupat, & membrorum decorem fœdat, auaritia quoq; dū animum delectat, exulcerat, q dum acquirere nititur, ad inimicitiā acceditur, dolorem in vulnere non facit, quia ęstuanti animo de culpa abundantiam promittit, decor membrorū fœdatur, quia per eam aliarum virtutum pulchritudo deprauatur, quasi totum corpus exasperat, quia per omnia vitia animum supplantat. *Radix enim omnium malorum est cupiditas.*

e Vel herniosus. Alii ponderosus, quia, s. turpitudinem nō exercet in opere, sed adhuc cōtinua cogitatione grauatur in mente, qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluit, tanquam in corde gestans pondus turpitudinis.

f Omnis qui habuerit maculam. Quisquis cuilibet horū vitiorum subiicit, panes domino offerre prohibetur, ne aliena delicta diluere non valeat, quem adhuc propria delicta deuastant.

AVGV. Ablata est omnis dubitatio. Nemo summorū vel secūdū sacerdotū dēt ad sancta accedere, si immūdus est. Seqtur ergo cōtinentia sacerdotis, ne propter filiorum generationē aliquibus diebus non imponeret incensum continuationis, quod summi sacerdotes soli quotidie mane & vespere imponebant. Quia post coitum coniugalem etiam loto corpore immundus erat vsque vesperum, à quo incensum necesse erat imponi.

Oportet sacerdotē esse animo & conuersatione immaculatū, quē sicut Moses duodecim maculis iuxta Lxx. mūdum esse pręcepit: Sic Paulus duodecim conseruare eum monuit dicens: *Non superbum, non iracundum, non vinolentium, &c.* Est enim Dei dispensator, qui subiectis debet virtutibus præcellere. Hoc quoque in ecclesia fit si quis maculatus fuerit, & pęnitendo cassauerit, sanctis communicare non prohibetur, ministrare autem, vel ad velum accedere, & ad altare non licet. Velum. n. & altare corpus Christi est. vnde Paulus: *Habemus altare de quo comedere non habent potestatem qui ita tabernaculo deseruiunt.* Et alibi. *Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quā innitiauit nobis uiā nouam & uiuentem per velamen, id est, carnem eius.*

g Et contaminare non debet, &c. inordinate agendo populum scandalizent, putantes superfluum esse Dei ministerium, & iustitiam & iudicium.

h Locutus est ergo Moys. &c. Moysi dignitatem commendat, aliis enim pauca. Ipsi vero loquitur Deus omnia, quia iustus est, & imago Christi est. Nos quoque monet maioribus & perfectoribus attendere qui continue fruuntur æterna visione.

Marginalia: Albugo. — † cui fuerunt testes econtusi. Supra. ca. 18. — In prima parte pastoralis ca. 11. — Impetiginem habere. — 1. Ti. 6. d. — Quæst. 85. Literaliter. — 1. Ti. 2. a. — Heb. 13. c. — Heb. 10. d. — A — B — E — F

**NICOLAVS DE LYRA.**

✱ 1 Si iugem scabiem. *Id est, continuam vel pungentem.*

2 Si impetiginem. *Id est, scabiem siccam, quæ sine dolore corporis corpus fœdat & deformat. Et idem est iudicium de alijs deformitatibus notabilibus, propter quas redditur homo contemptibilis alijs, ideo subditur:* Omnis qui habuerit maculam, &c. *& patet.*

3 Vescetur tamen panibus, qui offeruntur. *Hoc dicitur ad differentiam panum propositionis, qui fiebant de communi sumptu, & non erat licitum de eis comedere, nisi solis sacerdotibus. Cætera patent.*

Moraliter. *Sacerdotali officio redduntur indigni. Cæcus, id est, ignarus diuinæ legis, cum sacerdotium sit officium doctoris. Claudus, id est, iniustus, quia est officiū diffinitoris in foro cōsciētiæ. Naso deformis, id est indiscretus, quia est officiū discretoris lepræ a non lepra. Fractus pede, id est inceptus ad gradiendum in via morum, quia sacerdotium est officium præcursoris. Mancus, id est impotens operar virtuose: cum sit officium cultoris in vinea domini. Gibbosus, id est, superbus, cum sit officium exemplatoris. Lippus, id est, videns obscure in pertinentibus ad salutem, cum sit officium doctoris. Habens albuginem in oculo, id est, auarus, cum sit officium largitoris. Habens iugem scabiem, id est, gastrimargiam, cum sit officium prædicatoris, cuius est castigare corpus suum & in seruitutem redigere. Habens impetiginem, id est, luxuriam, cum sit officiū consecrationis agni immaculati. Herniosus, id est, ruptus vel pōderosus, id est, ad terrena affectuosus, cum sit officiū genitoris, q̄ na hēt gignere filios spirituales in ecclesia dei.*

Marginalia: Moraliter. — C

**MORALITER.**

✱ 1 Si lippus. Id est nimis carnalis ad propinquos, per hęc enim mentis oculus obscuratur.

1 Si albuginem habens in oculo. Id est nimis præsumens de candore propriæ sanctitatis.

1 Si iugem scabiem. Quæ significat carnis petulantiam.

† Si impetiginem. Quę sine dolore totū corpus occupat, & carnē fœdat, ideo significat auaritiam, quę oīa membra mouet ad male acquirendū, & hominem utilem reddit & odiosum.

† Vel herniosus. Id est ruptus, per quem significatur male custodiens secreta, qui non est aptus ad sacerdotium propter confessionis secretum.

**ADDITIO**

In ca. xx. vbi dicitur in postil. Virginem ducet vxorem, *& sequitur:* De populo suo, &c.

*In hoc quod dicitur:* De populo suo, *non intelligitur de genere sacerdotali vel Leuitico tantum, sed sufficit quod sit de populo Israelitico. Nunquam enim (vt credo) legitur fuisse prohibitum summo sacerdoti, vt contraheret cum aliqua de alia tribu quacunque, sicut nec etiam fuisset dispensatum seu concessum, vt acciperet vxorem de stirpe regia, quia indifferenter poterat matrimonium contrahere de quacunque tribu, dum tamen esset virgo, & non esset vidua vel sordida seu repudiata. Quod autem subditur in litera nostra: Nam commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suę, in Hebręo habetur:* Non polluat *quod intelligitur polluere, si commisceret se alicui prædictarum sibi prohibitarum.*

*REPLICA correctorij contra Burgen. In cap. xxj. Burgen. ponit quandam extortam sententiam illius dicti:* Ducet vxorem de populo suo, *opponens se communi sententiæ omnium doctorum nostrorum dicentium tribus Leui & Iuda coniunctas, & nauram illarum tribuum uxoris plebeiorum coniungi, & econuerso. Et puto soli Burgensi hic non fore credendum contra sententiam communem omnium.*

CAP XXII.

a *Quæ ipsi offerunt.* Quæ obtulerunt, scilicet sacerdotibus, per eos domino offerenda. Nota sanctificationis gen⁹ qđ fit voto & deuotione offerentis, sed vtrum homines eodē modo seipsos sanctificare dicantur, cum in aliqua re seipsos voueunt, obseruandum est.

b *Quicu.* Quasi non solum a ministerio & mythico officio abstineat sed nec tangat quæ oblata sunt, mundus enim ad munda debet accedere.

c *In quo est immunditia.* ✠ PROCOPIVS. Hec scribit de illis quorum ingenium est insanabile. Quapropter eos recte arcet a sacerdotio. Per leprosum intelligit eum qui prorsus caret uirtute, & penitus mortuus est.

d *Qui. fu. lep..* Non sensibilem leprosum abominatur, qui in uitiis patitur, sed spiritualem, quod ibi exponit: Qui tetigerit immundum super mortuo, siue iuxta. Lxx. omnem immunditiam animæ. i. peccatum.

e *Ex quo.* HIERO. ad Fabiolam. Si quis sacerdotum semine fluxerit, ad sacerdotalem mensam prohibetur accedere. Econtrario vidua, cuius cum Sara defecerunt muliebria, propter continentiam & castitatem recipitur, & de ærario templi alitur, si filios habuerit redditur soboli, ut ministret veris viduis & qui sacerdotalib. cibis sustētatur, nullus alterius amore teneatur.

✠ PROC. Sub eo qui patitur seminis fluxum, admonemur eius qui mentis vires patitur inutiliter effluere, nec iis, vtitur ad eas res quas honestas & pias nouimus. Per eum qui tangit omne reptile significatur is qui venenū aspidū gerit in labiis suis. Cadauer prę se fert, qui penitus refrixit, nec feruidus spiritu cognoscitur. A bestia captus intelligitur is, qui diaboli factus est cibus.

f *Custodient.* Præcepta domini custodientibus, ea causa sunt iustificationis & salutis, trāsgredientibus vero peccati & mortis, & pręcipue in perceptione sanctorum. *Qui enim manducat & bibit indigne, & iudiciū sibi manducat & bibit, &c.*

g *Omnis.* ✠ PROCO. Taxat hoc loco impiū & a fide alienū, qui segregatus sit ab ecclesia Dei. Non enim cōuenit vt dem⁹ quod sāctū est, canib. nec obiiciāus porcis margaritas. Huic annectit aduena, qui operib. præ se fert ciuē mūdi, qui mundū suā arbitratur patriā, verū verbis & nuda fide etiā ecclesię icolam se simulat. Preterea mercenari⁹ existimatis, q religionē q̄stū arbitrat, & conatur summa ope placere fidelib. quorū autoritas & diuitiæ plurimum possent, vt hic suū cōparet cōmodū. Hos ex nih. l differre ab alienigenis iudicat. At filius familias sacris vescitur cibis. Nā is filius in fide genuinus & verus est, & ęre emptus. Christus. n. nos redemit ex legis maledictione, dum pro nobis maledictio factus est.

Esa. 52. c.

† eo. Lxx. propterea si profana uerint ea.

† sāctitatis meę, in iis

* homo. 1. Co. 11. g

† vel oēs mundum hoīs vel animę. Lxx qui oēm immunditiā animæ teti gerit.

† Ex. 22. d. Ezec. 4. d.

CAP. XXII.

1 Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron, & ad filios eius vt 2 caueant ab his quæ consecrata sunt filiorū Israel, & non contaminent nomen † 3 sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt: Ego dominus. Dic ad eos & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra, ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filii Israel domino, in quo est immunditia, peri- 4 bit coram domino: Ego sum dominus. 5 Homo de semine Aaron qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis non vescetur his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. 6 Qui tetigerit † immundum super mortuo, & 7 ex quo egreditur semen, quasi coitus, & qui tangit reptile, & quodlibet immundum, cuius tactus est sordidus, immundus erit vsque ad vesperum, & non vescetur his quæ sanctificata sunt, sed cum lauerit carnem suam aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus 8 vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est. 9 † Morticinum & captum a bestia non comedent, nec polluentur in eis: Ego sum dominus. Custodient præcepta mea, vt non subiaceant peccato, & moriantur in † sanctuario cum polluerint illud. Ego dominus, qui sanctifico eos. 10 Omnis alienigena non con-

a ¶ Non ostendant vile & contaminatum viliter tractando.
a ¶ Qui irascor & vindico.
a ¶ Non solum sacerdotem, sed omnem sanctorum ministrum, hanc legem vult obseruare.
¶ Quandiu durabit.
¶ Christianus in baptismo adoptatus, & factus cognatus & frater: vnde: Genus electum, regale sacerdotium, gens sancta appellatur.
a ¶ Vt supra dictum est.
a ¶ Non vult pollutos comedere sancta antequam sanentur. Et non solum sacerdotes, sed etiam ministrantes vult abstinere a perceptione ciborum sanctorum donec pęniteuerint.
¶ Pœnitentiam.
a Pœnitentiæ lachrymis lauabo per sing. noctes. &c.
a ¶ Cibum quem ego dedero, caro mea est.
b ¶ Non oportet participare mensæ domini & dęmoniorum. 1. Cor. 10. c.
¶ Panis, s. qui de celo descendi.
¶ Sic.
a ¶ Hęc est causa mortis.
a ¶ Qui pęnitentes, s. in communionem sanctorum accipio: pollutos excipio.
b ¶ Qui legem Euangelij non suscipit.
¶ Qui diabolo cognatus, alienus est a Deo.

PRO

☞ a Inquili-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXII.

Locutusq; est dominus ad &c. *Postquā descripta sunt præcepta ordinatiua diuini cultus quantum ad ministrātes, hic consequenter ponuntur præcepta diuini cultus ordinatiua quantum ad ministrata. Ex primo ostenditur, quid sit obseruandum circa iam oblata, secūdo quid circa offerenda, ibi:* Locutus est dñs, *tertio ad vtrumque ponitur ratio inductiua, ibi:* Custodite mandata. *Circa primum ponitur multiplex præceptum, secundo transgressionis remedium, ibi:* Qui comederit de sanctificatis. *Circa primum excluduntur octo personæ ab esu sanctificatorum, uidelicet leprosus, seminifluus, immundus ex tactu, immundus ex esu, alienigena, inquilinus, mercenarius, filia sacerdotis nupta. Ratio autem literalis huius exclusionis est, propter reuerentiam cultus diuini. Nam ex eo quod non quilibet admittebatur ad esum oblationum, quæ cedebant in vsum sacerdotum, sed excludebantur personæ immundæ viles & extraneę, habebantur oblationes in maiori reuerentia. Ratio autem figuralis fuit, quia per hoc designabatur, quod quilibet non est admittendus ad perceptionem eucharistiæ, sed tantum personæ fideles & mundæ. Patet autem litera paucis exceptis, quæ exponenentur discurrendo.*

2 Caueant ab his. *Vt non irreuerenter & indebite ad tangendum & comedendum se ingerant. Consecrata filiorum Israel hic dicuntur oblata ab eis.*

3 Et non contaminent nomen sanctif. mihi: *Id est, oblatorum mihi, quia sicut dictum est, vilescerent in reputatione hominum, si qui libet etiam immundus eis vesceretur.*

4 In quo est im. *Sicut Nadab & Abiu, vt dictum fuit supra. 11. ca Consequenter explicat in speciali immunditias excludentes ab esu sanctificatorum, cum dicitur.*

5 Homo de semine Aaron. *& patet ex precedentibus.*

6 Qui te. im. &c. *i. Ex pertinentibus ad mortuum, ex quorum tactu homo efficitur immundus, prout habetur, Nume. xix.*

7 Et ex quo egre. semen. *qui tetigerit seminifluum.*

8 Quia cibus il. est, *eo quod est de semine Aaron.*

9 Morticinum. *i. Per se mortuum, & loquitur scriptura de animali mundo secundum suam speciem, sed ex modo moriendi efficiuntur carnes immundæ & illicitæ ad esum.*

10 Omnis alienige. &c. *Hic accipitur alienigena omnis qui non est de semine Aaron, excepti s aliquibus postea egressis.*

✠ In.

MORALITER.

✠ 1 *Locutusq; est dominus.* Hic agitur de excludendis a comestione sanctificatorū legis, per quos figurantur excludendi a perceptione euacharistiæ tempore noui testamenti, cum dr.

5 *Homo de se. Aaron qui fue. le. &c.* Per quē significatur homo peccatis assiduus, qui peccat corruptione habitus.

† *Aut pa. flu. se.* Per quē intelligitur assuetus mēdacibus verbi.

6 *Qui teti. immundum.* Per im mundum ex tactu intelligitur luxuriosus. Nam luxuria est circa delectabilia tactus.

9 *Morticinum &.* Per immundū ex esu intelligitur gulosus superflue per cibum & potum moderate effusus.

10 *Omnis.* Per quē intelligitur excommunicatus, & a cōsortio fidelium præcisus.

✠ In

a *Inquilinus sacerdotis. &c.* ISIC. Qui nō purè nec diligenter in ecclesia versatur, sed tanq̃ migraturus, & gloriæ aut quæstus causa, tanquam mercenarius memoratur, qui non est pastor cuius non sunt oues propriæ. Ioan. 10. b

b *Cuilibet ex populo nupta.* IDEM. Non sufficit in fide Christi nutriri, permanere & crescere in ea debemus, nec alienigenarum cuilibet, id est alienæ a deo doctrinæ, vel legi vel actioni commisceri, nec quia de patribus sumus fidelibus, ideo de sanctis præsumamus sed vbi & ipsi fideles perstitamus. †viro alieno.

✱ PROCOPIVS. Filiam sacerdotis nominat animam regeneratam ex aqua & spiritu, verum iunctam in crudelo propterincredulitatem. Idcirco sapientia præcipit, Fili ne te circumueniant impii. *Non enim oportet nos attendere spiritibus impostoribus ac doctrinis dæmoniorum per simulationem falsiloquorum, cauterio notatam habentium suam conscientiam.* †puellæ.

c *Sin autem vidua.*

✱ IDEM. Animā hæc verba demonstrant deficientem a Deo, deinde per pœnitentiam liberatam feminę peregrino. Eadem verba repræsentant synagogam Iudæorum. Hæc enim per Moysen sacro generi desponsa, *cum plurimis*, vt testatur Ieremias, *scortata est pastoribus*. Nouissime autē prætulit præcepta Scribarum & Pharisæorum Christi doctrinę. Cęterū denuo vocabitur & audiet doctrinam Christi.

d *Qui comederit de san. &c.* ISIC. Sanctasanctorū corporis Christi mysteria, de quo dictum est: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei.* Ad hoc nō solum alienigenas & inquilinos accedere, phibuit, sed ne per ignorantiā percipiatur interdicit, per ignorantiam autē percipit, quoniam dignitatem & virtutem eius nescit. Vnde Salomon. *Cum sederis vt comedas cū principe, diligenter attende quæ posita sunt ante te.* Sanctasanctorū comedere. Lucæ 23. Prou. 23. a

e *Addet quintam, &c.* LXX. Super ipsum. Quinta ergo non aliū de, sed de ipso & cū ipso vel super ipsum addi iubetur, hic est sermo prolatus a Christo super dñicum mysterium. Ipse nos ab ignorantia remouet, nec carnale vel terrenum aliquis putet. Hic bene quinta dicitur, quia spiritus & sermo quem tradit quinque sensus nostros cōponit, nec solum gustum p ducit ad mysterium sed auditum & visum tactumque & odoratum, vt nihil terrenū de his quę † superna sunt suspicemur. †æterna.

f *Et dabit sa. in san.* ISICHIVS. Sanctificationem mystici sacrificii, & a sensibilibus ad intelligibilia, translationem vero sacerdoti oportet dari, quia per eius virtutem & sermonem sanctificata sunt quæ videntur, vt omnes excedant sensus.

g *Filiorum Israel.* Fidelem populum significat, per hoc mysterium deum videt & quicunque deo cōsecrat in dominicum sacrificium. sanctasanctorum sunt, quia ex eis conficitur corpus Christi. Ipse enim est primitię nostrę conspersionis, Ideo recte ex nostris subaudit primitiis. †In sanctificatione.

a Iudæus, qui fructum obseruantię legis carnaliter quærit.

a edet de sanctificatis. Inquilinus sacerdotis, & mercenarius 1 2

a Christus. Qui impios a participatione sanctorum prohibuit, conuersos accedere permittit. b empti enim estis pretio magno, &c. 1. Cor. 6. d.

non vescentur ex eis. Quem autem sacerdos emerit, & qui 3

a Vernaculus qui in domo nutritus, & fide ecclesiæ educatus. Euangelica doctrina, quæ est argentum igne examinatum pro. ter. &c. Psal. 11. b. b Mysticis panibus & viuificantibus. c Anima, sua baptismo regenerata.

vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Si filia sa- 4 5

a Christi, qui est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Peccato. b Iudæi, siuel Gentilis, vel hæretici societatem amplectens.

b cerdotis † cuilibet ex populo nupta fuerit, de his quę san- 6

Corpore Christi. a Errorem penitus relinquens & sepeliens.

c ctificata sunt & de primitiis non vescetur. Sin autem vidua 7

a Ab illis quorum abhorret societatem. Operibus malis. Ecclesiam.

vel repudiata & absque liberis reuersa fuerit ad domum pa-

Christi. a Dum in fide feruebat, & virtutibus iuuenescebat, de qua dicitur. Adolescentulæ dilexerunt te. Can. 1. a.

tris sui sicut † puella consueuerat, aletur cibis patris sui. Oīs

a Qui non est Christi filius vel ecclesię, ne sanctum detur canibus & margaritæ porcis.

d alienigena comedendi ex eis non habet potestatem. Qui co- 8

a Mysterij corporis & sanguinis domini. b Nesciens virtutem & dignitatem mysterii.

e mederit de sanctificatis per ignorantiā, addet quintam par-

f tē cum eo quod comedit, & dabit sacerdoti † in sanctuario.

Quintam addendo.

g Nec cōtaminabūt sanctificata filiorū Israel quæ offerūt dño,

a In comedendo, quia non carnaliter sed mysticam debet intelligi rectionem. b Quod in Deum committitur, propterea in lege delictum vocatur. Et addit: Ego dominus qui sanctifico vos.

ne forte sustineāt iniquitatē delicti sui, cū sanctificata come

a Contra quem agit, qui sancta impie percipit, qui mysterium meum ad sanctificationem non ad contaminationem propositi.

h derint. Ego dñs qui sanctifico eos. Locutus est dñs ad Moy- 9

sen dicens: Loquere ad Aaron & filios eius, & ad oēs filios Is- 10

i rael, dicesq; ad eos: Homo de domo Israel, & de aduenis qui 11

h *Locutus est dominus* ISICHI. Non solum sacerdotes mūdos esse, sed oblationes populi mundas esse iubet, ut sciat fidelis quia oblatio est intelligibilis. quia dēt uiuere sancte & impollutus esse, sicut sacerdos Xp̄i. *Docete oēs gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & spiritussancti, docentes eos custodire quæcunque mandaui uobis.* Qui ergo holocaustum deo promisit, qui est uita perfecta, videat vt talis oblatio sit impolluta, aliter enim non suscipietur. Oblatio impolluta. Mat. 28. d.

i *Homo de domo Israel, &c.* Ad literam quoq; si offeras bouē vel ouē aut caprā aut aliquid huiusmodi, sacerdotibus primitias dādo, vel pauperes pascendo, vel diuina edificia constituēdo, uel aliquid quod pertineat ad ipsum deum, faciendo ideo. n. holocaustum dicitur. Cum impolluta sit hæc oblatio, non tamen pollutionem nominat, ut spiritualem intelligamus pollutio- literaliter

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Inquil. q manet ad tēpus tātū in domo ei⁹, & nō est de genere ei⁹.
2 Et mercenarius. q seruit p mercede sacerdoti, qa isti sunt sui iuris.
3 Quem autem sacerdos emerit. in seruum.
4 Et qui uernaculus domus eius fu. *Id est seruus natus & nutritus in domo sacerdotis.*
5 Hi comedent ex eis. *quia sunt quædam res ipsius sacerdotis.*
6 Si filia sacerdotis. *Id est alicui qui non est de genere sacerdotali.*
7 Non ve. *quia est emancipata a patre, et facta vna caro cum marito, et ideo trahitur ad modum viuendi mariti.*
8 Qui comederit. *Hic ponitur transgressionis remedium, quando illa transgressio fit per ignorantiam, quia debet reddere quod comestum est, et super hoc quintam partem, eo quod non adhibuit debitam diligentiam ad præcauendum sibi de comestione sanctificatorum, et ideo non excusatur a toto sed solum a tanto.* Transgressionis remedium.

*Moraliter, per comestionem sanctificatorum, intelligitur perceptio eucharistiæ, a qua excluduntur istæ personæ. Leprosus, id est peccatis assiduus, qui peccat ex corruptione habitus. Seminifluus id est mendosus, qui defluit verbis falsis, immundus ex tactu, id est, luxuriosus quia luxuria est circa delectationes tactus, Immundus ex esu, id est, carnosus vel gulosus. Alienigena, id est, excommunicatus, et a societate gentis Christianæ præcisus. Inquilinus, id est, inconstans qui manet ad tempus, sed tempore tentationis recedit. Mercenarius, id est, cupidus vel auarus, qui non habet oculum, nisi ad temporale lucrum. Filia sacerdotis, id est, effeminatus et mollis.*

9 Locutus est. *Hic consequenter ostenditur quid obseruandum sit circa offerenda. Et primo ostenditur quæ debeant offerri, secundo a quibus personis, ibi:* De manu alienigenę. *tertio determinatur tempus oblationis, ibi, et* Locutus est domin. *Adhuc circa offerenda primo ponitur generalis determinatio, secundo circa hoc ponitur quædam exceptio, ibi:* Bouem & ouem, &c. *Circa primum sciendum, quod in omni sacrificio generaliter hoc erat obseruandum, quod animal offerendum sacrificijs oportebat esse immaculatum, id est, absque defectu alicuius membri, uel notabili deformitate, ita quod macula non accipitur pro uarietate pellis, sed modo dicto. In sacrificio uero holocausti, quod totū incēdebatur ad honorē diuinū, et sic erat digni⁹ aliys sacrificijs, hoc erat cōseruandū specialiter, quod offerretur animal masculinū tantum, quia sexus masculi. perfectior est eo quod femina est mas occasionatus, et hoc est quod dicitur.* Diuisio.
10 Homo de domo Israel. *id est, Iudæus natione.*
11 Et de aduenis. *id est alienigena conuersus ad Iudaismum.*

## MORALITER.

✱ 1 *Inquilinus sacerdotis et mercenarius non.* Per inquilinum, qui non habet stabilē mansionē, intelligitur inconstans & uagabundus, & per mercenariū cupidus & auarus qui non habet oculum nisi ad temporale lucrum, non sunt apti ad recipiendum eucharistiæ sacramentum.

5 *Si filia sacerdotis.* Per filiam sacerdotis intelligit Christianus mollis & effeminatus qui nescit resistere peccatis, propter quod ad receptionem eucharistiæ non est aptus.

pollutionē quæ est ex rapina, iniustia, auaritia, & huiusmodi.

A a *Masculus immaculatus.* ✠ PROC. Masculum esse oportet & maxime virile quod deo offertur. Præterea necesse est vt careat omni vitio. His verbis significatur Christus dei potentia, qui prorsus a peccati macula fuit immunis. Mascul⁹ sem per typus est imperatoriæ potentiæ. Sic Christus quamuis humanam naturam assumpserit, & ouium numero sit habit⁹, attamē imperat oībus.

† Ad volūtatē uestrā Cal. iterp. vt placabile sit, p verbis, vel ad conciliandum vos.

b *Homo qui obtu. &c.* Præcepit oblationem populi mūdā esse, ad iūgit q̄les ministri debeant esse & offerre.

c *Pacificorum, &c.* Quæ ualeant ad salutem & pacem, & si non possit perfecte philosophari, sicut qui omnia reliquit, qui studet virginitati & huiusm. *Stella enim differt a stel. i. claritate.*

† concisa labia.

1. Co. 15. e.

d *Si cæcum fuerit.* Qui Deum ignorat & eius ministerium, nec aliis potest exponere.

B Vnde circa se, & circa alios, & circa ministerium, negligenter agit, vnde: *Videte quoniā omnes nesciuerunt, vniuersi canes muti non ualentes latrare.*

Esa. 56. d.

e *Si fractum.* Pede vel manu, cuius actio s. vel voluntas debilis est vel distorta, non est dignus salute & sacris altaribus.

Detractor f *Si cicatricem.* Detractorem notat, pessimus enim hic morbus & asperrimum vulnus non facile mitigatur.

Psal. 49. c. g *Si papulas.* Lxx. linguam incisam, qui scilicet propter sordidam vitam perdidit docendi fiduciā, vnde Dauid: *Peccatori dixit deus, quare tu enarras iusti. me. &c.*

h *Scabiem vel impeti.* Fornicator significatur, qui maculat corpus suum. *Qui enim fornicatur in corpus suum peccat.*

D 1. Cor. 6. d.

i *Non offeretis ea domino.* LXX. Non offerent hæc domino, tales .n. ministerio altaris non sunt offerendi. Sacrificium pacificorū non addit sicut superius, vt de ministris altaris hoc dici intelligamus, qui holocaustum debet esse, & vitam perfectā & cōsummatā agere.

k *Aure & cauda amputatis volun.* Aure amputatus est, qui inobediens est, qui verbis turpibus delectatur bona auersatur.

*pro vobis

l *Voluntarie, &c.* Talis. enī vel mandata operat, & dicit bos vel sīplex ē, & ouis appellat. Ideo non oīo aduersamur, aut ī parte inimici deputamus, sed docem⁹ & exhortamur.

E † habentē mēbra nimis magna aut nimis parua

m *Vel tunsis, &c.* Qui illatis tentationib. cedit, & aīæ fortitudinem perdit. Non enim oportet hæc pati, nec cedere hosti affligenti, vnde: *Vt quid tristis incedo, dum affligit me inimicus.*

† concussum, & cōtusum, ruptum & excitum.

n *Ablatisque:* Qui vna actione prauas, quasi castro seipsum abscindit a piunctione dei, priuatus prole virtutis & signis virilitatis, alter enim est qui paulatim conteritur.

Psal. 41. a.

✠ RADVLPH. Quæritur cur spiritussanctus per legem in pecorib. abominetur, quod per Isaiam in hominibus approbare videtur. Hic enim scriptū est: *Nō dicat Eunuchus, ecce ego lignū aridum, quia hæc dicit dominus Eunuchis. Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quæ volui, dabo eis in domo mea & in muris* [illegible]

Lib. 15. in Leuit. c. 5. Isa. 56. 

F

(Text) habitant apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota soluens, vel sponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocaustum domini, † vt offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus & ouibus, & ex capris: Si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile. + Homo qui obtulerit victimam pacificorum domino, vel vota soluens vel sponte offerens, tam de bobus quam de ouibus, immaculatū offeret vt acceptabile sit. Omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, si fractum, si † cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, vel impetiginem, non offeretis ea dño, neque adolebitis ex eis super altare domini. Boué & ouem, † aure & cauda amputatis, voluntarie offerre potes: votum aūt ex his solui non pōt. Omne animal vel quod † contritis vel tunsis, vel sectis, ablatisque testiculis est, non offeretis domino, & in terra vestra hoc omnino non facietis. De manu alienigenæ non

(Interlinear) ✠ Promissa ex necessitate. — ¶ Voluntarie sacrificabo tibi, &c. — ¶ Virilis, fortis, stabilis ad offerendum. ¶ A peccato. — ¶ De bobus offert qui legem opere implet. b ¶ Quas simplex offert. c ¶ Ques penitens offert. — ¶ Vt supra. — ¶ Curtatus est cauda qui de nouissimis non cogitat. — ¶ Vt mortificentur peccato, & viuant Deo, & sibi possunt coniungi. b ¶ Lxx. occides tibi met ipsi. c ¶ id est ad ministerium tales offerre non possunt, si tamen pœnituerint suscipiendi sunt. — ¶ Qui crescente malitia prolem ubi virtutum conterit, quibus vir possit cognosci. — ¶ Terra nostra conuersatio bona, quam a Deo excolendam percipimus. — ¶ Qui ab externis ad ecclesiam venit extra doctus.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Masculus immaculatus erit ex bobus & ouibus, &c. *quia ex his tribus speciebus animalium tantum fiebat sacrificium.*

2 Homo qui obtulerit victimam *scilicet, pro beneficio obtento uel obtinendo.*

3 Immaculatum of. *Veruntamen non semper oportebat quod esset animal masculinum. Consequenter ostenditur, qualiter animal debeat dic maculatum, cum dicitur.*

4 Si cæcum fuerit. *id est, carens duobus oculis, vel vno.*

5 Si fractum. *Id est fracturam habens in aliqua parte corporis.*

6 Si cicatricem. *Id est notabilem deformitatem remanentem post sanationem plagæ.*

7 Si papulas, *id est, pustulas, ex quib oritur dolor & scabies.*

8 Aut scabiem uel impe. *Hæc exposita sunt supra in princi. ca. Et eadem ratio est de alijs notabilibus deformitatibus, quia talia reddunt animal contemptibile, ideo non debet domino offerri in sacrificium, ne vilescat cultus diuinus, & quia domino debent offerri meliora.*

9 Bouem & ouem. *Hic consequenter ostenditur in quo casu maculata animalia possunt offerri, cum dicitur, Bouem & ouem, aure & cauda amputatis. In Hebræo habetur, Bouem & ouē, superfluum & diminutum, id est, habentem aliquod membrum superfluum, sicut tertium oculum, vel tertiam aurem, vel deficientem in vno oculo vel aure, uel huiusmodi, & redit in eandem sententiam cum translatione nostra, quia tam isti defectus quam illi reddunt animal maculatum.*

C

10 Voluntarie offerre potes. *etiam in sacrificium, vt dicunt communiter expositores nostri, sed si aliquis esset obligatus ad tale sacrificium, non poterat ex tali animali fieri. Sed hoc autem videtur contradicere textui præcedenti, cum dicitur, Homo qui obtulerit victimam pacificorum domino, vel uota soluens, uel sponte offerens, immaculatū offeret, ut acceptabile sit. Ex quo patet, quod sacrificium de animali habente talem defectum non esset deo acceptum, etiam si esset oblatum voluntarie & absque obligatione, & ideo quod dicitur hic: Voluntaria offerre potes. Aliter exponit Ra. Sa. dicens, quod hoc intelligitur de oblatione quæ fiebat sacerdotibus tantum, vt de pretio talis animalis fierent aliqua necessaria in tabernaculo vel templo, ut pote reparatio cortinarum seu vtensilium, quib. vtebantur ministri tabernaculi, sed non poterat ex eo sacrificium fieri, nec de eo aliquid offerri super altare, ideo subditur.*

11 Votum autem ex his solui non potest. *Hic accipitur votum pro quocunque sacrificio, vnde in Hebræo habetur ad sanctificationem non placebit, id est, ad sacrificium.*

12 De manu alienigenæ. *Hic consequenter ostenditur, a quibus nō debent sacrificia accipi, cum dicitur, De manu alienigenæ, & vocatur hic alienigena, qui non est Iudæus natione, nec conuersus ad Iudaismū, quia a talibus non debebat accipi aliquid offerendum in altari, poterat tamen accipi pecunia, vel alia dona ex quorum pretio emerentur illa quæ essent offerenda, & hoc modo dicitur 2. Mach. 3. a. quod* Seleucus Asiæ rex, ex sumptib. præstabat ea q̄ pertinebāt ad sacrificia.

Deu. 15. d. Ezec. 35. b

## MORALITER.

✠ 2 *Homo qui obtulerit.* Hic excluduntur animalia ad sacrificiū inepta per quæ figurantur personæ ineptæ ad offerendū domino per religionis ingressum, cum dicitur.

4 *Si cæcum fuerit.* p q̄ intelligit homo stolidus carēs industria.

5 *Si fractum.* Id est impotens ad religionis onera perferenda.

6 *Si cicatricem habens.* Id est notam infamiæ ratione criminis enormis.

7 *Si papulas.* Id est pustulas dolorem & scabiem & fœtorem afferētes, per quas itelligunt murmurationes & detractiōes.

8 *Aut scabiem.* Id est carnis petulantiam vel auaritiam, sicut dictum est cap. præcedenti.

9 *Boué &.* Ex his non pōt votū solui dño. Per defectū auris ī tel. rebellio & inobedientia. Per defectū caudæ significat defectus perseuerantiæ. Homines autem illi defectus habentes non sunt recipiendi ad uotum professionis in religione.

† *Omne.* Per q̄ intelligitur q̄ impotentes ad generandum filios ī ecclesia dei uerbo & exemplo, nō sūt ī ea promouendi.

11 *De manu alienigenæ non offeretis.* Per quod significatur, quod in ecclesia recipienda non est excommunicati oblatio.

✠ MORA-

*meis locum, & nomen melius a filijs & filiab.* Sic in libro Sapientiæ *felix* (inquit) *sterilis & incoinquinata, quæ nescivit thorum in delictis &c.* Moyses autē, nō intrabit, īquit, Eunuchus attritis vel amputatis testiculis ecclesiam dñi. Moyses ergo cum carnalē laudat propagationem, spiritus adumbrat fœcunditatem, quæ nec Isaiæ displicuit, vbi ait. *Lętare steri lis quæ non paris.* Isaias vero de his loquitur qui propter regnum cælorum se castrauerunt.

a *Bos, ouis & cap.* ISIC. Mater omniū natura est. Sub hac omne genus hominum, peccatorum, scilicet, & iustorum. 7. dieb. est. Si quis enim mandata operetur, vel simplex sit, vel peccator, septem diebus, id est, præsentis vitæ seculo oportet eum sustinere iura naturę, sed octaua die resurrectionis sub hac matre nō erit, sed perfecta hostia domini, quod in hac uita esse non poterit, vbi omnia incerta & mutabilia. vnde Salomon: *Ante mortem non laudes hominem.*

Sap. 3. — Esa. 26. — Nobis. — Eccl. 11. d. — Quæst. 31.

a Corruptos. Incorruptibili.

offeretis panes Deo vestro, & quicquid aliud dare voluerit,

a Quia vos incorrupto Deo & Ecclesię quę est sine macula, deseruitis.

quia corrupta & maculata sunt omnia, non suscipietis ea. 1

a Locutusq; est dominus ad Moysen dicens: Bos, ouis, & capra, 2

a Euangelica gratia, vnde Paulus: Per euangelium ego vos genui, &c. 1. Cor. 4. d.
b Tota pręsenti vita, quæ septem diebus voluitur. c Vt nutriantur lacte doctrinæ.

cum genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris

Ecclesiæ. a Resurrectionis, quia tunc anima & corpore sanctum sacrificium erunt.

suæ, die autem octauo, & deinceps offerri poterunt domino. 3

Figurale pascha.

b Siue illa bos, siue ouis, non immolabuntur vna die cum fœ- 4

a Vero paschate quod fœtus dicitur pro temporis nouitate, & quia figura tandem peperit veritatem.
b Euangelicam conuersationem: quæ domino gratiarum actiones agit: vnde, Luceat lux vestra coram hominibus, &c. Matth. 5. b.

c tibus suis. Si immolaueritis hostiam pro gratiarum actione 5

a Susceptibilis scilicet. Operando: contemplando.

domino, vt possit esse placabilis, + & eodem die † & comede-

a Aliquid incorrectum vel consummatum. b In principio.
c Futuri seculi quo non licet operari.

tis eam. Non remanebit quicquam in mane diei alterius.

a Qui hic legem constituo, ibi iudico: hic talenta committo: ibi rationem exigo.

Ego dñs. Custodite mandata mea, & facite ea: Ego domi- 6

Nomen meum per vos blasphematur: Rom. 2. d. In futuris, non in præsentibus.

nus. Ne polluatis nomen meum sanctum, vt sanctificer in 7

Verorum.

medio filiorum Israel. Ego dominus qui sanctifico vos, & 8

Ne redeatis. a Vt cognosceretis me Deum, quod erit cum ipse erit omnia in omnibus.

eduxi de terra Ægypti, vt essem vobis in Deū: Ego dominus 9

C ✻ THEODORETVS.

Cur primogenita pecorum post octauū diem offerri iussit:

Nouerat quosdam gulę vitio laborare, quodq; forsan intuentes primogenitum obesum esse ac speciosum, illud essent retenturi, propterea primo natum offerri præcepit.

b *Non immo.* ISIC. legale pascha significat, quia hæc Moyses in die paschatis tradidit immolāda Iudęis di. *Immolabis pascha domino Deo tuo, oues, &c.* hoc pascha celebrare nō possunt, qui verum susceperunt.

c *Vna die. &c.* IDEM. Quia vetus pascha tēpus suū habuit cui tēpore suo nouū successit. Christ⁹ nāque figurale pascha in cœna celebrauit, & post ad aliam horā quasi alia die verum pascha substituit, vel vere alia die, quia quarta decima die ad vesperū agebatur pascha Iudæorum. Quicquid autem post vesperum est, alterius diei est. Forsitan vero in his fœtibus Christus significatur, de quo dicitur: *Puer natus est nobis et fili⁹ datus est nobis.* hic non eadem die qua vitulus & ouis occisus est: nam quartadecima die pascha celebrauerunt; In crastino Christum crucifixerunt.

Deut. 16. a — Mystice. — Matt. 26. b — † quo immolatur. — Esa. 9. b.

Non — ☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quia corrupta & maculata sunt omnia. *Sacrificia enim et oblationes veteris legis non erant acceptę secundum se, sed ex fide offerentium, ideo Gentiles quia non habebant circuncisionem quæ erat signū fidei, reputabantur immundi, & per consequens dona eorum, & ideo non poterant offerri in propria specie, ut dictum est.*

*Rab. Sal. aliter exponit passum istum. Ad cuius intellectum primo ponenda est Hebraica litera, quæ talis est:* De manu alienigenæ nō offeretis panem Deo vestro de oīo. his, quia corruptiones eorum in eis sunt & macula in eis est, non proficient eis. *Dicit igitur quod lex ista datur ad remouendum dubium, quia lex non fuit data Gentilibus, sed Iudæis tantum, & ideo præceptum de oblatione immaculatorum tantum, non astringebat Gentiles, propter quod sacerdotes Iudæorum possent credere, quod animalia maculata oblata a Gentilibus ex deuotione, possent offerri in altari holocaustorum, & ideo hoc remouetur per hoc ꝙ dicitur hic:* Corruptiones eorū, &c. *Dicit tñ quod animalia immaculata immolatitia poterant ab eis recipi & offerri. Sed hoc dictum videtur esse contra textum, vbi dicitur:* De manu alienigenę non offeretis panes deo vestro. *In panibus tamen non poterant esse tales maculę sicut in animalibus,* Et *si dicatur, quod aliqui panes poterant esse maculati ex aliqua mistione indebita, & de talibus loquitur hic. non valet, quia absolute dicitur:* Non offeretis panem, *& indefinita lex æquipollet vniuersali, & sic oblatio panis generaliter videtur prohibita recipi a Gentilibus, & eadem ratione omnium aliarum rerum. Item de agno paschali qui immolabatur extra locum sanctum, quia in Ierusalem vbique poterat immolari, ut habetur Deutero. 16. dicitur* Exod. 12. *quod nullus poterat admitti ad comestionem eius, nisi prius circuncisus & conuersus esset ad Iudaismum. Et multo fortius videtur, quod nullus esset admittendus ad offerendum aliquid in loco sacro, nisi Iudæus vel conuersus ad Iudaismum. Item illi quorum oblatione recipiebatur ad offerendum super altare, ingrediebantur atrium tabernaculi in quo erat altare holocaustorum, vt patet ex prædictis in multis locis, sed Gentiles non debebant ingredi, vt patet Thren. 1. d. vbi dicitur:* Vidi gentes ingressas sanctuarium tuum, de quib. præceperas, ut non intrarent in ecclesiam tuā. *Et Ezech. 44. b. vbi dicitur:* Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus israel, eo ꝙ inducitis filios alienos incircuncisos corde & incircūcisos carne, ut sint in sanctuario meo, & polluāt domum meam. *Sacerdotes enim capitulo allegato introducebant Gētiles intra atrium, vbi erat altare holocausti, vt perciperent ab eis oblationes.* Et *act. 21. e. Iudæi insurrexerunt in Paulum dicentes eum violatorem templi, eo quod credebant eum introduxisse Trophimum, qui erat Gentilis, in atrium templi, vbi Nazaræi soluebant votum suum. Et sic patet quod non erat licitum recipere aliquid a Gentilibus, vt offerretur in eadem specie, ut prædictum est. Litera etiam Hebraica non facit pro dicto Ra. Sa. cum dicitur, quia corruptiones eorum in eis, &cęt. quia per hoc non intelligitur aliud, nisi quod immunditiæ Gentilium, inquantum erant incircumcisi & idolatrię dediti, redundabant in oblationibus eorum, et sic patet quod litera Hebraica in hoc loco non differt a translatione nostra in sensu, licet quantum ad aliquid differat in verbis.*

2 Locutusq; est do. *Hic consequenter agitur de tempore offerendi, cum dicitur.*

3 Die autem octa. *quia ante octauam diem fœtus nati sunt nimis molles & imperfecti, & ideo ante octauam diem non debebat offerri domino, sicut nec animalia imperfecta propter defectum alicuius membri.*

4 Siue illa. *Hoc fuit pręceptum, vt Iudæi qui erant crudeles, exercerentur ad pietatem circa bruta animalia, ut per hoc mitiores essent erga homines. Videbatur autem quodammodo crudele, quod mater cum fœtu immolaretur, & ideo hoc fuit prohibitum ratione dicta. Item quia aliqui idolatræ secundum ritum suum matrem cum fœtu idolis immolabant. Eisdem rationibus pręcipitur, Deut. 22. a. quod si quis inuenerit nidum & matrem incubantem pullis, quod non teneat simul matrem cum filijs, sed patiatur matrem abire, captos filios tenens.*

5 Si immolaueritis. *hoc sup. 7. c. positum est & expositum, sed hic repetitur ad maiorem impressionem.*

6 Custodite man. *Hęc est conclusio huius c. uidelicet obseruatio prędictorum, cuius ratio subditur, cum dicitur.*

7 Ego dominus. *id est, tantę auctoritatis, quod debetis simpliciter obedire.*

8 Ne polluatis no. m. *offerendo immunda super altare meum.*

9 Vt sanctificer. *non quod per sacrificia aliquid accresceat sanctitati diuinæ, sed magis ipsis offerentibus deuote. ideo dicitur, In medio filiorum Israel.*

NICO-

CAP. XXIII.

a Hæ sunt feriæ do. ISIC. Si subtiliter attendas præsentia, inuenies legislatorē etiā in litera spiritualia interponē tem. Ait enim: *Hæ sunt feriæ do. quas vocabitis sanctas*. Et addit: *Sex dieb. facietis opus*, in quo ostendit quia primæ feriæ sunt in ope ribus bonis, bona enim ualde fecit deus in sex diebus. Secunda festiuitas septimi diei requies est, quā nemo celebrare potest nisi opera bona & deo digna fecerit. Non enim frustra p̄missum est: *Sex dieb. facietis opus*. Si quis enim ad imitationem dei bona egerit, q̄ est sex diebus operari; requiescit sabbatho intelligibili.

RADVLPHS. Magna legislatori super sabbathi obseruatione solicitudo, frequensque huius præcepti repetitio est. Post præuaricationis namque reatum, homo laboribus additus, dicente domino: *In sudore vultus tui, &c.* dum visibilium trahitur cupiditate, necessitatem vertit in voluntatē, cæcatus que ignorantia, dū nescit quanta quietis amissæ incommoda fuerit, laborandi et cōsuetudine quodammodo inebriatus, voluptati deputat laborē, qui ex iudicis sentia laboris sustinet dānationē. Prius ergo compescenda erat insania laborandi cupiditas, deinde necessitas releuanda. Hinc est quod scriptura sacra, nunc obseruari sabbathum præcipit, nunc autem laborantibus sabbathum repromittit.

b *Hæ sunt ergo.* non domino, sicut aliæ omnes sed domini propriæ, quib. hoste deuicto genus humanum saluauit, & a captiuitate reduxit.

RADVL. Feriæ sanctæ dicuntur, ad distinctionem carnalium gaudiorum, quæ quia mentem corrumpunt, sancta dici non possunt, dicuntur etiam sanctæ, quoniam lætitia spiritualis nos sanctificat, dum diuinam in nobis charitatē restaurat.

C *Mense primo.* ISICH. Primum mensem tempus dominicæ passionis recte dicimus. Vnde mensis iste vobis pr incipiū mensium primus erit uobis in mensib anni. Initium enim & ingressus nouæ vitæ, & nunc a nobis inchoatæ conuersationis Vespertina tempora, in quib. dominus aduenit, dicit. Ioannes enim ait: *filioli nouissima hora est*.

CAP. XXIII.

Locutusque est Dominus ad Moysen dicēs: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: † Hę sunt ferię Domini, quas vocabitis † sanctas. Sex dieb. facietis opus, dies septimus, q̄a sabbathi requies est, vocabitur sanctus. Oē opus non facietis in eo sabbathum dn̄i est in cunctis habitationib. vestris. † Hæ sunt ergo feriæ domini sanctę, quas celebrare debetis temporibus suis: † Mense primo quartadecima die mensis ad vesperum phase domini est, & quinta decima die mensis huius solēnitas azymorum domini est. Septē diebus azyma comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque. Oē opus seruile non facietis in eo, sed offeretis

*Interlinear:* a Ad imitationem domini, vt in sabbatho quiescatis. a In quo non est operandum, sed mercede operum fruendum. a Præsens vita peregrinatio est, ibi perpetua & vera habitatio est, quia in domo patris mei mansiones multæ sunt. Io. 14. a. b Triumphantis. a Non dicit hoc de festiuitatibus Iudæorum, qui figuris seruiunt, sed fidelium. Omni tempore.

d *Quartadecima die, &c.* ISICH. Interrogem⁹ Iudæos quare quartadecima die festiuitatē agere nō iussit, ī qua figurale pascha cōstituit, sed memoriā eius faciēs prima die azymorū, q̄ post illā erat, fieri definiuit. Vult enim sciri quod sit inter figurā & ueritatem. Memorat ergo quartamdecimam, quæ figurā habebat, sed festum agere præcipit quintadecima, in qua pascha nostrū immolatus est Christus &c.

e *Phase domini est.* Quia passus est dominus, non mox tēpora finiuit, sed reliquias nouissimæ horæ & vespertinæ reliquit, vt in omnē terram exeat sonus eorum, s. apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Ad uesperum quoq; vel in uespere medio, paschæ proprium præueniens crucem suam celebrauit, quia super mysticū uerū pascha discipulis tradidit. Nox ergo erat iam qn̄ Iudas accepta buccella ad prodendū exiuit. Sequenti die pascha compleuit. Vn̄ quintadecima die legislator hāc festiuitatem constituit, & solennitatē azymorū prædicauit.

f *Septem dieb. &c.* Si vere pascha celebrare volumus, septem dieb. i. semp ab omni malitia azymi esse debem⁹, & maxime a Iudaico errore. Vn̄ ait Apostolus: *Non in fermento veteri, neq; in fermēto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis.*

g *Omne opus, &c.* Qui facit peccatum seruus est peccati. Non debemus seruire peccato cum pascha celebramus, in quo a peccato nos liberauit Christus.

h *Seruile, &c.* Nō permittit agere seruilia, aliis dieb. quib. nos prohibuit, Vn̄ subdit, sed offeretis sacrificiū in igne domino.

*Margin:* Gen. 1. d. Li. 16. c. 1. Gen. 3. Exod. 1. a. Vbi supra. 1. Ioan. 2. †Ge. 20. a. †conuocationes sanctas vel festa sancta. † de feriis c. licet. †Exo. 12. a Nu. 28. c. 1. Cor. 2. a. Psal. 18. a. Ioan. 1. 1. Cor. 5. c. Ioan. 8. d.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIII.

1 Locutusq; est do. *hæc ē tertia pars principalis huius libri, in qua agit de tēp. offerendi, quæ quidem temporā sunt solennitates, in quib. fiebāt specialia sacrificia vltra quotidiana. Et primo agitur de prædictarum solennitatum, secundo ponitur inductio ad obseruantium earum; 26. cap. Circa primum præmittuntur solennitates, quæ durabant per aliquam partem anni: secundo subduntur illæ quæ durabunt per totum an. 25. capit. Ad huc circa primum premittuntur illæ quæ pertinebant generaliter ad totum populū, secundo quæ specialiter ad sacerdotes 24. c. Prima in duas quia primo præmittitur obseruatio solennitatis sabbathi, quæ fiebat qualibet hebdomada, cum dicitur.*

2 Dies sept. &c. *omne quia etiam illa que pertinebant ad cibum & potum non poterant illa die præparari, sed die præcedenti, vt habetur Exod. 16. qualiter autem sabbathum sit obseruandum plenius dictum fuit Exod. 20. Sed hic & in plurib. alijs locis reperitur huiusmodi obseruatio, vt magis cordib. homini imprimeretur.*

3 Hę sunt. *hic secundo ponuntur solennitates que fiebat semel in an. Et primo agitur de solennitate pas. secundo de solenni. pētec. ibi:* Numerabis ergo: *tertio de solennitate tubarum, ibi:* Locutusque est dominus, *quarto de solennitate expiationis, ibi:* Decimo die, *quinto de solennitate tabernaculorum, ibi:* Et lo. est do. *Adhuc primo agitur de solennitate paschali, secundo de oblatione primitiarum, quæ fiebat inf. festū paschę, ibi:* Locutusque est. *Circa primum sciendum, q̄ solennitas paschalis celebrabatur in memoria beneficij quo educti sunt filij Israel de Aegypto, quę quidem eductio fuit 15. die mensis primi, & ideo tunc fiebat solennitas illa. Incipiebat tamen a vespere præcedentis diei, in quo vespere immolabatur agnus paschalis, de cuius immolatione dictum fuit plenius Exo. 12. 13. & hoc est q̄ dicitur hic.*

4 Mense. *Dicebatur autem illa immolatio phase, id est, transitus, quia angelus in illa nocte percutiens primogenita Aegyptiorum transibat domos Hebræorum in quarum superliminarib. erat de sanguine agni immolati, nihil percutiens in eis, sed magis saluans.*

5 Et quintadecima, &c. *Incipiebat tamen sicut dictum est, à vespere præcedentis diei, in quo non debebat apparere fermentū seu fermentatum in domibus Hebræorum.*

6 Septem dieb. *quia tot diebus durabat solennitas: Comedebant autem azyma in memoriam huius, quod filij Israel imminente exitu de Aegypto, non poterant fermentare, Aegyptijs cogentibus eos exire, vt habetur Exo. 12.*

7 Dies primus erit vo. *Erat enim celebrior quinque sequentibus: ideo subditur.*

8 Omne opus seruile. *Poterant tamen præparari illa, quę erant ad cibum & potum necessaria, quia talia opera non reputantur seruilia.*

9 Sed offeretis. *Istud sacrificium determinatur infra. Nume. 28*

*Margin:* Diuisio.

MORALITER.

1 *Locutusq; est dominus, &c.* Hic agitur de septem solennitatib. veteris testamenti, s. sabbathi, paschæ, pentecostes, tubarum, expiationis, tabernaculorū, cętus. Festum sabbathi figurauit quietē spiritualem mentis in Christo, festū paschæ resurrectionē Christi de sepulchro, festū pentecostes descensum spiritussancti, s. in signo uisibili super apostolos aliosque credentes, festum tubarum prædicationē apostolorum, festū expiationis emūdationē populi Christiani a peccatis, festū vero tabernaculorū figurauit peregrinationē fideliū i hoc mūdo in quo procedunt de uirtute in uirtutē proficiēdo, festum cœtus, figurauit collectionem sanctorum in regno cęlorum, propter quod istud festum sanctissimum vocabatur.

a *Sacrificium,&c.* Lxx. holocauſtomata, vbi innuitur, quod ab omnibus ceſſare iubet ſeruilibus, præterea non ſolum primã, ſed & ſeptimam nominauit, vt totam comprehenderet vitã humanã, quia illa initium, hæc finis in quo omnia poſſent cõprehendi.

b *Eleuabit faſciculum.*

☙ RADVLPHVS. Notãdum vero quod cum manipulos ſpicarum iubeat lex offerri, non niſi faſciculum vnum a ſacerdote leuandum dicit coram domino, vbi intelligẽdum iuxta literam, quia plures à diuerſis oblati manipuli, in unam redigebantur cõ geriem. Myſtice autem ſignatur, quia cum fides multorum, ſit, & a ſingulis offeratur, fides tamen vna eſt omnium, dum in catholica eccleſia, quod profitentur ſinguli, perhibent vniuerſi. Quod vero præcipitur, vt ad ſacerdotem ſinguli manipulos ſuos deferant, hoc ſignificare videtur, vt vnuſquiſque noſtrum quod de Chriſto credit, ad doctores referat, & vtrũ ſana probabiliſque ſit fides illius, per eos examinetur, ſicut doctor Paulus fecit. Leuat autem ſacerdos faſciculum noſtrum corã domino, vt acceptabilis, ſit pro nobis, cum ſancti doctores fidei noſtræ integritatem a diuerſarum hæreſium erroribus ſua eruditione ſuſtollunt, & ſanctificantes illam, id eſt, ab omni falſitate purgantes domino deo noſtro acceptabilem reddunt.

c *Altero die.* Potuit dicere ſecunda azymorũ, ſed ne ad ſequẽtẽ diem noſtram duceret intentionem, ſcilicet, in craſtinum primæ, dixit, altera die ſignificans reſurrectionem q̃ ſucceſſit paſſioni, ſicut dies diei.

d *Atque in.* Reſurrectionis, id eſt, eleuationis manipuli, id eſt, qñ reſurrectionẽ celebram⁹ dominici ſacrificii, obliuiſci non debemus, ex quo oblatus eſt manipulus.

e *Duæ deci.* Oportet enim perfectam humanitatem & perfectam diuinitatẽ in vnum conuenire in oleo, id eſt, per eã quã circa nos habuit miſericordiã, ſic enim ſacrificium odor ſuauitatis domino inuenitur, ſi q̃ de eo digna ſunt, intelligimus.

f *Liba quoque.* Ecce intelligibilis oblatio Melchiſedech quę in pane & vino perficitur, inde quarta pars hin offertur, vt per quartam partem euãgelica doctrina ſignificetur, per libationẽ vero ſermo dominicus, quo ait *Hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

g *Panem.* Oblatio pręſentium donorum quæ eſt Chriſti myſterium, reconciliauit nos deo, & cibum pręparauit nouum.

h *Polentã.* Lxx. χίδρα νέα, id eſt farra noua toſta non manducabitis. Vel manibus contrita & emundata, ſic enim χίδρα chidra alii interpretãtur, quia Chriſti præcepta actionem & correctionem quærunt.

☙ THEO. De nouis frugibus prius edere vetat, quam manipulos offerant, quod cum Palæſtinus ager calidior ſit, fructus pręcoces ſubmitti, null⁹ igitur audeat ante paſcha nouas carpere fruges, quo die manipuli offeruntur, a quo deinceps ſeptem hebdomadæ enumerandæ ad celebrandum feſtum pentecoſtes in memoriam eius diei, quo in promiſſas ſedes peruenerunt, vbi primũ arare ſerereque cœperunt, nullo amplius de cælo manna rorante.

h *Quinquaginta dies, & ſic, &c.* Hæc dies dominica eſt, in qua pentecoſtes feſtiuitatem celebramus, quam Iudæi nec ſecundum literam, nec ſecundum ſpiritum celebrant, qui nec dies ſecundum legem numerant.

---

a ¶ Omni tempore. b ¶ Quies æterna.

a † ſacrificium in igne domino ſeptem diebus. Dies autem ſe- 1 primus erit celebrior & ſanctior, nullumque ſeruile opus facietis in eo. Locutuſque eſt dominus ad Moyſen, dicens: Lo- 2

a ¶ Euangelicam vitam, vel doctrinam, cuius fructus primi & puriſſimi.

quere filiis Iſrael, & dices ad eos. Cum ingreſſi fueritis terrã 3

a ¶ Non alius. b ¶ Proprio ore annuntiando. c ¶ Docendo, conuertendo: ad fidem colligendo. d Verbum ſuſcipientes vnde meſſis quidem multa, operarii autem pauci. e Corpus Chriſti, qui ſumma & primitiæ meſſis.

quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis mani- 4 pulos ſpicarum primitias meſſis veſtrę ad ſacerdotem, qui † 5

a ¶ Prædicationis. b ¶ Chriſtum qui ſeipſum immolauit & ſuſcitauit.

a ¶ A mortuis ſuſcitando. ¶ Corpus proprium Chriſtus enim reſurrexit: primitiæ dormientium.

b eleuabit faſciculum coram domino, vt acceptabile ſit pro

¶ Reſurrectionis, quia prima dies eſt dominicę paſſionis.

c vobis, altero die ſabbathi, & ſanctificabit illum. Atque in 6

a ¶ Myſtice ſcilicet myſticus agnus immoletur.

d eodem die, quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum domini, & libaméta 7

a ¶ Quia ſine eo ſpiritualiter intelligi non poſſunt.

offerentur cum eo, duæ decimę ſimilæ conſperſæ oleo in in- e f cenſum Domini odorem ſuauiſſimum, liba quoque, & vini quarta pars hin. Panem & † polẽtam & pultes non comede- 8 g h detis ex ſegete vſque ad diem ⁺ qua offeretis ex ea Deo ve- 9

¶ Nec locus, nec tempus mutat Chriſti myſterium.

ſtro. Præceptum eſt ſempiternum in generationis cunctiſ-

a ¶ Dominico: hia eſt enim altera dies ſabbathi in qua reſurrectio.

que habitaculis veſtris. Numerabitis ergo † ab altero die 10 ſabbathi, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſe- 11

a ¶ Quibus finitis ſanctiſpiritus aduentum meruimus.

ptem hebdomadas plenas vſque ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt quinquaginta dies,

---

Margin: † oblationem. — † frixũ & ſpicã tritã — ſabbathi Galat. 2. — Gen. 14. d. — Matt. 26. c — † leuabit. — Matt. 11. d — * iſtã ipſam — Quæſt. 32. in Leuit. — † in craſtinũ vel die ſequenti ſabbathi.

☞ a Offere

---

NICOLAVS DE LYRA.

☙ 1 Dies autem ſeptimus. *non reſpectu primi, ſed reſpectu intermediorum, in quibus non ſolum erat licitum præparare ea quæ ad victum pertinent, ſed etiam alia opera facere. Conſiderandum tamen, quod quandocunque occurrebat dies ſabbathi, ſcilicet prima vel ſeptima diei huius ſolennitatis, vel in aliqua intermedia, illa dies erat obſeruanda, ſic quod nullum opus fieret, etiam circa præparationem ciborum.*

2 Locutuſque eſt do. *Hic conſequenter agitur de oblatione primitiarum, quæ fiebat in craſtino paſchæ, cum dicitur.*

3 Cum ingreſ. &c. *Ex quo patet, quod iſtud præceptum de primitiis non obligabat, donec eſſent in terra promiſſionis.*

4 Et meſſueritis ſegetem. N*on eſt intelligendum, quod tunc eſſet meſſis communis ſegetum, quia non poterat eſſe ita citó, ſed tunc homines colligebant ſpicas appropinquantes ad maturitatem, quæ magis feſtinant ad hoc in aliqua parte terræ* Iſrael. *Et dicunt Hebræi, quod erat in ſorte Neptalim, & de his offerebantur primitiæ in paſcha, & hoc eſt quod dicitur:* Feretis manipulos ſpicarum. &c.

5 Qui eleua. *In Heb. habetur. Qui eleua.* עומר *gomer ſiue gomor, & ſimiliter conſequenter in iſto cap. ubi habetur manipulus, in Hebr. habetur gomor, quia licet apportarentur ſpicę pro primitiis, tamen antequam de ipſis fieret ſacrificium, torrebantur igni, vt habetur ſupra 1. ca. & per confricationem excutiebantur grana, de quibus implebantur gomor, quæ de decima pars ephi, ut dictum fuit Exod. 16. & inde fiebat ſacrificium.*

6 Altero die ſab. *In Heb. habetur.* In craſtino ſabbathi, *& accipitur hic ſabbathum non pro die ſeptimana, ſed pro prima die paſchę quę erat 15. die menſis primi, quę etiam vocatur hic ſabbathum, eo quod requies erat ab omni opere ſeruili, & oblatio dictarum primitiarũ fiebat 16. die eiuſdem menſis.*

7 Et libamenta. *ſcilicet illa quæ ſimul cum agno offerebantur in holocauſtum, & quæ ſint illa oſtenditur, cum dicitur;* Duæ decimæ ſi, &c.

8 Quarta pars hin. *Secundum Papiam duplex eſt hin. Vnum maius, quod continet quaſi duas quartas Pariſienſium, & dimidiam. Aliud minus, quod continet duas quartas. Credo tamen quod melius ſit dicendum, quod quantitas huius menſuræ & aliarum, quæ ponuntur in ſcriptura, nobis eſt incerta, quia menſuræ liquidorum & aridorum multum variantur ſecundum varietatem temporum & locorum.*

9 Panem, & po. &c. *Intentio legis huius eſt, quod nullus cibus factus ex ſegete noua comederetur ab eis, donec oblatio prædicta primitiarum facta eſſet.*

10 Numerabitis. *Hic conſequenter agitur de feſto Pentecoſtes, quod celebrabatur in memoriam beneficii legis datæ, quæ data fuit quinquageſima die ab egreſſu de Aegypto, die egreſſus excluſo, ut oſtenſum fuit Exodi 19. & ideo celebrabatur quinquageſima die a prima die feſti paſchalis excluſiue, & hoc eſt quod dicitur.* Numerabitis ergo ab altero die ſabbathi, *id eſt, a craſtino paſchæ incluſiue.*

11 Septem heb. ple. *id eſt, quinquaginta dies, quia ſeptem hebdomadæ plenæ faciunt 49. dies, & dies ſequens eſt dies quinquageſimus, ideo dicitur uſque ad alteram diem expletionis.*

☙ 1 Et

a ¶ Tanquam vetera excludit sacrificia legis, euangelium introducit.
a & sic offeretis sacrificium nouum domino, ex omnibus habi-
Ecclesijs. a Legem & Euangelium, quæ cibum continent animarum.
b taculis vestris panes primitiarum duos, de duabus decimis si-
c milæ fermentatæ, quos coquetis in primitias domini. Offe-
d retisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos,
e Christum. a Patriarcharum, de his.n.secundum carnem natus est.
f & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in ho-
i locaustum cum libamentis suis in odorem suauissimum domi
g a Quia spiritussancti festiuitas est, qui consummat omnia, & perfecta vult esse sacrificia omnia.
b Penitentiæ sermonem inducit.
h no. Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos
¶ Pro refectione animarum.
hostias pacificorum. Cumque eleuauerit eos sacerdos cum pa-
i nibus primitiarum coram domino, cedent in vsum eius. Et
Hic nota excellentiam eius. Alias, sanctum.
K vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum. Om-
a Quod seruiat peccato. b In quo spiritus.s.aduenit, quia vbi spiritus, ibi libertas. 2.Cor.3.d.
ne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit
l in in cunctis habitaculis, & generationibus vestris. Postquam
a ¶ Quia hec pietate plena sunt, etiam ad literam custodienda sunt.
m autem messueritis segetem terræ vestrę, non secabitis † eam
a ¶ Ea significat, quæ nobis ad plenam & perfectam scientiam desunt. b ¶ Id est quæ nostrum fugiunt scientiam, quasi decidentia de manu messoris, colligere non tentemus.
vsque ad solum, nec remanentes spicas colligetis, sed
a ¶ Christo qui pauper & peregrinus pro nobis factus est.
n pauperibus & peregrinis dimittetis eas. Ego dominus
Deus vester. Locutusque est dominus ad Moysen dicens:
a ¶ Id est consummationis principio.
o Loquere filiis Israel: Mense septimo prima die mensis, erit
p vobis sabbathum memoriale clangentibus tubis, & vo-
a ¶ Quia in eo vocati & adoptati sanctificantur.
q cabitur sanctum. Omne opus seruile non facietis in eo,

A a *Offeretis sac. nouum.* nouũ, non vetus, nõ seculare. Adueniens siquidẽ spiritus totam vitam humanam renouauit, quia Christi institutionẽ confirmauit, & vitæ confirmationem in illis perfecit, vnde, *De meo accipiet & an. v.* (Ioan.16.c.) Ideo non in alia die aduenit, sed in q̃ ia resurrectio fuit, & oblatus manipulus intelligibilis vt ostendat quia noua conuersatio resurrectione Christi & aduentu spiritussancti perfecta est.

b *Habitaculis ve. &c.* Quia est habitaculũ præcipuum, de quo dicitur: *Beati qui habitant in domo tua domine.* (Psal.83.a.) Et alibi: *Vnam petij a domino, hanc requiram, vt inhabitem, &c.* (Psal.26.b.)

c *Panes primi.* Primus enim dominus euangelium cum lege perfecit, & docuit. *Audistis quia dictum est antiquis, Non occides. Ego autem dico vobis, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio,* (Matth.5.c.) hinc enim legẽ cõiunxit Euangelio. Hinc Lucas ait, *Quæ cœpit Iesus facere & docere, &c.* (Act.1.a.)

✱ RADVLPHVS. Si quis literam pertinaciter sequatur, putabit hunc locum contrarium ei, qui supra positus est, (Vbi supra, cap.4.) B dixerat enim Moses, *Omnis oblatio quæ offertur domino absque fermẽto fiet, nec quicquam fermenti aut mellis adolebitur in sacrificiũ Domino.* (Leuit.8.) Nos autẽ qui spiritualem sequimur intelligentiã, deseruimus fermenti figurã, & dicimus, aliud esse fermentum malitiæ & nequitiæ, qđ dominus abijcit, aliud fermentũ quod euangelica illa mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum.

d *De duabus deci. &c.* De doctrina scilicet quæ perfectam diuinitatem, & perfectã humanitatem docet, nec aliter possunt coqui nisi per talem doctrinam.

e *Septem agnos.* Pro septem donis spiritussancti, quę vocat agnos, quia spiritussanct⁹ vnum est cũ Christo, de quo scriptũ est. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi,* (Ioan.1.d.) *ideo nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritusancto.* (1.Co.12.a.)

f *Et arietes duos.* Quibus inimicus ventilatur. Hęc sunt superiora mandata, & virtutes, quas alię sequuntur vt oues, verbi gratia. *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* (Matth.9.c)

g *Cum libamentis, &c.* Quæ sunt scientia & correctio, vnde, *Deo autem gratias, qui odorem scientiæ suæ manifestat per nos, quia Christi bonus odor sumus &c.* (2.Cor.2.d.)

h *Duosque agnos, &c.* Mãdata pacis & sanctimoniæ, vnde, *Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, &c.* (Heb.12.d) C Hæc quia apostolico sermone dicta sunt præcipit offerri cum panib. primitiarum. qui doctrinam Christi significãt. Vnde in sequentib. Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum.

D i *Cedent in vsum, &c.* In vsum eius sacerdotis, id est, Christi, q̃ est sacerdos noster & dominus noster, ipsius sunt panes primitiarũ, & agni mandatorum, ipse in Paulo loquebatur, sic omnia quę dicta sunt obtulit, primus pacem discipulis annunciauit, & sanctimoniam custodiuit, sicut sanctus sãctorũ. (Ioan.10.c. Dan.9.f.)

K *Celeberrimum.* In quo gẽtium vocatio nõ modo p̃dicta est sed impleta, quando Parthi & Medi & Elamitę, & cęterę gẽtes audierunt apostolos loquentes variis lĩguis magnalia Dei. (Act.2.a.)

l *Postquam, &c.* Eadem superius dixisse videtur, sed ibi: *Non complebitis messionem vestrã:* hic autem ait. *Nec secabitis eam vsque ad solum,* (Supr.19.b.) & differentiam innuit ipsa mutatio verborum.

E m *Segetem terræ &c.* Conuersationis, cuius messio post resurrectionem Christi et aduentum spiritussãcti, nõ tamen omnẽ scientiã quã in futuro sumus habituri, tradit verbum prædicationis. Sũt enim q̃ nũc nõ possũt nobis reuelari. Vñ in p̃dictis festiuitatibus hanc legem inter posuit. (Math.8.c Ioan.1 a.)

† angulũ agri vestri Lxx. non perficietis reliquum messis agri vestri.

n *Pauperibus & peregrinis.* Lxx. pauperi &, προσηλύτῳ proselyto id est, Christo, qui non habuit vbi caput reclinaret, & *in propria venit, & sui eum non receperunt* Hic solos intelligit qui remanẽt, vnde, *O altitudo sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.* (Rom.11.d.)

o *Mense septimo prima die mensis.* Septenarius consummationẽ vel specialem vel generalẽ significat. Hinc Deus die septimo requieuit, (Gen.2.a.) & sua requie nostrã significauit, vnde, *Qui ĩgressus est in illam requiem, requieuit ab operibus suis, sicut deus a suis.* (Heb.4.b.) Initium verò cõsummationis temporum, aduentus domini est, unde. *Filioli nouissima hora est.* (1.Io.2.c.) Hoc tempus appellat primam septimi mensis, sicut principiũ cõsummationis nobis etiam requies est, quos ab operib. malis cessare fecit, & a iugo graui liberauit, vnde, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &c. & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris.* (Matt.11.d)

F p *Clangentibus tubis.* Quia prædicat saluatoris resurrectionem q̃ memoriale est generalis resurrectionis, q̃ secundum Apostolum erit in uoce archangeli, & in tuba dei, &c.

q *Omne opus seruile non facietis in eo.* Quasi non est opus seruilia

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et sic offe. sac. no. *id est, de nouis frugib. non in grano sicut in pascha te, sed in panibus, ideo subditur.*

2 Panes primi. *In quolibet enim pane erat vna decima, secundum alios in quolibet pane erant duæ decimæ. Et accipitur hic decima pro decima parte ephi, de cuius quantitate dictum fuit. Exo.16. in fine. Ex dictis hic & alibi patet quod ter in anno soluebantur primitiæ, primo ĩ paschate de nouis granis, secundo in pentecoste de nouis panibus, tertio in septẽbri de nouis fructib. de quibus reddendæ erant primitiæ, quia secundum Ra. Sa. non dabantur primitiæ de terræ nascentibus, nisi de 7. speciebus, s. frumento, hordeo, vinea, oliua, malogranato, ficu, & palma, vt dictum est super Deu.26.* (Quoties primitiæ soluebant.)

3 Cum liba su. *quæ determinantur Nu.28. Cætera patent ex supradictis, vsque ibi.*

4 Postquam autem mes. &c. *In Heb. habetur,* Quando metes segetes terræ tuæ, non finies vel cõplebis angulum terræ tuę. *Istud est expositum supra xix. sed hic repetitur, ad maiorem impressionem.*

5 Locutusq; est do. *hic cõsequenter agitur de festo tubarum quod fiebat in memoriam liberationis Isaac ab immolatione, vt habetur* Gen. 22. *& ideo illa die clangebant in cornibus pecorum, quia aries immolatus pro ipso inter fruteta cornibus hærebat, vt dicitur ibidem; Erat etiã talis clangor prima die mensis septimi, quasi quædam præparatio ad festa ventura in eodem mense, s. festum expiationis, & festum tabernaculorum, & patet litera ex dictis usque ibi.* (Festum tubarum.)

3 Cum ✱ Et

uilia agendi ante fecistis, *sed sicut exhibuistis membra vestra iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete seruire iustitiæ in sanctificationē*, hoc est enim verum holocaustum.

A — Rom. 6. d. — lib. 4. cōtra Martionē.

✱ TERTVLLIANVS. In totum errabāt Pharisęi circa sabbathi legē, non animaduertentes eum conditionaliter eam indicentē ferias operum sub certa specie eorum. Nā cum de die sabbathi dicit, *Omne opus tamen non facies in ea*, dicendo tuum de humano opere definit quod quisque ex artificio vel negotio suo exequitur, nō de diuino. Opus autem salutis & incolumitatis non est hominis, sed dei proprium, sicut & rursus in lege, *Non facies*, inquit *omne opus in ea, nisi quod fiet omni animæ*, id est, in causa animæ liberandæ.

† oblationem. — Exod. 20. — † expiationis est ad expiandū coram domino Deo vestro. Aliter olī legit Tertullianus, quam hēat vulgata editio. — † De feriis cap. 2.

a *Decimo die, &c.* ISICH. Propitiationem & a peccatis liberationem acquiri in humilitate & afflictione animæ ex his intelligimus, Hāc debem⁹ agere de vespere, id est pœnitentia incipere quam fecit Christus initium prædicationis suæ: pœnitentię superędificāda est vita bona, & virtutibus consummata Vnde adiecit. Et offeretis holocaustū domino.

* Septimi. — B — Matth. 4. c

✱ PROCOPIVS. Parat nos ad extremum iudicium, quasi in eo die accipiendum sit, proinde affectuum trucidationem per ieiuniū suggerit. Vt vero prorsus simus consecrati deo odorē bonæ fragrātiæ, per holocausta: Vt ab absurdis & malis operibus cessemus & desistamus, significat per quietem siue otium. Hæc siquidem semper exercere oportet eum, q memor est extremæ illi⁹ tubæ. Quapropter haud immerito reconciliationi attribuit ieiunij diem. Qui uero diuersa sequuntur studia, illis comminatus est æternum supplicium. Qd vero illo tpe perfectam & absolutam, in qua desistemus ab omnib. operibus, sumus consecuturi, satis docuit dum illud tempus nominauit sabbatha sabbathorum.

* conuocationes, vel solennitates. — C

b *Dies propit.* ISICH. Duo significat, qa in hoc tpe propitiationem suscipiem⁹, & ideo in illo ab oī malo abstinere debem⁹.

c *Omnis anima, etc.* ✱ RVDVLPHVS. Aduertendum quanti pōderis sunt res ipsæ, quarum sacramenta vel similitudines non uiolari debeant, tanta seueritate interdicitur, vt violatoribus mors intētet. Neque enim Iudaica illa afflictio, ieiunādo fortasse, vel nudis pedib. incedendo aliud quā Christiani mœroris formā exhibuit, eorum. s. qui inter prospera pauidi, & non nunquam etiam sub transeuntis affluentiæ lætitia mœsti, dicunt cum Psalmista, *Dolor meus in conspectu meo semper.* Item, *Sitiuit anima mea, & fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.*

lib. 17. c. 2. — D — Psal. 50. — Psal. 42.

& offeretis † holocaustum domino. Locutusque est dominus [1] a ad Moysen dicens: Decimo die mensis huius septimi, dies ex- [2] piationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetis- [3] que animas vestras in eo, & offeretis holocaustum domino. [4] Omne opus seruile non facietis in tempore huius diei, quia b dies † propitiationis est, vt propitietur vobis dominus Deus c vester. Omnis anima quę afflicta non fuerit die hoc peribit de populis suis, & quę operis quippiam fecerit, delebo eam d de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: Legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitatio- e nibus vestris. † Sabbathum requietionis est, & affligetis animas vestras. Die nono mensis septimi, a vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra. Et locutus est dominus ad Moy- [5] f sen dicens: Loquere filiis Israel: A quintodecimo die mensis hu- [6] ius septimi, erūt ferię tabernaculorum septē diebus dn̄o. Dies primus vocabitur celeberrimus atq; sanctissimus: Omne opus seruile non facietis in eo, & septem diebus offeretis holocau- [7] g sta dn̄o. Dies quoque octauus erit celeberrimus atque sanctis- h simus, & offeretis holocaustum dn̄o: Est enim † cętus atq; colle- i ctę. Omne opus seruile non facietis in eo. Hæ sunt feriæ dn̄i: quas vocabitis † celeberrimas atque sanctissimas, offeretisq; in

Interlinear glosses: a ¶ A peccatis. b Omnium. c ¶ Sanctorum. d ¶ Penitendo. — a Vt sanctis. b ¶ Bona perfecta super ædificando. c ¶ Vitam consummatam. — a ¶ A malis cessabitis. — a ¶ Quia non sequitur humilitatem Christi, qui seipsum humiliauit usque ad mortem. — ¶ Terreni. — ¶ Sanctorum. — a Lxx. Saabathum sabbathorum, vt. s. intelligamus illud quod excedit infirmitatem Iudæorum. — a ¶ Vt in hac vita a malis feriemus, in qua sicut in tabernaculis esse debemus. b ¶ Qui noulit præsentibus vt tabernaculo vti, prima dies, id est, initium a sanctificatione vocationis incipit ei. — a ¶ Quia nulli in seculo seruiunt, qui quæ in eo sunt transitoria intelligunt. b ¶ Omni tempore. c ¶ Perfectam conuersationem. — a ¶ A quo est, b ¶ Futura vita. c Prędicta agentibus. ¶ Quia sancti vocabuntur in præparata habitacula. — a ¶ Quod, scilicet, hic præparastis, id est, vos ipsos. ¶ Congregatis vndique operibus. — ¶ Omnes enim eritis sicut Angeli Dei.

Hæc enim sunt duo genera compūctionis quorum vnum ex timore, alterum ex amore procedit.

d *Nihil ergo.* Sēper a malis & superfluis significat esse cessandum. Vnde & dominus nec causā dicere concedit, nec cogitare quid comedat, aut quid bibat, aut quo induat, uerū enim, & sabbathū sabbathorum annūtiauit.

e *Affligetis.* Recapitulatio est humilitatis quæ est fundamētum & basis virtutū. Vnde dominus ait. *Quicunque se humiliauerit sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorum.*

Mat. 18. a. — E

f *A quintodecimo die.* ISICH. Hoc numero īchoat festiuitas, qui ex septē & octo cōpositus est, quorū vn⁹ pręsens seculū, alter numerus significat futurū, ideo festiuitatem septem diebus cōsummari precipiēs, alterum diem celeberrimum atque sāctissimum cōmemorauit nec cū septē annumerauit, sed separati posuit, futurum namq; seculum præsens sequitur tanquam aliud. Septē ergo diebus festiuitatem tabernaculorum indixit. Quicunque in pręsente mundo vtitur vt tabernaculo in eo potest festiuitatem habere & lætari spe futuri seculi. *Si enim terrena domus dissoluetur, ædificatio non manifesta in cælis habetur.*

† cętus vel solennitas i. collecti eritis adcelebrādū solennitatē. — 2. Cor. 5. a

g *Dies quoque.* IDEM. Nota eadē de primo & de octauo dici, quia scilicet resurrectionis dies secunda est, & initium futuri seculi. Primus in Christo est conuersationis principium & futurorum exordium. Octauus vero pr̄senti succedit seculo, qd̄ significat in septimo. Præterea sancti habent requiem & uitā futuram in hac vita. vnde apostolis dictum est, *Regnum Dei intra vos est, etc.*

F

h *Cœtus.* LXX. egressus q. hinc exitus, ibi habitatio, vnde. *Cupio dissolui, et esse cum Christo*

i *Hæ sūt feriæ domini, etc.* IDEM. Legislatori cōsonat Paulus dicēs: *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite.*

Philip. 1. d — 1. Thes. 5. d

Moy-

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et offeretis holocau. domino. *non determinatur hic qualis debeat esse ista oblatio, sed determinatur, Nu. 29.*

2 Locutusque, &c. *Hic consequenter determinatur de festo expiationis, quod celebrabatur in memoriam illius beneficij quo dominus indulsit peccatum de fabricatione vituli, & ideo celebrabatur decimo die mēsis septimi, quia tunc descendit Moyses de monte portans secundas tabulas signum propitiationis diuinæ, sequitur*

3 Affligetisque animas. *Tunc enim debebant affligi Iudæi, vigilijs & ieiunys.*

4 Et offeretis holocaustum domino. *eo modo qui determinatur, Nume. xxix.*

5 Die nono mēsis septimi. *quia sicut dictū est frequēter dies solēnes Iudęorum incipiebant a vespere præcedentis diei.*

6 Et locutus est dominus. *Hic consequenter agitur de festo tabernaculorum, quod celebrabatur in memoriam illius beneficij quo dominus filios Israel xl. annis sustentauit in loco deserto, in tabernaculis habitando, & incipiebat ista festiuitas a xv. de mensis septimi, & durabat per vij. dies prima tamen die quæ erat celebrior cessabatur ab omni opere seruili, & similiter die octaua celebratur aliud festum quod dicebatur festum cętus vel collectæ, quia eadem die colligebatur pecunia pro sacrificys per annum fiendis, & alijs necessitatibus tabernaculi uel templi. quæ debebant fieri de communibus sumptibus, & patet litera ex dictis, paucis exceptis quæ exponentur.*

Festum tabernaculorum. — Luc. 17. e.

7 Et septem diebus. *Quæ autem sint ista, determinatur Numero. xxix. Et similiter de sacrificys fiendis in festo cœtus vel collectæ determinatur ibidem.*

✱ 1 Sume-

A Moyses quoque festiuitates celeberrimas atque sanctissimas exponens, quotidiana libamina & sacrificia permiscuit. Ideo festiuitates illas nominibus nō expressit, sed statim subdidit. *Offeretisque in eis oblationes domino, &c.* Voluit enim nos semper gaudere, & festiuitatem agere & orare, hæc est enim quotidiana libatio, & holocaustū, quæ tunc offerimus cum corpora nostra hostiā viuentem deo exhibem⁹, & cū apostolo dicimus: *Ego enī iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.* Ideo subiungit, exceptis sabbathis domini, &c. Quia cū a malo declinaueri m⁹ et super iustitias quas secūdū tēpus deo pmittimus, aliqñ & ieiuniū aliqñ oblationem possessionum, vel in periculis, vel volūtarie promittimus.

Festiuitates quare.

1. Tim. 4. b

a *A quīto decimo, etc.* Quintusdecimus ex septem & octo cōpositus, euangelicā pdicationem significat, quæ ɔsistit ex presēti vita & futura. hanc componit, illam præparat.

B

b *Die primo et die octauo.* IDEM. Qui est octau⁹, est & prim⁹ futuri seculi, pterea primus dies quo pdicatio dispēsat, & a peccatis cessat, in fine requiē eternā largit. Deīde cū festiuitatē septem dieb. prædicasset, primum diē requiē appellauit, sequentes tacet, vt uirtutib. operā dandam significet, transfert ad octauam diem requiē, quia fidelib. legē facientibus requies in futuro seruatur.

C

c *Die primo fructus.* IDEM. Fructus est Christus. vnde. *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* Qui aptat virtutes, suo tēpore, *erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.*

Esa. 11. a.

D

d *Spatulasq; palmarum,* & iuuenescentia iustitiæ germina quia iustus ut palma florebit, quia vero de palma nihil respuitur, nec de his qui iuste viuunt, addidit, *& ramos ligni densarum frondiū.*

---

a ¶ Mortificata membra. b ¶ Orationes continuas.

cis oblationes domino: holocausta & libamenta[b] iuxta ritum

a ¶ Quibus declinamus a malo.

vniuscuiusque diei, exceptis sabbathis domini, donisque ve-

a ¶ Quod solet fieri in periculo. b ¶ Sola voluntate.

stris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribuetis domi-

a ¶ Plenitudinis temporum.

a no. A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando con-

a ¶ A malis vacantes.

gregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias

a ¶ Quandiu viuitis. b ¶ Qui resurrectionem significat. c ¶ Non in septimo.

b domini septem diebus. Die primo & die octauo[c] erit sabba-

c thum id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus ar- 1

¶ Iuuenes ramos. a ¶ Scilicet continentiæ & casti coniugij.

d boris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni

Salix enim fructus non facit. a ¶ In eum credendo, pro eo patiendo.

e f densarum frondium: & salices de torrente, & lætabimini co-

a ¶ Non est impijs gaudere, dicit dominus.

g ram domino Deo vestro, celebrabitisque solennitatem eius

a ¶ Id est præceptum & institutum domini quod semper est obseruandum.

septem diebus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo † festa celebrabitis in

a ¶ Vt tota præsens vita pro vmbraculo habeatur. b ¶ Verus Israelita qui cum Abraham reliquit omnia, & in tabernaculis cum Isaac & Iacob cohæredibus promissionis habitat.

vmbraculis septem diebus. Omnis qui de genere Israel est,

a ¶ Quasi non obliuiscantur beneficij mei: & Aegyptię seruitutis, & liberationis.

manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quod in ta-

a ¶ More, vt imitentur eum qui ait Mat. 8. c. Vulpes foueas habent: & volucres cęli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet.

b ¶ De terrenitate mundi: de seruitute Pharaonis.

bernaculis habitare fecerim filios Israel, cum eduxerim[b] eos de terra Ægypti: Ego dominus Deus vester. Locutusque est Moyses super solennitatibus domini ad filios Israel.

---

✲ THEDORE. Pręcepit ornare domos ramis arborū, et cū aliis ramis numerauit viticem, velut in dicem lętitiæ, & extinguētem voluptatem. Aiunt enim ipsam siue edat siue substernat, extīgere flāmā voluptatum.

Qō. 32. in Leuit.

e *Et ramos ligni.* Omnes scilicet virtutū fructus: sed maxime misericordiā, quam oportet esse continuam & permanētem. Vnde *Oleum de capite tuo non deficiet.*

Eccl. 9. b.

E

f *De torrente, &c.* De presenti scilicet vita, quæ fluit tanquā torrens, tentationibus & tribulationibus ebulliens, vnde: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput,* in cruce, s. pendens.

† eam.

Psal. 109. a.

g *Et lætabimini, &c.* ✲ RVPERT. Hoc plane facimus in pdicto anni nostri exitu, tanto tripudio virginei ventris excipientes fructum, ut manifeste sic quoq; uerum comprobemus oraculum, quo dictum est, *Et ipse erit expectatio gentium.* Quæ vnquam nox in tanta multitudine noctium annuarum, tantam meruit lętitiā vniuersorum, *Annuntio vobis,* ait Angelus, *gaudium magnum,* in illa nocte. n. sumimus fructum arboris pulcherrimæ, id est, refectionem binam sanctæ eucharistiæ.

lib. 2. c. 36.

Gen. 49.

Luc. 2.

F

☞CAP.

---

NICOLAVS DE LYRA

✲ 1 Sumetisque uobis. *Quæ autem sit arbor ista non dicitur, dicunt tamen aliqui, quod fuit poma citrina, quia sunt ualde pulchra, ista tamen fiebant ad denotandum quod dominus in terra deserta sustentauit eos diu absque defectu notabili, ut habetur Deu. 4. b. ubi dicitur.* Nouit dominus iter tuum habitans tecum. xl. an. & nihil tibi de fuit, *& ad designandum, quod de illo deserto transierunt in terram fructiferam & delectabilem.*

Poma citrina.

✲ NICO-

---

ADDITIO.

In ca. 23. vbi dicitur in postilla. Et similiter die octauo.

*Ex hoc quod ista dies octaua dicebatur festum cœtus uel collectæ, non habetur quod eadē die colligebatur pecunia pro sacrificijs & huiusmodi: tum quia similiter dies septima festi paschæ dicitur festum collectæ, ut habetur infra Deut. xvi. & tamen in illa die nullus dicit quod colligebantur pecuniæ, tum quia manifestum est apud doctores Hebræorum communiter, quod illa collectio pro necessitatibus communibus sacrificiorū huiusmodi fiebat per totam terrā promissionis in prima die mensis xij. quæ præcedit per mensem principium anni sequentis, vt habetur per scripturas suas authenticas, de quo & similibus quæ non pertinent ad errores suos credendū sunt. Vnde festum cœtus dicitur ex hoc quod erat dies celebris, in quo populus debebat adunari seu colligi ad uacandum diuinis, & per consequēs cessare ab operibus seruilibus. Vnde semper subiungitur immediate huic dictioni cœtus, seu collectæ, in hac materia cessatio ab operib. vnde hic dicitur:* Est enim cœtus atque collectæ, omne opus seruile nō facietis in eo. *Et similiter dicitur Deut. 16. de septima die paschæ. Sed circa hoc est attendendum, quod hoc festum quod fiebat post septimum diem tabernaculorum, nullam habet rationem literalem, quæ pertineat ad memoriam præteritorum. Nam festum tabernaculorum cui hoc festum cōtinuabatur, quod celebrabatur per septem dies continuos, erat memoriale eorū quæ fuerunt facta in deserto. Vnde in litera dicitur* Habita in umb. septem diebus, & *infra.* vt discāt posteri uestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel. *De die autem octaua licet celeberrima, non fit mentio in memoriam cuius præteriti fit; vnde tota ratio huius festi est figuratiua de futuro. Nec est dicendum quod per istud factum figurabatur adunatio populi, & pax præstita in terra promissionis, quia si sic, debuisset cessare post ingressum terre promissionis, sicut figura cessat adueniente figurato. Vnde dicendum videtur, quod hoc festum figurabat congregationem fidelium in ecclesia Christi in præsenti, uel in regno cælorū in futuro. Cuius signum est, quod in tota lege Mosaica septenarium celebratur, sicut patet de sabbatho inter dies hebdomadæ, & de septem diebus paschæ: & septem diebus tabernaculorum: & de celebratione pentecostes post enumerationem septem hebdomadarum, & de mense septimo: in quo plurima & præcipua festa celebrantur, vt in hoc cap. Similiter & de sabbatho terræ post sex annos vt infra Leuiti. xxv. cap. & huiusmodi. Sed dies octaua in ueteri lege non fuit celebris, nisi tantum in hoc loco in quo manifeste denotatur, quod expletis omnibus festis veteris testamenti, quæ omnia in hoc cap. recitantur immediate succederent festa Christi, quæ in octaua die, scilicet resurrectionis incipiunt seu exordium accipiunt, prout ista largius in gloss. tractantur, quæ non sunt intelligenda ad sensus misticos pertinere, sed ad literalem rationem prædicta.*

Festum cętus.

REPLICA *correctorij contra Burgen.* In capitu. xxiij. *vbi postill. ad literam exponit, quare dies octaua post festum tabernaculorum dicebatur cœtus vel collecta. Burg. contradicit, asserens illius diei octauæ, nullum esse sensum literalem nisi figuratiuū de futuro, &c. In qua* digressione

digressione se inuoluit in multis. Primo, quia arguit per locum de autoritate negatiue dicens, non habetur in litera, igitur non est verum. Patet autem hoc esse argumētum cōfirmans errorem Hussitarum. Secūdo quia dicit septimum paschæ diei cœtus & collectæ, vt patet Deute. xvj. tamen vt dicit tunc non colligebantur pecuniæ. Sed postillator exponit illū locum multipliciter. Vno modo vt hic, tunc enim Burgen. ibi non contradicit. Tertio inconueniēter sine allegatione sacri canonis præponit autoritatē Hebræorum catholicis doctoribus, cum postilla cœtum & collectam ad literam exponentibus, vt patet in scholasticahisto. circa librum Numerorū, c. de Scenophegia. Quarto, quia sine ratione & autoritate dicit diei collectæ nullam esse expositionem literalem ex aliquo facto præterito, quod falsum videtur, quia scholastica hist. & postil. & alij doctores catholici assignant rationem literalem nullam absurditatē habentem, quæ ratio etsi in litera non exprimatur, vt dicit Burgen. ex litera tamen trahi potest non absurde. Certum enim est apud omnes, quod collectæ fiebant pro communi vsu sacrificiorum, sed quo tempore fiebāt ex litera non habetur, nisi hic & Deut. xvi. Sunt etiam alia festiuitates, de quibus in litera non datur ratio literalis, quæ tamen extra literam sine absurditate per doctores sæpe assignatur, sicut expositio multorum Psalmorum ad literam, quæ a sanctis etiam doctoribus varie ponitur, si enim litera de omnibus redderet rationem facile esset literam exponere, cuius tamen expositionis multipliciter difficultas ostenditur à beato Hiero. in prologo bibliæ. Nec assignatio Burgen. ex litera habet colorem. Dicit enim festum cœtus vel collectæ dici ex eo, quia populus debebat adunari seu colligi ad uacandum diuinis, & per consequens vacare ab operibus seruilibus. Sed litera videtur contradicere huic assignationi; Deute. xvi. b. vbi dicitur, quia collecta domini Dei tui est & non dicitur, quia collecta populi est sed domini Dei tui est. Collecta autem domini Dei non videtur posse intelligi de collecta populi, sed de collecta facta a populo ad honorem domini Dei, vt ex effectu dicatur collecta domini Dei, & vt illa collecta competētius fieret, prohibetur in eo die opus seruile, vt competentius populus conueniat ad cultum Dei, vt etiam dicit Burgen. vbi collecta fieret, ne per opus seruile alicui conuenienter excusationi locus esset. Post literalem igitur expositiontem, figuralem quā Burg. sumit ex glossa ordinaria, laudo, quia fidei fauet.

## CAP. XXIIII.

Et locutus est dominus ad Moysen dicens: [1] Præcipe filiis Israel, vt afferant tibi oleum [2] de oliuis purissimum ac lucidum, ad concin[3]nandas lucernas iugiter extra velum testi[4][5][6]monii in tabernaculo fœderis. Ponetque eas Aaron a vespere [7] vsque in mane coram domino, cultu rituque perpetuo in gene[8][9]rationibus vestris: Super candelabrum mundissimum ponen- †

(Interlinear glosses: a Eleemosynam qua irrigantur cætera bona. — a Laboribus propriis. b Vt nihil cupiant humanæ laudis. — Virtutes. — Ante Christum qui ait Matt. 25. d. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. — Cęlo. — a Christus verus sacerdos qui pauperibus compatitur. b Continue. vnde: Oleum de capite tuo non deficiet. — a Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. b Vt hęc lex in æternum duret. — Euangelicam conuersationem. — a Ab omni errore & hypocrisi, vt lucernæ ante Deum luceant, & non ante homines.)

a Præcipe filijs Israel. Isichivs. Candelabrū euangelica vita, ī qua virtutes splendet sicut lucerna, vnde, *Nemo accēdit lucernam, & ponit eam sub modio, &c.* [Matth. 5.] His lucernis iunctū est oleum, id est eleemosyna, qua cæteræ virtutes irrigātur, ne extinguātur. [Matt. 25. a] Hoc oleum fatuæ virgines nō habuerūt, ideo exclusę sunt. Hoc dēt esse de oliuis purissimū, vt nō de rapina, vel ꝓ laude humana eleemosynā faciam⁹. Vnde: *de primitijs frugum tuarū da pauperib.* [Prou. 2. b.] B Lucernę ardent ex velu. i. ante Christū, qui ait: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* [Matt. 25. d] In tabernaculo, id est in cęlo, ubi misericordes abscōdunt thesauros.

✻ Proc. Ostenditur sub hoc typo vt coruscemus in mundi tenebris scientia & vitæ honestate, vt intrepidi apparere possimus in extremo die. Intra velum est pura lucerna, id est, Christus. Nam ait, *Accedite & illuminamini.* [Psal. 33.] Quod uero apud ipsum accenduntur lucernæ, docet incarnationis tempus, qua totus illustratus est, fugatis tenebris, mundus. *Oleum purissimum.* pura siquidem opera conueniunt diuinæ luci lucerna forte illa, ꝓnuntiabat Ioannem Baptistam. Duodecim panes significant sacrum duodecim Apostolorum chorum. Na lucerna pueniebat solis exortum. De hoc ita loquitur pater, *Paraui lucernam Christo meo.* [Psal. 131.]

b *Vsque in mane.* futuri sæculi. s. tunc. n nō erit tempus orandi vel eleemosynā, dandi. vnde: *Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, et cras tibi dabo, Nescitis. n. quid pariat superuentura dies.* [Prou. 3. a.] [Prou. 27. a.] E

c *Super candelabrum, etc.* [Allegoric.] Christus q est lumen verū, & illuminat omnē hominē venıēt. Et peccatum nō fecit, nec inuēt⁹ est dolus, &c. [Esa. 53. c.] Super hūc ardet lucerna, id est spiritussāctus, qui in igneis linguis super discipulos apparuit, huic purissimum oleū. i. mūdā vitā debemus offerre, scientes quia nō omnes possunt incendere illum, sed solus Christus & filii eius, qui plenus spiritu ait: *Spiritus domini super me.* [Esa. 61. a.] Qui etiam ait, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?* [Luce 12. f.] Hunc insufflans, quasi incendens ait: *Accipite spiritū sanctum, &c.* [Ioan. 20. f.] Hęc autem lucerna non accenditur, nisi per vitam & conuersationem mundam, vel accensa cito extinguitur. unde: *Spiritum nolite extinguere, &c.* [F] [1. Thes. 5. d]

a Accipies.

## NICOLAVS DE LYRA.

C

### CAP. XXIIII.

1 Et locutus est. *Descriptis solennitatibus pertinentibus ad totum populum generaliter, hic consequenter ponuntur pertinentes ad sacerdotes specialiter. Et primo describitur huiusmodi cultus, secundo ponitur incidens casus, ibi.* Ecce autem, &c. [Diuisio.] *Prima in duas, quia primo agitur de compositione lucernarum, secundo p ropode sitione panum, ibi:* Accipies quoque similām. *Vtrumque enim pertinebat ad officium sacerdotum, & cedebat ad honorem, & cultum diuinum. Circa primum dicitur.*

2 Precipe filiis Israel, &c. *quia oleum vnde lucernæ debebant impleri, debebat a populo ministrari.*

3 Purissimum. *sine amurca aut fece aliqua.*

4 Ac lucidum. *vt esset aptum ad dandum lumen.*

5 Ad concinnandas lucernas. *i. componendas.*

6 Iugiter. *Id est, continue. Licet arderent solum de nocte, secundū aliquos, sicut & agnus oblatus in holocaustum mane & vespere dicebatur iuge sacrificium. Vel dicitur iugiter, quia omnes septem lucernæ ardebant de nocte, de die uero tres tantū, secundum quod dicit Iosephus.* [Iuge sacrificium.]

7 Extra velum. *quod diuidebat sanctum & sanctumsanctorum, quia candelabrum erat extra sanctumsanctorum in illa parte tabernaculi, quæ dicebatur sanctum, vel sancta.*

8 Ponetque eas Aaron. *id est, componet.*

9 A uespere usque in mane. *quia in mane omnes extinguebantur secundum aliquos, vel aliquæ secundum Iosephum, vt dictum est. Ad quid autem ponerentur istæ lucernæ, & quid significarent, dictum fuit Exod. xxv. cap.* [Iosephus.]

✻ 1 Accipies

### MORALITER.

✻ 1 *Et locutus est dominus, &c. Præcipe filijs Israel, ut afferant tibi oleum, &c. ad concin. lucer. &c.* Moraliter lucernæ istæ prælati sunt & doctores ecclesię, quib. dr̃ Matth. 5. b. *Vos estis lux mundi.* Et istę lucernæ concinnandæ sunt oleo misericordię cordis & opere purissimo, i. segregato ab intentione laudis humanæ, ac lucido, pro fraterna ædificatione, Matth. 5. b. *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.*

8 *In tabernaculo fœderis.* i. in ecclesia, vbi conueniunt fideles in fœdere charitatis.

9 *A vespere vsque in mane.* i. toto tempore vitæ præsentis, quod est vespertinum usque ad tempus vitę futurę, quod est matutinum per apparentiam ueræ lucis.

† *Super candelabro mundissimo* i. Christo, qui sustentat bonos, ecclesię prelatos & doctores, sicut ipse dicit Ioann. 15. a. *Sine me nihil potestis facere.*

a tur semper in conspectu domini. Accipies quoque similam, & 1 b coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas de- 2 cimas: Quorum senos altrinsecus super mensam purissimam 3 coram domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, 4 † vt sit panis in monimentum oblationis domini. Per singula 5 sabbatha mutabuntur, coram domino suscepti a filiis Israel 6 fœdere sempiterno, eruntque Aaron & filiorum eius, vt come 7 8 dant eos in loco sancto, quia sanctum sanctorum est de sacrifi- 9 c ciis domini, iure perpetuo. Ecce autem egressus filius mulieris 10

a ¶ Quia prædicatores primi debent virtutum frugibus studere.
a Apostolos & sequaces eorum, qui administrant cibum verbi Dei, vel panem verbi.
¶ Vt omnes sint perfecti.
a ¶ Propter concordiam charitatis.
b ¶ Ecclesiam.
c ¶ Sine macula & ruga.
¶ Orationem.
a ¶ Scilicet vt sacræ oblationis memoria in conspectu Dei sit.
¶ Quia aliis in requiem assumptis: substituuntur prædicatores noui.
a ¶ Non vbique.
¶ Ecclesia, vel corporibus sanctis, secundum illud: Templum Dei sanctum est, quod estis vos.
¶ Spiritualis sapientiæ.

Li. 1. de Tabernaculo cap. 7. — Tropolo. — Lu. c. 10. g.

A a *Accipies quoque.* BEDA. Duodecim panes in mēsa tabernaculi 12. sunt Apostoli & oēs eorū doctrinā in ecclesia sequentes. Qui quoniā vsq; ad cōsūmationē seculi populū Dei reficiunt panib. verbi, ideo 12. panes propositionis nunquā recedūt de mensa domini. Hi nō de qualibet farina, sed de simila iubētur fieri. Qui vero verbū vitæ ministrāt, necesse est pri⁹ virtutū frugibus studere, vt quæ admonent, faciēdo cōseruent vel cōmendēt. Hi bene altrinsecus sup mensam statuūtur, propter concordiā charitatis & societatis. nā & dominus binos ad prędicādū misit, qa prædicatores sancti nunquā, vel in assertiōe veritatis, vel in affectu dilectionis sunt B diuisi. Thus lucidissimū superponit in monimentū oblationis dñi, quia piæ sanctorū actioni dñi & doctrinæ oratio pura superadditur, vt p hęc vtraq. rite sociata, semp memoria sacrę oblationis in cōspectu Dei appareat. Panes singulis sabbathis mutātur, q p septē dies operandi in mēsa fuerunt positi, quia doctores sanctæ ecclesię cōpleto laboris sui tpe, ęterna in cælis quiete remunerātur, & alios in opus sui laboris sub eadem spe retributionis relinquūt. Coquebant panes ante sabbathū (Panes offerre.) sm Iosephum, duo & duo diuisi, & sabbatho mane oblati super mēsam ponebant, seni ad alterutrosq; ɔuersi, duab. patenis aureis suppositis thure plenis, q̄ permanebāt vsq; ad aliud sabbathū, & tūc alii afferebāt, illi sacerdotib. dabātur, & thure incēsio in igne sacro in quo omnia holocausta fiebāt, aliud thus superponebatur, qa prius nobis deuotæ conuersationis accipiēda requies & vita ęterna promittitur, sic tamen, vt per labores & opera bona vitæ temporalis ad eam properemus.

(Homi. 13. in Leuit.) b *Coques ex ea duodecim.* ORI. Sermo domini panis est sed multiformis. Alius in publico docet plebē de operib. misericordiæ & beneficētię, qui cōis vr̄. Est alius secretus de fide vel rerū scientia differens. Hic est mundus & ex similia cōfectus, et in cōspectu dñi super mēsam mundā proponendus, solis sacerdotib. separādus. Tu ergo si habes scientiā secretorum, i. si de fide Dei, si de mysterio Christi, de vnitate spiritussancti disserere sciēter potes, panes ex simila Deo offers. Si cōibus mo- C nitis & moraliter populum instruis, cōes panes obtulisti. De duab. decimis panis vnus fit, non dr̄ cuius mensuræ decimæ sint. Quę ergo ista res, cuius mēsurā & modus nō nominatur nec cōprehēditur? (Denarius numerus.) Denarius numerus vbiq; perfectus est, qa tota numeri ratio & origo. surgit ex ipso. In hoc ergo ostenditur recte autor & origo omniū Deus, sed si ī ecclesia de solo D patre loquimur, vnius decimę panē facimus, si de solo filio similiter. Si aūt dixero, qa pater ī filio est & filius in patre, & qa pater & filius vnū sunt, de duab. decimis similę mundæ vnū panē offero, qui dat vitā mūdo. (Ioan. 14. a; Ioan. 10. f; Ioan. 6. e.) Vetus quoq; & nouū testamētum, & vnū vtriusq; Deum, suscipiēdo & prędicādo. vnū panē offero. Mensuræ quidē ipsius, id est, substātię nomē comprehēdere vel inuenire nequeo, patrē tamen & filiū vnum cōfitendo, patrē vnū ex duabus decimis offero, nō vt vnus panis ex vna decima fiat, & alius ex alia, vt sint duæ decimæ separatæ, sed duæ decimæ sint vna massa & vn⁹ panis, quia nō separo patrē a filio, nec filiū a patre. E Proponūtur panes duabus positionib. ne de patre & filio sermo sit permistus. Nunc autē unus est panis, qa vna substātia duę positiones. i. psonarum proprietates. Illum n. dicimus patrē qui non sit filius, & illum filiū q no sit pater, & sic duas decimas ī vno pane seruamus, & ante Deū duas positiones ɔfitemur. Sed magni pastoris est has mēsuras seruare, & de patre & filio sermonē sicut oportet ɔiungere, vel disiungere, vt panis vnus appareat. Et mēsuræ duæ 12. panes fieri iubēt, iuxta numerū tribuum Israel, in quo totius naturæ rōnalis formę continetur. Duodecim nanq; putātur esse generales eius ordines, q figurantur in 12. tribub. in qbus regalis erat quidā ordo, qui Iudas nominatur. Alius sacerdotalis, qui Leui dr̄, in quo ordine tēplum Dei & altare collocatum est. Alius ordo Isachar, & alij quorum rōnē nō est huius temporis explanare, q in trib. panem suum habēt ante Deum. Et licet aliq trib. de concubina descenderint, & partī liberæ & partim seruiles sint, pro omnibus tamen de duabus decimis, panis super mensam ponitur mundam. s. super mentem sanctam & puram.

c *Ecce autem, &c.* ISI C. Mulier Israelitis, id est sapientia spiritualis non debet coire cum Aegyptio. i. cum sapientia exteriori. Qui enim nascitur. i. docetur de tali coitu, filius est Aegyptij id est, sapientiæ secularis, & q̄ in ea didicit, obtinere cōtendit, talia aliqn̄ in castris ecclesiæ cum Israelita rixatur, qui totum (1. Cor. 2. b.) se sapientię Dei dedicauit, non quęrens sapientiā huius mūdi F neq; principiū hui⁹ seculi, & blasphemat filius Israel itidis nomē, nō mentionē Christi faciens. Notādum autē q̄ nō determinat, quod vel cuius nomen, adhuc. n. nomē Christi ignotū erat, de quo ait Gabriel: *Et uocabitur nomē eius Iesus.* (Luc. 1. c.; Phil. 2. b.) De quo nomine

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Accipies quoque similam. *Hic consequenter agitur de propositione panum, quorum materia erat farina triticea purissima, & de sumptu populi ministranda.*

2 Et coques ex ea duodecim panes. *Ad officium enim sacerdotum pertinebat istos panes formare & coquere per modum expositum, Exod. 25.*

3 Singuli habebunt duas decimas. *Et accipitur hic decima, pro decima parte ephi.*

4 Quorum senos altrinsecus sup. *quia de istis duodecim panibus fiebant duo ordines, & in quolibet ordine erant sex panes vnus super alium, & in summitate cuiuslibet ordinis erat uas aureum plenum thure lucidissimo.*

5 Vt sit pa. *quia panes cedebant in vsum sacerdotum, & thus cremabatur in honorem diuinum.*

6 Per singula sab. *quia amotis prioribus ponebantur noui.*

7 Suscepti a filiis Israel. *quia materia huiusmodi panum ab eis accipiebatur, ut supra dictum est.*

8 Eruntq. Aaron & filiorum, &c. *In necessitate tamē poterat alijs dari ad esum, sicut Achimelech dedit ipsi Dauid, ut habetur 1. Reg. 21.*

9 Vt comedant eos in loco sancto. *Id est, intra atrium tabernaculi, in una exedra ad hoc parata.*

10 Ecce autem egres. *Hic ponitur casus incidens de blasphemio in iurgio, & describitur iste casus post descriptionem dictarum solennitatum, quia in solennitatibus solent homines lautius comedere, & bibere, & per consequens iurgari de facili, & inter iurgia prorumpere ad blasphemias, primo igitur describitur huius blasphemi transgressio, secundo punitionis determinatio, ibi:* Miserunt eum. *tertio determinationis executio, ibi:* Locutusque est Moyses. *Circa primum sciendū q̄ dicūt hic aliqui Hebræi, quod iste blasphemus, in eo quod erat de tribu* (Diuisio.)

MORALITER.

✲ 1 *Accipies quoque similam.* quæ est farina tritici purgatissima & significat doctrinam Euangelicam, quę est sanctissima.

2 *Et coques ex ea duode. panes.* quibus significantur duodecim Apostoli Euangelica doctrina informati per Christū, & igne spiritussancti decocti.

† *Et pones super eos thus*, scilicet deuotæ orationis.

6 *Per singula sabbatha.* Per sabbathum quod requies interpretatur, cælestis requies significatur, terminatis. n. laborib. Apostolorum translati fuerunt ad requiē celorum & successerūt eis sancti epi imitantes perfectionem Apostolorum, qui similiter translati sunt, & sic erit de imitatorib. Apostolorum vsque ad finem mundi, hęc est mutatio dexteræ excelsi.

10 *Ecce autem egressus filius mulieris, &c.* Hic agitur de cuiusdā blasphemi pœna, per quam significatur punitio hęretici qui blasphemat ecclesiam Dei, cum dicitur.

mine Paulus ait: *Dedit ei nomen quod est super oē nomen, &c.* Cum vero qui in tali sapientia confidit blasphemat nomen Xpi, dicens eum inæqualem patri, ext. ecclesiam pellitur, qui audierint, ponent manū super caput eius, quia caput viri Christus, caput Christi Deus, qui in Christo blasphematur.

1.Cor.11.a

✲ PROC. Lex nulla posita fuerat qua plecterentur blasphemi, Deo ipso differente illam pœnam, vt exemplo horrendo eam legem sanciret. Quia vero is erat quasi lapis & lapideus merito lapidibus obruitur. Præterea lex edicit ne quis blasphemet Deum quem colit, etiam si e falso nominatorū Deus ille sit numero. Nam mens delinquit etiā dum Dei nomen illis diis, qui non sunt, tribuit. Deinde peccat mens quod cum nec debeat illos venerari deos, & tamē veneratur, & interim quoq; quod illos blasphemat. Verumtamen tales non punit, sed relinquit in mala illorum conscientia istud delictū. Qui uero blasphemarint uerum Deū, illos haud sinit hanc impietatem auferre inultā. Nominare hoc loco sumitur pro execrari.

Homi.14. in Leuit.

*Ecce autem*. ORIGENES. Duo litigāt, vnus ex integro Israelita, qui litigat & non peccat, alter ex maiori parte, id est ex patre Aegyptius, cuius peccatū designatur. Israelita rationabiliter litigat. In Exodo quoq; Israelita superat, Aegyptius cadit, qui veritatem defendit & ecclesiasticam fidem, integer Israelita litigat cū Aegyptio, q ex parte Christo credit & scripturas recipit, sed non integre & fideliter sensū capit hic ex matre Israelita est, sed ex patre Aegyptius.

a Seculari sapientia. b Catholica.

1 Israelitis, quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israel,

a Per secularem scientiam impugnans spiritualem:

2 iurgatus est in castris cum viro Israelita: Cumq; blasphemas-

a Filium dicens minorem patre, & huiusmodi:

3 set nomen: [†] & male dixisset ei, adductus est ad Moysen. Vo-

Retributio vel pacifica.

4 cabatur autē mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.

Lex seruat blasphemos Euangelio iudicandos. In Euangelio.

5 a Miseruntque eum in carcerem, donec † nossent quid iuberet

Consonando legi

6 dominus. Qui locutus est ad Moysen dicens: Educ blasphe-

7 mū extra castra, & ponant oēs qui audierunt manus suas sup

Quia contra dominum qui caput est Christi, blasphemauit.

8 caput eius, & lapidet eum vniuersus populus. Et ad filios Is-

Inscienter.

9 b rael loqueris: † Homo qui maledixerit Deo suo, portabit

*domini.

† exponeretur eis.

†23.q.5.c. quid ergo. de pœ.d.3. c. sunt plures, & ca. quærat.

Qui vero fidei credulitate & nominis pfessione Christianus est & catholicus, ex vtraq. parte Israelita est. Qui aūt professione Christianus, intellectu fidei hęreticus & peruersus, matrem habet Israelitam, patrem Aegyptiū. Præterea cum quis scripturas legit, & sequitur literā, & intellectū repudiat spūalem, matrē habet Israelitā i. literā, & carnalē sensum, quem sequitur, habet Aegyptiū patrē, ideo cōtra catholicū litigat, qui secundū literā & spiritū Israeliticus est. Qui de patre Aegyptio est, nominat nomē & maledicit, qa negat creatorē esse mundi & patrē Christi. Nos autē qui literā & spiritum sequimur, dicimus, neq. fm literam maledicendum, neq. secundum spūm blasphemādum. Maledici.n. in Deum & in pximum regnum Dei nō possidebunt. Vnde & per Moysen tam aspere vindicat Deus in maledicum. Iō autē nō dixit, cui' nomē nominās maledixerit, vel Dei hoīs, ne si de Deo diceret, de hominib. dedisse licentiam aliquis eum putaret. Qui enim maledicunt, etsi nō ex corde, nō ex voto, vel aīo iniquo, immunditiā tn̄ labiorum (fm Esaiæ verbum) & inquinamenta oris incurrunt. Iste autē licet matre Israelitide, de Aegyptio tn̄ progenitus exijt, & nominans nomen maledixit, puto nisi exiisset, nec litigasset, nec nominans maledixisset. Exijt enim a ueritate, exiit a timore Dei, a fide, a charitate, p hæc.n. qs exit de castris ecclīæ, etiā si episcopi voce minime abiiciatur, sicut ecōtrario aliqs non recto iudicio foras mittit, sed si ante nō exiit. i. nō egit ut mereatur exire, nihil ledītur. Interdum enim qui foras mittitur intus est, & qui foras est, intus videtur retineri.

Esa.6.a.

✲ THEOD. Merito hisce de blasphemia legib. homicidij legem aptauit, quia blasphemator cum deum interficere non possit, lingua fuerit.

Quæst.33

✲ RADVL. Iurgator ille nec gentilis nec Iudæus, Antichristum significat. de ecclesiasticis parentib. nasciturum, cuius in Deum blasphemiæ apud Danielem leguntur.

Lib.18.c.1 Daniel 7.

a *Miseruntq; eum, &c.* Moyses non ex autoritate sua seniam p fert ɔtra blasphemantē, sed Dei præcepto reseruans, mittit in carcerem, lex enim odit eum qui blasphemat, contra quem frequēter trinitatē prædicat, sed non manifeste sicut Euangeliū ideo illum ad iudicium Euāgelii seruauit. *Qui non credit in filium, iam iudicatus est*, & huiusmodi.

Ioan.3.c

b *Homo qui, &c.* Locutio est tanq̄ dicat, homo ille aut ille. i. quicunq. homo. Non sicut qdā putāt, homo homo, ita dici, tanq̄ laudabiliter quasi homo, sed homo homo. i. qualiscunque velut et similis pecori, sed q vere sit homo, quē sensum nō esse verum, sed locutionis hoc esse scripturarū aperte hic ostenditur, cum in eo dicitur qui culpatur, non qui laudatur.

*Homo, &c.* AVG. Si maledixit Deum suum, peccatum accipiet. Nominās autē nomen dñi morte moriatur, quasi aliud sit maledicere Deum suum, aliud nominarē nomē dñi, & illud sit peccatum, hoc autem tm̄ nefas, ut etiam morte sit dignum. Quāuis hoc in loco ita intelligēdum sit q dictum est nomen dñi, vt cum maledictio fiat. i. maledicendo nominet. Quid ergo distat inter illud peccatum & hoc tm̄ crimen? An forte hoc ipsum repetendo monstrauit non leue esse peccatum, sed morte puniendum. Sed quia per distinctionem hoc intulit

Qō.87. in Leuit. Maledicere Deum.

✲ PRO

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *Dan ex parte matris, voluit figere tabernaculum suum cum illis qui erant de tribu Dan, sed fuit probibitus ab illo iuxta quem volebat figere tabernaculum, eo quod occupabat spatium suū, & sic rixati sunt adinuicem, & causa eorum deducta est ad* Moysem, *qui sententiauit cōtra illum, quia castra non situabantur secundum lineam matrum, sed patrum, ut habetur Num.2.a. vbi dicitur:* Singuli per turmas atq; vexilla & domos cognationum suarum castrametabunt. *In Heb. habetur: Et domos patrum suorum castrametabuntur, propter q̄ sententiam conturbatus, postquam exierat de loco iudicij blasphemauit nomen domini, & ideo hic fit mentio expreßa de matre sua & de tribu Dan: & secundum hoc exponitur litera, cum dicitur:* Ecce autē egressus, *s. de loco iudicij vbi fuerat condemnatus.*

1 Quem pepererat de vi. &c. *Iste uir Aegyptius fuit ille quem interfecit Moses, & genuit istum blasphemum de adulterio, prout tactū fuit Exod.2.*

2 Iurgatus est in castris. *i. propter situationem tentorij sui in castris ratione prędicta.*

Tetragrāmaton.

3 Cumq; blas. *Hebręi dicunt. Cumque explanasset nomen domini. Dicunt enim aliqui, quod in publico nominauit nomen domini tetragrāmaton, quod erat illicitum nominare, nisi in sacerdotum benedictionibus, & illud nomen maledixit.*

4 Vocabatur autem mater. *de qua dictum fuit* Exod.2.

5 Miseruntq;, &c. *Hic consequenter ponitur punitionis eius determinatio, & secundo ratione huiusmodi determinationis fit quędam repetitio de lege talionis. ibi.* Qui percus. *Circa primum dicunt aliqui Hebræi, quod ideo fuit missus in carcerem, donec super hoc sciretur sententia Dei, eo quod ignorabatur vtrum incurrißet pęnam mortis. Alij* autē *dicunt, quod bene sciebatur ipsum incurrisse pęnam mortis, quia iam p̄ceptum fuerat a domino* Exod.21.b. Qui maledixerit patri, morte moriatur, *& multo fortius incurritur hæc pęna pro maledictione Dei, qui est pater omnium per creationem, & ideo fuit reclusus, vt sciretur qua morte deberet mori, quia hoc non fuit determinatum a domino, & ideo determinatur hic, cum dicitur.*

Diuisio.

6 Educ blasphemum ext. castra. *tanquam omnibus abominabilem & execrabilem.*

7 Et ponant super. *s. ipsum blasphemantem.*

8 Manus suas super ca *tanquam testes, dicendo. Malitia tua te adduxit ad mortem, non nos.*

9 Et lapidet eum uni. populus. *ad terrorem aliorum.*

10 Et ad filios Israel loqueris. *protestando quod simili morte morietur qui blasphemauerit nomen domini.*

✲ 1 Qui

*M O R A L I T E R.*

✲ 6 *Educ blasphemum extra castra.* Nam hæreticus excommunicandus est & separandus ab ecclesia, & si permanserit obstinatus, iustitię seculari debet tradi morte puniendus, ideo subditur.

9 *Et lapidet eum vni. &c.*

intulit nõ dicens, nominans. n. sed nominans autem, subob-scurum factum est, & ideo hoc recte intelligitur, notandum est locutionis genus.

ISICH. Lxx. *Homo qui maledixerit Deo peccatum accipiet:* Qui autem nominat nomen domini morte moriatur, tanquam maledicere Deo sit minus, & nominare nomẽ Dei sit grauius. Deus autem & dominus idem est. Vnde: *Dominus Deus tuus deus vnus est.* Et alibi: *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo.* Nomẽ eius quod est, cuius nominatio ita ponitur? Quare nomina Dei in scripturis manifestãtur, si q nominant sic puniũtur? Sed blasphemia quæ sciẽter cõmittitur, maxima pœna vindicatur. Vnde, *Qui peccauerit in spiritum non dimittetur ei.* i. q in scientia blasphemauerit, quæ est donũ spiritussancti. Vnde: *Et Alij datur per spiritum sermo scientiæ, &c.* Maledicit ergo Deum qui nesciẽter blasphemat, & peccatum recipit. i. pœnam peccati, quia scientiã quã debebat habere, non habuit. Nomen vero domini nominat, q in scientia blasphemat hoc aũt facit qui eius sciẽtiã p gratiam acquisiuit. *Nemo enim potest dicere dominus Iesus nisi in spiritusancto.* Ideo iuste sine misericordia punitur, siue a patrib. tanquã ciuis eruditus, siue nouiter didicit tanquã peregrinus. Nominat autem talis, & blasphemat, sicut filius Israelitidis nominauit & blasphemauit.

Deut. 6. a. Mar. 12. c. Mat. 12. c. 1. Cor. 12. a. Blasphemia. Iosue 7.

a *Qui percusserit & occiderit hominem.* Lxx. Qui percusserit animã hominis, &c. id est, q ad iniquitatẽ traxerit. Animã vero, animalẽ hominẽ intelligit, q nõ percipit q sunt spiritus Dei.

✻ PROC. Blasphemię qua temeratur Deus, coniungit homicidiũ. Nam blasphemus punitur, vt qui instituat blasphemãdo nocere Deo, quis re vera nemo mortalis quicquã nocere possit numini. Ita qui homicidiũ cõmittit, damnũ dat ei, quẽ interficit. Cũ igitur tã blasphemi quã homicidæ idem sit animus, idemq; sit propositũ merito in legislatione coiungunt. Similiter a contrario cum docet diligendum Deum, charitati Dei copulauit charitatem proximi.

1. Cor. 2. d. Qõ. 88. in Leuit.

AVG. Qui percusserit animam hominis & mortuus fuerit, &c. Non ait qui percusserit hominem, & mortuus fuerit, sed aĩam hominis, cũ potius feriatur corpus, vnde: *Nolite timere eos qui corpus occidunt.* Animã ergo vitã corporis appellat, quæ fit p aĩam, & hinc voluit ostẽdere homicidã cui anima hominis percutiat. i. percutiẽdo vita hoiẽm priuet. Cur ergo addidit, & mortuus fuerit, si iã hoc ipso ostẽdit homicidiũ, q animã hominis percusserit. i. homo a pcutiẽte uita priuatus sit, an exponere voluit quomodo accipiendũ sit quod dixit, animã hominis percussam, & sic ait, & mortuus fuerit, tã q diceret. i. mortuus fuerit, hoc est enim, animam hominis esse percussam.

Mat. 10. e. Anima percutitur. 23. q. 5. c. reos. Exo. 21.

*Pœnam peccati venialis.* a *Scienter.* Aquila: *Vir qui blasphemauerit Deum suum, & accipiet sibi iniquitatem: & denominans nomen domini, morte moriatur.* Spiritus: Dominus. n. spiritus est.

peccatum suum, & qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. Lapidibus † opprimet eum omnis multitudo populi: siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit: † Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur. † Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percusserit animal, reddet vicarium, idest animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet † ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentẽ pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam, talẽ sustinere cogetur. Qui percusserit iumẽtum, reddat aliud. Qui percusserit hominem, punietur. † Æquum iudiciũ sit inter vos, siue peregrinus siue ciuis peccauerit, quia ego sum dominus Deus vester. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filii Israel, sicut præceperat dominus Moysi.

*In ecclesia nutritus.* *Nouiter ecclesiæ adiunctus.* a *Animæ, quę est peccatum.* a *Qui animaliter vixit, qui comparatur iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* b *Qui animũ popularem & hebetem ecclesię fecerit, seipsum compensabit.* c *Non ex toto ad impietatem traxerit.* a *Peccati.* b *Secundum culpam sustinebit pœnam.* a *Si oculum scientiæ cæcauit.* a *In futuro iudicio. Cuiuscunque. i. virtutem contriuerit, ipsius virtus conteretur & pro nihilo reputabitur.* a *Stultum habe. eum.* b *Seipsum pro iumento.* c *Aliquo modo nocendo.* d *Discretum, rationalem.* a *Ipse sicut homo.* b *Vel rectum.* c *Nouiter ecclesiæ iunctus.* a *Ab infantia in ecclesia educatus.*

† proximorum. † Vnum.

b *Fracturam, &c.* Lxx. Contritionẽ p contritione, id est, si docendo, suadendo scandalizando, aliquam virtutem proximi contriuerit.

c *Dentem pro den.* Virtutẽ loquẽdi. Dẽtes enim, p uerbis accipiuntur. vñ: *Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, &c.* Et, *pulchriores sunt oculi eius uino, & dentes eius lac. can.* Clariora eñi & apertiora sũt verba Euangelij lacte legis.

Dentes. Psal. 59. a. Gen. 49. g.

✻ THEODORETVS. Non hæc lege sanciuit, vt ea patetentur, sed ne admitterent quæ prohibita sunt. Metus enim patiendi, libidinem agendi coercet.

Qõ. 34. in Leuit.

d *Qui percusserit, &c.* Hæc secundum literam Iudæis erant necessaria, qui nõ poterant capere: *Si quis percusserit te in dexteram maxillã, præbe illi & alteram.* Sed cum essent maleuoli, mala inferre volebant, & non pati. Ideo metu æternæ pœnæ erant a scelere reuocandi.

Matt. 5. f.

✻ RADVL. Huic sanctioni videtur contrarium, quod in Euangelio Dominus præcipit. *Dico, inquit vobis non resistere malo, &c.* Non est tñ contrarietas, sed profectus, quia qui Iesus vel damnum passus iustam satisfactionem reposcit, non est contra iustitiam quod facit, melius tamen facit, si hoc quod sibi debebatur, dimittit.

Li. 18. c. 1. Matth. 5.

e *Et eduxerunt, &c.* Experimento ipso legem confirmatam ostendit, vt & tu blasphemare timeres, & peccatum fugeres, q non solũ princeps, sed tota multitudo vindicat. Omnes. n. communiter blasphemos debent punire, qui omnium auctori non metuerũt detrahere, & omnes ab eo separare.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA

✻ 1 Qui percusserit & occiderit hominem, &c. *Hic occasione huius additur repetendo de lege talionis, cum dicitur:* Qui percusserit & occiderit hominem, morte moriatur. *& intelligit de occidente ex proposito, non a casu, vt patet per illud quod habetur* Exod. 21. *vbi dicitur quod interficiens a casu debebat saluari in ciuitate refugij.*

2 Qui percusserit animal reddat uica. *Id est, animal eiusdem speciei & valoris, vel pretium secundum arbitrium iudicum.*

3 Qui irroga. *i. fecerit.*

4 Maculam. *Hic accipitur macula pro mutilatione seu læsione, quæ non potest curari sine notabili deformitate, eo modo quo animal dicebatur maculatum secundum legem. Et qualiter istud sit intelligendum, dictum fuit plenius* Exod. 21. *vbi plenius actum est de lege talionis.*

5 Qui percus. ho. punietur. *& secundum expositores nostros intelligitur de percussione, ad quam non sequitur mors, nec mutilatio, nec deformitas notabilis, quia talis debet puniri ad arbitrium iudicum. In Heb. habetur:* Qui percusserit hominẽ moriatur. *Et dicit Ra. Sa. q loquitur ista lex non de quocunque homine, sed de patre, quia percutiens patrem graui percussione debet mori, etiam si mors non sequatur vt dictum fuit,* Exod. 21. *Vel dicendum, q loquitur de homine generaliter, & de percussione ad quam sequitur mors & repetitur id quod in principio huius partis dictum fuerat ad maiorem expressionem.*

6 Aequum iudicium, &c. *Accipitur hic peregrinus, Gentilis cõuersus ad Iudaismum, qui licet reciperetur quantum ad ea quę pertinẽt ad salutem, non tamen quantum ad ea quę sunt honoris in regimine populi, per quę dicitur aliquis simpliciter ciuis, ad quod recipiebantur aliqui Gentiles conuersi post tertiam generationem, aliqui post decimam, & aliqui nunquam, vt habetur* Deut. 23. *Si quis autem Iudæus interfecisset Gentilem non conuersum ad Iudaismum, non incurrisset pęnam mortis, secundum quod dicit Ra. Sa. prout exposui* Exod. 21.

7 Locutusque est. *hic ponitur executio pęnę secundum sententiam domini contra blasphemum supradictum, & patet litera.*

✻ NICO-

MORALITER.

† 1 *Qui percus. &c.* Ille moraliter occidit hominem qui pertrahit ipsum ad mortalem culpam, & sic incurrit mortis gehennę pœnam.

1 *Qui percus. animal, &c.* inferens. n. damnum tenetur ad restitutionem, si non habet vnde debet agere pœnitentiam secundum culpę quantitatem.

MO-

CAP. XXV.

a Locutus que dominus, &c. Quando ingressi, &c. ISICHIVS. Terra, conuersatio bona, de qua dicitur: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram.* (Psal. 142. a.)

b *Sex annis, &c.* Dum scilicet in hac vita, & in uisibili creatura sumus, quā significat senari⁹. Sex eīm dieb. creata sunt omniaque uidentur, septimo autē anno sabbathū erit terræ domini. Cum enim post pręsenstempus sabbathū venerit (de quo Paulus ait: Relīquitur sabbatismus populo Dei, quē dies septimā significat, ī qua requieuit Deus ab omnib. operibus suis. (visibilib.) iam nō erit operādi tps. (Hebr. 4. c.)

c *Seres agrum, etc.* Per agrū & vineam cum illum seminari & illam amputati prohibuit, omne genus agri intelligendū est: neq; enī in olīueto vel quælibet alterius generis agro aliquid operandum est. (Agrum serere.)

d *Septimo anno, &c.* ✲ THEODORETVS. Hac lege plectit eorū animū insatiabilē. Nam ideo seminabant, utplus haberent, Terra vero minime quiescens, exiliores fructus afferebat.

† separatio nis siue sā ctificatio nis tuæ. i. quas tibi, vt proprias separaueras. Chal. interpres, quas tibi reliquisti.

e *Quæ sponte, &c.* Eorum. s. quæ hic facimus, in futuro fructū manducabimus. unde. *Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* (Psal. 127.)

✲ THEODORETVS. Per hanc prohibitionem humanitatis officia docuit. Voluit enim vt viduæ & orphani & aduenæ una cum ipsis essent eorum fructuum participes.

f *Sed erunt, &c.* Non prohibet dominum vesci eis quę sponte nata sunt, sed reponere in vsum proprium.

g *Numerabis, quoq;.* Interrogemus Iudęos, si septimū diem) vt aiūt (legislator honorauit, & ab operibus vacare præcepit, quare quinquagesimū annum celebrari præcepit. Septem enim hebdomadæ anno. xlix. faciūt. Nō ergo quinquagesimo vacare oporteret, nisi mysterium lex significaret, quod Iudæorū infirmitas nō caperet. Duplex enim a Deo visibiliū omniū, significatur consummatio, vna cuiusq; singularis, altera omniū cōmunis, quando tēpus operandi non erit, in superioribus primā, ī his insinuat secundā. (Quinquagesimus quare in præcepto.)

h *Septem.* In hebdomada dierū, humanū seculū diuiditur. Cū igitur hic numerus multiplicatus in semetipso fuerit, & tota cōpleta ętas seculi, & tēpus deuolutū ad finem peruenerit, succedit quinquagesimus quasi xlix. anno in quo erit resurrectio. vnde subdit, Et clangēs buccina mēse septimo, etc. Vnde Apostolus: *In tuba Dei, descendent de cælo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent incorrupti.* Oportet enim suscitantem præcedere tubam, ideo in quadragesimo & nono anno in quo communis est consummatio tuba canere præcepit. (1. Thes. 4. d)

CAP. XXV.

1 a Locutusque est dominus ad Moysen in monte Sinai dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: 2 Quando ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis: sabbatizet terra sabbathum domino.

b Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vi- c neam tuam, colligesque fructus eius. 3 d Septimo autem anno sabbathum erit terræ requietionis domini. Agrum non e seres, & vineam non putabis. 4 Quæ sponte gignit humus, non metes: 5 & † vuas primitiarum tuarum non colliges, qua f si vindemiam: Annus enim requietionis terræ est. 6 Sed erunt vobis in cibum tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te. 7 Iumentis tuis & pecori- g bus omnia quæ nascuntur præbebunt cibum. 8 Numerabis h quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septies

*Interlinear glosses:* a ¶ Conuersationem bonam. b In lege & præceptis. a Sic. Vt post sabbatizet terra. a Toto tempore præsentis vitæ. b Legem in cuius operatione populus Iudæorum laborabat. a Euangelicam vitam, cuius Christus vitis vera, nos palmites, pater agricola. Ioa. 15. a. a Quia nihil erit necesse operari, nec opera legis vel Euangelij. Aeterna requie. a Legis mandata implendo. Per hoc omnem culturam prohibet. A parte totum. b Euangelica mandata pure obseruando. c Colendo. d Quæ naturalis lex suggerit, nec doctore indigent nec literis. a Lxx. vuam sanctificationis, id est mysteria Christi. a Quæ in lucrasti, non vt seruum & ancillam subiecisti. a Lxx. inquilino, id est philosopho qui adiacet tibi, qui terram bonam intrasti. b Idiotis. c Infidelibus in fide factis. Putabunt viuere in secula seculorum. Lxx. septem requies.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXV.

1 Locutusque, &c. *Superius actū est de solennitatibus dierum, hic consequenter agitur de solennitatibus annorum & diuiditur in duas, in partem principalem, & incidentalem, secunda ibi:* Quando vēdes quippiam. *Prima adhuc in duas, quia primo agitur de solennitate anni septimi, secūdo de solennitate anni quinquagesimi, ibi:* Numerabis quoque. *Circa primum sciendum, quod annus septimus erat remissionis, quia tunc remittebantur debita non potentib. soluere, & serui dimittebantur liberi. Hoc tamen est intelligendum de impotentib. & seruis Iudæis, vel conuersis ad Iudaismum, ut habetur Deut. 15. vbi agitur de anno 7. quantum ad ista, sed hic agitur de ipso inquantum erat solennis ad quietem terræ, & hoc est quod dicitur.* (Diuisio. Annus septimus.)

2 Quando ingressi fueritis terram. *Dicit autem Augustin. quod, terra colebatur, septimo anno & seminabatur, sed non colligebatur a dominis, sed totū pauperibus dimittebatur, & secundum hoc intelligitur quies terræ, quia non exercebatur pro utilitate temporali colētium. Omnes autē Hebræi, & Andreas super locum istum dicunt, quod terra anno septimo non colebatur nec seminabatur, et hoc magis cōcordat textui, quia statim subditur:* Sex annis seres agrum tuum, &c. *subditur.*

3 Septimo autem, &c. *Si enim coleretur non esset requies terræ. vnde & subditur:* Agrum non seres, &c.

4 Quæ sponte gignet humus non metes. *Illa sunt quæ nascunt in campis ex granis decidentib. tempore messis absque alia cultura, & illa non debebant domini camporum appropriare sibi.*

5 Et vuas primitiarum tuarum. *Dicūt aliqui, quod loquitur hic de fructib. vineæ ante quartum annum, qui erant immundi, ut habetur supra xix. cap. sed non est verum, imo de fructibus anni septimi loquitur, qui absque cultura nascebantur. vnde præmittitur.* Anno 6. agrum non seres, & vi. t. non putabis. *& de vtrisque fructib. subditur.*

6 Sed erunt uobis in cibum. *quia inde viuebant communiter domini & serui, pauperes & peregrini, etiam bestiæ, non solum domesticæ, sed etiam syluestres. vnde subditur.*

7 Iumentis tuis, &c. *In Hebræo habetur:* Iumētis tuis & bestiis. *& per bestias hic intelliguntur animalia syluestria secundū Hebræos.*

8 Numerabis quoque. *hic consequenter agitur de solennitate anni quinquagesimi, de quo duplex est opinio, tam apud Hebræos quā apud Latinos, eo enim quod dicitur hic:* Numerabis quoque tibi septē hebdomadas, &c. *dicunt aliqui, quod annus iubileus erat vltimus annus huius nume. s. xlix. dicebatur tamē quinquagesimus respectu præcedentis iubilei inclusiue & secundum hoc annus iubileus erat idem cum anno septimo remissionis hebdomadæ vltimæ annorum prædictorum. Alij autem dicunt, quod annus iubileus erat annus immediate sequens annos xlix. prædictos, & sic erat quinquagesimus a præcedenti iubileo exclusiue. Et secundum hoc annus iubileus erat immediate sequens annum septimum vltimæ hebdomadæ, & tunc erant duo anni sibi succedentes immediate in quibus terra quiescebat, ita quod non colebatur nec seminabatur, & vtrique opinioni potest litera de facili applicari.* (Annus quinquagesimus.)

MORALITER.

✲ 1 *Locutusq; est dominus ad Moysen, &c.* Hic agitur de septimo anno, in quo quies erit terræ cum dicitur.

3 *Septimo autem anno, &c.* Per annum vero septimū potest intelligi senarius virtutū, quib. quiescit terra. i. homo de terra formatus, vt habetur Gen. 1. q. p quatuor virtutes cardinales habet homo quietem in seipso. Nam per temperantiā & fortitudinē quiescunt vires cōcupiscibilis & irascibilis a passionib. inordinatis. Per prudentiam aūt & iustitiā quiescunt intellectus & voluntas a motib. & actib. indebitis. Per tres virtutes theologicas. s. fidem, spē, & charitatem quiescit homo in Deo quiete, quæ datur per gratiam in vita præsenti.

8 *Numerabis quoque.* Hic agitur de quinquagesimo anno q erat annus requietionis generalis, p quē figurata fuit requies patriæ cælestis, propter q annus ille dicebantur iubileus, ad significandum cōtinuam cælestium iubilationem, Psal. 83. a.

a *Mense septimo.* Quia quasi septimo mense ætatis mundi Xps venit. primus mensis qui in paradiso fuit, secundus vsque ad diluuiũ, tertius vsq; ad Abrahã, quartus vsque ad descensum eius in Aegyptum, quintus vsq; ad transmigrationem, sextus vsq; ad aduentum Christi, septimus ipse aduentus.

b *Sanctificabisq; ann* Quasi in sanctimonia expectetur & cogitetur, pace enim debemus sequi & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deũ.

c *Vnusquisque:* Patriarcharũ & prophetarũ, est quædã familia hospitalitatis, cui p̃est Abrahã. Est & alia castitatis, cui præest Ioseph. Est & alia mansuetudinis, cui p̃eest Moyses.

✠ PROCOPIVS. Quia plurimæ mansiões sunt apud Deũ, & vnusquisq; suam sortietur. Quæ uero non fuerint iure relicta, videlicet proximo nõ redimere bona, vbi vsum fructuum aliquandiu habuerit emptor, tandẽ anno remissiõis gratis seu munus Dei, reddit pristinis possessorib. bona illa.

d *Quando vendes, &c.* Quisque vendere potest vel emere. Vnde Paulus: *Omnia vestra sumus sicut & vos nostra* Hoc secundũ literã moraliter informat, ut in contractib. pximis cõpatiamur ne quis nimiũ molestus de pauperum necessitatibus negotietur, ne studeat possessiones aliorũ acquirere, sed indigentib. cõmodare, & cõmodata paulatim de fructibus agrorũ recipere.

e *Iuxta nume* ISIC. i. secundũm virtutem cuiusque. Anni enim ætatem significant, in qua manifestatur quid possit quisque secundum copus.

f *Quanto plures.* IDEM. i. si potest multũ operari, multũ fructũ exigere, si mu tum non pot, parum rependet, feret enim hic trigesimum, iste sexagesimum, ille centesimum fructum.

g *Facite præce.* Ne qs audita moderatione vẽdendi, & emẽdi segnior fieret, & con descensio ipsa noceret, caute adiũgit: *Facite præcepta, &c.* Neminem siquidẽ vult vacare sed secũdum virtutẽ fructificare. Virtutem quoq; con scientia cuiusq; examinat.

h *Et iudi. &c.* IDEM. Nõ corrũpentes intentionem vel operatiõnẽ eorum, velut si quis eleemosynã tribuit non alij noceat vt alii prosit, præceptũ enim quod eleemosynam fieri iussit, iustam esse voluit.

i *Quod si dixe. &c.* IDEM. quia per duos annos terram vacare præceperat, ne conturbarentur tãquam solliciti quid comederent, aut quid biberent, ait: *Dabo benedictionem meam, &c.* Et notandum, quia cũ Christus dicat: *Nolite cogitare de crastino.* lex iubet ne cogitent de tribus annis.

k *Dabo benediction.* IDEM. Christum. Vnde; *benediximus vobis in nomine domini,* id est, Christo, qui est nomen patris. Qui patrem nobis nominauit, & manifestauit, hic in sexto anno venit, id est, in perfectione quã significat senarius, & vt hominem reformaret quẽ formauerat die sexto quod ibi sextus dies, hic sextus annus dicitur, quia inter formationem nostram & reformationem multa tempo ta defluxerunt.

Marginalia: Sapientia tates. — *annor — Heb. 12. d. — *liberta Gen. 18. a. Gen. 39. d. Num. 12. d. — 1. Cor. 3. d. — Matth. 13. — †expiatio nis. — † separatiões tuas, vide supra †agri fructum. — †proximo — Matt. 6. d. †minus emptori. †decipere proximos — Moraliter

septem: * quę simul faciunt quadraginta nouem, & clanges [1]
a Præfectionem significat, quia denarius perfectus est. b Quia bonitate & clementia genus humanum perfecte a corruptione liberatur. Quia omnes a corruptione liberabuntur. Quib. in Adam dictum est: Terra es & in terram ibis. Gen. 3. d. secundum aliam literam.
a buccina mense septimo, decima die mensis, † propiriationis
b tẽpore in vniuersa terra vestra: Sanctificabisq; annum quin- [2]
a Omnium preceptorum, omnium laborum. b Quia generalis resurrectio.
quagesimũ, & vocabis † remissionem cunctus habitatoribus [3]
Vel tue. Initiatus vel remissius.
terræ vestrę: ipse est enim iubileus: Reuertetur homo ad pos- [4]
Ex patriam, paradisum scil. qui vera patria est.
c sessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiã pristinam,
quia iubileus est quinquagesimus annus. Non seretis neque
Vt supra. Quia tempus fruendi, non operandi.
metetis, sponte in agro nascentia, & † primitias vindemiæ
a Reponenda in vsum proprium.
non colligetis ob sanctificationem iubilei, sed † statim obla-
a Quia reddet vnicuique iuxta opera sua. b A deo venimus, ad quem redeundum est.
c Patriam cœlestem, singulorum remunerationem. In domo patris mei mansiones multę sunt: Ioan. 14. a.
ta cõmedetis. Anno iubilei redient omnes ad possessiones
a Docendo. b Aliquam doctrinam bonam. c Ecclesiastico. d Discernendo.
d suas. Quando vendes quippiam † ciui tuo, vel emes ab eo, ne [5]
a Supra virtutem doctrinam ingerendo, onera importabilia imponendo.
e contristes fratrem tuum, sed iuxta numerũ annorum iubilei
a Secundum hoc quod fructificare potest discipulus.
6 Confregi. *i. absolui a vobis durissimã seruitutẽ Aegypti, qu ateneba mini astricti.*

7 Vt ince. *Modus. n. depressorum est incedere inclinato capite, & quã do liberantur.*

8 Quod

8 Quod si. *Hic consequenter inducitur populus per comminationes & comminatur eis dominus quatuor mala, si non seruauerint prædicta, & hoc contra quatuor bona, quæ sunt obseruantibus promissa. Promisserat. n. obseruantib. securitatem ab hostib. Et ideo non obseruantib. primo comminatur impugnationem hostium, cum dicitur, Quod si non audieritis, &c. Sequitur.*

9 Visita. *proueniente ex incursu hostium, unde subditur.*

10 Frustra. *quæ ab hostibus deuorabitur.*

11 Ponam faciem meam. *i. intentionem ad vos persequendũ. ideo subditur, Et corruetis coram hostib. uestris, & sub. titur.*

12 Fugietis nemi per. *Ex nimio pauore, quod est ualde turpe. Secundo contra fertilitatem quam promiserat seruantib. mandata, comminatur non seruantib. sterilitatem, cum dicitur*

13 Sin autem nec sic obedieritis mihi ad cor. *id est pœnas uos affligentes.*

* 1 Septu-

## MORALITER.

* 1 *Comedetis.* i. accipietis vobis illa quę promissa fuerunt antiquis patrib. Vnde dicit Christus apostolis, Luc. x. d. *Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt.*

1 *Et uete.* per uetera significantur bona terrena, ꝗ promittebant in ueteri testa. Esa. 1. e. *Si audieritis me, bona terræ comedetis.* per noua vero intelliguntur bona spiritualia & cęlestia, ꝗ pro mittuntur in nouo, Mat. 5. a. *Beati pauperes spiritu &c.* Tempore uero noui testamenti multi a se abiiciunt bona terrena & temporalia, vt consequantur spiritualia & æterna, vt manifeste patet in pauperib. religiosis.

Malac. 2. a

2 *Ponam.* i. ecclesiam meam, de qua dicitur Apoc. xxi. a. *Ecce tabernaculum de. cum, &c.*

3 *Et non.* societatem uestram refugiendo, Matth. vlt. d *Ecce nobiscum sum &c.*

8 *Quod si.* hic consequenter transgressorib. mandatorũ suorũ Deus comminatur mala temporalia, sub quibus intelligunt mala spiritualia, cum dicitur,

9 *Visitabo uos.* subtrahendo a uobis bona gratiæ & gloriæ.

† *Et ardore.* permittendo accendi in uobis ignem cõcupiscentiæ, & postea ignem gehennę.

10 *Frustra.* id est frustra facietis opus bonum de genere.

† *Ab hostib us deuorabitur.* id est a dæmonibus, propter finem intentionis peruersæ, quia bonum illud non facietis ppter Deum, sed propter finem malum.

† *Et corruetis coram hostibus.* id est coram dæmonibus, qui facient uos ruere de peccato in peccatũ, & finaliter in infernũ

† *Fugietis nemine perse.* id est peccabitis ex uestra malitia absque tentatione alia.

✠ *Daboq;*

a Perfectionem pœnæ, quia noluistis corrigi.
a obedieritis mihi, addã correptiones vestras septuplũ, propter 1
b peccata vestra, & conteram superbiã † duritiæ vestræ. Daboq; 2
a Vt non pluat vobis doctrinam. b Diuinam scripturam vobis infructuosam.
cælum vobis desuper sicut ferrum, & terram æneam. Consu- 3
a Quem diuinis scripturis impenditis, quia praue intelligitis. b Exterior homo. c Virtutum.
metur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec †
Mentes. Fructus Deo acceptabiles. a Non.n. rectè incedunt, qui legis sensum & prophetarum subuertunt.
arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex diuerso mihi, 4
a Non iam correctionem, sed pœnam secundum iniquitatem vestram.
nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsque in septu-
a Perfectam vltionem. b Dæmones, de quib. dictum est: Omnes bestiæ agri ludunt ibi. Iob 40. c.
plum propter peccata vestra: Emittamque in vos bestias agri, 5
a Gentem pecoribus similem. b Tam in numero quàm in dignitate.
quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatem cun- 6
a Quia nequaquam vitæ habent, nec Deum suscipiunt hospitem.
cta redigant, desertæque viæ fient viæ vestræ. Quod si nec sic
Præuaricantes legem.
volueritis recipere disciplinam, * sed ambulaueritis ex aduerso
a Inferendo vltionem. b Qui prius corripiebam vt sicut crescit iniquitas, crescat & pœna.
mihi, ego quoque contra vos aduersus incedam, & percutiam
Perfectè.
c vos septies propter peccata vestra, inducamque super vos gla- 7
Vel vltionis. a Vtriusque violati.
d dium vltorem fœderis mei. Cumq; confugeritis in vrbes, mit 8
tam pestilentiam in medio vestri, & trademini in hostium ma 9
a Firmamentum spiritualis doctrinæ.
e nibus. Postquam confregero baculum panis vestri, ita vt de- 10
a Decem legis mandata. Lege. Doctrinæ. Distinctis sensus.
cem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos 11
a Quia arcta & praua doctrina est.
f ad pondus, & comedetis & non saturabimini. Sin autem nec 12
a Vox Christi, qui ait: Si crederetis Moysi crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.
b Detinentes doctrinæ & miraculis.
per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me, & ego in-
a Inducendo captiuitatem. Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris: Psal. 17. d.
b Perfecta vltione.
cedã aduersus vos in furore contrario, & corripiã vos septem
a Id est sicut multiplicastis peccata, ita multiplicabo pœnas. b Sicut Maria filia Eleazari, vt ait Iosephus.
g plagis propter peccata vestra, ita vt comedatis carnes filiorum 13
a Principes, doctores.
vestrorũ & filiarum vestrarũ. Destruã excelsa vestra, & simula 14
a Virtutes falsas.
h chra cõfringã. † Cadetis inter ruinas idolorũ vestrorum & ab 15
a Quam pro peccatoribus posui, & neglexistis.
i ominabitur vos anima mea, intantũ, vt vrbes vestras redigiã in
a In quibus non habitem. b Templum, sacrificia. c Sicut ante.
solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam 16

a *Addam correp.* Lxx. Et apponam castigares uos septies, &c. et hic superfluũ est. Septies autẽ pro omni numero est accipiendũ.
b *Et conteram superbiam duritiæ ve.* Quia dicitis semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam: ideo gẽtibus seruietis. (Ioan. 8. d. Ephe. 6. c.)
c *Gladium.* spiritus, qđ est verbum Dei, qđ per prædicatores Iudæos conuincit, ne vetus test. habere cum euãgelio cõtradicãt.
d *In urbes mittam.* Prophetas in quibus fide les munitiones & salutẽ inueniunt, inimici fugientes capiũtur, illuc moriuntur apertis de Christo prophetiis resistere non ualentes.
e *Ita vt decem, &c.* ISICHIVS. Panem doctrinę non habent Iudæi, exceptis decẽ præceptis, quia uerã prophetarum expositionẽ Christũ in plerisq; prophetarum prædicantẽ fugiunt, alia quę sunt in lege nolunt spiritualiter accipere, nec possunt ad literã stare. Locus enim destructus est, in quo sacrificia fiebant & oblationes, præterea & multa sunt in eis ridẽda, sicut lepra parietũ uestium, & similia. Sed decẽ mãdatorũ etiã litera custodiri & impleri digna est, nec mandatũ sabbathi contrariũ est. Quãuis.n. decem mandatis insertum sit, non tñ ex eis est. Si autem speciale ponimus mandatum: *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis.* perfectũ decẽ mandatorũ numerum inuenimus. Præterea spiritualem requiẽ signat, in qua nõ licet operari seruilia. Hec ergo sola panẽ faciũt in populo Iudæorũ clibano vno legali f. & reddũt ad pondus nõ dilatãdo s. sed restringendo sẽ sus. Cælesti vero doctrina & euangelica sensũ dilatat, vt mulierem videre ad cõcupiscẽdum adulteriũ dicat, et odiũ fratris homicidiũ. Ideo non satiãtur qui his panibus nutriuntur. (An Iudæi habeãt panẽ doctrinæ. Osee 12. c.)
f *Sin autẽ &c.* IDEM. Nõ solũ legislator est Moyses, sed & propheta. ait. n. *Prophetã suscitabit uobis dominus de fratrib. uestris, ipsũ audite sicut me.* Qui cũ in aliis Christi figurã gesserit, in hoc quoque eum expressit. Sicut.n. domin' de excidio urbis, de fine mũdi prædixit, sic & ipse. Nam quę hic dicuntur ad ultimã captiuitatem pertinent, quã Iudæi sustinuerunt, quia in Christũ manũ miserunt. Nec solũ ad literã, sed et spiritualiter puniti sunt, qa & legẽ pręuaricati sunt, & autorẽ legis blasphemauerunt. (Moyses propheta. Deut. 8. a. Matt. 24. a)
g *Carnes filiorum.* Id est discipulos, quos vobis assumitis in filios ad eandẽ doctrinã verbis ualidis & animam corrumpẽtibus inducatis.
h *Cadetis inter ruinas.* Cadit.n. popul' cum Pharisęis spiritualiter cadẽtibus, quos quasi idola admirabat populus traditionib. eorũ itet'.
* PROC. Hoc factitauit Ezechias vt patet 4. lib. Regum, et ex secũdo Paralipomenon. Itidem Ieremias testatur aduenisse in loco qui vocatur Tophet, in valle filij Ennon.
i *Vrbes uestras.* Ad literam vel libros prophetarum, in quibus sanctitatis

*ame. † Ponam cadauera vestra sup. † vel fortitudinis. Matth. 5. d. Ioan. 3. c.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Septuplum. *i. perfectè, quia septenarius numerus perfectionẽ significat.* 2 Daboq; cęlũ uobis desuper sicut fer. *Quia nec ros, nec pluuia descendet inde super terrã fœcundandam.* 3 Et terrã æneam. *i. siccam, & omnino infructuosam. Tertio cum dicitur.*
4 Si ambulaueritis, &c. *Contra fœcunditatem prolis cõminatur eis paucitatem plebis. vnde sequitur.* 5 Emittamq; in vos bestias agri. *i. feroces.* 6 Quæ consumant uos. Desertæq; fiãt uiæ ūstrę. *propter paucitatem habitatorũ in terra. Et non solũ comminatur eis paucitatẽ ex deuoratione bestiarum, sed ẽt ex gladijs inimicorũ. unde subditur.* 7 Inducamq; &c. super. *i. transgressorẽ fœderis mei.*
8 Cumq; confugeritis in urbes. *a facie gladij.*
9 Mittam pestilentiam in medio uestri. *Ita quod nõ poteritis ibi saluari, sed præ nimia miseria & fame cogemini uos tradere hostib. uestris.* 10 Postquam confrege. ba. pa. *i. sustentamentum cibi.*
11 Ita ut decem mulieres, &c. *i. ita parum habebunt de pasta, quod unus paruus clibanus sufficiet pro decem domibus.* 12 Et reddant eas ad pon. *id est distribuant in domibus suis ad ponus propter paucitatem. Dicit autem hic Ra. Sa. quod in hoc comminatur eis dominus corruptionem bladi & pastæ, intantum, quod panes inde formati in furno positi, frangerentur in partes minutas, quæ extractæ de furno diuiderentur ad pondus, vt quælibet mulier haberet partem suam debitam. Vlterius comminatur eis paucitatem causatam ex seipsis, cum dicitur:* Sin autem nec &c. *Sequitur.* 13 Vt comedatis carnem filiorum. *Quod fuit impletum in obsidione Samariæ, vt habetur 4. Reg. 6. & in obsidione Ierusalem per Titum & Vespasianum, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello. Quarto ibi.* 14 Destruam excelsa uestra. *Cõtra diuinam familiaritatem quam promiserat obseruantibus mandata eius, comminatur eis subtractionem sui auxilij, & totalem deiectionem, cum dicitur,* Destruam excelsa uestra. *i. loca alta in quibus idolis immolatis.* 15 Et abominabitur uos anima mea. *Subtrahẽdo effectũ præsentiæ, etiam a templo. ideo subditur.* Et deserta faciam sanctuaria uestra.
16 Nec recipiam ultra odorem suauissimum. *Id est sacrificia q̃ * tempore*

MORALITER.

* 2 *Daboq; cælum vo. &c. sicut.* i. subtraham a uobis misericordiæ meæ teneritudinem.
3 *Et terram.* Nam ad subtractionẽ diuinæ gratiæ sequit mentis obstinatio, quæ per terram æneam designatur.
† *Consumetur incassum labor.* Quia sine gratia non ualet exercitiũ corporis uel mentis in operib. de genere bonis, propter quod sequitur.
† *Non proferet.* Quæ de facili possunt applicari, ideo dimitto, & ad prolixitatem uitandam.

* MORAL.

sanctitatis fructum non inueniunt.

a *Tunc placebunt terræ sabbatha*, id est requies scilicet vobis feriantib. & a lege remotis, cum in lege & prophetis voluntatē vestrā nō inueniatis.

hitudine preponitur velut Iacob, qui tempore & generationis ordine erat nouissimus. Cōiungunt vero tanquā cognata & conuenientia.

✠ PROCOPIVS. Quadringentis enim illis & nonaginta annis, quib. summa potestas penes reges fuit in illo populo, septuaginta anni computādi erat pro sabbathis: qui vt terra suis fruetetur sabbathis, exacti sunt in ciuitate Babylonica.

b *Terrebit eos*. Sicut folium fructum, sic litera abscondit spiritum, aufer folium, accipe fructum.

c *Sonitus folij volantis* hyperbole, quia etiā leuissima quæque formidabunt.

d *Cadent nullo perse.* Non enim persequimur eos, sed sequimur vt reuocemus.

e *Corruent*. Disputantibus nobis cum eis, diuersa proferunt testimonia alternatim, sed alternis conturbabuntur verbis, alter alterum cōturbat dū subuenire videtur.

f *Incircuncisa mens eorum*. Quia incircuncisi corde, uitiorum polluti præputio, *non enim quæ in carne est circuncisio*.

g *Tunc orabunt pro impietatibus suis*. LXX. Peccata sua placita habebunt, pœnas scilicet quas pro peccatis patientur.

h *Quod pepigi cum Iacob*. ISICH. Nota quod temporis & generis ordinem mutauit. LXX. quoque non dicunt testamenti Iacob, Isaac, & Abrahā, sed testamenti Iacob, testamenti Isaac, testamenti Abrahā, tria testamenta innuētes m legē sc. prophetas, & euangeliū. Antiquior lex, antiqui prophetæ, euangeliū nouum quod præ gratiæ ple-

(a Sacrificiorum. b A vobis auferendo. c Scripturam.)
vltra odorem suauissimum: Disperdamq; terram vestrā, &
(a Admirando. b Gentiles quos putatis inimicos vestros. c Scripturam intelligentes.)
1 stupebūnt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fue-
(a Vt sitis sicut prius erant Gentiles Deum non habentes.)
rint. Vos autē † disperdām in gentes, & euaginabo post vos 2
(a Verbi Dei. b A Deo vel a sanctis. c Ad literam. Vel scripturarum muniones.)
gladium, eritq; terra vestra deserta, & ciuitates vestrę dirutæ.
(a Scripturæ scil. veteris testamenti. b Quibus sola & deserta erit a vobis.)
a Tunc † placebunt terræ sabbatha sua, cunctis diebus solitu- 3
(a Contristi & subditi nouo testamento, etsi nolitis. b Ab inquisitione vestra.)
dinis suæ. Quando fueritis in terra hostili, sabbathizabit &
(a Quia non est speciosa laus in ore peccatoris, Eccl. 15.b.)
requiescet in sabbathis solitudinis suę, eo quod non requie-
(a Polluta iniquitatibus vestris. b Tempore veteris testamenti.)
uerit in sabbathis vestris, quando habitabatis in ea: Et qui de
(a Post cladem & captiuitatem. b Timent enim literam legis quam putant discordare a nouitate Euangelij.)
vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum, in re-
(a Gentilium ad fidem conuersorum. b Non vox, sed tantum sonus eorum. c Literæ legalis, quam vident ecclesiam negligere, & spiritum in ea quærere.)
b gionibus hostium. Terrebit eos sonitus folii † volantis, & ita 4
(a Consortium fidelium. Verbi quod audient a fidelibus.)
c fugient quasi gladium. Cadent nullo persequente, & corruēt 5
d (a Disputationes. b Quasi victi.)
e singuli super fratres suos, quasi † bella fugientes. Nemo ve-
(a Nouum testamentum. b Firmamentum erroris vestri. c Conuersi.)
strum inimicis audebit resistere, peribitis inter gentes, & ho-
stilis vos terra consumet. Quod si de † his aliqui remanserint 6
(a In studio legis. b Vt supra. Quam polluunt etiam conuersi semper ad legem suspirando.)
tabescēt † in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum,
(a Quæ imitantur.)
& propter peccata patrum suorum & sua, † affligentur, do-
(a Pœnitendo. b Quibus ipsi similes.)
nec cōfiteantur iniquitates suas, & maiorum suorum, racor-
(a Verba mea negligendo. b Vel ex toto auersi vel ficte conuersi.)
dentur quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex
(a Peruersus contra peruersos. b Vnde: Ad æmulationem vos adducam, in omnem gentem Ro. 10.d. Vnde: secundum euangelium quidem inimici propter vos. Ro. 11.d.)
aduerso mihi: Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducā
(a Pœnitendo.)
f illos in terram hostilem, † donec erubescat incircuncisa mēs
g eorum: Tunc orabunt pro impietatibus suis, & recordabor
h fœderis mei, quod pepigi cum Iacob & Isaac & Abraham.
i Terrę quoque memor ero, quę cum relicta fuerit ab eis, † 7
(a Quia desolata ab illis. b Ipsi enim solitudinem fecerunt.)
com placebit sibi in sabbathis suis, patiens solitudinem pro-
(Præuaricationis sibi conscij.)
pter illos. Ipsi vero rogabunt pro peccatis suis, eo quod ab-
(a Non facientes vel male intelligentes. b Non vestras.)
K iecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. Attamen etiā
(Reliquiæ saluæ fierit.)
l cum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neq; sic de-
m spexi, vt consumerētur, & irritū facere pactū meū eis. Ego .n.
(a Vt sim dominus Deus eorum in conspectu gentium.)
sum dn̄s Deus eorum, & recordabor fœderis mei pristini qn̄
eduxi eos de terra Ægypti in cōspectu gentiū, vt essem Deus

✠ THEODORET. Post illas cōminationes dulcia promisit, & inter cætera reditū a captiuitate, nō qui dem ob eorum merita, sed propter maiorum suorum pietatem. Si quidē ob promissiones factas patribus illorum, inquit, iniquitate eorū suffero. Verum prius mentionē fecit de Iacob, quoniam illorum omnium solus erat progenitor. Isaac enim Idumæorum quoque pater erat. Abraham autē & Ismaelitarum & eorū qui a Cethusa descēderūt. Quam obrē ab imo ducens initium, gradatim ascēdit ad Abrahā, cū quo pepigerat ab initio fœdera.

✠ RADVL. O fœlicis meriti uiros quorum respectu post tot generationes uenia posteris prærogatur. Hos enim Moyses ipse prætendebat rogans. *Quiescat quæso ira tua. Recordare Abraham, Isaac & Iacob.*

i *Terræ quoque memor ero*. ISICH. Scripturæ scilicet quam man dabo eiectis Iudæis, qui eam præuaricati sunt uel præuaricabantur, & praue inter pretabantur.

K *Attamen etiam cum essent in terra hostili.* Bene in fine capituli blanditur, & quos minis terruerat, parilis consolatur.

l *Non peni.* *Cæcitas ex parte contingit in Israel donec plenitudo gentium subintraret, & cætera.*

m *Nec sic despexi.* Qui salutem omniū uolo, ideo post tantas iniquitates, etiam Iudeorū reliquias saluo.

a *Hec*

Marginalia: † disperga. † perficiet terra sabbatha sua. † gladium. † propter iniquitates suas. Rom. 2.d. † vel tūc humiliabit se. Qō. 37. in Leuit. † impulsi. Lib. 20. c. 1. † ijs. † liquefiet. Exod. 32. † recordatur. † perfecit sabbatha sua. 1. Tim. 2. b.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *tempore obedientiam tantum fuerunt mihi odoriferæ & placita.*

1 Et stupebunt super ea inimici uestri. *De tanta abiectione ue- stra.*

2 Vos autem disperdam in gentes. *Quod adimpletum est, quādo rex Assyriorum transtulit Iudæos, & in ciuitatibus eorum habitare fecit extraneos, vt habetur 4. Regum. xvij. Comminatur etiam persecutionem & abiectionem in terra aliena, cum dicitur:* Vos autem disperdam in gentes, & euaginabo post uos gladium.

3 Tunc placebunt terræ sabbatha. *Tunc enim quiescet a cultura propter defectum habitantium, eo quod tempore quietis ipsius, scilicet anno septimo & quinquagesimo non permittebatur quiescere propter cupiditatē Iudæorum, & ideo tunc reddetur sibi quies maior, & prolixior quam fuerit subtracta.*

4 Terrebit eos sonitus folii uolantis *Quia homines in terrore positi ad modicum fremitum credunt adesse aduersariorum impetum.*

5 Cadent nullo persequente, &c. *Quia homines ex terrore fugientes frequenter cadunt in præcipitia, & aliquando cadunt mutuis glaudijs non distinguentes socios ab aduersarijs, ut habetur Iudicum vij. f. de fugientibus coram Gedeone & socijs eius.*

6 Quod & si de his aliqui remanserint. *Hic consequenter inducitur populus ad obseruantiam mandatorū per consolationes, quia quantuncunque fuerint abecti, si aliqui remanserint, & afflictione date eis intellectum peccata sua recognouerint, & pro ipsis orauerint, promittitur eis diuina consolatio. vnde subditur:* Tunc orabunt.

7 Terræ quoque memor ero. *Reducendo ibi habitatores suos. Cætera patent ex dictis.*

Marginal: Terror fo lii volātis.

✠ NICO

A a *Hæc sunt.* ISICHIVS, Vsque ad certum tempus legis literam significat obseruandam. Iudæis quoque os obstruit, qui etiã nunc uolunt implere literã, cum ille iam uenerit, qui tunc Iudæis lac per Moysen dedit, non escam: per se autem perfecta donauit. Ideo ait: Inter se & filios Israel usquequo, s. veniat & aperiantur oculi cæcorum, & audiant aures surdorum, vt relicta superficie literę transferat legem ad perfectionem gratiæ, non soluendo sed implendo.

1.Cor.4.a. Esa.35.b.

b *In monte Sinai.* Non in Sion. vnde. *Videbitur Deus deorum in Sion.* Et alibi. *Et Siõ species decoris eius. Deus manifeste veniet..* Et in Malac. *Subitò veniet ad templum suum dominator quem vos queritis.*

Matt.5.b. Psal.83.b. Psal.49.a. Malac.3.a

a ¶ Nullo interrogante data. b ¶ Quæ domino interrogato iudicata fuer.

a eorum: Ego dominus Deus. Hæc sunt præcepta atque b iudicia

a ¶ Generales. ¶ Antequam veniret.

& leges quas dedit dominus inter se & inter filios Israel in mon b te Sinai per manum Moysi,

### ADDITIO I.

*In cap.26. vbi dicitur in postilla:* Ponam tabernaculum meum in medio vestri.

*Licet planus sensus literæ huius, quod dicitur:* Ambulabo inter vos, *possit intelligi, s. vos protegendo & consolando prout in postilla, tamen vlteriori sensu intelligitur & magis proprie, cum Deus in carne assumpta erat ambulaturus gressibus corporalibus inter illos, & sic illa promissio fuit impleta in aduentu Christi, quando Christus in propria persona diuina ambulauit inter filios Israel, et erat eis Deus, s. apostolis cum quib. conuersabatur qui eum confitebantur, dicentes:* Tu es Christus filius Dei viui. *Vnde super illud verbum:* Ambulabo inter uos. *Glo. Homo factus. vnde, hic est Deus noster, & non reputabitur alius ab eo, post hæc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Hæc in glo. *Quæ non est æstimanda mystica expositio, sed literalis. Nam ex hoc quod dicitur:* Ponam tabernaculum meum in medio uestri, *iã intelligebatur ambulatio diuina cum eis, dando diuina responsa, & protegendo & consolando, prout supra fuit tactum Exo. in additione 33. Quæ quidem ambulatio ibidem dicitur.* Cum eis. *cum Moses hęc petendo diceret:* Obsecro domine, vt gradiaris nobiscum. *hic autem non dicitur sic:* sed ambulabo inter vos, *& ero Deus vester, quasi manifeste innuens, quod ambularet inter eos quasi vnus ex eis, s. verus homo, & cum hoc tamen esset verus Deus. vnde subiungit:* Et ero Deus uester. *Et notandum quod Rab. Moy. Gerunden. in sua expositione multa de hoc tradidit, inter quæ sic dicit, Quod in futuro tempore, s. Messię pueri Israelitici sunt demonstraturi Deum digito, iuxta illud,* Esaię 25.c. Ecce Deus noster iste, expectauimus eum. *Item & antiqui nostri dixerunt, futurum est, quod Deus exercebitur cum iustis in hoc seculo in futuro tempore, s. tempore* Messię. *Quæ quidem promissionis nunquam fuerunt impletæ, sed implebuntur in tempore perfectionis. Hæc ille. Quæ quidem uerba manifeste consonãt Catholicę veritati, secundum quam verus Messias, qui est verus Deus, demonstratus fuit digito a pueris* Hebræorum *in die ramorũ palmarum, at habetur Matt.21. Qui quidẽ* Christus *sæpe exercitatus est, & conuersatus cum iustis, s. cum apostolis tanquam verus homo. Quę quidem promissiones prout iste autor cõfitetur, nunquam fuerunt impletæ tempore veteris testamenti. sed spectabant impleri tempore Messię. Vtinam iste autor intellexisset seipsum, vt bene ageret.*

ambulare Deũ inter homines.

B

### ADDITIO II.

*In cap.26. vbi dicitur in postilla:* Quod si audieritis me. *Hic consequenter inducitur populus per comminationes, &c.*

*Istæ maledictiones comminatoriæ, quæ in hoc cap. continentur prout communiter exponuntur, sunt prophetica, quia omnia pœnalia hic contenta contigerunt illi populo in diuersis & varijs temporibus. Sed circa hoc est aduertendum, quod infra Deuter.28. ponuntur aliæ maledictiones seu comminationes. quæ in multis assimilantur istis, & inter vtrasq; secundum Rab. Moy. Gerunden. qui inter omnes expositores Hebræorum de hac materia magis proprie scripsit, est quędam differentia non modicum attendenda, scilicet quod comminationes propheticæ in hoc cap. contentæ pertinent ad captiuitatem Babylonicam, in qua fuerunt plenarie* C *Comminationes vero contentę in Deut.28. pertinent ad captiuitatem Romanam, in qua fuerunt plenarie implerę, & in qua etiam hodie secundũ ipsum durant. Ex qua quidem consideratione, si bene attendatur, prout in prędicto c. Deut. domino disponente declarabitur, confundi posset error Iudæorum improuide spectantium presentis captiuitatis redemptionem per Messiam inaniter ab eis spectatam. Quod autem comminationes propheticæ in hoc cap. contentæ pertinent proprie ad captiuitatem Babylonicam, patet ex multis quæ ab ipso Ra. Moy. narrantur in sua expositione in hoc loco. Quorum duo quę videntur sufficere ad propositum concludendum ad præsens ostendam ceteris omissis, vt tractentur in cap. supra dicto Deut.28. vbi Deo duce plenius tractabuntur.*

Cõminationes variç.

*Primum quidem ex quo patet quod huiusmodi comminationes propheticæ in hoc cap. contentæ pertinent ad captiuitatem Babylonicam, nam in hoc loco assignatur tanquam causa præcipua destructionis eorũ peccatum idolatrię, in quo fuerant frequenter pręuaricati Iudęi tempore templi primi, prout patet 4. Reg.21. & in quamplurimis alijs locis. vnde hic dicitur:* Destruam excelsa vestra, & simulachra confringam. *cadetis inter ruinas idolorum vestrorum quod quidem peccatum non inuenitur tempore templi secundi, sed potius sacerdotes & alij viri iusti, qui tunc temporis populo presidebant restiterunt idolatriæ vsque ad martyrium, vt patet 1. Machab.*

E

*Secundum vero, ex quo patet propositum supradictum, sumitur ex parte durationis huius captiuitatis, s. Babylonicæ, quæ ex iudicio diuino fuit commensurata tempori quo non seruauerunt sabbatha terræ. vnde dicitur hic;* Tunc placebunt terræ sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suæ, quando fueritis in terra hostili sabbatizabit, & requiescet, eo quod non requieuit in sabbathis vestris, quando habitabatis in ea. *Ex quo patet quod tot annis terra eorum non requieuit in sabbathis, quot annis fuerunt in captiuitate Babylonica, scilicet 70. annis. Vnde 2. Paral. vlti. d. de duratione captiuitatis Babylonicæ dicitur:* Et completur sermo ex ore Hieremię prophetæ, vt celebraret terra sabbatha sua. *Cunctis enim diebus egit sabbathum vsque complerentur 70. anni. Quę quidem commensuratio annorum habetur expresse* Hiere. XXXIX. *quod non potest dici de captiuitate eorum hodierna, quæ hodie transcendit mille & quadringentos annos, & tot annos vltra.* Ex *quib. patet; quod maledictiones comminatoriæ cum alijs ad hoc pertinentibus, in hoc capitulo cõtentæ, intelliguntur esse totaliter impletę in destructione Ierusalem per Chaldæos, licet partialiter quędam earum fuerunt impletæ etiam in alia captiuitate, cum dicitur hic:* Vt comedatis carnes & filiorum filiarũ vestrarum, *quod fuit impletum in obsidione Ierusalem per Chaldæos.* Iuxta illud Threnor.4.b. *ubi de his quæ contigerunt in obsidione Ierusalem tempore Chaldęorum dicitur:* Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum. *Idem etiam fuit impletum in obsidione Ierusalem per Titũ secundũ Ioseph. vt habetur in postilla. & sic de quibusdã alijs hic contentis, quę in utraq. obsidione seu captiuitate contigerũt. Omnia tñ in hoc capitulo contenta integraliter contigerunt in prima captiuitate Babylonica tantum, non autem in secunda, vt dictum est.*

F

REPLICA *correctoris contra Burg. Sed quod notat Burg. cap.21. vt promotiuum Christianę fidei transeat, dummodo cum sensu principali qui est de Christo sensus literæ primarius qui est de gubernatione populi per desertum non abijciatur, & sic terminantur replicæ in Leuitico.*

CAP.

CAP. XXVII.

A a **Homo qui.** ISICHIVS. Plena sunt hæc verba prudentia, quæ oporteat agi vel minime, superi⁹ præcepi, tūc vel ex toto vel ex parte agētium dignitatē exponit, quid perfecta vita, quid mediocris quid incipiēs, cognitionis Dei habeat, differentias quoque ætatum describit.

Qō 38. in Leuiticū.

✻ THEODORETVS. Promissionem appellauit votum, cum alio qui vocetur a multis ϖρέγμα id est, res definita & destinata. Hanc autem legem apud nonnullos barbaros reperias esse obseruatam. Nam eorū qui degunt in pascuis plerique comparant infantem ingenuū, quē postea Deo offerunt. Itaque de eo legē tulit Deus. Qui cū nosset esse quosdam promittentes Deo pretiū pro seipsis, qui diminuto pretio promissa fallerent, statuit maris pretium esse quinquaginta didrachmorū fœmellæ, triginta.

†De pœn. di. 1. ante. c. quē pœnitet, §. itē qui donū.

† mulier.

B b *Animam.* ISICH. Aquila & Theodotiō, admirabile. Simmachus, si se separauerit. Lxx. honorem, animæ suæ.

c *A vicesi.* IDEM. Qñ pubes, fortis, validus virtutib. & operib. contra spirituales inimicos. vnde: *Omnis masculus a viginti annis & supra*, omnes qui ambulant in virtute sua huiusmodi pretiū, conuersatio s. & vita & retributio q̄ pro se offert Deo, quīquagīta sicli sunt. i. spiritualis vita. Quinquagesimo. n. die spiritus sanctus aduenit, & quinquagesimo anno plenarie datur liberatio & terræ restitutio. A 20. annis vsque ad xl. intellectus perfectus, fortitudo, & filiorū procreatio. Qui aūt & itellectū habet & fortitudinē, vt q̄ intelligit, faciat, & filios spirituales Deo facere potest, pretiū eius est l. drachmę. id est perfectus fructus, & perfectionis corona, de qua dicitur: *Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est.*

Tropolo. Num. 12.

Act. 2. b.

✻ PROCOPIVS. Nam annus vicesimus initium est ętatis ad res gerendas habilis, sexagesimus, finis. Corpora tum vigent, prudentiaque innititur senilib. annis.

d *Siclos.* ISICH. Vel didrachmas, sexagenarium fructū s. magnū quidē, sed cētenario minorē, q̄ mulier est q̄ viro minor est. Mulieres tñ si ad summā mēsurā peruenerūt, & infirmitatē sua intentione fortitudinis trāsierunt, masculi possunt appellari. vnde. *Mulierē fortem quis inueniet?* Qui ergo verā continētiā habet, 30. sicli vel didrachmę hui⁹ æstimatio est. i. sexagenari⁹ fructus. vnde. *Vidua eligatur non minus 60. annorum*

Prou. 13. b

1. Tim 5. a

e *A quinto.* IDEM. Qui sensatus est, & proficere incipit, sed conuersatione ieiunii non potest ordinari.

C

f *Vsque.* IDEM. Qui proficere cępit sensib. quinque prouectus enim hic est ad virtutem, & perfectionem. 20. enim annorū fortes sunt atque valentes.

D

g *Masculus dabit. 20. sic.* IDEM. vel didrachmas. i. xl. drachmas. i. obolos quadrīgētos. Quadragenari⁹ vero ieiunii & orationū prouētum significat. Tot enim dieb. ieiunauit Moses, & Helias, & ipse Christus, & post a diabolo est tentatus.

Exo. 34. d. 3. Re. 19. b Mat. 4. a.

CAP. XXVII.

LOCVTVSQVE est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: † Homo qui † votum fecerit & spoponderit Deo animam suam sub æstimatione dabit pretiū. Si fuerit masculus a vicesimo anno vsque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii: si mulier, triginta. A quinto autem anno vsque ad vicesimū, masculus dabit viginti siclos, † fœmina decem. Ab vno mense vsque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli, pro fœmina tres. Sexagenarius & vltra masculus dabit quindecim siclos, fœmina decem. Si pauper fuerit, & ęstimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote, & quantum ille æstimauerit, & viderit eum posse reddere, tantum dabit. Animal autem

(Interlinear: a ¶ Totam vitam. ¶ Id est drachmas. ¶ Spiritualem vitam. a ¶ Didrachmas. b ¶ Id est centesimum fructum. c ¶ Quasi, cui hęc perfectio deest, sed ad aliam prouehi cupit. a ¶ Sensatus, sed nondum perfectus. ¶ Quia minor & simplicior. a ¶ Senex s. infirmus in proposito. b ¶ Fortior. c ¶ Vel didrachmas. a ¶ Infirmior sicut fornicator, b ¶ Custodiam s. mandatorum. c ¶ Aliquam de supradictis. a ¶ Offerens se Deo.)

†permutare volueritvotum secundū æstimationem animarū domino.

h *Fœmina decē.* IDEM. Vel didrachmas. i. 20. drachmas vel ducētos obolos, custodiā, s. decēmādatorum quæ duplicantur secūdū literā & spūs, in quib. non est præceptū ieiuniū, quia prouectos decet necdū perfectos.

i *Ab vno.* Vnius mēsis est, qui nunc in fide genitus est, quib. dicitur: *Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo, lac concupiscite, &c.*

1. Pet. 2. a.

E

k *Quinque.* Vel didrachmę. s. vt masculus duplices sēsus habeat, & quę sensibiliter audit intelligibiliter suscipiat. Sic. n. ad perfectionē ducitur, propter quod cētum obolorū est pretium eius, centenarius autē perfectus est.

l *Pro fœ.* IDEM. Pro fœmina tres didrachmæ. i. fides patris & filii & spiritussancti, ut corde credat, ore cōfiteatur, & sint ei duæ didrachmę, sit aūt ei talis fides ad perfectionē. Tres. n. didrachmæ sex sūt drachmæ, & 60 oboli, q̄ numerus pfectionē significat. Vñ populus Israel sexcenta millia. i. 60. miriades hēt Erant enim in eis mediocriter perfecti, quasi iam participes euangelicæ conuersationis.

Rom. 10. a

Exo. 12. f

m *Sexagenarius.* Qui excellentiam conuersationis promisit, sicut virginitatem, uel mundi abrenuntiationem, sed infirmatus est.

n *Dabit quindecim.* Vel didrachmas, quæ sunt trigīta drachmæ. Tres enim fructus bona terra reddidit, centenariū. i. virginem esse, vel mūdo abrenūtiare. Sexagenarium, scilicet continentiam. Tricenarium, id est casti coniugii conuersationem.

Matt. 13. b

o *Si pauper.* Qui multum peccauit. ideo interpretatus est Aquila, si excessit.

p *Stabit.* Si enim quemlibet nobis subditum Dei seruitio obtulerimus, in ministerium nostrum recipere non debemus, promittentes pro eo uel meliorem vel minus bonum.

q *Quantum ille æsti.* id est quantum viderit eum posse satisfactionis imponet, sed si locuples est, ut distribuat pecuniam, si fenus ieiunet, oret, laboret.

F

r *Animal.* Quia differētias oblationū, quæ ex nobis ipsis sunt, & gradus

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVII.

Diuisio.

LOcutusq; est dominus ad Moysen. *Hęc est quarta pars principalis huius libri, prout dictum fuit a principio: In qua agitur de solutionibus, & etiam redemptionibus uotorum, quæ sunt quædam oblationes speciales, & primo agitur de uoto obligatis, secundo de consecratis, ibi.* Omne quod domino consecratur. *tertio de decimis, ibi.* Omnes decimæ. *Prima in duas, quia primo agitur de redemptione uotorum. Secundo remouetur circa hoc dubium, ibi.* Primogenita, &c. *Circa primum, primo agitur de uoto circa personam humanam. secundo de voto circa rem possessam, ibi.* Animal autem. *Circa primum sciendum quod homo non est animal immolatitium, & ideo uotum factum de persona humana non erat soluendum per eius immolationem, sed per redemptionem, persona autem humana secundum diuersas ætates est maioris vel minoris valoris, & plus & minus posset vendi, & ideo secundum quatuor ætates taxatur hic pretium redemptionis. A vicesimo enim unno usque ad sexagesimum est ætas melioris conditionis. Vnde & secundum talem ætatem numerabantur illi, qui poterant ad bella procedere, vel habetur Nume. 1. & ideo votum factum de persona humana in tali ætate redimebatur maiori pretio, scilicet vir quinquaginta siclis, mulier 30. uota autem facta in alijs ætatib. tribus, minus proportionabiliter & patet litera.*

Votum de persona humana.

2 Ad mensuram san. *Hoc dicitur, quia aliud erat pondus quo vtebantur in sanctuario, & quo vtebantur in publicis negotiationibus, de quantitate autem sicli dictum fuit Exod. 30.*

3 A quinto autem anno. *Licet enim pueri quinque annorum & vnius mensis non possent vouere, cum non haberent vsum rationis, poterant tamen obligari voto parentum, unde & Anna mater Samuelis fecit votum de ipso, etiam antequam nasceretur. 1. Reg. 1. Cætera patet in litera.*

4 Animal autem. *Hic consequenter agitur de uotis factis circa rem possessam, & primo circa res viuentes, secundo circa res non viuentes, ibi:* Homo si vouerit domum. *Circa primum dicitur sic:* Animal autem quod immolari potest, *scilicet tam ratione speciei, sicut est bos, ouis, & capra, vt patet ex supradictis, quam ratione indiuidui, videlicet animal prædictarum, specierum non habent aliquam maculam.*

Diuisio.

✻ 1 Sanctum

& gradus exposuit, iā eorum quæ nobis tanquam pecora subditi sunt, quando sit oblatio sancta exponit.

Li. 20. c. 3. ✠ RAD. Angustias hic patietur Iudęus, si interrogetur qualiter iuxta suā literā rectè possit domino uoueri, quod domino non licet offerri. Nos verò libere pronūciamus, quia de re quæ Deo grata non est, gratum illi offertur sacrificium & cum exterminatur & corrigitur, quod voluntati illius erat contrarium. Sic Dauid aquam pro cuius desiderio milites in mortis periculum miserat, cum accepisset, & se super hoc reprehendisset, fundēs in terram libasse eam domino dicitur, quia gratum Deo sacrificium exhibitum est, cum inepta carnis concupiscentia, spiritus feruore castigata est. Animal itaque immundum voueri quidem potest, sed nisi redemptum fuerit placere per se non poterit.

† bonū pro malo vel malum pro bono.

B

† partem agri.

a *Sanctum erit.* Secundum legem immaculatum & mundum, veluti si filium, discipulum, seruum, vel quemlibet nobis subditum Deo obtulerimus.

b *Quod.* Vt si duplex oblatio, & inimicus erubescat, qui oblationem mutare suggerebat.

---

a quod immolari potest domino, si quis vouerit, sanctum erit 1
*a ¶ Id est non debemus pœnitere si obtulerimus. ¶ Minus bono. ¶ Minus bonum.*
& mutari non poterit, † id est nec melius malo, nec peius bo- 2
*¶ Id est voluntatem mutandi habuerit. a Quod substituere volebat. b Quod prius erat datum.*
b no. Quod si mutauerit & ipsum quod mutatum est, & illud
c pro quo mutatum est, consecratum erit domino. Animal 3
*Hoc ad literam stare non potest.*
immundum, quod immolari domino non potest, si quis vouerit, adducetur ante sacerdotem, qui diiudicans vtrum bonum an malum sit, statuet pretium. + Quod si dare voluerit
*Mentis sapientiam.*
d is qui offert, addet supra æstimationem quintam partem. 4
e Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit domino, 5
considerabit eam sacerdos, vtrum bona an mala sit, & iuxta
*¶ Tunc.*
f pretium quod ab eo fuerit constitutum, venundabitur. Sin autem ille qui vouerat voluerit redimere eam, dabit quin-
*a Quia sanctificatio domus ipsi ascribitur.*
g tam partem æstimationis supra, & habebit domum. Quod 6
*a Vt sanctus incipiat esse. b Deputando sacerdoti.*
si † agrum possessionis suæ vouerit, & consecrauerit domino,
*a Doctrinam verbi qua eruditus est lege spirituali.*
h iuxta mensuram sementis æstimabitur pretium. Si † triginta 7
modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis venundetur
i argenti. Si statim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, † quantum valere potest, tanto æstimabitur. Sin autem post † aliquantum temporis, supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum, qui reliqui sunt, numerum, vsque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. Quod si voluerit redimere agrum ille 8

---

D

ctū est. Bonū est ergo aliorum doctrina & auxilio sanctificari, sed melius est talē esse qui seipsū et alios possit sanctificare, qd paucorū est. Sanctificat ergo domum domino, qui suam & suā, & cogitationem tā sensibilē quam intelligibilem pure & tan ctè vult cōuersari, vt sit ecclesia Dei. Si autē per se non est idoneus hoc facere, sacerdos debet cōsiderare vtrū bona an mala sit. Ex diuersis enim cōstat personis & secundū qd possūt debet iniungere eis.

d *Quintam partem.* Mentem scilicet quę regit quinque sensus, sine qua uirgines fatuæ ad nuptias nō suscipiuntur.

Matt. 25. a

* secūdum æstimationem sacerdotis fuerit.

e *Homo si vouerit.* ISICHIVS. In sequētibus dicit, omne quod domino consecratur, siue homo siue animal, siue ager, redimi non poterit, hic autem domum et agrum redimi præcipit. Sed forsan hoc secūdum diuersas intentiones offerentiū decernit, tāquam ibi non habeat voluntatem vlterius habendi quod penitus consecrauit.

E

† coro vel gomor.

† quanto.

f *Sin autem ille, &c.* IDEM. Redimere est per doctrinam & formulam vitæ familiā liberare, & quicquid sanctimoniæ obuiat diluere. Adiiciet vero admonitioni & ædificationi sacerdotis intelligētiā & frequētem commemorationem.

Allegoric. c *Animal im.* ISI. Quæ non simul & vngulam findūt, & ruminant, immunda sunt. Vngulam findūt qui literam & spiritū distinguunt. Ruminant autem, qui meditādo legis continuā habent intentionem. Qui ergo filium talem vel seruū vel discipulum Deo offert, qui nō ex malitia sed ex infirmitate, nec ruminat, nec vngulam findit, adducat eum ad sacerdotē qui diiudicans vtrum bonum an malum sit, statuet pretiū, id est moderatum imponet iugum, id est mediocrem conuersationē, vt declinet, s. a malo, & prouehatur ad meliora, intret deterius scilicet & melius secundum Symmachum, vt possit domino offerri.

C

Sanctificari & sanctum esse. Sciendum est, quod aliud est sanctificare, aliud est sanctum esse, aliud Deo offerri aliud Dei esse. Quod n. sāctificat & offertur sanctum incipit esse, quod non erat, & paulatim augmētatur. Quod sanctum est, & Dei est, nō eget augmēto, quia perfectum

g *Quod si agrum.* id est, scripturam diuinā, cuius vitis Christus pater agricola. In hoc absconditur thesaurus, id est, salutaris prædicatio, in hoc diuersa est cuiusq; possessio, modus s. sciendi, quem sibi quisque obtinere potuit.

Ioan. 14.

h *Si triginta modiis, &c.* IDEM. In triginta modiis hordei vetus testamentū. In quinquaginta siclis uel didrachmis iuxta LXX. spiritualē & perfectam doctrinam intellige. Sed quando hæc regula vel perfecta danda, uel minuenda sit, per sequētia intellige, Si statim ab anno incipientis iubilei, &c.

literaliter

i *Si statim ab anno.* IDEM. Id est, si grātiæ uiam quam elegit, uult per sacerdotē gubernari & pduci, hoc sacerdos exigat. Qd cū doceretur, perfecta & spirituali doctrina percepit, non condescendēs ei, quia nō est necesse ei qui donum † reuocationis accepit, sed in doctrina faciat eū pmanere, quā tradidit. Si au

F

† renouationis.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sanctum erit. *Id est applicatum ad sacrificium domini.*

2 Et mutari non poterit. *Alio animali, nec pretio redimi, & si de facto mutaretur pro alio animali, ipso facto vtrunque animal erat obligatum sacrificio domini.*

3 Animal immundū quod immola. *Dicit Ra Sa. quod hoc nō est intelligendum de animali immundo secundum speciem suam, vt porcus vel huiusmodi, Sed de animali immundo secundum indiuiduū tantum, vt bos, ouis, uel capra hābens maculā cōtractam post uotum factum de ipso, propter quam offerri non poterat, sed debebat redimi. De cuius redēptione ab eo qui uotum fecerat, subditur.*

4 Addet. *Ratio autem quare carius uendebatur uouenti quam altari erat, ne facientes uotum de rebus suis haberent oculum ad rehabendū illa quæ uouebant. Et per hoc uotum esset Deo minus gratum.*

Diuisio. 5 Homo si uouerit. *Hic consequenter agitur de redemptione uotorū circa res inanimatas. Et primo quantum ad domos, secundo quantum ad agros, ibi:* Quod si agrum. *Circa primum dr, quod redemptio uoti facti de domo, debebat fieri secundum æstimationem sacerdotis considerato ualore domus, & si uouens uolebat eam redimere, debebat superaddere quintam partem ratione supra dicta, & patet litera.*

Redēptio voti circa agros. 6 Quod si agrum. *Hic consequenter agitur de redemptione uotorū circa agros. Et primo agitur de agro possesso ex hæreditaria successione, secundo de agro possesso ex acquisitione seu emptione, ibi:* Si ager emptus est. *Circa primum sciendum, quod redemptio agri taxabatur secundum quantitatem sementis, quæ seminabatur, & hoc respicit agri quantitatem, quia quanto ager erat maior, tanto plus requirebatur de semente, dum tamen esset seminabilis per totum & secundum hoc maiori pretio redimebatur. Item secundum distantiam ad annum iubil. ū, & hoc respicit tēporis durationem, & ideo quanto plures anni erant ab obligatione uoti vsque ad annum iubilei, tanto erat maius pretium redēptionis & istæ duæ considerationes tanguntur, cum dicitur,*

7 Si triginta modiis hordei, &c. Si statim ab anno incipientis, &c. *Et sic accipitur pro quolibet anno unus siclus, quia a principio tēporis huius uoti usq; ad iubileū erāt quinquaginta anni. Si autem a uoto facto usq; ad iubileum essent pauciores anni, pro quolibet anno deficiente a prædicto numero defalcabatur unus siclus de pretio.*

8 Quod si uoluerit redimere, &c. *Vendebatur autem sibi carius quam alteri, non solum ratione supradicta sed etiam quia per hoc damnificabantur sacerdotes, quia quando dictus ager alteri uendebatur, in anno iubileo reuertebatur ad sacerdotes, & erat possessio consecrata domino, quando autem uendebatur ipsi uouenti in iubileo, nō reuertebatur ad sacerdotes, sed remanebat ei qui uouerat & redemerat.*

A Si autem diminutū est aliquid de dono, quod percepit, & ab eo in conuersatione decidit, hoc est enim post aliquantulū iubili agrum consecrari. Sacerdos ei reputat argentū in annos reliquos vsque ad iubileū, vt sc. pœnitentię diffiniat tempus reliquum, & detrahitur de pretio. Quod enim minus fecit & deterius vixit, diminuit de dono, & factus est infirmior & abiectior, hic enim potest redimere agrum adijciens quintam partem argenti ad pretium suum, sc. doctrinæ sacerdotis proprium intellectum, vt sui ipsius gubernator & doctor efficiatur. Sic enim ager quem consectauit offerens sacerdoti, ab ipso possidebitur.

† nō redimetur amplius.

† sicut ager anathematis, sacerdoti erit possessio.

a *Addet quintam partem.* Doctrinæ sacerdotis proprium intellectum, doctrina enim & instructione sacerdotis prius gubernamur, sed postea proficere, & ĩtellectum nostrum adiicere debemus.

Sacerdotis doctrina.

B

b *Sin autem, &c.* IDEM. Ille consecrat agrū & redimit agrū, qui conuersationem suam alii gubernādā permisit, sed eo iuuante prouectus, intellectū proprium addit, vt seipsum regere possit. Qui vero alio docēte nihil ꝑficit, nec ĩtellectū addit, cui semper est necesse doceri, & sæpe prauis doctorib. acquiescit, non potest quęrere mercedem virtutis qua agrum redimeret, sed veniente iubileo, id est tēpore remissionis transeunte scilicet ꝑsentis vitę tempore, erit possessio sanctificata domino. Conuersatio. n. quam semel vel alio gubernante consecutus est, sancta erit domino, sed quemadmodū possessio consecrata, ad ius pertinet sacerdotum, eius. n. lucrū est qui continue gubernat.

Cōsecrare agrum & redimere.

c *Et non de possessione.* Quia neq; de custodia maiorum suorū, neq. de ipsius emptoris fuerat.

d *Supputabit sacerdos.* Recte sacerdos cum eo qui fratrem ad penitentiā monuit, veram redemptionem supputat, qualiter scilicet pœnitere debeat. Ille enim districte eius actionem & conuersationem nouit, qui correxit, hic autem vt sacerdos ꝑfectam redemptionem.

e *Iuxta annorum numerum.* Ex his sc. q̃ de pœnitentia prædicat scriptura, ipsa enim æstimatio est iubilei vel remissionis.

f *Et dabit ille qui vouerat eum domino.* Non dicit dabunt, sed dabit. Etsi enim cōmuni consilio sacerdotis & eius qui ad pœnitentiā monuit, æstimationis diffinitio datur, ille tamen offeret eum qui ad pęnitendum excitauit, huic enim obediet, q & ipse pœnitenti obligatur, vt quod cœpit perficiat.

a qui vouerat, addet quintam partem æstimatæ pecunię, & b possidebit eum. Sin autem redimere noluerit, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, † vltra eum qui vouerat, redimere non poterit, quia cum iubilei venerit dies, sanctificatus erit domino, & † possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum. Si[1] c ager emptus est, & non de possessione maiorum sanctificatus d fuerit domino, e supputabit sacerdos iuxta annorum numerum[2] f vsque ad iubileum, pretium, & dabit illle qui vouerat eum domino. g In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum,[3] h qui vendiderat eum, & habuerat in sortem possessionis suæ. Omnis æstimatio siclo sanctuarii ponderabitur.[4] i † Siclus viginti obolos habet.[5] K Primogenita quę ad dominum pertinent, l nemo sãctificare poterit & vouere,[6] siue bos siue ouis fuerit, domini sunt.[7] m Quod si immundum animal est, redimet qui obtulit[8] n iuxta ęstimationem suam, & addet quintam partē pretii.[9]

a ¶ Id est proprium intellectum seipsum regere.

a ¶ Doctori. b ¶ Pretio doctrinæ, s. doceatur.

a ¶ Id est tempore remissionis transeunte, s. tempore præsentis vitæ.

a ¶ Qui illum continuo docuerunt: ipse negligendo perdidit.

a ¶ Virtus vel vita fratris, quem ipse negligendo perdidit. b ¶ Sacerdotibus oblatus vt peccatoris efficiatur conuersatio.

¶ Exhortando, arguendo, ne terra perdatur ex toto.

a ¶ Studiosus in operatione mandatorum Dei. b ¶ Simplicitate placens.

D

g *In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum, &c.* Quia non statim cū penitentia datur uel diffinitur penitus mundat, sed ea peracta, ideo recte ait, *In iubileo autem, &c.* peracta enim pœnitentia & remissione suscepta, conuersationis suę agrū suscipiet.

h *Omnis æstimatio siclo sanctuarij pondera.* Vt omnis diffinitio sanctis fiat ponderib. i. de sacra scriptura venientibus, exteriora enim pondera, vt philosophorum vel hæreticorum, quibus veritates & perfectiones hominum pensant, nec sancta nec iusta sunt.

i *Siclus viginti.* Id est decem mandata secū dum literam & secū dum spiritum intellecta. Quicunque autem aut legem aut Euāgeliū renuit, non hēt didrachma, nec eius *pondera sunt sancta.

*æstimationem ī die ipsa.

E

† 12. qō. 2. nulli.

K *Primogenita quæ.* ISI C. Primogenita tanquā pecora nostra sunt q nobis obediūt, filii, serui, & discipuli. Sed horum primogenita sunt, q sic obediunt, vt aliis ꝑbeant exemplum & magisterium, de quib. alibi dicitur. *Omne masculinum ad aperiens uuluam sancto. vo.* Aperit enim vuluam generandorum filiorum, qui secundum Deū ĩcipit obedire. Vnde Paulus de Timotheo ait: *Qui est fili⁹ meus dilectus in domino, ipse vos commonefaciet vias me. &c.*

Primogenita.

Exo. 13. a
Lucę 2. d
1. Cor. 4. d

l *Nemo sanctificare poterit & vouere.* Non quia sanctificatione indigna sunt, sed qa sancta sunt, nec egent sanctificari, vt filius qui sic patrem & matrem honorat, vt etiā exēplum aliis fiat, tanq Deo offerens honorem, qui hoc precepit. Seruus quoq; qui etiā dominis carnalib. in simplicitate cordis non ad oculum seruit, ipsi Deo seruitutem impendit.

m *Quod si immundū.* ISIC. Peccator, qui nec legē sicut oportet meditatur, nec distinguere conatur. Quicunq; ergo vehemēter obediens est patri, domino, aut magistro, nec tñ legem meditatur aut distinguit, primogenitus quidem in pecorib. est, sed immundus est.

Exo. 20. b.
Eph. 6. a.

n *Et addet quintam partem pretij.* Doctrinā ei cū intellectu offerens, & sapienter regens. Insensati. n patris domini aut magistri est, obedientiam eos qui ad se pertinent subditos non docere, & eorum vitā vt operentur secundum legem nō dispo nere. Addat igitur subiectioni & doctrinę intellectum. Ipse enim solus in præsenti mundus est. Ideo ait: *Adde quintam partem pretij.* Habet enim obedientia pretium, ideo non dixit, æsti

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si ager. *Hic consequenter agitur de agro possessio per emptionē cum dicitur.* Si ager emptus est & non de possessione maiorū. *i. parentum illius qui emit.*

C

2 Supputabit sacerdos iuxta annorum, &c. *id est determinabit pretium redemptionis secundum distantiam ad annum iubilei, quia quanto est maior distantia à tempore voti facti vsque ad iubileum, tāto debet esse maius pretium.*

3 In iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui vēdiderat eum. *Et non ad sacerdotes, quia non poterat vendi, nisi vsque ad iubileum, vt patet ex supradictis, xx. cap. & ideo faciens votum de illo agro, non poterat illum obligare, nisi vsq; ad iubileum, quia nihil iuris habebat in eo vltra. Secus autem erat de agro quē habebat ex hæreditaria successione, vt prædictum est.*

4 Omnis estimatio. *in prædictis redemptionibus.*

5 Siclo sanctuarii ponderabitur. *Quia alius erat siclus, quo vtebātur in alijs.*

6 Siclus viginti obolos habet. *Hic dicitur ad determinationem quantitatis sicli sanctuarij, siclus enim communis erat maior, vt dicit Rab. Salomon, quia continebat 24. obolos. Alij autem dicunt, quod erat minor, dicentes quod pondus sanctuarij erat duplex respectu ponderis communis.*

7 Primogenita quæ ad dominum pertinēt. *Hic mouet dubium circa prædicta, quia posset aliquis credere primogenita animalium posse cadere sub voto, hoc remouet cum dicitur.*

8 Nemo sanctificare poterit & vou. *Cuius ratio est, quia nullus potest facere votum Deo, nisi de hoc quod suum est, primogenita autem ratione primogenituræ erant ipsius Dei, vt patet Exo. xiij. & in plurib. alijs locis.*

Exo. 30. b.
Num. 3. g.
Ezec. 45. d

9 Quod si immundum animal est. Hoc *non refertur ad primogenita, quibus erat macula propter quam non offerebantur, sed redimebantur, veruntamen in redemptione eorum non fiebat additio quintæ partis, secundum quod dicit Rab. Sal. hic autem fit huiusmodi additio, vt patet in litera, & ideo secundum ipsum refertur ad illud, quod supra dictum est de redemptione animalium mundorum secundum speciem, quæ tamen non poterant offerri propter maculam, hic autem loquitur de animalibus aliter immundis, quæ licet non possent offerri domino ad hoc quod aliquid de ipsis poneretur super altare, poterant tamen offerri manibus sacerdotis vt venderentur, & pretium in aliqua necessaria templi conuerteretur, vt in reparatione cortinarum uel utensilium uel huiusmodi, si tamen offerens uolebat redimere, addebat quintam partē & sibi carius uendebatur quam alteri ratione prædicta.*

✠ I Omne

xit: æstimabit eum sacerdos, sicut supra.

A a *Omne quod domino cõsecratur, siue homo.* ISICHIVS. Aliud est anathematizare aliud est sanctificare. Quod enim anathematizatũ est, in nullius humanũ vsum nec sacerdotis quidẽ reuerti põt. i. qui de Hiericò aliquid furat⁹, est, quia anathematizata erat, periit. Quęcunq; ac inimicis iure belli cum quibus debebant amicitia iungi, filii Israel rapuerunt, præcipiente domino anathema fecerunt. Nos ergo si B pugnãtes a demonibus spolia belli acquisierimus, consecrare Deo debemus, vt nihil in eis, pprię voluntatis habeamus, siue homo sit, id ẽ suæ põtatis, & nobis cõuersatione equalis: siue pecus, id est subiect⁹. siue ager, id est cõuersatio nostræ sortis.

Anathematizare. Ioan. 7. a.

¶ Admonitione sensatum facere.

Si redimere noluerit, vendetur alteri, quantumcumque fue- a rit * æstimatum. Omne quod Domino consecratur, siue ho- 1 mo fuerit siue animal siue ager, non vænict, nec redimi b poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum-sanctorum erit Domino. Et omnis consecratio quæ offertur ab homine non redimetur, sed morte morietur. 2

¶ Suæ potestatis. a ¶ Alijs subditus. b ¶ Cuiuslibet conuersatio. a ¶ Omnino alienatum a mundo. a ¶ Quia sanctum sanctorum tota possibilitate sua imitatur. a ¶ Peccato. ¶ Vt dicat: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus, Galla. 2. d.

* ante.

✻ PROCOPIVS. Ex his relucescunt differentiæ illorum qui dedicantur Deo. Nam quidam seipsum per alios Deo consecrat. Alius per seipsum dedicatur Deo. Quidã possunt p alios offerit Deo alii nequeũt per alios donari Deo, q videlicet vtũtur ministris Dei in negotio Dei, q quasi æstimatio pro ipsis oblati sunt. Per se donant se Deo, qui administrãt mun⁹ Apo-C stolicũ, in secundo ab his ordine sint, qui diaconatus munia D obeunt, a diaconatu qui descendunt, recidũt ad eã clasẽ hominũ q aliorũ opera iunguntur cultui diuino. Qui sacerdoti functionẽ susceperunt, nunquam poterunt ab hac sese segregare, & ad seculi negotia reuerti. Nam ad omnia habebũtur inutiles.

b *Quicquid semel fuerit con.* ISICH. Iure belli acquisitum non potest aliquis inimicum expoliare, nisi perfecte subiecerit. Alligato enim forti E vasa eius diripiuntur. Diabolo ergo alligato, auferentes spolia eius cõsecramus domino, cum insidijs eius præuenti, caput cõtriuerimus serpentis. Mundi calcatis desideriis, virtutibus acqsitis, ac victoria ditati, q diripuimus recte Deo offerimus. Sancta hæc sunt & pfecta, nec nostra nec aliorum disciplina egentia, nec augmentum, nec profectum suscipiunt.

Matt. 12. c

✻ PROCOPIVS. Sic hostes consecrati Deo penitus delebãt, vt accidit Hierichuntinis ciuibus, qui omnes ore gladii erant perdendi, id est, omnes inexorabili iudicio, quod tipus erat futuri iudicij extremi, Dei dedit & addicti erant.

a Domi- F

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Omne quod domino consecr. *Hic agitur de consecratis, accipitur hic consecratio per deputatione alicuius rei ad cultum diuinum absque reditu ad communem vsum, & tale quid non poterat vendi, vel redimi, & ideo subditur.*

2 Non redimetur, sed morte mor. *Sciendum tamen quod doctores, tam catholici quam* Hebræi *breuiter & superficie tenuus transeunt passum istum, cum tamen habeat multos sensus, vti uidebitur prosequẽdo, propter quod hic intendo diutius immorari. Ad intellectum autem sequentium considerandum, quod vbi translatio nostra habet hic.* Omne quod consecrat Domino &c. *In* Hebræo *habetur.* Omne חרם herem domine. H*erem autem in* Hebræo *duplicem habet significationem. Vno modo significat sanctificationem. Alio modo significat destructionem non quamcunque sed destructionem aliquam ad gloriam Dei ordinatam, vt sit sensus.* Omne herem domino, *id est, omne qđ domino consecratur vel destruitur, & aliquando contingebat quod in eodem facto concurrebat herem secundum vtranque significationem, licet in diuersis rebus, sicut in destructione ciuitatis Hiericho, quantum ciuitatem & habitatores fuit destructio facta ad Dei gloriam ordinata quia peccata illius ciuitatis hoc meruerant, quæ per sententiam domini erant punienda ciuitatis euersione & habitatorum occisione. Quantum autem ad spolia ciuitatis quæ poterant cedere in cultum domini, fuit ibi herem quantum ad aliam significationem, quia aurum, & argẽtum, æs & consimilia fuerunt domino consecrata, ita quod non poterant alijs vsibus applicari. Aliquando vero accipiebatur herem in vno facto pro destructione tantum. Aliquando vero pro sanctificatione tantum. Si autem accipiatur pro significatione tantum, sic talis sanctificatio poterat esse in persona humana, vel animali, vel in re inanimata, secundũ quod dicitur in litera: Omne quod domino cõsecratur, siue homo fuerit siue animal, siue ager, morietur, & secundum hoc illud quod postea subditur:* Non redimetur, sed morte morietur, *varie intelligitur. Non enim homo domino consecratus interficiebatur, cum non sit animal imimmolatitium: similiter nec ager consecratus est mortis vel vitæ susceptiuus, loquẽdo proprie, & ideo oportet quod accipiatur mors æquiuoce. Dicendum igitur, quod si res consecrata domino erat persona humana, aut erat Hebræa, aut Gentilis. Si Hebræa, aut de tribu* Leui, *aut de alia tribu. Si primo modo, pueri a parentibus poterant consecrari domino ad seruiendum tabernacula domini vsque ad mortem: & hoc modo Samuel fuit consecratus a parentibus, vt habetur 1. Regum. 1. Et eodem modo videtur, quod Leuita adultus poterat seipsum consecrare dicto modo, vt habetur Deuteron. 18. videlicet quando* Leuites *manens extra Ierusalem deuotione ductus veniebat ad manendum in Ierusalem, vt ministraret in templo. Si autem quis esset de alia tribu, non poterat sic consecrari, quia non erat licitum ei accedere ad ministerium templi vel tabernaculi, secundum quod dicitur Num. 3. b.* Extraneus qui ad ministrandum accesserit morte moriatur, *& multo magis erat illicitum Gentilibus, poterant tamen personæ de alijs tribubus Israel consecrari domino in alijs pijs operibus exercendis, sicut* Samson *de tribu Dan fuit consecratus in abstinentia ab omni potu inebriatiuo & cibo immundo, ad reprimendum iugum Philistinorum super Israel, vt habetur* Iudic. 8. *Et similiter filia Iepthæ ad seruiendum Deo in vigilijs & orationibus viuendo, in virginitate, secundum quod dicunt* He*bræi Iudicum 11. & de hoc plenius dicetur cum venerimus ad locum illum domino concedente. Si autem erat persona Gentilis, vt pote seruus vel ancilla hominis Hebræi, sicut erat res domini sui, & per consequẽs poterat consecrare eam, quia erat persona serua simpliciter & ad semper, non tamen consecrabatur ad faciendum opera* Leuitarum, *vt dictum est, sed ad quædam opera seruilia ad templum vel ministros eius necessaria, sicut est cedere ligna, & portare aquas ad locum diuini cultus. Et hoc modo Iosue decreuit Gabaonitas in ministerium populi & altaris domini, vt habetur* Iosue *9. Hoc autem modo non poterat consecrari persona* Hebræa, *quia non poterat esse serua simpliciter, sed tantum ad tempus, scilicet vsque ad septimum annum remissionis, & si tunc nolebat egredi liber, manebat seruus vsque ad iubileum, & non vltra, vt habetur Exo. 21. & supra* Leu. 25. Si *autem res consecrata erat inanimata aut erat immobilis vt ager, & tunc distinguẽdum, quia aut erat ager de hæreditate paterna, & tunc poterat domino consecrari, quia talis ager in iubileo non reuertebatur ad priorem dominum, sed remanebat de possessione templi vel sacerdotum.* Si *autem ager esset acquisitus per emptionem, non poterat sic consecrari, quia in iubileo debebat reuerti ad priorem dominum, vt dictum est supra de redemptione votorum, & propter hoc vbi translatio nostra sic habet,* Omne quod domino consecratur, *siue homo fuerit siue animal, siue ager,* In Hebræo *habetur,* Siue ager possessionis, vel hæreditatis suæ. Si *autem res consecrata erat mobilis, vt aurum & argentum, æs, sericum & consimilia, de qdibus poterant fieri instrumenta tabernaculi vel templi aut alia necessaria ibidem, tunc poterant domino consecrari; & de cætero poterant ad vsus alios applicari, vt dictum est de præda ciuitatis* Hiericho, *& multa exempla alia ad hoc sunt in scriptura. Si autem res consecrata erat animal, aut erat animal immolatitium, & tunc sine mutatione aut redemptione immolabatur domino, nisi post consecrationem antequam veniret ad locum immolationis fieret ineptum immolationi, vt per fracturam tibiæ vel alterius maculæ insanabilis, & tunc interficiebatur absque uenditione seu redemptione, quia non poterat alijs vsibus applicari.* Si *autem non esset animal immolatitium, ad templi tamen ministerium uel sacerdotum utile, ut equus, asinus, & similia, tunc manebat in obsequium templi uel sacerdotum usque ad mortem, sicut de seruo uel ancilla dictum est. Si autem accipiatur* חרם *herem pro destructione ad Dei gloriã ordinata, ut sit sensus in allegatione supra posita,* Omne quod domino destruitur, &c. *tunc talis destructio aut erat ex sentẽtia domini, aut iudicũ locũ eius tenentiũ, aut ad implendũ promissum Deo factum. Si primo modo, tunc talis destructio erat simpliciter inferenda, & hoc siue essent personæ humanæ, sicut de Chananęis sententiauit dominus, vt interficerentur a filijs Israel, secundũ quod dicitur Num. 33.* Cum transieritis Iordanem intrantes terrã Chanaam, disperdite cunctos habitet regionis illius, *excepti tamen fuerunt Gabaonitæ, eo quod principes Israel inconsulto domino iurauerant eos non occidere & propter hoc mors eorum corporalis fuit mutata in ciuilem per seruitutem, ut habetur Iosue 9. siue eßent bruta animalia, & ideo Saul qui in occisione Amalechitarum ex cupiditate pepercit animalibus pinguioribus, de quorum morte dominus sententiauerat, sicut, & de hominibus, fuit a domino reprobatus, ut habetur 1. Regum 15. siue essent res inanimatæ, ut pote ciuitates sic destructę, quia debebant ultra reædificari, unde Iosue 6. d. dicitur,* Maledict⁹ vir qui

a *Domini.* ISICHIVS. Eius qui mandata legis operatur, sed terrenam remunerationē præstolatur, adeo agit de frugibus terre decima quidē, i. operatio mādati sancta est, sed nō multum valet. Sed ut uidet, quintā partē addat. i. intelligētiam, vt q̄ sua sunt sāt sapiat & quærat, ut sic sibi decima proficiat. Eius qui terrena sapit, decima quidē sancta est, sed non ipsi, qui a quā retributionem expectare debeat, nescit.

b *Si quis.* IDEM. Secūdum literā multa obscura & insolubilia legislator interposuit, ut de angustiis literæ ad latitudinem spiritus curramus, q̄ tunc bona est cū accipitur quasi instrumētum ad spirituale ædificium. Differentiam ergo discipulorum proponit, sicut in primogenitis mūdis vel immundis, quidam cum obedientia legis meditationē & scientiā acquirūt, quidā solā obedientiā habent. Sic quidā operantes māda ta, sapientiā terrenā habent, & redēptione egēt. Quidam nec redēptione egent, nec mutari debēt tanquā perfecti & consummati, fruges quoque messem de semine dicit, & poma arborum secundum tempus suum.

c *Sub pastoris virga.* IDEM. Virga crucis. s. quibus fides & amicitia Dei donat vt remunerentur, & amici Dei nāminātur. Vnde: *Credidit Abraham Deo, & reputatū est ei ad iustitiam*, & amicus Dei appellatus est, de quibus scriptū est: *Dinumerabo eos, & super arenā multi.* hi terrā non hēnt sapiētiā, nec in his q̄ agūt, corruptibile quærūt retributionem. Ideo non speciale aliquid eorum, sed quæcunque egerint, sanctū est domino, nec eligētur inter bonum & malum, id est, deterius & melius. Non.n. facilis est corū discretio. Quia etsi alterutrum superant, sicut stellā stella, oēs tamen in cælo sunt sicut quæ cælestia sequuntur, & ab illo solo qui sanctos discernit cognoscuntur.

d *Non eligetur nec, &c.* Quia nullus est qui respondere possit, & quod magis eligendum sit, non est vestræ discretionis.

e *Si quis mutauerit, &c.* ISICHIVS. Paulus & Barnabas aliquādo dissenserunt. Barnabas enim dicebat assumēdum Marcū, Paulus autē eum qui semel recessisset non debere assumi. Paulus ergo assūpsit Sylā, quasi deteriore meliorem. Sed vtrūque sāctificatū est domino. Barnabas quippe assumpto Marco nauigauit Cyprū, qui secū prędicauit. Qui intātū claruit, vt fieret vnus de quatuor euangelistis. Quod Paulus retractans, & cognoscens, quia nullus sanctorum repudiandus est, nec facile discerni potest inter sanctos, quis bonus quis melior, Marcum reuocauit, scribens ad Timotheum ait: *Assumens Marcum, deduc tecum, est enim mihi vtilis in ministerium.*

f *Sanctificabitur domino, &c.* IDEM. Cum omnium cursus diuinus sit & altus & supernæ conuersationi proximus, frustra conaris hunc subducere, illum inducere, & Deo quasi meliorē consecrare.

g *Hæc sunt præcepta quæ mandauit, &c.* IDEM. Discipuli nostri quando sunt perfecti, nihil nostri egēt magisterii: ideo autem immundorum primogenita esse redimenda, mundorum vero nequaquam, sed hæc dom.no cōsecrata, nec ea quæ nouissime sunt dicta: perfecta enim demōstrata sunt, quia intētionem diuinam cęlestemque gerunt.

Margin: 1.6.q.7.c. Oēs decimæ, de dec.c.1. — bouis & ouis & capræ. — quæret bonum ne an malū. — Gen.15.b. — Ps.138.d. — 1.Cor.15.c. — Act.15.g. Dissentio Pauli & Barnabæ. — Act.13.a. — 2.Tim.4.c — Discipuli perfecti.

† Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non † eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. Hæc sunt præcepta quę mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

(Interlinear: ¶ Vbi sibi prosint. — ¶ intelligentiam. — ¶ Quia in his difficilis est discretio. — ¶ Quia nihil deest. — ¶ Qui poterat intelligere mysteria & præcepta. — ¶ Qui infirmi & non capaces mysterij.)

Finit Leuiticus.

## NICOLAVS DE LYRA.

suscitauerit & ædificauerit ciuitatē Hiericho. *Si autē talis destructio erat inferenda ex sententia iudicum locum Dei tenentium, propter quod dij appellantur. Exod. 22. d.* Dijs non detrahes. *talis sententia erat executioni d mãda absque redemptione aliqua, videlicet quando aliquis per eos erat morti adiudicatus, maxime propter homicidium, non poterat pretio aliquo redimi vita eius. vnde Nume. 35. d. dicitur.* Nō accipietis pretiū ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. *Alio modo talis destructio inferebatur propter adimpletionē promissi Deo facti, secundum quod habetur Num. 21. a. vbi dicitur:* Et Israel voto se domino obligans ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. *& ibidem subditur.* Et vocauit nomē loci illius horma, *quod significat destructum, & descēdit ab hoc ē, quod significat destru. unde ibi trāslatio nostra habet horma, scriptura Hebraica habet חרמה horma. Nomina enim Hebræa scripta literis latinis minus proprie scribuntur communiter. Ex prędictis patet quod cum dicitur.* Omne quod domino cōsecratur non redimetur, sed morte morietur. *Mors enim in diuersis accipitur æquiuoce, quia Leuitæ consecrati diuino cultui dicebantur mortui, sicut apud nos religiosi mortui mundo dicuntur. agri & res inanimatę cōsecratæ mori vel mortuę dicebantur, sicut possessiones ecclesiæ dicuntur amortizatæ, & eo d̄e modo dicendum est de seruis & ancillis. Animalia uero immolatitia moriebātur proprie per immolationē. Similiter & homines & animalia morti adiudicata per occisionē. Ciuitates autē destructę dicebātur esse similitudinarie mortuæ, quia nō erat reditus ad earum reædificationem, sicut in hōib. & animalibus non est reditus de morte ad uitam. Sciendum ēt q̄ consecratio prædictorum aliquando cedebat in utilitatem sacerdotū aliq̄n autem in necessaria ipsius templi, secundum quod cōsecrans exprimebat in consecrando, de illis tamen quæ poterant venire in usum sacerdotum, ut seruus, ancilla, & consimilia.*

1 Omnes decimæ. *Hic consequenter agitur de decimis, quæ dicuntur sanctificatæ domino, quia erant deputatæ ad sustentationem Leuitarum.*

2 Si quis aūt, &c. *Cuius causa supra dicta est de redemptione uotorū.*

3 Quæ sub pastoris uirga. *Modus est enim pastorum cum uirga numerare animalia egredientia de caulis ad pastum, & similiter cum reuertuntur ad caulas. Cetera patent in litera. Vltimo recapitulat dicens.* Hæc sunt mandata. &c. *& patet.*

Margin: Mors æquiuoce sumitur.

## MORALITER.

✣ 4 *Hæc sunt præcepta quæ manda, &c.* Hic agitur de uoto & eius redemptione. Duplex autem uotum hic tangitur. Vnū de personis, aliud de rebus possessis. & inter res istas computantur serui & ancillę, quia sunt quędā res domini sui, licet sint rōnales creaturæ. Quantum ad primū uotum fit distinctio personarū s̄m sexum & s̄m ętatem, & s̄m pretium quo uendi possent, & sic maior est redēptio uiri per votū Deo obligati quā mulieris, & similiter maior est redēptio viri in ætate fortiori, scilicet a viginti annis & supra usq; ad sexaginta, q̄ ante uigesimū annū & post sexaginta. Igitur per ætates, sexus, & fortitudines mystice designatur diuersi status, in quib. hoīes ad plura vel pauciora Deo sūt obligati. Nā laici obligāt ad obseruātiā preceptorū. Clerici uero in sacris ordinib. cōstituti cū hoc obligant ad obseruantiā castitatis, personæ uero religiosę hoc obligatæ sunt ad viuendū in obedientia, & sine proprio. Inter religiosos aūt aliqui plus aliis s̄m arctiorem regulam, & statuta sunt obligati. Prælati uero ad ponēdū animā suā pro subditis suis (qd̄ est maximū) obligantur. Secūdū igitur in qd̄ diuersis statio psonæ Deo in maiorib. sunt obligatę, s̄m hoc p votis suis dāt Deo maius pretiū, si bn̄ obseruēt suū statū, cæteris tn̄ parib. s. q̄ ęquali charitate operētur, & hmōi, & hæc proportionabiliter intelligēdo, & s̄m hoc expectant a Deo maius p̄miū. Res aūt quę Deo per votū obligantur, sunt serui, ancillæ, domus, & agri, vt patet in textu, & quāto sunt maioris ualoris, tanto maior est uoti redēptio, in illis dūtaxat quę poterant redimi, nā animalia immolatitia Deo redimi nō poterāt, sed oportebat ea īmolari. Per redēptiones igit̄ istas, mystice significatur, q̄ illi q de reb. possessis plus expendūt in obsequiis diuinis, maius p̄miū expectant a Deo, cæteris tn̄ parib. s. facultate, charitate, & huiusmodi quæ ad meritum operantur, nam pauper uidua, quæ duo minuta misit in gazophylaciū, plus obtulit Deo, quam diuites qui magna munera, secundum testimonium Saluatoris nostri. Marci 12. & Lucę 21.

Margin: Votum duplex.

# PRÆFATIO IN LIBRVM NVMERI.

Liber iste & ordine historiæ & mysterio quarto loco ponitur in lege. Ordine historiæ, quia in Leuitico qui terti⁹ est, agitur de vtēsilibus tabernaculi, & de ordine Leuitarum & sacrificii. Hic autē de dedicatione tabernaculi agitur, quid sc. de Leuitis, quid de vtensilibus tabernaculi portare debeant. Mysterio hoc ostenditur. Excubare circa tabernaculum depositū, vt dicit ternis tribubus in singulis quartis: per quod signantur 12. apostoli per quadripertitum orbem fidē sanctę trinitatis docuisse. Sed ēt inter figuras, quadratura nihil firmius est, quaternarii quoque operis perfectio commendatur. Quarto die facta sunt luminaria. quarta ætas sub Dauid fuit robustissima, quarta ēt ętas hominis fortissima, quatuor tm̄ recepti sunt q̄ scripserunt euangelia. Inter dona spiritussancti fortitudo, & inter penitentiales psalmos, *Miserere mei Deus.* quartus est in quo de humilitate (per q̄ sumus fortes) agitur. Inter nomina dñi quartū est, fortis, præcedunt admirabilis, consiliarius, Deus. Sequitur pater futuri seculi princeps pacis, & similia. In hoc quoque libro eorum qui numerantur fortitudo ostenditur, dum hi qui ętate & virtute bello sunt apti, numerari iubentur.

Quaterna rius nume rus comē datur.

Gen. 1. c.

Psal. 50. a. Esaiæ. 9.

Dicitur liber Numeri, quia in eo numerātur Israelitę: tū ide, tum quia mansiones à Ramesse vsque ad Iordanem. Sed *quia omnia in figura contingebant illis:* & lex erat vmbra futurorū, ita legenda est historia, vt non amittatur allegoria. Numerati Israelitæ soli, non proselyti & alienigenę qui erant inter illos, non tamen omnes, quia nec pueri nec fœminę, sed tantū viri qui apti bello erant. Etenim alieni a Deo, Gētilium spurcitia, vel crudelitate Iudaica, vel etiam Christiani puerilē leuitatē, vel mollitiē fœmineam habentes, inter filios Dei non numerant. Non sunt numerati in Aegypto, sed postq̄ trāsierūt mare rubrum, post columnā ignis in mansione iuxta montem Sina, quia manentes in in tenebris peccatorum nō sunt Dei, sed mundati baptismo & armari manus impositione. Māsiones merito xlii. computantur, a prima quæ fuit in Ramesse vsque ad Iordanem, vt per hoc signetur nos per tot gradus virtutum ascēndere in cælum, quot generationibus Christus ab Abraham descendit ad Mariam.

Num. qua re.

1. Cor. 10.

Intētio Moysi in hoc opere est Christianum populū & ei⁹ profectum, & ascensum a terra in cælum per Israel, & p̄ xlij. mansiones designare. Per Israel. n. Christi populus, per progressus mansionum profectus virtutum significatur.

Intentio.

Ordo libri talis est. Primò duces populi, & populum circa tabernaculum numeratos per quadrum collocat. Leuitas, a numero exceptos, ad ministerium tabernaculi destinat, deinde tabernaculum dedicatur, & modus oblationū, & catalogus mansionum computatur. Deinde propheta Balaā à rege Balaac ad maledicē dū populum Dei inducitur. In fine sex ciuitates ordinant, tres vltra, tres citra Iordanē, ad quas confugeret, q̄ nolēs, sanguinem proximi effunderet. Leuitæ iter tabernaculū & cæteros filios Israel excubātes, diuisi p̄ Amramitas ab Oriente, p̄ Caathitas ab Austro, Gersonitas ab Occidente, & Meraritas ab Aquilone, significant prælatos ecclesiæ, q̄ sunt medii inter ministros tabernaculi, quib. in temporalibus prouident, & inter laicos, quibus in spiritualib. præsunt. Amramitę i. Moses & Aaron & horū filii, inspiciunt & inuoluunt tabernaculi secretiora, & introducentes Caathitas dāt eis propriis humeris portanda inuoluta, vt uidentes non moriantur. Non sunt. n. propalanda ecclesiæ mysteria, nisi summatib. viris i. Mosi & Aaron, qui infirmi inde scandalizantur. Vnde & liber euangelii presbytero & diacono portat apert⁹ aliis vero clausus. Gersonitæ autem & Meraritæ qui sunt indigniores Caathitis, nō ppriis humeris, sed bob. & plaustris sua portant onera. Quia q̄ vult venire post me, me sequatur, quasi per mortē. Et quanto magis quis vult, tāto maior persecutio.

Ordo.

Luc. 9. c.

*Benedicetis filiis Israel & dicetis, &c.* Ab hoc loco sumpta est bñdictio q̄ facit episcopus. Duo digiti qui eleuantur mnēti legē significant & sacerdotium, quę per Mosen & Aaron intelliguntur. Tres versus q̄ sequuntur, continent diam trinā petitionem quæ fit in verbis episcopi. Pereat gratia spiritus sācti, vera salus, p̄ x æterni. Deinde sequitur distinctio nominū sēper his verbis. *Quod ipse præstare dignetur qui cum patre et spiritu sancto viuit, &c.* In tabernaculi dedicatione oblata sūt munera a primatibus in vsum eiusdem, & sustentationem Leuitarū, quod hodie fit cum dedicatur ecclesia aliqua. Sicut & laicorū consuetudine, mulieri cum desponsatur viro, multa dona offerunt. Et dñs filiis Israel in Aegypto sdic quo educeret, concessit argentea vasa. Et post mare rubrum non duxit eos statim recta via contra hostes, ne territi retrò abirent, sed p̄ circuitū: deinde pcepit *ne tempori re. p. t.* Caute oīa prouisa. Introeuntibus. n. in ecclesiam primo decor eius ostēdendus est, ut appetat, nō miseria, vt timeatur. Similiter & Meratitæ.

Benedictio quā facit Episcopus.

Orig. Diuinis numeris non oēs digni sunt, sed certis prærogatiuis designati. Vnde in hoc libro neq; mulieres educūtur ad numerum, pro fœminea scil. infirmitate, neq; serui tāquam uitā moribusque degeneres, nec Aegyptii Israelitis admisti: ut alienigenæ & barbari. Soli Israelitæ numerant, & nō oēs sed a uiginti annis & sup. Nec tm̄ ætatis habetur obseruatio, sed & bellici roboris. Designatur. n. per uerbum Dei, ut numeretur oīs qui procedit in uirtute Israel. Puerilis ętas nō numeratur nisi primogeniti aut de sacerdotali, uel Leuitica stirpe. Fęminarū vero nulla numerat. Possunt hęc vacua esse mysteriis? Procurauit hoc solū spiritussanctus qui hęc dictauit vt sciremus q̄ numerati sunt, & qui nō? Quis dabit ex hoc profectus his qui sacris uoluminibus gestiunt erudiri? Sed (q̄a s̄m Paulum lex spiritalis est) si transcendero puerilis ętatis insipientiā, vir factus deposuero quę sunt paruuli & factus fuero iuuenis, q̄ vincam malignum, aptus uidebor his qui procedunt in uirtute Israel, & diuinis numeris dignus. Cui aūt iest puerilis & lubricus sensus, uel fęminea & dissoluta segnities, uel Aegyptii & barbari mores, apud Deū i sācto numero nō habetur. Innumeri aūt apud Salomonē dicūtur esse q̄ pereūt. Numerati aūt omnes, qui saluandi sunt. Et de stell. dicitur Psalm. cxlvj. a. *Qui numerat multitudinem stellarum, &c.* Et dominus etiam capillos capitis discipulorū dicit esse numeratos, non q̄ tondent vel proiiciūtur, uel ętate pereunt, sed qui in Nazaræis erant, quib. inerat virtus spiritussancti ad prosternē dos alienigenas. Virtutes ergo animi & multitudinem sensum de mente tanquam de capite appostolorum prodeūtes capillos capitis appellauit.

Hom. 1. in Numeros Qui non fuerint numerati.

Rom. 7. c. 1. Cor. 13. d. & 1. Io. 2. b

Eccl. 1. d.

Matt. 10. d Iudic. 15. c Hiere. 7. f

Idem. Illud quoque consideremus, q̄ non statim vt egressus est de Aegypto populus numeratur: adhuc. n. persequebatur Pharao. Sed nec cum mare rubrum transiens venit in desertū. Nondū. n. tētatus, nōdum ab hoste fuerat impugnatus. Cōfligit contra Amalech, & vicit. Nec numeratur adhuc: nō. n. sufficit ad perfectionem tēdenti vna victoria, nec accepto mannę cibo, & aquæ de sequenti petra populo nondum. n. ea quæ numeris sunt apta adolenerant. Tabernaculū testimonij construitur: nec adhuc numerandi tempus, lex per Moysen datur, mos sacrificiorū traditur, purificationis ritus docetur, sanctificationum leges & sacramenta conduntur, & tunc ad numerum iussu Dei populus adducitur.

Vbi supra Quomodo numeratur.

Exod. 17. c

Exo. 16. c.

Vide ergo quanta tibi transeunda, quāta toleranda, quod profectib. quod tentationib. quot plus. s. pugnandum, quot vincendum, vt pertineas ad diuinum numerum, & inter sanctas tribus numereris & possis visitari, & per Dei sacerdotes Aaron, & Mosen numerorū censibus ascribi. Suscipienda est tibi primo lex Dei, lex spiritus eius, offerenda sacrificia, explēdæ purificationes, peragenda omnia quæ lex spiritus docet.

Origen. Ratio quoque tribuum, distinctio ordinum, societas familiarum, & cuncta ordinatio castrorum, ingentium sacramentorum produnt, indicia. Certa. n. expectatio nobis est resurrectionis mortuorum, cum hi qui viuūt, qui residui sunt in aduentu Christi non præuenient eos qui dormierunt sed simul rapienē cū illis in nubibus obuiam Christo in aera, terreni scilicet huius loci corruptelam, & mortis habitacula deserentes, siue omnes in aere sicut Paulus pronuntiat, permansuri, siue ēt aliqui ad paradisum vel ad alia ex multis māsionib. loca q̄ apud patrē, sunt transferendi. Diuersitas aūt trālationis, & gloriæ pstabitur s̄m merita cuiusque. Vnde: *Quisque, autem in suo ordine.* In resurrectione ergo vnusquisque aut in tribu Ruben spiritualibus indiciis ascribuntur, quia s. aliquid in actibus vel in moribus simile & consanguineum habuit. Alius in tribu Simeon, fortassis pro obedientia. Alius in tribu Leui, credo cui præfuit bene sacerdotio, vel q̄ bene ministrans, gradū sibi bonū acquisiuit. Alius in tribu Iuda, qui scilicet regios spiritus, gessit & populum qui intra se est bene rexit, sensum s. mentis, & cogitationes cordis. Singulis quoq; tribubus vnusquisq; sociabitur, pro his q̄ in actib. vel in moribus i psis cognata habuit. Et erunt huiusmodi ordines in resurrectione mortuorum, qui in hoc libro figurantur.

Roma. 8. a Vbi supra.

1. Thess. 4. d.

1. Cor. 15. c

1. Tim. 3. c

Illud quoque quod quadam connexione tribuum, castrorū positio, & metationis ordo describitur, significat aliquem statum in resurrectione mortuorum. Quod tres ad orientē collocantur, tres ad occidētem, tres ad meridiem, & tres vltimæ ad aquilonem, qui durus dicitur ventus. Quod etiam tribus

Status in resurrectione mortuorum. Eccl. 43. c.

Iuda quæ regalis est ad orientē statuitur, ex quo dominus ortus est, nō puto otiosum. Quòd & Issachar huic iungit Zabulō, & ꝙ in quatuor partes trinus iste numeros ordinatur. Quę quāuis positionū suarū diuersas habeant qualitates, omnes tñ intra trinitatis numerum continentur. & quòd per totas has quatuor partes in vnū numerum colligitur eadē trinitas semp, quia s. sub vno nomine patris, & filii, & spiritussancti cēsentur omnes qui ex quatuor partibus orbis venientes inuocant nomē domini recumbentes cum Abrahā, & Isaac & Iacob in regno Dei. Hęc generaliter diximus, volentes huius libri continentiam mysticam breuiter cōprehendere, & susceptā occasione vnusquisque in reliquis similem, aut si cui plus Deus reuelat, superiorem prosequatur imaginem. Ego. n. vere me imparem iudico ad enarrāda mysteria libri Numerorū, multo autem inferiorem ad illa quæ concludit Deuteronomij uolumen.

A — Eccl. 44. d. — Matt. 8. b.

RABANVS Numerorum librum multiplici mysteriorum obscuritate inuolutum patres ostendūt. Ibi enim numerus filiorum Israel mystice describitur & singularū tribuū castra circa tabernaculū testimonii ad formam ecclesię locantur. Ibi Leuitarum in ministerium distributio & oblatio principum secundum conuenientiam sacramentorum. Tandem omnium mansionum ab Aegypto usque ad terrā promissionis catalogus numeratur. ut monstretur qualiter de Aegypto spiritali egressi, per mare rubrum & eremum præsentis seculi properemus ad promissam patriam in cælis.

In 1. caput Numeror. — B

IDEM. Iuxta finem Exodi scriptum est; *Igitur mense primo anni secundi, prima die mensis collocatum est tabernaculum. &c.* Et nūc in capite Numerorum: *Locutusque est dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero, &c.* Vbi notandum, quod in duodecima mansione, id est in solitudine Sinai vbi Moyses ascendit, & dominus descendit in montem vt daret legem, ibi fabricatur tabernaculum, ibi præcipitur diuersitas hostiarū & vasorū: & indumenta pōtificis Leuitarū ceremoniæ, numerus populorū, & Leuitarū, & oblationes principum. Eodē quoq; anno licet non eodem mēse, quo erectū tabernaculū, numerus filiorū Israel descriptus est. Annus, uero uel mensis secundus, tempus noui testamenti significat, quod post Christi aduentū, passioneq; & resurrectionem, usq; ad finē mundi ptingit. Post baptismum. n. in quo de spiritali Aegypto, submerso vero Pharaone egredimur, in nouitate uitę ambulamus, & ad terrā promissionis tendentes, in deserto Sinai id est in conflictu tentationū carnis incētiua superare nitimur; Sinai. n. interpretatur rubus quo significatur ecclesia, in qua apostoli prædicant, & spiritale prælium geritur; ibi loquitur dominus ad Moysen, quia legem dat ad instructionem credentium, id est spiritalium Israelitarum.

Exo. 40. b. — Numer. 1. a. — C — Quo anno numerus filiorū Israel descriptus. — Rom. 6. a.

ISID. Liber Numeri appellatur, quia multitudinis Israeliticæ perfectorum uirorum computationem tenet & numerum, profectiones, quoque mansionesque a finibus Aegypti ad mortem Moysi. In quo dies dedicationis tabernaculi, & oblationū modus, nō sine numeri sacramento numeratus ē. Catalogus aūt mansionū filiorū Israel, quæ, a prima vsq; ad ultimā numeratæ sunt, simul 42. de quib. Matthæus ab Abraham vsq; ad Dauid generationes 14. & à Dauid, usque ad trāsmigrationem Babylonis generationes 14. & a trāsmigratione Babylonis usq; ad Christum generationes 14. Per has currit Hebręus qui de terra festinat transire ad cœlum, & Aegypto huius seculi derelicta, terram promissionis ingreditur.

Liber Numeri quare. — Matth. 1. a.

Nec mirum si illo numeri sacramento peruenitur ad cælum quo Christus a primo patriarcha uenit ad uirginem quasi ad Iordanem, quæ pleno gurgite fluens spiritussancti gratia redundauit.

Prima mãsio.

ISIDORVS. Prima mansio est רעמסס Ramesses, urbs in extremis finibus Aegypti. in qua populus congregatus exiit in desertū, s. altera die post pascha in conspectu Aegyptiorum. Quā quidā commotionem uel tonitruum interpretantur ꝙ commoti fuerimus ad euangelicam tubam, & excitati tonitrui gaudio in mense primo: præterita hyeme, ueris exordio cum omnia renouantur, eximus 15. die mensis primi in crastino paschę pleno mensis lumine, post esum agni immaculati, calciati pedes de apostolo: & accincti lumbos de pudicitia, & baculos in manibus tenentes.

Ephes. 6. c. — D — Exo. 12. b.

IDEM. Secunda mansio est סכת Socoth, in qua coquunt panes azymos, & primum tendunt tabernacula, unde & locꝰ nomen accepit, quia Socoth interpretatur tabernacula, uel tentoria. Cū ergo exierimus de Aegypto, id est de seculo primum tabernacula figimus, scientes, nobis ad ulteriora pergēdum, & ad sancta... terram uiuentium accelerandum.

Secunda.

IDEM. Tertia mãsio est אתם Ethan, quæ est in extremo solitudinis, in qua primum uidetur dominus precedere populū in colūna ignis. Ethā sana fortitudo vel professio, Pręparemꝰ ergo nobis fortitudinem, assumentes nobis perfectum robur vt inter errorum tenebras & cōfusionū noctes scientiæ Christi lumen appareat. Dies quoque noster nubem habeat protectionē, vt his ducibus ad terram promissionis perueniamus.

Tertia. — Exo. 13. b.

IDEM. Quarta mansio est פיהחירת Phi airoth, quę est contra Beelzephon, & interpretatur os nobilium, ut assumpta fortitudine nobilitemur in domino contemnentes Beelzephon qui interpretatur dominus Aquilonis, & eius superbiam declinantes. Ab hac mansione profecti filii Israel transierunt p medium mare in desertum, & viderunt Pharaonem cum exercitu pereuntem, Mariam præcinentem in tympanis.

Quarta. — Exo. 15. a.

IDEM. Quinta est מרה Marah, ad quam peruenerūt transito mari post triduum, & interpretatur amaritudo. Post prædicationem. n. euangelii & tabernacula migrantium, post fidē assumptam, post baptismum atque victoriam rursus venitur ad amaritudinem, vt voluptas & luxuria vitę amaritudine terminetur, & per crucis lignum quasi per cruciatū iterum suauitas compensetur.

Quinta.

IDEM. Sexta est mansio אילם Elim, vbi erant 12. fontes aquarum & 70. palmæ in figura 12. apostolorum: & 70. discipulorum secundi ordinis, de quorum fontibus doctrinę potum haurimus, & dulces fructus victoriæ capimus. Vnde bene Elim in arietes fortes vertitur Ibi enim sunt robusti principes gregis, duces ouium, doctores gentium.

Sexta. — E

IDEM. Septima mansio est iterum ad mare rubrum ים סוף Iāsuph. Sed quæritur quomodo post transitum maris rubri, & fontes Marah & Helim, rursos ad mare rubrū venerint, nisi in itinere pergētibus quidam sinus maris occurrerit, iuxta quē castrametati sunt. Aliud est enim transire mare, aliud in proximo figere tabernacula. Ex quib. monemur, ēt post euangelicā doctrinā, & cibos dulces triumphorū aparere nobis interdū mare, & præterita discrimina poni ante oculos.

Septima.

IEDM. Octaua est in solitudine סין Sin, in qua tēditur vsq; ad montem Sinai. Sin autem rubus vel odium interpretatur, quia cū venerimus in locum ecclesiæ, de quo nobis dominus locuturus grande odium meremur inimici.

Octaua.

IDEM. Nona mansio est דפקה Daphca quæ dicitur pulsatio, quasi, pulsate & aperietur vobis. sensus quoque est manifestus: quia postquam venerimus in locum ecclesiæ, incipimus in sacramenta pulsare.

Nona. — Matt. 7. 8c

IDEM. Decima in אלוש Alus, quod interpretatur fermentum, quod tollēs mulier miscuit farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum. Ibi murmurans populus accepit vespere coturnices, & mane alterius diei manna. Et bene in decima mansione manna tribuitur, quia post decalogi perfectionem angelorum panis manducatur.

Decimã. — Matt. 13. c. — Exo. 16. c — F

IDEM. Vndecima mãsio est in רפידים Raphidim, quæ interpretatr dissolutio fortiū, vel remissio manuū. In hac sitiēti populo fons de petra Oreb. in similitudine Christi erupit. Ibi Iesus in typo saluatoris contra Amalech militat, & in signo crucis dęmonū aduersū nos tentamenta surgentia deuincūtur Illuc venit Iethro ad Moysen dans ei consiliū 70. seniorū & in typo ecclesiæ ex gentib. congregatæ quia legis imminutio euangelio succedente complet. Pulchrè dissolutio vel sanitas Raphidim dr, ꝑpter dissipatū Amalech, vel pp sanatum Israel. Cęteræ in suis locis conuenientius exponentur.

vndecima. — Exo. 17. b. — Exo. 18. d.

CAP.

A

CAP. I.

Hom.1.in Num.

Omnium uirorum. ORIGENES. Aliàs Lxx. Omnis qui procedit in uirtute Israel, &c. qui ergo procedit in uirtute numeratur, & in uirtute tamen Israel. Est enim uirtus animi quã Græcorum philosophi docent, quæ non pro Deo, sed pro gloria exercetur humana. Est & Assyriorum uirtus, vel Chaldæorum in Astrologiç studiis, sed nõ Israelitica, nec ad Deũ pertinens. Sola uero apud Deum uirtus Israelitica numeratur, quæ a Deo docetur, per scripturas diuinas discitur, per fidem euangelicam & apostolicam traditur.

Gen.16.

✲ THEODORET. Iussit Deus numerari populum, ut ueritatem suæ promissionis demonstraret. promiserat enim Abrahæ multiplicaturum semen eius tanquam sydera.

B

Ostendit itaque suæ promissionis veritatẽ, quia ex septuaginta quinque qui descenderant in Aegyptum, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta viri numerati sunt bello idonei, utraque semota ætate tam immatura quam pro uectiore, similiter & genere fœmineo & Leuitica tribu. Unde Isaias ait. *Intuemini in Abraham patrem uestrum, & Saram quę peperit uos, quia unus erat & uocaui eum, & benedixi illi ac multiplicaui eum.*

D

Isaiæ 51.

# *LIBER NVMERI,*

*Hebraicè* וידבר *vaiedabber, id est, Et locutus est.*

CAP. I.

Quasi quæ dicuntur, vt verba domini perferantur.

a Sapientissimum Hebræorum.

LOCVTVSQVE est dominus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto dicens: † Tollite summam vniuersę congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum, quicquid sexus est masculini a vicesimo anno & supra omnium † virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas tu & Aaron, eruntq. vobiscum principes tribuum ac domorum

(Interlinear glosses: a Noui testamenti. — Mundo. — a Non fœminini cui obstat infirmitas. — b Quia hęc ætas apta bello. — a Non sola ætas sed virtus requiritur Israelitæ. — a Lex & sacerdotium spirituali sensu annumerant primatum ecclesiæ, & officia singulorum, quia secundum tenorem legis, per vero sacerdotes omnis ecclesiæ ordo disponi debet.)

b Principes tribuum. AVGVSTIN. Quid est quod singulos de singulis tribubus eligi iubet principes, eosque uocat χιλιάρχους, quos quidam Latini tribunos vocant vel appellauerunt. χιλίαρχοι autem a mille uidentur dici. Sed cum consilium daret Iethro Moysi, quod etiam Deus approbauit, de populo sub principibus ordinando, ne omnes causæ Moysen onerarent, χιλιάρχους dicit constituendos super millenos homines, ἑκατοντάρχους, super centenos, πεντηκοντάρχους super quinquagenos, & δεκαδάρχους super denos, ab ipsis numeris quibus prǽessent cognominatos. Nunquid & hic sic accipiendi sunt χιλίαρχοι, quod singuli essent super millenos? Non. neque enim omnis populus ☞ Israel

Qõ.1.in Num.

Exo.18.d.

E

†Inf 22.a.

†egredien dũ ad pugnam iu

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. I.

1 LOcutusque est dominus ad Moysen. *Ex prędictis in præcedentibus libris patet, quod sicut in libro* Gen. *agitur de fidelis populi electione, cui lex erat danda, sic in Exodo agitur de legis datione populo iam electo, & a seruitute Aegyptiaca liberato. Veruntamen quamuis in Exod. sit data lex quantum ad præcepta moralia, iudicialia, & ceremonialia, hoc tamen est breuiter & succincte, & ideo in alijs libris subsequentibus additæ sunt aliquæ leges ordinationem populi domini magis specificantes, & ad tria prędicta reducuntur. In* Leuitico *vero sunt additæ leges vel præcepta, quæ specificant ordinationem populi respectu cultus diuini, vt visum est ibidem. Consequenter autem in hoc libro Numerorum adduntur illa quæ specificant ordinationem populi respectu conuictus mutui. Imminebat autem tunc populo proficisci ad terram sibi promissam, & ideo primo ponuntur illa quæ pertinent ad ordinationem populi proficisci debentis. Secundo quæ pertinent ad ordinationem ipsius actu proficiscentis 34.cap. Circa primum considerandum, quod in populo debenti proficisci, necessario requiritur quod aliqui sint subditi & obedientes, & alij sint regentes, quia* vbi non est gubernator, populus corruet. *Prouerb. 11.b. Et ideo primo ponitur ordinatio subditorum, & secundo rectorum septimo cap. Circa primum primo ponitur ordinatio populi secundum legem communem, secundo quantum ad specialem obligationem 6.cap. Circa primum adhuc primo præmittitur ordinatio populi subditi, secundo remotio impedimenti 5.cap. Circa primum considerandum, quod in populo subdito communiter sunt tres status uel ordines, scilicet agricolæ, milites, & Deo seruientes. Primus non habet hic locum, quia populus tunc habebat panem de cœlo collatum sine labore, ut dictum est Exod. 16. Et ideo primo agitur de ordinatione bellantium, secundo de ordinatione* Deo *ministrantium 3.c. Circa primum adhuc primo pręmittitur numerus bellatorum, secundo eorum situs circa tabernaculum ca.2. Circa prędictam numerationem primo ponitur pręceptum domini, secundo executio mandati, ibi.* Hi nobilissimi principes. *Circa primum dicitur sic.*

Locutusque est dominus. *Ista dictio copulatiua, que, copulat huic librum ad pracedentem, & est sensus, sicut in pracedenti lib. locutus est dominus ad Moysen de ordinatione populi in cultu diuino, sic in isto de conuictu populi ordinato.*

C

2 In deserto. *Antequam inde recederent uersus terram promissionis.*

3 In tabern. *Quia ex quo fuit erectum ibi*, loquebatur dominus ad eum. *tabernaculum autem fuit erectũ mense primo, prima die mensis anni secundi exitus filiorum* Israel *de Aegypto, dominus autem ista dixit Moysi per mensem post, sicut statim subditur.*

4 Prima die. *Et patet.*

5 Tollite. *Dicit Rab. Sa. quod simile est homini habent peculium ualde dilectum, propter quod numerat ipsum frequenter. Populus* Israel *erat quasi peculium Dei, ut habetur* Exod. 19. *& ideo numerus eius exprimitur in exitu de Aegypto, ut habetur* Exod. 30. *& 31. Hic uero similiter pręcipitur numerari. Et quod hæc numeratio sit alia ab illa patet, quia de argento illius numerationis factæ sunt bases tabernaculi, ut habetur* Exod. 30. *& ideo illa numeratio præcessit fabricationem & erectionem tabernaculi, ista autem quę hic pręcipitur secuta est erectionem tabernaculi per mensem, ut iam dictum est.*

Similitudo elegãs.

6 Per cogna. *i. tribus, uoluit enim dominus, quod non solum sciretur numerus multitudinis in generali, sed etiam cuiuslibet tribus per se & in speciali.*

7 Et domos. *Quia in una tribu erant multæ familiæ sicut in tribu* Leui *erant Caathitę, Meraritę, Gersonitæ, & faciebant diuersas domos.*

8 Quicquid. *Et sic mulieres excludebantur ab ista numeratione.*

9 A vicesimo an. *Quia iuniores non mittebantur ad prælium.*

10 Virorum fortium. *Ad excludendum senes, qui iam erant emeritę militiæ.*

11 Eruntque vobiscum princ. *Fuerunt enim adiuncti in hoc negotio Moysi & Aaron, quia quilibet eorum magis cognoscebat illos de tribu sua, quam Moyses & Aaron.*

✲ 1 Hi

*MORALITER.*

✲ 1 *Locutusque est.* In hoc capitulo describitur populi numeratio per Moysen & Aaron, & 12. principes populi. Mystice per Moysen ducem, & Aaron põtificem intelligitur ipse Christus, qui simul dux est populi Christiani & sacerdos summus. Per 12. Principes intelliguntur apostoli & eorũ successores, per populum numeratum, populus credentium ad prædicationem apostolorum, Christo tamen principaliter operante, propter quod ipse dicit Io. 15. a *Sine me nihil potestis facere.* Numerantur autem hic potentes ad bella procedere, per quod significantur fideles quandiu sunt de corpore militantis ecclesiæ. Dicuntur autem sexcenta tria millia quingenti quin

† quagin-

Israel 12. millia tunc fuerunt. Singulos enim elegit de singulis tribubus, quę non millenos, sed multa millia continebant. Nomen ergo commune est cum illis qui in Exodo appellantur χιλίαρχοι, quod vnusquisque illorum esset mille hominum princeps, istorum autem vnusquisque multorum millium princeps, quia siue a mille siue a millibus, eadem cōpositio nominis resonat vt vocentur χιλίαρχοι.

a *De tribu Ruben.* RABANVS. Moraliter Ruben primogenitus Israel, qui interpretatur vidēs filios, vel videns in medio, primitiuam ecclesiā significare potest, quę fuit in Ierusalē: quam ipse dominus in apostolis primum fundauit, quem significat Elisur id est pater meus fortis. Ipse est de quo dicitur. *Dominus fortis, dominus potens in prælio.* Hic ergo Rubē sub tali principe videt filios, id est fideles ad se confluentes. Vnde. Prædicante Petro baptizati sunt vna die tria millia. Et. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.*

Psal. 23. g. Act. 2. g. Act. 4. f.

a rum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina. De tribu b Rubēn Elisur filius Sedeur. De tribu Simeon, Salamiel filius c Surisaddai. De tribu Iuda, Naasson filius Aminadab. De tri- d e bu Issachar, Nathanael filius Suar. De tribu Zabulon, Eliab f g filius Helon. Filiorum autem Ioseph de tribu Ephraim, Elisa- h i k ma filius Ammiud. De tribu Manasse, Gamaliel filius Phadas- l m sur. De tribu Beniamin, Abidan filius Gedeonis. De tribu Dan, n

a Pater meus fortis. b Alias, qui interpretatur absconditus. c Exauditio interpretatur, & significat deuotionem ecclesiæ Gentilis, de qua in auditu auris obediuit mihi. d In hac dominatur Salamiel, id est pax mea Deus Iesus, i. pax nostra, qui fecit vtraque vnum, cum signa potentiæ suæ per fidelium verba & opera demonstrauit.

Merces. Robusti. a Augmentum. b Frugifer vel crescens. a Deus meus audiens. b Populus meus inclytus. c Reddidit mihi Deus. d Redemptionis validæ. a Pater meus iudex. b Qui tentatio iniquitatis vel humilitati meæ interpretatur.

B Moraliter RABA. Princeps tribus Ruben eos generaliter significat, qui bene conuersantes in medio fratrum subditorum curam gerunt, sermone & exemplo instruunt quos tanquam filios ad Dei militiam nutriunt. In hac tribu princeps est אליצור Elizur, seu Elisur pater meus fortis, vel pater meus coangustans, filius Sedeur, id est absconditi. Qui enim autoritate magisterij, & paterna disciplina subditos bene regit, & corrigit, nec foris ad laudem humanam, sed in abscondito cordis ad Dei gloriam iure princeps est tribuum & domorum id est coniugatorum, continentium, virginum, & vtriusque sexus curam gerens.

Moraliter b *De tribu Sim.* RAB. Simeon generaliter omnes obedientes significat, quorum princeps est Salamiel Hebraice שלמיאל Selamiel id est tribuens mihi Deus, vel pax mea Deus. Filius Surisaddai id est, continentis ab re id est abstinentis ab illicito vel ab re id est sine causa, cum ille qui iustam Dei retributionem cogitat corde pacifico tranquillus & humilis in cœtu filiorum fidelium venerandus apparet. *Qui enim se humiliat, exaltabitur.* Tales enim omnem intentionem suam ad Dei placitum conuerterunt, & secundum quod in scripturis continetur fiducialiter se obedire promittant, dicentes. *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.*

Luc. 14. c. Ps. 122. a

Moraliter c *De tribu Iu.* Idem possunt significari in Iuda omnes qui rectè inuocant nomen domini, nec sensu nec verbo dissentiens à norma fidei, quorum merito Naasson princeps est, qui scilicet non solum alios prædicando instruit, sed etiam virulenta vitiorum iacula corpus suum castigando in semetipso interficit, secundum illud. *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, &c.*

1. Cor. 9. d.

C Allegorice. Iuda de quo reges, qui interpretatur confessio vel laudatio, hic populum significat ecclesiæ, cuius caput est leo de tribu Iuda i. Christus. Vere enim fidei laudatio vel confessio i. recta prædicatio tantum in ecclesia est. Naasson ergo i. serpentinus, vel augurium, filius Aminadab, i. spontanei populi, saluator intelligitur de patriarchis Deo deuotis famulis gentis, qui per mortem suam destruxit diabolum. In serpente n. vnde primum mortis causa i. peccatum processit: mors figuratur. Vnde. *Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis, &c.*

Gen. 49. b Apoc. 5. b. Gen. 3. a. Ioan. 3. b.

d *De tribu Issachar.* RABANVS. Issachar monachos non incongruè exprimit, qui omnibus mūdi negotiis spretis, dono Dei, id est spiritus sancto protegente, præmium æternum distincta vita, voluptate mortificata quærunt, & pompam mundi calcantes, humilia amplectentes, soli Deo placere cupiunt.

D

Allegor. e *Nathanael filius Suar.* Qui pie exercent se vt mercedem in cœlis accipiant, eorum princeps est Nathanael, id est Deus meus vel donum Dei filius Suar, i. pusilli Christi, s. qui inter homines pusillus apparuit ipse enim dux, & ipse merces.

f *De tribu Zabulon.* IDEM. Zabulon patientes figurat, q contra omnia aduersa munimine virtutum inuicti perseuerant, quorum princeps solus De⁹ est, sine quo nihil possunt agere, dicentes cum Apostolo. *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia, &c.*

Ioan. 15. a. Rom. 8. g.

Allegor. g *Eliab filius.* Habitaculum fortitudinis habet principem Eliab, qui interpretatur Deus meus pater, Deum scilicet, qui est pater fideliū, quos disponit & regit. Et est filius Helon, i. quercus Ecclesia enim recte dicitur habitaculum fortitudinis, contra hæreticos scilicet & schismaticos.

h *Ioseph.* Idem Ioseph pater duorum tribuum, Christum significat patrem populorum duorum & lapidem angularem. Ephraim minor Manasse primogenito prælatus, Gentilem populum Iudaico prælatum. Vnde: *Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.*

Matt. 8. b.

E i *Elisama.* Elisama Christum significat, de quo dicitur. *Factus est obediens patri vsque ad mortem, &c.* Qui de se ait: *Quę audiui ab eo hęc loquor in mundo.* Hic est filius Ammiud i. inclyti, de stirpe scilicet regum, patriarcharum, & prophetarum.

Philip. 2. a Ioan. 8. d.

RAB. Elisama princeps in tribu Ephraim, significat eos qui attente verbum Dei audiunt corde bono & optimo, & fructum afferunt in patientia.

Lucæ 8. b.

K *Manasses, &c.* obliuiosus, ea scilicet *quę retro sunt obliuiscens & in anteriora se extendēs, ut accipiat coronam vitæ, quam retribuet Deus diligentibus se.*

Philip. 3. c Iacob 1. b.

l *Gamaliel.* Gamaliel, reddidit mihi Deus, filius Phadassur, i. redemptionis validæ, princeps est in tribu Manasse, qui interpretatur oblitus vel obliuiosus, cum Christus (quem ad vocandū populum Iudaicum pater in mūdum misit) in regno suo gentem obliuiosam inuenit. Oblitus est enim Israel creatoris sui. Non tamen omnes perierunt, sed cum *plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiet.*

Deut. 32. c Rom. 11. d

m *De tribu Beniamin.* Beniamin Ierusalem significat, quæ est in tribu sua, cuius populus secundum propheciam Rachel Benoni id est filius doloris fuit, quia graui dolore matrem affecit. Sanguinem enim prophetarum fudit, & in Christi necem conspirans ait. *Sanguis eius super nos & super filios nostros.* In credentibus uero iuxta patris prophetiam, filius dextræ. Beniamin quoque Gentilem populum potest significare, qui filius doloris fuit Christianos persequendo. Filius etiam dextræ potest dici, quia in iudicio ad dexteram Dei erit, uel quia dextera, idest bona opera facit. Huius populi Abidan, id est pater meus iudex filius Gedeonis, qui interpretatur tentatio iniquitatis uel humilitatis princeps est. Quia Christus (quem humilem Iudæus spreuit & diabolus inique tentauit) caput est credentium, & iudex venturus viuorum & mortuorum.

Gen. 35. c Matt. 25. d Matt. 27. e

E

Moraliter Beniamin filius dextræ, significat eos qui fortiter pugnant contra inimicos, & fortiter premunt tentationis stimulos, ne fœmineum aliquid vel mollem se dominari permittunt.

n *De tribu Dan.* Dan iudiciū uel iudicans. Hi sunt q oīa discrete agunt,

MORALITER.

quaginta. Per sexcenta tria millia, qui est maior numerus, significatur multitudo credentium obligatorum ad pręcepta decalogi adimplenda in fide trinitatis, eo q isti numeri resultant ex multiplicatione & repletione denarii & ternario. Per quingentos vero, quinquaginta, qui est minor numerus: intelliguntur illi qui non solum tenētur ad decalogi pręcepta, sed cum hoc ad ɔsilia, eo q quinquaginta numerus est spiritui sancto appropriatus, qa spūssanctus datus fuit apostolis in signo visibili quinquagesima die a festo paschali, profitentib. autem in religione, qui se obligant ad obseruationem consiliorū saltem aliquorum, tanta datur gratia quanta datur in baptismo: vt refert Hiero. in vitas patrum, quingenti vero resultant ex replicatione quinquaginta, litera vere de se patet.

† Leuit

A agũt,q Abiezer,id est fratrẽ adiutorẽ sibi principẽ cõstituũt, q.secundum patrũ regulã oĩa faciũt,vel oĩa bona sua Deo tribuunt. RAB. Dan iudicium vel iudicans. Abiezer frater meus adiutor. Amisaddai, popul⁹ meus sufficiẽs.In Dan ergo accipim⁹ Gentiles,qui de frigore infidelitatis ad gratiam Cri confugerũt Vnde in sequẽtibus ad aquilonẽ iuxta tabernacula Dan prim⁹ castrametatur. Abiezer ergo filius Amisaddai in hac tribu princeps est, cum ecclesiæ de gentibus apostoli Christi quasi fratres verbo & opere sufficientes principãtur & fraterna dilectione ad societatẽ spiritalis gratiæ hortantur.

a *De tri. Aser.* Aser beatus vel diuitias habẽs fideles virtutibus locupletes significat: quib principatus Phegiel, id est occursio Dei. Fili⁹ Ochrã qui interpretatur turbauit eos, Christus scilicet mediator Dei & hominum,qui humano generi periclitãti occurrit,& malignos spiritus repellendo turbauit, unde & appropiãs alleuiauit vulnera eius infundens oleum & vinum,&c.

Moraliter. In Aser figurãtur qui cuncta cõsilio agunt, nec caducis rebus sed virtutibus diuites esse volunt,substantiã suam pauperibus tribuunt, thesauros in cęlo cõdũt unde beati erũt. Retribuetur em eis in resurrectione iustorum.

b *De tribu Gaad.* Allegorice vel moraliter Gaad accinctus, Eliasaph,Dei mei ꝑfectio vel accensio. Duel agnoscẽs Deũ. Gaad vero fidelium populum significat, qui temperiũbos mẽtis accingit iustitia,& armis spiritualib.ĩstructus,spiritales nequitias debellat,cui p̃sidet Christus de stirpe patrũ ꝑgenitus vere Deũ agnoscens & ei obediẽns,suos dirigens & ꝑtegens.

Potest etiã Gaad doctores exprimere,q in procinctu constituti, hostib.resistere parati sũt inter quos excellit Eliasaph, qui scilicet cor leuat ad Deum unde petit auxilium, unde gallus succinctus lumbos & aries, nec est rex qui resistat ei

c *De tribu Nephtali.* Nephtali cõuersus vel dilatatus. Hic est fidelis populus,q ab errore uersus p mundi terminos fidei abũdantia dilatatus est. Cui dicit Esaia. *Dilata locum tentorij tui,&c.* Ahira,id est fratris mei amicus. Filius Erã id est fõtis tristitię huic p̃latus est,q̃a Dei filius qui fratrib.id est Iudæis amicus fuit,qñ p legem sui notitiã tribuit,ipse modo Gentilitati p pęnitentiã tristitiã cõsolans,ad fidem cõuertit,ut i exercitu suo annumerat, ipsius ducatu & regimine fruerent̃ i p̃lio sp̃ali.

Moraliter In Nephtali intelliguntur sãcti qui char.tatem fraternitatis etiã ad inimicos dilatãt,&horũ p̃nceps est Ahira,id C est ipse dñs q eos sui amoris ducatu regit, quos nõ iter seruos sed inter amicos cõscribit. vñ: *Iã nõ dicã uos seruos,sed amicos,etc.*

† Eliasaph. † He non Infra. 2.d. Luc. 10.f. Eccl. 32.d. Matt. 6.c. Lu. 14.d.c. Allegorice. vel Moraliter. Prou. 30.d. Esa. 54.a. Io. 15.b.

a Ahiezer filius Amisaddai: De tribu Aser, Phegiel filius O-
b chran. De tribu Gad,† Eliasaph filius Duel. De tribu Neph-
c tali, Ahira filius † Enan. Hi nobilissimi principes multitudinis p tribus & cognationes suas & capita † exercitus Israel,quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine, &
d congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes * per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina sin-
e gulorũ, à vicesimo anno & supra, sicut præceperat dominus Moysi: Numeratique sunt in deserto Sinai, de Ruben primogenito Israel per generationes & familias ad domos suas, & nomina capitũ singulorũ, omne quod sexus est masculini a vicesimo anno & supra, procedentiũ ad bellũ, quadraginta sex millia quingenti. De filiis Simeon per generationes & familias ac domos cognationũ suarũ recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus ẽ masculini a vicesimo anno & supra procedentiũ ad bellũ quinquaginta nouem millia trecenti. De filiis Gad, p generationes & familias ac domos cognationũ suarũ, recẽsiti sunt per nomina singulorũ a à viginti annis & supra, omnes qui ad bella procederent quadraginta quinq; millia sexcenti quinquaginta. De filiis Iuda per genera-
f tiones & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorũ à vicesimo anno & supra, omnes qui poterãt ad bella procedere, recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti. De filiis Issachar per generationes & familias ac domos cognationũ suarũ, per nomina singulorũ a vicesimo anno & supra, omnes qui ad bella procederẽt, recẽsiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti. De filiis Zabulon p generationes & familias ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum a vicesimo anno & supra, omnes

Virtutib. præclari, doctrina eximii merito ecclesiæ principantur. b Electum Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Act. 4.f.
Lex præcepit quæ sacerdotem docet & instituit. a Lex b Sacerdotium.
a Principio noui testamenti.
a A duplici. f. perfectione, historiali sensu legis & spiritali.
a Ad differentiam fœminarum.
a Ad differentiam paruulorum. b Hoc addit ne in bellis senectus computaretur. c Nouum testamentum. f. & vetus tenentes in veritate.
a Perfecti in operib. b Summæ perfectionis. c Sanctis spiritus confidentes auxilio qui in quinquagesima die super discipulos venit.
Numerati.
a Spiritale. b Gloria perfectorum est principium, & in perfectione sanctorum imperfectio est.
Bene vientes sensib. corporis.
Alii indigni numero.
a Spiritalem intelligentiam legis habentes, in septenario.n. spiritus, in denario lex significatur.
a Numerat Deus multitudinem stellarum, & omnib. eis nomina vocat. Ps. 146.
Vel triginta. Nouo instructi testamento.

d *Per cognationes.* AVG. Merito quæritur quare per omnes tri D bus dicitur secundum propinquitates eorum, secundum populum eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum capita eorum, secundum numerum nominum eorum,& hæc quinque similiter omnino repetuntur, donec omnes tribus compleantur, quasi aliud sit, secundum propinquitates eorũ, aliud secundum populos, aliud secundum domos familiarum, aliud secundum numerum nominum, aliud secundum capita, cum potius videantur aliis verbis idem significare hęc omnia. Nimirum ergo si ipse numerus aliquid significat, *eos. vt hic idem quinquies varie repetatur. Nam iste numerus, id est quinarius, in quinq; lib. Moysi, id est in vete. test. maxime cõmẽdat. Ille vero quatuor quę deinceps connectũtur, id est masculina, a 20. ann. & supra. Oĩs qui ꝑcedit in virtute & recognitione eorũ, quãuis & ipsa per omnes trib. eodem modo repetũtur, habent necessariã differentiã. Cũ enim ageretur de numero vniuersæ multitudinis E ad vnã tribũ pertinẽtis, discernendus erat sexus, iõ positũ est, omnia masculina. Et ne paruuli etiã cõputarentur, adiunctum est, à 20. an. & supra. Et ne imbellis senectus numeraretur, additum est, omnis qui ꝑcedit in virtute. Et omnia concludunt verbo eius operis qd̃ fiebat, vt dicatur recognitio eorũ. Recognitio enim fiebat cũ hæc hominũ millia cõputarent̃. Quinq; igitur illa, propinquitas, populus, domus familiarũ, & numer⁹ nominũ & caput, & ista quatuor sexus, ætas, virtutes, recognitio, fortassis i ipso numero aliquid significant. Si n. horũ duorũ numerorum alter multiplicet ex altero, ut quinquies quatuor aut quater quinĩ ducãtur uiginti fiũt. Quorũ numero etiã adolescentium ætas illa signatur, q numerus memoratur oñ intratur ad terrã promissiõis. Et dicitur illa ætas. 20. annorũ, q non declinauerit in dexterã aut in sinistrã, ubi uidentur mihi significari fideles ex vtroque testo fidem uerã tenentes. Nam Vetus testam quinq; libris Moysi maxime excellit, & nouũ quatuor euangeliis.

e *A Vicesimo.* ISID. A uicesimo anno numerãtur, qui ad bellũ eliguntur, quia ab hac ætate prona unumquemq; vitiorum bella nascuntur. Ideoq; ad pugnam eliguntur, ut pugnent cõtra libidinem, ne luxuria superentur.

f *De filijs Iuda,&c.* THEOD. Quo pacto trib. regia numero uincebat omnes trib. Dicebat regiã tribum numero antecellere, tã ob bñdictionem Christi dñi, qui carnem ex ea tribu sũpturus erat, tũ ut hi qui reges crearent, reliquas trib. tueri possent. Cõstituit quoq; sacerdotes cũ tribu regia, collocãs tribũ Iuda uersus orientem cui cõiunxit cũ arca sacerdotes. F

Quæst. in Numer. + militum. Vigintiannorum cur eligantur. Quæst. 4. in Numeros.

C Pr  a Trigin-

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Hi nobilissimi principes multitudinis,&c. *Hic consequẽter ponitur executio dicti mandati per personas prędictas, & patet littera vsque ibi*

a Spiritussancti gratia perfecti.
qui poterant ad bella procedere, quinquaginta septem mil-
a Quatuor virtutib. principal. perfecti.
lia quadringenti: De filiis Ioseph filiorum Ephraim per ge-
Id est numerati.
nerationes & familias ac domos cognationũ suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vicesimo anno & supra, omnes
a In modestia corporalium sensuum perfecti.
qui poterant ad bella procedere, quadraginta milliá quingenti. Porro filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum a viginti annis & supra, omnes qui poterant ad bella
Dilectionem Dei & proximi amplectentes.
procedere, triginta duo millia ducenti. De filiis Beniamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum, recensiti sunt nominibus singulorum a vicesimo anno & supra omnes qui poterant ad bella procedere, triginta quinque millia quadringenti. De filiis Dan per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vicesimo anno & supra, omnes qui poterant ad
a Continentes. b Coniugati. c Virgines corpore & spiritu, centenarius enim virginitatem, denarius perfectionem.
bella procedere, sexaginta duo millia septingenti. De filiis Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum, a vicesimo anno & supra, omnes, qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia & mille quingenti. De filiis Nephthali per generationes, & familias ac domos cognationum suarũ, recensiti sunt nominib. singulorum a vicesimo anno & supra, omnes qui pote
a Fide trinitatis armati. b [illegible] fidei, quæ in euangelio continetur, perfecte muniti.
rant ad bella procedere; quinquaginta tria millia quadringenti. Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aaron & duo-
a Nouit iustus animas iumentorum suorum Prouer. 12. a. b Apostoli & Apostolici viri.
a Supradicti viri.
decim principes Israel singulos per domos cognationum suarum. Eruntque omnes filiorum Israel per domos & familias suas, a vicesimo anno & supra, qui poterát ad bella procedere,
a Pro perfectione operum. b Pro fide trinitatis. c Fortium. Quia sacerdotalis dignitas a plebe, a multitudine remota est, et in exemplum omni eminent.
sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta. Leuitæ autem in tribu familiarũ suarũ non sunt numerati cũ eis. Locu-
a Sacerdotalem ordinem & ministros ecclesiæ.
tusque est dñs ad Moysen dicẽs: Tribum Leui noli numerare,
a Cum plebeia multitudine, cui debet præesse.
neque pones summã eorũ cum filiis Israel, sed cõstitues eos su-
a Ecclesiam in qua vtrumque testamentum seruatur. b Fideles, qui sunt vasa electionis Act. 9. c.
per tabernaculũ testimonii, & cũcta vasa eius, & quicquid ad ce-
a Compatiendo, tolerando, consolando. Ecclesiam. Diuersos ordines.
remonias pertinet. Ipsi portabũt tabernaculũ & omnia vtensilia
a Ne alicubi pateat aditus hosti, pastorali cura vigilantes.
eius, & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabun-
a Humiliati decebunt.
tur. Cum proficiendũ fuerit, deponent Leuitæ tabernaculum
a Docentes qualiter ipe erecti, statu [illegible] constantia operum firmiter consistant.
cum castrametandum erigent. Quisquis externorũ accesserit,

a *Trigintaquinq; millia* A Boni coniugati, quia ad significãdũ tricenariũ index & pollex blando osculo coniunguntur. Vnde aliud tricesimũ, aliud sexagesimũ, aliud vero cẽtesimũ (Matt. 13. b).
b *Sexagintaduo.* GILBERTVS. (Tropolo.) Non puto silentio prætereundũ, quod modo minores sũmæ numerorum & minoris sacramẽti præcedũt. Maiores vero & maioris dignitatis succedunt, vel econuerso. Honore enim se inuicẽ milites Christi præueniunt, & superiores inuicem arbitrantur. Audacius quoq; aliquando cõgrediũtur cõiugati quã cõtinentes, cõtinẽtes quam virgines, & maioris sunt meriti. Aliquãdo vero intermiscẽtur sũmæ, ne candor virginitatis abhorrerent amplexum cõiugii, & in necessitatibus carnis virginitati & cõtinẽtiæ ministrãt coniugati, ut diuini exercitus sit cor vnum & anima una.
c *Septi gent.* Spiritalib. donis prouecti, & ad dexterã dei locandi. Cẽtenarius enim numerus primus in dexterã cõputatur, pollice & indice in coronam flexis, vnde a dextera computat annos.
d *Tribum Leui noli.* (Quæst. 2.) ✠THEOD. Ad quid Leuitarũ numerus? Erat velut imperantiu. Decet enim eos qui præsunt subditis, esse pauciores, cũ potissimũ ab onere militandi immunes, soli cultui diuino darent operam.
✠PROC. Separatur tribus illa propter ministerium suum quod separatũ esse dicunt, atq; ita, ut siquis alienus, (quem sacris non initiatum uocat) illud capesseret, moreretur. Ac ne regi quidẽ sacris operari erat licitũ, adeo ut cum conatus esset il e lepra afficeretur.
C Et hac iam ratione ex inuocatione Philippi diaconi spiritus non

non descendit ab initio, Petri & Ioannis hoc officium cum esset.
RABA. In tribus Leui sacerdotalis ordo signatur, qui super tabernaculum testimonii constituitur, vt ecclesiæ scilicet in qua cõdita sunt Dei testamenta curã gerat, & omnia vasa, id ẽ fideles ad spiritale ministeriũ electi, sine errore & vitiorũ sorde pmaneãt. Hic enim ordo, quicqd ad ceremonias legis ptinet, pcurare debet. Ipsius est enim populũ docere quomodo secundũ legẽ honestè & ordinatè in ecclesia viuat. Ipsi tabernaculũ portant & vtẽsilia eius. Quia sacerdotes cõpatiendo, infirmorum mores tolerando & consolãdo, quasi humeris laboris & patientiæ ecclesiã portant.
e *Cumq; prof.* id est, sermõe & exẽplo disponent, quomodo quisque humiliatus in profectu virtutũ gradiatur.
f *Quisquis ext.* AVG. (Quæst. 3. Alienigena quis dicatur.) Alienigena quia accesserit, moriatur. Hic alienigena intell gẽdus est etiam de illis filiis Israel, qui non fuerant de illa tribu, quã tabernaculo seruire præcepit, id est qui non fuerit de tribu Leui. Mirum est autẽ quomodo abusiue alienigena dicit, quod magis alterius generis homines significat, id est ἀλλογενὴς & non magis ἀλλόφυλος quod significat alterius tribus homines, quo nomine magis vtitur scriptura in aliarum gẽtium hominibus vt allophyli, appellentur quasi aliarum tribuum homines.
Alleg. Qui ad sacrum ministerium indignus accedit, pœnã præsumptionis nõ euadit. *Nemo enim debet sibi sumere honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron*, unde Ozias qui sacerdotium usurpauit lepra percussus est. (Heb. 5. a. 2. Par. 26. d.)

a *Vnusq;*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Leuitæ autem non sunt numerati, &c. *Cuius causa subditur in principio cap. sequen.* 2 Locutusque est. *De scripto numero bellatorum, hic consequenter describitur cõium dispositio circa tabernaculum, præmittitur tamen ratio, quare Leuitæ non sunt numerati, secundo subiditur dispositio populi ibi:* Metabuntur autem castra. *Ratio autẽ prima fuit tab. biuio Dei, qua tangitur cum dicitur.*
3 Tribum Leui noli num. &c. *Scilicet cum aliis filiis Israel, fuit tamen per se numerata, ut habetur c. seq. ideo subditur.*
4 Neque pones sum. eorum cum filiis Israel. *id est quando eos numerauerís, non aggregabis summam eorum cum summa aliorum, sed erit per se distincta, cuius ratio subditur cum dicitur.*
5 Sed con. *Quia erant deputati ad aliquid maius, scilicet ad diuinum cultum, ideo non sunt numerati cum bellatoribus, quia non tenebantur ire ad prælium ad hoc ut bellarent. Attamen aliqui sacerdotes tenebantur ire ad exhortandum bellatores, ut habetur Deut. 20. a. vbi dicitur sic:* Appropinquãte iam prælio stabit sacerdos ante aciẽ, & sic loquetur ad populum, &c. *Non tamen erat illis illicitum bellare, maxime in casu necessitatis, unde & Ionathas & Simon frater eius qui fuerunt summi sacerdotes, fuerunt strenui prœliatores siue bellatores, ut habetur in 1. Machab. Officia autem Leuitarum quibus debebant esse intenti, & quæ tanguntur hic in generali, plenius exprimentur c. seq.*
6 Quisquis externorum. *Id est alterius tribus.*
7 Accesserit. *Volens exercere officia Leuitarum.*

a *Vnusquisque per tur.* ORIG. Vnusquisque secundū signa sua incedat in castris: hoc præcepit Moses, imò Deus per Mosen. Potest aūt fieri, vt æmulatione bonorum operum ab inferioribus signis ad meliora & magnificentiora perueniamus. Si. n. in promptu habuerimus studium meliorū & posteriora obliuiscētes, ad anteriora extendamur in resurrectione mortuorū (vbi sicut stella differt a stella, cuiusque merita refulgebunt) ab inferioribus ad meliora signa & fulgentiora transferemur, & splendentioribus stellis æquabimur. Et intantum potest in hac vita humana natura proficere, vt in resurrectione mortuorum non solum stellarum, sed etiam solis splendori valeat æquari, quia fulgebunt iusti sicut sol in regno Dei. Hinc ergo est quòd supponit secundum signa sua per domos familiarū suarū. Quòd dicit *per domos familiarum suarum*, in Græco idem est sermo, quem ponit ibi Apostolus: *ex quo omnis paternitas in cælo et in terra nominatur.* Quas ergo paternitates Paulus, familias dicit Latinus interpres. Istæ sunt ergo paternitates vel familiæ, quas Paulus iam ostendit in cælis, Moses sub figuris legalibus describit in terris, secundum quas incedere nos monet: vt possimus paternitatibus cælestibus sociari. Sunt enim familię vel paternitates in cælo, ex quibus fortè est illa quam Paulus ecclesiam primitiuorum ascriptam in cælis nominat. Cui sociabimur, si omnia secundum ordinem gerimus, si nihil inquietum, nihil inordinatum, nihil inhonestum inueniatur in nobis.

Hom. 2. in Num. A Allegorice. † vexilla sua. Philip. 3. c. 1. Cor. 15. f. Matt. 13. b. D Ephe. 3. c. Heb. 12. f.

a occidetur. Metabuntur autem castra filii Israel, vnusquisque 1 per turmas & † cuneos atque exercitum suum. Porrò Leuitæ 2 per gyrum tabernaculi figent tentoria: ne fiat indignatio su- 3 pra multitudinem filiorum Israel, & excubabunt * in custo- 4 diis tabernaculi testimonii. Fecerunt ergo filii Israel iuxta om- 5 nia quæ præceperat dominus Moysi. 6

* Leuitæ.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Occidetur. *Scilicet à domino, tanquam indebitè vsurpans officium sibi interdictum. Aliam etiam causam, quare Leuitæ non fuerunt cum aliis numerati, inducit Ra. Sa. dicens quod hoc fuit, quia sententia mortis erat præmissa à Deo super omnes bellatores, qui fuerunt hic numerati, vt habetur infra 18. cap. dominus autem nolebat quod Leuitæ huic sententiæ subiacerent, eo quod non peccauerunt in adoratione vituli saltem pro maiori parte, vt dictum fuit Exod. 32. f.*

Diuisio. 2 Metabuntur autem. *Hic consequenter describitur dispositio castrorum circa tabernaculum, & primo in generali, secundo in speciali, ibi:* Ad Orientem. *Circa primum dicitur:* Metabuntur autem castra, *id est disponent tentoria.*

3 Per turmas. *Est autem turma multitudo 30. bellatorum, & dicitur a turbo, bas, quia disposita est ad turbandum aduersarios, si tamen sit equitum dicitur propriè ala, si peditum, turma.* Turma vnde.

4 Et cuneos. *Est autem cuneus multitudo bellatorum simul debite coniunctorum, & dicitur a coeo, is, quasi coeuntes in vnum: secundum aliquos autem dicitur multitudo disposita ad modum cunei, qui est instrumentum ad scindendum ligna: & ex hoc habet nomen, quia ad modum talis instrumenti disposita est talis multitudo ad penetrandum, & scindendum aciem aduersariorum.*

5 Porro Le. &c. fi ten. *Inter tabernaculum & reliquum populum per modum in c. s. q. dispositum.*

6 Ne fiat indi. *Si aliqui de aliis vellent accedere nimis prope tabernaculum.*

MORALITER.

✠ 1 *Leuitæ.* Per quos significantur clerici generaliter sumpti, quia sunt ad ministerium ecclesiæ deputati, sicut Leuitæ ad ministerium tabernaculi, vt plenius dicetur in sequentibus propter hoc clerici per tonsuram & ordines ab alijs fidelibus sunt distincti.

B E

## CAP. II.

Hom. 2. a Locutusque est dominus. ORIG. Lxx. Homo secundū ordinem suum incedat, & secundum signa sua, secundum domos familiarum suarū castra collocent filij Israel ex aduerso, &c. Docuit quod exercitus Dei de terra Aegypti exiens, & per desertum transiens, visitatus est, id est numeratus per Moysen & Aaron, & per singulas tribus sequestratus, sub certo numero cēsitus. Quod nos exponentes, formā diximus esse præscriptam, quō populus Dei egrediens de Aegypto huius mūdi, & festinans ad terram promissionis, i. ad locum virtutum, vel ad gloriam regni cælorū, quibusdam ordinibus & meritorū gradibus deducatur. Et per hæc ostendimus futurorum bonorū magnificentiam in lege adūbratam. Hæc vero lectio docet qualiter ab his qui Deo sunt mācipati, nec implicant se secularibus negotijs, cōponatur ordo castrorū dicens: *Homo secundum ordinem suum, & secundum signa sua, &c.* Paulus quoq; dicit. *Omnia ordinate fiant, & secundum ordinē.* Vnus ergo est Dei spiritus, qui in Paulo & in Moyse loquitur, secundum ordinē Moyses incedi iubet in castris, & Paulus in ecclesia secūdum ordinem omnia fieri. Et Moyses qui legi ministrabat in castris custodire ordinē iubet. Paul⁹ verò euangelij minister non solum in actibus, sed etiam in habitu ordinatum vult esse Christianum dicens: *Mulieres similiter in habitu ordinato.* Vnde arbitror quòd non solum in officijs, & in habitu seruari ordinem voluit, sed significari etiam aliquem ordinem in anima, de quo dicitur quòd vnusquisque incedere debeat secūdum ordinē qui præcipuè ex operum fructibus indicatur. Nec minus ex magnificētia sensuum, sæpe. n. accidit, vt qui humilem sensum gerit & terrena sapit, excelsū sacerdotij gradum, vel cathedram doctoris obsideat. Et qui spiritalis est, & a terrenis tam liber vt omnia examinare possit, & a nemine iudicari, inferioris ordinem ministerij teneat, vel in plebis multitudine relinquatur. Sed hoc est legis & euangelij statuta contemnere, & nihil secundum ordinem gerere.

1. Ti. 2. c. 1. Cor. 14. g. C 1. Ti. 2. c. 1. Cor. 2. d. Quis dicatur ordinē seruare. 1. Cor. 14. g.

## CAP. II.

a Locutusque est Dominus ad Moysen & Aa- 1 ron dicens: singuli per turmas, signa, atq; ve- 2 xilla & domos cognationū suarū castrame-

a ¶ Animi vel corporis. ¶ Quibus cuiusque proprietates signantur. b ¶ Ne alter incedat, quam signa sua requirunt.

a ¶ Alij familiarum secundum Græcum paternitatum. b ¶ Nemo militans Deo, implicat se secularibus negotijs 2. Timoth. 2. a.

Hom. 2. ORIG. Vnusquisque nostrum etiam de cibo & potu sollicitus, & omnem curam gerens in secularibus, vnā aut duas horas deputans, & ad orationem in ecclesiam veniens, vel in transitu verbum Dei audiens non incedit secundum ordinē, nec audit præceptum quod dicit, vt omnia secundū ordinem fiant. Ordo enim est, primum quærere regnum Dei, & iustitiam eius, & credere quòd secundo loco hæc nobis a domino apponantur.

F

☞ 1 Omnis

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. II.

1 Locutusque est Dominus ad Moy. &c. *Sequitur.*

Signa bellantium. 2 Singu. per. *Signa propriè sunt in vestibus & scutis quibus bellatores mutuo se cognoscūt, & suos ab aduersarijs distinguūt, vexilla eleuantur in hastis vel perticis, & ad eorum aspectū bellatores dirigantur, & vniantur, qualia vero fuerint ista vexilla, in textu non habetur. Sed dicunt aliqui Hebræi, quod vexillum cuiuslibet tribus erat simile in colore lapidi posito in rationali, in quo erat sculptum nomen sui patriarchæ, ita quod vexillum tribus Ruben erat rubei coloris, sicut & lapis sardius in quo erat sculptum nomen ipsius Ruben, & sic de alijs.*

✱ 1 Ad

MORALITER.

✠ 1 *Locutusq; est do.* In hoc c. agitur primo de Leuitarū officijs in generali, sed in 3. c. de ipsis agitur magis in speciali, propter quod sensus eorum mysticus ibidem magis propriè locū habet. Secundo describitur situs castrorum per duodecim tribus circa tabernaculum, cum dicitur.

2 *Singuli per turmas, signa, atque, &c.* Signa atq; vexilla & domus cognationum suarum castrametabuntur filij Israel per

✠ gyrum

Omnis ergo homo debet incedere secundum ordinē suū, sacerdos, diaconus, virgo, & quicūque in professione religionis vident. Si.n. petulans quid vel proteruum gesserint, continuo arguet eos Moyses dicens: *Homo secundum ordinem suum incedat, &c.* Agnoscat ergo quisque ordinem suū & qd sit dignū suo ordini intelligat, & ita libret actus & sermones, incessum quoque & habitum, ut cū ordinis sui professioni conueniat, ne propter eum nomen Dei blasphemetur.

A Ordine stantcerto qq; creata suo.

Rom.2.d.

IDEM. *Secundum sua signa, &c.* Quibus scilicet cuiusque proprietas designatur. verbi gratia: Omnes sumus similes, sed est propria cuiusque distinctio, vel in vultu, vel in statura, vel in habitu, vel in positione: per quę Paulus, quia Paulus est, designatur: & Petrus quia Petrus est, & non Paulus. Et voce etiam vniuscuiusque signi diuersitas datur, vt ex uoce & loquela agnoscas illum vel illum qui loquitur. Sic arbitror esse in animis etiam signa diuersa, & alterius quidē animi motus leuior est, mitis, placidus, trāquillus, æqualis. Alterius turbidus, elatus, asperior, incitatior, petulantior. Alius circūspectus, cautus, prouidus, solicitus, impiger. Alius desidiosus, remissus, negligēs incautus. In his alius plus, alius minus. Et fortassis quanta in specie vultus diuersitas, tāta & in animis. Vnde Salomon: *Sicut diuersi sunt vultus a vultibus, ita diuersa sunt corda hominum.* Sed quisque secundum sua signa incedat, ne is cuius humilia & despecta sūt signa incedat elatior quam animi sui deposcunt signa. Omnes, q literas norunt, sciūt esse vigintiquatuor, si Græca vigintitria, si Latina literarū elementa didicerint, & ex his omnia scribunt. Aliud tñ signum Alpha, quod Paulus scripserit habet, & aliud quod Petrus: vnde & chirographa singulorum manibus scripta, proprijs signis, & indicijs agnoscuntur, & cum sint eadem elementa, est tñ in similitudine literarū dissimilitudo signorū. Veni ergo ad motus mētis, & animorum quibus concitant ad aliqd gerendū. Intuere chirographa, & vide quomodo anim⁹ Pauli posuit castitatem, & animus Petri. Sed est propria quædā castitas Petri, & alia castitas Pauli, etsi eadem videatur. Pauli.n. castitas est, quę requirit macerare corp⁹ & subijci seruituti, & adhuc dicat. *Ne forte cū alijs prædicauero, reprob. fiam.* Alterius castitas istud non timet. Iustitia quoque habet aliquid proprietatis ī Paulo, habet & in Petro, sic & cæterę virtutes: Si ergo in his nominibus quæ exempli causa posuimus, potest fieri, vt cum vnum sint per spiritum Dei: sit tamen aliqua diuersitas in ipsarum proprietate virtutum, quanto magis reliqui homines propria signa in motib. animarum & animæ virtutibus gerunt?

Vbi sup. † castrametabuntur, & infra.

† numer⁹.

B

Eccl.8.a.

Secūdum aliam literam.

C

D

1. Cor.9.d

† exercit⁹ eius, & numerus eorum.

a ¶ Qui ait: Ego sum lux mundi de quo Zacharias, uisitauit nos oriens ex alto, &c.
a ¶ Confessores Christi. b ¶ Coniugatos, continentes, virgines. c ¶ Christianæ militię
a ¶ Doctor & rector.
¶ Vt supra.
a ¶ Qui pro ęterna mercede laborant.
a ¶ Contra omnes spirituales nequitias.
a ¶ Qui in Christo habent habitaculum fortitudinis.
a ¶ Qui mentis intuitum ad videndam Dei voluntatem exacuunt.
a ¶ Quam respicit meridianum latus tabernaculi.
a ¶ Qui studium obedientiæ Deo impendunt.

a tabuntur filii Israel per gyrū tabernaculi fœderis. Ad orientem b Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritq; princeps filiorū eius Naasson fili⁹ Aminadab: & † omnis de stirpe eius summa pugnātium septuaginta quatuor millia sexcēti. Iuxta eum † castrametati sunt de tribu Issachar, quorū princeps fuit Nathanael filius Suar, & omnis numerus pugnatorum eius quinquaginta quatuor millia quadringēti. In tribu Zabulō princeps fuit Eliab filius Helon, omnis de stirpe eius † exercitus pugnatorū quinquaginta septem millia quadringenti. c Vniuersi qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringēti, per turmas suas primi egredientur. In castris filiorum Rubē ad d meridianā plagam erit princeps Elisur filius Sedeur, & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt quadraginta sex millia quingenti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon, quorū princeps fuit Salamiel fili⁹ Surisaddai

a *Per gyrum taberna.* RAB. Circa tabernaculum omnes filii Israel castrametabātur, sunt terni per singulas plagas, vt nō supersit vel desit aliquid ex illis. Iudas & Issachar & Zabulon ad orientem. Ruben, Simeō, & Gad ad meridiem. Ephraim, Beniamin & Manasse, ad occidentem. Dā, Aser, & Nephtali ad Aquilonem. Tabernaculum vero ecclesiā tā veteris quā noui testamēti significat. Princeps autem iuxta tabernaculū castrametantes, patriarchas vel apostolos significant quorum precibus & doctrina munitur ecclesia.

Castrametatio circa tabernaculum.

E

b *Ad orientem Iudas, &c.* PROCOP. Iudas primogenito Ruben præponitur, quod in Christo secundo loco est notandū. Sub primi ducis signis, in lumine & spiritu vitam suam trāsigētes designantūr. Habet Iudas a quo Christus sm carnem natus est, primum locum post tres illas, quę a principe tribu Ruben videlicet, numerant. Secundum Ruben habet. Post regem.n. secundus primogenituram honor manet. Primogenitus.n. omnis carnis Christus existit.

c *Vniuersi qui in castris Iudæ.* His tribus Iudas præsidet scilicet regalis tribus, de qua ortus est Christus humani generis rex & saluator.

d *Meredianam plagam erit princeps.* Hæc significat antiquā Dei plebem, quæ lucem euangelij, vel legis suscipiens amore conditoris feruebat.

F

## NICOLAVS DE LYRA.

Dispositio castrorū circa tabernaculum.

✠ 1 Ad orientem Iudas figet tentatoria per turmas. *Hic describitur dispositio castrorum circa tabernaculum in speciali secundū quatuor partes orbis, & in qualibet parte erant tres tribus: vna principalis, & aliæ duæ sibi adiunctæ. Ad orientem vero erat tribus Iuda principalis & tribus Issachar & Zabulon sibi adiunctæ. Ad meridiem tribus Ruben principalis, & tribus Simeon, & Gaad sibi adiunctæ. Ad occidentē tribus Ephraim principalis, tribus Manasses & Beniamin sibi adiunctæ. Ad aquilonem vero tribus Dan principalis tribus Asser & Nephtali sibi adiunctæ. Et sicut erant disposita in situ castrorum, ita & in motu suo modo: quia tribus Iuda cum sibi adiunctis primo mouebat castra: tribus Ruben cum suis secundo, tribus Ephraim cum suis tertio, tribus Dan cum suis vltimo: & secundum hoc potest diuidi in quatuor partes, & patent. In qualibet autem tribu hic nominatur princeps & numerus bellatorum suorum, & postea numerus simul aggregatus de tribus tribubus ad vnam plagam ordinatis*

☞ a Leua-

## MORALITER.

✠ gyrum tabernaculi fęderis, tabernaculū aūt domini est anima iusti: secundum illud Eccle.24.a. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Habet autem istud tabernaculum aspectū ad orientem, per quem intelligitur expiatio sordis in ortu lucis gratiæ, ad meridiē per quē intelligitur inflamatio cordis: qa inde prouenit virtus caloris. Ad occidentem, per quem intelligitur meditatio mortis, in qua occidit lux vitæ pręsentis. Ad aquilonem per quem intelligitur colluctatio contra insultū dæmonis: secundū quod dicitur Hier.1.c. *Ab Aquilone pādetur omne malum.* Igitur ad orientem sunt, Iudas, Issachar, & Zabulon. Per Iudam qui interpretat cōfitens, intelligit cōfessionis veritas. Per Issachar, qui interpretat memorans dominū, orationis assiduitas. Per Zabulō, q interpretat pulchritudinis habitaculū, conuersationis puritas. Per hæc.n. tria sordes cordiū expiantur. Ad meridiē aūt sunt Rubē, Simeon, & Gaad. Per Ruben vero, qui interpretatur visionis filius, intelligitur splēdor veritatis intellectum perficiens. Per Simeō, qui interpretatur audiens: amor charitatis bonis consentiens. Per Gaad qui interpretat felicitas, dulcor suauitatis reficiens. Hęc.n. tria inflammationē cordis cōcomittant. Ad occidentē vero sunt Ephraim, Manasses, & Beniamin. Per Ephraim qui interpretat crescēs, intelligit profectus spiritualium, ad quē mouet vitæ breuitas. Per Manassen, q īterpretat obliuio, cōtēptus tēporaliū, ad quē mouet eorū delectabilitas. Per Beiamin, q īterpretat filius dextræ: appetitus celestiū, ad quē mouet eorū æternitas. Hæc aūt tria meditationi mortis associant. Ad aqlonē vero sunt Dan, Nepthali, & Aser. Per Dan q īterpretat iudiciū, intelligit timor iudicij. Per Nepthali q īterpretat implicatio, pudor opprobrij inteligitur si qs implicet vilitati peccati. Per Aser q interpretat beatitudo amor præmij, & hæc tria faciūt cōtra insultū dęmonū fortiter colluctari. De qua colluctatiōe dicit Apostolus ad Eph.6.b. *Nō est nobis colluctatio aduersus carnē, & sanguinē, sed aduersus principes et potestates, et aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, contra spiritualia neqtiæ.* De qb. concedat nos triumphare leo de tribu Iuda, q est victor & benedictus De⁹.

✠ MORA-

a *Leuabitur autē tabernaculum testimonii,&c.* Tabernaculi erectio vel depositio, ecclesiæ situm significat, quæ in credentib. erigitur, in negantibus deponitur, in quibusdam ordinibus sacris sublimatur, in aliis iudicio sacerdotum excommunicatione humiliatur.

A Mysticè Tabernaculi erectio vel positio.

b *Ad occidentalē plagam erunt,&c.* RAB. Dicamus adhuc aliquid quod adiuuet lectorē, quaten⁹ breuiter annotatis maiora cōiicere valeat. Quatuor ergo plagę mūdi p quas castra filiorū Israel disponūt circa tabernaculū, conuocationē & dispositionem ecclesię significant. Oriens enim vbi est introitus tabernaculi, initium bonę conuersationis & cōfessionis, & perceptionē baptismi, & primitiuā ecclesiā exprimit: quæ in Ierusalem primū ab apostolis fundata est. Huic plagæ trib. Iuda, Isachar, & Zabulon deputātur: quia cōfessores Christi ī habitaculū fortitudinis, vbi pro ęterna mercede laborēt, p illum habēt introitum qui ait: *Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur.* *Ego sum lux mundi.* De quo & Zacharias: *Visitauit nos oriēs ex alto,&c.* Plaga vero australis q̄ respicit meridianū latus tabernaculi, antiquā Dei plebem significat quę luce legis accipiēs, amore creatoris feruebat. Ibi Rubē, Simeō, & Gad castrametati sūt, q a sācti patres intuitū mētis ad vidēdū Dei voluntatē acuebant, & obedientiæ studebāt accincti armis iustitiæ: vt demonio meridiano possēt resistere. Plaga vero aquilonis quā respicit alterū latus tabernaculi tenebris & frigore infidelitatis vsq; ad aduentum Christi torpentē gētiū multitudinē figurat, vbi Dā, Aser, & Nephtali castrametātur: quia cum Iudæi repulissent verbum Dei, iusto iudicio de gētibus multiplicata ecclesia & dilatata, verā beatitudinē sperat & optat. Occidētalis vero quę vtrūq; parietem tabernaculi in se recipiens consummatā impletionē totius ecclesiæ, quæ in fine mundi perficitur, designat: quādo persecutione Antichristi qui bene fructificauerint, probātur electi: & traditis impiis in obliuione perpetuæ mortis, in iti locantur ad dexteram Dei in ęternū regnaturi: vn̄ bene Ephraim, Beniamī, & Manasses in hac plaga consistunt. Le uitæ quoq; ideo prope tabernaculū sūt, quos cæteræ tribus quatuor plagis circūeūt: vt qui tabernaculi curam gerūt secure diuinis vacēt obsequiis, a fratrib. suis extrinsecus contra hostes muniti. Nūc quoq; ministri altaris sic vndiq; muniendi & procurādi sunt: vt secure possint diuinum imple re officium.

† castrametabuntur. — Ioan.10.b — Ioan.8.b — Luc.1.g. — B — C

† Proficiscetur — † & castra Leuitarū in medio castrorū. — † proficiscentur Quare Leuitę prope tabernaculum.

& cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt quinquagintanouem millia trecenti. *a* ✱ *Qui accinguntur armis iustitiæ, vt diabolo possint resistere.* In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel, & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben centum quinquaginta millia, & mille quadringenti quinquaginta, per turmas suas in secundo loco proficiscentur. a † Leuabitur autem tabernaculum testimonii † per officia Leuitarum & turmas eorum: Quomodo † erigetur, ita & † deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscentur. b Ad Occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud. Cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur, cunctusque exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis, & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt, trigintaquinque millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas proficiscentur. c Ad aquilonis partem castra metati sunt filii Dan, quorum princeps fuit Ahiezer filius Amisaddai, cunctusq; exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt sexaginta duo millia septingenti. Iuxta eum fixere tentoria de tribu Azer, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran, cunctusque exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti. De tribu filiorum Nephtali princeps fuit Ahira filius Enan. Cunctus exercitus pugnatorum eius quinquaginta tria millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti, & nouissimi proficiscentur. Hic numerus filiorum Israel per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem nō sunt numerati inter filios Israel. Sic enim præceperat Dominus Moysi. Feceruntque filii Israel iuxta omnia quæ mandauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, 1 & profecti per familias ac domos patrum suorum.

D — E

*Occidentalem.* Hęc plaga vtrumq; parietem tabernaculi in se recipiens, in se iūgēdo cōsummat, & consummationē ecclesię in fine mundi significat, quādo in fructu bonorū operum probabuntur electi, in obliuionē mortis tradūtur impii, ad dexterā Dei locabuntur iusti.

c *Ad aquilonis partem castrametati sunt filii Dan.* Hęc plaga significat multitudinem gentiū vsq; ad Christū frigore infidelitatis torpentem sed repulsis Iudæis iudicio Dei in ecclesia dilatata ęternam beatitudinem expectat.

✱ RVPER. Quia de stirpe Dā, Antichristus venturus est, recte ad Aquilonem [illegible] detur, qui in mala accipitur significatione, dicente propheta. *Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ.*

Lib.1. in Num.cap. — Ierem.1. — F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *& secundum hoc patet litera vsque ad finem capituli vbi dicitur:* 1 Et profecti per familias ac domos patrum, &c. *Sūt profecti non tunc, sed postea scilicet vicesima die mensis secundi, vt habetur infra capitulo decimo. Sed hic dicitur modus illius profectionis* Et sic patet expositio literalis huius capituli.

✱ NICO-

*ADDITIO I.*

Item Numeri 2. cap. vbi dicitur in postilla: *aliam etiam causam, quare Leuitæ non fuerint cum aliis numerati, inducit Rab. Sa. Causa quam inducit Ra. Sa. non videtur valere. Sententia enim lata infra 14. contra murmurantes tempore exploratorum fuit præcisè contra illos qui fuerant numerati a 20. anno & vltra. In quo manifeste excludebantur Leuitæ, qui a 30. anno fuerūt & vltra numerati, ut infra 4. a. & ideo sīlēdum est rationi primę postillatoris.*

*ADDITIO II.*

*In eo cap. 2. vbi dicitur in postilla:* Singuli per turmas signa & vexilla. *Secundum antiquos expositores Hebræorum signa vexillorum, scilicet quatuor tribuum quę præcedebant quatuor partibus, sunt hæc: In uexillo Ruben erat figura hominis. Fuit enim vocatus a patre suo primogenitus. vnde Gen. xlix. a. Ruben primogenitus meus. In vexillo, autem Iudę erat figura leonis, cui assimilauit eum pater suus dicens, Catulus leonis Iuda. In vexillo Ephraim erat figura tauri, cui assimilauit eum Moses Deuter. penul. cap. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius. In vexillo autem Dan erat figura aquilæ, eo, quod assimilauerat eum pater suus Iacob colubro, quod non est animal pulchrum, vt poneretur in vexillo. Moyses autem assimilauit eum catulo leonis vbi supra, quod signum pertinebat ad Iudam, vt dictum est, & ideo dicunt quod fuit sibi data aquila in signum conformiter ad quartum animal, de quo Ezechielis 1. ut in istis uexillis figurarentur illa quatuor animalia Ezechielis in quorum medio residebat Deus, scilicet in tabernaculo.*

## CAP. III.

A

Quatuor filii Aarō electi cum eo in sacerdotium. Leuit.8.a Leuit.10.a

a Sacerdotum, qui uncti sunt. etc. RAB. Quatuor filii Aarō cū eo in sacerdotum electi sunt, sed duobus in statu suo manentibus, alii igne diuino exusti sunt, quia ignem alienū obtulerūt. Licet enim multi ex quatuor partibus orbis in ecclesia sublimati, sacerdotiū gerere uideantur, illi tantum in ministerio persistunt, qui utriusque testamenti sanam doctrinam spiritussancti igne examinatam prędicant, & pro dilectione Dei, & proximi quęquid possunt, elaborant. Qui uero alienam doctrinam secularis scientię magisterio cōfectam inducunt, & seculari cupiditate accensi diuinum officiū faciūt, igne diuinæ ultionis consummantur.

†Leuit.10. a. & 16.a. infr. 26.g. 1.P.14.a. * euim.

B

Vre. dist.1. †12.Leuit.

b *Applica tribum*. AVG. Accipe tribum Leui, & statues eam in conspectu Aaron sacerdotis, & ministrabunt ei, & custodient custodias eius, & custodias filiorum Israel ante tabernaculum testimonii. Quas φυλακὰς Græcus dixit, nostri custodias & excubias interpretati sunt. Sed nimirum uigiliæ melius dicuntur, quæ solent in castris ternarum horarum obseruationem habere: unde. *Quarta uigilia noctis, uenit ad eos ambulans supra mare*, id est post nonam horam noctis, post tres scilicet uigilias. Et in multis locis scripturarum nostri uigilias interpretati sunt, quas Græci φυλακὰς dicunt, ubi nulla dubitatio est spatia nocturni tēporis significari. Quod puto & hic accipiendum. Quo enim Leuitæ iubentur obseruare custodias Aarō, & custodias filiorum Israel, id est φυλακὰς? Nisi forte dictum est, ne putarent ab obseruandis uigiliis, quæ proprie obseruari in castris solēt, propter honorē quo seruiebant tabernaculo, immunes esse debere, cum & ipsos oporteret propter opera tabernaculi non minus uicissim obseruare uigilias quæ obseruarentur in aliis circunquaque castris filiorum Israel.

Quest.4. i Nume. †31.dist.c. tenere. Vigilia quid sit. Matt.14.c. C D

## CAP. III.

HÆ sunt generationes Aaron & Moysi, in [1] die qua locutus est dominus ad Moysen in [2] monte Sinai, & hæc nomina filiorum Aa- [3] rō. Primogenit⁹ eius Nadab, deinde Abiu, [4] & Eleazar, & Ithamar. Hæc nomina filio- [5] a rum Aaron sacerdotum, qui uncti sunt, & [6] quorum replete & consecratæ manus, ut sacerdotio fungerē- [7] tur. † Mortui sunt * Nadab & Abiu, cum offerrent ignem [8] alienum in conspectu Domini in deserto Sinai absque libe- [9] ris, functique sunt sacerdotio Eleazar, & Ithamar, coram [10] Aaron patre suo. b Locutusque est Dominus ad Moysen di- [11] cens: † Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron [12] sacerdotis ut ministrent ei, & excubent & obseruentur quic- [13] quid ad cultū ptinet multitudinis corā tabernaculo testimo- [14] nii, & custodiāt uasa tabernaculi, seruiētes in ministerio eius. [15] Dabisq; dono Leuitas Aarō & filiis eius, quibus traditi sunt a [16] filiis Israel. Aaron aūt & filios eius cōstitues super cultū sacer- [17] c dotii. † Externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. [18] d Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: Ego tuli Leuitas [19]

a ¶ Lxx. Ex medio filiorum Israel.

c *Externus*. IDEM. *Alienigena qui tetigerit, morietur*. Quærendum quomodo dixerit in Leuitico. Qui tetigerit tabernaculum sanctificabitur, cum hic dicat, alienigena qui tetigerit morietur, uolens intelligi eos qui non essent de tribu Leui. An fortè hic, tetigerit, morietur, ad obsequium duxerit, seruitutis quod a solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit? hinc enim loquebatur.

Vbi supr. Leuit.6.c. E

d *Ego tuli Leuitas*. AVG. Quid est quod Leuitas pro primogenitis filiorum Israel sibi deputat Deus, ita ut primogenitis populi numeratis, qui plures inuenti sunt quam erat numerus Leuitarum, argento redimerentur quinque siclis pro uno datis: quod pro pecoribus nō est factum, cum & pecora Leuitarum pro primogenitis pecorū Israel sibi esse uoluerit. Quo deinceps

Quæst. 6. Quōcur Leuitæ p primogenitis filiorū Israel deputantur. Exo. 13.b. F

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. III.

1 HAe sunt generationes Aaron. *Hic consequenter describitur ordinatio Leuitarum Deo ministrantium. Et primo tempore status. Secundo tempore motus 4. cap. Circa primum. leuitæ primo separantur. Secundo numerātur, ibi, Locutusque est dominus. Tertio commutantur, ibi. Et ait dominus. Circa primum primo ponitur ratio separationis sacerdotum. Secundo Leuitarum, ibi. Applica tribum Leui, tertio utrorumque simul, ibi. Locutusq; est dominus. Ratio autem separationis sacerdotum fuit, ut diligentius & liberius uacarent sacrificijs offerendis. Dicit igitur.*

2 Hæ sunt generationes. *Scilicet ab alijs segregatæ.*

3 Aaron & Moysi. *Cum filiorum Moysi non recordetur hic, nec fuerint sacerdotes, quare dicitur hic. Hę sunt generationes Aaron & Moysi Ad quod respondet Rab. Sal. dicens, quod Moyses docuit Aaron & filios eius legem, & sic reputatur pater eorum, quia qui instruit aliquem in legē, reuerendus est ab eo ac si eum genuisset.*

4 Hęc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui uncti sunt. *De ista unctione & repletione & consecratione manuum dictum fuit Exod.29.*

5 Vt sacerdotio funderentur. *Ad hoc fuerunt ab alijs segregati per unctionem & consecrationem, ut sacerdotale officium debite exequerentur, aliter eorum ministerium non esset Deo gratum, sed magis pottum, ut dictum fuit Exod.29.*

6 Mortui sunt Nadab & Abiu. *Vt habitum est Leuitici 1.a. Sed hic replicatur ut ostendatur causa, quare hic non describitur aliqua generatio ex eis descendens.*

7 Locutusque dominus ad Moysen dicens. *Hic consequenter exprimitur ratio separationis Leuitarum, scilicet ut diligenter & libere ministrent in officijs suis coram sacerdotibus & hoc est quod dicitur.*

8 Applica tribum Leui. *Id est, separa ab aliis in ministerio tabernaculi.*

9 Et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis. *Vt sint separati ad ministeria sua.*

10 Vt ministrent ei. *Humiliter.*

11 Et excubent. *Vigilanter.*

12 Et obseruent. *Diligenter.*

13 Quicquid ad cultum pertinet multitudinis. *Quia pro tota multitudine populi quæ tenetur Deum colere, deputati, sunt specialiter ad cultum Dei.*

14 Dabisque dono Leuitas. *Id est gratis ipsi Aaron & filijs eius.*

15 Quib. traditi sunt a filiis Israel. *Et ideo ab eis recipient decimas, tanquam mercedem sui laboris, non ab Aaron & filijs eius.*

16 Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotii. *Qui consistit in sacrificiorum oblatione & thurificatione, & cæteris ad officium sacerdotale pertinentibus.*

17 Externus qui ad mini. *Hic accipitur externus quicunque non est de tribu Leuitica, si se ingerat ministerio Leuitarum, & omnis qui non est de filijs Aaron, si se ingerat officio sacerdotum, sicut dicitur infra 16. capitu. de ipso Core qui fuit Leuita, non tamen de filis Aaron qui mortuus est, eo quod uoluit sibi arripere officium sacerdotis.*

Externus.

18 Locutusque est dominus. *Hic consequenter ponitur ratio separationis Leuitarum & sacerdotum simul, erat enim utrique de tribu Leui, & sic dicitur,*

19 Ego tuli Leuitas a filiis Israel. *Id est accepi mihi. Cuius ratio subditur, eam dicitur.*

✻ 1 Pro

### MORALITER.

✠ 1 *Hæ sunt generationes Aaron, &c.* In hoc capitulo agitur de officio sacerdotum & Leuitarum, cum dicitur.

8 *Applica tribum Leui, etc.* Officium uero sacerdotum ueteris legis erat offerre sacrificia, & officium Leuitarum ministrare sacerdotibus in sacrificiis offerendis per quod significabatur quod officium sacerdotum nouæ legis est eucharistiam offerre in missarū celebratione. Nam eucharistia est sacrificiū nouæ legis figuratum per plura ueteris legis sacrificia, sicut utrum perfectum per multa imperfecta.

17 *Externus qui ad mini.* Per hoc significatur, quod offerens eucharistiam non ordinatus in sacerdotem moritur morte culpa, & incurrit pœnam mortis gehennæ.

✠ 3 Numera

deinceps primogenita eorum vel pecorum eorũ pertinebat ad Deũ, vbi iussit immũda primogenita, vel humana mutari ouib.? Quomodo non & pro istis deinceps primogenitis cõputabant filii Leuitarum? Manebat enim in posteris eadẽ tribus, quę posset pro primogenitis posterioribus cõputari. Nisi quia illud iustum fuit, vt qui nascerentur de illis, qui iam ad portionem domini pertinebant, datam pro primogenitis qui de Aegypto exierunt, iã Deus proprios haberet tanquam suos de suis, nec possent iustè pro illis computari, qui deinceps primogeniti Deo debebantur, de vniuerso quippe populo, & de vniuersis pecorib. populi data est portio Deo pro primogenitis Leuitæ, s. & pecora eorũ. Iam si quid genuissent, Dei erat, & non poterat hoc tanquam a populo dari, quod iam alienũ erat. Ac per hoc debita deinceps primogenita Deo reddi oportebat, nec pro his computari posteros Leuitarum vel pecorum eorum.

a ¶ Quamuis non sint primogeniti, sed apud Deum: non priuilegio natiuitatis, sed proposito mentis iudicantur primitiui.

a filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filiis Israel, eruntque Leuitę mei. † Meum est enim omne primogenitum. † Ex quo percussi primogenita in terra Ægypti, sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel. Ab homine vsque ad pecus mei sunt: Ego dominus. Locutusque est dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: Numera filios Leui per domos patrum suorum

†a die qua

Exod.13.a

✱ PROC. Quid causæ est quod non ipsos quidem primogenitos, quos sanctificasse se testatur, ad sacri ministerii functionẽ separat? Aut cur Leuitæ eã ad rem primogenitis existunt potiores? Quia si ex omni tribu more consueto primogeniti forent assumpti, vulgare nimis sacrum ministeriũ euasisset. Quapropter ex æquo vt regnum vnicæ tuique tribui est additũ, sacerdotium quoq; ab aliis tribub. seiunctum esse oportuit. Quorum vtroq; ad Christum qui sacerdotium & regnum communitatis ex ore habet, facta est allusio.

B

ORIG. *Ego assumpsi Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito, &c.* Leuitæ assumuntur pro primogenitis, cum non sint primogeniti. Leui enim tertius nascitur de Lia. Primus namq; est Rubẽ, secũdus Simeõ, tertius Leui. Sed apud Deũ non habetur primogenitus, qui corpore & natiuitate pcedunt, sed quos proposito mẽtis ipse in ordinẽ primitiuorũ iudicat assumendos. Iacob natu posterior, primogenitus iudicatus, & benedictionẽ primatus, procurata diuinitus parẽtis cæcitate, suscepit. Ex proposito enim cordis, q Deo patuit, priusquã in hoc mundo nascerentur, aut aliquid agerẽt boni vel mali, dictum est: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Filii ergo Leui, primogeniti non sunt secundum carnẽ, sed pro primogenitis assumuntur, vt sit plus pro primogenito assumi, quã primogenitum nasci.

Hom.3.in Num.a.
Gen.29.g.
Primogeniti apud Deum.
Gen.28.a.
Malac.1.a

LXX. *Ex medio filiorum Israel, &c.* Tertius est Leui inter filios Israel, de quo ergo medio assumuntur Leuitę? Inuenio Sunamitẽ fiducialiter regi Israel respõdẽtẽ, In medio populi mei ego habito. Et de Christo Ioannem dicentem: *Medius vestrũ stat, quem vos nescitis.* Puto ergo eum qui nunquã declinauerit ad dexterã vel ad sinistrã dici posse medium stare, *qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Et quia semper stat, medius stare dicitur. Qui vero imitator eius est, sicut Sunamitis, stare quidẽ non dicitur, quia aliquando aut ad dexteram inclinatur, aut ad sinistram. *Nemo. n. mundus a sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius:* habitare tamen dicitur in medio populi. Leuitæ ergo assumuntur de medio filiorum Israel Leuitæ enim sunt, qui nõ cognouerunt dexteram & sinistram suã sed sequentes Mosen, id est legem Dei, non pepercerunt patri vel matri. Et tu ergo si veniente tentatione & ira peccati, nõ inclineris ad dexterã vel ad sinistrã, nec præuaricaris legem Dei, sed stes medius fixus & stabilis, nec curues genua tua peccato, nec pecudis caput, i. stultitię sequaris imaginem, assumeris de medio filiorum Israel, & in primitiuorum numero collocaberis.

4.Reg.4.c.
C
Mediusstatus quis dicatur.
D
Esa.53 c.
Iob.15.b.
Secũdum aliã literã
†1.5.q.1.c. necis.
Deut.33.a

a *Aperit.* Non quicunque aperit vuluam, primatu dignus est. vnde: *Alienati sunt peccatores a vulua, errauerũt ab vtero, locuti sunt falsa.* Quomodo enim qs errare potuit a via Dei, statim vt de ventre matris exiuit? Aut quõ potuit falsa loqui nup editus puer? Necessarium est ergo ventrẽ & vuluã talem requirere cui possit conuenire. *Alienati sunt peccatores a vulua, &c.* Et illa erit vulua, quã aperit omnis primitiuus qui sanctificatur domino. Aperuit dñs vuluam Liæ quæ erat clausa, & peperit patriarchas. Similiter & Rachel ut pareret etiam ipsa cuius visus erat perspicax & decorus aspectus. In multis vero scripturæ locis inuenies aperiri vuluas, quarũ si singulas pro locis cõsideres, inuenies quõ errant peccatores a vulua, & alii aperientes vuluam sanctificantur in ordine primitiuorum.

Aperire vuluam.
Psal.57.
E
Gen.29.g.
Gen.30.d.

b *Ex quo.* ORIG. Quia nõ prius sanctificati sunt primogeniti Israel quam percuterent primogeniti Aegyptiorum, & quasi causam sanctificationis horũ, interitum ponit illorum, vnde & hic intelligendũ est esse quosdã etiam primogenitos in Aegyptiis, id est in contrariis potestatib. quasi electos in malitia, & primos inter dæmones, qui nisi percussi fuerint & extĩcti, Israelitarum primogeniti sanctificari non possunt. Hos autem percussit dominus meus Iesus Christus, *qui est primogenitus oĩs creaturæ,* qui principatus & potestates traduxit triũphãs de eis in cruce. Aliter. n. sanctificatio primitiualis ad nos venire nõ posset. Vt aũt nobis primogenitorũ sanctificationes daret, effectus est primogenitus ex mortuis, ut sit primatũ tenens in omnib. & nos credentes resurrectioni suæ & pro primitiuis assumeret, & in primitiuorum ordine collocaret.

Vbi supra.
Sanctificatio primitialis quando facta.
Col.1.c.

c *Numera filios Leui.* ORIG. Recẽseam' attẽtius quõ distribuũtur duodecim trib. per turmas ternas in quatuor partes, & per

Vbi supra.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Pro omni. *Quia omnes primogeniti filiorũ Israel fuerunt Deo obligati, ex quo percussit primogenitos Aegyptiorum, & loco illorum voluit deputari sibi omnes masculos de tribu Leui, ad hoc enim fuerunt magis apti quam de alia tribu, quia non fuerunt sic polluti in peccato vituli, ut prædictum est. Ante enim legem datam ad primogenitos pertinebat offerre sacrificia, sed quia primogeniti aliarum tribuum polluti fuerunt in peccato vituli, & inepti redditi ad prædictum officium, Leuitæ successerunt loco eorum.*

Primogeniti omnes Deo obligãtur.

2 Locutusq;. *Descripta Leuitarum separatione, hic consequenter agitur de eorum numeratione. Circa quod præmittitur præceptum domini, cum dicitur.*

3 Numera. *In tribu enim Leui erant tres domus, scilicet Gerson, Caath, & Merari, & quælibet domus habebat plures familias, in domo enim Gerson, erant familiæ Lobni & Semei, & eodem modo dicendum est de aliis.*

✱ 1 Omnem

## MORALITER.

✱ 3 *Numera filios.* Hic agitur de officiis Leuitarũ, & eorũ situatione circa tabernaculũ p quatuor partes orbis. Gersonitę situati fuerunt ad occidentalẽ partẽ, & eorum officium fuit custodire & portare mollia, s. cortinas tabernaculi & atrii, & funes, & operimenta pellium. Caathitę vero ad partẽ meridionalem, & eorum officium fuit portare uasa sancta s. arcã testamenti, propitiatorium, mensam, candelabrũ, & altare incensi. Meraritæ vero ad Aquilonẽ, & eorum officiũ fuit portare dura, s. tabulas tabernaculi, columnas eius, & atrii, & bases, & huiusmodi. Moyses autẽ & Aaron cũ filiis suis ad orientalem partẽ tabernaculi habentes curam totius populi. Secũdũ sensum allegoricũ tribus Leui significat ministros ecclesiæ, qui diuiduntur in quatuor partes, s. prælatos, sacerdotes, religiosos & clericos simplices. Igitur Moyses & Aarõ, quia fuerunt duces populi, Psal.76. d. *Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi & Aaron.* ideo significant prælatos ecclesiæ, qui sunt duces populi Christiani. Per hoc autẽ quod Moses & Aaron fuerunt ad orientẽ, vbi erat ingressus tabernaculi, significatur, quod per ordinationẽ prælatorum ad ecclesiastica officia cæteri ingredi debent. Meraritæ vero qui interpretantur amari, & significant religiosos habitantes in amaritudine pœnitentię & luctu pro peccatis propriis & alienis. Hier. ad Ripariũ Monachus plangẽtis habet officiũ. Per hoc autẽ quod Meraritæ portabant dura, significatur, quod religiosi debent viuere in austeritate, & nõ in mollitie delitiarũ, per hoc autẽ quod erant ad partẽ Aquilonarem, vnde venit frigus, significatur, quod religiosi debent vti cibis frigidis & vestib. Gersonitę vero qui portabant mollia, significant clericos q minus pondus habẽt cæteris in ecclesia. Et qa multi eorũ viuuntin mollitie delitiarum, p quas frequẽter cadunt in alia vitia, q significatur per hoc quod Gersonitæ erant ad occidẽtẽ. Caathitæ vero q portabãt sacra vasa, significãt sacerdotes q sanctum sanctorum offerunt in altari. Per hoc autẽ quod Caathitę erant ad meridiem, vnde prouenit feruor caloris, significatur quod sacerdotes feruere debent ardore charitatis.

Allegoric.

✱ Secundum

A & per singulas cæli plagas certa statione cōsistunt, & inueniemus Iudam ab oriente cū Isachar & Zabulon. Ruben ab occidente cū Simeone & Gad. In meridie Ephraim cum Beniamin & Manasse. In aquilone vero Dan cū Nepthali & Aser. Qui b. quasi per quatuor cardines terræ, in circumitu locatis, in medio eorum (vt Deo proximi) circa tabernaculum Dei constituuntur Leuitæ. In castris quidem Iuda, quæ sunt ab oriente Moyses & Aaron. In castris vero Ruben, Gerson. In castris vero Beniamin, Caath. Vbi Dan castra constituit, locatus est Merari. Et ita in medio filiorum Israel ex omni parte per circumitum quasi inserti cæteris, & innixi videntur esse filii Leui. Obliuiscere ergo paulisper terrena, & supra ipsum cęlum gressu mentis incede. Ibi require tabernaculum Dei, vbi præcursor ꝓ nobis introiuit, Iesus, & adsistit nunc vultui Dei interpellans pro nobis. Ibi require quaternos ordines & stationes castrorū. Ibi Israelitica agmina & excubias cerne sanctorum, Ibi primitiuorū sacramenta rimare. Sed ego nō audeo illuc solus ascendere, præcedat Paulus cum mihi viā ostendat. Ipse ergo apostolorum maximus, sciens multas esse non solū in terris, sed & in cælis ecclesias (ex quib. septem quasdam Ioannes enumerat) volēs ostendere quandā preterea ecclesiam primitiuorum, dicit ad Hebræos: *Non enim accessistis ad ardentem & tractabilem ignem, sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem, & multitudinem angelorum laudantium, & ecclesiam primitiuorum adscriptam in cælis.* Moyses ergo ꝑ quatuor castra populū Dei diuisum scribit in terris. Apostolus quatuor ordines sanctorū in cęlis, ad quorum singulos vnumquenq; nostrū dicit accedere. Nō enim omnes ad omnes accedunt, sed alii ad montem Siō, & paulo meliores ad ciuitatē Dei viuentis Ierusalem cæleste. His vero eminentiores accedunt ad multitudinem angelorum laudantiū. Qui autē supra omnes istos sunt, accedunt ad ecclesiā primitiuorū. Prępara ergo te & enitere quantū vales, si forte actib. vita, moribus, fide, & institutis proficias, vt possis accedere ad ecclesiā primitiuorum. Si paulo inferiores, accede ad multitudinem angelorū laudātium, vel ad ciuitatem Dei viuentis cęlestē Ierusalem, vel saltem ad montē Siō, vt in monte salueris. Tātum ne in terra resideas, ne in vallib. maneas, ne in demersis & humilibus perseueres. Ita assumuntur primogeniti Leui qui ministrāt Deo, & altari eius tabernaculo, excubiisque perpetuis diuina ministeria celebrant.

*Heb. 7. d.* *Apoc. 1. a.* *Heb. 12. e.* *per familias suas.*

1 rum & familias, omnem masculum ab vno mense & supra. 2 Numerauit Moyses, vt præceperat dominus, & inuenti 3 a sunt filii Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. Filii Gerson † Lobni & Semei: Filii Caath, Amram & Iesaar, Hebron & Oziel. Filii Merari, Moholi & Musi. De Gerson fuere duæ familiæ, Lobnitica & Semeitica, quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & supra, septem millia quingentorum. c Hi post tabernaculum metabuntur ad occidentem, d sub principe Eliasaph filio Lael: 4 † & habebunt excubias in tabernaculo fœderis 5 ipsum tabernaculum 6 & operimentum eius, 7 tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis & cortinas atrii, tentorium quoque quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet, 8 funes tabernaculi, & omnia vtensilia

† Alias Lebni.

a *Leui per nomina sua.* Leui additus, vel assumptus. Hic est ordo doctorum, qui per gratiam Dei de mundo electus ad seruitiū diuinum, cœtib. angelorum vnitur. Vnde: *Ego vos elegi de mundo.* Et alibi: *Sed sunt sicut angeli Dei in cælo.*

*Ordo doctorum.* *Ioan. 15. c.* *Matt. 22. c.*

b *Gerson & Caath & Merari.* Tres filii Leui significant prædicatores sanctæ trinitatis, confessione insignes, fide, spe, & charitate mirabiles. Nec huic expositioni eorum nominum interpretatio aliquo modo repugnat, sed valde cōcordat. Interpretatur enim Gerson aduena, Caath patientia, vel molares dentes. Merari amara, vel amaritudo. Minister. n. Dei aduenam se & peregrinum in mondo cognoscit, & patiens est. Verbum Dei dente discretionis molit, secundū auditorum capacitates, & seculum sibi amarum ostendens, alios a voluptatibus reuocat. Hi ab vno mense numerantur, quia initium vitæ Deo debent cōsecrato, ne post multa scelera promoti faciant blasphemare nomen Dei. vnde: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse, &c.*

*† In tēt u stodi t. Moraliter* *1. Tim. 3 a*

c *Hi post tabernaculum metabuntur.* Filiorum Leui ordo conueniens ostenditur, vbi s. qui primi sunt in ordine, orientis plagā obseruent Moyses & Aaron cum filiis suis habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israel. Caathitę vnde Moyses & Aaron orti sunt, meridianā plagā obtineant, sub cura Eleazari sacerdotis, qui maior est filius Aaron. Post hos Gersonitæ occidentalem plagam sub cura Eleazari. Nouissimi Meraritæ ad septentrionalem plagam, sub custodia Ithamar filii Aarō minoris. In his vero moraliter exprimitur, quod ministri ecclesiæ debent diligenter ordinem suum seruare, nec maiora appetere, quam proprius locus exposcit.

*Moraliter*

d *Ad occidentem sub principe Eliasaph filio Lael.* Vbi dies clauditur,

NICOLAVS DE LYRA.

*De velo tabernaculi.*

✠ 1 Omnem masculum. *Ad excludendum fœminas.*

2 Ab vno mense. *Quia ista numeratio fiebat ad commutandum filiis Leui pro primogenitis aliarum tribuum, vt habetur infra isto cap. primogeniti autem debebant offerri domino talis ætatis. Consequenter ponitur executio dicti mandati, cum dicitur:*

3 Numerauit Moys. *Scilicet per tres domos prædictas & familias earum, & in qualibet domo describuntur quatuor, numerus hominum, locus eis assignatus circa tabernaculum, princeps eorum, & officium, ut patet per literam discurrendo. Incipitur autem a domo Gerson, cum dicitur:* De Gerson, &c. *& patet litera vsque ibi.*

4 Et habebunt excubias. *Id est diligentes custodias.*

5 Ipsum tabernaculum. *Id est cortinas de diuersis colorib. quæ erāt immediate super tabulas.*

6 Et operimentum eius. *Quod erat triplex, s. de sagis, de pellibus arietum rubricatis, & de hyacinthinis.*

7 Tentorium quoque. *In Hebræo habetur sic: Velum ostij atrij, quod est super tabernaculum & altare per circumitum, & hæc videtur litera verior. Illa enim quæ pertinebant ad altare, cum ipso altari erant sub custodia & cura Caathitarum, ut habetur infra isto ca. & sequenti. Sed velum pendens in ostio atrij erat sub cura Gersonitarum. Et quod dicitur in Hebręo, quod erat super tabernaculum & altare per circumitum, hoc est, quia prohibebat impetum venti a tabernaculo & altari quod erat infra atrium, vt exponit Rabbi Salomon, & hoc patet per hoc quod habetur ca. sequen. vbi hoc repetitur, quia ibi ponitur ante tabernaculum.*

8 Funes tabernaculi & omnia vtensilia eius. *Inter vtensilia tabernaculum erat candelabrum & mensa propositionis, & vasa eorum, de quibus non potest dici, quod essent sub cura Gersonitarum, vnde in Hebręo habetur:* Funes tabernaculi ad omne ministerium eius. *Ad Gersonitas enim pertinebat portare et seruare mollia, inter quæ sunt funes.*

MORALITER.

✠ Secundum moralem sensum, dñi tabernaculum est anima fidelis, vt dictū est capitulo præcedenti, ad eius quatuor latera debent esse actus quatuor virtutū cardinalium, scilicet prudentiæ, quæ est auriga virtutū, propter quod significantur per Moysen & Aaron duces populi qui erant in parte orientali, & sic est actus prudentiæ qui præcedit origine actus aliarum uirtutū. Actus uero fortitudinis, qui habet sustinere dura, significatur per Meraritas q dura portabant, & dicitur esse ad occidentem, nam difficile est sustinere dura sine calu: Actus uero iustitię est ad meridiem, unde uenit maius lumē, & de iustitia dicit libro Ethic. quod uidetur præclarissima uirtutum, & neque Hesperus neq; Lucifer est ita admirabilis. Et significatur per Caathitas portantes candelabrū luminis. Actus vero temperantiæ qui reprimit ardorē carnalis concupiscentię, est ad aquilonē, unde prouenit frigus caloris repressiuus, significatur per Gersonitas qui aduenæ interpretantur, nā temperati qui pauci sunt respectu aliorum, quasi aduenę ab eis reputantur. Ad maiorem autem intellectum prædictorum ponitur hic situs castrorum circa tabernaculum.

7 Tento ✠ 1 Cogna ✠ Moral

ditur, astra occidūt. In his significatur quod ministri tabernaculi debent concupiscentiā fugere, carnalia desideria Dei adiutorio mortificare, diem vltimum & finem laboris expectare, vt mortui mūdo, & uiuentes deo dicere possint illud: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.* (Gal. 6. c.)

a *Ad meri*. Hæc significat post lucem scientiæ perceptam, prædicatorem verbum patientiæ & solatii debere cum discretiōe proximis impendere. Sub Eleazaro. i. Dei adiutorio, secundum illud: *Nisi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.*

b *In plaga*. (Allegor.) Extremi Meraritæ sub Ithamar (qui interpretatur amarus, vel vbi palma) plagam aquilonis sortiti sunt, vbi, glacialis horror perdurat. In quo monētur ecclesię ministri, ne securitate torpeant, quia licet per ianuam fidei iam in ecclesiam intrauerint lumen scientiæ perceperint, desideria carnis mortificauerint, nondum tamen ad perfectam suauitatem, id est ad æternam beatitudinem peruenerunt. Restat aliquid amarum, cū illo certandum est, qui ad aquilonem dirigit soliū suum, cuius duritiam mollit impossibile ē, unde: *Cor eius indurabitur quasi lapis, &c.* (Esaie 14. d; Job 41.) Cū autem superabitur, adepta palma exultandum est & lętandum.

1 eius. Cognatio Caath habebit populos, Amramitas, & Iesaaritas, & Hebronitas, & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua, omnes generis masculini ab vno mense & supra, octo millia sex centi. Habebūt excubias
a sanctuarii, & castra metabuntur ad meridianam plagam: Principesque eorum erit Elisaphan filius Oziel, & custodient arcam, mensamque & candelabrum, altaria, & vasa sanctuarii in quibus ministratur, & velum, cunctamque huiuscemo-
2 di suppellectilem. Princeps autem principum Leuitarū, Ele-
3 azar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ sanctuarii. At vero de Merari erunt populi Moholitę & Mu-
4 sitę recensiti per nomina sua, omnes generis masculini ab vno mense & supra, sex millia ducenti. Princeps eorum Suriel
b filius Abihel, (Alias Abihaiel.) in plaga septentrionali castrametabuntur. Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi, & vectes, & columnæ, ac bases earum: & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent, colūnæque atrii per circumitum cum basibus
5 suis, & paxilli cum funibus. Castrametabuntur ante taberna-
c culum fœderis, id est ad orientalem plagam Moyses & Aa-
6 ron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarii in medio
7 filiorum Israel. Quisquis alienus accesserit, morietur. Omnes
8 Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta† præceptum domini per familias suas in genere masculino a mense
d vno & supra fuerunt vigintiduo millia. Et ait dominus ad
9 e Moysen: Numera primogenitos sexus masculini de filiis
10 Israel a mēse vno & supra, & † habebis summam eorum. Tol-
11 lesque Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel:

(† cape.) (Allego. de orient. plaga.)

c *Ad orientalem plagam*. Orientalis plaga ortū fidei significat. vbi Moyses qui interpretatur assumptus de aqua, & Aaron mons fortitudinis cum filiis suis castrametantur. Qui enim in ecclesia præsunt, quib. claues regni cælestis cōmissæ sunt, debent introitus ordinē cognoscere, & aliis prędicare. (Matt. 6. c.) Quia oportet quenque in lucem fidei per portā confessiōis ad aquā baptismi ītrare, ut de aqua assūptus sit filius adoptionis, & rore constantiæ gignens filios boni operis. Introitū fidei per quem

quem in ecclesiam ingressus est, diligenter custodiat, ne otiosus & inutilis abiiciatur.

d *Viginti milia*. Aptè numero vigintiduorum Leuitæ intitulantur. Hoc. n. numero comprehenduntur Hebræa elementa: & secundum quosdam libri veteris testamenti. Ministri Dei hac præscriptione monentur, secundum legem Dei viuere & docere, nec ullo modo excedere.

e *Numera primogen.* (Quęst. 5.)

☙ THEODOR. Cur deus primogenita populi iussit recenseri. Postea quam vniuersam tribum Leui diuinis cōsecrauit officiis, eamque liberauit ab onere militandi, verisimile erat, quosdam è reliquis ęgrè laturos, quod hi essent antepositi. Suadet ergo dominus se nihil iniquum statuisse. Cum enim vestra gratia interfecta sint Aegyptiorum primogenita, vestra sunt cōseruata. Horum igitur vice, ad ministeria mea peragenda, Leuiticam tribum elegi, & pro primogenitis pecorum vestrorum primogenita animaliū ad Leuitas spēctantium. At cum plures reliquarum tribuum primogeniti reperirentur, quàm Leuitę, constituit vt quisque qui post æquatū numerum reperiretur, quinque siclos sacerdotibus penderet.

(+ verbum quod præceperat dominus.)

ORIG. (Homil. 4. in Num.) Multæ sunt numerorum differentiæ, quæ scribuntur de filiis Israel. Sed post numerū filiorū Israel numerantur seorsum Leuitę. Non enim fuerant recensiti cum eis, & habet eorū segregatus & pręcipuus numerus, quo referunt omnes simul uiginti duo milia reperti, nec plus nec minus. Post hos pcepit dn̄s numerari ēt primogenitos filiorum Israel eodem ordine, quo fuerant Leuitę numerati, id est, ab uno mense & supra, & inueniuntur uigintiduo millia & ducenti septuagintatres. Putas ne per hęc solam numeri historiā docere voluit

☞ Moy-

## NICOLAVS DE LYRA.

☙ 1 Cognatio Caath habebit populos, Amramitas, & Iesaaritas, &c. *Hic consequenter prosequitur de secunda domo, & patet litera ex prædictis, vsque ibi.*

2 Et ue. (De velo sanctuarii) *Quod diuidebat sanctum, & sanctum sanctorum, quia illa quæ erant intra tabernaculum pertinebant ad Caathitas, inter quæ est illud velum, licet esset de mollibus.*

3 Princeps autem principum Leuita. *Quia ei reddebant rationē non solum Caathitæ, sed etiam illi qui erant principes in aliis duabus domibus.*

4 At uero de Merari erāt populi. *Hic prosequitur de tertia domo, & patet litera vsque ibi:*

5 Et paxilli cum funibus. (Funes varii.) *Istud uidetur contrariari prædictis, scilicet quod funes pertinebant ad Gersonitas. Dicendum quòd aliqui funes erant inhærentes immobiliter duris: & isti pertinebant ad Meraritas, quia ad ipsos pertinebant dura, quæ erant extra taberaculum, sicut ad Caathitas pertinebant dura quæ erant intra tabernaculum cum altari holocaustorum quod erat extra, & hoc est quod dicit Rabbi Salomon, scilicet quòd aliqui funes inhærebant columnis quibus appendebantur cortinę, & illi pertinebant ad Meraritas, aliqui inhærebant cortinis, quibus immittebantur paxilli in terra fixi, vt cortinæ non mouerentur a vento inferius, & illi pertinebant ad Gersonitas.*

6 Ca-

6 Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis. *Hic agitur vltimo de situ Moyses & Aaron, qui erant ad orientalem partē cum filiis suis, & in hoc erant diuisi ab aliis Caathitis qui erant ad meridiē, cuius causa subditur cum dicitur.*

7 Habentes custodiam sanctuarii. *Cuius introitus erat in parte orientali.*

8 Quisquis alienus acceperit. *i. sine licentia*, morietur. *Consequenter ponit numerum omnium Leuitarum simul, dicens:* Omnes Leuitæ, *&c. Sequitur.*

9 Fuerunt vigintiduo millia. *Si autem considerantur numeri partiales Leuitarum prædicti faciunt vigintiduo millia & tricentos. Ad quod dicendum, quod illi tricenti qui hic tacentur, fuerunt primogeniti, & ideo non debebant hoc numero includi, quia ista numeratio vltima erat illorum qui poterant accipi pro primogenitis aliarum tribuum, quod non poterat fieri de primogenitis Leuitarum, quia ex seipsis erant obligati domino ratione primogenituræ.*

10 Et ait dominus ad Moysen, Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israel. *Hic consequenter agitur de commutatione Leuitarum pro primogenitis aliarum tribuum, quorum præmittitur numeratio cum dicitur.* Numera primogenitos *&c. et subditur cōmutatio, cum dicitur.*

11 Tollesque Leuitas mihi pro primogenitis filiorum Israel. *Id est ad obsequium meum.*

P

Moyses,& nullum his diuersitatibus numerorum conclusit mysterium? Viginti duo quidem numerus in scripturis diuinis principalib. causis ascriptus sępe reperit. Nā viginti duo prima qđ ē apud Hebręos elementa tradunt esse literarū. Ab Adā usque ad Iacob, ex cuius semine initium duodecim tribus assumunt, xxii. patres fuisse memorantur. Tradunt etiam omnium creaturarum Dei species intra vigintiduo numerum colligi. Propter hoc ergo Leuitæ, id est, qui deseruiunt Deo, & primogeniti filiorum Israel, ab hoc sacrato numero intitulantur. Quod autem in filiis Israel adduntur cclxxiii. non otiosum videtur, humani enim generis in carne generatio (sicut asserunt periti talium) nouem mensibus in vulua continetur. Sed non prius ad partum moueri fertur, quam decimi mensis triduum transeat. Et ita ducenti septuaginta tres dies illos indicant, qui ex nouem mensib. & triduo decimi mensis colliguntur, & simul ducenti septuaginta tres dies isti eos indicant, quib. humano generi in hunc mundum prębetur ingressus. Et ita in viginti duob. omnium simul creaturarū rationib. mysticis summa colligitur. In his vero q̄ ex abundanti in primogenitis Israel inueniuntur, etiam mysterium humanæ generationis exponitur.

*Numerus vigintiduo … ex … [illegible]*

ego sum dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel Recensuit Moyses, sicut prę ceperat dominus, primogenitos filiorum Israel, & fuerunt masculi p nomina sua a mense vno & supra vigintiduo millia ducenti septuagintatres. Locutusq. est dominus ad Moysen, dicens: † Tolle Leuitas pro primogenitis filiorū Israel & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: Eruntq. Leuitæ mei. Ego sum dñs. † In pretio aūt ducentorum septuaginta trium, qui excedunt numerum Leuitarum, de primogenitis filiorum Israel accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarii. † Siclus habet obolos viginti. Dabisque pecuniam Aaron & filiis eius pretium eorū qui supra sunt. Tulit igitur † pecuniam eorum Moyses, qui fuerant amplius, & quos redemerat a Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexaginta quinque siclorum, iuxta pondus sanctuarii, & dedit eam Aaron & filiis eius, iuxta verbum, quod præceperat sibi dominus.

† De voto c. magnę. †Pretium aūt redemptionis. *redemptionem.

a *Quinque siclos.* Mystice. Quisquis initium conuersationis & voluntatis vult Deo consecrare, quinque sensus corporis debet diligenter custodire, ne per lasciuiam in errorem aut immunda desideria desluat: Sed iuxta siclum sanctuarii, qui est oboli. xx. i. secundum decalogi doctrinam, q̄ in duobus præceptis charitatis consistit, omnia opera sua referat in domum summi sacerdotis & filiorum eius.

Mystice. Ezec. 45. d. Leui. 27. c. † Exo. 30. b.

## NICOLAVS DE LYRA.


1 ✣ Et pecora eorum pro vniuersis. *Dicit autem Ra. Sal. quod pecora mundorum animalium non intelliguntur hic computata, quia immolanda erant domino, sed immunda quæ redimebantur pecunia, vt habetur infra xviii. cap. excepto asino qui commutabatur oue, vt ibidem dicitur. Cætera patent ex dictis, usque ibi.*

2 In pretio autem ducentorum septuagintatrium. *s. Primogenitorum aliarum tribuum.*

3 Accipies quinque siclos. *a quolibet, quia non poterant redimi per personas Leuitarum, ideo redimuntur pretio. De quantitate autem sicli dictū est Exo. 30.*

4 Mille trecentorum sexagintaquinque siclorum. *Tantum enim ascendit summa si pro quolibet hoc modo redemptorum accipiantur v. sicli, vt patet si quis velit numerare. Ad euidentiam autem prædictorum, hic describitur figura situationis castrorum circa tabernaculum. Notandum quod Vegetius libro de re militari dicit, quod boni modi sunt castrorum quadrangulata, quæ ... debent situari, si dispositio loci impediat, propter quod castra Israel hic posui in figura quadrata.*

Vegetius.




## ADDITIO.

*In c. 3. vbi dicitur in postilla. Aaron & Moysi, cum filiorum Moysi non recordetur hic.*

*Hec ratio Ra. Sa. non videtur vera, eo quod Moses non solum docuit Aaron & filios eius legem sed etiā totum populum: vnde eadem ratione pater totius populi vel saltem doctorum legis debet reputari. Nec etiā tenendum, quod filij Mosi non recordantur hic, quia licet non recordentur nominaliter, sicut filij Aaron, qui fuerunt sacerdotes unctj, recordantur tamen generaliter in summa cognationis Amramitarum, qua erat & Moses.*

## CAP. IIII.

a *T*olle sum. *Orig.* Cum in tres ordines diuidant filii Leui, & ex tribus nominib. principum singuli ordines censeantur ēt in ipsis diuersitates quædam non sine mysteriis ascribuntur. Nam filiorum Caath primus ordo ponit, quia ex ipso descendit Moyses & Aaron, quibus summa sacerdotii cōmittitur. Ex ipso enim nascitur Amram, ex quo nascitur Moyses & Aaron. Secundus ordo est Gerson, qui primus quidem est natiuitate. Ait enim scriptura: Filii autē Leui Gerson, Caath, & Merari. Sed ex filiis Caath, duo rursus ordines dirigātur, & hi qui ex Aaron descendunt sacerdotio mancipant, pars vero reliqua ministrat sacerdotib. & ideo in quatuor partes Leuitarū diuiduntur officia, vt sacerdotio fungantur Aaron & filii eius, sancta sanctorum portent in humeris reliqui ex populo Caath. Quæ autē pertinent ad tabernaculum testimonii, vel ad atria eius, & pelles eius, vel etiam velamenta, & quæque minus dura,

## CAP. IIII.

Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Tolle summam filiorū Caath de medio Leuitarum per domos & familias suas a tricesimo anno & supra, vsq. ad quinquagesimum annum, omniū qui in

*Lxx vicesimoquinto*

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. IIII.

Diuisio.

Locutusque est domi. *Hic consequenter describitur ordinatio Leuitarum specialiter. Et circa hoc primo ponitur officiorum distinctio, secundo numerorum collectio, ibi: Fecerunt igitur. Circa primum primo distinguuntur officia Caathitarum, secundo Gersonitarum, ibi:* Tolle summam etiam filiorum Gerson, *tertio Merarittarum, ibi:* Filios quoq; Merari. *Circa primum sciendū, quod sacerdotes & Leuitæ qui dicuntur Caathitæ, fuerunt de tribu Caath, sed sacerdotes qui descenderunt de Caath per Aaron, ex hoc habuerunt speciale nomen, et dicuntur Aaronitæ, & cum hoc etiam Caathitæ, alij autem Caathitæ tantum. Primo ergo describitur officium Aaronitarum, secundo Caathitarum, ibi:* Cumque inuoluerint. *Circa primum dicitur sic.*

2 Tolle summam. *Seperatim ab alijs.*

3 A tricesimo anno. *Infra 8. capit. dicitur a xxv. annis & supra.*

## MORALITER.

1 † *Locutusque est Dominus.* In hoc capitulo describuntur officia Leuitarum in motu castrorum, & primo Caathitarum, cum dicitur.

† 2 Hic

ra,& ad onus leuia procurant filii Gerson. Columnas uero tabernaculi & bases eius & seras portent filii Merari. Ideo significanter scriptura ait, vt recenseatur virtus Merari. Virtute enim opus est ad huiusmodi portādas sarcinas. Paulus vero libero iā & reuelato oculo mētis hæc omnia aspiciens & veteris testamenti velamen abijciens ait: Quia prior populus in huiusmodi constructionibus exēplaris & vmbra cælestiū deseruiunt. Cōsidera ergo ne forte isti quatuor ordines castrorum exemplum sint & vmbra illorum quatuor ordinum, quos ad Hebræos scribens Paulus enumerauit in cœlis. Et rursum Israeliticis quatuor castrorum ordinibus quaternos adijce Leuitarum, quæ nos non tā explanam⁹ quam contingimus, & purioribus sensibus & liberis a secularibus indicamus.

a gredìuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis.

a ¶ Exponit opera filiorum Caath, in medio filiorum Leui secundum, plebes suas in tabernaculo testimonij.

† Hic est cultus filiorum Caath. Tabernaculum fœderis & 1 sanctum sanctorum ingredientur Aaron & filii eius, quan- 2 do mouenda sunt castra, & deponent velum quod pen- 3 b det ante fores, inuoluentque eo arcam testimonii, & operient rursum velamine † ianthinarum pellium, extendent- que desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent 4 vectes. Mensam quoque * propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea † thuribula & mortariola, cyathos & crateras ad liba fundenda. Panes semper in ea e- 5 runt, extendentque † desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento † ianthinarum pellium, & inducent vectes. Sument & pallium hyacinthinum, quo operient

†Hoc est opus.

†taxorum

Hebr. 8.a.

*panum.

† scutellas & cochlearia.

† super eā.

† taxorem

B

Orig. Alia litera. *Accipe numerum filiorum Caath &c.* Ecce alius ordo numerorum introducitur. Numerati sunt iā filii Leui ab vno mense & supra. Nunc autē numerantur filii Leui, a vigesimo quinto anno, sed non vt in cæteris & supra, sed vsque ad quinquagesimū annum, & fit iste præcipuus numerus & electus. Additur autem his prædictis omnis qui procedit ad ministrandum ad opera tabernaculi testimonij, isti sūt qui numerant meliore & præcipuo numero. Sicut enim in filijs Israel dicebant. Omnis qui procedit ad bellum de filijs Israel, ita hic omnis q procedit ad ministerium, vt faciat opera in taberno testimonij.

a *In taber.* Orig. Tabernaculū testimonij sunt omnes sancti qui sub testimonio Dei censentur. In hoc tabernaculo sunt quidam meritis & gratia celsiores, & ex his aliqui cādelabrū dicunt, forte apostoli qui illumināt accedētes ad deum, & alij in hoc tabernaculum dei ingredientibus lumen sciētiæ & doctrinæ ostēdūt, alij sunt mensa, qui pane Dei pascunt animas esurientes & sitientes iustitiā, alij altare incensi, qui orationib. & ieiunijs vacant die ac nocte in templo Dei. Hi uero quibus arcana mysteria Deus credidit, arca dicuntur testamenti Dei. Qui autem cū omni fiducia per preces & supplicationes Deū hominibus repropitiat, & pro delictis populi interueniunt, propitiatoriū sunt. Qui meruerūt multitudinem scientiæ & abūdātes diuitias in agnitione Dei, cherubin possunt intelligi. Cherubin enim plenitudo scientiæ interpretat. Sed hos omnes q per hęc singula designantur portari necesse est & in humeris. Vt ego opinor, angeli qui ordinati sunt, *propter eos qui hęreditatem capiunt salutis.* eos portant. Cum autem solutū fuerit tabernaculum hoc, & cœperimus ingredi ad illa sancta, & pergere ad locū promissionis, hi qui vere sunt sācti, & in sanctissanctorū habentur, angelis portantibus incedūt. & vsq; quo requiescat tabernaculum Dei portantur in humeris, & extolluntur in manibus. Vnde: *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt in manibus tollant te, &c.* Quod diabolus de saluato re intelligēdū putauit, sed excæcatus malitia, eloquia mystica nō intellexit. Neque enim saluator angelis indigebat, vt non ostenderet. Angelis autē suis mādat Deus pro populo suo, vt nō offendat ad lapidem pedem suum. Hinc Paulus ait: *Sed & nos qui viuimus, qui residui sumus, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Christo in aera.* Rapientur ergo ab angelis, qui penitus purgati, & leues a delictis effecti sunt. Portātur ergo & columnæ tabernaculi a quibusdam & atria &c. quæ refert scriptura non ab Israelitis sed a Leuitis.

C

Psal. 90.c.

D Mat. 4. a.

1. Thes. 4. d

b *Inuoluentque.* Ne forte aliqui videant nudam & moriātur. Exterminatur enim qui ineffabilia sacramenta contingit, nisi meritis & scientia in sacerdotij gradum promotus fuerit.

Moraliter

Origenes. Septē quædam species enumerantur quę operiri præcipiūtur. Primo autem, vt omnium pretiosissima arca testamenti operiatur velo, sed & pelle desuper ianthina tegatur. Additur etiam aliud velamen desuper hyacinthinū. Secundo mensa operitur. Tertio candelabrum. Quarto altare aureum. Quinto vasa ministerij. Sexto operimentum altaris cum quibusdam velamentis operitur. Secundo operitur & labrū, & nihil horum nudum relinquitur. Denique addit: *Nolite exterminare de tribu sua plebem Caath.* vt. s. exterminandos se sciret, si forte ad hæc mouēda manus suas mitterent, nisi vnumquoq; eorum prius fuisset a sacerdotibus tectum. Redeamus ergo ad tabernaculum Ecclesię Dei viuentis, & videam⁹ quomodo oporteat obseruari hæc singula a sacerdotib. Christi. Si quis vere sacerdos est, cui sacra vasa. i. mysteriorū secreta sapientiæ commissa sunt discat quomodo hęc oporteat intra velamen cōsciētiæ custodire, nec facile in publicum proferre, aut si res possit proferre, & imperitiorib. tradere, ne nuda proferat, ne aperta ostendat, et penitus patentia, alioquin homicidium facit et exterminat plebem. Exterminatur enim omnis qui secreta & ineffabilia sacramenta contigerit nōdū meritis & scientia in sacerdotij gradum translatus. Solis enim filijs Aaron, id est sacerdotibus arcam, & mensuram, & candelabrum, & quæ supra dicta sunt, nuda videre concessum est. Alii autem hæc opera videant, imo velata in humeris portent.

E

F

* Theodor. Cur a uasis sacris quędam hyacinthino tegi iussit amictu, quædam uero purpureo? Sola hyacinthina tegmina pertinebāt: color autē ille cælum denotat, quapropter inter ora uelaminis hisce fragulis contegi iussit, exteriora vero purpureis, qa cœlum pœnas nullas habet, terra uero ppter legū transgressiones supplicia continet. At uero purpura regni est indicatiua, cū diuini numinis regnum diuinum sit, origine carens & interitu.

Quæst. 6.

Et

NICOLAVS DE LYRA.

* *Dicendum quod a 25. anno ponebantur ad discendum ministerium Leuitarum; sed in 30. anno instituebantur ministri qui per experientiā videbantur apti, & repellebantur inepti. Ratio autem quare non instituebantur ante 30. annum est, quia vsque tunc non perficitur robur hominis corpore, & mente vsque ad quinquagesimum annum, & tunc incipit fortitudo corporis debilitari.*

1 Hic est cul. *id est, illam partem quæ dicitur sancta.*

2 Et sanctum sanctorum *id est, Secundam partem.*

3 Ingredien. *Ad inuoluendum ea quæ erant intra tabernaculum, quorum materia, & forma exposita sunt Exo. 25.*

4 Et indu. *Exo. 25. b. dicitur quod vectes arcæ semper erāt in ea, & nūquam extrahebantur, quomodo ergo dicuntur hic inuenti in motione castrorum. Dicendum quod inducebantur super scapulas portantium.*

5 Panes. *Etiā quā do portabatur de loco ad locū, erāt panes inuoluti cū mensa, sicut & ignis in altari holocausti, vt dicetur.* Operi. *Seq. tur.*

MORALITER.

* 1 *Hic est.* Per quod significātur sacerdotes nouæ legis, ut p dictū est, ipsi uero portabant arcam testamenti, mensam, cādelabrum, altare incensi. & altare holocausti. per q quinque significant quę debent esse in sacerdotibus nouę legis. Primū est sacræ scripturæ notitia per arcam testamenti significata. Malch 2. a. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex eius ore requirent, quoniam angelus domini exercituum est.* Secundum est uerbum doctrinæ, quod per mensam significatur, nam in hac mensa panis spiritualis proponitur, Deutero. 8. a. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Tertiū est lumen exemplaris uitæ, quod significatur per candelabrum Matth. 5. *Nemo accendit lucernam, & ponit sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Quartum est odor orationis deuotæ, & significatur per altare incensi, Psal. cxl. *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Quintum est rigor disciplinæ, & significat per altare holocausti. Rom. 8. a. *Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, Deo placentem, &c.*

Quinque debent esse in sacerdotib. nouę legis.

✣ *Et operient.* Filii Aarō sacerdotes, quib. omnia nuda & aperta videre concessum est. *Panes semper.* AVGVST. Et panes qui semper super eam erunt. Nō vtiq; ijdem sp, sed similes eorū, quia illi auferebantur, & recentes quotidie ponebātur, dum tamen sine panibus mensa non relinqueretur. Ideo dixit, qui semper super eā erūt, id est, quia semper panes, non quia illi semper.

A — Quest. 1. in Num.

Caath, duo tm̄. Vnde ostēditur ꝙ operib. duriorib. & grossioribus plures sunt, qui velut animalia inseruiunt. Ad ea vero q̄ rationalib. procurantur, pauci de minus instructis accedunt. Nā ad illa quæ mystica sunt & secreta, & solis sacerdotib. patēt, nō solū null⁹ animalis homo accedit, sed nec ipsi q habēt aliquid exercitii & eruditionis: nondum tamen meritis & vita ad sacerdotalem gratiā ascenderunt. Nec solum per speculum ea & in ænigmate vident, sed etiam operta & velata suscipiūt, & humeris portant, vt ea magis actu quam scientiæ reuelatione cognoscant. Tales ergo nos exhibeamus, qui digni efficiamur ordine sacerdotij, ne velut irrationabilibus onera grauiora imponantur, sed tanquam rationabiles & sancti sacerdotalibus officiis deputemur. Gēs enim sancta & regale sacerdotium sum⁹ tantum, ut acceptam gratiam uitæ meritis æquantes, digni habeamur sancto ministerio, vt cum decesse rim⁹ de hac uita, mereamur assumi inter sacerdotes Dei, & ministrantes arcæ testamenti, in arcanis scilicet ministeriis, reuelata facie gloriā Dei speculemur & ingrediamur terrā sanctā, cuius hæreditatē p̄stabit nobis dominus noster Iesus Christ⁹.

D — 1. Cor. 2. d — †altaris cineres remouebūt — 1. Co. 13. d — †scopas & crateras. — 1. Pet. 2. b — E — 2. Cor. 3. d

candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctoriis, & cunctis vasis olei, quę ad concinnandas lucernas necessaria sunt, & super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, & inducent vectes. a Necnon & altare aureum inuoluent hyacinthino vestimento, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes. 1 Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio, & extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes. 2 Sed & † altare mundabunt cinere, 3 & inuoluent illud purpureo vestimento, ponentque 4 cum eo omnia vasa, quibus in ministerio eius vtuntur, id est, 5 ignium receptacula, fuscinulas ac † tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium, & inducent vectes. 6 Cumque inuoluerint Aaron & filii eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, b tunc intrabunt filii Caath, vt portent inuoluta, & non tangant vasa sanctuarii ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis, 7 super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis: 8 ad cuius pertinet curam oleum ad concinnandas lucernas, 9 & compositionis incensum, 10 & sacrificium quod semper offertur, & oleum vnctionis, & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumque vasorum, quæ in sanctuario sunt. Locutusque est dominus ad Moysen c & Aaron, dicens: Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum: sed hoc facite eis, vt viuant & non moriantur, si † tetigerint sancta sanctorum. Aaron & filii eius intrabunt,

*sup quos erit. — † accesserint ad.

a *Necnon & altare.* Alia litera: *Et super altare aureum adoperient uestimentum hyacinthinum, & adoperient illud operimento pelliceo ianthino.* Posset ista locutio uideri, quam velut absurdam, & non integram, Latini interpretes transferre voluerunt. id est super altare aureum adoperient vestimentū hyacinthinum, tanquam debuerit dici & altare aureum adoperient vestimēto hyacinthino: non, adoperient vestimētum hyacinthinum. B Hoc videtur significare, quod ipsum vestimentū aliunde adoperiretur. Sed mihi videtur non tam genus locutionis esse, quam subobscurus sensus: hoc enim intelligi potest. Super altare aureū adoperient vestimentum hyacinthinum, vt ipsum uestimentum hyacinthinum alia re operiendum præceperit, quod vestimentum iam super altare esset, ac si breuiter utrunque complecteretur, ut uestimento hyacinthino altare operiēdum, & uestimentum hyacinthinum alio tegmine operiēdum. Subiunxit denique unde operiri uellet uestimētū hyacinthinum, cum adiecit. & adoperient, illud operimento pelliceo ianthino.

C — Hom. 4.

b *Tunc intrabunt fi.* ORIGE. Qui licet non sint sacerdotes, quia eis tamē proximi sunt, ī humeris suis ista portare possunt, alij uero sarcinas suas & ministeria in plaustris ponunt. Cum .n. offerrētur à singulis tribubus plaustra quatuor ex his acceperunt filii Merari, duo uero filii Gerson. Illi uero qui meliores sunt, plaustra nō accipiūt. Intuere ergo cuiusmodi diuisio fit ī officiis † diuinis & ministeriis, & quomodo quę sanctificata sunt, non portantur ab animalib. mutis, sed rationales debent esse homines qui in humeris suis portant uasa, quib. ministrātur sanctasanctorum. Grauiora uero & duriora non tam rationalibus quam mutis animalibus imponuntur, & in ipsis aliqua est differētia. Qui enim duriora & grauiora obseruant ministeria, plura habēt animalia. Quatuor enim plaustra dantur filiis Merari, Filiis autē Gerson, qui erāt propinqui filiis Caath

Moraliter misterii diuini. — † ministeriis.

c *Nolite perdere.* ORIG. Nolite exterminare plebē Caath &c. Intellige prius collocationē tabernaculi & sanctasanctorum, q̄ interiecto a sanctis uelamine dirimuntur, quæ uidere nō licet nisi solis sacerdotib. Postea uero quomodo mouentibus castra filiis Israel soluitur tabernaculum, & Aaron & filij ei⁹ sacerdotes, intra sanctasanctorum operiunt singula operimētis, & operta ibidē relinquētes, introducunt filios Caath huic officio deputatos, & faciunt eos eleuare humeris suis q̄ operuit manus sacerdotalis. Ideo dicit a domino: Ne exterminetis de tribu sua plebē Caath, quasi in eo exterminādi essent, si sanctasanctorū nuda & patētia cōtigissent, quæ nec intueri fas erat. Si qs dignus est ex his qui deo ministrant, & diuina capere & uidere mysteria, q̄ uidere cæteri non ualent, hic Aaron & fil. j eius ītelligunt esse qui īgredi possunt ad ea quę alijs adire fas nō est. Huic soli reuelata patet arca testamenti, et urna habēs manna. Hic ꝯsiderat propitiatorium, Cherubin, mensā sanctā, cādelabrum luminis, & altare incēsi, qui. s. uerbo Dei & sapientiæ mysteriis operā dat, & deo soli in sanctis uacat. Sciat sane non sibi esse licitum operire ea quib. non licet, sed opera cæteris minus capacib. tradere portanda humeris

Hom. 5. in Numer. — F

## NICOLAVS DE LYRA.

✣ 1 Inducentque. *Exo. 25. ubi agitur de factura candelabri. nulla fit mentio de uectibus eius. Dicendum, quod licet non haberent uectes transeuntes per annulos, sicut habebat mensa, tamen quando candelabrū erat inuolutum, ponebantur uectes in superficie operimenti, ut meli⁹ posset portari, quia portabatur in humeris, ut habetur inf. 7. c.*

2 Sed & alt. *Scilicet holocaustorum.*

3 Mundabunt. *Ipsum eijciendo.*

4 Et inuo. *Cum alia sint inuoluta pallijs hyacinthinis, quare istud altare inuoluebatur purpureo? Dicit Rab. Sal. quod hoc erat ad designandum ignem desubtus latentem. Dicit enim quod ignis qui descendit de cælo, ut habetur Leui. ix. in altari illo semper erat, sed quando mouebantur castra, ponebatur desuper operimentum aneum & pallium desuper, nec comburebatur sicut nec ad uentum, uel pluuiam, extinguebatur tempore quietis castrorum. ille ignis discooperius sub dio, & hoc diuino miraculo. Erant enim in populo Israel aliqua miracula transeuntia, sicut diuisio maris rubri, & consimilia, aliqua uero permanentia, sicut descensus manna & continuatio ignis in altari, absque etiam extinctione, & consimilia.*

5 Ponentque *De quibus dictum est Exo. 27.*

6 Cumque. *Hic describitur officium Caathitarum, quod erat portare illa quæ erant inuoluta per sacerdotes.*

7 Super quos. *Dictum est c. præcedenti, quod erat super omnes Leuitas. Dicendum quod super Caathitas immediate, sed super Gersonitas & Meraritas erat mediate.*

8 Ad cuius pertin. *Dicit Ra. Sa. ꝙ portabat illud in manu dextera.*

9 Et compositionis. *In sinistra.*

10 Et sacrificium, quod &c. *Id est omni die de quo dictū fuit Exodi xxix. portabat in brachio quantum requirebatur pro ipsa die ad offerēdum in hora quietis castrorum. Sequitur.*

✣ Alij

A ris. Cū enim ex verbis mysticis perfecti doctores opera iniungunt populis, & plebs implet quę mandātur, sed nō intelligit rationem, operta sancta sanctorū super humeros portantur. Moyses intelligebat, quæ esset vera circūcisio, quod verū pascha, q̃ veræ neomeniæ, & vera sabbatha, & tamen ea per retum corporalium species adumbrabat. Et cum sciret verum pascha immolandum esse Christum, ouem corporalem immolari mandabat in pascha. Et de farinæ azymis diem festum agi cum sciret diem festum agendum esse in azymis syncerritatis & veritatis. Hæc & huiusmodi erant sācta sāctorū, quę cum Moyses portanda cæteris traderet, idest reb. & operibus implenda, velata tamen communi sermone tradebat, humeri autem opera significant.

1.Cor.5.c

✠ RVPERTVS. At vero nunc quod periculosissimum est, filii Caath, filii Gerson, & filii Merari, qui non peruenerunt ad dignitatem Aaron & filiorum eius, nōn solum non arcentur a conspiciendis, vel intuendis interioribus, sanctuarii sanctis, verum etiam irruunt irreuerenter intus, quando ad sacrosancta altaris Christi mysteria tales accersuntur, quales pro merito vitæ, pro qualitate vel quantitate scientię, laicus quoq; non contemnat populus. Qui hodie tales facile admittunt, nō audiūt dominū loquētē ad Moysen & Aaron: *Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum, &c.* Nā re vera quia quicunque nomē vel tonsuram clerici arripuerunt, irruunt admissi ad Christi sanctuariū, tangūt quę indigne sancta sanctorū, idcirco moriuntur & non solum in anima, verū etiam in corpore citius feriuntur. Nā ideo, inquit Apostolus, *inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.*

Libr. 1. in Num. c. 8.

B

1. Cor. 11.

D

a *Alij nulla, &c.* IDEM. In Ecclesiasticis quoq; obseruationib. sunt quę omnib. facere necesse est, non tamen ratio omnibus patet. Quod enim genua flectimus orātes, & ex omnibus cæli plagis ad solam orientis plagam vel partem conuersi oramus, nō facile patet cuiquam. Eucharistiæ quoque percipiendæ, vel eo ritu quo geritur explicandæ, vel eorum quę geruntur in baptismo verborum, gestorum, ordinum, interrogationum, & responsionum, quis facile explicet rationem? Hęc tamen (licet velata) humeris portamus, cum ita implemus vt a magno pontifice & filiis eius tradita & commendata suscipimus, nisi quis sit inter nos Aaron, aut filius Aaron, quibus conceditur hæc nuda perspicere, ita tamen vt sciant sibi velanda esse, nisi cæteris dari, & in opus proferri ratio poposcerit.

Ibidem.

Tropolo.

E

b *A triginta.* Tricenarius qui denario ter multiplicato componitur, integritatem fidei & perfectionē operis significat, sine quib. nemo accedere debet ad diuina ministeria. Ioseph tricenarius Aegypti suscepit gubernacula, & Dauid regnum, quod septuaginta, idest, perpetua quiete dignus cōpleuit. Et Ezechiel prophetiæ dona promeruit. Et quia per fidē aduersa debēt longanimiter ferri, & pręmia sublimiter sperari arcę ☞ vel

F

Gen. 41. f. Reg. 5. a. Ezec. 1. a.

ipsique disponent opera singulorum, & diuident quid portare quis debeat. † Alii nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario prius quam inuoluantur, alioquin morientur. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas a triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis, operimentum aliud, & super omnia velamen ianthinum, tentoriumque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, cortinas atrii & velum in introitu, quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos, & vasa ministerii, iubente Aaron & filiis eius, portabunt filii Gerson, & scient singuli cui debeant oneri mancipari. † Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis. Eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorū recensebis a triginta annis & supra, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerii sui † & cultum fœderis testimonii. Hęc sunt onera eorum. Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earum, columnas quoq; atrii per circumitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa, & supellectilē ad numerum accipient: sicque portabunt. Hoc est officium familiæ

a 1 2 3

Lxx. vigesimoquinto anno, & supra.

b 4 5 6 7 8 9 10 11 12

† Alii non ingredientur, vt videant q̄n operient sanctuarium.

† Hoc est opus.

† vt faciāt opus tabernaculi.

C

COLAVS DE LYRA.

✠ 1 Alii nulla curiositate videāt quę sunt in sanctuario prius quam. *Et ideo erat eis inhibitum ne intrarent tabernaculum, donec omnia essent inuoluta, nec operimenta aliquo modo retraherent ad videndum ea quæ essent interius.*

2 Alioquin morientur. *Sicut 1. Regum. 6. Bethsamitę mortui fuerunt, eo quod viderunt arcam domini nudam.*

3 Locutusque est domini. *Hic describuntur onera Gersonitarum, cum dicitur, Tolle summam etiam filiorum Gerson. Sequitur.*

4 Vt portent cortinas tabernaculi. *Quę sunt de quatuor colorib.*

5 Et tectum fœderis. *Id est operimentum de sagis.*

6 Operimentum aliud. *Scilicet de pellibus. Ista autem exposita sunt Exodi 26.*

7 Et velū in introitu quod est ante tabernaculum, &c. *In Hebræo habetur sic, Velum ostij atrij quod est ante tabernaculum & altare per circumitum. Et hæc videtur verior litera, vt dictum est capitulo præcedenti.*

8 Funiculos & vasa ministerii. *In Hebræo habetur:* Funiculos & vasa ministerij sui. *Et accipitur hic vasa, id est instrumenta, secundum modum loquendi Hebræorum. Vnde & 1. Reg. 20. g. vbi dicitur de Ionatha quod tradidit puero arma sua, In hebræo habetur vasa sua. Vasa enim quibus ministrabatur in altari incensi, & in altari holocaustorum, portabant Caathitę, vt prædictum est. Sed Gersonitæ portabant instrumenta quę pertinebant ad officia sua, sicut martellos & cauillas, quibus funes cortinarum & aliorum operimentorum tabernaculi figebantur, & similia.*

Vasa.

9 Eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. *Immediate, sed sub Eleazar mediate.*

10 Filios quoque Merari. *Hic describūtur onera Meraritarum, vnde subditur.*

11 Portabunt tabulas tabernac. *Hæc exposita sunt Exo. 26.*

12 Columnas quoque atrii. *Hæc exposita sunt Exo. 27.*

✠ 2 Recen-

MORALITER.

✠ † *Hoc est officium.* Per quos clerici significātur, vt supra dictū est. Ipsi portabant cortinas & vela tabernaculi, operimēta, & funes, per quę tria significātur quæ debent in clericis esse. Primum est ornamentum spirituale quatuor virtutū cardinalium, quod significatur per cortinas & vela, quę texebātur ex quatuor coloribus. Secundum est charitatis connexio, quæ significatur per funes. Tertium, est exterior honestatis conuersatio, quæ per operimenta tabernaculi significatur.

Tria ĩ clericis.

† *Hoc est officium familiæ Meraritarum.* Per quos significantur religiosi, ipsi enim portabant dura, s. tabulas, vectes, columnas, & bases. Tabulæ vero simul coniunctæ per vectes & bases, faciebant parietes tabernaculi, sicut habetur Exodi 26. per quod datur intelligi, quod religiosi docendo populū, verbo & exemplo, & pro bono statu populi deprecando, dati sunt a Deo quasi murus defensionis post prælatos Ecclesiæ populo Christiano, propter quod de malis religiosis dr Ezec. 8. a. *Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis vos murum pro domo Israel, &c.* Per columnas vero significatur, quod ipsi sunt vocati in partem solicitudinis, ad supportandum onus Ecclesię, & hoc ex fraterna charitate, prælatis aūt hoc conuenit ex officii autoritate. Per hoc autem, quod onera Leuitarum disponebātur per filios Aaron mitratos vt habetur Exo. 28. sub patre suo, datur intelligi quod omnia Ecclesiæ officia per summū ponti-

Religiosi quid facere debeāt.

vel templi altitudo, & tabernaculi longitudo 30. cubitis mensurantur.

3. Reg 6. a. Vbi supra.

a *Quinquaginta, &c.* ORIGENES. In hoc quoque libro de hostium spoliis quidam offerunt in dona Dei quinquagesimã portionem, qui non processerunt ad bellum. Quidam vero quingentesimam. In Genesi quoque vbi Deus tractabat de indulgentia Sodomorum, si forte possent ad veniam peruenire, huiusmodi mysteriorum conscius Abraham, a quinquagesimo numero cœpit pro indulgentia domino supplicare, dicens: *Si inuenti fuerint quinquaginta in ciuitate, non saluabis propter quinquaginta ciuitatem, &c.* Oportet ergo operari Leuitas in sanctis vsque ad quinquaginta annos. Inferiores quidem opera, meliores vero opera operum. Horum autem superiores spiritalibus officiis deseruire, & introire in sancta sanctorum, & ibi operire quæ operienda sunt, & tradere filiis Caath portanda humeris, & manibus vehenda.

†operãtur in tabernaculo. Gen. 18. c.

B

*. recesseri.

b *Omnes qui ingrediuntur, &c.* ORIG. Dicitur de Leuitis quod operentur a 25. anno & supra, vsque ad quinquagesimum annum. Omnis, inquit, qui procedit ad opus operum. & ad opera quæ portantur tabernaculi testimonii, &c. Nota distinctionem sermonum, vbi de operib. filiorũ Israel loquitur. Non dixit opera operum, sed sola opera, vbi vero de officiis Leuitarum, dixit opera operũ. Sicut enim sunt sancta & sancta sanctorum, sic sunt opera, & opera operũ. Vnde mihi videtur, quod Moyses vbi sensit esse quædã opera visibilia quibus inesset mystica intelligentia, hęc non solũ opera, sed opera operum dixit. Quę vero communia & pręsentis temporis intellexit, hæc tantũ opera nominauit. Sunt ergo opera operũ, sicut in prçsenti lectione vel in Exodo, & in cæteris locis sub occultis prçcipitur mysteriis, & partim in præsenti, & partim in futuro explendis quæ non cuilibet, sed solis Leuitis tradenda mandantur, scilicet a xxv. anno usque ad quinquagesimũ, quia in xxv. sensuum quinque perfectio declaratur, vt quinquies quina numerentur. Quod indicat eum vocari ad opera operum in ministerio per agenda, qui omni ex parte multiplicatis & purificatis sensibus in unitur perfectus.

Homil. 5. in Nume.

Opera operum.

D

E

c *Ad annum quinquagesimum.* ORIGE. Quinquagesimus autem annus remissionem & indulgentiam significat. Nam quinquagesimus annus est qui iubilæus apud Hebræos dicitur, in quo possessionum seruitutis & debiti fit remissio. Et quinquagesimus dies post pascha festus traditur in lege. Et Dominus in Euangelio inducens debitores cum parabolam remissionis & indulgentiæ doceret, vnum in quinquaginta, & alium in quingentis de nariis fuisse dicit obnoxios. Quinquaginta autem & quingenti cognat⁹ est numerus. Decades enim quinquaginta faciunt quingentos.

Vbi supra. Quinquagesimus annus. Leui. 25. b Leuit. 15. Luc. 7. f.

F

Aliter quoque hic numerus sacratus est. Septẽ enim septimanis si addatur vnius numeri perfectio quinquaginta faciũt dies. Septuaginta quoque septimanis, si addatur vnius decadæ consummatio, fiunt quingenti.

liç Meraritarum, & ministerium in tabernaculo fœderis, eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes synagogę filios Caath per cognationes & domos patrum suorum, a triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis, & inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta. Hic est numerus populi Caath qui † intrat tabernaculum fœderis. Hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem domini per manum Moysi. Numerati sunt & filii Gerson per cognationes & domos patrum suorum a triginta annis & supra, vsque b ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur, vt ministrent in tabernaculo fœderis, & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta. Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses, & Aaron iuxta verbum domini. Numerati sunt & filii Merari per cognationes & domos patrum suo- c rum a triginta annis, & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis, & inuenti sunt tria millia ducenti. Hic est numerus filiorum Merari quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta prçceptum domini per manum Moysi. Omnes qui recensiti sunt de Leuiticis, & quos * fecit ad nomẽ Moyses & Aarõ, & principes Israel per cognationes, & domos patrum suorum a triginta annis & supra vsque ad annum quinquagesimum ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, fuerunt simul octo millia quingẽti octoginta. Iuxta verbum domini recensuit eos Moyses vnumquemque iuxta officium suum, & onera sua, sicut prçceperat ei dominus.

Alias imperium.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Recẽsuerunt. *Hic colligitur numerus Leuitarũ, & primo per partes secundũ tres familias prędictas. s. Carthitarum, Gersonitarum, & Meraritarum. secundo istas partes aggregãdo, ibi:* Omnes qui recẽsiti sunt de Leuitis &c. *& patet litera vsque ad finẽ c. vbi dicitur.* 2 Vnumquemque *Quia aliqui fuerunt cantores, & aliqui melodiã facientes in cymbalis, & aliis instrumentis musicis, de quibus non fecerat mentionem.*

C

## MORALITER

✻ ficem & prælatos Ecclesiæ sunt disponẽda. Itẽ per hoc ꝙ omnia prædicta portabantur velata, significatur quod opera bona sacerdotum, clericorum, & religiosorum agẽda nõ sunt ad ostẽtationem suam, sed ad Dei laudem, & proximi ędificationem, ita quod opera sint in aperto, tamen hæc intentio maneat in secreto cordis.

GREG. Sicaũt sit opus in publico quatenus intentio maneat in occulto, ut de bono opere proximis prębeam⁹ exẽplũ, & tamẽ in intẽtione qua soli deo placere q̃rim⁹, optemus secretũ.

Homi. 36.

## CAP. V.

Allego.

OMnẽ leprosum. Leprosi sunt hæretici variis errorum maculis polluti, non habentes vniformẽ colorem doctrinæ vel fidei, nec abscondunt imperitiam, sed ostendunt. Nulla vero falsa doctrina est, quæ non aliqua vera aliquando admisceat. ☞ Vera

## CAP. V.

LOcutusque est dominus ad Moysen dicens: Prę 1 cipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem le- 2 a prosum, & qui seminẽ b fluit, pollutusque est su-

a Ecclesiæ ne vitam polluant innocentium. a Hęreticum. b Superfluis cogitationis abundat. Qui, fluxu carnalium desid[er]iorum æstuat. c Opere.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. V.

Diuisio.

1 LOcutusque est dominus *Descripta dispositione populi, hic cõsequenter describitur remotio impedimenti, impeditur autem per corruptionem immũditiæ corporalis, iniustitiæ & suspicionis. Et ideo primo tollit corporalis immunditia, secũdo corrigitur iniustitia, ibi:* Locutusque est dominus. *tertio examinatur diffidentia, ibi:* Locutusque est. *Circa primum tangitur triplex immunditia de castris tollenda. s. leprosorum, seminifluorũ & super mortuos pollutorum, cum dicitur.*

2 Præcipe filiis Israel. *Dicit Ra. Sa. quod licet totus exercitus Israel diceretur castra generaliter, tamen in speciali erant ibi tria castra.*

Castra Israel.

## MORALITER.

✻ 1 *Locutusque est dominus ad Moysen dicens, Pracipe.* Per leprosum intelligitur hereticus, per hoĩem qui semine fluit doctor verbosus, q ad sui iactantiam dicere studet extranea, per hoc † quod

Vera ergo falsis permista in aliqua disputatione vel narratione cuiuslibet, tanquam in vnius corporis colore apparentia significant lepram tanquam veris falsisque colorum locis humana corpora variantem.

Quæst. 7.

✻ THEODORETUS. Ab exiguis nos instruit ad maiora. Si enim qui tangit mortuum est immundus, quanto magis qui interficiendo mortuum effecerit; item si lepro sus immundus, quanto magis qui varias nequitiæ species admiserit? Et ita per seminifluum damnat fornicatio. Nam si id quod inuitus quis patitur execrandum est, multo magis quod quis sponte omittit.

†in quorum medio ergo habito

*per negligentiam.

PROCOPIUS. Obseruandum, quod lepra mortificationis significationem continet, vt autor est Aaron. Cum enim pro Maria sorore sua deprecaretur apud deum, inquit, Ne fiat abor to similis qui egreditur è matrice matris, & carnis ipsius dimidium absumatur.

a ¶ Qui mortuorum in peccatis impietatem & exempla sequitur, & eorum sordibus inquinatur. b ¶ Ecclesiæ.

per mortuo, tam masculum quam fœminam eiicite de castris

a ¶ Contagione morum. b Nocentes cum innocentibus.

ne contaminent ea, † cum habitauerint uobiscum. Feceruntque ita filii Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus est dominus Moysi. Locutusque est dominus ad Moy-1 sen, dicens. Loquere ad filios Israel: Vir siue mulier cum fe-2 cerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum do-3 mini atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & 4

a ¶ Id est eo sensu corporis, quo malum intulimus, bona reddere studeamus.

b † reddent ipsum caput quintamque partem desuper ei in 5 quem peccauerint. Sin autem non fuerint † qui recipiat, da-6 7

B †conuertet peccatum suum in caput illius, i. reuerti faciet rem in suum locum, ad possessorem suum & ad eum in quem peccauerat lxx. & restituet peccatum suum ipsam summam. Alii sic. ex piabit pec catum suum cum summa vel sorte eius. Quæst. 9. in Num.

a Vir siue mulier. RABA. Hoc capitulo admonemur, vt si quid per negligentiam delinquimus, per confessionem & pœnitentiam diluamus & damnum restituamus. Si autem proximo damnum intulimus, coram illo pęniteamus, & damnum restituamus. Si vero non superest, confitendo, pęnitendo, & eleemosynas largiendo domino satisfaciamus.

AVGUST. Alia litera. *Vir siue mulier quicunque fecerit ab omnib. peccatis humanis, & despiciens despexerit & deliquerit, anima illa annuntiabit peccatum suum quod peccauit, & restituet delictum, caput & quintas eius adiiciet super illud, & reddet ei cui deliquit.* Si autem non fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum, delictum quod redditur domino sacerdotis erit, excepto ariete propitiationis, per quem exorabit in illo pro eo. Hic ea peccata intelligenda sunt, quorum in his rebus perpetratio est, quæ pecunia restitui possunt. Non enim aliter diceret quomodo restituenda sunt, nisi damni pecuniarii fuissent. Iubet enim restitui caput & quintas, i. totum illud quicquid est, & quintam eius partem excepto ariete, qui fuerat offerendus in sacrificium, ad expiandum delictum. Iubet autem quod restituitur sacerdotis esse, id est ipsum caput & quintam, si non est proximus ei, in quem commissum est. Vbi intelligitur tunc domino reddendum quod fit sacerdotis, si non superest qui damnum passus est, nec proximus ei. i. hæres. Sed de ipso homine nihil dixit. Sed cum dicit: *Si non fuerit ei proximus*, breuiter insinuat tunc quæri proximum eius, si ipse non fuerit. Si autem nec proximus erit,

C domino restituetur, ne impunitum remaneat admissum. Quod tamen non cadat in sacrificium, sed, sit sacerdotis. Sic sane verba scripturę distinguenda sunt. *Si aut non fuerit hoi proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum*. Locutionis n. est quod addidit, *ad ipsum*. Aut

D forte *ad ipsum*, dixit, quod ad ipsum pertineat, i. ipse possideat. Deinde sequitur, *Delictum quod redditur domino, sacerdotis erit*. Delictum autem dicit, cum redditur ea res, quæ per delictum ablata est.

Quæst. 8

✻ THEODORET. Humana vocat leuiora peccata, quia cum hominum natura mutationi sit obnoxia, ab omnib. immunem esse peccatis, est impossibile. Lex ergo diuina erudit eos qui mediocriter peccauerunt. Iubet. n. eum qui in contractibus quibusdam alteri damnum intulerit, prius redimere peccatum tum quod reliquum est damno passo restituere, addita forti principali quinta parte. Si uero contigerit iniuriam passum ante decedere, quam satis fecerit .i. qui damnum dedit, hæc propinquo eius exoluere precipit. Proximum autem appellat eum qui genere illum contingit. Itaq; ordo generis est iste, Primo loco filius, deinde filia, postea patris frater, tum frater aui, Quod si nullus horum extet, propinquior cognatus. Si uero nec cognatus quidem reperiatur, deo prædicta offerri statuit.

† redimes vt restituat delictum ei, delictum re stituitur, Allego.

E

✻ PROCOPIUS. Pulchre ea quæ in homines committuntur, iis opponitque quæ in numen admittunt, nullamq; mitigationem impetrant, quemadmodum in eo qui sabbathi ligna collegerat planum fiet, & factum est in eo qui ad contumeliam Dei nomine abusus fuerat.

b Reddent ipsum. AVGUT. Quæritur quomodo in Exodo legitur: Si quis furatus fuerit vitulum aut ouem, restituere debere quinque vitulos vel quatuor oues, si occiderit vel vendiderit. Si autem quod abstulerit saluum apud eum reperitur, duplum esse restituendum, cum hic restitui iubeat caput & quintam Quod longe est etiam a duplo, quanto magis a quadruplo, vel quinquies tanto. Nisi forte quia hic ait, Vir aut mulier quicunq; fecerit ab oib. peccatis humanis, peccata ignorantiæ voluit intelligi peccata humana. Fieri enim potest vt per negligentiam traiiciat homo rem alienam in rem suam, quod ideo peccatum est, quia si diligenter attenderetur non admitteret. Et hæc voluit capite & quinta restitui, non sicut furta muletari. Nam si furta & fraudes hic intellexerimus, quę non per ignorantiam, sed furandi vel fraudandi animo committuntur, & ideo dicta humana quia in homines fiunt, tunc ille (ni fallor) erit exitus quæstionis huius vt ideo qui fecit non reddat vel duplum, quia non reprehenditur vel conuincitur, sed ignorantib. a quo factum sit, vel vtrum factum sit, ipse annuntiet delictum suum. Cum enim dixisset scriptura: *Vir aut mulier quicunque fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit & deliquerit, id est*, contemnendo commiserit, ista adiunxit: *anima illa annuntiabit peccatum* quod

Quæst. 10. Quæstio. Exo. 22. a.

F

NICOLAUS DE LYRA.

✻ *Prima erant tabernaculum & atrium circa ipsum, & dicebantur castra diuinitatis, tum quia ibi colebatur Deus, tum quia ibi cum Moyse loquebatur. Secunda erant habitationes Leuitarum circa atrium, prout descriptæ sunt supra 3. c. Tertia erant reliqui populi habitationes. Dicit igitur, quod leprosi eiiciebantur extra tria castra prædicta, ne inficerent alios, quia lepra est morbus infectiuus aliorum. Seminiflui eiiciebantur de duobus primis, quia ibi requirebatur maior munditia, sed permittebantur habitare in castris populi, quia non est morbus infectiuus aliorum. Polluti autem ex tactu mortui eiiciebantur ex primis castris, quia non erat eis licitum ingredi atrium, vbi vigebat cultus diuinus, donec essent mundati propter Dei reuerentiam, permittebantur tamen esse in castris populi & Leuitarum.*

1 Locutusque est dominus. *Hic consequenter remouetur impedimentum, quod est iniustitia, quę turbat pacem communitatis, & maxime in retentione rei alienę. E. primo agitur de retentione rei non sacræ cum dicitur.*

2 Vir siue mulier cum. *Illa quæ communius accidunt sunt circa defraudationem aliorum.*

3 Et per negligentiam transgressi fuerint. *Negligendo custodire mandata Dei.*

4 Confitebuntur peccatum suum. *Non violentia testium, quia tunc tenerentur reddere duplum, ut habetur* Exo. 22. *Sed lex ista loquitur in casu in quo aliquis penitentia ductus vult facere satisfactionem proximo.*

5 Reddent ipsum caput. *Id est ipsum debitum.*

6 Quintamque partem desuper ei in quem pecca. *Id est proximo quem defraudauerint, & ista pars quinta superadditur propter damnum quod habuit ex rei suæ detentione, & ut homines essent minus proni ad retentionem rei alienæ.*

7 Sin autem. *Debeat recipere, sicut est in restitutione rei vacantis.*

✻ 1 Da.

MORALITER.

✻ quod diffluit ad falsa & periculosa, per pollutum sup mortuo significatur discipulus doctrina doctoris sequens & approbans, & isti eiiciendi sunt de castris, s. de scholis & fidelium collegiis, non sua peruersa doctrina alios inficiant & corrumpant.

2 *Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, &c.* In quib. damnificatur proximus furto, fraude, vel dolo.

3 *Confitebuntur peccatum.* Satisfaciendo Deo per pœnitentiam & proximo. Ideo subditur.

5 *Et reddent ipsum.* Id est, illud quod est ablatum.

6 *Quintamque partem.* Id est, damnum quod sustinuit de absentia rei suę.

7 *Sin autem.* Tunc est vaga restitutio, & debet reddi domino, id est, in piis operibus expendendo secundum dispositionem prelati vel confessoris discreti secundum aliquos, qui tenent in hoc locum Dei.

quod peccauit, & restituet delictum, caput, & quintas eius. Forte ergo tum, quia annuntiauit, & ideo non eo damno plectendus fuit, quo furem comprehensum vel conuictum plecti oportet.

Mystice. Ioan. 15. a

a *Excepto ariete.* Aries oblatio Christi passionem significat in qua maxime cōfidimus, quia sine eo nihil possumus. Ipse est sacerdos, qui nos patri per oblationē carnis suę reconciliat. Ideo illi munera nostra offerimus, quo † intercedente veniam mereamur.

b *Ad sacerdotē.* Christum scilicet, cui dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Eius, scilicet, iudicio cuncta referuans, ne forte iudicet rem incertam, vnde. *Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus, &c.*

c *Farinæ hor.* THEODOR. Hoc pręcepit Deus, quia cædis plenum illorum animū esse cognoscebat. Itaque ne ex sola suspicione coniuges interficerent, iussit adulterij suspectam ad se adduci, nempe qui cuncta probe norit, etiā quę clam geruntur. *Adducet, inquit, sacerdos & sistet coram domino mulierem, &c.* Ista porro fieri mandauit, ipsam mulierem suspectam perterrens, vt confiteatur si forte peccauerit, & per pœnitentiam remissionem consequatur. Idcirco illam aperto capite Deo pňtari iubet, docens oīa nuda esse & aperta in conspectu eius.

† quo ipse cōciliatur vel expiatur.
†oblationes.
Ps. 109. a.
12. q. 5. c. cōsuluisti.
1. Cor. 4. a.
* coitu seminis.
Quæst. 10.
Heb. 4.

PROCOPIVS. *Farinæ hordeaceæ.* Hoc sane arguit peccatorū vitam iumentorum plane similem esse, in qua saporis aut delectationis nihil fit. Perpetuus.n. iudicij metus, & de corona adest desperatio.

RABANVS. Farina hordeacea scientiam veteris legis significat, quæ bene hordeo comparatur. Quia sicut hordeum magno labore a paleis purgatum ad farinā perducitur, ita litera legis contrita mola discretionis farinam sēsus spiritalis emittit. Et recte decima pars sati offertur, quia Lex decem præceptis constat, cuius decima pars quodlibet mandatum est, contra quod praua vxor egisse dicitur. Offertur ergo mulier sacerdoti cum oblatione decimæ partis, cum Christi iudicio secundum legem diuinitus datam damnanda aut liberanda reseruatur.

d *Non fundet.* RABANVS. Non decet oleo adulationis vel indiscretę misericordiæ, nec thure superfluæ laudis, vel inordinatæ orationis inpœnitentes liniri, sed zelo iustitię secundum præceptum domini vitiū instanter & ordinate persequi.

† memoriæ memorantis iniquitatem. lxx. memorationis cō memorās peccatum.

1 a bunt domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui 2 offertur pro expiatione, † vt sit placabilis hostia. Omnes quo-3 que † primitiæ, quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem per-4 tinent, & quicquid in sanctuarium offertur a singulis, & tra-5 ditur manibus sacerdotis, ipsius erit. Locutus est dominus 6 ad Moyses, dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: 7 † Vir cuius vxor errauerit, maritumque contemnens, dor-8 mierit cum altero viro, * & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest: quia non est inuenta in stupro: si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quę vel polluta est, vel fal-9 sa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & of-10 feret oblationem pro illa, decimam partem sati farinæ hor-11 deaceę: Non fundet super eam oleum, nec imponet thus, 12 quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio † inuestigans adul-13 terium. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet corā domino, 14 15 16

(Interlinear: a Patri. b Humani generis. — a Bonæ voluntatis, verborum, & operum. b Veri Israelitæ qui mente Deum aspiciunt. c Qui seipsum pro nob is obtulit sponte. — Non ad alium. Ecclesiam. Patri. — a Christi, quia ad eius dignitatem & gratiam pertinet quicquid in ecclesia offertur. — Doctor. a Subditus qui magistro in omnibus obedire debuit, sicut vxor viro suo. — Hæreticis, s. se commiscens. — a Fornicatio fidei. b Indignatio cordis he conuinci. — a A vero magistro. b Aperto, s. actu hæresis. c Zelus s. iustitiæ & ouis perditæ. — a Legitimum magistrum. Hæresi. — a Adulationis vel indiscretæ misericordię. — a Quia diuino iudicio iudicanda seruatur.)

a Aquam

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dabunt domino & erit sacerdotis. *conuertendo in vtilitatem suam, quia de restitutione vaga debet minister dei & pauper sustentari.*

2 Excepto ariete, qui offertur pro expiatione. *peccati ipsius defraudantis. Non solum enim peccauerat contra proximum ipsum defraudando, sed etiam contra deum mandatum ipsum transgrediendo, & ideo sicut per restitutionem fiebat satisfactio homini, ita per oblationem arietis sacrificium ipsi deo, de qua oblatione habetur Leuitici 5. Secundo igitur de restitutione rei sacræ, quia primitiæ & decimæ quodammodo inter res sacras computantur, quia determinantur per legem deberi dei ministris, cum dicitur.*

3 Omnes quoque primitiæ, quas offerent filii Israel. *id est offerre tenentur, vt habetur Exo. 23.*

4 Ad sacerdotem pertinent. *Dixerat enim in Exo. quod debebant offerri in donum, domini et non determinauerat scriptura cuius esset, ideo hic expressit quod sunt sacerdotis. vnde si aliquid fuerit retentum de eis, debet ei restitui. Sequi.*

5 Et quicquid in sanctuariū offertur a singulis, &c. *Hoc non potest intelligi de omnibus oblatis generaliter, quia aliqua totaliter incendebantur ad honorem dei, vt holocausta, & aliqua secundum partem, sicut hostia pro peccato, cuius pars non incensa remanebat sacerdoti, & hostia pacifica, cuius vna pars incendebatur, & aliam comedebat offerens, & alia remanebat sacerdoti, & ideo dicendum quod intelligitur de primitijs, quæ debebant dari sacerdotibus ex determinatione legis, ut habetur Deute. 10. & ideo si aliquid erat detentum, debebat ei restitui. Vnde in Hebræo habetur:* Quę vir sanctificauit, eius erunt. *id est sacerdotis, & intelliguntur sanctificata per determinationem legis vt primitiæ, vel per votum, sicut si aliquis promisit dare aliquid ministris dei.*

6 Et traditur manibus. *Per hoc intelligitur, quod sacerdos non poterat talia accipere & tollere violenter de domibus dominorum, sed solum accipiebat ab alijs sibi tradita.*

7 Locutus est. *Hic consequenter amouetur suspicio adulterij, quod turbat pacem inter virum & vxorem, & per consequens totam familiam. Et primo circa hoc ponitur casus, secundo examinatio eius, ibi:* Adducet eam. *tertio effectus, ibi:* Quas cum biberit. *Circa primum dicit Rab. Salomon, quod istud hic dictum de sacrificijs zelotypiæ immediate ponitur post illud quod dictum est de retentione primitiarum, ad designandum quod qui in hoc defraudat sacerdotem, meretur vt confusibiliter appareat coram sacerdote, adducendo vxorem suam pro adulterij suspicione. & hoc est quod dicitur.*

Diuisio.

8 Vir cuius vxor errauerit. *& patet litera.*

9 Adducet eam. *Hic ponitur examinatio dictæ suspicionis per sacrificium zelotypiæ, cum dicitur.*

10 Offeret oblationem pro illa. *s. examinanda.*

11 Decimam partem. *Non dicit similæ, quia est farina delicatissima, purgatissima sicut in alijs sacrificijs, quia istud est vile.*

12 Hordeaceæ. *Non triticeæ, earum ratione. Adducit enim Rab. Sal. aliam rationem, quia hordeum est pabulum iumenti, cui adultera assimilatur.*

13 Non fundet super eam oleum. *Quia est fomentum luminis, adulterium autem fit in tenebris, secundum illud Iob 24. c.* Oculus adulteri obseruat caliginem.

14 Nec imponet thus. *Quia significat deuotionem, ut dictum fuit Exodi 21. Hoc autem sacrificium non offertur ex deuotione, sed ex suspicione adulterij. & hoc est quod subditur.*

15 Quia sacrificium zelotypiæ, &c. *Sequitur.*

16 Et statuet coram domino. *ad tentandum si ex terrore confiteretur adulterium, & quia pro ea offerebat sacrificium.*

1 Assu-

## MORALITER.

8 *Vir cuius vxor errauerit, &c.* Per virum, doctor intelligens significatur. Per vxorem eius sapiētia de qua dicitur Sapientiæ 8. a. *Hanc amaui a iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assumere.* De qua debet esse zelotypus, & maxime cum tradit eam in scriptis, timendo nę sit ibi fornicatio per commissionem aliquam falsorum cum viris. ideo subditur.

9 *Adducet eam.* id est, ad magis peritum & probatū doctorem, vt examinet eam. Per hoc autem quod subditur, quod mulier polluta putrescat & moriebatur, innocens autem non lædebatur, sed faciebat liberos, significatur q̄ doctrina habens cōmistionem falsorum cum veris, est occasio mœroris, illa vero quæ pura est & sana, gaudii & fructificationis.

MORA-

a *Aquam sanctam*. IDEM. Huic aquæ miscet sacerdos pauxilium terræ de pauimento tabernaculi, cum Christi decreto, commemoratio patriarcharũ, prophetarum, & apostolorum intromissa reperitur.
b *Putrescere faci. &c.* ✱ THEODORETVS. Per quæ enim quis peccat, per hęc & punitur. τὸ δ' ὅρκιον, id est, iusiurandum, ita intelligendũ est, ut cũ qs grauia & intolerabilia patitur. Si quidẽ nonnulli iurantes dicere solẽt, Non patiar egoquę ille passus est.
c *Scribetque sacerdos in libello, &c.* Quia scilicet pęna peccatorum in scriptura sancta explanatur. Quicunque autem eam post & fideliter hauserit, supplicia peccatorũ quæ in ea narrantur ptimescẽs & abstinens a peccatis, fiet ei aqua amarissima ĩ salutem. Qui autem contempserit, inflato ventre cõputrescet femur eius, et erit in maledictionẽ & in exemplum, quia iusto Dei iudicio punietur & erunt ei in opprobrium desideria sua & actus.
d *Dabit ei bibere.* ut manifestetur peccatum illius, vel hic ad correctionem, uel in futuro ad damnationem. *Nihil enim occultum, quod non reueletur.* Hunc dominus ait: *Sermo quem locutus sum vobis, ille vos iudicabit in nouissimo die.*

Marginal notes: † pulueris. † Mulieris Vbi supra. * sacerdos. † maledictas vel deficere facientes. Allegoric. † mundaesto ab aqua ista amara, maledicta vel deficere faciente. Mat. 10. c. Ioan. 12. 6. * illud. † crepabit vterus ei & cadet. & in exemplum. † sed mundа & innocens erit.

a ¶ Diuinam sapientiam comprehensam, s. in vili litera legis.

a assumetq; aquam sanctã 1 in vase fictili, & pauxillũ † 2 terrę de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cũque steterit mulier in conspectu dñi, discooperiet ca 3 put † eius, & ponet super 4 manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypię. Ipse autem 5

a ¶ Peccati vindictam ostendentes.

+ tenebit aquas amarissimas, † in quibus cum exe- 6 cratione maledicta cõgessit, adiurabitque eam & dicet: Si non dormiuit vir a- 7 lienus tecum, & si non polluta es deserto mariti tho-

¶ Vel non tenebunt.

ro, + nõ tibi nocebũt aquæ istę amarissimæ, ĩ quas maledicta congessi. Sin autẽ declinasti a viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cũ altero viro, his maledictionibus subiacebis. Det 8 te dñs in maledictiones exemplumque cunctorum b in populo suo. Putrescere 9 faciat femur tuũ, & tumẽs 10 vterus tuus dirumpat. Ingrediatur aquę maledictæ in ventrẽ tuum, & vtero tumescente putrescat femur. Et rñdebit mulier: 11 c Amen, amen. Scribetq; sa 12 cerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, ĩ quas maledicta congessit, & dabit ei bi 13 d bere. Quas cũ exhauserit, 14

a ¶ Hoc fit cum sanctæ trinitatis confessio in sacrificio legis inuenitur, quæ digne in ara fidei offertur. ¶ Adulationis.

15 tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram domino, imponetque * super altare, ita duntaxat, vt prius pugillũ sacrificii tollat de eo quod offertur, & incendat super altare: & sic potum det mulieri aquas a- 16 marissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertrãsibunt eam aquæ maledictionis, & † inflato ventre compu

a ¶ Carnalis voluptas & actus.

trescet femur: Eritque mulier in maledictionẽ

¶ Timoris & abstinentię.

17 & in exemplum omni populo. Quod si polluta

¶ Bona opera.

18 non fuerit, † erit innoxia & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier a viro suo, & si polluta fuerit, maritusque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ 19 scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Assumetque aquã sanctam. *Dicit Rab. Sa. quod vocatur sancta, eo quod accipiebatur de labro æneo de speculis mulierum deuota rũ facto. Iosephus antem dicit, quod dr̃ sancta, eo quod ibi diluebatur nomẽ domini tetragrãmaton scriptum in schedula, vt habetur infra.*
2 Et pauxillum terræ de pauimento tabernac. &c. *eo q; istud sacrificium fiebat pro uili causa.*
3 Discooperiet caput eius. *ad maiorem confusionem ipsius, &c. vt ex hoc stupefacta recognosceret adulterium.*
4 Et ponet super manus illius sacrificium recordation. *eo quod fiebat pro suspicione adulterij præteriti.*
5 Ipse autem tenebit aquas amarissimas. *non formaliter, sed effectiue, quia effectum amaritudinis faciebant in muliere, quando erat culpabilis.*
6 In quibus, &c. *Ista congestio secundum Iosephum non est aliud quam dilutio schedulæ prædictæ, ex cuius effectu sequebatur maledictio super mulierem, quando erat culpabilis. Secundum alios est imprecatio sacerdotis super mulierem quantum ad mala futura super eam, quæ infra exponuntur.*
C 7 Si non dormiuit. *Incipit a mulieris innocentia, quam debet prælatus desiderare, & non culpam. Sequitur.*
8 Det te dominus. *id est, omnes videtes te, tibi maledicent propter commissum adulterium. Vel aliter, quia maledicentes alijs ponent te in exemplum dicentes, ita tibi male accidat sicut tali mulieri, te denotantes, dicit exemplum, eo quod aliæ mulieres exemplo illius terrebuntur, & formidabunt adulterari.*
9 Putrescere. *Primo nominatur ista pars corporis, qua primo committitur adulterium.*
10 Et tumens. *Quia in illa parte circa vmbilicum in mulieribus viget luxuria, sicut dicit beatus Greg. Homi. xxxij. quia viris luxuria in lumbis consistit, fœminis in vmbilico.*
11 Et respondebit. *super se recipiens prædictam adiurationem, & bis dicitur Amen, semel pro parte innocentiæ, & semel pro parte culpæ.*
12 Scribetque sacerdos in libello ista maledicta. *Secundum Iosephum scribebat nisi nomen domini tetragrammaton, ex cuius virtute veniebant super mulieres istæ maledictiones. Secundum alios vero scribebat istas maledictiones prout in textu sunt expressæ, tamen videtur magis credendum Iosepho, qui talia sacrificia videre potuit & forte vidit.*
13 Et dabit ei bibe. *Etiam uiolenter, si nollet accipere.*
14 Quas cum hauserit. *Sciendum tamen, quod iste haustus siue potatio mulieris, non fiebat ante oblationem sacrificij, sed post, licet modo cõtrario scribatur, quia non semper scribuntur gesta eodem ordine quo facta sunt. Et sequitur.*
15 Tollet sacerdos de manu; &c. *Hoc fiebat ante potationem. Ideo sequitur postea, &* sic potum det mulieri.
16 Quas cum biberit. *Hic consequenter describitur veritatis manifestatio per effectum sequentem, & patet litera, vsque ibi.*
17 Quod si polluta non fuerit, erit innoxia. *Quia aqua ei non nocebunt, sed proficient. Ideo subditur.*
18 Et faciet liberos. *Quia si fuerit ante sterilis, fiebat fœcunda. Dicũt etiam aliqui Hebræi, quod virtute illius aquę concipiebat etiam absque virili semine, & hoc erat vnum de miraculis permanentibus, sicut dictum est de descensu mannæ.*
19 Maritus absque culpa. *si illa languescat vel moriatur. Ex hoc patet, quod illa purgatio non erat illicita tempore ueteris testamenti. Item quia fiebat per diuinum miraculum, vt patet ex dictis, quod tamen non fit ad approbationem illicitorum.*

NICO.

ADDITIO.

*In cap. 5. vbi dicitur in postil. Ideo subditur.* Et faciet liberos, *quia si fuerat ante sterilis, fiebat fœcunda. Non me recolo legisse in voluminibus Hebræorum, quod mulier innoxia ab huiusmodi zelotypia virtute illius aquæ conciperet absque virili semine, nec ad hoc concedẽdum litera nos cogit, quæ nihil aliud dicit, nisi faciet liberos, quod satis proprie potest intelligi de muliere quæ ex virili semine concipit filios. Pari etiam ratione diceretur quod si aliqua virgo coniugata accusaretur, modo prædicto, & a uiro, & esset innoxia, quod illa virgo conciperet absque virili semine, quod singularissimum fuit in virgine gloriosa, vnde ridiculum videtur dicere, qnod Deus tantum miraculum faceret in facto zelotypiæ pro tam modica re: qui solum hoc pro liberatione totius generis humani facturus erat.*

CAP. VI.

Quæst. 1. A a *Vir siue mulier, cum fecerit, &c.*

✠ THEODORETVS. Votorum species erant plurimæ. Quidam enim victimam pollicebatur, quidam pecunias alii seipsos deuouebant, alij certorum dierum numero se vinū nō bibituros, nec caput rasuros. Huius generis erant de quibus D. Iacob⁹ diuino Paulo dicebat. Sunt quidam votum habētes in seipsis, hos assume & sanctificare cum eis, & impende in illos, hoc est, prebe tu victimas, quę secundum legē offerri solent ꝑ illis, vt tollas suspicionem.

† malefactum est.

b *A vino & omni quod inebriare potest.* RAB. In duodecima mansione, id est, Sinai, B ꝓcipitur Nazaræis ut vinum & siceram, & omne ꝙ inebriare potest non bibant, nec comedant. In Prouerbiis quoque præcipitur vt potentes & iracundi vinū non bibant, ne obliuiscantur sapientiæ. In Nazaræis continentiū vita signatur, his vinum prohibet, id est luxuria, & sicera, id est, omnis voluptas terrena. Sicera.n. ex diuerso conficitur genere, sicut voluptas ex diuersa vitiorum passione. Illi enim nō bibunt vinum, sed siceram bibunt, qui ad decipiendos homines vmbras quasdam & imagines simulant virtutū. Vua passa vescuntur, qui ad humanos oculos abstinentiæ pallore insiciuntur, ut gloriam capiāt ab hominibus. Acetū bibunt, qui post nitā sanctitatem ad vetustatē præteritorum labuntur vitiorum, & corruptione ueteris nequitiæ delectantur.

†Leu. 21. a

Moraliter Prou. 31. a

c *Nouacula non transibit.* IDEM. Id est, nec dolum, nec malitiā in mente retinebit ne polluat, scilicet cæsaries capitis, id est, cogitatio mentis. Sed innocentiā teneat vsque ad finem vitæ. Aliter enim non erit votum acceptabile. *Qui autem perseuerauerit saluus erit.* D

Mat. 10. c.

CAP. VI.

Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: † Vir siue mulier, cum fecerint votum, † vt sanctificentur, & se voluerint domino † consecrare, a vino & omni quod inebriare potest † abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua † exprimitur, non bibent: vuas recentes siccasque non comedent cunctis diebus quibus ex voto domino cōsecrātur. Quicquid ex vinea esse potest, ab † vua passa vsq; ad acinum, non comedent. † Omni tempore separationis suæ nouacula non transibit super caput eius vsque ad completum diē, quo domino consecratur. Sanctus erit crescente cęsarie capitis eius. Omni tempore consecrationis suæ, super mortuum non

[Interlinear glosses: a ¶ Mentem. — In quo luxuria. — a Qualibet voluptate terrena. — Relabendo in voluptatem præteritū vitij. — a ¶ Ne palleicant abstinentia pro vana gloria.]

✠ PROCOPIVS. Græcorū libri, si in Nymphas vel mōtanas vel aquatiles incidissenti, comas nutriebāt. Lex itaq. mala dæmonū consuetudine dēpta, ad Deū hoc ipsū transfert. Pari nimirum mō quo sacrificia illis cōdonauit etiā. Cæterū caput mētis ꝓ se imaginem fert, capilli cogitationū, & motionū nobis a natura īsitarū. At qui 1 Dei honorē comam nutrit, optimis actionibus, quarum cā diuina cognitione dignus euadit, operā nauat. E

†35. dist. vi nolenti. †Nazaręi. † separare † separabunt se.

† facinoue vsque ad corticem, vel folliculum.

d *Super mortuum non ingredietur.* IDEM. Id est, mortuum in peccatis non imitabitur, nec iniquitias eius uiam ingredietur, ne perdat laborem suum *Non enim qui inchoat sed qui consummat coronabitur.*

2. Tim. 2. a

✠ RVPERT. Nazaræus iste Christus est, qui vere solus sanct⁹ est, omne tēpus cōsecrationis, omne fuit tempus præsentis uitæ. Toto illo tempore super mortuū ingressus non est, super nullius funere cōtaminatus, quia nullum unquā vel leue peccatū admisit, nullius vnquā peccato consensit, imo nec ingrediens in hunc mundum ulla secum uestigia traxit peccati originalis, per quod mors in hūc mūdū introiuit, ut pote ꝓpagationem

Libr. 1. in Num. c. 12

c *Noua*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VI.

1 Locutus est dominus. *Postquam descripta est ordinatio populi quantū ad legem communem, hic consequēter describitur ordinatio specialis, eundē oblationem specialē, scilicet Nazaræorum. Et ponitur istud capitulū immediate post illa quę dicta sunt de muliere adultera, quia per illam populus peioratur, sic econtrario per Nazaræos melioratur, & quia contraria iuxta se posita magis elucescunt. Sciendū tamē, quod uotum Nazaræorum in aliquibus erat perpetuum, vt in Samsone, & Samuele, & similibus, in quibus præcessit figura religiosorum noui testamenti In aliquibus vero erat temporale, & de istis hic agitur. Circa quod primo describitur actus promissionis, secundo ritus professionis, ibi:* Omni tempore. *Tertio status perfectionis, ibi:* Ista est lex consecrationis. *Quarto modus benedictionis, ibi.* Locutus est dominus. *Circa primum dicitur.* C

Nazaræorū votum

Diuisio.

2 Vir siue mulier, &c. *Id est, diuino cultui specialiter applicētur per deuotionem & orationem.*

3 A uino & omni quod inebriare potest abstinebunt. *Quia talia ad peccata alia deducunt, secundum quod dicitur Prouer. 20.* Luxuriosa res & tumultuosa ebrietas.

4 Acetum ex uino & ex qualibet alia potione. *In Hebręo habetur.* Ex quolibet, inebriatiuo.

5 Et quicquid de vua exprimitur, non bibent. *etiam agrestine per hoc appropinquarent ad potationem uini.*

6 Ab vua passa vsque. *In Hebręo habetur*. A cortice vsque ad granula, quæ sunt in medio granorum vuæ, *& per hoc intelligitur quod nihil de vua penitus debeant gustare.*

7 Omni tempore separationis suæ. *Hic consequenter ponitur ritus professionis, & primo respectu personę proprię, cum dicitur.*

8 Nouacula non transibit super caput eius vsque ad cōplet. *Cuius ratio est, ad detestandum cultum idololatrię, vbi sacerdotes habebant capita rasa, secundum quod dicitur Baruch 6. c.* Sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, & capita & barbam rasam. *Ideo fuit pręceptum sacerdotibus veteris legis, vt non raderent caput nec barbam, vt habetur Leuitici xxj. a. Et eadem ratione Nazarę⁹ non radebatur tempore consecrationis suę, quia illo tempore erat deputatus diuino cultui, vt dictum est. Secundo describitur ritus suę professionis respectu aliorum, cum dicitur.* F

Nazaræi quare non rasi.

9 Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non. *Quia idololatrę in cultu suo vtebantur ossibus mortuorum, & ideo sacerdotes minores, qui per tempora certa ministrabant non debebant ingredi ad mortuos, nisi valde propinquos. Summus autem sacerdos qui semper debebat esse paratus ad diuinum obsequium, totaliter erat separatus ab ingressu super mortuum, vt habetur Leuitic. 21. a. Et eadem ratione Nazarę⁹ tempore quo implebat votum suum. Alia etiam ratio assignatur, sine per affectionem ad propinquos mortuos mens eius a contemplatione Dei retardaretur vel impediretur.*

✠ 1 Sin

MORALITER.

✠ 1 *Locutus est dominus.* In hoc capi. agitur de Nazaræi obseruantia & eius oblatione. Circa q̄d notandum, quod Nazaræi fuerunt in duplici gradu. Nā aliqui fuerunt Nazaręi ad totū tēpus uitę suę, sicut legitur de Samuele 1. Reg. 1. & de Samsone Iudic. 14. & isti fuerunt figura religiosorum in noua lege, quorum votum per totam obligat uitam. Alij uero fuerunt Nazaræi tempus determinatum, & isti voto peracto redibant ad uitam communem aliorum, propter quod non fuerunt figura religiosorum, de quibus dicitur Luc. 9. g. *Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciēs retro aptus est Regno Dei.* Sed illorū fuerunt figura qui faciunt uotum de aliquo opere supererogationis ad tempus exercendo, ut de peregrinatione uel alio pio opere, & quoniam illo tempore debent religiosius uiuere. Ideo subditur.

3 *A vino & omni quod inebriare potest abstinebunt.* Per quod significatur, quod illo tempore debent esse in potu magis sobrij.

† *Vuas recentes siccasque non comedent.* Id est, tunc debent esse in cibo magis parci.

8 *Nouacula non transibit super caput eius.* Id est, non resecabit aliquid de illis quę cadunt sub obligatione uoti sui.

9 *Super mortuum non ingredietur.* Id est, non consentiet alicui in opere mortalis peccati.

†1 Sinau-

A crationem super caput suum hñs, Dei sui, i. plenariam effusionem spiritussancti. Cõsecrationem, inquam, Dei sui, qa videlicet Deus, illi est s'm naturam hominis quam assumpsit, secundum quam & Nazaræus est. Nazaræus iste capillos nutriuit, quia peccata generis humani super se tulit.

D dit quomodo post completum votum se præsentet domino, cum oblatione gratias redditurus, mystice innuens continentis vitam cum oblatione operis & munditia cordis in fine bono domino placituram.

✲ PROCOPIVS. Prima ratione coma crassæ legis deposita, Christiq; regno in se dilatato, omne quod in se reliquum Deo in odorem fragrãtiæ immolabit. Ac agni quidem nomine in Christo infantiam, i. animi integritatem a Domino concessã offeret. Quantum. n. ad malitiam attinet, puritatem pręvobis ferte, inquit, quantũ ad animum, ad perfectionem aspirate. Ceterum agna peccandi temeritatem infirmitatemq; sexu suo, & ętate repræsentat. Quantumuis. n. sanctum se Deo proponere conetur aliquis, peccati tamen sortẽ vitare propter imbecillitatem naturę cõiunctam, nequit.

l *Agnum anniculum.* Hunc offert qui totã spem suã in eius immolatione ponit, de quo dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Hũc in holocaustum offert, cum pro eius amore carnes mortificando totam uitam ardore charitatis incensam domino consecrat.

a *Nec super patris.* RABAN. Id est, nullus carnalis eũ retrahat affectus, oĩs persona, omnis dignitas, omnis consanguinitas Christi seruitio postponenda est.

b *Consecratio Dei.* IDEM. Id est, spiritus sancti gratia in corde eius diffusa est. vnde: *Nolite contristare spiritum sanctũ, in quo signati estis omnes.* (Eph. 4. d.)

c *Omnis dies separa.* Id est vsque in finẽ perseueret sine contaminatione peccati atque delicti.

B d *Sin autem mor. fue.* IDEM. Id est, si mortali peccato pollutũ imitari voluerit, & vsque ad consensum descenderit, sciat necesse est eius continentiam esse pollutam & caput radendũ, i. mentem purgandam a praua cogitatione & noxia delectatione.

a ingredietur, nec super patris quidem, & matris, & fratris, sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est. Omnis dies separationis suę sanctus erit domino. Sin autem mortuus fuerit subito, quispiam † coram eo, polluetur caput consecrationis eius, quod radet illico in eadem die purgationis suæ, & rursum in septima. In octauo autẽ die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonii, facietque sacerdos vnũ pro peccato, & alterum in holocaustum, & † deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo, sanctificabitque caput eius in die illo, & consecrabit domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato, ita tamen vt dies priores irriti fiant: quoniam polluta est sanctificatio eius. Ista est lex † consecrationis: Cum dies, † quos ex voto deuote decreuerat complebuntur, adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem eius domino, agnum anniculum immaculatum

¶ Alias, omnibus diebus.
a ¶ Quo tempus resurrectionis significatur.
a ¶ Timore gehennæ, pro peccatis, s. suis faciet gemere.
a ¶ Vt suspiret, s. desiderio æternæ vitę.
a ¶ Mentem a carnali desiderio erutam.
c ¶ Vt omnes sint sancti & immaculati.
b ¶ Vitam innocentem pro criminosa, simplicitatem pro versutia.

† iuxta eũ. † expiabit eum. † Nazarei. † Nazaræatus sui.

e *Radet illico.* IDEM. Tempore scilicet compunctionis, quo cognoscit se deliquisse, statim se emẽdare studeat & semper similem ruinam timeat.

f *Duos turtures.* IDEM. Turtures castitatẽ, pulli columbarum simplicitatem significant. Qui ergo vult ad resurrectionẽ bonorũ peruenire, offerat vero sacerdoti, id est, Christo, castitatẽ mẽtis & corporis, & simplicitatẽ in fide catholica per quã in ecclesiã intrat, vt per tãti pontificis opitulationẽ expietur. (Mystice. Quid turtures & pulli colũbarum.)

g *Et deprecabitur.* IDEM. Vnde: *Aduocatus noster apud patrẽ,* Vel quia faciet nos deprecari secundum illud. *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* (Ioan. 1. a. Rom. 8. c.)

h *Vt dies priores.* Nihil de pristina cõuersatione præsumat, sed in sola Dei gratia confidat, cuius dono percipit veniam, & requiem sempiternam.

i *Polluta est sanctificatio.* unde: *Cum conuersus fuerit iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur.* (Ezec. 18. f.)

C k *Ista est lex con.* Postquam legislator Nazaræũ instruxit quomodo mũdetur, si eius consecratio super mortuo polluat, addit

AVGVST. Alia litera. Et offeret munus suũ domino agnũ anniculũ sine vitio in holocausto ma, & agnam anniculã sine vitio unã in peccatum. Hoc quidam transferre noluerunt uelut locutionem insuetatã uitantes, & dixerunt pro peccato, & non in peccatum, cum sit sensus in ea locutione non perturbandus. In peccatum enim dictum est, quia quod pro peccato offerebatur, peccatum uocabatur. Vnde: *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit,* id est, sacrificium pro peccato. Sicut ergo agnus in holocaustoma, sic & agna in peccatum, vt ipsum pec° esset peccatum, id est, sacrificium pro peccato. Sicut de ariete, quod sequitur, in salutare dicit, tanquam sit ipse salutare, cum sit sacrificium salutaris, quod postea repetendo manifestat. Nam & illud pro peccato dicit, quod prius dixerat, in peccatum. Et hoc sacrificium salutaris quod prius dixerat, in salutare. (Quæst. 11 literaliter. 2. Co. 5. d. Ioan. 1. d.)

F ☞ RABA.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo. *Id est in eodem tabernaculo in quo manet, vt dicit Ra. Sal.*

2 Polluetur caput consecrationis eius. *Eo quod non habuit debitam diligentiam subtrahendi se, & etiam quia debet imputare peccatis suis talem casum impedientem ipsum.*

3 Quod radet illico. *Quia sicut præmittitur, sanctus erit crescente cæsarie capitis eius. Et quia illud incrementum a tempore quo incepit uotum usque tunc pollutum est propter casum superuenientem, ideo præcipitur talis rasio.*

4 Die pugrationis suæ. *Id est, prima, in qua aspergebatur aqua lustrationis, & iterum septima purgabatur etiam per sacrificium, quod notatur cum dicitur.*

5 In octauo autem die offeret duos turtures. *Et patet litera usque ibi.*

6 Sanctificabitque caput eius. *Id est, disponet ad implendum uotũ*

7 Et consecrabit domino dies separa. *Quia in illis debebat esse intentus deuotioni & orationi & pijs operibus.*

8 Offerens agnum anniculum pro peccato, ita tamen. *in memoriam illius agni, per cuius immolationem fuerunt liberati de seruitute Aegypti.*

9 Ista est lex consec. *Hic consequenter describitur status perfectionis qui consistit in complemento uoti, quod notatur cum dicitur.*

10 Cum dies quos ex voto decreuerat complebuntur, adducet eum. *Id est, seipsum, vt dicit Ra. Salomon, vel adducet, refertur ad sacerdotem, qui faciet venire Nazaræum ad tabernaculum fœderis, vt offeratur eius oblatio: & ponunt hic sacrificia de omni genere. s. pro peccato, & in holocaustum, & hostia pacifica. Item oblatio de diuersis generibus panum, ad ostendendum quod Nazaræus debet esse paratus in omnibus quæ sunt ad honorem diuinum.*

✲ 1 Tunc

MORALITER.

✲ 1 *Sin autẽ mort.* Per quod designatur qđ opus bonũ in charitate factum, si superuenint mortale peccatũ, mortificatur.

10 *Cum dies quos ex uoto decreuerat complebuntur, addu.* Hic agitur de oblatione Nazaræi in completione voti sui, &c. ponitur hic triplex eius sacrificium. Vnũ in holocaustum quod totũ incendebatur ad honorem diuinum. Per quod significatur, quod homo tempore uoti adimplẽdi, debet ad amorẽ diuinum magis quã alias inflammari. Aliud autem sacrificium erat pro peccato, per qđ significatur, quod licet homo uotũ suũ impleuerit, tamen timere debet ne minus debite fecerit. Tertiũ erat hostia pacifica pro gratiarum actione, per quod significatur, ꝙ homo uotũ suũ adimplẽs dẽt Deo regratiari de hoc, ꝙ sibi dedit gratiã adimplẽdi. Addebatur ultra oblatio panũ azymorũ, ꝑ quos significatur panis eucharistiæ, qa uotũ adimplẽs dẽt in hui° sacrificii oblatiõe deuote assistere.

✣ 1 *Tunc*

A RABAN. Agnum offert in holocaustum, qui Deo exhibet simplicitatē cordis, cum deuotione charitatis. Ouem, quæ innocentię exemplū ostendit. Arietem vero pacificam hostiā: cū se in via Dei bene regit, & carnem rebellem animę imperio subiicit.

g *Et armum coctum arietis, tortamque.* Fortitudinem, scilicet, operis, coctam & probatam igne tribulationis, facit summus sacerdos sanctum suum offerri, Deo patri. D

h *Et laganum.* scientiam scilicet legis, dono spiritussancti iuuans in opere consummare.

a in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro pec- *¶ Alij in peccatum.*
b cato, & arietem immaculatum hostiā pacificam: canistrum *a ¶ Spiritualis alimoniæ. ¶ Euangelicæ doctrinæ. b ¶ Lętitiæ gratia spiritussancti.*
c quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana *a ¶ Malitiæ & nequitiæ.*
d absque fermento vncta oleo, ac * libamina singulorum, quæ *¶ Christus.*
e offeret sacerdos corā dño, & faciet tam pro peccato quam in
f holocaustū, Arietē vero immolabit, hostiā pacificā dño, offerens simul canistrū azymorū, & libamenta quæ ex more de- *¶ Mens scilicet abstinentia cogitationibus superfluis.*
bentur. Tunc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi 1 *a ¶ Sacerdos scilicet. b ¶ Præsumptionum cogitationes.*
fœderis † cęsare consecrationis suæ, tolletque capillos eius, 2 *¶ Diuini amoris.*
& ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum, & * armum coctum arietis, tortamque absque fermen- 3 *¶ Mysteria scripturarum obscura reuelando. a ¶ Scientia scripturæ.*
g h to vnam de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet *¶ Id est cum eum corruptione carnis spoliauerit, & onere curarum liberauerit.*
in manibus Nazaræi, postquam rasum fuerit caput * eius. *¶ Patris.*
i Susceptaque rursum ab eo eleuabit in conspectu domini, *a ¶ Quia nostra sapientia eius donum proprium est.*
K & sanctificata sacerdotis erunt, † sicut pectusculum quod *a ¶ Carnalis voluptatis mortificatio. ¶ Prædicta.*
l separari iussum est & femur. Post hæc potest bibere Naza- 4 *¶ Prædicta.*
m ræus vinum. Ista est lex Nazaræi, cum vouerit oblationem 5 *a ¶ Abstinentiæ consecratæ. b ¶ Quæ scilicet sponte faciet.*
suam domino † tempore consecrationis suę, exceptis his quæ 6
† inuenerit manus eius. Iuxta quod mente deuouerat, ita fa- 7
n ciet ad perfectionem sanctificationis suę. Locutusque est dñs 8
ad Moysen dicens: Loquere Aarō & filiis eius: Sic benedicetis 9 *a ¶ Infusione spiritualium charismatum. b ¶ Cuius est custodire. vnde Psal. 126. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat, &c.*
o p filiis Israel: & dicetis eis: Benedicat tibi dominus & custodiat 10 11

a *Et ouem.* Ouem offert pro peccato, qui Christum innocentē pro peccato humani generis fideliter credit oblatum.

b *Et arietem.* Hoc fit cum ipsum esse confidit, qui per dispensationem carnis cœlestia & terrestria pacificauit, euacuans omnē principatū & potestatem, quem Deus exaltauit, & donauit illi nomē, quod est super omne nomen, &c.

c *Et lagana.* veterem legem a spiritusancto dictatam & temperatam ad vtilitatem humanam.

B d *Absque fermento.* quia spiritualis gratia in lege & in euangelio recte intelligentibus patet.

e *Quæ offeret.* meritum & laborem, cuiusque meditationē, & obseruationem legis in cōspectu Dei remunerādo præsentās, scilicet, ad ingressum vitę cœlestis, per actō boni operis certamine perducit.

f *Arietem vero.* dignum scilicet ostendēs mercede quietis perpetuæ, tanquam principē sui vel aliorum & ducē optimū qui se bene rexit & duxit in semita mandatorū Dei, secūdum doctrinam scripturarum, & gratiam spiritualium charismatum.

* oblationem &
Philip. 2. b Colos. 1. c.
† caput nazarçæ sui
* capiet sacerdos.
* nazaræatus.
† tū pectus eleuatū nuc ob latū q iratus.
† pro nazaræatu suo.
† quę potuerit esse ferre non prohibetur plura offerre si potuerit
Lib. 2. moral. cap. 30.

i *Eleuabit.* bona, scilicet, quæ continens operator, patri præsentabit, & perpetua mercede faciet remuneratī.

K *Sacerdotis.* quia ad eius gloriā pertinet quicquid Nazaræus bene voluit, & opere consummauit. *Ipse enim est qui operatur in nobis & velle & perficere.* Philip. 2. f

l *Post hæc.* id est post rectam intentionem, discretam promissionem, operis perfectionem, & mercedis retributionem.

m *Bibere.* plenè & liberè haurire spiritualem donum. vnde: *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Psal. 35. b.

E n *Locutusq; est.* Moses legem, Aaron sacerdotum, & filii eis ordinem ecclesię significant. Docet ergo dominus per legem sacerdotum ordinem, quomodo populum prædicatione ædificet, frequēti oratione & benedictione confirmet.

RABAN. Moses multipliciter habet significationē. Figurā habet Iudaici populi, dum tenet caudam serpentis Significat enim Iudæos in fine mundi ad fidē Christi venturos. Legem quoque significat, sicut supra ostendimus Christi personā gerit, electos suos de spirituali Aegypto per aquam baptismi liberantis, scilicet dum populū de Aegyptos per mare rubrū educit, dum tabernaculum complet, erigit, & vngit.

Moses multas habet significationes. Exod. 4. a.
Exo. 14. c.

GREGORIVS. Quid est quod Nazarei capillos nutriunt: nisi quod per vitā, magnæ continentiæ præsumptionū cogitatione crescūt. Sed quid est quod deuotione completa Nazaræus caput radere, & capillos in ignem sacrificii ponere iubet, nisi quod tunc perfectionis summū pertingimus, cum sic C exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes superfluas a mēte resecemus, quas igne sacrificii cremare, est diuini amoris flāma incēdere, vt totum cor in Dei amore ardeat, & cogitationes superfluas cremās quasi Nazarei capillos deuotionis perfectione consumat.

F o *Benedicat.* IDEM. Notandum quia in hac benedictione nomen domini tertio inducit, vt sancta trinitas intelligatur, a quo & per quē & in quo omnia bona sunt petenda & impetrāda, quia ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Ro. 11. d.

p *Et custodiat.* IDEM. benedictionem quam præcepisti, sua cōseruet gratia. *Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam.* Pf. 126. a.

g Et

a Osten

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tūc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi. *Quia crescentia capillorum erat signum durationis voti, sicut dictum est. Crescente cæsarie, &c. & ideo uoto completo radebatur in signum, quod licitum erat ei redire ad communem modum uiuendi, sicut ante uotum.*

2 Ante ostium. *Non sub diuo, sed in una exedra atrij.*

3 Tolletque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum & armum coctum. *Cuius carnes coquebantur in caldaria, & in igne supposito illi caldariæ ponebantur capilli. Cætera patent usque ibi.*

4 Et femur. *Hoc erat speciale in sacrificio Nazaræi, quod femur hostiæ pacificæ daretur sacerdoti. In alijs autem habebat tantum pectusculum & armum dextrum, ut habetur Exod. 29. & Leuit. 7.*

5 Post hæc potest bibere Nazaręus vinum. *id est redire ad modum viuendi sicut ante uotum.*

6 Ista est lex Nazaræi, cum. *quæ scilicet data est.*

7 Exceptis his quę *Quasi si Nazaręus uellet facere maiora sacrificia & oblationes, quam sint illa quæ determinata sunt in lege ista, poterat addere secundum uoluntatem suam & facultatem, sed determinatis in lege non poterat defalcare.*

8 Locutusque est dominus. *Hic consequenter ponitur modus bene dictionis, quæ licet fieret super filios Israel, specialiter tamen fiebat super Nazaræos, & hæc benedictio ipsius sacerdotis determinatur cum dicitur.*

9 Sic benedicetis, &c. *Et ponuntur ibi sex per ordinem, cū dicitur.*

10 Benedicat tibi dominus. *gratiam iustificantem conferendo.*

11 Et custodiat te. *a peccati recidiuo, & gratiam datam continuando.*

5 Post

✠ 1 Osten-

MORALITER.

† 1 *Tunc radetur Nazaręus, &c.* quod erat signum voti cōpleti, & sic licitū erat nazarço redire ad cōem modum viuendi, & similiter ī noua lege implēs uotū ad illud amplius nō teneat.

MORA-

a *Ostendat.* Ostensio vultus Dei propitiatio est, & veræ salutis ostensio. vnde, *Ostende faciem tuam, & salui erimus.*

b *Conuertat, &c.* Conuersio vultus significat misericordiam, auersio iram. vnde: *Respice in me & miserere mei.* Et alibi: *Quare auertis faciem tuam, & obliuisceris inopiæ nostræ.* Rogandum esse ergo vt cuius auxilium auertimus a nobis peccando, per pietatem suam vultum suum super nos illuminare dignetur, ut nos ab inimicis eruens, tribuat perpetuam pacē.

(A — Psal. 77. b. Psal. 118. a. Psal. 43. b. † :.q.1. di-ctum a domino. † vel eleuet dns faciē suam ad te Chald. interp. auferat dominus iram suam a te.)

a te: † Ostendat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui: 1
b † Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem, † 2
c inuocabuntque nomen meum super filios Israel: & ego be- 3
nedicam eis. 4 5

c *Inuocabunt.* IDEM. Sacerdotum est nomen domini inuocare, domini autem quod petitur perficere. Nemo ergo sibi tribuat quod sola trinitas cui vult præstat.

✱ PROCOPIVS. Videsne quod nomen domini non os precantis bonas imprecationes confirmat? Quocirca rata etiam erit apud eū q̄ fide cōprehenderit ī precatio ea q̄ a peccatore fuerit enūtiata. Quemadmodū Balaami benefprecātis in nomine domini, videlicet imprecatio apud dignos erat efficax. (B) Trina vero precādi repetitio qua Balaam quoq. vsus fuerat, trinitatem insinuat. Deo autē iure optimo omne benedictionis meritum acceptum refertur.

✱ RVPERTVS. Quæ alia benedictio est præter hanc, qua benedicat sacerdos ille sanctus filius Israel? Benedicat, inquit, dominus subauditur pater, ostendat & faciem tibi, subauditur filius, conuertat vultum suum ad te, subauditur spiritus sanctus. Quid hoc pulchrius, quid iucundius? Ecce in antiquissima lege nouæ gratiæ lucem videmus, nominis sancti trinitatem quam odit Iudæus, quam dissipat Arius, quā confundit Sabellius. Et nota singularū enuntiationum pulchritudinē, dominus inquit, scilicet pater, benedicat tibi, quod est bona dare, custodiat te, quod est a malis liberare. Dominus filius ostendat faciē suam tibi, quod est bona dare, & misereatur tui, qđ est a malis liberare. Dominus spiritus conuertat vultum suū ad te, quod est bona dare, & det tibi pacem quod est a malis liberare. Nā hic est geminus diuinę benedictionis fructus, ut bonis repleamur, & malis careamus. Ne quis vero putaret benedictionem esse hominis, definiuit quod dixerat, *inuocabunt, &c.*

(D — vsii supra. cap. 16. † Ponētq,)

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Ostendat domi. *intellectū tuum in sui cognitione illuminando*
2 Et mise. *pœnam pro peccatis tuis prẹteritis relaxando.*
3 Conuertat. *suas consolationes tibi immittendo.*
4 Et det tibi, pacem. *causas perturbationis auferendo.*
5 Inuocabuntq;. *Per hoc ostenditur, quod sacerdotes benedicebant populum ministerialiter, tantum verba benedictionis proferendo, sed Deus benedicebat effectum benedictionis causando.*

3 Et

## CAP. VII.

*Factum, &c. Taber.* RABB. Ecclesiam vel perfectos, in quibus aromata virtutum & orationum adolentur, vel humanitatem Christi in qua hostiam nostræ redemptionis patri exihuit. Ipse enim sacerdos, Ipse hostia & altare, quia in potestate mortem tenens propria voluntate suscepit. Vnde: *Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam.*

(F — Ioan. 10. d)

## C A P. VII.

a (a ¶ Sanguine suo consummans.) Factum est aūt in die qua compleuit Moses (b ¶ Christus.) 1 tabernaculū (a Ecclesiam.) & erexit illud (b ¶ Ad petendam gloriam.), vnxitq. (¶ Oleo lętitię.) & sanctificauit (a ¶ Gratia spirituali.) cum omnibus vasis suis (b ¶ Electis in cunctā ministeria ordinatis.) altare si- 2

☞ a Prin-

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. VII.

1 Factum est autem. *Descripta ordinatione quantum ad communem populum, hic consequenter describitur ordinatio prẹsidentium. Et describitur primo deuotio principum secundo pontificis officium, cap. 8. Primum ostenditur dupliciter. Primum in oblatione partim combusta, secundum in oblatione singulariter facta, ibi:* Igitur obtulerunt.

(Diuisio. — Quādo factę fuerint oblatiōes.)

*Circa primum dicitur sic.*

(C) 2 Factum est, &c. in die qua com. Moy. *Occasione huius literæ dubium est inter doctores de ordine istius historię, patet tamen quod illæ oblationes factæ fuerunt ante numerationes populi supra positas, licet posterius sint descriptæ, quia istæ oblationes factæ fuerunt in die erectionis tabernaculi, quę facta fuit anno secundo egressionis de Aegypto, mense primo, prima die mensis, vt habetur Exodi cap. vlti. Numerationes autem prædictæ factę sunt eodem anno mense secundo, prima die mensis, ut habetur in principio huius libri. Dicunt igitur aliqui, quod prima die anni secundi, in qua erectum est tabernaculum, incepit consecratio altaris & sacerdotum, & durauit per septem dies. Octaua autem die inceperunt principes offerre, & durauit oblatio duodecim diebus. Sed hoc uidetur contrariari textui, qui dicit, quod in die erectionis tabernaculi obtulerunt, quę quidem erectio iam prẹcesserat septem diebus. Ideo alij dicunt quod a die erectionis tabernaculi incepit dicta oblatio, & concurrebant cum consecratione sacerdotum septem diebus. Sed tunc occurrit difficultas, quia septem diebus consecrationis sacerdotum, solus Moses faciebat sacerdotale officium, quia sacerdotes non poterant offerre licite, donec eorum consecratio esset completa. In illis autem septem diebus fiebant plura circa sacerdotes & sacrificia pro eis, ut habetur Exodi xxix. & Leuiti. 8. Similiter in oblatione cuiuslibet principis fiebant plures oblationes & sacrificabantur animalia xxi. ut patet in textu, & non uidetur probabile, quod solum*

✱ Moses

## MORALITER.

✱ 1 *Factum est autem* Hic agitur de oblatione principū in erectione tabernaculi, quę fuit duplex, una ꝑ deportatione tabernaculi & utensiliū eius, & in hac oblatione duo pricipes simul cōbinati obtulerunt vnū plaustrū, & quilibet vnū bouē. Per duodecim principes figurati fuerūt duodecim apostoli, & eorū successores, qui sunt epī, vt dr̄ dist. 21. In nouo testō ꝑ combinationem principum gemina charitas, s. Dei & proximi figuratur, quæ prę cæteris debet in epis vigere: nā pro suo grege tenentur vitā exponere. Io. 10. b. *Bonus pastor animā suā dat pro ouibus suis,* qđ est actus maximus charitatis. Io. 15 b. *Maiorem hac dilectionē nemo habet quam vt animam suā ponat quis pro amicis suis.* Et per hanc dilectionem offerunt plaustrum, i. supportationē subditorum, quorum sunt currus, & aurigæ, sicut dr̄ 4. Reg. 2. b. de Helia: *Pater mi, currus Israel et auriga.* Per bouē vero qui est aīal aptum ad agriculturam, sicut dr̄ Prouerb. 14. a. vbi vero plurimę sunt segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis, significatur, quod prẹlati tenentur in agro dominico exerceri, scilicet extirpando vitia, & nutriendo virtutes.

Alia vero fuit oblatio principum pro vasis & hostiis in obsequio tabernaculi. Licet aūt singuli principes singulis dieb. obtulerint per ordinem, vt hr̄ in textu, tn̄ vniformis fuit omniū oblatio. Quantum aūt ad vasa, quilibet obtulit acetabulum vnum, quod est instrm̄ ad probandum arida si essent pro oblationib. apta. s. similam, thus, &c. Et phialam vnam, s. ad probādum liquida, vt vinum & oleum. Per hoc aūt significatur, q̄ prẹlati debent opera sua vitæ actiuæ, quæ significantur per arida, & vitæ contemplatiuę, quæ signantur per liquida, diligenter examinari, ne sit ibi commistio appetitus laudis humanæ, vel aliquid aliud pr quod inepta reddantur in conspectu Dei, & mortariolum ad terendū species ex quib. fiebant thymiamata & vnguenta, per quod significatur q̄ in prælatis ecclesię debent motus carnales conteri exēplo B. Pauli dic. 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar.* Quantum aūt ad sacrificia quilibet princeps obtulit hostiam pro peccato, & hostiam pacificā pro gratiarum actione, & holocaustū incensum super altare: per quæ significatur quod prẹlati quantumcunque sancti, debent se peccatores reputare, & pro beneficijs a Deo sibi collatis gratias agere, & zelo fidei præ cæteris feruere.

(E)

a mulier & omnia vasa eius: obtuleruntque principes Israel & 1 capita familiarum quę erāt per singulas trib. prefecti eorum b qui numerati fuerāt, munera corā dño: Sex plaustra tecta cū c duodecim bob⁹. Vnum plaustrū obtulere duo duces, & vnū bouem singuli: obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi. 2 Ait autem dñs ad Moysen: Suscipe ab eis vt seruiant in mini 3 sterio tabernaculi, & trades ea Leuitis iuxta ordinē ministerii 4 sui. Itaq; cū suscepisset Moyses plaustra & boues, tradidit ea d Leuitis. Duo plaustra & quatuor boues dedit filiis Gerson, iuxta id qđ habebāt necessariū, quatuor alia plaustra & octo 5 boues dedit filiis Merari secundū † officia & cultū suum, sub e manu Ithamar filii Aarō sacerdotis: Filiis aūt Caath nō dedit plaustra & boues, q̄a in sanctuario seruiūt, & onera propriis 6 f portāt humeris. Igitur obtulerūt duces in dedicatione altaris 7 g die qua vnctum est, oblationē suam ante altare. Dixitq; dñs 8 h ad Moysen. Singuli duces per singulos dies offerāt † munera 9

¶ Altaris. a ¶ Perfectis prædicatoribus ministrant. a ¶ Diuersorum ordinum vel Ecclesiarum. a ¶ Tabulis cooperta, vt intus recipiant onera vel pannis strata, vt ad onus suscipiant tabernaculi armamenta. a ¶ Quia vnum officium charitatis est acceptum tam animo quam corpore ministratum. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. b. ¶ Consecrationem Ecclesiæ.

† opus fuit vel qđ habebāt necessarium. E Ministeria tabernaculique & p quos fiebant. † oblationem suā.

a *Principes Israel & cap. &c.* RABBAN. Patriarchæ, prophetæ A & apostoli, qui doctrina, exemplo, & bene operādo, Deo grata munera obtulerūt, & ad cōstructionē Ecclesię quicqd boni potuerunt læto aīo contulerunt. Possunt etiam tropologice principes dici, qui apostolica doctrina instructi, tā corporis sē sibus quam animi affectibus recte principantur. Quorū dona Deo gratissima, quia vnanimiter prolata. vnde, *Si consenserint duo ex nobis super terram de omni re quacunque petierit, fiet illis a patre meo.* (Mat. 28. c.)

✠ PROCOPIUS. Vt comperiamus quāta sit apud Deū oblationis ratio, eorū exacta sit descriptio, & offerentium census habetur, argumento videlicet, q̄ munera illa ma B iestatem nobis concilient, nostriq; memoriam aliquam conseruent. Proinde significatur, quod Deo nostras animas consecrare conuenit.

b *Sex plaustra.* RAB. Plaustra quæ filii Israel Leuitis ad subuectionē tabernaculi obtulerūt, temporalia solatia significāt, q̄ deuoti populi prędicatoribus cōpensant, ut sine cura & impedimēto diuino uacent obsequio. Vt & qui euangelium annunciāt, de euāgelio uiuant. *Si enim seminant spiritualia, non est magnum si metunt temporalia.* (1. Cor. 9. b.)

Plaustra, recte fide & misericordiæ affectu ornata, ut Deo sint accepta, duodecī sunt boues. Qui eī in obsequio sanctorū laborāt sub iugo apostolicæ doctrinę omnia honeste & ordinatos faciunt. Vel boues doctores accipim⁹ q in agro dñi digne operantur. De quib. dicitur: *Non alligabis bouis triturantis.* Qui enim apostolicam normam viuendo & prędicando cōseruant, duplici honore honorandi sunt. (Deut. 25. a; 1 Tim. 5. c)

c *Vnum bouem, &c.* IDEM. Quia vnitas fidei & simplicitas intentionis cū pio labore in doctorib. maxime placet. Neq; silēdū q̄ duodenarius vnumqueq; hominē & tēporis plenitudinem, & situ orbis uidetur cōplecti. Homo enim trib. in anima & quatuor in corpore qualitatib. cōsistit. Si aūt tria per qua- C tuor, uel ecōuerso multiplices, duodenari⁹ exibit. Mūdus quoque duodecim vētis terminatur. Et annus duodecim mēsib. & dies duodecim horis. Ex his omnib. colligimus, omnē hominē in omni loco, & in omni tempore ad tabernaculū Dei cum debito obsequio properare debere. (Duodenarius num.)

d *Duo plaustra.* ✠ PROCOP. Leuitarū pręstātissimi Caathitę, sup humeris nō plaustris sicut Meraritę & Gersonitę sulcra portāt. Q. n. quicq̄ Deo propius est, excellentius est eo q̄ ex trinsec⁹ excellit, p̄ximi aūt Deo sūt, qui a uasis sacris existūt. D

c *Filiis aūt Ca.* RAB. Superius scriptum est quod filii Caath portare humeris propriis debent tabernaculū fœderis, sanctum sanctorū, arcā, altare, mēsam, candelabrum, & omnia uasa eorū palliis inuoluta. Gersonitarū vero officia esse, portare cortinas tabernaculi, & tectū, & operimētum aliud, & super omnia velamē hyacinthinum, tentoriū quoque q̄ pendet in introitu tabernaculi, cortinas atrii, & omnia quæ pertinent ad altare æneū, funiculos, & uasa ministerii. Meraritarū quoq; portare tabulas tabernaculi, uectes eius, columnas, & uasa eorū. Colūnas quoq; atrii per circuitū cum basibus, paxillis & funibus suis. Nota ergo q̄ q̄ sācta sūt nō imponūtur portāda mutis animalib. sed rationabilib. Quę vero duriora sunt & grauiora, mutis animalib. imponūtur, & sed in ipsis est differētia. Qui. n. duriora & grauiora obseruāt ministeria, plura habēt animalia. Quatuor eī plaustra dant filiis Merari, filiis uero Gerson, q filiis Caath proximi sūt, duo sufficiūt. Vñ ostēditur qđ operib. durioribus & grossiorib. plures uelut animalia inseruiunt. Ad ea vero q̄ a rationalib. procurantur, pauci de minus eruditis accedunt. Mystice uero & secreta solis sacerdotibus patent, nullus animalis accedit, nec ipsi qui habere aliquid exercitii & eruditionis videntur. (1. Cor. 2. d.)

f *Obtulerunt duces in dedicationem altaris die qua.* Vnusquisque pro posse suo fidem, doctrinam, & operationem bonam ad profectum & honorem Ecclesię debet offerre.

g *Vnctum est, oblationem suam ante altare.* tempore incarnationis, quando post resurrectionem & ascensionem susceperūt discipuli spiritussancti effusionem. (Act. 2. a.)

h *Duces per singulos dies offerant munera.* prædicatores recti itineris duces, qui licet eandem fidei doctrinam, & boni operis eadem exempla offerant, pro diuersitate tamen loci & temporis oblationes distribuunt. F

a Ace-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Moses posset tot agere una die, maxime cōtinuando septem diebus. Ideo dicit Rab. Salom. quod duplex fuit erectio tabernaculi. Vna quotidiana, quæ erigebatur mane & deponebatur vespere, alia stabilis, quæ permanebat vsque ad motionem castrorum. Dicit ergo quod prima erectio facta fuit septem diebus vltimis anni primi egressionis de Aegypto, & in illis facta fuit consecratio sacerdotum & altaris, in quib. solus Moses fecit sacerdotale officium. Octauo autem die quæ fuit prima dies anni secundi, facta est prima erectio stabilis ipsius tabernaculi, & extunc continuata, & illa die sacerdotes ceperunt ministrare, & officium suum exercere simul cum Mose, & eadem die incepit oblatio principum, & sic eadem dies fuit dies erectionis tabernaculi, loquendo de erectione stabili, & consecrationis sacerdotum quantum ad perfectionem eius, quia tunc & non ante potuerunt ministrare, & oblationis principum quantum ad eius inchoationem, quia non poterat fieri vna die illa oblatio, quæ fiebat successiue duodecim diebus, qua compleuit Moses tabernaculum. Licet enim Beseleel & alii artifices compleuerint opus exequendo, Moses tamen eos docebat & dirigebat ad faciendum opus secundum exemplar quod in monte viderat, & ideo ei attribuitur completio tabernaculi, sicut architecto.*

1 Obtuleruntque princeps Israel & capita familiarum, &c. *in oblatione ad opus tabernaculi fuerunt ultimi, ut habetur Exodi 35. & ideo in dedicatione altaris tabernaculi festinauerunt & fuerunt primi.*

2 Obtuleruntque *ea. id est, plaustra.*

3 In conspectu tabernaculi. *Moses enim noluit recipere, donec super hoc sciret voluntatem domini. Ideo subditur.*

4 Ait autem dominus ad Moysen, suscipe ab eis ut seruiant. *Et tunc suscepit, & Leuitis distribuit.*

5 Iuxta id quod habebant necessarium quatuor, &c. *Gersonitę enim portabant mollia, vt dictum est supra 4. capi. & ideo eis sufficiebant duo plaustra. Moraritę autem portabant dura, quæ erant magis ponderosa, ideo data sunt eis quatuor plaustra. Caathiti autem non dedit plaustra, cuius ratio redditur, cum dicitur.*

6 Quia in sanctuatio seruiunt, & onera propriis portant humeris. *Et ideo portabant ea quæ erant intra tabernaculum, quæ erant sanctiora in humeris suis.*

7 Igitur obtulerunt duces. *Hic consequenter describitur oblatio principum singulariter & successiue facta, cum dicitur:* Obtulerunt duces. *Sequitur,*

8 Ante altare. *Volebant enim simul offerre quæ sequuntur, sed Moses noluit donec super hoc sciret voluntatem domini, ideo subditur.*

9 Dixitque dominus ad Moysen, Singuli, &c. *Voluit enim dominus, quod offerrent, non secundum ordinem natiuitatis duodecim capitum tribuum Israel, sed secundum ordinem vexillorum, et motionis castrorum, qui supra positus est 2. capitu. ideo subditur.*

2 Obtule

✠ 1 Pri-

in dedicationē altaris. Primo die obtulit oblationem suam, Naason filius Aminadab de tribu Iuda, fueruntque in ea † a acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorū: Phiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium:+ mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso, † bouē de armento, & arietē, & agnū anniculū in holocaustū, hircūque pro peccato: & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq. Hæc est oblatio Naason filii Aminadab. Sedo die obtulit Nathanael filius Suar dux de tribu Issachar, acetabulū argenteū appendēs centū triginta siclos, phialā argenteam habentē septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarii, vtrumque plenū simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum habens decem siclos planum incenso, bouem de armento, & arietē, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar. Tertio die princeps filiorum Zabulon Eliab filius Helon obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc est oblatio Eliab filii Helon. Die quarto princeps filiorū Ruben Elisur filius Sedeur, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenū simila conspersa oleo in sacrificiū, mortariolū aureū appendēs decem siclos plenū incenso, bouē de armento, & arietē, & agnum anniculū, hircumq. pro peccato, & in hostias pacificorū boues duos, arietes quinq., hircos quinq., agnos anniculos quinq. Hęc fuit oblatio Elisur filii Sedeur. Die quinto princeps filiorum Simeon Salamiel filius Surisaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteā habētem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii vtrumq. plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum, aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Salamiel, filii Surisaddai. Die sexto princeps filiorum Gad Eliasaph filius Duel, obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos, phialam argenteam habentem se-

a Vas vbi acetum ponitur

† cochleare vnum de siclis.

a *Acetabulum argenteum.* Hæc habent os angustum, & angustiam literæ legis, & obscuritatē prophetarum significant.

Varia vasa ad offerenda liba diuina facta, varias sunt distinctiones verbi ꝓ varia capacitate auditorū. Aliter enim sapiētes, aliter insipiētes, aliter diuites, aliter pauperes, aliter sani, aliter infirmi docēdi sunt, aliter rudis popul⁹ Iudeorū sub vmbra legis, aliter Christianus in veritate euāgelii legis mysteria explanata cōspiciēs in virum pfectū nutriēdus est.

b *Phiala argentea habens septuaginta siclos. &c.* Spiritualis scientia in lege & in euangelio est, quæ spirituali gratia ministrante ad salutem hominum scripta & prolata est, hinc rite sacrificium fit, quia nihil tam acceptum Deo, quam meditatio legis cū executione operis.

RABBANVS. Phiala prius de vitro facta: ὕαλος hyalos enim grecè, est uitrum Latinè. & in summo lata lucem euangelii significat, qua omnia legis & prophetarum sunt explanata mysteria. Apostolicam quoque doctrinam, qua omnia legis enigmata claruerunt. Bene autē acetabula sunt centū triginta siclorum argenti, propter decalogū legis, & ętatem legislatoris, quę centum uiginti annorum fuit. Phialæ quoque septuaginta siclorum vel denarius numerus septies multiplicatus ostendit mandata spiritussancti grata esse complenda, qui in nouo testamento manifesti⁹ dat⁹ est.

c *Mortariol.* IDEM. Cor electorū diuina sapientia plenū, continent aromata virtutū, vnde dicitur, *quia multitudinis credentium erat cor unum & anima una.*

† scutella vna. Act. 4. f.

d *Ex decem siclis, &c.* IDEM. Quia cum impletione decem mandatorū odorem doctrinæ & orationis emittunt, vt denariū eternę uitę accipere mereantur.

† vitulum vnum de bobus.

e *Bouem de armento, &c.* IDEM. Hęc diuersas personas precedentium patrum significant, qui nobis in exemplū sunt. Alij enī doctoris officiis functi, alii in ducatū & regimen subditorū prelati, alij simplicitate & māsuetudine conuersationis gratissimi, alii pœnitentia & fortiter & condignè acta acceptissimi. Horum.n. omniū ad instructionem nostram, plura exempla diuina prouidentia ꝓposuit, quatenus nostram uitā semper in meliora reformare certaremus. Bouem offert, qui vtile in ecclesia Dei proximis laborem impendit. Arietē qui se & alios in via iustitiæ dirigit. Agnum anniculumq; simplex est & innocens. Hęc omnia in holocaustū ꝓ solius Dei amore & desiderio eternę uitę. Hircum pro peccato offert, qui pro peccatis suis pœnitere & orare non desistit. In sacrificium pacificorū offert duos boues, q cum bonis operibus impl.

Tropolo.

NICOLAVS DE LYRA.

Trib. Iuda quare præfertur.

❧ 1 Primo die obt. &c. *Istam antē primitatē in vexillis, & motione castrorū, ac etiā dignitatē regiā meruit trib. Iuda, quia primo secuta est Moysen per mare rubrum. ut dictum fuit Exod. decimoquarto.*

2 Acetabulum argen. *In Hebræo habet.* Scutella argentea. *Erat enim instrumentum vbi probabatur incensum & simila, utrum essent accepta & apta ad offerendū.* 3 Phiala argentea, &c. *In Hebręo habetur* מזרק mizrach. *Bacinus argēteus, in quo probabantur liquida.*

4 Mortariolum ex decem, &c. *Dicunt aliqui quod ibi terebatur incensum. Sed hoc non uidetur probabiliter dictum, tum quia de tam parua quantitate auri non posset tale instrumentum fieri, tum quia nō est verisimile, quod instrumentum vbi terebatur incensum, esset pretiosioris materia quā illa vasa in quibus probabantur offerenda. vnde in Hebræo habetur* ☩ Caph. Cochlear ex decē siclis aureis. &c. *cum quo ponebatur incensum vel thymiama in thuribulo ad concremandum coram Deo in altari incensi.* 5 Bouē de ar. *in memoriam ipsius Ioseph qui vocabatur primogenitus tauri, Deutero. 33.*

5 Et arietē. *in memoriā Isaac, pro quo fuit aries immolatus. Ge. 22.*

7 Et agnum anniculum. *in memoriam agni paschalis.*

9 Hircumque pro peccato. *ad expiandum peccatum venditionis Ioseph in qua fuit hedus occisus, Ge. 37. Vel quia est animal fœtidum, ideo offerebatur pro peccato, quod fœtet coram domino.* Boues duos *ad designandum duas tabulas testimonij.*

10 Arietes quinque. *ad designandum quinque precepta in vna tabula scripta.* 11 Hircos quinq. *ad designandum alia quinq. precepta scripta in alia tabula, & hoc secundū opinionē Hebræorū, qui dicunt precepta quinque scripta fuisse in qualibet tabula, ut dictū fuit Exo. 32.*

11 Agnos anniculos quinque. *ad denotandum quinque libros legis. Eodem modo exponendæ sunt oblationes vndecim principum sequentium. Et sic patet litera usque versus finem capituli, ubi dicitur.*

1 ❧ 1 In

A implet duo præcepta charitatis, Dei scilicet dilectionē, custodiendo mandata eius, & proxi. i consulendo necessitatibus, in quibus tota lex pendet & prophetæ. Offert autem arietes quinq., hircos quinque, agnos anniculos quinq. q quinq; sensus corporis in via veritatis fortiter ducit, & a peccatis compescit, & simplicitatis exemplar proponit.

a *Duo millia, &c.* RABANVS. In vasis argenteis, quæ omnia duo millia & quadringentos siclos pondere sanctuarii habent, perfectam in doctrinam verbi Dei, quæ in duobus testamentis consistit, accipimus, cui si recte obedierimus, quadriga virtutum, i. prudentia, iustitia, fortitudine & temperantia ad æternam beatitudinē nos perducit. Millenarius enim duplicatus ostendit, quia duo testamenta nobis ad beatitudinem viā demonstrant. Quadringenta vero quod cum

B perfectione bonorum operum in quadriga virtutum illuc perueniamus nisi enim bonis actibus carratur, illuc non peruenitur.

b *Mortariola*. IDEM. Mortariola aurea duodecim, quorum singula denos siclos habēt, & simul omnia auri centum viginti siclos, corda electorū significant scientiam legis in omnibus seruare secundum apostolicam doctrinam. Duo decies enim deni centū viginti faciūt, quo numero primitiua ecclesia in Ierusalem spiritum paracletum accipit. vnde subditur. Act. 2. a.

a *Pon-*

ptuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrifitium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenū incenso: bouem de armēto & arietem & agnū anniculum in holocaustū, hircumq; pro peccato, & in hostias pacificorū pones boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. Hęc fuit oblatio Eliasaph filii Duel. Die septimo princeps filiorū Ephraim Elisama filius Ammiud, obtulit acetabulum argēteum appendens centum triginta siclos, phialā argenteam habentē septuaginta siclos ad pōdus sanctuarii, vtrumque plenū simila cōspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decē siclos plenum incēso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculū in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hęc fuit oblatio Elisama filii Ammiud. Die octauo princeps filiorū Manasse, Gamaliel fili⁹ Phadassur obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos: phialā argenteam habentē septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendēs decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustū, hircumque pro peccato: & in hostias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. Hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadassur. Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeonis obtulit acetabulum argenteum appendēs centum

D triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, vtrūque plenum simila cōspersa oleo in sacrificiū, mortariolum aureum appendēs decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustū, hircumque pro peccato, & in hostias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc sunt oblatio Abidan filii Gedeonis. Die decimo princeps filiorum Dan Abiezer filius Ammisaddai, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendēs decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumq; pro peccato, & in hostias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Abiezer filii Ammisaddai. Die vndecimo princeps filiorum Aser Phegiel filius Ochran obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso, bouem de armento, & arietem

E magnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in hostiam pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran. Die duodecimo princeps filiorum Nepthali Ahira filius Enan, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuagintā siclos ad pondus sanctuarii, vtrumque plenum simila oleo conspersa in sacrificium, mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incēso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumq. pro peccato, & in hostias pacificorū boues duos, arietes quinq. hircos quinq;, agnos anniculos quinque. Hæc fuit oblatio Ahira filii Enan. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt a principibus Israel, in die qua cōsecratum est, acetabula argentea duodecim, phialę argenteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, ita vt centum triginta argenti siclos haberet vnum acetabulum, & septuaginta siclos vna phiala, id est in cōmune

a vasorum oīum ex argenti sicli duo millia qua-

b dringenti pondere sanctuarii: mortariola au-

F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 In die, &c. *Non quod illa oblationes omnes factæ sint illa die, sed quia tunc inceperant fieri.*

1 ✻ Cumque

a *Pondere,&c.* IDEM. Sanctuarium.n.ecclesia est,cuius regulã fidei & intelligentię sequẽtes,omnia quę in lege & prophetis scripta sunt nobis salubria esse credimus.Quicquid autẽ extra ecclesię vnitatẽ sentitur & intelligitur aut seruatur,animę damnationem parit.

b *Boues,&c.* IDEM. Boues arietes & agni duodenario numero cõprehẽsi, illos significãt,q vel in officio doctoris vel in principatu alicuius honoris vel simpliciter viuẽtes omnia secundum doctrinam Apostolicã & propheticã agere student.

c *Hirci,&c.* IDEM. Hi sunt qui pœnitentiã student secundũ regulam Apostolicæ fidei perficere.

d *Boues,&c.* IDEM. In his spiritualis sciẽtia cum bonorum operum pfectione significat,q viginti quatuor horis cursus diei peragit, lumen scientię & fidei omni Christiano necessarium esse significãt.

e *Sexaginta.* Sexagenarius i.sexies denarius perfectionẽ mandatorum monstrat.Necesse est.n.vt prælati subditi & pœnitẽtes omnia secundum ecclesiæ doctrinã faciant,quatenus oblatio eorum ritum & ordinem teneat pacificorum, vt Dei gratiam mereantur,non offensam.

Li.33.moral.c.21. f *Cũq;.&c.* GRE. Quid est quod Moyses crebro intrat & exit nisi quod is qui intus in contemplationem rapitur,foris infirmantium mãtium negotiis vrget. Intus arcana Dei cõsiderat, foris onera carnalium portat. Qui de reb.dubiis sp ad tabernaculum recurrit,corã testimonii arca dñm cõsulit,exẽplum pbens doctorib.vt cum foris ambigunt quid disponãt,ad mentem quasi ad tabernaculum semp redeant,& velut corã arca testimonii Deum consulant. Sed de his in quibus dubitant apud se, intus sacri eloquii paginas requirant. vnde: Christus in mõte orationi inhæret, miracula in vrbibus exercet, imitationis viam bonis rectoribus sternens, vt si iã summa cõtemplando appetunt, necessitatib. tamen infirmãtium cõpatiendo misceãtur. Quia tunc ad alta charitatis mirabiliter surgit, cum ad ima pximorum misericorditer se attrahit. Et quomodo benigne descendit ad infima,valenter recurrit ad summa. (Matt.14.b.)

g *De propitiatorio.* Quia p gratiã diuinæ propitiationis post culpam præuaricationis aperuit nobis Deus viam veritatis.

h *Inter duos cherubin.* Qua per angelicã visionẽ,non in sua substantia apparuit Deus Mosi.vnde: *Lex ordinata per angelos in manu mediatoris.* Vel quia per vtrumq; testamentum consona voce ad fidem veritatis nos erudit. Vel quia per filium qui in medio duorum testamentorum in carne apparuit locutus est pater humano generi. (Gal.3.c.)

a rea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pon-
b dere sanctuarii,id est simul auri sicli centum uiginti,boues de armento in holocaustum duodecim,arietes duodecim, agni
c anniculi duodecim,& libamenta eorum,hirci duodecim pro
d peccato,hostiæ pacificorum,boues viginti quatuor,arietes se-
e xaginta,hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata
f sunt in dedicatione altaris quando vnctum est. Cumque in- 1 grederetur Moyses tabernaculum fœderis,vt consuleret ora-
g culum,audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio,quod
h erat super arcam testimonii inter duos cherubin, vnde & loquebatur ei.

a ¶ Prędicatores,populi doctores. b ¶ Scripturam sanctam, s.meditando: vnde loquitur Deus. (Loquere-tur secum sub. Deus.)

NICOLAVS DE LYRA.

B ✱ 1 Cumque,&c. *Dicit Ra.Sal.quod statim in ingressu tabernaculi audiebat vocem domini,quasi egredientem de propitiatorio, quod erat intra sanctum sanctorum in posteriori parte tabernaculi, & licet vox illa esset fortis & magna, secundum quod dicitur Psalm.xxviij.b.* Vox domini in uirtute,vox domini in magnificentia, *tamen non audiebatur extra tabernaculum.*

ADDITIO I.

*In cap.vij.vbi dicitur in postilla:* Primo die obtulit. *Quod autem tribus Iuda primo secuta est Mosen per mare rubrum est incertum,cum non habeat fundamentum in litera, & ideo non est attribuenda ipsius primitas huic rationi, sed videtur sufficere ad hoc prophetia Iacob,qui supra Gen.xlix.prænosticans facta filiorum,de Iuda expresse dixit:* Te laudabunt fratres tui,manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum,adorabunt te filii patris tui,&c. Et ibidem.ÿ. Non auferetur sceptrum in Iuda,&c. *Ex quibus verbis satis patet quod præeminentia regalis ac præsidentia pertinebat ad Iudam inter alios fratres, ex præordinatione diuina,&c.*

ADDITIO II.

*In eod.cap.vij.vbi dicitur in postilla:* Eodem modo exponendæ sunt *aliæ oblationes, Quidam Hebræorum dicunt quod licet isti principes duodecim,fuerunt conformes in rebus oblatis,non tamen rationibus oblatorum,quia quilibet princeps eorum intendit alias rationes a rationibus intentis per alios principes,vnde ex hoc dicunt,quod repetuntur in litera oblationes cuiuslibet eorum per se, licet sufficeisset post oblationes primi principis dicere,quod quilibet aliorũ similia obtulit in die suo,quod diceretur breuius.sed ideo repetuntur per singulos principes,& per singulas oblationes ad denotandum quod dictum est. Rationes autem quas assignant cuilibet principi enarrare esset magis tædiosum quam utile,ideo prætermitto. Potest autem ratio huiusmodi repetitionis,assumi ex paritate tribuum,quæ omnes erant quodammodo æquales in hoc quod erãt principalia membra populi Dei,& ideo de cuiuslibet illarum tribuum oblatione mentio fiebat singularis.*

## CAP. VIII.

a **S**eptem lucernas. Septẽ dona spiritussancti,q in Christo semp manserunt & in mẽbris pro uoluntate eius distributa sunt.

b Ad *mensam.* ✱ PROCOPIVS. E regione candelabri de septem lucernas lucere iubet. Diuinum enim lumẽ nõ immittit radios suos iis qui tergum obuertũt longiusque ab eo recedunt. Verum illis qui per libertatem fidei uitæque sanctitatem ostentant faciem. (Mensa & candelabrum.)

BEDA. Mensa & candelabrum tempora lia Dei beneficia, quibus reficimur & illuminamur, ut his confortari crescente gratia meritorum, ad panẽ angelorum in cælis manducandum, & videndã uerã Dei lucem perueniamus. Hęc sunt extra uelũ,q in hac tantum

C A P. VIII.

**L**OCVTVSQVE est dominus ad 1 Moysen, dicens: Loquere Aaron, & 2
a dices ad eum: Cum posueris septem lucernas, candelabrum in australi par- 3 te erigatur. Hoc igitur præcipe vt lucer- 4 næ contra Boream e regione respiciant
b ad mensam panum propositionis, contra eam par- 5 tem, quam candelabrum respicit, lucere debebunt. Fecitq;

¶ Scripturam sacram Euangelij.

(Ioan.16.f. candelabrũ in australi parte erigatur. Hoc igitur pręcipe vt lucernæ contra Boreã e regione respiciant ad mensã panũ propositionis.)

Diuisio.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. VIII.

1 **L**Ocutusq; est dominus ad. *Hic consequẽter agitur de pontificis officio,& primo quãtum ad lucernarum cõpositionẽ,secundo quo ad Leuitarum ordinationem, ibi.* Locutusq; est dñs. *Tertio quo ad phase celebrationẽ,c.9. Circa primum dicitur,* 2 Loquere ad Aaron,& dices ad eũ,&c. *Licet hic solus Aaron exprimatur,tamen officium compositionis lucernarum poterat facere non solum per se,sed etiam per filios suos, qui erãt minores sacerdotes. vt habetur* Exod.xxvij. 3 In australi parte.*s.tabernaculi.* 4 Vt lucernæ contra,&c. *Sicut ponuntur lumina coram mensis principum.* 5 Contra eam partem,&c. *Quasi* ✱ *erant*

MORALITER.

✱ 1 *Locutusq; est dominus ad Moysen, &c.* Hic agitur de mẽsa ppositionis & cãdelabri situatione: Exod.xxv.dictũ fuit, ꝙ per mensam significatur ecclesia,per candelabrũ vero Christus,

a Aaron, & impoſuit lucerna † ſuper candelabrum, vt præcepe-
b rat dominus Moyſi. Hæc autẽ erat factura candelabri, ex au-
c ro ductili, † tam medius ſtipes, quam cuncta quæ ex vtroque
d calamorũ latere naſcebantur. Iuxta exemplum quod oſtendit dominus Moyſi, ita operatus eſt candelabrum. 1 Et locutus eſt
e dominus ad Moyſens: dicens: 2 Tolle Leuitas de medio filiorum Iſrael, & 3 purificabis eos iuxta hunc ritum: 4 Aſpergantur
f aqua † luſtrationis, & 5 radant omnes pilos carnis ſuæ. Cumque
g lauerint veſtimenta ſua, & mundati fuerint, tollant † bouem
h
i de armentis, & libamentum eius, ſimilam oleo conſperſam.

a ¶ Baptiſmi, ſ. vel lachrymarum quibus abluuntur peccatorum maculæ. b ¶ Non euellant, quia remanent radices vnde iterum creſcant. c ¶ Cogitationes veteris vitæ.

a ¶ Dominicum corpus.

a ¶ Patriarcharum & prophetarum progenitum.

† contra faciem cãdelabri.

† vſque ad pedes eius & flores ſi ue lilia ei⁹ ductile erit.

† purificationis.

tantũ vita ſcripturis & doctoribus, & cęteris ſacramentis indigemus. In futuro autẽ dominus palã de patre nobis annuntiabit, i. palã patrẽ oſtẽdet nobis. Latus tabernaculi meridianũ antiquã Dei plebẽ ſignificat, q̃ prior lucẽ diuinæ cognitionis, & ſeruorẽ dilectionis accepit. Septẽtrionale vero cõgregatã de gẽtibus eccleſiã, quæ diuti⁹ in tenebris manſit. Recte ergo candelabrũ quod eſt in parte auſtrali, gratiã priori populo datã ſignificat. Mẽſa vero in parte Aquilonis data nobis beneficia Dei. Bene ergo cãdelabrum contra menſam poſitum eſt, quia ſcriptura legis & prophetarum ad gratiã Euangelii reſpicit p̃hibens ei teſtimonium.

*Myſtice.* a *Super candelabrum.* Chriſtũ, ſcilicet primogenitũ de radice Ieſſe. *ſuper quem requieuit ſpiritus ſapientię & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis.* (Eſa. 11. a.)

b *Ex auro.* Quia Chriſtus ſpecialiter immunis a peccatp, & operib. iuſtitiæ p̃clarus, & mẽbra eius innocentiam, & iuſtitjã quantum imitantur, in futuro perficientur.

c *Ductili.* Quia Chriſtus ex cõceptione & natiuitate p̃fectus Deus & homo extitit, paſſionũ dolores pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriã peruenit, & oẽs qui pie volunt viuere in ipſo quaſi metallũ feriẽdo dilatatum per paſſionis cõtumelias ad immortalitatis gratiam perueniunt. (2. Tim. 3. c.)

d *Stipes.* Chriſtus ſcilicet, de quo p̃cedunt calami, quia ab ipſo accipiũt iuſti quicquid habent boni. vnde: *Sine me nihil poteſtis facere.* (Ioan. 15. a.)

*Myſtice.* e *Tolle Leuitas de me.* Myſtice. Ordinẽ eccleſiaſticũ iſtruit quomodo rite prouehatur ad dignitatem ſacerdotij.

✲ Procopius. In Chriſto iterum Leuitarum purificatio eſt. Si enim ſanguis taurorũ & hircorum, inquit Paulus, quanto magis Chriſti ſanguis in ipſius cõmunitatẽ aſcitos ſanctificat. Cæterũ aqua purificationis cinerem buculæ admixtũ habẽs purificationis cum Chriſto quam in baptiſmo obteſtati ſumus commonefacit.

*Lib. 5. moral. c. 23. Allegoric.* f *Pilos carnis ſu.* Gre. Pilis carnis ſunt quælibet ſuper flua humanæ carnis vitæ veteris cogitationes. Quas ſi a mente excidimus, vt de amiſſione earum nullo dolore fatigemur. Leuita autẽ aſſumptus dicit. Oportet ergo Leuitas oẽs pilos carnis ſuę radere, quia q in obſequiũ Dei aſſumitur, ante oculos Dei a cunctis carnis cogitationib. mundus debet apparere, ne illicitas cogitationes mẽs proferat, & pulchrã animi ſpeciẽ quaſi pilis fuſcãtib. deformẽ reddat. Sed quãuis virtus ſanctę cõuerſationis quẽlibet euexerit, adhuc tamẽ ei de vetuſtate vitę naſcitur q̃ tolleret. vnde & ipſi Leuitarũ pilli radi p̃cipiuntur, nõ euelli. Raſis enim pilis in carne radices remanẽt & creſcunt vt iterũ recidãtur. Quia magno ſtudio ſuperfluæ cogitatiões amputãdę ſunt, ſed amputari funditus non poſſunt. Semp enim generãtur ſuperflua, quę ſpiritus ferro ſolicitudinis recidat. Sed hæc in nobis ſubtilius agimus cũ ſpeculationis alta penetramus.

✲ Theodoretus. Pili mortuum quidpiã repræſentãt. Mortui enim ſunt neq; dolorem ſentiunt. Verã ergo vitam eos habere, qui miniſtrant Deo, nec mortui quidquã vel maleolentis geſtare.

✲ Rup. Leuitarum pili radi præcepti ſunt, non euelli. Raſis enim pilis in carne radices remanẽt, & creſcunt iterum, vt recidãtur, quia magno quidẽ ſtudio ſuperfluæ cogitatiões amputandę ſunt, ſed tamẽ amputari funditus non poſſunt, ſemp enim caro ſuperflua generat, q̃ ſemper ſpiritus ferro ſollicitudinis recidat. (Libr. 1. in Nu. c. 20.)

g *Lauerint.* Mundauerint, ſ. opera, vt in cõſpectu Dei ſit eorũ conuerſatio munda, & coram hominibus reprehenſibilis.

h *Bouem.* mediatorẽ Dei & hominũ, cuius immolatione peccata noſtra deleata ſunt. In vtroq; boue incarnatio eius ſignificat. Vna eſt. n. paſſio Chriſti, ſed duo nobis impetrauit, expiationẽ ſ. a peccatis, & ſanctificationẽ, vt nos offerret Deo, *mortificatos quidem carne, uiuificatos autẽ ſpiritu.* vnde Paulus: *Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine domini Ieſu.* (1. Cor. 6. c.) Poſſunt autẽ per hos duos boues, quorũ vnus p̃ peccato, alter offertur in holocauſtum, duæ actionum ſpecies exprimi, quarum vna q̃ male geſſimus, p̃ pęnitẽtiæ lamẽtum abluimus, altera bonorum operum & virtutum fructib. gratiam Dei & prænium beatitudinis promeremur.

i *Libamentum.* Sacramentum paſſionis, qđ ſpirituali ſciẽtia intellectum atq; tractatum, fidelib. ſaluberimum & Deo gratiſſimum eſt. Si tamen talib. myſteriis percipiendis & miniſter domini intus foriſq; ſe mundum & dignum præbuerit.

a Et

*Quæſt. 11.* † vitulum.

NICOLAVS DE LRA.

✲ *erant diſpoſita lychna ſex lucenarum ex vtraqeu parte lucernæ mediæ, quod emitterent lumen ſuum uerſus illam partem, vt dictum fuit Exod. xxv. ubi cætera quæ hic dicuntur de candelabro expoſita ſunt.*

1 Et locutus eſt dominus. *Hic deſcribitur ordinatio Leuitarum quæ pertinebat ad pontificis officium, & primo ponitur eorum ordinatio, ſecundo officiorum executio ibi:* Locutusq; eſt dominus. *Circa primũ primo ponitur pręceptum domini, ſecundo impletio mandati, ibi:* Feceruntq;. *Adhuc circa primum primo pręcipitur* Leuitarum *ordinatio ſecundo ſubditur hdius mandati ratio, ibi:* Statuesq;. *Circa primum dicitur.*

2 Tolle Leui. &c. *vt ſint deputati diuino cultui.*

3 Et pu. &c. *in quo ritu quatuor continentur. Primum eſt aſperſio eorum aqua luſtrationis, cum dicitur.*

4 Aſpergantur, &c. *In hac autem aqua ponebãtur cineres vaccæ cõbuſtę, vt habetur infra xix. ca. quę ordinata erat ad purgationem pollutorum ex tactu mortui uel alterius immunditię, propter quam non poterat ſic pollutus ingredi atrium tabernaculi donec eſſet mundatus, & ideo tales immunditię erant quaſi quędam irregularitates prohibentes acceſſum ad diuina propter quod dicebatur aqua luſtrationis, id eſt, purgationis, & inde dr̃ luſtrum quod eſt ſpatium quinq; annorum, quia in quolibet quiuquennio Romani faciebant purgationem uerbis, ſic igitur primo Leuitę aſpergebãtur ad tollendum irregularitates prędictas. Secundum eſt, quod radebantur, & tangitur cum dicitur.*

5 Et ra. *ut eſſent mundiores corpore. Aliam etiam rationem aſſignat Rab.* Moyſes *dicens, quod Leuitę deputabantur diuino cultui pro primogenitis aliarum tribuum, ut dictum eſt ſupra 3. capit. qui fuerant polluti in idolatria uituli, & quia idololatria eſt lepra ſpiritualis, ideo purgatione Leuitarum qui Deo deputabantur pro idololatria, radebantur pili carnis eorum ſicut fiebat in emundatione leproſorum, ut habetur* Leuitici 4. *Tertio lauabantur eorum ueſtimenta ad maiorem mundiciam, quod notatur cum dicitur,* Cumq; lauerint ueſtimenta, &c. *Quarto pro eis offerebantur ſacrificia, quod notatur cum dicitur.* Tollant bouem, &c. *& ſequitur.*

*Quare Leuitę deputabãtur diuino miniſterio.*

✚ 1 Bouem

MORALITER.

† eccleſiam illuminans, propter quod dicitur hic, q̃ candelabrum ſituari debet contra menſam, ſ. ad illuminandum eam. Cætera uero quæ dicuntur hic de candelabro & menſa, fuerunt ibi myſtice expoſita.

2 *Tolle* Leuitas *de medio filiorum* Iſrael *& pu.* Hic agitur de purificatione Leuitarum ſacerdotibus veteris legis miniſtrantium, per quos ſignificantur clerici miniſtrantes ſacerdotib. noui teſtamenti, propter quod debent purificari, & forma purificationis ſubditur.

4 *Aſpergantur aqua luſtrationis.* Per quod intelligitur actus confeſſionis purę & frequentis

5 *Et radant omnes pilos carnis ſuę.* Per quod intelligitur depoſitio ſuperfluitatis bonorum temporalium vltra neceſſitatem ſtatus & perſonæ, quæ debet expendi in operibus pietatis.

5 *Cumq; lauerint ueſtimenta ſua & mundati fuerint.* Per lotionem ueſtis intelligitur honeſtas exterioris conuerſationis.

† *Tollant bouem de armentis & libamentum, &c.* Per bouem oblatum pro peccato intelligitur, q̃ debent eſſe fortes ad modum bouis peccatorum tentationibus reſiſtendo.

† 1 *Bouem*

a *Et applicabis.* Applicantur Leuitæ corã tabernaculo fęderis, cum electi ad officiũ altaris secundum Apostolicã doctrinã p ducuntur, qua in verum tabernaculũ intratur si iuxta doctrinam & exempla sanctorum bene inceperint, & vsque ad finem perseuerauerint.

b *Ponent filij.* Quia assensum deuotionis suæ electioni debent præbere, & ad imperium corũ bonis operibus instare.

c *A filijs Israel.* BEDA. Sub multorum s. testimonio & cognitione facienda est electio, vt examinatio digna celebretur, vt nemo reprehendere possit. Debent eñ testimonium habere bonum etiam ab his qui foris sunt.

† oblatio-

† ad expiãdũ Leuitas

1. Tim. 3. b

d *Leuitæ quoque, &c.* Qui ministri domini proprio labore initia bonorum operũ domino cõsecrare festinant, vt siue pœnitẽtia sit agenda, siue studia virtutũ exercenda efficaciter perficiant.

† 15. q. 1. c. ne cis. de voto. c. magnæ.

e *Separabis.* Non debet minister domini cõtentus esse populari disciplina. Morib. & doctrina separatus & spectabilis debet esse.

f *Quoniã dono donati sunt.* ✲ PHILO. Nullus rei indigus, atque adeo nihil accipiens, aliquid accepisse fatetur, vt pietatẽ studiũque religionis imprimat animis nostris. Damus igitur & accipimus vicissim a deo. Sed vt illud improprie dictũ est, ita hoc ex ipsa re verum arguitur.

Ex catena Græca.

g *Omne primogenitum in terra.* RABANVS. Primogenita Aegyptiorũ, vitiorũ primordia sunt, quib. humana vita corrumpitur. Omnis enim anima cum ad supplemẽtum ætatis peruenerit, & velut quædã naturalis lex in ea sua iura defendere cœperit, primos motus sm desideriũ carnis producit, quos cõcupiscentię vel iræ fomite vis incẽtiua cõmouerit. Vnde quasi proprium & præcipiũ de Christo dicit.· *Butyrum et mel manducabit, priusquam faciat aut proferat maligna, eliget bonum.* Quoniã priusquã sciat puer bonum aut malum, resistet malitiæ, vt eligat q̃ bonum est. Dauid aũt de temetipso ait: *Delicta iuuentutis meæ, &c.* Quia ergo primi animi motus secũdũ carnẽ prolati ĩ peccatũ ruunt merito Aegyptiorũ primitiua dicunt quæ extinguũtur si reliquæ vitæ cõuersatio emendatiorem dirigat cursum.

Esa. 7. c.

Psal. 24. b.

Bouem autem alterum de armento accipies pro peccato, & a applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Israel. Cumque Leuitæ fuerint coram b domino, ponent filii Israel manus suas super eos, & offeret Aa-c ron Leuitas † munus conspectu domini a filiis Israel, vt ser-d uiant in ministerio eius. Leuitæ quoque ponent manus suas super capita boum, e quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocaustum domini, vt † depreceris pro eis. Statuesq; Leuitas in conspectu Aaron & filiorum eius, & consecrabis obla-e tos domino, ac separabis de medio filiorum Israel vt sint mei, & postea ingrediantur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi. Sicque purificabis & consecrabis eos in oblationem domi-f ni: quoniam dono donati sunt mihi a filiis Israel. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Israel, accepi eos. † Mea enim sunt omnia primogenita filiorum Israel, tam ex homini-g bus quam ex iumentis. † Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificaui eos mihi, & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel, tradidique eos dono h Aaron, & filiis eius de medio † populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & † orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuarium. Feceruntque Moyses & Aaron, & omnis multitudo filiorũ Israel super Leuitas quę præceperat dominus Moysi, purificatique sunt & lauerunt vestimenta sua. Eleuauitque eos Aaron in conspectu domini & orauit pro eis, vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filii eius. Sicut præceperat dominus Moysi de Leuitis, ita factum est. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: † Hæc est lex Leuita-i rum: A vigintiquinque annis, & supra ingredientur, vt mini-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

¶ Verus Montanus i. Christus.

¶ Assumpsit eos.

Cum insurgunt cuique vitiorum bella.

Extinctis vitiis quę sunt primogenita diaboli, vel operibus carnis quibus ĩquinatur natura, boni mores substituẽdi sunt. Præterea minister Dei debet perfectiorib. moribus instrui, quã multitudo plebis. Ideo eñ pro primogenitis Aegyptiorũ primogenita Israelitarũ offerũtur, & pro primogenitis filiorũ Israel Leuitæ in seruitiũ domini assumũtur, vt pro peccatrice vita, iusta, & p iusta, sancta & probata, & pfecta exhibentur, vt altaribus Christi, & diuinis mysteriis verus Leuita digne possit aptari.

† supra 3 b

h *Vt seruiant.* Videant ministri domini, quã necessariũ sit eis officii sui iura custodire. Nec terrenis lucris vel voluptatib. ĩhiare, quib. proprium est tabernaculo deseruire, & pro populo orare, ne sit in eo plaga disperdens, alioquin & se & populũ in perditionẽ præcipitant, & dicitur eis: *Munus non suscipiã de manu vestra.*

† filiorum Israel.

† ad expiãdum filios Israel.

Malac. 1. c

i *A vigintiquinque.* ISIDORVS. A vigesimo & qnto anno mandantur Leuitæ ĩ tabernaculo seruire, & a quinquagenario custodes vasorũ fiunt. Per vigesimum & quintũ annũ, in quo flos iuuẽtutis orit, contra vnũquenq; vitiorũ bella signantur. Per quĩquagenaria terna requies, domito bello mẽtis signat. Per vasa tabernaculi fideliũ aĩæ. Leuitę ergo a vigesimoqnto anno tabernaculo seruiunt, & a quinquagenario custodes vasorũ fiunt, vt qui adhuc impugnantiũ vitiorũ certamina p cõsensum delectationis tolerãt, aliorũ curam suscipere nõ pręsumant. Cũ vero tentationũ bella subegerint, cũ apud se iam de intima tranquillitate sunt securi, aĩarum custodiã sortiantur.

† 7. di. c. in veteri lege

Allegorice

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Bouẽ autẽ alterum de ar. & c. *ad expiandum peccatũ uituli.*
2 Et applicabis Leuitas corã ta. *quia ibi veniebant illi pro quibus offerebatur oblatio.*
3 Conuocata omni multitudine filiorũ Israel. Cumq; Leuitę, &c. *quia Leuitæ tradebant domino pro primogenitis aliarũ tribuum, & ideo ipsi Leuitæ erant quædam oblatio deo facta a tota multitudine.*
4 Ponent filii Israel manus suas super eos. *quia offerens debebat ponere manum super oblationem suam, ut patet in Leuitico.*
5 Et offeret Aaron Le. *sicut erant sibi ad hoc traditi a multitudine.*
6 Leuitæ quoq; ponent, &c. *quia erant sacrificia ipsorum.*
7 Statuesq; Leuitas in conspectu Aaron, &c. *Hic subditur ratio dicti mandati. Ad hoc enim de mandato domini ordinabant, vt seruirent sacerdotibus in cultu diuino, qui cultus ante legem datam pertinebat ad primogenitos Israel qui erant ipsi deo obligati, ex quo percussit primogenitos Aegypti & ipsos saluauit, vt habetur* Exod. xij. *sed quia primogeniti aliarum tribuum facti sunt inepti ad cultum* Dei, *vt dictum est, ideo dominus loco illorum voluit Leuitas ordinari ad cultum suum, & hoc est quod dicitur.*
8 Ex die quo percussi omne primogenitũ in terra Aegypti, sanctificaui eos mi. *i. primogenitos Isael.*
9 Et tuli, &c. *deputando mihi.*
10 Pro cunctis primo. fi. *Cætera patent ex dictis.*
11 Feceruntq; Moyses & Aaron, &c. *Hic ponitur executio dicti mandati, & patet litera vsque.*
12 Eleuauitq. eos Aaron. *id est, præsentauit, non enim posset eos eleuare in altum, sicut fiebat de oblationibus eius.*
13 Locutusq; est dominus, *Postquam descripta est Leuitarum ordinatio seu purificatio, hic consequenter ponitur officiorum suorum executio, cum dicitur.*
14 Hæc est lex Leuitarum. *s. quantum ad executionem officiorum.*
15 A vigintiquinq; annis & supra. *Tunc enim ingrediebantur ad addiscendũ officia, sed tricesimo anno instituebantur ministri vel repellebantur ut dictum est supra 4. c.*

✲ 1 Cumq;

MORALITER.

✲ 1 *Bouem autem alterum, &c.* qui offerebatur in holocaustũ, per quod significatur, quod clerici charitate feruere debent ad proficiendum.

Sed quis hæc perfecte subigat, cum Paulus dicat: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c.* Sed aliud est bella fortiter perpeti, aliud eneruiter expugnari. In istis excitatur virtus, ne extolli debeant, in illis omnimodo extinguitur, ne subsistant.

Rom. 7. d.

✲ THEODORET. A vicesimo quinto anno vsq; ad quinquagesimum præcipit Leuitas ministrare. Quoniam prima ætas non habet plenã bonorum ac malorũ discretionem, postrema vero debilior est corpore. Secernit igitur tum iuuentutẽ tũ senectutem, illam quidem ob imbecillitatem animi, hanc vero propter corporis infirmitatem.

a ¶ Seruiant f. in ecclesia: non præsint. b ¶ Id est cum quietem internam habuerint.

strent in tabernaculo fœderis. Cumque quinquagesimũ annum ætatis impleuerint, seruire cessabunt: eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, vt custodiant quę sibi fuerint commendata: opera autem ipsa non facient. Sic dispones Leuitas in custodiis suis.

a ¶ Sopito vitiorum bello. ¶ Custodes animarum. ¶ A Deo.

## NICOLAVS DE LYRA.

Quæst. 13.

✲ 1 Cumq; quinqua. *f. in portandis oneribus & consimilibus.*
2 Eruntq; mi. *q. d. non propter hoc erunt otiosi. Ideo subditur.*
3 Vt custodi. *scilicet portas & vasa.*

## MORALITER.

✲ 1 *Cumq; &c.* Per quod significatur, ꝙ illi quãdiu & bñ seruierint in ecclesia a laborib. inferioribus immunes sunt dimittendi, & ad maiora promouendi, in quibus labor non requiritur corporalis.

## ADDITIO.

In cap. 8. *vbi dicitur in post.* In australi parte. *f. tabernaculi. In translatione nostra ponuntur in hoc loco quædam verba, quæ non habentur in litera Heb. scilicet cum dicitur.* In australi parte contra Boream e regione respiciant ad mensam: *vnde in Heb. in hoc loco sic habetur:* Loquere ad Aaron & dices ad eum, Cumq. accẽderis lucernas contra eam partem quam candelabrũ respicit, luceant septem lucernę. *vnde omnia alia quæ hic adduntur in nostra translatione, videntur fuisse apposita ab aliquo lectore in margine per modum gl. & postea ab aliquo scriptore imperito fuerunt textui interposita, sententia tamen videtur esse eadem.*

## CAP. IX.

a FAciant. RABANVS. BEDA. *Faciant filij Israel phase in tempore suo, quartadecima die mensis hu. &c.* Cum in veteri testo trib. indiciis paschale tẽpus obseruetur, vt post æquinoctiũ s. & mense primo & tertia eius septimana, i. a vespera quartædecimę lunę (quod est initiũ quintædecimæ) vsq; ad vesperã, i. terminũ vigesimæprimæ lunæ celebretur. Quarta regula nobis est a resurrectiõe Christi imposita, vt cum æquinoctio nãscenso lunã primi mẽsis quartamdecimã oriri vespere viderimus, non statim pascha faciamus, sed dominicum diem quo tempore pascha, i. transitum de morte ad vitã resurgẽdo celebrauit, expectantes in ipso pascha celebremus. Quod si qs obiecerit nõ æquinoctij memoriã sed tñ primi mẽsis & tertiæ septimanæ potuisse legiferũ, sciat, qa etsi æquinoctiũ nominatim non exprimit, in hoc tñ ꝙ a pleni lunio primi mensis pascha fieri pcipit, æquinoctii transcensum depromit. Quoniã cõstat eã quæ prima transito æquinoctio plenũ globũ ostẽdit, primi mensis existere lunã. Quoties ergo diẽ dñicũ mox adueniente qntadecima luna habem⁹, nihil nostrũ tps paschale dissonat a legali, quãuis aliis sacramentorũ generib. pascua colimus. Quoties vero secũdo, vel tertio, vel quarto, vel qnto, vel sexto, vel septimo, ab hic die idem dominicus occurrit, nec tũc legem & pphetas soluimus. Nã sicut tot paschaliũ obseruãtia ceremoniarũ, ita ẽt tempus quo agi pceptũ est sacra mysteria redolet. In primis enim æquinoctium transgredi iuxta legis decretũ curam⁹ vt solẽnitas, (in qua Christ⁹ destructa potestate tenebrarũ mũdo lucis iter aperuit) ipso tps ordine foris ostẽdat quid intus habeat. Et quę nobis æternę beatitudinis lumen promittit, tũc maxime celebretur cũ sol annuo pficiẽs incremẽto, primã sumit de noctis vmbra victoriam. Deinde primũ mensem anni, qui & nouorũ vocatur, in quo pascha celebremus, attendamus. In quo scilicet mundus iste formatus est, & primus homo in paradisi sede locatus, quia p hanc solennitatem primam stolam, & primũ regnum, a quo in longinquã regionem discessimus, nos recepturos speramus. vnde: *Cęlos autem nouos et terram nouã & promissa illius expectamus.* Et. *Ecce noua facio omnia.*

Obseruatio tpis paschal.s.

B

## CAP. IX.

LOCVTVS est dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo dicens: Faciant filii Israel phase in tẽpore suo quarta decima die mensis huius ad vesperam iuxta † omnes cęremonias, & iustificationes eius. Præcepitque Moyses filiis Israel, vt facerent phase. Qui fecerant † tempore suo, quartadecima die mensis ad vesperam in † monte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat dominus Moysi, fecerunt

E

†cũ statuta & ornatũ sine modũ ei⁹ & infra.

†in primo sub. mẽse. †deserto.

Lucę 15. c. 2. Petr. 3. c. Apoc. 21. b

BEDA. Deinde tertiã septimã obseruamus, quod dominicę resurrectioni cõgruit, quæ tertio die facta est, & tertio tempore seculi, i. cũ gratiæ cęlestis aduentu tota eius in carne dispensatio p resurrectionis gloriã cõsummata mundo apparuit. Prima enim seculi tempora, lege naturali per partes, media lege literali vel prophetis, extrema charismate spirituali per seipsum illustrauit.

BEDA. Ipsa quoq. lunę conuersio sacramentũ cælestẽ nobis significat. Luna enim rotũdi schematis a solæ lumen accipit: iõ sẽp dimidio orbe quem ad solem habet, lucida est, altero vero dimidio sẽp obscura A prima vsq. ad qntadecimã lucis icrementũ ad terras, defectũ vero habet a d cęlos a qntadecima vsq. ad nouissimã ecõuerso, q ei⁹ cõuersio recte paschalis ☞ gaudii

C F

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XI.

Diuisio.

1 LOcutus est, &c. *Hic cõsequẽter describitur officium pontificis quantum ad phasę celebrationem: quia debebat docere populum de mõ & tempore celebrandi. Primo igitur describitur tempus celebrationis, secũdo casus dilatationis, ibi:* Ecce autem quidã. *tertio reatus trãsgressionis, ibi:* Si quis aũt immundus est. *Circa primũ dr̃ sic.*
2 Faciant *f. quadragesima die mensis primi.*
3 Ad vesperã. *qa talis hora erat lege determinata, vt patet Exo. xij.*
4 Iuxta omnes cęremonias. *Per hoc intelliguntur cõditiones agni vt dicit Ra. Sa. ut quod sit sine macula, masculus, & anniculus.*
5 Et iustificationes eius. *quantum ad modum comedendi scilicet cũ azymis & lactucis agrestibus & alijs conditionibus, quę plenius tacta sunt & exposita Exod. xij.*

✲ 1 Ecce

## MORALITER.

✲ 1 *Locutus est, &c.* 2 *Faciant, &c.* Per hoc ꝙ filiis Israel præcipit celebratio phase tempore determinato sub pœna mortis, significat ꝙ omnes catholici tenentur celebrare pascha tempore determinato ab ecclesia, & tũc recipere debent sacramẽtum eucharistiæ, aliter incurrũt mortale peccatũ, nisi legimũ habeãt impedimẽtum, quo cessante debent deuote cõicare, sicut filii Israel impediti legitime mense primo faciebant phase mense secundo. Modus autem celebrandi phase, & sensus eius mysticus positi sunt supra Exod. 12. & 13. cap.

✲ Igitur

A gaudii significat mysteria, quib. omnē mentis nostræ gloriā a terrenis auertere, & ad solā gratiæ cœlestis lucē suspendere do cemur. Vel crescens ad humanos oculos lumē lunæ, virtutū † gloriā, quib. apparēs dominus in carne mūdo refulsit, īsinuat. De quibus dicitur: *Et Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia apud Deum & homines, &c.* Reuertens vero ad cælos resurrectionis & ascensionis gloriā, quę in se quidem mox pfecta † prouenit, sed in animo fidelium quibusdam lucis suę profecti bus vsque ad finē seculi crescit. Resurgens enī dominus primo singulis, postea binis, deinde pluribus, modo septem, modo vndecim, modo duodecim, mo do plus quā quingentis fratrib. simul, ad vltimū discipulis omnibus apparuit. Quib. videntib. in cælum ascensurus, præcepit eos dispensationis suæ testes esse vsq; ad vltimum terræ.

Marginalia: †gratiam. Luc. 1. g. †peruenit. †prohibemur. †audiam. 1. Cor. 15. Act. 1. a.

BEDA. Bene autē luna cum ad nostros crescit oculos, paulatim a sole recedit, cum vero ad cælos, parib. spatiis ad eū redit. Hoc est enim quod ait: *Exiui a patre & ueni in mūdum, & iterum, relinquo mūdū, & vado ad patrem.* Et Dauid ait: *A summo cælo egressio eius, et occursus, etc.* Quia ergo luna lucis incremēto quod ex iens a sole ad nostros reuoluit obtuitus, Christi ī carne vsq; ad B passionē doctrinā virtutesq; significat. Eo autē ꝙ ad solem rediens paulatim ad inuisibilē nobis cæli faciē recolligit, resurrectionis & posterioris gloriæ miracula demonstrat, merito quintadecima paschali gaudio adaptatur.

Marginalia: Ioan. 19. f. Psal. 18. b.

BEDA. His quidē paschæ vel phase a lege assumptis indiciis, hęredes noui testamēti et diē dominicā adnectimus, qa & cō ditione primitiuę lucis excellit, & triūpho dñicę resurrectiōis. BEDA. Septē quoq; dies lunæ. i. a quindecima vsq; ad vigesimam primā, p quos ea dominica naturali ordine decurrit, vniuersitatē ecclesiæ per totū mundum paschalibus mysteriis redemptę significat. Septenarius. n. vniuersitatem significat. vnde: *Septies in die laudē dixi tibi*, hoc est: *Semper laus eius in ore meo.* Vnde & Ioannes septem ecclesijs Asiæ scribens, vniuersalis ecclesię mysteria demonstrat. vnde singulis hortamēta conscribens vigilanter repetit. *Qui habet aures audiendi audiat, quod spiritus dicat ecclesiis. Quod vni dico omnibus dico.*

Marginalia: Psal. 118. a. Psal. 33. a. Apoc. 2. c. Mar. 13. d.

IDEM. In nōīe quoq; paschæ vel phase admonemur moraliter vt de vitijs ad virtutes trāseamus. In mēse aūt nouorum (in quo adulti fructus aduētu suo pnūtiāt veterū cessationē) *vt exuamus veterē hominem cum actibus suis, et induamus nouum*, & vegetati diuersarū varietate virtutū, earumq; foliis velut amęnæ arboris adumbratione velati, tanq̄ lętæ & fructiferæ segetes pullulemus. In plenilunio, vt pfectum splendorē fidei & sensus gerētes a peccatorū tenebris segregemur. In reuersa luce ad celos, qđ a qndecima luna incipit, vt quāto magni sumus humiliemur in omnib. dicētes, *Gratia, Dei sum id quod sū.* Quæ gratię superni muneris, quia tertio tpe seculi manifestius effusa est, pulcherrimæ figurę consequentia tertiæ lunæ hebdomadæ lumē ipsius quod eatenus ad terras creuerat, ad cælestia crescere inchoat. Pulchre hāc hebdomadā in pascha obseruare pcipimur, vt acceptæ gratię memores p singulos gradus spirituales trāsitus largitori illius vicem tendamus.

Marginalia: Col. 3. b. Eccl. 3. c. 1. Cor. 15. b

BEDA. Vel in crescente ad homines luna, vita actiua, in reuersa ad cęlos, speculatiua ostenditur. Vel in hac cōuersione, dilectio proximi, in illa Dei. Vel huc cōuersus lucis pfectus admonet, vt bona foris operemur, illuc porro, vt eadē opera solo supernę mercedis intuitu faciamus. Huc, *vt luceat lux uestra coram hominib. et videant opera bona*, illuc, *vt glorificent patrem vestrum qui in cælis est.* In vna sabbathi qui noui testamenti propria solēnitas

Marginalia: Matt. 5. b. C

a filii Israel. Ecce autem quidam immundi super anima homi 1 nis, qui non poterant facere pascha in die illo, accedentes ad 2 Moysen & Aaron, dixerunt eis: Immundi sumus sup anima 3 hominis, quare † fraudamur, vt non valeamus oblationem 4 offerre domino in tempore suo inter filios Israel? Quibus re- 5 b spondit Moyses: State vt † consulam quid præcipiat dominus de vobis: Locutusque est dominus ad Moysen, dicēs: Lo c quere filiis Israel: Homo qui fuerit immundus super anima, 6

Interlinear: ¶ Vel phase. a ¶ Propter contactum alicuius mortui. a ¶ Gentilis, in anima pollutus cum omnibus vitijs, & dæmonibus fornicatus.

D tas est, instruimur vt spe futurę nostrę i Christo resurrectionis patienter omnia pro Christo & ipsā mortē toleremus. Quia si spiritus eius, qui suscitauit Iesum a mortuis, *habitat in nobis et viuificauit mortalia corpora vestra*, cuius spiritus (quia septiformis est gratia) pōt eodē septē dierum lunarū numero, quo vna sabbathi dies dominica circumfertur, cōuenienter intelligi.

Marginalia: Rom. 8. b.

a *Ecce autem quidam immun. su. a. ho. &c.*

AVGVSTINVS. Cumq; paschę tempore quidā immundi essent sup anima hominis, & quærerent quo modo pascha facerent, quia oportebat eos ab immunditia septē diebus purificari secundū legem, consuluit dominum Moses. Et responsum accepit, vt cuicunque hoc accidisset, vel longe remotus occurrere non posset, alio mense pascha faceret propter diem mensis quartumdecimum, vbi lunę numerus obseruabatur. Sed si quæratur quid facerent, si forte talis immunditia ad secundum etiam mensem occurreret? Puto ꝙ dictum est de mense secundo, tanquam regulariter fuisse retinendum, vt tertio mense obseruarent. Aut forte si pascha non egissent, ad culpam non pertineret.

Marginalia: Qō. 15. in Numeros

✠ THEOD. Peccatum huiusmodi coniunctam habet excusa tionem. Nam tales angore animi depressi propter quosdā ē familiarib. sepulturę traditos, immundi erant ex legis sententia. E Veriti ergo ne celebrantes pascha, cōmitterent in præceptū de immundis traditū, & in contrarietatem legum prolaberētur, causam detulerunt ad legislatorem. At ille non ausus est respondere donec consuluisset dominum. Si quidem in hoc delictum inciderat Iesus filius Naue, qui ante hanc consultationem Gabaonitas exceperat.

Marginalia: Quęst. 14.

b *State vt consulam.* GRE. Moyses crebro de reb. dubiis ad tabernaculum recurrit relictis turbis. Ad tabernaculū redire, est postpositis exteriorum tumultib. secretū mentis intrare. Ibi enim dominus consulitur, & quod foris agēdum est publice, intus silenter auditur. Hoc quoq; quotidie boni rectores faciunt, cum seres dubias discernere non posse cognoscunt, & ad secretum mentis, velut ad quoddam tabernaculum recurrentes, diuina lege perspecta, quasi corā posita arca, dominū cōsulūt. Et ꝙ prius intus tacentes audiunt, foris postmodum agentes innotescunt. Vt. n. exterioribus offerre deseruiāt, ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant, & sic vocem domini quasi per occultam inspirationem audiunt, dum in meditatione mentis a carnalib. sensibus abstrahuntur.

Marginalia: Li. 33. moral. c. 21. Mystice.

c *Homo qui fuerit immundus super anima, etc.* ISID. Pręcipitur, vt qui longius habitabant, vel immundi in anima fuerant, in secundo mense pascha faciant, quia Gentiles cum omnib. demonib. fornicati, immundi erant & a deo remoti. Sed salubri confessione mundati ad Christi natiuitatem quasi ad secundum mensem transire præcipiuntur.

RABA. Immundus est in animo, qui a diabolica illusione per idolorum culturā & peccatorum enormitatem polluitur. In via procul est, qui verbū salutis audiens, idola deserere & fidē præcipere eligit, sed nondum ad baptismū peruenit, quo intratur in ecclesiam id est, Ierusalem vrbem pacis, vbi domini templū & sācta sanctorū. In vna enim domo carnes agni iubētur comedi, qa ext. ecclesiam non licet edere corpus Christi. Gentilis ergo populus (quia primū pascha secundum legem agere non potuit) in secūdo mense, id est tempore gratię iam purgatus, ab omni immunditia peccatorum, domiq. restitutus vbi licet facere phase, ad vesperam mundi cum azymis & lactucis agrestibus agnum comedit.

Marginalia: Exo. 12. g. F

☞ Homo

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ecce autem. *hic ponitur casus dilationis quantum ad aliquos, cum dicitur: ecce autē quidā immundi ex tactu mortui vel alia immunditia propter quam impediebantur a celebratione dicta.*

2 Accedentes ad. *simul existentes ad docendum populum.*

3 Immundi sumus. *quod exponitur dupliciter. Vno modo sic. Super anima hominis. i. plus quam homo qui licite possit comedere agnum paschalem, et sic accipitur hic animal hominis pro toto homines, sicut dicitur* 1. *Mach. ix.* Peremerunt animas hominū multas. *Alio modo, ut per animā hominis intelligatur mortuus, ut sit sensus, immundi sumus super mortuo. i. ex tactu eius. unde supra c. 5. vbi translatio nostra habet,* Pollutusq; est sup mortuo, *in Hebræo habetur*: Super anima. *et quia hoc potest accidere sine peccato, imo etiā cum merito, sicut in sepultura mortui, sequitur.*

Marginalia: Anima hominis.

4 Quare frau. vt non va obla. offer. *acsi dicant, ex bono opere non debemus impediri a celebratione phase.*

5 Quibus respondit Moy. *quia casus videbatur dubius, voluit super hoc quærere Dei consilium per hoc ostendens, quod in dubijs non est pręcipitanter respondendum.*

6 Homo. *id est super anima, exponatur modo prædicto.*

*Homo qui, &c.* ✱ APOLINARIS. Iudæus profectò talis est q dominum occidit, in itinere autem & procul ab Hierosolymis, id est, ab ecclesia, idolatra est & hæreticus: i j neque verũ pascha, neque suo tempore celebrant.

A Ex catena Græca.

a *Azymis.* RAB Azyma comedit, qui recta opera sine corruptione vane gloriæ facit, & mandata misericordiæ sine peccati admistione.

b *Agrestibus.* Quia cum corpus Christi accipimus, pro peccatis cõpungi debem⁹, vt amaritudo pœnitẽtię abstergat amorẽ peruersæ vitæ.

c *Omnẽ ritum.* Quicquid in legẽ historialiter præceptũ est, in celebratione paschæ ecclesia spiritualiter obseruat.

d *Obseruabunt.* Quia ei⁹ dicta sollicitè sũt discutienda, vt in præsenti vita intelligẽdo & operando penetrẽtur.

e *Exterminabitur.* Eos qui sub lege erãt, cõminando instruit, ne tẽpus paschę obseruare negligãt. Nos quoque admonet, vt spirituale pascha suo tempore faciam⁹, de quo Paulus ait: *Ecce nunc tempus acceptabile, &c.* Quia quisquis redẽptionem humani generis, quæ veri agni immolatiõe facta est, fide digna nõ celebrauerit, & vitam suam in meliora non conuerterit, & a vitiis ad virtutes nõ transierit tẽpore huius mortalitatis, ad resurrectionis gloriam in fine veris cultorib⁹ Christi tribuendam nõ pertinebit, sed exterminabitur à consortio sanctorum.

B

2. Cor. 6. a

f *Peregrinus quoque & aduena si fuer. apud vos, &c.* RABANVS. Ostendit nullã distãtiam esse personarũ apud Deũ. Quicunq; enim ad fidẽ catholicã conuersus, & Christi baptismate ablutus, ecclesiæ vnitatem intrauit, ecclesiasticis poterit cõmunicari mysteriis.

C

(Marginal glosses: † ex vobis vel ex generationibus vestris i. tam hac tẽpestate, quã in futuris seculis. † amaritudinibus. i. herbis amaris. † Io. 19. g. † distulistis cere vestar dauit. † vel pœnã peccati sui. † tectũ testimonii. i. tabernaculum. † custodiebãt filii Israel cultodia. i. cauebant sue obseruabant ne in iussu Dei abirẽt, ne nube non surgente surgerent. † Si vero duob. siue vno, &c.)

ª A Deo, quia sine fide vnius dici: sine lege.

siue in via procul † in gente vestra, faciat phase domino mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperã, cum azymis & † lactucis agrestibus comedent illud. † Non relinquent ex eo quippiam vsque mane, et † os eius non confringent, omnẽ ritum phase obseruabunt. Si quis autem mundus est, et in itinere non fuit, & tamen † non fecit phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium domino non obtulit tempore suo: † Peccatum suum ipse portabit. Peregrinus quoque et aduena si fuerit apud vos, faciat phase domino iuxta cæremonias et iustificationes eius. † Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ quam indigenæ. † Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super † tentorium erat quasi species ignis vsque mane. Sic fiebat iugiter: Per diem operiebat illud nubes, et per noctem quasi species ignis. Cumque ablata fuisset nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel, et in loco vbi stetisset nubes, ibi castrametabantur. Ad imperium domini proficiscebantur, et ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco. Et si euenisset vt multo tempore maneret super illud, † erant filii Israel in excubiis domini, et non proficiscebantur quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium domini erigebant tentoria, et ad imperium illius deponebant. Si fuisset nubes a vespere vsque ad mane, et statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur, et si post diem et noctem recessisset, † dissipabant tentoria. † Si vero biduo aut vno mense vel † lon-

(Interlinear: a ¶ Mundi. ¶ Resurrectionis. ¶ Recapitulatio est hic. ¶ Ad signum. s. nubis standi vel mouendi, per quod Deus præcipiebat vel stare vel moueri. ¶ Custodientes præceptum domini.)

D

g *Nubes.* ISIDORVS. Christus est columna, qui rectus & firmus, q fulciẽs infirmitatẽ nostrã, per noctem lucẽs per diem nõ lucens, vt qui non vident videant, & qui vident cęci fiant. Christi quoq; sacramentũ tanquã in die manifestũ est, in carne, velut in nube, in iudicio vero, taquam in terrore nocturno. Quia tũc erit tribulatio magna tanquam ignis, & lucebit iustis & ardebit iniustis.

✱ PROCOPIVS. Quamprimum n. ecclesia exorta fuerit, splendor gloriæ Christi ei affulget. Quæ iis quidem qui in noctis caligine oberrant, lumen immittit, iis qui mẽtis luce sunt illustrati, suam protectionẽm largitur.

*Mystice.* Incarnatio Christi, cuius clemẽtia tabernaculum ecclesię protegit, bonitas statũ disponit, prudentia in uia huius seculi trãsitum dirigit.

E

GREGORIVS. In igne terror, in nube lene visionis blandimẽtum. Dies vita iusti, nox vero peccatoris. vnde: *Fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino.* In die ergo per nubem columna monstratur, in nocte per ignẽ, quia Deus blandus iustis, terribilis apparebit iniustis. Hos in iudicio uenies per lenitatis mãsuetudinem demulcet, illos per iustitiam districtionis terret.

F

Aliter. Columna nubis, in eremo populum præibat splendore ignis, non in die sed in nocte radians, quia Christus suę conuersationis exemplo ducatum sequentibus præstans, de iustitia sua confidentibus nulla luce claruit, peccatorũ suorum tenebras agnoscentibus, igne sui amoris infulsit.

h *Cumque ablata, &c.* ✱ RVPERTVS. Gloriosum fuit ducibus illis

(Marginal: Moraliter. † Exo. 12. g. † Statutũ. † Exo. 40. d. Homil. 11. in Euang. Ephe. 5. b. Tropol. † proficiscebantur † anno. Exod. 13. d. Li. 1. c. 24. in Nume.)

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Siue in. *Ex hoc autem quod dicitur:* In uia procul, *posset aliquis credere, quod lex ista loqueretur de illis qui essent in itinere extra terram Israel, & per consequẽs existentes intra terram ubiq; possent facere phase in die suo, buod non est uernm, quia non potest fieri extra Ierusalem, vt habetur Deut. 16. ideo additur.*

2 In gente. *ad ostendendum, quod lex ista loquitur etiam de illis qui erant in terra Israel tantum extra Ierusalem.*

3 Faciat phase dom i. mẽse secundo. *Sicut enim irregularitas in nouo testamento aliquando causatur ex bono actu, vt ex occisione malefactoris per sententiam iudicis, sic in veteri testamento ex actu sepulturæ impediebatur ad tempus celebratio phase. Expectabatur autem mensis secundus, vt luna esset in eodem statu, secundum cuius motũ ordinabatur illud festum.*

4 Cum azymis & lactucis, &c. *hoc expositum est Exod. xii.*

5 Si quis autem. *Hic consequenter ponitur pœna transgressionis. s. mortis, si non habebat causas prædictas dilationis.*

6 Peregrinus quoq; & aduena. *ly & est expositiuũ huius dictionis, peregrinus, vnde in Hebræo est hic vna dictio tantum pro vtraq; Dicitur autem hic peregrinus & aduena, qui non est de filiis Israel, sed est conuersus ad Iudaismum, & talis similiter tenetur facere.*

7 Igitur die qua erectum, &c. *In præcedentibus huius libri descripta sunt ea, quæ pertinent ad ordinatiouem populi proficisci debentis, hic consequenter describitur eius ordinatio actu proficiscentis. Circa quod primo ponitur profectionis directio, secundo ipsa profectio, capitulo x. ibi:* Anno secundo, &c. *Adhuc circa primum præmittitur directio facta ministerio angelico, secundo humano, in principio 10. cap. Prima directio erat per motum nubis, quæ ministerio angelico mouebatur, vt habetur Exod. 14. vbi dicitur sic:* Tollensq; se Angelus qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cũ eo pariter columna nubis. *cum igitur mouebatur nubis, mouebant castra nubem sequendo, cum autem quiescebat, ibi manebant figentes tentoria sua. De columna autem ignis & nubis vtrum esset vna vel duæ dictum fuit Exodi 14. Cætera patent in litera.*

MORALITER.

Ioan. 9. c.

✱ 7 *Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit, &c. il. nub.* Per nubẽ istam significatus fuit Christus, qui stat super ecclesiam quasi colũna ignis, repellẽs tenebras noctis ignorantiæ, & quasi columna nubis de die refrigerans æstum tribulationis mundanæ.

† *Cunctis diebus qui. sta. nu.* Per hoc autem, quod filij Israel proficiscebantur ad motũ nubis, & non aliter, significatur quod homines moueri non debent ad motũ passionis, sed ad instinctũ rationis, quę est quędam participatio diuini luminis in nobis, secundum quod dicitur in Psalm. 4. b. *Signatum est super nos lumen, &c.*

A illis quod ad imperiũ domini proficiscebãtur, verum gloriosius est, quod patres nostri, duces nostri, qui speciali pcinctu deuĕ xerũt ad nos sanctuarium domini, incarnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem prædicantes, non ad suum arbitrium quo volebant, ipsi proficiscebantur, sed q̃n, quo, & quomodo imperabat illis spiritus Iesu. Hinc

† sermonem dñi.

giori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israel in eodem loco, & non proficiscebãtur: statim autem a vt recessisset, mouebant castra. Per verbum domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur, erantque in excubiis dñi iuxta † imperium eius per manũ Moysi.

D Hinc illud est quod in actis legimus: *Transeuntes autē Phrygiam & Galatiæ regionē vetiti sunt a spiritu loqui verbum in Asia, &c.* Actor. 16.

a *Per verbum domini figebant tentoria*, significatione nubis, quæ erat signum diuinæ voluntatis, sicut vox loquentis.

*ADDITIO.*

In cap. 9. *vbi dicitur in postil. Ex hoc autem quod dicitur:* In via p̃cul. *Istud* in gēte vestra, *non est in Hebræo, & ideo lex ista loquitur de eo qui est in itinere extra viam filiorũ Israel, vbi non poterat celebrari phase; Ideo ly,* in gente vestra, *quod additum est in translatione nostra, non est referendum ad viam procul, sed ad hominum qui est in itinere, vt sit sensus, homo in gente vestra, id est, de gente vestra faciat, &c.*

CAP. X.

Locutus est, ISIDORVS. *Fac tibi, &c.* Et paulo post: *cum concisus clangor increpuerit mouebuntur castra, &c.* Per duas tubas exercitus ducitur: quia per duo testamēta vel duo charitatis præcepta ad procinctum fidei populus euocatur. Quæ ideo argenteæ fieri præcipiuntur, vt prædicatorum verba eloquii nitore refulgeant, & auditorum mētem nulla sui obscuritate cōfundant. Ideo aũt ductiles, quia necesse est, vt qui venturam vitam prædicant, per tribulationum præsētiũ tũsiones crescãt. Bene autem dicitur: *Cum concisus clangor increpuerit mouebuntur castra*: quia cum subtilior & minutior prædicatio tractatur, auditorum mentes ad tentationum certamina ardentius excitantur.

De tubis argēteis & ductilib.

B

† solidas, rigidas, aut incudibus malleisq; subactas.

† vel taran tara † cōcisior.

C ✱ PROCOPIVS. Duplex in concionibus est promulgatio. Altera quidē moralis, altera doctrinalis, ea videlicet qua veritatem tradētes, falsitatē redarguimus, quemadmodum. Paulus eos quia matrimonio & cibis tãquã rebus p se prauis abstinendum esse asserebant.

b *Si semel clange.* RABANVS. Semel tubis clãgere est verbum doctrinæ secundum vnitatem fidei & concordiam sensus catholici proferre. Ad hunc sonum principes & capita multitudinis debent conuenire, vt qui præsunt cæteris fide & dilectione vniti de salute sua & suorũ fideliter disputent, pacis & concordiæ exēplum demōstrēt. Ne sit in eis zelus & contentio, & id ipsũ dicãt omnes in eodem sensu, & in eadem scientia.

Moraliter

E

c *Primi.* quia. s. lux fidei primum infulsit. Ordinatis ergo euangelii prædicatoribus primũ eis dicitur: *In viam gentium ne abieritis, sed ite ad oues quæ perierunt domus Israel.* quibus ipse Christus scilicet præsentialiter euangelium prædicauit. Post resurrectionem vero discipulis apparens ait: *Euntes docete omnes gētes, &c.*

Matt. 10.

Matt. 28.

Tribus ergo Iuda cum cæteris quæ secum ad orientem habitabant, primum castra mouebat: deinde cæteræ secũdum ordinem suũ. Quia primum in Iudæa oportuit primitiuam ecclesiam construi, post de cunctis orbis nationibus gentes ad fidem conuocari.

F

☞ a Quando

CAP. X.

¶ Hic redit ad ordinem iustitiæ.

LOCVTVS est Dominus ad Moysen, 1 dicens: Fac tibi duas tubas argenteas 2 a † ductiles, quibus conuocare possis mul- 3 titudinem, quando mouenda sunt castra. 4 Cumque increpueris tubis, congregabi- 5 tur ad te omnis turba ad ostium taberna- 6 b culi fœderis. Si semel clangueris, ve- 7 nient ad te principes & capita multitudinis Israel. Si au- 8 tem † prolixior atque † concisus clangor increpuerit, moue- c bunt castra primi qui sunt ad Orientalem plagam. In secundo autem sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem. Et iuxta hunc modum reliqui

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. X.

Locutus est. *Hic consequenter agitur de directione profectionis ministerio humano, s. sonitu tubarum, cum dicitur.*

2 Fac tibi duas tubas ar. *quia argentum est metallum bene sonorum.*

3 Ductiles. *id est factas cum martello, non fusiles.*

4 Quibus conuocare pos. mul. &c. *In Hebræo coniunctio copulatiua interponitur:* & quã'do mouẽda sunt castra. *Ad hæc enim duo deseruiebant tubæ, & etiam ad quædã alia, vt subditur infra. Nō enim Moyses vocabat multitudinem in motionem castrorum, sed quilibet dux vocabat eos qui erant sub suo vexillo.*

5 Cumque increpueris tubis. *s. duabus.*

6 Congregabitur ad te omnis turba. *& non dicit principes, quia hoc fiebat quando Moyses volebat inquirere qualiter regebant populũ principes & tribuni & centuriones & cæteri, qui præerant in populo, vt dicit Ra. Sa.*

7 Si semel clangueris. *In Hebræo habetur.* Si in vna scilicet tuba clangueris, venient ad te principes, & non turba.

8 Si autem prolixior atque concisus clangor. *iste clangor erat in duabus tubis, sicut postea subditur.*

✱ 1 Vlulan

*MORALITER.*

✱ 1 *Locutus, &c. Fac tibi duas tubas.* Per quas prædicatores mystice designantur, Esa. 58. a. *Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Dicuntur autem duæ propter geminam charitatem quæ debet in prædicatoribus esse, & ad hoc significandum Luc. 10. a. Bini missi sunt ad prædicandum, secundum quod dicit Gregorius Homil. 39.

3 *Argenteas ductiles.* id est, factas cum martello. Per argentum significatur puritas vitæ: per ductilitatem vero virtus patientiæ, quæ debet in prædicatoribus esse.

4 *Quibus cōuocare possis multitudinem.* Vsus enim istarum tubarum erat ad quatuor, scilicet ad populi congregationem, ad castrorum motionem, ad belli congressionem, & ad festi celebrationem, p quę designatur, q̃ prædicatores populum catholicum conuocare debent ad vnitatem fidei, & ad proficiscendum per viam meriti, & ad bellandum contra insultus diaboli, & ad festum cęlestis gaudii.

a facient vlulatibus tubis in profectionem. Quando autem 1 congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, 2 b & non concisè vlulabuut. Filii autem Aaron sacerdotis clan- 3 gent tubis, eritque hoc legitimum sempiternum in genera- 4 tionibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra, con- 5 c tra hostes qui † dimicant aduersum vos, clangetis vlulan- 6 tibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo ve- 7 d stro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. † Si 8 quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, cane- tis tubis super holocaustis & pacificis victimis, vt sint vobis e in recordationem Dei vestri. Ego Dominus Deus vester. An- 9 no secundo mense secundo vicesima die mensis, eleuata est nu † bes de tabernaculo federis. Profectique sunt filii Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudi ne Pharan. Moueruntque primi castra, iuxta † imperium do- mini in manu Moysi, filii Iuda per turmas suas, quorum prin- ceps erat Naasson filius Aminadab. In tribu filiorum Issa- char fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabulon

¶ a Quia proprium est sacerdotum euangelium prædicare. ¶ a Abiecta scilicet terrenorum cura. ¶ Dæmones. ¶ Potestate. ¶ Dæmonum. ¶ Rubi. ¶ Onager vel feritas. ¶ Vel per manum.

† affligunt vel tribulant.

A a *Quando autem congre.* RABANVS. In conuocatione populi simplex tubarum clangor & nō concisus esse iubet, quia qui multitudini verbū Dei pdicat, simpliciter & aperte debet loq vt multi intelligant & ædificēt. Ne si obscure & insolēter pdicauerit, adiutores recedāt vacui. vnde Paulus. *Fratres si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero, nisi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in sciētia, aut in prophetia, aut in doctrina, &c.* Et paulo post. *Omnia ad ædificationem fiant.* Verbū enim nimis obscurū vel ambiguū vulgi more debet dici, vt intelligatur etiā ab indoctis. Quid enim prodest locutiōis integritas, si audientē nō ædificat? Pro nihi lo.n. loquemur, si ab his ppter quos loqui mur, nō itelligimur. Qui ergo docet. vitet oīa verba quę nō docent: & si p eis q̄ intelligant dicere potest itegra, id magis eligat. Si vero nō sūt B vel in psenti non occurrūt, vtatur verbis minus integris dummodo res ītegrę doceantur & discātur. Nec solū in priuatis collocutionibus, sed magis cum populus conuocat. Est autē optimus dicēdi modus quo fit vt qui audit, veritatē audiat & intelligat, boniq; ingenii insignis indoles in verbis verū amare, nō verba. Quid enim pdest clauis aurea, si non aperiat? Et quid obest lignea, si aperiat? Nihil, n. quærimus, nisi vt pateat quod clausum est.

Quomodo apertè docendū. 1. Cor. 14. b

Dicēdi siue concionandi modus optimus.

b *Filii autem.* prædicatores. s. verbū Dei pdicant, & viā iustitiæ auditoribus demonstrat, vt in semita mandatorum Dei boni operis gressum ponant, & inter impiorum fugiant.

✱ THEODORETVS. Cur sacerdotibus clangere tuba demādatur; propterea quod sacras res erat. vocationem namque Dei denotant tubæ: *ut sint*, inquit, *in monumentum coram Deo uestro ego dominus Deus uester*, simulque populo reuocarent in memoriam quanto tubarum strepitu in monte Sina perterruisset illos.

Quęst. 15.

c *Clange.* Subditos. s. ad pœnitentiam & ad compunctionem lachrymarum excitando, & corda auditorum ad Dei misericordiam implorandam prouocando.

C d *Si quando habebitis epu.* RABANVS. Nota quia in aduersis & prosperis tubis clangere præcepit, quia omne tēpus cōuenit verbo Dei. Modo. n. legendum est, modo Deo cantandū. Modo orare, modo docere, modo exhortari, modo increpare conuenit: qa sm qualitatē auditorum temperādus est sermo doctorum. vnde: *Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Et alibi, *Prædica uerbū, insta opportune, importune, &c.*

D Sēper clangendum. Psal. 33. a. 1. Ti. 4. a.

✱ RVPERTVS. Sancta Romana ecclesia & hoc legitimū sempiternū esse voluit in generationib. suis. Nā quoties epulū habet & dies festos, qui non admiretur quāto spiritualium clangore tubarū cōcrepet sup holocaustis & pacificis victimis suis; Quod enī est epulū ei⁹ nisi corporis domini sacramentū; Qui sunt dies festi, nisi incarnationis aut natiuitatis ei⁹ dies annus & gloriosiimū resurrectionis tempus, & sāctorū Apostolorū et beatorum natalitia martyrum?

Vbi supra, cap. 27. † In die lætitię vestrę. E † sermonē

e *Anno secundo.* HIERONYMVS. Duodecima mansio ne venerunt filii Israel in desertum Sinai die quadragesimo septimo, ex quo de Aegypto exierunt, vnde in Exod. Mense tertio agressionis filiorum Israel de Aegypto, in hac die transierunt in solitudinē Sinai. Profectiq; filii Israel de Raphidim venerunt in desertum Sinai, & castrametati sunt in Heremo, & Moyses ascendit ad Deum. *Vocauitque eum dominus de monte &c.* Et rursum. *Vade* inquit, *ad populum tuum, & sanctifica eos hodie & cras, & lauent uestimenta sua, sintq; parati in diem tertium &c.* Supputemus numerū, & inueniemus quinquagesimos die egressionis Israel legem datam in monte Sinai, vnde & Pentecostes solennitas celebratur, & euangelii sacramentum spiritussancti descēsione cōpletur. In hac mālione media pars Exo. & totus Leuiticus, & numerorum præcepta non modica, & per singulas populi tribus distributio, & oblatio principum descripta sunt. Interpretatur autem Sinai rubi, non vnus vt supra in solitudine Sin, sed plures, vt ibi principium sit, hic perfectio, ibi solitarius numerus, hic multiplex: aliud est enim vnam, aliud omnes gratias possidere. Israel igitur post ☞ familiarem

Epist. ad Fabiolam de 40. mansionibus. Literaliter. Exod. 19. a Exo. 19. b. Pentecostes. F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Vlulātibus tubis in profectionem. *Et sic clangor motionis castrorum differebat a clangore vocationis multitudinis, quia erat prolixior & concisus, non autem alius. vnde subditur:*

2 Quando autē congregandus est populus, simplex. *& patet.*

3 Filii autem Aaron sacerdotis clan. *hoc enim pertinebat ad eorum officium.*

4 Eritque hoc legitimum. *Id est, lege statutum.*

5 Si exieritis ad bellum. *Sequitur.*

6 Clangetis. *ministerio sacerdotum, ut habetur in subuersione Giericho, & aliis locis pluribus.*

7 Et erit recordatio uestri corā domino Deo vestro. *ad dādū uobis uictoriam.*

8 Si quando habebitis epulum & dies festos, & calendas, canetis tubis. *ut sint uobis in recordationem quod ad honorem dei offerātur accepta sint coram eo.*

9 Anno secundo mense se. *Descripta directione signorum, hic consequenter describitur motio castrorum, ubi primo ponitur exercitus ordinate progrediens secundo additur socius in itinere expediēs ibi,* Dixitq; Moyses. *tertio suboritur casus impediens. xi. ca. Circa primum sciendum, quod ad eleuationem nubis, quæ erat signum motionis, tribus Iuda cum sibi adiunctis mouerunt castra, erat enim tribus fortior, & bellicosior, ideo præponebatur ad resistendum fortiter, si occurrerent aduersarii, & patet litera vsque ibi.*

Diuisio.

✱ 1 *Deposi*

*MORALITER.*

✱ † *Eleuata est nubes,* Hic agitur de profectione filiorū Israel, primo profecti sunt, qui erant in parte orientali, secundo qui erant in parte meridionali, tertio qui in aquilonari. Ex quo patet, quod proficiscebantur secundum ordinē motus solis qui incipit ab oriente, & per meridiem transit in occidentē, & flectitur ad aquilonem. Ecclesia. j. *Oritur sol & occidit: & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem.* Per hoc igitur significatur, quod proficiscentes ad terram uiuentium, quę est terra fidelibus promissa, sequi debent instinctum solis iustitiæ, scilicet domini nostri Iesu Christi cuius vita in terris disciplina morū fuit, propter quod dicitur Ioan. 12. d. *Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic sit & minister meus.* Et bene dicit, vbi ego sum: quia ex tunc erat in perfecta beatitudine quantum ad animam.

✠ Noli

erat princeps Eliab filius Helon. Depositumque est taberna- 1 culum, quod portantes egressi sunt filii Gerson & Merari. Pro- 2 fectique sunt & filii Ruben per turmas & ordinem suum, quorum princeps erat Helisur filius Sedeur. In tribus autem filiorum Simeon princeps fuit Salamiel filius Suri Saddai. Porrò in tribu Gad erat princeps Elisaph ¶ Alias Heliasaph. filius Duel. Profectiq; sunt 3 & Caathitæ, portantes sanctuarium. Tandiu tabernaculum 4 portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Mouerunt castra & filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur, & in tribu Beniamin erat dux Abidam filius Gedeonis. Nouissimi castro 5 rum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas. in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Amissaddai. In tribu autem filiorum Asser erat princeps Phegiel filius Ochran: & in tribu filiorum Nephtali, princeps fuit Ahira filius Enan. Hæc sunt castra & profectiones filiorū Israel per turmas suas, quando egrediebantur. Dixitque Moyses Hobab ¶ Alias Heliab. filio Ra- 6 a guel Madianitæ † cognato suo. Proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis, veni nobiscum, vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli. Cui ille respondit: Non vadam tecum, sed reuertar in terram

A familiarem cum domino sermonem iuxta montē Sinai commoratus, anno vno & diebus quatuor mira dispositione castrorū egressus in solitudinē Pharan quæ interpretatur onager vel feritas: ibique succubuit malę bestię, fastidiens celestē panem, & Aegyptiorū carnes desiderans, quādo multos subitum deuorauit incēdium, & intercedente Moyse flāma vorax consumpsit humum. Tūc accipiūt coturnices, & vsque ad nauseā deuorant. (Infra 11.c.) Eliguntur septuaginta presbyteri, & vadūt ad ostium tabernaculi: duo remanēt Heldab & Medab, nō imperii negligentes sed humilitate submissi, dū se honore arbitrāt indignos, vnde & absentes prophetant. Saturatoq; (Psal.77.d.) populo, cum adhuc esca esset in ore eorum, ira Dei ascēdit B super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit, ne ad malum velociter currerent, vnde dictus est locus sepulchra concupiscētiæ, siue iuxta 70. memoriæ desiderij. Ex his docemur qui secularem sciētiam relinquimus, & Aegyptias ollas cōtemnimus, non debere murmurare contra cæleste scripturæ panē, nec virulētias Aegyptorum, qui sunt magnarum carniū, sed simplicem mannæ cibum quærere. Si autem eas voluerimus repetere, vorabimus vsq; ad nauseam, & statim domini igne torquebimur, & desideriū nostrū vertet in tumulos, vt simus (Matt.23.c) sepulchra dealbata, quæ foris apparent hominib. speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorū, & omni spurcitia.

† socero

(Quæst.16.) C a *Proficiscimur ad locum.* ✻ THEODORETVS. Quare Moses socerum suū quē in Exodo appellauit Iethro, non vocat Raguelem? Binomius erat, sicut Iacob qui & Israel, vt Simō Petrus, Thomas Dydimus, vt Matthæus qui etiam Leui. Huius autem filius erat hic Hobab. D

✻ PROCOPIVS. Voluit Moses Hobab retinere futurorū spe bonorum. Aliter vero Christus nos se alicit, desiderium videlicet iniiciendo non lucri, sed æterni boni, quod promittit omnib. qui huius desiderio tanguntur & malum auersant.

GREGOR. (In pastor. 3.p. admonitio. 18. Moraliter.) Plerunque suadere elatis vt illa melius possumus, si profectū eorū nobis potius quā illis profuturum dicamus, si eorum meliorationē nobis potius quam illis impēdi postulamus. Facile enim eius elatio ad bonū flectitur, si inflexio eius aliis prodesse creditur: vnde Moyses qui regente E Deo & duce columnæ pergebat, cum cognatum suum a Gentilitatis conuersatione vellet educere, & Dei dominio subiugare, ait, Proficiscimur ad locū quem dominus daturus est nobis &c. Cumq; ille respōdisset, *Nō uadam tecum. &c.* Illico adiunxit, *Noli nos relinquere enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, &c.* Non Mosi mentem ignorantia itineris angustiabat, quā & ad prohetiæ scientiā cognitio diuinitatis expanderat, quē colūna & diuina colocutio instruebat. Sed uir prouidus elato auditori loquēs solatiū petit, vt daret, requirebat ducē in via, cui dux fieret ad vitam. Egit ergo, vt superbus auditor voci ad meliora suadenti eo magis fieret deuotus, quo putaretur necessarius, & vnde se exhortatorē suum pręcedere crederet, inde se verbis exhortantis inclinaret.

☞ a *Profecti* F

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Depositumq; est tabernacu. *statim enim post eleuationem nubis filij Aaron intrabant tabernaculum, & inuoluebant illa quæ erāt intra, & disponebant onera, quibus egressis* Gersonitæ *& Meraritæ deponebant tabernaculum & atrium per circumitum, & dispositis oneribus arripiebant iter post exercitum Iudæ cum duabus tribubus sibi adiunctis.*

2 Profectiq; sunt & filij Ruben. *Ista secunda acies sequebatur Gersonitas & Meraritas.*

3 Profectiq; sunt & Caathitæ: *quia portabant arcam testimonij & alia quæ erant intra tabernaculum, quæ erant sanctiora, Deo erāt in medio totius exercitus Israel tanquam in loco tutiori, ut possent defendi, si esset necesse, anterius & posterius.*

4 Tandiu tabernaculum portabatur donec &c. *In Hebræo habetur sic.* Eleuabant tabernaculū vsque ad aduētum ipsorum, *& refertur ad Gersonitas & Meratitas, qui præcedebant portantes tabernaculum, ita quod inter ipsos & Caathitas erat tribus Ruben cum sibi adiunctis, & ideo quando ueniebant Caathitæ portantes uasa sancta inueniebant tabernaculum erectum, & illuc intro inferebant ea quæ portabant, quibus egressis filii Aaron intrabant tabernaculum, & amouebant operimenta, & ponebant arcam & cherubin & alia in locis suis.*

5 Nouissimi castrorum oīum profecti sunt filij Dan. *In Hebræo habetur sic.* Et mouit vexillum exercitus Dan congregatis omnibus castris, quia illa acies erat vltima: *propter quod si præcedentes aliqd perdebāt in uia, isti inueniebant. Et iō ad eos conueniebant de aliis tribubus ad recuperandum perdita.*

6 Dixitque Moyses Hobab. *Hic agitur de societate expediente in itinere, quia filij* Israel *habebant incedere per desertum, cuius notitiā habebat iste Hobab. Et dicunt aliqui, quod fuit filius* Iethro, *& ideo dicitur hic cognatus Mosi, id est affinis, quia fuit eius sororius. Rab. Salom. & aliqui alii dicunt, quod fuit ipsemet Iethro. vnde & ipse uocatus est Hobab, sicut dictum fuit Exo. 2. c. unde in Hebræo habetur* חותן *hotem, id est, socero, ubi translatio nostra habet.* Cognato suo. *Sed hic occurrit duplex difficultas. Prima est quomodo iste. Hobab dicitur hic filius Raguel, cum tamen Raguel sit idem quod* Iethro, *secundum illam opinionem quam secutus sum* Exod. 2. *Ad quod dicendum, quod pater Iethro uocatus est etiam Raguel sicut & ipse, quia communiter accidit quod filius primogenitus habet nomen patris. Vnde Lucæ 2. dicitur de Ioanne Baptista, quod uocabant eum nomine patris sui Zachariam. Secunda est, quia de ipso Iethro dicitur Exod. xviij. quod postquam fuerat cum Mose, reuersus abiit in terram suam. Ad quod dicendum, quod sicut dictum fuit ibidem, Iethro uidens mirabilia, quæ dominus fecerat in populo* Israel, *relicta Gentilitate conuersus est ad* Iudaismum, *& ad preces Moysi generi sui consensit ire cum filijs* Israel, *prius tamen abijt in terram suam, quæ non multum distabat a monte Sinai, ut dictum fuit ibidem, vt sic domo sua disposita adduceret secum familiam suam, & quod hic dicitur de Moysi precibus ad ipsum, factum fuit eo tempore quo conuersus fuit ad* Iudaismum, *de quo tempore tactum est* Exodi *xviij. Dicta tamen reuersio ad dispositionem domus suę fuit post legem datam, & ante recessum populi de monte Sinai, & tanto tempore quod posset se conuenienter disponere ad recedendum cum filijs* Israel. *Sequitur.*

(Hobab quare electus dux.) (Raguel & Iethro.)

a *Profecti sunt.* PROCOPIVS. Magna vtilitas ex profectione hominibus eius tēporis obuenit, quod scilicet senserūt Deū se habere ducē. Remoto aūt typo, Christus spectandus nobis proponitur, qui tribus diebus nos precedens, deducit ad quietem quotquot eum ex inferno ad cælestem sedem contēdētem sequuntur. Qui insuper in hoc mundo ieiuniis sese macerādo, tētationesq; subeundo inimicas cōtra Satanam antiquū victorē, acies pro nobis eduxit, vt pedibus cōculcatū nobis spectandum exhiberet, tranquilitatemq; & quietē nobis pararet.

b *Arcaque fœderis.* RABANVS. Arca fœderis domini præcedit filios Israel per tres dies, prouidēs loca castrorum, quia in carnatio domini electis ab initio mundi, iter præsētis vitæ dirigit, atque ducatū ad sanctā terram veracē tribuit, q prius in figura patres veteris testamenti ducebat, & nūc in veritate viā iustitiæ nobis demōstrat. Via igitur triū dierū sanctæ trinitatis fides est. Trib. tēporib. ante legē, sub lege, sub gratia, callem veritatis & iustitiæ sequētib demōstrat.

c *Nubes quoq;* Protectio diuina, quæ spiritussancti gratia electos ab initio mundi defendit, & ad futuram quietē custodit.

d *Cumque eleuaretur.* Exemplo Mosis rectores plebis prouocantur, vt semper soliciti commissum sibi gregē in principio operis & in consummatione domino cōmendēt, vt proprias oues protegat, & inimicos depellat. (Psal. 67. a)

PROCOPIVS. Notandum quod hostes populi Dei hostes vocat. Nam id vtique docet, quod & nos impiorum quatenus tales sunt, inimicos esse oportet, quādo quidē ad ferēdum nobis suppetias surrexit Christus, qui iam olim per Dauidē dixit: E mendicantium calamitatibus, & ē singultu pauperum nunc surgam, dicit dominus. Tunc fugerunt diuinæ gloriæ aduersarii, a quibus victoriā in cruce reportauit.

ORIGINES. Animaduertendum omnia fere verba, quib⁹ fundūtur preces, imperandi modum seruare, loco tamen optandi accipienda sunt. Surge igitur significat, vtinam surgas, ita. Pater noster, adueniat regnum tuum & da nobis panē, id est, exoptamus vt adueniat regnū tuum, panemque des nobis quotidianum. (Ex catena græca.)

RVPERTVS. Hinc principium, hinc cœlestem habet causam siue materiam psalmus sexagesimusseptimus: *Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, &c.* (Li. 1. in Numeros ca. 29.)

---

meam *, in qua natus sum: Et ille; Noli, inquit, nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Cumq; nobiscum veneris, quicquid optimum fuerit † ex opibus quas nobis traditurus est dominus, dabimus tibi. a Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, b arcaq; fœderis Domini præcedebat eos per tres dies † prouidens castrorum locum. c Nubes quoque Domini super eos erat per diē cum incederent. d Cumque † eleuaretur arca, dicebat Moyses; Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum autem † deponeretur aiebat; Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel,

a ¶ Trinitatis fide, tribus temporibus viam veritatis demonstrante. ¶ Incarnatio Christi.

Marginal: * ad cognationē meā. † iis quæ: alij sic vertunt cum benefecerit dominus nobis, benefaciemus & tibi. † ad explorandū vbi requiescerēt. † requiesceret. † proficisceretur

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Noli inquit nos relinquere. *Ex quo tu es conuersus ad cultum veri Dei.*

2 Tu enim nosti in quibus. *Quia manserat prope desertum illud, quod patet ex hoc quod Moses pascens oues eius minauit gregem ad interiora deserti. vt habetur Exo. 3. hoc videtur contradicere prædictis quia de mandato domini habebant ponere castra ad indicium nubis. ergo in nullo indigebant indicio hominis quantum ad hoc. Ad quod dicunt aliqui, quod licet haberent ponere castra vbi stabat nubes, tamen nescire poterant, an ponerent ad partem nubis posteriorem vel anteriorem, dextram vel sinistram, & iste sciebat quæ pars esset accommodatior exercitui, vtpote propter maiorem propinquitatem fontium vel bonorum pascuorum, quibus indigebat exercitus pro animalibus. sciebat etiam quæ pars esset securior ab aduersariis, & in hoc & in consimilib. indigebant sua directione.*

3 Profecti sunt. *Moyses & Hobab. & totus exercitus.*

4 Viam trium. *Dicit Ra. Salomon quod prima die sui recessus ambulauerunt per tantum spatium, quantum faciunt tres dietæ, quia domin⁹ volebat ostēdere quod paratus erat eos cito introducere ad terram promissionis, nisi posuissent impedimentum. Alij dicunt, quod per tres dies continue ambulauerunt, & hoc magis consonat textui in principio sequentis cap. vbi dicitur quod pro tanto labore itineris ortum est murmur populi.*

5 Arcaque fœ. domini. *Istud videtur contradicere prædictis, scilicet quod arca cum aliis vasis sanctis erat in medio progredientium. Ideo dicunt aliqui, quod ordinatio prædicta de portatione arcæ in medio fuit pro tempore in quo timeretur de aduersariis, sed pro tunc quia erant longe positi ab eis non portabatur in medio, sed ante exercitum ad prouidendum locum castrorum, quia columna nubis erat super eam, quæ stabat quando castra erant ponenda. Ra. Salomon dicit quod erat quædam alia arca in qua reuerenter seruabantur primæ tabulæ fractæ, eo quod erant scriptæ digito Dei, & ista præcedebat exercitum, & in ea apparebat signum quietis, sicut in statione nubis, ita quod certiores essent ex pluralitate signorum.*

6 Nubes quoque domini. *licet enim nubes esset extensa super totum exercitum ad refrigerium æstus, tamen speciali modo per modum cuiusdam columnæ erat super arcam, vbi erant tabulæ integræ tempore quietis; tempore autem motionis erat super vexillum Iudæ, quod præcedebat.*

7 Cumque eleuare. *De loco castrorum, vt portaretur in via.*

8 Surge domine. *quia confidimus de tua virtute.*

9 Et dissipentur ini. *quia sunt inimici populi tui, vel quia cultum latriæ tibi soli debitum, attribuunt idolis.*

10 Cum autem de. *in locum castrorum.*

11 Aiebat. *Reuertere domine ad conseruandum populum tuum, vt tibi exhibeat debitum cultum in loco quietis castrorum.*

CAP.

MORALITER.

* 1 *Noli, inquit, nos relinquere, Tu enim nosti in quibus locis per desertū castra ponere &c.* Quāuis. n. Deus esset dux illius populi, tamen cum hoc Moses volebat habere directionē hominis periti, ex quo docemur, quod licet nos Deus dirigat in via morū, tamen non debemus negligere adiutorium humanū, nā in hoc homines sunt Dei adiutores, vt habetur 1. Corin. 3. b.

ADDITIO.

*In c. 10. vbi dicitur in postil. Et dicunt aliqui, & fuit filius Iethro. Opinio dicentium quod Hobab de quo hic agitur, fuit filius Iethro, non autem ipsemet Iethro, videtur verior: quia magis consonat planiori sensui literæ, nam de Iethro dicitur supra Exodi 18. ante dationem legis, quod regressus est in terram suam Sed videtur, quod Hobab filius ipsius Iethro remansit cum Mose, & cum sorore sua: de quo pro tunc non fuit mentio in scriptura, quod regrederetur cum patre, quia remanserat in Oreb, qui erat locus prope Madian, sed cum Moyses & populus disponerent se ad recessum versus terram Israel, prout dicitur, Moyses voluit ut secum iret cognatus suus, scilicet Hobab filius Iethro. vnde & dixit ei: Proficiscamur ad locum.* Nec valet quod contrā hoc dicitur quod in *Hebræo habetur.* Socero suo, *vbi translatio nostra habet* cognatum suum. *Tum quia cum dicitur:* Socero suo, *refertur ad Raguel non ad Hobab, vt intelligatur sic, Dixit Moyses Hobab filio Raguelis, qui quidem Raguel erat socer suus. Tum quia in Hebræo non est in hoc loco distinctio casuum. Tum quia dictio Hebraica in hoc loco posita potest sumi etiam pro cognato.*

A

Murmuratio execrabilis. Iaco.3.b. Eccl.28.b. ℸlxx. populus murmurãs mala in auribus dñi. Alii, popul⁹ cũ doleret vel murmuraret diſplicuit ĩ aurib. dñi. 1.Reg.2.b.

CAP. XI.

a Nterea ortum eſt murmur. RABANVS. Murmurãtem populũ ignis domini accenſus deuorat, q̃a ignis dñi iuſtæ vltionis in futuro illos excruciat qui lingua inflãmata a gehenna murmurãt vel detrahunt. vnde per ſapiẽtiam dicitur, Suſurro & bilinguis maledictus eſt. Ignis deuorat extremam partem caſtrorum, finẽ ſcilicet præſentium actionum. vnde: *Dominus iudicabit extrema terrę.* Qui autem vſque ad mortem incorrectus perſeuerauerit, tam in anima quam in corpore, vretur pęna perpetua.

B

Ex catena Gręca. †& reuerſus eſt.

✱ ACACIVS. Iudęi de ſeruitute Aegyptiorũ liberati, decies contra dominũ tumultuati ſunt, diffidentes illius potẽtiæ. Primũ cum viderẽt Pharaonis exercitum ceruicibus ſuis imminentem. Deinde in Mara, ob aquæ amatorẽ. Poſtea quando ollas, carnes, & panes Aegyptiorũ deſiderantes acceperũt mãna, primaſq; coturnices. Quarto, cũ ſibi timentes a fame de manna pluſquã diurnus cibus exigebat, collegerunt. Quinto cũ detrectarunt religionẽ, vel ſabbatho colligentes. Sexto in Raphidim ſiti laborantes. Septimo impietas in Choreb conflato aureo vitulo. Octauo quidem, cum ne diuino quidẽ numini parcentes, libere de Deo conqueſti ſunt, quã ob cauſam bonã partem caſtrorum abſumpſit ignis. Nono cum iterum deſiderio obſoniorũ vicem ſuam lamentantes, iterum coturnicum ſtolo ſatiantur. Poſtremo quo tempore decem ſpeculatoribus audientes contra Chananęos pugnam detrectarunt.

D

CAP. XI.

a NTEREA † ortum eſt murmur populi, [1] quaſi dolentium pro labore contra dominum. [2] Quod cũ audiſſet, iratus eſt, & accenſus in eo ignis domini, deuorauit extremam [3] caſtrorum partem. Cumque clamaſſet populus ad Moyſen, orauit Moyſes dominũ, & abſorptus eſt ignis. [4] Vocauitque nomen loci illius incenſio, eo quod ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis domini. † [5] Vulgus quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eis flagrauit deſi- [6] derio carnium † ſedens & flens, iunctis ſibi pariter filiis Iſ-

a ¶ Carnalia opera vix tribulationem laboribus coquenda.

rael, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? [7] Recordamur piſcium quos comedebamus in Ægypto gratis. [8] In men- [9]

a ¶ Terrenæ dulcedines. b ¶ Difficultates vitæ pręſentis, quæ non ſine luctu agitur, & tamen cum lachrymis amatur.

b tem nobis veniunt cucumeres & [b] pepones porrique & cæpe & [10] [11]

b *Pepones por.* GREGORIVS. Carnalium mentes pro amore ſeculi dura quædam quaſiquędam mollia & delectabilia terra parata ſunt, dum in hac vita rerum culmina apprehendere conantur. Ceſſationem a mundi labore dominus imperat, quietis dulcedinem perſuadet, & tamen veſana iniquorũm mẽs plus ſe aſſeq aſpera carnaliter, quã tenere blanda ſpiritualiter gaudet. Plus acerbitate fatigationis, quã quietis dulcedine paſcitur. Sic Iſraelitę dum refectionem

Li 20. moral c. 16. Tropolo

E

†vel, collecta turma quæ erat ĩ medio ei⁹ ſiue inter eos.

F

☞ mannę

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XI.

1 Nterea. *Hic conſequenter ponitur caſus impediẽs progreſſum populi a. terram promiſſionis. Et ponitur multiplex caſus impediens, primo murmurationis populi, ſecundo obiurgationis Moyſi ca. 11. tertio deſperationis exploratorũ, c. 13. quarto ſeditionis Chore & ſibi adiunctorũ. c. 16. quinto commotionis populi propter penuriam aquarum. 20. ca. ſexto ex inuaſione hoſtium, ibi:* Miſit interea. *Circa primum ponitur duplex murmuratio, prima ex impatientia laboris, ſecunda ex cõcupiſcentia ſaporis, ibi.* Vulgus quippe. *Circa primum dicitur ſic.*

Diuiſio.

2 Ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore cõtra. *quia per ſpatium trium dietarum ambulauerunt vna die ſecundum Rab. Salomo. vel quia per tres dies continuos fuerant in itinere, ſecundum alios, quia ita poterant incedere de nocte in columna ignis, ſicut & de die, ut habetur* Exod. 13. d. *Sed contra hoc quod dicitur hic de labore itineris, videtur illud quod habetur Deut. 8. a.* Adduxit te dominus Deus tuus xl. annis per deſertum. *& ſequitur, ibi:* Veſtimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus. *Dicendum, quod illud beneficium habebat locum in bonis hominibus & non in malis, ſicut & manna erat valde ſapidum bonis, & malis inſipidum, vt habetur infra & hoc patet ex modo loquendi quo dicitur hic. Quia ortum eſt murmur populi, quia quãdo intelligitur de bonis, dicitur populus domini vel populus meus, vel quid huiuſmodi, determinans ad bonum. Quando autem de malis dicitur abſque determinatione, ſicut* Exod. 33. a. Populus iſte durę ceruicis eſt.

C

3 Deuorauit extremam caſtrorum partem. *Extremum autem accipitur dupliciter, ſcilicet de parte ſuperiori & inferiori. & ſecundum hoc per extremam partem caſtrorum intelligitur vulgus ſecundum aliquos. ſecundum alios vero intelliguntur maiores de populo, & hunc ſenſum ſequitur Rab. Sal. dicens, quod ſeniores populi qui erant principales meruerant mortem, & Nadab & Abiu cum eis quando viderunt Deũ, vt dictum fuit* Exod. xxiiij. *Sed quia dominus eo tempore quo data erat lex de nouo, noluit immiſcere luctum cum gaudio de receptione legis, ideo diſtulit mortem* Nadab *& Abiu vſque ad dedicationem altaris, ut habetur Leuitic.* 10. *Mortem autem ſeptuaginta ſeniorum vſque ad iſtum locum, in quo fuerunt negligentes de repreſſione murmurationis populi, quem tenebantur regere ſicut & Moyſes, & quia forte murmurauerunt cum populo.*

4 Et abſorptus eſt ignis. *id eſt extinctus.*

5 Vulgus quippe promiſcuum. *Hic conſequenter ponitur murmuratio ex concupiſcentia ſaporis, vbi primo ponitur dicta murmuratio. Secundo Moyſi afflictio, ibi:* Audiuit ergo Moyſes. *tertio domini cõſolatio, ibi:* Et dixit dominus. *quarto promiſſi impletio, ibi:* Venit ergo Moyſes. *quinto peccati punitio, ibi:* Adhuc carnes. *Circa primum oſtenditur murmuratio eſſe iniuſta ratione cibi petiti, cum dicitur.*

Diuiſio.

Vulgus quippe promiſcuum, &c. *Iſti erant Aegyptij conuerſi ad Iudaiſmum, ſicut dictum fuit* Exo. 12.

6 Flagrauit deſiderio carnium ſedens. *Id eſt, ardenter deſiderauit.* Carnium, *non eſt in Hebræo, nec habetur in libris correctis, quia non ſolum deſiderauit carnes, ſed etiam piſces, & alia, vt infra ſubditur.*

7 Quis dabit nobis ad veſcendum. *Patet quod iſta petitio ſit iniuſta, quia adduxerant ſecum de Aegypto multa animalia, vt habetur Exod. 12. Nec poteſt dici quod eſſent conſumpta, quia infra xxxij. cap. dicitur:* Filij autem Ruben & Gad habebant pecora multa &c. *ideo inde poterant habere carnes, ſed propter ſuam auaritiam parcebant ſuis animalibus, & quia deſiderabant carnes magis delicatas, propter quod dominus quaſi ſatisfaciens eorum deſiderio miſit eis coturnices.*

8 Quos comedebamus in Aegypto gratis. *Id eſt, pro paruo pretio, & non poteſt intelligi pro nihilo, cum etiam paleę ad conficiendum lateres non darentur eis gratis, ut habetur* Exodi 5.

9 In mentem nobis ueniunt cucumeres, &c. *Dicunt aliqui, quod ſunt cucurbitæ, alij autem, quod eſt aliud genus terræ naſcentium.*

10 Pepones. *id eſt melones.*

11 Porrique & cæpe, & allia. *Per iſta deſignantur cibaria quæ comedebant cum iſtis quaſi cum falſamento vel condimento, ſicut* 1. *Eſdræ* 4 *c.* Memores ſalis quod in palatio comedimus *id eſt ciborum ſale conditorum. Secundo oſtenditur murmuratio iniuſta ratione cibi habiti, cum dicitur.*

✱ 1 Nihil

## MORALITER.

✱ 1 *Interea ortum eſt murmur populi, &c.* Per hoc autem, quod ignis accenſus a domino cõbuſſit murmurantes contra eum, ſignificatum fuit, ꝙ ignis gehennæ comburet murmuratores contra potentiam vel æquitatem diuinæ iuſtitiæ.

5 *Vulgus quippe promiſcuum, quod aſcendit cum eis, &c.* Per iſtos, qui flagrauerunt deſiderio carnium, ſignificãtur religioſi mẽdicantes potiſſime, qui poſt factam profeſſionẽ in paupercula religione, in qua nihil eis promittitur, quantum ad vitã præſẽtẽ niſi auſteritas & paupertas, & tñ volunt nimis lautè viuere ac etiam delicatè, & frequenter hoc cõtingit illis, qui in ſeculo minus habuerunt, nec ſunt contenti illis quę adminiſtrantur eis, cum tamẽ ſuffeciſſent eis in ſeculo pauciora, & acriter murmurant contra illos qui pro victu illorum procurãdo fideliter laborant, ſicut populus iſte contra Moyſen nequiter murmurabat. Per hoc autem quod dicitur in fine cap.

✱ Et eſſe

A manna desuper perciperēt, ab Aegypto ollas carniū, pepones porros, cepasq; cupiebant. Significat enim māna gratiam sua uissimi saporis, ad refectionē vitæ interioris bene vacantibus desuper datā. Ollæ carnium carnalia opera vix tribulationū laborib. quasi ignibus excoquēda. Pepones, terrenas dulcedines. Porri & cepæ, quę cum lachrimis comeduntur, difficultatem præsentis vitę, quę nō sine lucta agitur, & tamen cum lachrymis amatur. Manna igit B deserētes, cum peponibus & carnib. porros, cæpasq; quæsierunt, quia peruersæ mentes dulcia gratiæ per quietē dona despiciūt, & pro carnalibus voluptatibus laboriosa huius vitæ itinera etiam lachrymis plena concupiscunt. contemnunt habere vbi spiritualiter gaudeant, & desiderātes appetunt, vbi carnaliter gemant.

†Exo.16.c

a *Anima nostra arida est.* ✻ APOLLINAR. Dolent improbi vnū tantummodo cibi genus habere, quod sibi eundem semper saporem referret, cum multiplex ex manna conficeretur. Nā præterquam quod ros ille erat aspectu iucundus pellucidusque ita vt chrystallo bdellioque lapidi assimilaretur, & mola effringebatur in panificium, & mortario contundebatur in obsonū, elixabatur, torrebatur, par dulcedine melli, vt meminit Exodus, & vncto non cedens oleo, vt hoc loco adiungitur. Vnum denique multiplex erat, neque dissimilis cibus ei, quo noster animus pascitur, qui cum vnus sit, multis viribus præstat, cum & gratiarum multæ sint differentiæ, in vno eodemq; spiritu, & spiritus ipse, cum vnus sit, multiplex etiam dicitur.

Ex catena Græca.

† videam malū meū

b *Iratusque est furor.* ✻ THEODORETVS. Qua de causa mox Quæst.18 C peccātib. pœnas infligit? Lex initium capiebat. Idcirco necesse erat trangressorū supplicio cæteros prudentiores effici. Ti- D mor. n. subditis valde conuenit. Pœnæ vero coniuncta erat pœnitentia. Nam qui resipiscebant, beneuolentiam experiebant. Quod autem necessario de his essent sumenda supplicia, sequent'a testificātur.

a allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man. † Erat autem man quasi semen coriandri coloris bdellii. Circumibatque populus, & colligens illud frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & man. Audiuit ergo Moyses populum flentem per familias, singulos per ostia b tentorii sui. Iratusque est furor domini valde, sed & Moysi †intoleranda res visa est, & ait ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, † vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Flent † coram me, dicentes: Da nobis carnes, vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia † grauis mihi est. † Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne † tantis affíciar malis. Et dixit dñs ad

¶ De septuaginta linguis et ætas.

c Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel

¶ Grauitate morum.

quos tu nosti, q̃ senes populi sint ac magistri, & duces eos ad d ostiū tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecū, † vt descēdam,

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

1 quia ꝓfestim vbi cessauit punitio, renouare cęperūt memoriā Aegypti, alliorū cęparū & cæterorum quorum desideriū apperitio gulæ subministrabat.

c *Cōgrega mihi septuaginta.* GREGOR. Sicut plerunque iuuenes dicuntur qui nulla ꝯsilii grauitate premūtur: senes non eos scriptura uocat qui sola grauitate temporum, sed morum grauitate maturi sūt vnde: *Senectus uenerabilis est non diuturna, neque numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.* Hinc ad Moysen dicitur: *Congrega mihi lxx. viros de se. Isra. quos tu nosti, quod senes populi sint* In quibus verbis senectus cordis notatur, cum tales iubentur eligi senes qui sciūtur. Si enim corporis senectus quæreretur, a tantis sciri poterant, a quantis videri. Cum vero dicitur, quos tu nosti, quod senes populi sint, patet, quia senectus mentis non corporis eligatur.

Li.29. moral.c.13.

† displicuit.

† ꝙ dicis.

Sapię.4.b. Senes qui dicantur.

† contra. E

† sup. vires meas est.

† Si ita tu facis mihi.

† &.

d *Vt descendam.* ISIDORVS. In tredecima mansione descendit spiritus super septuaginta viros electos, & dominus descendit de nube & retraxit de spiritu qui erat super Moysen, & imposuit super septuaginta viros. Descendente enim in nube carnis Christo, diffusa est per fidem spiritussancti gratia super populos, ex septuaginta gentium linguis electos, ve- F

Rom.5.a.

NICOLAVS DE LYRA.

Mānæ triplex sapor

✻ 1 Nihil aliud respiciūt oculi nostri nisi man. Erat autem man quasi semen coria. *quod tamen habebat in se omnem saporis suauitatem vt habetur Sapien. xvi. c. Man enim siue manna habebat triplicem saporem. Vnus erat naturalis, & erat quasi sapor mellis, vt habetur Exo. 16. Alius supernaturalis, & hic duplex, quia bonis sapiebat prout volebant. Sapiebat enim pisces cum desiderabant pisces, & desiderantibus carnes similiter conuertebatur eis in saporem carnis, & sic de alijs cibis magis descendendo in special. Et hoc est quod dicitur Sapien. 16. c.* Substātiam enim tuam & dulcedinem tuam, quam in filios hōs, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusq; voluntati ad quod quisque volebat, conuertebatur. *Et eadem ratione malis hominibus erat cibus insipidus, qui de natura sua erat dulcis. Erat autem man, quasi semen coriandri, in figura & quantitate, sed non in colore, ideo subditur.*

2 Coloris bdellii. *quod est album & lucidum sicut crhystallus.*

3 Frangebat mola, siue terebat in mortario coquens in olla. &c. *Hoc faciebant mali quibus erat cibus insipidus, & ideo quærebant ibi saporem per diuersus uitas, tamen ex decoctione non meliorabatur, sed magis sapor dulcis immutabatur in peius per decoctionem, ideo subditur.*

4 Quasi panis oleati. *id est, in cuius pistatione oleum miscebatur.*

5 Cumque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & man. *Primo enim cadebat pruina, quasi stramentum mannę, Postea manna, & tertio ros quasi eius operimētum, prout plenius expositum fuit Exo. ii xvi.*

6 Audiuit ergo Moyses populum flentē per familias, singulos per ostia tētorii sui. Iratusque est fu. *Hic ponitur afflictio Moysi habentis curam populi, cui intolerabilis uidebatur propter malitiam eius, & patet litera vsque ibi:*

7 Non possum solus sustinere. *Quomodo conqueritur, quod solus sustineret onus populi, cum de consilio Iethro constituerit tribunos & centuriones? quia secundum Rab. Salomo. septuaginta senes qui cum eo erāt instituti ad regimen populi iam mortui erant, vt dictum est in principio capituli. Vel secundum alios dicentes, quod illi qui fuerunt mortui ab igne non fuerunt de maioribus populi, sed de vulgaribus, illi autem qui erant instituti super populum cum Mose intromittebant se tantum de temporalibus, Moses autem volebat habere etiam adiutorium in spiritualibus.*

8 Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me. *id est accipias animam meam de uita præsenti ad te.*

9 Ne tantis afficiar malis. *timebat enim Moses, ne malitia populi esset sibi occasio ruendi in malum impatientiæ.*

10 Et dixit dominus. *Hic consequenter ponitur consolatio domini. Et primo quantum ad populi curam, secundo quantum ad cibi prouisionem, ibi: Populo quoque. Circa primum dicitur.*

Diuisio.

11 Congrega mihi septuaginta. *Rab. Salomō dicit, quod isti fuerūt præpositi filiorum Israel, cum essent in labore Aegypti, & quia compatiebantur eis, non arctabant eos ad implendum numerum laterum, propter quod flagellati fuerunt ab exactoribus Pharaonis, vt habetur Exo. 5. ideo meruerunt assumi ad regimen populi loco illorum qui mortui fuerant, & cum hoc habuerunt spiritum prophetiæ, vt infra habetur. Secundum alios fuerunt idem senes, qui prius regebant populum in temporalibus, & tunc cum hoc imposita est eis cura in spiritualibus, propter quod receperunt de nouo spiritum prophetiæ, quia ad spiritualia promouebantur.*

12 Et duces eos ad ostum tabernac. *in oculis totius populi, vt in timore & reuerentia habeantur.*

✻ 1 Et ause

a ¶ Sancto, scilicet qui in te per gratiam, &c.

a & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt susten- 1 tent tecum onus populi, & non tu solus † graueris. Populo quo- 2 que dices: Sanctificamini, cras comedetis carnes. Ego enim au- 3 diui vos + dicere: Quis dabit nobis escas carnium? Bene nobis 4 erat in Ægypto. Vt det vobis dominus carnes & comedetis, nō vno die nec duobus vel quinque aut decem, nec viginti quidē, b sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras & 5 vertantur in nauseam, eo quod repuleritis dominum, qui in me- 6 dio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes. Quare egressi su- mus ex Ægypto, vt periremus in solitudine? Et ait Moyses ad do- c minum. Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis: 7

¶ Non diffidit, sed modum quærit.

dabo eis esum carnium mense integro? Nunquid ouiū & boum 8 multitudo cedetur, vt possit sufficere ad cibū, vel omnes pisces 9 maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respōdit do- minus: † Nunquid manus domini † inualida est? Iam nūc vide- 10

ctos, venitq; super eos omnes donū illud virtutis cælestis, qđ quondam fuerat in Moyse & prophetis.

A

Act. 2. b.

a *Et auferam de spiritu tuo, tradamq; eis vt susten. &c.* AVGVST. Alia litera: *Et auferam de spiritu qui in te, & ponam super eos, & sustinebunt tecum impetum populi, & non portabis illos tu solus, &c.* Pleriq; Latini nō vt in Græco est, trāstulerūt, sed dixerunt: Auferam de spiritu tuo, q est ī te, & ponā super eos, aut ponā in eis, & fecerūt sensum laboriosū ad ītelligendum. Putari enim potest de spiritu ipsius hominis dictū, quo humana natura completur corpore adiūcto, quæ cōstat ex corpore & spiritu, quē etiam animā dicūt. vnde Paulus: *Quis hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic & quæ Dei sunt, nemo scit, nisi spiritus Dei.* Et qđ postea adiūgit: *Nos autē non spiritum huius mūdi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est,* ostendit alium esse spiritum Dei cuius particeps fit spiritus hominis per gratiam Dei. Quamuis possit etiā (sicut alii interpretati sunt) intelligi spiritus Dei, cū dicitur, de spiritu tuo qui est in te, quia fit etiam noster q Dei est, cum accipimus eum, sicut de Ioanne dictū est in spiritu & virtute Heliæ. Non .n. anima Heliæ in eo fuerat reuoluta. Quod etsi quidā hæretici opinantur, quid dicūt in eo qđ scriptum est: Spiritus Helię requieuit super Heliseum, cum iā ille haberet animam suam, nisi quia dictum est de spiritu Dei, vt etiam per illud operaretur talia qualia per Heliam operabatur, nō ab illo recedēs vt istum posset implere, aut partitus minor esset in illo, vt posset in isto esse. Deus .n. est q possit esse in omnibus tantus, in quibus per illam gratiam esse voluerit. Nunc autē cum scriptum sit: *Et auferam de spiritu qui est super te, nec dictū sit de spiritu tuo,* facilius soluit, quia intelligim⁹ nihil aliud significare voluisse nisi ex eodem spiritu gratiæ illos quoq; habituros adiutoriū ex quo habebat Moyses, vt & isti haberent quantū Deus vellet, non vt ideo Moyses minus haberet.

Aug. literaliter. Quæst. 18. in Nume.

*flentes.

1. Cor. 2. c

B

† Esa. 50. a.

Luc. 1. b.

4. Reg. 2. c

✠ THEODORETVS. Dixit, Auferam de spiritu tuo. Non quod aliena virtute aut gratia Deus indigeret, sed vt Mosē doceret quod accepisset gratiā ad vsum sufficientem. Cæterum elargiendo septuaginta viris, nullo modo gratiā Mosis imminuit, sicuti res gestæ testificantur. Nā & in regendo populo & in prodigiis edēdis eadē quę gesserat antea, peragere non desiit. Nā cum multę myriades ab vno sacerdote baptizantur, et donum diuinum accipiunt, sacerdotis gratiam non minuunt.

Quæst. 18.

D

b *Donec exeat per nares, etc.* ✠ IDEM. Alii legūt vertat in choleram, alii in perditionem. Nā voracitas carnium plerūque cruditatē facit: inde morbos. Plurimis etiā indignationem Dei contraxit in interitum.

† portabis. Quæst. 19.

c *Sexcenta milia peditum huius sunt.* AVGVS. Alia litera. Sexcenta milia peditū in quibus sum in ipsis, & tu dixisti, carnes dabo eis &c.

- vt periremus in solitudine. Quæst. 19.

E

Quæritur vtrum hoc Moses diffidendo dixerit an quærēdo? Sed si putauerimus eū diffidendo dixisse, quæritur cur hoc ei non exprobrauerit dominus, sicut exprobrauit qđ ad petram vnde profluxit aqua, videtur de domini potestate dubitasse. Si autē dixerimus eum modum quæsiuisse quo fieret: Rńsio domini qua dicitur: *Nunquid manus domini non sufficiet?* quasi redarguentis videtur, qđ ille non credidisset. Sed melius puto intelligi dominum ita respondisse, tanquā modum quē ille quærebat dicere noluerit, sed potius opere ipso potentiā suam demōstrante, poterat enim & Marię dicenti: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* ad calumniantibus obiici, qđ minus crediderit, cū illa modum quæsierit, non de uirtute eius dubitauerit. Quod autem responsum est illi: *Spiritussanctus superueniet in te, & uir. a. obum. ti.* poterat etiam sic responderi quomodo hic? Nunquid spirituisancto impossibile est q superuenit inte? ac † si idē sensus conseruaretur. Sed Zacharias talia dicēs incredulitatis arguit, & vocis oppressę pęna plectitur. Deus enim nō de uerbis, sed de cordibus iudicat, alioquin poterat Moses excusari, nisi in eū clara esset Dei sentētia, quod diffidendo talia dixerit: *Audite me increduli: Nūquid de petra ista educimus nobis aquā?* deinde sequitur: *Et eleuata Moyses manu sua, percussit petrā virga bis, &c.* Ad hoc illā virgā in qua tāta miracula fecerat

† abbreuiata vel decurtata.

Infra 20. b

Luc. 1. d.

† sic.

Diffidētia Nu. 20. b.

F

C

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et auferam de spiritu. *id est de cura tua.*

2 Tradamque eis. *vt partito in aliis onere leuius tibi sit. Aliter exponitur.* De spiritu tuo. *id est, de spiritu gratiæ tibi datæ, & tunc non est intelligendum, quod aliquid sit ablatum Mosi & traditum aliis, sed fuerunt illuminati absque diminutione gratiæ Mosis, sicut a lumine vnius candelæ illuminantur plures absque sui luminis diminutione. Sciendum tamen, quod similitudo ista non tenet quantum ad causam effectiuam, ita quod donum gratiæ in Mose existens causaret gratiam in aliis effectiue, sed tantum meritorie, inquantum ad preces Mosi ad eius subleuationem alii fuerunt illuminati.*

3 Populo quoque dices. H*ic ponitur consolatio contra defectum cibi, cum dicitur.*

4 Sanctificamini. *id est, præparate uos ad recipiendum id quod petistis. Sanctificatio. n. in Hebræo frequenter accipitur pro præparatione. Rab. Sal. exponit; præparate uos ad recipiendum punitionem propter uestram murmurationem, sicut dicitur Hierem. 12. a.* Sanctifica eos in die occisionis. *Et utrunque potest intelligi, quia Deus disponebat eis dare carnes sicut petiuerant, & eos punire pro iniusta petitione.*

5 Donec exeat per nares vestras. *quia uomitus egrediens per os, vt frequenter fœdat nares.*

6 Eo quod repuleritis, &c. *dominum quantum in uobis est ex ingratitudine vestra.*

7 Sexcenta *supra 1. c. expressit numerum eorum sexcenta & tria millia quingenti. Dicendum, quod illi qui erant vltra sexcenta millia, fuerunt mortui in plaga ignis dicta in principio cap.*

8 Et tu dicis dabo eis. *Hic uarie sentiunt doctores* Hebræorum. *Dicit. n. Rab. Aquila. quod Moses hic dubitauit de impletione uerbi Dei, et ad hoc inducit id quod sequitur de responsione domini.* Nunquid manus domini inualida est, *quæ uidetur esse responsio ad dubitantem uel desperantem de impletione facti, & ideo peccauit ita grauiter, sicut in aquis contradictionis, de quibus habetur infra 20. c. Verumtamen nō fuit hic punitus, sicut ibi, quia illud fuit factum in publico corā tota multitudine filiorum Israel, & ideo statim fuit determinata punitio, s. quod non intraret terram promissionis. Sed istud fuit factum in secreto, s. coram Deo tantum, & ideo pœna non fuit statim imposita, quoniam aliter sunt punienda peccata publica, aliter secreta. Rab. Salo. dicit, quod Moyses non peccauit hic, & ad hoc inducit illud quod dicitur c. sequenti de Moyse a domino; Qui in omni domo mea fidelissimus est. Et hoc idem dicunt doctores nostri, dicentes quod* Moses *non dubitauit de impletione uerbi Dei, sed quia modus impletionis non erat sibi reuelatus, quæsiuit de modo implendi, nec in hoc peccauit, sicut nec beata uirgo Maria, quando petiuit ab angelo, Luc. 1. d.* Quomodo fiet, &c. *& sic exponendum est illud,*

9 Nunquid ouium & boum multitudo cedetur. *ac si dicat, implebiturne verbum tuum per hunc modum uel alium?*

10 Nunquid manus domini inualida est? *ac si diceret, potentia mea potest implere hoc multis modis, cum sit infinita, modum tamē istū non reuelabo tibi verbo, sed ostendam facto, ideo subditur: Iam nunc uidebis & c. sequitur,*

✠ 1 Venit

A fecerat, sumpsit, eaq; petram percussit, atque in se solitæ uirtutis est cōsecutus effectus. Verba ergo quib. ait, Nūqd ex hac petra educimus vobis aquā possent accipi sic, tāquam diceretur: Nempe ex hac petra secundū vestram incredulitatē aqua educi non potest. Vt deniq; percutiēdo ostenderetur diuinitus potuisse fieri, quod illi in infidelitate nō crediderūt. Maxime quia dixerat: *Audite me increduli.* Sed Deus qui inspector est cordis, quo animo dicta fuerint indicauit. ait enim: *Quoniā non credidisti sanctificare me in conspectu filiorū Israel, &c.* ac per hoc intelligit Mosen ita dixisse, tāquam ad incertum percusserit, vt si non sequeretur effectus, hoc prædixisse putaretur, cum ait. Nunquid ex hac petra educimus vobis aquā? quod in animo eius omnino lateret, nisi Dei sententia pdidisset. Ecōtrario ergo debemus hic ītelligere verba Moysi de promissis carnib. quęrentis quomodo fieret, non diffidētis fuisse, quādo sententia Dei secuta nō est quę vindicaret, sed potius quę doceret.

Homil. 6. in Nume. — a *Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba domini, congregās.* ORIGENES. Alia litera, Exiit, inquit, Moyses ad populum, & locutus est verba dñi. Donec verba Dei audit Moyses, & ab

B Tropolo. ipso docetur, intus est, & in interiorib. & in secretis consistit. Vbi vero turbis loquit & populo ministrat, qui intus non potest stare, foras exire dicit. Omnis enim doctor ecclesiæ si de profundiorib. mysteriis tractat, & occulta sapientię inter perfectos proferat, intus est. Cū vero ad turbas loquitur, ea quæ proficiunt his qui foris sunt, & q̄ vulgus potest audire, foras exit &, loquitur ad populū verba Dei. Intus erat Paulus cū diceret: Sapientiā loquimur inter perfectos, &c. Ad populū vero procedens ait: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, & qui furabatur iam non furetur,* & similia &c. (1. Cor. 2. b. Ephe. 4. g.)

Ibidem. — b. *Auferens de spiritu.* IDEM. Non intelligendum est, quasi materialē & corpoream substantiam in lxx. portiones secuerit, & vnicuiq; particulam dederit. Impiū enim est ītelligere hoc de natura spiritussancti. Sed Moyses & spiritus q erat ī eo, quasi clarissimi luminis lucerna fuit, ex qua septuaginta Deus accēdit, ad quos principalis luminis splēdor aduenit, & origo ipsius nihil damni ex deriuatione accepit.

Spiritus in quibus requiescit. — c *Requieuisset.* IDEM. *Et requieuit super eos spiritus, & prophetauerunt omnes, &c.* Nō legitur requieuisse spiritus nisi in sanctis. Requiescit.n. in his qui mūdo sunt corde, q purificāt animas a peccato, sicut non habitat in corde subdito peccatis, etiā si habitauit aliquādo. Nō.n potest pati societatem mali. Certū est autem in tēpore peccati esse in corpore cuiusque spiritū malum, & agere partes suas. Cum datur ei locus per cogitationes malas & cōcupiscentias, cōtristatus (vt ita dicam) fugatur spiritussanctus. unde *Nolite contristare spiritum sanctum, in quo signati estis, &c.* Peccantes ergo cōtristamus spiritum sanctū. Bene agentes requiem ei paramus. Quod ergo ait de septuaginta presbyteris, quia spiritus requieuit in eis, laudē vitę eorum, & uirtutem exposuit. (Matt. 5. a. Ephe. 4. g.)

Vbi supra — ORIGENES. *Et requieuit in eis spiritus, & prophetauerunt. &c.* Conti-

C

a ¶ Lxx. Exijt Moyses ad populum & locutus est verba domini: Intus enim est dum ab ipso docetur, cum turbis loquitur, foras exire perhibetur.

a bis, vtrum meus sermo opere compleatur. Venit igitur Moy- 1 ses, & narrauit populo verba domini, congregans septuaginta viros de senioribus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque dominus per nubem, & locutus est ad eū, b auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta vi-

a ¶ Pro puritate cordis, & capacitate intelligentiæ. b ¶ Laudem vitę eorum exponit & virtutes.

c ris. Cumque requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec 2 d vltra cessauerunt: Remanserāt autē in castris duo viri, quorum 3 vnus vocatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiri 4 tus. Nā & ipsi descripti fuerant, & nō exierāt ad tabernaculum. 5

D Cōtinuo operatur spiritus nec otium patitur, vbi operādi materia digna suppeditat. In omnib. ergo qui prophetauerūt, requieuit spiritus, sed non sicut in saluatore. Propter qđ de eo scriptum est, *exibit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. & quiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus & cætera.* Vide q super nullum alium spiritus domini requieuisse hac septēplici virtute describitur, per quod diuini spirit⁹ substātia quæ (quia vno nomine nō poterat) diuersis vocabulis explanat, requiescere super eū pphetatur. Hīc quoque Ioānes ait: *Qui misit me baptizare in aqua, hic dicit mihi: Super quem videris spiritum descendentē & manentem super eum, ipse est.* Addidit enim & manentem super eū, vt esset hoc signum in saluatore, quod in alio non posset ostēdi. De illo enim solo dictum est: *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Quia enim solus est qui peccatum nō fecit, ideo in illo solo mansit & permāsit spiritus. Constat ergo reliquos omnes sub peccato fuisse, nec cōgruit vt tēpore peccati dicamus spiritum mansisse in eis. Ipse enim Moyses cū iā spiritum accepisset, seipsum peccasse testat, cū diceret. *Audite me increduli, nūquid de petra ista producemus aquam uobis?* In his enim dictis non sanctificauit Deum, id est nō confisus est in virtute Dei. Cum ergo loqueret hęc, nō de spiritusancto, sed de spiritu peccati, loquebat. Certum est ergo alios prophetas

E aliquādo habuisse spiritum Dei, aliquādo non habuisse. Hinc & Dauid ait: *Et spiritū sanctum tuū ne auferas à me.* In quo ostēdit, quia potest auferri. In sequentibus vero tanquam ablatū repoposcit: *Redde mihi lętitiam salutaris tui, & spiritu principali cōfirma me.* Salomonem quoque nemo dicit nisi in spiritusancto iudicia iudicasse, vel templū domino construxisse, aut rursus in spiritusancto dæmonib. templa fecisse, aut impiis mulieribus latera flexisse? Propheta quippe etiā Abdo a domino missus est in Bethel, & in spiritusancto verba domini locutus est, non tamē in eodem spiritu preceptum domini preuaricatus est, quo prohibitus erat mādu care panem in Bethel: ideo occisus est a leone. Ego aūt (licet non vsquequaque pronuntiē) hæc puto etiā quędam communia hominum gesta, quę quāuis peccato careant, non tamē digna videntur, quibus intersit spiritussanctus, vt connubia legitima carent quidem peccato, non tamen qñ actus coniugales geruntur spiritussanctus datur, etiam si propheta operatur. Alia plura sunt in quib. sola sufficit vis humana, nec res indiget, neque decet spiritussancti adesse præsentiam.

(Moralit. Esa. 11. a. — Ioan. 1. c. — Esa. 53. c. 1. Pet. 2. d. — Infra 20. b — Psal. 50. c. — 3. Reg. 3. d Ibi. 6. a. Ibid. 11. c. — Ibid. 13. a — Nota.)

✻ THEOD. Quamobrem septuaginta statim vt prefecti sunt, prophetabant, postea vero minime? Non vaticinandi sed gubernandi causa proponebatur, quod munus etiam inter charismata spiritus relatum est. Vnde Paulus cum prophetis, Apostolis, doctoribus, & gratiis sanandi, subueniendi & gubernandi munera collocauit. Hoc autem gratiæ dono septuaginta dignati sunt, & quędam prædixerunt, vt constaret populo diuinum munus illos esse consecutos. (Quæst. 19)

d *Remanserant autem in castris.* Non negligentia precepti domini

F

## NICOLAVS DE LRA.

Diuisio. ✻ 1 Venit igitur Moyses. *Hic consequenter describitur impletio diuini promissi, & primo quantum ad partem curæ alijs imponendę, secundo quantum ad cibi prouisionem, ibi.* Ventus autem egrediens, *Primum patet in litera ex prędictis, vsque ibi.*

2 Prophetauerunt, nec ultra cessa. *Dictio Hebraica quæ ponitur hic est æquiuoca, ad addere & cessare, & secundum hoc exponitur opposito modo ab Hebræis. Vno modo sic:* Prophetauerunt & non addiderunt. *id est illo tantum die prophetauerunt & non vltra. Alio modo sic:* Prophetauerunt & non cessauerunt. *id est, non fuit ablatus ab eis spiritus prophetiæ, licet non continue prophetarent, & hunc sensū sequitur nostra translatio, quæ videtur uerior, quia spiritus prophetię erat eis datus ad regimen populi, ut dictū est. & ideo non est verisimile, quod habuerint tātum vno die, sed durante eorum regimine, & hoc ostēdit litera precedēs:* Cumque requieuisset in eis spiritus. *& sequit*

3 Remanserant. *non ex contemptu, sed ex humilitate, reputantes se indignos tanta promotione, & ideo receperunt donum Dei, sicut & alij, ideo subditur.*

4 Super quos requieuit spiritus. *qui requiescit super humiles secundum quod dicitur Esa. lxvj. secundum translationem. Lxx.* Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum? & cætera.

Lxx. electi Nota. — 5 Nam & ipsi descripti fuerant, & nō exierant ad tabernaculum. *Dicit Rab. Salo. quod Moses volens compescere murmur populi contra se, si plures acciperet de vna tribu quam de alia, accepit de qualibet tribu sex senes, qui sunt simul accepti lxxij. sed quia Deus præceperat tantum de lxx. ideo accepit lxxij. schedulas scribens in qualibet* זקן *zaquen, id est senex, exceptis duabus schedulis in quibus nihil erat scriptum, & illas schedulas, posuit in uase, ubi non poterant uideri, dicens lxxij. senibus, quod quilibet acciperet ibi unam schedulam ad fortunam, & qui acciperet schedulam non scriptam, signum erat, quod Deus nolebat eum cum senibus computari, & ideo dicitur de*

Cumque prophetarent in castris, cucurrit puer & nuntiauit 1 a Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun minister Moysi † & electus e pluribus, ait: b Domine mi Moyses prohibe eos. At ille: Quid, inquit, æmu- 2 laris pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Reuersusque est Moyses & maio res natu Israel in castra. Ventus autem egrediens a domino 3 arreptas trans mare coturnices detulit, & demisit in castra iti- 4 nere quantum vno die confici potest, ex omni parte castro- 5 rum per circumitum, volabantque in aere duobus cubitis al- 6 titudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo & c nocte ac die altero, congregauit coturnicum multitudinem: qui parum, decem + coros, & † siccauerunt eas per gyrum ca- 7 strorum.† Adhuc carnes erant in dentibus eorum, † nec defe- 8 cerat huiuscemodi cibus, & ecce furor domini concitatus in 9 populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusque est d ille locus, sepulchra concupiscentiæ: Ibi enim sepelierunt po- pulum, qui desiderauerat carnes. Egressi autem de sepulchris e concupiscentiæ venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

a ¶ Prophetare omnes voluit, qui bonum quod habuit non inuidit.

¶ Carnale desiderium.

☞ mini, sed deuotione humilitatis indignos se iudicantes perce ptione tanti muneris, ideo iudex cordium Deus dignos eos iudicauit, & ostendit.

Quæst. 21. a *Eldad & Medad prophetant.* THEODORET. Innuūt hæc verba, illum qui nouit occulta, scire qui probi censeantur. Sic & tempore Cornelii, diuina liberalitas præoccupauit hominum ministeriū. Siquidē antequam essent baptizati, dedit illis gratiam sancti spiritus.

✱ PROCOPIVS. Duo illi posteriores eorum qui ex gentibus diuino numine afflati sūt imaginem gerūt. Non enim omnes in abditos Christi recessus lex deduxit, verum ex virtute patris filius Dei imago existēs, ignaris sui est delectus.

[†hoc aduerbii loco vtūtur Hebræi, pro eo quod dicimus vtinam.] [• volabant que i aere] B

Li. 22. moral. c. 24. b *Quid inquit, æmularis.* GREG. Pia mēs pastorum, quia non propriam gloriā, sed autoris quærit, ab omnib. vult iuuari quod facit. Fidelis enim prædicator optat si fieri valeat, vt veritatem quam solus loqui nō sufficit, ora cunctorum sonent. Vnde cum Iosue duobus in castris remanētib. & prophetantib. vellet obsisteret, ei per Mosen dicitur. *Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det Deus eis spiritum suum?* prophetare enim omnes voluit, qui bonū quod habuit non inuidit.

[†cumulos †extenderunt expādērūtque sibi.]

✱ R. DAVID KIMHI. Omnis æmulatio hominis est intendentis animum in hoc, vt vel vindictam inferat, vel vt adiuuet ac promoueat.

Allegoric. c *Coturnicū multitudinem, qui parum, &c.* RABANVS. Carnalis populus Iudæorum spreto cælesti cibo carnes desiderauit, sed Deus ita iudicium temperauit, vt puniret malos, nec fragilib. alimoniā denegaret, & in ipsa concessione aliquid spirituale innueret. Non enim ferarū, non quadrupedum, nec terrestrium animaliū esum tribuit, sed volucrum, vt discerent superna magis desiderare quam terrena, spiritalia quā corporalia. Auium enim natura ex aquis processit, sed in aere habitationē sibi acquisiuit. Qui ergo volucres comedūt, ab imis ad superna cor leuare monent, vt licet in terrenis corporib. degant, animo sē per cælestia petant, secundū illud Apostoli: *In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Nostro autē conuersatio in cælis est:*

Philip. 3. d 2. Cor. 10. a C

d *Sepulchra concupiscentiæ.* ISIDORVS. Tertiadecima mansio est in sepulchris concupiscentię, vbi populus fastidiens cęlestē panē, carnes Aegyptias desiderauit, multosq; subito vorauit incendiū. Quib. docemur, vt qui conuersationem seculi relinquimus, & Aegyptias ollas, id est carnalium desideriorum feruores, nō murmuremus contra cęlestem panem, nec virulentias Aegyptiorū qui sunt magnarum carnium, sed simplicem mannę cibum, id est, puram cęlestemque vitā agamus. Si enim post perceptum angelicum manna, quæ est cęlestis vita vel doctrina, rursus carnes Aegyptias, id est, carnales seculi voluptates, & concupiscentiæ pristinæ appetimus nauseam, statim igne domini torquebimur, desideriumq; nostrum vertetur in tumulos, vt simus sepulchra dealbata, quę foris apparēt speciosa, intus plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia.

D

[†ex iuuenib. ei° vel ex electis eius.] E

[†Ps. 77. d. Ezec. 16. c. † nec adhuc digesserant. Mat 23. c.]

e *Venerunt, &c.* HIERONYMVS. Quartadecima mansio est in solitudine Pharan, quę ī atria vertitur. In hac Aaron & Maria propter Aethiopissam contra Moysen murmurant. Ex hoc prudens lector attende, quod post consummatā in duodenario virtutē (quia superbiuit Israel, & in sepulchris concupiscē tiæ carnes Aegyptias desiderauit) rursum fundamentū iacit, & atria, id est vestibula virtutis ingreditur, ostendens nobis eos qui stant posse cadere, & qui ceciderunt posse resurgere. *Positus est enim Iesus in ruinam, & in resurrectionem multorum. Qui ait per prophetam. Nunquid qui cadit, non adijciat vt resurgat?*

[Vbi supra ad Fabiolam.] [1. Cor. 10. c Lucæ 2. e. Hie. 8. b. et Psal. 40. b.]

ISIDORVS. Quartadecima mansio est in solitudine Haseroth. In hac Aaron & Maria offenderunt detrahentes fratri, quod vxorem alienigenam accepisset, & illico Maria lepra percussa effloruit, quia sacerdotalis plebs Christo saluatori aduersus ecclesiam de gentibus congregatam derogans, lepra peccati perfunditur, nec redit ad tabernaculum donec plenitudo gentium intrauerit. Tunc enim pristinam recipiet sanitatem, cum septiformis spiritus agnitio ad veniam reduxerit eam.

[Rom. 11. d]

☞ CAP. F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ tur de istis duobus, quod ipsi descripti fuerant, quia schedulas scriptas habuerant.

1 Cucurrit puer & nuntiauit Moysi. *Dicunt Hebræi quod iste fuit Gerson filius Moysi.*

2 Domine mi Moyses prohibe eos: At ille, Quid inquit. *Dicit Rab. Sal. quod prophetabant de morte Moysi futura, & quod Iosue introduceret populum in terram promissionis loco eius, & ideo Iosue motus fuerat ad hoc dicendum, ne videretur appetere propriam gloriam, & magistri sui mortem. Expositores autem nostri dicunt communiter, quod motus fuit, eo quod videbatur esse contra reuerentiam Moysi, quod in absentia eius prophetarent, quasi Moyses nihil fecisset ad hoc, quod recepissent spiritū prophetiæ, propter quod subdit Moyses:* Quis tribuat vt omnis populus prophetet, &c. *& patet.*

3 Ventus autem. *Hic consequenter ponitur impletio promissi quantum ad cibi prouisionem.*

4 Egrediens a domino. *id est virtute diuina excitatus.*

5 Arreptas trans mare, coturnices detulit. *scilicet in Arabia, ubi multum abundant.*

6 Volabantq; in aere duobus cubitis altitudine super terrā. *vt possent capi sine labore, quia non oportebat ad capiendum eas sursum leuari aut deprimi.*

7 Qui parum decem coros. *id est qui minus acceperunt in tanta quantitate. Est enim corus genus mensuræ, & continet decem ephi ut habetur Ezec. xlv. De quantitate autem ephi, dictum est Exo. 16. quod gomor qui est decima pars ephi, continet quasi quartam & dimidiam Parisiensis secundum dicta Isidori & Papiæ, id est tantum de aridis quantum vnum vas continens quartam & dimidiam contineret, & sic ephi continet quantum vas 15. quartarum, & per consequens chorus continet quantum vas 37. sextariorum & dimidij. Verius tamen credo, quod quātitas huius mensuræ est nobis incerta, sicut & de alijs frequenter dictum est, eo quod multum variantur secundum diuersa tempore & varias regiones.*

[Corus.]

8 Et sicca. *id est mundauerunt eas amouendo intestina extra castra. Aliter exponunt alij sicut litera sonat, ne per humiditatem nimiam putrefierent, quia sufficiebant pro comestione vsque ad mensem, ut prædictum est. Et huic expositioni consonat litera Hebraica quæ sic habet. Et extenderunt.*

9 Adhuc. *Hic consequenter ponitur punitio peccati commissi, & patet litera.* Qui desiderabant carnes, *non est de textu.*

✱ NICO-

MORALITER.

✱ † *Et ecce furor do.* Significatur, quod dicti murmuratores querulosi percutiebantur a Deo igne gehennali. Per hoc autē quod ante percussionē istā dominus dedit eis in abundantia ✱ magna

A

*MORALITER.*

† magna coturnices, quę sunt aues delicatę, quasi satisfaciens eorum irrationabili desiderio, significatur ꝙ dominus aliquando condescendit petitionib. malorum hominum ad eorum interitum, eo quod fit eorum oratio in peccatum.

*Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me.* Per hoc autem, ꝙ Moyses plenus scientia tam acquisita quam infusa, & cum hoc tantam gratiam habebat erga dominum, quod loquebatur cum eo sicut homo loqui solet cum amico suo, & tamen petiuit auditores ad regimen populi, datur exēplum ecclesię prelatis & curatis, quod non abhorreant hoīes bonę vitę & sufficientis literaturę sibi datos a Deo in adiutorium oneris sui supportandi, prædicando & confessiones audiendo, sed magis eos diligant & foueant & multiplicationē eorum desiderent, repellentes contrarium consulentes, dicentes cum Moyse, quid ęmularis pro me? quis tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis Deus spiritum suum. D

MO-

*ADDITIO I.*

*In c.* 11. *vbi dicitur in postill.* deuorauit extremā castrorū partē

*Per hoc quod dicitur hic,* Extremam: *non intelligitur an ista deuoratio sit de vulgo vel de maioribus, quia solum ostendit quod hæc deuoratio non fuit per omnia castra. sed ad quandam partem, quæ tamen fuit illa pars non determinatur in litera. Nec culpandi sunt seniores, tanquam negligentes de repressione murmurationis populi, quia si sic, Moyses & Aaron etiam fuissent culpandi, qui magis tenebantur ad regimen populi, sed tam isti quam illi ex duritia populi sunt excusabiles, vnde nec litera facit mentionem opponendo huiusmodi culpam populo murmuranti. vnde & opinio Ra. Sa. non tenetur ab alijs expositoribus Hebræorum.*

*ADDITIO II.*

*In eod. cap.* 11. *vbi dicitur in postilla, secundum aliquos dicit, quod illi qui fuerunt mortui ab igne, non fuerunt de maioribus.*

*Aliter videtur magis proprie distinguendum in hoc materia, vt scilicet seniores constituti tribuni & huiusmodi de consilio Iethro intendebant tantum de iudicialibus in partes, vt expresse habetur supra Exod.* 18. *d. vbi de illis dicitur, Et iudicabunt populum in omni tempore, sed hic petebat Moses adiutorium habere in regimine vniuersali populi totius, prout pertinebat ad materiam de qua hic agitur. vnde dicit, Nunquid concepi omnem hanc multitudinem, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum. Ex quo patet, quod hoc adiutorium a Mose hic petitum, erat ad regimen seu curam vniuersalem populi, quod est altioris rationis quam iudicare tantum, qua ratione receperunt spiritum prophetiæ, quia ille populus in primitiuis a prophetis communiter regebatur, &c.* B

*ADDITIO III.*

*In eod. cap.* 11. *vbi dicitur in postilla:* Congrega mihi lxx. viros. *Ra. Sal. dicit, &c.*

*Ista electio de 70. senibus, quę Moysi fuit commissa, non videtur principaliter cōsistere in labore Aegyptiaco & huiusmodi, sed potius in grauitate morum & honestate vitę, vbi glo. in hoc loco dicit sic, In his uerbis senectus cordis notatur, si enim corporis senectus quęreretur a tanscirí poterat a quantis videri, cum vero dicitur:* Quos tu nosti, quod senes populi sunt, *patet quod senectus mentis non corporis eligatur.* Hæc *in glossa.*

*ADDITIO IIII.*

*In eod. cap.* r. *vbi dicitur in postilla.* Et auferam de spiritu tuo, *id est de anima tua.*

*Ad quorundam in hoc c. contentorum (ab illo loco ubi dicitur :* Quis dabit nobis ad vescendū carnes, &c. *usq; ibi :* Et det eis dominus spiritum suum) *vlteriorē declarationē occurrūt aliqua inquirēda.*

Qō prima. *Primum: Cur Moyses, qui communiter in alijs excessib. populi misericordiam se habebat, intantum quod in peccato vituli petebat deleri a libro Dei, nisi eis parceretur, ut supra Exod.* 32. *& etiam pro murmuratoribus orauit, & cessauit ignis. vnde supra Num.* 16. *cap. in hoc tamen loco non se conuertit ad orandum Deum pro populo, sed solum ad subtrahendum se a regimine populi dicens.* Non possum solus sustinere onus populi, &c. C

Secunda. *Secundum quęrendum est de hoc quod dicitur:* Cur imposuisti pondus populi huius super me, &c. *videtur enim quod huiusmodi pondus fuit impositum Moysi hoc petenti seu volenti, ut habetur supra Exo.* 33. *in additione.*

Tertia. *Tertio quærendum videtur de hoc quod dicitur:* Vnde mihi carnes, &c. vt idem multitudini, flent enim coram me, &c. dicentes: Da nobis carnes vt manducemus, *cum ipsi non uideantur hoc petiuisse a Moyse dixerunt enim.* Quis dabit nobis ad vescendum carnes, *in quo vident potius a Deo tacite hoc petiuisse, a quo cætera dabantur sibi, & sic incōuenieter videbat dici a Moyse;* Vnde mihi carnes? *quia hoc ab ipso non petebant sibi dari, sed a* Deo, *qui hoc habebat in potestate sua.*

Quarta. *Quarto quærendum videtur cur dicit.* Non possum solus sustinere, &c. *quia ad satisfaciendum huic petitioni non videtur facere quod esset solus aut cum societate, cum hoc non posset impleri nisi potentia diuina, quæ similiter posset cū Moyse solo sicut etiam cum socijs.*

Solutio. *Ad quorum solutionem præmittēda sunt duo. Primū quia in hoc loco populus peccauit peccato concupiscentiæ inordinatæ, habebant enim cibum continuū suauissimum & salubrem. s. manna, sine labore, & tamē cum hoc concupiscebat inepta cibaria, s. cæpe & allia & huiusmodi: quod ad concupiscentiam ualde inordinatam pertinet, unde uocatus est locus ille infra eo. ca.* sepulchra concupiscentię, *secundum quod vitiū concupiscentiæ ſm Philo. in* 3. Eth. *est puerile vitiū, nō solū quia contingit sæpe pueris, sed secundū similitudinē quandā, & hoc pp tria, secundū sanctum Th. in secunda secundæ q.* 162. *ar.* 2. *in corpore ar. Primum, quia sicut puer non attendit ad ordinē rationis, sic concupiscentia rationem non audit, ut in* 7. *Eth. Secundū, quia sicut puer si suę uoluntati dimittatur, crescit in propria voluntate, ut Ecclesia.* 30. *b.* Filius dimissus a correctione euadet præceps, *sic & concupiscentia secundum Aug. in* 7. *confessionū, si ei satisfiat, maius robur accipit. Tertiū similiter quantū ad remediū. unde in* 3. *Eth. dicitur, Quemadmodum puerū oportet ſm præceptum pædagogi viuere, sic cōcupiscibile cōsonare rationi.* Augus.

*Dicendum igitur ad primum quæsitum quod Moses noluit pro hac vice pro populo orare, vt s. dominus prouideret populo de his quę petebant, ne eorum malitia augeretur, vt dictum est.*

*Ad secundum dicendum, quod licet Moses acceptasset seu petiuisset regimen populi sibi a Deo commissum, hoc tamen intelligebatur inquātum essent consentanei rationi saltem sicut homines adulti, nō autem ut pueri, & ideo conquerens dicebat, ut dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulū. q. d. licet sustinuissem pondus populi, qui se haberet vt homo adultus, non tamen possum sustinere eos qui se habent vt infantulus in sinu nutricis, & hoc propter puerilitatem huius vitij, vt dictum est, unde dicit Philosophus in* 1. Eth. *Nihil differt ætate iuuenis vel secundum mores iuuenilis.*

*Ad tertium dicendum, quod petitio populi in hoc loco posset dupliciter interpretari, quia aut ipsi petebant habere quod concupiscebat miraculose a Deo, & hoc erat grauius. nam appetere quod Deus prætermitteret ordinem naturę ad satisfaciendum superfluæ concupiscentiæ, magis uitiosum est, cum magis deuiet ab ordine naturæ. Alio modo potest intelligi hęc petitio per humanam industriam, sicut solent duces procurare ut apportentur cibaria suis exercitibus, & hoc est leuius, cum non sit præter ordinem naturæ. vnde Moses uolens interpretari hoc dubium ad meliorem partem dixit.* Flent coram me dicentes: Da nobis carnes, vt comedamus, *q. d. non petūt hoc sibi fieri miraculosè quod esset maxime inordinatum, sed petunt a me, ut eis procurē propria industria quod tamen non possum, unde dicit.* Vnde mihi carnes &c. E

*Ad quartum dicendum, quod quia vitium hoc erat puerile, ideo populus ille quantum ad hoc indigebat regimine pedagogi vt dictum est, non potest autem maxima multitudo puerorum sub uno regi pedagogo, quia requirunt magis particulariter instrui, nec adinuicem congregantur si sunt in magna multitudine. unde dicit :* Audiuit ergo Moyses populum flentem per familias, & singulos in ostio tentorij sui. *Ex quo patet, quod erant diuisi ab inuicem, & non congregati. Sed populus ex uiris adultis congregatus etiam si sit magnus, potest sub uno duce regi seu ordinari, & ideo sequitur.* Non possum solus sustinere, &c. *q. d. si multitudo esset quasi adultorum in uno sociatorum, forte possem eis satisfacere.*

*Consequēter circa hoc quod sequitur in litera.* Congrega mihi lxx. viros quos tu nosti, quod senes populi sunt: *quærendum videtur, cur fuit hæc electio Mosi commissa, nam senectus in hoc loco ad literā intelligitur non numero annorum computata, nam prout ait Greg. Si de corporis senectute quęreretur, nō oporteret dici, quos tu nosti, quod senes populi sunt, senectus enim corporalis non solum a Moyse, sed a cunctis videntib. dignoscitur,* Hęc ille. *Cum autem senectus mentalis de qua hic agitur a solo Deo vere conspicitur, qui cor intuetur, ut* 1. *Reg.* 16. *talium electio non erat Mosi committenda, sed senes illi fuissent a Deo nominandi, sicut Beseleel & Ooliab electi fuerunt a Deo nominatim ad opus tabernaculi, supra Exod.* 31. *Similiter in successorem Mosi Iosue fuit electus nominatim a Deo, ut infra Deut.* 31. F

*Item si forte propter aliquam causam hęc electio fuisset committenda, quęrendum videtur, cur non fuit populo commissa, sicut infra Deute.* 1. *dicitur:* Date ex vobis viros sapientes, &c. *Per hoc enim quod populus eligit suos maiores, magis pax populi conseruatur, videntur enim quasi omnes aliquam partem habere in principatu, vnde & omnes talem ordinationem amant & custodiunt, vt in* 2. *Politi.* Philoso.

*Ad quod dicendum, quod quia secundum Philoso. in* 2. *Politico. inter species regiminis alicuius communitatis præcipua est illa, in qua vnus secundum virtutem principatur, ideo Deus voluit, quod Moyses toti populi tanquam perfectior cæteris præesset, vt populus Dei sua optima specie regiminis regeretur, quia tamen propter imperfectionē populi Moyses solus non sufficiebat. vnde dicit supra, Non possum solus*

*sustinere*

fustinere, dixit Deus ut sui coadiutores essent ab ipso Mose electi, A vt sub eo essent tanquam inferiores, & sic populi regimen principaliter esset monarchicum, quod est optimũ, ideo dicit: Congrega mihi 70. viros, quos tu nosti. quia tamen regimen aristocraticum, in quo regimine multi principantur, sedm virtutem est bonũ regimen citra primũ, ideo Deus voluit quod illi electi essent senes populi sc. virtuosi vt dictum est. Et sic hæc ordinatio 70. virorum prædicto modo electorum est mista ex regno monarchico, inquantum vnus principaliter præsidebat, & ex aristocratia, inquantum multi secundum virtutem sub illo vno præsidebant. Participabat autem hoc regimen democratiam inquantum ex toto populo isti fuerunt electi, & inæquali numero de qualibet tribu, ut habetur in postilla eo. cap.

Considerandum tamen, ꝙ hæc electio 70. virorum non fuit cõmissa populo, tum propter rationem iam dictam sc. vt regimen esset principaliter monarchicum, tum quia isti eligebantur ad statum propheticum. Omnes enim isti sic electi prophetarunt, vt patet in hoc cap. Constat autem ꝙ populus nesciret discernere qui viri essent magis dispositi ad donum prophetiæ obtinendum, quia hoc respicit perfectiones intellectuales. Quod autem legitur Deu. 5. b. Date ex uobis uiros sapientes. intelligitur de electione tribunorum & centurionũ, & huiusmodi, qui fuerunt electi ad iudicia particularia inter partes exercenda, vt ibidem manifeste patet, & tales eligebantur ex bona conuersatione & fama celebri, quæ etiam a populo possunt cognosci. Quæ quidem electio huiusmodi centurionum non erat contra rationẽ monarchici regiminis, quia ipsi iudicabant tantum de minoribus, maiora autem Moysi referebant, vt supra Exo. 18. quod non legitur de 70. viris hic electis.

Consequenter circa hoc quod dicitur in litera: Auferam de spiritu tuo tradamq; eis. videndum est an hoc, quod dicitur de spiritu tuo, intelligatur de cura tua, s. vt onere regiminis quod totaliter erat super Mosen in aliis partito, leuius remaneret in ipso Mose huiusmodi onus, B an cum dicitur, de spiritu tuo, intelligatur de spiritu gratiæ ipsi Mosi gratis datæ. Qui quidem duo modi exponendi, ponuntur in postilla, sed primus non consonat literæ, secundus aũt modus verus videtur, nam de spiritu gratiæ quæ data erat Mosi, aliquid fuit datum 70. viris, quod intelligendum est prout in postilla, non quod per hoc fuisset aliquid ablatum ab ipso Mose, & aliis traditum, sed quod fuerunt illuminati absque diminutione gratiæ Moysi, sicut a lumine vnius candelæ plures illuminantur sine sui diminutione, prout in postilla. Quæ quidem similitudo videtur tenere, etiam quantum ad causam effectiuam, licet hoc videatur, negari a postillatore. Glo. enim in hoc loco sic dicit, Moyses & spiritus qui erat in eo, quasi clarissimi luminis lucerna fuit, ex qua 70. Deus accendit, ad quos principalis luminis splendor aduenit, & origo ipsius nihil damni ex deriuatione accepit. Hæc in glo. Ex qua manifeste patet, quod spiritus seu lumen gratię in senioribus illis, fuit deriuatum a lumine gratiæ, quod erat in Moyse sine sui diminutione.

Circa quod duo sunt attendenda. Vnum est, ꝙ spiritus seu gratia, de qua hic agitur, & in glo. prędicta per lumen ostenditur, non est lumen naturæ quæ a solo Deo creante datur, nec lumen gloriæ, gratum facientis, quę a solo Deo iustificante confertur, nec lumen glorię, per quod rationalis creatura a solo Deo beatificatur, sed debet intelligi spiritus prophetię, qui est quoddam lumen in quo manifestantur veritates quæ per prophetiam reuelantur a Deo ipsi prophetæ, vnde ad Eph. 5. c. Omne quod manifestatur in lumine est. Quod autem spiritus iste, de quo hic agitur, sit propheticus, satis patet ex litera cũ dicitur: Cumque quieuisset C in eis spiritus, prophetauerunt. Spiritus enim propheticus ĩ primis patribus ve. testa. requirebatur in rectorib. principalib. populi, ut patet discurrendo fere per rectores principales, a Moyse vsque ad Dauid. Patet etiam de Saule, 1. Reg. 10. quod cum esset vnctus in regno prophetauit, vnde & isti qui assumebantur ad regimen populo in coadiutores ipsi Mosi, conueniebat, ut haberent spiritum propheticum.

Secundum est, ꝙ illuminatio prophetica quę a Deo principaliter est, quandoque tangit mentes prophetarum mediantibus angelis, vt patet de ipso Mose in primordio suæ assumptionis ad propheticum statum. Exod. 3. & de Abraham Gen. 18. & de multis aliis. Et quod magis est, ꝙ etiam inter angelos eandem beatitudinem possidentes, superiores illuminant suos inferiores, secundum Dion. in 8. c. cæ. hierar. Et eodem modo potest intelligi circa 70. viros s. quod lumen propheticum in mente Mosis a Deo infusum confortabat lumen naturale ipsorum seniorum, & manifestabat eis veritatem de his quę pertinebant ad statum regiminis populi, ita quod principalitas huius illuminationis est in solo Deo, secundaria vero illuminatio actiua in ipso Moyse, sicut & luna recipit lumen ab ipso Deo mediante tamen sole. Et hoc videtur sonare litera, quæ in hoc loco dicit. Descenditque dominus per nubem, & locutus est ad eum s. ad Moysen, non autem senioribus. Et sequitur. Auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans 70. viris. Et notandum, quod vbi nos habemus. Auferens de spiritu qui erat in Moyse, ponitur in Hebræo quoddam verbum æquiuocum ad multa, nunquam tamen reperitur idem significare quod auferre, & translatio Chaldaica in hoc loco posuit quoddam verbum significans idem quod diffundere seu protendere, & est sensus, quod Deus diffudit, seu protendit de spiritu qui erat in ipso Moyse, & dedit 70. viris modo prædicto. Et forte in translatione nostra primo fuit positum: Afferam de spiritu tuo, similiter afferens de spiritu qui erat in Moyse, quod satis consonat cũ translatione Chaldaica, & postea per vitium alicuius scriptoris fuit interposita, u, ita quod ubi dicebatur afferam, positum fuit auferam, quod non bene literę consonat nec proposito, &c.

Et notandum etiam quod hęc excellentia rationabiliter videtur fuisse concessa ipsi Moysi inter prophetas cęteros veteris testam. tum quia fuit eximius prophetarum, prout in secunda secundę q. 174. ar. 4. in corpore quæstionis, tum quia solus inter illos Dei essentiam in hac vita existens, vidit, prout August. determinat in lib. 1. de uidendo Deum, de Moyse & Paulo. Et ideo congrue angelorum Deum videntium prærogatiuam habuit in illuminatione prophetica sic. quod sicut Deus mediantibus angelis illuminat mentes prophetarum, sic mediante ipso Mose per lumen propheticum sibi a Deo excellentissime collatum, lumen propheticum traderetur illis 70. viris, tum quia hoc pertinebat ad maiorem perfectionem regiminis populi. Si enim illi 70. viri recepissent ab ipso Deo immediate spiritum propheticum, sicut Moses immediate recipiebat, essent quodammodo omnes pares in huiusmodi regimine, nõ obstante quod Moyses in maiori copia recepisset huiusmodi spiritum quam illi. Nam secundum Philosophum magis & minus non variant speciem. Ex quo possent sequi duo inconuenientia. Primum est, quod daretur occasio, ut populus reputaret eos ęquales in regimine, & sic populus non regeretur monarchice, quod est optimum regimen, vt dictum est. Secundum, quia posset contingere aliquod simile illius quod legitur 3. Reg. 13. de propheta illo, qui alium prophetam induxit ad transgressionem mandati Dei dicens. Et ego sum propheta similis tui, & angelus locutus est mihi in nomine domini, &c. ex quo possent contingere multæ turbationes in regimine, ut satis patet.

Auguft.

D

E

Item in hoc loco ualde commẽdanda est humilitas Moysi, qui potius voluisset, ut sui coadiutores ei parificarentur in spiritu prophetiæ, quam quod essent sub ipso constituti, quod patet in hoc. Nam Iosue dicente de duobus prophetantibus in castris. Domine mi Moyses prohibe eos. Ille respondit. Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritu tuũ? q. d. uana est tua æmulatio, quia ego potius vellem quod non solum isti 70. sed omnis populus prophetaret, sed etiam vltra hoc vellem, quod nõ prophetarent, ex hoc quod Deus accepit de spiritu meo, ut daret eis, sicut modo fit, ut censeantur esse me minores, sed etiam ut haberent spiritum propheticum a Deo immediate sibi datum, & hoc est quod dicit. Et det eis Deus spiritum suum, q. d. non meum vel de meo: quod non ad modicam humilitatem reputandam est: nam Apostoli licet iam sæpe doctrinam Christi audierant, in qua maxime commendauit humilitatem, vt Matt. 9. d. Discite a me quia mitis sum & humilis corde, in fine tamen imminente passionis tempore de maioritate contendisse leguntur, vnde Luc. 22. c. Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur maior esse. Moses tamen, vt hic testatur scriptura, non solum illis 70. sed etiam omnibus de populo parificari volebat, vt dictum est. Tenendum est tamen, quod apostoli post conformationem ad maiorem gradum humilitatis attigerunt, sequendo doctrinam Christi dicentis. Qui maior est vestrum, fiat sicut minor & cætera. sicut patet Luc. in cap. allegato.

F

REPLICA correctorii contra Burg. In libro Numerorum vsque ad c. 11. non ponit Burg. quæ multa egeant pertractatione.

In c. itaque 11. vbi post illa dicit gratiam Moysi in 70. viros partitam sine suæ gratiæ diminutione, sicut multæ candelę ab vna accendun tur. & dicit illud quo ad Moysen non intelligi debere effectiue, sed meritorie, verius hierarchice. Contra hoc Burgen. audacter se opponit, afferens in hoc quod in spiritus distributione ad 70. viros Moyses se habuit effectiue, addens, quod ille spiritus distributus debeat accipi pro spiritu prophetiæ resoluens se causaliter ad actus hierarchicos, volens quod sicut superior purgat & illuminat effectiue inferiorem, ita & Moyses reuelando veritates confortabat lumen naturale in Israel in illis 70. viris. Sed sic dicendo Burgen. nonnulla contingunt inconuenientia.

Primum, quia sic Burg. recedit a plana literę expositione: nam in litera dicitur Deum dixisse, non Moysen. Auferam de spiritu tuo, tradamque eis. Vbi de causalitate specialiter effectiua, ad Moysen pertinente nulla fit mentio, sed potius oppositum, quia spiritus Moysi ex litera videtur habere rationem causæ materialis ex qua vel a qua, respectu diuinę distributionis. Causa autem materialis & efficiens non coincidunt, ex 2. Physicorum. Secundũ inconueniens quod accidit Burgens. est, quod illa ratione qua Moyses hic ponitur causa effectiua, respectu actus vel habitus supernaturalis, eadem ratione & baculus Helisei, & virga Moysi, & cętera instrumenta, quibus facta dicuntur miracula, dicerentur habuisse rationem causæ effectiuæ, quod est contra communẽ scholam, nisi quis instrumenta reducere vellet ad genus causæ efficien-

A tis, de quo supra Exod.8. Tertium inconueniens, quod nullus superior possit exercere actum hierarchicum in inferiorem, nisi conferet ei gratiam vel habitum supernaturalem, quod est falsum: quia actus hierarchici ex dispositione diuina oriuntur, & hæc dispositio confertur naturæ, vt exerceat illos actus, naturali ordine docere potest. Et de hoc dictum est amplius super Exod.33. contra Burg. digressionem. Multa.n. alia inconuenientia sic dicenti contingunt, de quibus transeo. Et si ille spiritus partitus debeat dici lumen prophetiæ, prout vult Burg. non est contra postilla. & quo ad hoc, sequitur quod Moyses in huius luminis distributione nullam causalitatem effectiuam habere potuit, nec ex litera bene intellecta habetur: sic enim illud nomen Moysi potuit habere rationem causæ materialis respectu multiplicationis eius per Deū non per Moysen factæ, sicut costa Adæ respectu mulieris, de qua materia supra Genes.2. correctorio vlt. Esto bene quod Moyses in illo actu de quo est sermo, potuerit esse minister, non causa sicut sacerdos euangelicus in sacramentorum administratione & cæteris actibus hierarchicis, quo ad distributionem habituum supernaturalium: rationes Burg. quæ eum ad sic imaginandum mouerunt debiles sunt, quia nihil cōcludunt, nisi quod supra dictum est, videlicet quod Moyses circa septuaginta viros habuit officium purgandi, & cæteros actus hierarchicos exercendi, ex quo non habetur quod ipse illis contulerit effectiue lumen propheticum, quod supernaturale est, sed solum effectiue fecit, quod naturaliter ex ordine hierarchico fieri oportebat. Stat.n. buod quis alteri reuelet prophetiam, qui tamen non constituet eum esse prophetam, ita & Moyses potuit eos hierarchice illuminare, non tamen dare eis spiritum prophetiæ. Nec ad hierarchicum quemcunque creatum hoc poterit pertinere, quia lumen B propheticum sicut a solo Deo thearchicè creatur, ita ab eo solo multiplicatur, diffunditur, & traditur, quamuis a creatura hierarchica per illuminationē ministerialiter deducatur, non effectiue, nec ex hoc sequitur vt infert Burg. hierarchicam inferiorem & superiorem esse pares. si a thearcha omnes immediate lumen recipiant, ut ostendit B. Dionys. vbi sup. Nec oportet inter superiores & inferiores hierarchici ordinis semper esse distinctionem specificam, sed sufficit secundum diuinam dispositionem esse eorum subordinationem secundum dignitatem hierarchici ordinis. Nec sequitur quod populus Iudaicus reputasset Moysen, & 70. viros æquales, si non a Moyse effectiue spiritum & lumen habuissent: & sic hierarchia cessaret, & non esset regimen monarchicum, quod est optimum. Opinio enim populi ad hoc nihil facit. Brocardicum quoque est quod Burg. adducit de falso propheta qui seduxit verum, ut patet 3. Re. 13. Hic enim agitur de veris electis & illuminatis hierarchice, vbi falsi sunt impertinentes, imo talis deceptio potius locum haberet, si a Moyse ille spiritus effectiue daretur, quia constat Moysen fuisse peccabilem & errare potuisse, & per consequens decipi & decipere, multo fortius hoc etiam locum haberet in lxx. ab eo illuminatis, si effectiue. Si autem ponitus a Deo effectiue, & a Moyse ministerialiter, tunc cessat huiusmodi argumentum, nec hoc in Mose in spe humilitatis commendandum est, quod ut vult Burg. optauit omni populo à Deo immediate dari de spiritu Dei, non suo, quasi 70. solum acceperint de spiritu suo, & per eum effectiue, non enim actus humilitatis est peruertere velle ordinē hierarchicum à Deo ab origine rerum institutum, quod fieret si poneretur q̄ Moyses effectiue spiritum prophetiæ distribuisset, prout late supra ostensum est autoritate beati Dionysii.

Philosop.

## CAP. VII.

Quæst.22.

a Locutaq; est Maria, &c. ✠ THEODORET. Sephorā appellauit Aethiopissam. Siquidē Saba gēs est Aethiopicā. Cū ergo Aarō Israelitidē duxisset, Moyses aūt alienigenā, exorta pusillanimitate quadā, hoc illi exprobrauit Sed integritatē legislatoris confirmat fratrū proteruia, nēpe cum alia carerent accusatione, vxoris probrum obiecerūt. ✠ PROCOPIVS. Verumtamen Aaron & ipsa soror exprobrare non verentur, non cogitantes cuius figurā gereret, Christi nēpe quē accusabant, & indignabantur, quod nigram gentium pulchram Israelitarū synagogā simul ambiret, quod sponsæ Israeliticæ gentilē adiungeret. Quapropter tanquam qui amaret alienos Samaritam eum nuncuparunt.

†68. dist.c. ti post §.e-cōtra 2. q. 7. plerūq; §. obiicitur.

✠ CYRILLVS. Duæ fuerunt calumniæ quib. Moysen inuadebant. Primo quod vxorem contra mores duxisset Aethiopē: alterum quod maiorem sibi autorem vendicaret quam par esset, quoniam sit etiam cum aliis Deus collocutus.

Ex catena Græca.

ORIG. Maria plebs Iudaica, Moyses lex domini est, quæ transit ad connubium Aethiopissæ, ecclesiæ, s. de gentib. congregatę. Hęc lex spiritalis accepit vxorē, & ideo Maria. i. synagoga indignatur & detrahit cum Aaron, cum sacerdotib. s. & C Pharisæis. Derogat ergo vsq; hodie Moysi plebs illa, & turpis ei videtur, quia circuncisionem carnis non docet apud nos, nec obseruantiā sabbathi uel neomeniæ, nec sacrificia sanguinis: sed circuncisionē cordis, & otiū peccādi, & dies festos in azymis synceritatis & veritatis, & sacrificia laudis, nec pecudum, sed vitiorū victimas cędi monet. De his ergo De⁹ diiudicat, & nuptias Aethiopissę confirmat, & Moysen cum ea libenter habitare sinit, Mariam de castris eijcit, & procul facit a tabernaculo testimonii, cum qua & Aaron eijcitur, & ipsa leprosa efficitur. Aspice illam plebem, vide quanta lepra peccati in illa est, quanta intelligentiæ caligo, quanta obseruantiæ feditas, quanta turpitudo conspectus. Sed hęc lepra non est perpetua. Vbi.n. compleri cœperit mundi septimana, reuocabitur ad castra. In fi.n. mundi cum plenitudo gentiū introierit, omnis Israel saluabitur, & Mariæ lepra cessabit. Recipiet enim decus fidei & splendorem agnitionis Christi, & restituetur vultus eius, cum fiet vnus grex & vnus pastor.

Homil.7. in Num.

1.Cor.5.c.

†33.q 2.c. hoc ipsū.

Ro.11.c.

Io.10.c.

vbi supra.

IDEM. Quia detraxerūt Aarō & Maria Moysi correpti sunt. Maria ēt leprosa efficitur, tanta.n. fuit cura correctionis, vt dū Maria per septimanam esset in lepra populus Dei non ageret iter ad terram promissionis, nec moueretur tabernaculum testimonii. In quo moueor ne detraham fratri, ne derogem nō solum sanctis, sed ēt quibuslibet proximis meis. Vnde. *Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersum filium matris tuæ ponebas*

Nō detrahendum fratri. Psal.49.d. F

## CAP. XII.

a ¶ Prophetia. b ¶ Sacerdotalis plebs, carnale sacerdotium.

a †Locutaq; est Maria & Aarō [1] contra Moysen pp vxorē eius; [2] [3]

a ¶ Christam.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XII.

Diuisio.

1 Locutaque est Maria. *Hic ponitur obiurgationis impedimentum contra Moysen, propter quam populus impeditus fuit ab itinere, ut patet in fine huius ca.*

*Circa hoc igitur primo ponitur dicta obiurgatio, secundo obiurgationis reprehensio, ibi,* Quod cum audisset. *tertio eiusdem punitio, ibi:* Iratusque. *Circa primum dicitur.*

2 Locutaque est Maria. *Ista copulatiua coniunctio, q; coniungit hoc capitulum præcedenti, cuius causa dicetur infra.*

3 Contra Moysen. *Circa hoc varie dicunt doctores* Hebræi *& catholici. Dicit enim Iosephus, & plures expositores catholici, eum in hoc sequentes, quod ista vxor* Moysi *fuit filia regis* Aethiopum, *quia Aethiopibus rebellantibus Aegyptijs, Moyses qui iam erat adultus & elegantis formæ, missus fuit dux exercitus ad ipsos damandos, quibus debellatis in campo obsedit, fugientes in ciuitate regia, cuius probitatem admirans filia regis, quæ remanserat mortuo patre, misit ad eum nuntios pro matrimonio contrahendo. Cui consensit Moyses. Dicunt igitur quod Maria et Aaron obiurgauerunt Moysen, eo quod accepisset mulierem alienigenam. Sed hoc non videtur valere, quia eadem ratione obiurgassent cum de Sephora quæ erat Gentilis. Et ideo dicunt alij, quod reprehenderunt Moysen, eo quod illam acceptam dimiserat. Rab. Salo. autem dicit, quod ista vxor fuit Sephora quæ dicitur Aethiopissa. Et idem dicit August. Alia tamen ratione, quia secundum August. et alios doctores nostros dicitur Aethiopissa, quia Madianitæ antiquitus Aethiopes dicebantur. Rab. Sal. dicit, quod dicitur* Aethiopissa *per contrarium*

Aethiopissa q fuerit

August.

## MORALITER.

✠ 1 *Locutaq; est* Maria *et Aaron contra* Moy. Ipsi nanq; eleuati pp donum prophetię irreuerenter & falso locuti sunt contra Moysen mitissimum, vt dr̄ in litera. Per istos allegorice significātur hæretici in vtroque sexu, qui propter aliq̄ notitiam sibi superbientes locuti sunt contra Christum mitissimum. Matth.11.d. *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde.* Contra Christum.n. locutus est Arius & eius sequaces, Christi diuinitatem negantes, & Manichæus negans veram humanitatem eius, & sic de aliis hereticis. Et qm̄ heresis per lepram significatur, vt dictū est supra, ideo Maria quæ præsumptuose contra Moysen cępit loqui, percussa fuit lepra, non aūt Aaron, quia summus sacerdos erat, & qa statim pęnituit, & culpā humiliter recognouit. Per hoc aūt q̄ ad preces Moysi Maria fuit sanata, figuratum fuit, q̄ hæretici reuertentes ad ecclesiam sunt recipiendi. Moraliter autem per Mariam & Aaron † irreue-

Allegoric.

nebas scandalum. Et alibi: *Detrahentem occulte aduersus proximum suum persequebar.* His diuinæ scripturæ sermonib. velut quibusdam gladijs vtrinq; acutis, obtrectādi & derogandi vitiū resecatur. Lepra enim consequitur detrectantes & cacologos.

Psal. 100. a
Vbi supra

IDEM. Omnis ēt qui scripta Moysi male intelligit, & spiritalem legem carnaliter suscipit, detrahit ei, quia de verbis spūs carnaliter sentit.

*quam acceperat.
†Et audiuit dns.

MYSTICE. Non solum Iudei, hæretici, qui non recipiunt legem & prophetas detrahunt Moysi. Qui impingunt etiam ei quod homicida fuit, quia Aegyptiū interfecit, & alia multa etiam in alios prophetas blasphemo ore concinnāt. Ideo sunt in anima leprosi, & eijcitur ab ecclesia Dei. Vel hæretici qui detrahunt Moysi, vel ecclesiastici qui detrahunt proximis.

Mystice.

a ¶ Ecclesiam in Gentibus congregatam.

a Æthiopissam, † & dixerunt: Num per solum Moysen locu- 1 tus est dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? 2 b † Quod cum audisset dominus, iratus est. Erat enim Moyses 3 vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in 4 terra. Statim locutus est dominus ad eum & ad Aaron & Ma- 5 riam. Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœde- 6 ris. Cumque fuissent egressi, descendit dominus in columna 7 nubis, & stetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron & Ma- 8 riam. Qui cum issent, dixit ad eos: Audite sermones meos: 9 c Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione † appa- 10 rebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis 11

Quęst. 20.

a *Aethiopissam.* AVG. De vxore Moysi Aethiopissa quæritur, vtrum ipsa sit filia Iethro, an alteram duxerit vel superduxerit? sed ipsam fuisse credibile est. De Madianitis qppe erat, qui in Paralipomenon Aethiopes dñr, quando contra eos pugnauit † Iosaphat. Nam in his locis dr eos persecutus populus Israel, vbi Madianitę habitāt, qui nunc Saraceni vocantur. Sed nūc eos Aethiopes fere nemo appellat, sicut solent locorum & gentium nomina plerunque vetustate mutari.

D
2. Par 14. c
†Ala.

b *Moyses vir mitissimus.* ✻ THEODOR: Per hæc docemur non vlciscendum esse de his qui inferant iniuriā, sed expectandam diuinam sententiā, quę maxime consolatur iniuriam passos, quemadmodum & tunc tacente Moyse Maria lepra percussa est. Nam mihi vindictam & ego retribuam dicit dominus.

Quæst. 21.

✻ RVPERT. Dulcis & magna laus quā possidens omnis prælatus, recte dicere possit, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Nullo modo seipsum defendebat Moses, & hoc pacto quasi legitima causa defensorem sui Deum magis tacendo constituebat.

†huic ego notū me faciam.
li. 1. in Numer. c. 34.

c *Si quis.* ORIG. Audite quantum beneficii conferūt obtre- ✻ ctantes

B
E

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *rium quia erat valde pulchra, non solum corpore sed etiam moribus. Vnde interpretatur pulchritudo secundum Hieron. sicut de puero valde pulchro aliquando dicitur: hic est pulcher maurulus & quasi simili modo de Ioanne Baptista, Matt. 12. dicitur. Arundo vento agitata per contrarium vel negatiue. De causa vero obiurgationis Moysi propter Sephoram, dicunt expositores nostri, quod fuit, eo quod Maria soror Moysi & Sephora vxor eius rixatæ fuerunt adinuicem, sicut accidere solet mulieribus, & Maria super hoc conquesta fuit Aaron, & ambo simul detulerunt querimoniam apud Moysen, & ipse sustinuit partem vxoris suæ propter quod Maria indignata prorupit in verba contra Moysen. Rab. Sal. dicit quod causa obiurgationis Moysi fuit pro Sephora vxore sua, propter hoc quod Moyses separauerat se ab ea quantum ad thorum, eo quod frequenter loquebatur cum domino, & ideo volebat esse paratus semper cum vocaretur a domino, ad quod requiritur munditia carnis etiam per continentiam ab actu matrimoniali. Vnde & dicunt sancti, quod spiritus prophetię non tangebat corda prophetarum, cum erant depressa ex actu matrimoniali. Sacerdotes etiam veteris legis diebus quibus ministrabant, ab vxoribus continebant, & iste modus loquendi consonat textui, & secundum hoc exponitur sic.* Locutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius. *Quia separauerat se ab ea quantum ad thorum sine causa, vt eis videbatur, ideo subditur.*

Actus matrimonialis.

C

1 Aethiopissam. *Negatiue, uel per contrarium, ut sit sensus: Nō est ita male gratiosa, q deberet se separare, cum sit pulcherrima corpore & moribus. Nec ualet causa quam assignat, s. quod Deus frequenter loquitur cum eo, vnde subditur.*

2 Et dixe. *Non solum per Moysen, &c. q. d. non, vnde subditur.*

3 Nonne. *q. d. sic, qui tamen tenemus legem actus matrimonialis. q. d. ex hoc non habet causam separandi se ab vxore. Si autem quæratur, quomodo Maria & Aaron sciuerunt quod Moyses contineret ab uxore? Respondet Rab. Sal. di. quod quando Heldad & Medad prophetauerunt in castris, ut dictum est c. præc. Maria soror Moysi & Sephora vxor eius erant simul, & cum rumor de prophetia ipsorum uenit ad eas, Sephora dixit.* Væ vxoribus eorum, *quia ex tunc separabuntur viri earum ab ipsis sicut maritus meus separauit se a me, & tunc Maria dixit hoc Aaron, et ambo simul reprehenderunt Moysen.*

4 Quod cum. *Consequenter ponitur Aaron & Mariæ reprehensio, cum dicitur.* Quod cum audisset. *s. verba Aaron & Mariæ præsumptuosa & mala.*

5 Iratus est. *eo quod sciebant excellentiam sanctitatis Moysi, & ideo culpa eorum erat grauior, ideo subditur.*

6 Erat enim Moyses vir mit. *quia cum esset ualde excellens respectu eorum, tamen patienter eorum iniuriam sustinuit.*

7 Statim. *Ad ostendendum displicentiam Dei super isto uerbo facto. in Hebræo habetur. Et subdit, cuius causam assignat Rab. Sal. dicens, q Aaron & Maria tunc erant immundi, & per consequens inepti ad apparendum in conspectu Dei, & ideo compulsi fuerunt petere aquā purificationis, ut per hoc ostenderetur bonitas Moysi continendo se ab vxore, ut semper esset paratus apparere coram Deo, qui frequenter & subito uocabat eum ad loquendum cum eo, & ad confusionem Aaron & Mariæ qui immundi erant, quā io fuerunt uocati.*

8 Egredimini. *Nolebat enim fatuitatem Aaron in hoc facto curam populo ostendere, propter scandalum populi uitandum, & eadem ratione non est percussus lepra cum Maria, ut habetur infra & propter eādem rationem sacerdotibus non imponitur pœnitentia publica.*

vbi supra.
Quare sacerdotib. non imponitur pęnitentia publica.

9 Vocans, &c. *segregatim a Moyse, quia reprehendendo eos, volebat commendare Moysen, sicut patet ex sequentib. & commendatio alicuius conuenientius fit in absentia eius, quam in pręsentia. Vnde dicit Grego. Sapiens cum laudatur in facie, flagellatur in mente.*

Prophetica cognitio.

10 Si quis fue. *Ad intellectum huius considerandum, quod cognitio prophetica, quantum ad præsens spectat, fit tribus modis. Vno modo per abstractionem a sensibus exterioribus, ut in somno vel extasi. Alio modo sine abstractione tali, & hoc fit dupliciter: Vno modo quando in imaginatione fiunt aliquæ formæ virtute diuina, in quibus intellectus a Deo illustratus inspicit veritatem intelligibilem supernaturalem. Alio modo quando sine tali visione imaginaria intellectus a Deo illustratus cognoscit intelligibilem veritatem supernaturalem. Secundus gradus est altior primo, & tertius secundo, cuius ratio est, quia per occupationem sensuum exteriorum in actibus suis intellectus distrahitur, vt minus capere possit cognitionem supernaturalem, & ideo quando existente tali occupatione apprehenditur supernaturalis ueritas, est altior gradus, sicut in cognitione naturali, ille iudicatur melioris ingenij, qui curis distractus apprehendit ueritatem intelligibilem, quam ille qui nō potest apprehēdere, nisi sit ab omni tali distractione segregatus. Et ideo secundus gradus prophetię qui est sine abstractione a sensibus altior est primo, & similiter tertius est altior secundo, sicut in cognitione naturali ille est melioris ingenij, qui ueritatem intelligibilem capit absque manuductione per exempla sensibilia, quam ille qui indiget talibus. Secundum hoc igitur exponunt Hebræi literam istam.* Si quis fuerit inter, &c. vel per somnium loquar ad illum. *Per locutionem in somnio intelligitur primus gradus prophetiæ, per visionem secundus, qui sunt inferiores, ut dictum est. Ac si dicat dominus Aaron & Mariæ, non attigistis, nisi ad inferiores gradus prophetiæ.*

F

11 At non talis seruus. *Qui attigit gradum superiorem, & ideo* ✻ *non*

MORALITER

✻ irreuerenter loquētes contra Moysen, qui tn̄ erat mitissimus, significātur discipuli sub benigno magistro superbiētes & contra personā eius vel doctrinā irreuerēter loquentes, & tales sunt grauiter obiurgādi, sicut Aaron & Maria, & usque ad satisfactionē cōdignam de societate aliorum discipulorū eijciendi. Vn̄ refert cōmentator super secundum de consolatione, quod in ciuitate Atheniensi, vbi antiquitus vigebat studiū philosophiæ, quidam discipulus propter quoddam verbum irreuerentię contra suum magistrum, de loco studii fuit eiectus usque ad quinquennium.

Nota contra proteruos scholasticos.

ctantes. Nunquam enim inuenimus dominum tātū laudasse Moysen, quantum nunc cum detrahitur ei. Vnde: *si fuerit propheta quis vestrum domino in visionibus agnoscar ei, & in somniis loquar ei, non sicut famulo meo Mo. &c.* Vides quid sibi pœnæ obtrectantes contulerint, quid illi laudis, sibi turpitudinē, illi splendorem, sibi leprā, illi gloriā. Ante tamen quā acciperet Aethiopissam non est scriptū qā in specie locut⁹ sit ei De⁹, & nō in ænigmate, ea accepta De⁹ dicit: *Os ad os loquar ad eum in specie & non in ęnigmate.* Cū enim Moyses coniungit nīæ Aethiopissæ, iā lex Dei nō ī figura sicu pri⁹, sed ī ipsa

*Moyses exaltatur a domino.*

*Allegoric.*

seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. 1 Ore enim ad os loquor ei, & † palam, non per ænigmata & 2 a figuras dominum videt. Quare igitur non timuistis detrahe- 3 b re seruo meo Moysi? Iratusque contra eos abiit. Nubes quo- 4 c d que recessit, quæ erat super tabernaculum. Et ecce Maria † 5 6 e apparuit candens lepra quasi nix. Cumque respexisset eam Aaron & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte con- 7

a ¶ Irascitur Deus detractoribus.

a ¶ Plebs Iudaica.

a Recedente nube, id est Dei visitatione.

specie veritatis agnoscitur, & quæ prius in ænigmate signabātur, nūc in ueritate cōplentur. Vnde Paulus: *Scimus quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Mo. baptiz. sunt, &c.* Vides quomodo Paul⁹ ænigmata legis absoluit, & species enigmatū docet, dicens quod petra erat in ænigmate apud Moysen, antequam iungeretur Aethiopissæ, nunc in specie petra Christus est. Nunc. n. ore ad os loquitur per legem Deus. Ante in ęnigmate fuit baptismus ī nube & in mari, nunc ī specie regenerationis est in aqua & spiritu. Tūc ī ænigmate erat māna cib. nunc in specie verbi Dei caro vere est cib. Nunc ergo Moyses Aethiopissæ iūctus, vel ipse ad nos vel ad ipsum Deus non loquitur in ænigmate, sed in specie.

*1. Cor. 10. a*

*Ioan. 3. a.* *Exo 16. b.* *Ioan. 6. c.*

a *Dominum.* IDEM. Alia litera: *Et gloriam domini videt.* Vidit Moyses gloriā domini, quādo transformatus est dominus in monte, & aderat ei Moyses cum Helia, & colloquebatur ei. Ideo recte addit.

*Luc. 9. d.*

b *Quare igitur.* IDEM. Quod ad eos dicitur, qui euangelia suscipere videntur, derogant autē Moysi. Et merito arguuntur, quia cū dicant per euangelium, quod Moyses cū Helia vidit gloriam domini, audent derogare legi & prophetis. Nō detrahamus ergo legi, nec simus auditores solū, sed & factores, vt cum Moyse glorificemur. Parant aūt materiam derogandi Moysi, qui legē non spiritualiter exponunt. Qui enim cū audiunt ritū sacrificiorum, obseruantiā sabbathorum, vel similia in ecclesia recitari, offēduntur & dicunt, Quid prosunt nobis præcepta Iudaica? Iudæi de his viderint. Danda est ergo opera, ut lex spiritualiter intelligatur & explanetur, ne ab imperitis derogetur Moysi. Sed conuertamur ad dominū, vt auferat a nobis velamē literæ, ne deformis videatur nobis vultus Moysi, sed decorus & gloriosus, vt non obtrectemus, sed pro magnitudine sensuum eum glorificemus.

*Derogare Moysi.*

*Iacob. 1. d*

*Exo. 34. d.* *2. Cor. 3. c.*

c *Nubes quoque recessit.* ORIGEN. *Et nubes recessit de tabernaculo, &c.* Prius recessit nubes, quā Maria repleatur lepra, vt ostēdatur, quia si est in aliquo gratia sancti spiritus, & obtrectat & detrahit, recedit ab eo post obtrectationem, & lepra repletur anima eius. Nam populus ille prius habuit in se gloriam Dei

*vbi supra.*

ALLEGORICE. Sed postquam in verum Moysen. i. Christum extēderunt linguas blasphemantiū vel blasphemię, discessit ab illis nubes, & trāsiit ad nos in mōtem excelsum, cū saluator trāsfiguratus est, & nubes refulgēs obumbrauit discipulos, & vox de nube dixit: *Hic est filius meus dilectus, &c.* post hoc ergo Maria facta est leprosa sicut nix. Donec aderat nubes, non erat leprosa, dū enim visitatio Dei in populo illo fuit, leprosus non fuit.

*Matt. 3. d.*

Timeamus & nos ne forte fugemus a nobis hāc nubē male cogitādo, male loquendo, male agēdo, & appareat in nobis lepra peccati.

*Moraliter.*

d *Et ecce Maria.* ✱ THEODOR. Quare cū ambo cōiuriati essent, illa sola pęnas luit. Imprimis qā graui⁹ erat delictum mulieris. Masculo. n. tum natura, tū lex fœminā submittit. Dein de veniā aliq̄ merebatur Aaron, nimirū vt prouectior ætate, ac pōtificiā dignitatem obtinens. Præterea qm̄ leprosus secundum legem immundus esse videbatur. Aaron autē radix erat sacerdotum & origo, propterea parē ei pęnam non inflixit, sed per mulierem terruit illum, simul & erudiuit, quia prior hoc beneficiū adeptus, iniuriam passum deprecatus est, vt precib. hāc cladē auerteret. Tū clementissimus dominus docuit se nō iudiciario modo, sed paterno illum erudiisse. Habet autē & annexum honorē hęc ignominia, quia non prius loco motus est populus, quam hæc a plaga liberata fuerit.

*Quæst. 23.* † *per visionem.*

*ter alt lepro sa.*

e *Cumq; respexisset.* ORIG. Alia litera. *Et respexit Aaron ad Mariam, & ecce Maria erat leprosa.* Vult in hoc ostendere, quod populus ille formatus fuit ī vulua matris synagogæ, non tū potuit peruenire ad integrum partum. Sicut abors⁹, imperfect⁹ partus est, sic ille popul⁹ aliquāto tēpore intra vuluā matris .i. synagogæ ī institutione positus fuit. Sed peccatis intercedentibus integre formari & viuificari nō potuit, ideo abiecti sunt peccato cōsumente (vt ait) dimidium carnis eius. Bonus tñ dicitur abortus, non absolute, sed aliis comparatus. Vnde Ecclesiastes: *Bonus est aborsus, magis quam ille qui in vanitate incedit.* Et alibi dicit; *Bonos esse mortuos magis quam viuentes.* Quibus si compares abortum, bonum dicas esse super vtrunq. Non autem alios nominat viuentes quā de quib. dicitur: *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Non .n. omnis vita in vanitate est, sed q̄ ſm carnem est, & ſm errores seculi & voluptates, super hanc omnis homo est, qui huic vitę mortuus est, & dicit: *Mihi autem mundus crucifixus est, & ego mundo,* de quo dicitur: *Mortui estis cum Christo, &c.* Super hos dicitur esse aborsus quia licet venisse videatur in carne, nulla tamen huius vanitatis sumpsit initia. Alius videtur etiam isto melior, de quo dicit Ecclesia. *Et optimus super hos, qui nondum natus est,* id est, qui nec ad conclusionē vuluæ carnalis & corpore natiuitatis uenit in vitā, vt angelus. Quod autē dicit: *laudaui omnes mortuos magis quam viuos, & eos qui fiunt vsque nunc:* Euidēter ostendit, quod eos dicat meliores qui mortui sunt mundo, & īferiores q̄ viuunt mundo. Ad literam enim non magis laudandi sunt mortui, q̄ viuentes. Laudatur enim quis in eo quod bona voluntate egerit. Mors autem communis nulli ex voluntate venit. Quomodo ergo quis laudatur in eo quod contra proposi tum patitur? Alioquin laudabitur Pharao submersus in mari super Moysen q̄ euasit, & Aegyptii super populum Dei q̄ sic co vestigio transiuit. Si ergo renuntiasti seculo, si abiecisti vitia, si

*vbi supra.* *Tropolog.*

*Eccle. 6. b.* *Eccle. 4. a.*

*Psal. 38*

*Gal. 6. d.* *Coloss. 3. a.*

*Eccle. 4. a.*

*Ibidem.*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *non debetis in prophetia eius vos æquiparare, nec in bonitate morū, ideo subditur.*

1 Qui in omni domo mea fidelissimus est. *nec in cognitione diuinorum similes vos reputabitis ei, ideo subditur.*

2 Ore enim ad os loquor ei. *Palam, & non per ænigmata & figuras Deum videt. Per hoc enim quod dicitur palam, &c. intelligitur tertius gradus prophetię prędictus, in quo non requiritur aliqua visio imaginaria. Per hoc autem quod dicitur.* Ore enim ad os loquor ei, *intelligitur quædam specialitas & dignitas in isto tertio gradu prophetiæ, quia quanto frequentius & familiarius Deus reuelat alicui super naturalem veritatem, tanto ille gradus est dignior, & iste erat in Moyse. Tamen secundum Hebręos non uidit diuinam essentiam, secundum quod dictum fuit sibi, Exodi 33. d.* Non videbit me homo & viuet.

*Ore ad eos loqui.*

*Augustinus vero dicit, quod concessum fuit ei in præsenti vita videre Dei essentiam, quod accidit ex hoc quod dicitur hic.* Palam *& non per ænigmata Deum videt, quia omnis cognitio Dei citra visionem diuinæ essentiæ ænigmatica est, secundum quod dicitur 1. ad Cor. 13. d.* Videmus nunc per speculum in ænigmate, &c. *Vbi autem & quando fuerit concessa Moysi talis visio, non vidi determinatum ab aliquo doctore.*

*Augustin.*

3 Quare igitur. *q. d. quia inter homines ille qui est familiaris regi mortali, timetur offendi & iniuriari, & multo plus debet timeri offensa amici mei.*

4 Iratusque contra eos abiit. *Hic consequenter ponitur peccati reprehensi punitio, vbi primo ostenditur indignatio Dei cum dicitur.* Iratusque contra eos abiit, *id est, disparuit.*

5 Nubes quoque recessit quæ erat super taberna. *Non tamen eo modo sicut recedebat in motione castrorum.*

6 Et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. *Ista similitudo tenet quantum ad omnia, sed quantum ad hoc quod candor niuis lucidus est, et candor lucens signum est leprę, ut habetur Leuiti. 13. a.*

7 Obsecro domine, &c. *Humiliauit se Aaron ex timore, quia vidit sororem suam lepra perfusam, et ex compassione orauit pro eius sanatione.*

✱ 1 Clama-

A tia, si nō moueris ad peccatū, quasi mortuus eris, & moris vitæ laudabilis, nā de morte cōi, quę lege naturæ venit, nemo laudatur. Sciens autem Paulus in supradictis ordinib. esse aliquem aborsum, de seipso ait, Nouissime autem tanquam abortiuo visus est & mihi. Super viuentes se & super mortuos: post eos tamen qui nondum nati sunt, numerans. Fuit ergo Maria sicut aborsū, non enim potuit popul⁹ ille ad perfectū, in lege formari, vnde: *Neminem ad perfectum adducit lex.* Quosdam etiam a fide dilapsos & velut in aborsum conuersos ad perfectæ natiuitatis instituta reuocat Apostolus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec form t. Christus in vobis, & cætera.*

1.Cor.15.b — *peccauimus.n. — Heb.7.c. — Gal.4.c.

misimus. + ne fiat hęc quasi mortua, & vt abortiuum quod proiicitur a vulua matris suæ. Ecce iam medium carnis eius ¶ Id est deuorauit lepra. a deuoratum est lepra. Clamauitque Moyses ad dominum di- 1 cens: Deus obsecro sana eam. Cui respondit dominus: Si pa- 2 b ter eius spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem se- ¶ Alias diebus. ptem dierum rubore suffundi? Separetur ¶ Septimana huius mundi. septem diebus ex- 3 ¶ Ecclesię. tra castra: & pustea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria ex- a ¶ Septimana huius mundi. c tra castra septem diebus, & populus b ¶ Quia nullus ex eis profectus, donec mundetur Maria a lepra. non est motus de loco illo, 4 donec reuocata est Maria.

vbi supra. a *Clamauitque Moyses ad dominum dicens. Deus obsecro sana eam*
B *Cui respondit dominus.* ORIGENES. Alia litera: *Et proclamauit Moyses ad dominum dicens, Domine precor te, sana eam, &c.* Quem oportebat orare pro sanitate populi sui, nisi Moysen, Forte hoc erat, quod cum domino loquebatur in monte transformato, petens ut cum plenitudo gentium introisset omnis Israel saluus fieret.

Matt.17.a — Rom. 11.c — Deut.24.c

b *Spuisset in faciem illius, nonne debuerat sal. &c.* Signum repudii est in faciem conspui. Vnde proximus qui repudiat coniugium, discalciatus in faciem conspuitur. Hinc Esaias: *Omnes gentes sicut gutta situlæ, & sicut sputum reputatæ sunt.* Ostenditur ergo quod etiam ille populus, sicut cæteræ gentes, quæ vt sputum reputantur, abiectus est. Si enim consideres priorem honorem, pontificalem ordinem, insignia sacerdotū, Leuitica ministeria, maiestatē templi, & eos cum cælestib. in terris habere cōsortia. Qui fuit ille honor, quę gloria? Nunc aūt multo dedecore horrescunt sine tēplo, sine altari, sine sacrificio, sine propheta, sine sacerdotio, & sine cęlesti visitatione. Vnde patet, quod pater cō spuens perfudit uultus eorum ignominia. Septem ergo diebus separātur extra castra, id est, p septimanam huius mundi. In septimana autē dierum totius creaturę visibilis videntur producte esse substantię. Tunc.n. quæ non erant, facta sunt. In septimana toti⁹ mundi quędā secreta & Deo soli cognita dispēsatione q̄ tunc producta sunt, explicantur. In hac septimana (quia sequestrata est Maria) non mouētur castra filiorum Israel, sed stāt in uno loco conclusi, & null⁹ ex eis profectus est, donec mundaretur Maria a lepra sua.

Esa. 40. d. secdm LXX. — Rom. 5.c. — C — E

vbi supra. c *Septem dieb. & populus non est motus de loco illo.* ORIGEN. Maria quidem interueniente Aaron pontifice septimo die curatur. Nos autem obtrectātes usque ad finem septimanæ mundi, id est, usque ad resurrectionem permanebimus leprosi, nisi dum pœnitendi tempus est, corrigamur conuersi ad Iesum & per pœnitentiam supplicantes ei.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Clamauitq; Moyses ad dominum. *Tanquam immemor iniuriæ, memor clementiæ.*

2 Si pater eius spuisset in faciem eius. *Spuere in faciem alicuius, signum est contemptus & indignationis, & ideo hic est sensus. Si pater carnalis ostendisset ei indignationem & reprehendisset eam sicut & ego feci, debuisset esse confusa septem dieb. multo magis debet esse cōfusa de indignatione mea.*

3 Separetur. *Septem dieb. extra castra eo modo quo leprosi eiiciebantur de castris, vt dictum est supra ca.5.*

F 4 Et populus non est motus. *Ex quo patet impedimentum itineris ex reuerentia ad Mariam.*

✲ NICO-

*ADDITIO I.*

*In cap.12. vbi dicitur in postilla, Ra. Sal. di. quod causa obiurgationis* Moysi *fuit pro Sephora vxore sua.*

*Ratio Rab. Sal. in hoc loco in parte videtur continere veritatem sc. in hoc quod* Moyses *separauerat se a Sephora vxore sua, quantum ad thorum, propter frequentiam diuinæ allocutionis, quod est verum, prout in postilla largius declaratur, Sed in hoc interpretatur illud quod dicitur. Aethiopissam, negatiue uel per contrarium. Aliter exponitur ab aliis, & melius ut videtur, s. quod Sephora erat nigra quasi* Aethiopissa, *prout litera plane sonat.* Madianitę *enim de quorum natione Sephora erat, pro magna parte commorabantur in tentoriis, sicut habitantes* Cedar. *Vnde Abacuk in cantico:* Vidit tentoria Aethiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. *& sic Madianitæ propter calorem solis denigrabantur. vnde &* Aug. *prout ponitur in glo. Madianitæ prout in Paralip.* Aethiopes *nuncupantur, quando contra eos pugnauit* † Iosaphat. *Maria autem assignabat causam separationis ipsius Moysi a sua vxore non allocutionem diuinam, sed turpitudinem seu nigredinem ipsius Sephoræ. q. d. Si* Moyses *pulchram habuisset vxorem, non se parasset se a thoro illius, sed hoc fecit, quia est Aethiopissa sc.* nigra. *Ad quod probandum dicebat:* Nonne & nobis similiter locutus est Deus? *quasi diceret pp prophetiā nō est necessaria separatio perpetua ab actu matrimoniali, quia similiter sumus nos prophetæ sicut & ille, & tamē nō semper separamur ab illo actu, in quo magis videbantur detrahere ipsi Moysi, quam si Sephora esset pulchra, & cum hoc ab ea separaretur. Nam secundum hanc sententiam in duobus errabant.* Primo *quia parificabant se ipsi Moysi, quod erat manifestè falsum. Secundo, quia iudicabant separationem eius ab vxore in deteriorē partem. Vnde sequitur;* Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra, *eo quod patienter tolerabat huiusmodi iniurias. Et notandum, quod ex hoc posset sumi ratio continuationis capituli huius ad immediate præcedens, quæ quidem capitula debent continuari ex hoc quod dicitur.* Locutaque est Maria. *Coniungit enim vtraq; capitula cum dicit:* Locutaque, &c. *Ratio autem continuationis sequitur, quia in præcedente capitulo fuit ostensa notabiliter humilitas ipsius Moysi, in hoc quod placebat sibi, ut totus populus ei parificaretur in dono prophetiæ, prout ibidem fuit declaratum. In hoc autem non solum de purificatione non curabat, sed etiam detractionem fratrum, quæ magis intolerabilis est (iuxta illud Psal.* Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq.) *humiliter sustinebat. Vnde in hoc loco quasi concludendo de humilitate Moysi dicit:* Erat enim Moyses vir mitissimus.

C — Abac.3. a. — †Asa. — Psal. 54.b.

*ADDITIO II.*

*In eodem cap.12. vbi dicitur in postilla:* At non talis seruus me⁹ Moyses, &c.

*In verbis Mariæ & Aaron, detrahentium de* Moyse, *non habetur quod æquiparentur ipsi in bonitate morum, dixerunt enim:* Non solū per Moysen locutus est dominus, nonne & nobis similiter locutus est. *In quibus verbis, nihil videtur dici proprie de bonitate morum, sed tantum de dono prophetiæ, & ideo hoc quod interponitur hic.* In omni domo mea fidelissimus est, *exponendum videtur de excellentia prophetiæ* Moysi *respectu aliorum, de quo hic proprie loquitur. Primo sciendum, quod non solum in dono pophetiæ* Moyses *excedebat alios, in hoc quod ore ad os loquebatur & dominus & palam, & non per ænigmata & figuram Deum intuebatur, prout in litera habetur, & exponitur in postilla, sed etiam in hoc, quod ipse* Moyses *habebat reuelationes propheticas quandocunque volebat, vt patet Nume.ix.b. vbi dicit;* State & † consulam quid præcipiat domin⁹. *Vnde quandoque intrabat tabernaculum fœderis, statim audiebat vocem domini loquentis ad eum. Vnde Nume.7.g.* Cumque ingrederetur Moy. tabernac. fœde. vt consuleret oracu. audiuit vocē. *Alii vero prophetę non sic, sed requirebatur quod se disponerent, prout Rab. Moy. declarat satis bene in suo Deute. Et ista differentia videtur innui hic. Vnde de aliis prophetis dicit, In visione apparebo ei, vel per somnium, quæ non semper contingunt quando homo ea appetit. De Moyse vero dicit:* In omni domo mea fidelissimus. *Ille enim qui in aliqua domo reputatur fidelissimus, potest ingredi in illā domū quandocunque voluerit sine impedimento, &c.*

Moyses quare excellentior — † audiam.

A REPLICA *correctorij contra Burge. In cap. 12. vbi dicitur de fidelitate Moysi, Burgen. non vult exponi debere de bonitate moris, sed de excellentia prophetiæ, adiungens quod Moyses habebat reuelationes propheticas quandocunque volebat, &c. Sed certum est talia ad literalem sensum modicum pertinere, nec videtur catholicum Mosen vltra dominum nostrum Iesum Christum extollere, qui voluntatem suam humanam diuinæ voluntati subiectam esse debere clare ostendit dicēs;* Matt. 26. d Pater non sicut ego volo, sed fiat voluntas tua. *Secundum istam autem inutilem commendationem Moysi diuina voluntas videretur alligata, si quandoque voluit prophetare potuit. Et probatio Burgen. ad hoc inducta falsificat suam intentionem, quia adducit illud:* State vt consulam, quid præcipiat dominus. *Ille enim textus ostendit luce clarius illustrationes factas Moysi potius dependere a diuina voluntate præcipiente, quam a Moysi voluntate obaudiente, vt patet rectè intuenti literam, & sæpe supra correcta est excessiua Burgen. extollentia, qua Moysen præter, imo contra intentionem literæ commendauit, ut in correctorio immediate præcedente, & in secundo correctorio capit. 33. Exod.* D

CAP. XIII.

a PHaran. RABANVS. Notandum, quod Pharan non est speciale nomē mansionis, sed solitudinis plures māsiones continentes, sicut in catalogo māsionū demonstratur cū dicitur, Profecti filii Israel de Aseroth, castrametati sunt in Rethma, deinde in Remōphares, & sic omnes per ordinem vsq; ad Asiongaber, id est, vsque ad tricesimamsecundā māsionem sub Pharan solitudinis nomine mansionis comprehēsæ sunt, à Rethma ergo quæ fuit in ordine decimoquinto vsq; ad tricesimam secundam hęc continentur. [Pharan solitudo. Infra 33. c.] B

Pharan intrepretatur os visibile, in quo potest intelligi quod *verbum caro factum est*, & inuisibilis visibilis effectus. Et potest ex hoc significari, quod postquam finis & perfectio omnium quæ egga illū populū gerēda erant venit, tunc transiit & venit ad eum quē verbum carnem factum ante non credidit. [† Zechur.]

b *Mitte viros, &c.* ✱ THEODORETVS. Mitti mandauit exploratores, vt cum prænossent fertilitatem terræ, consequi tam vberes fructus optarent. Alioqui dubitantes & claudicantes absq; vlla excusatione plecterentur. [Quæst. 24]

✱ PROCOPIVS. Hoc iussit Deus, vt ignauiam populi sibi cōpertam in lucem produceret, vt immorigeri agnoscerentur. Quinetiam si ignari terræ, in eam inuasissent, eaque conspecta retrocessissent, maximam contumeliam Deo, animique confidentiam Palæstinis attulisset.

CAP. XIII.

¶ Mandata Maria.

1 PROFECTVSQVE est populus de Ha- a ¶ Domus perfecta interpretatur. a seroth, fixis tentoriis in deserto Pharan. Ibi locutus est dominus ad Moysen dicens: b 2 Mitte viros qui considerent terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus. 3 Fecit Moyses quod dominus imperarat, 4 de deserto Pharan, mittens principes viros, quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben, Semmua filium † Zachur. De tribu Simeon, Saphat filium Huri. De tribu Iuda, Caleb filium Iephone. De tribu Issachar, Igal filium Ioseph. De tribu Ephraim, Osee filium Nun. De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabulon, Geldehel ¶ Alias Geddiel.

*Mitte viros qui, &c.* RABANVS. Duodecim exploratores mittuntur ad sanctā terrā. Botrus defertur in ligno, vbi & Christi breuiter passio demōstrat. Murmurat populus Iudæorum, gigantem formidans impetū. Pugnatur cōtra Amalech & Chananæū volente Deo & vincitur popul9. Audit quæ debeat in terra sancta facere sacrificia. Dathan & Abiron & filii Core cō surgunt cōtra Moysen & Aaron, & terræ voragine glutiuntur. Inter mortuos & viuentes pōtifex medi9 thuribulo armatus ingreditur, & currēs ira Dei sacerdotis voce prohibetur. Virga Aaron & florē profert & folia, & in æternā memoriā virens siccitas cōsecratur Needum tēplum vel æditui, needū sacerdos & Leuitę sacrificia obtulerant, & partes eorum mysticus sermo describitur. Vitula rufa in holocaustum crematur, & cinis eius piacularis aspersio est. [E Mystice. Infra, 16. c. Infra 17. c.]

✱ Pro- ☞ a Voca- F

C NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

1 PRofectusq; est populus. *Hic consequenter ponit impedimentum ex transgressione exploratorum, & bñ cōiungitur præcedenti, quia sicut Maria peccauit verbis malis & falsis, ita & exploratores. Et diuidit in partē principalem, et incidentalem. Secunda pars incipit 15. cap. Circa primum primo præmittitur transgressio exploratorum, secundo aliorum 14. ca. Circa primum ponitur primo exploratorum itineratio, secundo eorum relatio, ibi:* Locutique sunt eis. *Circa iter exploratorum primo ponitur locus vnde recesserunt,* in deserto Phara. *Ex hoc videtur quod retrocessisset, quia supra 10. capit. dicitur recedendo de monte Sinai, primo requieuit nubes in solitudine Pharan. Dicendum quod Pharan est nomen generale deserti, in quo sunt multa loca determinata, quorum vnus est Aseroth. Supra 10 cap. accipitur Pharan pro prima parte deserti prope montem Sinai, hic autem pro vltima versus terram promissionis, et Aseroth est in medio. Secundo ponitur eorum missio, cum dicitur Moysi.* [Diuisio.]

2 Mitte viros qui. *Circa quod sciendum, quod populus incitabat Moysen ad mittendum exploratores, qui considerarent terram ante ingressum eorum, secundum quod habetur Deut. 1. b.* Accessistis ad me omnes, atque dixistis, Mittamus viros qui considerent terram, & renuntient per quod iter debeamus ascendere. *Hoc autē non uidebatur bonum ipsi Moysi, eo quod dominus ei dixerat, quod esset eorum ductor, ut habetur. Exod. 33.* Veruntamen propter importunitatem populi consuluit super hoc dominum, qui respondit ei: Mitte uiros, &c. *ita quod fuit permissio ad malum populi male petentis, sciebat enim dominus quod per exploratores deciperentur.* [Explorat res quar mitti.]

3 Fecit Moyses. *In Hebræo habetur,* quod dixerat. *quia non fuit proprie præceptum sed permissio.*

4 Mittens princip. *Sic nominantur, quia pro tunc erant boni, sed postea fuerunt detoriorati, Cętera patent vsque ibi:*

✱ 1 Voca-

MORALITER.

† 1 *Profectusq. est populus* Sequitur.

2 *Mitte viros, etc.* Allegorice per exploratores terrę promissionis significatur sacerdotes & scribę ueteris legis, qui p scripturas explorabant Christi aduentum quantum ad tempus, & quantū ad locum, & alias circunstantias. Vnde Matt. 2. a. requirente Herode vbi Christ9 nasceretur, responderunt: *In Bethleē Iuda,* a legātes ad hoc scripturā quæ habetur Micheæ. 5. a. tamen aliquantulum aliter in verbis. *Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel.* Vnde super illud Matt. 21. *Hic est hæres:* dicit Hieronymus. Ex hoc patet, principes Iudæorum non ex ignorātia, sed ex inuidia crucifixisse dominum Iesum Christū Sed quia prædicabat contra vitia eorū, subuersa fuit in eis cognitio quam habebant de ipso. Christus autē cōueniēter potest dici terra promissionis, eo q ad terrā uiuentiū nos itroducit, & qa corp9 ei9 terrenū est, terra promissa nobis in lege & prophetis. Per hoc aūt q pauci exploratores, s. Caleb & Iosue tm̄ in veritate steterūt, aliis ab ea declinantib. & peruertentib. populum, figuratum fuit, q in aduētu Christi pauci de doctorib. Iudæorū starent in ueritate, s. Nicodemus, Gamaliel, Nathanael & aliqui alii, aliis a veritate declinantib. & seducentibus populū, & inducentib. eum ad petendū mortē Christi, vt habetur Matth. 27. & Marci 15. & Lucę 23. Apostoli vero qui steterunt in ueritate, nō fuerūt doctorib. Iudæorū, sed fuerūt homines simplices & sine literis, vt habetur Actuū 4. ca. Moraliter aūt p exploratores in uerirate nō stātes, & ab ea populū auertētes, significāt prælati & doctores ecclesiæ mali, q p notitiā scripturarū exploratores sunt terræ uiuētiū, sed per suā uitā malā ab ei9 ingressu deficiunt & et alios impediunt. Mat. 23. b. *Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritę, qui clauditis regnū cęlorū ante homines: vos enim nō intratis, nec introeūtes sinitis intrare.* [Allegoric. Moraliter]

† MORA-

a *Vocauitq; Osee, &c.* ✱ THEODORET. Vocauit illud Iosue quoniam erat figura veri Iesu, qui imitatus est exploratores in peragēda salute nostra. Sicut enim exploratores per se ferebāt habitū & vocem gentium quas explorabant, ita Deus verbū humanū induens naturam, illius vtens lingua salutem nostrā procurauit.

b *Ascendite ad meridianam plagam.* AVGVSTI. Alia litera: *Et dixit ad eos: Ascendite de ista cremo, & videbitis terram quæ sit, & populum qui insidet super eā, si fortis est an infirmus, si pauci sunt an multi.* Expo suisse intelligitur secundum quid dixerat, si potens est infirmus, hoc est si pauci sunt an multi. Quomodo enim possent de monte prospiciētes sētire humanarū virium fortitudinē? Potest & alius sensus multo esse congruētior veritati. Quod ait: *Ascendetis in montem* in ipsam terram, quam explorare uolebāt. Non enim possent facile exploratores intelligi, nisi peregrinātes omnia perquirebāt. Nam si de vertice mōtis eos putauerimus conspexisse terram & explorasse, quomodo possēt exquirere omnia quæ Moyses præcepit? quomodo intra re ciuitates, quas leguntur intrasse, & de illa velle botrū tollere, propter quem vallis botri dicitur? In ipso ergo monte explorabatur terra, quia ipsa erat quæ exploraretur, & ibi erat quidā depressior locus, de qua valle botrus ablatus est.

Quæst. 25. / † de tribu. / Quæst. 21. / Literaliter / † hac. / † Roborate vos.

filium Sodi. De tribu Ioseph, † sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. De tribu Aser, † Sur filium Michael. De tribu Nephtali, Nahabi filium Vapsi. De tribu Gad, Guel filium Machi. Hec sunt nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam terram. † ¶ id est saluatorem.
a Vocauitque Osee filium Nun, Iosue. Misit ergo eos Moyses 1
b ad considerandam terram Chanaan, & dixit ad eos: Ascendite ✝ ad meridianam plagam. Cumque veneritis ad montes, a ¶ Silicet contemplandam. considerate terram qualis sit, & populum, qui habitator est eius, vtrum fortis sit, an infirmus, pauci numero, an plures, ipsa terra bona an mala, vrbes quales, muratę an absque muris, humus pinguis an sterilis, nemorosa an absque arboribus, † Confortamini, & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando † iam præcoquæ vuæ vesci ¶ Peregrinantes. possunt. Cumque ascendissent, explorauerunt terram, a deserto Sin vsque Rohob intrantibus Emath. Ascenderuntque ad meridiem & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & 2 Sisai & Tholmai, filii Enac. Nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Ægypti condita est. † pergentesque vsque 3 4 a ¶ Christi, qui de crucis ligno pependit. ad Torrentem botri, absciderunt palmitem cum † vua sua, a ¶ Duo populi. ¶ Quibus figuratur ecclesia, quæ Christum sequitur.
c quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque gra-
d natis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehel eschol, id est Torrens botri, eo quod botrum inde †
e portassent filii Israel. Reuersique exploratores terræ post 5 quadraginta dies, omni regione circumita, venerunt ad Moysen & Aaron, & omnem cœtum filiorum Israel

*suam, & sequatur me.* Hic est hortus, qui effusum in salutē nostram vnum sanguinis sui, crucis contritione perfudit, & expressum passionis suæ calicem propinauit ecclesiæ. Quem in malo granato socia muneris gratia secuta est mater ecclesia, habens intra se per granorum numerū multitudinem populorum, per ruborem, id est, sanguinis Christi signaculum, coruscantem habentem etiam diuersa spiritussancti charismata, quibus se indignos incredu li iudicantes, terram carnis Christi fluentem lacte & melle, accipere non meruerunt, quam per fidem eius serui, id est, Christiani, consecuti sunt. De cuius doctrina dicitur Psalmo cētesimo decimo octauo: *Quam duplicia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Ficum cum botro de terra promissionis attulerunt, id est, imaginem legis cum figura Christi. De Christo enim dicitur: *Frater meus vt botrus Cypri.* quia nec Christus sine lege, nec lex sine Christo esse potest.
d *De malis quoque granatis & de ficis, &c.* Quæ legem significant, quia nec Christus sine lege, nec lex sine Christo.
e *Exploratores terræ post quadraginta dies, &c.* ISIDORVS. Exploratores qui ad terram vberem missi terruerunt populum, ne crederent posse haberi terram a domino promissam, Scribas & Pharisæos significant. Sicut enim illi per Moysen missi sunt, vt soli fœcunditatem sollicite considerarent, sic isti per legem & prophetas, vt per scriptuarum inuestigationem domini specularentur aduentum. In quo erat terra, id est caro sancta, in qua regnum Dei, & vbertatem spiritualium fructuum, & vitam æternam consequi possent. Sed sicut illi desperatione terruerūt populum, ne crederent Deo promittenti, sic isti suaserunt populo Iudæorum, ne Christo crederent, ad Aegyptum huius seculi redire cupientes, manna fidei repudiantes, & quærentes ollas peccatorum nigras, & cępas blasphemiarum repudiatas, & pepones uitiorum & libidinum corruptionem marcescentes.

D / † Sthur. / † Chanaā / E / † primitiæ vuarū sūt. Chald. interpres primę vuęma turescunt. / Can. 1. d. / † Deut. 1. g / † botro. / † abscidissent. / omni regione circumita. / Allegoriæ. / F / Exo. 16. a

c *Quem portauerunt, &c.* ISIDORVS. Botrum in ligno de terra promissionis duo aduehūt, quia Christus pēdens in ligno crucis promissus gentib. de terra genitricis Mariæ secūdum carnem natus. Duo baiuli, qui sub onere botri incedebāt, vterq; populus est, cuius prior Iudaicus cæcus & auersus, ignarus prudētis gratiæ, & pressus onere suspensi, cui subiicietur iudicanti. Vnde: *Obscurentur oculi eorum ne videant, &c.* Qui vero posterior veniebat, populum gentium significabat, qui credens, & Christum ante oculos habens, semper quem portat videt, & quasi seruus dominum, & discipulus magistrum sequitur, secundum illud: *Si quis vult post me venire, tollat crucem suam,*

Mystice. / C / Psal. 98. f. / Moraliter / Matt. 16. d

a In de

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Vocauitque Osee filium Nun Iosue. *Quod autem in præcedentibus vocatus est Iosue, hoc est per anticipationem. Ratio autem quare Moyses mutauit nomen eius fuit quia Moyses orauit dominum vt reuerteretur cum salute corporis & mentis, quod & factum est, vt patet ex sequentibus, ideo vocatus est Iosue qui interpretatur, salus. Cætera patent vsque ibi.*
2 Et venerunt in Hebron, vbi erant Achiman, &c. *In Hebræo habetur:* Et uenit in Hebron. *Et dicit Rab. Sal. quod solus Caleb iuit illuc, & orauit dominum super sepulchra patrum, vt dominus præseruaret cum a deceptione aliorum exploratorum, quos videbat iam inclinatos ad malum. Et hoc accepit ex hoc quod habetur, Iosue 14. vbi Caleb dicit Iosue:* Iurauitque Moyses in die illo; Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua. *Et sequitur ibidem:* Benedixitq; Iosue & tradidit ei Hebron in possessionem.
3 Nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Aegypti conditā est. *Hoc autem interponitur ad respondendum tacitæ quæstioni, quia immediate fecerat mentionem de filijs Enac qui erant gigantes, & in Tanim Aegypti ciuitate commorabantur gigantes propter quod gigantes Titanes vocati sunt. Ideo posset aliquis mirari & quærere, maxime veniens de Aegypto sicut erunt filij Israel, quomodo in Hebron essent gigantes? ideo dicit quod Hebron fuit edita ante Tanim, quasi diceret, non est mirum si ibi habitant gigantes, quia Hebron est antiquior & propinquior tempori diluuij quam Tanim, in quo vigebat natio gigantum.*
4 Pergentesque usque ad torrentem botri. *Causa huius nominis exprimitur in litera, & patet.*
5 Reuersique exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circumita. *Dicit Rabbi Salamo quod minus tēpus satis requirebatur ad peragrandum tanta terræ spatia, sed dominus breuiauit, quia disposuerat differre ingressum terræ promissionis per quadraginta annos, secundum numerum dierum quibus exploratores considerauerūt terram, ut habetur capitulo sequenti.*

Caleb quarte non decepit. / Titanes.

a In desertum Pharan quod est in Cades.

RABANVS. Solitudo Pharan decem & octo mansiones continet. in quarum vltima reuersi exploratores ad Moysen renuntiauerunt quæ viderunt portantes botrum cum malis granatis & ficis. Et in sequentibus scriptum est, Profecti de Asiongaber, castrametati sunt in deserto Sin, hæc est Cades, quæ non sancta (vt plerique æstimant) sed mutata vel translata interpretatur. In hac mansione moritur Maria et sepelitur, & propter aquas contradictionis Moyses & Aaron offenderunt dominum, & prohibētur transire iordanem.

†gigantes filios. Infra 33.d

a in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutique eis & omni multitu- 1 ni, ostenderunt fructus terræ, & narrauerunt dicentes: Venimus in ter- 2 ram, ad quam misisti nos, quæ reuera fluit lacte & melle, vt ex his fru- a ¶ De doctrina Christi dicitur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. ctibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes at 3 b que muratas. Stirpē Enac vidimus ibi. Amalech habitat in meridie, He- 4 thæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis. Chananæus vero mora- 5 tur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. Inter hæc Caleb compescēs mur 6 mur populi qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus & possidea- 7 mus terram, quoniam poterimus obtinere eā. Alii vero qui fuerant cum 8 eo dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntque terræ, quam inspexerant, apud filios Is 9 rael dicentes: Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos: 10 Populus, quem aspeximus, + proceræ staturæ est: Ibi vidimus † monstra 11 filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati quasi locustæ vi- 12 debamur.

Infra 20.a †& hic fructus eius.

b Stirpē Enac. ✻ THEODORET. Hic, vt uerisimile est, ꝑpter magnitudinē corporis famatissimus erat & vulgatissimus. Genere vero patrem omnino repræsentabat.

*in medio eius.

NICOLAVS DE LYRA

✻ 1 Locutique. *Hic consequenter ponitur exploratorum relatio, cum dicitur.*

2 Venimus in terram, &c. fluit lac. &c. *Quia ibi est abundantia pascuorum & nemorum, in quibus apes mellificant sine humano labore. Inceperunt narrationem suam a commendatione terræ, vt magis crederet eis populus, postea in detrahendo de ea, sicut detractor aliquando incipit a commendatione personæ cui vult detrahere, vt per talem commendationem inclinet corda audientium ad credendum, quod in dicendo mala de illa persona non moueatur odio, sed veritatis amore, & sic sibi magis credatur; & ideo subdiderunt difficultates obtinendi terram illam, cum dicitur:*

3 Sed cultor. fortissimos habet. *quibus non poterimus resistere.*

4 Stirpem Enac. *Id est giganteam.*

5 Amalech habitat in mer. *Hunc populum primo recitant, quia habitabat in parte per quam ingressi erant, & ut terrerent populum Israel, cui Amalech alias molestius fuerat, ut habetur Exod. xvij.*

6 Chananæus vero. *q.d. per istas partes non est ingressus nobis possibilis propter aquas, & ex his fuit territus populus, & incepit murmurare contra Moysen. Et ideo Caleb qui fuerat fidelis in hac missione, ad reprehendum murmur populi & timorem, dixit.*

7 Ascēdamus & possideam' ter. *Valde faciliter cū Dei adiutorio.*

8 Alii uero, &c. *excepto Iosue.*

9 Detraxeruntq; terræ. *non ex sterilitate, quia contrarium dixerāt sed ex morbida, & pestilenti habitatione, ita quod homines non possunt ibi diu uiuere. Ideo dixerunt.*

10 Terra quā lu. *dicit Rab. S. quod in illa terra viderunt in qualibet villa homines sepelientes mortuos suos, quod dominus faciebat ad bonū filiorum Israel, vt pauci remanerent ad pugnandum cum eis, & ipsi exploratores retulerunt ad malum populi Israel.*

11 Ibi uidimus monstra quædam. *Id est homines vltra quantitatē naturalem alios mirabiliter excedentes, vt sic filij Israel terrerentur ex conditione terræ & habitatorum eius.*

12 Quibus comparati, &c. *Modus loquendi est hyperbolicus, & secundum veritatem, hominibus timentibus aduersarij sui videntur eis multo robustiores quam sint in ueritate, & trepidant ubi non est timor.*

CAP. XIIII.

Hom. 7. in Num.

CAP. XIIII: Terra, &c. ORIG. Quæ est terra illa sācta quidem & bona, sed ab impiis habitata? Qui sunt hostes qui habitant in terra sanctorum? Quo modo eiicien di vt succedāt sancti? Euangelia promittūt sanctis regna cælorum. Et Apostolus dicit, *Nostra autē cōuersatio in cælis est.* In cælis est ergo hæreditas quæ promititur sanctis Putas ergo, quia ibi nūc nullus habitator sit qui debeat expelli. *A diebus Ioan. Baptistæ regnum cælorum uim patitur, et ca.* Nisi esset inde aliq expellendi, nūquā diceretur per vim esse diripiendum regnū cælorum. Et nisi cum aliquibus nobis esset prælium, non diceret Apostolus, *Non est nobis*

†Ecc. 47.b 1. Mac. 2.f

Phil. 3.d.

IGITVR vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & 1 murmurati sunt contra Moysen, & Aaron cuncti filii Israel dicentes: Vtinam mortui essemus in Ægypto, 2 & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus † & non inducat nos dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri dicantur captiui. Nonne melius est reuerti in Ægyptum? Dixeruntque alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum. Quo 3 audito, Moyses et Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel. † At vero Iosue filius Nun, et Caleb filius Ie- 4 ¶ Qui de tribus Iuda. phone, qui et ipsi lustrauerunt terram, sciderunt vestimenta sua, et 5 a ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra quam

†vel iudicat. Matt. 11.b

Eph. 6 b.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

Diuisio.

IGitur. *Post transgressionem exploratorum, hic consequēter ponitur transgressio aliorū, & primo quantum ad eorū desperationē, secundo quantum ad eorum præsumptionem, ibi* Et ecce mane. *Circa primum ponitur dicta transgressio, secundo trāsgressionis punitio, ibi:* Et dixit dominus. *Circa primū sciēdū, ꝙ ex uerbis exploratorū fuerunt territi et desperati de cōsecutiōe terræ a Deo sibi promissæ, et ideo primo proruperūt in uerba murmuratiōis, & ideo dicitur.* Et murmur. etc. *Secūdo desperationis, ibi.* 2 Vtinā mortui essemus, etc. *In Hebræo habetur.* Vel in hac solitudine mortui essem'. *Et hoc patet per uerba eorū dicentis inf. eo. c. sicut locuti estis audiēte me, sic faciā uobis in solitudine hac iacebūt cadauera vestra. Tertio in uerba rebellionis dicentes.* Constituamus nobis, etc.

3 Quo audito Moyses, etc. *ne dominus irasceretur, & vi furia populi frangeretur.* 4 At uero Iosue, etc. *dolentes de transgressione populi, & de afflictione Moysi.* 5 Sciderunt ueitimenta. *In signū magnæ tristitiæ, & habetur simile in pluribus locis ueteris ac. no. test.*

✻ 1 Nolite

MORALITER

✻ 1 *Igitur uocifera.* In hoc ca. agitur de murmuratione populi Israel cōtra Moysen & Aarō, & de eius rebellione cōtra Deū, propter quæ data fuit sentētia mortis in deserto super eū, vt † exie-

☞ nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. De his etiam dicitur: *Inebriatus est gladius meus in cælo.* Necesse est ergo, ut vincas spirituales nequitias quæ in cælestibus esse dicuntur, q̃ sunt veri Chananæi, & expellas de cęlestibus locis, ut habites pro illis. Scito tamen esse eos gigantes. Gigas dicitur omnis q̃ Deo resistit, quod illi principaliter faciunt. Tibi ergo datur vt eiicias gigãtes Vnde: *Qui accipiet a gigãte spolia?* Et alibi: *Nemo potest introire in domum fortis, & ua sa eius diripere, nisi prius alligauerit fortẽ.* Cõparatione ergo humanę naturæ & dæmoniacę naturæ nos locustę sumus, præcipue si dubia sit fides nostra, & nos pterreat infidelitas, illi vero gigãtes erunt, nos locustæ. Si vero sequimur Iesũ, & verbis eius credimus, tanquã nihil erunt in conspectu nostro. Hortatur enim nos & dicit, Si amat nos Deus, introducet nos in terrã hanc, quia bona est, & fructus eius mirabilis. Figura ergo precessit in patrib. veritas cõpletur in nobis. Eiecerunt illi gigãtes, & cõsecuti sunt terram eorum, omnem terrã Iudeæ, & Ierusalem ciuitatẽ, & montem Sion. Ad nos autem dicitur: *Non accessisti ad ea quæ visibilia sunt, sed ad inuisibilia. Accessistis enim ad montem Dei uiuentis, & ad ciuitatem cælestem Ierusalem, & ad multitudinem angelorum.* Et alibi: *Ierusalem quæ sursum est, libera est, quæ est mater nostra.* Ierusalẽ ergo cælestem esse credim⁹, & ad typũ huius terrenę, & quę scripta sunt de hac terrena, ad illã celestẽ spiritualiter referim⁹. Et sicut illi de terrestri Ierusalẽ eiecerũt Chananeos & Pherezæos & ceteras gẽtes, ita & nos qui accessimus ad montem Dei, & ad regna cælestia, necesse est, ut expellam⁹ de his cõtrarias potestates, & spiritualia nequitiæ in celestib. Et sicut illi eiecerunt Iebusæum de Ierusalẽ, quę vocabatur Ieb. & postea uocabatur Ierusalem, ita nos oportet prius expellere Iebusæum de Ierusalem, & sic cõsequi eius hæreditatem. Illi armis uisibilib. & corporalibus uincebant, nos inuisibilib. & spiritualibus. Vnde: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &c. Induite vos loricam charitatis, & galeam salutis, & assumite scutum fidei & gladium spiritus, quod est uerbum Dei.* Cum talibus armis sequentes Iesum ducẽ, sicut patres calcauerũt ceruicẽ gentiũ, & nos calcabim⁹ ceruices demonum. Ipse enim sequentibus se ait: *Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones.* Vult ergo Iesus sem per res mirabiles facere, vult locustis vincere gigantes, & his qui in terris sunt celestes superare nequitias. Hoc est fortasse quod dicitur: *Quia qui credit in eum non solum faciet illa quæ ipse fecit, sed & maiora.* Maius enim mihi videtur, si homo ĩ carne positus fragilis & caducus, fide tamen Christi & uerbo ei⁹ armatus, superet demonũ legiones, q̃uis ipse sit qui vincit in nobis, plus tamen esse dicit, q̃ per nos vincit, tantum est ut nos armis istis semp simus parati & armati, & conuersatio nostra semper in cælis sit, omnis motus noster, actus, cogitatus, & sermo cælestis sit. Quãto enim illi cardentius ascendemus, tanto illi pręcipites descẽdent, & quanto nos superiores, tanto illi inferiores. Si uita nostra sancta & secũdũ Deum sit, mortem confert illis. Si segnis, si luxuriosa, potẽtes aduersum nos gigantes facit, & quanto nos dilatamur in terris, tanto illis latiora spatia concedimus in celis. Augescamus ergo ut illi minuantur, nobis ingredientibus illi pellantur, & ascẽdentibus cadant.

Margin: A; Esa. 34. a.; †Si voluerit nos dominus vel si volũtas domini ꝓpensa est erga nos.; Esa. 49. g.; Matt. 12. c; *eos.; †irritabit me.; †Et audiẽt; B; Heb. 12. e.; Gal. 4. d.; Eph. 6. b.; C; Luc. 10. c.; D; Ioan. 10.; E

circumiuimus valde bona est. † Si propitius fuerit dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manantem. a Nolite rebelles esse contra dominum, neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem, ita possumus eos deuorare. Recessit ab illis omne præsidium, dominus nobiscum est, nolite metuere.* Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus vellet eos opprimere, apparuit gloria domini super tectum fœderis cunctis filiis Israel. Et dixit dominus ad Moysen? Vsquequo † detrahet mihi populus iste? Quousque non b credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia atque consumã: te autem faciã principem super gentem magnã, & fortiorẽ quam hęc est. Et ait Moyses ad dñm. † Vt audiant Ægyptii, de quorũ medio eduxisti populum

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

a ☞ Maiestas domini texit eos in nubibus cæli.

a *Neque timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita possumus.* AVGVST. Caleb & Iesus Naue loquentes ad populum, ne timerent ingredi terram promissionis dixerunt, Vos autẽ nolite timueritis populum terrę, quoniã cibus nobis sunt, abscessit enim tempus ab eis, domin⁹ autem in nobis, ne timueritis eos. Quod dictũ est, cibus nobis sunt, hoc est, consumemus eos. Quod uero additum est, Abscessit enim tẽpus ab eis, dominus autem in nobis, satis diligenter, non dixerunt abscessit ab eis dominus, impii enim fuerunt. Sed quoniam etiam impiis occulta dispensatione datur tẽpus florendi & regnandi, inquiũt, tẽpus ab eis discessit. Dominus autem in nobis. Nõ dixerunt, tempus abscessit ab eis, & nostrum successit, sed dominus autem in nobis, non tempus. Illi enim tempus habuerunt, isti dominum temporum creatorem & ordinatorem & omnium dispensatorem.

Margin: Qõ. 23. in Num. Literaliter.

b *Feriam igitur eos.* ORIG. Comminatio hæc non est iracunda, sed prophetia. Assumendus enim erat populus nationũ, sed non per Mosen, excusauit ergo se Moyses. Sciebat enim quia gens quę promittitur, non per se uocanda erat, sed per ☞ Iesum,

Margin: Hom. 8. in Num.; F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nolite rebelles esse contra dominum. *Tũ quia rebellãdo Moysi rebellabant Deo, cuius erat nuntius: Tum quia dominus præceperat eis, quod irent ad terram promissionis, & sic rebellabant ei in persona propria.*

2 Neque timeatis populum terrę huius. *Quia sicut panem ita eos possumus deuorare, id est absque ulla difficultate.*

3 Recessit ab illis omne præsidium. *Quia virtute diuina erant timore percussi, ita quod non remanserat in eis consilium, & uirtus resistendi, sed quia populus ita erat desperatus, quod non recipiebat admonitionem, ideo voluerunt se conuertere ad occisionẽ. vnde subditur.*

4 Et lapidib. uellet eos opprimere. *Scilicet Moysen & Aaron, Iosue & Caleb.*

5 Apparuit gloria domini. *Ad defensionem eorum & terrorem malorum.*

Margin: Diuisio.

6 Et dixit dominus. Hic *consequenter ponitur dictæ trangressionis punitio. Circa quod primo ponitur* Dei *comminatio. Secundo pœnæ relaxatio.* [illegible] Dixitque dominus. *Circa primum igitur primo ponitur transgressionis repetitio breuiter, cum dicitur.* Et dixit dominus ad Moysen, Vsquequo detrahet mihi populus iste, *Quasi dicat ab exitu de Aegypto inceperunt, vt patet Exod. 14. continuauerunt usque modo.*

7 Quousque non credent mihi in omnibus signis. *Quæ fuerunt tam mirabilia, quod deberent credere eis.*

8 Feriam igitur eos pestilentia atque consumam. *Licet hoc nõ fecerit, tamen verum dixit, quia loquebatur secundum demerita populi ut sit sensus, meruerunt ut hoc eis facerem.*

9 Te autem faciam principem. *Hoc autem intelligitur conditionaliter, id est si facerem primum, facerem & istud secundum, quia merita tua exigunt.*

10 Et ait Moyses. *Ad auertendum iram Dei, ne populus totaliter deleretur, & ad hoc allegat blasphemiã nominis Dei si hoc fieret, dicẽs.*

11 Vt audiãt Aegyptii. *q. d. si hoc fieret, veniret ad eorum notitiã, & tunc intenderent in tuam blasphemiam, quia nesciunt populi culpam.*

✱ 1 Et

*MORALITER.*

✲ exierũt de Aegypto a vigĩti annis & supra exceptis Caleb & Iosue. Per hoc allegori. fuit figuratũ quod pauci de Iudæis comparatiue ingressuri erant ad fidẽ Christi in aduentu eius, qui quidem ingressus per fidem est introitus terræ viuentiũ in spe, & hoc etiã scribitur in quodam libro Hebraice qui dicitur Sanhedrin apud Hebræos autentice exponendo illud Hier. 3. e. *Assumam uos vnum de ciui. & duos de cog. &c.* Gloss. Mensuratus est egressus de Aegypto ĩgressui eorum in terrã promissam, quia duo tantum de sexcentis millib. ingressi sunt sic erit ĩ dieb. Messię, quod patet impletum, nam pauci valde de Iudeis in Christum crediderunt respecta non credentiũ. Moraliter autem per hoc quod pauci exeuntiũ de Aegypto intrauerunt terrã promissionis, significatum fuit, quod pauci de credentibus qui exierunt spiritualiter de Aegypto qui uirtute baptismi terrã uiuentium, id est celestem patriam sunt intraturi. Matt. 10. b. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* & Lucæ xiii. e. *Contendite intrare per angustam portam, dico uobis, quia multi quærent intrare & non poterunt.*

Iesum, nec Mosaicus, sed Christianus populus erant appellandus, Ideo pluribus exorat pro populo illo.

IDEM. *Feriam igitur.* Fit comminatio hæc a domino, non vt diuina natura passibilis, & iræ subiecta ostēdatur, sed vt Moysi charitas quam erga populum habebat, & Dei bonitas quę supra omnē mentē est, appareret. Scribitur enim Deus irasci & comminari, vt sciat homo tātum sibi esse loci apud Deum, tantumque fiduciæ, vt si etiam aliqua indignatio sit in Deo, humanis obsecrationibus mitigetur, & tantum de Deo impetrare posse hominem, vt propria statuta conuertat. Bonitas enim quæ sequitur iracundiam, & Moysi fiduciam ostendit apud Deum, & alienam ab iracundiæ vitio diuinam docet esse naturam. Et mysterium in futuro explendum cōtinet sermo, per quē promittit Deus, quod alium populum hoc abiecto resuscitet.

a *Dimisi iuxta verbum tuum.* * PROCOP. Hoc ad posteritatem potius quam ad præsentem generationē refert. Non. n. magnū est illico non perire, sed per xl. annos corpora eorum iacere in deserto. Magnū uero est, quod progenies eorum nō exscinditur.

b *Viuo ego.* * THEODOR. Prenuntiat repulsionem Iudæorum & orbis salutem & iureiurando vaticinium cōfirmat. Viuo enim, inquit, ego & uiuit nomen meum. & implebit gloria mea vniuersam terram. Sed de cunctis speculatoribus supplicium sumpsit, præterquam de Caleb. Potest hæc denuntiatio non videri dissimilis illi, *auferetur a vobis regnū & dabitur genti facienti fructus.* * PROCOP. Suum vero interitum prædixerunt, dicentes vtinā in deserto hoc essem⁹ mortui, quorum filii imago sunt Nisi cōuersi fueritis eius quod dictum est facti sicut pueruli isti non ingrediemini in regnum cælorum.

c *Reuertimini in solitudinem per uiam, &c.* * PROCOPIVS. Reuersionem pro supplicio illis erogat, ratione nimirū habita delicti, quo animos suos in Aegyptū reflexerant. Nō enim voti sui ita fiunt cōpotes sed in supplicium ac perditionē promouētur. Sic quoq; Adam cum se a conspectu Dei conuertisset, in terrā ex qua desumpt⁹, est reuersus. Vias enim eorum, inquit, in caput ipsorum dedi. At quo nos cogitationes nostrę perducant, vide. Cum id quod melius erat sperare noilent, id quod deterius est, experiuntur, cum sperassent nunquam. Hinc vere dicitur, omnis

istum, † & habitatores terræ huius, qui audierunt, quod tu domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, † & nubes tua † protegat illos: & in columna nubis pręcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem, quod occideris tantam multitudinem quasi vnum hominem, & † dicant: Non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat, † idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo domini, sicut iurasti dicēs: dominus † patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumq́. innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios, in tertiā & quartam generationem. Dimite obsecro peccatum populi tui huius secundum magnitudinē misericordiæ tuæ, sicut † propitius fuisti egredientibus de Ægypto vsque ad locum istum. a Dixitq; dominus: Dimisi iuxta verbū tuū: b Viuo ego, & implebitur gloria domini vniuersa terra. † Attamen

¶ Modum correctionis in moderatione librata dispensat.

omnes homines, qui † viderunt † maiestatem meam, & signa quæ feci in Ægypto & in solitudine, & tentauerunt me iam

¶ Vel multoties

per decē vices, nec obedierunt voci meę, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorū: nec quisquam ex illis, qui † detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meū Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducā in terram hanc quam circumiuit, & semē eius possidebit eā: quoniam Amalechites c & Chananæus habitant in vallibus. Cras mouete castra & reuertimini in solitudinē per viā maris rubri. Locutusq. est dn̄s ad Moysen & Aaron, dicens: Vsquequo multitudo hęc pessima murmurat contra me? Querelas filiorū Israel audiui. Dic ergo eis: Viuo ego dicit dominus, sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis a viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terram super quam

vbi supra.
*in fortitudine tua
† stet sup.
† Exo. 23. c
† pepercisti populo isti ab.
† Deut. 1. f.
† irritauit me.
Quest. 27. & 28.
† Exo. 13. d
* audiētes talem famā ad te.
Matt. 21.
† tardus ad iram.
† Quia.
† gloriam.

NICOLAVS DE LYRA

* 1 Et habitatores terrę huius qui audierunt, quod tu. *Id est Chananæorum, ad quam ibant, & imputent impotentiæ tuæ dicentes, quod licet potueris educere populum de Aegyto, non tamen introducere in terram promissam, quia fortior est in ciuitatibus & habitatoribus quam Aegyptus, & hoc est quod dicitur:* Non poterat introducere, &c. *& ideo concluditur:*

2 Magnificetur ergo for. *Introducendo populum istum ad terrā, quam ei promisisti, quod non poßet fieri si iste populus penitus deleretur, quia non remanerent, reliquię ex ipsis.*

3 Sicut iurasti dicens. *Ly dicens, non refertur ad literam immediate sequentem, quia non sunt verba domini, sed Moysi, vnde & similia verba dixit Moses domino,* Exod. 34. *sed refertur ad iuramentum* Dei *factum Abrahæ, Gen. 22. vbi dicitur sic. Per memetipsum iuraui dixit dominus, & sequitur:* Possidebit semen tuum, &c.

4 Dominus. *Per omnium gubernationem.*

5 Patiens. *Per pœnitentię peccatorum expectationem.*

6 Et multæ misericor. *Per pœnæ relaxationem.*

7 Auferens iniquitatem. *Id est peccata facta contra proximum.*

8 Et scelera. *Contra Deum.*

9 Nullumque inno. derelinquens. *Quia omnes contrahunt peccatum originale, & adulti cum hoc saltem veniale.*

10 Qui visitas peccata patrum. *Quia vsque ad quartam generationem contingit patres videre filios suos & econuerso, & sic filij vt frequenter fiunt imitatores paternorum scelerum, & patres puniuntur in eis, quando vident pœnas eorum.*

11 Dimitte obsecro peccatum populi tui, &c. *q. d. toties & tā grauiter te offenderunt, quod indigent tua maxima misericordia.*

12 Dixitque dominus. *Hic consequenter ponitur pœnæ relaxatio, quantum ad vnam partem, cum subditur.*

13 Dimisi iuxta verbum tuum. *Et bene dicit* iuxta: *quia non totaliter dimisit, sed quantum ad hoc, quod nō deleret totum populum simul. ideo subditur.*

14 Viuo ego. *Modus est assertionis diuinæ, & est sensus sicut verum est, quod ego sum viuens, quia sum vita per essentiam, sic verum est uerbum meum de non delendo totum populum simul, ideo subditur.*

15 Et implebitur gloria domini vniuersa terra. *Id est per facta mirabilia, quæ faciam introducendo populum in terram promissam, diuulgabitur gloria nominis mei per vniuersam terram, sicut patet de siccatione* Iordanis, *& subuersione* Hiericho, *& similibus. Aliqui tamen exponunt & bene, quod hoc intelligatur de Christo, qui secundum carnem descendit de illo populo, per quem impleta est omnis terra gloria domini.*

16 Attamen. *Hic consequenter reseruat partem pœnæ debitæ, & primo quantum ad communitatem populi dicens.*

17 Omnes homines qui viderunt maiestatem meam, &c. *Propter quæ debuißent mihi credere & obedire.*

18 Et tentauerunt me iam per decem vices. *Semel ante egressum de Aegypto,* Exod. 5. *Secundo in recessu, Exod. 5. Tertio in deserto Sur, ad aquas Marath, Exod. 15. Quarto murmure pro defectu carnium vt hic, capitu. 11. Quinto plus colligendo de manna & seruando usq; mane, Exod. 16. Sexto in Raphidim pro defectu aquæ, Exod. 17. Septimo, in conflatione vituli, Exo. 32. Octauo ex impatientia laboris, vt hic cap. 11. in principio. Nono ex concupiscentia saporis, Nume. 11. Decimo ex desperatione in hoc loco. Cætera patent vsque ibi.*

19 Omnes qui numerati estis a viginti annis, & sup. & mur. *Ex quo patet, quod illi qui erunt minoris ætatis non incurrerunt hāc pœnam, similiter nec filij Leui, quia non fuerunt numerati a viginti annis, sed primo ab uno mense, vt dictum est supra 3. c. Et secundo numerati sunt a 30. anno, & supra, ut dictum est 4. c.*

Viuo ego.
Decem vicibus populus murmurauit.

13 Dimisi     * 1 Paruus

A omnis qui nō credit in Deo, bonis quę a fide proueniunt, excidit. Quemadmodū enim se habet illud, iuxta fidem tuā fiat, ita à contrario hoc, iuxta infidelitatem tuam nō fiat. Accidet eo Petrus fidei infirmitate cum extimuisset mare fluctuans, est submersus.

D sus eius. Hæc & huiusmodi vulnera quāto tēpore putas posse curari? O si possimus per vnū quodque peccatum videre quo modo anima vulnerat. Sermo malus vulnus infligit, sed non in lingua, vulneratur anima etiam per cogitationes & concupiscentias malas. Frangitur autē & conteritur per opera peccati.

vbi supra. Hom.8. a *Paruulos.* ORIG. Sed filii ipsorum, qui sunt hic mecum, qui cunque ignorant bonum vel malum, &c. Patres nostri fuerunt populus ille prior, nos filii ipsorum sumus, illi quia peccauerunt abiecti sunt & ceciderunt, nos autem filii ipsorum pro ipsis surreximus, & erecti sumus, qui nesciebamus bonū vel malum. Ex gentibus enim sumus, neq; ob na quæ ex Deo veniūt noueramus, neque mala quæ ex peccato generantur, unde: *Vide autem seueritatem & bonitatē Dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate, &c.*

†Prohibitionē meā i. quęgo phibebo vos. †Iudic.8 c 1 Co.10.b Rom. 1.c.

leuaui manum meam, vt habitare vos facerem, præter Caleb a filium Iephone, & Iosue filium Nun. Paruulos autem vestros, 1 de quibus dixistis quod prędę hostibus forent, introducam, vt videant terram, quæ vobis displicuit. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Fili vestri erunt vagi in deserto annis 2 quadraginta, & ¶ Id est pœnam fornicationis. portabunt fornicationem vestram, donec 3 consummantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum ¶ Exponit mysterium numeri. b quadraginta dierum quibus considerastis terram. † Annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis † vltionem meam, quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quę consurrexit aduersum me. In solitudine hac deficiet & morietur. † Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad contemplādam 4 terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quod esset mala, mor- 5 tui sunt, atque percussi in conspectu domini. Iosue autem fi- 6 lius Nun, & Caleb filius Iephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terram. Locutusque est Moy- c ses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgētes, ascenderunt verticē mon 7 d tis atq. dixerunt: Parati sumus ascēdere ad locū, de quo dn̄s lo-

Quæ omnia si videremus, & vulneratæ animę cicatrices sentiremus, vsque ad mortem resisteremus contra peccatū. Sed sicut dæmoniaci, vel mente capti non sentiunt si uulnerentur (quia carēt naturalibus sensibus) ita cupiditatibus seculi amētes facti, vel vitiis inebriati, non sentimus quanta vulnera, quantas contritiones animę peccando acquirim³, et ideo congrua ratio est pœnæ, id est curæ & medicationis tēpus extendi, & per vnumquodque vulnus pro qualitate plagæ medendi spatia propagari. Sic ergo & Dei æquitas & benignitas in ipsis animę supp liciis euidens fiat, ut hæc audiens qui peccauit resipiscat, et vltra non peccet. Cōuersio enim in præ-

†Ezec.4.b E

vbi supra. Mystice. B b *Annus pro die.* ORIG. Quasi pro die per annum recipietis peccata vestra xl. annos. Timeo hoc mysteriū discutere. Video enim quod in hoc comprehendit ratio peccatorū & pęnarum. Si enim cuique peccatori annus ascribitur ad pœnā pro vnius diei peccato, & secundum rationem dierum quibus peccatur tōdē annorum numerus in suppliciis consumit, vereor ne forte nobis qui quotidie peccamus, nec ipsa forte secula aut etiam secula seculorum sufficere possint ad pęnas luendas. In eo quod populus ille pro xl. dierum delicto xl. annis cruciatur in deserto, nec terram sanctā introire permittit, similitudo futuri iudicij videtur ostendi, vbi peccatorū ratio discutienda est, vbi erit aliqua fortasse bonorū operum recompensatio, vel eorum qui in vitam suam quisq; mala recepit, sicut de Lazaro dicitur. Sed hoc null⁹ ad integrum nouit, nisi cui pater omne iudicium tradidit.

Luc. 16. f. Ioan. 5. d.

vbi supra. Moraliter ORIG. Neget quis fortasse bonitati Dei conuenire, vt pro unius diei peccato, annū suppliciorum rependat, imo dicat etiā si diem pro die reddat, quamuis iustum, non uidetur esse benignum. Sed si uulnus corpori infligat, aut eos cōfringatur aut neruorū iunctura resoluatur, sub unius enim horæ spatio C solent hęc corporib. accidere, & pluribus postmodum cruciatibus aut dolorib. exactis, multo uix tempore sanari. Quāti n. tumores in loco quanta tormenta generantur? Si uero accidat in eodem uulnere uel in eadem fractura iterum quis uulneretur, & frequentius frangatur, quantis pęnis quātisq; cruciatib potest curari, Quanto autem tempore (si tamen potuerit) ad sanitatem perducitur? Et uix aliquando ita curabitur, ut uel debilitatē corporis uel fęditatem effugiat cicatricis. Transit ab exemplo corporis ad uulnera animæ, q̄ quoties peccat toties uulneratur peccatis uelut telis, unde: *Assumite scutū fidei in quo possitis omnia tela maligni ignea nequissima extinguere.* Patitur autem non solum uulnera iaculorum, sed & fracturas pedum cum laquei parantur pedibus eius, & supplantatur gressus

Eph.6.c.

senti uita & fructuosa pęnitentia celerē confert medicinam. Quæ non solū vulnus pręteritū sanat, sed ultra non sint animam peccato vulnerari.

vbi supra. Moraliter ORIG. Aliud Adiiciam, Si peccator sum, nūquid pœna mihi erit eadem si semel peccaui, q̄ si secundo & tertio frequentius? Non pro modo enim & numero & mēsura peccati etiā pœnæ quantitas metienda est. unde: *Potabit nos in lachrymis in mensura.* Mensura autem erit quam quisque sibi in hac uita minus uel plus peccando quæsierit. Calix quoque in manu domini uini meri dicitur esse plenus mixto Miscetur n. unicuique & sit iudicium, non solum ex malis quæ gessit. sed etiam ex bonis, cū autem utraque misceantur, fex eius (quam ego puto partem malorū dici) non ad integrum exinanietur. Sed F hæc in manu Dei sunt, nostrum autem est citius emendare et pœnitere, p̄terita lugere, futura cauere. *Quia vt conuersus ingemueris saluus eris.* Habemus enim aduocatum qui interpellat p nobis multo præstantiorem Moyses, qui tamen pro populo illo exauditus est. Et fortasse propterea Moyses scribit priori populo ueniam impetrasse, ut multo magis confidamus q aduocatus noster Iesus ueniam nobis impetrabit a patre.

Psal. 79.a Psal.74.d.

Ezech.18. 1.Io.2.a. Rom.8.f.

c *Luxit populus, &c.* ✠ PROCOP. Atqui luctus hic non est eis bono. Nam in dissolutionē decretorum Dei euat. Quod pri⁹ ante negationē facto opus fuerat. Verū ut ante in agendo timiditati impulsionem secuti fuerunt, ita nūc audaciæ & cōfidentiæ sequuntur, ac in vtramque partē peccant. Dicunt. n. Agite ascendamus quantumuis Mose reluctante. Vnde liquet. neque timiditatem, neque falso creditā fortitudinem, a Dei obedientia separatam, virtutem existere.

d *Parati sumus.* RABANVS. O mira proteruitas humanæ mentis, & horrēda stultitia cęcati cordis. Mandat Deus promissionib. suis credere, & de sua potentia confidere, & iterum

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Paruulos autem vestros, de quibus dixistis, quod prędæ hostibus forent. *Hic determinatur pœna qua itum ad illos, qui erant infra 20. annos, qui licet non fuerint in deserto, nociui tamen recarbati fuerunt ab ingressu terre promissionis propter peccata patrum suorum 39. annis, & hoc est quod subditur.*

2 Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta *Prim⁹ annus egressionis de Aegypto, qui iam transierat computatur in illis.*

3 Et portabunt fornicationem vestram. *Id est pœnam peccatorum vestrorum, quibus recessistis a domino, sicut fornicatrix a legitimo uiro.*

4 Igitur. *Hic determinatur pœna exploratorum, cum subditur.*

5 Mortui sunt atque percussi. *Id est subito & horribiliter ad terrorem aliorum ex sententia domini.*

6 Iosue autem filius Nun & Caleb filius Iepho. *Dicit Rab. Sa. quod ex hoc datur intelligi, quod successerunt eis in hereditate, qui propter peccatum eorum filii ipsorum fuerant priuati hereditate in terra promissionis, & hoc iuste, quia auerterant corda populi a consecutione terræ promissæ.*

7 Et ecce. *Hic consequenter ponitur transgressio populi ex præsumptione,*

tam possidendã intra re. Humana stultitia diffidit, & salutaria monita respuit. E cõtrario suum negat auxilium, illi contra Dei voluntatẽ terram inuadere volunt. Quibus similes sunt qui promissionib. Dei non credunt, & prohibita faciunt. Sed spũales Amalechitæ & Chananæi, qui habitant in montib. superbiæ, percutientes eos psequũtur vsq. ad Horma. Amalechitæ populus lingens sanguinem, Chananæi negotiantes uel motus, Horma anathema interpretatur. Aeriæ ergo nequitię quę nostrum sanguinem sitiunt, & terrenis negotiis implicare nos volunt, si in peccatis perseuerauerimus, & mõtẽ superbiæ ascẽderimus, concidentes nos iaculis igneis persequuntur vsq; ad perpetuum anathema. Non ergo, de nobis præsumamus, sed nostrã infirmitatem considerantes Dei pręceptũ sequamur per omnia. Sic enim omnes hostes superabimus, sic patriæ cęlestis gaudia quę nobis promissa sunt, percipiemus.

†Roborati vel confortati, aut repugnãtes, & obaudientes.

Ephe. 6.

cutus est, quia peccauimus. Quibus Moyses: † Cur, inquit, transgredimini verbum domini, quod vobis non cedet in a prosperum? Nolite ascendere: non enim est dominus vobiscum. ne corruatis coram inimicis vestris. Amalechites & b Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, † eo quod nolueritis acquiescere domino, nec erit dominus vobiscum. At illi † contenebrati ascenderunt in verticem montis. 1 Arca autem testamenti domini & Moyses non recesserunt de castris. Descenditque Amalechites & Chananæus qui habitabant in montibus, & percutiens eos atque concidens persecutus est eos vsque Horma. 2

a ¶ Lingentes sanguinem. b ¶ Negotians, vel motus. ¶ Spiritualis, ignito. ¶ Nequitia mentis. a ¶ Superbię. ¶ Superbia. ¶ Anathema.

a *Non enim est dominus vobiscum.* ✠ PROC. Quapropter robur & firmitas nostra in præsentia Dei est, quæ nobis etiam terrã nullo negotio tribuere posset. Hæc vero nonne leuicula videri poterãt iis qui Dei obliti in potẽtia ac multitudine fiduciã collocauerãt? Verum hoc ipso quod penes Deum omnia esse demõstrat, hostes Dei ad culturã eius & pietatẽ inuitat. Interius quoq; ipsorum qui occubuerant, aliis eruditioni fuit vt obseruarent mandata Mosis a Deo tradita de præsenti sua volũtate, siquidem ipsi seruare iussi nõ seruarunt, non iussi nouo testamento instante, iuxta prophetiam seruare studẽt. Idcirco nõ est Deus cum illis, & ciderunt dum vellent obseruare legẽ importune in bello qđ gesserunt cõtra Romanos.

†Deut. 1.

† auersionis dñi secuti.

b *Amalechites & Chananæus.* ✠ RVPER. Per hęc nomina maligni spiritus intelliguntur, qui vsque Horma, id est, vsque in profundum inferni, quod ęternũ est anathema, sanctę terrę detractores omnes hæreticos concidendo, victorum more persequũtur. Arca namque testamenti domini cum illis non est, lex dñi, lex veritatis cum illis non est, & proinde quęcunq; arma quasi arma verbi Dei corripiũt non proderunt illis, nec valet illis dixisse, peccauimus, quia videlicet, catholicæ ecclesiæ nequaquam reconciliati, sunt digni pœnitentiæ fructibus.

Libr. 1. in Num. c. 40

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *sumptione, quia sicut prius ad mandatũ Dei ire noluerant ita postea contra voluntatem Dei & inhibitionem Moysi ire volebant, & patet litera, vsque ibi.*

1 At illi contenebrati. *I. est peccato suo excæcati.*

2 Persecutus est eos usque Horma. *Nomen est loci impositũ ab euentu, vt habetur infra xxi. cap. sed hic ponitur per anticipationem.*

✠ NICO

*ADDITIO.*

*In cap. 14. vbi dicitur in postilla:* Et ideo concludit, magnificetur ergo fortitudo domini. *Supra in additione super Exod. xxxiij. super illud verbum: Quo transeunte coram eo ait:* Dominator domine Deus, &c. *Fuit ostensum, quod illa verba, dominator, &c. non fuerunt Moysi orantis, sed ipsius Dei docentis Moysen vias suas, quibus Deus rationalem creaturam regit, prout ibi fuit plenius declaratum, quæ quidem viæ pro maxima parte misericordiam sonant, quæ quidem misericordia maxime diuinam omnipotentiam manifestat prout in collecta dicitur:* Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas, *idcirco Moyses edoctus a Deo de viis domini supradictis, cum modo diuinas miserationes implorabat pro populo proprie dicebat, magnificetur ergo fortitudo domini. Fortitudo enim domini, quæ sua omnipotentia est, magnificatur maxime, id est maxime manifestatur miserando. Quod autem sequitur in litera secundum translationem nostram:* Sicut iurasti dicens, *in Hebræo habetur: Sicut locutus es dicens. Vnde ly* dicens *proprie refertur ad literam immediate sequentem quæ fuerunt verba domini docentis Moysen vias suas vt dictum est.* Est notandum, *quod in hoc loco de patrum meritis Moyses non fecit mentionem in speciali, sicut in peccato vituli ut supra xxxij. capitulo Memento Abraham & Isaac seruorum tuorum. Nec in generali, non enim dixit. Qui custodis misericordiam in milia. Cuius ratio est, quia in hoc loco diuinis tantum misericordiis innititur, non autem meritis patrum. Similiter prętermisit in hoc loco, Miserator & misericors, & quæ vt in prædicta additione fuit expositum, horum duorum nominum adiectiuorum, Primum intelligitur de creatione secundum quam natura creata producitur de non esse ad esse, quod pertinet ad misericordiam. Secundum de his quæ adduntur super naturam, vt ibi fuit expositum, de quibus ad præsens Moyses non fecit mentionem, sed pręcipue implorabat patientiam diuinam dicens:* Patiens eo quod iram Dei videbat erga eos sic accensam, *quod omnes simul minabatur consumere. vnde dixit:* Qđ occideris tantam multitudinem quasi unum hominem. *Vnde Moyses in hoc loco non videtur petiuisse relaxationem omnimodam istius delicti, sed longanimitatem diuinam, & etiam quod peccata eorum non simul fuissent punita, sed successiue. vnde dicit.* Qui uisitas peccata patrum in filios. *vnde in Deut. Moyses repetit orationes quas fecit pro populo dicens cap. ix. d.* Et oraui dominum & dixi, &c. *& etiam de oratione pro Aaron fecit mentionem, non tamen de hac oratione aliquid dicit, quia non petebat remissionem omnimodam, nisi quod Deus se haberet longanimiter erga eos, quod patet in executione, quia omnes illi qui fuerunt in hoc peccato exploratorum, fuerunt cõdemnati, non solum ad mortem temporalem in deserto sed etiam ad mortem æternam. Ad quod aliqui alligant illud Psal. 44. b.* Quadraginta annis, &c. *quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.*

*REPLICA correctoris secundum Burgen. In capitu. 14. Burgen. singularis est: allegans circa orationem Moysi quasi verba domini sint, quemadmodum supra Exod. xxxiij. longa digressione confinxit: Sed ea quæ intendit hic & ibi non esse fundata, vide in correctorio ultimo.*

## CAP. XV.

LOCVTVS est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad filios Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terrā habitationis vestrę, quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem domino in holocaustum, aut victimam pacificam, † vota soluentes, vel sponte offerentes munera, aut in solennitatibus vestris adolentes odorem suauitatis domino, de bobus siue de ouibus offeret, quicunque immolauerit victimā sacrificium similæ decimam partem ephi conspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin, & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustū siue in victimam. Per agnos singulos & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis hin, & vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensurę offeret in odorem suauitatis domino. Quando vero de † bobus feceris holocaustum aut victimam, vt † impleas votum vel pacificas victimas, dabis per singulos boues similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin, & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ, in oblationem suauissimi odoris domino. Sic facies per singulos boues & arietes & agnos & hędos, tā indigenæ quam peregrini: eodem ritu offerent sacrificia. Vnū preceptum

[Interlinear: a Spiritualem scientiam meditatione legis. — a ¶ Charitate & misericordia. — a ¶ Gratiam spiritualem vel communicationem passionis Christi. — a ¶ Gratiam spiritualem vel communicationem passionis Christi. — ¶ Prædicatoribus. — a ¶ Legis scientiam, operationem, & doctrinam. — b ¶ Charitate. — ¶ Spiritualem gratiam. — ¶ Prædicatores. a ¶ Ecclesiæ duces. b ¶ Mites & simplices. c ¶ Pœnitentes. ¶ In Ecclesia nati. — ¶ De Gentibus vel Iudæis venientem.]

[Margin: Matt. 10. b. — † ad separādum votū i. speciale votum. — † vitulus & infra. — † segreges votū, i. speciale votū facies. — Ruth 3. d. — Qō. 29. a. — Leui. 19. a]

CAP. XV.

a *CVM ingressi fueritis, &c.* ✱ THEO. Ad quid tam multa per legem inculcat, de iisdē sacrificiis? Vt per affinitatem conditarum legum, firmam ipsarum memoriā efficiat. ✱ PRO. Atqui ingressuri non erant. Verū quidē est, sed inter eos liberi sunt, qui in eam sunt ingressuri.

b *Sacrificium, &c.* Fidem īcarnationis Christi, quæ in lege plenissime commēdatur, uel obseruantiam decalogi.

RAB. IOSEPH. Lex prēcipit in priuatis publicisque sacrificiis etiam farinam mūdissimam adiici, in agno quidem assarii mensurā, in ariete duorū, in tauro triū, et super altare etiam oleum mistum. Nā & oleum offerūt immolantes, in boue quidē hin medietatem, & in ariete huius mensurę tertiam partem, & quartam in agno. Hin autem mensura Hebræorū antiqua, fere choros antiquos duos capiēs, secundū quam oleū offerebant. Est autem (vt in Ruth legitur) ephi mensura triū modiorum, hin autem (ut illi uolunt qui de ponderibus et mēsuris scripserunt) sextarii mensurā tenet, qui ita nominatur, quia sexta pars est congii.

IDEM. Allegor iubetur ergo per singulas species animalium quæ offeruntur sacrificium adhiberi, quia nos in terrā ecclesiæ per domini gratiam intrahibus per singulas species bonorum operum, scientiam spiritualem in meditatione legis adhibere debemus. Mensura igitur ephi quæ tres mensuras habet, significat fidem sanctæ trinitatis, cuius debemus decimam offerre, id est fidem incarnationis Christi, quę in lege plenissime commēdatur, vel obseruantiam decalogi. Iubemur quoque offerre oleū, id est charitatem & misericordiā, & vinum ad libamentum, id est gratiam spiritualem vel communicationem passionis Christi, & hæc iuxta partitionē mensuræ hin, id est secundum distributionem perfectæ deuotionis. Senarius enim quia perfect⁹ est, perfectionem cuiusq; rei significat. Quid est ergo in agni oblatione decimā partem ephi offerre similæ cōspersæ oleo iuxta quartam partē hin, & vinū eiusdem mensurę ad liba fundenda, nisi simplicitatē morū cum legis scientia, & prudentia euangelica exhibere? Non placet enim simplicitas siue prudentia, neq; prudentia sine simplicitate. Vnde: *Estote ergo prudentes sicut serpētes, & simplices co.* Omnis em̄ stultitia & uersutia Deo abominabilis est.

c *Et arietes.* RAB. In oblatione arietis duæ decimæ similæ offeruntur, olei & vini, tertia pars hin. Quia aries rectorum ordinem signat, bene cum duabus decimis offertur, cū quilibet decalogum legis intellectu & operatione tenēs, rectoris officio delegatur. Olei vero atque uini tertia pars hinc exhibetur, quando ab eo charitas & misericordia, & gratia spiritualis doctrinę, circa subiectos impenditur.

d *Quando uero, &c.* IDEM. In bouis oblatione tres decimæ similæ & medietas hin in oleo vel, uino. Bos uero prædicatores significat, q agrum dominicū colunt, & uomere euāgelico extirpant uitiorū spinas, & multiplicant segetem virtutum. Hic cum tribus decimis similę offerunt, quia decalogum legis sciētia, doctrina, & opere tenētes, fidei sanctæ trinitatis veri sunt assertores. Hi charitatem debent habere, & proximis per misericordiam consulendo exemplum præbere, & in gratia diuina quātum possunt, proficere, ut ad uitæ perfectionem & sanctitatē perueniant, secundum illud: *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Quod autem in hac uita deest, in cælesti beatitudine per Dei gratiam in se perficiendum sperent.

e *Vnum præceptum erit, &c.* ✱ PROCOP. Hoc ipso gentium & Istaelis ęqualitas eadēque iustitia promulgatur. Vnus enim Deus est, quia iustificabit circuncisionem ex fide, itēque præputium

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XV.

1 LOcutus est. *Hic ponitur quoddam incidens, eo quod circa idem tēpus de colligente ligna in sabbatho accidit casus, & tamen obseruatio sabbathi fuit statuta a prin. creationis mundi, ut habetur Gen. 2. a.* Et benedixit dominus diei septimo, & sanctificauit illum, *ideo occasione huius fit hic memoria de aliquibus aliis legalib. & primo de oblatione sacrificiorū, secundo de redditione primitiarū, tertio de expiatione peccatorum per ignorantiam, quarto de punitione peccatorum per superbiā. Secunda pars incipit ibi.* Locutus est dominus, *tertia ibi:* Quod si per ignorantiā, *quarta ibi:* Anima uero quæ per superbiam. *Circa primum sciendum quod de istis sacrificiis quæ hic tanguntur, scilicet de holocausto & hostia pacifica dictum est in Leuitico, sed hic plenius additur de oblationibus quæ debebant fieri cum istis sacrificiis, quia cum sacrificio agni offerebatur similæ decima pars ephi oleo conspersæ, quia in pilatione eius miscebatur oleum, & vini quarta pars hin similiter offerebatur. Cum sacrificio arietis offerebantur duæ decimæ similæ oleo conspersæ, & vinum tertia pars hin. In sacrificio bouis offerebantur tres decimæ similæ, & medietas hin. Mensura autem olei, & mensura vini erat eadem in quolibet istorum sacrificiorū. Et ex dictis patet litera paucis exceptis quę percurrentur.*

2 Cum ingressi fueritis terram habitationis vestrę. *Ex hoc patet, quod ea quæ dicuntur hic referenda sunt ad tempus futurum, in quo intrauerunt terram promissionis.*

3 Holocaustum. *Sacrificiū erat totum incensum ad Dei honorem.*

4 Victimam pacificam. *Pro aliquo bono obtento a Deo vel obtinendo.*

5 Agnos & hædos. *Per hoc designatur quod idem erat ritus agni & hedi, & eædem oblationes offerendę hic & ibi.*

6 Tam indige. *Qui est de filiis Israel.*

7 Quam peregrini. *Qui erat conuersus ad Iudaismum.*

[Margin: Diuisio.]

✱ 1 Locu

## MORALITER.

✱ 1 *Locutus est.* In hoc capitulo ponunt aliqua de modo offerendi sacrificia, quæ sunt mystice superius exposita, propter qđ hic pertranseo.

✱ 2 *Factum*

A
Tropolog.

putium ex fide. Circuncisio vero quæ fide fit, depastio est terrenorum morum, coniungitque ambos populos.

a *Cum veneritis in terram, &c.* RAB. Cum quilibet præsentem ecclesiam per fidem intrat, necesse est vt terram carnis suę, id est corporalē vitam diligenter in Dei timore exerceat, vt frugem virtutū producat in refectionem ęternā. Iubemur ergo non solū de areis, sed & de pulmentis primitias consacrare Deo id est non solum de prędicatiōis officio laboris primordia dño consecrare, sed & de domesticis disciplinis, quas in se quisq; solerter exercet, inchoationē bonę voluntatis domino dedicare. Siue.n. in seipso aliquis virtutibus studeat siue aliis pium laborem impendat, non sibi sed diuinę gratiæ imputet, vt ei cōsecret omnis boni initium a quo speratur perfectionis supplemētū.

†norma siue regula.
†conspersionibus siue pastis placentiā.
†expiabit.

B
Quæst. 24 Quæ sint peccata nolentium.

b *Quod si per.* AVG Quod pcipitur quomodo peccata expient, quę nō spōte cōmittūtur, merito queritur q̄ sint ipsa peccata nolentium? vtrumque a nescientibus committūtur? an quę facere cōpelluntur? Nam & hęc contra voluntatē dici solēt. Sed vult qs propter quod facit, cum vult uiuere, si quis nisi fecerit, mortem minetur, vult ergo facere, quia vult viuere. Et ideo non per seipsum apperēdo, vt falsum iuret, sed vt falsum iurando viuat, si ita est, nescio vtrum possint dici ista peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam si diligenter consideretur, forte ipsum peccare nemo velit, sed proptes aliud fit quod vult, qui peccat. Omnes enim qui scientes faciunt quod non licet, vellent licere, vsq; adeo ipsum peccare nemo appetit, ppter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo consequitur. Si hæc ita se habent, non sunt peccata nolētium, nisi nescientium, quæ discernuntur a peccatis volentiū.

†in manu excelsi.

C
c *Vitulum offeret.* RAB. Mystice. Filij Israel vitulum de armento offerunt in holocaustū, cum fideles populi plena fide corp⁹ Christi p salute humani generis in ara crucis immolatum credunt & cōfitētur. Offerunt sacrificiū eius ac liba, ut cęremonię postulāt, cum in sacramento panem & vinum in memoriam passionis eius offerunt, & participantes corpus & sanguinem eius veraciter se percepisse cōfidunt. Hircum vero pro peccato, cum humanitatē in similitudinem carnis peccati eū suscepisse, & pro peccatis obtulisse credunt. Rogat ipse sacerdos patrē pro peccatis populi, & dimittuntur ei, quia in diebus carnis suę preces & supplicatiōes Deo offerēs, exaudit⁹ est pro sua reuerentia.

D
Rom. 8.a.

d *Sacerdos.* Christus qui per propriū sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redēptione inuenta.

Heb. 5.c.

† eleuabitis eleuationem.
Quæst. 25 in Nume.

e *Anima vero quæ.* AVGVST. Alia litera: *Anima quæcunque peccauerit in manu superbiæ, ex indigenis aut proselytis Deum exacerbat, exterminabitur anima illa de populo suo, quoniam verbum Dei contempsit & mandata eius dissperdidit, contritione conteretur anima illa, peccatum eius in illa.* Quæ sint peccata, quæ fiūt in manu supbiæ exposuit dicens: *Quoniam verbum Dei contempsit.* Aliud est ergo pręcepta Dei cōtemnere, aliud magnipendere. Sed aut ignarum contra facere, aut † inuitum, quę duo fortasse pertinēt ad peccata, quę a noletibus fiunt, de quibus supra, quomodo Deo propitiato expiarētur, admonuit. Deinde subiecit peccatū superbię cum quisque superbiendo, id est præceptum contēnendo perperam facit. Quod genus peccati non dixit vllo genere sacrificii purgari oportere, tanquam insanabile iudicās illa curatione, q̄ per illa sacrificia gerebatur, qualia hic facienda præcipiuntur. Quæ si per seipsa attendantur, † nulli peccato possunt mederi. Si autē quarū hæc sacramēta sunt inquirātur, in eis inueniri potest purgatio peccatorum. Quod ergo scriptum: *Peccator cum venerit in profundum malorū contemnit,* ille significatur, quem scriptura hic dicit in manu superbiæ delinquere. Hoc ergo sine pœna committentis nō potest aboleri, & ideo nō potest esse impunitum, & pœnitendo sanatur. Ipsa enim afflictio pœnitenti pœna peccati est, quamuis medicinalis & salubris. Merito enim magnum iudicatur peccatum, cum superbia contemnit præceptum. Sed econtrario, vt sanari possit, *cor contritum & humiliatum Deus non spernit:* sed quia sine pœna non fit, talia hic dicta sunt. Deum enim inquit hic exacerbat, quia *Deus superbis resistit.*

Peccata q̄ fiunt ĩ manu supbię.
E
† victum.
† nullo pacto.
F
Psal. 15.d.
1.Pet.5.b.

erit atque † iudicium, tam vobis quam aduenis terræ. 1 Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Cum veneritis in terram, quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, 2 † separabitis primitias domino de cibis vestris. 3 Sicut de areis primitias separabitis ita & de † pulmentis dabitis primitias domino. 4 Quod si per 5 ignorantiam præterieritis quicquam horum quæ locutus est dominus ad Moysen, & mandauit per eum ad vos, 6 a die, qua cœpit iubere & vltra, oblitaque fuerit facere multitudo, vitulum offeret de armento holocaustum in odorem suauissimum domino, 7 & sacrificium eius ac liba, vt cęremoniæ postulant, hircumque pro peccato. Et † rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel, & dimittetur eis, 8 quoniam non sponte peccauerunt, nihilominus offerentes incensum domino pro peccato, atque errore suo, & dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. 9 Quod si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo, & deprecabitur pro ea sacerdos, q; inscia peccauerit coram dño impetrabitque ei veniam, & dimittetur illi. Tam indigens quā aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. 10 Anima vero quæ † per superbiā aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue

¶ Per fidem. ¶ Ecclesiam.
a ¶ Domesticis disciplinis quas in se quisque exercet. ¶ Primitias pij laboris circa alios.
¶ Vel non sponte, alia litera.
¶ Christum.
¶ Patriarcharum stirpe.
a ¶ Panem & vinum in memoriam passionis Christi.
a Christum in similitudine carnis peccati. b Humani generis. Christus aduocatus noster.
a ¶ Orationem cum ieiunio & eleemosyna.
a ¶ Pęnitentiam, s. studiose agens, & omnino a peccato recedens.
¶ Vel pro peccato. ¶ Christus scilicet.
a ¶ Contemnens præceptum domini.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Locutus est. *Hic consequenter agitur de datione primitiarum quia aliquid additur quod non erat supra dictum, cum dicitur.*

2 Separabitis. *In Hebręo habetur:* De pastis uestris tortellum: *quia de qualibet decoctione furni (Gallice fornee) separabatur tortellus vnus dandus sacerdotibus pro primitijs.*

3 Sicut de areis. *Id est, de granis quę sunt in area.*

4 Ita & de pulmentis. *In Hebręo habetur:* Ita & de pastis uestris. *Supra enim fuerat dictum de primitiis dandis & grano existente in area vel grangia, sed non de pasta dicto modo, & ideo dicitur hic quod debebant primitias dare de isto, sicut & de illo.*

5 Quod si per ignorantiam. *Hic agitur de expiatione peccatorum quæ habebant aliquam causam diminuentem de ratione peccati. Et primo agit de istis inquantum tangunt communitatem inter illa quæ diminuunt, vnum est ignorantia, & hoc tangitur in principio.*

6 A die qua cœpit iubere. *Ex quo patet, quod hoc intelligitur de peccatis commissis postquam voluntas domini fuerat significata populo per Moysen.*

7 Et sacrificium eius. *Quæ determinatę sunt Leuit. 4.*

8 Quoniam non sponte pec. *Per hoc intelliguntur ea quæ committuntur timore mortis vel alterius pœnę, vt dicit Augu. quia hoc diminuit rationem uoluntarij, per consequens peccati.* Augus.

9 Quod si anima. *Hic consequenter agitur de expiatione prędictorū peccatorum quantum ad vnam personam singularem, quia aliud sacrificium offerendum erat pro multitudine populi, & aliud pro persona singulari.*

10 Anima uero. *Hic consequenter agitur de punitione peccati cōmissi ex contemptu, secundo de Iudęorum habitu, ibi:* Dixit quoq; dominus, *De punitione vero peccati ex contemptu agitur primo generaliter, quia generalis pœna est mors, unde subditur.* Diuisio.

6 Adie ✱ 1 Peribit

sistit. Et exterminabitur anima illa de populo suo, qa talis omnino in numero eorū qui ad Deum pertinēt nō est, quia verbum domini cōtempsit, & præcepta eius fecit irrita, contritione conteretur. Adiungit aūt quare ɔterat, dicens: *Peccatum eius in illo.* Et ideo si tali peccato debitā contritionē adhibeat pœnitēdo, cor contritū Deus nō spernet, quamuis in Græco non dictū sit, contritione conteretur, sed ex cōtritione exteretur anima illa, quia ita potest accipi, quasi omnimodo terēdo extinguatur, vt non sit, sed anima immortalis est. Et si qd exterit omnino efficeretur vt non sit non diceretur de sapientia. *Gradus ostiorum eius exterat pes tuus.* Sed illa discretio consideranda est, vtrum nemo peccet nisi aut ignarus aut victus aut contemnens, vnde nunc longum est disputare.

(Margin: Prou.18. a.22.q.5.c. quid ergo in fi. De pę.dis. 3.§. ignis succensus est, &c. — Ecc.6.d. — Deu.22.b — Quæst.30. * vt faciat ei.)

✱ THEO. Cum lege sanxisset, quam victimam offerre deberēt qui peccarunt inuiti, nunc de sponte peccantibus legem condit. Varia sunt autem peccata. Nā quidā propter infirmitatē animi insultū afflictionū sustinere nequeūt, & cedentes vincuntur. Alii vero ex alia circunstātia prolabuntur in peccata. Sunt etiam quidam qui leges diuinas aspernantur, & hos per arrogantiam peccare dicit, veluti spōte contemnentes leges.

peregrinus, quoniam aduersus dominum rebellis fuit, perᵃ ibit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. † Factum est autem, cum essent filii Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbathi, obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent. Dixitque dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra ᵃ castra. Cumque eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat dominus. Dixit quoque dominus ad Moysen: † Loquere filiis Israel, & dices ad eos, ᵇ vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, * ponentes in eis vittas hyacithinas. Quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum domini, * ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum domini faciant ea, sintque sancti Deo suo. Ego dominus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt essem Deus vester.

(Interlinear: a ¶ De numero, scilicet eorum qui ad Deum pertinent. — ¶ Sententiis spiritualium. — ¶ Iudicarus.)

(Margin numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6.)

ᵃ *Cumq; eduxi.* ✱ TERT. Distinctio est sabbathi humana non diuina prohibentus. Ideoq; qui sabbatis lignatum ierat, morti datus est, suū.n. opus fuerat lege interdictū. Qui vero arcā sabbathis circūtulerant, impune gesserunt. Non suum enim opus, sed Dei, ex præcepto scilicet ipsius, administrauerant.

(Margin: Li.2.cōtra Martionē.)

✱ THEOD. Lapidari iussit eum qui die sabbathi ligna collegerat, vt q primus legem ausus esset pretergredi, nō fieret author reliqis egrediēdi leges. Huius.n. castigatio metū oīb. incussit.

(Margin: Quæst.31.)

✱ PROCO. Lignorum aridorum collectio significat studiū quod operū cadaueribus impeditur. Quod quidem opus exitiosū est eo quo Adamus ligni vitæ appetitione laborauit, illū enim necessitas & vsus futurus adegit, hunc præcox quoddā studium & otio quidem corporali deterius. Præstat enim ab opere cessare, quam mortuorū operum studio examinare animum, & peccatorum flaminæ materiam suggerere.

IDEM. Calumniantur impii, quod tā atrociter iussu Dei ab omni populo trucidatur, q ligna colligit in sabbatho. Sed oīa in figura cōtingebāt illis, scripta sunt autē ad correctionē nostram. Qui enim dicē sabbathi violare ausus est, dū ligna colligeret, & ideo punitus est, significauit eū q hodie i Christo signatus inuenitur a gere carnale op⁹, id est cōtrahere ligna, fenū, stipulā, in escā ignis ęterni, q si fuerit deprehēsus, lapidat & occidit, q a spūalibus iudicatur.

(Margin: 1.Cor.10.c — 1.Cor.3.c.)

ᵇ *Fimbrias.* ISID. Iubētur filij Israel i quatuor angulis palliorum hyacithinas fimbrias facere, vt quo in corporib. circūcisio signū est Iudaicę gētis, ita & vestis alq habeat differētiā, & moneāt q p cepto Dei habitu a ceteris gentib. differrūt, & religione differre. Nos quoq; instruimur, qa mādata q vr esse minima in habitu legis, si propter vitam cælestē (quā vitta hyacinthina significat) fiāt, multū proficient. *Qui .n. spernit minima, paulatim defluit. Siue ergo manducemus, siue bibamus, siue aliud quid agamus, omnia in gloriam Dei faciamus.*

(Margin: Fimbrię Iudæorū. — a per generationes.)

✱ THEOD. Cur mandauit Deus vt fimbriis vestimentorum vittas hyacinthinas apponerent? Color hyacinthinus cęli colorē imitat. Illos ergo meminisse volebat legislatoris, nempe qui omnia quidem repleat, proprie tamen cælum incolere videtur. Cœlum.n. inquit, cæli domino, quod non minus lex docet. *Videbitis, inquit, fimbrias, & recordabimini, &c.*

✱ PROCO. Supplicio eius q sabbathum non obseruauit, mandatoū Dei cōmentariū, ne par obliuio eorū nobis quoq; obrepat, subiūgit. Natura eni p se infirmiēdi humanę imbecillitati est ppensa, quin & monimēto qd à terra sursum in cælū nos ducat, habem⁹ opus. Cui⁹ rei figuratā n ctionē facit hyacinthina vitta, q claritatē qnandā cum obscuritate coniūctā præ se ferebat, i profunditate seu inferius aquileum quiddam referebat, tremulumque & largum splendorem emittebat.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Peribit &c. *Et hoc est intelligendū quando aliquis erat cōuictus per testes nō solū de facto, sed etiā de modo faciendi, videlicet quod scienter fecisset contra mandatū domini, ut dicit Ra.Sa. & hoc erat quādo testes deponebant contra eum, nō solū quod fecisset cōtra domini mādatum, sed et quod super hoc fuisset monitus & edoctus, q tale factū esset contra domini mādatum, & secundū hoc exponunt aliqui verbā saluatoris Matt.* 28.b. Si peccauerit in te frater tuus, *id est te solo sciente, &c. Sequitur:* Si autē non audierit te, adhibe tecum unū uel duos, ut in ore duorū aut triū testiū, &c. *Dicunt.n. quod ad hoc adhibebātur testes, vt corā eis moneret eū & doceret, q tale factum esset cōtra domini mandatū, vt si postea reciduaret, haberētur testes contra eū, non solū de facto, sed etiā q fecisset cōtra monitionē & correctionē.* 2 Factū est. *Hic consequēter determinatur pœna de peccato cōmisso per superbiā in speciali, scilicet pro violatione sabbathi.* 3 Qui recluser. *Sed contra hoc uidetur Exod.31.d.* Omnis qui fecerit opus in hac die morietur. *dicit Ra.Sa. q bene sciebat ipsum debere interfici, quia sicut dicit, dictū erat sibi, quod non licebat hoc ei facere in die sabbathi, & tamē non cessauit, nesciebat tamen qua morte debebat mori, quia modus mortis non fuerat determinatus. Exod.xxxj. & ideo recluserunt eū quousq; scirent hoc per reuelationē domini quod & factū est, quia præcepit eū lapidari. Aliqui expositores catholici dicūt, quod reclusērūt eum, q nescirebant si fecisset scienter in sabbatho, donec super hoc essent certificati per diuinā reuelationē.* 4 Dixit Quo. *Hic agitur de distinctione filiorū Israel ab aliis quantum ad habitum. Sicut enim ille populus erat a Deo speciāliter electus, eo quod ipse Christus erat ab illo nasciturus, ppter qd data est ei lex specialiter sicut fuit dictum in princ. Exo. Ideo dominus voluit eos distingui in habitu a aliis gentibus, sicut in nouo testamento religiosi habēt habitū distinctū an secundum professionē ad qua sūt astricti ideo per talē habitū protestantur se esse Iudæos.* 5 Vt faciāt. *In signū quod deberēt habere conuersatione cælestē respectu aliarum gentium, quia color hyacinthinus est similis colori cæli quando serenum est.* 6 Quas cum. *Vnde & in consummatione legis talis color apparuit eis, quando viderunt dominum, vt habetur Exo.24. & ideo talis coloris visio inducebat ad memoriam mandatorum.*

NICO-

## MORALITER.

✱ 2 Factum est. Hic agitur de colligente ligna in sabbatho, quem dñs præcepit à populo lapidari, per quod ostēditur, quā grauiter dominus puniat violatores diei dominicæ, cui⁹ obseruātia præfigurata fuit in obseruatione sabbathi inquantum aliud præceptum fuit ceremoniale.

4 Dixit quoque do. Hic agitur de habitu Iudæorum, quibus præcipitur quod faciant sibi fimbrias per angulos palliorū, & ponant vittas hyacinthinas, vittę uero hyacinthinæ sunt coloris cælestis, Iudei uero figura fuerunt Christianorū nouæ legis, sicut dicit 1.Cor.x.c. *Omnia in figura contingebant illis.* Per uittas igitur hyacinthinas in habitu Iudæorum significatū fuit, quod Christiani debent esse conuersationis cælestis Phil.3.d. *Nostra autem conuersatio in cælis est*, ideo subditur.

6 Quas. Meditatio nanque cælestium recordari, facit diuinorum mandatorum.

MORA-

ADDITIO I.

In capitu. 15. vbi dicitur in postilla: Et cum obseruatio sabbathi fuit statuta a princ. creationis mundi, &c. Obseruatio sabbathi non legitur fuisset statuta a prin. creationis mundi secundum hoc quod dicitur. Gen. 2. a. Benedixit Deus diei 7 & sanctificauit illum. Aliter intelligitur ad literam prout in additione super Gen. 2. ostensum est. Nec est quaerenda occasio quare repetuntur hic aliqua legalia, quia hoc saepe contingit in lege Mosaica.

ADDITIO II.

In eodem cap. 15. vbi dicitur in postilla: Dixitque dominus. Hic agitur de distinctione filiorum Israel. Hoc praeceptum de faciendo fimbrias in angulis palliorum, prout Hebraei exponunt, & rationabiliter vt videtur, non ordinatur ad distinctionem filiorum Israel ab aliis nationibus, quia iam de hoc habebant signum nonissimum, scilicet circuncisionem quae data fuit in signum, vt supra Gen. 17. Sed hoc praeceptum ordinabatur ad hoc, vt cum vidissent illas fimbrias hyacinthinas recordarentur mandatorum Dei, sicut cum aliquis homo rogat amicum suum vt aliquid faciat pro amore suo, pro cuius memoria ligat sibi digitum cum aliquo filo, vt cum hoc viderit tradat memoriae illud quod est sibi iniunctum, & hoc sonat plane litera cum dicitur: Quas cum viderint, recordentur omnium mandatorũ Dei, & ideo non fit hic mentio in reddenda ratione huius praecepti de hoc quod sit signum, sicut in circunci. &c.

REPLICA correctorij contra Burgen. In cap. xv. vbi postilla vult quod obseruantia sabbathi sit ex institutione mundi. Burgen. se opponit per illud quod supra Gen. 2. se dicit addidisse correctorium, vide in eodem cap. allegato, scilicet Gen. 2. In eodem cap. cum postilla diceret fimbrias esse inter Iudaeos & gentes signum distinctiuum. Burg. dicit ipsum signum fore rememoratium, sed si Burg. loquitur non exclusiue estat simul vtraque expositio. Si autem loquitur exclusiue, ratio sua non cogit quia quamuis circuncisio esset signum distinctiuum Iudaeorum ab alijs nationibus, hoc tamen signum non erat patens oculis sicut signum fimbriarum, & ideo cum hoc stat, quod fimbriae sint signũ rememoratiuum mandatorum omnium Dei specialiter circuncisionis, quae non erat mandata simplicietr, sed vt sacramentalis, vt sit sensus literę: Qui cum uiderint recordentur omnium mandatorum Dei, id est recordentur per hoc signum extrinsecum, quod sunt Deo reconciliati per occultam homines circuncisionem, & Deo desponsati per legis susceptionem.

CAP. XVI.

Ecce autem. * Proc. Insurgunt cõtra Mosẽ posteri Ruben, eo quod ex primogenito filiorum Israel essent oriũdi, arbitranturq; regnũ ad se pertinere. Insurgunt & Aaronici ex Caath filiorũ Leui praestantissimo nati, videlicet a quo ordo sacerdotalis originem coepit, insuper veri nobiles, proceres enim semper cõ sectatur uulgus. Cõspirarunt autem quãtumuis recens infoelicis cõspirationis Mariç & Aaronis haberent exẽplum. Sed huiusmodi turbines & fluctus in rebus humanis immoderata regnandi libido, inuidiaque commouet.

CAP. XVI.

a ECCE autem Core filius Isaar, filii Caath, filii 1 Leui, & Dathan atque Abirõ filii Eliab, Hon quo 2 que filius Pheleth de filiis Ruben, surrexerunt con 3 tra Moysen, aliique filiorum Israel, ducenti quin- 4 quaginta viri, proceres synagogae, &c. † qui tempo 5 re consilii per nomina vocabãtur. Cumq; † stetis- 6 sent aduersum Moysen & Aarõ, dixerunt: † Sufficiat vobis, quia oĩs 7 multitudo † sanctorum est, & in ipsis est dominus: Cur eleuamini 8 super populum domini? Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus 9 in faciem: locutusque ad Core & ad omnem multitudinem: Mane, 10 inquit, notum faciet dominus, qui ad se pertineant, & sanctos ap- 11

† & diuisit siue separauit se subaudi seipsum a reliquis

† sãcta est:

† vel maiores cõsilii, viri nominati.

† congregassent se

† multum vobis est, i. plusquam aequi est, vsurpatis cum velitis videri sanctiores & superiores, cũ omnes sint eque sancti

☞ a Voca

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XVI.

1 Ecce autem Core, &c. Hic consequenter ponitur impedimentum itineris ex ambitione Core insurgens, vbi primo ponitur eius seditio pro sacerdotio. Secundo ipsius sacerdotij determinatio cap. xvij. & tertio oneris impositio 28. Circa primum describitur seditio Core cum sibi adiunctis. Secundo totius multitudinis, ibi: Murmurauit autem omnis multitudo. Ad huc circa primum primo ponitur transgressio culpae. Secundo reprehensio iustitiae, ibi: Quod cum audisset Moyses. Tertio inflictio poenae, ibi: Locutusque est dominus. Circa primum secundum, quod Caath filius Leui habuit quatuor filios, Amram primogenitum, Isaac secundum, Ebron tertium, & Oziel quartum, vt dictum est supra 3. capitulo Moyses autem & Aaron, qui erant filij primogenitti, erant promoti in populo, quia Moyses erat dux populi, & Aaron summus sacerdos, & ideo videbatur ipsi Core, quod post ipsos debebat habere dignitatem in populo eo quod erat filius secundi filij Caath, & ideo quãdo uidit, quod Elisaphan, qui erat filius Oziel scilicet quarti filij Caath, fuit factus princeps super filios Caath, tamen sub Eleazaro filio Aaron, vt habetur supra 3. capit. concepit indignationem, eo quod filius iunioris filij Caath erat positus super eum, & super alios Caathitas, & hoc per Moysen & Aaron, propter quod mouit seditionem, vt per hoc Moyses perderet ducatum, & Aaron sacerdotium & ideo vt ad hoc posset pertingere, habuit consilium cum Dathan & Abiron, qui erant de tribu Ruben, suggerens eis, quod ipsi deberent habere principatum populi, eo quod essent de tribu Ruben, qui fuit primogenitus ipsius Iacob, vt sic iste Core haberet sacerdotium, & illi ducatum, poterant autem de facili adinuicem talia tractare, eo quod Caathitae de quibus erat Core, & tribus Ruben, habebant tentoria propinqua in situ, quia isti & illi habebant tentoria ac meridionalem partem tabernaculi, vt patet ex supra dictis depositione castrorum, & quia isti erant potentes in duabus tribubus, aggregauerunt sibi magnam partem maiorum populi, ideo subditur. Aliique filii.

Causa seditionis Core.

2 Cumque ste. Volentes eos deijcere a suo honore.

3 Dixerunt. Scilicet quod sitis sicut alij, & non maiores.

4 Quia. Id est electa ad Dei cultum, quia toti multitudini locutus est dominus in monte Sinai, vt habetur Exod. xx.

5 Et in. Quia eius tabernaculum est in medio castrorum.

6 Cur. q. d. hoc est ex vestra praesumptione, non ex diuina ordinatione.

7 Quod. Hic consequenter ponitur culpae reprehensio, & primo quantum ad ambitionem sacerdotii, secundo quantum ad ambitionem ducatus populi, ibi, Misit ergo Moyses. Circa primum, vt Moyses ostenderet populo se in hac reprehensione moueri zelo iustitiae, non vindictae, primo orauit dominum vt non irasceretur contra totum populum propter malitiam istorum. & hoc notatur cum dicitur.

Diuisio.

8 Cecidit pro. in faciem. Humilitando se coram Deo.

9 Locutusque. Rationabiliter & charitatiue dicens.

10 Mane inquit notum, &c. Id est cras saliua ieiuna, tentabat enim utrum interim Core respiceret a sua temeritate.

11 Et sanctos applicabit sibi. Id est ostendet quos vult fungi sacer- * do

MORALITER.

✠ 1 Ecce. Per Core Dathan & Abiron, qui aggregauerunt sibi multitudinem ad mouẽdum seditionem, vt per hoc obtineret sacerdotii dignitatẽ, significantur illi qui inter seculares vel religiosos seminãt cõtentiones vel discordias aggregãtes sibi caudam magnam, vt obtineant multitudinem, quod consequi non poterant ratione, & hoc in principatibus & regnis quantum ad statum laicorum, in ecclesiis vero quãtum ad statum clericorum, ĩ religionibus vero quãtum ad officia religionum, & sicut Core Dathan, & Abiron descenderũt ad infernũ, sic & illi descendent cum ipsis nisi debito modo pęnituerint de peccatis.

Moraliter autẽ in eodem homine discordiam & scissuram faciũt motus irascibilis & cõcupiscibilis inordinati & habitus ex eis generati, nam ipsi trahunt & inclinant hominem ad malum, ratio vero & synderesis trahunt ad oppositũ, & sic in codẽ homine fit scissura, propter quod de talibus dicit Philoso. 8. Ethic. Cõtendit ipsorum anima, & hoc quidem trahit huc, hoc autẽ illuc, quemadmodum discrepantia. Et concludit conclusionem utilem dicẽs. Igitur si sic miserum est ma lum esse, fugiẽdam malitiam intonse, illi vero qui per negligentiam, reprimendi motus inordinatos irascibilis & cõcupiscibilis sunt causa dicti schismatis, digni sunt poenae gehennalis.

Philoso.

Mora

* Sed

a *Vocaret Dathan.* AVGV. Quid ē quod Dathā & Abirō in seditiōe vocati à Moyse, superbe & iniuriose respondentes: Nunquid pusillū hoc quoniam induxisti nos in terram fluentem lacte & melle, & interficere nos in eremo? quoniam praees nobis princeps es, & tu in terram fluentem lacte & melle induxisti nos, & dedisti nobis sortem agri & vineas. Post hoc addiderunt: *Oculos hominum illorum absciдisses, non ascendimus.* Quorum oculos, dixerunt: vtrum populi Israel quasi si ita preſtitisses, oculos eorū abscidisses, id est, ita te diligerent, vt oculos suos eruerent, & tibi darent, secūdum illud Apostoli: *Si fieri posset oculos vestros eruisſetis, & dedissetis mihi.* Et deinde plenam contumaciam addiderunt. Non ascendimus, id est, non venimus, quia vocauerat eos. An potius oculos hominum illorū, id est hostium, qui nimis atroces & terribiles nuntiabantur: quasi, etsi hoc fecisses, non obtemperaremus tibi, nisi quod modus verbi alius pro alio positum est, vt non dicerent non ascendemus, sed non ascendimus quodam locutionis genere.

b *Nunquid parum est tibi*

plicabit sibi, & quos elegerit, † appropinquabunt ei. Hoc igitur facite: Tollat vnusquisq; thuribulum suum, tu Core, & omne consilium tuum, & hausto cras igne†, ponite desuper thymiamata coram domino, & quemcunque elegerit, * ipse erit sanctus. † Multum erigimini filii Leui. Dixitque rursum ad Core: Audite filii Leui: Num parum vobis est, quòd separauit vos Deus Israel ab oī populo, & iunxit sibi vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis corā frequentia populi & ministraretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te, & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotiū † vendicetis, * & omnis globus tuus stet contra dominum. † Quid est enim Aaron, vt murmuretis contra eū? Misit ergo Moyses, vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt. † Non veniemus. Nunquid parū est tibi, quòd eduxisti nos de terra †, quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, † nisi & dominatus fueris nostri? Reuera induxisti nos in terram, quę fluit riuis lactis & mellis, + & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearū. An & oculos † nostros vis eruere? Non venimus. Iratusque Moyses valde, ait ad dominum: Ne respicias sacrificia eorum: Tu scis quòd nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum: Dixit * ad Core. Tu & omnis congregatio tua state seorsum coram domino, & Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum. Quod cùm fecissent, stantibus Moyse, & Aaron, & † coaceruassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cūctis gloria domini. Locutusque dominus ad Moysen & Aaron ait: † Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua deseuiet? Et ait dominus ad Moysen: Præcipe vniuerso populo, vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. Surrexitq; Moyses & abiit ad Dathan & Abiron, & sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbam: Recedite * à tabernacu-

est tibi. ✻ PROCOPIVS. Deum in persona Mosis calumniantur, deceptionisque reum ipsum per agunt, dicunt enim: Diuersa his quæ nobis promisisti, euenit. Vnde vero hoc, Eo quod Dominum patientibus animis nō expectarūt, quemadmodum scriptum est, sed de promissione desperarunt. Meritò vero Moses posset dicere, conuitia cōuitiātiū te inciderūt in me. Tales sunt q amplectūtur vitā præsentem sub spe futuræ, qualis erat Demas.

c *Ne respicias sacrificia.* ✻ THEODORETVS. Cur hoc? certabatur de sacerdotio & vtrique erant incēsum oblaturi. Porro vtebant domino Deo pro iudice. Indignatus ergo propheta ꝑpter autores seditionis, iudicem obtestatur, ne susciperet velit quod a seditiosis contra legem offerretur, eúmque vocat in testimonium æquitatis suæ.

d *Tu scis quod nec asellum.* ✻ PROCOPIVS. Quisquis igitur inique non egisti, macte sis animo, sicut Dauid fuit, q iniquit, *sine iniquitate cucurri.* Itē *si est iniquitas in manibus meis.*

e *Recedite a tabernaculis.* AVGV. Alia litera: † Ascendite vos de medio synagogæ istius &c.

Marginal notes: Quæst. 26. A; † sufficiat vobis vel, vt sup. annotatum multū vobis est; * tū &; † non venimus; † Aegypti; † q princi pem facis te sup nos & principatum geris; B; Gal. 4. b; * Moyses; † 7. q. 1. c. deniq. 24. q. 1. c. didimus. & q. 3. c. 1.; C; D; † appropinquare facere sibi; † de altari; * dominus; † quæratis; † Quis; Quæst. 34.; † neque † virorum istorum; E; † coaceruasset; Quæst. 27.; F; † Abscedite; * quæso; 1. reg. 16. d

NICOLAVS DE LYRA.

✻ cerdotio coram eo.

1 Et quemcumque elegerit, ipse erit sanctus. *Id est ad diuina deputatus in officio sacerdotali.*

2 Multum erigimini. *Quia non solum contra homines, sed etiam contra Deum.*

3 Num parum est vobis &c. *q. d. non deberetis reputare parum, sed multum diuina beneficia, quæ fecit vobis præ aliis.*

4 Vt vobis etiam sacer. vendicetis. *id est, indebitè vsurpetis tanquam ingrati omnis beneficiis.*

5 Et omnis globus tuus stet contra dominum. *A veritate enim se esse vanos professi sunt, qui multitudine se armauerunt.*

6 Quid est enim Aaron, vt murmuretis contra eum. *q. d. nō assumpsit sibi sacerdotium, sed dominus imposuit ei.*

7 Misit ergo. *Hic ponitur reprehensio Mosis quantum ad ambitionem ducatus populi: & primo vocauit Moses istos ambitiosos coram aliis senibus, vt eos rationabiliter induceret ad desistendum.*

8 Qui responderunt, non veniemus. *Ostendentes se a parte rebellare, propter quod consequenter procedunt ad conuitia.*

9 Nunquid parum est tibi. *scilicet quòd fecerit, hoc malum toti populo, quod malum exprimitur, cum subditur:*

10 Quod eduxisti nos de te. *scilicet Aegypti.*

11 Quæ lacte & mel. ma. *idest bonis omnibus abundabat: illam terram vltra debitum commendabat in vituperium Moysi, qui eos inde eduxerat.*

12 Vt occideres in deserto. *ex defectu cibi & potus.*

13 Nisi & dominatus fueris nostri. *vnde imponebāt ei, quod vellet eos redigere in seruitutem, quod erat falsum.*

14 Reuera induxisti nos in terram, &c. *Hoc dicebant ironicè ad designandum, quod Moses per falsas promissiones decepisset populum promittendo eis terram lacte & melle fluentem.*

15 An & oculos nostros vis eruere? Non venimus. *q. d. non mandas nobis quicquam pro bono nostro, sed pro malo.*

16 Iratusque Moyses valde. *Non pro iniuria sibi illata, sed quia talis iniuria inuehebatur contra Deum, cuius erat nuntius.*

17 Ne respicias sacrificia eorum. *Sicut non respexisti ad sacrificia Cain maligni, vt habetur Gene. 4. a.*

18 Tu scis quòd nec asel. &c. *id est minimam rem. Cætera patent vsque ibi.*

19 Et coaceruassent. *Dicit Ra. Sa. quòd per totam noctem præcedentem & partem diei Core, & sibi adhærentes, discurrere per castra, dicentes populo quòd mouebantur pro vtilitate communi: & hoc modo coaceruauerunt sibi multitudinem.*

20 Locutusq; domin. *Hic consequenter ponitur inflictio pœnæ, vbi primo ponitur comminatio Dei.*

21 Separamini de medio con. *quia sunt indigni societate vestra.*

22 Vt eos repente disperdam. *Omnes simul.*

23 Qui ceciderunt proni in faciem. *ad placandum Dei iram.*

24 Fortissime Deus spirituum. *id est qui cognoscis corda.*

25 Num vno peccante. *q. d. nō decet. Iudex enim mortalis, qui non cognoscit corda (quia homo videt tantum quæ patent) aliquando punit innocentes cum peccantibus, sed tu qui usq; verius vides corda hominum non debes hoc facere. ideo subditur.*

26 Præcipe vniuerso populo. *Et patet litera vsque ibi.*

A

ftius &c. Notandum est tunc iubere dominum corporalē fieri separationem, cũ iã vindicta imminet malis. Sic Noe cum domo sua à cæteris sæparatur diluuio perituris. Sic Loth cũ suis separatur à Sodomis igne cælitus consumendis. Sic populus ipse ab Aegyptiis marinis fluctib. obruẽdis: Sic isti nũc a synagoga Core, Dathan, & Abirõ qui se prius per seditionem abrũpere voluerant, cum quibus tamen sancti antea viuentes & cõuersantes, & cum cæteris, quos reprobat Deus, cõtaminari minime ab eis potuerũt nec se separari iussi sunt, quando vindictã dominus siue differebat, vel talē adhibebat, qua innocẽtes periclitari non possent, sicut serpẽtum morsibus, vel strage morientiũ, qua Deus quem volebat sicut volebat, alio percutiebat intacto: non sicut aqua diluuij, aut ignea pluuia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, quo permistos poterat pariter absumere non quia Deus sibi suos seruare non posset. Sed quid opus erat tentatione miraculi, vbi separatio poterat fieri, vt vel aquæ vel ignis vel hiatus terræ, quo iuenisset auferret. Sic & in fine a zizaniis separabuntur frumenta vt malos cremantib. flammis, iusti fulgeant sicut sol in regno patris sui.

(Gen. 7. c. Gen. 19. e Exo. 14. c — *istorum — † pereũtis in oĩbus — † paruuli sique eorũ — † cõtẽpserint viri isti — † Deu. 11. a Ps. 105. c. — B — Matth. 13.)

lis hominum impiorum *, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne † inuoluamini in peccatis eorum. † Cumq. recessissent à tentoriis eorum per circumitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cũ vxoribus & liberis † omniq. frequentia. Et ait Moyses: In hoc scietis, quòd dominus miserit me, vt facerem vniuersa quæ cernitis, & nõ ex proprio ea corde protulerim. Si consueta hominum morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & cæteri visitari solent, non misit me dominus. Sin autem nouam rẽ fecerit dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descenderintq. viuẽtes in infernum (¶ In inferiores partes terræ), scietis quòd † blasphemauerint dominum. Confestim igitur, vt cessauit loqui, † dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suũ deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum: Descenderuntq. viui in infernum (¶ In inferiores partes terræ) operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit † ad clamorem pereuntiũ, dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat. † Sed & ignis egressus à domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Locutusq. est dominus ad Moysen dicens: Præcipe Eleazaro (¶ Et non Aaron.) filio Aaron sacerdoti, vt tollat thuribula

(marginal numbers 1–6; letters a, b, c, d)

terrenũ dictos esse inferos. i. in inferiorib. terræ partibus. Sub vario enĩ intellectu, nomẽ inferorũ ponit, & maxime in mortuis hoc accipi solet. Sed qm̃ istos viuẽtes dictũ est ad inferos descẽdisse, & ipsa narratione apparet qd factũ fuerat. manifestũ est hic inferiores partes terræ inferorũ vocabulo nominari cõparatione huius superioris terræ in cuius facie viuitur. Sicut in cõparatione superioris cæli, vbi sctõrum demoratio est angelorũ: peccãtes angelos in huius aeris detrusos caligine, scriptura dicit tanquam carcerib. inferi puniẽdos reseruari.

(D — 2. Pet. 2. c. Iud. q. t. sic, inquit in fine.)

c *Præcipe Eleazaro.* AVGVS. Alia litera. *Et dixit dominus ad Moysen, & ad Eleazarum filium Aaron sacerdotum: Tollite thuribula ærea de medio exustorum, & ignem alienum hunc semina ibi, quia sanctificauerunt thuribula peccatorum horum in animabus suis, & facies laminas ductiles circum positionem altaris, quoniam oblata sunt ante dominum & sanctificata sunt, & facta sunt in signum filys Israel.* Cur non ad Moysen & Aaron sicut in superioribus dominus locutus sit, sed ad Moysen & ad Eleazarum filiũ Aaron? Hęc mihi cũ interim occurrit qm̃ quæstio erat de progenie sacerdotum, idest, de quo genere esset deberẽt: vnde illi ex alio genere qua sibi sacerdotiũ vsurparent, mirabili supplicio perierũt. Nõ ad Aarõ qui iã summus sacerdos erat, sed ad Eleazar, voluit loqui deus qui ei succedere debebat, & secũdo iã sacerdotio fungebãt vt sic seriem generis cõmendaret, quæ in successionib. sacerdotum esse deberet. Vnde in sequentib. dicitur: *Et accepit Eleazar filius Aaron thuribula ænea, quæ attulerunt qui exusti sunt: & addidit ea circum positionem altaris memoria e filys Israel, vt non accedat quisquam alienigena, qui non est de semine Aaron imponere incensum ante dominum, & nõ erit sicut Core, & sicut conspiratio eius &c.* Hoc ergo modo voluit Deus nõ sacerdotiũ quod iã erat in Aaron, sed successionis sacerdotalis progeniem cõmẽdare. Quod vero aut alienum ignem ibi sparge, intelligendũ est Et quod addidit, quia sanctificauerũt thuribula peccatorum horũ in animab. suis, locutione inusitata sentẽtia expressa est Sed notãdum nouo modo dicta sanctificata in pœna eorum a quib. hoc peccatum fuerat perpetratum, quia per eos exemplum datum est cæteris, quid timerent.

(E — † à clamore — Quest. 30 — Leuit. 26. b — Literalis quæstio.)

a *Dirupta est.* ✠ PROCOPIVS. Commouet enim sese fabrica cõtra eos qui contra Deũ fabrũ insurgunt, mortemq; acerbissimam ac propemodũ demonica viui ad inferos descẽdũt. Porro cum ipsis procerib. abreptæ sunt fortunæ, domus, & pecora sicut scriptum est, egredientur Angeli, & impios e medio iustorum separabunt, eosque in tenebras exteriores eiicient: hęc enim fins exempla sunt, & nonnunquam diuersa.

ISIDORVS. Per Dathã & Abirõ, & Core, signãtur heretici & schismatici, qui multos secum trahẽtes decipiunt, cõtẽnẽtes sacerdotes Christi, & se a clero plebisq; societate segregates, cõstruere audẽt ecclesias, & aliud altare, precẽq; alterã illicitis vocib. faciunt dominicæ hostiæ veritate per falsa sacrificia profanantes. Et quia contra Dei voluntatem & ordinationẽ nituntur, ob temeritatis audaciã terræ cõpagib. ruptis viuentes absorbentur, nec tantum duces, sed omnes complices & fautores in æterno igne, præparata vltione peribunt.

C

b *Descen.* AVGVST. Alia litera. *Et descenderunt ipsi & omnia q̃ cunque sunt eis, viuentes ad inferos.* Notandũ secundum locum terrenum

(Quæst. 29. Inferi.)

d *Tollat thuri.* ORIG. Core figuram tenet eorũ, qui contra ecclesiasticam

(F — Hom. 9. in Numer. Mystice.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dathã & Abiron egressi a a sta. &c. *parati ad resistẽdũ Moysi.*

2 Scietis, quod dominus miserit me &c. *id est scietis qd de mãdato domini feci illud, pro quo isti seditionem mouerunt, quia de mandato eius ducatum suscepi, & Aarõ in sacerdotum ordinaui, & Elisaphã principem super Caathitas constitui. sequitur.*

3 Descenderuntq; viui. &c. *id est inferiores partes terræ, in quib. dicitur esse infernus a doctorib. Non tamen sic est intelligendum, quod sint in pœna inferni, ita quod non fuerunt mortui prius morte corporali, quia secundum quod dicitur ad Hebr. 9.* Statuum est omnib. semel mori. *ad soluendum debitum naturæ lapsæ, post hoc autem iudicium. & retributio premii vel pœnæ.*

4 Sed & ignis. *virtute diuina Dicit m. Ra. Sa. quod exiuit de thuribulis quæ tenebant.*

5 Locutusq; est dominus. *Hic consequenter ponitur signum punitionis prædictæ ad repressionem aliorum in futurum a consimili temeritate, cum dicitur.*

6 Præcipe Eleazaro &c. *Hoc enim signum ponebatur ad reprimẽdum alios in futuro, ab vsurpatione sacerdotii, & ideo hoc signum mandatum fieri per Eleazarum magis quam per Aaron, quia debebat succedere in sacerdotio.*

✠ 1 Quoniam

## MORALITER.

✠ 4 *Sed & ignis, &c.* Per istos vsurpantes sibi sacerdotium, intelliguntur ambitiosi dignitatum & officiorum in religionibus & Ecclesijs: & isti puniri merẽtur pęna ignis gehennalis.

6 *Præcipe.* Thuribula sunt instrumenta ad offerendum incẽsum quod pertinet ad sacerdotis officiũ. Igitur per thuribula ambitiosorũ prędictorũ, qui sibi volebant vsurpare sacerdotium, possunt intelligi verba falsa, opera ficta, & occulta munera, per quæ ambitiosi quærũt obtinere in ecclesia gradũ indebitum sibique quæ thuribula producũtur in laminas, quando manifeste detegitur & debite punitur ambitiosorum falsitas, & iste lamine figuntur in altari quando manifestatio & punitio dictæ falsitatis redigũntur in scriptura communi, vt sic sint aliis in signum ne querant indebite honoris statum.

✠ Murmurauit.

clesiasticam fidem & doctrinam veritatis insurgit. Hic cū ce tu suorum batillis æreis obtulit incensum alienū ignis. Iubet ergo a domino dispergi ignis & de batillis, quia sāctificata sūt, laminas fieri ductiles, & ex eis altare circūdari, qa oblata sunt corā domino & sanctificata. Hoc autē videtur figurari q batilla ærea diuinæ scripturæ figurā teneant, cui heretici alienum ignem imponentes, idest intelligentiam a Deo alienam, & veritati contrariam, incēsum † Deo nō suaue sed execrabile offerūt. Et ideo forma no stris sacerdotibus datur, vt, si aliquid tale fuerit exortum quæ a veritate sunt aliena, ab ecclesia penit⁹ excludātur; Si qua vero in ipsis hereticorū verbis, ex diuinæ scripturæ sensibus inueniuntur, non respuantur: sanctificata enim sunt & dño oblata.

† sanctificata in pctō ū eorū in quibus eorū n. i. per morte ipsorum.

† vero quib. cō mune pa ratur altare.

† 7. q. i. c. deniq. i fi.

† morti fecistis.

a Eo quod AVGVST. circūpositionē vero altari cur fieri ex eis fieri voluit, addit dicens. q oblata sunt in signum filiis Israel. Nō ergo in eis reprobare voluit, quod a talib. oblata sunt seu hoc potius cogitari & attendi, ante quem oblata sunt, idest quia ante dominum, vt plus in eis valeret nomē domini ante quē oblata sunt, quā pessimum meritū eorū a quibus oblata sunt. Hoc autem & in Exodo commemorauit scriptura, qñ altare fabricatum dicit. Vnde intelligitur genera rerum gestarum distributa esse p libros, nō ordo temporum continet textus. Nam & de virga Aaron quō res gesta sit, vt & florens & germinans, electionem sacerdotii eius diuinitus indicaret, in hoc libro legitur. & tamen de ipsa virga in Exo. dicitur vt in sāctissanctorum cum mana in arca ponere tur, quando præcipitur de tabernaculo fabricando quod longe antē præceptum est; quam ipsum tabernaculum fabricatū perfectumq; consisteret. Stetit aūt primo mense secundi anni ex quo de Aegypto egressi sunt, & liber iste incipit a secundo mēse eiusdē anni secundi, eiusdē mēsis primo die. Vnde clarū est ista (si librorum ordinē cōsideremus) p recapitulationē, idest pteritorū recordationē cōmemorari, q putant, qui minus diligenter intēdūt, eodē facta ordine, quo narrāt.

D Quæst. 30.

† id operimentū altaris

† 13. d. c 1 reuere.

† multitudo

quæ iacent in incendio, & ignem huc illucq; dispergat, quo- 1 niam sanctificata sunt † in mortibus peccatorū, producatq;
ᵃ ¶ Quia per eos qui peccauerunt exemplum datum est cæteris vt timeant.
a ea in laminas, & affigat altari, eò quod oblatum sit in eis in-
ᵃ ¶ Quasi magis attendendum ante quem oblata sint, quàm a quibus.
cēsum domino, & sanctificata sint, vt cernāt ea pro signo &
b monimento filii Israel. † Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas † affigens altari, vt haberet post 2 ea filii Israel quibus commonerentur, † ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerēdum incen
c sum domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis † cōgregatio eius loquēte domino ad Moysen. Murmurauit au- 3 tem omnis multitudo filiorū Israel sequenti die contra Moysen & Aaron dicens: Vos † interfecistis populū domini. Cūq; 4
d oriretur seditio, & tumultus increscéret, Moyses & Aaron 5

Vbi supra

IDEM. Potest & alio modo intelligi q de batillis præcipitur peccatorum, vt socientur altari. Aerea dicūtur, quia vbi vera fides & integra verbi Dei pdicatio, aut argentea dicūtur, aut aurea, vt fulgor auri declaret fidei puritatē, & argentū igne pbatū, eloquia dñi igne examinatā significet. Ista vero quæ dicuntur ærea, in sono tantū vocis consistunt, & sunt vel gramē tū tonans, aut cymbalū tinniens. Ista vero batilla ærea, id est, hereticorum voces, si adhibeamus ad altare Dei, vbi diuinus ignis, vbi verā fidei prædicatio, melius ipsa veritas ex falsorū cōparatione fulgebit. Si. n. dicta Marcionis aut Basilidis, aut cuiuslibet heretici, sermonib. ueritatis & scripturarum testimoniis, velut diuini altaris igne confutē, in mē euidentior ex ipsa cōparatione apparebit eorū impietas. Si. n. doctrina Ecclesiastica esset simplex, & nullis extrinsecus hereticorū dogmatum assertionib. scinderetur, non tam clara & tam examinata videret fides nostra: Ideo doctrinā catholicā cōtradicētes oppugnāt, ut fides nostra nō otio torpescāt, sed exercitiis elimetur. Vnde Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant: quasi opportet hæreticorum batillis altare circundari, ut fiat omnib. manifesta fideliū & in fideliū differentia. Cū. n. fides ecclesiastica, uelut aurum ceperit refulgere, & pdicatio eius ut argentum igne, probatum, resplenduerit, turpius heretico rū uoces obscuri æris utilitate sordebunt. Bona. n. ex deteriorū comparatione magis noscuntur. Quis sciret bonā esse lucē nisi tenebras sentiremus? Quis nosset mellis dulcedinē nisi gustasset amaritudinē? Ipsū deniq; diabolū, & contrarias potestates si auferas, uirtutes animi sine obluctante nō poterūt enitescere. Sic & sacerdotū fideliū gloria nō potest resplēdere, nisi eā infideliū reprobatio & pena comēdet. Singuli quoq; iustorū magis ex cōparatione cæterorū clari videt apud Deū De Noe scriptum est, q esset iustus & pfectus in generatione sua in quo ostendit, quod non ex integro pfectus, sed in generatione sua, id est ad ceterorū cōparationē: Similiter Loth, quāto quotidie deteriores fiebāt Sodomitæ, tanto iustior apparebat. Et cū regressi essent, qui terrā inspexerant, & decē me ticulosis sermonib. desperationes populo incussissent, duo, i. Caleb & Iesus bona nuntiassent, & in pposito manere suaderēt, immortale eis meritū contulit non tā sua confessio quā formido sodaliū. Non. n. tam magnifice in eis uirtus animi claruisset, nisi reliquorū ignauie formido patuisset.

Psal. 11. b.

B

1. Cor. 11. d
Psal. 105. c

De elec. t. c. licet de vitanda.

Quomodo prosit hæretici.

Gen. 6. b.

C

a Eo quod

✻ THEODORETVS. Eorū thuribula altari præcepit affigi Deus ad arguendos eos qui contra sacerdotiū cōmittere qd auderent, & ad confirmationē eorum qui constitui sunt ad sacra peragēda. Hæc. n. subiunxit, ut sit monumētū &c. Hāc et ob causam uirgam quæ frondit, reponi iussit in arcam.

E Quæst. 36.

b Tulit. ORIG. Apud Deum nihil est otiosum, sed quæ putantur abiicienda aliquid operis necessarii habent. Refert ergo scriptura quia ex præcepto Dei accepit Eleazar batilla ærea q obtulerāt qui exusti sunt, & fecerūt ex eis circulos, & apposuerūt eos altari in cōmemorationē filiis Israel, ut non accedat alienigena imponere incensum corā domino. Nō. n. sunt consilia diuina sicut consilia humana: Si apud homines iudicaretur hæc causa, & apud ecclesiarum principes de his (uerbi gratia) q diuersa ab ecclesiis docētes, diuinæ iniæ uel uincitæ ptulerūt ultionē, nōne iudicaret ut q locuti sunt, q docuerunt, q scripserunt uniuersa uniersitū cineribus disperirent.

Ho. 9. in Numeri

c Sicut passus est. ORIG. Posteris quoque datur exemplum ne qs presumptione superbi spiritus nō sibi a Deo datum munus pontificatus inuaderet. Sed illi cedat quē nō ambitio humana, nō fauor corruptus, nec largitio damnāda adsciuerit.

Vbi sup.

d Moyses & Aaron. IDEM. In Sodomis quidem ad minus decē requirebātur p quos uix saluarentur qui habitabant in pētapoli, Nunc autē ii duo inueniantur tales, qualis fuit Moyses & Aarō sufficiunt ut totā gēs Israelitarum saluet. Quid ergo amplius est in his duob. qnē tāta uirtus, quod meritū, q sexcēta milia & eo amplius liberentur? Ego arbitror qd in Moyse lex significat q docet hominem scientiā & amore Dei; in Aaron uero supplicandi Deo & obsecrandi forma. Si qñ ergo nobis uel uniuerso populo Deus indignatur, & iā ultio procedit & redeunte lege Dei in cor nostrum, q moneat & doceat nos conuerti ad pœnitētiā, & satisfacere pro delictis, cōtinuo ita cessabit, & propitiabitur dominus, quasi Moyse & Aarō p nobis,

Vbi sup.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quoniā san. i. per mortē peccatorū quorū thuribula remanebāt, apparebit futuris, q sanctitas debet esse in sacerdotib., & hoc est quod subditur. Et san. si. et. Sequitur. 2 Affigens altari, s. holocaustorum 3 Murmurauit. Hic ostē. quenter ponitur transgressio multitudinis cum dicitur, Murmurauit autem. Zelans pro Core, & sibi adiunctis, 4 Vos interfe. per hoc murmurātes quod erant morte digni. vnde subditur. 5 Moyses, & c. ad protectionem domini.

✻ 1 Operuit

MORALITER.

✣ 3 Murmurauit. Hec autem murmuratio contra Moysen & Aaron fuit ualde iniusta, propter quod murmurantes puniti fuerunt incendio corporali, per quod significatur q murmurantes iniuste ꝯ bonos superiores puniantur nisi pœniteant, igne gehennali, per hoc autem quod Aarō de pcepto Moysi obtulit thymiama pro illis qui combur ebantur, & sic cessauit incēdiū, significat, q boni superiores subditis suis et ingratis & indignis exhibere debeant charitatis bñficium. Mat. 5. g. Benefacite his q oderūt vos, & orate pro psequentib. & calumniantib. vos.

A nobis intercedentib. & pro vniuerso populo supplicantibus. Si autem induratæ corda nostra, nec conuertamur nec humiliemur in conspectu domini, vt in confessione supplicationū irā mitigemus, sed cōtra dicamus: Non est cura Deo de vita mortaliū, nec pertinēt hæc ad Deū, reliquit nos olim, nec ista nouit nō est Moyses & Aaron in nobis: legis. f. scientia & fructus pœnitentiæ per quos iterū possum⁹ euadere.

a *Operuit nub.* ORIG. Nō. n. legimus antea qđ obtexerit nubes tabernaculum, & apparuit maiestas domini, & receperit intra nubē Moysen & Aaron, nisi cum populus in eos surrexit, & lapidare voluit. Discamus ex hoc, quāta sit vtilitas in persecutiōe Christianis, quo modo protegat eos Deus, & infundatur spiritussanctus. Tūc

*respexerunt. *illud. Vbi supra. †Sap. 18. d. De pœ. di. 2. §. opponitur. †percussio

† fugerunt ad tabernaculū fœderis. Quod postquam ingressi sunt operuit *nubes & apparuit gloria domini. Dixitque dominus ad Moysen: Recedite de medio huius multitudinis, † & iam nunc delebo eos. Cumq; iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron: † Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, vt † roges pro eis. Iam enim egressa est ira a domino, & plaga deseuit. Quod cū fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediā multitudinem, quā iam vastabat incendiū, obtulit thymiama, & stans inter mortuos ac viuētes pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Fuerunt

a In tribulatione, non enim dormienti & otioso potest apparere gloria domini. a Videns in spiritu quę gerebantur. Lex, quæ docet hominem scientiam & Dei amorem. a Carnem humanam. b Anima, scilic. cum qua Christus natus est. Spiritum immaculatum. Ne scilicet vltra procedat vastatio. a Christus sacerdos magnus. b Supplicandi & obsecrandi forma. a Recto corde. Ne mors vltra grassaretur. b Peccatores. Nimietate scelerum. a Iustos. In operibus iustitiæ. b Lxx. vastatio, vel vt in aliis exemplaribus continetur, confractio.

D virtutē repropitiationis eius, & incensi mysterium, erubuisse angelum vastatorem: & in hoc mortem finitam, & vitam reparatam. Considerata vero historia, ascēde ad verbi huius celsiora fastigia, & vide quomodo verus pōtifex Iesus assumpto batillo carnis, & superposito igni altaris, anima scilicet magnifica, adiecto etiā incenso, qui est spiritus immaculat⁹, medi⁹ inter viuos & mortuos stetit, & morte compescuit, destruens eū qui habebat mortis imperium, vt qui credit in eum, nō moriatur, sed viuat in æternum. Hoc ergo mysterium postea futurum, iam tūc qui populū vastabat expauit, agnoscebat figurā batilli, ignis incensi, & qualis offerēda erat deo hostia ab eo qui medius viuorum & mortuorū consisteret, præuidebat. Illos imago salu

Heb. 2. d. Ioan. 3. b. † ocyus, vel in momento. †expiescu & infra.

enim adest maxime gloria domini, cum hominū sęuitia conciatur, & tunc pacem habemus apud Deum, cum ab hominibus pp iustitiam expugnamur. *Vbi enim abūdauit peccatū, superabūdauit & gratia.* Operuit ergo eos nubes tabernaculi, & irruit Synagoga super Moysen & Aarō, & apparuit gloria domini quāuis magni meriti sint & virtutib. polleant, nō apparet eis gloria domini nisi in tribulatione & periculo, & pene in ipsa morte. Apostolus et in his gloriā domini cōsequi meruit. vnde enumerat se sup cæteros in tribulationib. fuisse, ter virgis cęsum, semel lapidatū fuisse, & naufragia pertulisse, & pericula maris ac fluminum, &c.

Rom. 5. c. B 2. Cor. 11. f. Vbi supra.

b *Recedite.* ORIG. Iubentur ergo Moyses & Aaron exire de medio synagogę, vt intereat. Sed videamus quid faciunt. Sancti sunt & perfecti, & magis euāgelii quā legis discipuli, ideo diligūt et inimicos, & orant pro persecutorib. Illis. n. irruentibus, isti procidunt in faciem, & ait Moyses ad Aaron. *Assume batillū & impone super illud & ignem, & iniice incensum, &c.* Videāt ergo qui Deū pariter criminātur, & legē, quomodo Moyses & Aaron priores fecerunt, quod postmodū euāgeliū docuit Diligit Moyses inimicos, & orat pro persecutorib. Inuenitur ergo euāgelii virtus in lege, & fundamēto legis innititur euāgelium. Nec vetus testamentū nomino legem, si et spiritaliter intelligā. Illis tantum lex vetus est testamentū qui eā carnaliter intelligūt. Illis vetus est & senuit, quia vires suas obtinere non pōt. Nobis aūt qui eā spiritaliter exponimus, semper noua est, & vtrumq; nobis nouum testamentū est, nō temporis ætate, sed intelligentiæ nouitate. vnde Ioānes ait, *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicē:* cum sciret, datū esse mandatum dilectionis in lege. Sed quia charitas nūquā cadit, nec mandatū veritatis veterascit, semper nouum esse pronuntiat Semper. n. obseruantes nouos facit in spiritu, peccatori autem & charitatis fœdera non seruanti, et euangelica veterascunt. Nec pōt ei nouum testamentum esse qui nō deponit veterē hominem, & induit nouum, qui sm Deum creatum. Hortatur Moyses pontificē magnū, vt offerat in castris incensum, & oret pro populo. Iam. n. cęperat populus vastari. In spiritu videbat Moyses quę gerebant. Intelligi populum Israel in castris per ordinem tribuum & familiarū dispositū, virtutem vero qñ a Deo missam, non passim, sed ex prima parte cępisse populum vastare, & procedētem per ordinem mortis stragem. Cōsidera post hæc pōtificē indutū veste pontificali, & portātem batillū atq; igne cum incenso tendere ad locum, quo per angelum vastantē mors peruenerat, & stantem vbi mors finem dederat primis, & imminebat postremis. Intuere stātē potificē, & obiectiōe quadā viuentes a mortuis dirimētē, & vittu-

Io. 13. d. C

uit, ad nos salutis veritas peruenit. Non enim indumenta pontificis purpura, lana, byssoque cōtexta erubuisset ille angelus, sed futura magni pōtificis indumenta intellexit, & cessit quibus vniuersa creatura inferior est. Puto autem quod non solum primo aduentu domini forma ista completa sit, sed etiā in secundo cōplebitur, veniet iterū filius hominis. & quosdā inueniet mortuos & quosdā viuentes. Et possumus intelligere, q nonnulli in hoc vitæ statu inueniantur, cū multi præcesserint mortui. Vel mortuos, corpora intelligamus, viuētes autem animas, & tunc forte medius viuorū & mortuorū stabit Christus, cū statuet oes a dextris, hędos aūt a sinistris, & dicet his q a dextris: *Venite benedicti patris mei, &c.* His aūt qui a sinistris: *Ite maledicti in ignē æternū, &c.* Sunt n. mortui qui in ignē æternum mittuntur, viui autem qui mittūtur ad regnum.

Exo. 28. g. E Matt. 25. e

c *Et stans inter.* GREG. Aaron. vt iram Dei placaret. thuribulū sumpsit, atq; inter viuentes & mortuos stetit. quia sacerdotis est negotium Deo orationē fundere, & pro iustis ne cadāt & pro peccatorib. vt resurgant. vnde, *Intret oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo*

Sacerdotis officiū. Psal. 87. a.

IDEM. Aaron thuribulum accipiens, occurrit quassationi, & stans in medio viuorum & mortuorum, lethalem plagā obiectu suo quasi quidā murus excludit. Iste sacerdos Christus q ruinā mortis in mundo aspiciens, occurrit a summo cælo, venitq; obuius quasi gigas ad currendā viā. Stetitq; inter viuos, & mortuos, quia natus & mortuus est, sicq; thuribulū passionis accipiens, & in odorē suauitatis ptendens, suspendit ignis eterni perniciem, & inimicam pertulit mortem.

Mystice.

d *Et plaga cessauit.* ORIG. Alia litera. Et cessauit vastatio, vel cōfractio, quod magis conuenit. Cōfractio. n. fit in fictilib. vasis, quę sunt peccatores. vnde. *Filij Sion qui erant honorabiles & in auro elati, quomodo reputati sunt in vasa fictilia, &c.* Et in magna domo sunt lignea vasa & fictilia, & alia ad honorem, alia ad contumeliam, quæ confringi possunt. Vnde Apostolus de vasis fictilib. *Si quis emūdauerit se ab his, erit vas ad honorem sanctifica ū, & vtile domino, & ad omne opus bonum paratum.* In quo ostendit, q vas quod fit, & per quem fit, vnus & idem homo sit: intelligere ergo propositū hominis esse quod operatur, reliquam parte hominis esse ipsum vas, q fit ad honorē vel ad contumeliam. Cum ergo sensus noster quæ bona sunt eligit, & ad bonā cōuersationem trahit, facit nos vas vtile. Cū autem neglexerit, & deciderit propositū nostrum a bonis, efficimur vas in contumeliā. Si intellectus noster luteus sit, & de luto semper & de terrenis cogitet, efficimur vas fictile, & opus manuum figuli. Vnde *Nunquid figmētum dicit ei qui se finxit, quare sic me fecisti?* Luteus. n. & terrenus sensus non capit mysteria.

Vbi supra Tropolo. Threni. 4. a 2. Tim. 2. d Rom. 9. c

Dicitur

NICOLAVS DE LYRA.

1 Operuit nu. *Dicunt aliqui, q nō fuit illa nubes quæ præbebat ducatū populo, sed quædam parua nubes in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse. Alij dicunt quod fuit illa quæ præbebat ducatum, sed ante hoc semper stabat in alto super tabernaculum; & tunc descendit operiens, & ambiens tabernaculum circunquaque, vt nullus posset accedere.*

2 Cumque iacerent in terra. *ad placandum iram Dei contra populum excitatam.*

3 Dixitque Moy. ad Aaron. Tolle thu. &c. *Cognouit enim ex reuelatione diuina, quod per preces Aaron, & oblationes incensi, quiesceret plaga incœpta.*

4 Stans inter mortuos ac viuentes. *vt retineret processum vindictæ.*

2 Cumque

1 Reuer-

Dicitur etiam corpus nostrum vas fictile, vel litera legis: in eo quod Apostolus ait, *Habentes thesaurum istum in vasis fictilibus*: 1. Cor. 4. b

aũt qui percussi sũt quatuordecim millia hominũ & septigẽti, absq; his qui pierãt ĩ seditione Core. Reuersusq; est Aarõ 1 ad Moysen ad ostiũ tabernaculi fœderis postq̃ quieuit interit⁹.

Quia in corpore positis thesaurũ gratiæ puer spiritũ sanctũ dominus largitur, & in sermonibus legis qui contemnuntur, quia nulla arte grammatica exposit, videntur, reconditus sit thesaurus sapientiæ & scientiæ Dei.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Reuersusque est Aaron ad Moysen. *adhuc pro populo orãtem. Et in hoc dedit exemplum prælatis, quod non debẽt spiritualia subtrahere beneficia subditis propter iniuriam sibi illatam ab eis.*

CAP. XVII.

a A *Cunctis principibus.* Omnis princeps habet virgam, qa sine ea populum regere non potest. Vnde Paulus, qa princeps populi erat, dicebat: *Quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate?* 1. Cor. 4. d

✠ PROCOPIVS. Vnicuique virgæ mãdat inscribi principis nomen, totius trib. cui pẽit, vice, ne quis alius a quam descriptus sacerdotium sibi vendicet. Quod sane vniuersum propter tribum Leui factum est, quò Aarõ princeps ipsius istam dignitatem obtineret: Cuius certè virga amygdalina folia vt par erat, extrudit, & fructum reddit: ac ea quidem in vasis sacris reponitur, signo nimirum ijs qui immorigere esse pergerent ne ipsi quoque interirent. Præterea eos qui ad Deum sese cõferunt, virtute eius ex veteribus nouos fieri declarat. Porrò forma amygdali virum bonũ adũbrat, vt enim nucleus eius est contentus, & in putamine latet: ita virtus in animi habitu recondita, nõ in corporis est conspectu. Videtur porro virga amygdalina virtute quadam naturali dormituri entibus pone caput posita, somnũ eripere, vigilantiamque concitare. Quapropter ad Ieremiã dixit Deus, *Quid tu vides Ieremia*, Cui respondit ille, *perticam amygdalinam*, cui subiũxit, *rectè vidisti sane, sermonibus enim meis, vt eos effectum darem inuigilaui.* Ierem. 1.

B

†et pro singulis capitib. domus patrũ suorũ erit vna virga.

✠ PHILO. Amygdalus omnium arborũ prima floret, vltima frondes deponit, quod vtrũque ad sacram tribũ spectat. Ex cathena græca. Vbi sup.

ORI. Omnes principes tribuum necesse est, vt habeãt virgas. Vnus solus est põtifex Aarõ cuius uirga germinauit. Hic est Christus, cuius virga non solum germinauit, sed ẽt floruit, & credentium attulit fructus. Quis est fructus quem attulit. Nuces inquit, qui fructus primo indumento amarus, secũdo munit, tertio pascit. Talis ergo est in auditorio Xpi legis & ꝓphetarum doctrina. Prima facies literæ amara est, quæ circũcisionẽ pcipit, & sacrificia & cætera quæ omnia tanquã amaram nucis corticem proij. e. Secundo ad munimentum testæ peruenies, in quo vel moralis doctrina vel ratio continentiæ significatur, quæ necessaria sunt ad custodiam eorũ q̃ seruantur intrinsecus. Frãgenda tamen quandoque & soluenda, abstinentia. n. cibi & castigatio corporis corruptibili corpori necessaria sunt. Cum autem confractum fuerit & resolutum, & resurrectionis tempore incorruptibile & spirituale, non iam labore afflictionis nec abstinentiæ castigatione, sed qualitate sui, nulla iam corpori corruptela dominabitur. Nunc ergo necessaria est abstinentia, sed post modum non quęrenda. Tertio loco inuenies absconditum mysteriorũ sapientiæ & scientiæ Dei sensum, quo nutriãtur animę sanctorum etiam in futuro. Hic est etiam pontificalis fructus, de quo promittitur his qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quia saturabunt. Sic ergo in oĩb. scripturis triplicis sacramenti rõ percurrit. Sic & sapientia monet, vt describamus eã in corde nostro tripliciter. Sic tres puteos fodit Isaac, quorum tertius latitudo vel amplitudo nominatur. Quia uero sacerdotale sacramentum est virga nucis, puto Hieremiam (qui erat de sacerdotibus ex Anathot) vidisse virgam nuceam & prophetasse quæ scripta sunt quidem de virga nucea vel de lebete vel de olla succẽsa, quasi p hoc ostẽderet in virga nucea esse uitã, & ĩ lebete succẽso mortẽ. *Vita. n. & mors ante faciẽ nostrã.* Et est vita Christus in sacramẽto nucis, mors autẽ diabolus in figura lebetis. Si ergo peccaueris, erit pars tua cũ lebete accẽso: Si bene egeris, in virga nucea cum pontifice magno. In canticis quoque canticorum sponsa dicitur descendere in hortum nucis, & cum nucibus sacerdotalium pomorum copiam inuenisse.

C D E

Matt. 5. a. Prou. 22. c Gene. 26. c Hiere. 1. c Eccl. 15. d Cant 6. d F

CAP. XVII.

ET locutus est dominus ad Moysen dicẽs: 1 Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cũctis 2 principibus tribuum virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ 3 suæ. Nomen autẽ Aaron †erit in tribu Le 4 ui, †& vna virga cunctas eorum familias cõtinebit, ponesque 5 eas ĩ tabernaculo fœderis corã testimonio, vbi † loquar 6

†scribes super virgã

†testificabor tibi. hoc loco testari sumitur pro loqui: nã testimõia Dei sunt eius oracula voces & eloquia.

a Germi-

NICOLAVS DE LYRA.

1 ET locutus est dominus. *Hic consequenter ponitur sacerdotij determinatio per floritionem virgæ Aaron. Circa quod primo tangetur virgarum acceptio ad facti discussionem. Secundo vnius germinatio ad sacerdotij probati⁰nem, ibi:* Quas cum posuisset. *Tertio eiusdem reseruatio ad recordationem, ibi:* Dixitque dominus. *Circa primum dicitur:* Diuisio.

2 A cunctis principibus tribuum virgas duodecim, vniuscuiusque. *id est tribus, vnde subditur: A cũctis principibus tribuum &c.*

3 Et vniuscuiusque nomen. *scilicet tribus.*

4 Super scribes virgæ suæ. *ita quod nomen Ruben erat scriptum in virga illius tribus, & sic de alijs.*

5 Nomen autem Aaron. *Hoc dicitur quia in virga quæ erat pro tribu Leui non erat scriptum nomẽ Leui, sicut de alijs. Cuius ratio erat quia quæstio de sacerdotio quantum ad illos de tribu Leuiam erat determinata per mortem Core & ducentorum & quinquaginta virorum, qui obtulerant incensum: & ideo de sacerdotio Aaron non erat quæstio nisi quantum ad alias tribus.*

6 Et vna virga. *Ex hoc dicunt aliqui quod præter 12. virgas prædictas, erat una communis omnibus tribubus; Sed hoc nõ videtur rationabiliter dictum, quia non apparet cui deseruiret: & ideo illud quod dicitur hic. Et vna virga cunctas eorum familias continebit, non refertur ad familias aliarum tribuum, sed ad familias de tribu Leui, in qua erãt plures familię, vt supra dictum est. 3. cap. sed virga Aaron sufficiebat pro omnibus, eo quod quęstio iam erat determinata quantum ad alias familias Leui, ita quod dominus Aaron continebat totum ius tribus Leui quantum ad sacerdotium.*

✠ 1 Quem

MORALITER.

✠ 1 *Et locutus est dominus ad Moysen dicens, Loquere ad filios Israel.* Hic agitur de certificatione dignitatis sacerdotalis per signum virgæ germinantis.

MORAL. per virgam intelligitur doctrina, propter quod antiquitus Philosophi portabant virgam in signum doctrinæ. Similiter Mar. 6. b discipulis ad prædicandum missis dicitur, q̃ non portent nisi virgam tantum. Igitur ille doctor cuius virga germinat, floret, & facit fructũ, promoueri dignus est ad põtificis statum. Germinat autem multiplicãdo discipulos, floret vero faciendo eos verbo & exemplo bonos, & honestos, sed facit fructum, faciendo eos doctos & ad docẽdum aptos.

ALLEGORI. per virgam Aaron quæ germinauit sicca figurata fuit virgo Maria, de qua scribitur Esa. 11. a. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Per quẽ florem Xpus intelligitur sm Doctores Hebræos & Latinos. Haec autem virga sicca germinauit absque humore virilis seminis concipiendo, floruit autem sanctissime conceptiendo, sed fructũ protulit, Deũ nobis & hominẽ in vna persona pariendo.

a ad te. Quem ex his elegero, germinabit virga eius, & cohibebo à me querimonias filiorũ Israel, quibus contra vos murmurãt. Locutusq; est Moyses ad filios Israel & dederunt ei omnes principes* virgas per singulas trib⁹. Fuerũtq; virgæ duodecim absq. virga Aaron *. Quas cùm posuisset Moyses corã b domino in tabernaculo testimonii, sequenti die regressus in- c uenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & † turgenti- d bus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de cõspectu domini ad cunctos filios Israel, videruntq. & receperunt singuli virgas suas. Dixitq. dominus ad Moysen: Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorũ Israel, & quiescant querelæ eorum a me, ne moriãtur. Fecitq. Moyses sicut præceperat dñs. Dixerunt autem filii Israel ad Moysen: Ecce consumpti sumus, o- e mnes peribimus. Quicunq. accedit ad tabernaculũ domini, moritur. Num vsq. ad internecionem cuncti delendi sumus?

* singulas. * quæ erat in medio virgarum eorum. ¶ Crucis. † protulerũt ramos & floruerat flos, & reddiderat amygdalas.

Vbi sup. A a *Germinabit virga.* ORIG. Vnum fructum promisit Deus in virga & dedit plures, vt liberalitatem Dei largiorem promissionib. attendamus. Erit, inquit, homo quẽcunque elegero, virga eius germinabit. Vbi vero ad rem venitur non hoc tãtũ promissum impletur, sed multa adduntur, ait.n. Et produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nuces. solum autẽ germẽ promissũ est. Sicut in his promissionem suam Deus in quadruplũ dedit, & multo plura & pretiosiora largitus est q̃ promisit. In omnib. locis scripturæ vbi aliqua promissio continetur, ĩ futuro multipliciter præparabitur & vere complebitur illud: *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.* Siue ergo terram siue cælum dixeris, siue solem hunc, & fulgorem visibilis luminis, omnia hæc oculus vidit, & auris audiuit. Transgredere ergo omnia quæ vides, quæ audis, quic- B quid etiam cogitari potest, & scito illud repositum esse diligentibus Deum, quod nec ad cogitationẽ cordis tui põt ascẽdere. Vnde puto nihil in his promissionib. corporale cogitãdum. Ratio.n. materiæ corporalis sensum cogitantis non effugit, sed quæ in sola Dei sapientia continentur.

(Tropolo. Cant. 6. d. 1. Cor. 2. b. Esa. 64.)

b *Inuenit germinasse virgam, &c.* ORIG. Cum sacerdotium Aaron qui de tribu Leui fuerat displiceretur, dignusque alius q offerret holocausta crederetur, duodecim virgæ iuxta duodecim tribus in tabernaculo poni iubẽtur, & virga Leui viruit, & q̃d virtutis Aarõ in munere haberet, ostẽdit. In qua innuitur, quod oẽs q vsq; ad finẽ mundi iacemus in morte, quasi virgæ reliquæ in ariditate remanemus. Sed cunctis virgis in ariditate remanentib. virga Leui ad florem rediit, qa corpus dñi, veri. s. sacerdotis in mortis ariditate positum in florẽ resurrectionis erupit, quo flore Aaron recte ẽ sacerdos esse ostẽditur, quia resurrectionis gloria redemptor, qui de tribu Iuda & Leui ortus est, intercessor pro nobis esse monstrat. Virgæ duodecim tribuũ in ariditate permanent, quia corpus domini post mortem viuit, sed nostra adhuc corpora vsque in finem mundi differunt a gloria resurrrectionis.

(Num. 14. Moral. c. 29. Moralit.)

Vbi sup. ORIG. Virga arida germinat cum corpus extinctum reuiuiscit, cui quatuor præstabuntur. *Seminatum in corruptione, surget in incorruptione. Seminatũ in infirmitate, surget in virtute. Seminatum in ignominia, surget in gloria. Seminatum corpus animale, surget spiritale.* Hæc quatuor virga aridi corporis in resurrectione germinabit.

(Allegoricè. 1. Cor. 15. f.)

c *Virgam.* GRE. Carnem Christi quæ de radice Iesse succisa & mortificata cito reuixit post ariditatem mortis.

(Vbi supra. Mysticè. Cant. 2. a. Esa. 11. a.)

In virga regnãtis potentia, in flore pulchritudo: vnde: Ego *flos campi, & lilium conuallium.* Alii hanc virgam quæ sine humore floruit, Mariam esse putãt, quę sine coitu edidit verbũ dei. vnde: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ra. e. asc.* Chri- C stus, s. qui futuræ typum præferens passionis, candido fidei lumine ac passionis sanguine purpurabat, flos virginum, coro- D na martyrum, gratia continentium.

d *Turgentibus, &c.* ORIG. Hæc verò ratione qua promissionum bona maiora promissionib. dantur, pœnæ quæ peccatorib. prędicuntur, multiplicatis cruciatib. inferuntur. Nisi quis tertiũ aliqd posse fieri cogitet: colligens aliqua solatia ex his quæ in comminatione Dauid continentur, vbi triduo prænũtiata est futura mortis vastatio, & intra sex horas breuiatum est tempus supplicii. Sed hęc ibi proficere possunt, vbi pœnitentiæ tempus & satisfactionis locus cõceditur. Scribitur tamen, quia Deus malis reddit peccata in tertiã & quartam progeniem, bonis autem faciens misericordiã non solum in tertiam & quartam, sed E secundum scripturam in mille generationes.

(2 Re. 24. c. Exo. 34. a.)

Vbi sup. ORIG. Possumus etiam sic intelligere eorum quę in virga germinauerũt, differentiã. Qui in Christo credit primo moritur, & postea renascitur, & sic virga arida germinat. Primũ germen est prima in Christo confessio. Scdo frondescit, vbi renatus dono gratiæ & spiritus sanctificationẽ recipit. Inde refert flores, vbi proficit & suauitate morũ decoratur, & fragrãtiã misericordię & benignitatis effundit. Tandẽ affert fructus iustitię quibus nõ solũ ipse viuat, sed vitã aliis pbeat pferẽdo. s. ex se verbũ fidei & sciẽtię Dei, vt alios lucrifaciat. Sic ergo singuli fideles de virga Aarõ qui est Xps germinantur, quorum quatuor istæ differentiæ aliis in scripturæ locis vel ætates quatuor designantur: *Scripsi uobis pueri, & scripsi uobis adolescentes, & scripsi uobis iuuenes, & scripsi uobis patres.* In quibus non corporalis ætatis sed animæ profectus differẽtias ponit, sicut obseruamus in germine sacerdotalis virgæ. Habentur aũt hæc oĩa, non tam in virga Aaron, quam in ea quę exiuit de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet sup quẽ requiescet spiritus domini. Nec videt otiosum q̃ virga dicitur exire, flos ascendere. Quãuis.n. unus sit Christus per substantiã, singulis tñ diuersus efficitur, prout eget is in quo operatur. Qui segnior est pro disciplina fit ei virga, & in virga non ascendere dicitur, sed exire. Exeundum est.n. ei qui est segnis, & transeundum ad alium statum, sicut uirga: idest seueritate rigidioris doctrinæ compulso. In iusto uero qui sicut palma floret, ascendere dicitur Christus. Si quis ergo verberib. indiget, exit ad eum in uirga, proficit ad iustitiam, ascẽdit ei in flore usque quò afferat fructus spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, & cæteræ uirtutes.

(1. Io. 2. b. Esa. 11. a. Gal. 5. d.)

F e *Quicunque accedit.* ✠ PROCOPIVS. Malis enim non patet aditus ad Deum, unde post actum iudicium eijciuntur impii. Ante iudicium vero hominibus qui in mundo sunt, spatium conceditur vitæ emendationis. Atque ad Christum propter affinitatem carnis quam cum eo habemus, amplior accessus nobis est tributus.

¶ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quem ex his elegero, germinabit uirga eius. *Vt hoc signo alij quiescant a sacerdotio.*

2 Fueruntque uirgę duodecim, &c. *Quia erant duodecim tribus præter tribum Leui. In Hebræo habetur. Fueruntque virgæ duodecim & virga Aaron in medio, quia sic fuerunt dispositæ coram domino in tabernaculo: quod sex virgæ erant ex vna parte ipsius, & sex ex altera: & ex hoc patet quod non fuerunt ibi 14. virgæ, sed 13. tantum.*

3 Videruntq; *scilicet virgam Aaron solum germinasse miraculose.*

4 Et receperunt singuli uirgas suas. *Recognoscentes eas tãquam non mutatas, & sic viderunt sacerdotium remansisse* Aaron *& filijs eius per signum datum à Deo.*

5 Refer uirgam Aaron in tabernaculum. *Vt si qui de cętero vellent contendere pro sacerdotio, reprimantur hoc signo. Moraliter virga quæ est signum domini & correctionis, significat bonum prælatum, in quo est potestas regendi atque etiam corrigendi.* Hæc ergo virga *germinat bonitate conscientiæ, frondet ueritate doctrinæ, floret celebritate famæ, & fructificat sanctitate vitæ, & ideo sibi debetur dignitas sacerdotalis.*

6 Dixerunt autem filij Israel. *Istud refertur ad prędicta in capitulo pręcedenti. viderant enim filij Israel Core, & sibi adiunctos, mortuos, eo quod accedebant indebite ad diuina, & occasione etiam huius plures alij sunt mortui: ideo timentes petierunt a Moyse remedium apponi, & ideo non sunt puniti, cum dixerunt.*

7 Ecce consumpti sumus omnes, &c. *Quia non dixerũt hoc murmurando contra Deum vel contra Mosen, sed remedium quærendo.*

CAP.

Cap. XVIII.

Tu & filii, &c. THEODORETUS. Compositis rebus: & ex germinante virga Aaron, cum populus tandem pro certo haberet, Deum solam Leuiticam tribum admittere ad sacerdotium, atque ea in re ita confirmati essent, vt dicerent: Cũ cti peribimus, si ad altare accedamus. Rursum legem sacrorum constituit, vt sacerdotes præsint, Leuitæ ministrent, si quis ex alijs accedat, imputabitur illis. Deinde præcepit, quid a sacerdotibus, quid a Leuitis accipiẽdum, illis omnes oblationes, his decimas assignat. Pactum salis, communionẽ sacrorum appellauit. Nam de sententia Apostoli qui altari seruiunt, de altari participant. Nõnulli dicunt ita simpliciter significari, quid sacerdotibus de victimis destinabatur, quod sale omnes victimæ spargerentur. Decimas vero voluit Deus Leuitas pro hæreditaria possessione accipere, atque ex eo veluti agro decimam exegit in perpetuum.

RABANUS. *Tu & filii &c.* Alia litera Tu & filii tui & dom⁹ patris tui accipietis peccata sanctorum, & peccata sacerdotii vestri. Hæc sunt peccata sanctorum quæ appellantur sacrificia pro peccatis. Peccata vero sanctorum dictum est, nõ q̃ sancti cõmittunt, sed ab eo quòd sunt sancta. Dictum est, sanctorum, quia in sanctis offeruntur. Et peccata dicũtur sacrificia pro peccatis ideo appellata sunt peccata sanctorum. Et peccata sacerdotii vestri, idest eadẽ ipsa quæ offeruntur pro peccatis, sicut et in Leuitico declarat, & ptinere dicit ad sacerdotẽ.

ORIG. Alia litera. *Tu & filij tui & domus patris tui tecum sumetis peccata sanctorum.* Qui meliores sunt, inferiorum culpas & peccata suscipiunt. vnde: *Vos qui fortiores estis infirmorum imbecillitates sustinete.* Israelita si peccet, idest laicus, ipse suum nõ potest anferre peccatum, requirit Leuitam vel sacerdotem vel pontificem, vt peccatorum remissionem accipiat. Sacerdos aũt aut pontifex si delinquat, ipse suum põt purgare peccatũ, si tamen non peccet in Deum. De huiusmodi.n.peccatis nõ facile videm⁹ i legis literis remissionẽ peccatorũ significari.

ORIG. Iesus pontifex noster qui penetrauit cælos cum filiis suis, id est apostolis & martyribus, sumit peccata sanctorũ. Venit.n. vt peccata mundi tolleret morte sua. Filii quoq; eius auferunt peccata sanctorum. vnde Paul. *Libenter impendar pro animabus vestris.* Et alibi. *Ego enim iam immolor, &c.* Hostia verò ad hoc immolatur, vt eorum pro quibus iugulatur, peccata purgentur; De martyribus Ioannes in Apocalypsi scribit: *quia aĩæ eorum qui iugulati sunt propter nomen Iesu assistunt altario.* Qui aũt assistit altario, ostenditur sacerdotis fungi officio, idest pro populi peccato suplicare. Vereor ergo ne forte, ex quo martyres non fuerint & hostiæ sanctorum non offeruntur pro peccatis nostris, nõ mereamur remissionem, & accidat nobis quod de se dicunt Iudæi. Quia non habentes altare, neque templum, neq; sacerdotium, & ideo nec hostias offerentes, peccata nostra, inquiunt, manent in nobis, ideo veniã nõ consequimus. Nos aũt dicere debemus, quia hostiæ martyrum nõ offeruntur pro nobis: ideo manent in nobis peccata nostra. Non enim meremur persecutionem pati pter Christum. Sciens eñi diabolus per passionẽ martirii remissionem peccatorum fieri, non vult nobis persecutionem gẽtium publicã mouere, quia inuidet gloriæ nostræ, vel fortassis, scit nos Deus idoneos non esse martyrio.

ORIG. Quærendum est quomodo aliqui sancti dicantur, & de peccatis eorũ scribatur. Non enim (vt putant quidam) statim qui sanctus esse cœpit, peccare non potest, & continuo est sine peccato. Dicitur.n. per Ezechielem. *A sanctis meis incipietis.* Si.n. sancti sine peccato sunt, quomodo primi succumbunt in supplicio peccatorũ? Et alibi. Iustus in principio sermonis sui ipse sui accusator fit. Apostolus quoque qui in principio epistolæ scribit. *Omnib. qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis.* postea eisdem dicit: *Nolite propter cibum soluere opus Dei.* Et ad Corinthios, *Paulus vocatus apostolus Iesu Christi, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu vocatis sanctis.* postea eisdem dicit. *Cum.n. sint inter vos æmulationes & contentiones, nonne carnales estis, & secundũ hominem ambulatis.* Et paulo post. *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, & vos inflati estis.* In quo nullum immunem relinquit, ut aliis fornicationem, aliis inflationẽ & superbiæ crimen ascribit, & multa huiusmodi & peiora in sequentibus ponit.

Sed sanctorum multę differentiæ sunt. Sancti.n. dicuntur hi ijdemque peccatores, qui se Deo vouerunt, & separauerũt a vulgo vitam suam, vt domino seruiant. Huiusmodi homo sm hoc quòd cæteris actibus circunsis se domino mancipauit, sanctus dicitur. Sed forte in hoc quod domino seruit, nõ ita gerit omnia, vt competit, sed in aliquibus delinquit. Si.n. qui separat se ab omnibus actibus, vt disciplinam medicinæ vel philosophiæ consequatur, nõ cõtinuo ita perfectus est, vt nõ peccet i aliquo, imo plurima delinquẽdo vix ad pfectionẽ puenit, & tñ cum ad huiusmodi scholas se tradidit, certũ est eum vel inter medicos vel inter philosophos numerari. Ita q̃ mancipatur studiis sanctitatis, secundum hoc quod proposuit, sanctus appellatur, secundum hoc vero quod necesse est eum in multis delinquere, dum vsu, disciplina, & diligẽtia abscindatur consuetudo peccandi, peccator dicitur.

Addo

## CAP. XVIII.

Dixitque dominus ad Aaron: Tu & filii tui,
a ¶ LXX: Sumetis peccata sanctorum, quia per ea scilicet quæ offert populus ex pro peccato cuiusque purificat eum.
& domus patris tui tecum, portabitis iniquitaté sanctuarii, & tu & filii tui simul sustinebitis
a ¶ Sacrificia pro peccatis oblata quæ debentur sacerdotibus.
peccata sacerdotii vestri. Sed & fratres tuos de tribu Leui & sceptro patris tui sume tecum, præstóque sint & ministrent tibi. Tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii. Excubabũt* Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, ita duntaxat, vt ad vasa sanctuarii & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. Sint autem tecum & excubent in custodiis tabernaculi, & in omnibus cęremoniis eius. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia

NICOLAUS DE LYRA.
Cap. XVIII.

1 Dixitque dominus. *Determinato sacerdotio, hic consequenter adiungitur oneris impositio, & primo inquantum sacerdos est mediator populi ad Deum, secundo econuerso, inquãtum est mediator Dei ad populum. capitulo sequenti. prima in duas. quia primo onus imponitur, secundo merces retribuitur, ibi:* Locutusque est dominus. *Circa primum dicitur.*

2 Dixitq; dominus, &c. *mediante tamen Moyse, vt dicit Ra. Sa.*

3 Tu & filii, &c. *idest, habebitis illa quæ offeruntur in sanctuario p peccatis populi, vt exponunt aliqui. Sed ista expositio non uidetur conueniens, quia portare & sustinere designant onus impositum: receptio autem oblationum non est sacerdotibus onerosa, ideo aliter exponitur referẽdo ad finẽ capituli præcedentis, ubi quæritur remediũ contra particulã mortis in populo, si indebite aliqui accederẽt ad diuina, ut sit sensus.*

4 Et tu & filii tui simul sustinebitis, peccata &c. *i. si aliqui se ingerent per vestram negligentiam non solum punientur pro sua temeritate, sed & vos pro vestra negligentia, & ideo uobis incumbit onus arcendi eos, & diligenter præcauendi ne aliquis indebite accedat.*

5 Sed & fratres tuos, &c. sume tecum præstoque sint, *scilicet ad officia sibi conuenientia, vtpote in custodia vasorum & portarum, ne aliquis indebite se ingerat.*

6 Tu autem & filii tui ministrabitis in tabernaculo. *Leuitis enim non erat licitum ingredi in motione castrorum, quando vasa sancta erant inuoluta, vt ea portarent.*

7 Ne & illi moriantur. *propter suam temeritatem.*

8 Et vos pereatis simul. *Propter uestram negligentiam, & sic patet quod impositũ erat sacerdotib. reprimere Leuitas, et Leuitis populũ.*

Ego

MORALITER.

1 *Dixitque dominus ad Aaron. &c.* Sequitur.
† *Ita duntaxat vt ad vasa sanctuarij, & ad altare non accedant.* Per hoc autẽ quod Leuitę arcẽtur ab ingressu sanctuarii, & ab actu offerendi sacrificia in altari holocaustorum, significatur, q̃ clerici q̃ sunt sub sacerdotib. et in aliis sacris ordinib. constituti, nõ debent exercere actus ptinẽtes ad officiũ sacerdotũ.
† *Alienigena non miscebitur uobis.* Per hoc aũt quod populus cõmunis arcetur ab ingressu loci diuini cultus, & conceditur sacerdotibus & Leuitis eis ministrantibus, significatur quod in nouo testamento populus communis arcendus est a cancello uel choro, ubi diuinum officium celebratur.

sanctuarii, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel. Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum domino, a vt seruiant in ministeriis tabernaculi eius. Tu autem & filii tui custodite sacerdotium vestrū, & omnia quæ ad cultum altaris pertinēt, & intra velū sunt, per sacerdotes administra b buntur. Si quis externus accesserit, occidetur. Locutusq; est c dominus ad Aaron: Ecce dedi tibi custodiā primitiarū mea d rum. [a ¶ Non a proselytis, non a Gentilibus.] Omnia quæ sanctificantur a filiis Israel tibi tradidi e f & filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. [¶ Spiritualiter scilicet intellecta.]

A Addo amplius, quòd nisi sanctum propositum aliqs hēat & sanctitatis studium gerat: nescit peccati pœnitentiam gerere, vel remediū q̄rere. Qui nō sunt sācti: in peccatis suis moriuntur: q sancti sunt, pœnitentiā pro peccatis gerunt vulnera sua sentiunt, lapsus suos intelligunt, sacerdotem requirunt, & purificationem per pontificem, ideo caute significanter dicitur, quia pontifices, & sacerdotes nō quorumcunque, sed sāctorū peccata sumunt. Sāctos enim est qui peccatum suum per pontificem curat.

a *Tu autem & filij.* ORIG. Alia litera. *Tu autem & filij tui tecum in conspectu tabernaculi testimonij, obseruate custodias vestras, & altaris tabernaculi &c.* Obseruare diligenter conuenit quæ scripta sunt, & eos præcipuè qui in ordine sacerdotali gloriantur. Qui autem obseruet, & facit quæ sacerdotibus mādata sunt, & qui vtatur ordine & ore sacerdotij, opera verò non obseruet, solus nosse potest qui scrutatur corda & renes. Mandant aūt obseruari non solum ea quæ foris sunt, B sed præcipue quæ intra velum sunt, quasi cura sit sacerdotibus, euidentia & manifesta diuinæ legis mādata implere, & mysteria abscondita omni perspicacia intueri. Si verò ad hoīnem velit referre tabernaculū testimonij: (Paulus.n.corpus hoīs tabernaculum dicit) interiora velaminis vbi inaccessibilia teguntur, principale cordis dicemus, q solum recipere pōt mysteria veritatis. Duo verò altaria, id est interius & exterius: qm̄ altare orationis indiciū est, illud puto significare q dicit Apostolus. *Orabo spiritu, orabo & mente.* Cum.n.in corde orauero, ad altare interius ingredior. vnde. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & claude ostium & ora patrem tuum in abscondito.* Qui ita orat, ingreditur ad altare incensi, q est interius. Qui vero clara uoce & uerbis cum sono prolatis, vt ædificet audientes, spiritu orat, & offert hostiā in altario quod est foris ad holocaustum populi constitum. Oportet ergo sacerdotes ea præcipue curare, quæ intra velum interius teguntur ne quid ibi pollutum inueniatur, interiorem.s.hominē & cordis secreta, vtq; ibi immaculata permaneāt. Cherubin & ppitiatorium scientia est intelligenda trinitatis. Cherubin quidem multitudo, id est perfectio scientiæ interpretatur, & quæ alia perfectio scientiæ, nisi agnouisse patrē & filium & spiritum sanctū? Hæc ergo curanda sunt a sacerdotibus, vt incontaminata & illesa seruētur. Vrna uerò habēs celestē cibū mannę, thesauris diuini uerbi est. Arca aurea in qua sunt tabulæ testamenti, mens nostra est, in qua legem Dei descriptā habere debem9. Hæc dēt esse aurea.s.pura & pretiosa, in qua lex Dei sit scripta, non atramento, sed spiritu Dei viui, nō in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib. vnde: *Qui ostēdunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Scripsit aūt Deus in cordib. eorū digito legē naturalem, q̄ dedit Deus humano generi, & in cunctorum mentibus scripsit, vnde initium sumimus & semina quędam ad pscrutandam veritatem, quę si bene excolamus, C fructum uitæ afferent nobis.

*Tu autem & filii tui.* ALLEGO. Perfectiores scilicet in ecclesia sancti doctores quorum officium est sacramenta diuina D manib. cōtrectare, vasa sancta, idest scripturæ mystica verba ventilare & ad intellectū pducere. Cætera aūt turba meditetur diligēter q̄ capere pōt, & q̄ magistrorum discretio iubet.

b *Si quis externus &c.* Non de tribu Leui. Ozias ēm de tribu Iuda, quia usurpauit sacerdotium, lepra percussus est.

c *Locutusq; est dominus, &c.* RABANVS. Alia litera. Locutus est dominus ad Aaron dicens: Ecce dedi vobis ad conseruandum primitias. Alii tamen ad obseruandum, sed verius ad conseruandum. Quærendum est autem, quomodo secundum legem primitiæ obseruantur? Non enim vt custodiant sacerdotes accipiunt, sed vt consumant: hoc ergo ad legem literæ non applicatur, sed ad legem spiritus. Spiritales enim primitiæ conseruari possunt, literales non possunt. Christus primitiæ est verè, quę ad conseruandum nobis datæ sunt. Beatum est enim, ut anima quæ Christum suscepit, semper conseruet & semper ha E beat. Quæ autem offerebantur in lege, consumebantur, & in ventre digerebantur in secessū mittēda. Has aūt primitias q mãducauerit, & gustauerit panem qui de cælo descendit, nō morietur in æternum. Hic est.n. panis, qui cū semper comedatur, semper permanet, imò augetur. Quantò enim amplius verbum Dei sumpseris, tanto abundabit.

d *Primitiarum.* Primitiæ literales consumūtur, spirituales custodiuntur. Quantò enim verbum Dei amplius sumpseris, tāto abundabit.

e *Omnia quæ sanctificantur a filiis Israel.* ORIG. Alia litera. *Ex omnibus quę sanctificauit mihi a filiis Israel, &c.* Non vult Deus accipere primitias nisi a sanctificatis Israel. Inueniuntur.n.apud Gētiles opera digna Deo. Excoluerunt.n.aliqui virtutes animi, & philosophia in nonnullis aliquid egit. Ex illis vult Deus benefacta suscipere quorum mens videt Deum, & qui sancti sunt per fidem Dei. Gentilis autem ēt si quid honestum habeat in moribus (quia non Deo, sed sibi ascribit) non sanctificatur, nec inter primitias recipitur.

ORIG. Videtur autem s̄m literam proselytos excludere, solos autem sāctificatos ex filijs Israel vult offerre primitias. Puto auem proselytum ex eo dici, quod licet ei ecclesiam ingredi. Scriptum est enim. *Non abominaberis Idumæum quia frater tuus est, nec Aegyptum, quia incola fuisti in terra eius. Filii si nati fuerint eis, tertia generatione intrabunt in Ecclesiam Dei.* Donec ergo fructus non affert Aegyptius vel Idumæus, nec facit filios primæ, & secundæ, & tertiæ generationis, nō ingreditur in ecclesiam, sed filiorum generatio ingredi facit. Notādum autem quia non dicit, si nati fuerint eis filii uel filiæ, sed filij si nati fuerint eis. Soli filij qui faciūt patres in ecclesiā introire.

IDEM. Ter etiam in anno apparere iubetur omne masculinum, non fœmininum.

f *A filiis.* non a filiabus. Non enim otiose alibi nominat cū filijs etiam filias, alibi filiarum nō facit mentionem. Quæ tñ F specialiter nō ad sexū, sed ad discretionē aīarū referēda sunt.

[Margin: Hom. 16.i Numer. — Hier. 17.b — Heb. 9. — 1.Cor. 14.c — Matth. 6.a — 1. Cor. 3.a — Rom. 2.c. — Allego. — 2.Pa 26.d — Quæstio. — 2.Cor. 15.e — Matt. 7.b — Ioan. 6.c. — Hom. 11.i Numer. — Vbi sup. — Deut. 23.b — Exo. 23.]

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ego dedi uobis, &c. *non ad faciendum opera vestra exteriora in domibus uestris. sed ad seruiendum in ministeriis tabernaculi, ideo subditur.* Et tradi. do. &c. *Sequitur.*

2 Tu autem & filii tui custodite, &c. *idest sacerdotale officium: quod seruatur debite ministrando, & perditur indebitè exercendo, sicut Nadab & Abiu mortui sunt offerendo ignem alienum, ut habetur Leu. x.*

Diuisio. 3 Locutus est dominus, &c. *Hic describitur retributio pro labore & prò quantùm sacerdotes generaliter, secundò quantùm ad Leuitas, ibi:* Filijs autem Leui. *tertio quantum ad summum sacerdotem specialiter, ibi.* Locutusque est dominus. *Quantum ad primum dicitur.*

4 Ecce dedi tibi custodiam primitiarum. *Et dicitur custodiam quia non oportebat talia comedere prima die & secunda tantum, sicut de aliquibus sacrificijs, quorum reliquia non poterant reseruari pro uictu sacerdotum in tempus magis longum.*

5 Omnia quæ sanctificātur. *Hoc est. Deo promittuntur per votum*

6 Tibi tradidi, & filiis tuis pro officio sacerdotali. *idest pro labore officij.*

MORALITER.

* 5 *Omnia quę sanctificantur a filiis Israel, tibi tradidi.* Per hoc autem quod sacerdotibus assignantur primitiæ & Leuitis decimæ, p sustentatione sua, familiæq; suarum, ostenditur q in nouo testamento populus tenetur prouidere seruientib. deo de victu & vestitu, s̄m conditionē statuū & personarū, & istud obseruatum fuit ab antiquo etiam apud Gentiles, sicut patet Gen. 48. e. vbi dicitur quod sacerdotes Aegypti tēpore famis nō fuerunt cōpulsi vēdere possessiones suas sicut alij, quia statuta cibaria sibi ex horreis publicis præbebantur.

a Hæc ergo accipies de his qui sanctificantur, & oblata sunt † b dño. Omnis oblatio & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in sancta sanctorum, 1 tuum erit & filiorum tuorum: in sanctuario comedes illud.

† in igne

a ¶ Quia per se sancta non sunt.

IDEM. Difficile inuenies sanctos quib. Deus eximium præbeat testimonium filias genuisse, Abrahā & Isaac non genuerunt filias. Solus Iacob vnā filiam genuit, & ipsa fratrib. & patri eib. opprobriū fuit, & vindictę furore fratribus incitauit.

a *Hæc ergo acci. &c.* IDEM. Et hoc fit vobis ex his q̃ sanctificantur sanctis de sacrificiis &c. Spiritus sanct⁹ ita sanctus est, vt non sit sanctificatus, Non enim aliunde accedit ei sanctificatio, nec initium sanctitatis accipit. Idē de patre, & filio intelligendum est. Sola enim trinitas substantia est, quæ non extrinsecus, sed sui naura sancta est. Omnis vero creatura vel spiritus sancti dignatione, vel meritorum ratione sanctificata sancta dicitur. Vnde. *Sancti estote quia ego sanctus sum, &c.* Nō enim eadem sanctitas in deo & homine ponenda. De deo enim dicitur, quia sanctus est, hominib. aūt qui si qui non semper fuerunt, iubetur vt fiant sancti. vbi autē habemus nos, sancti estote, in Græco habetur sancti efficimini. Sed nostri interpretes indifferenter estote, p̄ efficimini posuerunt. Vnusquisque ergo nostrum ex quo sed deo vero corde mancipauit, sanctus efficit. Vere aūt & semp sanctus solus est Deus, vnde *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur ex vno omnes.* Non aūt putes esse contrariū quod de Christo legimus. Quem pater sanctificauit, & misit in hunc mundum. Qui.n. sanctificatur secundū carnem Christus est, non secundum spiritum. Secundum spiritum pariter, & s̄m carnem, dicit: Ego sanctifico meipsum p̄ eis, vt qui sanctificat secundum spiritum intelligatur, qui autem sanctificatur secundum carnem, vnus tamen & idem Christus. Ab omnibus ergo fructibus sanctificate sunt offerēdæ primitiæ, sed spirituali pontifici. *Fructus autem spiritus est, charitas gaudium, pax, patientia, &c.* Sunt autem primitiæ charitatis vt diligat Deum ex *toto corde, & ex tota anima & ex tota mēte.* Ex hoc charitatis fructu secundo habere debeo, vt diligam proximū sicut meipsum. Illæ ergo primitiæ charitatis deo offerētur per pontificē, quæ secundo loco sunt, meis vsib. relinquuntur: tertio autem loco ex hoc fructu diligere debeo etiam inimicos meos.

ORIG. Primitias omnium † gregum sacerdotib. lex mādat offerri, ita vt omnis qui possidet agrum, vineam, oliuetum, hortū, & si quid quod exercetur in terris, & qui peculia cuiuscunq; pecoris nutrit, offerat deo omne quod primū est Deo enim offerri dicit, quod sacerdotib. datur: hoc.n. ex lege docetur, quia nemo legitime vtitur fructib. vel pecorib. nisi deo, i. sacerdotib. ex singulis primitiæ offerantur. Hanc ergo legē secundum literam sicut alia nonnulla necessario obseruandam puto. Sunt enim aliqua mandata, etiam in nouo testamento necessario obseruanda. Sunt tamen qui dicāt: Si aliquid obseruatur secundum literam, cur non omnia? Si vero spiritualiter intelligenda, spiritaliter sunt omnia discutiēda. Nos aūt vtriusque assertionis insolentiam tēperantes, quid in his obseruandum sit, autoritate scripturarum proferemus, Scriptum est.n. *Lex domini irreprehensibilis, conuertens animas, testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Preceptum domini lucidum, illuminans oculos, timor domini castus permanet in seculum seculi. Iustitiæ domini rectæ, lętificātes corda. Iudicia domini vera, &c.* Nisi essent hęc singula diuersa, non propriis differentias vnicuique scriptura dedisset, vt aliud de lege domini, aliud de mandato, aliud de iustificationib. aliud de iudiciis diceret. Aliud ergo lex, aliud pręceptum, aliud testimonium, aliud iudicium, aliud iustificatio; vnde alibi: *Hęc est lex, & mandata, & iustificationes, & praecepta, & testimonia, & iudicia, quę praecepit dominus Moysi.* Diligentius ergo his quæ recitantur ex lege intendamus. Sicubi enim scribitur esse mandatum, non continuo lex accipienda est, iustificationes quoque non statim lex, aut mandatum putandæ sunt, Testimonium.n. aut iustitia non confuse vnum ex cęteris, sed distincte accipiendum est. Cum ergo dicitur, quia lex habet vmbram futurorum, non ideo mandatum vel iustitiæ, vel iudicia vmbra sunt futurorum. Nec est enim scriptum: hoc est mādatum paschæ, sed hæc est lex paschæ. Et lex vmbra futurorū bonorum est, & lex paschæ. In oue ergo corporali debeo intelligere vmbram esse futuri boni, & quia pascha nostrum immolatus est Christus. Similiter etiam inuenies de azymis, & de aliis festorum dierum obseruantiis scriptum. Quia ergo hęc omnia sub legis titulo scribuntur in lege, querere debeo quæ sunt azyma futurorum bonorum, & inuenio Apostolū dicentem: *Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, &c.* Scriptum est quoque: *Hæc est lex circuncisionis.* Quæro ergo quid circuncisionis vmbra bonorum contineat futurorum, ne mihi in vmbra circuncisionis, dicat Paulus: *Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit.* Hæc ergo singula, quæ non secundum literam obseruanda dicit Apostolus, inueniens apud Mosen legis titulo signari.

IDEM. Vbi vero dicit: *Non occides, non adulterabis,* & huiusmodi, legis titulum non præmisit. Hæc.n. mandata sunt, & ideo exinaniuntur apud discipulos Euāgelij, sed implentur. Non enim mandatum, sed lex vmbram habere futurorum dicitur bonorum.

IDEM. Notandum vero, quod lex dupliciter dicitur. Generaliter enim omnia hæc, mandatum, iustificationes, præcepta, testimonia, iudicia, lex dicuntur. Specialiter autē aliqua pars eorū q̃ in lege scripta sunt, vt supradicta, Generaliter vero lex significatur, cū dicitur. *Non ueni soluere legem, sed adimplere.* Et alibi *Plenitudo legis est dilectio.* Omnia.n. quæ in lege scripta sunt, legem nominauit.

IDEM. Alibi quoque: Iuste, inquit, sectare quod iustum est Et quid opus est etiam in his allegoriam quærere, cum ædificet litera?

IDEM, Quæro quoque si aliqua quæ secundum literam stare possint, necessario et allegorice intelligantur? Scriptum est .n. in lege. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adherebit vxori suę, &c.* Quid hec allegorica mysteria contineant, Paulus pronuntiat dicens: *Mysterium hoc magnum est, &c.* Quia autem oportebat etiam secundum literam custodiri, ipse dñs ostēdit, dicēs: Scriptū est: *Propter hoc hō relinqt patrē & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Quos ergo Deus cōiuxit, homo non separet.* Quod autem Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, quis dubitat hoc secundum literam stare debere? Adiecit tamen apostolus: Hęc autem sunt allegorica.

b *Omnis oblatio, &c.* IDEM. Est autem sapientis scribę & docti de regno Dei, vt sciat de his thesauris proferre noua & vetera, & quō penitus literam occidentem abiiciat, & spiritum viuificantem requirat, aut confirmat vtilem & necessariā literæ doctrinam, aut manente historia etiam mysticum sensum introducat, sicut in præsenti loco.

IDEM. Vtile est.n. sacerdotib. euangelii offerre primitias, vt qui Euangelium annuntiant, de euāgelio viuant, impium est enim, vt qui ingreditur Ecclesiam Dei, qui scit sacerdotes & ministros assistere altari, & verbo Dei, aut ministerio Ecclesię deseruire, non offerat sacerdotibus primitias de fructib. terrę quos dedit dñs, solem suum producendo & pluuias ministrādo. Qui enim sibi datos fructus a Deo credit, scit munerando sacerdotes, honorare Deum de muneribus suis; vnde: *Va vobis scribæ & Pharisęi hypocritæ, qui decimatis mentam & cyminum & anetum, & præteritis quæ maiora sunt legis. Hypocritæ, hæc oportet fieri, & illa non omitti.* Vult ergo dominus hæc secūdū literam non omittit Ad discipulos quoque ait: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorū non intrabitis in regnum cęlorum.* Quod ergo vult a Pharisæis, multo magis a discipulis. Quod aūt a discipulis non vult fieri, nec à Pharisęis. Vnde dictum est antiquis. *Non occides,* hoc seruant Pharisęi. Discipulis autem dicitur: *Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.*

IDEM. Christus non redemit de maledicto legis, nō de maledicto mādati vel testimonii vel iudiciorū, ne.n. subiecti essem⁹ circūcisioni carnis, & sabbathorū obseruationi, & huiusmodi q̃ continentur in lege, non in mandatis. Abūdat ergo iustitia nostra plus quam scribarum & Pharisęorum, & illi de fructibus terræ gustare non audent, priusquam primitias sacerdotibus offerant, & Leuitis decimas separent. Ego aū nihil horū faciens fructib. terræ ita abutar, vt sacerdos & Leuita & Deus altare non sentiat.

ORIG. Petrus quoq; & Paulus per se primitias credentium offerunt, vnde Paulus dicit: *Quia ab Ierusalem vsque ad Illyricum repleuerim*

Vbi sup. A
Gen.30.c
Gen.34.d.
Vbi sup. anagogia.
Leuit.16.a
Heb.2.c.
Io.10.c
Io.17.c
Gal.5.d
Deut.6.a.
B
Mat.22.d.
Mat.5.g
Hom.11.i Numeros
† frugum
Cur non oia secundum literā seruantur.
Psal.18.b.
Deut.6.a
Heb.10.a
Exo.12.g
1.Cor.5.c
C

D
1.Cor.5.c
Gen.17.b
Gal.5.a
Vbi supr.
Deut.5.b.
Lex dupl.
Mat.5 b
Ro.13.c.
Deu.16.c
Quæstio.
Gen.2.d
Eph.5.g
Gen.2.d
Mat.19.a.
E
Gal.4.c
Mat.13 g
2.Cor.3.b
Vbi sup. Moraliter
1.Cor.9.b
Mat.23.c.
Mat.5.c.
Vbi sup.
Mat.5.c.
Ibidem.
Galat.3.b
Mat.5.c
F
Rom.15.c

NICOLAVS DE LYRA.

1 In sanctuario comedes illud. *Et sic determinat locum.*

repleuerim euangelium Christi, vbi non nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. Omnes ergo quos docuit tanquam fructus suos offert, & quotidie quærit nouos agros quos excolat, & noua rura quę seminet. vnde ait: *Cupio venire ad vos, vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut in cęteris gentib.* Ex his omnib. electa quęque signat & singularum Ecclesiarū eligit & offert primitias.

IDEM. Quisquis etiā doctor quia docet, prædicat & instruit auditores agrū Ecclesiæ suę, id est, credentium corda videtur excolere. Habet quoque culturæ suę fructum, & in fructu electum aliquē & præcipuū, quē quasi primitias offerat, & alium pro primogenitis, alium pro decimis.

IDEM. Habet forte aliquis primogenitos & inferiores, quos neque pro primitiis, neq; pro primogenitis, sed pro decimis possit offerre.

a Mares tantum edet ex eo, quia consecratum est dño. Primitias[1] autem quas vouerint & obtulerint filii Israel, tibi dedi & filiis b tuis ac filiabus tuis iure perpetuo. Qui mundus est in do- c mo tua vescetur eis. Omnem medullam olei & vini ac[3] frumenti, quicquid offerunt primitiarum domino, tibi dedi.

(Interlinear: Fortes in fide. — Virgines. — a Aaron, scilicet. — Vero scilicet pontifici, id est, Christo. — b Apostolis, maioribus scilicet & minoribus potestatibus. — a Sanctis animabus vel plebibus.)

a *Mares tantum, &c.* BEDA. Misticè significatur, quod masculi tantū intelligant mysteria, fęminæ vero vt qui in fęmineis peccatis sunt, non desiderent sacramentum in ecclesia oblatione contenti.

b *Iure perpetuo.* Quomodo potest ęternum esse, quod visibile est? *Quæ enim videntur temporalia sunt*, primitiæ autem, quæ offeruntur Aaron, visibiles sunt. circumcisionem quoq; & azyma & pascha visibile, necesse est eternum non esse, sed temporale. Inuisibilis ergo circuncisio q in occulto est, eterna est & azyma synceritatis & veritatis. Sic & hæc ei qui non in manifesto sed in occulto Iudæus, q spiritu, nō litera legē custodit secundū interiorem hominem legitima æterna dicuntur.

c *Omnem medullam, &c.* ORIG. Ostendimus mandatum de primitiis frugū vel pecorū debere etiam secundum literā stare, videamus quomodo spiritualiter intelligatur. Hic.n. ait: Omnes primitiæ olei, vini, & frumenti: horum omniū primitiæ quæ oblatæ fuerint domino, tibi ea tradidi. Si aūt omnes primitiæ ad pōtificem pertinent pontifex requirendus est ad quem pertinere debeant, etiam illę primitiæ quas in aliis locis etiam inuenimus. De Christo autem legimus, quia fit primitiæ mortuorū: est ergo & ipse in aliqua parte primitiæ. Dicit et Apostolos de quibusdā, quia sunt primitiæ Asiæ, & alii Achaię primitię. Cōsequēs ergo est, p singulas Ecclesias aliquos primitias nominari: de quib. est Cornelius, qui Cęsariēsis Ecclesię cū his q cū eo spiritūsāctū susceperūt, primitię dicitur: & forte omnium gentiū de quib. primus credidit, & primus spiritum sanctum meruit. Ager autem mundus dicitur. Ager aūt nō terræ solū, sed corda humana, quem angeli exceperunt excolendum. Culturæ ergo suæ fructus ipsi possident, eos.s. qui sub procuratorib. & actorib. agunt, & nondū ad summam ætatis perfectionem peruenerunt. Perfectos vero tanquam electos & præcipuos offerunt primitias pontifici magno. Inuenimus ipsum Cornelium antequā doctrinā verbi vel gratiā baptismi a Petro susciperet, audisse ab angelo, quia orationes eius & elemosynæ ascendissent ad Deum, vnde per angelum videtur quasi primitię Deo oblatus.

Christus est primitię primitiarū. Cornelius primitię gentium. Alii primitię ecclesiarum. sicut quidam primitiæ Asię, alii Achaię.

ORIG. Aderit vnusquisque angelorum in consummatione seculi in iudicio, producens secum eos quib. prefuit, quos iuuit, quos instruxit, pro quib. semper vidit faciē patris qui in cęlis est. Et puto ibi inquirendum vtrum culturę hominū angelus pefuerit, an culturæ angelicę non digne humana segnitia responderit, erit ergo & in hoc iudicium Dei, vtrū negligentia ministrorum, qui in ministeriū & adiutoriū missi sūt propter eos qui hereditatem accipiunt salutis, an nostra ignauia tot lapsus nobis eueniāt. Erit ergo ēt inter homines & angelos iudicium Dei. Et forte iudicabuntur aliqui cum Paulo & conferent laborib. & fructib. eius, qui ex multitudine credentiū veniunt & forte inuenietur fortior aliquib. angelis. vnde *An nescitis quoniam angelos iudicabimus?* Non quod Paulus iudicet angelos, sed opus Pauli iudicabit angelos. Hinc fortassis Petrus aiebat: *In quem concupiscunt angeli etiam conspicere, &c.* Quamuis, etiam apostoli angelis vtantur adiutorib. ad prædicationis officium consummandum. Vnde in Actib. apostolo.ū dicebatur: quia angelus Petri esset qui ad ostium pulsaret, Similiter ergo intelligit esse angelus Pauli & cuiuslibet apostoli & singulorū per ordinē vel pro meritis: quos in laborib. & doctrina vel Apostolorū vel reliquorū doctorū necesse est primas partes habere: & animarū quæ per eos profecerunt fructum cū his per quos operati sunt ad areā domini comportare. erit ergo in congregatione fructuum, id est, electione credentium, qui fuit illius Ecclesiæ pręcipuus & eximius primitię. Superior vero illius ecclesię primogenitus ab illo archāgelo oblatus, omne ergo q adūbratū est in lege (quoniam *lex vmbram habet futurorum bonorum*) alio quodā modo per angelorū ministeria in futurorum bonorum veritate complebitur, vt quæ formata sunt in Israel, q est fm carnem, in veris Israelitis impleantur. Nomen enim Israelis ad angelos peruenit, qui tanto verius Israel appellatur, quanto verius sunt mens videns Deū, hoc enim interpretatur. Sicut enim quædam nomina gentium vel principum ad angelos malos referuntur, vt Pharao rex Aegypti, Nabuchodonosor rex Babylonis, vel Assyrius, ita quæ de sanctis viris & de gēte religiosa scribunt, ad sanctos angelos referunt, vnde Esaias de Nabuchodonosor: *Et educā gladiū super gentē magnā, & super principē Assyriorum.* Et alibi: quasi de principe cuiusdam gentis: *Quomodo cecidisti de cęlo Lucifer qui mane oriebaris?* Quia autem in Genesi legimus, Deum & angelos loquentem: *Venite confundamus linguam eorum*, putandum est, quod diuersi angeli diuersas in hominib. linguas & loquelas operati sunt: Verbi gratia: Vnus vni homini linguam impressit Babylonicā, alius Aegyptiam, alius Grecam, & sic fortasse diuersarum gentiū ipsi principes fuerunt qui linguæ & loquelæ videbātur auctores. Mansit autem lingua per Adā primitus data, i. Hebręa in ea parte hominū, q nō angeli vel principis, sed Dei portio est.

ORIG. Offerunt ergo angeli ex nobis primitias, & excolit qsq; quod studiose ab errorib. gentiū conuertit ad deum; & quod est quisq; in portione vel cura illius vel illius angeli. Et sicut ab initio cum dispergeret Deus filios Adam statuit fines gētium iuxta numerū filiorum Dei, & quęq; gens sub illo vel illo angelo facta est, Israel autē pars Domini & funiculus hereditatis eius. Ita credo in fine mundi huius, & initio alterius seculi futurū, vt iterum diuidat excelsos filios Adam, & qui non poterunt tā mundi esse corde, vt ipsum videāt Deum & esse portio Domini vel sanctos angelos videant, & sint secūdum numerū angelorū Dei. Optabile est ergo ita proficere quemq; vt inter primitias vel in primogenita eligatur, & deo offerat tanquam pars eius. Si minus, vel sanctorum angelorum pars esse mereatur. Dummodo non inueniatur inter illos de quib. dr. *Introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij partes vulpium erunt*, hoc est dęmonū. Hę sunt enim vulpes quæ exterminant vineas, de quib. erat Herodes, de quo dicitur. *Ite dicite vulpi huic.* Refugiamus ergo terrenos actus, & intelligē tiā terrenā, ne introeamus in inferiora terrę. Introeunt enim qui legem Dei & promissionum bona terrena intelligentia excipiunt, & non excitant animas terrenorum ad expectationē cęlestiū, vt quęrant quæ sursū sunt, nō quæ super terram.

IDEM. Offerūt angeli primitias, vnusqsq; credo gētis suę, & ecclesię suę, quib. Ioannes in Apocalypsi scribere videtur angelos. s. ecclesię Ephesi, Smyrnę & Laodicię. &c. Offert ergo quisq; primitias gentis suę vel ecclesiæ, quæ ei dispēsanda cōmissa est, vel forte extrinsecus & alii angeli sunt, q ex omnib. gentib. fideles cōgregēt. Et cōsideremus ne forte sicut in aliqua ciuitate vbi nōdū Christiani sunt, si qs doceat, & instruat & postea ibi princeps & eps fiat, ita sācti angeli eos quos e di- uersis

(Marginalia: Roma.1.b — Vbi sup. Allego. — 1.Cor.5.c — Rom.2.d — 1.Cor.4.d — Vbi sup. Mysticè. — 1.Cor.15.c — 1.Cor.16.c — Act.10.d — Mat.13.a — Act.10.a — Vbi sup Angelorū assistētia. — Mat.18.b — Heb.1.d — 1.Cor.6.a — 1.Pet.1.c. — Act.12.c — Heb.10.a — Esa.37.b — Esa.14.c — Gen.11.b — Vbi sup. Angeli custodes hominum. — Deu.32.a — Psal.62.c — Can.2.d. — Luc.13.g — Vbi sup. Colossi. Apoc.2.b.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Mares tantum edent. *Et sic determinat sexum quantum ad sacrificia prædicta.*

2 Primitias autem quas vo. &c. *Sequitur*, Qui mundus est in domo tua vescetur eis. *Licet possent comedi a masculis & mulieribus vtpote vxore & filiab. sacerdotū, tamē, non erat licitū immundis.*

3 Omnē medull. &c. *Quia primitiæ debebant dari de meliori, quod significatur per medullam.*

1 Quic-

uersis gentib. congregauerunt, si proficere fecerũt, in futuro principes fiant & rectores, vt Christus dicatur rex regũ & dominus dominantium. Hi. n. sunt reges eorum quos regũt & proficere faciunt. ipsi ergo offerũt quosdam quidẽ pontifici quosdam filiis pontificis, id est superiorib. virtutibus & archangelis, quosdam Leuitis, id est, Paulo inferioribus: si angelici ordines, vt Israelitæ distincti sunt, cum ipsi dicant̃ vmbræ & exemplari deseruire cęlestiũ. Forte ergo in futuro cũ omnes fructus congregabuntur ad aream, erũt quidam portio veri põtificis id est Christi, alij Leuitarum, vel angelis vel alijs cælestibus virtutibus segregati quidã & portio hominũ, qui in hac vita prudẽtes Dei dispensatores fuerunt, vnde ei cui domin' crediderat quinque mnas, & fecerat decem: ait: *Esto potestatem habens super decẽ ciuitates, &c.* Quæ enim; hic potestas sup ciuitates intelligitur, nisi gubernacula animarum? Vnde mihi videtur qđ ĩter angelos alij principatum & potestatem super alios generant, alii subiaceãt & obtemperent potestati. Sic nec ille cui põtas decẽ ciuitatum vel quinq; datur, immerito ad hanc peruenit põtatem. Omnia ergo apud Deum ratione & iudicio fiunt, nec ad gratiam tantum sed pro merito, alius princeps multorum esse ponitur alius principatui subiectus.

IDEM. Agri angelorum, corda nostra sunt, quisq; eorũ ex agro quem colit offert primitias domino.

IDEM. Sicut Christus rex regum, ita primitiæ primitiarum, quæ non põtifici iã, sed deo oblatę sunt: quia seipsum hostiã obtulit deo, & surgens a mortuis sedet ad dexterã Dei Dicit aũt primitiæ & primogenitus totius creaturæ. Quod vtrum sic per singulas creaturas intelligi debeat, vt inter homines primitiæ dormientum dicitur & intelligitur, an celsiori & diuiniori intelligentia, non est præsentis temporis persequi.

Sed si mererer ego magnum & summo pontifice dignũ offerre sensum, ut ex his quæ loquimur & docemus aliquid egregiũ summo pontifici placeret, poterat angelus qui pręest ecclesiæ ex omnib. dictis nostris aliqd eligere, & loco primogenitorum vel primitiarum de agello nostri cordis domino offerre. Sed vtinam pro his quæ loquimur damnari non mereamur, sufficeret nobis hęc gratia.

a *Vniuersa frugum.* AVGVST. Primogenita omnia quæcunq; in terra eorũ fuerit quantumcunq; obtulerit domino, tibi erunt, Hic primogenita non fętus primos vel primitiuos pecorum dicit. Nam ipsa Gręce πρωτότοκα nominantur: hęc autẽ πρωτογεννήματα. Sed Latine his duabus rebus duo nomina non sunt reperta: & ideo ista, πρωτογεννήματα, quidam primitias interpretati sunt, sed primitiæ ἀπαρχαὶ dicuntur, & aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernuntur, quia πρωτότοκα, sunt primitiui animalium, fœtus & hominũ, πρωτογεννήματα vero primi fructus de terra sumpti, vel đ arbore, vel đ vite. Primitiæ aũt de fructib. quidem, sed iã relatis ab agro: sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primitus sumebãt.

(Margin: Apoc. 19. c; † Primogenitum; Luc. 19. c.; † Deu. 18. a; Mystice. Heb. 9. d. Ephes. 1. d Colos. 1. b.; Quæst. 32. in Num.)

a ¶ Corda humana.

a Vniuersa frugum initia, quæ gignit humus & domino deportantur, cedent in vsus tuos. Qui mundus est in domo tua, vescetur eis. b Omne quod ex voto reddiderint filii Israel, tuum erit. Quicquid primum erumpet è vulua cunctæ carnis quam 1 offerunt domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit, ita duntaxat, vt pro hominis primogenito pre- 2 tium accipias, & omne animal quod immundum est, redimi 3 facias, cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarii. † Siclus viginti obolos habet. † Primogenita autem bouis, & ouis, & capræ, non facias 4 redimi, quia sanctificata sunt domino. Sanguinem tantùm eorum fundes super altare, & adipem adolebis in suauissimum odorem domino. Carnes verò in vsum tuum cedent, 5 sicut pectusculum consecratum, & armus dexter tua erunt. Omnes primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israel domi- 6 c no, tibi dedi, & filiis ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis. Di- d xitque Dominus ad Aaron: † In terra eorũ nihil possidebitis, 7 nec habebitis partẽ inter eos. Ego pars & hæreditas tua in me- 8 9

(Interlinear: a ¶ Primogeniti sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati vel martyres. ¶ Rationalibus. ¶ Idiotis, simplicibus. a ¶ Archangeli, angeli, apostoli, & quilibet doctores ecclesiæ. a ¶ Sapientiæ diuini condimenti. ¶ Episcopis. ¶ Sacerdotibus, Diaconibus. a ¶ Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei. &c. Psalm. 15. b.)

b *Quicquid primum.* ORIG. Possunt forte illi primogeniti dici qui cum mulierib. non sunt coinquinati, vel etiam martyres. Primitię quoq; ecclesiæ possũt dici virgines: decimę vero qui post coniugium continẽtes sunt.

b *Omne.* RABAN. In vtroq; testamento ministris altaris oblatiões & decimę ad necessaria tribuũtur, ne terrenis possessionibus audeant inhiare, nec lucrum de ministerio quęrere. vnde: *Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurũ neq; argẽtum, neque pecuniã.*

Mistice autem, decimæ obseruantiam legis significant, vel synceritatẽ integritatis fidei, vel perfectionem boni operis, quæ maxime habere debent qui ministerio diuino se exhibent; In denario. n. numero creaturę & creatoris cognitio cõprehẽditur, quia septenarius respicit ad humanam naturam, trib. scilicet vim animæ ostendentibus. vnde: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex totta anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Corpus aũt ex quatuor constat elementis. Septenarium autem si ternario numero fidem & confessionẽ trinitatis exprimenti adiunxeris, denarium complebis.

c *Pactum salis.* RABAN. Pactum salis nominat oblationum vniuersitatem quæ ad ministerium vel ad ius sacerdotũ, ptinet, vnde in Leuitico. *Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, &c.*

Mystice ostenditur sapientiam conuenire sacerdotib. & pręddicatorib. diuinæ legis, non secularem, sed apostolicã, de qua Paulus dicit. Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiã non huius seculi. De qua apostolus dicit, vos estis sal terrę. Sicut enim omnis cibus sale conditur, sic omnis sermo apostolica sapientia. Aaron ergo & filijs eius pactum est salis sempiternum quia non solum episcopis necessaria est sapientia, sed etiam presbyteris, diaconibus, & omnibus ordinibus, & hoc coram Deo, id est. ut pura & simplex sine versutia & malitia Deo placeat. *Sapientia enim huius mundi inimica est Deo.*

d *In terra eorum.* ✻ PROCOPIVS. Separatum est ab aliis genu-

(Margin: Vbi sup. Apoc. 14. a; † Sup. 3. g; Quare oblationes & decimę clericis fiant.; Matt. 10. a; Mystice.; Deut. 6. a.; Pactum salis.; Leui. 2. d.; Mystice.; 1. Cor. 2. b.; Matth. 5. b; Rom. 8. b.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 ✻ Quicquid primum erump. *id est, quod primo nascetur.*

2 Vt pro hominis primogenito pretium accipias. *Quod est quinque siclorum argenti, vt dictum est supra 3. c. & intelligitur de primogenitis aliarum tribuum a tribu Leui, cuius primogeniti erant Deo oblati ad ministerium tabernaculi.*

3 Et omne animal quod immundum est, redimi facias. *Hoc non intelligitur generaliter de omni animali immundo, sed de omni indigente redemptione. Inter animalia enim immunda aliqua erant quorũ primogenita non redimebantur, sed interficiebantur sicut primogenitũ canis, & aliqua quæ non redimebantur pecunia, sed pro eis ouis offerebatur, sicut primogenitum asini.*

4 Primogenita autem bouis, & ouis, & capræ, non facias redimi, quia sanctificata sunt domino. *Quia debebant immolari ipsi Deo.*

5 Carnes uero in usum tuum cedent sicut pectusculũ conse. *id est, sicut de aliis sacrificijs, quorum vna pars est offerentium, pectusculum tamen & armus dexter de illis, pertinent ad te, sic carnes de istis.*

6 Pactum salis est sempiternum. *In omni sacrificio ponebatur sal, & ideo stabilitas alicuius pacti designatur nomine pacti salis.*

7 In terra eorum nihil possidebitis. *Ex quo. n. accipiebant victum a populo, non debebant habere partem in hęreditate.*

8 Nec habebitis partem inter eos. *Hoc additur ad denotandum quod nec et in præda hostium debebant habere partem, vt dicit Ra. S.*

9 Ego pars, &c. *Quia oblata & sanctificata domino erant assignata pro victu suo.*

✻ 1 Filijs

nus sacerdotii, non ministerii ratione tantum; sed etiam spei differentia. His enim qui in rebus carnalibus spem collocant, merito diceret: hæc sors tua: Sors; in quam; quoniam mihi distribuistis, ait Dominus. His vero qui opes in cœlo condunt, hic, in terra eorum nullam portionem obtinebis. Item ego sum portio tua & hæreditas tua. Talem noluit Christus esse eum qui cum omnia legis fecisset, absolutus esse vellet, cum inquit, vende facultates tuas, largire pauperibus, & surge, sequere me, habebisque thesaurum in cœlis.

†moriantur

†Deu. 18. a

dio filiorum Israel. † Filiis
a ¶ Qui continentes post coniugium viuunt.
autem Leui dedi omnes de
¶ Veri scilicet.
cimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis, vt non accedant vltra filii Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum † mortiferum, solis filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus & portantibus peccata 2 populi: Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. † Nihil aliud possidebunt, decimarum 3 oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria 4 separaui. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: † Præcipe Leuitis atque denuntia: † Cum acceperitis decimas a filiis Israel quas dedi vobis*, primitias earum offerte domino, id est decimam partem decimæ, vt † reputetur vobis in oblationem primitiuorum, tam de areis quàm de torcularibus & vniuersis, quorum accipitis primitias, offerte dominio, & date ea Aaron sacerdoti. Omnia quæ offertis ex decimis & in donaria domini † separatis, optima & electa erunt*. Dicesque ad eos: Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis
a ¶ Origene. Allego. Non solum cibos vel pecuniam largiatur, sed & affectum miserendi habeat & compatiendi.
quasi de area & torculari dederitis primitias, & comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos, quàm familiæ vestræ, quia pretium est pro ministerio, quo seruitis in tabernaculo testimonii, & non peccabitis super hoc, egregia 5 vobis & pinguia reseruantes: Ne polluatis 6 oblationes filiorum Israel, & moriamini.

D †Loquere †De dec. c. *in hæreditatem vestram.

†& reputabitur vobis eleuatio vestra ac si daretis frumentum de area & plenitudine de torculari. † separabitis *cuncta.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Filiis autem Leui. *Hic consequenter agitur de mercede Leuitarum, & patet litera vsq; ibi.*

2 Et portantibus peccata po. *Quia si ex eorum negligentia alij se ingerant indebite ad tabernaculum, punientur.*

B 3 Quas in vsus eorum & necessaria saparaui. *Per hoc ostenditur quod Leuitę non poterant tantum decimas comedere, sed etiam in alia sibi necessaria commutare.*

4 Locutusque est dominus. *Hic consequenter agitur de mercede summi sacerdotis specialiter, quia Leuitæ de decimis receptis a populo debebant dare partem decimam summo sacerdoti, & de illis debebant dare illa quæ erant meliora, aliter peccarent si scienter sibi meliora retinerent. & ex his patet litera vsq; ibi.*

5 Ne poll. *Id est, decimas vobis oblatas ab ipsis per peccatum prædictum.*

6 Et moriamini. *scilicet si hoc feceritis.*

CAP. XIX.

a Locutusque est dominus. AVGVSTIN. Alia litera. Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens: *Ista est distinctio legis, quæcunque constituit dominus, &c.* Non est distinctio nisi inter duo vel plura. Distinctionem n. singularitas nõ recipit, nec distinctionem cuiuslibet rei memorauit sed addidit legis; nec cuiuscunque legis. Assidue enim in scriptura dicitur & vnaquaque re & quæ legitime præcipitur: hæc est lex illius vel illius, non vniuersalis lex, quæ continet omnia quæ legitime præcipiuntur. Hic vero cum dixisset: *Hæc est distinctio legis, adiunxit quæcunq; constituit dominus,* præcipiendo scilicet non creando. Quidam enim quæcunque præcepit dominus, transtulerunt. Si ergo hæc est distinctio legis, quæcunq; præcepit dominus, magna est ista distinctio, & recte intelligit duo testamenta intelligere vel distinguere. Eadem sunt. n. in veteri & in nouo testamento: ibi obumbrata, hic reuelata. Nõ enim tantum sacramenta diuersa sunt, sed etiam promissa. ibi videt temporalia proponi, quibus spirituale præmium occulte significetur, hic autem manifeste spiritualia promittuntur, & æterna. Temporalium enim bonorum & carnalium & spiritualium, atque æternorum: quæ certior distinctio est, quam passio Christi? in cuius morte claruit non transitoriam felicitatẽ pro magno munere separandam & optandã cũ vnigenito filio (quẽ tanta pati voluit) longe aliud Deus a se peti & expectari aperta distinctione declarauit. Hanc ergo passionẽ Christi velut distinctionem duorum testamentorum, hoc quod

Quæst. 33. in Num.

De distinctione legis.

† Hoc est statutũ legis quod

a Locutusque est dominus ad Moysen & Aaron, 1 dicens: † Ista est religio victimæ, quam con- 2 stituit dominus: Præcipe filiis Israel, vt addu- 3

Passio Christi.

C

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XIX.

1 Locutusq; est dominus. *Hic consequenter agitur de officio sacerdotis inquantum est mediator Dei ad populum, & hoc proprie respicit purificationem quæ a Deo deriuatur ad populum per sacerdotis officium. In lege autem erant duæ purificationes. Vna ab immunditia spirituali, quæ contingit ex peccatis, & ista quæ erat grauior purificabatur per oblationes & sacrificia, vt habetur Leuit. 4. & 5. Alia autem erat ab immunditia corporali, q contingit ex tactu alicuius rei immũdæ vel alia immũditia corporali, per quam efficiebatur homo ineptus ad ingrediendum locum cultus diuini, ita quod tales immunditiæ erant quasi quędam irregularitates impedientes accedere ad locum diuini cultus, quandiu manebant, et tales purificabantur per aspersionem aquę lustrationis in qua commiscebantur cineres vaccæ combustæ, & de ista purificatione agitur hic. Circa quod primo ponitur ritus oblationis, secundo modus expiationis, ibi.* Habebunt quoque filij Israel. *Adhuc circa primum describitur vaccæ immolatio, secundo ex hoc aliquorum inquinatio, ibi:* Et tunc demum. *Circa primum dicitur sic:*

2 Ista est religio victimę, &c. *Quia immolabatur pro purificatione totius populi, vt posset accedere ad cultum Dei, qui cultus in sacra scriptura vocatur religio: & ideo hæc victima specialiter nominatur nomine religionis.*

3 Præcipe filiis Israel. *Quia pro purgatione multitudinis fiebat ista immolatio, ideo animal immolandum debebat exhiberi a toto populo.*

Diuisio.

Religio victimæ.

MORALITER.

✱ 1 *Locutusque est dominus &c.* In hoc capitulo agitur de immolatione uaccæ rufæ, de cuius cinerib. aquæ cõmistis fiebat aqua lustrationis ad purificationẽ immũdorũ. Per hanc vaccam, quæ debebat esse sine macula, figurata fuit caro Christi sanctissima, & licet hæc vacca in translatione nostra dicatur rufa, tamen in Hebræo dicitur rubea, quia caro Christi fuit in suo sanguine rubricata. Debebat etiam esse ætatis integræ, quia Christus tricesimo tertio anno ætatis suæ pro nobis fuit immolatus. secundum autem aliquos passus fuit xxxiiij an no: sed hoc nõ refert ad propositum, nam vterque anus est ætatis perfectæ.

qđ de iuuencæ rufæ mactatione dicit̃ satis congruè figurat.

A Locutus est.n.dñs ad Moysen & Aaron dicens, Ista est distinctio legis,quæcunq; constituit dñs, deinde mandare incipit, hæc adiungens,dicens. Loquere filijs Israel.Potest etiam ita distingui, Et locutus est dominus est Moysen & Aarõ dicẽs, Ista est distinctio legis, quęcunque constituit dominus dicens, non quæcunq; constituit dominus creans, sicut cęlum & terram & mare,& omnia quæ in eis sunt, sed quæcunq; constituit dominus dicens, in duob.s.testamentis, vt deinde sequatur.Loquere filijs Israel & accipiãt a te iuuencã rufam sine uitio.Iuuenca rufa carnẽ Christi significat.Sexus fœmineus infirmitatẽ carnalem,rufam passione cruentatã. Quod aũt ait,accipiant a te,in ipso Mose figuram ostendit legis,qa secundum legem visi sunt sibi occidere Christum, quia soluebat sabbathum & obseruationis legis profanabat.

†He.13.b.

Ioan.9.c.

a b c d e f g h i

a Quia omnis operatio eius perfecta.

b Quia peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius 1.Pet.2.d.

cant ad te vaccam rufam ætatis integrę, in qua nulla sit macula:nec portauerit iugum:tradetisque eam Eleazaro sacerdoti. † Qui eductam extra castra,immolabit in conspectu omnium, & tingens tigitum in sanguine eius, asperget contra

1 2 3 4 5 6 7 8 9 †

Quęst.36. a *Vaccam.* ✠ THEOD.Vacca præfigurat Christi passionem. Rufa,corpus terrenum prænotat, quia nomen Adę terram rubram significat,ex qua corpus ipsius formatum est.Quod

B vacca macula carebat,expertem peccati Christũ ĩnuit.Quod vacca iugum subijsse non debeat,Christi libertatem sub indicat.Iugum enim denotat seruitutem. Quod mactetur extr. castra,passionem saluatoris ext portam peractam pręsignat. Totam vaccam cremari mandauit,quia oĩa quæ petinebant ad Christum erant munda. Lignũcedrinũ crucis erat figura. Sicut enim illud erat immune a corruptela,ita lignũ crucis viuificat.Coccinum, typus erat sanguinis Domini. Hyssopꝰ ẽt aderat,quia calor viuificus dissoluit frigiditatem mortis. Eũ tamen qui cremauit vaccam,impurũ esse dicit vsque ad vesperam,ad denotandum eos qui Christum crucifixerunt.

RABAN.Per masculum fortitudo, per fęminã infirmitas significatur,per vaccã ergo infirmitas dominicæ incarnationis ad sacrificinm assumptã figuratur: *Mortuus est enim Christus ex infirmitate,sed viuit virtute Dei.* (2.Cor.vl.a)

Vaccam rufam, rubrã. s.sanguine passionis.vnde: *Dilectus meus candidus & rubicundus.*Candidus.s.ex diuinitate, rubicundus ex sanguine,candidus etiam per iustitiam vitæ. (Can.5.d.)

Lib.6.Mora.cap.25. Moraliter

GREG.Vaccam rufam mactamus, cum carnem a lasciuia voluptatis extinguimus,quã cum hyssopo,ligno cedrino, & cocco offerimus quia cum maceratione corporis sacrificiũ fidei,spei,& charitatis adolemus.

Quęst.33. b N*ullà sit macula.*AVG.sine vitio.Hanc enim carnem cæteræ hostiæ significabant,vbi similiter sine vitio pecora immolari iubebantur.Erat enim in similitudine carnis peccati, sed non caro peccati.Sed hic vbi euidentius legis distinctionẽ voluit Deus commendare,parũ fuit dicere sine vitio,nisi diceretur quæ non habet in se vitium.Quod si repetendi cã dictum est,forte non frustra est ꝙ eam rem ipsa repetitio firmius cõmendauit,q̃uis non aberret a vero,& ideo additum intelligatur,quę non habet in se vitium,cum iam dictum esset,iuuencam sine vitio.Quia in se non habuit vitium caro Christi, in alijs autem habuit,qui mẽbra eius sunt.Quæ enim in hac vita caro sine peccato,nisi illa sola,quæ non habuit in se vitiũ? (Leui.22.a Rom.8.a.)

C

D

c *Nec portauerit.* Omnis qui peccat,seruus est peccati. Quia ergo Christus numquam peccauit,iugum non portauit. (Ioan.8.d.)

AVG.Alia litera. Et non est super eam superpositũ iugũ &c. Non enim subiugata est iniquitati, cui subiugatos inueniens liberauit,& vincula eorum dirupit. vnde: *Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, &c.*Super illius enim carnem non est positũ iugum, qui potestatem habuit ponendi animam suam,& iterum sumendi eam. (Vbi supra; Psal.115.b; Ioan.10.d)

d *Tradetisque.*Vacca ad immolandum sacerdoti traditur,quia dominus incarnatus pro redemptione nrã sacrificium semet ipsum fecit,datus manib.Iudaici populi.

AVG. Alia litera. *Et dabis eam ad Eleazarum sacerdotem, &c.* Cur non ad Aaron?Forte præfiguratũ est non ad tempus ꝙ tunc erat,sed ad posteros huius sacerdotij passionem domini peruenturam. (Vbi supra)

e *Qui eductam ext.castra.*AVG.Qui ext.portam passus est Christus,vt nos a conuersatione præsentis vitæ quasi a ciuitate educeret. (Vbi supra; Heb.13.d.)

IDEM.*Et eductã ext.castra.* Sic eductus est dominus passurus extra ciuitatem. (Ioan.19.c)

IDEM.*In locum mundum.* quia non habuit causam malam. Et occident eam in conspectu eius,sic occisa est caro Christi in conspectu eorum qui futuri erant in nouo testamento domini sacerdotes.

E

f *Immolabit.*ISID.Vaccam rufam (cuius cinis est expiatio populi) immolare non poterit,nisi qui terrena opera non fecerit,iugamque delicti non traxerit,& vinculis peccatorum ligatus non fuerit. (Moraliter)

g *In conspectu omnium.*RAB.Quia Christus in conspectu omnium quasi extinctus est.In cõspectu patris immolatus, quia quod ante oculos hominum pœna,hoc ante oculos patris sacrificium fuit.

h *Et tingens digitum in sanguine eius.*AVGVST.Alia litera.*Et accipiet* Eleazar *sanguinem eius, & asperget contra faciem testimonij a sanguine eius septies.*Quia Christus secundum scripturas fudit sanguinem in remissionem peccatorum, ideo contra faciẽ tabernaculi testimonij, quia non aliter declaratum est, quam fuerat diuino testimonio prænuntiatum. Et ideo septies,quia ipse numerus ad emundationem pertinet spiritalem. (Vbi supra; Mystice.)

RABA. In digito discretio operationis signatur.In sanguine vaccæ digitum tingere, est in passione domini nostra opera consecrari, ut passionem eius quam cognoscimus imitemur: *Passus est enim nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.* (1.Pet.2.d.)

RABA.Eleazar sacerdos immolat,& in sanguine digitum tingit, quia plebs Iudæa ex reproborum parte humilitatem domini vsque ad passionem præsecuta est. In electis uero operationem humilitatis eius imitata. (Moraliter)

F

i *Asperget contra fores tabernaculi.* Tabernaculum synagogã ☞ significat.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Ad te. *Erat enim immolanda pro peccato idolatriæ vituli. ideo dicitur vacca magis quam vitulus,quia sic nominatur ille populus Osee 5.*Sicut uacca lasciuiẽs declinauit Israel. *& eadem ratione adducebatur ad Moysen,et non ad Aaron,quia timore populi fecit idolum vituli,vt habetur Exod.32.*

2 Rufam.*In Hebræo habetur,Rubeam,quia idolum prædictum fuit aureum propter similitudinem coloris.*

3 Aetats integræ.*In Hebræo non habetur,Aetatis, & ideo integritas refertur ad colorem vaccæ,quæ debebat esse rubea integraliter absque uarietate aliqua alterius coloris.*

4 In qua nulla sit macula.*id est, defectus membrorum, quia talia defectuosa non erant immolatitia.*

5 Nec portauerit iugum.*ad significandum, quod filij Israel in idolatria vituli abiecerant a se iugum legis Dei.*

6 Tradetisque eam Eleazaro & non Aaron.*Quia Eleazar non peccauit in conflatione vituli.*

7 Qui eductam extra.*Non solum de castris deitatis & Leuitarum sed etiam populi, ad designandum quod idolatria debebat simpliciter a toto populo elongari, quia periculosius inficit quam lepra, propter quam tamen eijciebantur leprosi de tribus castris prædictis,vt dictum est supra 5.cap.*

8 Immolabit in.*In Hebræo habetur,in conspectu suo,quia sicut dicit Rab.Sa. Eleazar debebat eam immolare per alium non coram se, & in [illegible] tudine.*

9 Et tingens digitum in sanguine eius,asperget.*Non quod de loco ext.castra rediret ad tabernaculum, ut dicunt aliqui, quia non debebant inde recedere,donec vacca esset incinerata,sed de illo loco vertebat se versus illam partem, vbi erant fores tabernaculi,aspergens versus illam partem, sicut Daniel 6. dicitur quod apertis fenestris orabat contra Ierusalem,existens tamen in Chaldæa.*

6 Tra- ✠ 1 Septem

## MORALITER.

✠ 7 *Qui eductam ext.*In quo figuratum fuit, quod Christus ext.Ierusalem erat passurus,vt habetur Ioan.xix.

† *Asperget contra.*Ad significandum quod per aspersionem sanguinis Christi mundatur Ecclesia perfectè,quę perfectio significatur numero septenario, eo quod totum tempus reuoluitur septem diebus.

✠ 2 Comburetque

significat. Qui ergo tinxerit digitum cōtra fores tabernaculi aspergat, i. qui sc...s passionis eius vias imitatur synagogæ nō credenti & resistenti per exempla bona & prædicationem rectam signum bene viuendi præbeat.

IDEM. *Asperget*. id est, resistenti plebi per prædicationem rectam & opera passionis Christi exempla monstrabit.

a *Septem vicibus*. Quia septem sunt dona spiritussancti, quæ per Christi sanguinem super Ecclesiæ populos distribuuntur, in quo ab omni delicto purgantur.

a fores tabernaculi septem vicibus, combureteque eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm sanguine & fimo flammæ traditis. Lignum quoq; cedrinum & hyssopum; coccumq; bis tinctum sacerdos mittet in flāmā quæ vaccā vorat. * Et tūc demū lotis vestibus & corpore suo, in-

¶ Crucem. a ¶ Infidelitatis operibus. b ¶ Aqua baptismi scilicet & pœnitentia mundato.

Septenarius numerus. * sacerdos

GREGO. *Septem vicibus*, &c. In septenario perfectio significatur vel accipitur; vnde & septem diebus vniuersum tps impletur, & spiritussanctus septiformis vocatur. Septem ergo vicibus in sanguine digitum intingere, est perfecta operōne mysteriū passionis imitari. Et septē vicibus contra synagogā aspergere est pfecta pdicatione passionē infidelib. nūtiare.

Moralit.

b *Combureteque eam cunctis videntibus*. IDEM. Per pellem & carnem & sanguinem & fimū sacrificia in veteri testamento habita, quæ infirmitate domini nuntiabant, significantur. Quia oīa postmodum spiritaliter a patribus intellecta iuxta exterius mysterium stercora sunt uocata. vnde Paulus: Omnia arbitratur vt stercora, quæ flammæ traduntur. Quamuis.n. primum carnaliter sint exhibita, postmodum per spiritumsanctum intelligentiæ igne consumpta sunt.

Phil. 3. b.

AVG. *Et cremabunt eam in conspectu eius*. Puto quia crematio ad signū pertinet resurrectionis. Natura enim est ignis, ut in superna moueatur, & in ipsum conuertatur quod crematur. Nam & ipsum cremare de Græco in Latinum ductum uerbum est a suspensione. Quod vero additum est, in conspectu eius, id est, in conspectu sacerdotis, significare videtur, quia illis apparuit resurrectio Xpi, q futuri erāt regale sacerdotiū;

Vbi sup.

B

1. Petr. 2. b

c *Tam pelle & carnibus eius*, &c. IDEM. Quod vero sequit: pellis eius & carnes & sanguis eius cum stercore eius comburetur: Id expositum est quomodo cremabitur; & significatum est, quod non solum substantia corporis Christi quæ cōmemoratione pellis carnium, & sanguinis intimata est, sed & cōtumelia & abiectio plebis quæ in stercore significaretur, conuerteretur in gloriam quam conbustionis flāma significat.

RABA. Per pellem & carnem exterior Christi operatio significatur. Per sanguinem subtilis & interna virtus exteriora facta viuificans Per fimū lassitudo, sitis, esuries, & timor mortis, & quæcunque ex humanitate pati voluit. Quicquid.n. defectū mortalitatis habuit, quasi fimus in eo abiciendum fuit quæ omnia igni cremenda sunt, id est iuxta veritatē spiritussancti intelligenda; vt que ab eo corporaliter gesta sunt, per incorporeum diuinitatis spiritum disposita sentiantur.

d *Lignum quoque cedrinum, & hyssopum; coccumque bis tinctum*.

APOLLI. De more igit sacrorū cecinit vates, *Asperges me Domine hyssopo & mundabor; lauabis me*, &c. & cui patefactū erat tale mysteriū expiationis, quæ per sanguinē Christi futura erat, pposuit: *Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.*

Psal. 50.

RAB. Cedrus lignum altum & imputribile est. Hyssopus herba valde humilis, quæ tamē inflationem amouet pulmonis. Per cedrum ergo † altam, perseuerans contemplatio. Per hyssopū mansueti cordis humilitas signatur. Qui enim cōtēplatione ad superna tollitur, per humilitatis cōpassionē debet condescendere inferiorib. nec se ex eo quod habet erigat, sed his

† alta Allegor.

C

his qui illud non habent, prædicando libenter impendat.

D

AVG. Alia litera. *Et accipiet sacerdos lignum cedrinum & hyssopum & coccinū, & mittet in medium combustionis iuuencæ*. Lignū cedrinum spes est, quæ in supernis firmiter habitat. Hyssopus fides, quæ est humilis herba radicibus hærens in petra: Coccinum charitas, quod feruorem spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debemus mittere in surrectionem Christi, tanquā in medium combustionis illius, vt cum illo sit abscondita uita nostra.

Vbi sup.

RABANVS. Potest intelligi per cedrum spes, quæ alta petit. Per hyssopum (quæ et odore stomachi immunditiam purgat) fides quæ nimis aduersa æquanimiter tolerat, & quicquid ex anteactis peccatis contractum fuerit, mundat. Per coccū vero charitas. Vnusquisque igitur nostrum in flammam quæ vaccam vorat, cedrum hyssopum & coccum bis tinctum mittat. i. in sacrificio dnicæ passionis fidem, spē, & charitatem exhibeat, ne passionem redemptoris sui sine causa audiat. Hinc Paulus: *Nunc autem manent fides, spes, charitas: maior autem horum est charitas*. Vnde & hic coccus extremus ponitur, quia fide & spe completa cum ad æternam patriam venerimus, sola in nobis charitas ad vltimum multiplicatur.

Moralit.

1. Cor. 13. d

GREG. Mittatur in flammam quæ vaccā vorat, cedrus, id est perseuerantia & altitudo nostræ contemplationis comburatur igne dominicæ passionis. Mittatur & hyssopus, i. humilitas cordis nostri, veritatem mansuetudinis trahat ex admissione dominicæ passionis. Mittatur coccus bis tinctus, id est, charitas, quę nos ad amandum deum & proximum excitat, assidue nos contemplari passionem dominicam compellat, vt in ipsa discat opera recta quæ faciat.

Moralit.

g

e *Hyssopum*. ISI. Baptismum; quia hyssopo tincto sanguine agni spargebantur.

Exo. 12. d.

f *Coccumque bis tinctum*. IDEM: Coccus bis tinctus, sanguis Christi quo mente & corpore abluimur. Hæc tria purgāt peccata, cedrus. i. fides crucis, hyssopus baptismus vel martyrium coccus sanguinis dominici sacramentum.

RAB. In cocco bis tincto, virtus charitatis exprimitur, quæ flamma sancti amoris succensa, duobus preceptis exhiberi iubetur, dilectione scilicet, Dei & proximi. Bis tinctus ergo coccus est charitas duplici præcepto formata, vt sic diligatur Deus, ne deseratur proximus, & sic proximus, ne contemnatur Deus.

g *Sacerdos*. IDEM. Omnes qui in Christo credimus sacerdotes sumus. vnde: *Vos autem estis genus electum, regale sacerdotium*, &c. Alta ergo quę per contemplationem sentimus, & quod ex mansuetudine humilitatis agimus, quod per ignem charitatis exhibemus, passionis Christi sanguine tingere debemus, vt omne quod in nobis est, illum imitetur a quo est; quia extra imitationem passionis non tam virtus quam vitium est.

1. Petr. 2. b

RABAN. Potest iste sacerdos qui vaccæ carnes pellem, sanguinem, fimumque comburit, ordinem Iudaici sacerdotii cum plebe supposita in necem domini consentientis significare, unde sequitur: vt tunc demum lotis vestibus & corpore suo.

h *Et tunc demum lotis vestibus*. IDEM. Potest intelligi; quod iste sacerdos & lotis sit uestibus, & tamen vsque ad uesperam immun-

### NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Septem vicibus. *ad denotandum quod peccatum idolatriæ quodammodo æquiponderat omnibus alijs peccatis, eo quod importat totalem recessum a Deo, vniuersitas autem septenario numero designatur.*

2 Combureteque eam cunctis videntibus. *In Hebræo habetur, In conspectu suo, quia istam combustionem faciebat per alium.*

3 Tam pelle & carnibus, &c. flammæ traditis. *ad denotandum, quod de peccato idolatriæ nulla conditio vel circunstantia debebat in populo remanere.*

4 Lignum

4 Lignū quoq; cedrinum & hyssopum *Ista ponebantur in igne ad reprimendum fœtorem exhalantē ex cobustione pellis & fimi vaccæ.*

5 Coccumque bis tinctum. *Qui diu seruat colorem, ad designandum quod cineres debebant seruari per totum annum ad purificationem populi, prout subditur postea. Vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam*, &c.

6 Et tunc demum lotis vestibus, &c. *Hic quæritur quomodo comburens vaccam maculabatur ex hoc, cum illa combustio fieret ad hoc, quod ex cineribus vaccæ combustæ immundi purgarentur. Ad hoc* ✱ respon-

### MORALITER.

✣ 2 *Combureteque eam*, ad significandū, quod Christus ex maximo charitatis feruore fuit passus. Per hoc aūt quod cineres vaccæ aquis viuentib. cōmistę purgabant immūditias carnis, significabatur, quod virtus Christi passi in aquis baptismalibus purgaret immunditias mentis: & in aquis pœnitentiæ im-

immunditias post baptismum contractas. Heb. 10. d. *Si sanguis hircorum aut vitulorum dut cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientias nostras ad seruiendum deo viuenti?* Per hoc autem quod in combustione vaccæ ponebatur lignum cedrinum, ✱ hysso-

immundus, qa Iudaicus populus ex parte eorũ q crediderũt mundus, ex parte eorũ qui nõ crediderunt vsq; ad vesperam pmanet immundus. Lauat ergo vestimenta & corpus, qa credendo exteriora opera, & interiorem mentem a prauis actionibus mundat, & plenè tunc ad castra reuertitur, cum ad fidẽ perfectè reuocatur. Sed quia Iudæa in infidelitate partim perdurante, ad fidẽ Gentilitas ingreditur, & mysteria diuinæ incarnationis intelligit rectè: *Colliget autem cineres uaccæ vir mundus, &c.*

AVGVST. Lauabit vestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit castra, & immũdus erit sacerdos vsque ad vesperam. Lauatio vestimentorum corporis, mũdatio est exteriorũ & interiorũ, hoc sacerdos. Deinde sequitur: & q cõburet eã, lauabit vestimẽta sua, & lauabit corpus suũ aqua, & immũdus erit vsq; ad vesperam. In eo qui comburit, eos figuratos arbitror, qui Christi carnem sepelierunt, resurrectioni eam velut cremationi mandantes.

a *Vsque ad uesperam.* IDEM. Ad vesperam sacerdos intrat, qa infidelis populus qui vsque ad vesperam, idest, finem mundi extra mandata vitæ, velut extra castra positus est, prauis operibus cõmaculatus, aqua baptismi & pœnitentia lotus ad cognitionem in fine mundi quasi in castra reuertitur.

✠ THEODORETVS. Non modo sacerdos, sed ministri etiã oẽs immundi erunt ad vesperam, hoc est, vsque ad legis consummationem. Nam auroræ similis aduentus Domini eis, *qui sedebant in tenebris & in vmbra mortis, illuxit.*

b *Colliget autem.* AVGVST. Et congregabit homo mundus cinerẽ iuuencæ, reliquias scilicet, interfectionis & cõbustionis scilicet famam, quę secuta est pasionẽ & resurrectionẽ Christi, quia sunt reliquiæ homini pacifico. Cinis erat Christus, qa velut mortuus ab infidelibus condemnabatur, & tñ mundabat, qa resurrexisse a fidelib. credebatur. Et quia hęc fama in cęteris gentibus, quæ non erant de consortio Iudęorũ maximè claruit, dictũ est: *Congregabit homo mundus cinerem iuuencæ.* Mundus, scilicet, ab interfectione Christi, quæ Iudæos fecit reos, & reponet in locum mundum, id est honorabiliter tractabit, tamen extra castra, quia extra celebrationem Iudaicæ consuetudinis Euangelicus honor claruit.

GREGORIVS. Vaccam sacerdos comburit, cineres vir mũdus colligit, quia infirmitatẽ domini Iudæus mactauit, subtilia eius mysteria Gentilis intelligit. Mundi sunt qui passionẽ Christi gentibus prædicant.

c *Effundet eos.* Quia Gentilis sacramenta quæ agnouit, prædicare non cessat, sed nescientibus manifestat.

RABA. Vir mundus in loco purissimo vaccæ cineres fundit dum quilibet doctus ex Gentilitate assumptus, munda p humilitatem Gentilium corda requirit: & mysteria eis redẽptoris tradere non desistit. Quod cũ agitur, fides gentiũ multiplicatur, diuina virtus agnoscitur, disciplina pceptorũ tenetur.

¶ Cognitione fidei. a ¶ Ecclesiæ. b ¶ Finem mundi: tunc vero reliquiæ salui fient.

gredietur in castra, commaculatusque erit vsque ad vesperum.

a ¶ Qui offerunt vitulam, immundi sunt, & qui Christum apprehenderunt. b ¶ Exteriora opera.

Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimenta sua

a ¶ Mentem interiorem. ¶ Finem mundi. ¶ Agnoscendo.

a b & corpus, & immundus erit vsque ad vesperum. † Colliget

a ¶ Gentilis fide mundatus. vnde: Fide corda eorum mundans. b ¶ Subtilissima incarnationis sacramenta.

c autẽ vir mũdus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in d loco purissimo, vt sint multitudini filiorũ Israel in custodiã, 1 e & in aquã aspersionis, quia pro peccato vacca cõbusta est.

f ¶ Non etiam corpus.

Cũq. lauerit qui vaccę portauerat cineres vestimẽta sua, imũ

g a ¶ Contracta aliqua labe huius vitæ, etiam post plenam remissionem peccatorum. b ¶ Proselyti, Gentiles.

h dus erit vsq. ad vesperũ. Habebũt hoc filii Israel & aduenæ, 2

tur. Vnde subdit, *vt sint multitudini filiorum Israel in custodiam.* Israel enim interpretatur vir videns Deum. Et bene conuersa Gentilitas Israel dicitur, quæ Deum iam fide contemplatur.

d *Extra castra.* Quia omnis Gentilitas extra legem, extra sacrificium, extra synagogam.

e *Purissimo.* Quia prauis ac pollutis mẽtibus non sunt secreta dominicæ incarnationis tradenda, sed his qui ad fidem venientes cor mundauerunt.

f *Multitudini filiorum.* AVGVST. Alia litera. *Et erit synagogæ filiorum Israel in conseruationẽ.* Aqua aspersionis purificatio est. Postea declarat plenius quẽadmodum ex hoc cinere fiebat aqua aspersionis, vnde mundabantur à contactu mortuorum, id est, ab iniquitate huius moribũdæ vel morticinæ vitæ. Sed mirum est quod sequitur: Et qui congregat, inquit, cinerẽ iuuencę, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperam. Quomodo erit ex hoc immundus qui mũdus accesserat? nisi quia & hi qui sibi videntur mundi in fide Christiana agnoscunt, quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Hũc tñ vestimenta sua lauare dixit non ẽt corpus, credo quòd illius cineris congregatione & repositione in loco mundo (si hæc spiritaliter intelligantur) iam intrinsecus vult intelligi fuisse mundatum. Sicut Cornelius audiens & credens quod prædicauit Petrus, ita mundatus est, vt ante visibilem baptismũ cũ suis qui aderant donum acciperet spiritussancti. Sed nec visibile sacramẽtum contemni potuit, vt ablutus etiam extrinsecus lauaret quodammodo vestimenta sua.

g *In custodiam.* Quia subtiliora sacramenta mundis Gentiliũ cordibus tradita, in mentis munitionem vertuntur. Quia dũ secreta & subtilia operationis illius p imitationẽ attẽdimus, per hoc nobis immunditiam prouidemus, propter operationẽ, in custodiã nostra fiant cinere, pp baptismũ verò in aquã aspersionis. Tũc cineres in nostrã custodiã prouidè custodimus, cũ redẽptorẽ nostrũ p iniquitatib. nostris passum cõsideramus solicite. Perpendimus.n.qd retribuat bonis, qui voluit mori pro malis, quid ad iustitiam fidei adducti eius gratię dèbeam⁹, q i iniqtate positi, itercessionẽ mortis ei⁹ accepim.

h *Habebunt hoc.* AVG. Alia litera. *Et erit filiis Israel & proselytis qui apponuntur legimum æternum &c.* Quid aliud ostendit quam baptismum Christi, quem signabat aqua aspersionis, & Iudęis & gentibus profuturum, idest, filiis Israel & proselytis tanq naturalibus ramis & inserto pinguedini radicis oleastro. Quem autem non moueat, quod post ablutionem de singulis quibusq; dr̃, & immundus erit vsque ad vesperam? Non hic tantum, sed in omnibus, vel penè omnib. talib. mũdationibus, vbi nescio quid intelligatur, nisi q oĩs homo post remissionem plenissimã peccatorũ permanẽdo in hac vita, cõtrahit aliquid, vnde sit immundus vsque ad finem vitæ, ibi, n. dies iste quodammodo claudetur quod significat vespera.

a *Qui*

Vbi sup. — Quæst. 37. — Isa. 9. — Vbi sup. — Moralit. — † De cõse. d. 3. cap. aquam. — Vbi sup. — Tropo. — Act. 10. g — Quæst. 33. Moralit. — Rom. 11. e

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *respondetur quod immunditia dupliciter contrahitur. Vno modo ex immunditia rei tactæ, & sic tangens mortuum efficiebatur immundus. Alio modo ex indignitate tangentis, sicut si laicus tangeret calicem cõsecratum, peccaret, & hoc modo redigens vaccam in cineres, & etiam colligentes cineres illos efficiebantur immundi, quia cineres illi ordinabantur ad purificationem totius populi: & ideo tangens illos quocumq; modo debebat se reputare ad hoc indignum & maculam aliquam contrahere, & per consequens indigere aliqua purgatione: ista tamẽ purgatio non fiebat per aspersionem cum aqua lustrationis, de qua dicetur infra, sed per ablutionem corporis & vestium, & sic patet litera, vsque ibi:*

1 In custodiam & in aquam aspersionis. *Ad hoc enim custodiebantur cineres, vt cum aliqui essent mundandi, poneretur de cineribus illis in aqua munda, & tunc ex illa aqua aspergerentur illa quæ erant mundanda per modum qui habetur infra.*

Cineres custodiebantur.

2 Habebunt hoc. *Hic consequenter describitur expiationis ritus tam ad immunditiam contractam ex mortuo, & primo quantum ad hoc quod ista immunditia est in hominibus, secundo prout est etiam in alijs rebus, ibi.* Ista est lex. *Circa primum dicitur sic.*

✠ 1 Qui

## MORALITER.

✠ hyssopus, & coccus, significabantur tres personæ cũ Xpo passæ, duæ per compassionẽ mentis, & tertia per cõpassionẽ carnis. Prima fuit beata virgo Maria per hyssopum, quæ est humilis herba significata qa fuit humillima. Luc. 1. e *Respexit humilitatem ancillæ suæ.* Secũda fuit Ioãnes Euangelista, significatus per cedrum, quæ est arbor multũ alta: ipse vero fuit eleuatus ad videndũ secreta cælestia. Apoc. Tertia fuit latro Christum confitens in cruce, significatus per coccum bis tinctũ, quia Christo compatiebatur mente, dicente Luc. 24. f. *Hic autem nihil mali fecit.* & cum Christo patiebatur in corpore.

MORAL.

Vbi supr. A Leuit. 11.f

a *Qui tetigerit ca.* AVGVSTINVS: *Qui tetigerit morticinum, &c.* Incipit dicere quomodo immundi facti homines, aqua illa aspersionis purificentur. *Qui tetigerit*, inquit, *mortuum omnis animæ hominis immunda erit septem diebus, sic purificabitur die tertio, & die septimo & müdus erit.* Et hic nihil aliud itelligo, nisi tactũ mortui hominis esse iniquitatem. Septem vero dietũ immundi tiam propter animam & corpus dictam, animam in ternario, corpus in quaternario. Secundũ hoc dictũ arbitror p̃phetam: *In tribus & quatuor iniquitatibus non aduersabor.*

Amos.1.a. †De cōse. dist.4. necquenque.

† in statutum perpetuum.

b *Si die tertio, &c.* IDEM. Si autem purificatus non fuerit die tertio & die septimo, non erit mundus. Omnis qui tetigerit mortuum ab omni anima hominis, & mortuus fuerit tacto mortuo antequam fuerit purificatus, tabernaculum domini polluit, exterretur anima illa ex Israel. Notandum est, quod difficillime reperitur in his libris aliquid euidentius de vita animæ post mortem fuisse conscriptum. Hic ergo cum dicit: Si fuerit mortuus ante purificationem, manere i illo immũditiã & exteri animam illam ex Israel, id est, a consortio populi Dei: Quid aliud intelligi vult, nisi manere animæ pœnam, etiam post mortem, si dum viuit, mundata non fuerit hoc sacramento, quo Christi baptismus figuratur? Quoniam aqua aspersionis, inquit, non est aspersa super eum, immundus est, adhuc immunditia eius in ipso est. Adhuc, id est, etiam post mortem.

Vbi supra.

† oblationis pro peccato.

De vita animæ post mortem. 1.Thes.5.d

c *Polluet taberna.* quantũ in se est, secũdũ illud: *Spiritum nolite extinguere:* cum extingui ille non possit. Nam si ex hoc tabernaculũ immũdũ factũ vellet intelligi, mundari iuberet. Vas

d *Vas quod, &c.* RABAN. Tegimen operculi vel ligatura, est censura disciplinæ, qua quisquis non premitur, quasi vas immũdũ pollutumq; reprobatur. Quasi enim vas sine operculo vel ligatura polluitur, qui per studium ostentationis patens nullo velamine taciturnitatis operitur.

e *Si quis in agro.* AVGVSTINVS. Alia litera. *Omnis qui tetigerit super faciem campi vulneratum, aut mortuum, aut occisi hominis os, aut monumentum & cætera:* Quæritur, quid intelligit vulneratum aut mortuum? Si enim aliud voluit intelligi vulneratum, aliud mortuum, cauendum est ne putetur immundus esse, etiam qui tetigerit vulneratum viuum, quod vtique absurdum est. Sed quia possunt & mortui esse vulnerati, & ipsos mortuos intelligitur discreuisse, vt etiam vulneratum mortuum intelligamus, id est, vulnere peremptũ aut mortuum sine vulnere.

Quæst.14. †De cōse. d.4.c. nec quemquã.

f *Lauabit & se, &c.* IDEM. Alia litera. *Et lauabit vestimenta sua, & lauabitur aqua, & immundus erit vsque ad vesperam.* Alia est aqua aspersionis, & alia illa qua lauit uestimenta sua. Et lauabitur aqua quam puto spiritualem intelligẽdam per significationem, non per p̃prietatem. Nam sine dubio visibilis erat, sicut omnes umbræ futurorum: Sed qui sacramento baptismi recta abluit (quod illa aspersionis aqua figurabat) mundatur spiritaliter, vt fit mundus & corpore & spiritu. Quod vero hyssopo dixit aquã aspersionis aspergi, qua herba diximus significari fidem, quid aliud occurrit, nisi quod scriptum est: *Fide purificans corda eorum.* Non enim prodest baptismus, si deest fides. A viro autem mundo dixit hæc fieri, vbi significantur omni-

Quæst.15. Hebr.10.d Act.15.b

---

¶ Tanquam pinguedini radicis inserti.

a qui habitant inter eos, † sanctum iure perpetuo. † Qui teti-¹ gerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit

a ¶ Vt credatur Christus die tertia a mortuis resurrexisse.

immũdus, aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, &

a ¶ In regno scilicet sanctorum adueniente domino.

b sic mundabitur. Si die tertio aspersus nõ fuerit, septimo nõ poterit emundari. † Omnis qui tetigerit humanæ animæ ²

a ¶ Huius, scilicet, gratiæ fide munitus.

c morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet tabernaculum domini, & peribit ex Israel, quia aqua

¶ Regno sanctorum.

expiationis nõ est aspersus, immũdus erit, & manebit spurcitia eius super eum. Ista est lex hominis qui moritur in ta-³ bernaculo. Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, & v-⁴

a ¶ Quilibet homo.

d niuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. Vas ⁵

a ¶ Velamen taciturnitatis. b ¶ Censuram disciplinæ.

quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, im-

e mundum erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immun-⁶

¶ Mundus scilicet.

dus erit septem diebus. Tollent de cineribus combustionis ⁷ † atque peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas, in ⁸

a ¶ Minister Christi scilicet qui eius personam portat. ¶ Idem. ¶ Alias ex eo.

quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex ea omne tentorium & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos, atque hoc modo mun-⁹ dus lustrabit immundum tertio & septimo die. Expiatusq; ¹⁰

f die septimo lauabit & se & vestimẽta sua, & immũdus erit vsque ad vesperum. Si quis hoc ritu nõ fuerit expiatus, per-¹¹ ibit anima illius de medio Ecclesiæ, quia sanctuarium domini polluit, & non est aqua lustrationis aspersus. Erit hoc præceptum legitimum sempiternũ. Ipse quoque qui asper-¹² git aquas, lauabit vestimẽta sua. Omnis qui tetigerit aquas

---

## NICOLAVS DE LYRA.

Tangẽs cadauer hominis.

1 Qui tetigerit cadauer. *Ita quod non poterat ingredi atrium tabernaculi, cuius ratio est: tum propter reuerentiam illius loci, quia ex cadauere mortui exeunt humores corrupti, quibus tangentes cadauer fiebant inepti ad accedendum ad sacra: tum quia idolatræ & sortilegi circa mortuos faciebant superstitiosa, & ideo immundi ex tactu cadaueris prohibebantur ab ingressu atrij, donec essent mundati aqua lustrationis per modum qui subditur, cum dicitur:* Aspergetur ex hac aqua, & patet.

2 Omnis qui tetigerit. *Hic exprimitur pœna intrantis tabernaculum vel atrium si non est purificatus a tali immundicia, cuius pœna est mors. vnde subditur:* Peribit ex Israel.

3 Ista est lex. *Hic agitur de purificatione prædictæ immũditiæ prout se extendit non solum ad homines, sed etiam ad res alias, cum dicitur:*

4 Omnes qui ingrediuntur, &c. *scilicet hominis mortui, &c.*

5 Vas quod. *Ex hoc habetur, quod si in tentorio mortui esset vas, quod haberet operculum, non contrahebat immunditiam, quia immunditia talis non contrahebatur in superficie exteriori, sed interius, vbi reponebantur illa quibus homines vtebantur.*

6 Siue. *quia idololatræ & sortilegi in superstitionibus suis vtebantur ossibus mortuorum, & circa sepulchra talia exercebant, & etiam quia talia habent in se immunditiam corporalem.*

7 Tollent de cineribus combustio. atque. &c. *Sic autem nominatur, quia sicut prædictum est, illa vacca immolabatur in expiationem peccati idolatriæ vituli.*

8 In quibus cum homo mundus tinxerit hyssopum. *Quæ est herba odorifera, ad denotandum quod per talem aspersionem amouebatur fœtor vel immunditia contracta.*

9 Atque hoc modo. *id est, asperget immundum ex tactu mortui, & modis prædictis.*

10 Tertio. *Ad tollendam enim talem immunditiam requirebatur talis ritus: aliter incurrebatur pœna mortis, vel secundum alios pœna excommunicationis. vnde subditur.*

11 Si quis hoc ritu. *antequam ingrediatur atrium domini.* Peribit anima illius, &c.

12 Ipse quoque qui aspergit. *Licet esset mundus, vt prædictum est, tamen ex tactu rei sacræ debebat se reputare indigere aliqua purgatione, eo quod debebat se reputare indignum tali tactu, vt supra dictum est de colligente cineres. Ista tamen purgatio non fiebat per aspersionem aquæ lustrationis, quia si aspergeret seipsum, contraheret maculam sicut & aspergens alium, & si aspergeretur ab alio, eadem ratione & ille aspergens ipsum, indigeret aspergi per alium, & sic in infinitum, propter quod ista purgatio fiebat per lotionem vestium suarum.*

7 Tol. ✠ 1 Qui

A ministri portãtes personam domini, qui vere vir mundus est. Nã de istis ministris in sequẽtibus dicit: *Et quicunque asperget aquam aspersionis lauabit vestimẽta sua*, id est obseruabit & corpore. Et

expiationis, immundus erit vsque ad vesperam. Quicquid 1 tetigerit immundus, immundũ faciet, & anima quæ horũ 2 quippiam tetigerit immunda erit vsque ad vesperam. 3

D qui tetigerit aquam aspersionis, immundus erit vsq; ad vesperam, & omne quodcunq; tetigerit immũdus, immundum erit, & anima quæ tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quicquid teti. *Et ideo etiam talia indigent purgatione.*

2 Et anima quæ illorũ quippiã. *id est, de illis quæ sunt sic polluta.*

3 Immunda erit *id est, abstinebit ab ingressu atrij, non tamen ad expiationem eius requirebatur aspersio aquæ, vel ablutio vestium, sicut in prædictis, sed purgabatur per transitum temporis.*

*ADDITIO I.*

*In c. 19. vbi dicitur in postil. Circa primum dicitur sic.* Ista est religio victimæ.

*In Hebræo in hoc loco non dicitur. Ista est religio victimę, sed dicitur sic:* Istud est ceremonium legis, præcipe filiis Israel, &c. *Et dicunt expositores Hebræorum quod hoc præceptum vocatur sic: quia non habet rationem literalem sic claram, sed potius secretam. Multa. n. sunt in hoc præcepto deuiantia ab alijs sacrificialib. vt patet intuẽti. Vnde in hoc loco, Ra. Moy. Gerunden. excusans se a reddẽdo rationem de hoc præcepto, talia verba scripsit: Nos autem qui pro peccatis nostris sumus cõtaminati in hac captiuitate, ignoramus mũditiam sanctitatis, donec veniat super nos spiritus de alto, & effundat deus aquas mundas super nos, & mũdemur, amen, sic fiat in diebus nostris. Hæc ille. Vtinam iste Rabbi saperet, & seipsum intelligeret.*

Nota de rabbi Moyse.

*ADDITIO II.*

*In eo. c. 19. vbi dicitur in postilla: ad designandum quod cineres debebãt seruari per totum annum.*

*Cineres vaccæ non solum seruabantur per totum annum sed per plures annos. Tradunt. n. Hebræi, quod sex vaccæ fuerunt tantum immolatæ per totam durationem vtriusque templi. Quarum prima fuit facta in deserto tẽpore Mosis, de qua habetur, cuius cineres durauerunt per totum templum primum. Secunda fuit facta tempore Esdræ sacerdotis in principio templi secundi: alias autem duas Simeon iustus immolauit in diuersis temporib. qui fuit summus sacerdos, & durauit per octoginta annos in officio, alias autem duas per Ioannem summum sacerdotem patrem Mathatię, a quo descenderunt Machabæi &c.*

Sex vaccæ immolatę.

CAP. XX.

a *Eneruntque filij, &c.* ISIDORVS. Tricesima tertia mansio est in deserto Sin. hæc est Cades. Sin autem interpretatur sancta per antiphrasin: sicut dicitur lucus cum minime luceat, vel bellum cũ sit horridum. In hac mãsione Maria moritur & sepelitur, quæ significat prophetiã mortuã sicut Moyses & Aarõ legis & sacerdotii finem, qui non valẽt ad terram promissionis puenire, nec populũ de solitudine huius mũdi educere, quod facit solus Iesus, id est, saluator, Dei filius.

Sin solitudo.

† vel cõgregationem

Moritur Maria.

CAP. XX.

VENERVNTQVE filii Israel & oĩs multitudo in desertũ Sin mẽse primo, & mã- 1 sit popul⁹ in Cades: Mortuaq; est ibi Ma- 2 ria, & sepulta in eodẽ loco. Cumq; indi- 3 geret aqua populus, coierunt aduersum 4 Moysen & Aarõ, & versi in seditionem 5 dixerunt: Vtinã periissemus inter fratres 6 nostros corã dño. Cur eduxistis† ecclesiã dñi in solitudinẽ, 7 vt & nos iumenta nostra moriamur? Quare nos fecistis ascẽ- 8 dere de Aegypto: & eduxistis in locum istum pessimum 9 qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec 10 mala granata: insuper & aquam non habet ad bibendum? 11 12

PROCOPIVS. Indefinite ait mense primo, nec apposuit post quam egressi fuerũt ex terra Aegypti, cũ supra dixerit, quod secundus instabat annus. Hic vero primũ dicit mensem ex quadraginta annis illis quos dominus eos in deserto fore est minatus. Etenim reuertuntur iterum in deserto Zin. Vnde eos mouisse tradit & longis aliquot erroribus aduenisse in Cades, quo exploratores sunt reuersi. Porro aq ex petra emana-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XX.

Diuisio.

1 *V*Enerunt q; filij, &c. *Hic consequenter ponitur impedimẽtum proueniens ex aquis contradictionis, vbi primo ponitur retardatiuum itineris ex aqua deficiente. secundo additur impedimentum ex hoste insurgente, ibi.* Misit interea.

*Circa primum præmittitur Mariæ obitus, secundo aquæ defectus, ibi.* Cũq; indigeret aqua. *Circa obitũ Mariæ pmittitur locus, cũ dicitur.*

2 In desertum Sin. *Iste locus est alius ab illo qui vocatur סין Sin. Exo. 16. vnde & ille scribitur per literam samech, iste autem persa de sic צין Tsin. Describitur etiam tempus cum dicitur.*

Sin.

3 Mense. *s. quadragesimi anni ab exitu filiorum Israel de Aegypto, postquam fuerant vagi per desertum, secundum sententiam domini vt dictum est supra 14. c.*

4 Et mansit. *Dicunt aliqui quod iste est locus de quo missi fuerũt exploratores, vt habetur supra 13. c. ita quod populus fuit bis in isto loco, semel anno secundo egressionis de Aegypto, quia quando recesserunt de mõte venerunt illuc, & tunc inde missi sunt exploratores, qui redeuntes fecerunt desperare populum de consecutione terræ promissionis, ut dictum est 13. c. & tunc dominus fecit eos reuerti per desertum, & postea quadragesimo anno ab exitu de Aegypto redierunt ad eundem locum. Alij autem dicunt quod iste est alius locus ab illo. unde & ad differentiam eorum, locus, unde exploratores missi sunt uocatur Cadesbarne, ut habetur Deut. 1. & Iosue 14. Iste autem uocatur Cades absolute sine additione.*

Cades.

5 Mortuaq; est ibi. *Dicit Ra. Sa. quod mors Marię conuenienter describitur post capitulum de purgatione per aquas lustrationis, quia sicut fit expiatio per dictam aspersionẽ, ita suo modo per iustorum mortem, secundum quod dicitur Psal. 115. a.* Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

6 Cumq; indi. *Hic describitur aquæ defectus, ubi propter hoc describitur primo populi murmuratio, secundo defectus reuelatio, ibi:* Ingressusque. *Circa primum dicitur, Cumque indigeret aqua populus. Dicit Ra. Sa. hoc subditur post mortem Mariæ ad insinuandum, quod dum uiuebat, per eius merita populus in deserto existens, per magnum tempus ante non habuit defectum aquæ.*

Diuisio.

7 Et uersi in seditionem. *id est rebellionem & contentionẽ contra Moysen & Aaron.*

8 Dixerunt. Vtinã periissemus inter fratres nostros. *Hoc est cũ illis qui perierunt tempore Core, quia mors illorum fuit breuis, ista autẽ prolixa, & per consequens grauior.*

9 Quare nos fecistis ascendere de Aegypto. *Vbi viuebamus in abũdantia.* & adduxistis in locum istum pessimum. *Cuius causã subdunt dicentes.*

10 Qui seri non potest. *Et sic patitur defectum fructuum, quos profert terra per humanum laborem, & etiam eorum quos sponte gignit. Ideo subditur.*

11 Qui nec, &c. *Ista tamen querela erat irrationabilis, quia manna sufficiebat pro omni cibo hominib. bonis, vt dictum est supra 6. c.*

12 Insuper. *Ista plus habebat de ratione, quia sine aqua non potest homo*

MORALITER.

a *Venerũtq; filij, &c.* In hoc c. agitur de aquis cõtradictionis vbi Moyses & Aarõ peccauerũt, dubitãdo de verbi diuini impletione pp malitiã populi, s'm doctõ. Latinos, s'm Hebræos aũt peccauerũt transgrediẽdo verbũ dñi, qui nõ dixerat eis p cutite petrã, sed loquimini ad petrã & illa dabit aquas, sicut plenius dixi locũ istũ literaliter exponẽdo. Per hoc igit quod isti qui erat sanctissimi peccauerũt, debet incuti timor alijs quãtũcunque sanctis, ne cadant in peccatum, secundum illud 1. Cor. 10. c. *Qui se existimat stare, uideat ne cadat.*

T

A emanationem, alij quidẽ eandẽ de qua in Exodo, esse tradũt, alii vero aliã, si quidẽ tẽpora variant. Nihilominus tñ priores hanc repetitionem esse dicerent. Qui vero aliã esse asserũt, id ipsum sic astruunt, quod si qdẽ populus retro pedẽ per desertum tulerit, siti, ob desperationem de promissione bonorũ laborauerit.

D in ipsius Christi altitudine Deus mori iubet, cũ mortẽ carnis Moysi in monte præcipit fieri. Sicut.n. petra Christus, ita & mons Christus, petra humilis fortitudo, mõs eminẽs magnitudo. Prudentia.n. carnis viuit, cum tanquam petra percussa Christi humilitas in cruce contemnitur. *Christus enim crucifixus Iudæis scandalum, gẽtibus autem stultitia.* Prudentia carnis moritur, cum tanquam mõtis eminẽtia Christus excelsus agnoscitur. Ipsis.n. vocatis Iudæis & Græcis, Christus Dei virtus & Dei sapientia est. [1.Cor.1.d Rom.8.a. 1.Cor.1.c.]

Ingressusq. Moyses & Aaron dimissa multitudine tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terrã, clamauerũtq. ad dominum atq. dixerunt: Domine Deus audi clamorẽ populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontẽ aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini super eos. Locutusq. est dominus ad Moysen dicens: Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petrã coram eis, & illa dabit aquas. Cumq. eduxeris aquã de petra, bibet omnis multitudo & iumẽta eius. Tulit igitur Moyses virgã quæ erat in cõspectu domini, sicut præceperat ei, cõgregata multitudine ante petrã, dixitq. eis: Audite rebelles & increduli: Num de petra hac vobis a-quã poterimus eiicere? † Cumq. eleuasset Moyses manum percutiens virgã bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet, & iumẽta. Dixitq; dominus ad Moysen & Aaron: † Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, Vbi iurgati sunt filii Israel contra dominum, & sanctificatus est in

[Interlinear: a ¶ Iudæus sub lege Moysi positus. — a ¶ Ligno crucis affigens. ¶ Propter duo ligna eiusdem crucis. b ¶ Christum ¶ Spiritalis gratiæ.]

a *Percutiens virga.* AVGVSTINVS. Quia de petra aqua educta est, Apostolus exposuit dicens. *Et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus.* Significata ergo de Christo profluẽs gratia spiritalis, qua interior irrigatur sitis. Sed quod virga petra pcutitur, crux Christi figuratur ligno enim accedente ad petrã gratia manauit, & ꝙ bis percutitur euidentius significat crucem. Duo.n. ligna sunt crux. [† De cele. missa.c.in quadam.] B

✻ CYRILLVS. Percutiẽs virga bis. At in Aegypto semel tantũ eadem virga vel aera vel aquas diuerberans ostẽtabat, nũc quia insultanti populo succũbens, de fide aliquatenus deturbatur, parum absuit quin dominus negaret aquas. De petra tñ ad alterũ vix ictum emanarunt, ne apud eam plebem improbam simul & rudem minus potens argueretur. [Ex catena Græca. † De pę.d. 2.c si n.]

✻ THEODORETVS. Quare dominus succensuit Moysi & Aaron, quando aquam eduxit e petra? Ipsis de morte sororis dolentibus, instabant filii Israel murmurantes ob aquæ penuriam. Quapropter moleste ferẽtes eorum petulantiã, ambiguis vsi sunt verbis, dum educerent aquam. Sic enim ait legislator. Audite me increduli. Num ex hac petra potero vobis aquã educere? propterea dñs contra eos sentẽtiã ꝓtulit, dicẽs. Quia non credidistis mihi, &c. Hoc ipsum canit Dauid. *Et vexatus est Moyses, propter illos, qui exacerbauerũt spiritum eius. Et distinxit in labijs suis.* Sciẽdum est tñ Deum aliud procurãtem hanc tulisse sententiã. [clamauerũtq; ad dominum atq; dixerũt, Domine de' audi clamorẽ populi huius & aperi eis thesaurũ tuũ fontẽ aquæ viuę vt satiati cesset murmuratio eorum. Quæst. 38. E Ps.77.]

b *Quia non credidistis.* ISIDORVS. Hic Moyses dominũ offendit, & prohibetur Iordanem transire, turbatus.n. murmure populi, dubitãter petrã virga percussit, quasi nõ posset Deus aquã de petra educere, quod fecerat ante. Hic Moses Iudaicũ populum sub lege positũ significat. Nã sicut Moyses petrã virga percutiens de Dei virtute dubitauit, ita ille populus sub lege p Moysen data positus, Christũ ligno crucis affixit, & eũ Dei virtutẽ esse non credidit. Sed sicut percussa petra manauit aqua sitiẽtib. sic plaga dñicę passionis effecta est vita credentib. Hãc ergo carnalem de Christi diuinitate dubitationẽ in [Moyses offendit dominum. Exod.17.b 1.Cor.1.b.] C

✻ HIERONYM. Superfluũ est de Moyse & Aarõ scribere, ꝙ ad aquam contradictoriam offenderint Deum, & terram promissionis non intrauerint. [Lib.2. aduersus Iouinianum]

✻ AVGVSTINVS. Arguitur Moyses voce diuina, quod eius fides ad aquam eiiciendam aliquantulum titubauerit. Quod cum peccato Petri potest esse cõmune, q in mediis fluctib. similì fidei defectu dubitauit. Verum absit vt credamus hinc eum esse alienatũ a societate sanctorum qui cum S. Elia meruit clarificato in monte domino, assistere. [Lib.16. cõtra Faustũ c.16.]

F c *Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt, &c.* AVGVSTINVS. Quod

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ homo conuenienter viuere.

1 Ingressusq; *Hic ponitur defectus reuelatio quantum ad defectum aquæ, qui non poterat tolerari competenter, vbi præmittitur Moysi & Aaron oratio, quæ debet esse solitaria, & hoc notatur cum dicitur.*

2 Dimissa multitudine. *humilis & supplicatoria.* Ideo *subditur.*

3 Corruerunt proni. *Debet etiam esse deuota. ideo subditur.*

4 Clamauerũtq; *ex magno affectu & feruore. Debet etiam esse rationabilis & discreta. ideo subditur.*

5 Et aperi eis. *Ista.n. petitio erat discreta & rationabilis, quia de hoc quod erat necessarium. Consequenter ponitur domini exauditio, cum subditur.*

6 Et apparuit gloria domini. *id est nubes in qua dominus solitus erat loqui cum Moyse quasi paratus petitionem eorum exaudire: vnde subditur.*

7 Tolle virgam, &c *Ista fuit virga Aaron, quia de ipsa subditur:*

8 Tulit igitur Moyses virgam quæ erat in cõspectu domini. *De virga autem Aaron dicitur c. 17.* Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii.

9 Audite rebelles, & increduli. *Hoc dixit Moyses, quia freqũeter consimilia acciderant in populo.*

10 Num de petra hac aquam vobis poterimus eiicere. *Istud verbũ Moysi poterat dupliciter intelligi, affirmatiue & negatiue, quia si protulit vt dicunt expositores catholici communiter, quia licet non dubitaret de potentia dei, quin posset illud, dubitauit tamen de effectu, ne impediretur propter malitiam populi, & ideo dubitando de effectu dixit.* Num de petra, &c. *vt si effectus fuißet secutus, sic intelligeretur non obstante incredulitate vestra poterimus eijcere aquam de petra virtute diuina, si autem non sequeretur, sic intelligeretur* Num de petra, &c. *q.d. non poterimus propter malitiam vestram.*

11 Percutiens virga bis silicem. *quia primo ictu non exiuerũt aquæ propter dubitationem Moysi, secundo tamen ictu exiuerũt propter impletionem diuini promißi. Consequenter ponitur dubietatis punitio, cum dicitur.*

12 Quia non, &c. *tu & Aaron, vt sanctificaretis me. i. sanctitatem meam in impletione promissi mei absque dubio credendo, & fidem vestram absque dubio coram populo pronuntiando, imò contrarium fecistis. ideo.*

13 Non introducetis hos populos in terram quam dabo eis, *sed moriemini ante ingressum, & licet multum desiderarent ingredi qa tamẽ sciuerũt ꝙ verbum Dei erat diffinitiuum, ideo verbum domini humiliter acceptauerunt: & tunc non orauerunt pro eius retractione, postea tamen Moyses orauit dominum pro ingressu terrę sed non fuit exauditus, vt habetur Deut. 3. Sequitur.*

14 Et sanctificatus est in eis. *Per hoc.n. quod filij Israel viderunt, quod vindicta Dei non parcebat Moysi & Aaron, qui erant sancti & amici sui, fuerunt territi & magis obedientes, ne incurrerent offensam Dei. Hebrei autem dicunt, quod Moyses & Aaron peccauerunt eo quòd non fecerunt sicut præceperat Deus, quia dixerat.* Loquimini ad petram corã eis, & illa dabit aquas, *vt patet in textu, ita quod ex solo verbo absq; percussione dedisset aquas, quod fuisset nouum signum diuinæ potentiæ. Non.n. legitur quod adhuc factũ fuisset simile, & ideo subditur postea.* Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel. *q.d. si corãm filijs Israel dixissetis: Ecce lapis iste qui non audit nec videt & tamen obedit verbo Dei, emittendo aquas absq; ulla percussione, multo fortius uos qui estis rationales, verbis domini debetis obedire absq; ulla flagellatione, in hoc sanctitatem meam professi fuissetis uerbo & facto: quod quia non fecistis, prout uobis imposueram, ideo non introducetis hos populos, &c.*

✻ 1 Misit

Quod de aqua illa dictū est q̄ de petra profluxit, hæc est aqua A cōtradictionis, q̄a maledixerunt filij Israel ante dñm, & sanctificatus est in ipsis. Prius maledixerūt, q̄n locuti sunt contra beneficium domini, quo educti erant de Aegypto, & postea sanctificatus est in ipsis, cū in miraculo eius sanctitas declarata est. An forte duo genera hominum demonstrauit contradicentium gratiæ Christi, & percipientium, vt illis sit aqua contradictionis istis sanctificatiōis. De ipso enim dicitur. *In signum cui cō tradicetur, &c.*

Quæst. 36. in Numeros. Aqua contradictionis. Luc. 2. c.

✱ GREGORIVS NYSSEN. Septima hæc est exacerbatio apud aquam quæ vocatur contradictionis, B propterea quod populus insurgens contra Mosen, seditionē concitauit. Nam altera in Horeb vocata est aqua tētationis, de qua dictum est in Exodo. Hic vero dominus irascitur Moysi, q̄ cum iuberetur accepta virga populum in concionem vocare, coráque petram alloqui, ille perculsus animo, nihil de Deo, vti solitus erat, magnifice præfatus, paucis & quidem subobscuris vsus est.

Ex catena græca.

a *Hæc mandat, &c.*

✱ PROCOPIVS. Edom id est, Idumæi ex Esau, qui Edom quoque nominabatur, propagati sunt. Adhibita est autem & C multiplicis cognationis compellatio ad maiorem persuasionis efficaciam. Commiserationem item captat, mala ante hac exantlata verbis obijciendo, innuitq; diuinū erga se studiū ac virtutem. Cæterum Israel deflexit ab eo, & genus est reueritus, licet ab eo nullam reuerentiam consecutus. Dei enim voluntas est, genus non abnegare, etsi iniuriam faciat.

1 eis. Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regē Edom, a qui dicerēt: Hęc mandat frater tuus Israel: 2 Nosti omnem laborem, qui apprehendit nos, 3 quomodo descenderint patres nostri in Aegyptum, & habitauerimus ibi multo tēpore, afflixerintq; nos Ægyptii & patres nostros, 4 & quomodo clamauerimus ad dominum, & exaudierit nos, miseritq; angelum qui eduxerit nos de Ægypto.* 5 Ecce in urbe Cades, quę est in extremis finibus tuis, positi, obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. 6 Non ibimus per agros nec per vineas, nec bibemus aquas de puteis tuis: sed gradiemur via † publica, nec ad dextram nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. 7 Cui respondit Edom: Non transibis per me, alioquin armatus occurrā tibi. Dixeruntq; filii Israel: Per tritam gradiemur uiā, & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra dabimus † quod iustum est. †Nulla erit in pretio difficultas, tantum + velociter transeamus. At ille respondit: Non† transibitis. Statimq. egressus est obuius cum infinita multitudine & manu forti, nec uoluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitū per fines suos. 8 Quamobrem diuertit ab eo Israel. 9 Cùmq. castra mouissent de Cades, b uenerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom, vbi locutus est dominus ad Moysen dicens: 10 †Pergat Aaron ad populos suos. 11 Non enim intrabit terrā quam dedi

a ¶ Gratis scilicet, sed pretium dabimus, quod declarat in sequentibus.

b *In montem Hor.*

RABANVS. Tricesima quarta mansio est in monte Hor in extremis finibus Edom, in quem ascendit Aaron iuxta præceptum domini, & mortuus est anno quadragesimo, egressionis Israel de Aegypto, ex quo f. nouus populus terram promissionis intraturus erat. Et quanquam in monte sacerdotium E Eleazaro filio reliquerit, & lex eos qui eam impleuerint ad summum perducat, ipsa tamen sublimitas non est trans Iordanem, sed in extremis terrenorum operum finib. *Et planxit eum populus xxx. diebus.* Aaron plangitur, Iesus uero non plangitur. In lege descensus ad infernos in euangelio ad paradisum ascensus.

Luce. 2. c. Hieronymus. *Et. † regia. † pretiū earum. † vel nihil detrimenti erit. † pedibus nostris tātum. Heb. r Iosue. 24 g † Congregabitur.

a Tolle

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Misit interea. *Hic additur impedimentum ex hoste insurgente, & hoc tripliciter primo Idumæorum, secundo Amorrhæorum, ca. 21. & tertio Moabitarum cap. 22. Circa primum primo ponitur impedimentum ratione regis Edom insurgentis, secundo subditur impedimentum ratione pontificis morientis, ibi:* Cumq; castra mouissent. *Circa primum adhuc primo ponitur populi deprecatio ad regem Edom, & vt inclinaretur ad exaudiēdum petitionem primo allegatur propinquitas generis cum dicitur.*

2 Hæc mandat. *Idumæi. n. & Israelitæ erant de duob. fratrib. s. Esau & Iacob. Secundo afflictionem laboris, cum dicitur.*

3 Nosti. *Afflictis enim est compatiendum. Tertio ordinatio diuinæ voluntatis, cui non est resistendum. & hoc notatur cum dicitur.*

4 Et quomodo cla. *Quarto retardatio sui itineris, cum dicitur.*

5 Ecce in vrbe, &c. *q. d. nisi possimus transire per terram tuam ab itinere quod accepimus de mandato Dei erimus grauiter impediti. Consequenter remouerent illa, propter quæ petitio eorum posset denegari, cum dicitur.*

6 Non ibimus. *i. nullum damnum terræ tuæ inferemus, sed pacifice transibimus. Consequenter describitur huius petitionis denegatio, cum dicitur.*

7 Non tran. *Et patet litera seq. Notandum tamen q̄ huius contrarium videtur haberi Deut. 2. vbi Moyses dixit: Misit ergo nuntios ad Sehon regem, &c. & subditur.* Nobis cōcedas trāsitum sicut fecerunt filii Esau. *Ad hoc respondent expositores nostri communiter dicētes, quod licet rex Edom non concesserit filijs Israel transitum per mediū terræ suæ, sicut petebant, tamen concessit eis transitum per extremitates regni sui. Ra. Sa. dicit quod illud quod est allegatum de Deute. non refertur ad transitum; sed ad cibum concessum pro pretio. duo enim petebat Moyses a Sehon rege dicens:* Alimenta pretio vende, *& postea subdit.* Nobis concedas transitum, *quod patet Deut. 2. & q̄ subditur.* Sicut fecerunt filii Esau. *hoc refertur tantum ad primum, quia vt dicit, licet filij Esau denegassent Israelitis transire per terram suam tamen portabant eis cibaria venalia, vbi trāsibant filij Israel iuxta extremitates regni Edom magis propter lucrum suum quam propter sustentationem filiorum Israel.*

8 Quamobrem diuer. *i. de medio regni, non tamen ab extremitatibus secundum primam expositionem prædictam, vel totaliter a regno secundum aliam.*

9 Cumque castra. *Hic interponitur impedimentum ratione mortis Aaron, cū dicitur.*

10 Pergat Aaron ad populos suos *id est ad limbum patrum.*

11 Non enim intrabit in terr. *Videtur quod hæc non fuerit causa quare mortuus est Aaron ante ingressum terræ promissionis, quia ante factum de aquis contradictionis dixerat dominus, quod Caleb & Iosue tantum intrarent terram, vt dictum est. 14. c Ad hoc enim dicitur communiter, quod illa sententia tantum fuit super murmuratores, de quibus non fuerunt Moyses & Aaron. Potest etiam aliter responderi ex textu, quia ibidem dicitur: In solitudine hac iacebunt cadauera vestra, omnes qui numerati estis a viginti annis & supra, in qua numeratione nō continentur Leuitæ, vt ibidem dictum fuit, de quibus fuerunt Moses & Aaron.*

✱ 1 Tolle

## MORALITER.

✱ 1 *Misit interea nuntios, &c.* Per Edom, qui interpretatur terrenus, intelliguntur mali Christiani, in bonis terrenis tantummodo confidentes, & isti frequenter nituntur impedire bonos Christianos qui sunt fratres eorum in fide a profectu in via morū, ne ipsi perueniant & alios inducant in terram viuentium, & hoc aliquando faciunt prælati malo consilio informati, & aliqui curati peruersi qui bonos homines & literatos impediunt a prædicationib. & confessionib. audiēdis in hoc similes regi Edom, qui filios Israel impediuit in progressu ad terram promissionis.

10 *Pergat, inquit, Aaron, &c.* Hic agitur de morte Aarō, & Eleazari substitutione, cum dicitur.

a *Tolle Aaron,&c.& duces eos in montē Hor. Cumq; nudaueris,&c.* ✱ PROCOPIVS. In monte moriuntur Moses, & Aaron, ac in figura seu animas in altum subduci indicat. Est verò differentia in hoc, q alter longinquius, alter propius terræ sanctæ moritur. Moses enim fuit virtuti vicinus magis, quamuis dif fidentiæ super aquas commissæ culpa am borum par fuerit: Non enim secūdum partem sed secundum totum iudiciū fieri debet. In iudicij vero sortem, tempus quoq; cadit cuius ratione pro dignitate cuiusque mors est iuncta, primo quidem Mariæ, secundo vero Aaroni, tertio deniq; Mosi, si quidem dierum quoq; longitudo præmium virtutis in lege est constituta. Primo igit satis defungit ea quæ plus reprehensionis habuerat, eo, quod cōtra Mosen quiddam ausa fuerat. Magis.n.tacere ac moderate agere feminā quam virum decet. Porro inferior Aaron Mose fuit, quare secundo merito moritur.

† rebelles fuistis. * Eleazar.

filiis Israel, eò q † incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & * filiū eius cum eo, & duces eos in montem Hor. Cumque nudaueris † patrē veste sua, indues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur & morietur ibi. Fecit Moyses vt præceperat dominus: & ascenderunt in mōtem Hor coram omni multitudine. † Cumque Aaron spoliasset vestibus suis, & induit eis Eleazarum filiū eius: Illo mortuo in montis supercilio, descendit * cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

† Aaron † De. 10. b. * Moyses.

b *Omnis autem multitudo.* BEDA. Aaron plangitur, Iesus non plangitur quia in lege descensus ad infernum, in Euāgelio ad paradisum transmigratio. Fleuit populus triginta diebus, quia ante legem & sub lege & sub gratia synagoga non recipit spirituale gaudiū, sed super occidentem literam mesta incumbit.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Tolle Aaron. *non violenter, sed persuasiue, vt prōpte obediat diuinæ volūtati de suo transitu & filij successione. Illi.n.duo debebant eū consolari de morte s. quia Deus volebat & quia filius eius ei in honore succedebat.*

2 Cumque nudaueris patrem vestē suā. *i. tunica pontificali.*

3 Indues ea Eleazarum filium eius. *vt antequam moriatur, videat filium suum sui honoris successorem.* Dicit enim August. quod hoc *factum fuit, vt pontifex nouus præberet officium sepulturæ defuncto. Sed hoc non videtur conuenire ei quod dicitur Leuit. 21. b. quod summus sacerdos non debet aliquem sepelire. Et ideo dicit Ra.Sa. quod Moyses fecit illud officium; dicens, quod cum ascendissent in montem, viderunt ibi speluncam a deo paratam, & in ea lectum stratum, & ante lectum lampadem ardentem; & reuelatum fuit Moysi quod erat locus sepulturæ Aaron, & tunc ad dictum Moysi ipse Aaron posuit se in lecto illo, & extendit manus & pedes, & clausit os & oculos, & sic deus accepit eius spiritū in pace, propter quod Moyses hoc videns, desiderauit talē modum mortis, & fuit sibi concessus a domino, secundum quod dicitur Deu te. 32. g. Iungeris populis tuis sicut mortuus est Aaron frater tuus. Potest tamen teneri dictum Augustini, quod Eleazar sepeliuit patrem suū & quod hoc fuit specialiter illi concessum propter excellentiam Aaron. Nec valet obiectio Ra.Sa. quia sicut Leuiti. 21. prohibetur summus sacerdos aliquem sepelire, ita etiam sepulturę præsentialiter adesse, & tamen oportet concedere quod Eleazar pſens fuit in morte patris sui tā ex textu, quam ex verbis omnium expositorum Hebreorum & catholicorum.*

Augustin. de sepultu ra Aaron. Augustin.

4 Fecit Moyses vt præceperat dominus. *persuadendo ipsi Aaron modo prædicto.*

5 Et ascenderunt, &c. *Dicit Ra.Sa. quod multitudo non ascendit, sed tantum Moses, Aaron, & Eleazar: tamen omnis multitudo vidit quando ascenderunt.*

6 Omnis autem &c. *Per hoc.n. vidit, quia viderunt quod non redibat cum alijs duob. ideo dicitur hic.*

7 Videns occubuisse. *de preterito.*

8 Fleuit super &c. *Tum quia diligebat eum, tum quia propter reuerentiam pontificalis officij. Ex hoc autem cœpit ecclesia consuetudinem faciendi memoriam defunctorum die tricesima sepulturæ. Quod autem hic dicitur Aaron esse mortuū & sepultum in monte Hor, videtur contradicere ei quod habetur Deut. 10. b. vbi dicitur.. Mortuus & sepultus est in Mosera. Ad hoc dicunt aliqui, q Mosera & Hor vnus mons est diuersimode nominatus. Ra.Sa. dicit contrarium; probans per illud quod habetur infra 33. c. vbi dicitur, quod inter Moseroth qui est idem locus q & Mosera, vt dicit israelitis. Nomina enim propria Hebraica frequenter variātur a parte finis, licet idē significent, sicut in Latino idem significant Colinus, & Coletus, & inter montem Gor sunt sex mansiones. Dicit igitur, quod Aaron secundum veritatem fuit mortuus & sepultus in Mosero, vt dicitur Deut. 10. sed postea filij Israel venientes ad montem Hor fleuerunt Aaron ac si funus esset ibi præsens, & ex hoc dicitur ibi mortuus & sepultus.*

De tricesima memoria defunctorum.

CAP.

## MORALITER.

✱ 2 *Cumque nudaueris patrem veste sua, &c.* Per hoc autē, quod Aaron nudatus vestibus sanctis statim mortuus fuit corporaliter, significatum fuit, quod in nouo testamento pontifices & curati & etiam clerici seculares vel religiosi, statim quod nudantur vestibus virtutum, mortui sunt spiritualiter, licet adhuc corporaliter viuant: Apoc. 3. a. *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Per hoc aūt, quod Aarō spoliato, Eleazar indutus fuit, significatur, quod aliquibus a gratia cadentibus, alii subrogantur, Apoc. 3. c. Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

MORA-

## ADDITIO.

*In c. 20. vbi dicitur postil.* Audite rebelles & increduli. *Opinio Hebræorum quam hic recitat postil. est solius Ra.Sa. Alij enim expositores Hebræorum varie se habent. Cæteris tamen dimissis Rab. Moy. Aegyptius dicit.* Audite rebelles & increduli. *In quibus verbis manifestauit se iram magnam habere contra populum. In quo dicit: quod Moses errauit dupliciter. Primo quia in tanto homine sicut Mose, a quo omnes debebant addiscere modum viuendi vitium ira erat valde vituperabile, præsertim in publico. Secundo quia ex hoc dabat occasionem, vt populus crederet Deum fuisse iratum in hoc loco contra eos, quod tamen, vt dicit, non fuit sic, cum ipsi petiuissent illud quod erat sibi necessarium, s. aquam in quo non peccabant, sicut nec in petendo panē supra, Exo. 16. Et ideo in hoc loco ut dicit, non fit mentio quod Deus irasceretur. In hoc autē quod Moses nō fuit locutus petre, sicut dixerat eis.* Loquimini ad petrā, *sed bis percussit eam, dicit q non peccauit Moses. Nam in hoc quod dictum fuit sibi.* Tolle virgam & cōgrega populum, *intelligitur quod tolleret uirgam ad percutiēdum, quia in aliis locis quando accipiebatur uirga a Mose in faciendis prodigiis seu signis hoc erat per extensionem uirgæ cum manu, vel percussionem & huiusmodi.*

In quo fuit peccatum Moysis.

*Circa quod attendendum quod hæc sententia Ra.Moy. uidetur ueritatem obtinere in hoc quod euacuat motiuum Rab. Salo. dicentis, quod in percussione per virgam fuit peccatum Moysis. Sed motiuum principale Rab. Mo. non uidetur ualere. Moses enim licet perfectus fuisset, legitur tamen quandoque fuisse iratus, sicut supra Leuit. 10. fuit iratus contra Eleazar & Ithamar, etiam sine causa rationabili, ut ibidem habetur, & infra 31. ca. legitur.* Iratusque Moyses principibus exercitus, &c. *quod fuit satis in publico, non tamen ex hoc fuit punitus nec reprehensus. uerba enim domini dicentis.* Quia nō credidistis mihi, *manifeste ostendunt, quod peccatum illud ad incredulitatem pertinet, nō autē ad irā. vnde uidetur tenēdum cum expositorib. nostris, s. quod peccatū Moysi pertinuit ad dubietatē seu incredulitatē, prout in postilla declaratur. Si autem contra hoc dicatur quare hic dubitauerunt ne impediretur diuinum miraculum propter malitiam populi magis quam in alijs locis? Dicendum, quod in hoc loco maxime uidetur populū peccasse, tū qa eligebāt magis fuisse punitos per acerbissimā mortē corporalē & perire a facie Dei, sicut legitur de Core & socijs eius supra, Numer. 16. quam esse in hac uita sub diuino regimine, quod patet ex hoc quod dixerant:* Vtinam perissemus inter fratres nostros, &c. *q.d. eligibilius fuisset nobis perire inter fratres, qui non solū mortui sunt, sed perierunt corā domino. i. a facie domini quā in hac uita esse. Tum qa contēpserunt beneficium liberationis de Aegypto, quod pertinet ad maximam ingratitudinem cum dicunt.* Quare nos fecistis ascendere de Aegypto. *Tum quia nō fundabant principaliter querimoniā suā in defectu aquæ, sed potius in defectu aliarū rerum q non erant sic necessaria uitæ. unde dicunt conquerendo de illo deserto:* Nec ficum gignit, nec uineas, nec malogranata.

Questio.

A natā, unde videntes Moyses & Aaron tantam insaniā, dimissa multitudine in ... hoc ... orandum pro ... quia non crederet ... hoc esse rationabile, hoc enim quod sequitur ... Domine deus audi clamorē populi huius, & aperi ei thesaurum tuum aquæ uiuæ, ut satiati cesset murmuratio eorū ... non est in Hebreo sed statim cum ait: Corruerunt proni in terram. Sequitur: Et apparuit gloria domini super eos. Unde in hoc lo... misericordia diuina excedit uota ipsius Moysi, qui non credebat eos ... exaudiri. Et quia quidem tā seditiosa & peruersa populi murmuratione Moyses timuit seu dubitauit, ne impediretur diuinum beneficium, & ex hoc quodammodo turbatus prorupit in illa uerba quæ dubitationem sonant. Num de petra hac uobis aquam poterimus elicere? Cuius sententiæ ueritas patet p Psal. dicentem. Et irritauerunt eum. s. populus. Et vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerant spiritum eius. s. ipsius Moysi. D Et distinxit in labijs suis. scilicet ex illa exacerbatione vexatus prorupit in talia verba labijs suis quæ erant distinguenda quia dubia; unde totum illud peccatum fuit primo & principaliter in populo, & moyses errauit ex quadam infirmitate distinguens in labijs suis modo prædicto, quod proprie consonat sententiæ doctorum nostrorum, & deuiat à sententijs R. Sa. & R. Moy. Considerandum etiam, quod pœna quæ fuit imposita ipsi Moysi & Aaron ualde leuis fuit scilicet quod non transirent Iordanem ipsi enim iam erant in fine dierum suorum, ut infra Deuter. 31. a. Moyses dicebat. Non possum ultra ingredi & egredi, quæ quidem pœna magis redundabat in damnum populi, qui talibus pastoribus carebat; unde infra. Deut. 3. d. Cum Moyses deprecaretur Deum, ut reuocaret istam sententiam legitur: Iratusque est dominus mihi propter uos, & nō exaudiuit me. Ex quo patet, quod principale peccatum fuit in populo.

Psal. 105. c.

Cap. XXI.

a Quod cū audisset. Audiuit Chananæus quod venisset Israel in locum exploratorum, vbi quondam offendit populus, iniuit prælium; & captiuum duxit Israel: Rursumque in eodem loco pugnatur, ex voto victor vincitur, victi superant. In B quo intelligitur, vt cū nos Dei auxilio destitutos inuaserint hostes & captiuauerint, non desperemus. Potest enim fieri, vt vincamus, vbi victi sumus.

✱ Procopius. Cur populus ille qui pfectione cōtra Deū nititur, & præliatur, & prælio vincit? Quoniam vexatio (vt vulgo) dat intellectū; & afflictiones ad Deum conuertunt, quemadmodū hoc quod vota Deo nuncupāt, patet, quodq; voti fiunt compotes, quod factū eo quod impios solum vincere vellent, lucrūq; nō captarent. Porro uocabulū Hæræ, donariū hoc seu anathema perpetuæ memoriæ cōsecrat. Est item signum iustitiæ diuinæ atq; potentiæ & pietatis C eorum qui fecerunt votum.

b Anathema. Augustinus. Alia litera. Et anathematizauit eum, & ciuitates eius, & uocatum est nomen loci illius Anathema, ut nihil inde uictor in usus suos auferret, sed totum in pœnam uoueret. Est enim anathematizare q vulgo dicitur deuotare. Græcè enim ἀναθεματίζω anathematizo, idē est quod deuoueo, detestor.

Quæst. 40. in Num.

Anathema quid sit.

## CAP. XXI.

a QVOD cùm audisset Chananæus rex Arad 1 qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet 2 Israel per exploratorum viam, pugnauit cō tra illum, & victor existens duxit ex eo præ 3 dam. At Israel voto se domino obligās, ait: 4 Si tradiderit populum istum in manu mea delebo vrbes eius. Exaudiuitque dñs preces 5 Israel, & tradidit Chananæū, quē ille interfecit subuersis vrbi- b bus eius, & vocauit nomē loci illi⁹ Horma, id est anathema. 6 c Profecti sunt autem de monte Hor per viam quæ ducit ad 7 mare rubrum, vt circumirent terram Edom. Et tędere cœ- 8 pit populum itineris ac laboris, locutusq; contra dominum 9

c Profecti, sunt, &c. Hieronymus. Tricesimaquinta mansio est in Salmona. Tricesimasexta mansio est in Phinon. Hæ duæ in ordine historiæ non inueniuntur. In his mortuo Aarō murmurat Israel cōtra dominū & Moysen. Manna fastidit, à serpentibus vulneratur. Pulchrè autē Salmona interpretatur imaguncula, quia ibi expressa est imago Christi per serpētem æneum, qui in ligno pependit. Phinon uero interpretatur os, quia cum passionem Christi cognoscimus, quod corde credimus, ore pronuntiamus. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutem.

E Ad Fabiolam de 42. mā onib.

Rom. 10. b

F ☞ a Quam

## NICOLAVS DE LYRA. Cap. XXI.

1 Quod cum audisset. Hic ponitur impedimentum proueniens ex inuasione Chananæorum. Sciendum tamen quod Chananæi vno modo accipiuntur generaliter pro omnibus illis qui descenderunt de Chanaan, et hoc modo accipiuntur hic, quia Aradii, Amorrhæi & Chananæi descenderunt de Chanaan, vt habetur Gen. x. Alio modo dicuntur Chananæi specialiter illi qui descenderunt de Chanaan & cum hoc habitabant in terra promissionis, de quibus non agitur hic, sed postea, quia filii Israel non erant in terminis, sed adhuc in via in quā filii Israel fuerunt impediti, primo ab Aradijs, secundo ab Amorrhæis ibi. Misit autem Israel.

Chananæi

Diuisio.

Circa primum ponitur impedimentum ex inuasione Aradij, secundo ex murmuratione populi ibi. Profecti sunt autē. Circa primum dicitur. Quod Cum audisset Chananæus rex Arad: quia (sicut dictū est) descenderat de Chanaan per Aradium, ideo dicitur Chananæus & rex. Arad.

2 Venisse scilicet Israel per exploratorū viā. Dicunt aliqui, quod isti sunt exploratores, quos misit Moyses, vt dictum est supra 13. ita quod exercitus Israel incedebat per eandem viam, per quam illi exploratores perrexerant. Sed hoc non videtur verum, quia exercitus multū declinauerat à via recta, vt circumiret terram Edom. Non est aūt verisimile, quod exploratores tanta quærerent diuerticula, maximè quia compleuerunt iter suum breui tempore, vt dictum fuit supra 13. c. Et ideo dicunt aliqui, quod exploratores hic dicuntur illi qui præcedebant exercitum Israel ad prouidendum locum castrorum, vt dictum fuit supra 10. cap.

3 Duxit ex eo prędam. s. ex Israel. Quę autem fuerit ista præda, non exprimitur in litera, sed dicit R. Sa. quod fuit tantum vna ancilla ab eis capta, sed hoc non bene consonat textui videlicet quod pro tam modica re diceretur. Victor existens. Item quia subditur.

Prędaqualis fit.

4 At Israel uoto domino se obligans. Non est autem verisimile quod pro perditione tam modicæ rei fieret talis solennitas uoti.

5 Delebo urbes eius. in memoriam diuini auxilij.

6 Et uocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. Istud est additum a translatore pro expositione huius nominis Horma, Hebraice dicitur חרמה hormah, id est, excisio, destructio, unde supra dictum est. Delebo, &c. Sciendum tamen, quod destructio alicuius ciuitatis proprie dicitur Horma, quando occisis habitatoribus spolia ciuitatis separantur a communibus usibus, & applicantur diuino cultui, & propter hoc spolia ciuitatis Hiericho uocatur Horma, siue Anathema, vt habetur Iosue 7. quia occisi fuerunt habitatores, & quicquid fuit auri et argenti, & æris, & ferri, fuit domino consecratum.

Horma.

7 Profecti sunt autem. Hic subditur impedimentum ex murmuratione populi cum dicitur.

8 Et tędere cœpit populum itineris ac la. propter deuiationem magnam a recta via prædicta.

9 Locutusq; cōt. do. & Moy. Litera sequēs solum loquitur de Moyse, tamen hic ponitur Deus cum eo, quia secundum dictum saluatoris: Qui uos spernit, me spernit.

✱ 1 Cur

## MORALITER.

✱ 1 Quod cum, &c. Arad interpretatur descendēs. ideo p Arad intelligitur diabolus rex infernalis, qui dū fideles p filios Israel significatos ad terrā viuentiū anhelare, nititur eos impedire & aliqn debellat eos & deprædatur, sicut rex Arad uictor existens duxit ex Israel prædam, sed qm uarius est euētus belli, non debet fideles ex hoc desperare, sed cū Dei adiutorio fortius uires resumere, quod notatur cum dicitur:

4 At Israel uoto, &c. Est. n. uotū promissio Deo facta de meliori bono, & sic triumphant de diabolo.

8 Et tędere, &c. Isti figurant acidiosos generaliter ex operis boni labore fractos, & specialiter pauperes religiosos ex defectu uictus & uestitus iniuste murmurantes contra suos superiores emendare non potentes: maxime cum in religionis ingressu ordinis grauamina diligenter eis fuerint explicata.

a *Quamobrem misit.* ✻ PROC. Non amplius ad terram sanctam contendunt, pp diffidentiam, cuius nomine sunt condemnati; verum a tergo Idumæam regionem peterrant. Dilabuntur enim res omnes, quæ citra Deum instituuntur, quemadmodum vita quoq; ipsa propter diffidentiam resoluitur.

b *Fac serpentem.* ISIDORVS. Morsus serpentum exaltato & in specto æneo serpente sanabant. Quia Christus ꝫ antiquum serpentem in patibulo triumphauit, & venena eius exclusit, ut quia verè expressēq; imaginē filij Dei & passionem eius conspexerit, sanetur. Unde: *Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, &c.* Aeneus serpēs in ligno suspenditur, quia æs cæteris metallis est durabilius, & Christus per humanitatē in serpente mortuus, viuit per diuinitatem qua æneus.

Mystice. Apoc. 12. b. Col. 2. c. Ioan. 3. b.

& Moysen, ait: Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur [1] in solitudine? Deest panis, non sunt aquę, anima nostra iā † [2] a nauseat super cibo isto leuissimo. † Quamobrem misit do- [3] minus in populum ignitos serpentes; ad quorum plagas & [4] mortes plurimorum, venerunt ad Moysen atque dixerunt: [5] Peccauimus, quia locuti sumus contra dominum, & te: Ora vt tollat a nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo: Et lo- b cutus est dominus ad eum: Fac serpentem † ęneum, & pone [6] eum pro signo: Qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit er- [7] go Moyses serpentem æneum, & posuit † pro signo. Quem [8] c cum percussi aspicerent, sanabantur. Profectique filii Israel [9] d castrametati sunt in Oboth. Vnde egressi fixere tētoria in † [10] Ieabarim in solitudine quæ respicit Moab contra orientalē [11] e plagam, & inde mouentes venerunt ad torrentem Zareth:

Aliena descensio.

animaduertens potentiā & maiestatem Moyses, inquiunt, æreum posuit serpentem, & quicunq; ipsum aspexerunt, sanitatem consecuti sunt.

✻ IDEM. Rursus Moyses post interdictam oīs rei similitudinem, cur æreum serpentē ligno impositū, pendentis habitu in spectaculum Israeli salutare proposuit eo tempore quo à serpentibus exterminati sunt, nisi quod & hic dominicæ crucis vim intentabat, qua serpēs diabolus publicabatur, & læso cuiq; a spiritalibus colubris, intuenti tamen & credenti in eam, sanitas morsuum peccatorū, & saluus exinde prædicabatur?

c *Profectiq; filij Israel castrametati, &c.* Tricesima septima mansio est in Oboth, & vertitur in magos vel phythones. Qui post imaginem Dei quæ in cordis rōne monstratur, & confessione fidei, quæ ore profertur, consurgunt serpentes & maleficę artes. Nos aūt omni custodia seruātes cor nostrum, obturemus aures, ne audiamus voces incantantium, & carmina syrenarum.

D Li. aduersus Iudæos li. 3. aduersus Martionē. & li. de idolatria. Sangui[l]ii afficitur. 1. Corint. 10. d. Iudic. 8. c. † signitum. † super vexillum vel perticam. † cumulis Abarim.

✻ THEOD. Quare Deus instituit vt per serpentem æneū sanarentur serpentum morsus? Istud salutarem Christi passionem prefigurat. Nam per serpentem naturaliter peccatum, vn maledictionē accipit a Deo. Erat itaq; serpēs figura peccati & maledictionis. Postquā igitur Christus in similitudine carnis peccati apparuit (inquit Apostolus) per serpentē æneū passio Christi præsignatur. Quemadmodū.n. serpēs ęneus erat imago serpentū, non tñ illorū venenum gerebat, ita filius vnigenitus corpᵒ habebat humanū, sed peccatorū macula carebat. Et sicut a serpentib. morsi serpentē intuentes sanabantur, ita qui vulnerati sunt a peccato, passioni Christi credentes, mortem superant & vitam æternam consequuntur.

Quæst. 39.

✻ R. DAVID CIMHI. Dicunt sapientes medicinæ ꝙ homo quem momordit serpēs, si aspiciat ęs, illico moriatur. Ideo.q; dixisse Deum ad Moysen: *Fac tibi serpentem æneum, &c. Qui percussus aspexerit eum, viuet.* Contrario. s. modo naturæ huius seculi, quo maius apparere faceret miraculum. Quod idem & de massa ficus quo Ezechias curatus fuit, constat. Similiter & de signo quod dominus Moisi ostendit, quod ex se amarum erat.

In lib. radicum.

✻ TERTVLLIANVS. Ophitæ hæretici serpentem magnificant in tm̄, vt illum etiam Christo præferant. Ipse enim (inquiunt) scientiæ nobis boni & mali originem dedit. Huius animaduer-

C Li. de præscr. aduer. hæreticos.

d *Vnde egressi.* HIER. In Ieabarim Aceruus. s. lapidū transeuntium. Hi sunt sancti, qui per hoc seculum ad alias mansiones transire festinant. Sunt.n. sancti lapides, qui voluuntur super terram leues & politi & rotunditate sua rotarum currib. similes. Sunt alij de uia tollendi, ne ambulantium pedes offendant. vnde Esaias: *Erigite lapides de capite platearum.*

E Vbi supra Prou. 3. d. Eze. 33. c. Tropolo. Esa. 62. d.

Quod autem dicitur in finib. Moab, & sup. scriptum est, in solitudine Moab, ꝗ respicit Moab ꝫ solis ortum, ostendit iuxta literā quod hucusq; fuerint in finib. Idumæorum, & nunc veniant ad terminum Moab, de alia prouincia ad aliā. Non.n. sēp uni uirtuti studēdū est, sed de virtute in uirtutē eundum, est de alia ad aliā transeundum. Hærent.n. sibi, & ita connexę sunt, ut qui vna caruerit, omnib. careat. Hoc autem eorum ꝓprie est qui solis iustitiæ ortum considerant.

Virtutum conexio.

e *Venerunt ad torrentem Zareth, &c.* RABA. Tricesima nona mansio fuit in Dibongad, sicut in serie mansionum scriptum est, quod interpretatur fortiter intellecta tētatio. Sed ꝓ hac in ordine historiæ dicitur, qa de Ieabarim uenerunt ad torrentem Zareth. Deinde castrametati sunt trans Arnō, quę est in solitudine

Mala. 4. a. literaliter F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Cur eduxisti nos de Aegyp. &c. *Timebant enim, ne sint quādo patres eorum declinauerint a recta via post desperationem quam conceperant ex uerbis exploratorum occidit mors & pestilentia in populo, vt supra dictum est 13. c. ita accideret in hac deuiatione.*

2 Deest panis. *Quia manna non sapiebat eis. vnde subditur.*

3 Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. *quasi dicant: Non præbet nobis fulcimentum virtutis. Quare autem manna diuersimode sapiebat bonis & malis, dictum est sup. 11. c.*

4 Quamobrem. *id est, quia murmurabant de beneficio diuino, de quo deberent gratias agere.*

5 Misit domi. *Dicunt aliqui, ꝙ dicuntur igniti, eo quod volantes per aerem emittebant scintillas ardentes. Alij autem eo quod per morsus eorum calefiebat caro, ac si igniretur. Sequitur.*

6 Fac serp. *In Hebræo, æneum, non habetur in hoc loco, sed postea habetur. Fecit ergo Moyses serpentem æneum.*

7 Et pone, &c. *In Hebręo habetur:* In pertica: *& in idem redit: sic.n. positus fuit, ut posset a longe & a pluri. videri. vnde Ioan. 3.* Quemadmodum exaltauit Moyses serpētem in deserto, &c.

8 Qui percussus aspexerit eum, viuet. *i. sanabitur. Dicit Rab. Sa. quod in serpente non erat virtus sanandi, sed aspicientes serpentem, recognoscebant afflictionem illam sibi a Deo inflictam, petentes ab eo misericordiam, & ipse sanabat eos. Ratio autem mystica est, quia serpens ille figurabat Christum passurum in cruce, ut habetur Ioan. 3. per cuius intuitum & fide & deuotione sanamur a morsibus satanæ.*

Serpens Moysi.

9 Profectique. *remoto impedimento. Hic consequenter ponitur itineris continuatio.*

10 Fixere tentoria in Ieabarim. *In Hebræo habet* בְּעִיֵּי הָעֲבָרִים *in hije haabarim. i. in solitudinibus Abarim. Abarim enim est nomen montis, in quo Moyses moriturus ascendit, ut habetur Deuter. 32. Circa quem sunt solitudines.*

Abarim.

11 In solitudine quæ respicit Moab. *Moab. i. in illa parte solitudinis circa montem prædictum existentis, quæ respicit terrā filiorū Moab. Dicit aūt Ra. Sa. hic, petierunt filij Israel transitū per terrā Moab, sed non fuit eis concessus, & ideo iuerunt in circumitu, & non intrauerūt in terrā Moab, & hoc etiam habetur Iud. 11. c. vbi dicitur,* Et circumiuit Israel ex latere terram Edom, & terrā Moab. *Quod autē dicit Deut. 2. f.* Concedas nobis transitum, sicut fecerunt filij Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar, *quod videtur contradicere dicto eius. Respondet, quod ly, sicut fecerunt, refertur ad cibum concessum eis pro pretio a Moabitis, non ad transitum per eorum terram, sicut dictum fuit de filijs Esau capitulo præcedenti.*

✻ i Vnde

MORALITER.

✻ 4 *Quamobrem misit dominus.* Per quos significant dæmones, quos dominᵘˢ permittit tales murmuratores inuadere, & ignē cōcupiscētiæ fortius in eis accendere, pp quod debent pœnitentiam agere, recognoscere culpā, & ueniam implorare. Et tunc per aspectum serpentis ænei sanantur, id est ꝑ aspectum Xpi passi fide uera. Sicut enim serpens æneus similis fuit animali venenoso, tamen nihil habuit de veneno, sic Christᵘˢ habuit carnem similē peccatrici, nihil tñ habuit de ueneno peccati, ideo dicitur Ioan. 3. *Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

✻ 5 Ex eo

Quem relinquentes castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. Si quidē Arnon terminus est Moab, diuidens Moabitas & Amorrhæos: Vnde † dicitur in libro bellorum domini: † Sicut fecit in mari rubro, † sic faciet in torrentibus Arnon: † Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiscerent in Arnon, & recumberent in finib. Moabitarum. Ex eo loco † appa-

¶ Maledictionem.

dine finiū Amorrhæi, in terminis Moabitarū & Amorrhęorū. Et postea venerūt ad puteū, vbi cecinerunt carmen hoc: Ascē de puteo, quē foderūt pricipes, &c. Et de solitudine ī Mathanā, deinde ad torrētes Dei, & post ad excelsa, & de excelsis ad vallē quæ est in regione Moab. Hæc loca in finib. Amorrhęorum quidā interpretātes putant nō mansiones esse, sed transitus nec præiudicare debere catalogo mansionū extraordinariā expositionem. Alij spiritualibus spiritualia cōparātes, nolunt regiones significari, sed per nomina locorum profectus virtutū. ꝙ post magos & cōgregationes lapidū sæpe veniamus ad torrentē Zareth, quod interpretatur aliena descensio, & in descensione positi transeamus ad Arnon. i. maledictionem, q̄ est posita in finib. Amorrhęorū, qui amari hostes sūt, vel muita loquentes. Si autē trāseamus terminos Moab (qui de incestu natus ē, & a vero patre recessit) occurrit nobis puteus quē non plebeius, nō ignobilis fodit, sed principes & duces, q canētes prophetant, quo trāsituri sint de deserto. i. ī Mathana. i. donū inde ī Nahaliel. i. torrētes Dei, deinde ad Bamoth, ꝙ interpretatur excelsa, vel adueniens mors, qn̄ conformes efficimur mortis Christi. Postea occurrit nobis vallis humilitatis, quæ tn̄ in vertice mōtis Phasga posita est, qui interpretatur dolatus. s. nihil habens informe vel rude; qui respicit solitudinē, q̄ Hebraice dr̄ Sin, qa in virtutū culmine positi tot⁹ mūdi ruinas & omniū peccatorū respicimus vastitatē. Dibongad interpretat̄ fortiter intellecta tētatio. Post Dibongad pugnat̄ ꝯtra Sehō regē Amorrhęorū, & Og regē Basan. Cū aūt verterimus ad summū & biberimus de fonte principū: ascēdētes mōtē Phasga, ne superbiamus, sed propositam nobis solitudinē timeamus.

1. Cor. 2. d
† dicetur
† commemoratione, autē bella domini commemorabuntur.
† & Mystice.
Gen. 19. g.
Phil. 3. c.

a *In libro bellorum.* AVGVSTINVS. Non dixit quo libro scriptū sit, vel cuius prophetę vel patriarchæ. Neq; negandū est, fuisse iā libros siue Chaldęorū, vnde egressus est Abraā, siue Aegyptiorū, vbi didicerat Moyses oēm illorū sapiētiā, vel cuiuslibet alterius gētis, ī quorū librorū aliquo potuit hoc esse scriptū. Qui tn̄ non ideo sit assumendus in eas scripturas, quibus cōmendatur autoritas. Licuit. n. diuinę autoritati vnde voluit verum testimoniū sumere, sed non ideo omnia q̄ ibi scripta sunt, accipienda confirmat. Cur aūt hoc loco istud cōmemoratum sit, non euidenter apparet, nisi forte vt fines illic inter duas gentes constituerent, bello actum est, ꝙ eiusdē loci homines propter magnitudinem bellum domini esse dixerūt, vt scriberetur in aliquo eorum libro bellum domini.

Gen. 12. b. Quæst. 42.

✠ RVPERTVS. Nulla concludit ratio materiales fuisse libros bellorum domini, ante hāc eius qui hęc loquitur Mosis scripturā. Sed nec vlla alia nouimus bella domini, nisi illa, qbus aduersum omnem impietatem per fideles homines prædicat sermo dn̄i. Ergo quod dr̄, prophetia est, quam in libro cęlesti Moyses iste vidit eisdē oculis, qb. videri meruit aut potuit cuncta cælestia, quorū s̄m exemplar quod in monte mōstratum est illi, dixit hæc, & fecit. Dicitur ergo in libro bellorum Domini, notum, & celebre est in fide Euangelicæ veritatis, vbi vera & fortia leguntur bella domini.

Lib. 2. in Numeros. c. 12.

b *Sic faciet in torrentib.* ✠ RVPERTVS. Torrentes Arnō fluuij sunt eloquentium hæreticorum, scandentium superbiæ cursum, rotantium verba peccati contra Christū, & eius catholicum populū. Istis igitur de libris bellorū domini, de omni libro catholicę veritatis, vel diuinę autoritatis prędicatur, quiā secundum similitudinē Pharaonis & exercituū eius subuertentur, & in profundum inferni præcipitabuntur.

Ibid. c. 13.

c *Ex eo loco, &c.* ORIGENES. Quid est ꝙ magnopere præcipit dominus Moysi populū cōgregare, ut det eis aquas de puteo bibere quasi non ipōte ad bibendū cōueniret populus. Ait spiritus p Salomonē in Prouerbiis. *Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorū fonte, & ne supereffundātur tibi aquæ extra tuum fontem.* Quāuis in alijs exēplarib. legerimus. Et effundantur tibi aquę extra tuū puteū. Habet ergo quisq; in semetipso puteū, imō puteos multos, & vasa aquę multa. unde ait: *De vasis tuis, & de fonte puteorum tuorum.* Habuit Abrahā puteos, & Isaac. In Euāgelio super puteum sedebat saluator requiescēs post laborē, & dicēs. Quia si qs biberit ex aquis, quas puteus continet terrenus, sitiet rursus. Qui aūt biberit ex illis, quas dat Iesus, fiet in eos fons aquæ uiuæ salientis in uitā æternā. Alibi aūt dicitur. *Qui credit in eum, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Qui ergo credit in eum, non puteum, sed puteos, non solū fontes sed & flumina habebit in se, nō quæ mortalē solent conferre uitam, sed quę conferant ęternam. Secundum hæc ergo quę in Prouerbiis legimus, ubi putei cum fonte nominantur, accipiendū est uerbum Dei, puteus uero si profundū mysteriū tegit, fons aūt si ad populos effluit. Quærendum est autē qūo pluraliter puteos, & singulariter fontem in prouerbiis dicit Sapientia. *Bibe aquas de fonte puteorū tuorū.* Videamus ergo quorum puteorum unū dixit fontem. Ego puteo ꝙ sciētia ingeniti patris unus possit intelligi puteus, & alius agnitio unigeniti filii. alius. n. a patre filius, nec idē qui & pater. unde: Alius ē qui testimonium de me dicit pater, Tertius est puteus cognitio spiritussancti. Alius. n. est a patre & filio spirit⁹. unde. *Mittet vobis pater alium paracletum spiritū veritatis.* Est ergo hęc triū personarum distinctio in patre & in filio & spiritussancto, q̄ ad pluralem puteorum numerum reuocatur, quorum unus est fons, quia una est substantia & natura trinitatis.

Hom. 12. in Numeros. quæstio de puteo.
† quod fecit sine oppressio quā fecit.
† & qd effusiones vel aqua cū impetu currens.
† in Beer. i. puteus hic aūt puteus est.
Prou. 5. c
Gen. 14. b
Gen. 26.
Io. 4. b.
Io. 7. f.
Prou. 5. c
Prou. 5. c
Io. 8.
Io. 14. b.

ORIGENES. Possunt & illi putei uideri de quorū sapientia dicit, *qui repletus est scientia Dei, ipse. n. mihi dedit eorū q̄ sunt scientiā verā, vt scirē scientiā mundanā & elementorū virtutem, & initiū, & finē & mediatē temporum, & vicissitudinē permutationes & cōmutationes temporum, anni circulos & astrorum positiones, naturas animaliū & iras bestiarū, &c.* Vides quāti sunt putei in rerū scientia. Puteus est scientia uirgultorū, & forte cuiusq; uirgulti natura habet propriū puteū. Itē est puteus animaliū sciētia, & forte queq; species animaliū propriū habet puteū, & hæc singula (qm̄ profundā habent sciētiam) merito putei esse dicunt. Et dū abscōditum fuit mysteriū Christi a seculis & generationib. recte horū sciētia putei dicunt. Cum autē credētibus manifestauit Deus p spiritum, efficiunt hæc omnia fontes & flumina

Hom. 12. Tropolo.
Sapiē. 7. c.
Col. 1. d.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vnde dicitur. *Hic consequenter ponitur diuini beneficij oblatio, & primo in trāsitu periculoso. vnde dicitur in libro bellorum domini. i. beneficium istud ibidem scribitur. Dicunt autem aliqui, quod iste liber nō est trāslatus, sicut nec plures alij. vnde 2. Reg. dicitur, In libro iustorū, qui non habetur apud nos. Alij autem dicunt, quod intelligitur de libro Numeri, vbi hoc scribitur, quia libri Hæbreorum in quibus continētur bella Iudæorum, communiter appellantur libri bellorum domini, quia virtute eius vincebāt. Hebræi autem dicunt, ꝙ hic est textus. In narratione bellorum domini, quia dictio Hebraica hic posita est æquiuoca ad librum & ad narrationem, & est sensus secundum Hebræos, quando narrabuntur bella quę fecerunt filij Israel Dei adiutorio protecti, narrabitur etiam istud quod subditur.*

Liber bellorum domini.

2 Sicut fecit in mari rubro. *Pugnans pro Hebræis Aegyptios demergendo & Hebręos saluando, vt habetur Exod. c. 4.*

3 Sic faciet in torrentib. Arnon. *pugnabit ibi p eis. vnde subditur.*

4 Scopuli torrētium inclinati sunt. *Dicunt. n. Hebręi quod in loco vbi debebant transire filij Israel, erant scopuli magni protensi super aquam, in quibus erant cauernositates, & in eis aduersarij Hebræorum posuerunt homines armatos latenter, vt inde cum lapidibus & sagittis interficerent filios Israel desubtus transeūtes, sed dominus fecit illos scopulos inclinari super aliam partem aquæ & sic illi qui latebant ibi fuerunt mortui ex illa inclinatione, & filij Israel habuerunt liberum transitum super scopulos inclinatos, & posteā illi scopuli diuina virtute reuersi sunt ad locum suum.*

5 Ex eo loco. ap. pu. *Non sic est intelligēdum, ꝙ ille puteus fuerit in loco, vbi inclinati sunt scopuli, sed ex illo loco trāsierūt vltra et posuerūt castra, & ibi datus fuit iste puteus, vt populus biberet & iumenta. vnde in Hebræo habetur. Ex hoc loco ad puteum. i. venerunt ad locum vbi datus est puteus.*

## MORALITER.

✠ 5 **Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus.** Per quē significatur sacra scriptura, vbi hauritur salutaris sapiētia de quo dicitur Io. 4. b. *Puteus altus est*, nam intellectus sacrę scripturæ pfunditatis est magnæ; ideo subditur.

a fuit puteus super quo locutus est, dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Israel carmen istud: Ascendat puteus. Concinebant, puteus quē foderunt principes & † parauerunt duces multitudinis in datore legis & in baculis suis. Profectiq; sunt de solitudine Matha-

a ¶ Lxx. Initiate ei puteum, id est initium omnium confitemini esse puteum.
¶ Alij reges.
¶ Munera ipsorum.

† foderūt liberales populi cū legislatore.

flumina ut iam non habeat in occulto horum sciéntia: sed rigat credétes & satiet. Ideo credo saluator dicebat. *Quia qui credit in eum, & aquā doctrinę eius biberit, nō iā puteus nec fons, sed fient in eo flumina aquæ uiuæ.* Sicut enim unus puteus. i. sermo Dei efficit putei & fontes & flumina, ita & anima hominis q̄ est ad imaginem Dei potest in se habere & producere puteos & fontes & flumina. Sed putei qui sunt in anima nostra indigēt fodiente, ut mundentur; & quod terrenū est auferat; ut uenæ illæ rationabiliū sensuum quas eis inseruit Deus pura & syncera fluenta producant. Dū .n. terra tegit, non pōt puræ laticis unda profluere. Ideo scriptū est. *Quia pueri Abraham fodiebant puteos, sed operiebant eos terra Philistæi.* Isaac quoq; qui hęreditatē patris susceperat, patris puteos fodit, & terram remouit quam iniecerant Philistęi.

Moraliter. Notandum autem, quia dum uiueret Abrahā, nō sunt ausi Philistęi replere puteos aut inijcere terrā, sed eo mortuo inuaserunt & insidiati sunt puteis eius, sed reparāt per Isaac. Puer quoq; Abrahæ ad puteos inuenit Rebeccā, q̄ interpretatur patiētia, hęc efficit uxor Isaac, sed apud puteos. Similiter Iacob cum ad Mesopotamiā uenit habēs p̄ceptū patris ne alienigenam duceret uxorē apud puteos inuenit Rachel, & Moyses Sephorā. Si ergo intellexisti q̄ & quales sint sāctorū uxores; si uis patientiam in coniugium sumere, uel sapientiā & alias animi uirtutes, & dicere quod de sapientia dictū est. *Hanc quæsiui mihi ducere uxorem:* Esto assidue circa puteos istos, & ibi reperies huiusmodi cōiugē, q̄a apud uiuentis uerbi fluēta certū est habitare uirtutes. Sūt ergo multi putei intra animā & alii plurimi in singulis scripturarū sermonib. & sensib. Est tamē hic eminentior quem foderunt, non quicunq; homines, sed principes, & horū sublimiores quos appellauit reges. Ideo in hymnis canit Deo apud hunc puteum, & scriptū est, quoniā hic est puteus, super quo locutus est dominus Moysi, Cōgrega populum & dabo ei aquam de puteo.

Allegor. a *Congrega populum, & dabo.* Lex cōuocat te ad puteum, Christum s. Dei filium, propria quidem substantia subsistentem uno tamen cum patre & spiritu deitatis fonte nominatū. Ad hunc ergo puteum .i. ad Christi fidem conuocat te lex. Inde ipse dicit, q̄a *Moyses me scripsit.* Vocat aūt ut bibamus aquas & cantemus ei canticum. i. *corde credamus ad iustitiam, & ore confiteamur ad salutem.*

b *Ascendat puteus.* ORIGENES. Initiate illi puteum. i. initium omnium ponite puteum, quia ipse est principium & primogenitus omnis creaturę.

Vel sic, ut uerba dirigantur ex persona Moysi ad populum. Date initium cordi uestro, ut incipiat intelligere quid sit puteus, de quo spirituales aq̄ hauriendæ sunt; & reficiendus est populus credētiū. Initiate ergo ei. i. Israeli hunc puteū, ut sensum mysticū si quis ex corde uidet, Deū de profundis possit haurire. Ad hunc puteū Moyses. i. lex cōgregat, ad quē uidet aliquis peruenire: sed nisi p̄ Moysen congregetur, non est Deo acceptus. Marcio uidet sibi uenisse & Basilides & Valētinus: sed quia non venerunt per Moysen, nec acceperūt legē & p̄phetas, non possunt laudare Deum de fontib. Israel. Non ueniunt ergo ad puteum tales, quē foderunt principes & excuderunt reges. Est aūt uallis salsa in qua sunt putei bituminis. Omnis aūt hęresis & omne peccatum in ualle est, & in ualle salsa. Peccatum .n. nō ascendit sursum, sed semper ad ima & inferiora descendit. Est ergo in ualle positus salsus & amarus omnis hæreticus sensus, & omnis peccati actus. Quid .n. dulce quid suaue pōt habere peccatum. Si aūt ueneris ad hæreticam sententiā & amaritudinē peccati, uenisti ad puteos bituminis, quod est esca & nutrimētum ignis. Si gustaueris aquā de his puteis, si hereticum sensum & peccati amaritudinē receperis, fomēta ignis & gehennę incendi in te p̄parabis. Ta. l. b. dicitur. *Incedite in lumine ignis uestri, &c. Foderunt illum principes & excuderunt reges.* Principes ergo foderunt, reges excuderunt, quod ab excudendo, nō excidendo dictum ē. Excudi. n. dicitur, quod in saxo ceditur uel formatur. Principes ergo tanquā inferiores foderūt, id est, quasi in terræ mollitiem altitudinem quandā demerserunt. Hi uero quos reges appellat; quasi fortiores, non solum terrę profundum, sed saxi duritiā penetrāt, ut pueniant ad profundiores aquas, & ipsas abyssi uenas perscrutentur: scientes iudicia Dei esse abyssum multam. Hi sunt Apostoli, quorū aliquis dicit. *Nobis autē reuelauit Deus per spiritum suum,* Spiritus enim omnia scrutatur etiam alta Dei. Qui ergo per spiritum sanctum possunt alta scrutari & penetrare profunda mysteria putei, reges esse dicūtur, qui puteū in petra excuderūt, quia dura & difficilia scientiæ penetrarunt secreta. Foderunt ergo puteum istum principes & excuderunt reges gētium, id est, Apostoli, qui gētes congregauerunt ad obediendū fidei, & omnib. patefecerunt scientiā Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētiæ absconditi. Impleuerunt. n. mādatum Dei, *docentes omnes gentes, & baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti.* Et per hoc excuderunt, id est, patefecerūt scientiam putei. Hęc quoque quæ in manib. habemus, nobis puteus est, & omnis scriptura legis prophetarum. Euangelica quoq; & Apostolica simul unus puteus est, quem non possunt fodere uel excudere, nisi reges & principes, qui s. possunt auferre terram & amouere superficiē literæ, & de inferiori petra ubi Christus est spirituales sensus uelut aquam uiuam proferre; Reges dicuntur, quia peccati regnum expulerunt, & iustitiæ regnum in membris suis posuerunt. Decet. n. docere cęteros qui prius fecerit quę docet. unde. *Qui fecerit & docuerit sic homines, magnus uocabitur in regno cælorum.* Magnum autem in regno esse; est regem esse.

c *Principes.* Possunt ijdem uocari principes & reges. Vel principes, prophetas intelligamus, ipsi. n. sensum & prophetiam de Christo defossam in p̄funditate literę collocauerunt. ideo de illis dicitur: *Nisi occulte audieritis, plorabit aīa uestra.* Et alibi. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine; quam abscondisti timentibus te.* Reges sunt Apostoli, qui perscrutantur alta Dei, & ecclesias regunt, unde & Christus dicitur rex regum.

d *Et parauerunt duces.* ORIGENES. Excuderunt, inquit, reges gentium in regno suo dum dominarētur eis. Non. n. possunt fodere puteum istum, nec latentes aquæ uiuæ uenas aperire, nisi prius domini sint gentium barbararum. Quicquid in eis ferum fuit in actib. quicquid barbarum in morib. domuerūt & subiecerunt regio sensui, ut non Gentiliter, sed legitime agant. Hi uere sunt reges, profunda putei rimantes, & uerbi Dei arcanā perscrutantes.

e *Profectique sunt.* ORIGENES. Profecti a puteo ueniunt in Mathanā, quod interpretatur munera ipsorum. Fidem enim & affectum expetit Deus ab homine. unde. *Et nūc Israel. Quid dominus Deus tuus poscit a te nisi ut timeas Deum, & incedas in uijs eius & diligas eum, &c.* Hęc munera oportet a nobis domino dari, postquam agnitionem bonitatis eius de altitudine putei biberimus. Notandum autem quod propheta dicit, poscit a te, ut erubescant qui negant in arbitrio hominis esse ut saluetur. Quomodo enim posceret ab homine Deus, nisi haberet homo in potestate sua quod poscēti debeat offerre. Sunt ergo, quæ dantur à Deo & quæ ab homine. In homine fuit, ut de una mnā faceret quinque, ex Deo ut mnam haberet

Ioan. 7. f; Gen. 21. d; Gen. 26. d; Gene. 24. e; Gen. 29. b; Exod. 2. d; Sapiē. 8. a; Ioan. 4. b; Rom. 10. b; Vbi supra; Apoc. 3. c; Gen. 14. b; Esa. 50. d; 1. Cor. 2. c; Matt. 28. d; Matth. 5. c; Hier. 13. c; Psal. 30. c; 1. Tim. 6. c; Vbi supra; Vbi supra; Deut 10. c; Mich. 6. c. secūdum Lxx; Lucæ 19. b

NICOLAVS DE LYRA.

1 ✱ Tunc cecinit Israel. *pro gratiarum actione.*
2 Ascendat puteus. *id est, aqua de puteo.*
3 Quem foderunt principes. *Quia ex diuino iudicio percusserunt cum baculis in loco determinato, & inde exiuit aqua in abundantia.*
4 In datore legis. *id est, Deo qui dedit legē principaliter, & in Moyse qui dedit eum ministerialiter, & ex eius merito data est illa aqua. Cętera patent.*

✱ 1 Misit.

MORALITER.

† 3 *Quem foderunt principes, & parauerunt duces.* id est Apostoli alijque doctores ad aperiendum eius intellectum literalem & mysticum cum Dei adiutorio fideliter laborantes.

† 1 Misit

A haberet homo, ex qua posset facere decem mnas. Cũ aũt obtulit ex se accepit ex Deo, nõ iam pecuniam, sed potestatẽ & regnum decem ciuitatũ. Petiit Deus ab Abrahã, vt offerret ei filiũ suum, obtulit intrepidus, imposuit super aram, cultrũ eduxit ad iugulandũ, sed continuo inhibetur, & aries ꝓ filio datur ad victimã. Vides ergo quia quæ de Deo offerimus nobis manẽt, sed expetimur; vt affectus noster & fides ꝓbetur. Qui de hoc puteo bibit, ad hoc proficit vt habeat munera q̃ Deo offerat, de quib. in lege dicitur, *Munera mea, data mea*. Ex his ergo quæ Deus dedit, offert Deo. Dedit aũt agnitionẽ sui, & homo offert, & ei fidem suam & affectum. Cum obtulerim⁹ quæ ex nobis sunt, cõsequimur q̃ ex Deo sunt. Cum enim nostram fidem & affectũ obtulerimus, tũc ipse largitur diuersã dona spiritussancti, de quo dicitur. *Omnia autem ex Deo sunt.*

(Gen.22.a — Deut.2.c — † Sup.20.b. — Leuit.1. secũdũ aliã literam. — † omni populo suo — B — * Israele — Rom.11.b)

¶ Ex Deo.

a na: de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. † Bamoth vallis est in regione Moab in vertice Phasga, & respi- ¶ Alias Moyses:
b cit contra desertum. † Misit autem Israel nuntios ad Sehon 1
a ¶ Id est infidelium scilicet qui Deum in maritudine ducunt.
c regem Amorrhæorum, dicens: Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam: Non declinabimus in agros & vineas,
a ¶ Disciplinam diabolicam vel pietati contrariam.
d nõ bibemus aquas ex puteis. Via regia gradiemur, donec trans
e eamus terminos tuos. Qui concedere noluit, vt trãsiret Israel 2
f per fines suos, quin potius † exercitu congregato egressus est
g obuiã in desertũ, & venit in Iasa, pugnauitq; cõtra eũ. A quo ¶ Ciuitas.
h * percussus est in ore gladii, & possessa est terra eius ab Arnõ
i vsq; Ieboc, et filios Ammõ, q̃a forti p̃sidio tenebãtur termini 3

D *in agrum, neque in vineam eius, neque libet de lacu eius.* Non .n. vltra disciplinæ diabolicæ, non astrologicæ non magicæ aut illius doctrinæ quæ contra Dei pietatẽ sit, bibit fidelis. Habet .n. fontes suos, & bibit de fontib. Israel, de fontib. saluatoris; non de lacu Sehon. Nec relinquens fontem aquæ viuæ, congregat sibi lacus confractus vel contritus. (Esa.12.a)

c *Ad Sehon regem.* Sehon qui interpretatur arbor infructuosa vel elatus. hic est rex Amorrhæorũ, qui interpretantur in amaritudinẽ adducentes vel loquentes. Hic est diabolus elatus & infructuosus, de quo dicitur. *Venit princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam.* Et alibi: *Ecce princeps huius mundi mittitur foras.* Non quia creaui mũdum, sed quia in mũdo peccatores sunt, & ipse peccati princeps est, ſm quod dicitur. *Quia omnis mundus in maligno positus est*, id est ipse mundi princeps est.

(Allegor. — † Et de Bamoth in valle quæ — Ioan.14.d — Ioan.12.e — E — 1.Ioan.5.d — Ioa.1.14.a — Psal.71.a)

a *In Bamoth.* Bamoth aduentus mortis, quã scilicet commo timur, vt conuiuamus ei, & mortificamus membra nostra super terrãm. *Consepulti enim sumus illi per baptismũ in morte.* Qui .n. ordinem salutaris viæ tenet, debet per hæc singulariter agere, & post multa ad hunc locum venire. (Roma.6.a)

ORIGENES. Et ex Bamoth, inquit, in nemus, quod est in cãpo Moab, à uertice montis cæsi qui respicit ad desertum. Si hoc itinere incedamus, ꝙ non tam locorũ vocabulis quã animæ profectib. cõstat, post omnia venimus in nemus, vel ſm alios in † Ianam, quod interpretatur accelsus vel vertex montis. Per hæc ergo venitur ad illud famosum paradisi nemus, & amœnas delitias antiquę habitationis, vel ad ꝑfectionis & beatitudinis summitatẽ, vt dicamus quia suscitauit nos cum eo, & sedere fecit in cælestib. cum Christo. Vides quousque peruenitur a puteo, quib. mansionib. imo profectib. iter animæ paratur ad cęlum. (Vbi sup. — † Rama. — Eph.2.a)

b *Misit autem.* IDEM. Mittit Israel legatos ad regẽ Amorrheorum, regem. s. superbum, qui ait, Virtute mea faciam, & sapientia intellectus mei auferã fines gentium, &c. *Et ascendam in cęlum, & super sydera cæli ponam thronum meum, &c.* Ille quoq; superb. & elatus, quasi vnigenit⁹ eius, de quo eius scriptũ est. *Quia extolletur sup omne quod dicitur, aut quod colitur Deus, &c.* Omnis ergo elatus, filius elati huius est vel discipulus & imitator est. vñ. *Ne forte elatus incidat in iudiciũ diaboli.* In quo ostẽditur, quod omnis elatus sicut diabolus condẽnabit. Nos ergo qui transire volumus per hunc mundũ, vt perueniamus ad sanctã terrã sanctis ꝓmissam, mittimus verbis pacificis ad Sehõ, ꝓmittentes quod nõ habitabimus in terra eius, nec morabimur cũ eo, sed transibimus tm̃ incedẽtes via regia, vel via regali nusquã declinãtes, nec in agrũ, nec in vineã, nec de lacu eius bibentes. Cum .n. ad aquã baptismi venimus, & primę fidei signacula suscipimus, diabolo renuntiamus, & pompis eius, & omnib. operib. eius, & omnib. seruitiis eius, & voluptatibus eius, adumoratur cum dicitur. *Quia non declinabit Israel in agrum,* (Vbi supra. — Allegor. — Esa.14.c — 2.Thess.2.a — 1.Tim.3.b — C)

d *Via regia.* Quæ dicit. *Ego sum via, veritas & vita.* De quo dicitur. *Deus iudicium tuum regi da.* Hac incedendum est, & nusquã declinandum, nec in agrũ, nec in vineam, id est nec ad opera, nec ad sensus diabolicos si volumus pacifice transire per mũdũ. Sed hoc magis incitat principem mundi, quod dicimus nos nolle manere cũ eo vel morari vel aliquid eius contingere. Inde irascit & mouet persecutiones & pericula & cruciatus intentat. Inde dicit: *Congregauit Sehon populum suum, &c.*

e *Exercitu.* principib. s. & iudicibus mũdi, & omnib. nequitiæ ministris qui semper impugnant populum Dei.

f *In Iasa.* In Iasa. Hebraice יהצה iahtiah, quod interpretatur mandati impletio. Si .n. veniamus ad impletionem mandatorum, superamus superbum & elatum. Mãdatum .n. complere, est diabolũ & exercitum eius superare. Nihil .n. nobis poterit nocere, si veniamus in Iasa, id est si præcepta domini nostri Iesu Christi seruemus.

g *In ore gladij.* *Viuus est sermo Dei, efficax, & penetrabilior omni gladio &c.* De quo dicit Apostolus; Et gladiũ spirit⁹ quod est verbum Dei. In huius ore cadit Sehon, id est diabolus. (Heb.4.c — Ephe.6.c)

h *Terra eius.* Omnis terrena regio terra Sehon dr̃. Sed Christus, & ecclesia eius in omni terra Sehon dominatur.

i *Ab Arnon vsque Ieboc.* ✠ PROCOPIVS. Iacob quæ Ammonitarum erat, excipit. Erat .n. eorum qui e Loth extiterũt. Vbiq; .n. bella intestina attingit. Erat vero ea terminus Amorrhæorum captiuorum. Iaser vero ea est, quæ cum terræ Moabitarũ esset abinitio, postea Sehonis est facta. Cæterum eã leuant Tyrannis ac violentis hominib. Israelitæ, iisque qui pristinos icolas ademerãt. Ea vero ẽ Esebõ vrbs. Sehõis. i. metropolis.

RABANVS. Ieboc ciuitas finisque regni Sehon, sicut Arnon initium. Interpretatur aũt Arnõ maledictiones eorum Ieboc luctamen. Necesse est .n. vt qui vult exire de regno diaboli, luctet cũ eius ministris. Sed si vicerit iam non erit Ieboc ciuitas Sehon, sed Israelis. Hinc Iacob cum venisset ad quendam locum, paratum est ei certamen, & ibi tota nocte luctatus cum inualuisset, vocatum est nomen eius Israel. (Gen.32.f — F)

a Tulit

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Misit autem Israel nuntios ad Sehõ regem Amorrheorum dicens: obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam. Non declinabimus &c. *Hic ponitur impedimentũ ex inuasione Amorrhæorũ, & primo regis Sebon, secundo regis Og, ibi: Verteruntq; se. Isti .n. duo reges fuerunt Amorrhæi, vt habetur Iosue j. Circa primũ ponitur ipsius Sehon debellatio. Secundo soluitur tacita quæstio, ibi: Vrbs Hesebon fuit. Circa primum dicitur. Misit autẽ Israel nũtios, vt possent transire pacifice ad terram sibi promissam. Sequitur.* (Diuisio.)

2 Qui

2 Qui concedere noluit, vt trãsiret Israel per fines suos, quin potius exercitu &c. *Dicunt enim Hebræi, quod ipse recipiebat tributum a Chananæis, qui habitabant terram promissionis, vt impediret transitum filiorum Israel ad eos, & ideo non solum transitum prohibuit, sed etiam iuit eis obuiam ad debellandum eos. Et patet littera vsque ibi.*

3 Quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum. *Dicit Ra. Sa. quod istud forte præsidium erat prohibitio domini, ne filij Israel terram eorum acciperent, sicut habetur Deut. 2.*

✠ 1 Vrbs

MORALITER.

† 1 *Misit autem Israel nuntios ad Sehon &c.* Ab isto loco vsq; ad finem huius capituli agitur de regibus Sehon & Og, nitentibus impedire filios Israel a transitu vsque ad terram sibi promissam: per quos designantur dæmones & homines mali, q nituntur impedire bonos in progressu virtutis. Sed sicut Sehon & Og a filiis Israel fuerunt debellati, sic dæmones & mali homines cum Dei adiutorio a bonis superantur, & sic per iter suum gradiuntur, Ps. 83. b. *Ibunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus deorum in Sion.*

nituntur

a *Tulit ergo.* AVGVS. Hic possedit Israel ciuitates Amorrhęorum, quas bello superauit, quia nõ eas anathematizauit. Si n. anathematizasset, possidere non posset; nec inde ad vsus suos aliquid prędæ vsui pareret. Notandum uero quõ iusta bella gerebantur, innoxius, n. trãsitus negabatur, qui iure humanę societatis debebatur: Sed iam vt Deus sua promissa compleret, adiuuit hic Israelitas, quibus Amorrhęorũ terrã dari oportebat. Nã Edom cũ similiter eis transitum negaret, non pugnauerunt cum illa gente Israelitæ, id est filii Iacob cum filiis Esau: quia terrã illã Israelitis nõ promiserat, sed declinauerunt ab eis.

(margin: Quæst. 44)

a Ammonitarum. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & viculis eius. Vrbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab, & tulit omnem terram quæ ditionis illius fuerat vsque Arnon. Idcircò dicitur† in prouerbio: Venite in Hesebon, ædificetur & construatur ciuitas Sehon. Ignis *egressus est de Hesebon, flamma de oppido Sehon, & deuorauit Arnon Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. Væ tibi Moab, periisti popule Chamos. Dedit filios eius in fugã, & filias in captiuitatẽ regi Amorrhæorũ Sehõ.

(interlinear: ¶ Cogitationes scilicet. — a ¶ De patre vel aqua paterna. — ¶ Maledictionem vel illuminationem eorum. — ¶ Congregans.)

(margin: b, c, d, e, f; 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7; * enim)

b *Israel.* ORIGEN. Qui in Christo Israel est, non in carne, nec in manifesto Iudæus habitat in omnib. ciuitatib. Amorrhæorum, cum in toto orbe terrarũ Christi ecclesiæ propagantur. Sed & quisq; nostrum prius fuit ciuitas regis Sehon, qui interpretat̃ elatus. Regnabat. n. in nobis stultitia, superbia, impietas, & omnia q̃ sunt ex parte diaboli. Sed vbi expugnatus est a fortib. & vasa eius direpta, effecti sumus ciuitates Israel, & hæreditas sanctorum, si tamen excisa est in nobis penitus potestas q̃ pri° dominabat̃, & arbor infructuosa, & rex elatus & simus sub eo qui dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* In Hesebõ & viculis, &c. Sigillatim ciuitates superbi & infructuosi regis enumerat, præcipuam regni eis vrbem Hesebon nominat, quæ interpretatur cognitiones. Merito ergo maxima pars regni diabolici & põtas eius plurima in cogitationib. regnat, q̃a de corde prodeunt cogitationes malę, homicidia, adulteria, & huiuimodi, q̃ coinquinant hominẽ. Necessario ergo ista ciuitas igne exuritur, quem saluator venit mittere in terram, & vult vt accendatur.

(margin: Hom. 13. in Numeros. Rom. 2. d. — B — Mat. 11. d)

ISIDORVS. In tricesima nona mãsione geritur bellum cõtra Sehon regẽ Amorrhæorum & Og regem Basan. Sehon interpretatur tentatio oculorũ. Hic est diabolus, q̃ transfigurat se velut in angelum lucis, & per hæreses & schismata veri similia mentit̃, vt incautos fallat hũc Amorrhæi, idest amaricantes habẽnt regẽ. Nisi. n. q̃dam simulatio veritatis pcẽdat, non sunt hęreses amaricantes, nec schismata in ecclesia. Hũc regem quisq; occidit cũ damnat simulationem, & diligit vẽritatẽ. Og interpretat̃ conclusio. Basan autem confusio. Id. n. diabolus agit, vt concludat viã ad Deum, opponẽdo idola ne credatur in Christum. Conclusio præcedit vt rex, sequitur cõfusio tanquam plebes, quia qui modo concluduntur, ne credant in Christum, cum Christus apparuerit, confundentur. Ideo mansio hæc est, id est Dibongad, interpretat̃ fortiter intellecta tentatio: quia si superetur simulatio quæ per schisma vel hæresim exacerbat ecclesiam, & confusio quæ per sacrilegium claudit fide viam, tentatio intelligitur, & intellecta fortiter superatur.

(margin: Allegoricè. 2. Cor. 11. c)

c *Sehon regis.* Sehon, id est loquentis, qui. n. sub diabolo agũt, tantum loqui norunt, sed inania loquunt̃, vtpote astrologi aliqui & philosophi. Fidelium autem regnum quod à Deo est non in sermone sed in virtute Dei.

(margin: C — 1. Cor. 4. d.)

d *Moab.* RABANVS. Moab qui interpretatur de patre, vel àqua paterna, de incestu & ebrietate conceptus, quasi absente & nesciente patre, secularem scientiã significat, q̃ autore sui sensum habet. Et quia ex Dei conditione generatur, videtur nasci de pãtre. Sed q̃a adulter est, & aduersari° populi Dei, de incestu & spelunca & nocte generatur. unde s̃m Esa. *In nocte periit:* id est in errore sempiterno Arnon quoq; vrbs Moabitarum, quæ interpretat̃ aduersarius, significat quod hęc sapientia Deo inimica ecclesiastico sermone contra se pugnante ueritatis igne consumitur, a quo & habitatores excelsorum Arnon deuorantur. Arnon enim maledictio vel illuminatio eorum interpretatur. Quia qui confidunt in eloquentia, vel sapientia humana, quæ filiis tenebrarum videtur lucida, corruũt & consumuntur.

(margin: D — Esa. 15. a. — E — Fabiis qui prouerbiis vtuntur.)

e *Idcirco dicitur.* ORIGENES. Alia litera. Propter hoc, inquit, dicent ænigmatistæ: *Venite in Hesebon, vt ædificetur & construatur ciuitas Sehon, quoniam ignis processit de Hesebon, & flamma de ciuitate Sehon, & deuorauit vsq; Moab. &c.* Sehõ erat rex, cuius erat ciuitas Hesebon: Hic est ergo verborum ordo, ac si dicant ænigmatistæ: Venite vt ædificetur & construatur Hesebon, quę fuit ciuitas regis Sehon. Aenigma dicitur sermo figuratus. Aenigmatistę q̃ figuraliter loquũt. Hi sũt lex & prophetæ. vnde. *Aperiam in parabolis os meum; loquar propositiones ab initio.* Et Esa. *Erunt* inqt, *verba libri huius, sicut verba libri signati.* Signatus est. n. liber, quia figuris perplexus est, & ænigmatib. inuolutus. Venite in Hesebon vt ædificetur, cecidit prima, subuersa & incẽsa, reædificãda est alia. Si videas Gẽtilem in dedecore vitę & in religionis errore, dic quod hic sit Hesebon ciuitas in regno regis Sehon. Regnat. n. in cogitationib. eius rex infructuosus & elat°. Ad hũc si accedat Israel, id est ecclesiæ filius adhibens iacula verbi Dei, distringẽs gladium spiritus contra eum, & destruat in eo omnes munitiones Gentilium dogmatũ, & omnes argumẽtationes elatorũ igne veritatis exurat, dic q̃ subuersa est Hesebõ ciuitas regis Sehon. Non tñ desertus relinquitur. Cum. n. filii Israel euerterint in hominib. malas cogitationes & impios sensus, bonas cogitationes reædificant, & pios sensus, doctrinam veritatis inserunt, religionis ritũ, viuẽdi ordinẽ, & morum honestatẽ. Et tũc verè dicunt isti ænigmatistæ ad inuicem. Venite, ędificemus Hesebon, q̃ fuit ciuitas Sehon. Filii. n. ecclesiæ, quia legis ænigmata spiritualiter intelligunt, ænigmatistę dicunt. vñ *Ecce constitui te hodie super gentes & regna, eradicare & subuertere, reædificare & plantare,* Subuertit. n. Hesebon, eradicet cogitationes impuras. Reædificat autem & replantat cogitationes castas, vt efficiatur Hesebõ, nõ Amorrhęorũ, sed filiorũ Israel.

(margin: Vbi supra. — Aenigmatistę. Ps. 77. a. Esa. 29. d. — Hiere. 1. b.)

✠ PROCOPIVS *In prouerbio. Venit in, &c.* Constat sibi Dei iustitia quæ per successionẽ familiarũ deinceps reddita est, ad terram euertendam quã Amorrhæi lugubri quassatione edita iniustè occuparunt. Adeo vt hominũ sermonib. cõbustio priorũ incolarũ decantaret̃. Miserationẽ. n. commouet væ tibi Moab, periisti, &c. Deuastatos. n. fuisse Moabitas indicat, dispersosq; iuuenes iuuenculas, quos Deus nunc est vltus.

f *Væ tibi Moab.* RABANVS Chamos interpretatur cõgregans vel quasi attrectatio. Dibon abũdanter intelligens tẽtationẽ vel fluxus eorũ. Nophe sufflãs vel spirãs. Medaba, de saltu. Vę ergo illis, q̃ in spiritali Moab confidentes, congregãt sibi thesauros secularis sapiẽtiæ, eri gunt, se 9 potentiam Dei, quorũ audacia

(margin: Moab. Chamos. Dibon. Nophe. Medaba. — F)

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vrbs Hesebon *Hic respondetur tacitæ quæstioni, quia immediate dictum est, quod Israel habitauit in Hesebon & viculis eius, & tamẽ fuit in terra Moab, ideo posset aliquis quærere, quomodo Israel accepit terram illam, cum esset ei prohibitum à domino, ne pugnaret contra eos, & quod nihil de terra eorum daretur eis, vt habetur Deutero. 2. a* Ideo ad hoc respondetur hic, *quia licet illa terra fuisset intra terminos Moab, aliquando tamen Sehon rex Amorrhæorum eam acquisierat iure belli, & sic Israel eam licite occupauit, propter quod hic declaratur, quomodo Sehon illam terram acceperat à filijs Moab, cum dicitur* Vrbs Hesebõ fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit, &c. *Idcirco dicitur in prouerbio, hoc est in cantilena facta & diuulgata de uictoria quam habuit Sehon contra filios Moab.*

(margin: Quęst. 10.)

2 Venite in Hesebon, ædificetur & construatur ciuitas regis Sehon. *Primo. n. eam destruxit pugnando contra filios Moab, & post ea eam sibi reædificauit.*

3 Ignis egressus est. *Quia ille Sehon incendit terram in circuitu, pugnando contra filios Moab.*

4 Væ tibi Moab. *quia deuictus es à Sehon.*

5 Periisti popule Chamos. *nomen est idoli Moabitarum.*

6 Dedit filios eius in fugam. *sicut victi solent fugere quando possunt.*

7 Et filias in captiuitatem regi Amorrhęorum Sehõ. *quia mulieres non possunt ita fugere, sicut viri, ideo facilius capiuntur.*

✠ 1 Iugum

audacia non præualebit, sed fugiet & tradetur in captiuitatē regis spiritualium Amorrhæorum, Iugum n. ipsorum disperiet ab Hesebon usq; Dibon, id est a radice cogitationis usq; ad profunditatem intellectus deflueт sciētia eorū, lassiq; sufflantes uanitates uerborum, & spirantes fœtidū odorē putridi sensus, in saltum peruenient, vbi non sunt arbores fructuosæ, sed bestiæ, contra quas dicitur: *Ne trādas bestiis animas confitentes tibi.*

† vel regnū

Psal.73.d.

*a In terra Amorrhæi :*

✱ PROCOPIVS. Quapropter Dauid in psalmis, cum potētiæ & iustitiæ nomine Deū celebrasset, inquit, Instituit in tētoriis ipsorum tribus Israel cum.n.de extrema ciuitate Iaser dicit Ceperunt eam & vicos eius, inquit, & eiecerunt Amorrhæum eius loci incolam. Idipsum cū in vna ac altera gente sub Mose factum sit tantum, de vastatione futura vniuersæ terræ impiorum ac consonia iustorum vaticinatur.

† vsq; quo non relinqueret ēi qui aufugeret vel superstes esset.

b *Iazer.* id est fortitudinem eorum. Fortissima s. hæreticorū dogmata dialectica arte constructa.

c *Et posside.* Ab errore conuertendo, & præcepta domini docendo, vt de eorum correctione & profectu cęlestem sibi patriam acquirerent.

[a Abundanter intelligens tentationem scil. vel fluxus eorum. — a Sufflans vel spirans. — De saltu. — Lex. — Prædicatores. — Conuentus populorum. — Turpitudinis. — Interclusio.]

† Iugum ipsorum disperiit ab Hesebon vsque Dibon, † lassi peruenerunt in Nophe, & vsque Medaba. Habitauit itaque a Israel in terra Amorrhæi. Misitq; Moyses qui explorarent Ia- b zer. Cuius ceperunt viculos, & † possederunt habitatores. † c Verteruntque se, & ascenderunt per viam Basan, & occurrit d eis Og rex Basan cū omni populo suo pugnaturus in Edrai. Dixitque dominus ad Moysen: Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum ac terram eius. Faciesque illi sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersumque populum eius † vsque ad internecionem, & possederunt terram illius.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

d *Og rex Basan.* ORIGENES. Ad Og. regem Basan, nec legatos mittere dignantur, nec petere ab eo vt transeant per terram eius, sed statim cum eo pugnant, & superāt, eum & populum eius. Basan interpretatū turpitudo. Merito ergo nec legati mittuntur ad istam gentem, nec transitus petitur per terrā eius. Nullus enim nobis transitus vel accessus debet esse ad turpitudinem, sed ab initio statim expugnādā, & omnino cauenda est. Og. autem interpretatur conclusio, quæ figuram tenet omnium carnalium & materialium rerum, quasi desiderio detenta anima excluditur a Deo cōtra quos ita bellum pręcipitur gerendum, vt non relinquatur ī eo, viuēs. Nullum ergo oportet relinqui a filijs Israel in regno turpitudinis & dedecoris viuentem. Decet Israeliticam virtutem resecare turpia, & pia reædificare & honesta. De regno autē Sehon nō est scriptū, ut nullus viuus relinquatū, nec de regno Moab. Forte.n.ex illis aliquib. indigemus pro vitæ huius exercitiis & agonib. alioquin debuimus ex hoc mundo exisse, De Basan, vero, id est turpitudine nullo penitus indigemus, excutienda sunt omnia opera turpitudinis, in nullo.n. potest honestum esse, quod turpe est.

D Vbi supra.

† desolauimus eos vsque.

† expulit Amorrhæum qui erat ibi.

† Deut.3.a & 29.b.

E

1.Cor.5.a

F

d *Og rex*

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Iugum ipsorum. *Id est dominium Moabitarum.*

2 Disperiit ab Hesebon vsq; Dibon. *Per hoc ostenditur, quod Sehon non occupauit totam terram eorum sed partem.*

3 Lassi. *Ex bello & fuga.*

4 Peruenerunt in Nophe, & vsq; Medaba. *Nomina sunt ciuitatum quæ eis remanserunt, & ad quas confugerunt.*

5 Habitauit itaq; Israel in terra Amorrhæi. *Hæc est conclusio ad ostendum, quod Israel non fecit contra præceptum domini occupando terram Moabitarum seu Amorrhęorum, quod erat eis licitum.*

6 Misitq; Moyses qui explora. Iazer. *quæ erat ciuitas Sehon, in qua remanserant aliqui bellatores ad custodiendam.*

7 Cuius ceperunt vicu. & posse. habi. *Isti enim exploratores missi a Moyse ne viderentur similes illis quos miserat de Cadesbarne, qui in reditu suo terruerunt populum, vt dictum est supra 15.c. noluerunt reuerti donec cepissent loca ad quæ exploranda missi fuerant.*

8 Verteruntque. se. *Hic ponitur impedimentum ex inuasione Og, cū dicitur.*

9 Et occurrit eis Og rex Ba. ne timeas eum. *Erat.n. valde fortis & robustus, quia gigas vale magnus, & habebat populum fortē ideo dixit dominus Moysi vt non timeret, assecurans eum de victoria: & patet litera. De magnitudine vero & fortitudine regis Og. dicitur in quodā libro, qui apud Iudæos dicitur liber benedictionum, vel benedictiones, q cum Og. audiuisset, quod castra filiorum Israel occupabant tria terræ miliaria, iuit & eradicauit vnum montem tantum spacium occupantem, & posuit super caput suum, vt projiceret super castra Israel, sed Deus immisit fornicas quæ perforauerunt montem illum & sic per foramen illud mons ille descendit versus collum eius, & cum vellet se expedire de monte illo, creuerunt dentes eius, & intrauerunt foramina montis, ita quod non potuit illum montem de capite suo amouere, & ad hoc ibidē inducitur autoritas Ps.3.b. falsificata tamē.* Dentes impiorū confregisti. *Gl. Nō dicas Sirabata, i. cōfregisti sed Scirabeta. i. acoreuisti. Et ibidē subditur, quod Moyses hēbat decē cubitos altitudinis scd̄m mēsurā tabularum tabernaculi. vt habetur Exo.26. Tenebat etiam securim, cuius manubrium habebat decē cubitos in longitudine. Et cum viderat* Og. *monte irretitum occurit ad eum, & saltauit in altum per decem cubitos, & sic attigit ad cauillam pedis eius, & proiecit ad terram. Sed quia hoc est ita absurdum, quod non indiget alia improbatione, ideo hoc posui in hoc loco, vt videatur quanta cæcitas est in Iudæis, qui credunt hoc esse verū ad literam, quia nec Ra. Sa. qui fuit maximus Doctor apud eos, nec alij doctores, huius dicti assignant alium intellectū, parabolicum uel mysticum.*

Fabula Iudæorū, de magnitudine & fortitudine Og regis.

CAP.

MORALITER.

*In c.21. vbi dicitur in postilla.* Fecit ergo Moyses serpentem æneum, &c.

*Licet multis modis Deus potuisset sanare percußos ab ignitis serpentib. quam per intuitum serpentis ęnei, tamen hic modus in hoc loco videtur valde conueniens, ex duob. Primo ex correspōdentia ad peccatum. Peccauerant enim in hoc, q ex cibo optimo & suauissimo de quo naturaliter debuißent cum gaudio refici, nauseabat tamen eorum anima de illo quod est contra communem cursum naturæ. vnde dicunt:* Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. *Et ideo Deus per oppositum percußos a serpentib. ignitis, qui communiter debuissent lædi ab intuitu eorum, prout tradunt medici de his qui a cane rabiem patiente mordentur, hoc contra cursum naturæ Deus disposuit, vt per aspectum serpentis curarentur. Secundo ex correspondentia ad figuratum. Cōstat enim, quod quidam audientes doctrinā Christi, quæ erat cib. animæ suauissimus, nauseabat anima eorum. vnde dicebant, Ioan.6.* Durus est hic sermo. *Quorum multi fuerunt a serpentib. ignitis percussi, s a tentationib. diabolicis, sed fecit Deus exaltari serpentes, s. Christum, in similitudinem carnis peccati in cruce pendentis, quem fideliter intuentes, etiam si morsib. diaboli fuissent læsi, sanarentur, prout in euāgelio Ioan.3. legitur. Et iste sensus licet pertineat ad figuram, reducitur tamen ad sensum literalem, inquantum reddit rationem literę, prout supra in questione ante principium Gene. de sensu literali posita fuit ostensum.*

a VIdens autem. AVGST. Quod dicit scriptura postquā vicit Israel Amorrhæos, & possedit oēs ciuitates eorū, misisse legatos Balac regē Moabitarū ad coducēdū Balaā qui malediceret populū Israel, satis ostēditur nō oēs Moabitas venisse in conditionem Sehon regis Amorrheorum, quādo eos bello superauit. Siquidem remansit gēs Moabitarum vsq; ad illud tēpus, vbi regnaret Balac rex Moab. Quod vero Moab dixit senioribus Madian, idest Moabitæ senioribus Madianitarum: Nunc ablinget synagoga hæc omnes qui in circuitu nostro sunt. Non vna gens erat, sed uicini ad vicinos dixerunt, quod pariter cauendū esset Moab enim fuit filius Loth: Madian filius Abrahæ de Cethura: nō verò vna gens erat, sed duæ vicinæ.

Quæst. 45. A — † Ios. 24. b. — † quia multus erat. & angustiis affectus est Moab propter filios Israel quodq; ei Moab dixisse. — B — D Gen. 19. g. Gen. 25. a.

✠ PROCOPIVS. Post Amorrhæos geminus turbatur populus, Moabiticus & Madianiticus. Qui cū bello renuntiassent, ad imposturam Satanicam sese receperunt. Sed spes ipsorū labefecat Deus, cum ne tantillum quidem eloqui Balaamo permisisset, non quidem quod execratio iniusta lædat, iuxta Salomonem enim execratio uana non superueniet cuiquam. ☞ Verum

## CAP. XXII.

PROFECTIQVE castrametati sunt in campestribus Moab; vbi trans Iordanem Hiericho sita est. † Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quòd pertimuissent eum Moabitæ, & † impetum eius ferre non possent: dixit ad maiores natu Madian: † ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse autem * erat eo tempore

¶ Prædicator. — † nūc lambet vel corrodet hæc cōgregatio. — * Balac. — E

## NICOLAVS DE LYRA. Cap. XVIII.

1 PRofectique. *Hic consequenter ponitur impedimentum procuratum per Balaam ad suggestionem regis Moabitarum. Et quia in sequentib. Balaam dicitur magus & ariolus, & tamen eius prophetiæ tanquam veræ habentur in auctoritate, ideo videndum est si fuerint a Deo vel dæmone, & de veritate ipsarum. Circa primum sciendum, quod propheta dicitur quasi procul fans, quia denuntiat illa quæ sunt procul ab humana cognitione secundum viam naturæ, nunc autem ita est, quod quanto aliquis est subtilioris intellectus, tanto eius cognitio se extendit ad altiora, ad quæ nō potest attingere cognitio intellectus magis rudis, qui non potest capere nisi sensibilia & grossa, & si hoc est verum in diuersis intellectibus eiusdem speciei, multo plus est verum in intellectibus diuersarum specierum, cuiusmodi sunt intellectus angelicus & humanus: & ideo cum angelus sit sublimioris & altioris naturæ, eius cognitio ad multa se extendit, ad quæ non potest humana cognitio attingere: naturalia autem in dæmonibus remanserunt integra, & ideo eorum cognitio naturalis ad plura se extendit, quam humana. Cognitio autem bonorum angelorum adhuc ad plura se extendit, inquantum sunt illuminati lumine gratiæ & diuinis reuelationibus. Patet igitur quod dæmones a Deo permissi, possunt hominibus aliquas veritates reuelare eis incognitas: tū quia dæmonum cognitio naturalis ad plura se extendit quam humana, vt dictum est: tum quia secundum Aug. sup. Gene. ad literam, plura de supernaturalibus veritatibus a sanctis angelis, aliquando dæmonibus reuelantur; quas possunt vlterius hominibus reuelare a Deo permissi. Cum igitur reuelatio fit hominibus per dæmones; tales dicuntur prophetæ dæmonum: cum autem fit a Deo immediate, vel mediantibus angelis sanctis, dicuntur prophetæ Dei. Considerandum etiam quod talis reuelatio differt a præcedenti, non solum quantum ad causam reuelantem, vt dictum est, sed etiam quantum ad formam reuelationis: quia reuelatio facta à Deo & angelis sanctis nullam falsitatem continet; sed illa quæ fit à dæmonibus, frequenter habet admistam falsitatem; quia secundum quod dicitur, Ioan. 8. f.* Ipse dæmon mendax est, & pater mendacij. *Et ideo licet aliquando reuelet hominibus aliquas veritates, hoc facit vt efficacius decipiat, vt ex pluribus veritatibus ab eo prædictis, postea sibi credatur in falsitate; secundum quod dicitur in collationibus patrum, collat. 2. abbatis Moysi, quod dæmon in specie angeli boni cuidam fratri frequenter apparuit, & multas veritates sibi dixit; & quando vidit illum fratrem bene inclinatum ad credendum sibi, tunc ei persuasit vt circuncideretur, & quod aliter non poterat saluari. Sciendum etiam quod reuelatio veritatis quæ fit a Deo & angelis bonis, non solum fit hominibus bonis sed etiam aliquando malis, vt patet per verbum saluatoris, Matth. 7. cap.* Multi dicent in illa die; Domine, domine; nonne in nomine tuo prophetauimus, &c. *& subditur.* Et respondeo illis. Nunquam noui uos, &c. *Hoc etiam patet per illud quod habetur 1. Reg. 8. de propheta idolorum qui seduxit prophetam domini & postea facta est sibi reuelatio à Deo de morte illius prophetæ domini, eo quod nō obedierat voci eius. Prophetia enim respicit actum intelligendi: charitas autem quæ facit hominem bonum est actus voluntatis, quæ procedit ab actu intelligendi, prius autem potest esse sine posteriori, & ideo reuelatio prophetica potest esse sine charitate, & aliquando fit vt dictum est, & hoc cecidit ad commendationem veritatis reuelatæ, vt talis veritas testimonium habeat etiam ab aduersarijs veritatis; & ad bonum aliorum. Descendamus igitur ad propositum, dicendo quod Balaam fuit propheta dæmonum, quia fuit ariolus & magus, quærens reuelationes à dæmonibus. Fuit etiam propheta domini modo prædicto, inquantum aliquæ veritates fuerunt sibi reuelatæ à Deo; licet ab ipso non quæreret; sed virtute diuina fuit dæmon prohibitus dare responsum a quo quærebat, & sunt sibi reuelatæ veritates a Deo: & compulsus est pronuntiare quod nolebat videlicet sanctitatem & prosperitatem populi Israel, cum tamen contrarium desideraret, vt patebit. & hoc factum est ad commendationem populi Israel, & ad terrorem aduersariorum, & ad gloriam Dei principaliter, qui erat ductor illius populi & ad salutem gentium; quæ ex prophetiis Balaam motæ sunt postea ad quærendum Christum natum. vt habetur Matth. 2. a. & propter hoc & similia, eius prophetiæ scriptæ sunt in Canonica scriptura. His prælibatis descendendum est ad literam; cum dicitur:* Profectique &c. *vbi primo ponitur ipsius Balaam vocatio. secundo contra populum Israel eius iniqua consultatio. cap. 25. Circa primum describitur Balaam ad maledicendum vocatus; secundo ad maledicendum conatus capitu. 23. tertio ad benedicendum coactus, capitu. 24. Circa primum præmittitur ipsius Balaam vocatio sine effectu, secundo cum effectu, ibi,* Rursum ille *Circa primū primo ponitur ipsius Balac petitio: secundo, ipsius Balaam responsio, ibi* Cumque venissent. *Circa primum præmittitur causa petitionis, cū dicitur.*

Propheta qs dicat. — C — Reuelatio nes dæmonum. — An prophetia Balaam fuit a Deo. — Diuisio.

2 Videns autem &c. Amorrhæo. *id est Sehon & Og & populis eorum quos interfecerat Israel, licet essent fortissimi.*

3 Et quod pertimuissent eum Moabitæ. *Non audentes inuadere eos sicut fecerant duo reges prædicti.*

4 Et impetum eius fer. non pos. *In Hebræo habetur: Et abominatus est Moab filios Israel, id est obediebat, & de hoc confidebat Balac, quod Moabitæ cum eo impedirent filios Israel, & hæc videtur verior litera, quia filij Israel non fecerunt impetum contra Moabitas, cum esset eis prohibitum à domino, vt habetur Deut. 2. vbi dicitur,* Non pugnes contra Moabitas, &c.

5 Dixit ad maiores natu Madian. *Erat. n. Balac de populo illo natus, vt dicit Ra. Sa. & et alij. Nec est idem populus cum Moabitis, quia Moabitæ descenderunt de Loth, & Madianitæ de Abraham per Madian, qui fuit filius Cethuræ.*

6 Ipse autem. *s. Balac.*

7 Erat eo tempore in Moab. *Per hoc. n. quod dicitur eo tempore, designatur quod non erat rex naturalis vel ex progenie illius terræ, sed ex accidenti, vt pote quia subiecerat sibi vnam partem illius terræ; sicut Sehon subiecerat sibi aliam, vt dictum est capitu. præcedenti. Vel forte quia Moabitæ fugientes de prælio Sehon, subiecerant se ipsi Balac reddendo ei tributum, vt iuuaret eos contra Sehon, vel contra filios Israel, de quib. timebant, ut dictum est.*

F

✠ 1 Misit

## MORALITER.

✠ 1 *Videns autem Balac.* Per Balac qui in arcto positus recurrit ad consilium & auxilium Balaā arioli significantur illi qui in infirmitatib. vel aliis necessitatibus positi, recurrunt ad illos qui sunt magicis artib. imbuti: & sicut iste Balac in hoc magnas expensas fecit, & tamen nullum cōmodum sed magis oppositum reportauit, sic & illi grauiter valde peccant, & nullam vtilitatem reportant.

✠ Cernens

A Verum vt præsidium suum declararet populo, ac efficeret ne à pietate deciderent, reliquique populi Deum cognoscerent, Quinetiam signa edidit cum per Israelem tum etiam per gentes vt ad se conuerteret. Cæterum signis nihil motus Balac, accersiuit Balaamum tanquam potentiorem, cui indicat Deus, vt quis hostilem habeat animum, et inuitus contraria dicat.

¶ Mic. 6. b.

✱ RVPERTVS. Balac de stirpe Sem, (Moab quippe natus est de Loth) illorum exemplum est qui in ecclesia positi & falso nomine Christiani, tales sibi pretio conducunt arbitros benedicendi ac maledicendi, & idcirco criminis eiusdem habentur cum ipsis qui vendunt emptores improbi, de templo Dei funiculo furoris eius eijciendi. Hæc vbi aguntur, ora subditorum iusta laxantur licentia in reprehensionem prælatorum.

Li. 1. in Numeros ca. 17.

* propter me.

a rex in Moab. † Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor † ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, vt uocarent eum & dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me: Veni igitur, & maledic * populo huic, qui fortior me est, b si quo modo possim percutere & eiicere eum de terra mea. c Noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. Perrexerunt seniores Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinationis

a ¶ Lxx. diuinationes; pretium scilicet diuinationis.

& cooperuit faciem terræ, & cætera. Videtur etiā rex audisse quia filij Israel solent hostes vincere oratione, non armis, nō ferro quam precibus. Nulla enim Israel contra Pharaonē arma commouit, sed dictum est ei, *Dominus pugnabit pro vobis, & uos tacebitis.* Contra Amalechitas quoq; nō tantū vis armorū, quantum Moysi valuit oratio, hæc audierat rex Moab. Scriptum est enim: *Audierūt gētes & iratæ sunt, dolores comprehenderūt habitatores Philistium.* Tunc festinauerunt duces Edom, & principes Moabitarum, & cætera. Cogitauit ergo apud semetipsum dicens. Quia orationibus huius populi arma nulla possunt conferri, ideo mihi preces requirendæ sunt, quæ possint superare orationes istorum. Scriptum est ergo. Et dixit Moab ad seniores Madian. Nunc ablinget synagoga hæc oēs q in circuitu nostro sunt, sicut ablingit uitulus herbam campi. Quia sicut uitulus abrumpit ore herbam campi, & lingua tāquam falce secat quęcunque inuenit, ita populus hic ore & labiis pugnat, & in uerbis habet arma. Mittit ergo Balac ad Balaam, vt opponat uerba uerbis, & preces precibus. Nec mireris si est in arte magica tale quid. Esse enim hanc artem designat scriptura, vt eam prohibeat, sicut dæmones esse significat, sed coli uetat, qa magorū magistri sunt spiritus maligni. Nullus. n. sanctorum spirituum obtēperat mago. Nō pōt inuocare magus Michael. uel Raphael. Gabriel. Minus ergo pōt inuocare patrem uel spiritum sāctum. Nos soli accepimus potestatem hāc. Qui autem spiritussancti particeps effectus est, immūdos spiritus inuocare non debet, ne fugiat ab eo spiritussanctus. Magi sunt qui inuocant Beelzebub. Hoc sciebat populus qui contra dnm mētiens ait: *In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* Saluator autem sciens uerum esse, q Beelzebub princeps sit dæmoniorum, in hoc non arguit mendacii, sed respōdit. Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filii uestri in quo eijciunt? Constat ergo quosdam dęmones esse malos, qui inuocati à magis adsunt eis ad malū, non ad bonum, parati sunt malefacere, bene autem facere nesciūt. Hi ergo arte quadam & cōpositione uerborum in amicitias cesserūt Balaā, de quorū amicitijs magnus fructus apud hoīes uidetur. Mittit ergo rex ad eū dicēs: Veni nūc, & maledic mihi populū hunc, &c.

D

Exo. 14.

Exo. 15.

Hom. 13.

a *Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor.* ORIGEN. Bellum tibi imminet rex Balac, oportet te arma & exercitum præparare, & armis instructum occurrere. Tu verò mittis ad Balaam diuinum munera multa, & promittis maiora dicens, Veni, maledic populum qui exiit de Aegypto. Balaā vero refert hoc ad Deū, & venire prohibetur. Rex item mittit legatos, & spem oēm ponit in Balaam, vt in populum pro telis iaculetur maledicta, si forte verbis superetur populus, quem regis exercitus, superare non poterat. Quid hæc historia consequentię vel cōsilij habet? Quis regum aliquando in minente sibi prelio omissis vel armis ad diuini & aruspicis verba confugit: Primo ergo fatēdum est in quibusdam plus valere verba q̄ corpora. Quod. n. exercitus nequit efficere, hoc verbis efficitur: nec dico sanctis uerbis uel Dei uerbis, sed quibusdā uerbis quę inter homines habentur, quę quo nomine, nescio. Sunt tamen inutili arte composita, cuius vocabulum sit quod cuique placuerit. Erant in Aegypto incantatores & magi. Quis hominum potest fortitudine corporis uirgam mutare in serpētē, uel aq̄ in sāguinem, quod illi fecerūt. Fecerat enim Moyses hoc primus. Sed quia sciebat rex Aegypti, hęc quadam arte fieri uerborū, quę habēt inter homines, putauit hoc Moysen nō Dei uirtute sed magica arte fecisse, & uirtute Dei factum simulasse. Conuocat continuo Aegyptiorum incantatores & magos qui inter eū qui uirtute Dei operabatur, & eos qui dæmones inuocabant, facit esse certamen, efficit similiter cōtraria uirtus sed serpens per Dei uirtutem factus absorbuit alios. Non. n. potuit uirtus, dæmoniaca malum quod ex bono fecerat, restituere in bonum. Potuit ex uirga facere serpentem, sed non uirgam reddere ex serpente. Ideo cōsumuntur oēs ab ea quę Dei uirtute cōuersa fuerat in serpētē, & per uirtutem diuinā naturæ suę redditur, ut naturæ Deū fateretur. Verterunt incātatores Aegyptiorum aq̄ in sanguinem, sed non potuerūt sanguinem uertere in aquam. Dei aūt uirtus non aquam sed totum fluuium uertit in sanguinem, & orante Moyse naturæ reddidit. Produxerunt magi cyniphes, sed nō potuerunt eas repellere, Moyses aūt produxit & restituit. Contraria autem uirtus male aliquid facere potest, sed restituere in integrū nō pōt. Sunt autem magorum differentiæ, alij enim plus ualent, alii minus. Balaam famosus erat in arte magica, & in carminibus potens. Non enim habebat potestatem uel artem verborum ad benedicendū, sed ad maledicēdum. Dæmones enim ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendū. Quasi ergo expertus in talibus in oriente erat opinatissimus. Aliter. n. nō plumpsisset rex hoc posse fieri sermonib. q ferro & acie uix cōpleret. Cert⁹ ergo & frequēter expert⁹, omissis bellicis instrumētis, mittit ad eū dicēs. Ecce popul⁹ exiit de Aegypto, &

B

Exo. 7. b.

C

Mar. 3. c.

E

✱ RVPERTVS. Hunc Balaam diuinū siue ariolum Hebræi tradūt eum fuisse, qui in libro Iob dicitur Eliu, primo uirum sanctum, & prophetam Dei, postea per inobedientiam & desiderium munerum, dum Israel maledicere cupit, diuini siue arioli uocabulo nuncupatum.

Lib. 2. in Numeros c. 16.

b *Si quo modo possim.* Videtur nō ex integro cōfidere in Balaā, fama uirtutum quæ in populo Dei factæ sunt perterritus.

c *Noui enim, quod benedictus sit.* ORIG. Non credo eum scire, quod quibuscūque benedixisset Balaam, benedicti essent, sed adulandi gratia hæc dicere, ut artem eius extollēs promptiorē sibi faceret. Ars enim magica nescit bndicere, nec dęmones. Scit benedicere Isaac, & Iacob, & omnes sancti. Impiorum nullus benedicere nouit.

Homil. 13.

Ars magica non benedicit.

✱ PROCOPIVS. Via dæmonum in subditos efficax est, quæ si Deus cōsilio suo pro piis se opponat, eneruatur, quemadmodum cum Mosi aduersatum esset, liquet. Atqui aliquo usque se extendit uirtus illa, quemadmodum de aspide inquit Dauid, ueneno inficiens a sapiente inficitur.

Gen. 27. e. Gen. 41. a.

d *Diuinationis pretium.* Alij. Diuinacula in artib. quas curiositas humana composuit. Sunt quædam quæ scriptura diuinacula nominauit. Gentilis autem consuetudo uel tripodas, uel cortinas, uel huiusmodi uocabulis appellat, quæ quasi ad hoc consecrata,

Diuinatio

F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Misit ergo nuntios. *Hic ponitur ipsa petitio Balac per nuntios suos cum subditur.*

2 Veni igitur & maledic populo huic qui fortior me est. *Vt per maledictionem tuam eius virtus debilitetur. Dicunt etiam hic aliqui Hebræi, quod Balac audierat de populo Israel quod plus vincebat verbis & precibus quam armis, vt dictum est Exo. 17. de victoria contra Amalec. & ideo uocauit Balaam vt maledicendo Israel, uerba uerbis opponeret.*

3 Noui enim quod benedictus sit, &c. *Hoc dixit quia Balaam prædixerat sibi antequam esset rex Moab, ipsum regnaturum ibidem, ut dicit Ra. Sa.*

4 Et maledictus in quem, &c. *quia per maledictiones suas carmina contra Moabitas fuerant debellati à Sehon.*

5 Habentes diuinationis pretium in. *In Hebræo habetur. Habentes diuinationes in manibus, quod exponitur tripliciter ab Hebræis. Vno modo vt per diuinationes in manibus intelligantur munera pro diuinationibus, prout accipit translatio nostra. Alio modo*

Diuinationes in manibus.

3 Noui

✱ instrumenta

pretium in manibus. Cumq; venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac, ille respondit: Manete hic nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit dominus. Manentibus autem illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum: † Quid sibi volunt homines isti apud te? Respondit: Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, dicens: Ecce populus qui egressus est de Æegypto, operuit superficiẽ terræ, veni & maledic ei, si quo modo possim pugnans abigere eum. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens dixit ad principes *: Ite in terram vestram, quia prohibuit me Deus venire vobiscum. Reuersi principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiscum. Rursum ille multo plures & nobiliores quam ante miserat, misit.

1.Re.30.b A consecrata, moueri ab eis & contrectari solet. Sed diuina scriptura Ephod vernaculo sermone nominat in prophetis, qđ tradunt esse indumentum prophetantium. Aliud tamen in diuina scriptura prophetia, aliud diuinatio est. Ait.n. Nõ erit auguratio in Iacob, neq; diuinatio ĩ Israel. Abdicatur ergo penitus diuinatio, ope.n. & ministerio dæmonum impletur. Igitur Balaam acceptis diuinaculis, cum solerent ad se dęmones venire, fugatos videt, & Deũ adesse, quem ideo dicit se interrogare, quia consuetos sibi parere non videt. Venit ergo Deus ad Balaam, non quia sit dignus, sed vt fugentur illi, qui ad maledicẽdum, & malefaciendum adesse consueuerãt, hinc enim puidebat Deus populo suo.

* Balac. B

a *Et respondebo, &c.* ✱ PROCOPIVS. Diuinationem per insomnia profitetur, quam quidem non a Deo vero requirit, quamuis dominum nominet, sed à dæmone familiari, & a falso dictis iis, qui nunc per insomnia, nunc per auguria, nunc alio atque alio modo sua hominibus produt. Vnde deinceps sequitur. Post hac nõ pofectus est Balaam more suo obuiam auibus, quando vidit conatus esse irritos, & linguam suam menti non posse respondere.

Hom.35.i Matthęũ. ✱ CHRYSOSTOMVS. Quid mirum si credentibus hominibus, vitam vero discordem a fide viuentibus gratias Deus impertiuit, quãdo & iis qui neutrũ tenerẽt, idẽ dedisse cognouimus? Nam & Balaam tam a recta fide quam ab optima rõne viuendi longe alienus gratia prophetiæ ditatus est, ad aliarum rerum dispositionem. Nec minus Pharaoni homini eiusdem notæ, quæ futura erant, prædixit.

b *Venit Deus, &c.* Non dicitur vtrum in somnis hoc factũ sit, quamuis per noctem factum esse constet. Postea enim dicit scriptura. Exurgens Balaam mane, &c.

Nemo glorietur, si sibi Deus loquitur. Nouit enim qũo loquendum sit cum talibus, cum loquatur etiam cum reprobis. Qui & cum per angelos loquitur.

Hom. 13. ORIG. Venit Deus & ait ad eum, &c. Potest obijci: Licet inuocet Balaam dæmones, maledicat populo, inuocati dæmones faciant quod possint: Nunquid non potest Deus defendere populum a dęmonibus, vimque eorum compescere? Quid Questio. C opus erat venire ad Balaã, vt prohiberet dæmones, ne vel tentarent lædere populum? Licet ergo omnia quæ possunt occurrere, proferenda sint, dicemus tamen quia non vult eos ante tẽpus dãnare. Sciunt enim & ipsi, quia tempus eorum hoc præsens seculum cõtinet, vnde. *Venisti ante tempus torquere nos.* Ideo diabolum non remouit a principatu huius seculi, quia opera eius necessaria sũt ad perfectionem eorum qui coronandi sunt. Sic & reliquos dæmones non vult ante tempus a proposito sui intẽtione violẽter abstrahere. Ideo non permittit eos per Balaam inuocari, ne forte inuocati destruenter ante tempus, & Deo defendente populum, perimerentur. Aliud est enim si expectat dæmon à Deo aliquem tentandum, sicut Iob, & certa distinctione potestatem accipiat, & dicatur ei: *Do tibi omnia eius in potestate, sed ipsum non contingas.* Aliud si mago exigẽte & adiuramentis quibusdam extorquente, dęmones sine vlla obseruatione desæuiant. In quo si eis libertas seruetur arbitrij, populum Dei perdẽt: si auferatur, hoc erit Deo damnasse creaturam rationalẽ, ante tempus intulisse iudicium, & impendisse omnibus, qui contra eos certantes poterant coronari. Si enim dęmonib. auferatur libertas arbitrij, nullus impugnabit athletas Christi, & nullum certamen erit, nullum præmium, nulla victoria. Sic ergo agit Deus, vt populus adhuc rudis, & qui nuper abstrahi cœperat a cultu dæmonum, dæmonibus non tradatur, & inuocanti mago responsa non deferantur, & genus dęmonum arbitrij potestate non nudetur. Ideo præuenit Deus, & Balaam inuocare dæmones prohibet, si tamẽ à cupiditate cessasset. Sed quia persistit in desiderio pecuniæ, indulgens potestati arbitrij, ire permittit, verbum tamen suum inijcit in os eius, prohibens maledictionem fieri per dæmones, vt benedictionis locum daret, & pro maledictis proferre facit benedictiones & prophetias, quæ ędificant etiam reliquas gentes. Si enim prophetiæ eius a Moyse scriptæ sunt, quanto magis ab his qui cum eo habitabant in Mesopotamia, apud quos tanquam discipulos huius artis magnificus habebatur. Ex illo fertur magorum genus & institutio in partibus orientis vigere. Quia scripta habẽtes omnia quæ Balaam prophetauerat,

Mat.8.d. †Qui sunt E Iob.1.b. F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *instrumenta diuinandi, quæ curiositas humana adinuenerat: & talia portabant nuntij, ne Balaam excusaret se ex defectu talium. Tertio modo quod illi nuntij qui erant de Madian, dixerãt ad inuicem quasi pro diuinatione: Si Balaam statim consentiat venire nobiscum, eius aduentus erit nobis vtilis, si autem differat responsionem, nihil ualebit nobis: unde quod postea subditur: Manete hic nocte, ubi subditur: Manentibus autem illis apud Balaam.* In Hebræo *habetur.* Et manserunt principes Moab apud Balaam. *quasi dicat iam recesserant maiores natu Madian, reputantes aduentum eius eis inutilem, statim cum audierunt responsionis dilationem. Per talem modum dicitur. 1.Reg.14. quia Ionathas dixit armigero suo de Philistæis. Si taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad uos, stemus in loco nostro. Si autem dixerint, ascendite ad nos, ascendamus, quia tradidit eos dominus in manibus nostris, & hoc erit nobis signum. In hoc tamen est differentia, quod* Ionathas *non dixit hoc superstitiose, sicut Madianitæ, sed ex diuino instinctu.*

1 Cumque. H*ic ponitur Balaam responsio, cum dicitur.*

2 Ille respondit: Manete hic nocte. *Erat enim propheta dæmonum, ut prædictum est. Reuelationes autem a dæmonibus quas iste quærebat, vt communiter fiunt de nocte, quia sunt spiritus tenebrarum.*

3 Et respondebo quicquid mi. di. dominus. *Dicunt hic expositores aliqui, quod dubium est de quo intelligatur hic dominus, vtrum de Deo vel dæmone, quia magi & arioli dæmonem sibi apparentem uocãt principem uel dominum, exhibendo sibi reuerentiam. Sed apud Hebręos non est dubium, quia translatio nostra hic habet dominus, in* Hebræo *habetur nomen domini tetragrãmaton, quod nõ potest intelligi nisi de Deo vero. Sed hoc uidetur contradicere prædictis, scilicet quod Balaam quærebat reuelationes à dęmone. Ad quod dicendum, quod modus est magorum maxime cupidorum, qualis erat iste Balaam, fingere coram hominibus quod reuelationes sibi fiant a Deo uero, ut sic eis magis credatur, & reportent maius lucrum.*

Magorũ mos.

4 Venit Deus. *id angelus bonus loquens in persona Dei, & ideo aliquando Deus, aliquando angelus nominatur. Venit autem iste angelus bonus non vocatus a Balaam, sed vt virtute diuina dæmonem arceret a dando responsum ipsi Balaam, & ad imponendum legem & frænum ipsi Balaam, ne faceret aliquid vel diceret contra Israel.*

5 Quid sibi volunt hoĩes, &c. *Non quærit ex ignorantia, sed vt ex responsione Balaam conuenientius prohibeat eum. unde subditur.*

6 Respondit, Balac, &c. rex, &c. *quasi dicat, propter dignitatem regiam deberem ire ad eum, quærebat enim licentiam eundi, motus cupiditate lucri.*

7 Noli ire cum eis. *ad maledicendum illi populo.*

8 Neque maledicas. *etiam de loco isto.*

9 Quia benedictus. *a Deo, a quo recepit benedictionem in patribus, vt patet Gene. 12. & in pluribus alijs locis.*

10 Prohibuit me. *Dicit Ra. Sa. quod Balaam cupidus & superbus dixit, vobiscum, fingens coram eis, quod non esset prohibitus ratione uiæ, sed rõne societatis: quia nõ erant nuntij sufficienter honorabiles ad deducendum eum: propter quod Balac misit ad eum secundo plures & honorabiliores nuntios, vt postea subditur.*

11 Rursum. *Hic describitur secunda uocatio quæ est cum effectu. Et primò describitur eius uocatio, secũdo reprehẽsio, ibi. Et iratus est Deus, tertio receptio, ibi. Quod cum audisset Balac. Circa primum dicitur.*

Diuisio.

✱ 12 Ne

rat,hoc inter cætera habebant:Quia orietur stella ex Iacob,& exurget homo ex Israel.Ideo magi nato domino agnouerũt stellã,& intellexerunt impleri prophetiam magis q̃ iudæi,qui sanctorum prophetarum vaticinia cõtempserunt. Illi ergo agnoscentes adesse tempus,venerunt & adorauerũt.Et ad magnæ fidei argumentum paruum puerũ quasi magnum regem venerati sunt.

Matt.2.a
A

a *Sic dicit Balac filius Sephor &c.* Balac exclusio vel deuoratio. In quo significatur mundi huius aliqua contraria potestas,q̃ excludere & deuorare cupit Israelem spiritualem, nec vtitur ministris nisi pontificibus & Scribis & Pharisæis.Ipsos inuitat,mercedem promittit,illi vero sicut Balaam cuncta simulant se ad domin[illegible] re-ferre,& zelo Dei agere.Dicunt enim,scrutare scripturas & vide,quia propheta à Galilæa non surgit. Et: Nos legem habemus,& secũdum legem debet mori,quia filium Dei se fecit.

† dixeris faciam.
†.inf.24.c.
Allegoricæ.
Io.7.g
Io.19.b.

a Qui cùm venissent ad Balaam,dixerunt: Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cuncteris venire ad me † paratum honorare te, * 1 & quicquid † volueris dabo tibi. Veni & maledic populo
b isti, Respondit Balaam: † Si dederit mihi Balac domum 2 suam plenam argenti & auri, non potero † immutare 3 verbum domini Dei mei, vt vel † plus vel minus loquar. Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, vt scire 4
c queam quid mihi rursum respondeat dominus. Venit ergo 5

a ¶ Vanus populus,hic significat Scribas & Pharisæos Iudæorum.

Quæst.48.
Literaliter.

b *Si dederit mihi Balac &c.* AVG. Quòd ait Balaam iterum ad se missis honoratioribus nuntijs: Si dederit mihi Balac plenã domum suam auro & argento,non potero præuaricare verbum,&c.Nullum habet omnino peccatum, sed quod sequitur graue est peccatum.Iam enim cõstans esse debuit, cũ dñs dixisset.Non ibis cum eis,&c.Nec eis spem dare, quod posset dñs tanq̃ Balaam muneris & honoribus flexus, contra populum quem benedictum dixerat suam mutare sñiam. Sed se victum cupiditate monstrauit,vbi sibi loqui dñm de hac re iterum voluit,de qua eius iam nouerat voluntatem.Quid eñ opus erat adiungere.*Et nunc sustinete ibi nocte hac,&c.*Dominus autem videns cupiditatem deuictam muneribus,permisit ire,vt iumento quo vehebatur,eius auaritiam coerceret, hoc ipso eius confundens dementiam,quod prohibitionẽ dñi per angelum factam,asina transgredi nõ auderet, quam ille cupiditate transgredi conaretur,q̃uis eandem cupiditatem timore supprimeret.Venit.n.Deus ad Balaam nocte,& ait illi:*Si uocare te venerint homines,exurge sequere eos,&c.* Et exurgẽs Balaã, strauit asinam suam,&c. Cur post istam permissionẽ † domini,iterum non consuluit,sicut post illam prohibitionem,nisi q̃a cupiditas eius apparebat,q̃uis timore premeretur. Deniq; scriptura dicit:Et iratus est animatione dominus quia ibat & insurrexit angelus domini,& cætera q̃ sequũtur,donec asina loqueretur.Nihil hic mirabilius videtur,quam quod loquente asina territus non est,sed insuper ei(velut talibus monstris assuetus) ita perseueranti respondit.Postea illi angelus loquitur,arguens eius viam, quo tamen viso exterritus adorauit. Deinde ire permissus est, ut per ipsũ prophetia proferretur. Nõ eñ oĩno pmissus est dicere quod volebat,sed quod spiritus cogebat. Ipse aũt reprob.mansit.unde:*Secuti viam Balaam filij Beor,qui mercedem iniquitatis dilexit.*

B
† dominũ
2.Petr.2.c

c *Venit ergo Deus.* Molestus est Deo Balaã, & prope extorquet permitti sibi,ut eat maledicere filijs Israel,& inuocet dæmones ad quem iam uenerat Deus.

Hom. 14. in Numeros.
Literaliter.

ORIG.Difficile est in explanatione historiæ,quomodo cũ dicatur uenisse Deus ad Balaam noctu primo,& interrogasse qui essent homines qui uenissent ad eũ,& respondisset missos esse a Balac dicente.*Veni & maledic mihi populum.* Respõdit dominus.*Non ibis cum eis,&c.* Secundò dicitur noctu uenisse & dixisse,ut iret cum eis,&c. Sed uerbum quod daret Deus in ore eius hoc loqueretur. Et tertio eunti occurrisse angelus Dei,& cætera,cui tamẽ uia eius importuna uideretur, ut eũ ẽt interficere uellet nisi asina declinasset, & tñ culpatus, quia ire voluerit,ab ipso ire permittitur,tãtum ut uerbum q̃ Deus dederit in ore eius solum proferat. Sed priusq̃ ueniamus

C

mus ad rem,dicendum quòd in Hebræorũ literis nomẽ Dei hoc,Deus vel dominus diuerse dicitur scribi.Aliter enim scribitur quicunque Deus,aliter Deus de quo dicitur: *Audi Israel, dominus Deus tuus,Deus unus est.* Iste ergo Deus Israel Deus vnus & creator omnium certo literarum signo scribitur, quod apud illos tetragrammatõ dicitur. Quando sub hoc signo scribitur, nulla dubitatio est q̃n de Deo verò dicatur. Quando verò communibus literis,incertum est an de Deo vero,an de quolibet aliorum dicatur. Aiũt ergo qui Hebręas literas legunt,Deum hic non sub signo tetragrammatici esse positum,de quo qui potest requirat.Quòd autem Deus dixit quasi interrogans,qui sunt isti homines.Quęritur cur ignorare uideatur.Et iterum quod ait.*Non maledices populum, est enim benedictus,*quasi si dixerit.Nõ maledices populum meum. Nos interim dicemus, sapientia Dei omnia ita esse disposita,ut nihil otiosum sit apud Deũ, uel bonum, uel malum. Malitiam non fecit Deus,tamen cum ab alijs inuentam prohibere possit nõ prohibet,sed cum ipsis utitur ea ad necessarias causas. Per ipsos.n.in quibus est,probat eos qui ad uirtutum gloriã tendunt.Si.n.perimeretur malitia, nõ esset qui contrairet uirtutibus. uirtus aũt si contrarium non haberet, non clarescere,nec examinatio fieret:non probata uero nec examinata, nec uirtus esset. Tolle malitiam fratrum Ioseph, & inuidiam simul perimes dispensationem Dei,& quę in Aegypto pro salute oĩum gentium gesta sunt. Si Ioseph non distrahitur,somnium Pharaonis non exponetur. Nemo intelliget quæ Deus reuelauit ei. Nemo frumenta in Aegypto congregabit, peribit Aegyptus & finitimæ regiones, & ipse israel & semẽ eius q̃rens panẽ. Aegyptum.n.nõ ingredietur,nec egrediet in mirabilib Dei.Nõ fierẽt plagę in Aegyptios,neq; uirtutes quas fecit Deus per Moysen & Aaron.Nemo mare rubrum sicco pede transibit.Non dabitur manna,nec aqua de petra,nec lex in mõte Sinai,quæ in Exodo,Leuitico,Numeris,Deuteronomio referuntur,ad humani generis scientiam non uenient, terrã promissionis nullus intrabit. Tolle regis Balac malitiã qua maledici desiderat Israelem,& astutiam, qua inuitat Balaam ad deuotandum populum,& auferes dispensationẽ Dei & prouidentiæ eius fauorem,nusq̃ erunt prophetię Balaã. Aufer malitiam Iudę & proditionem,auferes pariter & Crucem Xpi & passionẽ,nec exuũtur principat⁹, & potestates,nec triũphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors Christi,nec resurrectio eius,nec aliqs primogenitus ex mortuis, nec spes in nobis fuisset resurrectionis. Ponamus diabolũ nõ peccasse,vel peccatum malitiæ voluntatẽ pdisse, auferetur à nobis certamen aduersus astutias diaboli,nec erit corona iustitię,& uictoria legitimè certanti.Si desint obsistentes,nõ erunt agones,nec victoribus munera ponuntur. Nõ solũ ergo bonis vtitur Deus ad opus bonũ,sed etiam malis. Sũt vasa ad honorẽ, sunt ad contumeliã,utraque tñ necessaria. Sunt aũt rõnabili& liberi arbitrij,neque casu neque fortuitu unusquisque uas honoris efficitur, aut contumeliæ: si se talem præbuerit, ut electus esse mereatur,uas honoris efficiet.Qui uero pessime uiuit,fiet uas contumeliæ, nõ a cõditore,sed a semetipso causis cõtumelię datis. Non ergo tales esse conditor fecit, sed eorũ mentes sm propositũ eorum prouidentiæ suę iustitia, & ineffabili quadam ratione dispensat. Sicut in magnis urbibus, teterrimę uitę homines,ultima opera & laboriosa condemnantur operari,quę tamẽ necessaria sunt,aut fornacib. lauacri ad succẽdendos ignes deseruiũt,ut uel cõmoditate,vel delitijs pfruaris,aut cũiculos purgãt, aut hmõi faciũt,ut tibi fiat i urbe delectabilis

D
Dñs uel Deus diuersis modis scribitur.
Exod.26.
Deut.6.a.
† paratus sum
* ualde.
† transgredi
† paruum vel magnum faciam Heb.
permittit Deus malitiam fieri.
E
Gene.7.d.
Gene.41.b
Col.2.c
Col 1.c.
Deus non solũ bonis sed etiam malis vtitur ad bonum
Tim.2.e.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Ne cuncteris venire ad me. Paratum habeo honorare te, quicquid uolueris dabo tibi. *Sciebat enim Balac ipsum esse superbum & cupidum,& ideo promittit sibi honores & diuitias, ut alliciat eum ad ueniendum.*

2 Si dederit mihi Balac domum suam. *Per hoc intelligitur,quod erat cupidus talium.*

3 Non potero immutare uerbum domini. *Fuit enim coactus protestari uirtutem Dei,vt nihil posset agere vel dicere nisi quod placeret sibi.*

4 Obsecro vt hic maneatis,&c. *Quamuis enim iam prius fuisset prohibitus ire,tamen cupiditate ductus, ad huc quærebat quomodo posset ire,vt si forte dæmõ ei priuatus permitteretur sibi dare responsum de contrario.*

5 Venit ergo Deus ad Balaam nocte,& ait ei. *Exponitur sicut prius.*

* 1 Si uocare

A delectabilis habitatio. Ita Deus quidem malitiam non fecit, inuentam tñ ex propositi intentione eorũ qui declinauerũt a via recta, auferre penitus noluit, prouidens φ si esset illi inutilis qui ea vtebatur, faceret tamen vtilẽ his aduersum quos exercebatur. Ideo refugere omnino debemus, ne vnquã mali tia in nobis inueniatur. In aliis vero vincere, non eã perimere studẽdum est: qa illi, in quibus est aliquid necessarij operis, cõferunt vniuersitati. Nihil em̃ otiosũ, nihil inane apud Deum. si enim bona sit propositio hominis, vtitur ad bona: si mala, ad necessaria. Sed beatior eris si ex virtute quæ, in te est, aliqd boni huius ui tæ vniuersitas consequatur, secundum illud: *Vt sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam.* Sunt ergo necessaria luminaria huic mundo, & quid tam delectabile & tam magnificum, q̃ opus solis & lunæ a quibus illuminatur mundus. Opus est em̃ mundo, etiam angelis, qui sunt super bestias, & præsunt ani-

*vt aduersaretur ei. | *in manu eius. | Phil. 2. b.

B malium natiuitati, virgultorum, plantationumque & cætero rum incrementis, & qui præsunt operibus sanctis, qui æternę lucis intellectum, & occultorum Dei agnitionem, & rerũ diuinarum scientiam doceãt. Vide ergo ne inter angelos inueniaris, qui bestijs prę sunt, si beluinã duxeris vitam, aut inter eos qui terrenis operib. præsunt, si corporea & terrena dilexeris. Satage aũt qũo assumaris ad societatẽ Michaelis, qui orõnes sanctorum semper offert Deo. Assumeris aut in hunc numerũ vel in hoc officium, si instes semper orõni & vigiles in eo, vel officium & societatem Raphaelis, qui medicinæ p̃est, vulneratum .i. peccatis & sagittis diaboli, cum videris, adhibe curationem sermonum, & medicinam verbi Dei, vt peccati vulnera patientia sanes. Qui talia in hoc mundo agit, præbet se ut in futuro vas electionis & vtile domino, ad omne opus bonum paratum a conditore formetur, qui cõtraria gerit, vas ad contumeliã diuinæ dispensationis p̃buit. Ideo puto in diuinis voluminib. scripta esse bonorum gesta & malorum, & ex sinistris dextrisq; actib. scripturas cõtextas, et intelligamus qa apud Deum otiosa nõ sunt nec malorum nec bonorũ opera.

a [illegible] RABANVS. Balaam diuinus erat, dæmonum scilicet minister & arte magica nunquam futura prænoscens, rogatur a Balac vt maledicat Israel. Legati veniunt, diuinacula in manibus ferunt, stant attonitæ gentes & obnixè expectãtes quid responderet Balaam, quẽ dignũ diuinis credebãt colloquiis. Vide qũo sapientia Dei vas ad contumeliam pręparatum proficere fecit, non vni genti, sed toti mundo. Et huic cui solebant videri dęmones, prohibens iter mali operis ur̃ Deus. Stupescit Balaam, & miratur prohibentis autoritatem. Nõ enim solebat malũ dæmonib. displicere. Remittit legatos dicẽs, Nõ se posse facere nisi uerbũ quod Deus dederit in os eius. Redeunt legati, iterũ requirit, iterũ molestus est, iterũ cupit audire. Nõ facile cupidus mercede caret. Quid ergo audit secundo? scdo? Si te vocar̃ venerint hoĩes isti, surge & vade cũ eis. In quo

C

D voluntati cupiditatis eius cedit Deus, secũdũ illud: *Dimisit eos in desideria cordis eorum, &c.* Consilium autem diuinę dispensationis expletur. Dicitur enim ad eum. *Verbum quodcunque posue ro in ore tuo, hoc loqueris.* Si non indignus fuisset, verbum suũ domi nus nõ in ore ei* sed ĩcorde posuisset, sed quia ĩ corde eius desideriũ mercedis erat, & pecunię cupiditas, verbum domini non in corde, sed in ore ponitur. Agebatur enim mira dispensatione, vt prophetarum verba q̃ intra Israeliticam au lam continebantur, per Baalam ad gẽtes peruenirent, cum ei omnes gentes crederẽt, & nationibus secreta de Christo mysteria, & thesaurum magnum proferret, non tam corde & sensu, quàm ore & sermone.

Psal. 80. a. | †loquat. | *quod per geret ipse | *domini

a Deus ad Balaam nocte & ait: Si vocare te venerunt homines 1 isti, surge & vade cum eis, ita duntaxat, vt quod tibi † præce- b pero facias. Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profe- c ctus est cum eis. Et iratus est Deus. *Stetitq. angelus domini in 2 via † contra Balaã, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat d secum. Cernens asina angelum * stantem in via euaginato gla- 3 dio *, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm ver- 4 beraret Balaam, & vellet ad semitã reducere, stetit angelus in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur.

a Cedit Deus cupiditati, dimittit eum in desiderium cordis sui. | b Expletur consilium diuinæ dispensationis. | Missus à domino. | Qui erat extra macerias vinearum.

b *Surrexit Balaam mane & strauit, &c.* THEODORETVS. Quare cum prohibuisset illum ira, rursum abire iussit; Desiderio promissarum pecuniarum captus, denuo rogauit, an sibi cum his qui missi fuerat, abeũdũ esset, existimãs dñm Deũ poenitere potuisse, itaque permisit abire, tm̃ non dicens, Abi quidem, quoniam ita desideras, scito tamẽ te esse locuturum quæcunque statuisti.

Quæst. 41. | E

ORIGENES. Allegorice. Si videas contrariam potestatem Dei populum impugnantem, intelliges quis sit qui sedeat su p asinã. Et uideas homines qũo a dæmonibus præcipitantur, intelliges quę sit asina. Sic enim intelligis Iesum mittentem discipulos ad asinam alligatam, & ad pullum vt soluant & adducant et ipse sedeat super eã. forsitan hæc asina, id est ecclesia prius portabat blasphemiam: sed à discipulis soluta Christum portat, ut cum ipsa ingrediatur Ierusalem cęlestem. unde. *Ecce rex tuus venit tibi mitis, & sedens super subiugalem*, credentes. s. ex Iudæis, *& pullum nouellum.* s. ex gentibus credentes.

Hom. 13. | Mat. 21. a. | Zach. 9. c

c *Stetitq; angelus domini.* Qui aderat scilicet filiis Israel, de quo scriptum est. Angelus meus ibit tecum.

THEODORET. Quare cum proficisci iussisset, perterret illum per Angelum? Perterret illum tam asini uoce preter naturam emissa, quam Angeli uisione ut cognoscat quantã populi curam Deus gerat. Aiunt nõnulli Angelum illũ esse Michaelem qui populo præerat. At dicat aliquis quam uim habebat uatis maledictio inuito domino. Nullam quidem. Verũ quia propter iniquitatem continuam populus percutiebatur plagis a Deo immissis, ad illorum imbecillitatem dispensauit Dominus, quæ per Balaam gesta sunt, Nam ut a Deo eruditi non putarent propter maledictiones uatis calamitates euenire, non permisit uatem maledictionibus uti, amputatis hoc modo stultorum occasionibus.

Exo. 32. g. | Quæst. 42.

d *Cernens asina angelum stantem.* Magus dæmones uidet, asina angelũ, non φ sit digna uidere sicut nec loqui, sed ut confundatur Balaam, unde mutum animal arguit prophetę dementiã.

In pastorali 3. par. admonitione 13.

F

GREG. Balaã peruenire ad propositũ tendit, sed eius uotũ animal quentibus.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si uocare te uenerunt homines isti, surge & uade, &c. *Dicunt aliqui quod hoc fuit dictum ironice ab angelo, sed Balaam, accepit hoc tanquam dictum seriose, & propter hoc angelus stetit in uia contra eum tenens gladium euaginatum, ut postea subditur. Alij autem dicunt, quod verbum angeli licet fuerit seriose dictũ, non tamen fuit præceptum, nec concessio simpliciter, sed permissio quæ aliquando fit a Deo de malis, vt eliciantur inde bona. Quia secundum quod dicit August. in enchiridio: Deus adeo est omnipotens & bonus, quod nõ sineret mala fieri, nisi inde eliceret maiora bona, & sic factum est in proposito. Permisit enim ire Balaam, satisfaciens eius cupiditati, & tamen iter illud quod faciebat intentione nocendi populo Israel, Deus conuertit in bonum, scilicet commendationem populi Israel, & ad Dei gloriam, vt patebit in sequenti-*

August. φ Deus non permittit malum nisi propter bonum.

2 Et iratus est Deus. Stetitque angelus domini, &c. H*ic ponitur ipsius Balaam reprehensio, quia ibat intentione peruersa, ut dictum est, quæ non potest abscondi a Deo, licet ab hominibus abscondatur, ideo dicitur:* Et iratus est Deus, *propter eius peruersam intentionem. Vel secundum alios, quia verbum ironice dictum acceperat vt seriosum.*

3 Cernens asina angelum stantem. *Apparebat enim in specie humana, quem Balaam tamen non videbat, quia in potestate angeli sic apparentis, est, facere quod sic uideatur ab Vno & ab alio. Hoc autem factum est, ut præsumptio Balaam cõfutaretur etiam per animal brutum, secundum quod dicit Be. Petrus secundæ canonicæ 2. c. Subiugale mutum, hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam.*

4 Auertit. *timore angeli.*

✠ 1 Attriuit

MORALITER.

✠ 3 *Cernens asina angelum stantem in uia.* Per hoc autem quod asina quæ est animal stolidum, uidit angelum quẽ Balaã reputatus sapiẽs non uidebat, significatur, quod diuina secreta frequenter hominibus de seculari sapientia præsumentib. abscõduntur, & illiteratis atq; simplicibus reuelantur. Matth. 10. d. *Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.*

MORA-

animal cui præsidebat, præpediri, quia angelum asina vidit, quem humana mens non videt. Plerunque caro per molestias † tarda flagello suo menti indicat Deum, quem mens carni præsidens non videbat: Ita ut anxietate spiritus proficere in hoc mundo cupientes, velociter tendentes impediat, donec inuisibile quod sibi obuiat, innotescat.

sed discipuli eius soluunt asinam, ita hic non ab ipso Deo, sed ab angelo aperitur os asinæ. Et sicut in euangelio, qui non videt, arguunt loquentes. Unde: *Pater gratias tibi ago, quoniam abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis.* Scribæ igitur & Pharisæi sedebant super asinam, & terebant eam vinctam. Ipsis ergo irascitur angelus, & nisi quodam futurorum prospectu illos peremisset, asinam seruaslet, quæ vidit & reuerita est eum, qui venit ad vineam, & stat inter ruinas. Comprehendit tamen pedes sedentis super te in maceria. Ideo fortè non potest ambulare ille, sed contra antiquos; nec venire ad eum qui dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.* Asina tamen venit adducta a discipulis, & cui tunc insidebat Balaam mercedis cupidus, nunc sedet Iesus. Ne miretur si eum quem diximus scribas & doctores populi significare, videas de Christo prophetare Caiphas enim ait: *Expedit enim vobis, vt vnus moriatur homo pro populo.* Sed iniquit, quod *fuerat pontifex anni illius prophetauit.* Nemo ergo extollatur si prophetet, si præscientiam mereatur, quia prophetiæ destruentur, linguæ cessabunt, scientia destruetur, permanent autem fides, spes & charitas, maior autem his charitas, quæ sola nunquam cadit.

Moraliter. Vnde bene per Petrum dicitur: *Correptionem habuit suæ vesaniæ subiugale mutum, quod hominis voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam.* Insanus quippe homo a subiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debeat, ab afflicta carne memoratur. Sed huius correptionis bonum Balaam non obtinuit, quia ad maledicendum pergens vocem non mentem mutauit.

a Quem videns asina, iunxit se parieti, & † attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam, & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit. Cumque vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis. Qui iratus, vehementius cædebat fuste latera eius. † Aperuitque dominus os asinæ, & locuta est: Quid feci tibi? Cur percutis me, ecce iam tertio? Respondit Balaam: Quia commeruisti, & illusisti mihi. Vtinam haberem gladium † vt te percuterem. Dixit asina. Nonne † animal tuum sum, cui semper insidere consueuisti vsque in præsentem diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi? At ille ait: Nunquam. Protinus aperuit dominus oculos Balaam, & vidit angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitque eum pronus in terram. Cui angelus: Cur, inquit, tertio † verberas asinam tuam? Ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est uia tua, mihique contraria. Et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. Dixit Balaam: Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: Et nunc si displicet tibi vt uadam, reuertar. Ait angelus: Vade cum istis, & caue ne aliud quam quod † præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cum audisset Balac, egressus est in occursum eius in † oppido Moabitarum,

a ¶ Fideles scilicet stultos innocentes.

a Parieti, Id est, maceriæ illius vineæ, in qua non erat angelus, quoniam ab alia parte erat in sulcis vinearum, iuxta septuaginta.

b Ad locum. Non iam in sulcis vinearum, sed inter ipsas macerias, id est in via obstitit, vt non posset ad dexteram neque ad sinistram ire.

c *Concidit sub, & cetera.* Quia asina non iuit retro, in partem non declinauit, quia non ab altera parte terrebatur, sed in media via in angusto erat angelus.

d *Aperuitque.* Vt arguatur per eam Balaam, & mutæ pecudis vocibus confutetur, qui diuinus videbatur & sapiens.

Allegorice. e *Et locuta est.* ISIDORVS. Asina cui Balaam insidet, angelum videt & loquitur, Id est bruta Gentilitas, quam quondam Balaam, id est seductor idololatriæ quasi brutum animal & nulla ratione renitens, quo voluit errore subtrauit, sed ista angelum vidit quem homo videre non potuit, & vidit & detulit & locuta est vt agnosceremus sub aduentu magni angeli illam Gentilem plebem mutata duritie stoliditatisque natura solutis Deo linguis locuturam.

Homi. 14. ORIG. Asina cui Balaam insidebat (quia scriptura dicit: Homines & iumenta saluabis domine) pars credentium potest intelligi, quæ pro stultitia vel innocentia animalibus comparabitur. Vnde. *Non multi sapientes, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes.* Hi ergo a pessimis dominis scribis & Pharisæis subiecti tenebantur & vincti, sed a domino soluuntur, non quidem per ipsum, sed per discipulos eius. Vnde: *Ite in vicum qui est contra vos, & inuenietis asinam alligatam, & c.* Sicut ergo in euangelio non ipse dominus sed

f *Respondit.* Nimirum tanta cupiditate plenus ferebatur, vt nec tanti monstri miraculo terreretur, & responderit quasi ad hominem loquens, cum Deus non asinæ animam in rationalem naturam vertisset. Sed quod illi placuerat ex illa sonare fecisset ad illius vesaniam cohibendam. Illud forte præfigurans. *Quia stulta mundi elegit Deus, ut confunderet sapientes* pro spirituali & vero Israel.

g *Euaginato gladio.* PROCOPIVS. Quod spectatur, speciem quandam rerum habet, re vera tamen nihil est, non enim gladius angelis est, nec ferrum in cœlo, omnia vero plena sunt terroris ei qui metu indiget, etiam vox ipsa asinæ. Porro ipsa visio auditione multo horribilior irrogatur ei qui spectaturus erat Angelum, non eo fine vt metu sui iter intercluderet, cum ipsum ei esset concessum, verum vt ab insidiis contra quemcunque prætextum abstraheret.

h *Et nisi asina declinasset, & c.* IDEM. Obedientia eius tibi salus fuit. Ita petit quicquid Deo est aduersum, quemadmodum tenebræ a luce.

i *Peccaui, nesciens, & c.* IDEM. Quod & verum fatetur, cum [illegible]

Margin: † tacta. — Matt. 11. — 2. Pet. 2. c — † Coarctauit ipsius Balaam. — † 2. Pe. 2. c. — † comuertisti &. — † nunc occidere te. — † asina tua. — Mat. 21. d. — † verbasti — dans locum resistenti — Io. 11. f. — † loquutus fuero. — † ciuitate — 1. Cor. 13. d — Ps. 35. b. — 1. Cor. 1. d — Matt. 21. a. — 1. Cor. 1. d

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Attriuit sedentis pedem. *Declinando quantum poterat ab angelo qui stabat versus partem alterius muri.*

2 Concidit sub pedibus seden. *Timore angeli quem non poterat declinare.*

3 Aperuitque dominus os asinæ. *Non est intelligendum, quod asina illa verba intelligeret, uel forma[illegible] quia verba rationabilia non intelliguntur, uel formantur, nisi ab habente intellectum, & ideo illa verba fuerunt formata virtute angeli mouentis linguam asinæ ad prolationem uerborum in confusionem ipsius Balaam, vt prædictum est.*

4 Respondit Balaam. *Erat enim assuetus videre demones sibi apparentes in specie animalium & secum loquentes, ideo ad uocem asinæ non expauit, nec admiratus fuit.*

5 Protinus aperuit dominus oculos Balaam. *Licet enim essent aperti ad uidendum alia, non tamen ad visionem angeli, ratione prædicta.*

6 Adorauitque eum. *Timore correptus.*

7 Cur inquit tertio, & c. *Cum tamen magis deberes gratus esse, eo quod declinauit gladium meum.*

8 Ego veni vt aduersarer tibi. *Dicunt enim aliqui & probabiliter quod hic erat angelus qui præerat exercitui Israel, ideo dixit.*

9 Peruersa est via tua, mihique contraria. *& sequitur.*

10 Dixit Balaam. *Timore ductus.*

11 Et nunc si displicet tibi. *Sciebat enim dictum angeli [illegible] eius esse contrarium, sed cupiditate lucri quærebat licentiam eundi.*

12 Ait angelus. Vade cum illis, & c. *Exponatur sicut prius, hoc esse dictum ironice secundum aliquos, vel permissiue secundum alios.*

13 Quod cum audisset Balac. *Hic describitur receptio ipsius Balaam honorifica, cum dicitur.*

14 Egressus est in occursum eius. *Ad faciendum sibi reuerentiam.*

15 In oppido Moabitarum. quod situm est in extremis finibus. *Quia filij Israel non intrauerunt terminos Moab, ut dictum est cap. præcedenti. Sequitur.*

6 Ado- V

ritatis indictus esset hostis; se ex nudis verbis ad se factis, non agnouisse Deum testatur, qua propter Angeli visio necessaria erat.

a *Ecce adsum; Nunquid aliud loqui potero nisi quod Deus, & cętera.* ORIGENES. Balaam in scripturis nunc vituperabilis, nunc laudabilis ponitur. Iā vituperabilis est cum prohibitus a Deo venire ad regem pertiit vt veniat, & mercedis cupidus iterum consulit Deum donec relinquatur cupiditatibus suis, & erat in voluntatibus suis. Culpabilis est cū ędificat aras, victimas imponit dæmoniis, & apparatu magicō diuina consulta posscit, cum consilium dat pessimū quo populus decipiatur. Laudabilis ostēditur, cum verbū Dei ponitur in ore eius, cū spiritus Dei super eum fit, cū de Xpo pphetauit, cum Iudæis & gentibus de aduentu Christi mysteria futura prænuntiat, cum pro maledictionis populo benedicit, & nomen Israel super visibilem gloriam mysticis extollit eloquiis. Difficile est ergo definire, & personam eius statuere, cui nō solū cōueniat ista diuersitas, sed et illud quod ipse de se velut prophetans dicit. *Moriatur anima mea inter animas iustorum & fiat semen meum sicut semen iustorum.* Per Micheam quoque dicitur *Populus meus, memento quid cogitauerit aduersum te Balac rex Moab, & quid ei Balaam filius Beor responderit, a funiculis usque Galgal, ut cognosceretur iustitia domini.* Ostēdit ergo quia per hęc iustitia domini cognosceretur. Ideo omnia illa respondit Balaam filius Beor de rege Balac quæ scripta referuntur. Quis putas, inuenietur, qui possit ex ipsis responsis Balaam ostendere, quod Dei iustitia manifestetur in illis. Si enim Dei sermo positus est in ore eius, & spiritus Dei factus est super eum & iustitia Dei ex responsis eius cognoscitur, quæ ab eo dicuntur prophetica & diuina esse credenda sunt, quamuis difficile inueniatur, quia factus est spiritus Dei super aliquem prophetarum. Sed aut visio quam videt, aut assumptio verbi Dei, aut verbum Dei factum est ad illum, vel illum, & alia quædam de prophetis legimus, sed factum esse spiritum Dei super aliquem prophetarum, me legisse non memini. De Dauid autem ita scriptum est. *Et apparuit vel illuxit spiritus Dei super Dauid ab illa die*, & deinceps, non tamen factus est spiritus Dei super Dauid. De Saul verò ita scriptum. *Decidit spiritus domini super te, & prophetabis cum ijsis, & conuerteris in uirum alterum.* Item de eodem. *Spiritus domini discessit a Saul, & stupefecit eum spiritus malignus a domino.* Item. *Factum est cum esset spiritus malus in Saul, assumpsit Dauid psalterium, & psallebat: & erat ei bonum; & discedebat ab eo spiritus malignus.* Mirum ergo videri potest quod scriptum est: *Factus est spiritus domini super eum.* In Phariseorum ergo & scribarum persona, eisque similium Balaam explicare conabimur. Ex Mesopotamia, inquit, vocauit me Balac rex Moab ex montibus orientis &c. Mesopotamiam dicit terram quæ inter flumina Babyloniæ iacebat, de quib. dicitur: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Si quis ergo inter flumina Babylonis fuerit, si quis reumatibus libidinis inundatur, & luxuriæ æstibus circumluitur, non dicitur stare sed sedere. Vnde. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Sed nec flere possunt, nisi prius recordari Sion. Bonorum namque non recordatio malorum causas lamentabiles facit. Nisi enim quis recordetur Sion, nisi legem Dei & scripturarum montes aspiciat, mala sua flere non incipit. Ex his ergo fluminibus uocatur Balaam, & ab his montibus orientis inuitatur. Montes isti non sunt montes sancti de quibus dicitur. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Et alibi. *Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui.* Sed de quibus dicitur. *Montes tenebrosi, & cętera.* Et alibi. *Mons tenebrose.* Et iterum. *Ecce ego ad te mons corrupte.* Isti sunt montes in quibus est omnis altitudo, extollens se aduersus scientiam Dei. Ab his montibus vocatur Balaam. Quales sunt montes, talem habent orientem, habent enim ortum luminis sui. Ille qui conuertit se sicut angelum lucis, habet illam lucem de qua dicitur. *Lux impiorum extinguetur.* Et sicut lux impiorum, & quæ conuertit se sicut angelum lucis, contraria est illi luci quæ dicebat. *Ego sum lux mundi.* Ita & iste oriens contrarius est illi de quo dictum est. *Ecce vir, oriens nomen eius.* Ex illius ergo, non huius orientis finibus, veniebat Balaam illuminatus ab illo lucifero de quo dicitur. Et quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur.

b *Duxit eum ad excelsa Baal.* ✻ PROCOPIUS. Impiorum sacrificiorum locus, machinationibus contra Israelem destinatur, argumento imbecillitatis demonum, multitudinis victimarum, & technæ Balaami qui tot tantaque gesserat. Nulla enim uis contra dominum. Quin & sacris se iungit Balac, simulque operatur, quo infirmitas ea fit euidentior.

Margin: Hom. 15. Literaliter. — † vere quia nequeam te honorare. — Mich. 6.b. — De hoc cum ex iniuncto. — 1. Re. 16.c — 1. Re. 10.b — 1. Re. 16.c — Ibid. — Ps. 136.a — Balaā vocatur a flu minibus. — Ps. 136.a — Balaam a montibus orientis. — Ps. 86.a. — Ps. 124.a — Esa. 13.a — Mich. 4.c. — Hie. 51.c. — 2. Co. 11.b — Iob. 18.a. — Ioh 8.a. — Zach. 6.c. — Esa. 14.c.

quod situm est in extremis finibus Arnon. Dixitq. ad Balaam: Misi nuntios vt vocarent te: Cur non statim venisti ad me? An † quia mercedem aduentui tuo reddere non a queo? Cui ille respondit: Ecce adsum. Nunquid aliud loqui potero, nisi quod Deus posuerit in ore meo. [1] Perrexerunt ergo simul & venerunt in vrbem, quæ in extremis regni eius finibus erat. Cumque occidisset Balac boues & [2] oues, misit ad Balaam & principes, qui cum eo erant, [3] munera. Mane autem facto [4] duxit eum ad excelsa Baal, [5] & b intuitus est extremam partem populi. [6]

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Nunquid aliud loqui potero. *Hic coactus est confiteri diuinam virtutem sicut & infra cogitur benedicere populo Israel, cuius tamen exterminium desiderabat, ut parebit infra per consilium quod dedit contra eum.*

2 Cumque occidisset Balac boues & oues. *Ad faciendum grande conuiuium.*

3 Misit ad Balaam & principes, &c. *Supra dicitur, quod habebat tātum duos pueros secum, & ideo principes qui hic nominantur, erant illi quos miserat Balac, quibus misit munera pro labore viæ, & quia fecerāt illud quod primi nuntii non poterant facere. Aliter exponitur quod non misit munera nisi ad Balaam, misit tamen principes cum muneribus illis ut essent gratiosiora.*

4 Mane autem facto. *Scilicet post quietem noctis.*

5 Duxit eum ad excelsa Baal. *Id est ad montem, ubi colebatur idolum nomine Baal. Secundum quod dicitur in Scholastica historia, Idola ortum habuerūt a Belo rege Assyriorum, quo mortuo filius eius Ninus, qui Niniuem condidit, in consolationem suam de morte patris fecit idolum, ei tantam reuerentia exhibens, ut parceret seruis suis peccantibus quando ad idolum refugiebant, & inde cœperunt idola in alijs locis honorari & coli, & sicut inde est tracta idololatria ad alia loca, sic & denominatio quia sicut Assyrij illud idolum uocauerunt Belum, ita Babylonij idolum suum vocauerunt Bel: alij populi Beel, alij Bael, alij Baalim, alij Beelphegor ex compositione alterius nominis cum eo. Iudęi vocabant idola Beelzebub, id est Deus muscarū, eo quod ex sacrificijs ibi factis muscæ congregabantur, & hoc dicebant in contemptum idolatrię, quia apud eos tantum remanserat cultus unius Dei, & secundum hoc dicebāt de Christo.* In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. *Dicebant enim principem dæmonum in idolis dare responsa, & propter hoc nominabant ipsum nomine idoli. Ductus est autem illuc Balaā, quia erat ariolus & magus & cultor dæmonum.*

6 Et intuitus est extremam partem populi. *Id est, totum exercitum usque ad extremā partem. Quod patet ex hoc quod dicitur sequenti capitulo, ubi dicitur, quod inde duxit eū ad alium locum, unde posset partem Israelis videre, & non totum.* Ex quo concluditur, quod de hoc loco uidebat totum exercitum israel.

Margin: Idola unde orta.

CAP.

CAP. XXIII.

a Donec vadam,&c. ✠ PROCOPIVS. Dæmones sibi familiares consulit, augurijs enim vti cōsueuerat. Verum eorum nulli comparere est permissum. Venit autem nūtius Dei, q nihil quidē dixit, qui in eo q dictur' esset, operatus est. Dixit igitur, pro operatus est, ponitur: nō enim verba illi facta sunt, sed animus apparatus est.

b *Dominus autem posuit,&c.* ✠ IDEM. Metu enim apparitionū adornatus fuerat, nec mirum sane, cum & asina spiritus illius efficaciam recepisset, quamuis ignoraret q dicerentur. Deus em ex lapidibus quoque vocem suscitat, iuxta illud, *Quod si tacuerint, lapides clamabunt.*

c *Assumptaque parabola.* ✠ IDEM. Hoc modo sapientem sermonem vocare scriptura solet, iuxta illud, *Aperiam in parabolis os meum.* Dicit autem ea quæ Israelitarum audire maxime intererat, quæ in prouerbium erāt abitura.

Ps.77.

d *De Aram adduxit me.* ✠ GREG. NYSSENVS. Alii de Syria accersiit me. Cumque superius diceret, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, Euphratem dicunt flumen hoc appellari. LXX. De Mesopotamia, quæ fluminibus Babylo niæ abluitur. Vnde: *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordare. Sion.*

Ex Catena Græca. Ps.13.a.

e *Veni inquit.* ORIGEN. *Veni*, inquit, *& maledic mihi* Iacob. In Latinis sermonibus pene superflua videtur esse repetitio, sed in Græcis sub nomine Israel est præpositionis adiectio I. super maledic mihi Israel, vt maiori intentione maledictū in Israel quàm in Iacob videretur exposcere: dum enim quis tantum Iacob est, id est in operibus positus interioribus, maledictionibus impugnatur: vbi autem profecerit, & interiorem hominem ad vidēdum Deū exacuerit, supermaledictis .i. vehemētioribus maledictorum iaculis impugnatur, & tūc qdem os Balaam maledictione & amaritudine plenū erat, & sub lingua ei' labor & dolor, & sedebat in insidiis cum diuitibus: expectabat mercedem a rege, vt in occultis interficeret innocentes. Sed Deus, qui facit mirabilia solus ex inimicis operatur salutem. Iniecit enim verbum in os eius, quamuis nondum cor eius posset capere verbū Dei, adhuc enim erat in corde eius mercedis cupiditas. Vnde post verbum Dei quod habebat in ore, dicebat ad Balac: Veni, & dabo tibi cōsilium, &c. Non enim in corde sed in ore tantum habuit verbum Dei. Ideoq; dicit verbum Dei positum in ore eius.

Hom. 15. Ps.9.a.

11 f *Quomodo maledicā.* ORIG. Alia litera. Quomodo maledicam quem non maledicet dominus? Aut quid supermaledicam quem non supermaledicet Deus? Iacob non maledicit dominus, nec Israel, sed ali cui putas maledicit? Ad serpentem dicit. *Maledictus tu in omnib. bestijs terræ*, & ad Adam. *Maledicta terra in operibus tuis*, & ad Cain: *Maledicta terra quæ aperuit os suum, ut reciperet sanguinem fratris tui, &c.* Dicturus quoque est his qui a sinistris eius erunt: *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Et cum dicit. *Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ*, & huiusmodi, videtur maledictis arguere. Quid est ergo quod Apostolus dicit. *Benedicite & nolite maledicere.* Quod ab hominib. non vult fieri, ipse facit, qui exēplum vitę

Vbi supra. Gene. 3.c. Ibid. c. Ibid. 4.b. Matt.25.d Ibid. 23.b. Ro.12.e. Quomodo Deus maledicat

CAP. XXIII.

1 DIXITQVE Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem 2 vitulos, eiusdemque numeri arietes. Cūq. fecisset iuxta sermonem Balaam, † imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. 3 Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper iuxta holocaustum tuum, 4 a donec vadam, si forte occurrat mihi dominus, & quodcunq. † imperauerit, loquar tibi. 5 Cumq. abiisset † velociter, occurrit 6 ei Deus: Locutusq. est ad eū Balaā: Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulū & arietem desuper. b Dominus autem posuit verbū in ore eius, & ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum 7 suum, & omnes principes Moabitarum, c assumptaque parabola sua, dixit: 8 d De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de mōtibus orientis. 9 e Veni, inquit, & maledic * Iacob, properа & detestare Israel. 10 † Quomodo maledicam,

a ¶ In quibus est omnis altitudo extollens se contra scientiam Dei. b ¶ Diaboli, lucifer scilicet qui mane oriebatur. ¶ Actiuis. ¶ Alii super maledic. ¶ Contemplatiuis.

† obtulit Balac & Balaam. † ostenderit. † solus aus silens. * propter meipsum †Cur

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIII.

1 DIxitque Balaam *Hic describitur ipsius Balaam ad maledicendum conatus. Et diuiditur in tres partes, secūdū quod ter conatus est ad hoc, secunda ibi.* Dixit ergo Balac, *tertia ibi.* Dixitq; Balac. *Circa primū igitur maledicere populo conatur per sacrificia dęmonibus oblata, cum dicitur.*

Diuisio.

2 Aedifica mihi,&c. *In ueneratione septem planetarum, quos colebant idolatræ, & potissimè illi qui erant astrologia imbuti, quantum ad hoc quod omnia quæ aguntur in humanis actionibus deriuantur a stellis, de quibus erat iste Balaam.*

3 Dixitque Balaam ad Balac,&c. *Hic enim ritus obseruabatur in sacrificijs idolorum.*

4 Donec vadam. *Licet nominet hic nomen domini, intendebat tamē habere reuelationem a dæmone quomodo procederet in populi Israelis maledictione: quærebat enim tunc augurium, vt habetur in principio sequentis capituli, quod non dicitur reuelatio a Deo, sed a diabolo. Sciendum etiam quod recedebat a societate aliorum quærens augurium: tum quia dęmones communiter apparent magis in tenebris, & in solitudine, quam in luce vel societate, quia sunt spiritus tenebrarum, & per pacta occulta & priuata, & non per signa publicę iustitiæ faciunt quod faciunt, tum quia apparitio quę apparet cultoribus suis communiter fit per abstractionem a sensibus, & cum aliqua horribili passione corporis, & hoc fit Dei prouidentia, vt prophetæ dęmonum a prophetis Dei etiam per exteriora signa distinguantur, in quibus talis passio horribilis non fit. Propter quod Balaam quęrebat a turba segregari, quando quærebat augurium, vt libentius dæmon ei appareret, & vt aliqua passio horribilis sibi coram alijs non accideret, propter quam ab eis contemneretur, consequenter a tali augurio impeditur cum dicitur.*

Auguriū in tenebris.

5 Cumq; abiisset velociter. *Ad quærendum dęmonis respōsum, qualiter posset maledicere populum Israel.*

6 Occurit illi Deus. *Impediens prędictum responsum, & ponens in ore Balaam contrarium, unde sequitur postea.*

7 Assumptaque parabola sua. *Parabola dicitur quando vnum verbum pro alio ponitur, & hoc modo dicitur hic parabola, quia quęrebat uerba maledictionis, & posita fuerunt in ore eius uerba benedictionis. Dicitur etiam parabola, quia parabolicè & similitudines loquebatur, ut patet in sequentibus.*

Parabola.

8 De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, &c. *Cum magno labore & sumptibus; & causam uocationis subditi.*

9 Veni, inquit, & maledic Iacob. *Imprecando ei malum pęnę.*

10 Propera & detestare Israel. *Imprecando ei malum culpæ, vt sic dominus qui est protector eius, ab eo recedat.*

11 Quomodo maledicam,&c. *q.d. prędicta facta sunt frustra, quia prohibitus sum a Deo, cui non possum resistere.*

MORALITER.

✠ 1 *Dixitq; Balaam,&c.* Per Balac & Balaam qui per diuersos modos & vias quærebant malum populo Israel cōtra domini voluntatem Balac inducendo, Balaam exequēdo, significantur illi qui diuersis vijs malum innocentibus machinantur, sed dño disponente malū super eos reuertitur, sicut Balac & Balaam occasione huius mali per filios Israel fuerūt occisi, vt habetur infra. Simile vero huius habetur 2. Reg. 16. & 17 Nam Achitofel & Abialom quęrebāt mortem Dauid, & dño disponente Dauid saluatus fuit, & Achitofel manu propria se suspendit, & Absalō capillis proprijs in quercu suspēsus, à Ioab principe militiæ fuit occisus. Similiter diabolus mortē Christi procurans, per hoc dominus fuit etiam spoliatus. Ps. 9. c. *Infixę sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.*

vitæ hominibus ponit. Non ita est. Deus enim cũ maledicit, meritum designat eius cui maledicitur, & sententiã promit, vt pote quem non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo aũt qui hæc non põt scire, neq; propositum mentemque alterius agnoscere, si dicentis vel sententiã pro mentis intuitu proferat maledictũ, non potest esse iusta maledicendi causa, vbi peccantis ignoratur affectus, & maxime maledicta profert, cum conuitiis atque iniuriis prouocatur. Quod vitium resecat Apostolus, ne maledict. maledicta, & conuitiis conuitia prouocemus, præcipiẽs vt benedicamus & nõ maledicamus, nõ quod iudicãdi veritas quæ homines non latet, & ponuntiandi autoritas perimatur.

a *Cui maledixerit Deus*. Qui tantum meritum designat eius cui maledicitur, & sententiam promit, quem non qualitas peccati, nec fallit affectus peccantis. Homo autem neutrum nouit, & sæpe conuitiis aut iniuriis prouocatus maledicit. Ideo dicit Apostolus: *Benedicite & nolite maledicere*, vt conuitiandi vitium resecetur.

b *De summis, &c.* Quasi ideo non debet maledici, quia alta & cælestis eius uita. Nemo intelligit eam, nisi ad eminentem scientiam ascenderit.

✠ RVPERTVS. Parabolica dictio ab eo incipitur, quod ait, de summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo eũ. Nam quod præmisit, quomodo maledicã, &c. Nudus & manifestus est veritatis sensus. Nemo quip pe maledicere aut detestari efficaciter potest eũ, cui a domino benedictio data est. Igitur de summis silicibus videbo eum cum dicit, patres excellos, patriarchas summos, intellige istius populi patres, non tã carnis q̃ fidei. De illorum silicum & collium altitudine, dignitatem illius populi contemplare. Nunquam enim melius intelligis, quid amplius Iudęo q̃ gẽtili. Cũ dicis cũ Apostolo, quia horũ est adoptio, & testamentum & gloria & legislatio & obsequium & promissa, & eorum patres, ex quibus sm carnem Christus. Profecto de summis silicib. vidisti, de collibus hunc populũ gloriosum considerasti. *Populus*, inquit, *solus habitabit & inter gentes non reputabitur.* Abraham, inquit, & filii eius, filii, inquam, non carnis, sed promissionis, solus habitabit, solus singularis erit occultor vni⁹ Dei, populus vnius principis, corpus vnius capitis, solus, inquã, habitabit, solus benedictionem hæreditate possidebit. Quamuis de cunctis gentibus colligendi sint in vnum qui dispersi fuerant filii Israel, iam post sui benedictionem, inter gentes non reputabuntur.

ORIG. Alia litera. De verticibus montium intuebor eum, & a collib. intelligam eum. Quasi quia in excelsis collibus & altis montibus positus est Israel, id est in alta & ardua vita, ad quam intuendam & intelligendam nemo sit idoneus, nisi ascendat ad eminentem scientiã. Nõ ideo ei maledicit Deus, quia eius vita præcelsa, non humilis & deiecta. Quod non de carnali Israel dici videtur, sed de illo cuius super terram ambulantis cõuersatio est in cælis. Aut si ẽt ad illum populũ hæc referuntur, recte intuebor & intelligam dicitur, vt tempus futurum significetur, quo omnis israel ad fidem Christi veniẽs saluabitur. Et à montibus & ab his collibus intuebitur, id est qui excelsam & cælestem vitam consurgentes cum Christo exercuerint super terram.

c *Vide, &c.* Actus iacob, id est actiuorum videntur. Contẽplatio israel, id est contẽplatiuorum tm̃ intelligitur. Vel in futura resurrectione Iacob videbitur, id est corpus Israel intelligitur, id est resurgentium anima spiritus.

d *Populus solus.* Quia non est permissus cæteris hominib. nec inter cæteras gẽtes reputatus, certis nobilitatus priuilegiis, obseruationibus & legitimis suis, sicut tribus Leui non est permista cæteris.

[Margin: A; † quartam partem.; Rom. 12. c; B; Libr. 2. in Numeros c. 18.; Vbi sup.; C; Philip. 3. d; D; Vbi sup. Tropologi.; Heb. 12. e; Rom. 11. c; E; Vbi supra; Gen. 15. b; Ps. 146. a; Baruch 3. d.; Rom. 2. d.; Sap. 1. c; 2. Re. c. 24. b; Vbi sup.; F; Rom. 11. d; Rom. 6. a]

a cui non maledixerit Deus? Qua ratione detester, quem dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus cõsiderabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse † numerũ stirpis Israel: Moriatur anima mea

a ¶ Nullus scilicet nisi qui numerat multitudinem stellarum, & omnia in mensura & pondere & numero produxit. ¶ Semen innumerabile.

*Populus solus habitabit, &c.* ORIGENES. Spiritalis Iacob & Israel vere solus habitat in gentibus. Si enim accessimus ad Sion montem & ciuitatem Dei Ierusalem celestem, & venimus ad spiritalem Iudæã quæ est portio Dei, & in terris positi ibi cõuersamur, vere nõ reputamur inter ceteras gentes, nec eorum fines nostris admiscentur, ẽt si restituatur Sodoma in antiquũ statum & Aegyptus, & si quid aliud tale in prophetis scriptum est: Veruntñ iacob & spiritalis israel, cum ad ecclesiam primitiuorum ascenderint, nullus æquabitur vel miscebitur. Nisi.n. insertus fuerit ramis oleastri, & socius factus radicis & pinguedinis oliuæ, quõ potest sociari iacob vel Israel? Cum sine radice ista neq; Iacob põt quisq̃ vocari, nec Israel. Neq; ergo, ex Iacob vel israel. si quis peccat, Iacob dici vel israel põt. Neque ex gẽtibus, si quis ingressus fuerit ecclesiam domini, inter gẽtes vltra reputabitur.

e *Quis dinumerare.* IDEM. Alia litera. Quis inuestigauit semen Iacob, & quid dinumerauit plebem Israel, &c. Simile est hoc illi quod dixit dñs Abrahæ: *Respice ad cælum & dinumera stellas* [illegible] *Sic erit semen tuum. Et credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Si Abraham aut quilibet hominũ vel etiam angelorũ, fortassis & superiorũ virtutũ, non potest numerare stellas nec semẽ Abrahę, quia dictũ est, *Sic erit semẽ tuũ.* Deus autẽ (*qui numerat multitudinem stellarũ, & oib. eis nomina vocat.* Et qui dixit. *Ego stellis omnibus mandaui*) põt inuestigare semen Iacob, & dinumerare puluerem Ipse.n. solus scit quis vere sit Iacob, & quis uere Israel. Non enim respicit Iudæum in manifesto, nec circũcisionẽ in carne, sed qui in occulto est Iudæus, & corde circũcisus. Ipse ergo solus qui dinumerare põt & inuestigare qui sm incomprehensibilem sapiẽtiam ad illã cælestem formã, quã ipse solus scire potest, posuit etiam istos numeros quos habemus in manib. in quib. præcepit, vt secundũ cognationes suas & domos familiarũ ex nomine oẽs masculi per capita numerẽtur a 20. annis & supra, omnis qui ingreditur in virtute, & colligitur eorũ quidã sacratus numerus, tunc. s. sacratus & placitus Deo, cũ ipso præcipiẽte numeratur. Si aũt contra præceptũ domini voluerit quis numerare licet ille Dauid sit, licet magnus propheta, contra legem agit, & arguitur per prophetam, & patitur illa quæ in secundo libro Regum sunt scripta.

f *Moriatur anima mea.* ORIG. De se prophetare videtur. Sed secundum literam nec in Balaam, nec in illo Israel factũ est, nec fieri potuit, nec enim intra ipsos, sed ab ipsis mortuus est.

ORIG. Moriatur anima mea morte iustorum. Hoc magis conuenit personæ ipsorum qui in præsenti licet vanus populus habeatur, quia sunt sine gratia spiritus sancti. Cum tamen plenitudo gentiũ introierit, oĩs ista prophetia q̃ de Israel dicit, in spiritali Israele completur, & anima eius morietur cum animabus iustorum. Suscipient enim in se fidem Christi, ut in morte ipsius baptizentur, consepulti illi per baptismũ in morte. *Et fiat semen meũ sicut semen iustorum.* Nõ enim ipsi sed semẽ eorũ fit sicut semen iustorum, qui credẽtes de gentib. in Xpo iustificuncti populis.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 De summis sili. &c. *Quia erat in alto monte, vbi duxerat eum Balac, ut patet ex dictis in fine præcedentis cap.*

2 De collibus, &c. *Non ad maledicendum, quia sum prohibitus, sed magis ad benedicendum, quia sum compulsus. Vnde subditur:*

3 Populus solus habitabit. *Id est segregatus ab alijs populis. Primo in corde per fidem unius ueri Dei, alijs populis ad idolatriam declinãtibus. Secundo in carne per circuncisionẽ. Tertio in lege specialiter data illi populo secundum quod dicitur Ps. cxlvij. b.* Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. *Quarto in ueste, ut dictum est supra 15. cap. Hæc & similia beneficia facta sunt singulariter illi populo, eo quod Christus nasciturus erat de eo secundum carnem.*

[Margin: Quomodo Israel populus solus.]

4 Et inter gentes non reputabitur. *Sed erit populus Deo peculiaris, secundum quod dicitur Exod. 21. a.* Eritis mihi in peculium de cunctis populis.

5 Quis dinumerare possit puluerem Iacob. *Id est multitudinem de eo egressurã. q. d. nullus. Vtitur autem hoc nomine pulueris, quia homo secundum carnem qui traducitur a parentibus, originatur a puluere, secundum quod dicit Gen. 2. b.* Formauit hominem Deus de limo terræ. *In Heb. habetur,* de puluere terræ. *Item quia Abrahæ de multiplicatione sui seminis fuerat dictum Gene. 13. d.* Si quis potest numerare puluerem terrę, semẽ quoque tuũ numerare poterit.

6 Moriatur, &c. *Mali enim homines licet nolunt uiuere uita iustorum, appetunt tamen mori morte eorum, & talis erat Balaam. Alij exponent dicentes, quod prophetauit de morte sua, ut sit sensus: Moriatur anima mea, id est peribit mea corporalis uita morte iustorum, i. inflicta a iustis, quia postea fuit interfectus a filijs Israel, ut habetur infra 31. c. Sed hæc expositio non consonat literæ sequenti, cum subditur.* Et fiant nouissima mea horum similia. *sed prima consonat.*

✠ 1 Dixit

A iustificati sunt. Neque ergo circuncisio est aliquid, neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur.

Li.33.moralc.27. GREG. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horũ, &c. Multi intra ecclesiã prolixas preces ad Deũ habẽt, vitã precantiũ non habent, & in oratione lachrymãt sed in tẽpore tentationis superbia pulsantur, fastu intumescunt. Similiter auaritiæ, luxuriæ, iręe, & tẽtationi succumbunt, nec se pro æterni regni desiderio fleuisse meminerunt. Quod de se Balaam ostendens ait: *Moriatur anima mea morte iustorum, &c.* Sed cõpunctione contra eorum vitam, quibus se similem fieri etiam moriẽdo poposcerat, consilium p̃buit, & occasione auaritiæ oblitus est, quod de innocẽtia optauit. Plerũq; enim mali inutiliter compũgũtur ad iustitiam sicut boni innoxie tentantur ad culpam: Fit enim dispensatione diuina, vt illi dum bonũ aliquod agunt, quod tñ non perficiunt, superbe inter ipsa quæ etiam plenissime perpetrant mala, confidant, & isti dum de malo tentãtur, cui nequaquam consentiunt, quo per infirmitatem titubant, eo gressus cordis ad iustitiam per humilitatem verius figant. Alterum patet in Balaam, de altero Paulus ait: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, &c.* Ille ergo compungitur, nec iustitiæ propinquat. Iste tentatur, & tamen culpa eũ non inquinat, quia nec malos bona imperfecta adiuuãt, nec bonos mala incõsummata condemnant. Virtutis.n. pondus oratio nõ habet, quam perseuerantia non tenet. Vnde. *Vultus eius nõ sunt amplius in diuersa mutati.*

(Margin: † sup.22.g; † populũ quidẽ videas & extremã tantum partẽ ipsi⁹ & nõ totum. † speculatorum. B; Rom.7.d.; 1.Reg.1.c.)

a morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Di- 1

¶ Secunda prophetia Balaam.

b xitq. Balac ad Balaam: Quid est hoc quod agis? Vt maledi- ceres inimicis meis vocaui te, & tu econtrario benedicis?

a ¶ Cui verbum in ore posuit Deus.

Cui ille respondit: † Num aliud possum loqui, nisi quod † 2 c iusserit dominus? Dixit ergo Balac ad Balaam: Veni mecum 3 in alterum locum, vnde † partem Israelis videas, & totum 4 d videre non possis, & inde maledicito ei. Cumque duxisset eũ 5 e in locum † sublimem super verticem montis Phasga, ædifi- 6 f cauit Balaã septem aras, & impositis supra vitulis atque arie- g tibus, dixit ad Balac: Sta hic iuxta holocaustũ tuum, donec 7 ego pergam obuius. Cui cum dominus occurisset, posuis- 8 setq. verbum in ore eius, ait. Reuertere ad Balac, & hæc lo- 9 queris ei: Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac. Quid, inquit, locutus est dominus? At ille assumpta parabo-

¶ Animo & fide.

h la sua, ait: Sta Balac & ausculta, audi filii Sephor: Non est 10

a ¶ Qui vitiis impediatur, ne verum fit quod loquitur.

Deus quasi homo vt mẽtiatur, nec vt filius hominis † vt mu- 11

Vbi supra. a *Et fiant nouissima mea horum, &c.* ORIG. Hoc in magis q̃ de oriente primi venerunt adorare Christum potest intelligi, q̃

Matt.2.a. de genere Balaam erant p̃ generis successionem: & p̃ disciplinæ traditionem. Constat.n. eos agnouisse stellam quam prędixerat Balaam in Israel orituram.

b *Quid est hoc.* Balac contra spem benedictiones pro maledictionibus audiens, & vltra non ferens, prophetantis verba interrupit.

Vbi supra. Allegorice. IDEM. Non vult amarus rex benedictionẽ, sed maledicta quærit. Est.n. de cognatione illius cui dicitur. *Maledictus tu ab omnib. bestijs terræ.*

Gen.3.c. c *Dixit ergo Balac.* Putat eum per territũ Israelis multitudine, & ideo nõ ausũ maledicere, & mutationẽ loci sibi prodesse.

D d *Videre non possis.* Demens putauit Israeliticam gratiam loci abiectione posse celari, nesciens quia non potest abscondi ciuitas supra montem posita.

Mat.5.b. e *Super verticem montis.* PROCOPIVS. Alium nunc non minus altum explorauit locum. Super his enim simulacra collocantes, sacra faciebant eis. Consilium vero eorum est, idolatriæ humilitatẽ locorum sublimitate subleuare. Procubuit enim homo, & sese abiecit vir, inquit Propheta, quando de idolorum cultoribus verba facit. Atqui Deus propter Israelẽ nihil non facit, etiam cum per Magum loquatur. P̃pter quẽ Cyrus etiam quantumuis indignus imperium ter maximũ adipiscitur, quod Israelẽ liberet, ad quem dixit propter Israelẽ seruum meum te nomine tuo vocabo.

(Margin: † posuerit ore meo. E; † perhibent eum.)

f *Aedificauit.* Res pro fanis sacrificiis agebatur, & diuinatio arte magica quærebatur. Volens tamen Deus abundare gratiam vbi abũdauit delictum, adesse dignabatur, nõ sacrificiis sed in occursum venienti. Et ibi dat verbum suum & mysteria, & futura p̃nunciat, vbi maxime fides: & admiratio Gentilium pendet, vt qui nostris nolunt credere prophetis, credant diuinis suis.

Rom.5.d.

g *Sta hic iuxta.* Ad holocaustum suum stabat in idolatria sua positus, ideo magis cadebat. Surgere ergo videtur qui magis ceciderat, cum in idolatria stare videretur.

h *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur.* ORIG. Alia litera. *Non sicut homo frustratur Deus, neque sicut filius hominis terretur.* Quasi putas Deum sicut hominem frustrari in his q̃ loquit. Homines.n. multis vitiis impediuntur, ne verum fit quod loquuntur. Irati.n. loquntur aut metu, aut cupiditate, aut iactãtiæ gratia. Deus aũt in quo nulla passio est, quicquid dixerit pro causarum meritis dicit. Et ideo nõ põt frustrari, quia q̃cquid ratione profertur, non põt ratione carere. Nõ est ergo Deus q̃ frustra loquit sicut homo, nec vt filius hominis terret, vel terret s̃m alios, in hominib. sententiam mutat terror, sed Deus qui super omnia est, a nullo terreri potest vt sententiã mutet. Nec sicut filius hominis terret, homines.n. pro iactãtia terrores faciunt, & minas etiã his quib. nocere non possunt. Deus autem ratione terret, vt corripiat hominẽ in auditionis tribulatione

(Margin: Homo fallit. Numeris Deus non frustratur.) F

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dixitq; Balac. *Hic consequenter Balaam reprehẽditur, quia agebat contrarium illius propter quod vocatus fuerat.*

2 Cui ille respondit. *Se excusando.*

3 Num aliud possum loqui, &c. *q.d. eius virtuti non possum resistere, & in hoc coactus fuit profiteri virtutem diuinationum & augurio rum nullam esse, nisi quantum Deus permittit.*

4 Dixit ergo Balac. *Hic describitur secundus conatus ipsius Balaam, & primo permutationem loci, cum dicitur.*

5 Veni mecum in alterum locum, &c. *Tum quia magi & augures in talibus obseruant loca & tempora, tum quia Balac credebat Balaã fuisse territum, videndo totum populum, & ex hoc non fuisse ausum maledicere, vel quia sciebat maius meritũ esse in toto populo quam in parte, vt si Balaã fuisset prohibitus maledicere toti populo propter merita eius, non tamen prohiberetur a maledictione partis: & per consequẽs eius aduersarij diminuerentur & debilitarẽtur. Secundo per oblationem sacrificij, cum dicitur.*

6 Aedificauit Balaam, &c. *Et exponatur sicut supra. Tertio per inquisitionem augurij, cum dicitur.*

7 Donec ego obuius pergam. *Intendebat.n. obuiare dæmoni solito sibi apparere & loqui.*

8 Cui cum dominus occu. *in cuius præsentia dæmõ nihil poterat.*

9 Reuertere ad Balac & hæc loqueris ei. *Ad contrarium suæ intentionis. Vnde subditur.*

10 Non est Deus quasi homo, vt mentiatur. *Quia ipse est veritas per essentiam.*

11 Nec vt filius hominis vt mutet. *Sed contrarium huius uidetur haberi. Hiere.18.a.* Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum aduersus eam, ago & ego pęnitẽtiam sup malo quod cogitaueram vt facerem ei. *Dicẽdum, quod Deus omnino est immutabilis, secũdum quod dicitur Iaco.1.c.* Apud quẽ non est transmutatio, &c. *Tamen facit & dicit mutabilia per immutabilem uoluntatem suam. Ad cuius intellectum cõsiderandum, quod aliqua Dei uerba significatiua sunt futurorum, secundum quod sunt in Dei præscientia, & illa immutabiliter eueniunt, quia Dei præscientia est immutabilis: Alio modo sunt significatiua futurorum, prout sunt in causis secundis mutabilibus, quæ sunt merita & demerita hominum, & talia non implentur semper, sed mutantur frequenter, sicut & causæ eorum, & hoc modo dicitur Ionæ 3.a.* Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. *Hoc.n. exigebant demerita illius populi pro tũc. Sed quia egerunt pœnitentiam, non est adimpletum illud uerbum, & hoc non arguit mutationem in Deo, sed in libero arbitrio humano. Et per hoc soluitur auctoritas Hieremiæ allegata.*

(Margin: Deus immutabilis.)

lationem, vt verbo comminationis tertius emendetur, ne perueniat ad eum vindicta malorum suorum.

✠ PROCOPIVS. Non ut homo Deus perforari potest, cæteri vt mentiatur, reddiderunt. Quidã vero vt suspẽdatur & despiciatur exposuerunt. Tantum adiutus est minis angeli.

✠ RVPERT. Quasi diceret, veni ego in alterũ locum, sed nõ inueni alteratũ Deũ. Semel posuit verbũ in ore meo, quod mutari non patitur, quãdo quidẽ omnis homo mẽdax, & omnis filius hominis mutabilis est, sed non itidẽ Deus mentitur.

a *Dixit ergo, &c.* ORIGENES. Alia litera. Ipse cum dixerit, nõ faciet loquetur, & non permanebit? Cum homines non faciant quæ dicunt, vitio humanæ fragilitatis mutabiles, Deus immutabilis est. Sed dicit aliquis. Cũ Deus locutus sit de Niniue, q̃ post triduũ subuerteret, quare nõ pmãsit in verbo suo? Et in his q̃ locutus est de Dauid vbi tribus dieb. promissa fuerat mors vt vastaret populum, & intra vnã diem & vsq; ad horam prãdii cessauit? Videbitur fortasse quę per interrogationem dicunt non definita esse, sed medium aliquid ostẽdere.

B Et irreuocabilis sententiæ non monstrãt affectus, quod tẽperantius dictum hoc videatur. Ipse. n. dixerit, nõne faciet? Scriptum est in Iona. *Et Ionas quidem prædicauit & dixit. Adhuc tres dies, vel quadraginta* ſm Hebręos, *& Niniue subuertetur*. Obseruãdum ergo, quod non inuenitur in sermonib. Dei, quib. ad prophetã locutus est, dictũ. *Adhuc tres dies & Niniue subuertetur*. Sed ipse Ionas dixit, *Adhuc tres dies & Niniue subuertetur*. vt sermo dictus & non factus, à Iona potius quã a domino prolatus videatur. In libro quoq; Regum. *Factum est verbum domini* inquit, *ad Gad prophetam, dicens: Hæc dicit dominus. Tria leuabo super te, elige tibi unum ex his quod faciã tibi. Et introiuit Gad ad Dauid dicens: Aut ueniet trib. annis fames super terrã tuã, aut trib. mẽsib. ut fugias inimicos tuos, aut triduo mors fiet in terra tua*. Obserua ergo quomodo nec in his tribus comminationibus Deus inuenitur de morte trium dierum dixisse. In verbis enim Gad positũ est, non in mandatis domini. Et non semper quę per prophetam dicuntur quasi à Deo dicta accipiuntur. Per Moysẽ multa locutus est Deus aliqua tñ Moyses propria autoritate mandauit. Vnde. *Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis hęc Moyses &c.* vsque, *Quod ergo Deus coniunxit homo non separet*. Vides ergo hic Deũ neq; præcepisse, neq; fieri voluisse diuortium. Sed Moysen propter duritiam Iudæorum scripsisse dãdũ esse repudium, hinc Paulus ait *Dominus dicit, nõ ego*. Et alibi. *Hęc autem ego dico non dominus*. Et iterum *Præceptum domini non habeo, consilium autẽ do*. Et iterum: *Quæ loquor in non loquor secundũ Deũ*. Similiter ergo & in cęteris prophetis. Alia dominus locutus est, & non prophetę, alia prophetę, & non dñs. Videtur ergo obiectio dissolui, cũ tam sua quam prophetica dñs reuocat, & mutat in melius. Sed magis arbitror priorẽ absolutionem totius scripturæ sensib. conuenire.

C Et in illis præcipue quib. patiens & multæ misericordiæ & pęnitens super malitia dicit Deus. Vel in his maxime quæ generaliter ab Hieremia pronuntiẽtur, in quib. ostenditur pro multis miserationib. incomprehẽsibili bonitate sua Deus dicere & non facere, loqui, & nõ permanere sic. In finem loquar, id est ex definito loquar super gẽtes & super regnum, vt auferam eos & disperdam. Et si conuertatur illa gẽs a malitijs suis, pęnitebo de omnibus malis quę cogitaui facere eis, & in finem loquar super gentem & sup regnum, vt ædificem eos & plantẽ. Et si fecerint mala in cõspectu meo, & non audierint vocem meã, pęnitebit me omnib. bonis quæ locutus fueram vt facerem eis. Quomodo ergo possumus his quæ absolute per Hieremiam dicuntur, præter illa quæ suspẽse per Balaam dicunt, nisi quia negligẽtib. & contemptoribus illa confirmanda, hæc vero a. perfectioribus secretius aduertenda sunt.

[Marginalia: † vel iniquitas, aut dolor. — Infra 24. b — Vbi supra. — Ionę 3. b. — An Deus sua dicta mutauit — 2. Re. 24. c — Ionę. 3. b. — Ionę. 3. b. — 2. Re. 24. b — Matt. 19. a. — Deut. 24. a — Deut. 22. b — 1. Cor. 7. b. — Ibidem b. — Ibidem. c. — 1. Cor. 9. a. — Iohel. 2. c. — Hier. 18. a.]

¶ Mutabilis vitio humanæ fragilitatis.

a tetur. Dixit ergo & non faciet? locutus est & non implebit? 1

a ¶ A Deo qui verbum posuit in ore meo.

Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibe- 2

a ¶ Non enim potest, etiam si velit, verbum Dei humana lingua conuertere. ¶ Quod nihil est in mundo. b ¶ Actiuis.

b re non valeo. Non est † idolum in Iacob, nec videtur † simu- 3

a ¶ Similitudo existentis rei. b ¶ Contemplatiuis. c ¶ Non dormit neque dormitat qui custodit Israel. d ¶ Qui non deserit Israelem suum. e ¶ Prædicatio euangelii quo annuntiatur tropheum crucis.

c d lachrũ in Israel. † Dominus Deus eius cũ eo est, & † clangor 4

a ¶ De potestate tenebrarum. ¶ Huius seculi.

e f victorię regis ĩ illo. Deus eduxit eũ de Aegypto, cuius fortitudo 5 6 7

b. *Non est idolum in Iacob*. Alia translatio: *Non erit labor in Iacob, neque uidebitur dolor in Israel*, in futuro s. seculo.

ORIGENES. *Non erit labor in Iacob, neque videbitur dolus in Israel, &c.* Futuræ vitæ status denuntiatur. Hęc. n. vita sine labore & dolore non trãscurritur. Paulus. n. ter virgis cęditur, semel lapidatur, & innumerabilia patitur, sed in futuro aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus. Quod tñ non ad omnes, sed ad eos tantum qui meritis Iacob & Israel fuerint, refertur, vt pauper Lazarus qui hãc vitã in labore & dolore trãsegit. Vnde vbi diues cruciatur, ille quiescit. Ille in vero Israel est & in vero Iacob, in quem non venit labor & dolor. Diues aũt ille erat secundum carnem Israel. Dicitur. n. illi quia fratres habent legem, & prophetas audiant illos.

E c *Dominus Deus, &c.* IDEM. Alia litera. Dominus Deus suus cũ ipso est, præclara principum cum ipso sunt, &c. Nunquam Israelem suum deserit Deus. Pręclara principum põtas ẽ principatus & regnum verum, quoniã sunt & aliq principes, qui de principatu suo vel pellendi, vel iã forte pulsi sunt, & hi introducendi qui vere Israel sunt. Præclara illa oĩa quæ habuere in cælis illi principes, qui non seruauerũt principatum, sed reliquerunt æterna domicilia, Israel iste & Iacob qui luctatus est & vicit, accipiet.

d *Et clangor uictoria regis in illo*. Admonitio prædicationis, qua in nobis rex, id est Christus diabolum triumphat.

e *Deus eduxit eum*. IDEM. Alia litera. Deus qui eduxit eum ex Aegypto sicut gloria vnicornis ei. &c. Eductus est ille Israel ẽ Aegypto, ista terrena. Spiritualis aũt de Aegypto seculi, & de potestate tenebrarum. Et est gloria eius quasi vnicornis. Vnicornis fertur esse animal ſm nomen suum formatum, in cuius virtute & potentia Christus intetelligitur: Cornu autẽ p regno sępe ponitur. Vnde. *Quatuor autem cornua, quatuor regna sunt*. Sub nomine ergo vnicornis videtur ostendi, quia omne quod est, vnum eius cornu est, id est, vnum regnum. *Omnia. n. pr subiecit sub pedib. eius, usque quo & inimicus nouissimus destruatur mors*, & tanquam vnicornis vnum regnum omnium teneat, & regni eius non erit finis. Erit ergo spirituali Israel gloria sicut gloria vnicornis. Vnde. *Pater da illis, ut sicut ego & tu unũ sumus, ita & isti in nobis unum sint*, cũ, s. transformabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suę.

F f *Cuius fortitudo*. Cuius? Christi. Cuius quicquid est, vnũ cornu est, id est vnũ regnum, cuius gloria est spiritualis Israel. Ipse enim ait. *Pater da illis ut sicut ego & tu unum sumus, ita in nobis unum sint*.

✠ PROCOPIVS. Robur eius vt monocerotis. Monoceros animal est, quod nullis hominum virib. in seruitutem redigi potest. Eo igitur ceu exẽplo indõmita populi vis indicat. Interea vero confitebatur Balaã artes suas esse superatas ab iis qui eas non tractarent. Verum rerum futurarum cognitione propterea non destruunt eis quid facturus sit Deus. Vaticinia

[Marginalia: † vel prauaricatio. allegorice — † vel habitatio, aut amicitia. — Hom. 16. — 2. Co. 11. e — Lu. 16. d — Vbi supra — Coloss. 2. — Mystice. — Dan. 7. e — 1. Cor. 15. d — Luc. 1. c. — Io. 17. e. — Philip. 3. d — Io. 17. d.]

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dixit ergo & non faciet. *Quasi diceret. Non. Et hoc est intelligendum de pronuntiatione alicuius futuri prout est in præordinatione scientia & voluntatis diuinæ, cuiusmodi erat prosperitas populi Israel.*

2 Ad benedicendum adductus sum. *s. ex intentione diuina, licet ego venerim intentione contraria.*

3 Non est idolum in Iacob. *Ideo idolatrię vitium dicitur tamen idolum quod fit ad similitudinem alicuius rei existentis. Simulachrum autem est imago rei non existentis, sicut si corpori humano inserantur caput arietis, & ala auis, qualiter pingebatur imago Iouis. Et dicitur simulachrum a simulo, las, quod est fingere, quasi quid defectum.*

[Marginalia: Moise 5. d]

4 Dominus Deus eius cum eo est. *Per verum cultum.*

5 Et clangor victoriæ regis in illo. *Quasi diceret, rex cęlestis dat eis victoriam pugnando pro eis, vt habetur Exod. 14. de Aegyptis, & 17. de Amalechitis virtute diuina debellatis.*

6 Deus eduxit eum de Aegypto. *In mirabilib. signis.*

7 Cuius fortitudo similis est rhinocerotis. *Id est vnicornis secundum aliquos, secundum Hebræos est animal simile boui, quod vocatur gallice Buphel, & est animal magnæ fortitudinis. Sciendum, etiam quod I y, cuius secundum aliquos refertur ad Deum, & sic designatur hic fortitudo Dei, cui non potest resisti, secundum alios refertur ad populum Israel, & secundum hoc designatur fortitudo Israelis, cui aduersarij resistere non poterant, ut patet in pluribus locis in hoc libro & in libro Iosue.*

4 Domi-

✠ 1 Non

nia enim dæmonum non ad vtilitatem spectant.

A ✱ THEODORET. Quidam monoceroti voluerunt assimilare dominum Deum. Ego verò arbitror hoc de populo dictum esse, nempe quemadmodū monoceros vnicum habet cornu: sic populus verè pius vnicum Deum adorat. Idcircò dixit, in te inimicos nostros ventilabim' cornu.

Quæst. 44. Numer.

D ea, quia indignum iudicabat sermoni suo à spiritu phytonis testimonium dari. Magis ergo dolere debemus, si quando videmus decipi animas ab his qui velut diuino spiritui, phytoni, aut ventriloquō, aut hmōi dæmonibus credunt. Non erit ergo augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel. Sequitur. *In tempore dicetur Iacob, & Israeli quod perficiet Deus.* i. cum oportet, cum expedit, dicuntur futura a Deo per prophetas per spiritum sanctum. Si non dicuntur, præscire nō expedit. Qui ergo diuersis artibus & dæmonum inuocationib. futura inquirunt, discere cupiūt quæ non expedit. Ad destruendam autem penitus diuinationem vel augurationem, etiam hoc addamus, q̄ omnes isti auium vel animalium ministerio vtūtur, quæ in lege scribuntur immunda, & semper homini insidiantur, ex quo ministerio dæmonum opportuna & digna iudicantur. Nam phytonibus dracones & alij serpētes ministrare perhibentur. Auguribus & his qui ex volatilibus auspicia captant, lupi ferunt omnia, aut vulpes, aut accipitres, aut corui, aut aquilæ, aut huiusmodi, quæ Moyses (his credo de causis) notauit immunda.

Leui. 11. b.

a ¶ Qui luctatur contra principes & potestates, & mundi huius rectores.

à similis est rhinocerotis. Non est augurium in Iacob, nec di- 1
a ¶ Quibus oportet & expedit. b ¶ Spirituali non carnali.
b uinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israeli, 2
a ¶ Qui nascetur, quem fecit Deus.
c quid operatus sit Deus. Ecce populus vt leæna consurget, 3
a ¶ Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matt. 11. b
d & quasi leo erigetur. Non accubabit donec deuoret præ- 4
e

a *Non est augurium in Iacob.* ORIG. Alia litera. Non est auguratio in Iacob, neq; diuinatio ī Israel. Videtur mihi præscientia futurorum quantum ad ipsam rē spectat, medium quiddā esse, idest, neque propriè bonum, neq; propriè malum, cum possit interdum ēt a parte diaboli ad hoīum notitiam futurorum venire præsciētia. Cum autem tempus & opportunitas & voluntas Dei fuerit, datur etiam à Deo per prophetas hoībus præscientia. Iō propriè bonum dici non pōt quod aliquando a malo est, neque propriè malū quod aliqñ à Deo. In libro Regū scriptum est, q̄ arca Dei ab Allophylis capta est, & ducta in Azotum, & introduxerunt eā in domum Dagon. Et inuētus est Dagon pronus cecidisse in terrā ante arcā. Et grauata est manus dñi super Azotos, & percussit eos in natibus. Post hæc ingressa est in Accharon, & dixerunt Accharonenses diuinis & sacerdotibus suis: *Indicate nobis quō remittamus arcam in locum suum? Qui dixerunt: Si remittitis, nolite dimittere inanē, sed quod debetis reddere ei pro delicto,* B *& sanabimini, & ignoscet vobis*: aliter non discedet manus eius a vobis. Et post pauca: *Facite currum, & duas vaccas fœtas assumite, quibus non est impositum iugum, & iungite ad currum, vitulos ietes in domo fœtus earum, & ponite arcam super currum & vasa aurea quæ obtulistis pro delicto, & omnia sancta eius, & dimittite eam: Et videte si vadit per viam suam in Bethsames, ipsa fecit nobis hæc mala. Si non vadit, sciemus quia manus eius non tetigit nos, sed fortuitò hæc acciderunt.* Videte ergo quomodo causam malorum, vtrum ex manu Dei & pro arcæ iniuria venerit, an fortuitò acciderit propositis contemplantur indicijs. Sequitur: *Cùm imposuissent arcam domini super currum, direxerunt boues in via contra viam quæ ducit Bethsames, & non declinauerunt neque ad dexteram, neq; ad sinistrā.* Quis ergo in his diligenter inspiciens prescientiam, quę de boum directione prædicta est, vel fortuitā dicat, vel arte compositam, & non à dæmonibus ministratam? qui timebant arcæ virtutem, qua ēt cultus dæmonum destruebatur, simulachris eorum tēplisq; corruentibus. Est ergo quædā operatio dæmonum in ministerio p̄scientiæ, quę artibus quibusdā ab his qui se dæmonib. mancipauerunt, colligitur, & nunc per sortes, nunc per auguria: nunc ex contēplatione fibrarum quæ vocāt auspicia, & huiusmodi præstigijs cōprehendi videtur & intelligi. Quæ artes adeò hoīes deceperunt, vt iustissimi Ezechiæ filius Manasses, hoc errore deceptus, ædificauerit altare oī exercitui cæli in vtraq; domo domini spūalibus s. nequitijs in cælestibus positis. Et alia erant quæ expectabat, de quibus dici posset: Quia in oī virtute signis & prodigiis mendacibus fierent, vt deciperentur etiam electi. Hęc ergo oīa in operatione dæmonum fieri non dubito, dirigentium vel auium vel pecudū, vel fibrarum motus, aut sortium s'm eā signa, quę ipsi docuerunt obseruari ab his qbus hanc artem tradiderunt. A quibus omnibus qui homo Dei est, & in portione Dei numeratur, penitus debet esse alien', C q̄ occultè dæmones machinantur, ne rursus dæmonibus societur spiritu eorum & virtute repletus, ne ad idolorum cultum reparetur. Melius est ignorare, quā à dæmonib. discere. Melius est nec à propheta discere, q̄ a diuinis quærere. Diuinatio .n. non diuinitus datur, sed per antiphrasim dicitur, quasi quæ per hoīes fiat dæmonibus repletos. Sed gentium ritus diuinum crediderūt oē q̄d per qualēcunq; spiritum profertur. Nos tñ ab his nihil discere Deus iubet, ne efficiamur cōsortes eorū. Vnde Xps dedignās testimoniū à dæmonibus accipere ait: *Obmutesce & exi ab eo.* Paulus quoq; cū mulier habens spiritum phytonis, clamaret *Isti homines serui sunt summi Dei, &c.* dolens ait: *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi discede ab ea*, quia

Hom. 16. in Numeros.

1. Reg. 5. a

1. Reg. 5. d

1. Reg. 6. a

Ibid. b

4. Reg. 21. a.

2. Re. 2. c.

Melius est ignorare quā à dæmonib. discere.

Matc. 1. c.

Act. 16. d.

*Nec diuinatio in Israel.* ✱ AMBROSIVS. Si diuinatio non est in Israel, vnde isti oraculum Dei, quod futura manifestauit, qui augur erat? Si oraculum Dei loquebatur, vnde meritum diuinæ aspirationis assumpserat? Sed non mireris a domino auguri infusum quod loqueretur, quando infusum legis in euangelio etiam principi sacerdotum vni ex persequentibus Christum, quia oportet vnum hominem mori pro populo. In quo non prophetiæ meritum, sed veritatis assertio est, vt aduersariorum testimonio manifestaretur, quò perfidia nō credentium, vocibus suorum augurum redargueretur.

Epistola ad Chromatium. E

*In Israel.* Qui per fidei puritatem & munditiam mentis videt Deum, nec ipsum Balaam reciperet, sed verbum quod Deus posuit in ore eius respuere non audet. Nisi enim verbum a Deo esset, non illud famulo suo Moysi procul absenti, cùm Balaam hæc diceret, reuelasset.

b *Temporibus suis.* ✱ GREG. NYSSENVS. Quod, inquit, cōfertur a Deo in Israel, nec per vaticinia, nec per augurum obseruationes prædici potest. Dominus ipse per suos prophetas & quæ futura sunt, & quid illi agendum, monebit.

Ex Cathe Græca.

c *Ecce populus, &c.* Alij. *Ecce sicut catulus leonis exurget, & sicut leo exultabit.* Catulus. n. est cum nuper geniti infantes rationabiles sine dolo lac accipiunt. Leo autem exultans, cum vir p̄fectus deponit quę erant paruuli.

ORIG. Alia litera. *Ecce populus sicut catulus leonis exurget, & sicut leo exultabit.* Videtur describere confidētiā populi in Christo credentis, & libertatem quam habet in fide & exultationem quam gerit in spe. Comparatur. n. catulo leonis, cum tēdit ad perfectionem letus & velox, leoni vero cum iam obtinet quę perfecta sunt. Sicut. n. leo & catulus leonis nullum animal timet, sed cuncta sunt eis subiecta, ita perfectus Christianus qui tollit crucem suam & sequitur Christum dicēs, *Mihi mundus crucifixus est & ego mundo.* despicit omnia q̄ in mūdo sunt, imitans eum qui leo de tribu Iuda, & catulus leonis dr̄. Sicut. n. ipse est lux mundi, & discipulis dedit vt essent lux mundi, Ita cū sit leo & catulus leonis, dedit in se credentibus nomen leonis, & catuli leonis.

Vbi supra. Mystice.

Matt. 16. d

Gal. 6. d

Apo. 5. b

Io. 8. b.

d *Erigetur.* Erigendum dicit populum futurum, de eo. n. quē videbat, dixisset erectus est. F

e *Non accubabit.* ORIG. Alia litera. *Non dormiet donec comedat prędam, & sanguinem vulneratorum bibat.* hęc ad literam stare nō possunt. Quomodo enim iste populus tam laudabilis, tā magnificus sanguinem vulneratorum bibat? Cum etiam vocati ex gentibus iubeantur abstinere a sanguine sicut ab his quę idolis immolantur. *Sed nisi manducauerimus carnem filij hominis, & biberimus eius sanguinem, non habebimus vitam in nobis. Caro enim eius verè est cibus, & sanguis eius verè est potus. Qui vulneratus est propter peccata nostra.* Sanguinem eius bibimus, non solum sacramentorum ritu, sed etiam cùm sermones eius recipimus, in

Hom 16.

Io. 6. f.

Esa. 53. b.

Sanguinē Christi bibimus.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Non est augurium in Iacob. &c. *Id est non quærunt veritatem de occultis per tales superstitiones, sed a prophetis loquentib. ex inspiratione diuina, ideo subditur.*

2 Temporib. suis. *Id est tempore conuenienti denuntiabitur ei per prophetas voluntas Dei.*

3 Ecce pop. vt leæna consurget. *Id est audacter & constanter aduersarios inuadet.*

4 Non accubabit. *Id est non quiescet a prælijs donec totaliter depellet aduersarios.*

mus, in quibus est spiritus & vita. Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinem bibimus, id est doctrinæ verba suscipimus. Et illi oẽs vulnerati sunt qui nobis verbũ eius pdicauerunt. Ipsorũ enim, id est apostolorũ eius, verba cum legimus, & vitam ex eis consequimur, vulneratorum sanguinem bibimus. Vnde: *sanguinem vuæ biberit meracissimum*. Illius scilicet vuæ de qua dicitur: *Ego sum vitis vera discipuli uero palmites, pater agricola*. Tu ergo es vere Israel, quia scis sanguinem bibere & illius vuæ quæ est de uera vite, & de illius palmitibus, quos pater purgat, quorum fructus vulneratorũ sanguis merito dicitur, quem ex uerbis eorum bibimus, si tamen sumus ut catuli leonis exurgentes, & ut leo exultans.

Deut. 32. b. Ioh. 15. a.

a ¶ Christus occisus est propter delicta nostra. ¶ Alij vulneratorum. b ¶ Verba Christi & apostolorum. Vnde Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. Iohan. 6. g

dam, & occisorum sanguinem bibat. Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei nec benedicas. Et † ille ait: Nonne dixi tibi, quod quicquid mihi Deus † imperaret, hoc facerem.

¶ Tertia prophetia.

a ¶ Putat Balac magis deesse diuino ad maledicendum loci oportunitatem, quam voluntatem.

Et ait Balac ad eum: Veni & ducam te ad alium locum, si forte placeat Deo, vt inde maledicas eis. Cumque duxisset eũ super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, dixit ei Balaam: Aedifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemque numeri arietes per singulas aras. Fecit Balac vt Balaam dixerat, imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

¶ Delectationis. ¶ Deserta a Deo negotia.

† Balaam † loqueretur.

cum demonib. dicata videantur etiam Deo offerri iubeant? Et erit scita responsio. Quia sicut libellum repudii dari nõ Dei voluntatis fuit, q̃ coniunxerat, noluit separari. Sed Moyses hoc pp duritiam Iudæorum scripsit, ita & de hoc videri potest. Deus. n. non manducat carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potat, qui dicit: Non mandaui tibi de sacrificiis & victimis in die qua eduxi te de terra Aegypti: Sed Moyses propter duritia eorum pro Aegyptia cõsuetudine tollenda hæc mandauit eis, vt qui abstinere nõ possunt ab immolando, Deo saltem, non demonibus immolarent. Est forte secretior ratio sacrificandi Deo propter destructionem sacrificiorũ, scilicet q̃ demonib. immolantur, ut quia per illa uulnerantur animæ, per ista sanentur, sicut confirmant qui medicinæ peritiam gerunt, Serpẽtũ n. venena depelli medicamentis ex serpentib. cõfectis perhibent. Sic ergo demoniorum virus per sacrificia Deo oblata depellitur. Sic mors Iesu mortem peccati credentib. non sinit dominari. Sed dum tẽpus patiebatur, sacrificia sacrificiis opponebant, vbi ergo venit perfecta hostia quæ totius mũdi tolleret peccatũ sacrificia q̃ singillatim offerebant Deo iam superflua visa sunt, cũ vna hostia omnis dæmonum cultura depulsa sit. Balaã vero vel sm cordis sui propositũ quod nõ emẽdauerat, vel sm figurã, qua personã doctorũ & Pharisæorũ plebis incredulæ gerebat, instaurat adhuc hostias, in quib. homines spem ponunt, qui fidem Christi non recipiunt.

Deu. 24. a. Mat. 19. b. Ps. 49. c. Hier. 7. e.

a *Cumq; duxisset.* ORIG. Et assumpsit, Balac ipsum Balaam in uerticem montis Phogor qui tendit in desertum. Quos Deus uocat, ponit in uerticem montis Sinai. Balac Deo contrarius imponit in uerticem mõtis Phogor, qui interpretatur delectatio. In uerticem ergo delectationis & libidinis ponit homines Balac, amator enim est uoluptatis magis quam Dei, etiam uult eos excludere a Deo, excludens enim & deuoratio dicitur uel interpretatur. Ideo in eremum tendit Phogor, id est ad ea quæ eremi & deserta sunt Deo negotia.

Exo. 24.

b *Aedifica mihi.* IDEM. Quæ sacrificant gentes, dæmonibus & non Deo sacrificant. Quia tamen lex Dei de sacrificiis pcepit, & ritum sacrificandi tradidit israeli. Forte quæret, cur hæc

Hom. 16. Cur Deus brutorũ sacrificia pcepit.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et occisorum sanguinem bibat. *Id est delectetur in sanguine occisorum, sicut bibens delectatur in potu, & hoc propter adimpletionem diuinæ iustitiæ secundum quod dicitur Ps. 57 b.* Letabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas habuit in sanguine peccatoris. *Dicunt aliqui Hebræi, quod cum dicitur hic.* Non accubabit, &c. *Prophetauit de Moyse quod non moreretur nec quiesceret in sepulchro, donec Madianitæ essent occisi, prout habetur infra 31. c.*

2 Dixitque Balac. *Hic ponitur tertius conatus Balaam ad maledicendum populo Israel, increpatur tamen primo de benedictione, cum dicitur.*

3 Nec maledicas ei nec benedicas. *Quasi dicat, si non potes maledicere, potes tamen cessare a benedictione, de quo excusat se dicens.*

4 Nonne dixi tibi. *q.d. compulsus sum hoc facere virtute Dei, cui non possum resistere. Secundo ponitur conatus ad maledicendum, cum dicitur.*

5 Et ait, &c. *Vbi exprimitur conatus per mutationem loci ratione supradicta, Secundo probationem cum dicitur.*

6 Aedifica mihi hic septem, &c. *Et exponatur sicut supra.*

CAP.

## ADDITIO.

*In c. 23. vbi dicitur in postilla: Occurrit ei Deus impediens prædictum responsum.*

*Quærendum occurrit. Cur Deus impediebat maledictionem Balaam quam per dæmonem volebat facere, cum talis maledictio non posset nocere populo nisi Deus permisisset, & sic erat omnino vana, & ex hoc magis notificaretur diuina potentia, quando etiam maledicente diabolo cum suo propheta ex hoc nihil possent facere contra populũ Dei. Ex quo magis remanerent confusi a vana expectatione sua, iuxta illud d.* Maledicent illi, tu autem benedices, qui insurgunt in me, confundantur, &c. *Ad quod videtur dicendum quod Deus non permisit quod Balaam malediceret populo propter duo. Primum est quia si Balaam maledixisset eis, Balac & Moabitæ confiderent de tali malectione, & pugnarent cum populo. Dicebat enim Balac in præcedenti capitulo ipsi Balaam. Veni igitur & maledic populo huic, quia fortior me est. Si quo modo possim percutere & eijcere eum de terra mea. Noui. n. quod sit maledictus in quem maledicta congesseris: sed hoc erat cõtra Dei dispositionem, qui pro tũc nolebat quod filij Israel pugnarent cum Moabitis. Vnde infra Deuter. 2. b.* Non pugnes contra Moabitas nec ineas aduersus eos prœlium. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, quia, &c. *Secundum est quia magis diuina potentia manifestabatur in hoc quod dæmones & eorum propheta non possent prorumpere verbum sine permissione diuina, quam si proferrent maledictionẽ etiam si non haberent effectum. Vnde de Christo legitur Luc. 4. f. quod non sinebat dæmonia loqui, & adhuc magis videtur manifestari diuina potentia quando dæmones seu eorum propheta inuiti id quod Deus vult manifestant, sicut Mat. 8. d. de Christo dicebant.* Venisti ante tempus torquere nos. *Et sic in proposito intendebat Deus quod Balaam qui erat valde famosus in huiusmodi diuinationibus dæmonum, profiteretur nullam esse virtutem diuinationum & augurio rum, nisi quãtum Deus permittit, hoc. n. videtur magis redundare in laudem diuinam, præsertim apud eos qui de huiusmodi dæmonib. confidebant.*

Ps. 108. d. Quare Deus non permisit Balaã maledicere.

CAP. XXIIII.

A a *Cumq; &c.* Cum nullum dæmonum, nullam contrariam potestatem vidit assistere audentem victimis suis, & exclusos ministros malitiæ quibus vtebatur ad maledicendum, etiam potuit inde intelligere: quia bonum esset in conspectu domini benedicere Israeli. Sed ille populus qui nūc vanus est, & doctores qui in Christo non credentes, in vanitate populum detinent, videbunt in nouissimis diebus cum plenitudo gentium introierit, & omnis Israel cœperit venire ad fidem Christi, qui nunc oculos habent & non vident, & tūc eleuabūt oculos ad altiores & spiritales sensus, & uidebunt & intelligent quia bonum est in conspectu domini benedicere Israel, dispositum per tribus & domos & familias, & unumquenque in ordine suo resurrectionis gloriam adepturum.

Tropolo. Rom. 11.c Aperti sunt oculi

b *Nequaquam abiit.* Id est non stultis sensibus, sicut solebat in multis animalib. & pecudibus, Dei cōsiderabit uoluntatem.

B Sed agnoscet quia neque de bobus cura est Deo, neque de ouibus, neque de auibus, aliisque animalib. sed quæ de eis scripta sunt, propter homines intelliget scripta.

1.Cor. 9.b Rom. 15.a

✠ Theod. Cum experientia didicisset se arte vana nihil proficere, non amplius usus est signis consuetis, sed linguam suā secreuit in obsequium Dei, nec tamē ignorandū quibusdam placuisse, nihil illum prædixisse de saluatore nostro, qui utique debuerūt intelligere ipsi quoque Nabucodonosor licet impiissimo, aduentum Dei ac Saluatoris nostri reuelatum esse, cum uidit lapidem excisum sine manibus, &c. Qui igitur per illum ista prædixit, per hūc et salutem orbis prænūciauit, ut apud gentes huiusmodi pnunciationes conseruarētur. Nō erant igitur fallaces, sed a uirtute S. Spiritus procedebāt. Qui enim mandauit asinæ ut præter naturam humana uoce loqueretur, is hunc in modum per linguā vatis futura pdixit.

Quæst. 41. in Nume. Dan. 2.

c *Irruente in se.* Avgvst. Et f ctus est spiritus Dei super illū, id est super Balaam. Non factus est spiritus Dei tanquam factura sit spiritus Dei, sed factus est super illum, id est factū est vt esset super illū. Quomodo *qui post me venit, ante me factus est*, id est factum est, vt ante me esset, vt præponeretur mihi, quia prior me erat. Sicut: *Dominus factus est adiutor meus*. Non enim dominus factura est, sed factum est vt me adiuuaret. *Et factus est dominum refugium pauperum*, id est factum est, vt ad eum fugerent pauperes. Et: *Facta est super me manus domini*, id est factū est, vt super me esset, & multa similia.

Quæst. 51. in Num. Io. 1.b. Ps. 117.a. Ps. 9.b. Eze. 3.f.

d *Dixit Balaam*. Orig. *Dixit Balaam filius Beor.* Homo vere videns dixit audiens verba fortis qui visum Dei vidit, in somnis reuelati oculi eius. Mirum quomodo tam dignus habeatur Balaam, qui assumpta parabola, hęc de semetipso pronūtiet. Quo enim vere videns est, qui diuinationi & augurijs seruit?

Hom. 17. in Num.

C qui magicæ studet? Nisi forte quia spiritus Dei factus fuit in ipso, & verbum Dei positum in ore eius, tam magna de eo dicuntur. Nec Moyses enim nec aliquis prophetarum facile inuenitur tātis laudibus eleuatus. Vnde magis videbitur hęc illi populo cōuenire, eo tpe quo cōuersus ad dominū deponit velamē quod erat super cor suū. *Deus autē spiritus est*, ideo dicit: Reuelati oculi eius, quasi qui ante clausi, per spiritum Dei qui super eum factus est, ablato velamine reuelent. Nūc ergo est quādo vere videt, & vere audit verba fortis & visum Dei uidet in somnis, id est ea tempora quæ in sōnis Danieli prophetę designata sunt, videbit impleta: & visiones quę in somnis illi delatę sunt, intelliget reuelatis oculis, vt possit dicere: *Non autem omnes reuelata facie gloriam Dei contemplamur, &c.* Forte hi sunt oculi qui alibi oculi terrę appellantur, id est sensus carnis, de quibus dixit serpens ad Euam. *Quia sciebat dominus, quod in quacunque die manducaueritis, ex eo aperientur oculi vestri.* Et paulo post: *Aperti sunt oculi eorum.* Alij enim sunt qui per preuaricationem aperiunt. Alii quibus Adam & Eua ante præuaricationem videbant, q bus mulier vidit lignum quia bonum est ad comedēdū. Christus ergo in iudicium venit in hunc mundum, *vt non videntes videant, & videntes cæci fiant*, qa in peccatoribus non vident oculi qui meliores sunt, sed qui sensus carnis dicuntur, & qui cōsilio serpentis aperti funt. Opus ergo Christi fuit, vt qui non vident melioribus oculis quę bona sunt, sed his consilio serpentis aperti quæ mala sunt, cæci fiant, & qui cæci fuerint illis quos serpens aperuit, videant bona domini illis quos Iesus aperire venit. Nisi enim prius claudatur visus malorū, nō patebit intuitus bonorū. Hinc quoque dicitur: *Quis fecit videntem, & cæcum.* Videntem scilicet secundum spiritum Christi, cecū vero secundum consilium serpentis. Apparet ergo Balaā (qa reuelati fuerant oculi eius dicere de semetipso) homo vere videns & dixit audiens verba fortis. Similiter aūt aliæ aures claudendę & aliæ aperiendę. Sed si quis hęc secundum historiam velit accipere, potest dicere, quia in eo quod vidit Balaam ꝙ bonum est in conspectu domini benedicere Israel, reuelati sunt oculi eius & factus homo vere videns. Vere n. vidit quæ futura erāt Iacob vel Israeli. Et audiuit verba fortis cum venit ad eū Deus, & dixit ei in somnis. Verbum quod dedero in ore tuo obserua vt loquaris. Et hoc erit visū Dei ꝙ vidit i sōnis, & iō dicit, reuelatos oculos eius esse, qa potuit videre ꝙ uidit.

D Io. 4 d. Dan. 2.c. 2.Cor. 3.d Prou. 17.d Gene. 3 a. E Io. 9.g. Exod. 4.c.

e *Cuius obturatus, &c.* Rab. Quia in somnis clausis corporeis oculis angelico ministerio hęc vidit. Oculos uero mentis partim habet apertos, partim clausos, qui mysteria futura agnoscit, sed errorem non corrigit. Sic iniqui aliud scientia, aliud moribus agunt, aliud ore ostendunt.

f *Quam pulchra.* Origenes. Alia litera. Quàm bonæ domus

F Hom. 17.

CAP. XXIIII.

VMQVE vidisset Balaam quod placeret domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abiit, vt ante perrexerat, vt augurium quæreret, sed dirigens contra desertum vultum suum, & eleuans oculos vidit Israel in tentoriis commorantem per tribus suas, & irruente in se spiritu Dei, assumpta parabola, ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo cuius † obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui visionem omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Quàm pulchra,

a ¶ Quia velamen est positum super cor eorum, neque vident neque intelligunt. b ¶ Vanus populus vel præcipitans eos.

† ¶ Impellentis id est diaboli, qui peccatum impellit.

NICOLAVS DE LYRA.

Cap. XXIIII.

1 Cumque uidisset. *Hic describitur Balaam, vt coactus ad benedicendum populo Israel. Duabus autem vicibus pręcedentibus licet fuerit prohibitus maledicere & compulsus benedicere, tamen fuit permissus ire & quærere augurium ad maledicendum populo, sed hic non permissus fuit, sed statim post mutationem loci & oblationem sacrificij fuit compulsus benedicere Israeli. Primò igitur describitur benedictio, secundo eius interruptio, ibi.* Iratusque Balac, *tertio eius resumptio, ibi.* Sumpta igitur parabola. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

Cumque vidisset. *Hoc factum est ad ostendendum, quod absque Dei permissione non solum dæmones non possunt dare responsum hominibus, sed nec etiam homines possunt hoc quęrere.*

2 Vidit Israel in tentoriis commorantem. *Quia quęlibet tribus erat distincte & ordinate posita, sicut dictum est s. p. 2.c.*

3 Et irruente in se spiritu Dei. *Id est, spiritu prophetiæ qui potest esse in aliquo cum malitia voluntatis, ut dictum est supra 22.c.*

4 Dixit homo cuius obturatus est oculus. *Vno modo exponitur de modo reuelationis quę fiebat sibi a dæmonibus, quia fiebat communiter in somno uel in auersione a sensibus, & tunc oculus corporalis non uidet. Alio modo exponitur de modo reuelationis diuinę sibi factę, quia fiebat sibi absque gratia iustificante, vt sic uideret ueritates pro aliis, tamen non uidebat ad consecutionem uel promotionem proprię salutis, & sic erat malitia excęcatus.*

5 Dixit auditor sermonum. *Non tamen factor.*

6 Qui visionem omnipotentis intuitus est. *Inquantum fiebant sibi reuelationes a Deo.*

7 Qui cadit & sic, &c. *Per somnum uel auersionem a sensibus.*

8 Et sic aperiuntur oculi eius. *Quia hoc modo fiebat sibi reuelatio dæmonis communiter, ut dictum est. Alio modo exponitur de reuelatione diuina. Qui cadit per malitiam uoluntatis. Et sic aperiuntur oculi eius, quia hoc modo fiebat sibi reuelatio, scilicet absque gratia iustificante.*

9 Quàm pulchra tab. *Id est bene ordinata.*

MORALITER.

✠ 1 *Cumq; vidisset, &c.* Per Balaā qui ueram prophetię doctrinā habuit, & tn malæ uitæ fuit, significat doctor quicunq; uel prædicator habens bonā & ueiā doctrinā, sed malā vitam, cuius doctrina aliis prodest, sibi tamē obest. Luc. 12. f. *Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & nō facit, vapulabit multis*, scilicet plagis.

A nius tuæ Iacob, & tabernacula tua Israel, &c. Nõ terrenas domos laudat, quæ non erant apud eos pter cæteras gẽtes. Sed populus diuisus erat per tribus, trib. per plebes, plebes per cognationes, cognationes per domos familiarũ, domus p numerum hominũ per capita numerabantur; hoc est omnis qui erat à viginti annis & supra masculus, qui ad bellum procedere poterat, hæc in spiritu præuidens extollebat. Nec solius literę contuẽda est sententia, assumptâ.n. parabola loquitur. Si.n. cõsideres diuisiones & ordines populorum qui in resurrectione in vero Israel erunt, cùm quisque resurget in ordine suo, si potes intueri tribus illas & cognationes in quib. non tam carnis & sanguinis est cognatio, quam mẽtis & animi, intelliges quàm bonæ sunt domus Iacob & tabernacula Israel. Est autem domus res fundata & stabilis, & certis terminis septa. Tabernacula verò eorum qui semper in via sunt & ambulant, nec itineris sui terminũ repererunt. Iacob ergo habendus est in eorum personis, qui in actib. perfecti sunt: Israel vero sunt qui sapientię & scientię student. Quia ergo actuum exercitia certo fine clauduntur. (Nõ enim sine fine est operum perfectio) vbi impleuerit quis omnia quæ facere debuit, ipsa enim operum perfectio bona domus dicitur. Eorum vero qui sapientiæ & scientiæ student (quia nullus finis est. Quis enim finis & terminus sapientię Dei erit? Quantò enim amplius quis accesserit, tanto profundiora inueniet: incomprensibilis est enim sapientia Dei) eorũ domos non laudat, quia non peruenerunt ad finem. Sed tabernacula miratur, in quib. ambulant, & semper proficiunt, & quanto proficiunt, tanto proficiẽdi via augetur, & in immensum tenditur; ideo tabernaculum nominat. Si quis autem scientiæ cepit aliquos profectus, & aliquid experimẽti, scit quia vbi ad aliquã venerit theoricam & agnitionem spiritualium, ibi anima quasi in tabernaculo moratur. Cum ergo ex his quæ reperit, alia rimat, & ad alios proficit intellectus, quasi eleuato tabernaculo tẽdit ad superiora, & ibi collocat animi sedẽ sensuum stabilitate confixã, deinde ex ipsis alios inuenit spiritales sensus, quos priorum sensuũ consequentia patefacit, ita semper ad priora se extendens tabernaculis incedit. Nunquam est.n. quando anima scientiæ igniculo succẽsa otiari possit & quiescere, sed semper a bonis ad meliora, & a melioribus ad superiora prouocatur. Hoc ergo iter sapientię Dei grandi & multo decore scripsit, dicens; vt nemora vmbrantia, vt paradisi super flumina, &c.

[margin: 1.Cor.15.c Allegoricè.]
[margin: Studentiũ sapientiæ nullus finis.]
[margin: B]

✠ AVCTOR PARAPHRASIS HIEROSOLYMITANAE. Quàm bona sunt tabernacula, in quibus orauit Iacob pater eorũ, & tabernaculum fœderis quod fecistis nomini meo, atque tabernacula per circuitũ domus Israel. Sicut torrentes pualent, sic pualebunt Israelitæ. Sicut sunt horti plãtati ad scaturigines aquarum, sic erunt ciuitates proferentes, s. scribas & doctores legis. Et quemadmodum est cęlum quod expãdit verbum domini pro domicilio quietis suę, & sic viuent & durabunt Israelitę in æternũ. Decori & celebres sunt tanquã cedri iuxta aquas quæ extolluntur crescendo. Consurget rex eorum inter filios eorum, & redemptor eorum ex ipsis. Inter eos quoq; erit, & congregabit eos nempe captiuitates eorum, & ex prouinciis inimicorum suorum. Atq; filij eorum dominabunt populis. Fortior erit Saulo qui pepercit Agag regi Amalechitarum & multiplicabitur regnũ regis Messię.

✠ PROCOP. Fortunam Israelis celebrat vaticinio d eo qui ex eis oriundus esset. Nã iuxta Paulum, Salus ex Iudæis est. Eadẽ vero prophetia quid postremis temporib. per Christum gerendũ esset, prædicit. Itẽ mox fore, vt Israelis populus in hoc itinere amplietur, & in cælesti rege ex ipsis oriundo tãquam irrigatus surgat. Ac vt luculẽtissimum finem bellis Gogicis faciat, qui Gog vltimo insultu contra sanctos Dei facto ignẽ cęlesti ac diuino cum exercitu suo absumet, iuxta Ezechielis

C prophetiam. Eius verò loco quod dicit, & pdibit homo, posuit

a ¶ Eorum scilicet qui semper ambulant nec itineris certum terminum reperiunt. b ¶ Qui in actu & opere perfectus est. c ¶ Qui sapientiæ & scientiæ student.

a tabernacula tua Iacob, & tẽtoria tua Israel, vt † valles nemorosę, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula q̃ fixit dñs; quasi cedri ppe aquas. fluet aqua de situla ei9, & semẽ illius

a ¶ His fluuiis tabernacula Israel inundata sunt sicut illa quę fixit dominus. b ¶ De quibus dicitur, vt recipiant vos in æterna tabernacula Luc.16.b. c ¶ Quia non circunferuntur omni vento doctrinę.

a ¶ Angeli. b ¶ Iuxta. c ¶ Diuinam sapientiam. d ¶ Populi multi vel doctrina. e ¶ Gente vel primitiua ecclesia.

D fuit Symmachus aquas rigantes & incrementũ adiuuantes. Descensurum.n. instar pluuiæ super vellus, Dauid prædicit. Iam vero de Christo hæc omnia rectius intelligentur.

a *Vt valles nemorosæ.* ORIG. Alii, *nemora vmbrãtia.* Qui p iter sapientię Dei incedunt, nemora sunt eis vmbrantia omnis cętus iustorũ, & chorus prophetarũ. Sub vmbra eñ sensuum quos apud eos scriptos inueniunt, refrigerãtur nimię eorum, & in doctrina eorũ quasi incedentes p opaca nemorum delectantur.

[margin: Vbi supra. Moraliter.]
[margin: † torrẽtes in lõgum tendentes]

b *Vt horti iuxta fluuios irrigui.* IDEM. Alia litera. *Et sicut paradisi super flumina.* Inueniunt isti paradisos sup flumina similes illi in quo lignũ vitæ est. Sũt aũt flumina scripturæ euangelicę vel apostolicæ, vel celestiũ virtutũ erga hu iusmodi animas adiutoria. Rigant.n. ab illis & inundantur, & ad omnem scientiam & agnitionem celestiũ nutriunt. Quãuis.n. Christus fluuius sit qui lætificat ciuitatem Dei, & spiritussanctus, non solum ipse fluuius est, sed & his quib. datum est vt flumina de ventre eorum procedãt. Pater quoq; dicit. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Ex quo s. fonte flumina ista procedunt. His fluminib. inundatã tabernacula Israel, fiunt sicut tabernacula quæ fixit dominus. Tabernacula ergo tabernaculis comparat. Possumus.n. dicere domos Iacob esse legem, & tabernacula Israel prophetas. Non.n. ipsum Iacob, sed domos eius laudat, nec Israel sed tabernacula eius, cum reuelati fuerint oculi eius. Quandiu.n. velamen positum est sup lectionem legis & prophetarum, non videntur bona tabernacula, nec laudabiles domus. Sed cùm intelligitur quia spiritalis lex est & prophetæ, à mota litera quæ occidit, & percepto spiritu qui viuificat. Vident et credentis populi de gẽtibus cõgregati corpora simul laudari & animæ, & domus Iacobo de corporib. dicatur, sicut in quodam libello legitur, q Iacob domus sit Israel, id est corpus eius Iacob dicatur, & anima Israel. Iacob ergo corpus laudabile est in continentia & castitate. Tabernacula vero Israel animæ pfectæ, quib. conuenit nomen Israel à videndo Deũ. Ista ergo tabernacula sunt sicut tabernacula q̃ fixit Deus. Illa s. quæ ostendit Moysi, cum tabernaculum construeret dicens. Vide omnia facias secundum typum qui ostensus est tibi in monte. Ad horum imitationem debet Israel facere tabernacula, & quisque nostrum. Hinc videtur cõtigisse vt Petrus & Andreas & filij Zebedęi arte piscatores inuenirentur. Paulus vero faber tabernaculorũ, & illi mutatur in piscatores hoĩm, & Paulus p Christũ vocatus apostolus, similis artis suæ transformatione ad cęlestia tabernacula constituenda transfertur. Tabernacula.n. facit docens viã salutis, & beatarum in cælestib. mãsionum, & ab Ierusalem vsq; ad Illyricum ecclesias construit. Facit autẽ tabernacula, ad similitudinem eorum quę in monte ostẽdit Deus Moysi. Sed vnusquisq; q de Aegypto exiuit, & habitat in deserto, in tabernaculo debet habitare, & diem festum agere. Sicut.n. cõmemoratio fit egressionis ex Aegypto p pascha & azyma, cõmemorationis in deserto fit memoria p tabernacula. In tabernaculis.n. habitauerũt patres nostri in deserto. Hęc oportet fieri ex verbis legis & pphetarũ & psalmorũ. Cũ.n. ex his q̃ scripta sunt proficit anima, & quæ retro sũt obliuiscens, ad anteriora se extendit, & ex augmento virtutũ & imitatione pfectuum in tabernaculo merito dr habitare.

[margin: Vbi supra. Mysticè.]
[margin: Ioan.7.f. Hier.7.f. Domus Iacob & tabernacula Iacob.]
[margin: 2.Cor.3.d 2.Cor.3.b.]
[margin: E]
[margin: Exo.25.d]
[margin: Matt.4.c. Act. 18.a. F]
[margin: Rom.15.c Exo.25.d.]
[margin: Leui.23.g. Philip.3.c]

c *Cedri.* Dei s.q̃ susceperunt palmites vitis de Aegypto translatæ: In quib. requiescit ille fructus, cuius vmbra operuit mõtes.

d *Fluet aqua de situla.* RVP. Aqua hęc sacra est scriptura, ad quã propheta inuitat dicẽs, omnes sitiẽtes venite ad aquas, id est omnes quærentes Deum, sanctas legit scripturas. Situla Christus est. Nã p situlã aqua hauritur, & per Christũ sancta scriptura aperitur. Imò ab illo sitis excitatur, vt hæc aqua desideretur, ab illo sensus aperitur, vt scripturæ intelligantur.

[margin: Lib. 2. in Num.c.11]

e *Et semẽ illius erit in aquas multas.* Hoc experti sum9. Nos n. de hac situla q̃ est Christ9, multa sctĩ spirit9 in vna ecclesia do na pcepim9 multa & largissima scripturarũ fluẽta possidem9.

ORIG.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt valles nemorosæ, vt horti iuxta. *delectabilia ad habitãdũ de lignis cedrinis. vt habetur 3.Reg.5.*

2 Vt tabernac. *Quæ quia tabernaculum fęderis vbi erat habitatio diuina, erat in medio, & tentoria Israel in circuitu posita, vt visum est supra 2.c. & 3.*

3 Quasi cedri prope. *Per hoc designatur prosperitas populi Israel, vel secundum alios hoc refertur ad templum postea factum à Salomone de lignis cedrinis. vt habetur 3.Reg.5.*

4 Fluet aqua de situla eius. *Per situlam quæ est instrumentum hauriendi aquam de puteo, & effundendi ad vsum humanum, intelligitur studium legis & prophetarum, quod viguit in Ierusalem circa templũ; per quod studium hauriebãtur aquæ sapientiæ de puteo sacræ scripturæ, & effundebantur docendo populum, secundum quod dicitur Esa.2.a.* De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem.

✠ 1 Tol-

ORIG. Alia litera. *Exibit homo de semine eius, & dominabitur gentibus multis & exaltabitur Gog regnum eius, Deus deduxit eum ex Aegypto. Sicut gloria vnicornis, &c.* Christus exit de semine Israel secundum carnem, qui dominatur in gentibus, vnde: *Pete a me & dabo tibi gētes hereditatē tuā, &c.* Gog interpretatur super tecta: Ex hic nō pro gente ponitur vt putatur, sed vt in multis ipse sermo Hebræus non interpretatus relictus est. Est enim sermonis consequentia talis, & exaltabitur super tecta regnum eius & c. r. e. Exaltari autem super tecta de perfectione credentium dicitur, crescere autē de multitudine. In his ergo qui perfecti sunt, super tecta exaltatur regnum Christi, id est super eos qui in superius sunt. Sūt enim forte aliqui in cœlestibus, qui rebus aliquibus plus proficiunt, & altius exaltantur hi qui in regno Christi sunt. unde. *Qui in tecto est, nō descendat aliquid tollere de domo.* Qui enim ad excelsam perfectionē venerunt, non debent ad huius mundi (qui domus appellatur) humilis descendere. Et alibi. *Quod audistis in aure prædicate super tecta.* Crescit autem regnum eius dum multiplicatur ecclesiæ numerus (vsquequo ponat pater inimicos omnes sub pedibus eius,) & nouissimum inimicum destruat, mortem.

(Margin: Rom. 9.a. — A — Psa. 2.d. — † Exultabitur magis quam Agag. — † confringet. — † Fuge. — B — Mat. 24.b. — Matt. 10.d — 1.Co.15.d. — Vbi supr.)

* PROCO. Prophetia hæc per omnia prophetiæ Iacob respondet. Velut hoc, *Ex germine meo fili mi ascendisti, ei, prouibit ex semine eius,* Iacob scilicet. Huic vero, *Ipse erit expectatio gentium,* hoc, *& dominabitur gentibus compluribus.* Huic etiam, *manus tua super hostes tuos,* hoc *deuorabunt gentes hostes illius, & perforabunt sagittis.* item huic, *Catulus leonis Iuda,* & quæ deinceps.

(Margin: D — Gene. 49. — † Eleuabitur.)

a ¶ Agag regno scilicet. b ¶ Regem scilicet Amalechitarum cui pepercit. c ¶ Saul.

a erit in aquas multas. † Tolletur propter Agag rex eius, & † au- b feretur regnum illius. Deus eduxit illum de Aegypto, cuius c fortitudo similis est rhinocerotis. † Deuorabunt gentes ho-

a ¶ Etiam de passione Christi prophetat Balaam.

d stes illius, ossaque eorum † confringent, & † perforabunt sa- e

a ¶ Cum in cruce positus principatus & potestates triumphauit. b ¶ Christus catulus, cum scilicet resurrexit a somno mortis. ¶ Christus vtied in perfectis, catulus leonis in paruulis.

f gittis. Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna, quam susci- g tare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedi- h ctus, qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Ira- i

¶ Quarta prophetia. a ¶ Similia in superiori præfatione præmissa sunt.

tusq. Balac contra Balaam, complosis manibus ait. Ad male dicendum inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertiò benedixisti. † Reuertere ad locum tuum. Decreuerā quidem K magnificè honorare te, sed dominus priuauit te † honore disposito. Respondit Balaam ad Balac: † Nonne nuntiis tuis quos misisti ad me dixi, si dederit mihi Balac plenam l domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonem domini Dei mei, vt vel boni quid vel mali pro-

(Verse numbers: 1 2 3 4 5 6 7 8)

2 e *Et perforabunt sagittis* LXX. *Et iaculis suis sagittabūt inimicum.* Christus enim verbis suis vicit diabolum, & omnes cōtradicentes superat & confringit: omnis enim qui peccat, inimicus eius est dum peccat. Si autem verbis Dei confixus peccata sua agnoscēs compungatur, & ad pœnitentiam conuersus, iaculis eius confixus dicitur.

f *Accubans dormiuit vt leo, &c.* Si intellexisti quātam requiem habeat iter sapientiæ, quantum gratiæ, quātumque dulcedinis, noli dissimulare, noli negligere, aggredere iter, nec eremi solitudinem perhorrescas, habitanti enim in huiusmodi tabernaculis occurrit māna cæleste, & angelorum panem manducabis. Incipe tantum cito, in consortium tuum uenient angeli quos significant cedri.

(Margin: Mystice. Matt 4.b. — † Celum it ... eius. — † conteret — † gloria — † Sup. 22.d. Moraliter — E — Exo. 16.d.)

g *Quam suscitare nullus audebit* LXX. Quis suscitabit eum? Nūc .n. a patre suscitatus dicitur. Nunc ipse templum corporis sui suscitare se dicit, ideo quasi percūtantis significatur affectus.

h *Qui be.* Qui benedicunt, Christo benedicunt in communionem paternę benedictionis assumpti. Qui autem maledicunt, maledicti sunt. Iudæi qui maledixerunt Christo, lachrymabiliter maledicti sunt. Quid enim posset illis euenire, qui maledicunt sapientiæ & veritati, & vitæ, nisi vt ab his omnib. exules taceant? Hæc enim omnia Christus est.

(Margin: Ioan. 2.b — Benedicere Christo — Ioan. 9.c)

i *Qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Iratusque Balac contra.* ORIG. Ego puto quod non solum maledicit Christo, qui sermonem aduersus eum profert maledictum: sed etiam qui sub nomine Christiani male agit, turpiter viuit, & in hostis uerbis aut factis nomen eius facit blasphemari. Sicut non solum Deum benedicit, qui sermonibus solis sed actibus vita & moribus facit nomen Dei benedici.

(Margin: Vbi sup. Maledicere Christo)

k *Dominus priuauit te honore disposito.* Ostendit dominus quia etiam Balac intellexit non iam dæmonum ministerio decipi Balaam, sed Dei virtute ad meliora transferri.

* PROCOP. Non quod Deum cognouerit Balac, alioqui eū non accersisset vatem. Loquitur autem ad morem Græcorum qui dicuntur sacrificiis suis transponi.

l *Non potero præterire sermonem domini Dei mei, vt vel bo.* Sciens Balaam, quod non sibi per ministros solitos responsa deferētur, sed ab eo qui habet omnium potestatem, recte videtur protestatus se non posse præterire verbū domini, vel proferre aliquid boni uel mali ex ore suo. Qui enim loquitur, nō pōt sacrificiis uel muneribus permutari, apud quem nō est transmutatio,

(Margin: F)

a *Tolletur propter Agag.* * RVPER. Hoc ita impletū est. Saul rex eius scilicet Israel fuit, contra voluntatem domini expetitus. Quia vero pepercit Agag, Ablatum est regnum eius, vt nullus regnet de posteris eius.

b *Eduxit illum de.* Deus eduxit eum ex Aegypto post mortem scilicet Herodis. vnde. *Ex Aegypto vocaui filium.* Quod ex hoc loco videtē assumptū & euāgelio insertū, vel de Osee ppheta.

Post mortem Herodis, vel de seculo eduxit illū pater ad semetipsum, vt viam faceret eis, qui de hoc mūdo discessuri erāt ad Deum.

c *Cuius fortitudo similis, &c.* Omnia enim dæmonum regna deiicens, vtrum suum regnum quasi vere vnicornis fundauit, gloria, cornu enim regnum significat.

d *Deuora. gent. &c.* ORI. *Edet gentes inimicorum suorum, & crassitudines illorum medullabit, &c.* Gentes scilicet quas inimici sui possidebant, ipse edet destructa virtute inimici, & crassitudines eorum medullabit, cum de his sensum crassum & carnalē extenuabit, & conuertet ad intelligentiam spiritualē. Crassitudo autem in malo ponitur, secundum illud. *incrassatum est cor populi huius.* Satiatus est, & incrassatus est & recalcitrauit dilectus. Edit ergo gentes & cibū habet eos qui credūt in se. unde. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.* cuius vtiq; voluntas erat, vt gentes conuerterentur ad fidē. Quod si vt superius docuimus, crassitudo culpabilis habetur, econtrario subtilitas laudabilis est, quia & spiritus sapientiæ, qui intelligibilis & sanctus est, & vnus & multiplex dicitur & subtilis.

(Margin: 1. Reg. 8. — Osee 11.a. — Vbi sup. — Crassitudo mala. Esa. 6. c. secundū LXX. — Deu. 32.b. — Io. 4.d. — C — Sap. 7.c. Subtilitas laudabilis.)

* PRO

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Tolletur propter Agag rex eius. *In hoc prophetat de Saule rege Israel, qui non impleuit præceptum domini de deletione Amalec, sed cępit Agag regem Amalec viuum, & de spolijs meliora seruauit, ideo fuit reprobatus a regno, vt habetur. 1. Reg. 15.*

2 Et auferetur regnum illius. *Quia translatum fuit de domo Saul ad domum Dauid. Ra. Sa. aliter exponit dicens, quòd hic est textus. Altior Agag rex eius, id est primus rex Israel capiet Agag, & hoc fecit Saul. Et eleuabitur regnum eius scilicet regnum Israel, quod fuit postea valde eleuatum tempore Dauid & Salomonis.*

3 Deus eduxit illum, &c. *Exponatur sicut præcedenti.*

4 Deuorabunt gentes hostes illius. *Id est Israelis & ly gentes est accusatiui casus, hoc est dictum: Hebręi perfectè triumphabunt de aduersarijs: & hoc patet per literam Hebraicam quę planior est, quæ sic habet.* Deuorabit scilicet Israel gentes hostes suos, & ossa eorum corrodet, *id est fortitudinem earum destruet.*

5 Accubans dormiuit. *Id est dormiet, & ponitur hic præteritum pro futuro propter certitudinem prophetię, & designatur in hoc securitas populi in terra sibi promissa, aduersa debellatis, ideo subditur.* Quasi leæna, *sequitur.*

6 Quam suscitare nullus audebit. *Quādiu enim in vero cultu Dei perstiterunt, habitauerunt in terra Israel confidenter.*

7 Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus, qui maledixerit. *Quasi diceret, tanta erit opinio bonitatis huius populi, quod benedicentes ei reputabuntur benedicti, & maledicentes maledicti.*

8 Iratusque Balac. *Hic ponitur benedictionis interruptio per Balac ipsum reprehendentem, & patet litera usque ibi.*

* 1 Dabo

A tatio, & ideo non potest sacerdos mercede mutari, vbi Deus muneribus non mouetur. Discessurus tamen Balaā incipit iterum prophetare. Et dicit: Consilium do tibi, &c.

Hom. 18. a *Dabo tibi consilium* ORIG. Veni, consilium do tibi quid faciat populus hic populo tuo in nouissimis dieb. Et assumpta parabola sua ait, &c. Velim requirere qs sit hic sensus vel ordo verborum. (Cōsilium Balaam.) Consiliū enim dare non videtur, sed ait: *quid facturus sit hic populus populo tuo in nouissimis diebus*. Cum videretur cōuenientius dici. Veni, pphetotibi quid facturus sit populus hic populo tuo, & esset consequētia, vt videretur Balaā pphetare de

feram ex corde meo, sed quicquid dominus dixerit, hoc loquar? Veruntamen pergens ad populum meum dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tem- 1 (a ¶ Non ait, Hæc dicit dominus, sicut mos est prophetarum.) b pore. Sumpta igitur parabola, rursum ait: Dixit Balaam filius 2 (a ¶ Quia nescit impius mala quæ facit nisi cum punitur. ¶ Interior.) Beor, dixit homo cuius † obturatus est oculus, dixit auditor (†Apertus) sermonum Dei, qui nouit doctrinā altissimi, & visiones omnipo c (a ¶ Quia intentionum à terrenis non leuat. b ¶ Quia per contemplationem in consideratione oculos tendit. c ¶ Christum. De quo dicitur: Orietur stella ex Iacob, &c.) d tentis videt, qui cadens apertos habet oculos: Videbo eum, 3 e sed non modò: intuebor illum, sed non prope: † Orietur 4 f

his quæ populus Israelis facturus esset populo Balac vel cæteris gentibus, vt non relinqueret ex vrbibus Moab vllū saluū. (Sup. 23 d. Infra eod.) Hæc prophetia quoque quam de Christo coniungit, & dicit: Orietur stella ex Iacob, &c. conuenienter pōsita videretur, si diceret: veni & propheto tibi. Sic ergo intelligendum est: Cōsiliū do tibi, diuinum s. quod in nouissimis diebus implēdum est, mihi nunc reuelatum, aperio tibi, & manifesto, vt scias quid populus hic faciat populo tuo, hoc est, consiliū Dei tibi manifesto. Similiter etiam intelligendum puto, quo Apostolus ait. (Ro. 11. d.) *Quis cognouit sensum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit?* Hic enim quis non pro nullo, sed pro raro & pro eximio habetur. (Matt. 11. d. 1. Cor. 2.) Cognouit enim filius sensum Dei qui dicit: *Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare*. Quæ scit ergo pater, scit & B filius, & consilium eius & sensum. Spiritus quoque qui scrutatur alta Dei sensum eius agnoscit. Filius ergo qui agnoscit sensum Dei, consiliarius est, non quia ignoranti quod agat cōsilium det filius aut spiritus, sed quod consilii & uoluntatis eius & particeps & sciens est. Balaam ergo quia consiliū quod reuelauerat ei Deus, participem faciebat Balac, ait *Veni, consilium do tibi*, tanquam qui vere videns sit & uere audierit.

Hom. 18. in Nume. (Scire sciētiā excelsi.) b *Dixit Balaam.* ORIG. *Dixit Balaam filius Beor. Homo vere audiens sermones Dei, sciens scientiam excelsi, &c.* Hoc non facile de quolibet prophetarum scriptum reperi. Miror ergo, quomodo de Balaam scriptum est, cui nec hoc dicere cōcessum est, quod in prophetis in vsu est. Hæc dixit dominus, sed ait. Dixit Balaam, &c. Quomodo scit scientiam excelsi. Qui etiā Balac docuit quomodo mitteret scandalum coram filiis Israel, ut manducarent immolata & fornicarentur. De apostolis.n. vix (2. cor. 12. a) inuenitur dictū, quòd sciant scientiam excelsi, quāuis Paulus vix indixerit se audisse arcana verba, quæ non licet hoī loqui, non est professus se habere sciētiā excelsi. In ecclesiastico dr. (Eccl. 1. a. 1. Cor. 1. d.) *Omnis sapientia a domino Deo est.* Quod fortasse ita itelligere possumus, quasi a Deo sit etiam sapientia mundi, quę destruetur, & principum mundi, & si qua est, per quam falsa scientia cōmendatur. Sed in sequentibus legitur: Non est sapientia malitiæ disciplina, vbi docetur, quia omnis disciplina quæ falsum afferit, etiam si vehemens videatur & verisimilis, tamen non dēt sapientia dici, quia omnis sapiētia a Deo est, id est omnis C peritia quæ vel erga aliquā artem vsui humano necessaria habetur, vel cuiuslibet rei scientia a Deo data, vnde Iob dictum (Iob 38. d. secundum aliā literā. Exod. 31. a) est. *Quis dedit mulieribus texendi sapientiam & varietatis disciplinam.* Et de Beseleel dicit dominus. *Repleui eum spiritu sapientiæ &* intellectus, ut in omni opere intelligat, & sit architectus ad operandum D argentum & aurum, &c. Horum ergo scientia ab excelso est. Quomodo non Geometria ex qua scientia architectoria deriuatur. In Zacharia quoq; funiculus Geometricus dicitur, in (Zach. 2. a.) quo angelus Ierusalem metitur. Quid de Musica, cuius peritiā ita attigit Dauid, & melodiæ & rithmorū disciplinam, vt ex his oīb. sonos inueniret quibus ēt regem vexatū a spiritu maligno mitigaret. De Medicinæ verò scientia nec dubitādum puto. Quę enim sciētia magis est a Deo quam sanitatis, in qua etiā herbarum vires & succorum qualitates ac differētiæ noscūtur. († incessit vel ambulauit, præteritū pro futuro id est, profici sceretur siue orietur.)

Scientia ergo Balaam pro qua vocatus est de Mesopotamiæ mōtib. ad orientem, habet originē ab excelso. Vnde nouit naturas animalium, vel motus auium, vel differentias vocum: & quod accepit ad scientiam bonorum, contulit ad vsus malorum, velut si medicus venenarius fiat, & pro remediis morbos (1. Reg. 16. c. Sciētia Balaam.) & pro sanitatibus mortes inferat. Vt autem amplius sciamus totius sapientię scientiam à Deo originem trahere, ab hoībus aūt mali propositi, vel etiam a dæmonib. corruptelas quasdā sapientiæ Dei miscentib. declinari ad malum. Notādū est qa E dedit dominus Danieli & sociis eius sciētiam & intellectum (Dan. 1. b.) & prudentiam in omni arte Grammatica, & Danieli dedit in (Ibi. 1. c.) tellectū in oī verbo & uisione & somniis, & inuenti sunt a rege decuplo sapientiores quam sophistæ & philosophi & incantatores & magi, qui erant in omni regno eius. Ex his oīb. colligitur, quomodo Balaam dixit de semetipso, scilicet vt intelligatur ꝙ origo totius scientiæ ab ipso cœpit exordiū, sed vitio humanæ malitiæ conspirantibus & surripiētibus dæmonibus, in pernitiem uersa sunt, quæ pro vtilitate cōcessa sunt.

GREG. *Dixit homo cuius obturatus est oculus.* Nescit impius mala quę facit, nisi cum pro eis puniri cœperit. Consilium Balaā (Li. 15. Moral. ca. 11.) contra Israelitas præbuit, sed post in pœna vidit quid prius ex culpa commiserit. Electi autem quia ne peccare debeant, pręuidēt, oculi eorū ante casum patent. Iniquus vero post casum oculos aperit: quia post culpam in pœna conspicit quia malum debuit uitare quod fecit.

c *Qui cadens apertos habet oculos.* Sæpe malus æterna iudicia admiratur, prædicationem celestis patrię cum audit, diligit, & opera diuinæ dispositionis obstupescit. Iacens ergo miracula considerat, quia Dei potentiam sciendo pensat, sed uiuendo non amat.

d *Videbo eum sed non modo.* Alia litera. Ostendam ei, & nō modo. Beatificabo & non appropinquat. Hęc ad illos quorum psonam gerit, referuntur. Quia doctores legis & scribę ostendunt Christum in lege & prophetis promissum, sed non modo, id est quando venit, sed cum plenitudo gentium introierit, tunc ostendent, tūc beatificabūt, quē mō blasphemāt. Sed tēpus quo hæc futura sunt, longe est & in fine seculi. Ideo ait, Ostendam illi, id est populo, qui tūc saluabitur, sed nō modo.

e *Non modo*, cūm ista loquor. Quia *vbi venit plenitudo temporis. misit Deus filium suum*. (Ro. 11. a. Gal. 4. a.)

f *Orietur stella ex Iacob.* ORIG. De hac stella in euangelio dicitur, quia ueniēs stetit supra, ubi erat puer. Sed si inde discesserit (Vbi supra. Stella ex Iacob. Matt. 2. b.)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Dabo tibi consilium, &c. *Sciebat enim Balaam, quod quandiu spiritus Dei ipsum moueret ad loquendum, nō posset populo Israel male dicere, sed cogitabat quod in recessu de terra illa, huiusmodi spiritus ab eo recederet, & tunc permitteretur agere & loqui secundum malam voluntatem suam, & tunc daret ipsi Balac consilium contra filios Israel quod & factum est, ut habebitur in principio sequentis, c.*

2 Sūpta igitur parabola, rursum ait, &c. *Hic ponitur benedictionis resumptio, & primo conuertitur eius prophetia ad Iudæos, secundo ad alios. ibi,* Cūq; uidisset. *Circa primum ex pdictis patet litera vsq. ibi.* (F Diuisio.)

3 Videbo eum sed non modo, &c. *Exponitur autem hæc litera ab Hebręis de prosperitate regni Israel tempore Dauid & Salomonis, de qua dicit Balaam. Videbo eum sed nō modo, quasi diceret, licet status illius prosperitatis mihi ostendatur visione prophetica, tamen nō erit temporibus meis, quia adhuc multum distat.*

4 Orietur stella ex Iacob. Id *est Dauid, ut dicunt aliq. Hebręi, qui* * nomi-

## MORALITER.

1 *Veruntamen pergens.* Per hoc autem, quod Balaam prohibitus est a Deo maledicere populo Israel, tamen contra eum dedit consilium pessimum, per quod fuit tractus ad fornicationē corporalem, & etiam spiritualem. s. idololatriam, significati fuerunt hæretici necromantici & consimiles, qui timore pœnę corporalis impediuntur suam docere doctrinā pestiferā in publico, sed eam docent in suis cōuenticulis in occulto. Item per hoc quod Balaam filios israel debellare non potuit per dæmones, & tamen eos confudit & afflixit per mulieres ostenditur nobis quantum horrenda est familiaritas mulierum atque fugienda. Eccl. 7. d. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus ventorum est, sagena cor eius, vincula sunt manus illius, qui autem placet Deo, effugiet eam.*

feram MORA-

ſerit vel euanuerit vel aſſumpta ſit, vel quid omnino inde factũ fuerit, non dr̃. Sed forte ſicut in baptiſmo ſup. Chriſtum ſpiritus quaſi columba deſcendit, & manſit ſup eum, & vox patris audita eſt. *Hic eſt filius meus dilectus.* Ita & ſtella q̃ venit ſupra, vbi erat puer & ſtetit, in Chriſto permãſit. Et ſicut ibi veniſſe ſpiritum Dei ſup eum & manſiſſe in eo ita accipimus quod nũquam ab eo receſſit ſpiritus Dei, ita ſtella quæ venit, & ſtetit ſuper eũ nunquam diſceſſit. Ideo deitatis eius iudicium illam ſtellã fuiſſe opinor. Ordo quoq. prophetiæ idem oſtendit, cum de deitate dicit: *Orietſtella ex Iacob.* De humanitate vero: *Exurgetque homo ex Iſrael,* vt vtrunq; euidenter prophetatum appareat.

a ¶ Diuinitas Chriſti. ¶ Quam viderunt magi in Oriente. b ¶ Egredietur virga de radice Ieſſe, Eſa.10.a c ¶ De qua dicitur: Reges eos in virga ferrea, &c.

a ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet† du- 1

a ¶ Nequitias ſpiritales. ¶ Vitia ſcilicet in eis. b ¶ Captiuam ducet cupiditatem. c ¶ Humanum genus. ¶ Caro quæ ante pugnabat ſpiritui. 2

b ces Moab, vaſtabitq; omnes filios Seth, & erit Idumæa poſ- 3

a ¶ Obediet ſcilicet rationi & virtuti. ¶ Anima.

c ſeſſio eius. Hereditas Seir cedet inimicis ſuis, Iſrael vero †for- 4

a ¶ In virtutibus abiecta ignauia. b ¶ Scilicet Chriſtus ſecundum carnem. c ¶ Salubriter. 5
¶ Dicens: Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Matth.16.d
d ¶ Reliquiæ ſaluæ fient. e ¶ Mundi. ¶ Hæreticorum vel philoſophorum, qui contra Deum dogmata ſua muniunt.

d e titer aget. De Iacob erit qui dñetur, & pdãt reliqas ciuitatis. 6

7 ✱ Proco. Hac prophetia tradunt excitatos Balaami poſteros (ſeruaſſe.n.apud ſe par eſt) cum viderent alienam ac inſolitã ſtellam perpendiculariter ſupra Iudæam immotam ſtare veniſſe inquiſitum, indicatum illum regem, quemadmodũ Matthæus in euangelio prodidit. Verũ enim uero ſtellę hui⁹ ortum ceſſurum inquit in ruinam Moabitarum, quos ſeorsũ nominauit, quod tunc temporis contra Iſraelem ſtarẽt, & q̃ idola eorũ ſectatus populus ſacrificaſſet Belphe Moabitarũ Deo. Vnde & duces eorũ ac heroas q in ſummo pretio apud eos erant, quãdo Iſraelitę cum Moabitidis fornicati ſunt, expreſſit. Quocirca rerum in peius deuolutionem vaticinatur, & oſtẽdit Moabitarũ Heroas, q Iſraelitis olim inſultauerint, in ortu futuræ ſtellæ collapſuros eſſe, & cum illis filios Seth, Edom, Eſau, & omnes alias gẽtes per illas ſignificatas: Quinimo omnes homines nomine Seth intelligi voluit. Imprimis vero Idumęos, q eodẽ modo ad Iſraelem ſunt delati omnes igitur inquit a ſua ſuperſtitione & impietate eſſe deſtitutos.

✱ Idem. Cæterum ſtellæ myſteriũ inſpiciamus accuratius. *In ſigna & tempora,* oẽs ſtellas poſitas eſſe tradit Moſes. Producuntur.n. ad res expectationem hominũ fugientes vultu micanti fulgores ſtellarum, quas vocant cometas trabes, & barbas & huiuſmodi. Atqui ſeruatoris ſtella his hominib. recentior extitit. Quippe q̃ demonſtrat re vera magnũ & ſpirituale luminare cęlitus demiſſum, totum orbem illuſtrãs. Quid.n. tam magnificum tamq; mirificum inter homines factũ eſt? Conſuetũ vero ſacræ ſcripturæ eſt, ſimul ſeruare ſemp ſignũ quod apparet, cum pronuntiato ſuper eo edito & ſenſum ſpiritualẽ, cuius gratia ſignũ exiſtit, vt narrationis certitudinẽ, quantum poteſt, adiuuet. Ita vtrumq; hic quoq; eſt conſeruatum eius ſtellæ quę apparuit, q̃ ſignificauit Deum cælitus illuminãtem, quem etiam hominem propter miniſteriũ eius prophetia vocat. Secũdum diuinitatem.n. paſſim orientem & lumẽ & ſolem iuſtitiæ appellat, vtpote quæ illuminat omnem hominem qui in mundum venit.

a *Et percuti.du.* Principatus & poteſtates affligẽs cruci. Aliter non poteſt ſaluare Moabitas, niſi prius vaſtaſſet duces impietatis.

b *Vaſtabitq; omnes.* Orig. Et prædabitur omnes filios Seth. Iſte eſt Seth filius Adã, de quo dictũ eſt Suſcitauit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Ab hoc.n. omne humanum genus, qui enim de Cain fuerant, diluuio perierunt. Filii ergo Seth omnes homines. Prædam ergo accipit omnes filios Seth, victis dęmonibus, eos.ſ. qui ſub eorum dominatione tenebantur, quos Chriſtus quaſi victoriæ prædam ducit, & ſpolia ſalutis reportat. vnde. *Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem,* ſ. generis humani, quam diabolus ad pditionem ceperat Chriſtus captiuam duxit, de morte reuocauit ad vitam.

c *Et erit Idumæa poſſeſſio eius.* Idem. Et erit Edom hereditas eius, Eſau inimicus eius, &c. Edom idem eſt q Eſau. Hic ſm hiſtoriam inimicus eſt Iſrael. Sed in aduẽtu Chriſti ipſe erit hereditas eius, id eſt ad fidem recipietur. Non excludetur ab hæreditate Chriſti. Spiritualiter vero Edom caro intelligitur quę ſpiritui aduerſatur, & eſt inimica eius. Sed in aduentu Chriſti, cũ ſubiecta caro fuerit ſpiritui p reſurrectionis ſpem ipſa et ad hæreditatem veniet. Non.n. ſola anima ſed & caro quæ aliquando fuerat inimica, per obedientiam ſpiritus conſors futuræ hereditatis exiſtet.

d *Iſrael vero fortiter aget.* Orig. Et Iſrael fecit in virtute. Quia ſ. tũc Edom, vel Eſau, id eſt carnis natura in hæreditatis ſocietatem vocabitur, cum Iſrael, id eſt anima facta fuerit in virtute decenter virtutib. repleta. Si.n. anima ad virtutes nõ veniat ſed pſeueret in ignauia, nec caro ad hæreditatem veniet, ſed ad iudicium illius, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

e *Et perdat reliquas ciuitatis.* Idem. Perdet liberatum de ciuitate. Videamus ſi forte hoc modo poſſit explanari. Ciuitatẽ hic mundum intelligamus, ſicut in euangelio de luxurioſo, filio dicitur. *Qui diſſipauit ſubſtãtiam patris. Acceſſit, inquit ad quendam primarium ciuitatis in regione illa, a quo receptus in agrum mitti tur porcos paſcere.* Hęc ergo ciuitas cuius ille primarius erat, mũdus eſt. Igitur de hac ciuitate liberatum, id eſt quem de hoc mundo Chriſtus liberat, perdit eum dicens: *Qui perdet animã ſuam propter me, ſaluam faciet eam.* Salubriter ergo Ieſus perdit, quẽ de hoc mundo eruit. Si volumus ergo ad ſalutem venire & de mundo liberari, perdamus animas noſtras pditione neceſſaria & vtili. Perdit enim animam ſecundum Chriſtum qui deſideria eius refrænat, cupiditates reſecat, luxuriam & reſolutionem caſtigat, & in nul o facit voluntatem ſuam, ſed Dei. Per hæc dicitur perire anima, perit enim vita eius prior, & incipit noua quæ eſt in Chriſto, cui ſi commorimur, etiam conuiuemus.

a Princi-

Margin: Matth.3.d. — A — B — C — Col.2.c. — D — Gen.4.d. — †terminos faciet diuitias chalde. proſperabitur in ſubſtantia — Eph.4.b. — Gen.25.c. — Allegorice. — Gal.5.c. — E — Vbi ſupra. — Matt.10.d — Tropolo. Luc.15.f. — Matt.10.d — 2.tim.2.b — F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *nominatur ſtella propter ſanctitatem, ſecundum Ra.Sa. per ſtellam intelligitur aliqua conſtellatio ſpecialis, quæ apparuit circa natiuitatem ipſius Dauid, deſignans ortum eius, ſed cuiuſmodi fuerit illa conſtellatio non dicit.*

1 Et cõſurget virga de Iſrael. *Id eſt Dauid, qui dicitur virga propter poteſtatem regiam.*

2 Et percutiet duces Moab. *Secundum quod dicitur 2.Reg.8.a* Et percuſſit Dauid Moab, & menſus eſt eos funiculo coęquans terræ.

3 Vaſtabitq; omnes filios Seth. *Dicit Ra.Nathã, quod Seth proprie hic accipitur, eſt nomen ciuitatis in terra Moab, cuius populum totaliter deſtruxit Dauid.*

4 Et erit Idumæa poſſeſſio eius. *Secundum quod dicitur 2.Reg.8.d.* Et facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiens Dauid.

5 Hæreditas Seir, &c. *id eſt filyſ Iſrael, quorum erant inimici.*

6 De Iacob erit qui domi. *Scilicet vniuerſaliter, hoc refertur ad Salomonem ſecundum aliquos Hebreos dicentes, quod ipſe dominatus fuit toti orbi. ſecundum quod dicitur 3.Reg.x.d.* Magnificatus eſt ergo rex Salomon ſuper omnes reges terræ, &c. *& ſubditur ibidẽ.* Et ſinguli deferebant ei munera, *id eſt tributa, ſecundum iſtos.*

7 Et perdat re. *Quia plures, ſubiecit quos non ſubiecerat pater eius. Ra.Sa. exponit de Meſſia, quod dicitur hic. De Iacob erit qui dominetur ſcilicet vniuerſaliter, ſecundum quod ſcriptum eſt de eo, Pſalmo lxxi.b.* Et dominabitur a mari, vſque ad mare, & flumine vſque ad terminos orbis terrarum. *Et perdat reliquias ciuitatis, id eſt Romę, quæ fuit ciuitas nominatiſſima, & per ipſum intelligitur Romanum imperium, in quo ſucceſſerunt catholici, qui ſecundum eum per Meſſiam venturum cum alyſ gentibus ſunt deſtruendi. Sed hæc expoſitio falſo innititur fundamento, ſcilicet quod Meſſias ſiue Chriſtus ſit venturus quantum ad primum eius aduentum de quo loquitur, qui tamen eſt tranſactus, vt diffuſe declaraui per ſcripturas Hebræorum in quadam quęſtione de quolibet. Item falſum aſſumit, ſcilicet quod primus aduentus Chriſti ſit in virtute annorum, cum Zacharias propheta dicat contrarium c.9.a.* Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalẽ, Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator & ipſe pauper. *Quæ autoritas ſecundum doctores Hebræos, de Chriſto intelligitur, ideo aliter exponenda eſt iſta prophetia Balaam a principio, quæ ſecundum omnes doctores catholicos de Chriſto intelligenda eſt. Videbo eum ſed non modo, quia Balaam & omnes alii viſuri ſunt Chriſtum etiam corporeis oculis, quando in forma humana apparebit ad iudicandum. Sed non prope, quia multum diſtat iudicium. Aliter exponitur & melius, vt uidetur de aduentu in carne. Videbo eum ſed non mo-*

✱ do,

Margin: Roma periit. — Nota quæſtionẽ poſtillatoris.

a ¶ Quinta visio Balaam & vltima. ¶ Sicut supra.

a Cumque vidisset Amalec, assumens parabolam ait: Principiū [1] gentium Amalec, cuius extrema * perdentur. Vidit quoque [2] Cinęum, & assumpta parabola ait: Robustum quidem est [3] habitaculum tuum, † sed si in ¶ Christo. petra ¶ Spem. posueris nidum tuum, [4] [5]

* in æternum.

† pone in petra.

A a Principium. Non hoc ad historialem Amalec referri potest. Non.n. primus erat antiquitate, sed ad spiritalem qui declinando populos à Deo & faciendo Gentiles ex Dei cultorib. Amalec nominatur. Et initium gentium dicitur, quia initiū dedit, vt homines fierent Gētiles mutādo gloriā incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis; vt enim in populo Dei Christus est initium, sic in populo qui declinat a Deo, & Gentilis, efficitur Amalec. (Rom. 1. c.)

ORIG. Initium gentium Amalec, & semen eorum peribit (Hom. 19. in Nume.) Scriptum est in Genesi. *Et reges hi conuenerunt ad fontem iudicij hic est Cades, & interfecerunt oēs principes Amalec, & Amorrhæos.* (Gen 14. a.) Sed quæritur vtrum sint duæ gentes eiusdē nominis, quia in catalogo filiorum Esau scriptum est, Gen. 36. *Istæ sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir. Et hæc nomina filiorum Esau, Eliphaz filius Adas vxoris Esau. Fuerunt autem filij Eliphaz, Themā Omar, Sephua, Genez, Gathan. Thamna autem fuit cōcubina Eliphaz filij Esau, & hæc peperit Amalec ipsi Eliphaz: & isti sunt filij Adas vxoris Esau:* Et post pauca: *& hi sunt duces ex filijs Esau, filius Eliphaz qui fuit primogenitus Esau. Dux Themā, dux Omar, dux Sephua, dux Genez, dux Core, dux Gathan, dux Amalec.* Hic igitur Amalec fuit filius Eliphaz primogeniti Esau de concubina Thamna. (Quæst. de Amalec.)

B Redeamus autē ad primā cōmemorationē de Amalec, vbi hi qui reuersi sunt, & venerunt ad fontem iudicii qui vocatur Cades, interficiūt omnes principes Amalec. Cades enim interpretatur sanctificatio vel sanctū, Amalec vero ablingēs populum vel declinans populum. Qui ergo reuertunt ad sanctum & conuertunt se ad sanctificationē, interficiunt Amalec, qui.s. ablingit populum vel declinat. Hęc est contraria virtus & nequitiæ spiritales quæ declinant populum a Deo. Horum principes sunt principatus contra quos sanctis est colluctatio, quos tamen superare non poterunt, nisi conuertantē ad sanctimoniā quæ est Cades, & in ipsa est fons iudicii. Omnis.n. qui se ad sanctimoniā vertit, habet semper ante oculos fontē iudicij. Prospicit.n. diem iudicii, & purificato corde, tā malorum pęnas, quam priorū beatitudines contuetur, quod faciens Amalechitarū principes prosternit. Alii vero subijciūtur princip.b. Amalec. Hos.n. ablingit & cōsumit, & talem populum declinat a Deo, hæc ad illum primū referuntur Amalec. Videam° & istū Amalec filiū Eliphaz primogeniti Esau quem peperit ei Thamna cōcubina. Cuius pater Eliphaz interpretat Deus me dispersit, mater Thamna, primo quidē deficiens, deinde confectio commota. Necessario qui ab his gignit hostis Israel est, ablingens vel declinans populū. Primus .n. Hebræos egressos de Aegypto aggressus est in Raphidim cum Moyses dixit ad Iesum: *Elige tibi viros & cōflige cum Amalec, &c.* Et post pauca scriptū est: *Quia fugauit Iesus Amalec, &c. populum eius gladio detecit, cum dominus dixit ad Moysen: Scribe hæc ad memoriam in libro, & da in auribus Iesu, quia delens delebo memoriam Amalec de sub cælo. Et ædificauit Moyses altare & nominauit nomen eius dominus refugium meum, & ait: Quia in manu oc-* (Exo. 17. c.)

C *culta dominus expugnat Amalec a generatione in generationē.* Vide quid debeat intelligi Amalec quem manu occulta, id est inuisibili expugnat Deus à generatione in generationem. In Deuteronomio quoque scriptum est: *Memento quanta fecit tibi Amalec cum exisses de Aegypto, quomodo obstitit tibi in via, & excidit caudam tuam omnes qui laborabant potestate &c.* (Deut. 25. d.) Nota quomodo Amalec obstitit populo Dei in via, non tamē potuit eius caput abscindere, sed caudā, id est eos qui retro vltimi sequebantur, nec ea quæ retro erant obliuiscentes, extendebant se ad anteriora. vnde. *Nemo mittens manum suam ad aratrū, & aspiciens retro, aptus est regno Dei.* Qui.n. retro inuentus fuerit in cauda, abscindet eū Amalec. In libro ēt Regum ait Samuel ad Saul. *Hæc dicit dominus Deus uirtutum. Recogitaui omnia quæ fecit Amalec aduersum Israel, quando percussit eū in uia cū ascēderet ex Aegypto, nunc ergo uade, pcute Amalec, & anathematiza omnia q̄ habet & nemini parcas, &c.* Paulo post, *Pœnitet me, q̄a unxi Saulem in regem.* Et hic ergo obserua quomodo Deus per prophetam præcepit Sauli, vt expugnaret Amalec, & nō parcat cuiq̄, & quia pepercit, offensam incurrit inexpiabilem, vt cōtra naturam suam Deus diceret. *Pœnitet me quia unxi Saul in regem.* Non parcamus illi, qui declinat populum vel ablingit & deuorat. Inuisibilis Amalec, qui volentibus ascendere de Aegypto, & de mundi tenebris conscendere ad terram promissionis, resistit in via, & impugnat, & si inuenerit lassos, defectos, retro aspicientes, in vltimis & in cauda positos, abscindet & perimet. Ideo tendenda sūt anteriora, & in verticē montis ascendendū, & semper leuādæ manus in orōne ad cælum, vt ita demum vincatur Amalec. Dauid cum multa bella gessisset, & contra Allophylos fuissent ei accerrimi frequētes que cōflictus, non scribit obtinuisse regnū, nisi prius domuisset Amalec. Vnde ēt regressus est Dauid postquam cecidisset Amalec, & suscepit regnum. Saul cum tamen Amalec scribat multas prius strages fecisse in populo Israel, & incendisse plurimas vrbes. Ante aduentū.n. veri Dauid qui natus est ex semine Dauid, spiritales Amalechitæ, id est cōtrariæ virtutes, multas strages fecerūt in populo Israel, & ipsius Dauid captiuauerūt duas vxores, Iudęū.s. & Gentilē populū. Omnes.n. constat sub peccato fuisse, sed nō ī his rerū exitus māsit, adueniens aūt Dauid, inuenit dispersos Amalechitas manducātes & bibētes & exultantes pda, & cecidit eos, & post hanc cędē regress° suscepit regnū. De hoc ergo Amalec, ait Balaā. *Initiū gentium Amalec, & semen eorum peribit.* Semen eorū est psuasio & doctrina, qua docet hoīes declinare a Deo, hoc ergo pibit, non ipsi in quib. seminatum est, ipsi.n. cum cōuersi ingemuerint, salui erunt. Hęc expositio illis obsistit qui Deū legis duritiæ, & crudelitatis accusant, qui non solū gentē Amalec, sed & semen eius pronūt. at peritur ū, cū gens ad spiritales nequitias referatur. Seīnē vero doctrina Gentil. suptitionū, & cultus idolorū, & oīs secta q̄ a Deo populū declinat, exponatur. (Luc. 9. g.) (1. Reg. 15. a.) (Ibidem.) (Exo. 17. c.) (1. Reg. 1. a.) (1. Re. 30. a.) (Rom. 3. c.) (Ezec. 18. b.)

D (Nota.)

E

F b *Vidit quoq;, &c.* ORIG. Alia litera. Et videns Cinæum dixit. (Vbi supra.) *Valida*

## NICOLAVS DE LYRA.

*do, quia non uidit eum in persona propria, sed in posteris suis quia magi qui uenerunt adorare Christum natum, fuerunt de stirpe Balaam. Sed non prope, quia natiuitas Christi adhuc distabat per magnum tempus. Consequenter ostenditur signum dicti aduentus, cum dicitur.* Orietur stella ex Iacob. *quia in natiuitate Christi stella apparuit, quæ magos ad Christum natum perduxit, ut habetur Matt. 2. a. & fuerunt ad hoc excitati ex prophetia ista:* Et consurget virga de Israel, *id est Christus propter potestatem regiā. unde de ipso dicitur. Ps. 2. b* Reges eos in virga ferrea, &c. Et percutiet duces Moab, *id est idolatras, qui significantur per Moabitas eo quod erāt idolatræ, ut patet ex prædictis. Nec mirādū est de tali significatione, quia Balaā parabolice loquebatur, ut patet in textu. Quod aūt destructa sit idolatria post Christi aduētū, patet per effectū.* Vastabitq; oēs populos filios Seth, *id est subiiciet fidei catholicæ ante finem mundi, licet nondum sit impletum, de Seth.n. egressi sunt omnes populi, quia Abel mortuus fuit sine filijs, et filijs Cain fuerūt deleti in diluuio. Dicuntur autem uastari filij Seth per conuersionem ad fidem catholicam, inquantum desierunt esse quod erant per infidelitatē, sicut dicitur Prouerb. 12. a.* Verte impios, & non erunt. *supple impij, sicut erant prius. Et erit Idumæa possessio eius, &c. p Edom & Seir sm Hebreos intelligit ciuitas Romana, & ipsa facta est possessio Christi, quia facta est sedes principalis sui uicarij. De Iacob erit q dominetur, s. uniuersaliter, quia Christo subiecta sunt omnia s̄m quod dicitur Matt. 28. d.* Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Et perdat reliquias ciuitatis, *id est congregationes malorum obstinatorum, qui sunt ciuitas diaboli, sicut & iusti sunt ciuitas Dei.*

(Orietur stella ex Iacob.) (destructio idolatriæ tēpore natiuitatis Christi.)

1 Cumq;. *Hic conuertitur prophetia Balaam ad alias gentes, & primo ad Amalechitas, cum dicitur.*

2 Principiū. *Non potest dici quod Amalec sit simpliciter principium gentium, quia fuit filius Eliphaz, filij Esau, ut habetur Gen. 36. b. ante quem fuerunt multi Gentiles, sed dicitur principium gentium quæ insurrexerant primo contra filios Israel post exitum de Aegypto, ut habetur* Exo. 17. c. (Amalec. principiū gentium.)

3 Cuius extrema perdentur. *Per filios Israel, quod factū fuit tempore Saulis regis, ut habetur infra Regum 15. b. Secundo conuertitur prophetia ad filios Iethro, cum dicitur.*

4 Vidit quoque Cineum. *Iste Cinæ a quo dicti sunt Cinæi, fuit filius Iethro ut dicunt aliqui, uel potius ipsemet Iethro, ut dicunt alij, prout dictum est supra 10. c. Et ponitur hic iste populus iuxta Amalec, quia habitabat iuxta eum, secundum quod dicitur* 1. Regum 15. b. Dixitque Saul Cinæo, Abite, recedite atq; discedite ab Amalec, ne forte inuoluam te cum eo.

5 Robustum quidē est habitaculum tuum, sed. *Locus.n. suę habitationis erat fortis propter difficile accessum ex rupib. & sequitur.*

* 1 Assur

*Valida habitatio tua? & si posueris nidum tuum in petra, & si fueris tibi Beor nidus astutiæ, Assyrij captiuum te ducent, &c.* Beor pater est Balaam hæreticos figurās: & dicitur, saluus posse esse Cinæus si ponet in petra, id est in Christo nidum suum, ipse scilicet nec hæreticorum circundet eū & circunscribat astutia. Si enim hoc fecerit, nihil proderit quòd in petra locatus videtur. ab Assyrijs.n. captiu⁹ ducetur, malignis, scilicet spiritibus a quib. hęretici captiuātur. Videtur hui⁹ expositionis, & coniunctio, conturbare sensum sed vernaculū est Hebreæ linguæ & cōiunctione frequenter vti, vt interdū abundet. Habet enim vnaquæq; lingua aliquid proprietatis quod apud alias videtur vitiosū. Hic ergo, & coniunctio, abundat & superfluit. Caueat ergo Cinęus (qui interpretatur possessio) quātus possideat istam gratiam, vt in ecclesia Christi sit, ne fortè astutia Beor circūueniat eum, & declinans ad praua dogmata tradatur Assyrijs, qui enim blasphemant in ecclesia positi, traduntur satanæ, vt discant non blasphemare. Traduntur autem Assyrijs qui interpretantur dirigentes, non vt penitus pereant, sed dirigantur & corrigantur & discant non blasphemare.

De Cinęo. — †quia Cin incedit vel de pa'cet te donec Assur captiuum cu-catte. — Tropolo. — † Dan. 11. e — 1. Tim. 1. d

a † & fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris perma- b nere? Assur enim capiet te. Assumptaque parabola iterum c locutus est. Heu quis victurus est, quando † ista faciet Deus? d e † Venient in triremibus de Italia, superabunt Assyrios, vasta- f g buntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. Sur- h rexitque Balaam, & reuersus est in locum suum, Balac quo- i k que via qua venerat rediit.

(Interlinear: ¶ Nidus meus vel possessio. — ¶ Dirigens. — a ¶ Conclusio prophetiæ Balaam. — ¶ Secundum Deum, non communi vita. — ¶ Dæmonum gentes. — ¶ Assyrij. — ¶ Populum Dei. — ¶ Cum vires suas esse deditus iudice: Ite maledicti in ignem æternum. — ¶ Non Hebræi. — a ¶ Dicente iusto)

Non videtur Cinæum valde culpabiliter nominare, cui dixit Saul: *Discede de medio Amalec et non percutiam te, quia fecisti misericordiam Israel, &c.* Huius robustum est habitaculum, si ponat in petra quæ est Christus nidum suum.

1 Reg. 15. b — B

Moraliter. Rabanvs. Cinęus possessor interpretatur. Et sunt qui pręsentia possident, qui ingenio secularis sapientiæ callent, qui verè sibi robustū habitaculū cōstruūt, si se infirmos sentiūt, & in excelsa humilitate Christi fouendam mentis fiduciam ponunt, & omne quod præterit cordis volatu transcendunt.

a *Electus.* Electi de numero sapientium, veritatis inquisitores vita viuunt ppetua. vnde. *Qui elucidant me, vitā ętern̄a habebunt.*

Eccl. 24. c.

b *Assur.* Diabolus scilicet cui hæretici traduntur dirigendi & corrigendi.

c *Parabola.* Sępe parabolice loqui dicitur, qui ne quid in his non quasi parabolam, sed secundum literam accipimus.

d *Quis.* Tam felix qui hæc videat, sentiat, intelligat, & credat, quod hæc ita fecerit Deus.

Lib. 2. in Num. c. 25

✻ Rvper. Cum dolentis interiectione iterum suspirat, illos beatificans oculos qui visuri erant vastatis Hebræis, superatisque Assyriis, florente regno Romanorum, elucescere regna cælorum. Eodē modo suspirans & prima dixerat prophetia *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horū similia.* Sed hæc suspiria cunctaque prophetię vel sapientiæ dona perdidit radix amaritudinis, radix omniū malorū cupiditas, quia nimiū sitiens impiorum numera: sic inter benedictionis verba dixerat ad Balac, *Dabo consilium, &c.*

e *Quando ista.* Cum. s. orietur stella ex Iacob, surget homo ex Israel, & delebit Amalec, & semen eius peribit, id est cum veniet Christus & cultum idolorum destruet, & dæmonum potestatem subiiciet.

f *Venient.* Videtur significare quod iuxta incarnationem domini veniant Romani, Assyrios, Hebręos & oēs orientales superaturi, & tandem regnum perdituri, secundum statuam Danielis. Vel quòd in aduentu Christi in fine temporum, qđ pars Occidentalis significat omnia regna mundi gladio spiritus: id est verbo Dei superemur, & in tempore Antichristi cesset prædicatio euangelij.

Literaliter. — C — D — Dan. 2. e. — Ezech. 6. b.

Orig. Alia litera. *Et exibunt de manibus Cittim, & affligent Assyrios,* Cittim interpretatur plaga finis. Qui verò cōuersi ad Deum, & a Christo eruditi plagam quæ in fine seculi impijs veniet, effugiunt, affligēt Assyrios. Id est hi quibus in agone positis conteret Deus satanam sub pedibus: affligent Assyrios, id est, dæmones Calcabunt.n. super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

Vt supra — † vel lauetur — Rom. 16. e. — Luc. 10. c.

Allegorice. g *Hebræos.* Hebræus est q de Aegypto trāsit ad terrā promissionis, de tenebris ad lucem, de morte ad vitā. Sed nō sine magno certamine potest obtinere. Affligit ergo & affligitur, cædit aduersarium & cæditur. Affligunt ergo Assyrii Hebræos, id est populum Dei, sicut affliguntur ab eis.

h *Etiam ipsi peribunt.* Idem. Et ipsi pariter peribunt. Nō cum Hebræis. s. sed pariter, id est statim vt Hebræos afflixerint. Pariter.n. Græc⁹ sermo pro statim ponit. Hic ergo erit finis omnium, ut Assur cui tradebant delinquētes in populo Dei, uel in interitum carnis ut spiritus saluus fieret, uelut disceret nō blasphemare, pereat, ēt ipse ab eo qui potestatem habet perdere in gehennam. Qui dicet eis *Ite in ignem æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius.* Periit una ouis de centū sed hāc bonus pastor relictis nonagintanouem in montib. descendes ad hanc uallem lachrymarum, & requirens inuenit, & impositam humeris reportauit. Iste aūt Assur qui in fine omnium dicitur periturus, nescio si aliquando aut quæri possit aut inueniri. Periit ergo nō errore, sed iudicio, nō lapsu motus, sed perseuerantia obduratus. Quod.n. scriptum est. *Ego occidā & ego viuere faciam, deducam in infernum & reducam.* nescio si generaliter ad omnes aspiciant, an ad eos tantum quos deceptio diaboli deduxit in mortem.

E — 1. Cor. 5. h. — 1. Tim. 1. d — Matt. 10. — Matt. 25. — Matt. 18. — Luc. 15. a. — Ezech. 31. f.

i *Surrexitque.* Orig. Quia Balaam Dei uirtute constrictus nō potuit Israel maledicere uolens regi placere, ait. Veni cōsiliū do tibi, sed consilium non aperuit, quod tamen refertur in fine huius libri. Sed plenius ubi Ioannes ait. *Habes doctrinam Balaam, qui Balac, docuit vt mitteret scandalum in conspectu filiorum Israel, vt manducarent idolis immolata, & fornicarentur.* Quasi populus hic non proprijs uirib. sed Deum quærendo uincit & pudicitiam conseruando. Deiice pudicitiam & spōte uincetur, non uirtute militiam sed decore mulierum pugnādū est forma uinci armatus, ferum pulchritudo captiuat, ubi sēserint eos mulieres manus dedisse libidini, non se prius cupientib. præbeant quam de sacrificijs idolorum cōedant, & consecrētur Beelphegor. Rex uero Balac continuo consilio paruit.

Hom. 20. — Infra 31. b — Apoc. 2. c.

k *Reuersus est in locum suū.* ✻ Procop. Non patriam innuit, uerum stationem eam unde profectus est ad Balac in urbem suburbiorum ut supra meminit. Nā & ipse quoque cum Balac ab Israelitis trucidatur, ut paulo post indicabit.

F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Assur.n. capiet te. *Fortitudo.n. loci non potuit eum saluare, quin caperetur & captiuaretur cū decem tribub. Israel, quas captiuauit rex Assur tempore Osee regis Israel, vt habetur 4. Reg. 17. Tertio conuertitur parabola ad Romanos cum dicitur.*

2 Assumptaq; parabola iterum. *Prophetiæ tamen suæ præmittit exclamationem dicens.*

3 Heu quis victurus est quando ista faciet Deus? *s. quæ sequuntur. q. d. tanta strages per Romanos fiet in diuersis partib. orbis quod vix poterit aliquis euadere gladium eorum.*

4 Venient in triremib. *Id est in nauib.*

5 De Italia. *Quia per nauigium venit exercitus Romanorum ad partes illas orientales.*

6 Superabunt Assyrios. *Quorum dominium erat magnum.*

7 Vastabuntq; Hebræos. *Quod inchoatum est tempore Pompeij. & consummatum tempore Titi & Vespasiani.*

8 Et ad extremum etiam ipsi peribunt. *s. Romani quod exposuit Ra. Sa. futurum per regem Messiam, vt dictum est supra, & improbatū. Ideo aliter dicendum, quod hoc factum est per bella intestina inter Romanos consurgentia, propter quæ multa regna recesserunt a dominio imperij Romani, & illud quod remansit videtur quasi quotidie intestinis bellis cassari. & hoc notatur cum dicitur. Ipsi peribunt, s. a semetipso bellis intestinis.*

Romani regni interitus.

9 Balac quoq; uia qua uenerat rediit. *Conduxerat.n. Balaā usque ad fines terræ suæ, ut haberet consilium ab eo contra filios Israel in fine, sicut ei promiserat.*

6 Super — ✻ CAP.

ADDITIO

*In cap. 24. ubi dicitur in postil.* Quam Pulchra tabernacula tua, &c. *Circa prophetias Balaam tam præcedentes quam sequentes tria occurrunt atendenda. Primum est, quod licet de statu populi Israelitici*

De prophetiis Balaam.

A felicitia a principio vsque ad finem tractent, vt patet, nunquam tamen aliquid tangunt de infortuniis, seu aduersitatib. eorum, licet multa talia eis deuenerunt, tam tempore iudicum quam etiam temporib. regum, & maxime in captiuitate Babylonica, & in alijs; sed solum tangunt prosperitatem eorum. Cuius ratio potest esse, quod Deus nolebat vt talia reuelarentur Balaam, nec per ipsum manifestaretur gentibus, ne ex hoc possent audaciam assumere resistendi seu inuadendi eos, & ideo in principio Deus vniuersaliter dixit ipsi Balaam: Nō maledicas populum, quia benedictus est: in quo prohibuit sibi ne aliquid mali de eis diceret. Secūdo quia Balaam prophetauit de his quę pertinent ad prosperitatem illius populi non solum temporalem, sed etiam spiritualem, quæ quidem bona spiritualia intelligenda sunt de iustis, s. de Israel seu Iacob secundum spiritum, non autem de peruersis, prout patebit inferius in locis suis. Tertiū est, quod quatuor prophetiæ istius Balaam videntur respicere quatuor status populi Israelitici: Quorum primus ante legem, s. ab Abraham vsque ad dationem legis: Secundus est a datione legis vsque ad tēpus, quo possederunt terram promissionis, ante tamen quam regem habuissent aut templum. Tertius vero a tempore prædicto vsque ad tempus quo habuerunt regem & templum inclusiue. Quartus vero & finalis status populi sub Christo, & in omnibus istis semper tangitur prosperitas eorum, omissis aduersitatib. ratione prædicta.

In prima igitur prophetia commendat primum statum illius populi de quatuor. Primo de hoc quod erat a Deo benedictus, vnde non poterat maledici quod correspondet cum hoc quod fuit dictum Abrahæ in prima sui vocatione, Ge. 12. a. Benedicam tibi, &c. Et benedicam benedicentibus tibi, &c. de quo dicit hic Balaam: Quomodo maledicā, non maledixit Deus. Secundo commendat eum de hoc quod erat separatus a gentib. in fide, de quo hic dicitur: Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Et quia ista distinctio incepit ab Abraham & fuit continuata per patriarchas, ideo huic distinctioni prædicit. De summis silicib. videbo eum, & de collib. considerabo illum, s. de viris iustis & perfectis qui montib. in scriptura similantur, a quibus ille populus sumpsit initium. Tertio cōmendat eum de magna numerositate, quia cū primi patres essent pauci, tamen in magnam multitudinem creuerunt, de quo dicit: Quis dinumerare possit puluerem Iacob, &c. correspondenter ad illud quod dixit Deus Abrahæ Gen. 13. d. Multiplicabo semen tuum sicut puluerem terræ. Quarto commendat eum de bono fine de quo dicit. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horū similia, correspondenter ad hoc quod dictum fuit Gene. 15. c. Tu autē ingredieris ad patres tuos in pace, in quo videtur assecurare eum de pœnis alterius vitæ, vnde in sinu Abrahæ iusti ante aduentum Christi leguntur collocari, vt Luc. 16. f. Nec mirum si Balaam cum esset pessimus appeteret finem iustorum. Nam secundum Gregor. in pastorali. Sicut plerunque mali inutiliter cōpunguntur ad iustitiam, sic plerumq. boni innoxię tentātur ad culpam.

In secunda prophetia primo confirmat dicta dicendis dicens. Non est Deus quasi hō vt mentiatur, &c. q. d. iste populus, vt dixi non est maledictus a Deo, sed econtra, & quia Deus mentiri non potest, ideo ad benedicendum adductus sum, &c. Consequenter videtur tangere secundum statum populi supradictum, quem commendat in quinque. Primo a separatione ab idolatria, quæ in primo præcepto decalogi fuit prohibita de quo dicit. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Secundo commendat illum statum de cultu vnius Dei, quod multipliciter traditur in lege de quo dicit. Dominus Deus eius cum eo est. Tertio commendat eum de hoc, quod etiam sine regē temporali victoriam obtinebant de regib. sibi aduersantibus, vt patet præcipue in historiis Iosue & etiam Iudi. de quo dicitur. Clangor victoriæ regis in illo est. q. d. licet non habeant regem temporalem, obtinent tamen victoriam ac si regem habuissent, & quia illa victoria procedebat ab illo cuius fortitudo maxima est ideo subdit. Dominus Deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis, scilicet cuius cornua, in quib. designatur potestas seu fortitudo, sunt præminentia cæteris. Quarto commendat eos in hoc quod nō regnabantur in cognitione agendorum seu futurorum, per vana & superstitiosa, sed per reuelationes diuinas, de quo dicit. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. & temporibus suis dicetur Iacob & Israeli, quid operatus sit dominus. s. per prophetas denūtiantes ea quę Deus vult operari. Quinto cōmendat eos de hoc, quod in promptu erat eis parata victoria de aduersantibus, de quo dicit. Ecce populus vt Leæna consurget, &c. Et non accubabit leo, donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat, quod potest intelligi de illo populo sub Moyse, qui quidem Moyses non accubuit, id est mortem non vidit donec deuicit reges fortes, Sehon & Og & Madianitas, quorum sanguinem effudit. Vel intelligitur de toto populo qui non accubabit, id est non habebit quietam possessionem terræ sibi promissæ, donec occideret omnes reges Chanaam, vt patet in historijs sacris de hoc tractantib.

Commendat Israel per Balaā I quinque.

Num. 23. c

In tertia prophetia videtur tangere tertium statum populi supradictum, quem commendat in quinque. Primum in hoc quod habebant habitationem diuinam inter eos, & hoc quandoque in tentorijs sicut a tempore Mosis vsque ad Dauid inclusiue, quando arca fęderis quæ in tentorio a Mose fabricato existens in diuersis locis figebatur, quādoq. vero in tabernaculis, s. in tēplis sicut in templo Salomonis, & postea in templo per Esdram & Neemiam ędificato, de quo dicit. Quam pulchra, &c. Vbi notandum quod in Hebræo in hoc loco prius ponuntur tentoria quā tabernacula, sicut in ordine temporis priora fuerunt, vnde assimilat huiusmodi tentoria vallibus nemorosis & hortis irriguis, in quib. homines in transitu delectantur eo quod talia tentoria nō habebant locum fixum sed mouebantur de loco in locum transeundo, vt dictum est. De tabernaculis vero. s. de templis quæ immobilia erant & cedrina, dicit quod tabernacula quæ fixit dominus quasi cedri propę aquas. Secundo commendat illum statum de doctrina, sacra, de quo dicit. Fluit aqua de situla eius, exponatur prout in postilla, de studio legis & prophetarum quod viguit in Ierusalē, vel de sapientia Salomonis, ad quam audiendam de vniuersa terra veniebant, vt in 3. Reg. 4. Tertio commēdat illum de regno temporali, quia primus rex qui fuit in Israel, deuicit regem Agag qui erat principalis aduersarius illius populi, de quo dicit secundum veram literam Hebraicam. Super extolletur super Agag rex eius, et sequitur. Et eleuabitur regnum eius, exponatur prout in postilla. Quarto commendat illum statum de victoria, quam habuit de circunstantib. aduersarijs, vt patet tempore Dauid, quam victoriam attribuit fortitudini illius qui eduxerat eos de terra Aegypti dicens. Deus eduxit illum de Aegypto, &c. Deuorabunt gentes hostes illius, &c. Quinto conclusit hanc prophetiam correspondenter ad primum dictum suæ prophetiæ vbi dixerat. Quomodo maledicam cui non maledixit dominus. q. d. illa benedictio Dei qua hunc populum in patrib. benedixerat, firma est & irretractabilis.

In quarta vero prophetia agit de quarto statu illius populi, scilicet sub Christo vnde in hac prophetia, & non in alijs facit mentionem de extremo tempore, quia vltimus status populi Israelitici secundum omnes in hac vita, est tempus Messiæ, vltra quod non est nisi aliud seculum. Et quia in hoc statu mysteria abscondita a seculis erant implenda, ideo in hac tantum prophetia de se dixit. Qui nouit doctrinam altissimi. q. d. ista quæ dicturus sum nullus scit, nisi qui nouit doctrinam altissimi, id est secreta altissimi. Quem quidem statum cōmendat in quatuor. Primo ex hoc quod rex eius futurus erat cælestis de quo dicit. Orietur stella de Iacob. vnde Ra. Moy. Gerund. sic dicit in hoc loco, quia Messias congregaturus est dispersiones Israel ab extremis terræ vsque ad extremum, idcirco assimilat eum stellę quę transit per firmamentū a summo cælo. De quo etiam dixit Daniel. Ecce in nubibus cæli sicut filius hominis veniebat. Hæc ille. Quod satis concordat veritati nostræ licet ipse qui loquitur, hoc non perfecte sentiret. In signum autem huius scilicet quod rex Messias esset rex cælestis, stella noua apparuit magis cum natus esset Christus Matth. 2. a. Secundo commendat statum istum ex parte præsidentis, scilicet Christi qui idolatriam penitus deuastaturus erat. sic princeps huius mundi eiiciendus erat foras, vt Io. 12. e. Et de hoc dicit. Consurget virga de Israel. s. virga directionis de quo in Psalm. Virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Et quia idolatria ante tempus legis euangelicæ totum mundum comprehendebat, idcirco dicit: Vastabitque omnes filios Seth. A Seth enim genus humanum communiter descendit, prout deducitur in glo. Vastauit igitur Christus omnes a Seth descendentes quia deorum suorum cultum amouit, eorum templa etiam, & aras destruxit. Nominauit tamen inter omnes gentes Moab & Idumæam seu Seir, quæ est terra ipsius Edom, propter diuersas rationes: Moab enim, quia cum Moabitis loquebatur, quasi diceret eis: Et si pro nunc non superabunt te, tamen in futurum eis subiicieris. Idumæam uero nominauit, quia fuit primus aduersarius ipsius Iacob ab utero, cuius primogenituram & benedictionem Iacob accepit, vt Gene. 17. Et ideo in scripturis, sicut Israel sępe accipitur pro populo, qui sub fide & cultu Dei residet, etiam si ab Israel non descendat secundum carnem, sic Edom & Seir sępe accipitur pro gente quæ aduersatur populo Dei, etiam si ab Edom & Seir secundum carnem non descendat, prout in prophetia Abdiæ Deo duce largius est tractandum, quod in Christo impletum est. Subiecit enim in primo aduentu, & hoc spiritualiter cum post resurrectionem dixit. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. secundum quā potestatem condemnauit omnes infideles dicens. Qui non crediderit condemnabitur, Mar. 16. d. Et isto etiam modo potest intelligi id quod dicitur. Vastabitque omnes filios Seth. Tertio commendat illum statutum ex parte populi qui fidem Christi cū tanta constantia, & virili fortitudine susceperunt, quod etiam vsque ad effusionem sanguinis fidem Christi per orbem diuulgauerunt, de quo dicit: Israel vero fortiter agit. Quarto commendat illum statum circa secundum aduentum quando non solum Idumæi scilicet aduersarij fidelium, erunt subiecti fidelibus modo prædicto, sed etiam ex toto consumentur, euntes in ignem æternum, sed de hoc dicit. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis, scilicet mundi vel diaboli. vnde Abdias propheta de hoc tractans similiter dicit. Non erunt reliquiæ domus

Dan. 7. d.

Psal. 44. b

Abdiæ f.

Mat. 28. d

domus Esau; & sic finitur quarta prophetia, quæ respicit Israel secundum quatuor status prædictos, tangens prosperitates eorum, & nihil exprimens de aduersitatib. modus ratione iam dictam.

In sequentibus vero tangit statum Gentilitatis, specialiter respectu Israelis, & est quinta prophetia. Vnde glos. interlinearis ubi dicitur: Cumque vidisset Amalec, interponit sic: Quinta visio Balaam, in qua visione seu prophetia agit de trib. generibus gentium scilicet de primo aduersario Israelis, qui fuit Amalec, et de ultimo aduersario qui fuit gens Romana, & de gente intermedia quæ erat quasi adiacens seu associata ipsi populo Israeli, scilicet populus Cinæus descendens de Iethro. De primo scilicet Amalec dicit: Principium gentium Amalec, &c. exponatur prout in postilla. De Cinæo vero dicit: Robustum quidem est habitaculum tuum. q.d. Nō poteris euadere Assyrios, supple qui inimici fuerunt Israel, ut 3. Re. 16. etiam si sis in robustissimo loco, quia Assur capiet te, & hoc scilicet quomodo captiuauit Israelem. q.d. Ita societas non assecurabit te ab illa captiuitate, in quo innuitur quasi per indirectum aduersitas Israelis in captiuitate Assyriorum, quam tamen per directum non expressit ratione prius tacta. De gente vero Romana, quæ fuit ultima & principalis affligens ipsum populum ab Israele secundum carnem descendentem dicit: Venient in trierib. de Italia. vbi in Hebræo habetur de Roma superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos quasi diceret: Ista gens Romana erit sic potens, quod superabit seu vastabit tam affligentes, scilicet Assyrios quā afflictos, scilicet Hebræos & tamen ad extremum ipsi etiam peribunt, quia regnum eorum euacuatum fuit per regnum Christi, prout prophetatum fuit a Daniele, Dan. 2. de lapide exciso sine manibus & statuam percutiente. Vnde glo. super hunc locum, Iuxta incarnationem domini venient Romani, Assyrios, Hebræos & omnes orientales superaturi, & tandem regnum perdituri secundum statuam Danielis, Hæc in gl. Et notandum, quod licet in omnibus prædictis prophetijs Balaam nominabat istum populum sub nomine Israelis vel Iacob (quæ sunt nomina quæ accipiuntur frequenter pro populo fidelium, secundum nominum interpretationem) in hoc tamen loco nominat eos sub nomine Heber, quasi iam nomen Iacob vel Israelis perdiderant, quia tempus quo gens Romana illum populum vastauit, fuit post passionem Christi, quando iam perdiderant nomen Israel & Iacob secundum spiritum.

## CAP. XXV.

a *Morabatur, &c. in Setim.* Interpretatiōe Hebraicorū nominum, שטים Sittim inuenimus lingua nostra, respōsionem vel refutationem dici. Applicuit ergo Israel ad responsionē vel refutationē non bene applicuit.

b *Et fornicatus est.*

✠ IOSEPHVS. Dixit Balaā. Vos quandam victoriā, ad breue tempus aduersus eos lucrati desideratis, quod impetrabitis, si hæc q̄ moneo feceritis. Filiarum vestrarū speciosas præcipue virginis circa eorum exercitum destinate, & supplicantib. eorum iuuenib. vt earum amplexib. misceantur, præcipite, non prius annuant quàm eos patrias leges relinquere iubeant, & Moabitarum & Madianitarum colere ritum cogant, sic enim illis indignabitur Deus.

✠ PROC. Nulla contra hominem est potentia, nisi prius sibi ipsi damnum intulerit. Quemadmodum isti qui libidine capti Dominum obliuioni mandarunt. Quemadmodum quoq; postea Salomon qui in mulierum gratiam idolis tēpla extruxit. Quare cum populi huius socordia ac ignauia Deo esset cognita, alienigenis vxorib. illis interdixit. Nobis uero qui in fide agimus, cum illis conuersari per Paulum permisit. Nouit enim quod idonei simus magis utilia suadere, quam noxiis obtemperare.

✠ THEOD. Probe sciens Balaam illos inuictæ fortitudinis esse, qui proteguntur a Deo, excogitauit in filios Israel impietatem, in quā prolaberentur per intēperantiā vt propter impietatem diuino denudati auxilio, captu faciliores fierēt. Persuasit itaq; Madianitis ut nō viri sed mulieres cū illis decertarēt armorum uice, corporis venustate & uerborū illecebris essēt præditæ, illarū pulchritudine capti, illorū idolis inseruirent.

ORIG. Ipsa historia nos ædificat, docens, q̄ aduersus nos militat fornicatio. Sed si habuerimus arma apostoli, luxuriæ tela non nocebūt nobis, id est si habeamus loricā iustitiæ, galeā salutis gladium spiritus q̄ est verbū Dei, & scutū fidei, calciati pedes in præparatione euangelii pacis. Si hæc arma proiicimus, diabolo locum damus, & captiuat nos oīs dæmonum chorus, & Deus contra nos irascitur, nec solum in præsenti, sed in futuro puniemur. Faciunt autē nos vincere pudicitia & iustitia, prudētia & cæteræ virtutes. Faciunt autē vinci, luxuria, libido, auaritia, impietas & oīs malitia. Idem ait Ioannes in Apocal. *Habes ibi quosdam tenentes doctrinam Balaam, &c.* Qui facit quę facit Balaā, doctrinā eius docere uidetur. Sicut de doctrina Iezabel ibi memoratur, non q̄ aliquis ex discipulis Iezabel doceat q̄ illa tradiderit, sed qui prophetas persequitur sicut illa, aut dolo aliquos capit aut falsis criminib. perimit innocētes, iste tenet doctrinā Iezabel. Sic ergo q̄ prauo cōsilio scandalum generat in populo & offensionē & irā Dei prouocat vel idolorū sacrificiis cōsciando, uel libidini seruiendo doctrinam Balaam tenet. Est ergo execrabilis etiam corporis fornicatio, quæ violat tēplum Dei, & tollit mēbra Christi, & facit mēbra meretricis. Sed execrabilior generalis fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continetur. Cum anima scilicet consortio uerbi Dei sociata, & matrimonio eius sociata ab aduersario eius qui eā sibi in fide desponsauit corrumpitur, est ergo sponsus & vir animæ verbum Dei, id est, Christus. vnde: *Volo autem vos omnes vni viro virginem castam esse Christo, &c.* Dum igitur aīa adhæret sponso, & complectitur & audit verbum eius, ab ipso suscipit semen verbi & concipit & facit filios: *vt salua sit per generationem filiorum, si permanserint in fide & charitate* (etiam si prius sicut Eua seducta fuit) vbi cōcubitus tactus fuerit

Marginalia: Ho. 20. in Num. Moraliter; Gal. 6. c.; Libr. 4. antiq. c. 5.; Apoc. 2. d.; 1. Re. 13. a.; Quest. 45.; 1. Co. 6.; 2. Co. 11. 2; 1. Tim. 2

## CAP. XXV.

*Lxx. applicuit Israel in Sethim.*

a Morabatur autem tempore Israel in Setim, [1]
*a Quia non bene applicuit, retu tatus est a Deo.*
b et fornicatus est populus cum filiabus Moab [2]
quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At il- [3]

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XXV.

Diuisio.

1 Morabatur aūt. *Hic consequenter ponitur prouocatio filiorū Israel ad peccatū ex consilio Balaā. Et primo ponit dicta prouocatio, secūdo ipsius punitio, ibi:* Locutusq; est dns. *Circa primū describit primo Israelis prouocati trāsgressionis punitio, ibi:* Et iratus dns. *Circa primū sciendū, q̄ Balaā sciens filios Israel esse pronos ad luxuriam, dedit consiliū ipsi Balac vt mitteret puellas pulchras, nobiles, & ornatas prope exercitum eorū, & quod iuuenes venientes ad se verbis allicerent, & cum viderent eos inflammatos ad actum carnis, non permitterent se ab eis cognosci, nisi prius comederent de idolotitis & idola adorarent quæ secū portauerāt, vt sic Deus offenderetur, & populus Israel a Deo percuteretur, & in manus hostiū traderetur. Dicit etiam Iosephus, quod aliqui nobiles de Israel acceperunt sibi vxores de illis. Licet autem hic non sit scriptum quod Balaam dederit hoc consilium, tamen habetur ex eo quod dicitur infra. xxxi capitu.* Cur fœminas reseruastis, nonne istæ sunt quæ deceperunt filios Israel ad suggestionē Balaā? *Et Apocal. 2. d. dicitur:* Habes illic tenentes doctrinā Balaā qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere scilicet de idolotitis & fornicari. *& hoc est quod dicitur hic.*

2 Morabatur autem Israel eo, &c. *Nomen est loci propinqui loco vbi prędictæ mulieres venerant.*

3 Et fornicatus, &c. *Spiritualiter per idolatriam, & corporaliter per luxuriam, ut dictum est.*

✠ 1 Initiatus-

## MORALITER.

Meretrices fuge.

✠ 1 *Morabatur autem eo tempore Israel in Setim.* Per hoc autem quod populus Israel trahens morā prope mulieres Gentiles & idolatras tractus fuit ad luxuriam & idolatriam, monemur nos elongare a mulieribus, ne uerbis earum signis, & affectibus decipiamur. Quia scribitur Eccle. 3. d. *Qui amat periculum in illo peribit:* Et Isidorus libro de bona & honesta conuersatione: Si vis a fornicatione esse tutus, esto a muliere corpore & visitatione discretus, iuxta serpentem, & proximus periculo, diu illæsus non eris, prope ignem inadustus non eris, ferreus sis, aliquando tamen dissolueris.

Isidorus in li. de bona conuersatione.

X

Fit enim anima, cũ verbo Dei & complexus adiuuante datus, nascitur generosa progenies, pudicitia, iustitia, patientia & oēs uirtutes. Si autem se diabolo & dæmonibus prostituerit, faciet illos adulteriū, scilicet omnia peccata. Per singula ergo genimus generat filios anima nostra, sensus scilicet & opera. Et si quidem secundum legem est & verbum Dei, quod facit: parit spiritum salutis; & saluabitur per generationem filiorum de quibus dicitur: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Si vero contra legem est quod agit, de conceptione diaboli spiritus parit filios peccati & maledictionis. Anima pp̃atis sępe generat, vel de verbo concipiens, vel de contrario spiritu. Forte ad has generationes respicit quod dictum est: *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni aut mali, &c.* Istæ n. generationes animæ vel spiritu sancto generatę priusquã faciant aliquid boni, diliguntur. Si vero ex spiritu maligno prius impleant aliquid mali, hoc ipso quod huiusmodi voluntate peperit anima, digne odio habetur malæ voluntatis execranda conceptio. Ideo forsitan & Chanaan puer antequã nasceretur maledicit, quia peccauerat pater eius. Et prophetans Noë, qui vnicuiq; filiorum suorum optima quęque signaret vbi ad Cham venum est: *Maledictus,* inquit, *Chanaan puer.* vnde: *Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quã retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram.* Etsi nondum aliquid operis gesserit in nobis Babylonius conceptus, dum paruulus est, non miserearis, statim interfice, odiosus n. est, elide ad petram ne crescat, ne migeat tur opera confusionis in eo. Petra Christus est, in conspectu tremendi iudicij eius positi pereat hæc soboles. Hęc dicta sũt de generali fornicatione, cũ species est corporalis fornicatio. Hinc Paulus ait: *Qui se iungit deo vnus spiritus est, & qui se iūgit meretrici, vnũ corpus est.* Quia oēs anima aut domino coniuncta est aut meretrici. Dominum autem dixit virtutes quę Christus est. i. verbum, sapientia, virtutem, iustitiam, & huiusmodi. Meretrice vero oēs malitię species. vnde: *Mulier occurrit ei habens speciē meretricis, quæ iuuenum facit uolare corda.* Hęc meretrici malitia est, qui se iungit huic meretrici, vnũ corpus malitiæ efficitur. Sicut ergo q se iungit domino iungit se sapientię, iustitię, pietati, & veritati, & cum omnib. vnus efficitur spiritus, ita q se iungit huic meretrici, iungit se impudicitiæ, iniquitati, mendacio & omnib. malis, cum quibus unum corpus efficitur.

a *Comederunt.* Quasi et de his q immolata sunt idolis comedunt, quę execrabilia sunt apud Deum. Quis n. consensus templo Dei cum idolis.

ORIG. Ait apostolus: *Si quis viderit scientiam habentem in idolo recumbere, nonne conscientia eius cũ sit infirma ædificabitur ad manducandum idolothyta?* Vbi rẽ non tamen ipsam grauem pronuntiare, quã illius offensam qui hęc videns ad idem prouocatur, cũ non simili scientia muniatur, vt non tã sui quam alterius fit reus. Forte studiosi literarum Græcarum homines, & adamatores philosophię desiderio adhuc studiorum veterum tenebantur, & philosophorũ dogmata quasi idolis immolata edebant. Quæ fortasse non lædebant eos qui scientiã veritatis acceperant. Sed minus in Christo eruditi, si initiantes talia legerent, vulnerari poterant. Qui ergo charitas non quærit quod vtile est sibi, sed quod multis, talem verbi cibum capiamus, qui nõ solũ nos ædificet & delectet, sed et videntes non offendat. Est ergo non solũ in cibis idolis immolatum, sed & in verbis. Omnis sermo q pietatem, iustitiam, & veritatem docet, Deo immolatus est. Qui aũt impudicitiam, iniustitiam, impietatẽ idolis, & qui eum recipit, idolis immolata manducat.

b *Et adorauerunt Deos earum.* Nota ordinem. Malos sermos primo concipit, cetia decipit, inde ingluuies, postremo captiuat impietas, cuius merces exoluitur fornicatio.

ORIG. Salomon cũ esset sapientissimus multis mulieribus inclinatũ latera, ideo deceptus est. Ego tamen nõ puto quod multæ mulieres mu ta dogmata non nominentur, q singula cũ vir sapientissimus scrutari & agnoscere voluisset, in legis diuinæ regula tenere se non potuit. Decepit eum Moabitica philosophia, vt idolo Moabitico immolaret, & Ammonitarũ & reliquarũ gentiũ, quarũ mulieres dicitur recepisse. Sed nos ita scrutemur scripturas, vt immolatis non maculemur.

a Consecrati sunt, idolis immolantes.

a *Comederuntq; & adorauerunt Deos earum,* † initiatusque est Israel Beelphegor: Et iratus dñs dixit ad Moysen: Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solẽ † in patibulis.

a Quia neglexit eos lex negligenda & delendi.

b Nõ solum in manducauerunt.

a Quem nihil latet.

b Palam: vt omnibus sint exemplum.

c Principes. Potestatis est enim. Perpetrata & vindicata. Ideo quasi extra. Illi et conuersi se decimare, sed eos in carcere.

a concubina, adolescentularum non est numerus, vna tamen est columba mea.

c *Initiatusq; est Israel, &c.* Consecratus est, i. mysterijs idoli apud Madianitas præcipue a mulieribus, quorum ritus propter turpitudinis, sed scriptum excepit, nisi q qualis vel quantum illius formæ. forte ne auditore polluat. Cum ergo multæ sint turpitudinis species vna Beelphegor dicitur. Omnis ergo q turpe aliquid cõmittit, in aliqua turpitudinis specie Beelphegor consecratur.

※ AUG. Statua hæc erat apud Moabitas. eius Deũ alij Græcorum alij Saturnum, alii Belum vocant. Stabat hæc in loco q Phegor dicebatur, vbi a mulieribus Moabitarum & Madianitarum prouocati ad impudica sacra Hebræi, initiũ eius admiserunt.

ORIG. *Et initiatus est Beelphegor, &c.* Per omnia peccata quæ committimus, maxime si non ex surreptione aliqua sed studio peccamus, illi dæmoni cui cura est qd admittimus, consecramur. Et forte tot dæmonib. consecramur quot peccata committimus, & mysteria illius suscipimus. vnde: Iã ẽ mysterium operatur iniquitatis. Circumeunt ergo quærentes quo vnumquemq; mysterijs suis consecrent. Si senseris malignum spiritũ loqui in corde tuo, vt te ducat ad aliquod opus peccati, intellige quia vult te cõsecrare alicui dæmoni, vt suscipias mysteria diaboli. Adest et vnicuique nostrum angelus bonus q regat, moneat, qui pro actib. nostris corrigendis & miserationib. exposcendis quotidie videat faciem Dei. Et in Apocalypsim Ioannis, vnicuiq; Ecclesię generaliter angelus præest, q vel collaudatur pro bene gestis populi, vel pro delictis culpatur. In quo stupendi mysterij admiratione perniciosẽ q tanta cura Deo est de nobis, vt etiã angelos suos culpari pro nobis & confutari patiatur. Sicut cum pædagogo traditur puer, si minus dignis moribus appareat disciplinis, culpa ad pædagogum refertur, hęc illa puero, a patre et pædagogus arguitur, nisi durus & lasciuus, & proteruus pædagogi salutaria monita spreuerat. Quid aũt in homine fiat, docet propheta dicens: *Derelinquetur filia Sion sicut tabernaculum in vinea, &c.* Sumitur enim est anima, & ideo iustum Dei iudicium est, quia sponte sua vel bonis vel malis monitoribus patet. Maior autem cura humanæ salutis Deo est, quã diabolo perditionis. Quasi in non sufficiat angelorũ diligentia. Illa dæmonium, & cum eum ad peccandũ trahunt insidias, pre voluntas Dei adest, defendit, custodit, & nos ad se trahit. vnde: *Vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Nec sufficit esse nobiscum, vnde nobis adest, & ad salutem trahit. vnde: *Omnia traham ad me ipsum.* Vides quod non solum volentes sed et cunctãtes trahit. vnde. Volenti sepeliri patrem suum nec spatium temporis dedit, sed ait: *Sine mortuos sepelire mortuos suos, &c.* Pater etiã nos trahit. vnde, *Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eũ,* qui seruis suis dicit: *Quoscũque inueneritis, compellite intrare.* Sanctus quoque spiritus ait: *Segregate mihi Saulum & Barnabam, &c.* Prohibet etiam Paulũ ire in Asiam, & cogit ire Ierosolymam, prędicens quia vincula & carceres manent eum ibi.

d *Tolle cunctos principes, &c.* ※ PROC. Vide benignitatem maximã quæ supplicio paucorum quod omnes meruerant est contenta. Iuxta illud, Castigando castigauit me Dominus. Exemplo enim horum sapere docentur reliqui. sicut eorum quoque qui in Platonis regulatis & populi fuerant, super quibus nul

d 1. Cor. 10. b. Ad Græc. a.

NICOLAVS DE LYRA.

※ 1 Initiatusque est Israel, &c. id est, applicatus est siue coniunctus cultui illius idoli.

2 Et iratus dominus. *Hic consequenter ponitur huius transgressionis punitio. Et primo in generali, secundo in speciali, ibi:* Et ecce unus. *Circa primum dicitur.*

3 Tolle cunctos principes populi. *Dicunt expositores nostri, quod punitio primo facta est in principibus qui suspensi fuerunt, quia aliqui erant culpabiles in transgressione idololatriæ, & alij similiter reprimere negligendo. Rab. Salo. aliter exponit dicens:* Tolle cunctos principes populi. *id est, congrega eos vt iudicent & puniant transgressionem prædictam.*

4 Et suspende eos. *s. qui inueniuntur culpabiles, & hoc vltimum non refertur ad principes.*

5 Contra solem in patibulis. *Vt pœna sit publica sicut & peccatum, & ad terrorem aliorum, & dictum Rab. Salo. consonare videtur huic quod sequitur.*

※ 1 Dixitque

Marginalia: Rom. 9. c. · Gen. 9. d. · Ps. 136. b. · 1. Co. 10. b. · 1. Cor. 6. d · Moraliter · Prou. 7. b. · Vbi supra. 1. Cor. 6. d. · 1. Cor. 8. c. · 1. Co. 13. b. · Vbi supra. 3. Reg. 11. a · † coniunxitque se. · † cera domine. Gene. 6. c. · Beelpheg. · Ex catena Græca. · 2. Tha. 2. b · Angelus bonus adest vnicuique. · Apo. 2. a. · Quãtæ curæ Deo est homo. · Esau 1. c. · Mat. 28. d. · Ioan. 12. e. · Luc. 9. g. · Ioan. 6. e. · Luc. 14. e. · Act. 13. a. · Diuisio.

quib. Saluator inquit, quod si poenitentiam non egeritis, grauiora his vobis euenient. Porro principib. quib. facile est maleficos deprehendere supplicium commisit, & suspensione eorum contra solis radios, quo terrorem aspectu suo pariant. Quod abominationi ducunt Graeci, si mortuum cadauer soli obtendatur.

✱ APOL. *contra Solem.* Id vero non tam factum est vt occulta facinora proderentur, quam vt per solem qui symbolum gerit ipsius patris, totius naturae Deum agnoscerent omnia intuentē quem ne cogitationes quidem mentis nostrae fallere possunt.

lis vt auertatur furor meus ab Israel. Dixitque Moyses ad iudices Israel: † Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. Et ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. † Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari, filii Aaron

ORIG. Fortassis referuntur haec ad angelos. Venient.n. ad iudicium nobiscum, & stabunt ante solem iustitiae, ne forte aliquid causae ex ipsis fuerit, qd deliquimus, ne forte minus operis expenderint, ne nos a peccatis reuocarent vnde in Apocalypsi. *Habeo aliquid aduersum te quod habes ibi tenentes doctrinā Balaam, & huiusmodi.* Si.n. mercedem sperat angelus, q̃ nos consignatos accepit a Deo pro his quae bene gessimus, timet et culpari pro male gestis. Et ideo ostentari dicuntur contra solem, vt appareat quorum culpa commissa sint peccata per quę Beelphegor vel cuilibet idolo pro qualitate peccati consecramur. Quod si princeps.i. cuique angelus consignatus nō defuit, sed de bonis cōmonuit, & locutus est in corde meo, in eo duntaxat in quo me conscientia reuocat a peccato, & ego spretis eius monitis & conscientiae retinaculo in peccata ꝓrupi, duplicabitur mihi pęna pro contēptu monitoris & facinoris cōmissi, ne mireris si angeli veniant cum hominib. ad iudicium. *Ipse enim dominus ad iudicium veniet cū principibus populi sui.* Ostendātur ergo principes, & si in illis culpa est, desinit ira Dei a populo. Debemus ergo magis esse solliciti, scientes, qd non solum pro actibus nostris stabimus ante tribunal domini, sed & angeli tanquam principes & duces nostri. vnde: *Obedite praepositis vestris, ipsi enim peruigilant rationem reddituri pro animabus vestris.*

ORIG. Populus peccat & principes ostentātur ꝯ solem ad examinandum, vt arguātur a luce. Non.n. tantum pro suis arguūtur delictis, pro populo.n. coguntur principes reddere rationem, ne forte non docuerint, non monuerint, nō sollicite arguerint eos qui primū peccauerunt, ne contagio disperge ret in populos. In ipsos.n. conuerteretur, & cessabit a populo. Haec si cogitarēt homines, principatus nō ambirent, sufficit cuiq; pro peccatis propriis argui & reddere rōnem. Cui necesse est pro peccatis populi ostentari contra solem, ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari?

AVG. Et dixit dominus ad Moysen: *Accipe duces populi, & ostenta eos domino contra solem, & auferetur ira animaduersionis domini ab Israel.* Iratus dominus de fornicationibus Israel carnalibus.s. & spiritualibus (nam & filiabus Moab se miscuerant, & idolis fuerant consecrati) dixit Moysi, vt ostentaret domino duces populi ꝯ solem. In quo verbo Itelligitur iussisse crucifigi, vt hoc sit ostentaret eos domino contra solem, id est palam in conspicuo huius lucis. Nam Graecus ait, παραδειγματικον quod dici posset exēplar, quia παράδειγμα exēplum dicitur. Nā Aquila dixit, Confige, vel potius sursum confige, qđ est ἀνάπηξον. Symmachus autem suspende. Sed mirum est qđ scriptura desinit narrare vtrum hoc fuerit ex pręcepto domini impletum, quod contemni potuisse non video, aut si contēptum est, impune contemni. Si aūt factum est & tacitum, cur ex eo quod Phinees transfixit adulteros placatum fuisse dominum scriptura dicit, plagamque cessasse? Quasi crucifixis ducib. sicut praeceperat domin⁹, adhuc indignatio perseuerans alio modo placanda uideretur, cum falsum esse non posset qđ pronuntiauerat dicens. Auertetur ira animaduersionis dñi ab Israel. Si ergo factum erat quis dubiter irā fuisse auersam? Quid ergo opus erat, vt Phinees ad placandū deum in adulteros vindicaret, & scriptura perhiberet ꝙ sic placauerit dominū? Nisi forte intelligamus, cum illud ꝙ praeceperat dominus de ducibus populi Moyses implere disponeret, voluisse eum et ſm legem talia punire flagitia, vt iuberet vnūquenq; interficere ꝓximū suū diis alienis consecratū, & inter ea illud Phinees faceret, & sic ira dei iā placata, nō opus fuisse duces populi crucifigi. Haec sane seueritas illi tempori congrua quantum malum sit fornicationis & idolatriae prudentium fidei satis euidentet ostendit.

a *Quod cum, &c.* ORIG. Haec aedificauerunt priorem populū, tibi autē qui a Christo redēptus es, cui de manib. gladius corporalis ablatus est, & datus est gladius spiritus, arripe hunc gladiū. Et si vides Israeliticum cū Madianitis scortantem meretricib.i. cum diabolicis cogitationib. voluntatem, ne parcas ne dissimules, statim percute, peccatum perime: ipsam quoque vuluam.i. secreta naturae discutiens & penetrans ipsum fomitē peccandi reseca, ne vltra concipiat & generet, & maledicta peccatorum soboles Israelitica castra contaminet, sic enim sedabis irā dei. Praeuenisti.n. diē iudicii, quae dies irae dicitur & furoris. Et exterminato fomite peccati qui hic vulua mulieris appellatur ad iudiciū venies securus. Cremus ergo vt inueniamus sp paratū istū gladiū spiritus, per quē exterminētur ipsa femina cōcepta culpa, & propitius nobis fiat deus, per verum Phineem dñ̄m nostrum Iesum Christum.

✱ PROC. Hic scortator impudicitiae suae atrocitate, ad iustam iram prouocauit Phinees. Quod videlicet in cōspectu Mosis, & principu, libidinē exercuit, nihil etiā reueritus ipsorū lachrymas, quas ante tentorium effuderūt. Nam Paulus quoq; lamentandos & lugendos peccatores censet. Verum nūc quidē ad poenitentiā dilatio poenae inuitat, interdum uero castigatiōis cā furor est. Vnde illud, lex iram efficit. Quapropter animus Phinees aestuauit, adeo vt nec interrogaret principem nec consilium expectaert.

✱ AVG. Neque.n. quia illam primi populi cōmixtionē Moyses Dei famulus patientissime perferebat, ideo non in multos et gladio vindicauit. Et Phinees sacerdos adulteros simul inuentos ferro vltore confixit. Quod vtique degradationibus & excommunicationibus significatum est esse faciendū in hoc tempore, cum in Ecclesia disciplina visibilis fuerat gladius cessaturus.

a *Arreri Dei.*

Luc.13. — Vbi supra — Exo.32.f — 1.Ma.2.e — 2.q6.7.c. nos sin si. — Vbi supra — Tropol. — Apoc.2.d. — Angeli ex hominū custodia mercedē sperant. — Esa.3.c. — 1.Cor.5.b. — Heb.13.c. — Vbi supra — Eph.5.c. — Qō.52. in Numeros — Deut.17.a — Vbi supra — Eph.6.c. — Li. de fide & operib. cap.2.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Dixitque Moyses ad iudices, &c. *Principes.n. erant de iudicibus.*

2 Et ecce vnus. *Hic ponitur punitio dictae transgressionis in speciali cum dr.* Et ecce vnus: *Iste fuit magis effrons & audax in peccato suo quam alij, quia princeps in tribu Simeon, ut habetur infra, & de isto dicunt Iosephus & Rab.Sa. quod in palam dixit Moysi, coram iudicib. populi quod licite poterat ingredi ad illam mulierem & accipere eam uxorem, sicut Moyses acceperat Sephoram filiam sacerdotis Madian, ut habetur Exod.2. Sed non erat simile, quia quando Moses acceperat Sephoram, adhuc non erat data lex filijs Israel, quae prohiberet matrimonium cum alienigenis, nec Moses per uxorem suam fuit tractus ad idolatriam, sed econtrario ipse traxit eam de ritu Gentili ad cultum veri Dei.*

3 Intrauit coram. *id est contribulibus, qui ei persuadebant contrarium.*

4 Vidente Moyse & omni turba filiorum Israel. *non quod viderent ipsum concubantem cum muliere, vel intrantem locum vbi ipsa erat, quia non erat ita prope tabernaculum foederis, sed quia videntibus Mose & alijs ipse recessit de loco dicens, quod ibat ad mulierem illam pro actu venereo, & sic grauis erat eius culpa, tum ex contemptu tali, cum etiam ex publicatione.*

5 Qui flebant ante fores tabernaculi. *timentes iram dei propter peccatum populi.*

6 Quod cum uidisset. *Praedictum virum sic pertinaciter & inuerecunde recedentem.*

✱ 1 Surrexit

Audacia Zambri. — Iosephus.

## MORALITER.

6 *Quod cum.* Per Phinees qui zelo dei concitatus occidit principē Simeōis, & filiā nobilissimi pricipis Madianitarū, significātur iudex bonus tēporalis vel ecclesiasticus secularis vel religiosus, qui humano timore sublato non omittit facere debitā iustitiam de personis quę sunt in scādalū cōitatis, licet sint alti status vel sanguinis. Per hoc autē, quod Phinees ex hoc facto p ordinationē dei promotus fuit ad summi sacerdotii dignitatē, datur intelligi quod boni iudices propter timorem humanū nihil de contingentibus omittentes, dignitatem caelestis curiae consequentur, in qua oēs sunt reges & sacerdotes. Apo.1.b. *Fecit nos reges & sacerdotes deo & patri.*

a *Arrepto pugione*. Cum fiat per crucem Christi non solum iudolatria, sed & omnem carnis effectum uel concupiscentiam perimi, & sic deum placari.

b *Occisi sunt viginti quatuor millia*. Quia lumen ueritatis & iustitiæ relinquentes, cæcitatem idolatriæ & fornicationis amauerant, solis æterni luminis priuati, mortis tenebras incurrunt. Visibilis enim sol viginti quatuor horis orbē illustrat; & suo ambitu noctis tenebras fugat, sic & Christus ad fugandas peccati tenebras per apostolos & prophetas mundum illustrat.

†Cor.10.b

Ex catena Græca.

* CYRILLVS. Cum vidissent cæteri quā fortiter nauasset operam Phinees pro vera pietate, neque cessaret Moyses inclamare, vt de medio sanctorum talem turpitudinem tolleret, exemplo animati, conuersi sunt in contaminatos, neque filii patribus, neque fratres fratribus, nec cognati cognatis pepercerunt.

†Ecc.45.b 1.Ma.5.

Lib. 2. in Num. ca. 25.

* RVPERTVS. Ecce septem plagis cōsumpta omnis generatio illa, omnes qui numerati erant à viginti annis & supra. Prima plaga fuit in sepulchris cōcupiscentiæ, ubi cum adhuc essent carnes in dentib. eorum, ecce furor Domini concitatus, percussit eum plaga magna nimis. Secūda plaga fuit, vbi inconsueta morte Chore, Dathan, & Aaron interierunt. Tertia plaga, eodē die, vbi ignis interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebāt incensum. Quarta fuit, die sequenti murmurantiū cōtra Mosen & Aaron. Quinta, vbi dū circumeundo terram Edom, tædere cœpit populum itineris ac laboris, locuti sunt cōtra Dominū ac Mosem, & ob hanc rē misit Dominus in populum igni tos serpentes. Sexta est, hęc quę a cunctorū principū populi quos suspendi iubet Dominus. Septima plaga quā tādē Phinees auertit ira Domini. His itaq; septem plagis consumpti sunt, qui numerati fuerant plagas nouissimis, post decē plagas Aegypti, quarum secundum numerum & Ioan. in Apocalypsi septem plagas nouissimas describit, quoniam in illis consummata est ira Dei.

---

a Nobis quoque contra talia surgendum est. — Gladio spiritus. — Israeliticum sensum. — a Diabolicam cogitationem. — Ipso fomite peccati.

a sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus, b † cessauitque plaga a filiis Israel & occisi sunt viginti quatuor millia hominum. Dixitque dominus ad Moysen: Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis, auertit iram meam a filiis Israel, qui zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo: Idcirco loquere ad eum: † Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quam semini c eius pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro d Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Erat autem nomen viri Israelitæ, qui occisus est cum Madianitide Zambri filius Salu dux de cognatione & tribu Simeonis. Porro mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbri, filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens: Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepere insidiis per idolum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

Psalmus vel canticum. — Tentationem respiciens. — a Audiuit tristitiam vel nomen habitaculi. — a Calix immensus vel immola mihi. — a Murus vel angustia. — b Madian contradictio vel responsio. — Loci illius.

---

sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, cū quo æternum regnū possidebit. Interpretātur autē Phinees ore parcēs vel ore requieuit vel oris augurium. Eleazar Deus meus adiutor, vel Dei adiutorium. Aaron mons fortitudinis, vel mōs fortis. Quæ nomina congrue prędictum sensum exprimunt. Qui enim se ore continet ne praua loquatur, & mysteria cęlestia exponit auditoribus, per Dei adiutorium pium laborē explēs, ad montem fortitudinis, id est Christum feliciter ascendit.

* PHILO. *Ecce do ei pacem*. Cum lustrato exercitu quæreret Moyses, quo honore Phineem prosequeretur, anteuenit Deus suo oraculo, imprimisq; iuuenem magno affecit honore pacis, quod nullus vnquā mortalium assequi potuit. Deinde perpetui dignitate sacerdotii cōdecorauit. Admonet locus quanta sit apud Deum vnius viri iustitia pietasque quæ plagas populi auertere pōt & obliuionem inducere ei delicti. cuius expiatio tanti præconii, tantumque gratię promeruit. Alii legunt: Ecce do ei fœdus pacis & fœdus sacerdotii.

Ex catena Græca.

c *Pactum*. Quisquis zelo Dei cōpūctos carnis stimulos cōtēnit, cōprimit, uel subiectos ne lasciuiāt corrigit, sempiternum sacerdotiū acquirit, pertinens ad eundem, de quo dicitur: *tu es sacer*-

Ps. 109. a.

d *Erat autem, &c.* RAB. Israelita qui fornicatus est cum Madianitide, significat eos qui ab Ecclesia per errorem vel prauam operationē separati, blasphemiā Dei inter infideles excitant. Quibus dicitur: *Per vos blasphematur nomen dei in gentibus*. quos nomina ipsa ostendunt. Nā & Zambri interpretatur psalmus uel canticum. Salu, tentationē respiciens. Simeō, audiuit tristitiam, uel nomē habitaculi. Cozbi, calix immensus uel immola mihi. Sur, murus vel angustia. Madian, contradictio uel responsio. Zambri ergo fornicatorē corporalem & spiritualē significat, qui nō canticum laudis, sed psalmum irrisionis inter inimicos Christi excitat. Vnde: *In me psallebant qui bibebant uinū*. Hic ergo ad tentationē respiciens & tentationi consentiens, sub nomine habitaculi, id est, sub nomine ecclesiastici de casu suo ingerit tristitiam, id. l.b quia calicis immensi amore repletur, id est, gulæ deseruiēs semetipsum diabolo immolauit, cum membra sua libidini tradidit. Hic contradictionis responsum ab aduersariis Dei prauo opere efficiēs, muris æterni carceris & angustiæ se nequiter immersit, vbi cruciatur die ac nocte usque ad nouissimum quadrantem.

Rom. 2. d

Psal. 68. a.

CAP.

---

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Surrexit de medio multitudinis. *accensus zelo legis.*

2 Ingressus est post virum Israelitem in lupanar. *In Hebræo habetur:* קֻבָּה *Quobah. id est tabernaculum: vnde, dicunt aliqui Hebræi quod intrauit tabernaculum illius principis, vbi adduxerat prædictam mulierem ut ibi cognosceret eam carnaliter. Alij autem quod intrauit tabernaculum mulieris quod erat ext. castra per modum prostibuli, ut dicit transl. nostra.*

3 Et perfodit ambos. *quia reperit eos in coitu.*

4 Cessauitque plaga à filijs Israel. *Quia per zelum ipsius Phinees dominus fuit placatus, ne procederet vltra plaga in populo, ut patet ex litera sequenti.*

5 Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi. &c. *Id est dignitatem sacerdotij post patrem suum, licet enim dominus dedisset sacerdotium Aaron & filijs eius, tamen Phinees non erat certus, quod deberet superuiuere patri suo, & ei succedere in sacerdotio, sed hic fuit certificatus de vtroque.*

6 Erat autem nomen, &c. *hoc dicitur ad commendationem Phinees, quia zelo dei motus non timuit occidere principem vnius tribus.*

7 Porro mulier Madian. &c. *Hoc exprimitur ad ostendendum odiū Madianitarum contra filios Israel, qui cum alys mulieribus miserunt filiam nobilissimi principis eorum ad prostibulum, ut possent decipere filios Israel, & pertrahere ad offensam dei sui.*

8 Hostes uos sentiant. *His consequenter ponitur punitio Madianitarum, eo quod prouocauerunt filios Israel ad peccatum vt dictum est. Et circa hoc dictā punitio primo præcipitur, secundo ordinatio populi interponitur, cap. 26. tertio Moses prædictum præceptum exequitur, cap. 31. Circa primum dicitur:* Hostes, &c. *ly* hostes, *est hic accusatiui casus.*

Diuisio.

9 Et percutite eos. *non sic autem præcipitur de Moabitis, tum quia etsi ipsi miserunt filias suas ad decipiendum filios Israel; non tamen ita nobiles miserunt sicut fecerunt Madianitæ, tum quia ipsa Ruth erat descensura de eis, de qua descendit ipse Dauid, vt habetur Ruth vlt. tum quia dominus prohibuerat ne bellarent contra Moabitas, vt dictum est supra 21. c.*

CAP.

CAP. XXVI.

A a Postquam noxiorum &c. ORI. Quia illi qui primo ascitifuerāt pro peccato ceciderūt, secūdus nunc populus in eorum locum succedens vocatur ad numerum. Et quod de illis dictum non fuerat, de his scilicet dicitur: *Hic distribuetur terra in sortem ex numero nominum, &c.* Si de prioribus dictum fuisset, falsum fuisset quia ceciderunt ī deserto pro peccato suo, his autem cūcta quæ promittitur impleta sunt.

Hom. 21. in Num.

Quare populus iterū numeratur.

1. Mac. 3. c

† Ge. 46. b. Exod. 6. b. 1. Para. 5. a

B

† diuiserunt se.

† congregatione.

* eos.

b Numerate omnem. Iterum populus numeratur et Leuitę, vt interfectis primis carnalibus, nouus populus Dei censeatur, q per Iordanis baptismum transeat, & cęlestis hæreditatis repromissionem accipiat.

Quæst. 46

* THEODORET. Quare denuo recenseri populum Deus præcepit? Qui iam tulerat sententiā cōtra prius numeratos, quorum filios introdu-

CAP. XXVI.

Postquam † noxiorū sanguis effusus est, dixit dn̄s ad Moysen & Eleazarū filium Aaron sacerdotē: † Numerate oēm summam filiorum Israel a viginti annis & supra, per domos & cognationes suas, cunctos qui pn̄t ad bella procedere. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in cāpestrib. Moab super Iordanem contra Iericho ad eos qui erant a viginti annis & supra, sicut dn̄s imperarat, quorum iste est numerus. Ruben primogenitus Israel: † Huius filiꝰ Henoch, a quo familia Henochitarū: & Phallu, a quo familia Phalluitarū: & Hesrō, a quo familia Hesronitarū: & Charmi, a quo familia Charmitarum. Hæ sunt familię de stirpe Rubē, quarū numerꝰ inuētꝰ est quadragintatria millia & septingēti triginta. Filius Phallu Eliab huius filii Manuel & Dathā & Abirō. Isti sunt Dathā & Abirō principes populi, qui † surrexerūt cōtra Moysen & Aarō in † seditione Core, qn̄ aduersū dn̄m rebellauerūt, & aperiēs terra os suū, deuorauit* Core morientib. plurimis, qn̄ cōbussit ignis ducētos quinquaginta viros. † Et factū est grāde miraculū vt Core pereunte, filii illius nō † perirēt. Filii Simeon ꝑ cognationes suas, Namuel, ab hoc familia Namuelitarū: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarū: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareiterum: Saul, ab hoc familia Saulitarū. Hę sunt familię de stirpe Simeō, quarū oīs numerus fuit vigintiduo millia ducenti. Filii Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. Istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta millia quingēti.

D ducturus erat in terram ꝓmissam, quos quidem asseruerant ipsi fore captiuos. Iussit item eos recenseri, vt suæ benedictionis vim perspicuam redderet, nimirum sublatis etiam partibus, eūdem super esse numerum.

† Post plagam autē.

† Sup. 1. a. Exo. 30. b.

* APOL. Numerus sane militū colligit per tribus, enumeratio vero nō qualis olim prior. Nunc enī & ingenuorum trib. & libertinorum simul connumerantur, quod symbolū fuit nostræ cum Israel societatis prout Dominus inquit: *Erunt vnus grex & vnus pastor.* Neque vera pietas patitur res suas temere sortibus committi, sed pro argumento sors intercedit, causa uero totius negotii a uoluntate Dei pendet.

Ex catena Græca.

E

† Fuerunt in signum † perierūt.

☞ a *Istis*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVI.

1 Postquam, &c. *Hic interponitur reordinatio populi qui fuerat deordinatus per idololatriam, vt dictum est. Et ponitur hic triplex ordinatio, prima est viri ad proximum, secūda populi ad principem suum circa medium c. xxvii.* ibi. Dixit quoque do. *tertia vtrorumque ad Deum c. 28. Circa primum sciendum, quod ad bonam ordinationem populi inter se requiritur possessionum diuisio, vt dicit Phi. 2. Paul. tum quia communia negliguntur, & propria magis curantur, tum quia per hoc multa litigia & contentiones cessant, eo quod quilibet scit quod est suū, & qđ ē alienū, & quia diuisio possessionum debet fieri secundum numerum personarū, ideo primo describitur populi numeratio, secundo describitur diuisionis modus & determinatio, ibi:* Locutus est dominus. *Adhuc primo ponitur præceptum numerationis, secundo modus executionis, ibi.* Rubē primogenitus Israel. *Circa primum præmittitur tempus numerationis, cum dicitur:* Postquam noxiorum sanguis ef. est. *Et dicunt aliqui, quod hoc fuit post occisionem Madianitarum quæ habetur infra 31. c. licet ante scribatur, quia non omnia scripta sunt eo ordine quo facta sunt. Alii dicunt & probabilius vt videtur, quod fuit ante, & quod dicitur hic, postquam noxiorum, &c. intelligitur de filiis Israel occisis propter peccatum idolatriæ, vt habetur cap. præce. quod de filiis Israel occisi sunt 24. millia, vt dicit Ra. Sa. quod simile est pastori cuius gregem intrauerunt lupi, & post mortem plurium numerat residuum, vt sciat numerum remanentium, vnde in Hebręo habetur:* Et factum est post mortalitatem dixit dominus, &c. *In quo videt̄ intelligi mortalitas inducta a Deo super filios Israel pro peccato prædicto. Cętera patent in litera.*

Ad ordinationem populi quę requiruntur.

Diuisio.

Inf. 31. b.

2 Ruben primogenitus Israel *Hic consequenter ponitur executio numerationis. & primo nnmerantur illi qui habitabant ad partem meridionalem tabernaculi, s. tribus Ruben, tribus Simeon, & tribus Gad, & patet litera vsque ibi.*

3 In seditione. *Licet iste esset de filiis* Leui, *tamen hic recolitur, quia pro seditione eius mortui sunt Dathā & Abiron qui erant de tribus Ruben, ut dictum est supra 16. c.*

4 Et factum est grande miraculum, &c. *Quale autem fuerit nō habetur ex textu nisi in generali, scilicet quod filii Core non fuerunt mortui cum eo, sed in glo. Hebraica super Psalmo 45. dicitur quod quādo terra aperuit os suum, & deuorauit Core cum multis aliis, & filii eius remanserunt stantes in aere diuina virtute, quousque terra fuit iterum reclusa sub pedibus eorum, propter quod in gratiarū actionem tanti beneficii sibi collati fecerunt illum psalmum. vnde & intitulatur in Hebręo a filiis Core, & litera huic miraculo consonat cum dicitur.* Deus noster refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, propterea non timebimus dū turbabitur terra, &c. *Nō enim Dauid fecit omnes psalmos ut plenius dicetur quando veniemus ad librum psalmorum domino concedente.*

Miraculū in morte Core.

Psal. 45.

* 1 Filii

MORALITER.

✠ 1 *Postquam noxiorum, &c.* Per hoc qđ dominus præcepit post mortē peccatorum, qui fuerūt vigintiquattuor milia, numerare remanentes in vita, sicut pater familias post gregis mortalitatē numerat partē remanētē, & sic cognoscit numerum vtrorumque: Moraliter fuit significatū, qđ coram Deo recolere debemus & numerare peccata nostra, q̄ sunt opera mortua, & opera bona q̄ sunt opera viua, illa ad dolendū, & de ipsis misericordiā postulandum, ista vero ad agendū Deo gratias, cuius adiutorio sunt facta. Ioann. *Sine me nihil potestis facere.* & Esa. xxvi. c. *Omnia opera nostra operatus es in nobis, domine.*

ALLEG. vero per hoc quod mortuis transgressorib. in deserto ſm Dei sniam supra positā xiiii. c. numeratur hic nouuꝰ populus transiturus Iordanem, & promissionis terrā intraturus, significatum fuit, qđ populus numero & merito finali ad nouum pertinens testamentum (vt pote qui per sacramentum baptismi transiuit per Iordanem significatur, eo qđ ibi institutum quando saluator noster tactu suæ sanctissimę carnis contulit aquis virtutem regenerandi) terram intrabit viuentium cum fidelibus promissam.

Allegor.

a *Isti diuidetur terra.* ORI. Reprobat prior populus; qui est in circuncisione, & introducitur secundus de præputio: qui paternam hæreditatem consequitur, non a Mose, sed a Iesu. Moses enim si dat aliquibus hæreditatem, non intra Iordanem quem nec trãsiit omnino; extra dat terram, non fluentem lac & mel, sed pecoribus aptam mutã animalia & irrationabilia melius quam homines nutrientem. Iesus meus secundo populo terram dat lacte & melle manantem; imo quæ est fauus mellis præ omni terra. Et Moses quidẽ hæreditatem non dat in cœlo, nec potest per plebes, domos, familias; nomina & merita singulorum diuina sorte pẽsare. Hoc facit solus Iesus, cui omne iudiciũ dedit pater. Ipse scit etiam quomodo vnunquenque digna mãsione dispẽset. Sunt aliqui tamen in istis qui supereminent, & omnino non adducuntur ad sortem. Omnes Leuitæ scilicet, hoc est omnes qui intente permanent in ministerio dei, & peruigiles in seruitio dei excubias gerunt, sortem inter cæteros non quærunt uel accipiunt, sed nec in terra est sors eorũ, ipse dominus est sors eis & hæreditas. Hi sunt qui nullis corporeæ naturæ obstaculis hebetati, omniũ visibiliũ gloriam supergressi, in sola dei sapientia & uerbo, ei uiuendi vsum exercitiumque posuerunt, qui nihil corporeũ requirunt. Sed solã agnitionem secretorum dei, & *vbi est cor, ibi est & thesaurus,* semper in domino & in verbo eius, & in sapientia delectabuntur. Hic eis cibus, hoc poculum, istæ diuitiæ, hoc erit regnum. Quia autem inferiores sunt, hæreditatem terræ accipiunt, licet sublimioris alicuius potentioris. Terra enim uiuentium promittitur, quæ viuentiũ dicitur, quia nescit mortem. Et isti quidem magni & beati, sed beatiores illi qui iam non per speculum in ænigmate, neque in substantiis corpo-

(Margin: Ge.38.a. — Vel supra — sex. — Deut.4. — Ioan.5.d. — Io.17.a. — supra 18.c. — B — Infra 22.a. — Matt. 6.c. — E — F)

† Filii Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui sunt in terra Chanaan. Fueruntque filii Iuda per cognationes suas: Selá, a quo familia Selaitarũ: Phares a quo familia Pharesitarum: Zare, a quo familia Zareitarum. Porro filii Phares, Hesron, a quo familia Hesronitarum: & Hamul, a quo familia Hamulitarum. Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta * millia quingenti. Filii Issachar per cognationes suas: Thola, a quo familia Tholaitarũ: Phua, a quo familia Phuaitarũ: Iasub, a quo familia Iasubitarum: Semran, a quo familia Semranitarum. Hæ sunt cognationes Issachar: quarum numerus fuit sexagintaquatuor millia trecenti: Filii Zabulon per cognationes suas: Saredi, a quo familia Sareditarum: Elon, a quo familia Elonitarum: Iahelel, a quo familia Iahelelitarum. Hæ sunt cognationes Zabulon: quarum numerus fuit sexaginta millia quingenti. Filii Ioseph per cognationes suas Manasse & Ephraim. De Manasse ortus est Machir, a quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, a quo familia Galaaditarum. Galaad habuit filios Iezer, a quo familia Iezeritarum: & Helec, a quo familia Helecitarum: & Asriel, a quo familia Asrielitarum, & Sechem, a quo familia Sechemitarum: & Semeda, a quo familia Semeditarum: & Hepher, a quo familia Hepheritarum. Fuit autẽ Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat sed tantum filias: † quarum ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum quinquagintaduo millia septingenti. Filii autem Ephraim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, a quo familia Suthalaitarum: Becher, a quo familia Becheritarum: Thehen, a quo familia Thehenitarum. Porro filius Sathala fuit Heran, a quo familia Heranitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Ephraim, quorum numerus fuit triginta duo millia quingenti. Isti sunt filii Ioseph per familias suas. Filii Beniamin in cognationibus suis: Bela, a quo familia Belaitarum. Asbel, a quo familia Asbelitarum: Achiram, a quo familia Achiramitarum, Supham a quo familia Suphamitarum. Hupham, a quo familia Huphamitarum: Filii Bela, Hered & Noemam. De Hered familia Hereditarum. De Noemã familia Noemanitarum. Hi sunt filii Beniamin per cognationes suas, quorum numerus fuit quadraginta quinque millia sexcenti. Filii Dan per cognationes suas: Suham, a quo familia Suhamitarũ. Hæ sunt cognationes Dan per familias suas. Omnes fuere Suhamitæ: quorum numerus erat sexaginta quatuor millia quadringenti. Filii Aser per cognationes suas: Iemna, a quo familia Iemnaitarum: Iessui, a quo familia Iessuitarum: Brie, a quo familia Brieitarum. Filii Brie, Heber, a quo familia Heberitarum: & Melchiel, a quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiæ Aser fuit Sara. Hæ cognationes filiorum Aser, & numerus eorum fuit quinquagintatria millia quadringenti. Filii Nephtali per cognationes suas Iesihel, a quo familia Iesihelitarum: Guni, a quo familia Gunitarum: Ieser, a quo familia Ieseritarum: Sellem, a quo familia Sellemitarum. Hæ sunt cognationes filiorum Nephtali per familias suas, quorum numerus quadragintaquinque millia quadringenti. Ista est summa filiorum Israel qui recensiti sunt, sexcenta millia, & mille septingenti triginta. Locutusque est dominus ad Moysen dicens: a Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in posses-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Filii Iu. *Hic secundo numerantur qui habitabant ad orientalem partem, s. tribus Iuda, tribus Issachar, & tribus Zabulon.*

2 Her & Onan qui ambo mortui sunt, & cætera. *vt habetur Gen. 38.a. nec reliquerunt semen.*

3 Filii Ioseph. *Hic tertio numerantur illi qui habitabant ad partem occidentalem, scilicet tribus Ephraim, tribus Manasse, & tribus Beniamin. Et licet in istis, tribus Ephraim esset principalior in positione castrorum & motione, tamen hic tribus Manasse præponitur in numeratione: quia fuit primogenitus Ioseph, de quo fit hic mentio. Cætera patent.*

4 Filii Dan per cognationes suas. *Hic numerantur illi qui habitabant ad partem aquilonarem, s. tribus Dan, tribus Aser, & tribus Nephtali: & patet litera vsque ibi.*

5 Nomen autem filiæ Aser fuit Sara. *ista descendit in Aegyptũ cum Iacob vt habetur Gen. xlvi, & ideo nomen eius hic recolitur.*

6 Locutusque est dominus ad Moysen dicens. *Hic ostenditur modus diuisionis terræ, & primo quantum ad viros, secundo quantum ad mulieres, ca. sequenti. Adhuc circa primum primo ponitur modus diuidendi terram tribub. quę debebãt ibi habere partis, secundo subditur numeratio filiorũ Leui, qui non acceperũt ibi partes sicut alii, ibi.* Hic quoque est numerus. *Circa primum dicitur sic.*

7 Istis diuidetur terra iuxta. *Istis. s. superius numeratis diuidetur terra.*

(Margin: Diuisio.)

✠ 1 Ple-

Dignitate vitæ. In dignitate,& vtilitate.

a siones suas. Pluribus maiorem †partem dabis,& paucioribus 1 minorē singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio, b ita duntaxat, vt sors terrā tribubus diuidat & familiis. Quicquid 2 sorte cōtigerit, hoc vel plures accipiant vel pauciores. Hic quoq; est numerus filiorū Leui p familias suas. Gerson 3 a quo familia Gersonitarum. Caath, a quo familia Caathitarum. Merari, a quo familia Meraritarū. Hę sunt familię Leui. Familia† Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At vero Caath genuit Amrā, q habuit vxorē Iochabed filiā Leui, quę nata est † ei in Ægypto. 4 † Hęc genuit viro suo Amrā filios Aaron & Moysen & Mariam sororem eorum. De Aaron orti sunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. † Quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cum obtulissent ignem alienū coram dño. Fueruntque oēs qui numerati sunt viginti tria millia generis masculini, ab vno mense & supra: quia non sunt recensiti inter filios Israel nec eis cū cęteris data est possessio. Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moyse & Eleazaro sacerdote in cāpestrib. Moab, supra Iordanē cōtra Iericho, inter quos null⁹ 5 fuit eorū qui ante numerati sunt a Moyse & Aaron ī deserto Sinai. Prædixerat.n. dñs, q oēs morerētur in solitudine, nul

Fideles, s. vtriusque populi, vel sectatores actionis vel contemplationis.

c lusq. remāsit ex eis, nisi Caleb fili⁹ Iephone, & Iosue fili⁹ Nū. 6

corporalib. sed facie ad faciē Deū videbunt sapiētiæ lumine radiati, & meræ diuinitatis capaces per puritatem effecti.

(Vbi supra) ORIG. Terræ huius diuisio & hæreditas, formā cęlestis hęreditatis tenet, q sanctis diuidetur. Sunt ibi plures, sunt & pauci, sed pauci beatiores. Multi.n. per latā viā q ducit ad mortē eunt. Qui vero per artā uiā q ducit ad uitā tendunt, pauci dicuntur (Matt. 7. b.). Et alibi dicitur: *Quam pauci sunt, qui saluantur* (Mat. 20. b.). Et alibi; *Vbi multiplicatur iniquitas refrigescit charitas multorum, non paucorum* (Mat. 24. b.). In arca Noe (vbi mensura cęlitus datur) (Gen. 6. c.) in inferiorib. trecentorum cubitorū ponitur longitudo, & quinquagintalatitudo. Summitas vero vnius cubiti spatio consummatur. In inferiorib. enim bestiæ erant & pecudes, in superioribus aues, in summis vero hō rationalis. Ipse vertex in vnum cubitum colligitur. B Omnia enim ad monadem reducūtur. Pone omnem humani generis numerū, elige fideles, pauciores erūt quā uniuersi, de fidelibus, elige meliores, pauciores reperies. De ipsis rursus elige perfectiores, pauciores erunt. Et quanto eligendo processeris, tanto pauciores inuenies, donec tandē venias ad unū aliquem, qui confidenter dicat, q plus omnib. laborauit (1. Co. 15. b). Qui hoc modo plures sunt, plus terræ & corporeæ hæreditatis accipiunt. Pauci autem exiguum, quia plus habēt in domino. Alii nihil omnino terrenę hęreditatis accipiunt, qui digni sunt sacerdotes esse & ministri Dei. Horum enim ex integro ipse dominus hęreditas est. Ipsi tamē propter iumenta sua accipiūt aliqd terrę, sed illius q vrbib. contigua est (Iosue 21. a).

a *Pluribus maiorem*. Vt. s. numerosior trib. maiora spatia terræ sortiatur, q minor autē fuerit hominum, numero minorem.

(Vnus sapiens. Eccl. 16.) Vnus iustus sm quod Deo acceptus pro pluribus habetur. Vnde: *Per unum sapientem habitabitur ciuitas, tribus autem iniquorum desolabitur, & vnus iustus pro toto mundo. Iniqui autem etsi multi sint, exigui & pro nihilo ducuntur apud Deum*. Est ergo & multitudo laudabilis: vnde Abrahę quem eduxit foras ait: *Respice cælum, si potes dinumerare stellas, ita erit semē tuū, &c.* (Gen. 15. b. Matt. 6. a.) In quo notādū q iustus in interiorib. semp consistit, quia in abscōdito orat C patrē, & oīs gloria filiæ regis, id est, regalis animæ intrinsec⁹ est, sed De⁹ educit eū foras cū res postulat & terrā visibiliū rō. D

b *Vt sors terram*. Per so. tem præcipitur diuidi hæreditas, sed vi deo ipsum & Moysen cui ista mādant, nō sorte diuidere hęreditatē Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manasse. Iesus quoque Naue ex sortem dat hæreditatē tribui Iudæ & Caleb & tribui Epharaim, & dimidiæ tribui Manasse (Iosu. 15. a.). In cæteris sors mittitur: vnde puto quod in cælesti hęreditate aliqui non venient ad sortem (†hæreditatem), neque cum cæteris (quamuis sancti sint) numerabuntur, sed erit egregia eorum hæreditas, sicut fuit Caleb & tribui Iudæ, & Iesu filio Naue. Sicut enim cū adepta victoria diuiduntur spolia, egregij (†ipsi Leu.) bellatores cum cæteris non ducuntur ad sortem, sed optima quæque uirtutum merito percipiunt, cæteri sorte vtuntur iure victoriæ: Ita videtur mihi Christus dominus meus facturus. Illis enim pręcipuos & sublimes decernet honores (Io. 17. d. Mat. 19. d.) E, quorum facta magnifica & sublimes cognoscit virtutes vnde ait: *Volo pater, vt vbi ego sum, illic & isti mecum sint*. Et alibi: *Sedebitis & vos super duodecim thronos iudicantes duodecim tribus, &c.* (Ioan 17. c) Et alibi: *Sicut tu in me pater, & ego in te, ita & isti in nobis vnum sint*. Hæc omnia non sorte descendunt, sed dilectionis prærogatiua.

✠ THEOD. Deus sorte diuidi terram mandauit, vt litē & cōtrouersiam oēm tolleret, tanquam Deo per sortem terram diuidente (Quest. 47.). Ita enim veluti quadam sententia rem decerni Deo visum est. Hoc ipsum fecerunt etiam diuidi Apostoli anteq Sp. sanctus aduenisset, mittentes enim sortes, Deum omnia cognoscentē depcati sunt, ut demōstraret uter esset dignior.

c *Nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun*. ISID. Sexcēta millia armatorum de Aegypto dicuntur egressa, & duo tantum in terram promissionis ingressi (Moraliter & horribiliter). Multi enim per baptismum ad fidem transeunt, sed ad cælestem patriā paucissimi perueniunt, secundum illud; *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi* (Mat. 20. b.). Duo tantum ingrediuntur, propter eos qui ex vtroque populo cæleste regnum adipiscuntur, vel qui per actionem & cōtemplationem ad ęternam beatitudinem prædestinantur. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Pluribus maiorem partem dabis, &c. *secundum enim quod tribus aliqua habebat plures familias & plures domos, secundum hoc debebat plus accipere de hæreditate promissionis*.

2 Ita duntaxat, vt sors terram tribub. diuidat, &c. *Hoc dicitur ad excludendum contentiones, quæ possent oriri in diuisione terræ, si fieret simpliciter ex humana ordinatione, sic tamen cadebat sors ordinatione diuina, quod sors cuiuslibet tribus cadebat super partem terræ sibi proportionatam, secundum pluralitatem vel paucitatem familiarum et domorum in ea contentarum, secundum quod dicitur* Prouerb. 36. d. Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur. *Alij dicunt, quod terra primo diuisa est per partes æquales tribubus, & post ea quælibet pars diuisa est in familijs & domib. per sortes & per partes in æquales, quia illa familia quæ habebat plures domos, habebat partem maiorem*.

3 Hic quoque est numerus filiorum Leui per familias. *Hic consequenter numeratur tribus Leui, cui non est terra diuisa sicut alijs, & ideo numeratio eius ponitur post ordinationem de diuisione terræ, & patet litera usque ibi*.

4 At uero Caath genuit Amrā qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui. (Iochabed) *Ista autem Iochabed hic recolitur propter excellentiam Mosis, & Aaron, quorum mater fuit. Dicitur autem hic filia Leui, non quia eam genuit, sed quia fuit neptis sua, scilicet filia filij sui, & per talem modum Laban uocauit filios Iacob filios suos, quia erant filij filiarum suarum, ut habetur* Gene. 31. capitulo, *& hoc fuit diffusius declaratum* Exod. 2.

5 Inter quos nullus fuit, &c. *scilicet in principio libri huius. Hoc autem additur, quia numeratio ista differt ab illa in multis, de quo nullus debet admirari, quia est aliorum nominum*.

6 Nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun. *Erant enim excepti a Dei sententia*.

3 Hic CAP.

*ADDITIO.*

*In hoc capitulo 26. vbi dicitur in postilla:* Et factum est grande miraculum, *quale autem fuerit, non habetur ex textu. Vbi translatio nostra habet* Factum est grande miraculum, ut Core pereunte, filii eius nō perierint, *in Hebræo habetur.* Facti sunt in signum *scilicet miraculum. Et quod additur,* vt Core pereunte, &c. *non est de textu, & sic refertur hoc quod dicitur,* Facti sunt in signum, *ad immediate precedentia scilicet quod illi qui fuerunt deuorati ab ore terræ,*

ſimiliter combuſti in igne a Deo egrediente, facti ſunt in miraculum, quod eſt manifeſtum. vnde illa Glo. Hebraica quam allegat poſtilla non habet fundamentum in litera. Similiter nec hoc quod dicitur, quod pſalmus, Deus noſter refugium, &c. fuit factus propter hoc miraculum, non habet certum fundamentum, exponitur enim aliter prout ibidem. Similiter quod dicit, quod Dauid non fecit omnes Pſalmos, eſt contra opinionē Auguſ. quam credo eſſe veram prout in pſal. Deo dante in pluribus locis tractabitur.

Pſal. 45. a.

REPLICA correctorij contra Burgen. in capit. 26. Burgen. ponit tria ſatis dubia, & fortaſſis falſa quæ non probat. Primo dicit, id quod dicitur de Core pereunte, non eſt de textu, qui ſine auctoritate & ratione redarguit noſtra tranſlationem. Secundo dicit quod Gloſſa Hebraica quam allegat poſtilla non habet fundamentum. Sed nec hoc probat autoritate uel ratione, quamuis promittat eius probationem dare velle circa expoſitionem pſalmi: Deus noſter refugium: quem tamen pſalmum non tangit vnico verbo. Tertio dicit Dauid compoſuiſſe omnes pſalmos, & ſic improbat beatum Hier. quod tamen hoc habeat veritatem de autoritatib. pſalmorum dicetur infra in correctorio primo circa pſalmum primum.

CAP. XXVI.

Acceſserunt, &c. ✻ PROC. Iuſtam cauſam, ſortem paternam, cum fratres eis non eſſent, petendo proponunt, cū impietatis pater cōmiſiſſet nihil: Verum peccati proprii iuſta perſoluiſſet, & ad lōgiorem uitā peruenire non potuiſſet. Cæterū, pretendunt hoc, ſiquidem vitæ longitudo legē obſeruantibus, diuina promiſſione præfinita erat. Poſſunt autē hoc quoque modo cōcludere. Nemo niſi ob peccatū generis maſculini exors fit. Atq non tātopere peccauit is, inquiunt, vt nomē eius inducendū ſit quēadmodum eorum qui cum Core conſpirarunt. Quod Dauid ſuo pditori impcat, inquiēs. Vuinā ē terra memoria eius exſcindat. Id enim veterib. tam durum & graue viſum eſt, quā nobis vita excidere æterna.

† ſup. 26. d. infra 36. a. Ioſ. 17. a.

B

† in cōgregatione.

† fratris & infra.

filiarum Salphaad non ſolum eis hæreditatem cōtulit, ſed perpetua viuendi iura ſeculo dedit. vides quanta hiſtoriæ etiā vtilitas, quis poteſt leges iſtas diſſoluere, quib. vniuerſus vtitur mundus? Nos autem quæramus quomodo ſpiritualiter ædificemur. Fieri enim poteſt, ut noq; filiæ mihi ſint ſecundum carnem, neque ruris hæreditas. Erit ergo aſi cui otioſa lex quæ diuina uoce ſancita ē. Requiramus ergo apud ſpiritualē legē quæ ſint iſtæ quinq; filiæ. Quærimus etiam ſi pater mortuus fuerit pro aliquo peccato, ipſæ tamen hæreditatem iuſſu Dei accipiunt. Virtutes animi & ſenſus, mentis filij ſunt, filiæ vero opera corporis miniſterio impleta. Quia quæ enim ſūt corporis ſenſus, quib. omne opus in corpore explctur. Iſtæ ergo quinque filiæ, Id eſt, operū perfectio, etſi patre orbatæ remaneant, non abijciuntur ab hæreditate, neque excluduntur a regno, ſed in medio

Hiſtoriæ vtilitas.

Allegoricè.

† diminuitur.

CAP. XXVII.

a† ACceſſerunt autem filiæ Salphaad filii Hepher, filii Galaad, filii Machis, filii Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: quarū ſunt nomina, Malaa & Noa & Hegla & Melcha & Therſa: ſteteruntq; corā Moyſe & Eleazaro ſacerdote, & cunctis principibus populi ad oſtium tabernaculi fœderis, atque dixerunt: Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione quæ concitata eſt contra dominum † ſub Core, b ſed in peccato ſuo mortuus eſt. Hic non habuit mares filios: Cur † tollitur nomen illius de familia ſua, quia non habet filium? Date nobis poſſeſſionem inter † cognatos patris noſtri. Retulitque Moyſes cauſam earum ad iudicium domini. Qui dixit ad eum: Iuſtam c rem poſtulant filiæ Salphaat: Da eis poſſeſſionem inter cognatos patris ſui, & ei in hereditatem ſuccedant. Ad filios au-

a Quia nec plebs legis ab euangelij poſſeſſione excluditur.

a. Id eſt, opera miniſterio corporis completa. b Huiuſ. qui vmbram legis habet in ore nihil profundum nihil ſpirituale ſciens. c In plebe ſ. non in Leuitis quib. ſolus Deus eſt hereditas.

a Celeſtem.

b. *Sed in peccato ſuo.*

✻ SEVER. Contraria uidentur eſſe his quæ paulo ante dicuntur de Salphaad, qd̄ fuerit expers totius coniurationis, parū animaduertentes dixiſſe puellas patrem ſuum non eo mortis genere periiſſe, quo dānata eſt a Deo ſeditio Core, ſed ſuo peculiari peccato, quia ſcilicet obiiſſet nullis relictis marib. Tanto enim ſtudio tunc temporis homines ſobolē curabāt, vt qui ſine ſpe propagationis decederet, haberetur quaſi execratus a Deo.

Ex catena Græca.

C

c. *Da eis.* ORIG. Dabis eis poſſeſſionem, &c. Hec ſecūdum hiſtoriam quid uigoris habeant, palam eſt omnibus qui ſciunt leges iſtas non ſolū apud filios Iſrael cuſtodiri, ſed apud oēs homines, qui tamē legib. viuunt. Vnde apparet quod libertas

Homi. 22. in Num.

Lex hereditaria.

populi Dei hæreditatem accipiunt. Salphaad autē interpretatur vmbra in ore eius. Hic eſt intellectus operum patet. Sunt autem multi fratres in quib. intellectus altior & profundior nullus. Sed eſt in eis ſenſus emortuus. vnde; *Et mortuum eſt cor eius in ipſo*: Hic igitur fr. ad intelligentiam ſpiritualem nihil ſapit, ſed eſt emortuus, tamen ſi genuerit filias; Id eſt, opera mandatorum Dei, hæreditatem terræ cum plebe Dei conſequenter. Non poterit quidem numerari inter eos, quorum ipſe dominus portio eſt. *Multi enim vocati, pauci vero electi.* Oſtenditur autem ipſo nomine, quare iſte Salphaad filios non potuit generare, ſed filias. Interpretatur

1. Re. 25.

Matt. 20.

F

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXVII

1 ACceſſerunt autē filiæ. *Hic agitur de diuiſione terræ, inquantū pertinet ad mulieres. Et diuiditur in duas partes in partem principalem & incident. ſecunda ibi* Ad filios autem Iſrael. *Circa primum ſciēdum, quod quia ſupra dixerat dominus. Iſtis ſcilicet numeratis, diuidetur terra, & ſoli viri fuerunt numerati, ideo hic oſtenditur in quo caſu mulier debeat hereditare, videlicet quando pater eius non habet filium, & hoc eſt quod dicitur:* Acceſſerunt autē filiæ Salphaad, &c. *qui non habuit filium.*

Diuiſio.

2 Atq; dixerunt: Pater noſter mortuus eſt in deſerto. *Dicunt Hebræi, quod fuit ille qui lapidatus eſt, eo quod colligebat ligna in ſabbatho, ut dictum eſt ſupra 15. c.*

3 Nec fuit in ſeditione. *Hoc allegauerunt ne eis diceretur, quod priuatus fuiſſet iure hereditatis ex illa ſeditione, ut dictum fuit 16. capit.*

4 Sed in peccato ſuo mortuus eſt. *Quaſi diceret peccatum ſuum nulli nocuit niſi ſibi.*

5 Cur tollitur nomen illius. *quaſi diceret non eſt iuſtum.*

5 Retulitque Moyſes cauſam earum ad iudicium. *quia dictum fuerat ſibi prius a domino, quod terra diuidetur numeratis qui erant tantum viri, & ideo noluit eis dare hereditatem abſque aliqua determinatione domini.*

7 Qui dixit ad eum, Iuſtam rem, &c. *& ſic determinauit pro ipſis*

8 Ad filios autem Iſrael. *Hic conſequenter determinatur occaſione filiarum Salphaad quis debeat hereditare etiam in alijs caſibus, quando pater non habuit filios, quia ſi habet filiam, debet ſuccedere & ſi nec filiam habeat, frater ſuus debet hereditare, qui ſi nec fratrem habuerit, patruus ſuus debet ſuccedere: & ſi nec patruum habuerit, alter de eius genere propinquior debet hereditare, & patrui, terra.*

MORALITER.

✻ ACceſſerunt, etc. Per hoc autē quod iſtis mulieribus ex determinatione dn̄i data fuit hereditas inter viros generis ſui, ſignificatum fuit, quod in adeptione hereditatis eternę, nullā facit differentiam diuerſitas ſexuum uel ſtatuum, ſed tantum meritorum. Gala. 3. d. *Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, in quo non eſt Iudęus neque Græcus, non ſeruus, neque liber, non maſculus neque fœmina, omnes enim uos vnū eſtis in Chriſto Ieſu. Si autem vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu, ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſſionem heredes.* Vnde & beata virgo Maria non ſolum ſuper omnes viros, ſed etiam ſuper omnes angelos in celis creditur exaltata.

tur enim Zelaphhad vmbra in ore eius. qui vmbra legis inhibet, & nõ ipsã imaginem rerum nihil spirituale nihil pfundi intellectus sentire põt, sola vmbra legis in ore eius est, sensus viuos & spiritales generare nõ potest, sed opera & actus quę sunt simplicioris vitę mysteria. Et ideo ostendit in his clemẽtia domini; quod innocentiores etiam si sensu deficiant, & bona opera habeant non excludantur ad hæreditate sanctorum. Recte ergo locutæ sunt filiæ Salphaad.

a *Homo cum mortuus fuerit absque filio, &c.* ORIG. Supponitur lex de successione, vt primo filius, filia secundo loco succedat, tertio frater, quarto patris frater, quintus vero gradus certum aliquem nõ designat, sed quicunque propinquior ex omni familia fuerit, succedat. In his integer & pfectus est historię sensus, vt nihil requirere videatur extrinsecus, sed q in spiritualibus legis est eruditus, põt intelligere diuersos successionum gradus, & quo primus sit cõsequedæ cælestis hæreditatis gradus doctrinæ & scientiæ merito, qui est masculus filius. Secũdus operum prærogatiua, quæ est filia. Tertius compassionis & imitationis, vnde & frater nominatur. Sunt. n. nonnulli, qui sponte & pprio intellectu nihil agunt, sed positi inter fratres ex imitatione ea videntur agere, quę illi agunt, qui pprio intellectu mouent. Datur ergo & istis tertius hæreditatis gradus, quasi fratribus. Quartus quẽ fratrem patris nominat, potest intelligi ordo hominum, q audita a patribus conatur implere, non tã propriis sensib. motus, nec præsenti doctrina excitatus, quã veterum traditione, boni tamen aliquid gerit. Vltimus vero scribitur gradus, qui quolibet pacto his proxim[9] fuerit. Quasi diceret, siue occasione, siue veritate doctrinæ quis aliquid boni fecerit, non perdet mercedem suam.

b *Ascende in montem, &c.* ORIG. Vide quomodo qui perfect[9] est beatus est, non in valle, non in planicie, non in colle, sed in monte. i. in alto & in arduo defungitur loco, quia uitæ eius cõsummatio habebatur in excelso. Sed oculis iubetur contueri omnem terrã pmissionis, & diligenter ex alto cuncta perspicere. Oportebat. n. summã perfectionis consecuturo nihil incognitum remanere, sed cunctorum q videntur & audiunt habere notitiã. Ideo credo, vt omnium q in carne positus corporali cępit aspectu, in spiritu effectus & nuda mente ad auditoria & discipulatum sapiẽtiæ properans, velociter eorum rõnes assequatur & causas. Quæ. n. vtilitas decessuro de seculo ostendere terras & loca, quorũ nec laborem perpessurus, nec gloria esset pceptur[9]. Perterret me q de Mose famulo & amico Dei, cui facie ad faciẽ locutus est dñs, per quem fecit signa & prodigia tã periculosa dicuntur: *Apponeris, inquit, ad populũ tuum, sicut appositus est Aaron frater tuus in monte Hor.* Et causam exponit dicens: *Propterea quod transgressi estis verbum meum in deserto Sin, non me sanctificastis in aqua coram eis.* ergo nec sine culpa est Moyses, etiam ipse transgressus est & fact[9] sub peccato, unde: *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen,* nec enim ipsi pepercit: *Conclusit enim Deus sub peccato omnes, vt omnium misereatur. Gratia autem Christi, qui nos liberauit de corpore mortis huius.* Moyses. n. liberare non potuit eum & ipse transgressus sit. Ille ergo solus debet requiri, q peccatum nõ fecit.

IDEM. Mors Moysi finis legis q secundum literã dicitur: sacrificiorum scilicet interruptio, & cęterorũ quæ similiter mandantur in lege. Hæc ergo vbi finem accipiunt, Iesus accipit principatum. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.* Et sicut de prioribus dictũ est, *quia omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari,* ita & de Iesu dicitur, quia omnes in Iesu baptizati sunt in spiritu sancto & aqua. Iesus est enim qui trãsit aquas Iordanis, & in ipsis quodammodo iã tũc populum baptizat. Ipse est qui terram sanctã patitur vniuersis, non priori populo, sed secundo. Prior. n. pro peccato suo cecidit in deserto. Temporib. Iesu quieuit terra a bellis, non temporibus Moysi. Sed de Iesu Christo dictum est, non de filio Naue. Et vtinã terra cessaret a bellis, & cessaret, si sub Iesu meo pricipe fideliter militarem, caro mea non insurgeret aduersus spiritum meum, nec impugnaretur terra mea a contrariis gentib. diuersis. s. cupiscentiis stimulata. Oremus ergo vt Iesus regnet super nos, & terra nostra cesset a bellis, ab impugnationibus. s. carnalium desideriorum, & tunc requiescet vnusquisque sub uite sua, sub ficu sua, & oliua sua, id est sub velamento patris & filii & spiritus sancti requiescet anima nostra.

PROC. *Ascende in montem.* Potior Aarone Moyses, ac pro inde terrã videt, & causam pp quam indignus habitus vt ingrederetur cõperit, necnon mortem suam ante didicit; imo vero & Aaronis, qui nullus prædictorum honorem consecutus est. Sic Paulus quoq; causam discit, cur gratiam nõ in remedium sit adeptus, verum in hoc cã quidem fuit vtilitas, virtus. n. mea in infirmitate perficit. In Mose vero iustitia, qm trãsgressi estis verbum meum, quod sane sensu suo ad legem respicit, perfectum reddere non põt, nec promissionem instaurare. Qm iustus fide viuet. Cæterum iamiã moriturus Moses commiserationis non obliuiscitur, curam agit populi, & successorem constituere dignatur.

c *Quia offendistis &c.* AVG. Eam causam mortis Moysi dicit dñs quã & fratris eius, quia. s. non sanctificauerunt eum corã populo ad aquã contradictionis. i. quia dubitauerunt qd domino eius posset aqua de petra profluere.

Mystice autem significat, qa nec vetus sacerdotium, cuius personã Aaron gerebat, nec ipsa lex, cuius personam gerebat Moyses, introducunt populũ Dei in terram æternæ hæreditatis. Sed Iesus, in quo significatur Christus. i. gratia per fidem. Et Aaron quidẽ ante defunctus est quam Israel in aliquam partem terræ promissionis intraret. Moyse autẽ adhuc viuente capta est terra Amorhæorum & possessa, sed Iordanẽ cũ eis nõ trãsiit. Ex aliqua. n. parte lex obseruatur in fide Christiana. Ibi. n. sunt etiã præcepta quæ vsq; hodie Christiani obseruant [illegible]

---

tem Israel loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas, si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod si & fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, hæreditas dabitur his qui ei proximi sunt. Eritque hoc filiis Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit dominus Moysi. Dixit quoque dominus ad Moysen: Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram, quam daturus sum filiis Israel. Cumque videris eam ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater tuus Aaron, quia offendistis me...

*Interlinear:* a Qui sapientia & intelligentia viget. — b Fdm [illegible] prærogatiua operum viget. — a Qui ex imitatione sapientum agunt. — a Illis s. qui traditione veterum non proprio sensu nec præsentis doctrinæ monitione aliquid boni agunt. — a Scilicet qui siue occasione siue veritate doctrinæ aliquid boni agunt, non. n. perdunt mercedem suam. — a Perfectus non in valle moritur, sed in monte, i. in alto loco, quia vita eius perfectio habebatur in excelso. Oportebat summam perfectionis consecuturo nihil incognitum remanere. — a Partem non totam.

*Margin:* Rom. 11. d. — Rom. 7. d. — Esa. 53. c. — Moraliter — Rom. 10. a — 1. Cor. 10. d — Congregabit eis [illegible] — Gal. 5. c. — Vbi supra diuersi successionum modus. — in statuto iudicij. — Phil. 1. c. — Homi. 22. — Tropol. — Exo. 33. b. — Deu. 33. — Nu. 20. d. — Exo. 17. b. — Rom. 5. c. — Quest. 53. — Zach. 3. d.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Eritque hoc filiis Israel sanctum. i. firmum.

2 Lege perpetua. *Sicut enim imperator præter leges quas condidit pro generali ordinatione sui imperii, statuit aliquas speciales ex casib. emergentibus, sic etiam dominus præter leges quas dedit Moysi pro ordinatione populi in communi, aliquas etiam speciales dedit ex casi. emergentibus, sicut in casu proposito & in pluribus aliis.*

3 Dixit, &c. *Hic consequenter describitur ordo populi ad ducem, & primo describitur huius ordinationis ratio. Secundo ipsa ordinatio, ibi:* Dixit dominus. *Ratio ordinandi de duce fuit mors Moysi imminens de propinquo, quod notatur cum dicitur.*

4 Ascende in montem istum Abarim, & contemplare terrã. *q. d. licet determinauerim te non ingredi illam, ut habitum est supra &c. tamen volo quod tu uideas ad aliqualem tuam consolationem.*

5 Ibis & tu ad populum tuum, sicut iuit frater, &c. *per talem modum moriendi ita quietum & pacificum, quia hoc desiderauerat Moyses, vt dictum est supra in fine 20. ca.*

6 Quia offendistis me in deserto Sin, &c. *Hoc additur, ne ab aliquibus crederetur quod Moyses alias offendisset dominum, & quod propter hoc fuisset priuatus ingressu terræ, & etiam ad considerandum seueritatem diuinæ iustitiæ, quæ amicum suum Moysen priuauit ingressu terræ desiderabilis sibi pro vna offensa.*

4 Ascende ... 1 Cui

## MORALITER.

† *Cumque videris eam &c.* Per hoc autem, quod Moyses audito domini uerbo de sua morte, tunc non rogauit eũ de prolongatione vitæ suæ, sed quasi sui oblitus rogauit eum pro bono populi sibi subiecti, dicens.

[illegible]

a Etiam Moyses transgressus est. Omnes.n.peccauerunt: solus ergo Christus a peccato liberare potuit, qui peccatum non fecit.

fendistis me in deserto Sin, in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram eis super aquas. Hę sunt aquę cōtradictionis in Cades deserti Sin. Cui respōdit Moy- 1 a ses: † Prouideat dominus Deus spirituũ omnis carnis, homi 2 nem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intra 3 re ante eos, & educere illos vel introducere, ne sit populus do 4 mini sicut oues absque pastore. Dixitque dominus ad † Moy 5 b sen: Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus Dei, et 6 pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro 7 c sacerdote et omni multitudine, et dabis ei præcepta cunctis 8 d videntibus et partem gloriæ tuæ, † et audiat eum omnis sy- 9 e nagoga filiorum Israel. † Pro hoc quid agendum erit, Elea- 10 f zar sacerdos consulet dominum. Ad verbum eius egredietur 11 et ingredietur ipse et omnes filii Israel cum eo, et cętera mul- 12 titudo. Fecit Moyses vt præceperat dominus. Cumque tulis- 13 set Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote et omni fre- 14 quentia populi, & impositis capiti eius manibus, cuncta re plicauit quæ mandauerat dominus.

A nare iube. Sacerdotium vero illud & sacrificiũ nullā partē tenent hodie fidei Christianæ, nisi quod in vmbris futurorum acta & tractata. Cũ vero ambob. fratrib. vt apponant ad populum suũ dr, manifestũ est nō esse in illis irā Dei, quę separat a pace ęternę societatis. Vnde patet nō solũ officia, sed & mortes eorum signa fuisse futurorũ, nō supplicia indignationis Dei.

Nota. a *Prouideat.* Nota, non elegit filios, non nepotes, nec rogat vt constituantur duces, Dei iudicio electionē committit.

Proficiat. *Prouideat do. Deus.* ORIG Recessurus de seculo s. orat Deum vt prouideat ducem populo. Erant ei filii Gersan & Eleazar, & filii fratris, magni & egregii uiri, non orat dominum pro ipsis, vt constituantur duces populi, ut discant ecclesiarũ principes successores sibi non propinquitate carnis testamēto signare, neque principatum ecclesiæ hæreditarium tradere, nec eligere eũ quem humanus com

Exodi 2.d. † vt. † Corā Eleazaro sacerdote stabit, q pro ipso postulabit iudiciũ veritatis aut certitudinis vel illuminationis coram domino.

B mendat affectus, sed Dei iudicio successoris electionē pmittere. Poterat recto iudicio principem eligere, cui dixerat deus, Elige presbyteros populo quos tu ipse scis presbyteros, & elegit tales in quibus continuo Dei spiritus quiesceret, & prophetent oēs. Sed non eligit & nō audet, ne relinquat posteris præsumptionis exēplum, sed ait. *Prouideat dominus Deus &c.* Quis erit ergo ex plebe, q sępe clamoribus ad gratiam vel pretium excitatis moueri solet, uel tē ex sacerdotibus qui se ad hoc idoneum iudicet, nisi si cui oranti & petenti a domino reueletur. Sicut Deus dicit ad Moysen: *Assume ad temetipsum Iesũ filium Naue, &c.* Audis euidēter ordinationē principis populi tā manifeste descriptā, vt pene expōne nō egeat. Nulla hic populi acclamatio, nulla propinquitatis cōtemplatio, propinquis agrorum & pdiorum relinquatur hæreditas, gubernatio populi illi tradatur quē Deus elegit, cui. s. habet in se spiritum Dei, & in conspectu suo præcepta Dei, qui Moysi notus & familiaris sit, id est in quo sit claritas legis & scientia, ut possint eum audire filii Israel.

Nu. 11.d.

b *Spiritus.* Sanctus. s. Non enim de spiritu hominis hoc diceret, quem nullus erat qui non haberet. Iubetur tamen manus ei imponere, ne quisquam quantumlibet pollēs gratia sacramēta consecrationis audeat recusare.

Quæst. 48 ✠ THEOD. Quare Deus pręcepit Moysi vt imponeret manus suas super Iosue cum ipsemet testificetur eum in se habere Spiritum Dei? Illud ipsum sub Cornelio accidit Nā post acceptam spiritussancti gratiam baptizati sunt. Quinetiā Dominus Christus cũ omnia charismata S. Spiritus. quatenus homo suscepisset, antequā natus esset, accessit vt baptizaretur a

C Ioanne, seruiq; manum imponi capiti suo iussit, & tũ accepit D Spiritũ sanctum in specie columbæ venientem super se. Itidē Apostoli per insufflationem dominicā Spiritum sanctum adepti acceperunt gratiam sancti Spiritus e cœlo venientem. Cęterũ vt populo persuasum esset illum a Deo ducē esse creatum, impositę sunt super eum manus legislatoris, quod quidem Moyses fecit ex præcepto Dei: *Impones enim inquit manus tuas super eum, &c.*

c *Et dabis.* ISIDORVS. Iesus succedit Moysi, & dicit quæ spiritualiter debeat offere in ecclesia. Legi enim succedit euangelium, lex facienda monet, & gratia complet, primum quid offerri debeat per singulos dies, dehinc quid i sabbatho, ppter spē quietis æternæ, quid in Kalendiis pro innouatione vitæ, quid in pascha te quo consepelimur Christo per baptismũ, quasi a mortuis transeuntes ad vitæ nouitatem, quid in pentecoste propter gratiam spiritussancti, & remissionem peccatorum, &c.

† team. Mystice. Rom. 6.c. E † præcepit ei.

Vbi supra ✠ THEOD. Ex his discimus quomodo hi qui a pontificib. ordinantur, spiritualem gratiam consequuntur. Hic .n. dixit Deus: *Dabis gloriam tuam ei.* Porro conuenit admirari prophetam, vt pote qui cũ haberet filios, fratrem & nepotem ex fratre, nullum horum ducem præfecit, sed Deum secutus, quē ipse præfecit, ordinauit.

✠ PROC. *Et dabis.* Non.n. dantem id qđ datur deserit, dat vero nec inspirat sicut Christus, siquidē spiritus nullum habet fontem, Quapropter ne seniorib. quidem inspirauit, quin & ibidem a Mose ablatum septuaginta viris tribuit.

d *Et partem gloriæ.* Quasi facies eum socium gloriæ tuæ. Non .n. res huiusmodi quasi partiliter diuisæ minuuntur, sed totę sunt omnibus, totæ singulis qui earum habent societatem.

Homi. 22. Sacrificia legalia supenda.

e *Et audiat, &c.* ORIG. Si sacrificia & instituta legalia vsq; in psens mansissent, euangelii fidem exclusissent. Erat.n. in illis magnitudo & reuerentiæ plena religio, quæ primo aspectu stupefaceret intuentem. Quis.n. videns sanctuarium, altare, sacerdotes, sacrificium consummantes, & omnē illius rei ordinem, nō putaret plenissimum hūc esse ritum quo Deus coleretur creator omniũ? Sed gratias aduētui Christi qui illa destruxit quæ magna videbant in terris & cultu Dei, a visibilib. ad inuisibilia trāstulit, & a tēporalib. ad ęterna. Sed ipse Christus aures requirit quæ hæc audiant, & oculos qui hęc videāt.

Moraliter. f *Pro hoc, &c.* Moraliter instruimur, vt quisquis accipiat potestantem in populo secundum magisterium diuinæ legis (quę in sacerdotis officio maxime commendatur) vitā suā & subditorum ordinet atque regat. F

CAP.

NICOLAVS DE LYRA

✠ 1 Cui respondit Moyses, prouideat dn̄s Deus. *In quo patet charitas Moysi, qui acceptans diei voluntatē pro se nihil petiit. sed statim ad procurandum bonũ populi se conuertit.* 2 Deus. *quasi dicat qa tu nosti corda hominũ quæ sunt ignota hominibus, nā tu solus potes ordinare de duce vtili pro populo isto, ad quod requiritur hō bonæ ac perfectæ voluntatis. vnde subditur.* 3 Hominē qui sit super mul. *intendendo vigilanter ad bonum cōitatis, magis volens prodesse quā præesse.* 4 Et possit exire & intrare ante eos *ita quod non sit vltim⁹ ad labores sed primus.* 5 Ne sit populus domini, sicut &c. *post mortem meam quia scribitur, Prouerb. xi. b.* Vbi non est gubernator, populus corruet. 6 Dixitq; dn̄s. *Hic consequenter ponitur ducis prouisio, cum dicitur:* 7 Tolle Iosue &c. *persuadendo ei, quod ad voluntatem meam suscipiat onus populi.* 8 Virum in, &c. *q.d. talis est sicut petisti.* 9 Et pone manum tuam super eum. *ita quod te viuente instituatur in potestate, ut ne post mortem tuam aliqui vellent contradicere.* 10 Qui stabit coram, &c. *vt omnes videant q post te debeant ei obedire.* 11 Et dabis ei præcepta. *scilicet ex parte mea.* 12 Cunctis uidentibus. *ad maiorem certitudinem suæ institutionis.* 13 Et partem, &c. *non quod gratia Moysi fuerit in aliquo diminuta, sed quia Iosue non accepit gratiam a Deo ad æqualitatē Moysi. secundum quod dicitur Deu. vlt. d.* Et nō surrexit vltra propheta in Israel sicut Moyses &c. *vnde subditur.* Pro hoc, &cæ. 14 Eleazar sa &c. *hoc autē nō indigebat Moyses, vt alius consuleret dominum pro eo, quia ipse loquebatur cũ Deo facie ad faciem, sicut homo loqui solet ad amicum suum, sicut habetur Exodi xxxiij. Cætera patent.*

CAP.

*MORALITER.*

✠ 2 *Prouideat dominus Deus.* Ostenditur quantum bonus princeps vel pręlatus de bono populi sui sit solicitus, pro quo vitā suā debet exponere. Ioannis x. b. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* Et de rege Codro refert Valerius maximus, quòd cũ respōsum haberet ab Apolline Delphico, quod si interficeretur ab aduersariis, populus eius victoriam haberet, sin autē debellaretur, scienter & latenter se præbuit ab hostibus iugulandum, vt suum populum liberaret.

Valerius Maximus

MORA

CAP. XXVIII.

*Dixit quoque.* Orig. Alia litera. *Et locutus est dominus ad Moysen dicens. Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, Munera mea, data mea, hostias meas in odorē suauitatis obseruate, vt offeratis mihi in dieb. festis meis.*

*Et dices ad eos; Hæ sunt hostiæ meæ quas offeretis domino, &c.* Nemo suum aliquid offert domino, sed quod do mini est; nec tam offert quā reddit, ideo dicit: *Munera mea, data mea, etc.* Quasi quę præcepturus sum vt offeratis in diebus festis meis data mea sunt, id est a me vobis dātur, ne quis credat offerendo se aliquid conferre Deo. Impius enim est qui putat aliquid se Deo præstare veluit indigenti.

Orig. *In diebus festis meis.* Habet Deus dies festos suos. Est enim ei magna festiuitas salus humana. Puto quod per singulos fideles, per singulos qui conuertuntur ad Deū & in fide proficiunt, festiuitas oritur domino. Lętificat eum impudicus si fit castus, & iniustus cum iustitiam colit. Agit festum Christus qui pro salute nostra sanguinem fudit, cum videt profuisse quod se humiliauit factus obediens vsque ad mortem. Agit festum spiritussanctus cum in his qui conuertuntur videt sibi templa parari. Lætantur angeli ad quorum festiuitatem accedunt conuersi. Gaudium .n. est in cælo super vno peccato re pœnitentiam agente. Deo & angelis occasionē lætitiæ damus, cū super terrā ambulātes, conuersationem in cęlis habemus. Vereor ne econtrario mala conuersatio nostra non solum terris, sed & cælo lamētationes inducat, & fortassis ipsi Deo. vt quid .n. dicit: *Pœnitet me quia feci hominem super terram.* Et; *Christus videns ciuitatem fleuit super eam dicens, Ierusalem, quæ occidis prophetas, & la. eos, &c.* Et ego hodie si prophetā non audiam verba, si monita eius spernā, lapido prophetā, & quantum in me est, occido, cuius tanquā mortui uerba nō audio. Illa quoque lamentantis Dei uox est: *Heu me, quia factus sum sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut qui colligit racemos in vindemia, &c.* Ierusalem uero quia peccauit grande peccatum, perierunt omnes festiuitates eius. Quia in loco sancto & in die festi uitatis Christū occiderūt, iō dicit ad eos. *Neomenias vestras & sabbatha vestra, & dies festos odiuit anima mea.* Vbi de muneribus mandat, vbi adhuc nulla sunt peccata, dies festos meos dicit.

b *Hæc sunt sacrificia.* Quæramus ergo diligenter quis sit ordo festiuitatum, vt ex ipsis ordinibus & sacrificiorū ritu colligamus qualiter vnusquisq; ex factis suis festiuitatē Deo parare possit. Primo ergo est festiuitas Dei quæ dicit indesinens. De his .n. mandat .ut, quæ indesinenter matutinis, & vespertinis sacrificijs offerantur. Nō primo mādat de festiuitate paschę, vel azymorū, vel scenophegiæ, hanc primā posuit in qua sacrificium indesinēs mādat offerri, ut agnoscat qui vult esse perfectus, quia non est intermittenda festiuitas, sed semper indesinenterq; agenda, quod significat sacrificiū indesinenter in vespertinis & in matutinis offerendū vt in lege & prophetis, qui matutinū tēpus ostendunt, & in euangelio, quod vespertinum id est in uespera mundi saluatoris ostendit aduentum, in desinenti intentione persistit. Qui autem peccat, & agit dies peccat, non potest agere diem festum & offerre indesinens sacrificiū. Quæ autē indesinenter custodit iustitiā & abstinet se a peccato continuum effert sacrificium. Si oratio iusti sicut incēsum offertur in conspectu domini, & eleuatio manuum eius sacrificiū est vespertinum, cū Apostolus dicat; *Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu vt vacetis orationi.* Et iterū: *Redite in idipsum.* certum est, quia impeditur sacrificium indesinens his qui coniugio seruiunt. Videtur ergo ille solus offerre sacrificium indesinens q deuotus est perpetuę castitati. Sed sunt alii dies festi his qui non possunt indesinenter immolare sacrificium castitatis.

c *Holocaustum iuge, &c.* ✱ Cyril. admonemur ex his quotidie nos debere meminisse Dei, quod pro nobis & propter nos filium suum obtulit in odorem suauissimum.

✱ Proc. Per victimam matutinam significabatur vita quę in paradiso ante transgressionem fuit, per vespertinā vero, restitutio nostri per Seruatorem extremis temporib. nobis reddita. In Xpo vero ferias agentes multiplex odoris spiritualis in censum offeremus Deo. Iam vero noui mensis exordiū, nouā vitam, imo nouissimā eam quæ in resurrectione mortuorū est futura, denotat. In qua mori oportebit Deo, nec amplius peccatis viuere, verū uitā agere supernā, hoc enim iuuencorū statuta, qua interior hircus, qua denique minor agnorum est, innuit, quiuis enim præmia iuxta mensuram suam acceptu rus est. Porro duo populi per iuuencos duos denotantur. Horum vero vnitio per unicum arietem intermediū fit. Sanctorum verō consummata perfectio, per septem agnorum simplicitatem significatur.

d *Die autem sabbathi.* Rabanvs. Secunda ergo festiuitas, est sacrifici

Margin: A Homi. 23. Num. — ✝domino. — ✝De conf. d. 1. c. non oportet. — ✝in odorē quietis sacrificium domino. Chald. interp. vto. blatio voluntaria ſuscipiatur coram domino. — Dies festi Dei. — *in mun. Phi. 2. d. — Luc. 15. b. Phil. 3. d. — Ez. 13. b. Gen. 6. b. Luc. 19. f. Mat. 23. d. — Mich. 7. a. — Thren. 1. c — D — ✝domino. — E — Ps. 140. a. 1. Cor. 7. a. — Ex catena Græca. — F

CAP. XXVIII.

1 Dixit quoque dominus ad Moysen: Præcipe
a Omnia quæ offerimus Dei sunt; nihil ergo ei damus sed reddimus.
filiis Israel, & dices ad eos. Oblationē meam & panes & incēsum odoris suauissimi offer- b te per tempora sua. 2 Hęc sunt sacrificia quæ ✱offerre debetis: Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum, vnum of-
a In lege & prophetis attendentes. b In euangelica doctrinā.
feretis mane, & alterum ad vesperam: decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam
a Vt sine intermissione oremus & ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu domini.
c partem hin. † Holocaustum iugē est quod obtulistis in monte Sinai † in odorem suauissimum incensi † domini: Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario † domini. Alterumque agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificii matutini & libamentorum
a In quo ab omni opere mundi cessatur.
d eius, oblationem suauissimi odoris domini. 4 Die aūt sabbathi

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXVIII.

Diuisio. 1 Dixit quoq; dominus. *Hic cōsequēter describit ordinatio totius populi ad Deū. & primo in illis in quibus astringebatur lege diuina, secūdo in his quib. astringebatur volūtate propria. 30. c. Circa primū sciēdū, quod homo ordinatur ad Deū per oblationes et sacrificia et festa solēnia, in quib. dēt uacare diuinis, inter quæ erant aliquā quæ fiebant pluries in anno de quib. primo agitur, secūdo de illis quæ fiebant tm̄ semel in anno, ibi.* Mense autem primo. *Circa primum sciendum, quod aliquod erat sacrificium quod fiebat omni die, scilicet iuge sacrificium, quod offerebatur quotidie mane & vespere, & de hoc primo agitur, cum subditur.*

2 Hæc sunt, &c. *Non propter varietatem coloris excludendam sed defectum membrorum, vt frequenter dictum est alibi. Ritum autem huius sacrificij & rationem, & alia quę ad hoc pertinent, posuit Exo. xxix. versus finem capituli, ubi eadem sententia ponitur sicut hic, excepto q hic additur.*

3 Quod obtulistis in, &c. *quia hoc sacrificium primo oblatum est ibi in consecratione sacerdotum et dedicatione altaris holocaustorum, ut habetur Exodi xxix.*

4 Die autem sabbathi. *Hic consequenter agitur de festiuitate sabbathi, quæ reiterabatur qualibet hebdomada semel. Fiebat autem in memoriam beneficij creationis, vt habetur Exod. 20. vbi dictum fuit de modo obseruandi, sed hic agitur de ipso sabbatho quantum ad sacrificia in ipso offerenda, cum dicitur.* Die autem sabbathi offeretis duos anniculos. *Dicebatur autem agnus anniculus post octauam diem, quia ex tunc poterat offerri usque ad completionem anni.*

Sabbathū reiteratur

✱ 1 Immacu-

## MORALITER.

✱ 1 *Dixit quoque dominus ad Moysen, & c.* In hoc autem ca. & sequenti agitur de solennitatib. veteris legis scilicet sabbatho, neomenia, paschate, pentecoste, festo tubarum, & expiationis tabernaculorum, & cętus, quarum solennitatum expositiones mysticæ supra sunt positæ, Leuitic. 23. propter quod hic dimitto, qui enim vult eas videre, eo recurrere potest.

MORA-

sacrificii sabbathi, & oportet quenque iustũ hanc agere festiuitatẽ, de qua dicit Apostolus: *Relinquetur ergo sabbathismus*, id est obseruatio sabbathi *populo Dei*. Relinquẽtes ergo Iudaicũ sabbathũ, qualis debeat Christiano esse sabbathi obseruatio uideamus. Die sabbathi nihil de mundanis actib. oportet operari. Si ergo nihil mũdanum geras, spiritualibus uaces, ad ecclesiam uenias, uerbo Dei aurem præbeas, cælestia cogites, de futura spe solicitudinem geras, uenturum iudicium præ oculis habeas, non respicias ad præsentia & uisibilia, sed ad inuisibilia, & futura. Hæc est obseruatio sabbathi Christiana, hæc Iudæi obseruare deberent. Apud ipsos quoque faber & structor, & huiusmodi opifices otiantur in die sabbathi, lector autem diuinæ legis uel doctor ab opere suo non desinit, nec tamen contaminatur sabbathũ. Vnde *Sacerdotes in templo sabbathum violant, & sine crimine sunt*. Qui ergo cessat ab operibus seculi, & spiritualibus vacat, sacrificium sabbathi & diem festum agit. Neq; onera portat in viã. Onus enim est omne peccatum, secundum illud: *Sicut onus graue grauatæ sunt super me*. neq; ignẽ accendit, de quo dicitur: Ite in lumine ignis vestri, &c. Vnusquisque sedet in loco suo, & nõ procedit ex eo. Locus animę spiritualis est iustitia veritas, sapiẽtia sanctificatio, & oĩa quæ Christus est, locus animæ est. Ex hoc loco non oportet eam exire, ut uera sabbatha custodiat, & diẽ festum sacrificiis erigat sabbathorum, secũdum illud: *Qui manet in me, & ego in illo, &c.*

Verum altius repetamus quæ sit veri sabbathi obseruatio. Vltra hunc mundũ est, quod enim scriptũ est: *Requieuit Deus in die sabbathi ab operibus suis*. nõ uidemus uel tunc factum esse in die septima, uel etiam nunc fieri. Semper enim uidemus Deũ operari, nec est sabbathum in quo non operetur producẽs solem suũ super bonos & malos, & pluens super iustos & iniustos, producens in montibus fœnum, & herbã seruituti hominum, percutiens & sanans, deducens ad inferos & reducens. Vñ cum Iudęi præscriberent sibi de operatione & curatione sabbathi, respondit: *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor*. Ostẽdẽs in nullo huius seculi sabbatho requiescere Deũ a dispensatione mundi. Erit ergo veiũ sabbathum in quo requiescet Deus ab oĩb. operib. suis, cum aufugiet dolor & tristitia & gemitus, & erit Deus omnia in oĩb. In quo diem festum & verum sabbathum cum angelis celebrabimus offerentes sacrificium laudis, & sacrificium Indesinens cum indesinẽter assistet Deo anima, & offeret sacrificium laudis per pontificẽ magnum, qui sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech.

✲ CYRILLVS. Non piget Deum eadem iisdem verbis inculcare, ne præterquã quod obliuiosum genus erat hominũ, perpetuo iugiq; illi sacrificio populus acquiescẽs, in sabbathis negligentius aliquo pacto ageret. Tẽpora ritusque sacrorum quibus litare possint, apposite præscribit. Erat enim quotidianũ sacrificium, cum suis libationib. in quibus semper offerebantur ea potissimũ, quibus in primis vescitur homo. Erat hebdomadæũ singulis sabbathis, inde menstruũ Kalẽdis, cuiusq; mensis, & anniuersarium paschale Idibus primi mensis.

Hebr. 4. c. Sabbathũ Christiani. Matt 12. a. Psal. 37. a. Exo. 35. a. Esa. 50. d. Ioan. 15. a. Gen. 2. a. Verũ sabbathum. Matt. 5. g. 1 Reg. 2. b. Deut. 32. f. 1. Ioan. 5. c. Heb. 5. c. Vbi supra.

a Duos agnos anniculos offert qui simplicitatem mentis & innocentiam operis Deo exhibet.

a offeretis duos agnos anniculos immaculatos, [1] & duas decimas [2] similæ oleo conspersæ [3] in sacrificio, et liba quæ ritè funb duntur per singula sabbatha [4] in holocaustum sempiternũ. [5] In Kalendis autẽ, [6] id est, in mensium exordiis offeretis holocau c stum domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, a d gnos (Vnius anni scilicet.) anniculos septem immaculatos, et tres decimas similę e olceo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos, [7] et duas deci f mas similę oleo conspersæ per singulos arietes, et † decimã g decimæ [8] similę ex oleo in sacrificio per agnos singulos: Hoh locaustum suauissimi odoris atque † incensi est domino: Libamenta [9] aũt vini quę per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt. Media pars hin [10] per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. Hoc erit holocaustũ per omnes [11]

† hebraismus est, pro singulas decimas & infra. † sacrificium.

a *Et duas decimas similæ oleo con.* RABA. Hæc offert qui spirituali gratia repletus scientiam duorum testamentorum docente spiritusancto verbis & exemplis docet auditores suos, nõ pro temporali lucro, sed pro vitæ æternæ præmio.

b *In Kalendis*. id est, in neomeniis, cum ecclesia vel quælibet anima soli iustitię sic propinquat, ut unus spiritus cum eo fiat, & per ipsum innouata veterem hominem abiiciat.

IDEM. Tertia festiuitas neomenię dies, in qua & hostia offertur. Neomenia aũt noua luna dicitur. Noua autem dicitur soli proxima, ut sub claritate ei⁹ lateat. Sed hæc est festiuitas vmbra futurorũ sicut & aliç. Sol iustitiæ Christus ẽ, huic si luna, .i. ecclesia quæ lumine eius repletur iuncta fuerit, ut unus spiritus cũ eo fiat, tunc festiuitatẽ neomenię agit. Tunc enim noua efficitur, cũ abiicit veterem hominem & induit nouum qui secundum Deum creatus est. Tunc neq; comprehendi humanis potest aspectib. Cum enim totam se sociauerit domino, & ad splendorem eius totã se cõcesserit, nihil omnino terrenum cogitat vel quęrit nec hominib. placere studet, sed totam se sapientię, totam se lumini, totã se calori spiritussancti mancipat subtilis & spiritualis effecta. Ideo dignissime diem festum agit, & hostiam neomenię domino tanquam per † spiritum in nouato iugulat.

Neomenia. Heb. 10. a. Mala. 4. a. Ephes. 4. f. † ipsum.

c *Vitulos de armento.* Potest in duob. vitulis incunditas boni operis in anima uel in corpore signari. Quæ secũdum duo testamenta offertur domino in duob. præceptis charitatis.

d *Arietem vnum.* In ariete regimen disciplinæ forte & immobile secundum vnitatem fidei catholicæ.

e *Agnos anniculos septem.* Simplicitatem & mansuetudinem morum pro cęlesti requie per gratiam septiformis spiritus.

f *Et tres decimas similæ.* Hæc offert qui sciẽtiã spiritualẽ in sanctę trinitatis fide, oleo lętitię illuminatus exhibet cũ bono opere.

g *Et duas decimas.* Hoc facit qui decalogum legis in duobus pceptis charitatis ad suam & proximorum vtilitatem studet conuertere, & sic totam vitam suam in suauem odorem domino dedicare.

h *Et decimam decimæ, &c. per agnos singulos &c.* Hoc fit cum simplicitas ☞

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ 1 Immaculatos. *id est sine defectu membrorum.*

2 Et duas decimas. *Accipitur autem hic decima pro decima parte ephi, de cuius quantitate dictum fuit Exo. 16. in fine.*

3 Oleo conspersæ. *Quia in pistatione eius admiscebatur oleum.*

4 Per singula sabbatha. *Per hoc designatur quod oblatio sabbathi si omitteretur, non poterat suppleri in alio sabbatho sequenti, vt dicit Rab. Sa.*

5 In holocaustum sempiternum. *In Hebręo habetur:* על עלת התמיד al olath hatomid, *id est, super holocaustum iuge, quia iuge sacrificium de quo dictum est, non prætermittebatur in sabbatho propter specialem oblationem sabbathi, sed eodem die fiebat sicut in alijs quia nunquam dimittebatur pro quacunque oblatione alia vel solennitate. & ideo dicitur hic: Super holocaustum iuge, id est ultra, quia illa sacrificia erant quædam superaddita iugi sacrificio, & etiam quia alia sacrificia fiebant post oblationem iugis sacrificij matutini.*

Iuge sacrificium.

6 In Kalendis autem, &c. *Hic consequenter agitur de festo neomeniæ quod reiterabatur quolibet mense scilicet in nouilunio, quia Iudæi accipiunt menses secundum lunationes. Et dicitur neomenia a neos quod est nouum, & mene defectus, & accipitur hic pro luna. Fiebat autem hæc solennitas propter beneficium creationis, ideo fiebat in nouilunio, quia mutatio in istis inferioribus magis apparet secundum innouationẽ lunæ quam temporib. alijs communiter. Quæ autem sacrificia debeant tunc offerri, ostenditur cum dicitur.* Offeretis holocaustum domino, uitulos de armento duos. *Sequitur.*

Festũ neomeniæ.

7 Et tres decimas similę oleo conspersę in sacrificio per singulos vitulos, &c. *Dicunt aliqui quod vituli debebant esse trimi, id est trium annorum, ideo cum quolibet offerebantur tres decimæ similæ arietes bimi, & ideo cum quolibet offerebantur duæ decimæ similæ, agni vero qui erant anniculi habebant vnam decimam tantum. Et hoc est quod dicitur.*

8 Et decimam decimę, &c. *id est vnam decimam ephi, quæ est decima pars cori.*

9 Libamenta autem. *Oblationes de liquidis libamenta dicuntur.*

10 Media pars hin, &c. *De quantitate huius mensuræ dictum fuit Exo. xxix.*

11 Hoc erit holocaustum per omnes Menses, &c. *Quia nõ poterat præter-* ✲

plicitas morum secundũ scripturarũ regulam gratia spiritus sancti cooperante in stituitur & ornatur. Bene autem hęc oĩa in holocaustũ domino iubentur offerri, q̃ hęc agere debemus non vt humanã laudem vel præsentem retributionem quæramus sed omniũ bonorum datori Deo per omnia placeamus, & æternæ vitæ retributionẽ mereamur.

A Moraliter

a *Mense.* ORIG. Quarto loco ponitur inter festiuitates, diei paschę solennitas, in qua agnus occiditur, agnus scilicet uerus, agnus Dei qui tollit peccata mundi, quia *pascha nostrum immolatus est Christus.* Iudæi carnali sensu comedant carnes agni, nos autem carnem verbi

Hom. 23. in Num. †Exo 12.e Leui. 14.a Esa. 46.b. Ioan. 1. d. 1.Cor.5.b. †venerabilis & cõuocatio. † sacrificium Ioan.6.f.

menses, qui sibi anno vertente succedunt. Hircus quoque offeretur domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cũ libamentis suis. † Mense autem primo, quartadecima die mensis phase domini erit, et quintadecima die solennitas. Septem diebus vescentur azymis, quarũ dies prima † venerabilis et sancta erit. Omne opus seruile non facietis in ea: Offeretisque † in incensum holocaustum domino, vitulos de armento duos, arietẽ vnum, et agnos anniculos immaculatos septem,

a Pascha quando verus agnus occiditur qui tollit peccata mundi. a Omni tempore præsentis vitæ. Synceritatis & veritatis. a Peccatum s. qui facit peccatum, seruus est peccati. Ioan. 8. d.

IDEM. Oẽs qui imbuendi sunt altioribus disciplinis molestum habent rudimentorum laborem, cũ disciplinæ ignorãt vtilitatẽ. Molesta ergo nobis videntur rudimenta Iudæorum, qui primis imbuebantur elementis cum primo audiuntur. Vult. n. quisq; discere de his quæ ad salutem pertinet. Cũ autem sacrificia arietum, hircorum, & vitulorum recitantur, nihil vtilitatis inesse putat. Sed si possit veteris testamenti velamẽ remouere, videbit quã magnifica sint, quæ superflua & superstitiosa dicuntur. In paschæ festiuitate agnus est qui purificat populum, in aliis hircus, in aliis uitul⁹, aut aries, vel capra

D Allegoric.

Dei. Ipse. n. ait: *Nisi comederetis carnes meas, non habebitis vitam in vobis.* Hoc quod, mõ loquimur, carnes sunt verbi Dei, si tamen non quasi infirmis olera, aut quasi pueris lactis alimonia proferamus. Si tm perfecta loquimur si robusta, si fortia, carnes verbi Dei apponimus comedẽdas. Vbi. n. mysticus sermo & trinitatis fide repletus & solidus pfertur, vbi futuri seculi amoto velamine literæ legis spiritalia sacramenta pãduntur, vbi spes animę auulsa de terris, collocat in illis quæ oculus nõ vidit nec auris audiuit, hæc oĩa sunt carnes verbi Dei. Qui pt perfecto intellectu vesci, & corde purificato, ille veræ festiuitatis paschæ immolat sacrificium & idem festum agit cum Deo & angelis eius.

Rom. 14.a B 1. Cor. 3. a.

b *Quintadecima die.* IDEM. Sequitur huius continua festiuitas azymorum, quam merito celebrabis, si exterminès omne fermẽtũ malitiæ & nequitię ab anima tua, & azyma synceritatis veritatisq; custodias. Non enim putandum est Deũ leges hominib. pro fermẽto scribere, & exterminari animã iubere de populo suo, si forte parũ fermenti in domo sua habuerit & huius fermenti cã tm offendi, vt animam quam ad imaginẽ suã fecit, exterminari iubeat & euerti. Sed illud magis est qd horrescit Deus si malitiæ si iræ, si nequitiæ spiritu anima fermẽtetur & intumescat ad flagitia. Hæc si de domo animę nõ strę non abiicimus, merito exterminabimur. Sed ne contemnas et si videris paruam intra te fermentari malitiam, qa mõdicũ fermenti totã massam corrumpit. Et ideo neq; de paruo peccato negligas qm vnum peccatum aliud gignit. Sicut .n. quis accepto castitatis fermẽto quotidiæ castior efficitur. sic accepto nẽqtię fermẽto quotidie effici neqor et deterior. IDEM.

Vbi supra Azymorũ festiuitas. 1.Cor.5.c. Genes.1.d. † infirmet Gal.5.b. C

vel vitula. Vnus ergo ex his q ad purificandũ populũ sumunt est agnus. i. ipse Christus, qui tollit peccata mundi. Quòd si agnus q ad purificandũ populũ datus est, Xpũ significat, cõsequenter etiam cætera animalia purificationi deputata referũtur ad alias personas q̃ aliquid purificationis conferũt humano generi. Sicut. n. Christus in sacrificiũ oblatus, peccatorum remissionem vniuerso mundo prestitit ita forte cęterorũ sanctorum sanguis q est effusus, est alterius sicut vitulæ, alterius sicut hirci, aut capræ, aut alicuius horũ fusus est expiãdum pro parte aliqua populũ. Siue hęc ad iustorum prophetarum que personas qui in hoc mundo ingulati sunt, vel eorum qui dicunt *Quoniã propter te mortificamur tota die ęstimati sumus, & c.* referenda sunt siue ad superiores virtutes, quib. procuratio humani gñris data est, quis facile audeat affirmare? Neque. n. animalia hæc pspeciẽ, sed p figurã referuntur ad illã vel ad aliã psonã. Sicut ipse Christus nõ ideo agnus dicitur quod in agni speciẽ sit cõuersus, sed quia voluntas & bonitas eius q̃ Deũ hominib. propitiauit, & peccata deleuit, quasi agni hostia fuit immaculata & innocens, qua placari hominib. diuina credunt. Sic ergo fortassis, si quis angelorum vel iustorum homini enixius interueniat pro peccatis hominum, p repropitiatione diuina, velut aries aut hircus aut vitulus oblatus sacrificiũ ad purificãdum populum accipi potest. An non videt vt aries vel hircus holocaustũ se obtulisse Paulus pro populo Israel cum diceret: *Optabam anathema esse a Christo pro fratrib. meis & cętera.* Et alibi: *Ego iam immolor, & cętera.* Figuraliter ergo potest videri, quod alius pro festiuitate sabbathi, alius pro festiuitate neomeniorũ, alius pro festiuitate tabernaculorũ quasi

Ioan. 1. d. E Sanctorũ effusus sanguis aliqd confert ad p ccatorũ populi expiationẽ. Psal. 43. d. Rom. 9. a. 2. Tim. 4. b F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ rat prætermitti prædictum sacrificium in princ. mensis siue lunationis, quod idem est apud Hebræos, & si prætermitteretur, non poterat suppleri in alio mense sicut dictum est de oblatione sabbathi.

1 Hircus quoque offeretur. *Hebræi dicunt pro expiatione, & in idem redit.*

*Notandum tamen quòd occasione huius quod dicitur hic, domino, & non dicitur in alys hircis sequentibus, qui offerri iubentur pro peccato vt patet in te xtu, dicunt Hebræi quod habetur in Talmud, quod iste hircus qui offerebatur in neomenia erat pro expiatione ipsius Dei, eo quod minorauit lunam.*

*Ad cuius intellectum sciendum, quòd ex hoc quod dicitur Gen. 1. b.* Fecit Deus duo luminaria magna, *dicunt Hebræi, quod sol et luna in principio suæ formationis fuerunt æquales in lumine, sed quia luna voluit habere singularem gloriam, suggessit ipsi Deo vt minueret lumen solis, propter quod Deus motus contra lunam minorauerit lumen eius, tamen ad pacificandum lunam de diminutione sui luminis fecit stellas, & dedit ei in obsequium ad illuminandum noctem cum ea, & sic exponunt quod subditur ibidem:* Luminare minus vt præesset nocti. Et stellas, & posuit eas, &c. *veruntamen quia luna non fuit p hoc pacificata, dixit Deus offerte pro me expiationem, quia minoraui lunam. Ex quo patet Iudæorum cæcitas, imo insania, qui credunt deum indiguisse expiatione, & peccasse. vnde & Ra. Sa. licet prædictam expositionem non reprobet, tamen tum ipsa dat aliam expositionem dicens quod in oblatione huius hirci dicitur, domino, ad designandum quod ille hircus oblatus pro peccatis expiabat illa peccata, quorũ solus Deus erat conscius & simile iudicium habendum est de alys sequentibus, propter quod non reperitur in eis, domino. quia sufficit quod ponatur in principio.*

Quare luna facta minor sole fabula ex Talmud.

2 In holocaustum. *In Hebræo habetur* על עלת התמיד al olath hatommid, *super iuge holocaustum, quia illud non dimittitur propter ista quæ fiebant in neomenia, quæ erant quædam superaddita iugi sacrificio.*

3 Mense autẽ primo. *Hic consequenter agitur de solennitatibus quę fiebant semel in anno tantum. & primo de illis quæ fiebant in vere. Secundo de his quæ fiebant in autumno. xxix. capitu. In vere autem fiebant duo festa, scilicet pascha & pentecoste, primo ergo agitur de paschate cum dicitur:* Mense autem primo. *s. in Martio. Veruntamen mensis Martius apud Hebræos aliquando cõcurrit cum Aprili nostro, quia computant menses per lunationes, annus autem solaris continet xij. lunationes & vndecim dies. propter quod in tertio anno Iudęi ultra duodecim lunationes cuiuslibet anni habẽt trigintatres dies, de quib. accipiunt triginta p vno mense, & sic habent tredecim menses propter quod apud eos Februarius qui vocatur Adar, duplicatur, & tunc Martius eorum vocatur Nisan concurrit fere totaliter cum Aprili nostro.*

4 Quartadecima die mensis phase domini erit. &c. *id est immolatio agni paschalis, de cuius immolatione & ritu dictum fuit Exodi duodecimo.*

5 Et quintadecima die solennitas. *Quæ incipiebat a vespere præcedentis diei in qua immolabatur agnus. Fiebat autem hæc solennitas in memoriam beneficii eductionis filiorũ Israel de Aegypto, quæ fuit quintodecimo die primi mensis, vt habetur* Exod. 12.

6 Omne opus seruile non facietis, &c. *Dicit autem seruile, quia illa quæ pertinebat ad cibum illius diei poterant preparari, prout habetur Exodi 12. cap.* Nihil operis facietis in eis, exceptis his quę ad vescendum pertinent *& loquitur de prima die solennitatis & septima, vt patet ibidem.*

7 Offeretisque In incensum holocaustum domino. *Incensũ non accipitur hic pro thymiamate, sed pro crematione holocausti, quod est sacrificium totaliter incensum ad honorem diuinum, & ideo ly incensum, est hic adiectiuum huius nominis subsłãtiui holocaustum. Cætera, patent ex prædictis vsque ibi*

✱ 1 Dies

quasi, hircus vel vitulus aut aries offeratur ad reconciliandum homines Deum. Dum.n. sunt peccata, necesse est requiri hostiam pro peccatis. Si.n. non fuisset peccatum, non necesse erat Dei filium agnum fieri, & in carne positum iugulari. Sed quia introiit peccatum in hunc mundum, cuius necessitas propitiationem requirit, quæ tamen per hostiam fit, necessarium fuit pro peccato hostiam prouideri, & quia peccati diuersæ qualitates fuerunt, prouidentur hostiæ diuersorum animalium. Sic ergo aliis angelorum vel sanctorum efficitur vitulus, qui in illa festiuitate interuenit pro delictis populi. Alius autem aries in alia festiuitate. Quod si purificari potuerint homines a peccatis, minuuntur hostiæ. Si enim pro multitudine peccatorum multiplicantur hostiæ, & pro exiguitate minuuntur. Vnde in festiuitate scenophegiæ eum per octo dies iubentur hostiæ offerri, prima die quasi adhuc in abundantia peccatorum quatuordecim vituli iubentur offerri. Secunda quasi imminutis peccatis minuuntur hostiæ & offerunt tredecim vituli. Tertia duodecim, post hæc vndecim & quasi purificationibus deficiente per dies multitudine peccatorum, minuit numerus hostiarum. Sic et pro dispositione totius mundi rationem purificationis intellige. Indigent.n. purificatione non solum ea quæ in terra sunt sed etiam quæ in cælis. Imminet etiam cælis perditio, quia *peribunt & omnes vt vestimentum veterascent, & mutabuntur.* Intuere ergo totius mundi, i. cælestium, terrestrium, & infernorum purificationem. Vnde quantis indigeant hæc omnia hostiis, quantos requirant vitulos, quantos arietis, quantos hircos: sed in his omnibus vnus est agnus, qui totius mundi potuit auferre peccatum. Ideo cæteræ cessauerunt, quia hæc vna hostia sufficit pro totius mundi salute, cæteri enim precibus peccata: hic solus potestate dimisit. Dicebatur enim: *Fili remissa sunt tibi peccata tua.* Sic ergo imbuitur mundus primo per diuersas hostias quærere remissionem peccatorum, donec veniat ad hostiam perfectam agnum anniculum perfectum qui tollit peccata mundi, per quem festiuitates agat spirituales, non ad satietatem carnis, sed ad profectum spiritus sacrificiis spiritalibus in purificatione mentis oblatis.

A — B — C — D — E — F (marginal letters)

† super holocaustum iuge fiet & libamen eius. Chald. inter. præter holocaustum iuge & libamen eius fiet.
† conuocatio.
† duas decimas per arietem.
Ephe. 1. b.
Psal. 101. d
† panis sacrificij est (vt panem offeretis in sacrificium.)
Vai supra Festiuitas nouorum
† vnum.
Galat. 5. b.
Hier. 4. a.
Galat. 5. d.

& sacrificia singulorum ex simila quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, & decimam decimæ per agnos singulos, id est per septem agnos, hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis: præter holocaustum matutinum, quod semper offeretis. Ita facietis per singulos dies, septem dierum † in fomitem ignis & in odorem suauissimum domino, † qui surget de holocausto & de libationibus singulorum. 1 Dies quoque septimus celeberrimus & a sanctus erit vobis. Omne opus seruile non facietis in eo. 2 Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges domino expletis hebdomadibus, † venerabilis & sancta erit. 3 Omne opus seruile non facietis in ea: 4 Offeretisque in holocaustum in odorem suauissimum domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem, atque in sacrificiis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, † per arietes duos, per agnos decimam decimæ, qui simul sunt agni septem, hircum quoque † qui mactatur pro expiatione, 5 præter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

a Fructus scil. spiritus, gaudium, pacem, patientiam, & similia.

1 a *Dies etiam primitiuorum quando offeretis nouas fruges, &c.*

Orig. Sexta festiuitas dicitur nouorum, quia primitiæ de nouis fructibus offeruntur. vbi enim seminatus fuerit ager & diligenter excultus, & ad maturitatem peruenerit seges, in fructuum perfectione festiuitas domini agitur. Si vis ergo nouorum diem festum agere cum Deo, vide quomodo semines, aut ubi, ut possis tales metere fructus quibus lætare facias Deum, & agere diem festum. Quod implere non poteris, nisi in spiritu seminaueris, ut de spiritu metas vitam æternam, & vere agas festum nouorum. Vnde: *Innouate nobis noualia, & nolite seminare super spinas.* Qui cor suum innouat, innouat sibi noualia, & non seminat super spinas sed super terram bonam, quæ reddet ei fructum tricesimum, aut sexagesimum aut centesimum. Iste est ergo qui in spiritu seminat, & colligit fructum spiritus. Fructus autem spiritus primum omnium est gaudium, & merito diem festum nouorum fructuum agit qui gaudium meruit. Præcipue autem si simul metat pacem, patientiam, bonitatem, mansuetudinem & similia.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus. &c. *Per hoc non est intelligendum, quod esset celebrior primo sed diebus intermediis in quibus non solum erat licitum coquere cibaria, sed etiam facere aliqua alia opera, quæ non erant licita primo die & septimo.*

Pentecoste.

2 Dies etiam primitiuorum *Hic consequenter agitur de solennitate pentecostes, cum dicitur:* Dies etiam primitiuorum. *in paschate enim bene offerebantur primitiua de granis, sed in pentecoste offerebantur primitiua de nouis frugib. scilicet duo panes de nouo frumento.*

3 Expletis hebdomadibus. *Quia a die crastina paschæ numerabantur septem hebdomadæ plenæ ut dictum fuit Leuiti. 23. capitulo, quæ faciunt xlix. dies, & in quinquagesima die fiebat dicta solennitas in memoriam dationis legis, quæ fuit data in quinquagesima die a die exitus de Aegypto exclusiue, ut dictum fuit Exod. xix.*

4 Omne opus seruile non facietis in ea. *Exponatur sic vt prius.*

5 Præter holocaustum sempiternum *id est iuge sacrificium, quod nunquam prætermittebatur. Cætera patent ex dictis.*

CAP.

ADDITIO.

Ro. iugis sacrificii.

In c. 28. vbi dicitur in postilla. Ritum autem huius sacrificii & rationem, &c. *Ratio huius iugis sacrificij, quam postillator assignat super Exo. 19. est una tantum scilicet quod hoc iuge sacrificium figurabat æternitatem agni immaculati Iesu Christi quæ quidem ratio licet est uera non tamen est literalis sed figuratiua. vnde ratio literalis uidetur esse illa quam assignat sanctus Thom. prima secundæ. q. 52. art. 4. in responsione ad x. argumentum, ubi dicitur, quod per istud sacrificium festum iugis sacrificij repræsentabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis. & hoc intelligendum est pertinere ad sensum literalem. Hebræi enim qui literam maxime sequuntur perpetuitatem diuinæ beatitudinis concedunt sicut & nos. unde litera testatur Exod. 15. c.* Dominus regnabit in æternum & ultra. *quod præcipue æternitatem diuinam demonstrat secundum quam rationem literalem huius iugis sacrificij proprie coniungitur ei ratio solennitatis sabbathi, qui celebrabatur in memoriam creationis rerum, quæ præsupponit prædictam æternitatem. Similiter & subiungitur festum neomeniæ, per quod celebrabatur memoria diuinæ gubernationis, quæ præsupponit creationem. Si autem ratio figuralis de hoc sacrificio quæratur, sic per iuge sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi prout ipse sanctus doctor vbi supra declarat. secundum quam rationem per sabbathum figuratur spiritualis requies nobis data per Christum, ut habetur Heb. 4. & per neomeniam figuratur illuminatio primitiuæ ecclesiæ per Christum, quæ tria adinuicem sub ratione figurali correspondent. Attribuere autem rationem iugis sacrificij propetuitati Christi, qui est agnus Dei. & consequenter sabbathi rationem creationi mundi, & rationem neomeniæ gubernationi, non uidetur conuenienter dictum. Potest etiam alia ratio horum trium sacrificiorum scilicet sacrificij quotidiani & neomeniæ & sabbathi assignari sicut per ista tria sacrificia insinuabatur diuina excellentia, similiter euitetur idolatriæ cultus quod pertinet ad rationem literalem, ut Sanctus Thom. in prima secunda, q. 52. ar. 2. in cor. q. vnde per iuge sacrificium, quod vespere & mane continue fiebat protestabatur quod Deus cui offerebatur, est prima & principalis causa diurni motus solis, qui quidem motus maxime mane & vespere manifestatur. Per sacrificium neomeniæ vero protestabatur, quod Deus est causa prima & principalis motus proprij syderum, qui est ab occidente in orientem, qui quidem motus maxime manifestatur in nouilunio, per quos quidem duos motus hæc inferiora in generatione & corruptione reguntur. Vnde August. 3. de trinitate. Corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potiora quodam reguntur ordine. Vnde per istas protestationes in huiusmodi sacrificijs intellectas, insinuabatur diuina excellentia, & excludebantur errores idolatrarum, qui solem & lunam tanquam Deos colebant, iuxta illud Deut. 4.* Ne forte eleuatis oculis in cælum, adores & colas ea. *Per sabbathum etiam quod requiem signat, protestabatur diuina immobilitas quæ cum sit immobilis, est causa prædictorum motuum, & dat cuncta moueri. Correspondet autem huic*

Sacrificiu neomeniæ.

in multis locis. Sed ut videtur Burgen. non bene vidit postillatorem ... loco allegato ...

rat, notando postillatorem ...

CAP. XXIX.

Mensis etiam septimi ORIG. Sequitur festivitas septimorum ... ita inter menses septimus est, mensis sabbathum est mensium. Agitur ergo in eo festivitas ... sabbatha sabbatorum, & ... in die prima mensis ... memoria tubarum ...

... stitutates Dei non recipiunt corporale ... sed afflictione animae & humilitatem ... Hoc ergo potest dies propitiationis ... fuerit aia & humiliata in conspectu domini, propitiatur Christus ...

Mensis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Omne opus servile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarum. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum dño: vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificiis eorum similae oleo conspersae tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, unam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem, & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi praeter holocaustum Kalendarum cum sacrificiis suis, & † holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. Eisdem caeremoniis offeretis in odorem suavissimum incensum domino. Decima quoque dies mensis huius septimi, erit vobis sancta atque venerabilis, & affligetis animas vestras. Omne opus servile non facietis in ea. Offeretisque holocaustum domino in odorem suavissimum, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificiis eorum similae oleo conspersae tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, † & decimam decimae per agnos singulos, qui sunt simul agni septem, & hircum pro peccato, absque his quae offerri pro delicto solent in expiationem & holocausto sempiterno & † sacrificio & libaminibus eorum. Quintadecima vero die mensis

a Orig. Non permittas animam explere desideria sua, nec concedas ei lasciviendum ...

... psallens dicere. Cantate in initio mensis tuba. Est & alia festivitas cum affligunt animas suas, & humiliant festa celebrantes. Omnis festivitas, dies festus vocatur animae afflictio. Hic enim, inquit, dies est propitiationis, decima die mensis septimi. Vide ergo si die festo vis agere, ... & humilia ne expleat desideria sua, ne lasciviat ...

Psal. 38.c.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIX.

Mensis etiam septimi. Hic consequenter agitur de festis, quae celebrabantur tpe autumnali ... Fiebant enim in illo quatuor festa: festum tubarum de quo primo agitur, secundo expiationis ibi: Decima quoque die, tertio tabernaculorum ibi: Quintadecima vero, quartum ... ibi: Die octavo. Prima igitur die huius mensis erat festum tubarum, & hoc est quod dicitur.

Dies clangoris est & tubarum. Fiebat enim hoc festum duplici de causa. Una ... in memoriam liberationis Isaac a morte pro quo immolatus fuit aries, ut habetur Gene. 22. ...

3 Vitulum de armento unum. In memoriam vituli immolati ab Abraham, Gen. 15.

4 Arietem. In memoriam arietis immolati pro Isaac.

5 Agnos.

5 Agnos. Pro ... Israel ...

6 Praeter holocaustum. ...

7 Et holocaustum sempiternum ...

8 Decima quoque. Hic consequenter agitur de festo expiationis ...

10 Absque his ...

... betur Levi. 16.

11 Holocaustum. id est iuge sacrificium.

12 Quintadecima. Hic consequenter agitur de festo tabernaculorum, * quod

*grinus sicut omnes patres mei.* In tabernaculis enim habitauerũt Abraham, Isaac & Iacob. Cum ergo paratus es extẽdere te ad anteriora, vsquequo peruenias ad terram fluẽtem lacte & melle, lætatur Deus in te, & diem festum agit super te, hoc quidem in præsenti, in futuro vero, si vis considerare quomodo agantur dies festi, obliuiscere omnia mundana, describe tibi quomodo cęlum et terra trãseunt, & trãsit omnis habitus mũdi. Cęlum vero nouũ & terra noua fundatur. Amoue solis huius lucem & da illi mũdo qui venturus est solis huius sepultũ lumẽ, imo ipsũ Deũ. Pone astantes angelos glorię, & omnes cælorũ virtutes. Considera quomodo ibi agi possunt dies festi domini, quæ ibi festiuitas, quæ ibi gaudia, quæ lætitiæ magnitudo. Quamuis .n. magnæ sunt & ueræ festiuitates quæ spiritualiter gerũtur in anima ex parte tamen sunt, nõ ex integro, sicut ex parte scim' & ex parte prophetamus. unde: *Nemo vos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi.* non dixit in die festo. Ex parte enim diem festum in hoc mundo celebramus. *Corpus enim corruptibile aggrauat animam, & depri-*

(Margin: A; sacrificiũ; Heb. 11. b.; Philip. 3. c; Mat. 24. c.; 1. Ioan. 2. c; Apoc. 21. a; B; Esaiæ 30. f; 1. Cor. 13. c; Colos. 2. c.; Sepiẽ. 9. c.; C)

sis septimi, quæ vobis sancta erit, atque venerabilis omne opus seruile nõ facietis in ea, sed celebrabitis solennitatem dño septẽ diebus. [1] Offeretisque holocaustũ in odorẽ suauissimum dño, vitulos de armẽto tredecim, arietes duos, [2] agnos anniculos imaculatos quatuordecim, in libamentis eorũ simile oleo cõspersæ tres decimas p vitulos singulos, q sunt simul vituli tredecim, & duas decimas arieti vno, id est simul arietib. duob. & decimam decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim, & hircũ pro peccato, absq; holocausto sempiterno & sacrificio & libamine eius. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim, sacrificiaq; & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitur, & hircũ pro peccato absque holocausto sẽpiterno, sacrificioq; & libamine ei9. Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificiaq; & libamina singulorũ p vitulos & arietes, & agnos ritè celebrabitis, & hircũ pro peccato absq; holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis, & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quattuordecim, sacrificiaque & libamina singulorum, per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis, & hircum pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificio eius et libamine. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos agnos anniculos immaculatos quatuordecim, sacrificia que et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos ritè celebrabitis, et hircũ pro peccato absque holocausto sempiterno, sacrificioq; eius et libamine. Die septimo offeretis vitulos septem, et arietes duos agnos anniculos immaculatos quattuordecim, sacrificiaq; et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis, et hircũ pro peccato absq. holocausto sempiterno, sacrificioq. eius et libamine. [3] Die octauo † qui est celeberrimus, oẽ opus seruile non facietis, [4] offerentes holocaustum in odorem suauissimum dño, vitulum vnum, arietem vnũ, agnos anniculos immaculatos septem, sacrificiaq; et libamina singulorũ per vitulos et arietes et agnos ritè celebrabitis, et hircum pro peccato absque holocausto sempiterno sacrificioque eius et libamine. [5] Hæc offeretis domino in solennitatibus vestris, [6] præter vota et oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, et in hostiis pacificis.

(Margin: *mit sensum multa cogitantem. Cum autem uenerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est.* D; 1. Cor. 13. c; CAP.; † in quo fit cętus (vel congregatio populi); E)

## NICOLAVS DE LYRA.

*quod agebatur xv. die mensis septimi, in memoriam illius beneficij quo Deus fecit habitare filios Israel longo tempore in deserto, quæ est terra sterilis, & tamen conuenienter prouidit eis de necessarijs non solũ quo ad cibum, sed etiam quantum ad vmbraculum nubis contra æstum, & inde deduxit eos ad terram delectabilem & fructuosam, in cuius signum in hoc festo debebant habere fructus arboris pulcherrimæ, vt habetur Leui. xxiij. vbi de hac solebnitate & alijs præcedentibus dictum fuit, propter quod breuius hic transiui, maxime quia hic reperiuntur istæ solennitates ratione sacrificiorum, quæ fiebant in illis quæ non fuerunt alibi ad plenum explicata & ideo de sacrificij huius solennitate subditur:*

1 Offeretisque holocaustum. *Dicunt Hebræi, quod offerebantur pro gentibus alijs, & ideo in vniuerso offerebantur lxx. vituli secundum numerũ lxx. gentiũ in lxx. linguis distinctarum. Offerebantur autẽ prima die quattuordecim vituli, & secũda die 13. & sic diminuendo sẽper vnum vsque ad ultimum diem inclusiue vt patet in litera, per quod designabatur, vt dicunt, quod dominium gentium esset diminuendum, & terminãdum sub rege Messia, cuius dominio erant subdendæ omnes gentes, quod ipsi expectant futurum sicut & Messiam suum, quod tamen in Christo secundum veritatem est impletum, secundum quod dicitur Mat. vlt. d. Data est mihi omnes potestas & c. autoritatiue quantum ad omnes, executiue quantum ad catholicos principes quorum colla in multis partibus orbis iugo Christi sunt subdita, & similiter omnes gentes ei subdentur.*

2 Agnos anniculos. *Dicunt Hebræi, quod offerebantur pro populo Israel qui in scriptura aliquando vocatur agnus, & erant in vniuerso 18. agni, vt a populo Israel excluderentur xviij. maledictionib. positæ in lege contra transgressores. Cætera hucusque patent ex prædictis.*

3 Die octauo qui est celeberrimus. *Hic agitur de festo cœtus vel collectæ, quod celebrabatur immediate post festum tabernaculorum, ut patet in litera cum dicitur. Die octauo, qui est celeberrimus. In Hebræo habetur:* Qui est retentio, *quia illa die retinebatur populus, qui venerat ad festum tabernaculorum nec licitum erat eis illa die recedere, tum ratione festi, tum quia illa die colligebatur pecunia a populo pro sacrificijs & necessarijs tabernaculi & templi, pro tempore quo fuit templum.*

(Margin: Festum cœtus.)

4 Vitulum unum, arietem &c. *Non enim fiebant tot sacrificia in hac die sicut in præcedentib. tum quia illa die colligebatur pecunia pro sacrificiis totius anni quæ fiebant de sumptib. populi, & sic quodammodo reputabantur sacrificia illius diei, tum quia illi qui erant de longe nec poterant frequẽter ad templum venire, sacrificia & oblationes quę per annum uouerant, ista die soluebant. Ideo subditur.*

5 Hæc offeretis domino in solennitatibus vestris. *Et loquitur de sacrificiis oblatis in omnibus solennitatibus prędictis.*

6 Præter vota & oblationes spontaneas. *Quę offerebantur maxime die ista dictum est. Ratio autem quare de animalibus prędictis. s. vitulis, arietibus, & hircis plus quam de aliis speciebus animalium fiebant sacrificia, posita fuit in principio Leui. & Gene. 15. Cętera patent ex prędictis.*

2 Agnos

CAP.

A

ADDITIO I.

*In c.xxix. vbi dicitur in postilla.* Decima quoque. *Hic consequenter agitur de festo expiationis. In hac die f. decima mensis septimi creditur fuisse annuntiata Zachariæ sacerdoti conceptio præcursoris Christi, de qua Luc. 1. agitur, ut ibidem in additione fauente domino videbitur. Vnde celeberrima dies erat, in qua etiam affligere debebant animas ad proclamandam misericordiam diuinam, ut de remissione peccatorum vera & uniuersali, dens dignaretur humano generi prouidere.*

Cõceptio Ioannis baptistæ.

ADDITIO II.

*In eo.c.xxix. vbi dicitur in postilla.* Die octauo. *Hic agitur de festo cœtus. Istud festum cœtus seu collectæ non fiebat in memoria alicuius beneficij seu miraculi præteriti, vt patet per omnes doctores tam catholicos quam Hebræos. Similiter nec habebat ad... gerant pecuniam pro sacrificijs prout in postilla, sed erat tantum signatiuum futurorum, scilicet congregationis fidelium in præsenti ecclesia seu in regno cælorum, prout longe fuit deductum supra in additione supra Leuit. 23. & ideo subiungebatur cæteris festis ueteris testamenti tanquam ultimum & finis eorum.*

D

REPLICA *Correctorij in cap. xxix. Burgen. qui sæpe promittit literæ insistere, certè a litera multum videtur recedere, ponens festum expiationis pertinere ad annuntiationem conceptionis Io. Baptistæ, & festum collectæ non habere sensum literalem de re præterita, sed solum figuratiuam de re futura, cuius correctorium vide Leuit. 23.*

CAP. XXX.

Ephes. 4. c Homi 24. in Num. Votorum lex. Leuit. 27. a 2. Cor. 4. d

Si quis. Animæ quæ in perfectũ virũ occurrit, nemo dominatur in votis, sed libertatem suam habet in illis.

ORIGEN. Votorum lex ponitur, & non in principio in hæc lege Moyses vtitur. Ait enim: *Homo homo quicunque vouerit domino, &c.* Quasi non dixisse sufficerit, homo qui votũ vouerit dño. Est enim alius interior homo, qui renouatur de die in diẽ s̃m imaginem Dei, alius vero exterior, q corrumpitur. Cũ vero uenitur ad hunc ꝑfectũ, ut lex Dei suscipiatur, & uota offerãtur, q̃ offerre nõ potest nisi qui habet aliquid in semetipso quod offerat Deo, nõ sufficit exterior legẽ Dei suscipere, & vota sol⁹ offerre, qa nõ põt aliquid dignum Deo habere, sed interior qui habet in se ꝙ offerat Deo, in quo est habitatio virtutũ, intellectus scientiæ, & diuinæ imaginis innouatio. Qui cũ speciem suam quã ab initio a Deo facta est recuperauerit, & virtutũ reintegratione pulchritudinis prioris fortunæ põt vota offerre, & tũc nõ homo solũ, sed homo homo dicitur. Nã q interiorẽ hominẽ nõ excolit, virtutib. nõ construit, morib. nõ ornat, sapientiã Dei nõ q̃rit, & scripturis operã nõ impẽdit, nõ põt homo homo dici, sed homo tm̃, & homo animalis. Quia interior q verius & nobilius dicitur homo, sopitus in eo est carnalib. vitijs, & mundi huius curis. Vnde cuiq; agendũ est, si interiorẽ hominẽ ꝑeccatorũ sordib. in se oppressum videt, ut citius eruat eũ ab oĩ inquinamento carnis & sanguinis, cõuertat ad pœnitentia, reuocet ad se memoriã Dei & spẽ salutis. Nõ eñi hæc extrinsecus q̃renda sunt. Intra nos est salutis occasio. Vnde: *Ecce regnum Dei intra vos est.* Intra nos enim est cõuersionis facultas. Cũ enim conuersus ingemueris saluus eris, & nõ poteris digne altissimo reddere vota tua, & homo homo appellari. Votũ aũt est cũ aliquid de nostris offerimus Deo. Vult aũt a nobis accipere Deus, & ita nobis largiri ipse, vt dona sua nõ immeritis largiatur. Vnde: *Et nunc Israel quid dominus deus tuus poscit a te, nisi vt tu timeas dominum deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum ex toto corde tuo &c.* hec potest Deus a nobis, q̃ si prius nõ offeram⁹, nihil ab eo accipiemus. Si dederim⁹ gloriã, recipiemus gloriã. ait n. *Glorificantes me glorificabo.* Si offeram⁹ iustitiam n̄rãm, accipiem⁹ iustitiã Dei, & si offeram⁹ n̄rãm, i. corporis castitatẽ accipiemus ab ipso ips castitatem, & si offeramus sensũ nostrũ, accipiemus sensum ipsius. Vnde Apostolus: *Nos autẽ Christi sensum habemus.* Sic ergo nõ solũ homo, sed homo homo dicemur, vterq; n. uocabuli sui ꝑfectione ornatus est. Legunt diuersa vota in scripturis. Anna vouit Deo fructũ vẽtris sui, & Samuelẽ cõsecrauit in tẽplo. Iephte q̃cunq; sibi post victoriã occurrisset, & occurrẽte filia, vota persoluit lachrymãda. Alij vitulos vel arietes vel domos vel alia rõne carẽtia. Ille vero qui appellatur Nazaræus semetipsum. Hoc enim est uotũ Nazarẽi ꝙ est sup omne uotũ. Filius enim vel filia aut pecus aut prædium ext. nos est. Semetipsum Deo offerre, nec alieno labore, sed ꝓprio placere perfectius & eminentius est in omnib. votis. Quod q facit, imitator est Christi. Ille n. dedit terram, mare, & omnia q̃ in eis sunt. Cælũ quoq;, solem, & lunã, & stellas ministerio hominũ, pluuias, & vẽtos, & quicqd in mundo est hominibus largitur, & postea semetipsum. Si n. dilexit Deus mundũ, vt filiũ suũ vnigenitũ daret ꝓ mundi vita. Quid enim magnũ faciat homo, si semetipsũ offerat Deo, cũ se De⁹ obtulerit prior? Si ergo tollas crucẽ tuã & sequaris Xpum, si dicas, *Viuo autẽ iam non ego, viuit vero in me Christus.* Si desideret anima tua esse cũ Xpo, & nõ delectet in seculo, semetipsum. i. aĩam tuam obtulisti deo. Qui in castitate uiuit, corpus suum uouit: Vnde: *Virgo cogitat quomodo sancta sit corpo. & spiritu.* Sãcti ergo dicunt q deo uouentur. Vñ aries si deo uouet sanctus appellat, nec licet eũ tõderi ad cõmunes vsus. Similiter vitul⁹ nec licet eũ iũgi in cõmune op⁹. Si ergo te voueris deo, imitãdus est tibi vitulus, vt faciat tantũ quod pertinet ad diuinum cultum.

B a b

2. Cor. 2. d. Luc. 17. e. Ezec. 18. a Deut. 10. c 1. Reg 2. f. 1. Cor. 2. d Vota autem fæ. 1. Reg. 1. b. Iudic. 11. f. C

E

Ioan. 3. b. Matt. 16. d Galat. 2. d. Philip. 1. d 1. Cor. 7. E Vbi supra

CAP. XXX.

NARRAVITQVE Moyses filiis Israel omnia quæ ei dominus imperarat, & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel. Iste est sermo, quem præcepit dominus: Si quis virorum votum domino vouerit, aut se iuramento constrinxerit,

IDEM. Animarũ q̃ in ecclesia Dei sunt, curã habent Angeli, quos et iudiciũ cum hominib. venire ostẽdimus, ut constet utrũ sui desiderio peccauerit homines, an custodũ neglĩgẽtia. Videt ergo mihi, ꝙ aliq sub eis degũt vt filiæ alia⁹ ut vxores. si qua ergo uouet aliqd præpropere & minus apte, custodis est reprimere uouẽtis audaciã, & retũdere. Quod si nõ fecerit, aĩa liberabitur a culpa, ipse vero voti erit reus, sed hoc de inferiorib. Perfectiorib. vero adest ipse dominus, sicut dicitur de populo Israel, ipse dominus ducebat eos. Sed postq̃ delinquerunt & inferiores seipsis facti sunt, angelo tradũtur. Vñ Moyses dicebat: *Nisi tu ipse ueneris nobiscum, non me educes hinc.* & de alio dicit Deus: *Cum ipso sum in tribulatione.* Et alibi dicit; *Ne timeas descendere in Ægyptum, quoniam tecum ero.* Iustis ergo & electis dominus adest, inferiorib. vero Angeli. Nos aũt cõtendere debemus vt occurramus in virũ ꝑfectũ, & vtamur libertate votorũ, vt cum ipso dño vnus spiritus sim⁹, ut ipse in nobis maneat, & nos in ipso, & nihil in nobis sit minorum nihil paruulæ ætatis habeatur, nec necesse sit nobis sub tutoribus & procuratorib. derelinqui a patre.

b *Iuramento constrinxerit, &c.* AVGVSTINVS. Non hoc ad omnem

Deut. 32. b Exo. 33. d. Psal. 90. e. Gen. 46. a. Ephe. 4. e. 1. Cor. 6. d. 1. Ioan. 4. c Galat. 4. a. F Qõ. 56. in Num.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXX.

1 NArrauitq; Moyses. *Hic cõsequẽter agitur de ordinatione populi ad deũ, quantũ ad ea in quib. asstring batur propria voluntate, cuiusmodi sunt vota, quia licet vouere sit voluntariũ, reddere tñ votum iam factum est necessarium. Et diuiditur in quinque partes, secundum quinque modos personarum vouentium. Primus modus est virorum, qui notatur cum dicitur.*

Diuisio.

2 Si quis viro, &c. *Quia vtrunque est obligatorium votum tamen magis, cuius ratio est, quia obligatio voti causatur ex fidelitate quam deo debemus, ad quam requiritur, quod ei promissum soluamus, obligatio autem iuramenti consistit ex reuerentia quã debemus ei, & ex qua tenemur quod veritet mus id quod per nomen eius promittimus, omnis autem infidelitas irreuerentiam continet, sed non contra. vnde & infidelitas serui ad dominum videtur esse maxima irreuerentia ad ipsum, & ideo votum ex sua ratione magis est obligatorium quam iuramentum.*

Votũ differt a iuramento.

2 Si ✻ 1 Omne

MORALITER.

✻ 2 *Si quis virorum.* In hoc aũt capitulo agitur de voti obligatione & eius redditione & etiam de eius irritatione in quib. sensus literalis est etiã moralis, propter quod non est hic alia moralitas requirenda.

a non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit 1 b implebit. † Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit † 2

ª Adhuc scilicet paruula: & tantum diuinæ eruditionis habens initia.

iuramento, quę est in domo patris sui, & in ætate adhuc puel- c lari, si † cognouerit pater votum quod pollicita est, & iura- 3 mentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, * † voti rea erit. Quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audierit, contradixerit pater, & vota & iuramen d ta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod e contradixerit pater. Si maritum habuerit & vouerit aliquid, 4 & semel verbum de ore eius egrediens, animam illius obligauerit iuramento, quo die audierit vir & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcunque promiserat. Sin autẽ audiens * statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus obstrinxerat animam suam, † propitius erit ei Deus. Vidua & repudiata quicquid vouerint, red 5 f dent. Vxor in domo viri cum se voto constrinxerit, & iura- 6 mento, si audierit vir & tacuerit, nec contradixerit sponsio- 7 ni, reddet quodcunque promiserat: Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea, quia maritus contradixerit, & dominus ei propitius erit. Si vouerit & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium vel cęterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, in arbitrio viri erit siue faciat siue non faciat. Quod si audiens vir tacuerit, & in alte-

Margin: † 33.q.5.c. manifestũ ẽ noluit. — † audierit — * vi eius. — * pater. — † firma erunt vota sua. — † ligamine — † parcet — Vbi supra — Fœmina sub viro.

A mnẽ iurationẽ pertinet, sed ad eã vbi quisq; vouet alicuius rei abstinentiã, qua licebat vti per legem, sed per votum ipse sibi efficit, non licere.

a *Non faciet irritum.* ✠ PROCOPI. Si enim homini mentiri graue est, quanto magis Deo? Cæterum hoc ad imitationẽ dictũ est dei, qui inquit non irritũ faciam fœdus meũ. Quod vero de sua cuiusq; anima dicit, hoc est, si ciborũ abstinẽtiam uouerit, aut tonsionẽ, ouẽ, aut vitulũ offerat. vbi Malachias adducere queq; maxima præcipit. Maledictus dicẽs, qui in grege suo masculũ habet, & votũ nuncupans immolat abiectum domino.

b *Mulier si, &c.* id est, si fęmina & adhuc tenera fuerit anima, cui vir vel pater dominatur in votis, nõ semp in ipsa est culpa, sed interdum redit ad uiros vel parentes. B

c *Et iuramentum.* Lxx. Et diffinitiones quas diffiniuit aduers' animã suam. Non q talibus votis noceat animę suę, sed aduersu animã dicitur aduersus animalẽ delectationẽ, sicut ibi: *Affligetis animas vestras.*

Quęst. 57. AVG. Merito quæritẽ in hoc loco etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiã virgines in scriptura solent appellari, & videtur Apostolus de patre loqui, cũ dicit. *Seruet virginem suam, & det nuptum virginem suã, &c.* hoc modo, vbi nonnulli intellexerunt virginẽ suam. i. virginitatem suã. nulla tamen hoc simili scripturarũ locutione demonstrant cum sit inusitatissima. (Leuit. 16. g. 1. Cor. 7. g.)

d *Nec obnoxia tenebitur.* Lxx. Dñs mundabit eã, q̃a abnuit pater eius. i. mundã habebit & iudicabit, sicut dicitur: *Mundabit eum sacerdos, & mundatione non mundabit reum.* i. non dices mundum eum qui immundus est. (Leui. 13. b.)

e *Si maritum.* i. si adulta & viripotens fuerit ad cõcipiendum semen verbi Dei, & doctrinæ spiritualis capienda secreta. unde. *Volo autem omnes vos vni uiro virginem castam exhibere Christo.* (2. Co. 11. a.)

Quęst. 59. AVGV. Quia dominus mandauit fęminã sub patre esse antequã nubat, & sub viro nuptã, noluit ita lex aliqđ vouere eã aduersus animã suam, id est, in rerum licitarũ abstinẽtia, vt in eisdẽ votis fęminea valeat autoritas, sed virilis. Ita & si adhuc C innuptæ iã concesserit pater vota persoluere, si antequam p- soluerit nupserit, & viro eius hoc cognitũ nõ placuerit, nõ p soluat, & sit omnino sine peccato, quia dominus mũdauit eã sicut dicit. i. mundã fieri iudicauit. Neq; hoc contra Deũ fieri putãdũ est, cum ipse Deus hoc præceperit & hoc voluerit. D

f *Vxor in domo.* AVGVSTINVS. De illa prius dixit q̃ in domo patris sui vouit, & antequam redderet, nupsit. De ea ergo quæ i domo mariti vouit, ita loquitur. Si in domo mariti eius uotũ eius, aut diffinitio q̃ aduersus animã eius cũ iureiurando, & audierit vir ei', &c. Manifestũ est ergo ita voluisse legẽ fœminam esse sub viro, vt nulla vota eius q̃ abstinẽtię causa vouerit reddantur ab ea, nisi vir fuerit autor permittẽdo. Nã cum ad peccatũ eiusdẽ viri pertinere voluerit, si prius permiserit & postea prohibuerit, etiam hic, tamẽ nõ dixit, vt faciat mulier quod vouerat quia permissa prius a viro fuerat, viri dixit esse peccatũ q abnuit quod prius ꝯcesserat nõ tñ mulieri, ideo ꝑmisit ut si vir postea prohibuerit, contemnatur. Sed utrum ista E etiã ad vota continentiæ, & ad cõcũbitus abstinentiã ptineãt merito q̃ritur, ne forte ea intelligantur tãtũ aduersus animã voueri, q̃ sunt in cibis & potib. qđ etiam vr̃ ibi significari: *Nonne anima plus est quam esca?* Et cum de ieiunio præcipitur, ita dicitur. *Affligetis animas vestras.* Nescio autẽ vtrũ alicubi legatur aduersus animã votũ dici, qđ de abstinentia concubitus fuerit. Maxime cum hic lex autoritatẽ viro tribuat, non mulieri, q̃ viro subdita est, vt tũc vota persoluere debeat si vir votũ approbauerit. Si aũt tenuerit nõ debere Apostolus cũ de huiusmodi loqueretur, non maiorẽ autoritatẽ viro q̃ fęminę dedit: *Sed vxori,* inquit, *vir debitũ reddat, similiter & vxor viro. Vxor non habet potestatem sui corporis sed vir. Similiter vir non hẽt potestatem sui corporis, sed mulier* Cum ergo parem vtriq; tribuat potestatem, insinuat de concumbendo vel nõ concũbendo regulã non pertinere ad ea vota, vbi non habent parẽ potestatẽ, sed vir maiorẽ. & ꝓpe eius solius est. Non. n. ait lex virum non debere reddere vota sua, si vxor prohibuerit, sed vxorẽ si uir F prohi-

(Matt. 5. d. Leui. 16. g. 1. Cor. 7. a.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Omne quod. *Dum tamen sit de re licita & bona, quia aliter non esset votum.*

*Sciendum tamen, quod ista lex non intelligitur de quocunq; viro generaliter, quia nullus potest implere promissum de re, quæ dependet ex voluntate alterius sine eius consensu, aliter fieret iniuria, & ideo religiosus sine consensu prælati sui non potest vouere, vel votum adimplere. Similiter seruus non potest aliquid vouere vel implere, per quod impediatur opus sui domini. Similiter nec filius familias de rebus patris sui, si tamen ad annos pubertatis uenerit potest vouere religionis ingressũ, sicut & matrimoniũ contrahere, quia extunc est sui iuris in his quę pertinent ad personam suã. Et eadẽ ratione vir alligatus uxori, non potest vouere aliquid per quod impediatur reddere debitum vxori suæ sine eius consensu, quia quantum ad hoc, non habet ptãtem corporis sui, sed mulier.*

Quę puella possit vouere. 2 Mulier. *Hic ponitur secundus modus, videlicet quantum ad votũ puellarum quæ sunt in domo paterna. Nec intelligitur ista lex de puellis, quæ non attigerunt annos discretionis, quia illæ non possunt uouere, nec etiam de illis quæ sunt maritatæ, licet adhuc maneant cum patre, quia sunt emancipatæ, sed de illis quæ attigerunt annos discretionis, nec sunt maritatæ viro seu affidatæ, & ideo sunt simpliciter sub cura patris, & illæ non possunt aliquid vouere quod sit stabile seu obligatorium absque consensu patris expresso vel tacito, & quantum ad hoc subditur.*

3 Si cognouerit, & tacuerit. *quia in tali casu consensisse intelligitur, potest tamen facere votum de ingressu religionis uel de continentia seruanda, sicut etiam contrahere matrimonium absq; consensu patris quia talia pertinent ad personam propriam, secus autem est de rebus paternis.*

Puella maritata. 4 Si maritum habuerit. *Hic ponitur tertius modus, uidelicet de puellis, quæ sunt in domo patris & sunt viro affidatæ, quia uotum earũ potest irritari per patrem inquantum sunt in cura eius, & etiam per maritum, inquantum iam dederunt ei fidem, & sic exponunt Hebræi legẽ istam, quia de istis mulieribus quæ sunt totaliter in cura mariti postea datur alia lex, ut uidebitur.*

5 Vidua. *Hic ponitur quartus modus, s. mulierum solutarum a lege uiri, ita quod sunt sui iuris, & de talibus dicitur.*

6 Quicquid vouerint. *Sicut de uiris dictum est supra. Si tamen sint religiosæ uel seruæ, non habet locum, ut dictum est supra de uiris seruis & religiosis.*

7 Vxor in domo. *Hic ponitur quintus modus, s. mulierum, quæ sunt extra curam patris, & sunt totaliter sub cura mariti, & de talibus dicitur hic, quod uotum earum non est obligatorium, absq; consensu mariti tacito uel expresso.*

✠ 1 Sinautem

prohibuerit. Vnde non mihi videtur, in huiusmodi votis atq; obligationib. quę aduersus animam fiunt, etiam ita debere accipi q inter se vir & vxor de concũbendo, vel de abstinentia cõcumbẽdi placita habuerint. Præterea iustificationes dicuntur, & meminimus in illis iustificationibus quę in Exodo sub hoc nomine memorantur, multa, pręcipi, quæ ad proprietatem non possunt accipi nec in nouo testamento obseruari, sicut de aure serui ꝑ tundenda, & huiusmodi. Vnde etiã hic aliquid figurate dictum intelligitur, ut quoniam quoniã sunt mulres abstinentiæ cęremoniarum irrationabiles & inimicæ veritati: Hoc forte intelligi voluit, tunc ratas esse cum rationabiles fuerint, id est, cum eas ratio approbauit, q sicut vir debet regere omnẽ animalẽm motionẽ, quæ fit non tantum in appetẽdo, sed etiam in abstinendo, vt si mẽte & ratione decernitur, tũc fiat. Si autem improbatur, non fiat. Si autem ratio quod prius recte faciendum esse decreuerit post improbet, fit peccatum consilii, sic tamen, ut non nisi rationi motio illa consentiat.

Exod. 21.

D

ram diem distulerit sententiam, quicquid vouerat atque promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit: Sin autem contradixerit [1] postquam resciuit, portabit [2] ipse iniquitatem eius. Istę sunt leges, quas constituit dominus Moysi inter virum, & vxorem, inter patrem & filiam, quę in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sin autem. *id est, nõ statim quando primo sciuit, sed postea.*
2 Portabit. *Quia si impediet eam ab impletione voti, ipsa erit libera faciendo quod in se est, & ipse portabit pœnam debitam pro transgressione voti.*

CAP. XXXI.

a *Vlciscere prius.* ORIG. Scãdala filiis Israel Madianitarũ tergiuersatione acciderant, q subornauerãt mulieres q eos deceperãt vt peccarẽt. Illi ergo pro peccato suo puniti sunt. Mediocrius tamẽ & parcius. Hi vero qui fuerant causa peccandi multo vehemẽti⁹. Vnde patet qa longe grauius est causam peccãdi ꝓbere, q peccare. vnde dicitur, *Quia melius fuerat illi homini non nasci, aut molam asinariam alligari circa collum eius, & precipitari in profundum maris, quã vt scandalizaret vnũ de pusillis istis.* Scãdalũ autem est, vbi recte ambulanti deceptio ad peccandum subiicitur.

B

Matt. 26. c

b *Vlciscere prius filios Israel.* ✱ PROC. Vltimum hoc negotium iniungit Deus Mosi. Iram.n. Dei Madianitæ sibi conflauerãt. Non aspernãdũ vero mãdatum est, quod magnũ aliquid ante obitũ gerere, viaticũq; seu ad vitæ exitũ ꝑparare suadet. Cęterum deo eã rem probari constat hoc qđ iubet, aciem corã domino contra Madianitas instrui. Diuina.n. bella sunt q ad extirpãdum impiorũ terrã, sordesq; peccatorum repurgãdũ suscipiunt, quantumuis qui peccatum hominibus iactant esse insitum, calumnientur. Atq; hoc ipsum arguit sacerdos q vna egressus est, sacraq; vasa asportauit, argumento videlicet, quod res bellica rei sacræ sit simillima.

C

E

c *Et sic colligeris.* Nouissime inquit, Apponeris ad populũ tuũ &c. Hoc ꝯtra Samaritas, qui negant resurrectionẽ mortuorũ. nec fidẽ futuri seculi recipiũt. Nemo enim apponitur ad eos, qui nõ sunt. Constat ergo esse aliquẽ populum, cu iMoysen dicit esse apponendum.

CAP. XXXI.

LOcutusque est dominus ad Moysen dicẽs: [1] a Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, † b [a Sanctos ad supernæ ciuitatis ciues.] & sic colligeris ad populum tuum. [2] Statimque c Moyses: Armate, [3] inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui [4] possint vltionem dñi d expetere de Madianitis. Mille [5] viri de singulistribub. eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellũ. Dederuntq. millenos de cunctis tribub. i. duodecim millia expe[6]ditorum ad pugnã, quos misit Moyses cũ Phinees filio Eleaza[7]ri sacerdotis. Vasa quoq. sancta, et tubas ad clangendũ [8] tradidit eis. Cũq. pugnassent contra Madianitas atq. vicissent, o[9]

d *Mille viri de singulis, &c.* RABA. Aduerte diuinæ virtutis magnificentiam. Filii Israel dum sexcenta millia fuerant armatorum, omnes victi sunt, quia erat in eis peccatum. Nunc uero xii. milia victores uincunt, quia non in multitudine uincit Israel, sed iustitia & pietas est in eis quæ vincit. Vnde: *Vnus persequetur mille, & duo decem millia.* Vides ergo quia plus valet vnus sanctus orãdo, quã innumeri peccatores prælãdo. Oratio enim sancti cælũ penetrat. Qũo ergo in terris hostem non vincet? Quęramus ergo & custodiamus iustitiam, induamur loricã iustitiæ accincti veritate, & accipiamus galeã salutis, & gladiũ spirit⁹ & ante omnia scutũ fidei, i quo extingamus ignea tela mali- ☞ gni.

supra 14. a

1. Mac. 3. c
Deut. 32. d
Eccl. 35. c.
Ephes. 6. c.

F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXXI.

Diuisio.

1 LOcutus est do. *Præcepta Madianitarum punitione in fine xxv. cap. & interposita populi reordinatione in aliis c. sequentib. Hic consequenter ponitur executio dictæ punitionis, & diuiditur in duas partes, sm partem principalem & incidentalem xxxij. cap.*

*Circa primum præmittitur apparatus pugnæ, secundo subditur cõsecutio victoriæ, ibi. Cumq; pugnassent, tertio ordinatio prædæ, ibi: Ceperuntque mulieres. Circa primum ostenditur bellum iustum a diuino præcepto, cum dicitur, Locutusq; de Madianitis, & non dicit de Moabitis, cuius causa superius fuit expressa xxv. c. in fine.*

2 Et sic colligeris. *i. ad limbum sanctorum patrum.*

3 Statimq; Moyses. *Ex quo patet fidelitas & obedientia Moysi ad Deum, quia audierat dilationem mortis suæ vsque ad interfectionem Madianitarum, & tamen non propter hoc distulit pugnam contra eos, sed magis accelerauit.*

4 Qui possint. *In quo apparet etiam iustitia belli, quia Madianitæ non solum fecerant contra filios Israel, sed etiam contra Deum, quia scienter & ex proposito prouocauerunt filios Israel ad idolatriam, vt dictum fuit supra xxv. cap.*

5 Mille uiri, &c. *Non misit magnum numerum pugnatorum, vt victoria manifestius Deo attribueretur.*

6 Quos misit, &c. *Ipsum autem fecit ducem exercitus, eo quod iam ante zelo Dei ductus inceperat punitionem, interficiendo principem tribus Simeon cum muliere Madianitide, vt dictum fuit supra xxv. ca.*

7 Vasa quoq; sancta. *Dicunt Hebræi, quod ista vasa fuerunt arca, & lamina sancta.*

8 Et tubas ad clangendum. *In signum victoriæ a Deo obtinendæ.*

9 Cumq; pugnassent. *Hic ponitur consecutio victoriæ, quæ secundũ Hebræos fuit a Deo manifeste, quia eleuata lamina sancta in altũ, exercitus Madianitarum, qui erat valde magnus, fuit excæcatus, & cadebant ad terram coram filiis Israel vnde in Hebræo habetur; Reges eorum occiderant super interfectos. i. super prostratos diuina uirtute, ut ipsi exponunt.*

✱ 1 Balaam

MORALITER.

✱ † *Vlciscere prius.* Madiã interpretatur iniquitas, & ideo per bellũ cõtra Madianitas significatur bellũ hominũ cõtra vitia & peccata, de quo bello Seneca, Pacẽ habeto cũ hominib. & cũ vitiis bellũ. Illi vero qui ad bellũ cõtra Madianitas iuerunt mares tm̃ occiderunt primo, & fœminas reseruarunt, vt dicitur in textu, & ideo ꝑ illos significãtur illi q spiritualia vitia q̃runt extirpare, carnalia reseruantes. mã secundum Aug. per virũ significatur intellectus vel ratio, ꝑ fœminã vero sensualitas ꝑꝑ quod bene ꝑ mares spiritualia vitia, ꝑ fœminas vero carnalia designãtur, & qa ꝑ vtraq; damnatur homo, non sufficit illa extirpare sine istis, propter quod a Moyse de mulierum

Seneca.

a Et reges eorum, &c. Orig. Interficiunt reges Madianitarum &qui prius a mulieribus victi fuit, nunc expiatione habita ex acta pœnitētia reges vincunt, tantum valet conuersio ad Deū & correctio peccatorum. Fuit autē cutæ diuinę scripturę nomina regum memorare, Eui, & Recem, & Sur, & Hur, & Sorophoc. Hi autem regnant apud Madianitas, quos penitus debet extinguere omnis q militat deo. Eui namque beluinus vel ferinus interpretatur. Beluinos ergo & ferinos mores debes omnino perimere, ut placeas ei q te probauit, & peruenias ad mansuetudinem beatorū mortificata totius iracundiæ feritate. Ego puto q hæc nomina scriptura diuina non narrauit pro historia, sed pro causis & rebus aptauit. Quis enim stultus filio suo nomen beluinus imponit, sed magis institutionē animarū pspexit sermo diuinus, uolēs ostēdere q aduersus huiusmodi uitia militare debemus, & istos reges fugare de regno corporis nostri, *Ne regnet peccatū in nr̄o mortali corpore*. Nomina enim p reb. aptātur, et apud Gentiles & barbaros. Notum est cur Abrā, Abrahā dictus sit, & Sarai Sara, & Iocab Israel. Ioseph autē a Pharaone barbara līgua Saphnatph Pahaneah cognominatus est, q lingua sua de secretorū vel sōniorū reuelatione cōposuit. Daniel quoq; in Babylonia Balthasar nominat. Et Ananias Azarias, & Misael. Sidrac, Misac, & Abdenago. Madianitarū ergo regē Moyses appellauit, put gessit. Beluina inqt, feritas est, q regnat in Madianitis, nec ipsa solū alius est rex nomine Recē. i. inanitas q ibi regnat. Multa. n. inanitas & vanitas in hoc mundo, q Dei miles superat, & uincit, si nihil inaniter nihil superflue agit, memoras quia ē de otioso uerbo reddēt homines rōnem in die iudicii. In hac uita hominis totū pene otiosū & inane est, q dicitur uel agitur. Inanis est omnis act⁹, & sermo in quo non est intrinsecus aliquid p deo vel dei mandato.

Est & alius rex Madiā, Hur, id est irritatiō. Vides quales sūt, q regnāt apud Madianitas. Qui scilicet debēt expugnari, imo perimi ab his qui Deū sequuntur. Non enim tam regum quā vitiorū nomina quæ regnant, in hominib. referuntur in lege, & non tā gentium bella, quam cōcupiscentiarū carnaliū quę militant aduersus aīam, describuntur. Deniq; hi q in vitiis regnant quinq; reges esse dicūtur, vt pateat, qa omne vitium q regnat in corpore ex quinq; sensibus pendet. Hi ergo perimēdi sunt de regno Madianitarum, vt vltra vitia non regnent per eos, sed iustitia, nec ad scandalum videant oculi, sed ad ædificationem. vnde: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, &c.* Non tamen effodiendum præcipit oculum corporis nostri, nec manum aut pedē abscindendum, sed sensum carnalia sentientem, & concupiscentiis lasciuientem, vt oculi recta uideant, aures recta audiant, gustus noster uerbū Dei gustet, manus palpent & contrectēnt de verbo uitæ. Et sic pereptis regib. Madianitarū, regnet in nobis iustitia, id est, Christus qui factus est nobis a Deo iustitia & pax & redemptio.

[Margin: Hom. 25. in Num. — † sup. 25. a. — Rom. 6. b. — Gen. 17. a. — Gen. 32. f. — Gen. 14. f. — Daniel. 1. b — Matt. 12. c. — 1. Pet. 2. b. — † Madianitarum. — Matt. 9. g. — † prædā in quā & spolia omnia. — Prou. 4. d — 1. Ioan. 1. a — 1. Cor. 1. d.]

a mnes mares occiderunt, & reges eorum Eui, & Recem, & b Sur, & Hur, & Rebe, quinq; principes † gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio, ceperuntq. mulieres eorum & paruulos, omniaque pecora & cunctam supellectilem. Quicquid habere potuerunt, depopulati sunt, tam vrbes quam viculos, & castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant, tam ex hominibus quam ex iumentis, & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. † Reliqua etiam vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab iuxta Iordanem contra Iericho. Egressi sunt autē Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ in occursum eorum extra castra. Iratusq. Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus, qui venerāt de bello, ait: Cur fœminas reseruastis? † Nonne istę sunt quæ dece

a Etros perfidię ligno crucis interficitur.

b *Balaam quoq;*. Pater consilio Balaam subornatas esse mulieres Madianitarum quę deceperant Israel. Vnde hic velut autor sceleris interficitur.

Orig. Dictum est superius, q Balaam rediit in locū suum Sed forte reuersus est, q̄uis scriptura non dixerit, vel forte in locū suū rediit ab eo loco vbi sacrificia faciebat, in eum s. locū, vbi tanquam peregrinus habebat hospitiū. Non enim dictum est in domū suā, aut in patriam suam. De Balac autē dictum est ad semetipsum. i. ubi tanquam dominus habitabat.

c *Cur fœmi*. Rab. Mystice. Fœminā in prædā de bello reuertēs seruat, qui foris actus prauos cohibēs, & zelo bono destruens delectatiōnē carnalē in abscondito pectoris celat. Sed hoc Moyses, id est, lex redarguit. Qui enim delectationem carnis in occulto pectoris celat, facile in culpā prauæ actionis exorbitans. Iubetur ergo omne masculinū, paruulos & mulieres, q nouerūt viros iugulari, qa turpē appetitū & delectationē carnis, quę cōcipit iniqtatē & parit peccatū, penitus interficere debemus.

[Margin: Vbi supra]

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Balaam quoq; filium Beor interfecerunt gladio. *s. cum Madianitis, erat enim de populo illo, ut dicunt aliqui. Alij autē dicunt, quod de terra sua ad quam iuerat post recessum a Balac, rediit ad Madianitas immenente bello eorum contra filios Israel, vt malediceret exercitui Israel, & sic vinceret & ipse reportaret lucrū a Madianitis. Sciendum autem quod iustum bellum innenitur motum in sacra scriptura a pluribus causis. Vna est contra terram, in qua Deus blasphematur per idolatriam, vt habetur Deut. 12. a.* Subuertite omnia loca in quib. coluerunt gentes, quas possessuri estis deos suos. *Secunda si a Dei cultu recedatur, Deute. 13. a.* Si audieris in vna vrbium tuarum dicentes aliquos, &c. *Tertia, si fidelitas temporalis domini deseratur 4. Reg. 3. de Ioram & Iosaphat qui mouerunt bellum contra regē Moab. Quarta si rebellio moueatur 2. Reg. 20. contra Sibam filium Bochri. Quinta si malefactor defendatur, Iudicum 20. de bello moto contra Gabaa. Sexta si iniuria publica principi irrogatur 2. Reg. 10. de bello Dauid contra regem Ammon, qui fecit radi barbas nuntiorum Dauid in cōtemptum eius. Septima si propria res repetatur 2. Regum 3. de bello Dauid contra Isboseth, repetendo regnum quod sibi datū erat a Deo. Octaua vt hostis repellatur, 2. Reg. 10. de bello Dauid contra Philisthæos. Nona vt hostis insurgens in suis proprijs opprimatur, Num. 21. de bello filiorum Israel contra Sehon & contra Og. reges Amorrhæorum. Decima contra illum, per quem hostis roboratur. 2. Reg. 8. de bello Dauid contra Syriam Damasci, eo quod ferebat auxilium Adadezer. Vndecima, vt amicus ab hostibus eripiatur. Gen. 14. de bello Abrahæ contra reges qui captiuauerunt Loth nepotem suum. Duodecima si tyrannis a præsidente exerceatur infra Machabæo. de bello Machabæorum contra Antiochum illustrem.*

*Sciendum etiam quod aliquando in bello iubentur interfici etiam paruuli propter enormitatem criminis, ut in peccato Sodomiæ, Iudicum 20. & idem factum est de Sodomis a deo subuersis vbi perierunt paruuli, et in peccato apostasiæ, Deut. 13.*

2 Ceperuntq;. *Hic consequenter describitur ipsa præda, & primo ponitur præda reportatio, secundo eius diuisio, ibi:* Egressi sunt autem: *Circa primum dicitur, Ceperuntq; mulieres eorum & paruulos, persona enim humana sunt illa quæ sunt principalia in præda.*

3 Et addu. *Omnia fideliter apportantes nihil abscondentes vel celantes sicut fecit Achan, vt habetur Iosu. 7.*

4 Egressi. *Hic consequenter ponitur prædæ diuisio, cuius vna pars erat exterminanda, de qua primo agitur, cum dicitur.*

5 Cur fœmi. *Quasi diceret, non est bene factum, cuius causa subditur.*

6 Nonne. *De qua deceptione fuit dictum supra 25. cap.*

✠ 1 Ergo

[Margin: Balaā interfectus. — Bellum iustum multis ex causis moueri in scriptura. — Diuisio]

## MORALITER.

✠ reseruatione fuerunt inerito reprehensi, dicente.

5 *Cur fœminas re. &c.* Nonne illæ sunt, quæ deceperūt filios Israel? & ideo distinxit de mulierib. nam illas quę cognouerāt viros in coitu præcipit iugulari, alias reseruari. Per primas aūt significantur motus sensuales ratione ad cōsensum mortalis peccati trahentes, & isti motus sunt totaliter extirpādi, p virgines aūt significantur motus sensitiuæ partis, qui non trahūt rōnem ad consensum peccati mortalis, sed magis rationi deseruiunt in opere virtutis, sicut dicit Philosophus 4. Ethic. q fortius per rationem excitat in se motū iræ, ut expeditius actum fortitudinis exequatur.

✠ Offerimus

debemus. Puellas aūt & fœminas virgines. i. partē delectationis q nō procliuis est ad peccādū, sed exardescit ad bonum, cōseruem⁹, vt q deo placita sunt desideremus, & pficere studeam⁹.

a *Ad suggestionem.* Hic euidētius ostenditur ipsius Balaam suggestione, mulieres subornatas fuisse.

ISIDORUS. Non dubitauit Balaā oblata copiosa fœminarū fornicationis ruina Israelitas collapsuros qa concupiscibiles animæ eorum partes sciebat esse corruptas. Ita dęmones vnumquęque pertētant, illis affectib. animæ laqueos tradentur, quibus nos senserint ęgrotare.

b *Et mulieres quæ nouerunt viros.* THEODORETUS. Iussit legislator mulieres interfici quę virū cognouerāt, eo quod impietatis dogmata didicissent, & eos inquinare possent, qui illas belo cepissent.

c *Eleazar.* Nota quod Eleazar non ad omnē populum, sed ad viros virtutis loquitur, qui reuertebantur de prælio. Viri autē virtutis sunt qui ad bellū procedunt, q in agone cōrendunt, & ab omnibus se abstinent, alij vero non viri sunt uirtutis.

a perunt filios Israel ad suggestionem Balaā, & præuaricari fecerunt in dominum super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? † Ergo cunctos interficite, quicquid est generis masculini etiā in paruulis, & mulieres quę nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas autem & omnes fœminas virgines, reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominē vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo: Et de omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtēsilia præparatum, de pellibus caprarum & pilis & ligno, expiabitur. Eleazar quoq; sacerdos ad viros exercitus qui pugnauerant sic locutus est: Hoc est † præceptum legis quod mandauit dominus Movsi: Aurum & argentum & æs, ferrum & plumbum & stannum, & omne quod potest transire per flammas, + igne purgabitur: quicquid autē ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur, & lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. Dixitque dominus ad Movsen: Tolle summam eorum quę capta sunt ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos, & omnes principes vulgi, † diuidesq. ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, & egressi sunt ad bellum, & inter oēs reliquam multitudinem & separabis

* Nota quod sermo Dei illis tantum fit qui sunt viri virtutis.

ipso tamen pollutus sum, quo pollutū calcare cōtendi. Beatus tū qa superaui. vñ: Nemo mundus a sorde. Oēs ergo purificatione indigemus, imo purificationib. Multæ enim & diuersæ nos manent purificationes. Sed mystica sunt hæc & ineffabilia. Quis enim enarrare poterit quæ sint purificationis, q parentur Petro & Paulo, & similibus, qui tot hostes prostrauerunt, tot spolia ceperunt, qui cruentis manibus acę de redeunt, quorum pes tinctus est in sanguine, & manus suas lauerunt in sanguine peccatorū, interficientes in matutino oēs peccatores terræ. Perēmerunt enim diuersas dæmonum gētes, quas nisi vicissent, captiuos nō liberassent, nec ad obedientiam Christi perduxissent. Beatus qui succedit in his præliis, & interficit Madianitas, vt iustificetur ex sanguine eorū. Sanguinē dęmonū fundit, qui captiuos eripit. Purificabitur aūt in regno Dei, vt mūdus ingrediatur ciuitatem.

f *Tolle summam, &c.* PROCOPIUS. Spolia diuidit tam inter eos qui i belli pars fuerant, quam inter eosq domi remāserunt. Mutua. n. opera partes indigent, vt Dauid quoq; postea dicit. Militātib. nō esse inferiores eos q eorum domos custodiunt. Et quemadmodum dixit, Vnius partis splendor oīum sit cōis. Ita inter nos quoq; duorum ordinum est pmixtio, & ei⁹ q i mundo manet, & eius q ptra diabolum pugnat. Eadē. n. gloria illustriores, & eos q paruo nexu illis iuncti sunt, manet. Siquidē Paulus quoque de approbatis locutus, inquit: & hi oēs nō reportarunt promissiones, vt non absque nobis perficerentur.

d *Aurum.* Tempus belli est in hoc mūdo ꝯ nequitias spirituales & cōcupiscētias carnales. Spectat nos Angelorū chorus, & virtutū cælestiū pia erga nos pēdet expectatio, qñ vel qūo de prælio reuertamur, quis plus afferat auri vel argenti, qs lapides pretiosos curiosè intuetur. Requirunt ergo q deferunt æs, q ferrum, q plūbum, vel vas ligneū, vel fictile aut aliquid hmōi magnę domus vsib. necessarium. Secundū ergo ea quæ quisq; detulerit, mansionis ei meritū deputabitur. Probantur tamen hæc omnia, alia per ignem, alia p aquam vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.

e *Et lauabitis, &c.* ORIG. Vides qūo purgatione indigt omnis q exit de prelio huius vitæ. Qui pugnarūt p filijs Israel Madianitas interfecerunt, in quo Deo placuerunt, cuius voluntatē impleuerunt, hoc tñ ipso immundi dicuntur effecti, vnde iubetur lauare vestimenta sua & mundari, & sic intrare in Castra. Hi ergo qui pugnant, quia immundos hostes cōtingunt, polluti sunt. Si ergo diabolum uicero, & cogitatiōes immundas quas suggerit, vel ueniētes repulero, vel ingressas ītra me, ne ad effectū ueniāt ne cauero, cōculcās caput draconis, hoc ipso

g *Qui pugnauerunt.* ORIG. Sunt quidā in populo Dei, qui militāt Deo, qui s. nō obligāt se secularib. negotijs. Hi procedunt ad bellum cōtra gētes inimicas, & spales nequitias, pro his qui infirmiores sunt vel ætate, vel sexu, uel proposito. Pugnant autē isti orationib. ieiunijs, iustitia, pietate, mansuetudine, castitate, & oīb. continentiæ uirtutib. Et regressis ad castra victorib. fruuntur laborib. eorum etiam imbelles, qui ad pugnam non vocantur, uel exire non possunt.

Sciendum autē ꝙ oīa quę sumuntur ex his gentib. mundanda sunt, & forte quicquid ex hoc seculo assumitur, uel prælio capit, immundum est, & purificatione indiget, & quædam p ignem

Marginalia: Iacob. 1. b. — Iud. 21. b — Quęst. 49. — † transire facietis p ignem &c. — 1. Cor. 9. d. — Moraliter Ephe. 6. b. — 1. Cor. 3. c. — Vbi supra — Iob 15. a. — Psal. 67. c. — Psal. 100. b. — † statutum — † dimidia tis. — Ho. 26. in Numeros — 2. Tim. 2. a

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Ergo cun. *In detestationem criminis patrum, quos filij Israel non impetebant, & tamen valde hostiliter egerunt contra eos, vt dictū fuit supra 25. c.*

2 Et mulieres. *Quia nesciebant distinguere eas quæ prouocauerunt filios Israel ad luxuriam & idolatriam, & etiam quia illæ quæ non venerunt ad prouocandum in propria persona, tamen cooperatæ sunt docendo eas quæ venerunt, de modo decipiendi, & ornando eas ornamentis suis, ut facilius filios Israel prouocarent. Dicit autem Ra. Sa. quod faciebat mulieres transire ante arcam domini, & tunc ex signo à Deo dato cognoscebant quæ erant virgines, & quæ non.*

3 Et manete. *Quia erant contaminati ex contactu mortuorum quos occiderant, & quorum spolia acceperant, & ideo non debebant ingredi atrium tabernaculi, donec essent mundati aqua lustrationis tertia die & septima, vt dictum fuit supra, xix. c. Et accipiuntur hic castra ipsius deitatis, sicut dictum est supra 5. c.*

4 Et de omni præda. *Hic secundo agitur de parte prædæ reseruata, & primo quantū ad eius purgationem quæ facta est per talem modum, videlicet quod illa quæ poterant sustinere ignem absque sui corruptione, igne purgabantur, quæ autem sustinere non poterant, aqua expiationis purgabantur, de qua purgatione supra dictum est xix. c. & patet litera vsq; ibi.*

5 Postea. *scilicet atrium tabernaculi quod vocatur castrum deitatis, ut dictum est supra 5. c.*

6 Dixitq; do. *Hic secundo agitur de præda reseruata quantum ad eius diuisionem, & primo quantum ad diuisionem quæ fiebat ex debito, secundo quantum ad illam quæ facta est ex beneplacito, ibi. Cumq; accessissent.*

*Circa primum sciendum quod præda ex debito, diuidenda erat tantum de uiuentibus, & hoc notatur cum dicitur.*

7 Tolle. *Et ista præda diuidebatur in duas partes æquales vna erat pugnatorum qui fuerant in prælio, & alia reliqua multitudinis, & hoc notatur cum dicitur.*

8 Diuidesq;. *Et quod hæc sit sententia patet ex litera Hebraica, quæ sic habet: Et medicabis prædam inter magistros belli & totam multitudinem, quia magistri belli medietatem eis assignatam diuidebant pugnatorib. iterum qualibet medietas diuidebatur in duas partes inæquales, quia de medietate pugnatorum separabatur pars quinquagesima domino, & dabatur Eleazaro sacerdoti, & hoc est quod dicitur.*

9 Et separabis in partē domino. *In Hebræo habetur: Separabis solutionem domino. ex quo patet, quod illa pars separabatur de parte bellatorum ex debito.*

Marginal: Diuisio.

A tantum scientiam legis & fidei, sed et operũ quib. Deo placetur fructus habere debemus: cum de Aegypto eximus. Si .n. exiens de Aegypto, & cõuersus ad dominũ abiiciã superbiã, per manus Aarõ taurũ Deo sacrificaui. Si lasciuiã pemero, hircum: si libidinẽ, vitulũ, si stultitiam, ouẽ. Si ergo cum animę vitia purgãtur, manus Aaron opera tur in nobis, & manus Moysi cum ad hæc intelligenda illuminamur ex lege. Vtraq; ergo manus necessaria est, vt iueniatur in nobis non solum fidei & scientiæ, sed et vsuum operũ que perfectio. Nec tamen duæ sunt manus, sed vna. In manu n. dixit, non in manibus. Vnum enim opus vtriusque manus est, & vna perfectio nis expletio.

lenta q̃ poenitentiam significat. Per ipsam .n. fit in peccatore turbulẽta cõmotio, vt aboleatur vetustas peccati, & inducatur nouitas gratiæ. vt homo vetus affigat cruci, & homo nouus resurgat. Debet igitur peccator primo adire Ramessem, hoc est cõmotionẽ q̃ fit per pęnitentiã, ibiq; suam figere mãsionem. Ibi suam mãsionem fixit Achab, quando scissa veste, induto cilicio, ieiunauit & dormiuit in sacco. Ibi. Niniue rex, ibi Corinthij, &c. D

profectio nes eorũ.

a Moyses iuxta + castrorum loca, quæ domini iussionis muta- b bant. Profecti igitur de Ramesse mẽse primo, quintadecima c die mensis primi, altera die phase, filii Israel in manu excel- d e sa, videntibus cunctis Ægyptiis & sepelientibus primoge- f nitos quos percusserat dominus ( nam & in diis eorum exer- g h cuerat vltionem ) castrametati sunt in Socoth, & de Socoth

a Commotione turbida, vel commotione tineæ Omnia enim quę in mundo sunt, in perturbatione & corruptione posita sunt. b Quia quartadecima egerunt pascha in Aegypto, & quoddam initium festiuitatis, iugulantes agnum pridie quam proficiscerentur.

a Mortui sepeliebant mortuos suos, & viuentes sequebantur dominum suum.

c *Manu excelsa.* Vbi non est humanum opus neque terrenum, sed diuinum, ibi excelsa manus nominatur, per manum enim opus intelligitur.

a *Moyses iuxta castrorũ loca, quæ domini ius. &c.* Et scripsit Moyses profectiones eorũ & mansiones p verbum domini, vt s. legentes quantæ nobis immineant profectiones & mansiones, preparemus nos ad hanc viam, nec segniter tempus nostrum consumamus. Ne dũ vanitatib. immoramur, & singulis quæ ad visum auditũ, tactum, odoratum, gustumq; veniunt, delectamur, pereat tempus, nec spatiũ viæ expleamus sed in medio deficiamus, quasi in deserto. Idcirco .n. venimus in hunc B mundum, vt trãseamus de virtute in virtutẽ, neq; permaneamus pro terrenis in terra, sicut ille q dicebat. *Anima habes multa bona, manduca, bibe & lætare.* Ait .n. illi dominus *Stulte, auferetur a te hac nocte anima tua.* Non dixit ĩ hac nocte, nec ĩ hac die, sed hac nocte. Nocte .n. puniũ sicut primogenita Aegyptiorum quia dilexit mundũ, & tenebras eius, socius rectorũ mũdi huius tenebrarum harum. Tenebræ autem, & nox mũdus iste dr̃ pro his qui in ignorantia viuunt, nec lumen veritatis recipiunt, & ideo de Ramesse ad Socoth non transeunt.

Luc. 12. c. Exo. 13. d. Ephes. 5. b

1. mansio. Tropolo. b *Profecti igitur, &c.* Filii Israel adhuc in Aegypto positi quartadecima die fecerunt pascha, & initiũ quodã festiuitatis. Sequenti ergo die q̃ est primus azymorum, quintodecimo, s. primi mensis proficiscunt de Ramesse, & veniũt in Socoth, vt ibi faciant festiuitates azymorum vel diem. Quis hæc intelligat? Quis vel ex parte cognoscat; sicut Apostolus dicit. *Ex parte scimus, & ex parte prophetamus.* Quis .n. intelligit quomodo ex parte dies festos agimus vt *vt nemo nos iudicet in parte diei festi aut neomeniæ aut sabbathi?* Omnis .n. dies festus qui hic agitur, in parte gerit, non in integro. Sed cũ exieris de Aegypto, tunc erit, tibi pfecta festiuitas. Scito tñ quia post illud pascha quod in Aegypto factũ est semel, inuenitur in deserto aliud celebratum, cum lex data est, & posthęc nusquam geri nisi in terra promissionis.

1. Cor. 13. c. Colos. 3. c. Exod. 12. f

Vbi supra ORIGENES. hic ordo & distinctio mansionum valde necessaria est & obseruanda his qui sequuntur Deum & cogitant de profectib. virtutũ. Fit ergo prima profectio ex Ramesse, si ue de hoc mundo anima proficiscens, & ad futurũ seculum pergens, siue ab errorib. vitę ad vitã virtutis & ad agnitionem Dei. De Ramesse proficiscit, quę interpretat cõmotio turbida, vel cõmotio tineę, quia in hoc mundo omnia in cõmotione & pturbatione & corruptione posita sunt. ĩ quib. nõ oportet animã residere, sed proficisci & venire in Socoth, id est tabernacula. Primus ergo animæ profectus est, vt auferat a cõmotione terrena, & sciat sibi tãq̃ peregrinãti & iter agẽti in tabernaculis habitãdũ. Quo velut ĩ pcinctu posita aduersus insidiãtes expedita occurrere possit & libera ide iã vbi se sentit esse præparatã, proficiscitur ex Socoth & applicat in Buthan.

Primus Prophe-ctus aiæ. Tractatu de 42. mãsionibus.

✻ AMBROSIVS. Ramesses interpretatur commotio turbu C lenta

1 2 3 4 5 6 7 8

d *Et sepelientibus. &c.*

✻ PROCOPIVS. Plaga .n. imminens eorum refrænauit audaciam, promptosque ad dimittẽdum eos fecit, ne funditus pirent omnes. Tam illustris sanctorũ victoria est. Si .n. satis exercitationis fuerit, Deus vltionũ, inquit Dauid, dominus vltionum iure suo ac libertate vsus est. Deus igitur suorum emolumento ad tẽpus occulitur, sicut idem Dauid testatur. *Quam multæ sunt benignitates tuæ, quas recondidisti reuerentib. te.*

Psal.

c *Exercuerat vltionẽ.* ✻ IDEM. In victoria ab impiis parta omnes dij gentiũ extirpant, iuxta propheticum illud, Inducam nomina idolorum, nec vlla eorum extabit memoria. Porro primogenita pecorum, quæ deorum loco habebant Aegyptii, cum aliis primogenitis perdidit, futuræ idolorũ excisionis argumento. In super vero iubẽtur omnes Chananæos, ne futuris incolis impedimento sint, neue vllæ impietatis reliqę remaneant, sustollere. E

f *Et in dijs eorum.* Omnes dii gentium dęmonia, in quib. faciet dominus vindictã in die iudicii. Facit & nunc cum quis ab illis deceptus fuerat, vt idola coleret. per verbum domini conuersus Deũ colit, vel cũ fornicatur ad pudicitiam conuertitur, & se errasse deplorat, ipsius pęnitentiæ lachrymis vrit, dęmon vel de superbia ad humilitatẽ, de luxuria ad parcimoniã Quantis eos putas agi tormentis, si quẽ videant vendere omnia sua, & dare pauperib. & tollere crucẽ suã, & seq Christũ, vel cũ viderit fraudis suæ nebulas p agnitionẽ diuinę legis reserari. Non .n. sine ipsis consummat peccatum. Nobis ergo summopere agẽdũ est, ne Aegyptiorũ primogenita vel Deo eorũ, quos dñs extinxit, resuscitemus, in nobis, si dederimus eis locũ operandi in nobis quæ dñs odit. Sic .n. dominus puniet Deos Aegyptiorũ d emẽdatione nostra & cõuersatione

Moraliter Matth. 19.

g *In Socoth.* in tabernaculis. Dum .n. peregrinamur in corpore, in tabernaculis habitamus.

Cum exierimus de Aegyto, id est de seculo, primum tabernacula figimus, scientes, quia ad vlteriora & ad terram sanctã cęlestem s. properamus.

2. mansio. 2. Cor. 5. b

✻ AMBROSIVS. Quoad mysteria dicimus profectionẽ filiorũ Israel in Socoth. i. in tabernacula, designare q̃ q mansionẽ habuit in Ramesse i. ĩ cõmotione pęnitẽtię, debet pficisci in Socoth hoc ẽ, ĩ tabernacula quasi p cõsiderationẽ ambulare, Quod sicut ille q alio tẽdit, nec firmã habet domũ, morat in tabernaculis, & vidẽs se pegrinũ in terra, dicat cũ ppheta. Aduena ego sum in terra, Cõsideret itẽ Apostoli dictũ. Non habemus hic ciuitatẽ pmanẽtẽ. Cognoscat deniq; q̃ quandiu ẽ in corpore, pegrinat a domino, vñ reiiciat ea q̃ in mũdo sunt.

Vbi supra

g *De Socoth.* ORIG. Proficiscuntur ex Socoth. & applicãt in Ethã, q̃ conuallis dr̃. Sũt .n. in his profectus virtutis quæ exercitio & labore acquiritur, nec tñ in prosperis quantum in aduersis probatur. Venitur ad cõuallem. In cõuallibus enim & in inferiorib. certamen habetur contra diabolum & aereas F potestates.

Homil. 27

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1. Profecti igitur de Ramesse. *Hic est locus vnde primo recesserũt*

2 Mense primo. *s. Martio.*

3 Quintadecima die mensis primi. *In mane illius diei recesserũt, vt dictum fuit Exo. 3.*

4 Altera die phase. *id est in crastino immolationis agni paschalis, quem immolauerant die præcedenti, s. quartadecima die mẽsis primi ad vesperam, vt habetur ibidem Aliqui autem libri sic habent. Altera die fecerunt phase sed li fecerunt, non est in Hebræo, nec in libris correctis, nec mirum, quia non est de textu, sed peruertit sententiam, vel saltem obscurat eã, quia videtur sonare, quod filii Israel fecerũt phase post exitum de Ramesse, quod non est verum, sed ante vt dictum est.*

5 Filii Israel. *Hoc refertur ad illud quod prædicitur, Profecti igitur de Ramesse, quia media nocte interfecti sunt a Deo primogeniti Aegyptiorũ propter quod Aegyptij territi cõpellebant filios Israel exire de terra, & sic recesserunt in mane de Ramesse.*

6 In manu excelsa. *id est in potestate diuina.*

7 Nam & in diis ex. vl. *Tunc .n. idola Aegypti corruerunt & comminuta sunt.*

8 Castrametati sunt in Socoth. *Ista fuit prima mansio, & post istã enumerantur. 11. vsq; ad montem Sinai, vbi fuit 12. mansio, & patet litera vsque ibi.*

✻ 1 Exierunt

potestas. Abrahā in valle Salinarum pugnauit contra barbaros reges, & victoriā consecutus est. Descendit ergo viator noster ad eos qui in pfūdis sunt & imis, vt non ibi moretur, sed vt victoriam consequatur.

a *In Etham.* Ethā sana fortitudo, vel professio, in qua fortitudinem & robur assumimus, ne in uia deficiamus.

✱ AMB. Etham regio est inter solitudinem & Aegyptum in qua est Petra oppidum, in cuius spelunca habitauit Sāpson, cum ab Allophylis infestaretur. *Et sedebit*, inquit, *in spelunca Petræ Ethan*, qui locus erat valde munitus, vt testatur Iosephus. In hac mansione primo apparuit dominus in columna ignis, & die in columna nubis. Verum quia Ethan nobis sonat fortitudo, docemur qđ vbi Socoth huius peregrinationis in meditatiōe & exercitio bonorum operum vsq; in finem perseuerare qs statuerit, ascendit ad Ethan, hoc est, ad fortitudinē, quia dominus dat fortitudinē plebi suæ. Hinc Apostolus, Omnia possū in eo qui me confortat.

Vbi supra. · Iudic. 15. · Li.6. antiquit. c.13.

a venerunt in Etham, quę est in extremis finib. solitudinis. Inde egressi venerunt contra Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Magdalum. Profectique de Phihahiroth, trāsierūt per mediū mare in solitudinē, & ambulātes trib. dieb. p desertū Ethā, castrametati sunt in Mara. Profectiq; de Mara, venerūt in Elim, vbi erāt duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta, ibiq; castrametati sunt. Sed & inde egressi, fixerunt tentoria super mare rubrum.

a Os nobilium: fortitudine. a. assumpta nobilitamur in domino: & despiciamus Beelsephon. i. dominum aquilonis: & eius superbiam declinamus.

Magnitudo vel turris.

a Mara interpretatur amaritudo, vt voluptas & luxuria, vitæ amaritudine terminetur, & per crucis signum quasi per cruciatum suauitas compensetur.

a Arietes. hi sunt apostoli duces Christiani gregis. b Apostolica doctrina.

a Viuentium. b Alij discipuli, qui ta nen apostoli dicti sunt.

ostendit restituens sanitatem. Sicut econtrario voluptas atq; luxuria amaritudine temperatur. vnde: *Quæ ad tempus pingues facit fauces tuas, nouissime vero amariorem felle inuenies.*

Post hæc pfecti sunt de Hahiroth, transeunt. per medium maris rubri, & applicant ad amaritudines. Tempus enim pfectuū periculosum est. Quod molesta tentatio est trāsire per medium mare, videre fluctus in cumulum crescere, audire vndarū insanientium fragorē. Si tamen sequaris Moysen, id est legem Dei, quæ fient tibi murus dextra læuaque, & siccum iter medio mari inuenies. Illud quoque cæleste iter quod agit anima, potest offendere vndas. Etem pars aquarum super cęlos, pars sub cęlo. Nos interim earū q̄ sub cęlo sunt, vndas & fluctus pferimus, Deus viderit si ille quietæ sint, & semper placidæ, nec ullis flatib. excitatæ. Cum aūt venerimus ad transitum maris, et si videamus Pharaonem & Aegyptios insequentes, nihil trepidem⁹, *credamus in unum verum Deum, & quem misit filium suum Iesū Christum.* Credamus et Moysi. i. legi Dei & prophetis, & videbimus Aegyptios iacentes ad littus maris, & cantabimus dño q equum & ascensorem demersit in mare. Applicuerunt ergo ad amaritudines, sed ne paueas. Omnis. n. eruditio ad præsens nō videtur dulcis esse sed amara, postea vero fructum dulcissimū iustitię reddit exercitatis. Azyma quoq; cum amaritudine comedūtur. Nec peruenitur ad terrā promissionis nisi per amaritudines. Sicut. n. medici quasdam amaritudines medicamentis inserunt pro sanitate lāguentium, ita medicus animarū voluit nos pati amaritudines huius vitæ, quia finis huius amaritudinis acquirit dulcedinem salutis, sicut amarū finem. finis mandanæ dulcedinis. Ne refugias ergo applicare ad amaritudinem.

Prou. 5. a. · 6. mansio · Mo a. ter

b *Inde egressi.* IDEM. Profectiq; ex Ethā applicuerunt Hihiroth, qđ interpretatur vicus. Nondū. n. ad ciuitatem venitur, nec pfecta iā tenentur, sed quædā parua. Hic est profectus vt a paruis ad magna veniat. Venitur ergo ad os. i. ad primum ingressū vici, qđ est iudicium cōuersationis & abstinentiæ. Hihiroth aūt posita est ꝯ Beelsephon, & ꝯ Magdalū: Beelsephon interpretatur ascēsio speculę vel turris. A paruis ergo ascendit ad magna. Necdum aīa in ipsa specula, sed contra speculam. i. in conspectu speculæ posita est. Speculari. n. incipit & prospicere spē futuram & latitudinem profectuū. Et paulatim crescit dū plus spe nutritur, quā laborib. fatigatur. Quarta ergo mansio est ꝯtra Magdalum nondum in ipso quod magnificentia dr̄. Habet ergo in conspectu ascensionē speculæ & magnificetiam rerum futurarū, quib. pascitur & nutritur. In profectibus enim est, non in perfectione.

Vbi supra. 3. mansio. · 4. mansio. Exod. 16. a

HIE. Quarta mansio est Phihahiroth, quod interpretatur os nobilium, q̄ scribitur per literam Heth. Quidā putāt male Arioth villas, errorq; p supradicto elementa, a, in literam legant. Beelsephon interpretur domus aquilonis, vel ascensus speculæ, vel habens arcana: Magdalum magnitudo vel turris. Assūpta ergo fortitudine nobilitamur in dño, & diaboli arcana cōtēnimus, & magnificētiā illius, & turritā superbiā declinamus. Non. n. est ab austro vnde dñs veniet, & a meridie vbi sponsus recumbit in florib. sed possessor aquilonis venti frigidissimi, vnde exardescūt mala, qui cū sit frigidissimus, nomine dexter vocatur, falso sibi assumens uocabulum virtutis & dexteræ, cum totus sit in sinistra.

Epistola ad Fabiolam de 42. mäsionib. · Abac. 3. a. Cantic. a. b Hier. 1. c.

c *In Mara &c.* HIE. Quinta māsio est Mara. i. amaritudo, Nō poterāt ad maris gurgites peruenire, et Pharaonē cū exercitu videre pereuntē, nisi habuissent in ore nobilitates. i. in domini cōfessione virtutes. Post pdicationē euāgelii, post tabernacula transmigrātiū, post assumptā fortitudinē, post confessionis nobilitatē, pericula rursus occurrūt. Sēper ergo cauēdę insidię inuocāda Dei misericordia, vt insequētē Pharaonē possim⁹ effugere, & nubis spiritualis baptismo suffocet. Egress⁹ de mari rubro occurrit eremus Sur, q̄ & solitudo Etham dr̄. In qua trib. dieb. egredientes nō habuerūt aq̄, & peruenerūt ad Marā, ex amaritudine sic dictā. Habebat fons aq̄ non dulcē murmurat populus aquas videns, & potare nō sustinens. Mara significat aquas occidētis literę, quib. si immittatur pfessio crucis, & sacramenta dñicę passionis amaritudo vertetur in dulcedinē. vnde cōstituit dñs populo legē & iudicia, & tentauit eū. *Vbi. n. gratia, ibi magnitudo discriminis.* Ne terrearis, si post victoriam venias ad amaritudinē, quia verum pascha facientes cum amaritudinibus comedūt, & *tentatio probationē, probatio spem, spes parit salutem.* Apud medicos quoque antidotus noxios humores tēperās ex amaritudine nominatur, que dulcis ostendi-

Vbi supra. 5. mansio. · Exo. 15. d. · Rom. 5. a.

✱ AMB. Circa hanc mansionem tria sunt consideranda. Profectio, mansio, & operatio. Profectio, quia in huius itinere filii Israel rubrum mare sicco vestigio transierunt. Mansio quia inuenerunt aquas amaras, quarū amaritudinem sentientes bibere non poterant. Operatio, quia mādato dñi Moses ligno tactas aquas, potabiles effecit, vnde sitim extinguere potuerunt. Per quæ primo nobis significatur, qđ ad gratiam pperantib. occurrit Pharao. i. diabolus cum exercitu suo, quæ vt Pharao submersus est in aquis, ita mittūtur in stagnum ignis & sulphuris. Deinde in mansione, aquæ gustant amaræ, qm̄ existentib. in gratia, multiplices adhuc manent tribulationum amaritudines. Vnde Ioannes dicebat; *Ego Ioannes frater & particeps in tribulatione.* Immo & Paulus: *Si extra disciplinam estis, adulterini & non filij estis.* Denique in operatione, sicut verbo suo adest dominus, vt dulcescant aquæ, ita præstat in tribulationibus suam nobis præsentiam, dicente propheta: *Cum ipso sum in tribulatione.* Ideo Stephano in dulcedinem fuerunt torrentis lapides, & Laurentio in refrigerium prunæ.

Ioan. 17. a. · Exod. 15. a · Heb. 11. c. · Vbi supra · Apo. 1. · He. 12. · Psal. 90.

d *In Elim vbi erant.* Profectique de amaritudine uenerunt in Elim, vbi sunt 12. fontes aquarum, & 70. palmæ erant. Vides post amaritudines & tentationum asperitates quam amœna te suscipiāt loca. Non venisses ad palmas nisi tentationū amaritudines pertulisses. Nec ad dulcedinem fōtiū, nisi tristia & aspera superasses. Nō qđ in his sit finis itineri & perfectio cūctorū, sed dispēsator animarū Deus interserit laborib. quædā refrigeria, quib. recreata aīa promptior reddatur ad reliquos labores. Elim interpretatur arietes. Arietes sunt duces gregis hi sunt apostoli duces gregis Christi, qui sunt et duodecim fontes. Sed qa nō solum illos elegit Christus, sed & alios lxx. ideo lxx. arbores scribuntur esse palmarum, ipsi. n. apostoli nominātur. vnde Paulus: *Deinde apostolis omnibus.* Hæc te amœnitas post amaritudinē, hæc requies post laborem, hęc gratia suscipiat post tentationem.

7. mansio. · Luce 10. 1. Cor. 15. c

e *Sed & inde egressi &c. super mare rub.* Quia post apostolicam doctri-

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Fixerunt tentoria super mare rubrum &c. *Illud non videtur verum, quia iam ante mare rubrum transierant, & ab eo se elongauerant per plures mansiones. Ad quod dicendum, quod mare rubru* ✱ *frequenter*

doctrinam & dulces fructus triumphorum, interdum apparent præterita diſcrimina.

A

|Profectiq; de Elim applicuerunt iuxta mare rubrum. Nota q ia non intrant in mare, ſufficit ſemel intraſſe, ſed applicãt iuxta, & mare quidẽ vident & vndas, ſed motus eius & impetus non timent.

Vbi ſupra

a *Mari rubro, &cæt.* HIERONIMVS. Hebraice סוף Iam ſuph. Forte pergentibus quidam ſinus maris occurrit iuxta quẽ fixere tentoria, quod aliud eſt quam mare tranſire. Poſt euangelicam enim diſciplinã, poſt dulces cibos triumphorum apparet interdum mare & præterita diſcrimina. Iamſuph ex mari & rubro cõpoſitũ eſt. Suph enim rubrũ & ſcirpus dicitur quaſi mare caricoſum. Forſitan ergo venerunt ad quandã paludẽ carecto & iuncis plenã. Omnes autẽ congregationes aquarũ dicuntur maria. Hęc manſio in Exod. nõ habetur, ſed ſcriptũ eſt quod de mari rubro venerunt in deſertum Sin, q eſt inter Elim & Sinai 15. die menſis ſecundi egreſſionis eorum ex Aegypto, id eſt † 30. poſtquam egreſſi ſunt de Rameſſe.

†xxx. Vbi ſupra 8. manſio. Exodi 15.

b *In deſerto Sin* HIER. Profectique de mari rubro caſtrametati ſunt in deſerto Sin. Hęc octaua mãſio eſt, licet iuxta Exod. ſeptima. Sed ſciendum, quod omnis eremus uſque ad montem Sinai, Sin vocetur, & ex tota prouincia locus vnius mãſionis nomẽ accepit, ſicut Moab tam vrbis q̃ prouincię nomẽ eſt. In hac ſolitudine manſiones quinq; ſunt, Iamſuph, & eremus Sin, & Daphca, & Alus, & Raphidim. Sin, autẽ interpretatur rubus uel odium. Cũ enim venerimus ad locũ illius mãſionis de quo nobis loquit dñs, odium inimici incurrimus: & videmus ardere rubum, & non comburi, id eſt eccleſiã perſecutionib. inflammari & loquente in illa dño nõ perire. Et nota quod in hac manſione, in qua noſtra torcularia ſunt, vnde octauus pſalmus præ notatur deſertum carpimus rubi, quia plures deſertæ filij, quam eius quæ habet virum.

B Sin ſolitudo. Exod. 3. a.

*Profectiq; de mari rubro applicauerunt in deſertum Sin.* Sin, rubus interpretatur vel tentatio. Ibi iam incipit arridere bonorum ſpes, vbi de rubo apparuit dominus, & reſpõſa dedit Moyſi, & initiũ viſitationis filiis Iſrael. Solet. n. in uiſionib. eſſe tentatio. Solet enim angelus iniquitatis transfigurare ſe in angelum lucis, & ideo ſollicite agẽdum eſt, vt diſcernas viſiones. Vñ Ieſus Naue, cum viſiones videret, interrogat eum qui apparuit, noſter es an aduerſariorũ? Ita ergo proficiſcẽs anima cũ uenerit diſcretionem viſionum probabitur ſpiritualis eſſe. Eſt enim inter dona ſpiritusſancti diſcretio ſpirituum.

2. Cor. 11. c. Ioſue 5. d. 1. Cor. 12. a

✻ AMB. Quia Sin interpretatur rubus, ſignificat nobis quod ſicut octaua manſione venimus ad Sin, hoc eſt, ad rubum in quo actum eſt de liberatione filiorũ Iſrael, a ſeruitute Aegypti, ita reſurrectione quæ per octauã itelligitur, ueniemus ad rubũ, in quo agetur de liberatione nr̃a a ſeruitute corruptionis, quam expectamus, ut Apoſtolus inquit. *Et ipſi intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis noſtri.* Et tunc videbimus rubum ardere & non cõburi, quia corpus humanitatis noſtræ morietur, ſed non conſumetur, imo reſurget ad maiorem claritatem.

Vbi ſupra. Rom. 8.

c *In Daphca.* Hebraicè דפקה Daphquah, id eſt pulſatio. Poſt reſponſa domini, poſt octauum numerũ reſurrectionis Chriſti incipimus ſacramenta pulſare.

ORIG. Profecti de deſerto Sin, venerunt in Daphca, quæ interpretatur ſanitas. Nota ordinem profectuum. Vbi ſpiritalis efficitur anima, & diſcretionem habet viſionũ, peruenit ad ſanitatẽ, ut merito dicat: *Benedic anima mea domino, qui ſanat omnes languores tuos.* Multi ſunt languores animæ, auaritia ſcilicet, ſuperbia, iactantia, formidõ, inconſtantia & ſimilia.

Vbi ſupra.

d *Caſtrametati ſunt.* HIERONYMVS. Decima manſio in Exodo non habetur, & creditur in eremo Sin contineri, eodẽ narrante libro: *Profecta eſt omnis multitudo Iſrael de eremo Sin per mãſiones ſuas per os domini, & venerunt in Raphidim.* Vnde patet plures mãſiones huius regionis vocabulo demonſtrari. In hac ſolitudine murmurat populus propter famẽ, & cõuerſus reſpicit procul in nube gloriã Dei, accipit veſpere cõturnices, mane autem manna. Et nota in manſione decima fermentum poni, & poſt eſum carnium mãnam tribui, & impleri ſcripturam: *Panem angelorũ manducauit homo.*

Vbi ſupra 10. mãſio. C D Exod. 16. a Nota. Pſal. 77. c.

a Profectiq; de mari rubro caſtrametati ſunt in deſerto Sin. Vn
*a Sin rubus vel odium, quia cum venimus in locum eccleſiæ, de qua nobis loquitur Deus, odium inimici meremur.*

b c de egreſſi venerunt in Daphca. Profectique de Daphca caſtra
*a Quia poſtquam venerimus in locum eccleſiæ: incipimus ſacramenta pulſare vt aperiantur nobis.*

d e metati ſunt in Alus. Egreſſique de Alus, Raphidim fixere ten 1
*a Fermentum quod miſcet euangelica mulier in farinæ ſatis tribus. b Diſſolutio fortium vel remiſſio manuum, quia ibi diſſipatus eſt Amalec.*

toria, † vbi aqua populo defuit ad bibendum. Profectique de

f Raphidim, caſtrametati ſunt in deſerto Sinai. Sed et de ſoli- 2
*a Vbi omnes concupiſcentiæ ſepeliuntur & mortificantur.*

g tudine Sinai egreſſi, venerunt ad ſepulchra concupiſcentiæ. 3

*in †Exo. 17. a

Profectique de Daphca veniunt in Alus id eſt labores. Nec miteris ſi ſanitatem ſequũtur labores, quia ideo ſanatur anima vt delectabiliter laboret & dicatur ei: *Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es, & bene tibi erit.*

Pſ. 12. 4

✻ AMB. Tria in hac maſione geruntur. Primo populus Dei gloriam intuetur. Nam ſcriptum eſt: *Et gloria domini apparuit in nube.* Secundo paſcitur carnib. Tertio cibatur manna de cęlo. Per quæ monemur quod qui in decima quieſcit manſione, id eſt, in obſeruatione legis, quæ per denarium ſignificatur, Dei gloriam conſpicit. Et idem carne & mana cœleſti paſcitur, hoc eſt, pretioſo Chriſti corpore. Merito autem beneficia hæc potiora in hoc loco præſtantur. Nam Halus labor interpretatur. Laboranti autem cõgruum eſt, ut domini gloria appareat.

Exod. 16.

e *Raphidim.* HIERONYMVS. Caſtrametati ſunt in Raphidim. Vndecima manſio, hęc in Exodo dicitur poſt profectionem de eremo Sin: In ea cõquerit populus ob ardorẽ ſitis, & fons de petra Oreb erũpit & profluit, tentationiſq; nomen ſortitur. Moyſes aſcendit in mõtẽ, Ieſus cõtra Amalec militat, & crucis ſigno ſuperatur inimicus. Remiſſis orantis manib. hoſtis victor inſequitur. Sedet Moyſes ſup lapidem Zacharię, q ſeptẽ oculos habet, & in Samuelis volumine appellat Abnezer, id eſt lapis adiutorii. vtramq; manũ eius Aaron & Hur, id eſt mõtanus & lucidus ſuſtinẽt. Deuicto aduerſario ſuperuenit Iethro, adducit Sephoram & vtroſq; filios, dat conſilium lxx. ſeniorum & in typũ eccleſiæ de gentib. congregatæ imminutio legis euãgelio ſuggerente cõpletur. Bene diſſolutio vel ſanitas fortium Raphidim dicitur, propter diſſipatũ Amalec, vel ſanatum Iſrael, uel remiſſio manuum iuxta Syros pp offenſam populi, qui contra dominum in hoc loco murmurauit. Poſt fermentum ergo Alus & Maſſan, eccleſiæ ſolent dæmonum tentamenta conſurgere.

E Vbi ſupra 11. mãſio. Exod. 17. b Zach. 3. d. Exod. 18. a 1. Reg. 7. c

ORIG. Poſt hæc veniunt in Raphidim, quę interpretatur laus iudicii. Bene laus ſequitur poſt labores ſed laus iudicii. Fit ergo digna laude anima quæ rectè iudicat & diſcernit, quæ ſcilicet ſpiritualiter diiudicat omnia, & a nemine diiudicat.

Vbi ſupra. Cor. 2. d.

✻ AMB. Quia Raphidim laus iudicii interpretatur, merito in eius manſione petra exhibet aquam, quia petra Chriſtus cuſtodiente iudicium, ſuæ aquam gratiæ exhibet. Nam ſcriptum eſt: *Beati qui cuſtodiunt iudicium.* Vincitur Amalec, quia iudicio dãnatur diabolus, docetur recta populi adminiſtratio, quia ſcriptum eſt: *Iudex ſapiens docet populum ſuum.* Hic eſt qui iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur.

Vbi ſupra de 42. manſionibus. Pſal. 105. Eccl. 10.

f *In deſerto Sinai.* HIER. Sinai duodecima mãſio. Statim tibi veniat in mõntẽ apoſtolorũ numerus. Vna de pluribus ſed maior omnib. non ſeparatur in ordine, præcellit in merito. Ad hanc xlvii. die perueniunt dicente ſcriptura, Menſe tertio egreſſionis filiorum Iſrael de Aegypto, in hac die tranſierunt in ſolitudinem Sinai, poſt peruenitur in deſertum Sina.

Vbi ſupra 12. manſio. Exod. 19. a

Sina quidẽ locus deſerti eſt, quẽ ſup. Sin nominauit. Sed hic magis locus montis, qin ipſo deſerto eſt, appellatur, qui ex vocabulo deſerti Sina dicitur. Poſtquã ergo laudabilis iudicii facta eſt anima, & rectũ cępit habere iudiciũ, datur ei lex a Deo, quia capax eſt diuinorũ ſecretorum, & cæleſtium viſionum.

g *Ad ſepulchra concupiſcentiæ, &c.* HIER. Tertia decima mãſio ☞ ſepulchra

Vbi ſupra 13. manſio. F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ frequenter habet ſinus magnos, vbi plus intrat terram, & ſic factum eſt hic, quia poſtquam filij Iſrael tranſito mari rubro ambulauerant per deſertum, venerunt ſuper vnum ſinum maris rubri, vbi fixerunt tentoria.

1 In Raphidim. *Vbi populo defuit aqua, &c. prout habetur* Exo. 17.

2 Sed & de ſolitudine. *Hic conſequenter enumerantur manſiones a monte Sinai excluſiue, vſque ad Cades incluſiue, & ſunt manſiones 21.*

3 Venerunt ad ſe. concu. *Sic enim vocatus eſt locus ille, quia ibi ſepultus eſt populus qui deſiderauerat carnes, ut dictum eſt ſupra 11. cap. Cætera patent in litera.*

2 Sed ✻ 1 Egreſſiq;

Profectique de sepulchris concupiscentię, castrametati sunt a in Haseroth. Et de Haseroth venerunt in Rethma. Profectiq; b de Rethmā, castrametati sunt in Remmonphares. Vnde e- c gressi venerunt in Lebna, & de Lebna castrametati sunt in d Ressa. Egressi de Ressa venerunt in Ceelatha. Vnde profecti e castrametati sunt in monte Sepher. Egressi de mōte Sepher ve f nerūt in Harada. Inde pficiscentes castrametati sunt in Mace g loth. Profectiq; de Maceloth venerūt ī Thahath. De Thahath h i

a Atria. b Sonitus vel iuniperus. Vt feruentes, s. spiritu, claro sonitu euangelium domini prædicemus. Iuniperus multo tempore conseruare ignem dicitur.

a Vnde profectus populus de Haseroth castrametati sunt in solitudine Pharan.

a Quod interpretatur ecclesia, vt vagi cursus ad ecclesiam referantur.

sepulchra concupiscentię. Est aūt sensus ille de euangelio, q̄ A dominus Iesus baptizat⁹, statim a spiritu deductus est in deser- [Matt. 4. a.] tū, & tentabatur a diabolo. Itaq; Israel post familiarem cum Deo sermonē, postquā iuxta mōtem Sinai cōmoratus ē, anno uno & dieb. quatuor, mira dispositione castrorū egressus est in solitudinem Pharan, quæ interpretatur onager vel feritas, ibique succumbit [supra 11.] malę bestiæ fastidiens cęlestem panem.

[Vbi supra] ORIG. Profecti de Sina, veniunt ad sepulchra concupiscentiæ, vbi scilicet sepultæ sunt & obrutæ cōcupiscentiæ, & extincta omnis cupiditas, ne vltra concupiscat [Gal. 5. c.] caro aduersus spiritū, mortificata s. morte Christi.

[Vbi supra] ✱ AMBR. Ex his docemur, vt qui conuersationem reliquimus seculi, & Aegyptias ollas, id est, carnalium desideriorum feruorem contempsimus, non debere murmurare ɔtra cęlestem panem, nec virulēta Aegyptiorū appetere, quæ sunt ma gnarū carnium, sed simplicem mannę cibum, id est puram & cęlestem vitam quærere, alioqui statim ira dñi. percussi torquebimur, desideria nr̄a vertentur in tumulos, vt simus sepulchra dealbata. In hac mãsione Moses ex pcepto Dei 70. seniores elegit, ei ad regendam plebē adiutores. Super quos spiritus descendit. Quod in typo factum est, qm̄ spiritussanctus ī die pentecostes Apostolis se infudit, ut ad laudandam Ecclesiam sapientes essent, & ad regendam fortes.

[Vbi supra 14. mãsio. supra 12. a] a *In Haseroth.* HIER. Quartadecima mãsio in Haseroth, quæ interpretatur atria. Ibi Aaron & Maria pp Aethiopissam contra Moysen murmurant, & in typū murmurantis contra ec- B clesiam de gentib. congregatam populus Iudæorum lepra pfunditur, nec redit ad tabernaculum cum pristina sanitate; donec statutum plenitudinis gentium tempus compleatur.

[Vbi supra] ORIG. Post hæc venitur in Haseroth, quod interpretatur atria perfecta vel beatitudo. Intuere viator diligentius quis sit ordo profectuum, postquam sepel eris & mortificaueris cōcupiscētias carnis, venies ad amplitudines atriorum, & venies ad beatitudinem. Beata est enim anima quæ iam nullis vitiis carnis vrgetur.

[Vbi supra 15. mãsio.] b *In Rethma.* HIER. Castrametati sunt in Rethma. Hæc est. 15. mansio. Et notandum quod reliquæ mansiones 18. quarum breuiter catalogus describitur, a Rethma usque ad Asiongaber, id est 32. mansionem sub Pharan solitudinis nomine continentur. In quib. 12. exploratores missi sunt ad terram sā- [supra 13. a] ctam, & botrus in ligno relatus, populus gigantes formidans [Ibi. 14. g.] murmurat, & contra Amalec pugnat & vincitur. In Dathan [& 16. e.] & Abirō & filios Core vindicta Dei pfert, virga Aarō germi- [& 17. b.] nat, vitula rufa in holocaustum crematur. Post sepulchra ergo concupiscentiæ & vestibula, transeundū est ad iuniperū, quæ diu calorem seruat, ut simus feruentes spiritu, & claro sonitu euangelium prędicemus.

[Vbi supra] ORIG. Inde uenitur in Rethma siue Pharan. Rethma visio consūmata interpretatur, Pharā vero os uisibile. Quid, nisi ita crescat aīa, ut cum desierit molestiis carnis vrgeri, visiones habeat cōsummatas, & rerū perfectam capiat intelligentiā? causas scilicet incarnationis uerbi Dei, & rationes dispensationum eius altius cognoscens.

[Vbi supra 16. mãsio.] c *In Remmonphares.* HIER. Mali punici diuisio, in quo significatur ecclesia quasi multa grana vno cortice contegi, dū omnem turbam credentium in fidei vnitatem concludit. Vel va- [Act. 4. f.] rietas & consonantia virtutum. vnde: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Sicque diuisi sunt singuli gradus, vt omnes eadem compage teneantur.

[Vbi supra] ORIG. Inde venitur in Rēmonphares, ubi s. diuinarū & cęlestium rerum a terrenis & infimis discretio fit. Crescente. n. intellectu aīæ, notitia ei excelsiorū prębetur, & iudicium datur quo sciat a temporalib. ęterna, & a perpetuis caduca separare.

[17. mãsio.] d *In Lebna, &c.* Laterē s. In hoc enim trāsitu nūc crescimus, nunc decrescimus, post multos profectus sępe ad laterem, id est carnalia opera redimus. Post hæc venitur in Lebna, q̄ in- [Act. 23. a. Mat. 23. c. Psal. 50. b. Esa. 1. e.] terpretatur dealbatio. Scio in aliis dealbationē culpabiliter poni, vt cū dicit) paries dealbatus, & monumenta dealbata. Hic C aūt dealbatio est, de qua dicitur: *Lauabis me, & super niuem dealbabor. Et si fuerint peccata vestra sicut phęnicium, ut niuē dealbabo.* Et alibi: *Niue dealbabuntur in Selmon.* Et vetusti dierum capilli dicū D tur esse cādidi, id est albi sicut lana. Hęc igitur dealbatio ex [Psal. 97. e.] splendore veræ lucis intelligitur prouenire, & ex visionum cęlestium claritate descendere.

[18. mansio] e *In Ressa.* Fręna scilicet. Si enim ad lutulenta opera descendimus infrenandi sumus, & cursu vagi atq; præcipites scripturarum retinaculis dirigendi.

[Vbi supra] ORIG. Post hæc fit mansio in Ressa, q̄ est visibilis vel laudabilis tentatio. Quamuis enim grandes habeat profect⁹ anima, tamen tētationes nō auferuntur ab ea, quia quasi custodia & munimē sunt ei. Sicut enim caro, si sale non aspergitur, corrumpitur, ita aīa si tentatione non salitur continuo resoluitur. Vn- [Leuit. 2. d.] dictum est q̄ omne sacrificium sale salietur. Hinc Paulus ait: [2. Cor. 12. b] *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ,* hęc ergo est visibilis vel laudabilis tentatio.

[Vbi supra 20. mãsio.] f *In monte Sepher.* HIER. Pulchritudinis. Mons autē pulchritudinis est Christus. Vicesima mãsio in mōte pulchritudinis constituta est, de qua dicitur: *Domine quis habitabit in tabernacu-* [Psal. 14. a.] *lo tuo, &c.* Vides quid prosint fræna, a vitiis nos retrahunt, ad virtutum choros introducunt, & in Christo monte pulcherrimo habitare faciunt.

[Hom. 27.] ORIG. Alia litera. Inde venitur in montem Sepher, quod tubicinatio dicitur. Tuba signū belli est, vbi. n. se tantis ac talib. virtutib. armatā sentit aīa, necessario procedit ad bellum quod est ɔtra principatus & potestates, & huius mūdi rectores. Vel tuba canit in uerbo Dei, doctrinæ scilicet & prædica- [Ephe. 6. b.] tioni, vt qui audierit tubam, præparare se possit ad bellum.

[Vbi supra E Ephes. 6.] ✱ AMB. Animo a tentatio ita est, ad ardua quippe nos inuitat, nempe ad bella asperrima, & ɔtra fortissimos & sæuissimos hostes, de quib. Apostolus. *Non est nobis lucta, &c.* Hoc autem, quia Astaphar, tubæ clangor, seu buccinatio est, quod ē belli signum. Nec immerito, quoniam anima superiorib. mãsionib. tot tantisque virtutib. se cernens armatam, contineri non potest, quin procedat in mediū, & se ad certamina nedū offerat, sed paratam se præferat, & tubarum clangore reliquos etiam prouocet.

[Vbi supra 21. mansio] g *In Harada.* HIER. Miraculum. Et nota ordinem, post frenos in ecclesiā intromittimur, inde ad montē Christi ascēdimus, in quo positi miramur quæ nec ocul⁹ vidit, nec auris audiuit.

[Vbi supra 1. Cor. 2. c.] ORIG. De monte Sepher venerunt in Harada, quod interpretatur idoneus effectus, ut scilicet dicat: *Idoneos nos fecit ministros noui testamenti.*

[Vbi supra] ✱ AMB. Adest pulcher ordo, sed obseruandi sunt proficientiū gradus. Nam vbi anima tentationem superauit, vires inferiores premere audet, & ubi super eis imperiū se habere conspicit, aduersariis potestatib. insultat, earumq; potentias nedū non timet, sed ad certamen prouocat. Nunc aūt de uictoria secura ascendit in Arada, id est, gloriatur ī domino se idoneā effectā, & dicit cum Apostolo: *Sufficientia nr̄a ex Deo est, &c.*

[2. Cor. 3.] h *Maceloth.* Cœtus. hæc est ecclesia de qua dicitur. *Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Vel consonan- [1. Cor. 3. h] tia omnium virtutum.

[22. mãsio Ps. 132. a.] Inde venitur ad Maceloth, qđ interpretaē ab initio. Cōtemplatur. n. q ad pfectionē tēdit initiū rerū, imo cūcta ad eū refert q erat in principio apud Deū, nec ab illo vnquā recedit initio.

Ex hac venitur in Maceloth, q̄ est principatus vel uirge; vtroq; potestas indicatur, & quod anima eousq; profecerit, vt dominetur corpori quasi tenens uirgam potestatis, imo toti mundo, cum dicit: *Mihi mundus crucifixus est, &c.*

[Gal. 6. d. 23. mãsio.] i *Thahath.* Pauor, qui est custos beatitudinis, ut qui tm̄ ascendit, non superbiat. Quasi venisti ad ecclesiā, ascendisti ad mōtē pulcherrimū, stupore & miraculo tuo Christi magnitudinem cōnteris. Vides ibi multos virtutis socios. *Noli altum sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Timor uirtutū custos, securitas la- [Rom. 12. a] bilis. Vnde. *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Hoc [Psal. 22. a.] est dum tormenta formido, gratiam acceptam seruo.

[Vbi supra] ORIG. Post hęc fit mansio in Thahath, quod est confirmatio vel patientia. Necesse est enim eum qui vult aliis prodesse multa pati, & cuncta patienter ferre. vnde: *Ego enim ostendam* [Act. 9. c.] *ei, quanta oporteat eum pati pro nomine meo.* F

AMB.

✱ AMB. Thare latine interpretatur stupor, Græce ecstasis quæ est vehementis cuiusdam admirationis species ex arduarum & insolitarum rerum visione proueniens. Nam in reb. insolitis & naturæ impossibilibus mens stupet. Quod Daniel clarius expressit dicens, *Stupebam visionem, & non erat intelligens*. Et quia in his mansionibus multa admirabilia edita sunt opera, quorum causas non potest humana mens ratione comprehendere, ideo tandem venitur in Thare, hoc est, in stuporem.

a castrametati sunt in Thare: Vnde egressi fixere tentoria in b Metcha. Et de Metcha castrametati sunt in Hesmona. Profectique de Hesmona venerunt in Moseroth. Et de Moseroth castrametati sunt in Beneiaacan. Egressique de Beneiaacan, venerunt in montem Gadgad. Vnde profecti castrametati sunt in Ietebatha, & de Ietebatha venerunt in Hebrona. Egressique de Hebrona, castrametati sunt in Asiongaber. Inde profecti venerunt in desertum Sin: Hęc est Cades. Egressique de Cades castrametati sunt in monte Hor, in

a Expeditio vel accinctio vel nuntius vel concisio horum. quicquid magister facit in monte consistit. Vel Galgath. Vel Galgad.

Tricesima mansio.

a Hier. Sancta per anthiphrasin.

a *Chastrametati sunt in Thare*. HIERONY. Id est malitia, vel pastura secundum quosdam. Nec errarent si per Aim literam scribere tur. Sed quia aspiratio duplex in extrema syllaba est, erroris causa manifesta est. Eodem vocabulo & eisdem literis patrē Abrahe scriptum inuenio, qui in apochrypho parui. Geneseos voluminis, abactis coruisqui hoium frumēta vastabāt, abactoris vel depulsoris sortitus est nomē. Imitemur ergo Thare, & volucres iuxta viam triticū deuorantes prohibeamus. Nā, & Abraham patriarcha in typo Israel sacrificia per mēbra diuisit, & volucres abegit, & contemptorem oculum effodiunt corui de conuallib. eiusque Moyses ducit Aethiopissam, & Helias a coruis pascitur.

ORIG. Inde venitur ad Thare, quod est contemplatio stuporis, id est extasis cum alicuius magnę rei stupescit animus admiratione.

HIER. Thare malitia vel pastura, quod ad præpositos ecclesiæ, vel ad custodiam animæ refertur, vt sollicitus sit qui pascit, ne diabolus in caulas ouium, id est ecclesias aliquo uitiorum foramine se ingerat.

b *Methoca*. HIER. Dulcedo. Quasi ascendisti in excelsum mōtem patris, & miratus es virtutum choros, timuisti ruinā, ab iecisti insidiatores, ideo dulcis te fructus laboris insequitur, vt dicat Psal. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua*. Samson qui abegerat a fructibus suis aues, & vulpes quæ extermināt vineas colligauerat, leonem quoque interfecerat rugientem, fauū inuenit in ore mortui.

Post hæc venerunt ad Mercha, quod interpretatur noua. Mors autē noua est, quando Christo cōmorimur & consepelimur, vt conuiuamus ei.

✱ AMB. Metcha, latine dicitur noua mors. Triplicem autem mortē legimus in scripturis. Vna est corporis. Alia animæ, qua peccati contagio anima infecta moritur, nō quidem in sui substantia, sed in Dei viuificatrice gratia. Nam merito peccati, Deo recedente, spiritualē anima vitā amittit. Tertia est culpæ, qua carnis cōcupiscentia morit, vt mens Deo uiuat, de qua Apostolus: *Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati*. Vna igitur mors est naturalis, alia pœnalis, tertia spiritualis. Hāc postremā designat Metcha, q noua mors dicitur, quia veterem innouat hominem.

c *Hesmona*. quæ interpretatur festinatio, quia post dulces fructus laboris non debemus esse otiosi, sed obliti præteritorum in futura nos extendamus.

ORIG. Inde ad Seman venitur, qđ os vel ossa significare dicitur, in quo virtus & robur patientiæ declaratur.

✱ AMB. Viatorib. autē celeritas aptissima est. Ideo pascha præcipitur manducari festinanter. Hinc Apostolis mandatū est: *Neminem per uiam salutaueritis. Maledictus item, qui facit opus Dei negligenter*.

d *Moseroth*. HIE. Vincula, vel disciplina. Vt magistrorum teramus limina, & pcepta virtutum ac mysteria scripturarum, vincula putemus esse æterna ꝯ diaboli potestatem & vincula. Quib. diruptis vicit hostes Samson De quibus dr: *Dirupisti uincula mea*. Qui vinculo Christi fuerit ligatus, dicet: *Sinistra eius sub capite meo & dextera eius amplexabitur me*.

ORIG. Inde ad Mosoroth, quod est excludēs, vt iam excludat suggestiones contrarii spiritus de cogitationib. suis vnde: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimittas*. Tenendus est ergo locus, & excludendus aduersarius, ne inueniat locū in corde nostro. vnde: *Nolite locū dare diabolo*.

e *Beneiaacan uenerunt &c.* HIERONYMVS. Filii necessitatis vel stridoris xxviii. mãsio. Nota numerū qa si ab vno incipias, & paulatim addēs ad septimum usque peruenias, vicesimus octauus efficitur.

IDEM. Beneiaacan interpretatur filii necessitatis uel stridoris. De his filii dicitur: *Afferte domino filios arietum*. Cum autem diuinis scripturis fueris eruditus, & leges earum & testimonia scieris esse vincula charitatis, & contendens cum aduersariis ligabis eos, & vinctos duces in captiuitatē, & de hostib. & captiuis efficies liberos Dei. Et filii stridoris timore supplicii, vbi est fletus & stridor dentiū, deserentes vincula diaboli, Christo colla submittent.

ORIG. Post hæc venitur ad Beneiaacan, quod significat fontes vel excolationes, vbi diuinorum verborum fontes haurit, vsquequo excolet eos bibendo, vbi nec minimum quidē mandatum prætereat, imo nec vnum iota, aut vnus apex de verbo Dei in intellectu eius habeatur otiosus.

f *Montem*. HIE. Gadgad vel Galgath, interpretatur nuntius, vel actio vel concisio. Non. n. possumus facere filios necessitatis, nisi pceptores eorum īterfecerimus, nec parcat manus nostra armum aut extremum auriculæ extrahere de ore leonis, & nuntiauerimus præmia futura, & accinctos esse in rebellando docuerimus. vnde: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter, & prohibet gladium suum a sanguine*. Et Dauit: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*.

ORI. Post hæc venit in Gadgad, qđ interpretatur tentamētum vel cōstipatio. Fortitudo quædam in Deo & munimen est animæ tentamentum. Ita. n. virtutib. admiscetur, vt videatur absque eo nec decorę esse nec plenæ, & ideo proficiscentib. ad uirtutum uarię & frequētes mansiones in tentationib. fiunt. Quas cum trāsieris, applicabis in Ietebatha. Ietebatha interpretatur bona. Ad bonum ergo non nisi post tentationū experimenta venitur.

g *Ietebatha*. HIE. Bonitas quę est Christus, vt cum venerimus ad perfectū virum sacerdotalem gradum & ætatem plenitudinis Christi, in qua Ezechiel erat iuxta fluuium Chobar, possumus cum Dauid in xxx. psalmo canere: *Domine in te speraui non confundar in æternum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus suis*.

h *Hebrona*, HIE. Transitus id est mundus. *Præterit enim figura huius mundi*, in quem venientes sancti cupiunt ad meliora transire. Ad hanc mansionem venit verus Hebræus, id est transitor, qui dicere potest: *Transiens, videbo visionem hanc magnam*. unde: *Et non dixerunt qui præteribant, benedictio domini super vos*.

ORI. Inde applicauerunt in Hebrona, quod est transitus. Transeunda. n. sunt omnia, quod etiam si ad bona venias, oportet te ad meliora transire, vsque ad illud bonum venias, in quo semper debeas permanere.

i *In Asiongaber*. HIE. Asiongaber ligna viri. Quæ s. saltuum et omniū arborū genera, possunt multitudinem gentium figurare. Hucusq; solitudo Pharan xviii. continet mansiones, quę descriptæ in catologo in superiori itinere non ponuntur.

ORI. post hęc venit ad Asiōgaber, qđ interpretatur cōsilia uiri. Si q̃s desiit puer esse sensib. puenit ad cōsilia viri sicut ille q dicebat: *Quādo aūt factus sum vir, euacuaui quæ erāt paruuli*. Sūt ergo magna consilia viri. vnde: *Aqua alta consiliū in corde viri*.

k *In desertum &c.* HIE. Quæritur cur octaua s. mansio xxxiii. dicatur. Sed sciendum quod prior scribitur per Samech literam, & interpretatur rubus uel odium. Hæc autem per Sade, & interpretatur mandatum, Cades nō (vt plerique estimāt) sancta dicit, sed mutata vel translata. vnde id Gen. hiras inter rogat f.

Marginalia: Ecstasis quid. Daniel 8. Vbi supra 24. mãsio. Gen. 11. d. Matt. 13. a. Gen. 15. c. Prou. 30. c. fin. a. 12. a. 3. Reg. 17. a. Vbi supra. Vbi supra. 25. mãsio. Psal. 118. Iudic. 15. a. Ibid. 14. b. Vbi supra. Triplex mors. Rom. 6. Rom. 6. a. 26. mãsio. Vbi supra. Vbi supra. Exod. 12. Luc. 10. Hier. 48. 27. mãsio. Iudic. 16. b. Ps. 115. b. Cant. 2. b. Vbi supra. Eccl. 10. a. Ephes. 4. f. Vbi supra 28. mãsio. Psal. 28. a. Vbi supra. Matt. 21. b. Matt. 25. b. Vbi supra 29. mãsio. Hier. 28. b. Ps. 100. b. Vbi supra. Vbi supra 30. mãsio. Ezech. 1. a. Ioan. 10. b. Vbi supra 31. mãsio. 1. Cor. 7. f. Exod. 3. a. Psal. 128. a. Vbi supra. Ad fab. de 42 mans. 32. mãsio. Homi. 27. 1. Cor. 13. d. Prou. 20. a. Vbi supra 33. mãsio. Quæstio. Gen. 38. c.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ Egressique de Cades. *Hic describuntur mansiones a Cades vsque ad Iordanem exclusiue, & sunt nouem mansiones.*

1 Castrametati sunt. *Ista est prima post egressum de Cades.*

✱ 1 Ascen-

Pro gat ſm Hebraicã veritatem, vbi eſt Gadeſa i. ſcortũ, cui' habitus a cæteris fęminis mutatus eſt. Sin autem ſancta interpretatur per antiphraſin, ſicut parcæ dicũtur, quia minime parcunt, & bellum, quia non eſt bonum, & lucus quia non lucet. In hac enim manſione moritur Maria, & ſepelitur, & propter aquas contradictionis Moyſes & Aaron effundunt dominum, & prohibentur tranſire Iordanẽ, Miſſisque nuntiis ad Edom, tranſitus petitur & negat. Quis timeret poſt tantos profect' murmur populi, & offenſam magiſtrorũ, & vitę tranſitus denegatos? Et nota quod poſt mortem prophetæ & aquas contradictionis Idumæum carneum atquæ terrenũ tranſire non poſſunt. Sed egreditur Edom aduerſus eos ĩ populo multo, & ĩ forti manu. Interpretatio quoque nominis, morti, & offenſæ, & negato trãntui ꝯuenit, ubi .n. mandatum, ibi peccatum, vbi peccatum, ibi offenſa, vbi offenſa, ibi mors. De hac mãſione dicitur: *Cõmouebit dominus deſertum Cades.*

(ſupra 2. a — ſup. 20. d — Rom. 5. b)

quia duas manſiones prętermiſerat, quas cum in ſupputatione tacuerit, reddit eas in ſumma. In his Aaron mortuo populus murmurat cõtra dominũ & Moyſen, manna faſtidiunt, a ſerpentibus vulnerantur.

ORIGEN. Sequitur poſt hæc manſio Salmona, quod interpretatur vmbra portionis. Hæc puto eſt umbra, de qua dicitur: *Spiritus vultus noſtri Chriſtus dominus, cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus.* Illa quoque vmbra ſimilis eſt huic de qua dicitur: *Spiritus domini obumbrabit tibi.* Vmbra ergo portionis noſtræ quę nobis opacitatem præſtat ab omni æſtu tẽtationũ, Chriſtus eſt, & ſpiritusſanctus.

(Vbi ſupra — Tre. 4. d. — Lu. 1. d.)

HIER. Salmona imaguncula, quia ibi expreſſa eſt imago ſaluatoris per ſerpentem æneum qui in ligno pependit.

(Vbi ſupra)

a extremis finibus terrę Edom. † Aſcenditque Aaron ſacerdos [1] in montem Hor iubente domino, & ibi mortuus eſt anno quadrageſimo egreſſionis filiorum Iſrael ex Ægypto, menſe quinto, prima die menſis, cum eſſet annorum centum vi-b gintitrium: Audiuitque Chananæus rex Arad, qui habitabat [2] ad meridiem, in terram Chanaan veniſſe filios Iſrael. Et c profecti de monte Hor, caſtrametati ſunt in Salmona, vn-d de egreſſi venerunt in Phunon. Profectique de Phunon ca-e ſtrametati ſunt in Oboth, & de Oboth venerunt in Ieaba-[3] f rim, quæ eſt in finibus Moabitarum. Profectique de Ieaba-g rim fixere tentoria in Dibongad. h Vnde egreſſi, caſtrametati

a Aceruus lapidum tranſeuntium, id eſt ſanctos per hoc ſeculum ad alias manſiones tranſeuntes.

a Fortiter intellecta tentatio.

ORI. Hinc iterum Sin. i. tẽtatio, quia nec aliter expedit hoc iter agere. Aurifex .n. vas neceſſarium facere volens frequenter admouet igni, ſubdit malleis, raſoriis perſtringit, vt purgatius fiat, & ad ſpeciem quam proſpicit artifex, perueniat.

(Vbi ſupra.)

ORI. Poſt hæc venerunt ad Pharan Cades, qđ eſt fructificatio ſancta. Vides quo venitur, vides, quia poſt tentationis ſulcos fructificatio ſancta ſubſequitur. *Hor.* HIE. Quidam interpretantur lumen, nec errarent ſi per Aleph literam ſcriberet, alii pellem, qui verum dicerent ſi ibi eſſet Ain. Nonnulli foramen, quod poſſet accipi ſi Heth haberet elementum. Cum autem legatur per He, magis mons intelligitur. Et legi poteſt Aſcendit Aaron ſacerdos in montis montem, id eſt in verticem eius. Et nota. Non in monte ſimpliciter, ſed in montis monte moritur pontifex, vt dignus locus meritis illius monſtraretur. Alius .n. in valle, alius in cãpis, alius moritur in monte, alius in monte montis.

(Vbi ſupra. — Vbi ſupra 34. mãſio. — ſupra 20. d)

Inde applicatur in monte Hor, qđ interpretatur mõtanus. Venit .n. ad montem Dei, vt fiat mons vber, mons coagulatus. Vel ab eo quod ſemper in monte Dei habitet, dicatur montanus.

a *Aaron ſacerdos in, &c.* ISID. Eodem anno mortuus eſt Aaron, quo nouus populus terram promiſſionis intraturus erat. Et quanquam in monte Eleazaro ſacerdotio dereliquerit, & lex eos qui eam impleuerint, perducat ad ſummum, tñ ipſa ſublimitas non eſt trans fluenta Iordanis, ſed in extremis terrenorum operum finib. Et planget eum populus xxx. diebus. Aaron plangitur, Ieſus non plangitur. In lege deſcenſus ad inferos, in euangelio ad paradiſum aſcenſio.

(ſupra 21. a)

b *Audiuitq;* ISIDORVS. Audiuit quoque Chananæus, quod veniſſet Iſrael & in loco exploratorum vbi quondam populũ oſtendiſſe nouerat, iniit prælĩu & captiuũ duxit Iſrael. Rurſum in eodẽ loco expugnatur, ex voto victor vincitur, ſuperat victi. Per quod intelligimus, vt cũ nos auxilio Dei deſtitutos hoſtes captiuauerint, non deſperemus ſalutem, ſed iterũ pugnemus. Pôt fieri vt vincamus, vbi victi ſumus. Appellaturq; nomen loci illius Horma, id eſt anathema.

c *In Salmona:* HIE. Caſtrametati ſunt in Salmona, deinde in Phunon. Hæ duæ manſiones 35. & 36. in ordine hiſtoriç non habentur, ſed ſcriptum eſt pro eis: *Egreſſi de monte Hor per viã maris rubri, vt circumirent terram Edom.* Ex quo oſtenditur in finibus & in circuitu terræ Edom eas poſitas. Nec de more legitur, profecti de monte Hor caſtrametati ſunt in Salmona vel in Phunon. Sed poſt ambitum terræ Idumæorum uenit ad extremum & ait: *Profecti filij Iſrael caſtrametati ſunt in Oboth.* Nec dixit, profecti ſunt de illo loco in illum locum, quia

(Vbi ſupra 35. mãſio. — ſupra 21. b — ſupra 21. c)

d *Phunon.* Os, quia cũ paſſionẽ filii Dei cognoſcimus, qđ corde credimus, ore pronuntiamus, ſecundum illud: *Corde creditur ad iuſtitiam, &c.*

(36. mãſio — Rom. 10 b)

ORIG. Hinc uenitur ad Phunon qđ putamus eſſe oris parcimoniã, qui .n. potuerit myſterium Chriſti & ſpiritusſancti intueri, & viderit vel audierit quæ nõ licet homini loqui, necessario habebit oris parcimoniam, ſciens quib. quando, uel quomodo de myſteriis diuinis oporteat loqui.

(Vbi ſupra — 1. Co. 12 b.)

e *Oboth.* Magi vel phytones, quia poſt imaginem Dei quæ in corde ratione mõſtrat, & confeſſionem fidei q̃ ore profertur conſurgunt ſerpentes, & maleficæ artes ad bella nos prouocant. Sed oĩ cuſtodia ſeruãtes cor noſtrum, obturemus aures noſtras, ne audiamus voces incantantiũ & carmina ſirenarũ.

(37. mãſio. — Prou. 4. d.)

ORIG. Poſt hoc venitur in Oboth. Cuius nominis quãuis non inuenerimus interpretationem, non dubitamus ſicut in cæteris, & in hoc conſequentiam profectuum conſeruari.

(Vbi ſupra)

f *Ieabarim.* ✱ AMB. Ieabarim aceruum lapidũ trãſeũtium ſonat, quod eſt Eccleſia iuſtorum. Lapides .n. tranſeuntes iuſti ſunt. Hi namque pp eorum firmitatem lapides appellantur, de quib. Petrus, iuſtis vero firmitas attribuitur, quia nec fluẽunt, nec circunferantur omni uento doctrinæ. Tranſeuntes etiã dicuntur, quia ſecundum Apoſtolum cõfitentur, qđ hoſpites & aduenæ ſint. Denique eccleſia merito aceruus lapidum dicitur, quia ipſa eſt columna & firmamentum ueritatis.

(Vbi ſupra)

g *In finibus.* Significat ſm literam, quod hucuſq; fuerunt in finibus Idumæorum, & nunc ueniunt ad terminos Moab.

ORIG. Sequitur poſt hæc manſio Gai. i. Chaos, Appropiat .n. per hos perfectus ad finum Abrahæ qui ait: *Inter nos & uos magnum Chaos firmatum eſt.* vt cum Lazaro requieſcat.

(Vbi ſupra 38. maſio. Luc. 16. g.)

h *In Dibongad.* HIE. Dibongad xxxix. manſio. Pro hac in ordine hiſtoriæ legitur, quia poſtquã caſtrametati ſunt in Ieabarim in finib. Moab ꝯ ortum ſolis, inde profecti ſunt & deuenerunt ad torrentem Zared, & inde proficiſcentes caſtrametati ſunt trans Arnõ, q̃ eſt in ſolitudine finium Amorrhæi, eo ꝙ Arnon in terminis ſit Moabitarum & Amorrhæorũ, poſt Dibongad bellum geritur cõtra Sehon Regẽ Amorrhęorũ & Og regem Baſan. Vnde diſcimus quia cum venerimus ad ſummum, non ſuperbiamus, ſed econtrario ſolitudinẽ nobis propoſitam nouerimus.

(Vbi ſupra 39. maſio.)

ORI. Inde venitur iterũ ad Dibongad, quod interpretatur apiariũ tentationum. O mira prouidentiæ cautela diuinæ. Iã viator cæleſtis ſummæ pfectioni pximus ſit ſucceſſione uirtutum, & tñ ei tentamenta non deſunt, ſed noui generis audio tentamenta. Apis laudabile animal in ſcripturis eſt, cuius laborib. & reges & mediocres ad ſanitatẽ vtũtur, quod recte de verbis prophetarum & apoſtolorum, & omnium qui ſacra volumina ſcripſerunt, accipitur. Et hoc eſſe apiarium omnem numerum ſcilicet diuinarum ſcripturarum puto. Eſt ergo

(Vbi ſupra. — Apis. — Eccl. 11. a.)

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Aſcenditque Aaron, &c. *Et ibi mortuus eſt ſicut dictũ fuit ſupra xx. c. Dicunt tamen aliqui ipſum mortuum fuiſſe in Moſeroth, ſicut dictum fuit ibidem.*

a Audiuitque Chananæus. *Scilicet mortẽ Aaron & aduentũ filiorum Iſrael, & ex morte Aarõ quæ acciderat, fuit audacior ad inuadendum filios Iſrael, quia credebat diuinum adiutorium ab eis elongatum eo quod Aarõ qui orabat pro populo, et offerebat ſacrificia, mortu' erat.*

3 Venerunt in Ieabarim quæ. *In Hebræo habetur:* בעיי־העברים in iiehaabarim. *i. in ſolitudines Abarim, eſt enim Abarim nomen*

ergo his qui ad perfectionẽ tendunt, etiam in hoc apiario tentatio. Video in hoc apiario tentationem, cum dicitur: *Vide ne aspiciens solem & lunam, adores ea quæ sequestrauit dominus Deus tuus gentibus.* Et alibi: *Deos non maledices.* Et in nouo testamẽto, *Quid me vultis occidere hominem, qui veritatem locutus sum vobis?* Et alibi: *Propterea in parabolis loquar eis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, &c.* Apostolus quoque ait: *In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium* & multa huiusmodi tentamento in diuino apiario inuenies, ad q̃ necesse est venire vnumquenq; sanctorum, vt etiam per hæc quam perfecte & pie de Deo sentiat, cognoscatur.

a sunt in Helmõdeblathaim. Egressiq; de Helmondeblathaim, b venerunt ad montes Abarim cõtra Nabo. Profectiq; de montibus Abarim transierunt ad campestria Moab supra Iordanem cõtra Iericho: Ibiq; castrametati sunt de Bethsimoth vsq. ad Abelsatim in † in planioribus locis Moabitarũ, vbi locutus est dominus ad Moysen: Præcipe filiis Israel, & dic ad eos:

a *Helmon deblathaim.* Qđ interpretatur cõtẽptus palatorum, vel opprobriorũ, vt intelligamus oĩa dulcia & illecebras voluptatũ in hoc seculo contẽnẽdas, & opprobria diligenda. Quæ si falso obiiciatur, beatitudinem pariunt. Mel non offertur in sacrificiis Dei, & cera q̃ dulcia continet, in tabernaculo nõ lucet, sed oleũ purissimum quod de oliuæ profertur amaritudi *Mel.n. distillat de labiis meretricis.* de quo puto mystice gustasse Ionathan, vix populi precibus liberatum.

ORIG. Post hęc venitur in Helmondeblathaim, qđ interpretatur contẽptus ficum. i. vbi cõtemnatur penitus terrena. Nisi enim contempta fuerint quæ delectare videntur in terris, ad cælestia transire non possumus.

✱ AMB. Helmondeblathaim, contẽptus ficuum. Ficus namque dulcedinem ostendunt. Vnde Hieremias vidit bonas valde. Et saluator noster esuriens, Scribarum Pharisæorum que amaritudines deserẽs, accessit ad arborẽ fici, vt saltem in plebe aliquã inueniret dulcedinẽ, & cum non inuenisset nisi folia tantum, maledixit ei. Contemptus ergo terrenarũ delectationum ad cęlum properanti necessarius est.

b *Venerunt ad montes Abarim contra Nabo, &c.* Quadragesima prima mansio vertitur in montes transeuntium, & est cõtra faciem montis Nibo.

Sequitur mansio Abarim, qđ est transitus, ꝯ Naban, quod est abscessio. Vbi.n. per hęc oẽs virtutes anima transierit, & ad summum perfectionis ascendit, transit iã de seculo, & abscedit sicut Enoch, qui non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. Quod si videatur adhuc in seculo esse, & in carne habitare, tñ non inuenitur in vllo seculari actu, quia transtulit illum Deus in regionem virtutum.

HIE. Hic moritur Moyses, terra promissionis ante cõspecta. Nabo interpretatur conclusio, in qua finitur lex, & nõ inuenitur eius memoria, sed gratia euangelii sine fine perseuerat. Et notandum, ꝙ mansio transeuntiũ in montibus sita est & adhuc pfectu indiget, Post montana.n. ad campestria Moab & Iordanis fluenta descẽdimus, qui interpretatur descensio. Nihil.n. tã periculosum quam gloriæ cupiditas & iactantia, & animus conscientia virtutum tumidos.

c *Ad campestria Moab.* HIE. In quadragesima secunda mãsione quæ extrema est, residẽs populus benedicit a Balaã, & maledictio mutatur in laudes, fornicatur cũ filiabus Madian, et Phinees fornicantes pugione transfigit, Numeratur rursus populus, numerant & Leuitę, vt interfectis pessimis, nouus Dei populus censeatur. Filiæ Salphaat hæreditatẽ iudicio domini accipiunt inter fratres, nec fœmineus sexus a possessione dñi excluditur. Iesus Moysi in monte succedit, & discita legeq̃ spiritaliter debeat offerre in ecclesia, qd per singulos dies, qd in sabbatho, quid in calendis, qd in pascha, quid in penteceste, quid in neomeniis mensis septimi, quid in ieiunio eiusdẽ mensis die decimo, qd in scenophegia quando figũtur tabernacula. Quintodecimo die mensis eiusdem, vxorum & filiorum vota fine auctoritate & patrum & virorum, cassa memorantur. Bellum contra Madianitas, mors Balaam, prædæ diuisio, & oblatio ex ea ĩ tabernaculo Dei. Ruben & Gad & dimidia trib. Manasse circa Iordanẽ in eremo possessionẽ accipiunt. Plurima.n. habebant iumenta, nec adhuc poterant habitare in tẽplo. Docetur populus vt in terra sancta idola destruat, & nullus de prioribus habitatorib. seruetur. Describitur olim cupita prouincia, & duarum & semis tribuũ hęreditas separatur, numerantur tribuum principes q̃ terrã sanctam intrare debeant, quadragintaduas vrbes cum suburbanis suis vsq; ad mille passus per circuitum Leuitæ accipiant, quot sunt s. mansiones. Adduntur sex vrbes fugitiuorum, tres intra Iordanem, & tres vltra, vt sint quadraginta octo, qui fugitiuorum fuite pi, qui interfici debeant, & vsq; ad mortem summi põtificis reseruati. Succedit Deuteronomiũ secunda lex meditatorium euangelii. Ibi breuiter discimus q̃ inter Phaã & Thophel & Laban & Haleroth & loca aurea abiecto Iuda infelicissimo ii. dieb. in via de Choreb per uiam montis Seir usque Cadesbarne Moyses populo sit locutus: Et extremum canat canticum in quo synagoga proiicitur, & ecclesia domino copulatur. *Impinguatus est & incrassatus ac dilatatus & recalcitrauit dilectus, & oblitus est Dei salutaris sui, &c.* Benedicuntur filii Israel, & rursus in Simone Iudas miserandus excluditur. Ascendit Moyses ad montem Nabo in uertice Phasga, qui est contra Iericho, & ostendit ei dominus omnem terram Galaad usq; ad Dan, & Nephtali, Ephraim, & Manassen, & vniuersam terram Iuda vsque ad mare magnum contra austrum, & regionem campestrem Ierichontis ciuitatis palmarum usque Phegor. Quis potest tanta mysteria nosse? Quis in extremis legis & huius vitæ finib. constitutus non intelligit semp sibi esse pugnandum, & tunc plenã victoriam dari, si fuerit in campestribus Abelsatim, quod interpretatur luctus spinarum, & fleuerit antiqua peccata, & spinas quæ suffocauerunt sementem verbi. Dei de quibus dicitur. *Versatus sum in miseria, dum mihi configitur spina.*

ORIG. Vltima mansio est ab occidente Moab iuxta Iordanem. Hic.n. cursus propterea agitur, vt perueniat ad flumen Dei, sapientiæ. s. & scientiæ, vt purificati terram promissionis intremus. In literario ludo vbi pueri elementa suscipiunt, alii dicuntur abecedarii, alii syllabarii, alii nominarii, alii calculatores. Et cum audierimus hęc oĩa, puerorum profectus agnoscimus. Similiter in liberalibus studiis, cum locum recitare vel locutionem vel laudem, uel alias per ordinem materias audierimus ex materiæ nomine pfectũ adolescentis aduertimus. Per hæc ergo locorũ quasi materiarum nomina in diuinis eruditionibus profectus indicant. Et sicut illi in singulis immorãtes quasi mansiones faciunt, & de vna ad aliam tendunt, ita hic mãsionũ nomina & profectiones ab vna vsq; ad aliam

Deute. 4. a & 17. a. Exo. 22. d. Io. 8. e. Matt. 13. b. 2. Cor. 4. a. † campestribus. Leuit. 2. c. Exo. 27. d. Prou. 5. c. 1. Reg. 14. d Vbi supra. 41. mansio. Gen. 5. e. Vbi supra. Vbi supra 42. mãsio. Epilog' gestorum 42 mãsionis. Supra 24. a Supra 25. b Supra 26. a. Sup. 28. 29. Supra 30. a Supra 31. a Supra 32. a Deute. 1. a Deut. 32. a Ibidem a. Deut. 33. a Deut. 34. a Matt. 13. a Psal. 31. a. Vbi supra. Nota de studio literario. Mãsionũ numerus. Diuisio.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ montis iuxta quem sunt solitudines, in quib. fuerant tentoria 9.

1 Supra Iordanem contre Iericho. *Ita quod Iordanis fluuius erat inter exercitum filiorum Israel & Iericho, quæ est ciuitas terræ promissionis.*

2 Ibique castrametati sunt de Bethsi. usque ad Abelsatim. *In hoc ostenditur quantum spatium tenebat exercitus. s. de vno istorum locorum vsque ad alium. Dicit autem Rab. Sal. quod sunt ibi 12. milliaria; Sed non est verisimile, quod exercitus tantum spatium occuparet, maxime quia castra erant situata in quadro circa tabernaculum, vt dictum fuit supra 3. cap.*

3 Vbi locutus est, &c. *Illa quæ sequuntur in isto libro sunt in Deuteron. quantum ad magnam partem. In Deuterono. enim multa repli cantur quæ fuerant antea sibi dicta a domino. Sciendum autem, quod prædictæ mansiones in vniuerso fuerunt xlij. quarum filii Israel fecerunt xxij. primo anno egressionis suæ de Aegypto, & in principio secundi anni. s. vsque ad locum vnde missi fuerunt exploratores. Item octo fecerunt quadragesimo anno scilicet a monte Hor exclusiue vsque ad Iordanem. Et sic patet quod tempore intermedio, quod fuit fere 39. annorum, filii Israel fecerunt tantum viginti mansiones. Ex quo patet, quòd licet dictum fuerit supra xiiii. cap. quod filii Israel essent vagi per desertum toto illo tempore, non tamen sic est intelligendum, quod essent quasi sic in continuo motu de loco ad locum, sed aliquando in uno loco diu manserunt, quia tamdiu manebant in uno loco, quamdiu nubes stabat super tabernaculum.*

4 Præcipe filiis Israel. *Supra descriptus est status populi in itinere procedentis, hic consequenter describitur status eius ad terminum accedentis, vbi primo præcipitur idolatria destructiæ, secundo describitur terræ promissionis limitatio, tertio terræ limitatæ distributio, ibi:* Præcepitque Moyses. *Circa primum dicitur,* Præcipe filiis Israel. *auctoritate mea, vt sint ad hoc firmiter obligati.* Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, &c.

✱ 1 Disper

A aliam profectum mentis indicant & incrementa virtutum.
a *Transieritis Iordanem*.i.cum baptizati fueritis,quasi cum deposito veteri homine cum actib. suis,indueritis nouum, qui renouatur in agnitione Dei.
b *Disperdite cunctos*.Cum terram sanctam repromissionis p fidem ingredimur, simul cū idololatriae etiam omnia vitia extinguamus.
c *Habitatores*.Malignos spiritus,phātasmata vitiorum cum suggestionibus suis vnde:*Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram*.
d *Ego enim dedi uobis*.✱ PROCOPIVS. Tibi enim dabo eā ad Abrahamū ingt, & semini tuo. Itaq; propter patriarchā Deo non indignum est minime bonis et ante visis, terram tribuere,euidenti scilicet demonstratione,quod sancti terram futurā capturi sunt.

e *Pluribus dabitis latio*. Quia qui habent copiā virtutum, latitudinē sperant præmiorum. Qui autē paucitate virtutum contenti sunt secundum meritum suum retributionem percipiunt,vnde: *Qui parce seminat,parce & metet,et qui seminat in benedictionibus,de bene.&c.*

f *Per tribus & familias*.✱ PROCOPIVS. Nō pmiscue, adeo vt quā maxime obseruatē ordo, ac quæ vis trib. suam certā nanciscatur sedem. Grauiter autē cōminatur illis,si hunani tati iure diuino post habito quosdam seruent. Sāctum enim minime cū polluto seu profano conuenit. Porro quibus aliquis applaudit cōtra Dei uoluntatem,iisdē quoq; in manus traditur. Quēadmodum imperatori Iudei, cū eum regē, p Cro seruatore elegissent: Sub Romanis eū captiui peruerūt

Col.3.b. — Psal.136.b. — † angustiis afficient vos. — 2 Cor.9.b. — † delubra eorum qui dis suis orationes faciebant.

a Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaam, disperdite cunctos habitatores regionis illius, confringite † vitulos, statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, mundantes terram, & habitantes in ea. Ego enim dedi vobis illam in possessionem, quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucis angustiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ qui remanserint erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & † aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ, & quicquid illis facere cogitaueram, vobis faciam.

(Interlinear: a Possessionem virtutum. Mentis. Alii titulos vel idola. a Superbiam carnis. a Carnalem animam a squalore vitiorum. a Malignos spiritus & vitia. b Mentis vel carnis. a Conscientiæ punctiones. a Interitum.s.hostium,non solatium amicorum.)

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Disperdite cunctos habitatores regionis illius. *Iam .n. multiplicata erant iniquitates eorum, quod sūia mortis erat a deo data super eos,secundum quod supradictum fuerat Abraham,Genesis 15.d. nondum enim completæ sed iniquitates Amorrhæorum.q.d. quando implebuntur tunc occidentur,et filij tui possidebunt terram.*
2 Confrigite titu.*id est aras.*
3 Et statuas comminu.*id est idola,quæ erant super altaria.*
4 Atque omnia excelsa.*quia montibus altis fiebant ædificia,& plātabantur arbores ad idololatriam exercendam, & omnia talia pcipiūtur destrui,ut toleretur idololatria & memoria eius de terra illa,quæ erat deputata cultoribus unius ueri Dei.*
5 Quam diuidetis vobis sorte,&c.*hoc est expositum supra 26.si autem nolueritis.Sequitur.*
6 Erunt,&c.*id est mortales aduersarij.*
7 Et quicquid,&c.*mortem inferendo.*
8 Vobis faciam *eo quod nolueritis exequi iustitiam meam.*

CAP.

CAP. XXXIIII.

L *Ocutusq; est dominus,&c.* ORIG.Diuinis numeris nō oēs digni sūt,sed certis prerogatiuis desigāt.q intra numerum dei cōprehēdunt Vñ in hoc libro neq; mulieres nominātur, p feminea, i.infirmitate, neq; serui vita & moribus degeneres, nec Aegyptij, q populo dei erāt admixti neq; alienigenæ & barbari,sed soli Israelitæ. Neq.illi omnes, sed a 20. annis & supra, Nec sola ętatis habet obseruatio, sed q; itur si habeant robur aptū bello. Precipit .n. vt numeret omnis q pcedit i uirtute. Puerilis ætas nō numerat nisi forte primogeniti sint,aut de sacerdotali,aut Leuitica stirpe descēdat. Si hæc ad literā cōsideretur,quis dabitur profectus his qui sacris voluminib.gestiunt erudiri; Docet autē psens lectio,quid sit trāscendere puerilē insipientiā. Si enim desiero paruulus esse sensib.& vir effectus deposuero quæ sunt paruuli,& effectus iuuenis vincam malignum,procedā in uirtute Israel,dignus diuinis numeris cōputabor. Dum uero inest alicui nrm puerilis vel lubricus sensus, vel feminea & resoluta segnicies dū Aegyptios & barbaros gerimus mores,in sacrato numero esse nō meremur. Innumeri.n.sunt qui pereunt,numerati autem q saluatur.vñ: *Qui numerat multitudinem stellarum,&c.* Christus etiam capillos discipulorum dicit esse numeratos, capillos scilicet illius capitis qui in Nazaræis erant, quibus inerat virtus spiritussancti ad prosternēdos alienigenas virtutes sceleratū, & multitudinē sensuum, qui de principali mētis,tāquam de capite apostolorum procedebant.

Ho prima in Numeros.Quis dign⁹ sit numerari — Psal.146.a. Math.10.d Supra 6.c. Iudic.15. Moraliter

## C A P. XXXIIII.

a LOCVTVSQVE est dominus ad Moysen dicens: Præcipe filiis Israel, & dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram Chanaam, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur. Pars meridiana incipiet a solitudine Sin, quæ est iuxta Edom, & habebit terminos contra orientem mare salsissimum,

Locutus est ergo dominus ad Moyses in deserto Sina. Illa sq; quę superius breuiter cōprehendimus,ubi præcipitur numerari a viginti annis & supra,oīs qui procedit in uirtute Israel &c Si quis ergo procedit in virtute,iste numeratur. Nec in qualicunq; virtute vel Aegyptiorum uel Assyriorum vel Græcorum, sed in uirtute Israel,quæ a deo per scripturas docetur,& per fidē apostolicā & euangelicam traditur.
ORIG.Rō quoq; tribuum,distinctio ordinum,societas familiarum,

Vbi supra. Tropolog.

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXXIIII.

L Ocutus est dominus. *Hic describitur terrę promissionis limitatio. Cuius una ratio fuit, quia aliqua erant præcepta in lege quæ obligabant tantum in terra illa & aliquæ etiam quæ nō poterant fieri extra, sicut ædificatio templi & oblatio sacrificij,& ideo debuerunt limites huius terræ determinari, & primo determinatur terminus partis meridionalis,cum dicitur.* Pars meridiana incipiet,&c.
2 Et ha.&c. *mare sal.i.mare mortuum q est ita spissum & salsum, quod non est nauigabile,neq; pisces possunt ibi uiuere, ut dicit Philosoph. 2.Metheororū.Iste est locus ubi quinque ciuitates fuerunt subuersæ, ut habetur Gen.xix & in illo loco descendit Iordanis fluuius. Illud igitur mare erat in angulo cōiungente partem orientalem terræ promissionis*

Mare mortuū innauigabile & piscium expers.

✱ & meri

MORALITER.

✱ *Locutus est dominus.* In hoc c.describuntur termini terræ p missiōis secundum quatuor partes orbis,quæ sunt oriēs,occidens,aquilo,meridies. Per terrā vero promissiōis significatur

Mansionum, ordinatio castrorũ, ingentia prodit sacramenta. Certa expectatio est nobis resurrectionis mortuorũ, cũ hi q viuũt, q relicti sunt, nõ pueniunt in aduetu Cri eos qui dormierunt. Sed cũ illis rapientur in nubib. obuiam Christo in aera, siue oẽs in aere (sicut Paulus dicit) permãsuri, siue etiam aliqui ad paradisũ aut ad alia quælibet (ex multis mãsionib. quæ apud patrẽ sunt) loca trãsferẽdi. Diuersitas autem translationis & gloria secũdũ merita cuiq; præstabitur. *Et erit vnusquisque in ordine suo.* Vnusquisque ergo in resurrectiõe, aut i tribu Ruben ascribetur, quia in moribus, vel in actibus, uel in vita, ipsi Rubẽ aliquid simile & cõsingu neum habuit. Alius i tribu Simeon, forsitan pro abundantia. Alius in tribu Leui, qui scil. bene præfuit sacerdotio, vel bñ ministrãs, gradum sibi bonum acqsiuit. Alius in tribu Iuda, qui rego spiritu populum suum, sensus f. mentis & cogitationes cordis bene rexit. Singulis quoq; tribub. scribitur, qui eis, aliquid cognatum, uel in actib. vel in morib. habuit. Illud etiam q socia connexione tribuum, castrorum positio, & metationis ordo describitur, pertinet ad aliquẽ statum in resurrectione mortuorum. Quod tres ad orietẽ dicuntur esse tribus, tres ad occidentem, tres ad mare, & tres vltimæ ad aquilonem (qui durus dicitur ventus) & q trib. Iuda quæ regalis est, ad orientem statuitur, de qua ortus est dñs noster, non puto otiosum. Et q Issachar huic iungitur, & Zabulon, & quod in quatuor partes trinus iste numerus ordinatur. Quę q̃uis positionum suarum diuersas habeãt qualitates, oẽs tamen in trinitatis numero cõtinentur, quia sub vno numero patris & filii & spiritussancti censentur omnes, qui ex quatuor orbis partib. venientes inuocant nomen dñi recumbentes cum Abrahã, Isaac, & Iacob in regno dei. Ego aũt imparem me iudico ad enarrãda numerorũ mysteria. Sed testinãdum nobis ẽ ad verũ Iesum, prius, tñ pædagogo Moysẽ vtentes, & apud eum multa rudimenta infantiæ deponentes, tendamus ad perfectionem Christi. Moyses enim non multa bella compressit, Iesus omnia bella compescuit, pacem omnibus dedit. Considerandum etiã q egressus de Aegypto populus non statim numeratur. Adhuc. n. persequebatur Pharao. Nec cõ mare rubrũ transiens venit in desertũ, nondũ enim fuerat tẽ ritus nondũ ab hoste impugnatur. Confligit aduersum Amalec & vincit, nec adhuc numeratur. nõ enim sufficit ad perfectionem tendenti vna victoria. Mãna accepit & aquam de petra, nec tũc muneratur, nõdũ in his quæ numeris apta sunt, adoleuerat. Tabernaculũ construitur, lex per Moysen datur, sacrificiorum & purificationum ritus docetur, sanctificationũ leges & sacramenta cõduntur, & tunc ad numerũ, ex pcepto dei populus adducitur. Vide quanta tibi transeunda sunt, quã ta tolerãda, quot, pfectionib. quot tantationib. quot prælis pugnandũ & vincendũ, vt possis pertinere ad diuinũ numerum, & inter sanctas trib. numerari, & visitari possis, & per dei sacerdos Aaron & Moysen numerorũ censib. ascribi. Suspicienda est lex dei, offerenda sacrificia, explendæ purificationes, & cuncta peragenda quæ lex spiritus docet, ut possit ad Israeliticum numerum pertinere.

(Margin: 1. Thes. 4. d; Io. 14. a.; 1. Cor. 15. c; 1. Tim. 3. c.; Matt. 8. b.; Exo. 17. c.; Exo. 12. a.; Exo. 16. b.)

a qui circumibũt australem plagam per ascensum scorpionis, ita vt transeant in Senna, & perueniant ad meridiem vsque ad Cadesbarne. (Vel vnde.) Inde egredientur confinia ad villã nomine Adar, & tendẽt vsq; Asemona: Ibitq; per gyrũ terminus ab Asemona vsq. ad torrentẽ Ægypti, & maris magni littore finietur. Plaga autem occidẽtalis a mari magno incipiet, & ipso fine claudetur (a Id est a mari vsque ad mare, a torrente f. Rinocorula qui mari influit, vsque Emath vrbem Syriæ.) b Porro ad septentrionalem plagam a mari magno termini incipient peruenientes vsque ad montem altissimum, a quo veniẽt c in Emath vsque ad terminos Sedada, ibuntque confinia vsque ad Zephrona & villam Enan. Hi erunt termini in parte aquilonis: Inde metabuntur fines contra orientalẽ plagam, de villa Enan vsq. ad Sephama, & de Sephama descendẽt termini in Reblatha contra fontem Daphnim. Inde pueniẽt cõtra orientẽ ad

(a Vnde hodie Zepheum oppidum Ciliciæ vocant. b Hebraice Aseren, quod interpretatur atrium fontis, & est terminus Damasci.)

a *Per ascensum scorpionis.* ✱ THEOD. Interpretes nostri dum nomina etiã propria Hebraicę linguę, cui nullum nomen est sine etymo, transferre conantur, obscuriores nobis sententias impingunt credentib. sæpe nomen proprium loci appellationem esse. Quanto magis illud in Psalmis: *Et factus est in Ierusalem locus eius & habitatio eius in Sion*, & in Psalmo 41. *Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij a monte Muzar*, potius quam *a monte modico*. Ita & hoc loco si dixisset interpres per ascensum Acrabbim agnosceretur facilius nomen proprium loci. (Ex catena Græca.)

b *Septẽtrionalẽ, &c.* Dicũt Hebrei septẽtrionalẽ plagã incipere a mari magno q Palæstine, Phœnicis & Syriæ (quę appellatur Cele) Ciliciæq; prætendit littorib, & per Aegyptum tẽdit ad Libyã. Quod aũt dicit peruenientes vsq; ad mõtẽ altissimũ, autumãt significari mõtẽ Armanũ, vel Taurũ q veri' videt.

c *Ibunque cõfinia, &c.* A fine septẽtrionali plagæ, id est atrio Hena, tendunt fines vsq; ad Sephama, quam Hebræi Aphamiã vocant

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *& meridionalem.*

1 Qui cir. &c. *Mons est ĩ latere meridionali illius terre sic nominatus quia scorpiones erant ibi in multitudine.*

2 Vsque ad &c. *Hic est Nilus secundum aliquos, secundum alios vero, quod videtur probabilius, est quidam torrens descendens in mari mediterraneo vocatus Rinocorula, & est in extremitate terre promissionis versus meridiem.*

3 Et magni, &c. *i. littore maris mediterranei, quod dicitur hic mare magnum respectu maris mortui, a quo incipit terminus meridionalis terræ promissionis, ut prædictum est, & finitur littore maris mediterranei.*

4 Plaga, &c. *Hic describitur terminus occidentalis, qui est totus super littus maris mediterranei.*

5 Porro ad septem. pla. *Hic describitur terminus aquilonaris incipiens à mari mediterraneo.*

6 Vsque ad montem altissimum. *In Hebræo habetur:* Vsque ad montem montis, *quia sicut dicit Rab. Salo. super montem illum erat quidam monticulus supereminens. Et credo quod iste est mõs Libani qui alibi in pluribus locis mons Libani describitur esse in termino aquilonari terræ promissionis.*

7 Inde metabuntur. *Hic describitur terminus orientalis.*

8 Contra fontem. *In aliquibus libris additur Daphnem, sed non est in Hebreo nec in libris correctis. Hunc locum vocat Matthæus Magedan, Marcus Dalmanutha, & Saraceni Modan. & est ibi verus ortus Iordanis, quod per hoc patet quod palea in hunc fontem immissa recipitur in Dan ductu subterraneo meatu, & à fonte Dan & Ior. nominatur Iordanis.* (Iordanis fons.)

9 Inde peruenient &c. ad mare Cenereth. *Est enim lacus magnus per quẽ transit Iordanis fluuius, & uocatur mare more Hebraico, quo omnis congregatio notabilis aquarum vocatur mare secundum illud Genes. i. Congregationesq; aquarũ appellauit maria. vocatur autem in euangelio mare Galileæ & transit iuxta Galilæam, & mare Tyberiadis a Tyberiade quæ est ciuitas sita in eius ripa. Dicitur etiam mare Genezareth.* (Mare gd fit.)

✱ 1 Et

## MORALITER.

✱ terra viuentiũ siue uita beata, quę nõ est proprie loquẽdo cælum Empyreum. Nã omnes angeli sm doctores catholicos fuerunt ibi creati, non tñ tunc fuerunt beati, quia sic multi cecidissent, qd. est falsum, Igitur terra uiuẽtium quod idem est q uita beata, dupliciter accipitur. Vno modo obiectiue, & sic ipse deus est uita beata, nec habet terminos, sedẽ infinita. Baruch. 3. cap. *O Israel quam magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius, magnus & non habet consummationem, excelsus & immensus.* Alio modo accipitur subiectiue, prout est formaliter in ipso beato, & sic est terminata vita beata. Huius termini sic possũt assignari, s. ab oriẽte claritas diuinæ uisionis, sicut ab oriente nobis puenit ortus lucis, a meridie vero suauitas fruitiõis, pueniens ex feruore dilectionis, sicut a meridie puenit feruor caloris, ab occidẽte firmitas tentationis, certi. n. sunt omnes beati, q nullo modo cadẽt a sua beatitudine. Ab aqlone vero, a quo est omne malum. Hiere. 1. c. iucunditas exultationis, quia videndo pęnas damnatorum quas euaserunt, ex hoc habent materiam exultationis. (Terra promissionis.)

✱ Hæc

a Stagnum Tyberiadis: quaelibet n. congregationes aquarum appellantur maria.

mare Cenereth, & tendent vsque ad Iordanem, & ad vlti- 1
Mortuo vel lingua maris salsi, in cuius littore Achila posita est. 2
mum salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis terram per
fines suos in circuitu. Praecepitque Moyses filiis Israel di- 3
cens: Haec erit terra, quam possidebitis sorte, & quam iussit 4
dominus dari noue tribubus & dimidiae tribui. Tribus enim 5
filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta 6
cognationum numerum. Media quoque tribus Manasse, id
est duae semis tribus acceperunt partem suam trans Iordanem
contra Iericho ad orientalem plagam. Et ait dominus ad
Moysen: Haec sunt nomina virorum, qui terram vobis diui- 7
dent. Eleazar sacerdos & Iosue filius Nun, & singuli princi- 8
pes de singulis tribubus, quorum ista sunt vocabula: De tribu 9
Iuda, Caleb filius Iephone. De tribu Simeo, Samuel filius Am

vocant, & de Aphamia descendunt in Reblatha, quae est Antiochia Syriae. Vnde addit contra fontem quem perspicuum est esse Danem, de quo Antiochia abundantissimis fruitur aquis.

*Vbi supra* — a *Haec erit terra, &c.* ORIG. In priori diuisione trans Iordanem per Moysen duabus tribubus Ruben & Gad, & dimidiae tribui Manasse terra diuisa est. Intra Iordanem per Iosue filium Nun & Eleazarum filium Aaron. Iudas possedit ab austro: Ephraim & dimidia tribus Manasse ab aquilone. Postea vero de Sylo missis exploratorib. per singulas tribus, & descriptione terrae allata ad Iosue & Eleazarum, Beniamin iuxta Iuda & Ephraim & dimidiam tribum Manasse, ab austro secundum sortem, possessione accepit. Secunda tribus Simeon in tribu Iuda, vt impleretur quod sciptum est de Leui & Simeon: Diuidam eos in Iacob, & disperdam in Israel. Tertia Zabulon Galilaeam accepit, in qua est mons Thabor. Quarta Issachar, vbi est Iezrael vsque ad Iordanem. Quinta Aser vsque ad montem Carmelum, qui imminet mari magno, Tirumque & Sidonem. Sexta Nephthali in Galilaea vsque ad Iordanem, vbi est Tyberias, quae olim appellabat Cenereth. Septima a Dan vsque Iopen, ibi sunt turres Achilaon, & Zeledi, & Emaus, quae nunc dicitur Nicopolis, licet postea legerimus, quod ceperint sibi transcensus aliis tribubus vrbem Iasen in tribu Dan, quae hodie dicitur Paneas. *Vmbra n. sunt haec futurorum bonorum*, & omnis hereditas terrae illius quae in Iudea, terra sancta & terra bona dicitur. Omnis in Iudea locus, mons, ciuitas, & vicus, certis nominibus designatur quibus s. aut Chananaei in locis suis, aut Pherezaei, Amorrhaei, Heuaei, vel Hethaei, vel Hebraei nominauerunt. Forsitan ergo secundum Paulum, qui vmbram caelestium dicit esse terrena in caelestibus regionib. sunt differentiae locorum. In caelis autem euidenter Ierusalem ciuitas & mons Sion ab Apostolo esse dicitur. Consequens ergo est, esse ibi ciuitates circa terrenam Ierusalem sitas, & vicos, & regiones, in quib. populus Dei & verus Israel, per uerum Iesum locandus est, & haereditatem sortis di- stributione i. meritorum contemplatione capturus verbi gratia, Qui ita negligenter vixit, vt per fidem quidem mereatur haberi inter filios Israel, pro negligentia vero vitae in tribu Ruben aut Gad vel dimidia tribu Manasse, & non intra Iordanem, sed extra sortem accipiet. Qui vero emendatione propositi talem se reddiderit, vt secundum (quas solus Deus nouit) rationes, aut in tribu Iuda, aut in tribu Beniamin (in qua Ierusalem, templum & altare consistit) debeat deputari, & alius in alia atque alius in alia. Hoc modo adumbratio quaedam fit futurae sortis in caelis, eorum tantum qui per Iesum saluatorem haereditatem capient caelorum. Ibi forte haec obseruabuntur priuilegia sacerdotum, quibus vicina, quaeque vrbibus loca, & ipsis moenibus iuncta segregantur.

ORIG. Videtur quoque quibusdam, quod singulorum quoque syderum positio & situs, dici ciuitas vel haberi possit in coelo, quod ego definire non audeo. Video n. omnem creaturam in spe, quidem propter eum qui subiecit esse subiecta, expectare in libertatem redemptionem filiorum Dei sine dubio praeclarius aliquid & sublimius operiri. Qui ergo exemplari & vmbrae caelestium in lege deseruiunt, & nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem secundum merita conuersationem habebunt in celis, in illa vel in illa parte. Sed sicut multa est differentia in terris habitare, s. in locis foecundis & copiosis, vbi aeris temperies, liberalia instituta, aut in locis infoecundis aestu torridis, aut frigore geluque torpentibus, vbi nullae leges, & inanis & fera barbaries, semper bella, nunquam requies, nec sine occulta Dei dispensatione & iusto iudicio. Ita & illis in locis erit aliquid tale, vt in nullo protsus in imis habeatur in terris vmbra caelestium, erit ergo ibi aliqua ciuitas refugii, & erit alia in deserto, sicut Bosor in haereditate Ruben.

Alia quoque consequentia capienda sunt, quia si Deus cum dispergeret filios Adam, statuit terminum gentium secundum numerum angelorum Dei (vel iuxta alios codices, secundum numerum filiorum

*Iosue 15. c.* *Iosue 18. b.* *Diuisio terrae promissionis.* *Gen. 49. b.* *Heb. 10. a.* *Idem Ho. 28. in nu.* *Heb. 8. a.* *Heb. 12. c.* *Vbi supra Anagorice.* *Rom. 8. d.* *1. Cor. 13. d.* *Rom. 8. d.*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et tendent vsque ad Iordanem. *Ex quo patet quod terra promissionis in angulo coniungente partem eius aquilonarem cum orientali se extendebat vltra Iordanem, & secundum aliquos illa portio vocatur Traconitidis regio, Lu. 3.*

2 Et ad vltimum salsi. &c. *Et sic patet illud quod supra dictum est, s. quod istud mare erat in angulo terrae promissionis coniungente partem orientalem cum meridionali, quia sicut eius pars meridionalis ab isto mari incipit vt praedictum est, ita pars orientalis ad ipsum terminatur, vt hic dicitur.*

3 Praecepitque. *Hic agitur de huius terrae diuisione, & primo determinatur huiusmodi diuisio, secundo ex praedictis mouetur quaestio cap. xxxvi. adhuc primo agitur de terrae diuisione, secundo de diuisae datione quantum ad partem ca. xxxv. Circa primum describitur modus diuisionis s. per sortes, cum dicitur.* (*Diuisio.*)

4 Haec erit terra, &c. *De modo autem istarum sortium dictum fuit supra ca. 26. Describitur etiam quibus sit diuidenda, cum dicitur.*

5 Nouem tribubus, &c. *Cuius causa subditur cum dicitur.*

6 Tribus enim filiorum Ruben, &c. *Quia duae tribus & dimidia iam acceperant partes suas trans Iordanem. Describitur etiam per quos terra sit diuidenda, cum dicitur.*

7 Haec sunt nomina virorum qui terram uobis, &c. Eleazar. *Qui erat pontifex.*

8 Et Iosue. *Qui post Moysen constitutus fuit princeps.*

9 Et singuli principes, &c. *Hoc est intelligendum solum de principibus decem tribuum, quibus erat diuidenda terra. Caetera patent in litera. Quoniam in hoc cap. & supra xxvi. dictum est quod terra esset sorte diuidenda, ideo quaeritur hic, vtrum vti sortibus sit licitum? Ad quod dicendum, quod vti sortibus est ex vario euentu dispositione alicuius rei sensibilis propositae determinare aliquid dubium vel incertum; sicut ex festucis propositis per hoc quod aliquis accipit breuiorem vel longiorem, seu in proiectione taxillorum, ex hoc quod aliquis producit plura vel pauciora puncta, vel ex consimilibus, vbi aliquod dubium inter homines determinatur, & si hoc fiat ad alicuius rei diuisionem inter homines, vt per hoc determinetur, quis quam partem accipiat, vocatur sors diuisoria, si autem hoc fiat ad aliquid determinate agendum, vocatur sors consultoria, igitur si dispositio vel euentus sortium expectetur a fortuna tantum, nullum est uitium, ut si mittatur sortes ad determinandum inter homines quis quam partem accipiat alicuius rei, & hoc ex communi consensu committitur fortunae. Causa tamen motiua potest esse peccatum, vt si propter cupiditatem propriam uel aliud uitium non possunt aliter diuidere concorditer. Si autem dispositio sortium vel euentus non expectetur solum a fortuna sed ab alia causa, hoc est dupliciter. Vno modo a causa corporali, vt a dispositione stellarum, & sic cum actus stellarum ad se non extendat, superstitiosum est & illicitum, & non caret occulto pacto daemonum. Alio modo quia expectatur euentus & dispositio sortium a causa spirituali dirigente, & hoc est dupliciter. Vno modo a daemone & hoc est illicitum quia includit familiaritatem & pactum cum daemonibus. Alio modo a Deo expectatur immediate, vel mediantibus sanctis angelis, & hoc non est illicitum secundum se, si fiat cum reuerentia debita. Vnde dicitur Prouerb. 16. d. Sortes mittuntur in sinum, sed a domino temperantur.*

*An vti sortibus sit licitum.* *Duplex est sors.*

## MORALITER.

7 *Haec sunt nomina virorum, &c.* Per nouem principes terram diuidentes promissionis possunt conuenienter intelligi nouem ordines angelorum, nam per eorum ministerium electi producuntur ad terram viuentium eam secundum varios gradus beatitudinis possessuri, quos saluator Io. xiiii. mansiones appellat. Hebr. 1. dicitur de Angelis: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui capiunt haereditatem salutis?*

filiorum Israel) in initio mūdi, & ita dispersi sunt, sicut illorū merita, vel ipsius Adæ contēplatio postulabat. Quid dicemus futurū cum nouissimi Adæ) qui non in animam viuentē, sed in spiritū viuificantem factus est) cœperit filios non disperge-re, sed dispensare diuina dignatio, nō in initio, sed in fine mūdi, vt nec illos qui in Adā omnes mortui sunt, sed qui in Christo viuificati sunt, erit sine dubio quædam distributio, quæ non solū pro meritis eorū qui dispensantur, sed & pro nouissimi Adæ contemplatione dispēsenda sit. Sed quis nostrum talis est, ut ab hac distributione ad illā cælestis hæreditatis sortem venire mereatur? Quis ita beatus, vt sors eius in Ierusalem veniat, vt sit tibi templū Dei, imo ipse sit vt tēplū Dei? Quis ita beatus, vt dies festos ibi agat vbi altare diuinū perpetuis adoletur ignibus? Quis ita beatus, vt sacrificiū suum & incensum suauitatis supra illum ignē ponat, de quo dicitur: *Ignem veni mittere in terrā, &c.* Quis ibi semper agat pascha, in loco quē elegerit dns Deus suus, ibi pēte-costem, festiuitatem propitiationis, & tabernaculorum solennitatem, nō iam per vmbram, sed per ipsam veritatem. Quis nostrum dignus erit cum diuidere cœperit Deus filios nouissimi Adæ, cui dicat: *Erit supra quinque vel decem ciuitates.* Non cui dicat: *Intra in gaudium domini tui, sed sedete & vos mecum super duodecim thronos, iudicantes duodecim trib. Israel*, & de quib. dicat. *Volo pater vt ibi ego sū & isti sint mecum.* Volo istos reges esse mecum, vt ego sum tecum, volo eos habere dominationē, sicut ego sum dominus dominantium. Hi sunt vere sacris numeris apud Deum numerati, imo quorum omnes numerati sunt capilli.

(Margin: 1. Cor. 15. f; Gen. 2. b; 1. Cor. 15. c; Luce 12. f; Luce 19. c; Matt. 25. b; Matt. 19. d; Ioan. 17. d; Apoc. 17.; Matt. 10. d)

miud. De tribu Beniamin Elidad filius Chaselon. De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. Filiorum Ioseph de tribu Manasse, Hániel filius Ephod. De tribu Ephraim, Camuel filius Septhan. De tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnath. De tribu Issachar, dux Phaltiel filius Ozan. De tribu Aser, Abiud filius Salomi. De tribu Nephthali Phedeal filius Ammiud. Hi sunt quibus præcepit dominus, vt diuiderent filiis Israel terram Chanaan.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ no temperantur. *Potest tamen in hoc quadrupliciter peccatū accidere. Primo si absque ulla necessitate ad sortes recurratur, hoc enim uidetur ad Dei tentationem pertinere. Vnde dicit Ambr. super Lucam; Qui sorte eligitur humano iudicio non comprehenditur. Secundo si quis etiam in necessitate absque reuerentia debita sortibus vocatur. Vnde super Actus apostolorum dicit Beda: Si qui necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus exemplo apostolorum esse consulendum, videat hoc ipsos non nisi collecto fratrū & cœtu & precib. ad Deum fusis egisse. Tertio si diuina oracula ad terrena negotia conuertantur. Vnde dicit Augu. ad inquisitiones Ianuarij: His qui de paginis euangelicis sortes eligunt, etsi optandum sit, vt hoc potius faciant quam ad dæmonia consulenda concurrant, tamen mihi displicet ista consuetudo, ad negotia singularia & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Quarto si in electionibus ecclesiasticis quæ ex spiritussancti inspiratione fieri debent aliqui sortibus vtātur. Vnde dicit Beda super Actus Apostolorum: Matthias ante pentecosten ordinandus sorte quæritur, quia nondum erat plenitudo spiritussancti in ecclesia effusa. Septem autem diaconi postea non sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati. Secus autem est in temporalibus dignitatibus, quæ ordinantur ad terrena disponenda, & ideo in electione illarum possunt homines vti sortibus, sicut & in diuisione rerum temporalium, vt prædictum est. Si vero aliqua necessitas alia vel ab electione dignitatis ecclesiasticæ immineat, licitum est cum debita reuerentia sortibus diuinum auxilium implorare. Vnde dicit August. in epistola ad Honoratum; Si inter Dei ministros sit disceptatio, qui eorū, tempore persecutionis maneant, ne fuga omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur ecclesia, & si hæc desceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, quia maneant, & qui fugiant sorte eligendi sunt, & hoc modo & alijs modis licitis prædictis vsi sunt sortibus viri sancti, qui in veteri ac nouo testamento usi fuisse sortibus leguntur, sicut Iosue iudicio sortium puniuit Acham. Iosue vij. & Saul deprehendit Ionathan filium suum mel comedisse. 1. Reg. xiiij. & Zacharias sorte exijt ut incēsum poneret, Lu. 1. & Matthias in apostolatum promotus, Act. 1. & sic de alijs. Et sic patet responsio ad quæstionem.*

(Margin: Augusti. Ad Honoratum.)

### ADDITIO.

*In cap. xxxiiij. vbi dicitur in postilla:* Plaga autem occidentalis. *Quidam Hebræorum dicunt, quod mare magnum de quo hic fit mentio quod est terminus occidentalis terræ promissionis, non est mare mediterraneum, sed mare oceanum, quia mare oceanum proprie dicitur mare magnum. Sed si sic esset, oporteret dicere, quod limites terræ promissionis se extenderent usq; ad mare Hispaniæ, quod est inconuenienter dictū. Remansisset.n. maxima pars terræ promissionis quæ nunquam fuisset acquisita, nec aliqua mentio de ipsa facta.*

### CAP. XXXX.

a Præcipe filiis Israel, *vt dent Leuitis, &c.* ✻ PROCO. Sanctis sufficientem possessionem concedit, non sortitione, verum dedicatione, ne inopia valde premantur, neve copia emollescerent. Ad Dei enim cultū non agrorum eos consecrauit. Quare Paulus ait, quæstum esse magnum pietatem cum frugalitate coniunctam. Dispergit autem eos per tribus, vt sanctitatis suæ excellentia, omnes sanctos reddāt. ita quoq; Saluator in gētium medium ablegat Apostolos non tanquā terræ dominos, nā nec ipsi quidem vllam terræ portionem a domino acceperant. Verū illi quidem terram & vrbes principio accipiunt, hi vero animas, quantū videlicet ad victus necessitatem pertinebat, a suis auditoribus accipientes, ac imprimis cum his emissi, qui prouide etiam sanctiores erant. Externorum enim exilitas, in spiritualibus sublimitas est. Nam qui sedem propriam non habuerūt, totā terram eius loco habent.

## CAP. XXXV.

1 HÆc quoque locutus est dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho: 2 Præcipe filiis Israel, 3 vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandum, 4 † & suburbana 5

(Margin: † Iosue 21. a.)

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XXXV.

1 HÆc quoque locutus est dominus. *Hic cōsequenter agitur de terræ diuisæ ac diuidendæ datione, quantum ad eius partem. Cuius fuit duplex causa. Vna pro Leuitarū habitaculo, alia pro fugitiuorum receptaculo, quę describitur ibi,* De ipsis autem oppidis. *Circa primum dicitur.*

(Margin: Diuisio.)

2 Præcipe filiis Israel. *Ex quo patet quod erant ad hoc astricti diuino pręcepto.*

3 Vt dent Leuitis de possessionibus suis. *Iam habitis quantum ad duas tribus & dimidiam, & habendis quantum ad nouem tribus cū dimidia.*

4 Vrbes ad habitandum. *Non dicit ad dominandum, vt ad reditus in ce accipiendum, quia sic erant ipsius regis vel aliorum dominorum vrbes in quibus habitabant Leuitę, vnde & Hebron fuit una de illis ut habetur Iosue xx. & tamen Caleb fuit dominus ipsius, quia data est ei in possessionem, ut habetur* Iosue 15.

5 Et suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana, &c. *Spatia sunt extra muros ciuitatis, quę non sunt clausa muris.*

✻ 1 Quæ

### MORALITER.

✻ 2 *Pręcipe filiis Israel, &c.* Per hoc significatum fuit, quod principes populi Christiani debent prouidere illis qui deputati sunt ad cultum Dei, non solum de victu & vestitu, sed etiā de locis ad habitandum opportunis.

✻ 1 Decer-

earum per circumitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis, quæ a muris ciuitatum forinsecus per circumitum mille † passuum spatio tendentur: Contra orientem erunt cubiti duo millia, & contra meridié, similiter erunt duo millia: Ad mare quoque, quod respicit occidentem, eadem mensura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur. † Eruntq; vrbes in medio, † & foris suburbana. † De ipsis autem oppidis quę Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem, & exceptis his alia quadragintaduo oppida, id est simul * quadraginta octo cum suburbanis suis. Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus filiorum Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur, & qui minus, pauciores. Singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis: Ait dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: † Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Chanaan, a decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, † qui nolentes sanguinem fuderint, in quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi eum non poterit occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. b De ipsis autem vrbibus quæ ad fugitiuorum

(Marginalia: 1 2 3 4 5 6 — † cubitorū — † & hęc suburbana eorum — † Eritque vrbs. — † Iosue 20.a. — * vrbes quas dabitis Leuitis — † Deu.19.a Iosue 20.a — † vt fugiat illuc homicida qui occiderit animam per ignorātiā.)

bent. Mandatur vero vt Leuitis vrbes asylorum concedātur.

A a *Decernitque vrbes.* AVGV. Quid est quod ait, Et erunt ciuitates vobis refugii à uindicante sanguinem, & non morietur is qui occidit, quoadusque stet in conspectu synagogæ in iudicio, cum de his loquatur qui nolentes occiderint, & alibi dicat, tunc vnumquenque in tali causa confugientium exire liberū de ciuitate quo confugerat, cùm sacerdos maximus fuerit defunctus? Quomodo ergo hic dicit, & non morietur is qui occidit, quoadusque stet in conspectu synagogæ in iudiciū, Nisi quia ideo iudicatur, ut tunc ei liceat esse in ciuitate refugij, si manifestū factum fuerit in iudicio, quod nolens occiderit.

(Quest. 64. in Num.)

B b *De ipsis autem vrbib.* * ORIGEN. In cęlis credo ciuitates istæ erunt, quarū hic figura describitur, quas refugii nominat ciuitates, ad quas confugiant non omnes homicidæ, sed qui ignoranter homicidium commiserunt. Sunt enim fortassis aliqua peccata, quæ si proposite ac uolūtate cōmittimus, homicidas nos faciūt, & sunt alia quæ ignoranter admittimus, decernuntur nobis credo, & præparatur ex præcepto Dei aliquis locus, vbi ad certū tēpus habitare debeamus, si qui non voluntaria peccata commisimus, si tamen immundi inueniamur & alieni ab iis peccatis quæ uoluntate commissa sunt & ob hoc decernuntur quædā ciuitates ad refugium.

(Homi. 28. in Num. — Purgatorium adūbratur per ciuitates refugii.)

* HIERO. Sex ciuitates eliguntur exilij eorum, qui non spōte sed per ignorantiam, uel iactu lapidis, uel impulsione manus, nu, uel ioco, uel lasciuia, absq; inimicitiis infęlicitate magis q̄ voluntate peccauerunt, & tñ non absq; crimine sunt, dum relegantur in perpetuum, & ante constitutum diē, nec supplicatione, nec pretio, eorum reuersio impetrari & redimi potest.

(Li. 1. aduersus Pelagianos.)

D RABANVS. Sorte pro conscientia peccatorum ciuitates terræ promissionis, id est ecclesiæ nō audes intrare, est Bosor citra Iordanem in solitudine, quæ interpretatur angustia, id est monasterii cellula: Quæ benę est de tribu Rūben, eius scilicet qui patris thorū maculauit. Est Ramoth de tribu Gad, quę interpretatur excelsa mors uel visio mortis. Vera enim excelsa mors pœnitentia dicenda est, cū mortificatis mēbris ducitur homo ad excelsa cæli, vnde cecidit. Vel quia nobilius est, & rationabilius, per pęnitentiam peccatis mori, quam cōmuni morte dissolui.

E Pœnitentes quoque proponimus nobis tormenta inferni, videmus ipsam speciē mortis, de qua per pœnitentiam liberamur. In ciuitate vero filii ancillæ pęnitentiam agimus, quia oīs qui peccat, seruus est peccati, & formā serui accipiēs debet se humiliare vsq. ad mortē. Est Gaulon in finib. Manassā, quæ interpretatur volutatio, ut memineris te ī cinere & cilicio esse uolutādū, & hoc in finib. Manasse, q interpretatur obliuio vt obliuiscaris quæ fecisti, & ad meliora te extendas. Hic ergo habita, ut per angustiā mortis & volutationis irā persecutoris euadas, & spem salutis inuenias. Si quid hic utiliter egeris, ad Cades in terrā pmissionis, & in Galilæā poteris peruenire, quæ interpretatur ☞ sancta,

F

(Allegor. — Iosue 20.c — Gen 35.d. — Col. 3.a. — Ioan. 8.d. — Philip. 2.a)

NICOLAVS DE LYRA.

C * 1 Quæ a muris ciuitatum forinsecus per circumitū mille passuum spatio tendentur. *Id est protendentur uel prolongabuntur in circumitu ciuitatum, ideo subditur.*

2 Cōtra orięntem erūt cubiti duo millia, Ad mare quoq. &c. *Dicunt expositores nostri communiter, quod idem est spatium mille passuum & duorum millium cubitum, quia paßus continet quatuor pedes vt dicunt, cubitus autem continet duos pedes. Sed hoc est contra commune dictum, q passus continet quinque pedes. Vnde uersus, Quinque pedes paßum faciunt, paßus quoque centum. Viginti quinque stadium, si des miliare, Octo facit stadia, duplicatum sit tibi leuca.* Dato etiam quod passus contineret quatuor pedes tantum, adhuc dictum eorum non consonat Hebraicæ ueritati, quia ubi translatio nostra habet mille passuum, in Hebræo habetur mille cubitorū, & ideo videtur repugnare hoc quod subditur, Ad orientē duo millia cubiti, &c. Rab. Sal. dicit, quod secundū veritatē duo millia cubiti erant ext. muros ciuitatū per circumitum, mille tamen cubiti propinquiores muris erant sic ordinati, q non poterat ibi domus ædificari, non poterat arari vel seri, vel uineæ ibi plantari, sed erat ad recreationem hominum & pascua animalium. Fiebant etiam ibi piscinæ ad lotionem vestium, & ideo isti mille cubiti uocabantur propriè suburbana, & de illis loquitur scriptura præcisè, cum dicitur in Hebraica veritate, Quæ a muris ciuitatum forinsecus per circumitum mille cubitorum spatium tendentur. In aliis autem mille cubitis longinquioribus à muris poterant uineæ plantari, large tamen loquendo pertinent ad suburbana, & hoc modo loquitur scriptura, cum dicitur, Ad orientem duo millia cubiti, &c.*

(Cubitus. Passus. — Versus.)

3 De ipsis autem oppidis. *Hic consequenter tangitur causa secunda assignationis prædictarum ciuitatum Leuitis, scilicet ut essent receptaculum fugitiuorum, & primo describitur prædictarum ciuitatum ordinatio, secundo fugitiuorum saluatio, ibi:* Si quis ferro percusserit. *Tertiò redditur prædictorum ratio, ibi:* Ne polluatis terram. *Circa primum agitur de numero ciuitatum refugij, cum dicitur.*

(Diuisio.)

4 Sex erunt in fugitiuorum, &c. *Et per hoc quod dicit, erunt, patet quod licet Moyses dum adhuc viueret, separauerit tres ciuitates pro fugitiuis, ut habetur Deuterono. quarto a. tamen non fuerunt ordinatæ totaliter ad refugium, donec per Iosue aliæ tres fuerunt ad hoc ordinatæ in terra Chanaan, ut habetur Iosue 20.*

5 In quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi eum non poterit occidere. *Ex quo uidetur, quod si attigisset eum antequam intrasset ciuitatem, poterat eum occidere.*

6 Donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. *A iudicibus ciuitatis, in cuius terminis fuerit homicidium factum, vt uidebitur infra. Consequenter agitur de situ ciuitatum refugij, cum subditur*

* 1 Tres

MORALITER.

* † *Decernite quę vrbes esse debeant, &c.* Ad hoc autē fuerunt sex urbes assignatæ, tres ultra Iordanem, & tres citra. Iordanis autē interpretatur riuus iudicii, propter quod per ipsum significatur rigor examinis extremi. Sicut igitur tres sunt ciuitates, id est tres ciuium vnitates, nā ciuitas est ciuium unitas, in quibus vniuntur fideles ante iudicium, qui sunt ciues sanctorum & domestici Dei, Eph. 2. a. Has autem ciuitates uel ciuium vnitates ponit Apostolus Eph. 4. a. *Vnus dominus, una fides, vnum Baptisma.* Similiter post iudicium tres ciuitates uel ciuium vnitates, in quibus omnes electi in anima & corpore constituti vnientur, dici possunt tres personæ in trinitate personarū & unitate essentiæ. Nam quęlibet personarū est una personaliter, & tres personę sunt unus Deus essentialiter. Possent etiam dici istæ tres ciuitates, Dei uisio clara, fruitio perfecta, & tentio firma. Ante tamen iudicium animæ sanctorum diuinam essentiam & tres personas uidēt, & ea fruuntur, & in ipsa firmiter stabiliuntur.

A sancta, ut cum in tribulatione opus corruptionis abieceris, ad sanctam tibi ecclesiam tribuatur accessus, ut si forte Nephthali, quæ dicitur vitis remissa dominici sanguinis, participare merearis. Hebron quoq; tibi patebit, quæ interpretatur coniunctio vel coniugium. Reuertetur enim anima tua ad sponsum suum, quem amiserat per peccatum. Tandem vero Sichem intrabis, quam Ioseph noster sibi in hæreditatem elegit, in qua & sepultus est, quæ interpretatur humer' vel labor, ut ostendas te per laborem pœnitentiæ ab errore tuo humeris Christi reportatum, & nonaginta nouem ouibus adiunctum effectu esse centesimum, quia Sichem ab alienigenis comparata est centum agnis.

Osue 24.g

†homicida est morte morietur.

Luc. 15.a.

B

Deut.19.c.

a *Tres erunt trans, &c.* ✻ PROCOPIUS. Trinas secernit vtrinque Iordanis vrbes eorum refugio, qui cædem animo non conceptam pepererunt, numero non longe à Trinitatis dissidenti obseruato. Cæterum asyla ex æquo aduenæ & indigenæ patefacit, iam tum paruam significationem æqualitatis, quam gentes cum Israele habituræ sint, præberi. Atqui refugiorum multitudo hunc finem propositum habet, ut in longitudine viarum, homicidas, ne in cognatorum manus incidant, subleuet.

✻ PHIL. Ceterum non in templis sacrisq; aperuit asyla, ne ab immundis inficerentur, neq; tutius effugium dedit in loca, quæ deserta forent aut parum tuta, ne cædis inuitæ reus facile caperet, traderetur ve consanguineis defuncti, sed iubet vt ad sacras urbes Leuitarum confugiat, ubi non modo se quisq; facile credere poterat, sed non parum quoq; solatij percipere, uidens apud eos consistere, qui prem[i]o cædis à Deo ornatissimas urbes acceperunt. Eos enim qui uitulum pro Deo consecrauerant, etiam consanguineos Leuitæ suis manibus uolentes interemerant.

D

b *Si quis ferro, &c.* ✻ PROCOP. Cædem spontaneam à non spontanea notis ac signis distinxit, ne promptu cuivis esset dicere, inuitus feci, quod simul hominum immodicos æstus, quib. insidias cædium luget, sedat. Si enim telum emissum ad cædem idoneum fuerit, spontanea cædes hæc est. Non absurdum vero erit, si putemus eos quoq; animæ suæ cæsores esse, qui peccatis se obnoxios faciunt, in offensam Dei, vi contra mentis instinctum sese adducentes, idque naturæ nostræ partim uitio, quæ mentem hominis ab ineunte statim ætate, concupiscentiarum legibus regit & gubernat. Quapropter misera hominis anima fugæ ex mundo & corpore pœnam sustinet, quod facit in urbe refugii, seu cum longa tempora mortis abdita incoluerit, vix tandem liberata, Christi magni sacerdotis morte.

†homicida est morietur homicida.

E

†iudicabit congregatio secundum iudicia ista.

a Sosor in campestri solitudine de tribu Ruben & Ramoth Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Basan de tribu Manasse.

a subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanaan, tam filiis Israel, quàm aduenis atque peregrinis, 1

Cades in Galilæa montis Nephthali: & Sichem in monte Ephraim: & Cariathatbe. ipsa est Hebron in monte Iuda.

b vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. Si quis 2 ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est, reus erit homicidii & ipse moriatur. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit †, similiter punietur. Si ligno percussus interierit, † 3 percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam interficiet, statim vt apprehenderit, eum percu- 4

a Non opus est eum ad iudicium deduci cum iam homicida iudicatus sit, & propterea de illis ciuitatibus expulsus.

tiet. † Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias, aut cum esset inimicus manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit.

a Damnat malitiam & incuriæ consuluit. Aliud est præmeditate damnum vel mortem inferre, aliud casu.

a Malitiæ vel deceptionis.

Morte animæ.

C Cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. Quod si fortuitu & absque odio † & inimicitiis quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atq; inter percussorem & propinquum sanguinis † quæstio ventilata, liberabitur innocens de † vltoris manu, & reducetur per sententiam in urbem, ad 5 6

Per incuriam aut ignorantiam.

a Ecclesiam catholicam vbi pœnitentiam agat.

a Christus.

d quam confugerit: Manebitq. ibi, donec sacerdos magnus, qui 7

†impulerit eum vel proiecerit super eum aliquod instrumentum, absq; vllis insidiis vel si lapidem proiecerit & ceciderit in eum vnde moriatur, cum tamen non esset, eius inimicus, neque quærebat malum eius.

†propinq. occisi. • Ex catena Græca.

c *Reus. i. æternæ morti obnoxi'.* Vnde: *Si quis scandalizauerit unum ex pusillis istis qui in me credunt, &c.* Et alibi. *Omnis qui oderit fratrem suum, homicida est, nec habet uita æternam.* Hic fm Exodum ab altari iubetur auelli, quia indignus sacramentis dominicis à participatione fieri altaris remouetur, nec reuocatur ad ueniam nisi per condignam penitentiam.

Gen. 32.d. Matt. 18.a 1. Ioan. 3.a Exod. 21.b

d *Donec sacerdos magnus.* ✻ THEODORETUS. Cur ad obitum sacerdotis præscribit reditum ei qui nolens interfecit? Quia ✻ mores

Quæst. 51.

NICOLAUS DE LYRA.

C

✻ 1 Tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Cham. *Licet enim trans Iordanem habitarent tantum duæ trib. cum dimidia, tamen tot erant ibi ciuitates refugij, quot erant citra Iordanem, ubi habitabant nouem tribus & dimidia. Cuius rationem assignat Rabb. Salom. dicens, quod hoc fuit, quia in terra Galaad, quæ erat trans Iordanem, habitabant homines proni ad effusionem sanguinis, secundum quod dicitur, Osee 6. cap.* Galaad ciuitas operantium idolum supplanta sanguine, *ubi in Hebræo habetur,* Torcular sanguinis. *Alia etiam causa potest assignari, quia terræ trans Iordanem erant longinqua a templo domini, ideo ibi multiplicabantur ciuitates refugij, ut effusores sanguinis elongarentur à templo. Vnde & Dauid licet esset sanctus, prohibitus est tamen ædificare templum, eo quod multum sanguinem effuderat in bellis, ut habetur 1. Parali. 22. b. Item quia aliæ tres addendæ erant, quando dilatati fuissent termini habitationis eorum, ut habetur* Deuter. xix.

2 Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui pcussus. *Hic consequenter describitur fugitiuorum saluatio, & primo ostenditur, qui fugitiui non sint saluandi, secundo qui sint saluandi, ibi:* Quod si fortuitu, *tertio qualiter non saluandi debeant condemnari, ibi:* Homicida sub testibus punietur. *Circa primum sciendum, quod percutiens a proposito, si ex percussione sequebatur mors, non debebat saluari per ciuitatem refugij, & quantum ad hoc dicitur: Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, quod autem loquitur scriptura de percutiente a proposito, patet per illud quod sequitur postea. Quod si fortuitu quicquam horum fecerit. Considerandum est, quod secundum quod dicit Rabbi Salom. in instrumento percussionis requiritur quod homo percussus ex eo possit mori, & ideo consequenter dicitur.*

3 Si lapidem iecerit, &c. *Id est si lapis sit tantæ magnitudinis, quod possit letale vulnus inferre, & eodem modo dicitur in alijs læsionibus in textu Hebraico, excepto primo, ubi dicitur absolute, Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, & non exprimitur ictu, quia sufficienter intelligitur, eo quod cum minimo instrumento ferreo, utpote cum acu posset interfici homo. Si autem aliquis percuteret proximum a proposito lapillo minimo uel festuca & percussus moreretur, non esset propter hoc percutiens interficiendus, quia nullo modo est uerisimile quod percussus esset mortuus ex percussione illa, sed alia causa*

4 Statim ut apprehen. eum inter. *Etiam in ciuitate refugij, dicit Rab. Sal. sed hoc est intelligendum, quando inueniet eum post iudicium datum de homicidio illo quod fuit factum a proposito.*

5 Quod si fortuitu. *Hic ostenditur quis debeat saluari in ciuitate refugij, uidelicet interficiens a casu absque odio & insidijs. Et ponitur ad hoc exemplum Deut. xix. de illo qui non habens inimicitias cum proximo uadit cum eo ad scindendum ligna, & ferrum securis desiliens manubrio interficit proximum. Sequitur.*

6 Reducetur per sententiam in vrbem, &c. *Ex quo patet, quod iudicium de homicidio perpetrato vtrum fuerit a casu vel a proposito non fiebat in ciuitate refugij, sed magis in illa cuius terminis factum fuerit homicidium, quia ibi magis poterat sciri veritas de facto, & quia conditiones rei & actoris erant ibi magis notæ, & ideo dicitur hic quod data sententia in illa ciuitate de innocentia percussoris, reducebatur percussor in urbem ad quam confugerat. Consequenter describitur modus saluandi.*

7 Manebitque ibi donec sacerdos magnus, qui oleo, &c. *Si enim ante exiret terminos ciuitatis illius, non saluabatur, quia inuentus extra poterat occidi a propinquo interfecti, ad quem de iure pertinebat mortem propinqui sui uindicare. Rationem autem prædictæ moræ assignat Rabbi Salomon, dicens, quod effusio sanguinis etiam a casu abbreuiat uitam, & est etiam horrida coram deo. Officium autem summi sacerdotis est orationibus, & sacrificiis impetrare prolongationem uitæ, & deitatem placare, & ideo ipso uiuente homicida non debebat ad terram propriam redire. Alia autem ratio adhoc potest assignari. Licet enim interfector a casu esset innocens.* ✻ &

a Lætitiæ præ consortibus suis. b A patre. In cruce. Impœnitens scilicet, & ideo a societate sanctorum & ecclesiæ veritate remota.

oleo sancto vnctus est moriatur. Si interfector extra fines † vrbium quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus & percussus ab eo, qui vltor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus vsque ad mortem pontificis in vrbe residere. Postquam autem † ille obierit, homicida reuertetur in terram suam. Hæc † sempiterna erunt, & legitima cunctis habitationibus vestris. Homicida sub testibus † punietur. Ad vnius testimonium nullus condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis*, statim ipse morietur. † Exules & profugi ante mortem pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt, ne polluatis terram habitationis vestræ, quæ insontium cruore* maculatur, nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit + atque ita emundabitur vestra possessio, me commorante vobiscum. Ego enim sum dominus qui habito inter filios Israel.

a Quia sententia superni iudicis qui secundum carnem proximus noster est, absoluitur qui cum peccatis qui de salute sua sollicitus esse neglexerit.

a Id est pœnitens in fide catholica manendo, non debuit sceleris sui veniam sperare, nisi in mediatoris Dei & hominum morte.

a Id est digna peracta pœnitentia meretur paradisi patriam recipere.

a Deum corde videntes & eum audientes.

mors pontificis secundum ordinē Melchisedech, erat humani peccati solutio. Ille reduxit in paradisum eos qui illinc exulabant. Porro temporis illius spatio fuga homicidæ propinquorum emolliebat animum, ac cędis plenā libidinem refrenabat. Quod autem ait, post obitum pōtificis de exulantibus cessare vindictam, satis valet ad persuadendum propinquis, in reliquum iram extinctā esse debere, quasi mortuus sit pontifex quo viuente delictū est admissum: legislator autem hunc tam delicto, quàm vindictæ præfinierit terminum.

a *Postquam autem ille obie*. GREGOR. Post mortem summi pontificis, homicida iubetur reuerti in terram suam, quia humanum genus peccando sibi mortem intulit, post mortē veri sacerdotis, id est Christi, absolutionem reatus accepit.

b *Ne polluatis terram habitationis vestræ*. Polluit terram habitationis suę qui cruenta & & nefaria facit opera proximos scandalizando & spiritaliter interficiendo. Et nisi per confessionē peccatorum & condignam pœnitentiā desideria carnis occidātur, terra corporis illius nullo modo mūdabitur, nec creator omnium in eius anima habitabit, vbi squalorem sordidę conuersationis dominari videbit.

* PROCOP. Pollutio enim terræ, iniustitiæ est, purificatio vero iustitia. Nam quod dicitur terram iniustis cædibus obnoxiā esse, & expiatione quæ iusta punitione constet, indigere, innuit terram non in culpa esse, verum in pollutionis sorte.

† vrbis eua sionis suæ ad quā fugerat.

† occidet.

† non accipietis pecunias ab eo, qui fugit in vrbē refugii, vt reuertatur & habitet i terra, donec moriatur pontifex.

Homil. 6. in Ezech.

Moraliter

† sacerdos magnus.

† erunt vobis in statutum iudicii p generatiões vestras.

* impius est dignus morte.

* in ea effuso.

† & nō polluetis terrā in qua habitatis, in cuius medio & ego habito

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *& puniretur sine sua culpa in hoc quod erat profugus a ciuitate sua non tamen hoc erat sine causa, quia ex mora ipsius inter amicos defuncti poterant seditiones & homicidia oriri, & per consequens pax communis turbari, maxime quia Iudæi crudeles erant & proni ad effusionē sanguinis, ideo ad hoc malum euitandum in communitate, homicida a casu manebat exul ad tempus, quod detrahendum est bono particulari propter conseruationem boni communis, poterat autem reuerti in morte summi pontificis, pro qua tunc erat afflictio & luctus in toto populo & tali tempore solent iræ particulares sedari.*

1 Homicida. *Hic consequenter describitur qualiter non saluandus debeat condemnari, & primo quantum ad testes, cum dicitur.*

2 Ad vnius testimonium nullus condemnabitur. *Quia duo testes ad minus ad eius condemnationem requiruntur, secundo quantum ad iudices, cum dicitur.*

3 Nō accipietis pretium ab eo qui reus. *Vt a morte saluetur nec etiam vt eius mors differatur, ideo subditur.*

4 Statim. *Quando erit conuictus de homicidio voluntario.*

5 Exules. *Quia similiter per pretium non poterant reuerti ad loca sua ante mortem summi pontificis.*

6 Ne poll. *Hic redditur ratio prædictæ punitionis, s. vt terra custodiretur munda quæ maculatur effusione sanguinis innocentis, quæ macula erat auferenda per mortem voluntarij homicidæ, & eadem ratione effusio sanguinis homicidæ a casu per exilium prædictum erat præcauenda, causa vero munditiæ terræ conseruandæ tangitur, cum dicitur.*


7 Ego enim. *Per veram fidem vnius Dei, & per specialem cultum latriæ, & ideo terrā huius habitationis diuinæ præ cęteris debet seruari munda per purgationem peccatorum & maxime homicidij voluntarij quia sanguis innocens effussus super terram propter horrorem criminis dicitur clamare coram Deo. Gen. 4. b.* Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

CAP.

ADDITIO.

*In c. 35. vbi dicitur in postilla.* Et suburbana per circumitum. *spatia sunt extra muros ciuitatis. Sicut expositio prima quæ dicit, quod idem est spatium mille passuum, & duorum millium cubitorum, non videtur veritatem obtinere, propter rationes quæ assignantur in postilla, sic nec expositio uidetur ualere Ra. Sa. nā hoc quod dicit, quod mille cubiti propinquiores muri erant sic ordinati, quod non poterāt ibi domus ædificari, nec poterāt arari vel seri, & c. sed & in alijs mille cubitis lōginquioribus poterat uineæ platari, & huiusmodi, nullū habet in litera fundamentum. Similiter nec hoc quod dicit quod spatium mille cubitorū longinquiorū nō proprie, sed large suburbana uocantur, habet aliquod fundamentū in textu, & ideo nullius autoritatis vr esse, unde ad planum sensum literæ habendū aliter dicendum videtur. Pro quo sciendum, quod scriptura in hoc loco determinat modū mensurā di suburbia ciuitatum, quæ dandæ erāt Leuitis, sub hac forma, uidelicet quod prius feratur unius circulus, cuius circuli ciuitas sit in medio, s. in centro, & semidiameter circuli sit longitudinis mille cubitorū, & hoc expresse continetur in hoc, quod dicitur.* Suburbana, & c. *quæ a muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille cubitorum, & c. In hoc enim quod dicit per circumitum mille cubitorum, & c. patet manifeste, quod circulariter spatium mille cubitorum a muris ciuitatis forinsecus tendi debebat, quod est propositum. Deinde mandat formari vnum quadratum æquilaterum, cuius quadrati quodlibet latus sit longitudinis duorum millium cubitorum, ita tamen quod vnum latus sit contra orientem, & aliud contra meridiem, aliud vero respiciat occidentem, & aliud septentrionem, & hoc expresse habetur in hoc quod sequitur: Contra orientem duo millia erunt cubiti, & contra meridiem similiter duo millia, ad mare quoque quod respicit occidentem eadem mensura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur. Ex quo patet, quod suburbia harum ciuitatum continebantur in vno quadrato ęquilatero longitudinis duorū millium cubitorū, & latitudinis eiusdē mēsurę. Quod quidem quadratū in quatuor diuidebāt quadrata quorū quodlibet latus erat longitudinis mille cubitorū. Et ut ista melius intelligātur ponitur sequēs figura, in qua ciuitas sit a. & circulus per circumitū ciuitatis dilatatus sit. c. f. b. e. cuius circuli a. est cētrū, et sic longitudo semediametri huius circuli mille cubitorū. & assignetur pūctus oriētalis huius ciuitatis in hoc circulo, & sit c. et pūctus meridionalis sit f. et pūctus occidētalis, & sit b. et punctus septētrionalis sit e. et protrahatur una linea ab oriēte in occidentē, & sit c. a. b. & alia linea a septentrione in meridiē, & sit e. a f. Deinde protrahatur alia linea a puncto c. qui est orientalis punctus, quæ quidem linea tangat lineam a. c. ad*

FIGVRA CIVITATIS.



... & sit linea b.c. cuius longitudo sit duo millia cubitorum ... ex vtraque parte a puncto c. qui est punctus orientis. Similiter protrahatur secunda æqualis linea a puncto f. qui est punctus meridionalis ... quæ quidem linea tangat lineam a.f. ad angulos rectos ... protrahatur tertia æqualis linea a puncto b. qui est punctus occidentis & sit linea l.b.g. quæ tangat lineam a.b. ad angulos rectos protrahatur etiam quarta linea æqualis a puncto e. qui est punctus septentrionis, & sit g.e.h. quæ quidem linea tangat lineam a.e. ad angulos rectos. Quæ quidem figura manifeste adaptatur sensui plano literę in hoc loco, vt patet. Nam cum dicitur, quod suburbana a muris ciuitatum forinsecus per circumitum mille cubitorum spatio tendentur, loquitur de circulo c.f.b.e. qui per mille cubitos forinsecus a ciuitate per circumitum tenditur. Cum autem subdit, Contra orientē duo millia erunt, &c. Loquitur de quadrato b.d.l.g. cuius latera versus quatuor mundi plagas se extendentia habent quodlibet duo millia cubitorum in longitudine. Quod autem sequitur: Eritque vrbs in medio, patet manifeste in figura cum ciuitas a. est in medio, tam circuli quam quadrati, &c.

REPLICA correctorij contra Burgen. Et similiter c. 35. Burgē. imaginatur de suburbijs & eorum mensuris quædam mathematica ad expositionem literę parum valentia, cui tamen placet vtatur eis, quia non sunt contra postillatorem.

## CAP. XXXVI.

A a. Accesserunt autem & principes, &c. RABA. Prouidere debent piæ cogitationes ne possessio bonorū meritorum in alienorum transeat dominiū; sed legitimo heredi perpetuo maneat, & ob hoc Moyses, id est lex, consultatur vt respondeat qualiter sui iuris perpetui possessores fiant, quod ipsa exprimunt nomina. Interpretatur enim Galaad aceruus testimonij, Machir vendens, Manasses oblitus, Ioseph auctus, Salphaad vmbra formidinis. Loquūtur ergo principes familiarum Galaad, filij Machir, filij Manasse, de stirpe filiorum Ioseph pro filiabus Salphaad, quādo cogitationes piæ mentis secundū scripturarum testimonia decertant pro anima fideli, quæ laborem præsentis vitæ pro futura vendidit, & obliuiscens quę retro sūt in anteriora se extendit, vt per augmentū bonorum operū præmia æterna consequatur. Quinque enim filię Salphaad, id est vmbræ formidinis, exteriora significant, quę quinque corporis sensib. explentur. Necesse est autē, vt qui in vmbra præsentis vitæ bonis operibus studeant, in timore conseruent ne perdant laborē. Verentur ergo principes Galaad, ne possessio sua in alienam tribū transferatur, & quisq; fidelis prouidet, vt opera quæ agit, ad felicitem proficiant sibi, ne si praua intentione gerātur, ab immundis spiritibus peruadantur. vnde, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.

b Tibi domine, &c. ✱ PROCOP. E re peculiari iterum lex generalis deriuatur. Nō quod Deus quid facto esset opus antehac ignorauerit. Verū quia temporis opportunitatem expectauit. Verū tū quidem astute tacuerunt ipsi tū contribules, veriti videlicet, si interrogarent, quod Dei imperium impedire viderentur. Iam vero eam quæstionem proferre illis est visum, prospicientes videlicet longius, ne occasio ac radix pullularet confusionis tribuum, si filię hæ, hæreditatem nactæ per nuptias contribulib. non miscerentur, quā do nec hæreditatum reuersio anno iubileo concessa, locum habuit. Quapropter legē sancit Deus, quantumuis dudum legis necessitate cognita habuisset. Ita Christus quod ad Lazari vocat filiam, eius mortem e qua eā reduxit non prædicit, res enim diuinæ non ad ostentationē comparatę sūt. Seruat vero decorū, nunc quidem humanitei ad eam eundo, exploratū eam quasi, nunc vero defunctā excitando. Iubet autem nunc puellas illas quorumcunq; velint, vxores esse, coniunctio enim violenta, ad disiunctionem iter præbet.

## CAP. XXXVI.

a ✝ Ccesserunt autem & principes familiarum Galaad filii Machir, filii Manasse de stirpe filiorum Ioseph, locutique sunt Moysi corā principibus Israel, atque dixerunt: b Tibi domino nostro præcepit dominus, vt terram sorte diuideres filiis Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri. Quas si alterius tribus homines vxores acceperunt, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur: atque ita fiet, vt cum iubileus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit, ✝ confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filiis Israel, & domino præcipiente ait: Recte tribus filiorum Ioseph locuta est, & hæc lex super filiabus Salphaad a domino promulgata est. c ✝ Nubant quibus volunt, tantum vt suæ tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipient, vt hæreditas permaneat

(Interlinear glosses: Aceruus testimonij. Vendens. Auctus. Vmbra formidinis.)

(Marginal notes: Sup. 27. a. — Tob. 7. b. — ✝ addetur hæreditas earū hęreditati tribus cuius erūt, & de hæreditate tribuum nostrorū diminuetur hæreditas earum. — 1. Cor. 7. g. — Tropolo. — Matt. 6. a.)

c Nubant. Simile dicit Apostolus: Cui vult nubat, tantum in domino. id est viro catholico, ne possessio b. bonorū operū & requies fidei perdatur, si Gentili aut Iudæo nupserit.

Tropologice uero mulieri, id est piæ intentioni, per bonam actionem cui voluerit licet se coniungere laboris, sic tamē vt pietatem & religionem in omnib. conseruet, ne operis sui pro quo æternę hereditatis possessionem sperat, detrimentum patiatur, si alieno, id est terreno se coniunxerit.

✱ a Nupse

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. XXXVI.

Quæst. 1 Ccesserunt, autem, &c. Hic ex prædictis ponitur quæstio, & primo quæstio mouetur, secundo ad quæstionem respondetur, ibi. Respondit Moyses, tertio responsio executioni datur, ibi: Feceruntque. quæstio autem oritur eo quod supra 27. c. de mādato domini ordinatum fuit, quod filiæ Salphaad succederent patri in hæreditate, eo quod non habebat filium masculum, & hoc est quod subditur.

2 Tibi domino, &c. Et ideo si nuberent viris alterius tribus, sequeretur quod hæreditas earum transiret ad aliam tribum, quia filius natus ex illa muliere qui debebat terram illam hereditare non erat computandus in tribu matris, sed patris, quia genealogia hominum non accipitur per matres sed per patres, & ex hoc sequebatur, quod in anno quinquagesimo iubilei in quo hæreditates debebant reuerti ad primos possessores: quia non poterant vendi vel alienari etiam vltra illum terminum quantum ad hæreditatem prædictam, non reuerterentur, & sic sequeretur sortium confusio ex tali translatione de parte hæreditatis vnius trib. translata ad aliam, quod est contra domini præceptū, vt hic, & Leui. 27. habetur.

3 Nubant quib. volunt. Hic ponitur responsio Moysi ex autoritate domini, videlicet quod ad euitandum inconueniens prædictum filię Salphaad non possent contrahere matrimonium nisi cum hominibus suę tribus, & sic hereditas earum non transibat ad aliam tribum. & eodem modo præcipitur de alijs mulierib. habentib. hæreditatem, & hoc patet per illud quod subditur.

4 Omnes enim viri ducēt vxores de tribu & cognatione sua. Ex quo videtur, quod non poterant accipere mulieres de alia tribu. etiā hæreditatem non habentes, nec per consequens poterant illæ contrahere cum viris alterius tribus, vnde & eadem ratio huius assignatur ex vtraque parte tam viri quam mulieris. s. in permistione tribuum. vnde subditur.

5 Cunctę fœminę maritos de eadem tribu accipient, vt hęreditas permaneat in familiis. De eadem tribu accipiēt. In Hebræo habetur sic. Omnis filia quæ hęreditabit hęreditatem, vni de cognatione patris sui erit vxor. Ex quo videtur, quod istud præceptum non cadit nisi super mulieres succedentes in hæreditate, vt dicunt aliqui. Sed contrarium videtur per illud quod in textu dicitur.

✱ 1 Noc

a *Nupserunt Maala,&c.* SEVERIANVS. Hac lege de maritandis tribub. Ioseph ille, qui ab euangelista vir iustus appellatur, id est, præceptorum domini studiosus, de tribu Iuda, de domo & patria Dauid, Mariã virginem desponsit ex eadem tribu, vt genealogia ipsius fit & Mariæ genealogia, de qua Christus sine semine prodiit. Ita factum est, ut ratio scripturæ seruaretur, quæ mulieres in prosapiarum censu non refert, neque ideo lęderetur aliquo modo ueritas.

Ex catena Græca.

THEODO. Sed & cõnubia tribus inter seiungere passim noluit, ut syncerum purumq; seruaretur semen Iudæ, vnde gentibus salutem Deus promiserat. Concurrerent autem regia simul & sacerdotalis tribus, quia & sacerdos secundum hominem & rex dominus Christus.

Quæst. 25.

RAB. Hoc fit cũ quilibet de numero credẽtiũ Iudæorũ doctori de gentib. credenti se iungit, ut eius magisterio filios gignat, id est pietatis opera. Nomine. n. patrui dici possũt de gẽtib. electi, qa fratres sunt sanctorũ prædicatorũ, qui fuerũt in Iudæa constituti. No debet esse schisma in spiritali cognatione, vbi vna est fides in professione. Et sicut est vnus pastor, debet esse vnũ ouile: *Omnes enim fratres sumus.*

Qui humilitatem habere studet, & in infirmitatibus suis cõplacet sibi solennitatem agit, & grata munera Deo tribuit, & rex suæ conuersationis existit, & progressu virtutum mouetur, ambulans de virtute in virtutem.

Ephes. 4. Io... Mat... 1.Cor...

neat in familiis, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant, vt a domino separatæ sunt: Feceruntque filiæ Salphaad, vt sibi fuerat imperatum, & nupserunt Maala & Therla & Hegla & Melcha & Noa, filiis patrui sui de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph, & possessio quæ illis fuerat attributa mansit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata atque iudicia, quæ præcepit dominus per manum Moysi ad filios Israel in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

(a Infirmitas. b Complacens. a Solennitas ista vel vitulus. b Rex eius. c Motus. Pia actio. Ecclesia catholica.)

*Finit Liber Numerorum.*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Nec sibi misceantur tri.&c *Dispensatum tamen fuit quod tribus sacerdotales & regia possent commisceri per matrimonia, tum propter nobilitatem vtriusque tribus, tum ut reges per sacerdotes familiaritatem cum eis habentes in uero cultu Dei tenerentur, tum etiam, vt per hoc pax in communi populo magis seruaretur.*

2 Feceruntq; filiæ. *Hic consequenter ponitur prædictæ responsionis executio, & patet litera.*

3 Hæc sunt mandata. *Hæc est conclusio libri, hæc scilicet quæ prædicta sunt mandata, quantum ad moralia & cęremonialia.*

4 Atque iudicia. *Quantum ad iudicialia.*

ADDITIO.

*In c. 36. vbi dicitur in postilla. Et eodem modo præcipitur de alijs mulierib. In hoc præcepto multum deuiat translatio nostra a veritate Hebraica. Nam secundum Hebraicam veritatem non prohibetur fœminis quin nubant quibuscunque voluerint de genere Israelitico, nisi tantum fœminis quæ hæreditatem habent scilicet illæ quæ non habent fratres, & istis tantum præcipitur quod alicui de cognatione patris sui nubant, & hoc est quod dicitur:* Omnis filia quæ habet hereditatem, vni de cognatione patris sui erit vxor. *Similiter non prohibetur quin viri ducant vxores de alia tribu. Hoc enim quod dicitur in translatione nostra: Omnes enim viri ducent vxores de tribu, & cognatione sua, non est in Hebræo, sed ibi dicitur sic.* Non reuertatur hæreditas filiorum Israel de tribu in tribum, sed vnusquisque in hæreditatem trib. patrum suorum adhæreat. *Similiter vbi in translatione nostra dicitur.* Nc sibi misceantur tribus, sed ita maneant, *non est sic in Hebræo, sed dicitur* Nec reuertatur hæreditas vnius tribus ad aliam tribum: *Et ratio huius legis testatur pro veritate Hebraica, quæ quidem ratio finalis est, ut diuisio hæreditatum sienaa inter tribus perpetuo remaneret, ita quod nihil de terra quæ in sorte tribui Iudæ caderet posset aliquando reuerti ad tribum Beniamin & sic de alijs. Et quia secundũ legem veterem fęminæ non succedebant in hæreditatem paternam, nisi illę tantum quæ fratrib. masculis carebant, ut supra eodem 27. c. ideo de istis tantum dabatur lex ne commiscerentur alicui de alia tribu, quia per talem commistionem hęreditas vnius tribus transiret in aliam, quod erat contra ordinationem diuinam, sed aliæ fęminæ, quæ fratres habebant, & per consequens non succedebant in hęreditate paterna, non prohibebantur per istam legem, quin contraherent cum alys quarumcunque tribuum, quia ex hoc non sequebatur confusio sortium, ut satis patet. Nec legitur etiam aliquam dispensationem fuisse super hoc factam, quod trib. sacerdotalis & regia possent adinuicem commisceri per matrimonia, non enim requirebatur in hoc dispensatio, quia Deus non prohibuit commistionem tribuum, nisi tantum ubi ex tali matrimonio posset sequi commistio hæreditatum, ut patet secundum veritatem Hebraicam, ut dictum est.*

*REPLICA correctorij contra Burg. Nec ponderandum videtur quod Burg. circa c. 36 addit, quia est contra nostram translationem & beatum Hieron. & alios sanctos doctores, non est tamen directe contra postillat. quia uidetur idem sentire cum Burg. in tractatu de differentia nostræ translationis & Hebraicæ veritatis, quamuis hic disputet materiam illam ad partes opinionum, imo ex translatione nostra idem potest haberi, si respiciatur bene quæstio mota per filios Ioseph, & responsio data per Moysen, quæstio enim mota fuit solum pro filiabus succedentibus in hęreditate, pro aliis non, ut patet per postillatorem infra Iudicum decimo & decimoseptimo.*

## EPILOGVS COMPENDIOSVS LIBRI NVMERORVM, FERME per omnia prothemati in principio eiusdem libri posito, verbotenus alludens.

Liber iste ויהי Vaiedabber Hebraicè, sed Latinè liber Numeri dicitur, qui inter libros quinq; legis quartum obtinet locum. In quo licet ordini historiæ seruiatur, mysticus tamen intellectus innuitur. Ordini historiæ seruitur, quia cum in Leuitico, qui est tertius de consecratione sacerdotum & vsu sacrificiorum quæ in tabernaculo fiebant, agat: in hoc de eiusdem tabernaculi dedicatione & munerib. principū, quæ in ipsa dedicatione obtulerunt, scribitur. Et cum tabernaculum deponi & ad alium locū transferri debeat, qui seruiant tabernaculo, & quid efferre debeant, id est, quid Caathitæ, quid Gersonitæ, quid Meraritæ deportarent, assignatur. Qui & Leuitæ, & sm quam ætatem ministrare debeat in tabernaculo docetur. Conuenienter itaq, post tertium Leuiticū iste quartus ponitur. Mysterium etiā nobis q in quarto loco ponitur, insinuatur. Sicut enim inter oēs figuras quadrata est perfectior, sic quaternarii pfectione hui⁹ operis pfectio cōmendatur. Nā sicut quarto die facta sunt luminaria: Quarta ætas sub Dauid fuit robustissima, quarta etiam ętas hoīs, id est iuuētus inter alias fortissima, & alia multa sub quaternario cōstituta, pfectionis sunt indicia. Ita eorū q hoc libro numerantur, ostenditur fortitudinis perfectio, dū hi tantum qui in virtute Israel proficiunt, numerant. Excluduntur quippe ab hoc numero pueri, feminæ, Aegyptii, serui, soli de pueris sacerdotū & Leuitarū primogeniti numerant. Diuinis qppe numeris est indign⁹ puerilis & lubric⁹ sēsus, feminea laxa & dissoluta segnities, Aegyptii, id est seculares mores & seruiliter timētes. Solus Israel numerat, nec tñ oīs, sed tm q virtute procedit ad bellū cōtra spiritualiū nequitias potestatū.

Notandum vero q nec in Aegypto nec post exitū statim populus Dei numerat. Prius quippe Aegyptus desetir, mare transitur, Amalec superat, māna māducatur, & tabernaculū cōstruit, lex digito Dei scripta suscipitur, & tūc populus Dei a viginti annis & supra numero diuino dignus cōputatur. In quo significatur, quia nisi quis Aegyptū, id est, mundū & ei⁹ concupiscentias reliquerit, mare rubrū, id est, baptismū sanguine Xpi in consecratū susceperit, & tēplum Dei per inhabitantē spiritumsanctū factus fuerit; Amalec, id est lingens sanguinē, id est diabolū, & vitia, virtute Dei superauerit, corpus & sanguinem dñi perceperit, & eo quasi manna vsus fuerit: legem quoq; Dei per oīa seruauerit, ad huius numeri dignitatē peruenire non poterit. Ratio quoq; tribuū, quæ quatuor locis circa tabernaculū disponunt per ternarium, ordo & numerus mansionum, societas familiarū, & cuncta ordinatio castrorū mira spirant sacramenta. Quod enim per quatuor partes trinæ trib. collocantur, innuitur per quadripartita mundi climata, sanctæ trinitatis fidem doctorū officio prædicandā. In ipsa quoq; familiarum societate innuitur certa spes resurrectionis, s. quod in illa resurrectione illi tribui siue illi ordini angelorum vnusquisq; sociabitur, quem in hac vita manendo imitari pro posse suo laborauerit. Catalogus quoq; mansionū quas a prima quæ fuit in Ramesse, vsque ad vltimam quæ fuit iuxta Iordanem, quadragintaduo numeramus, numerū mansionum per quas ad cęlum ascendimus (sicut in eorū dispositionib. dicemus) insinuat. Et eundem numerū in cælum instę ascensionis habemus, quē in enumeratione generationis Christi descēdētis a primo patriarcha Matthæus ponit; vt in eodē numero nos ascendere ad cælū sciamus, quo Christum ad beatam uirginē quasi ad Iordanem descendisse euāgelista signauit. Quæ uirgo bene Iordanis dicitur, qa pleno gurgite fluens, spiritussancti gratia redūdauit. Patet igitur ex supradictis, hunc librū ideo dici librum Numeri, quia in eo populus Israel numeratur uel catalogus mansionū continetur. In quo intendit Moyses per numerū filiorum Israel qui ad Iordanē descendisse dicuntur, & catalogum mansionū quib. ab Aegypto vsque ad terram promissionis peruenerunt, qui & quo itinere ueniatur ad cælum designare, per hoc n. quod ostendit q numerentur, ostendit q sint cęlo digni. Per hoc uero quod māsiones numerantur, ostēdit qualitinere veniatur. Ordo talis est, Primo duces populi, & populū enumeratū circa tabernaculū per quadrum collocat: Leuitas a numero aliorum exceptos, administeriū tabernaculi designat. Deinde tabernaculum dedicatur, oblationes assignatur quæ in ipsa dedicatione offeruntur. Deinde Balaā a rege Balac ad maledicendū populum Dei inducitur. Postea catalogus māsionū describitur. In fine sex ciuitates ordinantur, tres citra, & tres vltra Iordanē, ad quas confugeret, q ignorans proximi sanguinem effunderet. Leuitę intra tabernaculū & cæteros filios Israel excubantes diuisi per Aaronitas ab oriente, & Caathitas ab austro, & Gersonitas ab occidente, & Meraritas ab aquilone, significat prælatos ecclesiæ, q sunt medii inter claustrales, (qui p tabernaculum) quib. & in temporalib. prouident, & laicos, quib. in spiritualib. præsunt, Aaronitæ, id est Moyses & Aaron, & horum filiorum filii plicant & inuoluunt in tabernaculo secretiora, & introducētes Caathitas dāt eis propriis humeris portanda inuoluta, ne uidentes moriantur. Non enim ppalanda mysteria ecclesię, nisi summatib. viris, id est Moysi & Aaron quia infirmi inde scandalizarētur, vnde & liber presbytero & diacono apertus, portat, ceteris clausus. Gersonitæ & Meraritę q sunt indigniores Caathitis, non propriis humeris, sed bobus & plaustris portant sua onera. Quia *qui vult meus esse discipulus, me sequatur*, quasi per mortem. & quanto quis magis vult accedere ad ipsum Deū, tanto grauiorem incurrit persecutionē. Benedicetis filiis Israel, & dicetis eis: De hoc loco sumpta est benedictio, quā facit episcopus duob. digitis iunctis & eleuatis. Duo digiti iuncti & eleuati significāt legem & sacerdotium, quæ per Moysen & Aaron intelliguntur. Tres versiculi qui sequuntur, continent illā trinam petitionē quæ fit in verbis episcopi quæcunque sint, petitur gratia spiritussancti, vota salus, pax æterna. Deinde sequitur distinctio personarum semper his verbis, quod iste præstare dignetur qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in æternum.

Matt. 16. d.

## PROTHEMA IN DEVTERONOMIVM.

Myrrha.

Fasciculus myrrhæ dilectus mihi. Myrrha arbor aromatica quinque cubitis tantum in altum excrescit, cuius cortex & radix & folia & oīa amara sunt. Myrrha amara est & cadauerib. apponitur, vt arceat putredinem vermium. Hæc est lex vet⁹ in quinq; libris comprehensa, amara, id est nemini parcens: vñ & Marath designata est. Apposita cadauerib. id est inuenta pro peccatoribus, vt corruptionem criminum ab eis arceret. Huius fasciculus est Deuteronomius, id est ramusculorū pluriū in unū collectio. Terminata enim lege in quatuor voluminib. iste quintus additus est, diffuse dicta in vnum breuiter colligens, quædam etiā prætermissa supplens. Additus autē est illis vt numero legali satisfaceret. Quinarius enim numerus est legis, quaternarius euangelii. Vnde & refectio quinq; milliū hominū in euāgelio ad patres veteris testamenti spectat. Refectio quattuor milliū ad patres noui. Illis enim pmissa sunt & data terrena, quęq; sensibus subsunt. Illis quadrata, id est soliditas terræ uiuentium. Deseruit etiam liber iste euāgelio in nomine, in explanationis serie, in sui dignitate. Dicitur enim Hebraice אלה הדברים Elleh Haddebarim, id est, hæc verba, Grecè Δευτερονόμιον, quod est Latine secunda lex: Non ut quidam dixerunt, altera post prædictam, unde in pdictis dicebatur, Locutus est dñs, hic autē, Locutus est Moyses. Sed secunda idest secundo iterata, hoc nomine euangelium præfigurans, q successit legi, cui nullum succedet. Cum etiā multa breuiter colligit, & supplet quædam, formā euangelii præfigurat. Hoc est. n. abbreuiatum verbum quod fecit dominus super terram, & supplet imperfecta legis. vnde: *Non veni soluere legem sed adimplere*. Cum autem dicitur hoc opus adeo dignum, quod manib. regis gestari iubeatur, dignitatem euāgelii aperit, q ordinatum est in manu mediatoris. Cum ergo sic seruiat euāgelio, merito est fasciculus dilectus Christo, nō tm pro se, quantum, quia ostendit rotam in medio rotæ. Intētio est recapitulare prædicta triplici fine, vt arctius memoriæ commendetur vt vtilitas prædictorum inculcetur. Quod eni vtile est, sæpe dicere, nec pigrū esse debet (vt ait Apostolus) nec molestum audire. Et vt duritia Iudęorum condemnetur, qui toties dicta non intellexerunt. Modus agendi. Præmittit quasi prologū, quo ostēdit qs scripserit, & quid, &c. Post memorat graue delictū pro quo perierunt in deserto, vt hoc timore excitet ad audiendū. Post separat ciuitates refugii. Post recapitulat dicta & facta bona & mala supplet. Post iubet hūc librum poni in arca, & septimo anno legis oī Israeli in Scenophagia. Post subdit canticum. Audite, &c. in memoriam murmuris eorum, & pœnæ, obedientiæ & præmii. Et post benedictionis tribuum. Vltimo de morte Moysi.

Elleh Haddebarim.

Matt. 5. b.

Phil. 3. c.

Modus agendi.

# LIBER DEVTERONOMIJ, Hebraicè אלה הדברים ellehhaddebarim, i. Hæc sunt verba.

## CAP. I.

a b c Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses 1 2

CAP. I.

Liber Deuter. ✻ PROC. Quæ a Mose in hoc præsenti libro repetuntur, præcedentib. enarrationib. mandauimus. Cæterum quoniam a lege hic liber nomen habet, legis præfigendi sunt termini. Est itaq; lex oratio, quæ quid faciendum sit, præcipit, quid non faciendum sit vetat. Vel sic, est oratio animali natura politico pcipiens vel vetans. Natura.n. politicus omnis homo est, nam illi insitum est natura legib. reipub. diuinæ parere, de qua dictum est. *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*. Vel sic, lex est definitio politici de reb. agendis vel omittendis. Vel sic, est oratio pcipiens vel vetans, de omnibus vitæ actionibus, quæ, quando, & quomodo malè & cum damno fiãt. Vel sic. est norma iustorum & iniustorum. Vel sic, Mensura iustorũ & iniustorum, non tam hominum quam rerum. Vel sic, est oratio docens quomodo temp. administrare oporteat, quæ definitio ei conueniet, qui omnes suas actiones ad remp. cælesté refert. Vel sic, est oratio interdictoria scientiæ regiæ, quã Christus, ipsa patris sapientia, omnib. qui huius ductu ad regnum cælorum, seu Dei contendunt, impertit. Vel sic, est contensus ciuitatis de reb. faciendis vel non faciendis, sit vero ciuitas cõsonus ecclesiæ cœtus, de reb. faciendis aut minus. Extẽditur autem lex super magistratus ecclesiasticos, tribunalia, bellũ contra oppositas actiones, pacem mutua, sana de Deo dogmata nuptias, liberorũ eductiones, præparationẽ extremæ a vita migrationis, denique iusta defunctorum. In vnoquoque.n. horum, vel legitime vel illegitime quisque versatur.

Psal. 85.

✻ THEOD. Cur hic liber qui est in ordine quintus, Deuteronomium, i. secundi legium appellatur? Cum ex Aegypto dominus populum suum eduxisset, tulit in monte Sina legẽ, ad cuius normam postea viuerent, secundo deinde anno iussit, vt terras promissas capesserẽt, quas illi cum neglexissent, quasi eius opib. diffidentes, iratus iurauit, de censis a Moyte nemini concessurum, vt ad optatas sedes peruenirent. Sed fore vt per annos quadraginta vastas per solitudines errabundi morerentur, exceptis duobus. His igitur interemptis recenseri iubet eorum filios, eandem agentes ætatem, quam illi tum quãdo fuerant supputati. Hosce Deus introducturus in terram quam erat pollicitus, docet ministerio prophetæ legem, quam patribus eorum transgressoribus explanauerat. Quare Deuteronomium continet recapitulationem eorum quæ lege cauta sunt & gesta in libris Exodi, Leuitici, & Numerorum. Notat etiam tempus & locum vbi & quãdo huic iuuenũ multitudini doctrinam proposuit. Quib. aperte demonstratur, non esse hanc nouam legem, sed summam quandam legis, ad instruendos superstites maiorum suorum, qui tot tantique Dei erga se merita non vidissent.

Qõn 1. in Deuter.

b *Hæc sunt uerba quæ*. Præmittit legislator titulum, quasi prologum, in quo ostendit nomen autoris, & quid fecerit, & vbi, & qñ. Sicut paulo post in glossa distinguetur, & terminatur vt quibusdam vr̃, ibi, Quadragesimo, & c. vel inferius, ibi. Deus noster, & c. Sed ad eorum euidentiam quæ in prologo, & eorum quæ sequunt̃, tangenda est aliquantulum veritas historiæ. Ab exitu filiorum Israel de Aegypto vsque quo peruenerunt ad campestria Moab supra Iordanẽ, fluxerunt quadraginta duo anni, in quibus diuersis temporibus quadraginta duas mãsiones fecerunt. Quando nubes leuabatur, castra mouebantur, & cum stabat, figebantur & manebant in eodem loco, quousque iterum leuabatur nubes. Prima mansio fuit in Ramesse, vltima in campestribus Moab. A Ramesse vsq; ad montem Sina, spatio quadragintaseptem dierum duodecim mansiones fecerunt & hoc primo anno, & ibi fere totum annum steterunt: Ibi lex data est, ibi Genesis scriptus, Exodus, Numeri scripti sunt, & magna pars huius. Inde pedem mouentes anno secundo peruenerũt in Cadesbarne & in spatio illo fecerunt viginti mãsiones, de Cadesbarne miserunt exploratores, qui reuertentes nunciauerunt terram bonam, sed robustos & gigantes homines inuenerunt, & territi volentes redire in terram Aegypti, vnde iratus dominus. Abierunt retro & lustrauerunt montem Seir per 38. annos ibi mortui, & prostrati sunt murmurantes. In quadragesimo anno peruenerunt ad Cadesbarne, vnde retro abierunt per desertum, & in illo spatio nouẽ mansiones iterum fecerunt. Vndecim vero dies Moyses antequam veniret ad Cadesbarne, legem solo verbo recapitulauit, & de Cadesbarne vsque ad campestria Moab, & illo spatio vndecim dierum scripto voluit commendare. Ecce de primo anno 12. de secundo 21. de reliquis nouem, & ita quadraginta duæ mansiones.

Historia.

Hæc fuit causa huius libri, vt scilicet, quæ facta fuerant, breuiter collecta, arctius tenerentur in memoria, facile enim retinentur quæ breuiter dicuntur.

c RABA. *Hæc sunt uerba quæ locutus est Moyses, &c.* Principium Deuteronomij titulus esse videtur totius operis, quia personam indicat autoris, & quid fecerit, & locum & tp̃s. Nomen quoque libri gratiam demonstrat noui testamenti. Deuteronomium namque secunda lex interpretatur, & euangelium significat quod veteris testamenti sacramenta spiritualiter explanat. Sicut liber Deuter. repetitio est quatuor librorum legis. illi.n. proprias continent in se causas, iste replicat vniuersa, habet & ipse propria sacramenta.

Deuter. quid sit.

*Hæc sunt uerba*. IDEM. Hoc de se tanquam de alio de more sanctæ scripturæ dicit, sicut & ibi. *Erat Moyses mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra*. Sic enim uitat arrogantiam, & demonstrat ueritandam. Similiter & Iob de se dicit, *Vir erat in terra Hus nomine Iob, &c.* Et *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, &c.* De se tanquam de alio loquitur sicut Ioannes de se ait. *Discipulus quem diligebat Iesus, &c.* Vel spiritussanctus perhibet ei testimonium, ut nemo possit dubitare Moysen ista scripsisse.

Num. 12. a
Iob 1. a.
Ioan. 5. c.
Ioan. 9. e.

✻ DIOD. Secundum omnia hæc non uno eodemque die retulisse prophetam, sed multos intercessisse dies, quibus paulatim animos illorum legitimis institutis imbueret, vnde frequenter eadem circumagit uerba, ut ex cõtinuatione memoriam instauret.

Ex catena Græca.

d *Locutus est*. Moyses lex vetus est, quæ trans Iordanem, i. ante baptis-

Allegor.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. I.

1 Declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. *Sicut dictum fuit in principio Exod. lex non datur proprie vni personæ singulari sed communitati, & ideo datio legis præsupponit adunationem plebis cui lex sit danda, & ideo sicut fuit dictum in principio Gen. lex quæ continetur in quinque libris Moysi sic diuiditur, quia primo in libro Gen. describitur separatio fidelis populi ab infideli, & eius adunatio sub cultu unius Dei In Exodo uero & in alijs duobus libris sequentibus describitur datio legis populo iam adunato. In Deuterono. uero describitur replicatio legis datæ in eius explicatione, de qua potest dici competenter verbum propositum. Declaratio sermonum, etc. Vnde liber iste procedit secundum quadruplicem modum in uerbis propositis contentum, scilicet explicando obscura, quod notatur cum dicitur, Declarat o, secundo replicando in alijs libris prædicta, quod notatur cum dicitur, Sermonum tuorum, tertio supplendo omissa, quod notatur ibi, Illuminat, quarto applicando & addendo necessaria, quod notatur cum dicitur, Et intellectum dat paruulis, sicut videbitur in processu libri. Qui quidem liber diuiditur in proœmium & executionem, quæ incipit ibi. Cœpitque Moyses. In proœmio quatuor notantur, primo quis scripsit, secundo quibus, ibi, Ad omnem Israel, tertio, ubi scripsit ibi. Trans Iordanem, quarto quando scripsit, ibi, Quadragesimo anno. Circa primum, scilicet.*

Psal. 118. b.
Lex cui datur.

2 Hæc sunt verba quæ locutus. *Sciendum quod aliqui dixerunt quod*

Diuisio.

baptismum Israeliticum docuit populum. In Iordane enim significatur baptismus in quo baptizatus est Christus. In solitudine campestri, i. in sterilitate carnalis populi, qui fructum virtutum non attulit.

a *In solitu.* Sterilitate plebis, cui dicitur. Relinquetur vobis domus vestra deserta.

b *Contra mar.* Quia generatio praua & peruersa ablutionem peccatorum in sanguine Christi credere noluit.

c *Inter Pharan.* Pharan auctus. Trophel, insulsitas: Laban, dealbatio: Haseroth, atria. Auctus est.n. populus numero hominum, doctrina legis & prophetarum, sed insulsus fuit, quia sal sapientiæ non habuit, dealbatus vero legis ceremoniis uariisque munditiis, quas ex litera legis se habere credidit. Qui bene per atria significatur, tanquam per diuinas scripturas ad introitum fidei paratus. unde multi in aduentu Christi facilius susceperunt, quē ante prædictum agnouerunt. vnde Philippus. *Quem scripsit Moyses in lege, et prophetæ, inuenimus Iesum filiū Ioseph a Nazareth.* Quatuor hi mōtes, quatuor euāgelia significāt, quib. ecclesia circundatur.

d *Vndecim diebus.* Lex per Moysen vndecim diebus explanata. Iudaicę plebis transgressionē in mandatis decalogi significāt.

Vndecim dies, sunt vndecim apostoli per quos (Iuda reprobato) euangelium Christi prædicatum est in mundo.

e *De Horeb.* Qui Hebraicè חרב choreb, incipiens per Seir, i. pillosum & sordidum vitiis populum transiens venit ad Cadesbarne, qui commutatus uel electus uel nobilis interpretatur, significans literalem legis sensum in spiritalem per euangelium commutatum. *Omnia.n. in figura contingebant illis, scripta ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt.* Lex. non est soluta, sed adimpleta, *nec vnum iota aut vnus apex preteribit donec omnia fiant.*

Matt. 3. d. Luc. 13 g. — †& Dazaab. — Ioan. 1. — †in plani. cie vel ci. po. — 1. Cor. 10 b — Matt. 5. c

a Iudaicum populum, cui vniuersaliter lex data est. b Ante baptismum. c In ecclesia in qua non est horror spinarum, i. vitiorum

1 a ad omnem Israël trans Iordanem in solitudine + campestri contra 2 b

a Baptismum Christi sanguinem rubeum. Nomina locorum. b Auctus est. Ecclesia longe lateque diffusa, vel dilatata. c Insulsitas. Ecclesia.n. stulta videtur, quia despicit visibilia, cupiens inuisibilia. d Dealbatio, ecclesia in baptismo dealbata est. e Atria, de quibus dicit ecclesia: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini Psal. 83.

3 c mare rubrum 4 inter Pharan & Trophel, & Laban & Haseroth.

a In ecclesia. b Sapientiæ. c Multifaria significat mysteria, & spiritualem thesaurum sapientiæ his quæ dicuntur inesse. d Numerus transgressionis. e Peruenerunt, subaudi. Quia lex Dei a monte Horeb.

5 d †ubi est auri plurimum, 6 vndecim diebus de Horeb 7 per viam mon

a Qua

## NICOLAVS DE LYRA.

* quod Moyses non scripsit hunc lib. sed tantum protulit verba vel sententiam, quę Iosue & alij senes memoriter retinentes in hunc librum cōscripserunt post mortem Moysi & hoc probant primo, eo quod dicitur in principio. Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses, & non dicitur, quę uerba scripsit. Secundo ex hoc quod dicitur trās Iordanē, & sic videtur quod liber fuerit scriptus trans Iordanem. Moyses autem Iordanem non transiuit, vt patet in fine huius lib. & in pluribus alijs locis. Tertio ex hoc ꝙ in fine huius lib. describitur mors & sepultura ipsius Moysi, quam ipse Moyses scribere non potuit. Sed hoc est manifeste contra id quod habetur infra 31. c. vbi dicitur: Scripsit itaque Moyses legem hanc & tradidit sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis domini. Et infra eod. cap. Postquam autem scripsit Moyses verba legis huius in volumine atque compleuit, præcepitque Leuitis qui portabant arcam fœderis domini dicens: Tollite librum istum, &c. Et ideo dicunt alij, quod Esdras scripsit principium & finem huius libri addendo verbis Moysi. Sed hoc est contra illud quod dicitur in prin. huius lib. Hęc sunt verba quæ locutus est Moyses: Ex quo patet quod nō sunt verba Esdræ sed Moysi. Propter quod dicit Ra. Sa. & Hebræi alij, ꝙ totus iste liber scriptus fuit a Moyse excepto vlt. cap. quod scripsit Iosue post mortem Moysi. Ad illud autem quod obijcitur primo dicendum, quod Moyses verba lib. huius seu sententiam primo protulit coram populo per modum exhortationis, & quantum ad hoc dicitur. Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses, sed postea scripsit ad memoriam in futurū. Quod autem secundo obijcitur, magis est ad oppositum, quia trans Iordanem & citra accipiuntur in sacra scriptura respectu situs Ierusalem, & ideo illa pars vbi habitabant duæ tribus cum dimidia, quę fuit acquisita ante transitum Iordanis vocatur trans Iordanem, qui inter ipsam & Ierusalem, Iordanis est medius. Ad tertiū responsio patet ex dictis Consequenter ostenditur quib. scripsit, cum dicitur.

Quis huic libru scripserit.

1 Ad omnem. *Dicit autem Ra. Sal. quod ad hoc vocauit totum populum, vt quilibet haberet locum loquēdi si vellet in aliquo obijcere verbis Moysi, vt sic postea nullus haberet locum contradicendi, sed non est verisimile, quod totus populus posset generaliter audire verba Moysi loquentis, cum numerus virorum qui poterant ad bella procedere absque mulieribus & paruulis esset sexcenta millia, & mille septingenti triginta, vt habetur Num. 26. Et ideo melius videtur dicendum, quod quando Moyses loquebatur verba libri huius populo ꝑ modū exhortationis fuerūt ibi tantum capitanei & principales populi, in quib. quodammodo tota multitudo populi continebatur. Scripsit tamen Moyses ad oēm Israel generaliter, quia non solum illi qui erant tunc præsentes, sed et absentes & futuri de populo illo obligabantur ad ea quæ fuerunt scripta in hoc libro, et ideo fuit repositus in latere arcæ vt legeretur quolibet anno septimo, vt habetur inf. 31. c. Consequenter ostenditur vbi scripsit cum dicitur.*

2 Trans Iordanem. *Antequam transirent Iordanem.*

3 Contra ma. ru. *Habet enim hoc mare multos sinus & vnius illorum est contra locum illum.*

4 Inter Pharan. *Nomina sunt locorum circa locum illum vbi Moyses explanauit legem.*

5 Vnde auri est plurimum. *Quia ibi sunt mineræ auri.*

6 Vndecim diebus de Horeb. *Istud exponitur dupliciter, vno modo aliquibus referendo ad literam præcedentem cum dicitur. Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses in tali loco. Vndecim diebus id est 11. diei posuit ad loquendum ista. Sed quomodo exponitur litera sequens & cui coniungatur, cum dicitur per viam montis Seir, &c. non habetur ex verbis eorum, & ideo aliter exponitur ab alijs, non solum referendo ad literam præcedentem, sed etiam subsequentem, vt sit sensus: Hęc verba locutus est Moyses vndecim diebus, veniendo, scilicet de Horeb per viam montis Seir, ita quod in illo undenario dierum facta est legis explanatio. Sed hæc expositio non uidetur rationabilis, quia non est uerisimile quod Moyses eundo per uiam explanaret populo legem, quia talis explatio requirit quietem doctoris & auditoris. Et ideo Rab. Sal. aliter exponit dicens, quod in hoc notatur spatium terræ inter montem Horeb & Cadesbarne, quod secundum eos est itineris undecim dierū, & tamen filij Israel in recessu suo de Horeb post legem datam uenerunt illuc in tribus diebus, quod sic probat, quia anno secundo egressionis de Aegypto, mense secundo uicesima die mensis recesserunt ab Horeb, ut habetur Num. 10. & eodem anno uicesimonono die mensis tertij uenerunt in Cadesbarne, unde miserunt exploratores. Si igitur inde subtrahantur triginta dies, quibus populus mansit in sepulchris concupiscentiæ, quia ibi comederunt carnes mense integro, ut habetur Numer. 11. & iterum septem dies quibus mansit populus in Asaroth quandiu Maria fuit reclusa, non remanent nisi tres dies quibus fecerunt iter prędictum, & hoc posuit Moyses secundum eum ad ostendendum filijs Israel, qualiter Deus accelerabat iter populi ad intrandum cito terram promissionis nisi peccatum eorum impediuisset quando territi uerbis exploratorum murmurauerunt contra dominum uolentes reuerti in Aegyptum, & ideo quadraginta annis fuerunt uagabundi per desertum. Igitur secundum hanc expositionem est sensus.*

Vndecim diebus. *Supple itur usque ad Cades eundo.*

7 Per viam. *Id est qua itur de Horeb in Seir, quia Cades est intermedia, & subintelligitur, quam uiam tribus diebus fecistis Deo accelerante iter uestrum, & ita accelerasset residuum, nisi peccata uestra posuissent impedimentum. Aliter etiam exponit referendo ly undecim diebus, ad totum iter filium Israel de Horeb usque ad ingressum terræ promissionis, ut sit sensus. Si non peccauissetis domino undecim diebus de Horeb uenissetis ad ingressum terrę promissionis transeundo per Cades & per montem Seir, quia dominus dedisset uobis gratiam in conspectu filiorum Esau, & concessissent uobis transitum per medium terrę suę. Sed propter peccatū uestrum denegatus est uobis illic transitus & circumiuistis montem Seir longo tempore, ut habetur infra eo. cap. & secundum utramque expositionem est hic modus loquendi, qui apud Hebræos uocatur decurtatus uel recisus, scilicet, quando aliqua tacentur, quæ tamen necessario subintelliguntur, sicut ij. Reg. 5. cap. ubi translatio nostra habet. Proposuerat enim Dauid in die illa præmium ei qui percussisset. Iebusæum, &c. In Hebræo habetur sic. Et dixit Dauid in die illa, qui percusserit Iebusæum, &c. & non fit mentio de pręmio, nec in generali nec in speciali & tamen subintelligitur, quod præmium eius foret quod esset princeps militiæ, ut habetur 1. Paral. 11. sic in textu prędicto secundum duas expositiones ultimas aliqua subintelliguntur ut patet ex prędictis. Consequenter ostenditur tempus quo Moyses scripsit cum dicitur.*

* 1 Quia

Commutatus. Vt ſupra.
a tis Seir, vſq; ad Cadesbarne. Quadrageſimo anno, vndecimo 1
a In principio gratiæ. b Scribendo. c Inter quos & Deum ipſe mediator erat.
b menſe, prima die menſis, locutus eſt Moyſes ad filios Iſrael 2
a Non a ſe, ſed a Deo acceperat. Tanquam mediator.
c omnia quæ præceperat illi dominus, vt diceret eis, poſtquã 3
a Germen inutile, vel tentatio oculorum. b Amaricantium.
d percuſſit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitauit in He
a Cogitatio vel cingulum mœroris. Qui concluſio interpretatur. b Confuſio. c Veſtibula vel atria.
ſebon, & Og regem Baſan, qui manſit in Aſtaroth, & in
Innundatio malorum. Vt ſupra. Id eſt exlex, A principio.
e Edrai trans Iordanem in terra Moab. Cepitq; Moyſes expla 4
a Quia obſcura. b Affectuoſe. c Auctoritatem ſibi acquirit, dum Deum auctorem inducit.
f d Quem quaſi Deum creatorem tuum dilige.
g nare legẽ & dicere: Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos 5
a Vbi tentoria etiam ad imperium illius diſponebat.
h in Horeb, dicens: Sufficit vobis, quod in hoc mõte manſiſtis. 6 7

A — Allegoric. De numero quadragenario.

a *Quadrageſimo anno vndecimo menſe prima, &c.* ISID. Quadraginta anni quib. laborioſe peractis filii Iſrael ad terrã promiſſionis tranſierunt, totũ huius ſeculi tẽpus ſignificãt, in quo ecclesia ſub laborib. & periculoſis tentationib. quod non videt ſperando, per patientiam expectat, donec veniat ad promiſsã patriam. Ideo dominus quadraginta diebus ieiunauit & quadraginta noctibus, & tẽtatus eſt in eremo. (Matt 4. a.) Corpus enim Chriſti quod eſt eccleſia tentationes tranſmittit, & labores donec veniat ad conſolationem. Quod autem veſtis Iſraelitarum per tot annos nulla vetuſtate corrupta eſt, & pelles calciamentorũ ſine labe durauerunt, ſignificat incorruptibilitatem corporum, quæ modo corruptibilia, ſine corruptione manebunt.

B Quadragenarius ex denario & quaternario cõſtant, & legis euangelii impletionem ſignificat, quæ fit in eccleſia, decem namque ad legem pertinent, quatuor vero ad euangelium.

(De numero vndenario.) b *Vndecimo menſe, &c.* Sicut in undecima expreſſa eſt legis trãſgreſſio, ſic in prima die peruigil ad docendum legiſlatoris intentio, qui ex quo inobediens populus legẽ tranſgredi non timuit, ſtatim prædicando & corrigendo voluntatem domini inſinuare ſtuduit, & eos ad meliora trahere uel prouocare verbis & exemplis non ceſſauit.

(Allegoria.) c *Poſtquam percuſſit Sehon, &c.* Notãdum quod interfectis duobus Amorrhæorum regib. lex recapitulatur & populus inſtruitur, quia remotis ſcandalis & ſuperatis vitiorum turmis, competenter doctrinæ inſtituitur, & fidei lumen digne deſiderantibus aperitur.

Debemus prius in nobis vitia occidere, & ſic mandata diuina populis tradere.

d *Sehon regem Amorrhæorum qui habitauit in Heſebon, &c.* ISID. In his regib. licet res geſta cognoſcatur, per nominum tamẽ interpretationes ſpiritualis ſignificatio intimatur. Sehon nanq. germen inutile uel tẽtatio oculorũ interpretatur, per quã diabolus figuratur, qui transfigurat ſe in angelum lucis, ut per ſchiſmata incautos decipiat, uel p hæreſim: (1. Cor. 11. c) Hũc Amorrhæi id eſt amaricantes regẽ habent. Niſi enim quædam veritatis

C ſimulatio præcedat, nec erunt hæreſes amaricantiũ, nec ſchiſmata exacerbantium. Hic in unoquoq; occiditur, cũ ſimulatio damnatur, ueritas amatur. Og uero interpretatur concluſio, Baſan cõfuſio. Id. n. agit diabolus vt uiam ad Deum ꝓcludat obiecta idolatria, ne quis in Chriſtũ credat. Concluſio enim præcedit ut rex, confuſio ſequitur vt plebs. Quos enim a fide Chriſti excludit, confundentur cum Chriſtus apparuerit. (D) Sehon autem habitauit Heſebon, quia diabolus rex vitiorũ humanis ſe immiſcet cogitationibus, & mẽtem cingit ſuperfluis ſolicitudinibus, ne verba proferat veritatis, vel exerceat opera pietatis. Interpretatur namque Heſebon cogitatio vel cingulum mœroris. Og quoque rex Baſan habitauit in Aſtaroth, & Edrai. Aſtaroth quippe atria, Edrai inundationem malorũ ſonant, infidelitatem ſcilicet cum operib. prauis. (E) Ad hoc enim diabolus certat, ut quos regit, nunquam intrent ianuam fidei, ſed foris manentes ſemper operibus inſiſtant prauis.

e *In terra Moab.* Exlex ſiquidem populus fuit, qui legem ſpiritalem non habuit.

f *Cœpitque Moyſes.* ✻ RVP. Hæc legis explanatio breuis & lucida, pene cunctorum quæ ſparſim dicta vel geſta ſunt, recollectio eſt, magnã multumque ſolicitam viri mitiſſimi ſuper omnes homines qui morabantur in terra dilectionem, vbiq; ſpirans, ſcilicet ad hoc tendentis, vt auditorum ſuorum ſurſum ad dominum erigat beneuolentiam.

(literaliter.) g *Dominus Deus noſter.* In li. Num. de profectione filiorum Iſrael de deſerto Sinai narratur, ſed præceptũ domini ad Moyſen de eodẽ tranſitu non dicitur, ſed de nube quæ tabernaculum tegebat, & qñ proficiſcendum erat, recedebat, & ad locum figẽdorum caſtrorum præcedebat. Sic enim ſcriptũ eſt: (Nu. 10. b.) *Anno ſecundo, menſe ſecundo, vigeſima die menſis eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis, & recubuit in ſolitudine Pharan.* Sed manifeſtum eſt tranſitum illũ Dei precepto eſſe diſpoſitũ, licet ibi non ſit commemoratum. (Num. 9. d.) Vnde alibi in libro Numeri ad imperium domini figebant tentoria, & ad imperium illius deponebant.

h *Sufficit vobis, &c.* Præcipit Moyſi ut recedat a monte in quo legem acceperant, quia doctor nõ ſemper dẽt inſtare contẽ- (F)

pla

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Quadrageſimo anno. *Scilicet ab egreſſu filiorum Iſrael de Aegypto, quia in quadraginta annis quib. filij Iſrael fuerunt vagi per deſertum, includitur annus qui tranſierat ab egreſſu de Aegypto vſque ad miſſionem exploratorum vt dictum fuit Num. 14. e.*

2 Vndecimo menſe. *Ex quo patet quod verba huius libri dixit Moyſes filijs Iſrael & ſcripſit propinquus morti ſuæ & hoc duplici de cauſa. Vna eſt, quia ibi continentur aliqua verba increpationis propter peccata quæ commiſerant, ſicut & Iacob increpauit Ruben, Leui, & Simeon propinquus morti, vt habetur Gen. xlix. a. & Ioſue filios Iſrael, ut habetur Ioſue vlti. & ſimiliter Samuel 1. Reg. 12. Secunda cauſa eſt, vt fortius memoriæ imprimerentur, quia verba quæ a patribus, filijs, & a principibus ſubiectis prope mortem traduntur, melius commendantur.*

3 Poſtquam percuſſit Sehon. *Qui ſi increpaſſet eos antequam introduxiſſet filios Iſrael in partem terræ ab eis poſſidendam potuiſſent dixiſſe, cum eſſent duræ ceruicis, & ad rebellandum proni, quid ad iſtum increpare nos, & legem nobis imponere, qui non potuit nos introducere in aliquam partem terræ a nobis poſſidendæ?*

(Diuiſio.) 4 Cœpitque Moyſes, &c. *Hic incipit executio libri, & diuiditur in quatuor partes principales. In prima Moyſes ponit inductionem ad legis reuerentiam per beneficia eis promiſſa & in parte præſtita. Secundo ponit explanationem ad legis obſeruantiam & efficaciam, c. 4. Tertio excitationem per benedictiones & maledictiones futuras legis obſeruantiam, c. 27. Quarto finalem diſpoſitionem ad perſeuerantiam in lege quaſi condens teſtamentum, & diſponens ad introductionem in vlteriorem terram 31. c. Circa primum notandum, quod inducit homines ad legis reuerentiam. Primo reducendo ad memoriam beneficia ante legẽ patrib. promiſſa, & partim ẽt filijs eorũ præſtita. Secundo recolendo beneficia poſt legẽ datã exhibita, c. 2. Circa primũ capitulũ primo repetuntur beneficia promiſſa, ſecundo culpa cõmiſſa ibi. Profectiq; de Horeb, tertio præſentia omiſſa ibi; Et reſpondiſtis mihi. Circa primum ſciendum, quod ante legem duo ſpiritualiter patrib. Deus promiſſit ſcilicet terræ magnitudinem. Gen. 13. a. Dixit dominus ad Abraham. Sequitur.* Leua oculos & vide a loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem & orientem & occidentem, omnẽ terrã quam conſpicis tibi dabo & ſemini tuo & prolis multitudinem: *Gen. 15. b.* Suſpice celũ & numera ſtellas ſi potes, & dixit ei: Sic erit ſemen tuũ. (Duo promiſſa patribus ante legem.) *Primo igitur recolit primum, ſecundo ſecundum ibi:* Dixique vobis. *Circa primum dicitur ſic.*

Cœpitque Moyſes explanare. *Addendo aliqua ad eius intellectum & eius declarationem.*

5 Et dicere. *Ea quæ inferius ſequuntur.*

6 Dominus Deus noſter locutus eſt. *Et ideo cum ſit veritas per eſſentiam, debuiſtis ei credere abſque hæſitatione, quid autem dixit, ſubditur cum dicitur.*

7 Sufficit uobis quod in hoc monte manſiſtis. *Quia filij Iſrael iam receperant legẽ a domino, vt habetur Exo. 20. fecerunt tabernaculũ & omnia eius inſtrumenta ad diuinum cultũ, ut habetur Exo. 25. &*

✻ ordinati

*MORALITER.*

✻ 1 *Cœpitque Moyſes explanare legem.* Per hoc oſtẽditur quod non ſolũ licitum eſt ſed etiam meritoriũ hoc hominib. litteratis ſacrã exponere ſcripturã ſecundum fidei tenorem, & eius

✻ obſcu-

plationi, sed aliquando descendat ut sui & proximorum curam gerat. vnde: *Siue mente excedimus Deo, siue sobrij su. vobis.* (2. Cor. 5. e.)

✱ PROC. *Sufficit, &c.* Nusquam hoc manifeste est prædictum, nisi iuxta exemplar Samariticum templum in Numeris, post duarum tubarum legem.

GILBER. Non omnia quæ sunt in cithara sonant, sed omnia iuuant, sic non tota historia spiritalem intellligentiā sonat, sed tota iuuat. Nisi enim cætera circunstarent, quæ spiritualia sonant, non extarent.

a *Dixitque vobis in illo tëpore, &c.* De hac diuisione potestatū in Exodo antequam veniretur ad montem Sinai scriptum est, q́ Iethro sacerdos Madian cognatus Moysi hoc ipsi suggesserit. (Exod. 18. d) Vnde merito quæritur, quomodo hæc sibi & modo & illo tempore conueniant? Sed quod hic dicitur dixisse Moyses in illo tempore, nō possum solus sustinere vos, &c. non illud tempus significat quo de Horeb proficiscebant, sed totum tēpus quo profecti de Aegypto in solitudine morabatur, & Moyses nō ex suo, sed ex cognati sui consilio hoc populo suo persuasit.

b *Illo tempore.* Omnia faciunt sancti in tempore oportuno, sic Deus quoq; vbi venit plenitudo temporis, misit filium suum. (Gal. 4. a.)

c *Dominus Deus patrum vestrorum addat, &c.* Docet doctores de profectu subditorum gaudere, gratias agere, & semper meliora optare. (Moraliter C)

[1] Reuertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cætera quæ ei proxima sunt † campestria atque montana & humiliora loca contra meridiem, [3] & iuxta littus maris, terram [4] Chananæorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphraten. [5] En, inquit, tradidi vobis: [6] a Ingredimini & possidete eam, [7] super qua iurauit dominus patribus vestris Abraham, Isaac, a & Iacob, vt daret illam eis, & semini eorum post eos. [8] Dixitq; b vobis in illo tempore: [9] Non possum solus sustinere vos, quia c [10] dominus Deus vester multiplicauit vos & estis hodie sicut stel[11]læ cæli plurimi. d [12] Dominus Deus patrum vestrorum addat ad huc numerum multa millia, & benedicat vobis sicut locutus [13] est. e Non valeo solus vestra negotia sustinere, [14] & pondus ac [15] f iurgia. [16] Date ex vobis viros [17] sapientes & [18] gnaros † & quorum g [19] conuersatio sit probata in tribubus vestris, [20] vt ponam eos vobis principes. [21] Tunc respondistis mihi: Bona res est quam

(Interlinear: a Non se labori subtrahit, sed auditores quærit. — Multiplicati sunt super numerum. — Hoc est de bonis dictum. — a Perfectorum millenarius perfectus est. — b Numero & merito. — Qui non mentitur. — Scilicet non sideri. — a Importabile. — a Mitissimus non sustinet discordiam vel rixam tanquam sibi contrariam. — b Fortes robore & ætate. — c Qui intelligens est, gubernacula possidebit. — In diuinis. — d In secularibus. — a Vt ex priori vita probetur futura. — b Omnibus, vt multorum testimonio prouehantur. — Quos elegeritis.)

(Margin: † in solitudine. — † terram. — † peritos.)

d *Ad hunc numerum, &c.* Diffinitum apud Deum. *Nouit qui sunt eius, qui numerat multitudinem stellarum.* (D)

e *Non valeo solus vestra negotia susti. &c.* PROCOP. Non valeo. Hæc in Exodo adhærent codicib. Samariticis. Quando videlicet socer Mosis ei consuluit, ut plures principes Reipub. cōstitueret. Et illum ma quæ perhibentur quidem dicta esse, non esse dicta, manifeste in exemplaribus Samariticis inuenitur. Quemadmodum illud quoque quod filii Israel ad Moysen de exploratoribus dixerunt, cū tamen veri non dissimile sit, eos diffidentes Deo, terræ cognitionē habere voluisse. Quapropter cū Deum interrogāsset Moses, non sine indignatione ac fremitu ex illo audit, dimitte viros qui explorent terram, tanquā videlicet diffideret. (2. Tim. 2.)

† RABAN. Vide quam obseruandum sit quod alibi scriptura dicit: *Fili ne in multis sint actus tui.* (Eccl. 11.) Verba quoq; Iethro consilium dantis considerā, ait enim: *Audi me, & consil. dabo tibi: & erit Deus tecum.* (Exod. 18.) Videtur significari nimis intentū animum actionib. humanis Deo quodammodo vacuari, quo tanto fit plenior, quanto in superna & æterna liberius extenditur.

f *Date ex vobis.* Date vos, non ego, quasi nolo uobis imperare, sed obedire.

g *Ponā eos.* Nota subditis electionē tribuit, positionē sibi retinuit, ne plebs cōtēnat aut oderit, si nō licuit hēre quem voluit.

d *Ad* — a *Tri*

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *ordinati erant super populum tribuni & centuriones quinquagenarii & decani, ut habetur Exod. 18. & ideo non debebant plus manere in monte Horeb, sed transire ad terram sibi promissam, ideo subditur.*

1 Reuertimini. *Non quia filij Israel qui tunc erant prius fuissent in terra promissionis, sed patres eorum qui inde descenderant in Aegyptū, propter quod Gen. 15. d. dicitur:* Generatione autem quarta reuertentur huc. *& ideo dicitur hic.*

Reuer. & uenite ad mon. Amor. *Vbi describit terra promissionis magnitudinem.*

2 Et iuxta littus maris. *Scilicet mediterranei, super quod terra promissionis sita est secundum longitudinem suam.*

3 Et Libani. *Mons est in fine terræ promissionis versus aquilonem, à quo denominata est terra quæ est circa montem illum.*

4 Vsque ad flumen magnum Euphraten. *Ex quo patet magnitudo terræ sibi promissæ, tamen non obtinuerunt eam totam vsque ad flumen Euphraten ante tempus Salomonis.* (Exod. 18. c)

5 En, inquit, tradidi uobis. *Id est tradam, & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem verbi diuini. Ita enim certi debebant esse de eā obtinenda per auxilium diuinum, ac si etiam obtinerent de præsenti, quia sic factum fuisset, nisi peccatum eorum impediuisset, ideo subditur.*

6 Ingredimini & possidete. *Ac si dicat nullus poterit vobis in aliquo resistere, quod etiam probatur per hoc quod subditur.*

7 Super qua iurauit dominus patribus. *Licet enim uerbum simplex ipsius Dei sit certum, tamen in promissione terræ addidit iuramentum, ut habetur Gen. 22. ut de impletione huius promissionis nulla deberet esse hæsitatio, addidit iuramentum.*

8 Dixitque uobis. *Hic replicat secundum promissum, scilicet seminis multitudinem, quod ostenditur adimpletum cum dicitur.*

9 Non possum solus susti. uos. *id est curam regiminis vestri, hoc dixit Moyses populo de consilio Iethro, ut habetur Exod. 18.*

10 Quia dñs Deus vester multi. vos. *Sicut patribus promiserat.*

11 Et estis hodie sicut stellæ cęli plurimi. *Id est ad modum stellarum multiplicati, sic enim dixerat Abrahæ Gene. 15. b.* Suspice cælū & numera stellas si potes, & dixit ei: Sic erit semen tuum.

12 Dominus Deus patrum vestrorum, &c. *Sic dictum fuit Gen. 15. quod filij Israel erant multiplicandi sicut stellæ cæli quantum ad bonos, & sicut pulvis terræ, Gen. 13. quantum ad malos, & ideo quia fecerat Moyses hic mentionem de multitudine eorum ad modum stellarum, ideo subditur, deprecando, dominus addat ad hunc numerum multa millia, quia desiderabat multitudinem bonorum & non malorum.*

13 Non ualeo. *Quantum ad spiritualia promouenda.*

14 Et pondus. *Quantum ad temporalia disponenda, quæ aggrauant mentem ad modum ponderis.* (B)

15 Ac iurgia. *Quantum ad lites & iudicia præscindenda, & ideo subditur.* 16 Date ex uobis uiros, &c. *Id est pollentes virtute animi.*

17 Sapientes. *In diuinis.* 18 Et gnaros. *In agibilibus humanis.*

19 Quorum conuersatio sit proba. *Per charitatem vitę & famę.*

20 Vt ponam eos principes. *Ad regendum mecum populum.*

21 Bona res est quam vis fa. *Quia per hoc negotia citius & facilius expediebantur.*

✱ 1 Tulitque

## MORALITER.

✱ obscura minus intelligentib. declarare, propter quod in persona sapientiæ dicitur Eccl. 24. c. *Qui elucidant me, uitam æternam habebunt.* Sacra vero scriptura proprie dicitur sapientia infra 4. c. *Hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis.*

13 *Non valeo solus ne.* Per hoc autē q́ Moyses sapiens & Deo familiaris, intātū quod cum eo loquebatur, sicut solet homo loqui ad amicū suū, & tamen pressus onere regiminis populi constituit adiutores sibi: instruuntur principes & prælati ac et curati, qui sub imposito sibi onere sunt valde pressi, quærere & instituere sibi adiutores ad subleuationē oneris principes in regimine temporalium, prælati vero & curati in regimine spiritualium, quales autem esse debeant adiutores isti, ostenditur cum dicitur.

17 *Viros sapientes, &c.* Quantū ad naturalē industriam & sacrę scripturæ notitiam, & hoc in regimine spirituali, in tēporali vero regimine debēt esse industrij, sciréque consuetudines & iura ciuitatū & terrarum, ad quas se extendit regimen suum.

18 *Et gnaros.* Quantum ad solicitudinem debitæ prudentiæ.

19 *Quorum conuersatio sit probata, &c.* Per experientiam bonę vitæ, & hæc duo vltima in vtroque regimine scilicet spiritualiū & secularium requiruntur.

✱ 1 Mitta-

a *Tribunos*, Millenarios Grece χιλιάρχους, qui de spe scilicet æterni præmii docent subiectos.

b *Et centuriones*. Centuriones Grece ἑκατοντάρχους qui cælestia mandata perfectis tradunt. Iure præponunt, qui cētenario numero, id est, perfectione præditi. Quasi centū regunt dum ad perfectionem perducunt.

c *Et quinquagenarios* Grece πεντηκοντάρχους qui opera pœnitentiæ annuntiant.

d *Decanos*. Qui denarii perfectione vineæ denarium expectantes, eiusdem denarii multos præparant participes.

e *Quia Dei*. non hominum. quia iudicando Dei uicarii estis qui personam non accipit.

f *Quod si difficile*. Maiora quæque & difficilia decernere & iudicare debent maiores parua & facilia minores.

g *Profecti aut*. GILBERTVS. Hęc in locis propriis congrue exposita sunt. Exposita vero exponere otiosi est, non studiosi.

h *Cumque venissemus in Cadesbarne, &c.* Quod secundo anno egressionis suę popul⁹ in deserto Pharan q̄ est Cades, venerit, ubi reuersis exploratorib. cum fructib. terræ, & quę viderant nuntiantib. murmurauerunt contra Moysen & Aarō, & ideo longi itineris tędio & moralitate affecti interierint: hic locus manifestum dabit indicium. Vbi notandum quod xlij. mansiones quas ab Aegypto vsq; ad Iordanem habuerunt trium tantum cōgruere videntur curriculis annorum, primi. s. secundi & quadragesimi egressionis de Aegypto. Primus certa distinctione continet 12. primam Ramesse 15. die primi mensis ingressam, vltima solitudinem Sinai, prima die tertii mensis additam: & per vndecim continuos mēses cōstruendi tabernaculi & docēde legis gratia minime relictam. Quarū 12. mansionum ix. tantum in Exo. exprimūtur nominatim, tres in vocabulo deserti Sin (q̄ dicitur esse inter Elim & Sinai) indiscrete significantur. Secundus annus complectitur mansiones 21. Quibus in ordine historię cunctis indifferenter sub nomine solitudinis Pharan comprehensis, prima tantū & secunda, & vltima, id est, sepulchra concupiscentię Haseroth & Cades distinguunt nomine. Sed in catalogo mansionū pariter oēs quorum numero fiunt, uel quo nomine dictæ ostenditur. Prima mansio, id est, sepulchra uel concupiscentiæ, secundo mense eiusdē secundi anni 22. die mensis introita est. Anno enim secūdo (vt scriptura dicit) mense secundo 20. die mensis mouerunt castra de deserto Sinai, & recubuit in solitudine Pharan nubes, profectique sunt de monte domini viā trium dierum, donec venirent ad locum mansionis quæ merito populo carnes concupiscentis sepulchrorum concupiscentiæ nomen accepit. Vltimam harum, id est, Cedes quot die vel mense eiusdem anni ingressi sunt, nō dicitur: quæ tamen in solitudine Pharan sita est, quia eadem anno adita fuerit, non tacetur. Scriptum est enim: *Populus non est motus de illo loco donec reuocata est Maria. Profectusque est de Haseroth fixis tentorijs in deserto Pharan, vbi locutus est dominus ad Moysen dicens: Mitte viros qui considerent terram Chanaan*: Quod ne proxima post Haseroth mansio ac iussum factumque putetur, sed in vltima eorum quæ sub nomine Pharan continetur, impletum, infra scriptum est: Reuersique exploratores terrę post xl. dies omni regione circumita venerunt ad Moysen in Pharan quod est Cades. In Deuterono. quoque dicitur Moyses populo, Cum venissetis in Cadesbarne, dixi uobis, uenistis ad montē Amorrhæi &c. & dixistis, Mitte viros qui considerent terram, &c. Quod autē eādem mansionem secundo anno egressionis adierunt, a quo tñ peccato murmurationis reuerti, & diu per desertū errare, & passim cadere meruerunt, testatur Moyses in sequentib. dicens: Sedistis in Cadesbarne multo tēpore, profectiq; inde venimus in solitudinem quæ ducit ad mare rubrum, sicut dixerat mihi dominus, & circumiuimus mōtem Seir longo tempore, & intra tempus quo ambulauimus de Cadesbarne vsque ad torrentem Zareth. 38. annuo fuit, donec consumeretur omnis generatio bellatorum. Zareth autē non est nomē alicuius mansionis de quadragintaduab. sed

Margin: Magnæ — † Ioan. 7. c — †. fratres vestros. — * vobis in tpe illo. — Notabile — 42. mansiones. — † peritos. — † in tribubus vestris — † non cognoscetis faciem in iudicio. — † timebitis — Nu. 12. d. — Nu. 13. a. — Deut. 1. c.

a Vobis eligentibus prius. b Non alienos. c Fortes. d Scientes qui sapienter agant. e Qui magis timeantur.

a vis facere. ¹Tulique de tribubus vestris viros ^a sapientes & † ^b nobiles, & ² constitui eos principes, ³ tribunos, & ⁴ centuriones, & ⁵ quinquagenarios, ac decanos † qui docerent vos singula:

a Qui spiritusancto perfusi, laborant vt persuadeantur alij. b Græce + decarchos qui decem præcepta legis docent. Singuli. c Necessaria.

Præcepique eis dicens: † Audite † illos, & ⁶ quod iustum est iudicate: ⁷ Siue ciuis sit ille, siue peregrinus, † nulla erit distantia personarum. ⁸ Ita paruum audieris vt magnum, nec ⁺ accipietis cuiusquam personam, ⁹ quia Dei iudicium est. ¹⁰ Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit ¹¹ referte ad me, & ego audiam: Præcepique * omnia quæ facere deberetis. ¹² Profecti autem de Horeb ¹³ transiuimus per eremum terribilem * & maximam quam vidistis ¹⁴ per viam montis Amorrhęi, sicut præceperat dominus Deus noster nobis. ¹⁵ Cumque venissemus in Cadesbarne dixi vobis: Venistis ad montem Amorrhei, quem dñs Deus noster daturus est nobis: Vide terram quam dñs Deus tuus dabit tibi: ¹⁶ Ascende & possidе eam sicut locutus est dñs Deus noster patribus tuis: Noli metuere, nec quicquā paueas.

a Nemo est iudicandus nisi prius auditus. b Iustificate filij hominum. Quasi non accipietis personam. a Ad discernendum. Non tantum prædicta. Solutionem.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tulitque de tribubus vestris. *Per electionem & consensum vestrum.*

2 Viros sapientia & nobiles. *moribus. & genere, quia secundum quod dicit Boetius de consol. nobilitas generis quantum est de se videtur ipsius nobilibus quandam necessitatem imponere, ne a maiorum suorum probitate degenerent.*

3 Et constitui eos principes. *in diuersis gradibus, & officiis. unde subditur.*

4 Tribunos, &c. *qui præsunt mille.*

5 Centuriones. *qui centum, & sic de alijs.*

5 Præcepique eis dicens. Audite illos, *quia iudicium debet dari cū maturitate & discretione, ad quod præexigitur, quod partes diligenter audiantur.*

6 Et quod iustum est iudicate. *non diuertentes a iustitia aliquo pręmio nec fauore vel amicitia. ideo subditur.*

7 Siue ciuis siue peregrinus, &c. *quia conciues solent magis diligi quam alieni.*

8 Ita paruum audieris ut magnum, nec acci. *Hoc dicitur, quia diuites solent magis honorari, & audiri quam pauperes, quod non debet esse in iudicio.*

9 Quia Dei iudicium est, &c. *Alij enim iudicant sicut eius ministri, & ideo si diuertant a iustitia, directe faciunt contra Deum.*

10 Quod si difficile visum aliquid fuerit, &c. *Ita quod non videatis clare, quid sit determinandum.*

11 Referte ad me & ego audiam. *vt determinem vobis quid agendum sit si sciam, vel si non, ad consilium domini referam, sicut fecit de filiab. Salphaad vt dictum est numeri. 27.*

12 Profecti autem de Horeb. *Postquam Moyses narrauit prædicta beneficia, hic consequenter refert culpam commissam ex reuelatione exploratorum, per quam fuit retardatum primum promissum de ingressu terræ promissionis. Circa quod Moyses primo replicat accessum populi ad missionis locum, secundo missionem exploratorum, ibi: Et accessistis, tertio peccatorum commissionem, ibi: Et noluistis ascendere. quarto promissi impedimentum, ibi: Cumque audiuisset dominus. Circa primū dicitur: Profecti autem de Horeb, qui alio nomine vocatur mons Sinai.*

13 Transiuimus per eremum ter. *Quia erant ibi serpentes magni scorpiones in multitudine secundum quod dicitur 1. 8. c. Erat ibi serpens flatu adurens & scorpio.*

14 Per viam montis Amorrhæi *id est per viam quæ ducit ad illum montem per quē debebant ingredi. Sequitur.*

15 Dixi vobis, venistis ad monte Amorrhei quē dominus, &c. *Ostendendo vobis locum per quem debebatis terram ingredi de mandato domini. vnde subditur.*

16 Ascende & possidе eam, &c. *Quia dominus paratus est implere promissum, & quia noluerunt statim intrare, sed magis negotium retardare mittendo prius exploratores quasi de diuina directione diffidentes, ideo demerito permissi sunt peccare, per quod retardatus est ingressus terræ.*

Margin: Boetius. — Diuisio.

sed torrentis, ad quē (sicut in libro Num. legitur) transgressa 28. mansione nomine Ioabarim venerunt, quem relinquens, inquit, castrametati sunt cōtra Arnon, quę est in deserto, & prominet in finib. Amorrhæi, quod xl. anno gestum fuisse non latet, qui vltimus per desertum longissimæ viæ mansiones continet decem, quarum prima magno labore repetita, eadem scilicet ipsa Cades deserti Sin quam ante annos xxxviii. culpa exigente post se reuersi reliquerunt, de qua scriptum est: *Venerūt filij Israel in desertum Sin mense primo, & mansit populus in Cades & mortua est ibi Maria & sepulta in eodem loco. Cumque indigeret aqua populus, coierunt aduersum Moysen & Aaron, &c.* vsq. ad hoc: *Hæc est aqua cōtradictionis, &c.* Nōtandum, quod eadē Cades & in deserto Pharan, & in deserto Sin facta est, sicut scriptura refert, vnde coniicimus partem deserti Pharan vbi Cades est, specialiter Sin appellari. Sin autem non est ipsa Cades, quam mox transgresso mari rubro inter Elim & Sinai per transierint, sed alia prorsus & aliis apud Hebræos scripta literis. Secūda uero eiusdē quadragesimi anni māsio est mons Hor, in quo occubuit Aarō primo die quinti mēsis ultima, cāpestria Moab sup Iordanē cōtra Iericho, ubi Deuteronomiū meditantes mānserunt donec mortuo Moyse Iosue duce primo die decimi mensis Iordanē transierunt. Fiūt ergo māsiones primi anni 12. secundi 20 & vna vltimi & ipsa vicesima prima quæ est Cades, & aliæ ix. simul scilicet omnes xlij.

Nu. 21. c. — In manu sua. — Nu. 20. a. — Nu. 20. d. — Nu. 13. a.

a Et accessistis ad me omnes atque dixistis: Mittamus viros,* qui considerent terram, & renuntient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates, Cumque mihi b sermo placuisset, misi è vobis duodecim viros, singulos de c tribubus suis. Qui cum perrexissent & ascendissent in montana, venerunt vsque ad vallem Botri: & considerata terra sumentes * de fructibus eius, vt ostenderent vbertatem attulerunt ad nos atque dixerunt: Bona est terra quam dominus Deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascendere, sed increduli ad sermonem domini Dei nostri, murmurastis in tabernaculis vestris, atque dixistis: Odit nos dominus, & idcirco eduxit nos de terra Ægypti, vt traderet in manū Amorrhæi atque deleret. Quo ascendemus? † Nuntii terruerunt cor nostrum, dicentes: Maxima multitudo est & nobis statura procerior: Vrbes magnæ & ad cælum vsque muratæ: † Filios Enacim vidimus ibi: Et dixi vobis: Nolite metuere, nec timeatis eos. Dominus Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Ægypto, cunctis videntid bus, & in solitudine ipsi vidistis. Portabit te dominus Deus

(Interlinear: Caro Christi. — Gratis. — In salutem nostram. — a In terram promissionis ascenditur: in Aegyptum descenditur. — a Cordibus prauis. — Præbebitis manum ipse effectum. — a Quasi ab antefactis de faciendis confidite. — Affectuose.)

a Et accessistis ad me. In libro Numeri scriptum est, dominum dixisse Moysi, ut mitteret viros qui considerarent terram, hic vero populus dixisse legitur, Mittamus viros qui considerent terram, sed populus hoc prius Moysi suggessit, Moyses ad dominum retulit, secundum cuius præceptū postea exploratores misit.

b Misi e vobis. Isid. Duodecim exploratores missi ad explorādam vberem terrā qui populum tereuerunt, Scribarū & Pharisæorū speciem gerunt. Sicut enim illi par Moysen missi sunt, ut uberem terram solicite considerarent sic isti per legem & prophetas, vt per scripturæ inuestigationem Christi specularentur aduentum, in quo erat terra, id est caro sancta, in qua Dei regnum & vbertatem spiritualium fructuū & vitam consequerentur æternā. Sed sicut illi populum perterruerunt, ad desperationē induxerunt, ne consideret in Dei promissione, ita scribæ & Pharisæi populo persuaserunt ne crederent in Christū, ad Aegyptum seculi huius redeuntes, māna fidei repudiantes, quærētes ollas peccatorum nigras, & cæpas blasphemorū putridas, & pepones vitiorum & libidinum corruptione marcentes. Botrus autē quē duo attulerunt, Christus est pendens in crucis ligno promissus gentibus, allatus de terra promissionis de uētre virginis. Duo baiuli qui incedunt sub onere botri, duo sunt populi. Prior Iudaicus cæcus & auersus pendentis gratiæ ignarus, & onere suspensi pressus, cui subiicitur iudicanti secundum illud: *Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorū semper etc.* Posterior vero Gentilis Christū credens, semper ante oculos habens, & quasi seruus dominū, & discipulus magistrum sequens, & illud euangelicum audiens. *Qui vult venire post me, abnegat semetipsum & tollat crucem suā, & sequatur me.* Hic est botrus qui sanguinis sui vinū in salutem nostram crucis cōtritione perfudit, & expressum passionis suæ calicem Ecclesię propinauit. Hic est botrus quē malogranata, id est, mater Ecclesia secuta est, habēs numerū granorum, id est, multitudinem populorū, & ruborē sanguinis Christi signaculo coruscantē. Habet etiam distincta grana diuersa .s. charismata. His omnib. se indignos increduli iudicantes, terram carnis Christi fluentē lacte & melle accipere noluerunt, quā serui eius, id est, Christiani consecuti sunt, de cuius doctrina cantat Ecclesia: *Quam dulcia faucib. meis eloquia tua super meliori meo.* Ficus aūt legē significat, sicut botr⁹ figurā saluatoris gestat, qa nec Christ⁹ sine lege, nec lex sine Xpo.

c Duodecim. Hi doctores ecclesię significant, quorum alii praua docendo populum peruertunt, alii recta pdicādo pficiūt.

d Portauit te dominus. * PROCOPIVS. Id proprie significat

De duodecim exploratoribus. Moraliter — ante bos — Exo. 16. a — vt ostenderent vbertatem. — † Fratres nostri dissoluerunt — * munitę. — Psal. 68. c. — Luc. 9. c. — Psal. 118. — Allegorice

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et accessistis. *Hic consequentes replicat missionem exploratorum, quæ processit ex importunitate populi hoc petentes, ut dictum fuit Num. 13. & hoc est quod dicitur.*

2 Et accessistis. *Id est, cum tumultu & importunitate.*

3 Qui consi. *Qualis sit, cum tamen dixisset Deus, ipsam esse fluentem lacte & melle, cui credere debebant.*

4 Et renuntient per. *Quasi diffidentes de diuina directione, quę erat eorum ductor.*

5 Cumque mihi. *Hic accipitur placere pro consentire, quia hoc Moysi simpliciter displicuit, ut dictum fuit Num. 13. sed propter importunitatem populi super hoc consuluit dominum, qui respondit ei:* Mitte exploratores, *non præcipiendo, sed magis permittendo impleri petionem populi ad malum suum, eo quod male petebant Sequitur.*

6 Venerunt usque ad *Sic nominatus est locus ille, eo quod exploratores inde tulerunt botrum, ut habetur Num. 13.*

7 Bona est. *Hoc verbum dixerunt Caleb & Iosue tantum, licet enim alij exploratores commendaßet terram de fertilitate, tamen dixerunt, quod impossibile erat populo ipsam acquirere, propter quod de consilio exploratorum filij Israel desperati de ingressu terræ promissionis, voluerunt reuerti in Aegyptum. Iosue autem & Caleb non solum dixerant terram esse bonam, sed etiam quod ex adiutorio Dei absque difficultate possent obtinere eam, vt habetur Num. 14.*

8 Et noluistis ascendere. *Hic describitur peccatum commissum multiplex. primum fuit inobedientia, cum dicitur:* Et noluistis ascendere ad mandatum domini, & meum, & Caleb, & Iosue exhortationem. *Secūdum fuit incredulitatis quod notatur cum dicitur:* Sed increduli ad, &c. *Tertiū murmurationis ibi:* Murmurastis. *Quartum blasphemiæ, ibi:*

9 Atque di. *Cum tamen econtrario signa certa dilectionis eis ostēdisset in exitu de Aegypto & in deserto, vt patet in Exo. Quantum pusillanimitatis, cum dicitur.*

10 Nuntii ter. *hoc expositum est Num. 13. vsque ibi:*

11 Et dixi uobis. *vos consolando, pro uobis ipse pugnabit sicut fecit in Aegypto, interficiendo primogenitos Aegyptiorum & submergendo Pharaonem & eius exercitum, in solitudine Amalec debellando.*

12 Portauit te. *Id est, diligenter te custodiuit & nutriuit dando manna, sicut*

Peccatū populi multiplex

MORALITER.

* 2 *Mittamus viros qui, &c.* Sensus mysticus eorum, quæ dicuntur hic de istis exploratoribus positus est supra, Num. 14. cap. & 15.

MORA-

ficat pueros iracundos, ac irritatos versare, ac una balbutiēdo seseq; illis demittendo sustinere. Sic enim Deus infirmitatem eorum in se recipiens paulatim eos ad altiora eduxit.

a *Nocte ostendens.* Nox peccatoris, dies vita iusti. In columna ignis malorum damnatio, quibus terribilis apparebit dominus in iudicio. In columna nubis leuis & blanda visio qua con solabuntur electi.

b *Die per columnam.* In æstu huius seculi obumbrans & sustentans fortitudine & propitiatione suę carnis.

c *Iurauit.* Non est Deus passibilis nec vitio iracundiæ subiectus. Sed per hęc charitas Moysi erga populum manifestatur, & Dei bonitas quæ omnem sensum superat.

d *Non videbit quis.* Simile dicitur de illis qui inuitati ad cœnā excusauerunt se. *Nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit, cœnam meam.*

Pessima generatio non possidet terram bonam, quia Christi non credit in carnationem.

e *Nec miranda.* Hic dicit Moyses propter populum iratum sibi dominū dixisse, quod in terram promissionis non ingredietur cum in libro Numeri legatur: *Dixit Dominus ad Moysen & Aarō quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis.* Sed sententia sequens videtur soluere quæstionē. Hæc est, inquit, aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filii Israel cōtra dominum, &c. Iurgium enim & rebellio populi causa fuit iræ & vindictæ tā in populum quam in Moysen & Aaron.

f *Nec tu ingre.* ISID. Videtur in Maria prophetia mortua: in Moyse & Aaron lex & sacerdotium Iudæorum, qui non potuerūt ad terram promissionis ascendere, nec credentem populum de solitudine huius seculi educere. Sed solus Iesus, id est, saluator verus Dei filius. In xxxiij. mansione Moyses dominum offendit. Perturbatus enim murmure populi dubitando petram percussit, quasi aquā non possit Deus dare de petra quod ante iam fecerat. Moyses in hoc loco figuram gerit populi sub lege positi. Sic enim populus Christum ligno crucis affigens non credidit esse Dei virtutē, sicut Moyses cū petram percussit, de virtute Dei dubitauit. Sed petra percussa manauit aqua, & plaga Christi reddita est credentibus vita; *Petra enim erat Christus.* Hanc carnalem de Christi diuinitate desperatio nem in ipsius Christi altitudine dominus iubet mori, dum Mosen in mōte mori pręcipit. Petra, eīm Christus, mons Christus, petra humilis fortitudo, mons eminēs magnitudo. De hoc mōte dicitur: *Non potest abscondi ciuitas supra montē posita, &c.* Prudentia carnis viuit, cū tanquā petra percussa contemnitur in cruce humilitas Christi. Prudentia carnis moritur, cum tanquam montis eminentia Christ⁹ excelsus agnoscitur.

g *Cumque instructi.* Hæc sententia humanam percutit superbiam, quæ de suis viribus præsumit, nec in Dei confidit potentia. Amorrhæi enim, id est amaricātes hostes sunt spiritales qui habitant in montibus superbiæ, & præsumptuosos necāt de Seir vsque Horma, id est, a sqva-

Marginalia: †exploravit. — †Exo. 13. d. Nu. 14. d. De pę. d. 3. §. auctoritas. De cō se. d. 2. c. reuera. — Luc. 14. c. — †qui stat coram te. — †velletis ascēdere †Nu. 14. — Exo. 17. b. 1. Cor. 10. a — Nec mirā da īdignatio in populum cū. — Matt. 5. b. — Moraliter

(Interlinear: Quem tenere diligit, nec laborare permittit. Nusquam defuit.)

tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suū, in omni via per quam ambulastis donec veniretis ad locum istum. 1 Et

(Interlinear: Ingrati beneficijs. Qui magna fecit in vobis. a Quoniam dux & consors laboris.)

nec sic quidē credidistis domino Deo vestro qui præcessit vos

(Interlinear: a Indicio nubis, stante scil. columna nubis.)

in via, & † metatus est locum, in quo tentoria figere debere-

(Interlinear: a In cæcitate huius seculi præbet lumen spiritus sancti. Vt qui non vident videant.)

a tis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per colum-

(Interlinear: a Vt qui vident, cæci fiant.)

b nam nubis. † 2 Cumque audisset dominus vocem sermonum

(Interlinear: a Deus iratus dicitur, cum ea quæ sunt ira & vltione digna facimus.)

c vestrorum, iratus iurauit & ait: 3 Non videbit quispiam de ho-
d minibus generationis huius pessimæ terram bonam quam

(Interlinear: a Non malis sed bonis: nihil ergo debeo malis.)

sub iuramento pollicitus sum patribus vestris, præter Caleb

(Interlinear: a Possideo it. Mente. b Christi carnem.)

filium Iephone. Ipse enim videbit eam, & ipsi dabo terram

(Interlinear: Imitatoribus. a Obediendo, credendo.)

quam calcauit, & filiis eius, quia secutus est dominum. 4 Nec
e miranda indignatio in populū: 5 cū mihi quoque iratus domi-

(Interlinear: a Iurgantes ad aquas contradictionis. b Lex neminem ad perfectum duxit. c Iesus verus.)

nus propter vos dixerit: 6 Nec tu ingredieris illuc, sed Iosue fi-
f lius Nun † minister tuus ipse intrabit pro te, hunc exhortare

(Interlinear: Christus non venit legem soluere: sed adimplere. a Electione gratiæ. b In domo patris mei mansiones multæ sunt. Io. 14. a. c Gentiles, pauperes spiritu quos despexistis.)

& robora, & ipse terram sorte diuidet Israeli. Paruuli vestri

(Interlinear: a Diabolo. Non serui.)

de quibus dixistis, quod captiui ducerentur & filii, 7 qui hodie

(Interlinear: a Dei. b Diaboli. c Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, Eph. 5. b. d Libero arbitrio.)

boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur & ipsis

(Interlinear: a Per gratiam. b Viuentium, vel meipsum. c In æternum.)

dabo terram, & possidebunt eam. 8 Vos autem reuertimini & abite in solitudinem per viam maris rubri. 9 Et respondistis mihi: Peccauimus domino: Ascendemus atque pugnabimus
g sicut præcepit dominus Deus noster. Cumque instructi

(Interlinear: a Propria virtute confidentes.)

armis † pergeretis in montem, ait mihi dominus. Dic ad eos:

(Interlinear: a In montem superbiæ. b Ego humilitas. c Qui superbi, inobedientes.)

† Nolite ascendere, neque pugnetis. Non enim sum vobiscum

(Interlinear: a Prostrati Dæmonibus. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Psal. 12. b. b Consulendo. c Aure cordis.)

ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum & non audi-

(Interlinear: a Qui in me loquebatur. b Qui se exaltat humiliabitur.)

stis, sed aduersantes imperio domini, & tumentes superbia

(Interlinear: a Proficiendo in peius. Superbiæ. b De insidijs. c Amaricans, id est diabolus.)

ascendistis in montem: 10 Itaque egressus Amorrhæus qui habi-

## NICOLAVS DE LYRA.

* na, *sicut solet nutrix custodire & nutrire infantulum.*

1 Et nec sic quidem. *Ex quo aggrauatur peccatum eorum.*

2 Cumque au. *Hic consequenter describitur diuini promissi impedimentum, quia propter peccatū populi prædictum, sententia mortis fuit data a Deo super omnes viros qui erant 20. anno. & vltra: exceptis Caleb & Iosue & filijs Leui, ut dictum fuit Num. 14. ita quod nullus eorum intrauit terram promissionis, sed mortui sunt in deserto, & retardatus est ingressus terræ promissionis & hoc est quod dicitur:* Cumque audiuisset dom. voc. ser. *ad puniendum.*

3 Ait, n. on. *exceptis prædictis & illis qui nōdum attigerant 20. annū.*

4 Nec miranda. *Qui tam grauiter peccauit, ut prædictum est.*

5 Cum mihi. *Contrarium autem videtur Num. 20. b. vbi dicitur sic.* Dixitque dominus ad Moysen & Aaron, quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filiis Israel non introducetis hos populos in terram q̄ dabo eis. *Ex quo patet q̄ dn̄s fuit iratus contra Moysen propter peccatum suum. Dicendum quod peccatum populi fuit occasio ipsi Moysi diffidendi verbo domini. & sic loquitur hic.*

6 Propter vos. *scilicet occasionaliter.*

7 Et filii qui. *hoc dixit quantū ad illos qui adhuc non habebant vsum rationis.*

8 Vos autem. *à processu versus terram promissionis.*

9 Et respondistis. *Hic describitur pœnitentia omissa siue obstinatio licet enim filij Israel audita sententia domini prædicta pœniterent de hoc quod non ascenderant ad terram promissionis secundum mandatum Dei, tamen non fuit vera pœnitentia, quia volebant accedere ad eam contra eius probitionem. & ideo ab aduersariis fuerunt debellati, & patet litera.*

10 Itaque egres. *Num. 21. habetur Chananęus. Dicendum quod omnes qui descenderunt de Chāfilio Noe nomine generali vocantur Chananæi, sed a diuersis filijs eius nominantur specialib. nominibus. s. aliqui Iebusæi, aliqui Amorrhæi, & sic de alijs. igitur Num. 21. ponitur nomen generale, hic autem speciale.*

(Margin: Chananęi)

à squalore vitiorum usq. ad damnationē pœnarum. Seir nanque pilosus, Horma interpretatur anathema. Quisqs enim vitiorū sordib. meruit pollui, hūc necesse est ꝑ meritis ignib. gehennæ tradi. Dæmones nanq; volunt nos implicare cupiditatibus terrenis, & si perseueramus in peccatis, & in montem superbiæ ascendere non desistimus, ignitis iaculis concidunt & perducunt ad anathema perpetuum. Ideo non secundum Pelagianistas de nostra præsumamus potentia, sed infirmitatem nostram cōsiderantes, domino per omnia obsequamur, ut superatis hostibus, cælestis patriæ gaudia promissa consequamur.

Cauendum est ne murmurantes cōtra dominū ascēdamus in mōtem superbiæ, putātes nos propriis viribus saluari posse, ne continuo tradamur Amorrhæi, id est dæmonibus.

† contrierunt vos.

tabat in montibus, & obuiā veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & † cecidit de Seir vsque Horma. Cumque reuersi ploraretis coram dño, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tēpore.

(Superbiæ. a Ignitis iaculis. b Gladio spirituali. c Squalore vitiorum quæ hispida & horrida. d Anathema. a Superbia. b Quasi pœnitentes. Auditu indignos. Non suæ. Humiliati.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Sicut solent apes. *id est, faciliter & turmatim. Apes enim quādo aliquid persequuntur volando, turmatim hoc faciunt. Ra. Sal. exponit hoc de quodam genere muscarum quæ sunt similes apib. sed habent aculeos venenatos. & ideo quando homines ab eis punguntur, cadunt et moriuntur, sic filij Israel tunc coram suis aduersariis ceciderunt.*

2 Nec voci vestræ. *quia non retractauit suam sententiam, sed magis firmauit.*

3 Sedistis ergo in. *In Hebræo habetur sic:* Et sedistis in Cades diebus multis, secundum dies quib. sedistis. *id est, secundum numerum dierum quibus sedistis in alijs mansionibus, ut exponit Rab. Sal. quia secundum eum tanto tempore sederunt ibi, quanto tempore sederunt in alijs mansionibus sequentibus, id est xix. annis, quia totum tempus quo sederunt in Cades & alijs fuit 38. annorum, vt habetur cap. sequen. includuntur tamen ibi dies quibus ambulabant.*

## CAP. II.

a Profectiq; Gilb. In aliis libris exposita transcurrimus vt in his quæ exponenda sunt immoremur.

b Montē Seir. Seir est mons in terra Edom in quo habitauit Esau in regione Gabalena vbi habitauit antea Choreus quē interfecit Chodorlaomor q ab Esau piloso & hispido, Seir id est pilosi nomē accepit. Chorræi sicut cæteræ gētes quas superauerūt, qui de patriarcharū semine descenderūt malignos spiritus vel uitia exprimunt, quæ illi exuperare possunt, qui sancto...

Profectique inde venimus in solitudinem quæ ducit ad mare rubrum, sicut mihi dixerat dominus, & circumiuimus montem Seir longo tempore. Dixitq. dominus ad me: Sufficit vobis circumire montem istum: ite contra aquilonem, & populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, et timebunt vos: Videte ergo diligenter, † ne moueamini contra eos. Neque enim dabo vobis de terra eorum quantum potest vnus pedis calcare vestigium, quia † in possessionem Esau dedi montem Seir. Cibos emetis ab eis pecunia et comedetis, aquam emptam haurietis, et bibetis. Dominus Deus benedixit tibi in omni opere manuum tuarum. Nouit iterum, quomodo transie-

† vel irritetis vos.

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXVII.

1 Profectique inde. *Hic cōsequēter inducit Moyses populum ad legis reuerentiam, replicādo beneficia. Dei post legē datā. Et primo beneficia collata tēpore pacis. secundo data tempore belli, circa mediū huius capituli.* Surgite & trāsite, &c. *Prima in tres sm tres populos contra quos prohibiti fuerant inire bellū. secunda.* Cumq; trāsissemus. *tertia ibi:* Postquā autem. *Primus populus contra quē prohibiti fuerant bellare fuit populus Idumæorum, qui descenderunt de Esau. Circa quod præmittitur prohibitio belli contra Idumæos, & secundo describitur sub his verbis beneficiorum exhibitio illo tempore & præcedenti, quantum ad aliquid & etiam sequenti ibi:* Dominus Deus tuus. *præmittitur ergo modus deueniendi iuxta terram Idumæorum, cum dicitur;* Profectique inde, *scilicet de Cades.*

Diuisio.

2 Venimus in solitudinem. *prout habetur cap. præcedenti,* Antequam *enim peccaret populus deceptus ab exploratoribus, incedebat recte versus montem Seir, qui est in terra Idumæorum, sed post peccatum declinauerant a via recta, & magno tempore fuerunt vagabundi per desertum, & postea redierunt versus montem Seir. & quia filij Esau noluerunt eis concedere transitum per terram suam, coacti sunt declinare & circumire terram illam quousque venissent vltra, vt habetur Num. 20. & hoc est quod subditur;* Et circumiuimus montem Seir, &c. *Consequenter describitur prohibitio belli contra Idumæos cum dicitur.*

3 Transibit. *id est, iuxta terminos, quia non intrauerunt terram eorum, vt dictum fuit* Num. 20. *secundum probabiliorem opinionem, & dicetur infra isto cap.*

4 Fratrum. *Vocat fratres, quia Iacob a quo descenderunt filii Israel & Esau a quo Idumæi, fratres fuerunt vterini, ut habetur Gen. 25.*

4 Et timebunt uos. *Timebant enim, ne vellent occupare terram eorum, uel saltem ibidem aliquod malum facere, propter quod negauerunt eis transitum per eam.*

5 Et moueamini contra eos. *ad prælium propter prædictam denegationem.*

6 Neque enim dabo vobis de terra eorum. *Quia ex merito Abraham a quo ascenderunt, & promissione sibi facta, illa terra fuit cōcessa filiis Esau, qui ex adiutorio Dei expulerunt inde Horrhæos, qui erant fortissimi, vt habetur infra eodem cap.*

7 Cibos emetis ab eis. *Quia licet filij Esau nollent eis concedere transitum per terram suam, tamen portabant eis cibaria venalia ad locum, vbi transibant iuxta terminos suos.*

8 Dominus Deus tuus. *Hic replicantur in generali beneficia toto illo tempore exhibita, cum dicitur.* Dominus Deus tuus benedixit tibi. *dando legem.*

9 In omni opere manuum tuarum. *& maxime in opere tabernaculi ad cultum Dei post legem datam.*

10 Nouit iter. *ducendo te in columna ignis & nubis.*

11 Quomodo transieris. *in qua sunt serpentes & scorpiones in multitudine, conseruando te ab eorum læsione.*

✱ 1 Per

## MORALITER.

✱ 1 *Profectique inde, &c.* Sequitur.

† *In possessionem, &c.* Et de terris Moabitarū & Ammonitarū dicitur infra eo. c. quod dominus dedit eam filiis Lot in possessionem, sicut & filiis Israel dedit terrā chanaan, & tamen Idumæi, Moabitæ, & Ammonitæ erant idolatræ, filii vero Israel cultores erant vnius veri Dei. Ex quo patet quod Deus terrena bona & tēporalia dat indifferenter bonis & malis, sic autē non est de spiritualib. bonis & æternis. nam bona gratiæ & gloriæ solis bonis conceduntur, & ideo collatio bonorum tēporalium non est certum signum amicitiæ diuinæ, sed aliquando magis est ad contrarium. Iob. 21. a. *Quare ergo impij viuunt sublevati sunt, confortatique diuitiis, &c.* Sequitur. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.*

MORA-

ctorum patrum vestigiis & doctrinis insistunt, & spiritalem militiam sub rege Christo agunt. de qua dicitur: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, &c.*

Ephes.6.b

a *Filijs Lot tradidi.* Ar metropolis est Moabitarum, super ripa torrentis Arnon: olim possessa a gente veterrima Emim, postea retenta a filiis Lot, id est Moabitis subuersis accolis. Hæc ostenditur hodie in vertice montis, torrens vero per abrupta descendens, in mare mortuum fluit. At interpretatur suscitauit. Emim, id est, terribiles. hi sunt dæmones qui lites suscitant, & contentiones & & tela nequitiæ parant contra fideles. Enacim quoque de stirpe Enac procreati, & gigantibus proceritate æquati, secundum nomē suū significant dæmones, nam monile collo sublimi interpretantur. Superbiæ enim fastu elati omnem militiæ suæ paratum ascribunt propriæ virtuti, & ideo illis facile cedunt, qui in virtute Dei confidunt, & cum Psalmista dicunt: *Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem.*

Allegoria. B

† & filii Esau expulerunt eos & perdiderunt eos: & in loco ipsorum ipsi
Psal.117.b.

b *De Cadesbarne.* HIERONYM. Cadesbarne est locus in deserto, qui coniungitur ciuitati Petræ in Arabia, vbi occubuit Maria, & Moyses rupe percussa aquam sitienti populo dedit. Mōstratur etiā vsque hodie ibidē sepulchrum Mariæ, sed & principes Amalec ibi cæsi sunt a Chodorlaomor.

B Epistola ad Fabiolam de 42. mansio.

a *Misi*

ris solitudinem hanc magnam per quadraginta annos, habitans tecum dominus Deus tuus, et nihil tibi defuit. Cumque transissemus fratres (Consanguineos.) nostros filios (Fratris Iacob.) Esau, qui habitant in Seir per viam campestrem de Elath, et de Asiogaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab. Dixitque dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum, (Moabitis.) a quia filiis Lot tradidi Ar (Interpretatur suscitauit, quæ nunc metropolis.) in possessionem. Emim (Id est terribiles.) primi fuerūt habitatores eius, populus magnus et validus, (Fortis.) et tam excelsus, vt de Enacim (Monile collo sublimi.) stirpe quasi gigātes crederentur, et essent similes filiorum Enacim. Deniq; Moabitæ appellant eos Emim. In Seir autē prius habitauerunt Horrhei, (vel Hoream. Horribiles enormitate corporis.) † quibus expulsis atque deletis, habitauerunt filii Esau, sicut fecit Israel in terra possessionis suæ, (Vel promissionis.) quam dedit ei dominus. Surgentes ergo vt transiremus torrentem Zared, venimus ad eū. b Tempus autem quo ambulauimus de Cadesbarne, vsque ad transitum Zared, triginta et octo annorum fuit, donec consumeretur omnis generatio hominum bellatorum de castris, sicut iurauerat dominus, cuius manus fuit aduersum eos, vt interirent de castrorum medio. Postquam autem vniuersi ceciderunt pugnatores, locutus est dominus ad me, dicens: Tu transibis hodie terminos Moab vrbem nomine Ar, et accedens in vicina filiorum Ammon, caue † ne pugnes contra eos, nec † mouearis ad prælium. Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammō, quia filiis Lot dedi eam possessionem. Terra gigantum reputata est, et in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, populus magnus et multus et proceræ longitudinis, sicut Enacim, quos deleuit dominus a facie eorum, † et fecit illos habitare pro eis, sicut fecerat filiis Esau qui habitabant in Seir, delens Horrhæos, et † terram eorum illis tradens, quam possident vsque in præsens. Heuæos quoque qui habitabant in Haserim vsque Gazam Cappadoces expulerunt. Qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, et habitauerunt pro illis. Surgite et transite torrentem Arnon. Ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, et terram eius incipe possidere, et committe aduersum eum prælium. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populo,

† ne obsidas. † litiges cū eis.

† & expulerunt eos & intrauerunt loco ipsorum. † & expulerunt eos & habitauerunt in terra ipsorum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Per quadraginta. *per specialem cultum.*

2 Et nihil tibi defuit. *quia dedit tibi manna, & eduxit aquam de petra.*

3 Cumque transissemus. *Hic describitur secundus populus, scilicet Moabitarum, cum quibus prohibiti fuerunt filij Israel bellare, & præmittitur modus veniendi ad terram eorum, cum dicitur. Cumque transissemus, &c. Consequenter prohibetur, contra eos bellum, cum dicitur.*

4 Non pugnes contra Moabitas, &c. *Cuius causa subditur, cum dicitur. Non enim dabo tibi quicquam de terra eorum.*

5 Quia filiis. *Et hoc fuit ex merito Abrahæ & promissione sibi facta. ex hoc enim, quod Lot recessit de Aram, vt iret cum Abrahā in terram Chanaan, & cum eo iuit in Aegyptum, & rediit, ut habetur* Genesis *12. & 13. Abraham reputauit eum quasi filium.*

6 Emim primi fuerunt. *Dicti sunt autem Emim, id est, terribiles, quia ex aspectu suæ magnitudinis alij terrebantur.*

7 Vt de Enacim stirpe. *Enac fuit gigas, de cuius magnitudine & filiorum eius dicitur Numeri 14. quibus comparati quasi locustæ videbamur.*

8 Sicut fecit Israel in terra possessionis suæ. *Ex hoc aliqui dicunt, quod Esdras scripsit principiū huius libri, quia hic loquitur de acquisitione terræ filiorum Israel, quæ tamen fuit acquisita post mortem Mosis, sed hoc dictum supra improbatum est, ideo dicendum est, quod Moyses hic loquitur de futuro per modum præteriti, ad ostendendum certitudinem impletionis diuini promissi. Potest etiam dici, quod loquitur hic de præterito quantum ad acquisitionem terræ Sehon regis Hesebon, & Og regis Basan, quæ fuit acquisita viuente Moyse, & antequam scriberet librum istum. Cætera patent.*

9 Postquam autem. *Hic describitur tertius populus, scilicet Ammonitarum, contra quem prohibitum fuit prælium, quia Ammon & Moab, ex quibus descenderunt Ammonitæ & Moabitæ, fuerunt filij Lot de duabus filiabus suis, vt habetur Gen. xix. g. Quos deleuit Deus a facie eorum propter meritum Abrahæ cuius filius Lot reputabatur.*

10 Surgite. *Hic consequenter inducit Moyses populum ad Dei & legis reuerentiam, recolendo beneficio diuina tempore belli, & primo recolit beneficia exhibita tempore belli præteriti. secundo exhibenda tempore belli futuri, ibi:* Iosue quoque. *Beneficia autem exhibita in bellis præteritis sunt regna acquisita per victoriam diuinitus datam. Circa quod primo agitur de terræ acquisitione. secundo de distributione acquisitæ, ibi.* Terramque possedimus. *circa medium 3. c. Adhuc primo describitur acquisitio regni Sehon. secundo ipsius Og, in principio tertii capit. Circa primum primo describitur prælii causa, secundo victoria ibi.* Percussimusque. *Circa primum ostenditur belli causa, & iusta ex parte filiorum Israel, secundo iniusta ex parte Sehon, ibi,* Noluitque Sehon. *Circa primum ostenditur bellum filiorum Israel esse iustum ex autoritate & præcepto domini qui terram vnius pro voluntate sua potest dare alteri. & hoc est quod dicitur.* Surgite & transite. *& hoc continuatur sic cum præcedentibus, quod sunt verba domini ad populum quæ refert Moyses.*

Diuisio.

11 Ecce tradidi. *Hoc dicitur ad ostendendum, quod victoria fuerat ex beneficio diuino, non ex virtute populi Israel.*

12 Hodie incipiam. *quia per victorias habitas de regibus Sehon & Og, timor filiorum Israel cecidit super omnes hoc audientes.*

a *Misi ergo nuntios, &c.* Sehon diabolũ significat, quod est germen inutile vel arbor infructuosa, uel elat⁹. Israel populũ Christianũ, qui per uiam mundi huius cupit transire, & ad celestia regna peruenire. Hic mittit ad Sehõ verbis pacificis, p̃mittẽs se non habitaturũ in terra eius, sed tantum transiturum, & regali uia incessurum. Hoc quisque promisit cum primũ ad aquam baptismi peruenit, & prima fidei signacula suscepit. Ab renũtiauit.n. diabolo & pompis eius, & operib. eius, & omni seruitio, & voluptatibus eius. Hoc est quod dicitur: *Quod Israel non declinabit in agrum eius, vel in vineam eius, & aquam de lacu eius non potabit,* id est disciplinam vel astrologicæ vel magicæ, uel cuiuslibet doctrinæ, quæ cõtra pietatẽ est, amplius non sumet, sed bibet de fontibus saluatoris; non derelinquet fontem aquæ viuæ, vt bibat de fonte Sehon, sed incedet via regia, quæ est Christus, qui dicit: *Ego sum via veritas, & vita.* Et rex, secundum illud: *Deus iudicium tuum regi da.* Non declinabit in agrum neque in uineã eius, ad opera scilicet vel ad prauos sensus ei⁹. Amorrhęi loquẽtes interpretãtur, vel amaricãtes, quia deũ ad amaritudinẽ prouocant, & in verbis tm̃ confidunt, ut Poetę, Astrologi, Philosophi, qui inania loquunt. Regnum autẽ Dei non est in sermone, sed virtute. Volunt fideles cũ pace transire, & pacifici esse etiam cũ inimicis pacis sed eo magis principẽ mundi offendũt, quo se cum illo nolle morari dicunt, nec aliqd eius cõtingere. Inde exacerbatus magis p̃sequitur, pericula suscitat, cruciatus intentat, congregat populum suũ, exit cõfligere aduersum Israel. Populus eius sunt principes & iudices mũdi, cũctiq. nequitię ministri, q̃ p̃sequuntur populũ Dei, sed & ipse venit Iasa, quod interpretatur mandati impletio. Qui enim ad expletionẽ mandatorũ Dei venerit, Sehõ vel exercitũ eius sæuientem nõ timebit. Mandata enim Dei complere, est diabolum & exercitum eius superare. Sicenĩ conterit Deus Satan sub pedibus nostris, & dat nobis potentiam calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

b *Quia indurauerat.* longa patientia, non corrigendo. vnde in Exod. *Ego indurabo cor Pharaonis.* Et Psalm. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* Causa vero indurationis additur vt traderetur in manus tuas, id est vt cõtereret a te, q̃ non fieret nisi resisteret nec resisteret, nisi induratus esset. Huius rei iustitiã si quęsierimus, inscrutabilia sunt iudicia eius, sed iniquitas nõ est apud Deũ.

c *Percussimusque eum.* Qui sunt ueri Israelitæ, non carne Iudæi, sed spiritu habitant in omnib. ciuitatib. Amorrhęorum, cnm in omni orbe terrarum Christi ecclesia propagantur, & vnusquisq; nostrum ciuitas fuit regis Sehõ: ☞ qua

Margin: Allegoric. — †timeãt a facie tua. — † Nu.21.c — Nu.21.c. — *nobis. — Ioan 14.a. — Psal.71.a. — 1.Cor.4.d — + vt dare. — Exo.10.a. — Psal.104.c. — Rom.11.d. — infra 32.a. — Mystice.

qui habitant sub omni cælo, vt audito nomine tuo paueant, (1) & † in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. (2) a † Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon (3) regem Hesebon, verbis pacificis, dicens: Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via, non declinabimus, neque (4) ad dexteram neque ad sinistram. Alimenta pretio vende nobis, (5) vt vescamur, aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Tantum est, (6) vt nobis concedas transitum, sicut fecerunt + filii Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar, donec (7) veniamus ad Iordanem, & transeamus in terram quam dominus Deus noster daturus est nobis. Noluitque Sehon rex (8) b Hesebon dare nobis transitum, quia indurauerat dominus (9) Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius, + vt traderetur (10) in manus tuas, sicut nunc vides. Dixitque dominus ad me: Ecce cœpi tibi Sehon tradere & terram eius, incipe possidere eam: Egressusque est Sehon obuiam nobis cum omni populo (11) suo ad prælium in Iasa, & tradidit eũ dominus Deus noster nobis, c percussimusq; cum filiis & omni populo suo, cunctasque (12) vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus (13) earum, viris ac mulieribus & paruulis: Non reliquimus in eis quicquam absque iumentis, quæ in partem venere prædantium, & spoliis vrbium quas cepimus ab Aroer, quæ est super

Interlinear: Diabolum. — Quæ dicuntur in baptismo. — a Quasi peregrini & aduenæ. — b Mundum qui in maligno positus est. — a Quæ est Christus communis omnibus. — Vt minus iusti. — Vt iniusti. — a Indurari permiserat exigentibus peccatis. — a Lxx. confortauerat, quod & in malo accipitur. — In malo. — Conuertit cor eorum, vt audirent eius populum, & dolum facerent in seruis eius. — b Vincendus. — a Diabolus. — b Fidelibus. — c Dæmonibus vel inimicis visibilibus. — a Quod est completio mandatorum. — b Vincendum. — a Dæmonibus. — b Principibus huius mundi & quibuslibet malis. — a In eo quod mali erant: verte impium & non erit. — a Quod est sublevans.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Qui habitant. *Ex hoc dicit Rab. Sal. quod in pugna* Israel *contra Sehon & Og sol stetit sicut tempore* Iosue, *& per hoc victoria nota facta fuit sub omni cælo, Sed non est verisimile, quod Moyses tantum Dei beneficium tacuisset, cum per scripturam huius libri intenderet inducere præsentes & futuros ad reuerentiam Dei & legis diuinæ. & ideo dicendum, quod est modus loquendi hyperbolicus, cum dicitur.* Sub omni cælo *qui modus loquendi frequenter in sacra scriptura reperitur.*

2 Et in morem parturientium. *Exterius in corpore, & dolore teneantur, interius in corde.*

3 Misi ergo *Hic secundo ostendit bellum filiorum Israel iustum ex parte ipsorum, quia primo obtulerunt pacem, potentes transitum pacificum. Licet etiam Moyses sciret per reuelationem domini ut prædictum est, quod Sehon transitum non concederet, sed magis contra eum bellaret, tamen pacem obtulit, ut daret exemplum filijs Israel in futurum. licet enim esset eis inhibitum, ne pacem aliquam faceret cum habitatoribus terræ Chanaan, sed eos delerent simpliciter, sicut dictum fuit* Num. 33. *tamen cum gentibus alijs pugnaturi primum debebant offerre pacem, ut habetur infra 20. c. Regnum autem Sehon erat ext. terram Chanaan, & ideo misit ad eos nuntios verbis pacificis, sicut dicitur hic:* Misi ergo nuntios, &c.

4 Publica gradiemur. *ita quod nullum nocumentum inferemus bonis tuis immobilibus seu terræ tuæ nascentibus.*

5 Alimenta pretio vende nobis. *ita quod nullam iniustitiã faciemus tibi in bonis mobilibus.*

6 Tantum est ut nobis concedas, &c. *Contrarium videtur* Num. 20. *cap. vbi dicitur:* cui respondit Edom. Non transibitis p̃ me, alioquin armatus occurram. *et postea subditur:* Et diuertit ab eo Israel. *Ad hoc dicunt aliqui, quod licet filij Esau non concesserint transitum filijs Israel per medium terræ suæ, tamen concesserunt transitum per terram suam in extremitatibus. Rab. Sal. dicit quod non concesserunt transitum per aliquam partem terræ suæ, sed portabant eis alimenta venalia ad loca, per quæ transibant iuxta terram suam. & ideo dicit quod illud quod hic dicitur, Sicut fecerunt filij Esau, hoc non refertur ad concessionem transitus, sed solum ad venditionem victualium. Duo enim petebant filij Israel, scilicet transitum per terram, & venditionem victualium. Primum negauerunt filij Esau, & secundum concesserunt. Posset autẽ dici, quod ly* sicut fecerunt, &c. *Potest referri ad utrunque, quia licet filij Esau non concessissent transitnm per terram suam, tamen dimiserunt filios Israel pacifice transire iuxta terminos terræ suę uendentes eis ibidem uictualia. neutrum autem concessit* Sehon, *sed exiuit de terra sua contra filios Israel vt eos exterminaret.*

7 Et Moabitæ. *quia similiter vendiderunt eis victualia.*

8 Noluitque Sehon. *Hic describitur bellum iniustum ex parte regis Sehon. Primo quia denegauit petitionem rationabilem. Quod notatur cum dicitur.* Noluitque Sehon, &c. *& subditur causa.*

9 Quia indurauerat. *Dicitur autem Dominus indurare homines in malo, inquantum suo iusto iudicio propter demerita hominum subtrahit eis gratiam, uel non infundit. & quia effectus gratiæ est cor mollificare, ideo ad eius subtractionem sequitur induratio cordis, & obstinatio in peccatis.*

10 Vt traderetur in manus tuas. *Ly* vt, *tenetur hic cõsecutiue, quia ad indurationem secuta est illa pœna. Secundo ostenditur bellũ Sehon iniustum, quia prior impugnauit filios Israel sine causa, & hoc est quod dicitur.*

11 Egressusque. *Non uocauit* Sehon *Og ad suum auxilium, quia non reputabat se indigere auxilio eius ad destructionem filiorum Israel.*

12 Percussimusq. *Hic describitur victoria perfecta cum dicitur:* Percussimus eum. *id est interfecimus.*

13 Cum filiis. *In Hebræo habetur cum filio suo. Quod exponens Rab.*

✱ Sa. dicit

quia regnabat in nobis stultitia, superbia impietas, & omnia quę diabolus suggerit. Sed victus est fortis, & vasa eius direpta, facti sumus ciuitates Israel, hęrditas sanctorū, excisa prius arbore īfructuosa, & deiecto elato rege, & regnāte in nobis māsueto, qui dicit: *Discite a me, quia mitis sum. & humilis corde &c.* Nomina quoque locorum conueniunt. Aroer nanque sublevans interpretatur. Arnon aceruus tristitiæ, Galaad aceruus testimonii. Ab Aroer ergo q̄ est sup ripā torrētis Arnon &c. Quia oīs persona cuiuslibet dignitatis fastu superbiæ vel pompæ cōfidens mundanę. cum persecutoribus qui variis tribulationibus Chistianos angustiant, vsque ad hæreticorum conciliabula, qui testimoniis scripturarum de prauatis contra ecclesiam pugnant, sed resistere non valent traduntur victi in manus sanctorum cum habitaculis suis.

A — Matth. 3. d — Matt. 11. d — D

a Aceruus tristitiæ. — Scilicet.

ripam torrentis Arnon & oppido quod in valle situm est, vsq;

a Aceruus testimonij.

Galaad. Non fuit vicus et ciuitas quæ nostras effugeret manus. 1 Omnes tradidit dominus Deus noster nobis, absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus, et cunctis quæ adiacenti torrenti Ieboc et vrbibus montanis, vniuersisque locis a quibus nos prohibuit dominus Deus noster.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *Sa. dicit quod hoc intelligitur de quodam filio notabili quem habebat, & erat æqualis patri in magnitudine & fortitudine. Potest tamen dici secundum translationem nostram, quod in Hebræo ponitur singulare pro plurali, sicut Exo. viij. f.* Venit musca grauissima. *id est, multitudo muscarum, Cætera patent vsque ibi.*

1 Non fuit. *Villa est quæ non habet muros, & ciuitates villa est clausa muris.*

CAP. III.

Moraliter — † Nu. 21. g

a Itaque conuersi. Ad Og qui est rex Basā, nec legatos dignātur mittere, nec transitū per terrā eius petere, cōtinuo cōfligunt cū eo, superātes eū & populū suū. Basā interpretatr̄ turpitudo. Merito ergo nec legati mittuntur ad gentē istā, nec transitus petitur. nullus enim transitus debet nobis esse, vel ascensus ad turpitudinem, quæ statim expugnāda & omnino cauenda est. Og autem interpretatur conclusio, carnalia significat, quorū desiderio anima excluditur, & separatur a Deo. Aduersus hæc sic est bellandum, ut nullum relinquatur vitiū. Nullum enim oportet relinqui in regno turpitudinis. Debet enim turpia resecari, vt honesta & religiosa possunt ædificari. In regno Schō uel Moab non hoc p̄cipitur. Forte. n. ex illis aliquid nobis opus est, quo multiplex præsentis uitæ vsus eget, alioquin deberemus exire de hoc mundo. De Basan vero, id est de turpitudine nihil relinquimus, quia nihilo indigemus. Honestum etiam esse non potest, qđ turpe est. b *Sexaginta.* Superiorē sensum cōfirmat. Sexagenarius quippe numer⁹ sicut senari⁹ perfectionem significat. Bene autem 60. vrbes memorat vastatas in regione Og regis Basan, id est diaboli, qui est rex turpitudinis, qa perfecte omniū vitiorum delectationē destruendā esse significat. Argob ארגוב id est maledicta sublimitas terrenam superbiam significat, quæ in filiis irę regnat; De structis vrbib⁹, uiros ac mulieres ac paruulos dicit interfectos, iumenta & spolia direpta, quia munitiōe diaboli sppetrata, quicquid in carne nostra rebelle, quicquid lasciuū sentimus, cū paruulis cogitationibus zelo Dei est conterendum. Quicquid autem in simplicitate pari sensus vel membrorum ornatu seruitio Dei aptum inueniemus, reseruare debemus.

B — † ita vt nullus remanserit superstes. — C — † tradam eum. — E — † 23. q. 5. si ver. perfitientes. — F

CAP. III.

a Itaque conuersi ascendimus per iter Basan. 1 † Egressusq; est Og rex Basan in occursum 2 nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. 3 Dixitq. dominus ad me: Ne timeas eū, 4 quia in manu tua † traditus est cū omni populo ac terra sua: faciesq. ei, sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon. Tradidit ergo dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og

a Turpitudinis. — b Multa vitia turpitudini subiecta.

regem Basan, & vniuersum populum eius, percussimusq́. eos 5 † vsque ad internecionem, vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. Non fuit oppidum, quod nos effugeret. Sexa-

Quo est maledicta sublimitas.

b ginta vrbes, et omnem regionem Argob regni Og in Basan. Cunctæ vrbes erant munitæ muris altissimis, portisque et vectibus, absque oppidis innumeris, quę non habebant muros. Et deleuimus eos sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disper-

Rebelles. — Lasciuiam. — a Infirmas cogitationes.

dentes omnem ciuitatem, virosque ac mulieres et paruulos:

a Simplicem seruitio Dei vtiles. — b Ornatum verborum.

iumenta autem et spolia vrbium diripuimus. † Tulimusque illo in tpe terram demanu duorum regum Amorrhęorū, qui erāt trans Iordanē, a torrente Arnon vsque ad montem Hermon, quē Sidonii Sarion vocant, et Amorrhęi Sanir. Omnes ciuitates quæ sitæ sunt in planicie, et vniuersam terrā Galaad 6 et Basan vsq. Selcha et Edrai, ciuitates regni Og ī Basan. Solus

a In Hebræo rephaim. — רפאים

quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigātū. Et monstrat 7

☞ a. Terram-

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. III.

Diuisio.

1 Itaq; conuersi. *Hic consequenter describitur victoria de rege Og, & primo describitur occasio pugnæ, secundo conditio victoriæ, ibi* Percussimusque. *Circa primum dicitur sic:* Itaque conuer. *ad continuandum iter nostrū post debellationem Sehon.*

2 Ascendimus per iter. *id est quod ducit ad Basan.*

3 Egressusque. *Ex hoc apparet causa quare Moyses non petiuit trāsitum verbis pacificis ab isto Og, sicut fecerat a* Sehon, *quia iste* Og *nō expectauit quod Moses ad terram eius appropinquaret. & inde nuntios mitteret sed præoccupauit tempus mouendo bellum iniustum contra filios Israel.*

4 Dixitque. *Hoc dictum fuit specialiter de* Og, *quia erat mirę magnitudinis & fortitudinis, ut patet infra eo. ca.*

5 Percussimusque. *Hic describitur magnitudo victorię, & primo ex hominum interfectorum & ciuitatum captarū & prædarum multitudine, & patet litera. Secundo ex regis* Og *magnitudine, cum dicitur.*

6 Solus quippe Og rex &c. de stirpe gigantum. *Dicit autem Rab. Sa. quod loquitur hic de gigantibus, quos interfecit Chodorlaomor & socij eius, vt habetur Gene. xiiij. b. & de illa interfectione euasit solus* Og, *qui postea factus est rex Basan, vt dicitur. & secūdum hoc iste* Og *diu vixerat, quia a tempore belli prædicti de quo euasit vsque ab bellum in quo obijt, fluxerunt plus quam cccc. anni.*

Nota de longęuitate Og.

7 Monstratur lectus eius &c. *De magnitudine huius* Og *dicūt Iudæi, quod a planta pedis eius vsque ad cauillam pedis erant 30. cubiti humani, prout diffusius posui in libro* Numeri *xxi. & quia iste passus vbi describitur measura lecti eius, illam falsitatem destruit. ideo ad colorandum prædictam falsitatem Iudæi peruerse exponunt hanc literam. Dicunt enim aliqui, quod in* Hebræo *non est lectus, sed cuna, in qua erat positus quando erat puer, & quod iam tantæ erat fortitudinis & magnitudinis, quod non poterat teneri nisi in cuna ferrea habente nouem cubitos vsuales in longitudine. Sed hæc expositio assumit falsū, quia in Hebræo non habetur cuna, sed* ערש *ares, id est lectus uel stratum, ut magis proprie loquamur, eadem enim dictio est hic Hebraica, quæ habetur Psal. 6. b.* Lachrimis meis stratum meū rigabo &c. *& Gen. xlix. a.* Maculasti stratum eius, *de lecto Iacob cum iam esset uir perfectus, de quo certum est quod non iacebat in cuna. Itē licet puer*

a *Terramque.* GRE. Sūt multi in ecclesia qui paruuli esse desciunt, & in loco humilitatis constituti, immanes apud se esse non desistūt, hi honorib. extolluntur, voluptatibus perfruuntur, rerū multiplicitate dilatantur, præesse & timeri appetunt recte viuere negligūt, & rectæ vitæ famā habere cōcupiscunt Si qua tamen fidei tētatio exurgat, uerbis & clamoribus eā defendunt, & cælestem patriā vendicant, nec tamen amant. Tales filii Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse exprimunt, qui multa pecora & iumēta possidentes, terram campestrem, ultra Iordanem concupiscunt, in terra promissionis hæreditatē habere nolunt dicentes. *Terra quam percussit dominus in conspectu filiorum Israel regionis vberrima est, &c.* Qui iumenta plurima possident, nolunt transire Iordanem. Quia quos multa mūdi impedimenta occupāt, cælestem non requirunt habitationē, sed fidei quam tenēt specie tenus, increpat ipsos, ne otio torpescant, ne exēplo suo a labore & longanimitate alios retrahant. Vnde eis per Moysen dicit. *Nunquid & fratres vestri ibunt ad pugnam & vos hic sedebitis: cur subuertitis mentes filiorum Israel?* Sed quia erubescunt, non defendere fidē quā confitētur, ad certamen properant, eamq; non sibi sed proximis vendicant. Vnde ad Moysen dicunt: *Caulas ouium fabricabimus &c.* adiungunt, Armati & accincti pergemus ad prælių. Mox ergo terrā promissionis ab hostib. liberant & relinquūt & ad pascenda iumēta vltra Iordanē pergunt, quia contra fidem baptismatis toto desiderio perituris inseruiunt. Sic enim pugnant, vt pignora sua extra terram promissionis deponant, in quibus habent affectum. Ideoq; ad cāpestria redeunt, ab altitudine montium, quasi a spe cœlestium & extra terram promissionis bruta animalia nutriunt, uana scilicet desideria & irrationabiles animi motus.

† b *Ruben & Gad.* RABANVS. Ruben primogenitus Iacob licet cōtaminauerit thorum

A Li. 17. moral. c. 10. — † de terra. — ad radices montis Phasga. — B — D Nu. 32. b. — Nu. 32. c. — E — F — solitudinis. † planiciei

lectus eius ferreus qui est in Rabbath filiorum Ammon nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad

*Magnitudinem eius commendat.*

a mensuram cubiti virilis manus. 1 Terramque possedimus in tēpore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, vsq; b ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. Reliquam aūt partem Galaad & oēm Basan regni Og tradidi mediæ tribui Manasse, oēm regionē Argob. Cunctaque Basan vocatur terra gigantum. † Iair filius Manasse possedit oēm regionem Argob vsque ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitque ex nomine suo Basan Hauothiair, id est villas Iair vsque in pñtem diem. Machir quoq. dedi Galaad & tribubus Ruben, & Gad dedi † terram Galaad vsque ad torrentē Arnon, medium torrentis & confinium vsque ad torrētem Ieboc, qui est terminus filiorū Ammon, & planiciē solitudinis atq; Iordanem: 2 & terminos Cenereth, vsque ad mare 3 deserti quod est falsissimū ad radices montis Phasga contra orietem. Præcepiq; vobis in tēpore illo dicens: Dñs Deus vester dat vobis terrā hāc in hęreditatem, 4 expediti præcedite fratres vestros

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *de nouo natus sit minoris quantitatis quam in ætate adulta, tamen de communi cursu habet quantitatem pedalē vel parum plus respectu sui ipsius in ætate adulta spatium autem a planta pedis vsque ad cauillam, ad plus non est nisi quarta pars longitudinis pedis. & ideo si fictio Iudęorum prędicta de longitudiae Og, esset vera quando fuit de nouo natus, non solum habuit nouem cubitos vsuales in longitudine, sed quater xxx. ad minus, s. cxx. & ideo ad colorādum prędictam fictionem seu falsitatem Rab. Sa. aliter exponit literam prędictam, concedens φ hic habetur lectus, & non cuna, sed cum subditur, Habens nouem cubitos longitudinis ad mensurā virilis manus, dicit quod hoc est intelligendum de mensura cubiti ipsius Og, qui vocabatur vir per quandā excellentiā, & ille cubitus erat ualde magnus. Sed hęc expositio non potest stare nec colorare prędictam falsitatem, quia sicut iam dictū est, lōgitudo quę est a planta pedis vsque ad cauillā non est ad plus nisi quarta pars longitudinis pedis. & ideo si inter plantā pedis & cauillā ipsius Og erant xxx. cubiti vsuales secundū prędicta fictionem, sequitur φ tota longitudo pedis eius ad minus esset cxx. cubitorum, vt prędictum est. Cubitus autem cōtinet duos pedes secundū communiorem opinionē & veriorem, ut credo, secundū aliam vero pedem & dimidiū. ex quo sequitur, φ cubitus ipsius Og continebat. ccxl. pedes communes secundū prędicta fictionem, vel ad minus lxxx. & per consequens lectus eius nouem cubitorū continebat nomes tantū in longitudine, quod includit maximam absurditatē, quia nō posset fieri lectus ferreus tātę longitudinis & latitudinis correspondētis, nec inueniretur tātā materia ferri, nec artifex qui faceret, nec esset verū quod dicitur in textu:* Mōstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorū Ammon. *i. in tali ciuitate, quia magnitudo predicti lecti fere occuparet locū unius magnę ciuitatis. & ideo dicendum, quod hic accipitur cubitus vsualis & communis, qui continet duos pedes cōmunes, vel ad minus pedem & dimidium. Ex quo patet, quod lectus ipsius Og erat bene magnus continens novē cubitos longitudinis. id est xviij. pedes communes secūdum communiorem opinionem de magnitudine cubiti, vel xiij. pedes cum dimidio secundum aliam.*

*Moraliter Og qui interpretatur congregans, significat peccatorem, qui sibi congreget iniquitatem, secundum quod dicitur Psal. xl. b.* Cor eius congregabit iniquitatem sibi, *quia secundum Greg. peccatum quod per pœnitentia nō diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Lectus enim sunt allicientia ad peccatum & actinentia in ipso, sicut in lecto in quo iacet prostratus. habet autem 9. cubitos longitudinis, & quatuor latitudinis, exemplum in peccato carnis. & sic potest intelligi de alijs. Primus cubitus longitudinis est in escis. Secundus in poculis. Tertius in spectaculis. Quartus in cantilenis dissolutis. Quintus in suauitate aromatum. Sextus in multiplicitate donorum gratis datorum. Septimus in mollitie lectorum. Octauus in applausu sociorum.* Nonus *in turpi vsu mulierum. Latitudinis vero primus cubitus est delectatio secundus est consensus. tertius operatio. quartus consuetudo, & quando interuenit incorrigibilitas & obstinatio, tunc est lectus ferreus.*

1 Terramque possedimus. *Hic consequenter recolitur prędictę terrę acquisitę distributio, quæ assignata fuit duabus tribubus & dimidię ut plenius continetur* Num. 32. *& hoc est quod dicitur:* Et ciuitates illius dedi Ruben, &c. *& patet litera vsque ibi.*

2 Ad terminos. *Nomen est lacus magni, per quem transit Iordanis fluuius, & vocatur in euangelio mare Cenereth, a quædam villa sic nominata super littus eius sita, & mare* T*yberiadis a quadam alia ciuitate sita in eius littore, & mare Galilææ, quia est iuxta Galilęam regionē.*

3 Vsque ad mare quod est falsissimum *nomen est alterius lacus in quo cadit Iordanis fluuius, & in loco vbi subuersę sūt quinq; ciuitates de quarum subuersione habetur Gen. xix. & de isto lacu dictū fuit Nu. 33. Vocatur autem mare more Hebraic. sermonis, secundum quem quę libet congregatio aquarum notabilis mare vocatur, secundum illud Gē. 1. a.* Congregationesque aquarum appellauit maria.

4 Expediti *Hoc dicitur viris bellatoribus duarū tribuū & dimidię, quę iam habebant terram assignatam, & ciuitates muratas, in quibus reliquerūt uxores suas & paruulos & familias, & ideo poterant procedere ad bella magis expedite, quam alij qui ducebant secū vxores suas & paruulos & familias.*

Mare falsissimum.

✱ 1 Iosue

*MORALITER.*

✱ † *Iair filius Manasse &c.* Per Manassen qui interpretatur obliuio cōuenienter significari pōt primus pater alicuius Religionis approbatæ, vt beatus Aug. beatus Benedictus, beatus Frācitcus, & sic de alijs qa quilibet ingrediēs obliuisci dēt populi sui & domus patris sui. Per Iair vero q interpretatur vigilans vel illuminatio, significatur quilibet bonus & religiosus, q sui patris exēplo vigilat ad proficiendū in scientia & vita & iste obtinet regionē Argob, q interpretatur maledictio, sublimitas. ideo significat excellētiam superborū maledictā Iob. v. a. *Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius.* Omnis autem superb. est stultus, cuius etymologia est status altus. Iair autē obtinet Argob, i. excellentiam superborum, qñ bonus religiosus verbo & exēplo superbus reducit ad humilitatem bonorū, sic vertit nomina eorū vocās eos. Auoth Iair. i. villas Iair. qa facti sunt habitacula Dei, q habitat in mentib. humiliū, Esaiæ lvi. a. *Super quē requiescet spūs meus, nisi super pauperē & cōtritū & trementē sermones meos.* Vbi vero translatio nostra hēt pauperē, alia trāslatio habet humilē, & idem significat. Nam Matthæi. 5 a. Humiles dicuntur pauperes spiritu, i. non habētes inflatum spiritum vt exponit August.

† *Pręcedite fratres vestros filios Israel.* Tales n. religiosi ad ædificationem aliorum apti ad prædicādum & confessiones audiendum a suis superioribus sunt mittendi.

Patres probatę religionis. — Stulti etymologia.

✱ † *Absque*

thorum eius. Manasses quoque cuius dimidia tribus extra Iordanem remanet, & quam uxor de Aegyptia ea natus, primogenitus est. Itaque priorē populum designant, qui non per verū Iesum, sed per Mosen extra Iordanem, sortem accipiūt, & priores & extra Iordanē, & sequestrati a cæteris. *Iumenta*, inquiunt, *& pecora multa sunt nobis*. Hac causa prior populus ad terram fluētem lacte & melle, non potest venire, nec verbum factum carnem cognoscere. *Animalis enim non percipit quæ sunt spiritus Dei*, sed comparatur iumentis insipientibus, pro quibus hæreditatem accipit extra Iordanem, terram scilicet duorum regum. Non enim potuit Moses nisi duos tan-

Nu. 32. c.

1. Cor. 2. d.

filios Israel. Omnes viri robusti absq. vxoribus & paruulis ac iumentis. Non. n. q̄ plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis, donec requiē tribuat dn̄s fratribus vestris sicut vobis tribuit, & possideant ipsi ēt terram quam daturus est eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suam, q̄ dedi vobis. 1 Iosue quoque in tpe illo præcepi, dicens: Oculi tui viderunt quæ fecit dominus Deus vester duobus his regibus, sic faciet oībus regnis ad quæ transiturus es: Ne timeas eos: Dominus. n. Deus vester pugnabit pro vobis 2 Precatusque sum dominum in tempore illo dicens: Domine Deus tu cœpisti ostendere 3 seruo tuo magnitudinem tuam 4 manumque fortissimam. Neque enim est alius Deus vel in cælo vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. 5 Transibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, 6 & montem istum egregium & Libanum. 7 Iratusq. est dominus mihi propter vos, 8 nec exaudiuit me, sed dixit mihi: Sufficit tibi, nequaquam vltra loquaris de hac re ad me. 9 Ascende cacumen Phasgæ, 10 & oculos tuos circunfer ad occidentem, et ad aquilonem, austrumque & orientem, & aspice. Nec enim transibis Iordanem istum. 11 Præcipe Iosue, 12 & corrobora eum atque conforta, quia ipse præcedet populum istum, et diuidet eis terram quam visurus es. Mansimusque in valle contra fanum Phogor.

a Montem, Libanum scilicet hic est mons Phœnicis, terminus Iudeæ contra septentrionem.

† tātum interficere reges, quorum terram habentibus pecora multa diuideret. Iesus vero diuisit terrā his qui transierunt Iordanem, habentibus quidem pecora, sed non tanta quæ retineāt eos vltra Iordanem, sed cū ipsis mulieribus & infantib. cōtendunt transire & ad patriam peruenire.

a *Præcipe Iosue, &c.* Magna dispensatione Dei factū esse, ne Moses qui est typus legis, introduceret populum in terram promissionis, quia lex neminem ad perfectū adduxit. Iosue autem typus Christi qui saluator īterpretatur. Christus enim populum suum saluauit, conuenienter dux & princeps in terram promissiōis introduxit.

Alleg.

Heb. 7. c.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

Diuisio.

✲ 1 Iosue quoque. *Postquam explicauit beneficia præstita in bellis præteritis, hic consequenter explicat beneficia præbenda in bellis futuris. & hoc totum fit ad inducendum filios Israel ad Dei reuerentiam & obseruantiam legis, & diuitur in partem principalem & incidentalem. secunda*: Precatusque sum. *Circa primum Moyses ex victorijs diuinitus concessis filijs Israel de præterito, assecurat de concedendis in futuro, quia secundum quod dicit beatus Greg. præteritarum rerum exhibitio futurarum est certitudo. Et patet litera.*

2 Precatusque. *Hæc est pars incidentalis. ex hoc enim quod Moyses ex Dei adiutorio duos reges debellauerat, & terram eorum distribuerat, vt prædictum est, opinatus fuit, quod verbum domini sibi dictum Num. 20. scilicet quod intraret terram promissionis, non esset verbum sententiæ diffinitiuæ, sed magis comminationis, quod frequenter retractatur, sicut illud Ionæ 3. b.* Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. *Et ideo orauit dominum vt transiret Iordanem & videret terram promissionis ac diuideret, & hoc est quod dicitur.*

3 Seruo tuo. *i. mihi Mosi.* 4 Magnitudinem. *in operib. mirabiliū.*

4 Manumque. *in debellatione duorum regum.*

5 Transibo. *id est, hoc peto ex tua gratia.*

6 Et montem. *Ra. Sa. dicit quod per montem hic intelligitur Ierusalem, quæ pro parte principali erat sita in monte, & per Libanum ipsum templum, quod fuit factum de lignis Libani, ut habetur 3. Reg. 5. Sed hoc non videtur verum, quia Moyses non petebat visionem spiritualem terræ, sed corporalem, vt manifeste patet ex textu. templum autem non fuit factum vsque ad tempora Salomonis. & ideo vsque tunc videri non poterat visione corporali. & ideo dicendum quod per montē Libanum intelliguntur duo termini terræ promissionis secundū eius longitudinem, quia mons in quo est ascensus scorpionis est in termino australi, & Libanus in termino aquilonari, et per hoc intelligitur petita visio locorum intermediorum.*

7 Iratusq. est dominus mihi propter vos. *Istud refertur ad peccatum Moysi, in aquis contradictionis, quod habetur Num. 2. cuius peccati occasio fuit malitia populi, ut supra dictum est cap. 1.*

8 Nec exaudiuit. *verbum suum retractando, sed magis confirmando, quantum ad hoc quod terram non intraret, concessit tamen quod eam ab extra miraculose videret. vnde subditur.*

9 Ascende cacumen. *Nomen est montis.*

10 Et oculos tuos circunfer. *Non accipitur hic oriens & occidēs, auster & aquilo prout sunt termini totius terræ habitabilis, quia sic non fuit ostensa Moysi, sed prout significant terminos terræ promissionis, quia Moyses vidit oculis corporalibus totam terrā promissionis a termino eius australi vsq. ad aquilonarē, & ab orientali vsque ad occidentalē.*

11 Præcipe Iosue. *vt recipiat regimen populi & labores in acquirēdo terram & diuidendo.*

22 Et corrobora eum. *Timebat enim Iosue, ne sicut Moyses magister suus ab ingressu terræ & eius diuisione fuerat impeditus, ita & ipse qui non erat tantæ perfectionis, multo fortius impediretur, & ideo dominus uerba eum assecurare de transitu & diuisione, ideo, sequitur.* Ipse præcedet populum iustum & diuidet eis terram, &c.

✲ CAP.

MORALITER.

✲ † *Absque vxoribus & paruulis ac iumentis.* Per uxores intelliguntur carnales, qui quanuis sint literati, nō tamen sunt inter seculares mittendi, qa plus nocerent mala vita quam proficerent doctrina, eo quod in moralibus magis mouent facta quā verba. Per paruulos aūt intelliguntur nouitii, vel de nouo professi, qui non sunt adhuc bene firmati, & isti similiter nō sunt mittendi. Per iumēta vero intelligūtur fratres simplices & illiterati, qui propter defectum scientiæ nō sunt ad prædicandum apti.

ADDITIO I.

Quare. Moyses a Deo desiderauit videre terrā promissionis.

*In capitulo 3. vbi dicitur in postilla: Et montem istum egregium & Libanum. Rab. Sa. dicit, &c. Sicut visio terræ promissionis quā Moyses petebat a Deo, intelligatur de visione corporali tantum, non modicæ admirationis dignum uidetur, cur Moyses qui tantæ perfectionis erat, vt de eo diceretur:* Qui in omni domo mea fidelissimus est, & palam & non per ænigmata & figuras dominum videt. *sup. Num. 12. cum tanta affectione & tam ardenti instantia peteret videre a deo terram illam trans Iordanem, & montē illū egregium, præsertim cum ad hoc impetrandum inducit memoriam maximorum operum, quæ Deus sibi ostenderant, & hoc cū dicit:* Tu cœpisti ostendere seruo tuo, &c. Neque enim alius Deus in cœlo & in terra, qui possit facere opera tua. *In quo uidetur maxime magnificare huiusmodi petitionem, quasi coæquando eam his potissimis quæ iam Deus sibi ostenderat, cum tamen inter illa sit modica vel nulla comparatio. Nam prima magnalia quæ Moysi fuerunt ostensa, de quibus hic fit mentio, pertinebant ad omnipotentiam diuinam, & ad magnam populi Dei vtilitatem, sicut redemptio Aegyptiaca, & datio legis, & deductio per desertum, & huiusmodi. Quod autem Moyses transiret Iordanem, vt videret illam terram corporaliter, nihil horum simile vel æquale includit. Ad quod quidam expositores Hebræorum dicunt, quod hoc faciebat Moyses, ut populus ille magis diligeret terram illam, cuius visio tā desiderabilis erat a viro tantæ perfectionis. Sed hoc non uidetur conuenienter dictum, quia si sic Moyses hoc petebat per modū fictionis, vt populo hoc ostenderet, non quod in corde sic haberet, quod non pertinet ad virum Dei. Vnde videtur aliter dicendum quod Moyses desiderabat illam terram videre ex deuotione, quam habebat ad illa quę fuerunt ibi facta scilicet immolatio Isaac, quę fuit celebrata in monte Moria, vbi Deus concessit & iuramento solennissimo firmauit.*

*quod in semine Abrahæ, id est, in Christo benedicentur omnes gentes, prout fuit large ostensum supra Gen. 22. in additione 4. & ideo fecit hic mentionem de mõte dicens:* Et montem istum egregium. *Et quia ex fide etiam cognoscebat, quod in illo monte postquam ibi templum fuisset ædificatum de lignis* Libani, *erat offerendus Christus & doctrinam salutis ibi docturus; ideo fecit mentionẽ de Libano dicens:* montem istum egregium & Libanum, *& generaliter desiderabat terram totam videre, ut patet in litera, quia per totam terram promissionis scilicet* Iu*dæam: Galilæã, & trans Iordanẽ Christus progressurus erat prædicando, & docendo, & miracula faciendo, ut in historijs euangelicis patet. Vnde Moyses etsi videre petebat corporalem uisionem terræ, hoc tamen erat propter visionem spiritualem supra dictam.* Nimirum, *si ratione huius deuotionis Moyses petiuisset videre terram illam, quia etiam hodie fideles Christi videmus in longinquas regiones peregrinari, ut loca sancta visitent. Sed Deus ut suam iustitiam ostenderet, et circa sanctos noluit sibi concedere illam visionem de propinquo, sed tãtum a longe dicens: Ascende cacumen Phasge, et oculos circunfer ad occidentẽ, &c. In viris enim perfectis modica exercitatio corporis in reb. ad deuotionem excitantib. tantum operatur, sicut talium magna exercitatio in minus deuotis. nam s͠m Philosophum, Actiuorum actus est secũdum dispositionẽ passi.* Philos. *Est etiam hoc alia ratio, quæ habetur in gl. vbi sic dicitur,* Magna *dispensatione Dei factũ est, vt Moyses qui est typus legis, non introduceret populũ in terrã promissionis, quia lex neminẽ ad pfectũ adduxit. Sed Iosue typus Christi, qui saluator interpretatur, tanq̃ dux & princeps populũ in terrã promissionis introduxit. Hæc in gl. Quę quidem expositio licet allegorica sit, multum tamen correspondet literali, ut patet considerãti.*

A 1 E *T nunc Israel audi præcepta & iudicia.*

b *Non addetis.* Docet normam æquitatis, & omnẽ hæresim pcutit. Vetat enĩ rectę doctrinæ aliquid prauę intẽtionis addere, vel aliquid veritatis subtrahere. Via enim regia incedendum est, nõ ad dexteram vel ad sinistrã declinãdũ. vñ: *Quia recta via dñi, & iusti ambulabunt in eis.* (Osee 14.d) B Similiter ait Ioannes: *Si quis adposuerunt vd hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitę.* (Apo. 22.d) († in.)

✱ PROCOPIVS. Itẽ paulo post dicet, Non declinabis vel ad dexteram vel ad sinistram. In prouerbiis etiam Salomonis ĩquit: Ne addatis verbis Dei quicquã ne te redarguat, & mendax fias. Verba enim Dei cũ plena & perfecta existãt nullũ auctariũ admittũt. Vnde de Christo illud quoque dictum extat, postquam consummauit verba sua in aures ipsorum. D

## CAP. IIII.

a E T nunc Israel audi † præcepta et iudicia, quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas, et ingrediens possideas terram quam dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. 1

a Sicut Scribæ & Pharisæi qui propter traditiones suas reliquerunt præceptum Dei. Matth. 10. a. b Non prohibet veritatem veritati addere, sed falsitatem omnino remouet.

b Non addetis ad verbum quod vobis † loquor, nec auferetis ex eo. Custodite mandata domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis. Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit dominus† contra Beelphegor (Idolum Ammonitarum), quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhæretis domino Deo vestro, viuitis (Vita æterna) vniuersi vsque in præsentem diem. Scitis quod docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut † mandauit mihi dominus Deus meus, sic facietis ea in terra quam c possessuri estis, et obseruabitis et implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia et intellectus coram populis, vt audientes vniuersi pręcepta hęc, dicant: † En populus sad piens et intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam 2 3 4 5

(† statuta. † præcipio † præcepit † tantum vt solus est iste.)

c *Hæc est enim sapientia.* ✱IDEM. Summa sapientia & scientia est obseruatio mãdatorũ Domini. Illud vero quod dicitur *coram populis*, consonũ est huic: *lucceat lux vestra coram hominibus &c.* (Matth. 5.) Ita. n. ad Deũ propi⁹ acceditur. Quod E idem innuit quod sequitur nepropter peccata eorũ procul recedat, peccata. n. vestra, inquit, ĩteruallũ efficiunt inter me & vos.

d *Nec est alia &c.* Non est alia natio tam grandis dignitate s. donorum, non multitudine populorum. Nec enim gens Iudæorum numero vincebat alias gentes aut potentia, sed patrum prærogatiua & dignatione diuina.

☞ a *Custo* F

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. IIII.

1 E T nunc. *Postquã Moyses induxit populũ ad Dei reuerentiã et legis obseruantiã, hic cõsequẽter incipit explicare legẽ & explanare, et primo replicat explanãdo legis dationẽ, secũdo legẽ ipsam c. 5. Ad huc circa primũ primo pmittitur dicta explanatio secundo infertur conclus. ibi:* Ista est lex. *Prima in duas, in partem principalem, & incidentalem. secunda ibi.* Tunc separauit. *Circa primum describitur per modum replicationis et explanationis, legis eminẽtia. secũdo legislatoris, ibi:* Nec est alia natio, &c. *Eminentia vero legis primo ostenditur ex effectu, qui est prolongare vitam & multiplicare possessionẽ temporalem, si lex obseruetur, et hoc est quod dicit:* Vt faciens ea viuas & ingrediens terram possideas. *Secundo ex eius perfectione, cum dicitur.* (Diuisio.)

2 Non addetis. *Istum enim perfectum est, quod non habet aliquid superfluum aut diminuium. Considerandum tamen quod hic prohibetur additio de prauans intellectum legis, non autem additio declarans aut illucidans, secundum quod scribitur Eccles. 24.* Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. *Quod autem obseruantia legis prolonget vitam, ostendit per hoc quod violatores legis per idolatriam fuerant omnes mortui, & obseruantes eam adhuc erant vivi. & hoc est q̃ dicitur.* Oculi vestri viderunt, &c. *Et patet litera. De idololatri aũt prædicta, & morte idololatrarum dictum fuit Num. 25. Tertio ostenditur eminentia legis ex eius conditione, cum dicitur.*

3 Hæc est. *id est, sapida scientia, quæ inducit ad* Dei *amorem. Sapientia autem philosophorum magis inducebat ad elationis tumorem.*

4 Et intellectus. *Intellectus proprie dicitur habitus principiorum, de quorum veritate non est hæsitatio. & per hunc modum lex diuina vocatur intellectus, quia eius ueritatis est certissima certitudine adhæsionis, licet non certitudine euidentiæ. Itẽ sicut ea quæ manifeste sequuntur ex principijs per se notis, absque hæsitatione tenentur per se uera, quæ aptem repugnant, repudiantur tanquam falsa, sic ea quæ sequuntur ex diuina lege debent tanquam vera adprobari, & quæ repugnant tanquam falsa repudiari.*

5 Nec est alia natio tam, &c. *Hic replicatur explanando eminentiam legislatoris, quæ potissime apparuit in datione legis: Quam quidem eminentiam quatuor ostendunt, quæ primo sigillatim explicantur:* ✱ *secun-*

## MORALITER.

✱ 1 *Et nunc.* In hoc capitulo Moyses promitit filiis Israel facilem ingressum terræ promissionis, & eius possessionẽ pacificã, si tamẽ obseruent Dei mãdata diligenter. si uero transgrediantur, eis eiectionẽ de terra illa cõminatur, & captiuitatem in aliena terra, vbi diis seruint alienis, sicut frequẽter dictum est. Per terrã promissionis intelligitur terra viuentium, cuius duplex est ĩgressus. Vnus in re, sicut ingressi sunt beati. & q̃ sic ingrediuntur nunquã eicientur. oẽs enim sunt certi de suæ beatitudinis stabilitate. Alius est ingressus ei⁹ in spe, & sic ingrediuntur fideles Dei gratiã recipientes, quia tamẽ ab ipsa possunt cadere per mortale peccatum Deo pmittente & diabolo procurante. & aliqñ sic cadunt, & sic de terra viuentium eiciuntur, & fiunt captiui & serui vitiorum. Ioan. 8. *Qui facit peccatũ, seruus est peccati.* Et quia multa sunt vitia & peccata, ideo seruiũt diis alienis, in plurali. Gulosus enim vẽtri suo seruit sicut Deo suo, Phil. 3. d. *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt.* Similiter auarus seruit auro, & argento, & lapidib. pretiosis tanquam idolis suis. propter q̃ Apostolus Col. 3. auaritiam uocat idolorum seruitutẽ nã auar⁹ tot idola sibi colẽda statuit, quot ꝯ Deum cõcupiscit.

MORA-

a *Custodi igitur temetipsum.* ✱ BAS. Hoc est, teipsum ex omni parte collustra & circunspice, animæ oculum ad tui custodiã habeto peruigilem, per medios ingrederis laqueos, ab inimico occultati laquei nullo non loco defixi sunt. Auis si sibi attenderit, in sublime elata altior redditur aucupũ insidiis. Prouide igitur, ne brutis conspiciare deterior nequãdo irretitus laqueis præda efficiaris diaboli. Attẽde tibi ipsi, hoc est, non tuis, non his rẽ quæ circa te sunt, sed tibi ipsi & soli attendito. Ipsi enĩ nos & aliud sumus, & aliud nostra sunt, aliud item quæ circa nos visuntur. Sane sumus nos & animã & animæ mens quatenus ad imaginem cõditoris nostri sumus facti. Nostrum autem corpus est, & circa nos sunt pecuniæ.

b *Quæ viderunt.* Visus inter omnes sensus obtinet principatum, ideo pro omni sensu ponitur.

c *Sculptam similitudinem.* AVGVS. Forsitan his duobus vocabulis vnam rem significauit. Vel similitudinem vocauit statuã, vel simulachrũ nõ ex alicuius hominis lineamentis imitãdo expressũ. Quod enim tali expressiõe fit, imaginem dici nemo dubitauerit, vt si omnis imago similitudo, sed nõ conuertitur. In geminis enim similibus, similitudo est alterius cuiuslibet, in altero nõ imago, sed si patri similis sit filius rectè imago dicit, vt sit pater πρωτότυπος prototypus, id est, prima figura, vnde illa imago expressa videatur. Harũ imaginum aliç sunt eiusdẽ substãtiæ vt filius, aliç non vt pictura. Vnde illud quod scriptum est, *Fecit Deus hominem, ad imaginem suam*, sic intelligendum est, ut non sit eiusdem substantiç imago, quç facta est. Si.n. eiusdem esset, nõ facta sed genita diceretur. Quod vero non addidit, & similitudinem, sicut superi', ideo factum uidetur, quia vbi imago & similitudo. Vnde & hic Moyses similitudinẽ & imaginẽ fieri prohibet. In decalogo autem nullam faciẽdam esse similitudinem dicitur nec imago memoratur. Si enim non fit similitudo nec imago. Quoniam si imago, & similitudo. Denique vbi prohibuit similitudinem & imaginem hominis intelligi uoluit. vbi similitudo fieri potest nõ huius aut illius proprie sed cuiuslibet et imago .i. huius proprie uel illius hominis. cum vero de irrationabilius animantib. diceret, solã similitudinẽ dixit. Nemo enĩ sibi vnũ carnẽ ꝯstituit vel huiusmodi, quẽ ĩtuẽs imaginẽ pĩgat vel fingat, ꝗ de hominib. vsitatũ est.

d *Qui sub.* AVGV. An aquam terram ĩtelligi uoluit, propter tractabilem corpulentiam, sicut ibi: *Fecit Deus cælum & terram.* & ibi: *Auxilium meum a domino qui fecit cælum & terram.* An ideo dictum est sub terra, quia nisi aquis terra superior

Marginalia: A; Homilia in illud Moysis attẽde tibi ipsi. † magna. † quos discent, vt timeant. B; † præter vocem. Quæst. 4. in Deut. Quid imago & similitudo. † statuta. C; D; Gen. 1. d. † statuta. † eorum. E; † ad cor cæli. i. vsq; ad med. cæli. † ad quam trãsitis, vt possideatis eam. † corrupti. Quest. 5. † reptant. Gen. 1. a. Psal. 102. F.

grandis, quæ habeat Deos [a Manifeste apparendo per signa & prodigia & auxiliando.] appropinquantes sibi, sicut dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. 1 2 Quæ est enim alia gens † sic inclyta, vt habeat † cæremonias iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros? a Custodi igitur temetipsum b & animam tuam solicitè: Ne obliuiscaris † verborum quæ [Intellexerunt.] 3 viderunt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo stetisti coram domino Deo tuo in Horeb, quando dominus locutus est mihi, dicens: Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, † & discant timere me omni tempore quo viuent in terra, doceantque filios suos. Et accessistis ad radices montis qui ardebat [a Aereum quod aqua diluuij occupauit.] vsque † ad cælum, [Hyperbole.] erantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusque est dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non [a Ne scil. volens imitari sculpendo faceres idolum tibi.] vidistis. 4 Et ostendit vobis pactum suum quod præcepit vt faceretis, & decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihique mandauit in illo tempore, vt docerem vos † cæremonias & iudicia quæ facere deberetis in terra † quã possessuri estis. 5 Custodite igitur solicitè animas vestras. 6 Non vidistis aliquam similitudinem in die, qua locutus est dominus vobis in Horeb de medio ignis, ne fortè † decepti faciatis vobis c sculptam similitudinem, aut imaginem [Hoc de hominibus.] masculi vel fęminç, [Hoc de animalibus.] similitudinem omnium iumentorum, quç sunt super terram, vel auium sub cælo volantium, atque reptilium quæ † mouentur in terra, siue d piscium qui sub terra morantur in aquis, [a Nec in cælo vidisti similitudinem nec &c.] ne fortè oculis eleuatis ad cælum videas solem & lunam

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *secundo vt melius commendentur memoriæ insimul breuius replicantur, ibi:* Interroga de diebus antiquis. *Illorum autẽ quatuor primum est benignitatis amor. secundum potestatis terror, ibi:* Ne obliuiscaris. *tertium pietatis dulcor, ibi:* Vos autem tulit. *quartum seueritatis rigor, ibi:* Caue ne quando obliuiscaris. *Primum autem ostenditur hic quod dominus filijs Israel familiariter condescendebat, vt patet in descensu mannæ quotidie, & in populi allocutione, in legis datione & ceteris alijs beneficijs, & hoc est quod dicitur:* Nec est alia natio tam grandis, *non numero vel corporali quantitate, sed dignitate, quia multę aliç nationes fuerunt maiores in fortitudine & multitudine, sed ista fuit dignior alijs alijs, inquantum accepit legem diuinitus datam disponentem ad Christum, qui erat nasciturus secundum carnẽ ex Iudæis, in quo consistebat maxima dignitas illius populi.*

1 Quæ habeat Deos appropinquantes sibi. *Id est, condescendẽtes. Et dicit Deos in plurali, quia aliç nationes colebant pluralitatem Deorum.*

2 Sicut dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus. *Licet enim dæmones in idolis gentium aliquando darent eis responsa, hoc tamen erat raro. Erant etiam illa responsa obscura & ambigua, & per consequens deceptiua, sicut illud: Aio te Aeacida Romanos vincere posse. per quod deceptus Pyrrhus pugnauit contra Romanos, & fuit deuictus. Posse enim vincere, poterat referri ad ipsum vel ad Romanos, & ipse retulit ad se quod ad Romanos secundum veritatem erat referẽdum. Verba autem domini semper sunt vera, & nullo modo deceptiua, familiaritas autem quam ostendit Deus filijs Israel in veteri testamento, fuit figura illius maximç familiaritatis quam nobis ostendit in beneficio suç incarnationis, de qua habetur Ioan. 1. a.* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, &c. *Et quia diuina familiaritas requirit munditiam cordis & corporis, ideo concluditur:* Custodi igitur temetipsum. *& sequitur.*

Marginalia: Ennius. Diuisio.

3 Ne obliuiscaris. *Hic consequenter ostenditur suç potestatis terror, quia sicut amor attrahit ad bonum, ita terror retrahit a malo. & ideo sicut in datione legis alloquendo populum ostendit eis suæ benignitatis amorem, ita per signa terribilia quç tunc fiebant, s. tonitrua & coruscationes & similia, incussit suç potestatis timorem. Et primo ostendit propositum, secundo ex hoc infert corollarium, ibi:* Custodite igitur. *Circa primum dicitur:* Ne obliuiscaris uerborum. *de quibus dicitur Exo. xx. c. Cunctus autẽ populus videbat voces & lampades & sonitum buccinę montemque fumantem, & perterriti ac pauore cõcussi, &c. & hoc est quod subditur:* Et discant timere me. *Sequitur.*

4 Et ostendit. *Id est, legem quantum ad decem precepta quę dedit immediate & quantum ad alia pręcepta quę dedit mediante Moyse, et ipatet litera.*

5 Custodite igitur. *Hic consequenter concluditur corollarium, scilicet quod latria soli Deo sit trbuenda. per hoc quod in datione legis non apparuit figura alicuius creaturæ uiuentis. & hoc est quod dicitur:* Custodite igitur sollicite animas uestras. *scilicet a cultu idolatrię. Cuius causa subditur.*

6 Non uidistis aliquam similitudinem. *Et ideo primo prohibet latriam impendi creaturæ viuenti sub cęlo, cum dicitur.* Ne forte decepti faciatis uobis sculptam imaginem, &c. *secundo corporibus cęlestibus, cum dicitur.* Ne forte eleuatis oculis ad cælum, &c. *subditur causa cum dicitur.*

tior esset habitati ab hominib. & animalia terrena habere nō posset.

Quest. 6. A a *Qua creauit.* AVG. Non ita dictum est tanquam Deus præceperit ea a cunctis gentibus coli, a suo populo suo non coli, sed quod præscierit gentes culturam exhibituras his cælestibus, & tamen præsciēs creauerit eas, populum uero suum futurum esse præsciuerit, qui illa non coleret. Vel intelligatur vsus qui commendatur in Genesi: *vt sint in signis & temporibus, & diebus, & annis*, quem vsum communem habet populus Dei cum omnib. gentibus, sed non cultum quem habent aliæ gentes. (Gen. 1. b.)

Quest. 7. b *Sculptam similitu.* AVGV. Hic generaliter loquens similitudinem posuit, imaginem tacuit, quia si sit nulla similitudo nec imago. (imaginē aut. B Vin fr. 32. d. Lib. de trinitate.)

c *Deus tuus ignis consumens.* ✱ TERTVL. In ueteri testamento, ideo Deus ignis dicitur, vt peccatori populo metus incutiatur, dum iudex ostenditur.

✱ AVGV. Ipse Christus loquitur in ueteri testamēto cum dicit: Ego sum ignis edax, qui loquitur in euāgelio, quod ignē venerit in hunc mundū mittere, id est, verbum Dei, quod est ipse. Nam veteres scripturas exposuit post resurrectionem discipulis, inc piens a Mose & prophetis, quando ipsi discipuli ignē se accepisse confessi sunt, dicentes: *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis in via, cū aperiret nobis scripturas?* Ipse est ignis edax, consumit enim ueterem vitam diuinus amor, & innouat hominem, vt ex eo qđ deus ignis est edax, faciat vt eū nos amem⁹. Nolite ergo timere ignem, qui est ipse Deus, sed timete ignem, quem parauit hæreticis Deus. (Li. 1. cōtra Adimantum. ca 13. to. 5. D Luc. 24.)

✱ NICETAS. Nomine Dei essentia intelligitur, non quod ipsa ignis sit, verum allegorica ratione, quia ūi sua consumit atque abolet, ac mira vehemētia agit. Deus enim vt iustis lux est, ita peccatorib. ignis. (In orat. 44 Greg. Nazianzeni.)

✱ AMBROSIVS. Quomodo Deus ignis consumens est? Non solet consumere nisi sola peccata. In retributionibus quoque meritorum colligimus diuidi ignis naturā vt alios illuminet, alios exurat, illuminet iustos, impios exurat. Non eosdem quos illuminat exurit, & quos exurit, illuminat, sed illuminatio eius inextinguibilis est ad perfunctionem bonorum, exustio vehemēs ad supplicia peccatorum. (Lib. 4. numeró. c. E)

d *Testes inuoco hodie cælum &c.* μετωνυμικῶς per id quod continet id quod continetur significat. (Metonymia figura)

e *Nouissimo autem.* Conuersionem Israelis ad fidem Christi prænuntiat, vt postquam plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiat. (Roma. 11.)

f *A summo cælo.* AVGVST. Cur non dixerit similiter a sūmo terræ

---

a & † omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ [1] (Alij distribuit. / In vsum.) creauit dñs Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt. Vos autem tulit dominus & eduxit de fornace [2] ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium sicut est in [3] præsenti die. Iratusque est dominus contra me propter sermo- [4] nes vestros, & iurauit vt non transirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quam daturus est vobis.† Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem, vos transibitis & possidebitis terram egregiam. Caue ne quando obliuiscaris pacti [5] b domini Dei tui quod pepigit tecum, & facias tibi sculptam similitudinem eorum quæ fieri dominus prohibuit. † Quia do- (Facta consumit & reprobos ignibus gehennæ tradit.) c minus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. Si ge- [6] nueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, † deceptiq; feceritis vobis aliquam ✱ similitudinem patrantes malum coram domino Deo vestro, vt eum ad iracundiam prouocetis, † (Angelos. / Homines.) d testes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos esse de [7] terra quam transito Iordane possessuri estis. Non habitabitis in ea longo tempore, sed delebit vos dominus atque disperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est dominus. Ibique seruietis diis qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non vident, nec audiunt, non comedunt, nec odorantur. Cumque quæsieris ibi [8] dominum Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris & tota † tribulatione animę tuę, postquā te inuenee rint omnia quæ prædicta sunt. ✱ Nouissimo autem tempore re- uerteris ad dominum Deum tuum, & audies vocem eius, quia [9] Deus misericors dñs Deus tuus est: Non dimittet te nec omnino [10] delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit patrib. tuis. Interroga de dieb. antiquis qui fuerūt ante te ex die quo creauit [11] (Interroga subaudi.) f Deus hoīem super terram † a summo cælo vsque ad summum [12] eius, si facta est aliqā huiuscemodi res, ✱ aut vnquā † cognitum [13] est, vt audiret populus vocem domini Dei loquentis de medio [14] ignis, sicut tu audisti & vidisti: si † fecit Deus, vt ingrederetur, [15] & tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes, [16]

(Marginal glosses: † stellas, omné militiam. — ministerium. — † in hæreditatem. — † Heb. Il — † corruptique. — ✱ imaginē. — † situacū fuerit tibi angustia, & — † In nouissimis diebus, tunc. — † a fine terræ termino cæli vsque ad finem cæli alterum. — † magna tentatio.)

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quæ creauit dominus Deus tuus in mi. *& ideo si creatura humanę non debet impendi latria, multo minus corporib. cælestibus, quæ propter hominem sunt facta, vnde & motus cæli ad completionem numeri electorū ordinatur. & ideo ipso complete cessabit. Vnde habetur Apoc. x. b.* Iurauit per viuentem in secula seculorum, quod tēpus amplius non erit. 2 Vos autem tulit. *Hic autem describitur in legislatore pietatis dulcor, per hoc quod filios Israel sua mera pietate eduxit de Aegyptiaca seruitute, & hoc est quod dī:* Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace, *quia ad literā coquebant lateres in fornace, Ferrea, quia illa seruitus erat durissima, vt habetur Ex. 1.*

3 Vt haberet populum hæreditarium. *id est immobiliter sibi adhærentē, sicut hæreditas est possessio immobilis.* 4 Iratusque est dominus contra me. *Hoc addidit Moses ad ostendendum, qđ debebant esse multum grati Deo, eo quod faciebat eis beneficium quod Moysi negauerat, introducendo eos in terram promissionis, & patet litera.* 5 Caue ne quādo obliuiscaris pa. *Hic consequenter circa legislatorem describitur seueritatis rigor, ne rōne suæ pietatis insolescerent, & ad idolatriam declinarent, & hoc quod dicitur:* Caue ne quādo obliuiscaris pacti, &c. *i. legis, quæ primo præcepto prohibet idolotatriā.*

6 Si genueritis. *id est acriter puniens, sicut ignis inter elementa est magis actiuus. & quia ista pœna non solum erat eis inferenda, sed etiam posteris eorum, si ad idolatriam declinarent, ideo subditur:* Si genueritis filios. *Sequitur.* 7 Testes inuoco hodie cęlum & terram, cito pe. *id est omnem creaturam intellectualem in cælo & in terra existentem, quia sola creatura intellectualis potest proprie testificari. Et exprimit consequenter multas pœnas. Prima est plurimorum mors siue perditio, cum dicit:* Cito perituros vos. *Secunda de terra eiectio, ibi:* Nō habitabitis &c. *Tertia inter fideles dispersio, ibi:* Atque disperget. *Quarta idolatriæ seruitus & subiectio,* ibique seruietis &c. *Verumtamen quia cum Dei iustitia semper currit misericordia, ideo consequenter promittit eis pœnæ remissionem, si agant veram pœnitentiam, cum dicitur.* 8 Cumque quæsieris. *& patet litera.* 9 Interroga de diebus antiquis. *Hic consequenter prædicta de legislatoris eminentia replicat breuiter, vt ea memorię firmius imprimatur, & primo de benignitate & familiaritate legislatoris, cum dicitur.* Interroga de diebus an. *id est de his quę facta sunt ab antiquo.* 10 A summo cælo &c. *id est ab omni creatura quæ cæli ambitu continetur.* 11 Si facta est aliquando. *id est tanta Dei beneuolentia ostensa alteri populo.* 12 Vt audiret populus vocē domini dei loquentis de me. *dando sibi immediate mandata.* 13 Sicut tu audisti. *In Hebræo habetur:* Et uixisti. *q. d. hoc non est factum alteri populo. Consequenter repetit de pietate legislatoris in eductione populi de Aegypto, cum dicitur.* (Multiplex pœna.)

14 Si fecit Deus. *s. alteri populo.*

15 Vt ingrederetur & tolleret sibi gentem. *sicut per effectus suæ virtutis egressus est Aegyptum, vt te inde tolleret.*

16 Per tentationes. *Primo mandando Pharaoni simplici verbo, ut te dimitteret, vt habetur Exod. 5. quasi tentans si dimitteret populum absque flagello.*

✱ 1 Signa

signa atque portenta, per pugnam & robustam manum, extentumq; brachium & † horribiles visiones, iuxta omnia quæ fecit pro vobis dominus Deus vester in Ægypto videntibus oculis tuis, vt scires quoniã dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum. De cælo te fecit audire vocem suam, vt doceret, & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Eduxitq; te, præcedens in virtute sua magna ex Ægypto: vt † deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo, & introduceret te, daretque tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die. Scito ergo hodie, & † cogitato in corde tuo, quod dominus ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Custodi præcepta eius atque mandata, quæ ergo præcipio tibi, vt bene sit tibi & filiis tuis post te, & permaneas multo tempore super terram, quam dominus Deus tuus daturus est tibi.* Tũc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad orientalem plagam, vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec * fuerit inimicus ante vnum & alterum diẽ, & ad harum aliquam vrbium possit euadere: † Bosor in solitudine quæsita est in terra campestri de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad, quæ in tribu Gad, et Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse. Ista est lex quam proposuit Moyses coram filiis Israel, & hæc testimonia & † cæremoniæ, atque iudicia quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto trans Iordanem in valle † contra fanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses: filii quoque Israel egressi ex Ægypto possederunt terram eius, & terram Og regis Basan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad solis ortum ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon vsq; ad montem Sion, qui est † Hermon, omnem planiciem trans Iordanem ad orientalem plagam vsque ad mare solitudinis, † & vsque ad radices montis Phasga.

A terræ vsque ad summum terræ difficile est dignoscere, sicut & in euangelio ubi dicitur: *Congregabuntur electi a summis cælorum vsque ad terminos eorum.* Sed forte hoc intelligi uoluit nec in hominibus nec in angelis auditũ esse quod in hoc populo singulariter factum est sicut sequẽtia demõstrant. Sed quomodo intelligetur illud in euangelio a summis cœlorum usque ad terminos eorum cum hoc de nouissima electorum cõgregatione dicatur.

✱ Hebræi docẽt quales esse oportuit ciuitates refugii & quibus conditionibus fugitiuus homicida in B illis receptus fuerit. Primum æquali spatio a se inuicem distitę erant. Secundo uiæ quæ ad illas ducebant complanatæ erant, ut nullum esset obstaculum quod fugitiuũ homicidam impedire posset, iuxta illud quod dicitur, Deuteron. 19. Præparabis tibi uiam, &c. hoc est, vt Hebræi exponunt, obstacula quæque quæ fugientem impedire possent, tolles. Tertio, in biuio aut triuio stipes erectus fuit, in quo scriptum erat מקלט Michlat, ut C fugientem dirigeret in eã viam quæ ad ciuitatem refugii ducebat. Quarto oportebat istas ciuitates nõ nimis paruas esse, ne deficerent victui necessaria, nec etiam nimis magnas, ne forte per multitudinẽ hominum eo confluentium, vt fit in magnis vrbibus, propinquus occisi, vrbem non obseruatus subintraret, atque fugitiuo ibi exulãti insidias strueret. Quinto in loco erant vbi sæpius nundinæ habebãtur, quo facilius possent habere cibaria. Sexto, opus erat ut in vicinia multi pagi essent, ad arcendũ aduersariũ. Septimo, si ciuitas refugii destituta erat ciuibus, aliunde sacerdotes, Leuitæ, & Israelitæ accersebantur. Octauo, Non licuit ibi facere arma bellica, nec venatoria, nec retia, nec funes aut aliquid tale, ne forte vindex sanguinis, sub prętextu aliquid emendi in vrbem uenires, atque ita homicidam opprimeret. Nono, si homicida תלמיד Thalmid, id est, unus ex studiosis discipulis fuit, præceptor eius simul cum illo exulare cogebatur. Quod si homicida Rabbi erat, schola ipsius in ciuitatẽ refugii transferebatur. Decimo homicidæ, ex ciuitate refugii nõ licebat discedere, & ad suos redire, donec moreret summus põtifex. D E F

† terrores magnos. Matt. 24. d

† expellecet.

† redi ad cor tuum. heb.

* sibi.

* &.

* omnibus diebus.

* & viuas.

† statuta.

† e regione phani.

† sub effusionib. collis.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Signa. *quæ dedit fieri per Mosen, vt sibi crederetur quod esset nuntius Dei sicut fuit versio virgæ in serpentem & similia.*

2 Atque portenta, *id est plagas Aegypto illatas.*

3 Per pugnam & robustam manum extentumque. *scilicet in mari rubro, secundum quod dicitur Exod. xiiij. d.* Dominus pugnabit pro nobis, &c.

4 Et horribiles. *secundum quod habetur, Sapi. xviij. c.* Visus malorum somniorum turbauerunt eos, &c.

5 De cœlo. *Hic accipitur cælum aereum, quia vox illa formabatur in cacumine montis Sinai immediate a deo vel ministerio angelico & audiebatur a populo existente circa pedem montis. Consequenter repetit de terrore potestatis cum dicitur.*

6 Et in terra ostendit tibi ignem suum maximum & audisti verba illius de medio. *q erat valde terribilis, vt habetur Exod. xix.*

7 Quia dilexit patres. *Hoc inducitur ad ostendendum, quod ista beneficia non fecit Deus filijs Israel propter bonitatem eorum, sed propter merita patrum Abraham, Isaac, & Iacob.*

8 Sicut cernis in. *De terra Sehon & Og. data tibi, Consequenter ex prædictis concluditur, quod latria soli Deo sit impendenda, cum dicitur:* Scito ergo hodie &c. *Secundo, quod lex eius sic custodienda, cum dicitur.*

9 Custodi præcepta eius. *& patet litera.*

10 Tunc separauit. *Videns enim Moyses imminere mortem suam, se parauit tres ciuitates trans Iordanem, vt possent ibi refugere & saluari, qui absq; inimicitijs & casu proximum occiderent. & patet litera. Sciendum tamen, quod istæ ciuitates non fuerunt simpliciter determinatæ ad refugium, quousque aliæ tres fuerunt institutæ in terra Chanaan, prout dictum fuit Num. xxxv. vbi etiam determinatum fuit, qui & qualiter deberent ibi saluari, & qui non.*

11 Ista est. *Hic ponitur conclusio intentata in hoc cap. Ad hoc enim replicauit legis dationem declarando eminentiam legis, & legislatoris, vt per hoc redderentur filij Israel attenti ad intelligendum & retinendum legem, quæ erat replicanda & declaranda cap. se. & vltra vsque in finem libri. & quantum ad hoc dicitur,* Ista est lex, quam proposuit Moyses. *f. ca. se.*

12 Et hæc testimonia. *per legem enim intelliguntur præcepta decalogi, per testimonia intelliguntur alia præcepta moralia.*

13 Et ceremoniæ. *Per hoc intelliguntur ceremonialia præcepta, quæ ordinant hominem ad cultum Dei.*

14 Atque iudicia. *quæ ordinantur ad iustum conuictum cum proximo. Tangitur etiam tempus huius explanationis legis, cum dicitur:* Quando egressi sunt de Aegypto, *& locus, ibi:* trans Iordanẽ &c. *& qualiter fuit acquisitus, cum subditur:* Filii quoque Israel egressi de Aegypto possederunt terram eius.

CAP.

ADDITIO I.

*In cap. 4. vbi dicitur in postilla:* Ne forte eleuatis oculis in cælum, &c. N*on videtur sufficiens ratio in proposito, quã postillator hic assignat, dicens, quod si creaturæ humanæ non debet impendi latria, multo*

Corporib. cælestibus cultus latriæ prohibet.

multo minus corporibus cælestibus, quæ propter hominem sunt facta. Primo quia non erat notum his quibus loquebatur, quod motus cæli esset ordinatus ad completionem numeri electorum, & quod ipso completo cessaret. Non enim hoc habetur ex autoritate diuina in lege Mosaica contenta, quam ille populus recipere tenebatur, sed potius ex autoritate noui te. quod erat eis ignotum. vnde ratio prædicta non concludebat eis, qui medium huius consequentiæ ignorabant. secundo, quia posito, quod motus cæli ordinetur ad completionem numeri electorum ex hoc non tollitur, quin huiusmodi motus habeat efficaciam in his inferioribus, magis quam aliæ creaturæ, quarum similitudines hic prohibet, vt iumentorum, auium, reptilium & huiusmodi. Et ideo ex hoc quod alijs creaturis inferioribus prohibetur cultus latriæ impendi non sequeretur quod talis cultus non deberet impendi corporibus cælestibus, quæ sunt altioris & maioris efficaciæ. Tertio quia secundum sanctum Thom. in prima parte q. lxx. arti. iij. in responsione ad secundum argu. Nihil prohibet dici quod dignior creatura facta sit propter inferiorem, non secundum quod in se consideratur, sed secundum quod ordinatur ad integritatem vniuersi. Et ideo dato quod corpora cælestia propter hominem sint facta, ex hoc non tollitur, quin sint digniora, & per consequens eis aliquis cultus impenderetur a suis inferioribus, præsertim ab hominibus qui temporalia principaliter sequuntur, in quibus cælestia corpora euidentes habent effectus. Vnde aliter videtur dicendum hic. Ad quod sciendum est, quod vbi translatio nostra habet: Quæ creauit dominus Deus in ministerium cunctis gentibus: Hebraica litera habet: Quæ distribuit dominus Deus tuus cunctis gentibus. Cuius sensus secundum quosdam Hebræorum expositores est, quod sicut Deus deputauit ad custodias singularum gentium singulos angelos, vt patet Dan. 10. de principe regni Persarum & de principe regni Græcorum, sic etiam singulis gentibus deputauit singula astra, quibus tales gentes exhibebant cultum. quod sane intelligendum est, prout in glos. traditur. & est August. vbi sic dicit: Non ita dictum est tanquam Deus præceperit ea. scilicet astra a cæteris gentibus coli, & a populo suo non coli, sed quia præsciuerit gentes culturam eis exhibituras & tamen præsciens creauit, populum enim suum futurum esse præsciuit, qui ista non coleret. hæc in glo. Vnde conuenienter immediate subiungitur: Vos autem tulit dominus & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hæreditarium. q.d. vos non immerito estis subtrahendi a cultura corporum cælestium, quam cæteræ gentes eis exhibent, quia a solo Deo educti fuistis de fornace &c. vt immobiliter adhæreretis soli Deo, tanquam populus hæreditarius.

ADDITIO II.

In eodem cap. iiij. vbi dicitur in postilla: Sicut tu audisti & vidisti. In Hebræo habetur: Sicut tu audisti & uiuet. & est sensus, quia a seculis non est auditum, quod aliquis populus totus simul audiret vocem Dei loquentis, dum esset in hac vita, sicut infra v. c. dicitur, Quid est omnis caro, vt audiat uocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit uiuere? Licet enim aliqui dæmones vel falsos Deos colentes audiant vocem deorum suorum, vel fingant se audire, nunquam tamen a toto populo præsertim cum sit magnus, simile dicitur fieri. & ideo dicit. Interroga a diebus antiquis, si facta est aliquando huiuscemodi res, s. quod populus in hac vita audiret vocem Dei.

REPLICA correct. contra Burgen. In capitulo iiij. Deuteronomij, vbi postillator dicit, quod corporibus cælestibus cultus latriæ prohibet exhiberi, ea ratione, quia prohibetur impendi humanæ creaturæ, quam rationem confirmat, eo quia corpora cælestia tanquam minoris perfectionis, in obsequium hominum sunt creata &c. Huic rationi se opponit Burgen. asserens eam non sufficere. primo quia per autoritatem noui testamenti confirmata. secundo quia dicit corpora cælestia esse altioris & maioris efficaciæ, ideo negat consequentiam postil. Et illud secundum dictum confirmat per sanctum Thom. prima parte. q. lxx. arti. iij. in responsione ad secundum argumentum. Putauit Burgen. quod ratio non concluderet Iudæis, sed si virtus rationis postillatoris inspicitur, non solum Iudæo, verum & pagano & cuilibet lumine rectæ rationis vtenti concludit. Quis vtens rectæ rationis dictamine respiciens ad ordinem essentialis eminentiæ, audebit negare consequentiam illam? Latria non debet impendi homini, igitur nulli corpori cælesti, cum talis consequentia teneat per locum a maiori destructiue, qui locus fundatur in regula communi. Si illud quod magis videtur inesse non inest, nec illud quod minus, cum igitur latria impenditur alicui ratione perfectionis essentialis, si non impenditur homini, qui est essentialiter perfectior & dignior non modo corpori cælesti, sed & toto cælo, minus impendetur corpori cælesti cuicunque. Quod autem homo perfectior sit essentialiter cælo, nō indiget probatione, quia eius oppositum sapit multos errores Parisiis damnatos, & quilibet vtens recta ratione iudicabit substantiam rationalem essentialiter perfectiorem substantia non rationali, Homo autem est rationalis substantia, cælum non, apud antiquos Philosophos qui cæli animam dicunt cælo coniungi secundum operari non secundum esse, unde cælum non dicitur rationale, sed a rationali moueri, de quo alias erit sermo. Nec ualet quod Burgen. adducit, quia videlicet Iudæi non recipiunt nouum testamentum, igitur in expositione veteris testamenti insufficienter assumitur. Nec valet in lege Mosaica non habetur, igitur inconuenienter assumitur in expositione sacræ scripturæ. Burg. enim & Iudæi videre possunt ex lege Mosaica, quod sol & luna sunt in ministerium hominum creata, vt patet Gen. 1. & eadem lege videre possunt resurrectionem mortuorum finalem retributionem, & remunerationem iustorum & principium electorum & complementum, quibus simul computatis videre possunt recta ratione dirigente id quod postillator de nouo testamento assumpsit. Et quia ex Gene. principio habent corpora cælestia creata, recta ratione habere debent ea secundum se fore transitoria. Ex quibus omnibus concluditur, cultum latriæ eis exhiberi non debere, imo minus quam humanæ creaturæ ratione perfectionis essentialis. Audeo dicere, quod minus quam iumentis eadem ratione. Nam omne formaliter viuum (etiam si musca) est essentialiter perfectius cælo. Nec influentia corporum cælestium arguit eorum perfectionem specificam vltra formaliter viuentia. Stat enim in causis æquiuocis maxime partialibus, effectum esse specifice perfectiorem sua causa vel econuerso. Nec deductio sancti Thomæ quam Burgen. adducit, valet. Per scholam enim Parisiensem reprobatur, & ad errorem reducitur, quod cælum sit dignius homine. Nam etsi sit dignius in genere corporum, non tamen in genere viuentium. Super totam enim latitudinem perfectionis substantiæ corporeæ, substantia animata, & maxime rationis addit essentialem perfectionem. nec influxus vel efficientia manifesta corporum cælestium in inferiora, arguit perfectionem vel dignitatem essentialem. Nam ignis manifestam habet efficientiam ad hominem comburendum, tamen non est dignior homine. Nec valet expositio Burg. quam addit, quia innititur fabulæ paganorum & Iudeorum dicentium, singulis gentibus singula astra, sicut singulos angelos præsidere quod fictum est.

CAP. V.

Quæst. 9. † statuta.

a Audi Israel, &c. Aug. An ideo dictum est, a quia illi non ingrediuntur in terram promissiōis. Omnes enim mortui sunt, nec pertinet ad hoc testamentum, quorum

CAP. V.

Vocauitque Moyses omnem Israelem, et dixit ad eum: Audi Israel † cæremonias atque iudicia quæ

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. V.

Diuisio.

Vocauit Moyses omnem. Hic incipit secunda pars principalis libri in qua īcipit replicatio legis, & eius explicatio, & primo replicantur decalogi pcepta quę proprie dicuntur lex, secundo alia ad legem pertinentia 6. cap. Circa primū Moyses primo ponit quoddam pręambulum, secundo exequitur propositum ibi, Et ait: Ego dominus &c. pręambulum autem est explicatio modi per quem Deus dedit præcepta decalogi & hoc notatur cum dicitur.

MORALITER.

✠ 1 Vocauitque Moyses omnem Israelem. In hoc cap. replicantur præcepta decalogi posita superius. Exo. xx. & qa sunt moralia non est ibi alia moralitas qrenda, sicut fuit dictum ibidem excepto pręcepto de obseruatione sabbathi quod parti fuit cęremoniale & quantum ad hoc sensus mysticus fuit ibidē positus.

✠ 1 Vos

A rum tunc recognitio facta est, cũ a xx. annis & supra numerarentur vsq; ad l. annnos habiles ad bellum. Quomodo ergo illis locutus est dominus q ho die viuunt? An quia xx. vel x. & ix. annorũ & infra potuerunt multi tũc esse qui hoc meminissent, alieni a pœna, quã dominus constituit illis, qui numerati sunt non intrare in terram promissionis, vt hos vtique appellat, qui quamuis xx. annorum et supra non essent, quando Deus in mõte loquebatur vt numerari possent, potuerunt tamen esse x. & ix. & infra vsque ad pucrilẽ ætatem, qui possent quæ facta & dicta sunt, & uidere, & audire, & memoria retinere.

*Exo. 20. a*

✱ PROCOP. Non enim opus habebat Abraham posterique ipsius fœdere Mosis ministerio exciso. Nã iusto lex posita non est. Nec vtiq; iusti quotquot ante Mosem fuerũt, Mosis legem obseruarunt.

*Exo. 34. a* *Exo. 34. a* B

✱ THEO. Non cũ patribus. Nam cum illi propter transgressionem perierint, his vero terram patribus promissam daturus esset, hisce datã esse legem asserit.

D ba, postquã territus est, audiens de medio ignis vocem Dei dicentis decalogum legis.

c *Non facies tibi sculptile.* ✱ DIODORVS. At dicat aliquis: Quid Cherubim effinxit in adyto tabernaculi? Non vtique ut illa adorentur, sed contra ita apposuit, vt arcam testimonii tãquam ministri protegerent & venerarentur.

*Ex catena Græca.*

ego loquor in auribus vestris hodie: Discite ea, & opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in [1] Horeb: Non cum patribus nostris iniit pactum, † sed no- [2] a biscum, qui in præsentiarum sumus & viuimus: † Facie ad fa- [3] ciem locutus est nobis in monte de medio ignis: Ego seque- [4] b ster et medius fui inter Deum et vos in tempore illo, vt annũ- [5] tiarem vobis verba eius. Timuistis enim ignem, et non ascen- [6] distis in montem, et ait:† Ego dominus Deus tuus, qui eduxi [7] [8] te de terra Ægypti, de domo seruitutis: Non habebis deos a- [9] c lienos in conspectu meo: Non facies tibi sculptile, nec simili- [10] tudinem omnium quæ in cælo sunt desuper, et quæ in terra deorsum, et quæ versantur in aquis sub terra. Non adorabis ea, et non coles. † Ego enim suum dominus Deus tuus, Deus d æmulator † reddens iniquitatem patrum super filios in ter- e tiam & quartam generationem his qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, et custodien- f tibus præcepta mea. Non vsurpabis nomen domini Dei tui † frustra, quia non † erit impunitus qui super † rem vanam

(Glossa interlinearis: a Scriptu. a legis. Abraham, Isaac, & Iacob. — a Non loco sed interpretandi officio, verbum Dei populo, & populi renuncians Deo. — a Idolatriam prohibet. — a Quem nihil latet. — a Vindicans & zelans. b Primi motus sensuum. c Operationem. — a Gloriationem. Non aliis, sed. b Hæreditaria impietate. Tam cito. — Vera dilectione. a In hoc probatur dilectio. Vnde: Si diligeretis me sermonem meum seruaretis, vel præcepta mea. — a Quasi thesaurum. Primum mandatum prohibet idolatriam: Secundum periurium. b Fili. — a Iurando pro requæ non est, vel nomen domini, ligno vel lapidi & huiusmodi tribuendo. b Omnis creatura subiecta est vanitati.)

*istud.*

*Chal. interp. verbum verbo, i. manifestis verbis & signis vt negari non possit qui Deus sit.*

d *Reddens iniquitatem, &c.* ISIDORVS. Sunt qui ita edisserant, vt ad animam humanam sententiã uertant: Patrem in nobis peccatum sensuum & incentiua vitiorum esse dicentes, filium uero si cogitatio peccatum conceperit, nepotem si conceptionem opere perpetraueris, pronepotem si in perpetratis glorieris, secundum illud: *Impius cum in profundum malorum uenerit contemnit.* Vel sic potest intelligi, quod tantæ misericordiæ sit, ut non statim puniat, sed sententiam diu differat.

*Prou. 18. a*

E

e *His qui oderunt me, & faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, &c.* His scilicet qui hæreditaria impietate dominum oderunt. Per

*† re vana.*

*† vel in vanum.* *† innoxiũ habebit Deus vel innocentẽ iudicabit Deus.* *Vbi supra*

a *Facie ad faciẽ. &c.* AVG. Paulo ante admonere curauit quòd nullã similitudinẽ viderint, ad solã vocem de de medio ignis audierint. An pp rerum euidẽtiam, & quodammodo diuinæ maiestatis pñsentiam, de qua dubitare nemo posset, his uerbis vsus est? Potest similiter intelligi qđ dictum est, Moysen facie ad faciem cum dño locutum, vt nec ipse præter ignem aliqd viderit. Sed etsi amplius aliquid (Scriptum est enim, *cum intrasset nebulam vbi erat Deus*) non tamen mortalib. oculis vidit substantiam Dei. Vnde postea ait: *Ostende mihi teipsum, vt scienter videam te.* Nos autem, qui nunc videmus per speculum in ænigmate, in fine facie ad faciem videbimus. vnde: *Tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum*, vt scilicet quam perfecte nunc Deus hominem nouit, sed sicut Deus, ita tunc pfecte noscat homo Deum, sed sicut homo. Neque enim quia dictum: *Estote perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est*, ideo æqualitatem patris quã filius habet sperare debemus, quamuis aliqui hoc sperauerint.

*Exo. 24. d.* *Exo. 33. c.* *1. Co. 13. d* *Matt. 5. g.* *Num. 1. a.* *Hier. 32. c*

*Quæst. 10.* b *Inter Deum & vos.* IDEM. Tanquam dominus esset in loco id est in monte. vnde & illi voces audiebant q vbiq; totus, nec per locorum interualla propinquat aut recedit. Sed demonstrationes eius in creatura, q non est quod ipse, non aliter humanis sensib. exhibentur. Non fuit ergo Moyses medius loci C interuallo, sed p eum placuit populo audire cætera, Dei uerba, post-

uersum est. n. peccata patrum filiis non peccantibus imputari, cum per Ezechielem dictum sit: *Filius non portabit iniquitatẽ patris, &c.*

*Ezec. 18. c*

f *Non vsurpabis nomen domini Dei tui frustra &c.* Primum mandatum ad patrẽ pertinet, quod dr in sequentibus: *Audi Israel, dominus Deus tuus unus est*, vt hoc. l. audiens vnum deũ patrem colas, non multos Deos suscipias. Secundum pertinet ad filium, de quo hic dr: *Non assumes nomen Dei tui in vanum*, id est non æstimes creaturã esse Dei filium. Oĩs n. creatura subiecta vanitati. Sed credas eũ æqualẽ patri, Deum Deorũ, Deũ apud Deũ, per quẽ oĩa facta sunt. Tertiũ ad spiritum, cuius dono requies æterna promittitur, quia. n. spiritussanctus dicitur septiformis, ideo septimum diẽ sanctificauit Deus. In aliis enim diebus operum sanctificatio non nominatur nisi in sabbatho, in quo requieuit Deus. Recte ergo hoc mandatum ptinet ad spiritum, tum pp sanctificationis nomen, tum propter æternam requiem ad donum sancti spiritus pertinentem Dicitur enim sic: *Memento ut diem sabbathi sanctifices, sex diebus operaberis, &c.* In opere sex dierũ &c. videtur sex millium annorum operatio signari, in septimo tẽpus æternæ quietis in quo post bona opera quies æterna promittitur. Quicquid ergo agimus. si propter futuram requiem facimus, sabbathum obseruamus.

*Primum præceptũ. Deut. 6. a.*

F

a *Obserua*

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Dominus Deus noster. *id est decem præcepta decalogi, quæ ab eo fuerunt data immediate.*

2 Non cum. *s. legem datam, quia non legitur eam dedisse Abraham, Isaac, & Iacob.*

3 Sed nobiscum qui in præsentiarum sumus. *q. d. ex hoc de eius custodia magis solliciti esse debemus.*

*Psal. 80. b.* 4 Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio. *Id est absque medio quantum ad prolationem decem preceptorum, ueruntamen, quia alia præcepta non sic fuerunt tradita populo, sed mediãte Moyse, ideo sequitur.*

5 Ego sequester. *annuntiando uobis illa quæ ab eo recepti. Et causa huius mediationis subditur.*

6 Timuistis enim ignem &c. *Timore enim percussi petiernnt, quod solus Moses audiret uerba Dei, & eis referret, ut habetur Exo. xx.*

7 Et ait. *Hic consequenter ponitur replicatio decem præceptorum ex ore Dei datorum. In quo primo ostenditur Dei loquentis sublimitas siue autoritas. Secundo populi audientis fragilitas, ibi.* Vos autem. *Circa primum dicitur:* Et ait, *s. ipse Deus.*

8 Ego dominus Deus tuus. *per creationem & gubernationem.*

9 Qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. *vt esses mihi seruus, & non homini. q. d. ex his patet, quod in omnibus debes obedire mihi. Et in quibus debeat esse ista obedientia, consequenter explicat dicens.*

10 Non habebis deos alienos in conspectu meo. *& ponuntur consequenter alia præcepta decalogi eodem ordine, & fere sub eisdem verbis, sicut ponuntur Exod. 20. & ideo pertranseo, quia ibi dictum fuit qualiter ista præcepta distinguuntur & exponuntur secundum doctores catholicos & Hebræos,*

✱ 1 Vos au-

a *Obserua diem.*

A ✠ DIODORVS. Ex catena Græci. Cum de operibus caneret, quorum nullus in sabbatho locus, seruiles intelligit ut ipse apposuit, operas. Nã lectiones sanctorum, homilias, sacra, *&* quæcunque animam instituant, exercere eo die debemus, quam cum maxime.

b *Honorem patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi.* Post tria præcepta succedunt septem quæ ad proximum pertinẽt. Inter septem primum, sed in ordine omnium quartum est: *Honora patrem tuum, &c.* Aparentibus enim homo oculos aperit, & uita hæc ab eorum dilectione exordium sumit. unde hoc mãdatum, maximũ & primum dicitur in altera scilicet tabula. Iubemur ergo parentes honorare, & officiũ pietatis & reuerentiã eis exhibere. Qui enim hoc parentibus non facit, quomodo faciet alijs? Quintũ, *Non mœchaberis*, id est præter legitimã uxorem nulli misceberis. Sextum: *Non occides.* Occidit etiam qui fame uel nuditate proximũ mori videt, nec subuenit inquãtum potest. Septimũ, *Non furtum facies.* In quo omnem rapinam prohibet. Octauum, *Non falsũ testimonium dices.* Crimen mendacii & falsitatis abominatur. Nonum, *Non concupisces uxorem proximi tui.* In quo etiam adulterinam cogitationẽ interdicit. Decimum: *Non concupisces rem proximi tui.* In quo ambitionem & concupiscentiam percutit. Primum ergo prohibet surreptionem. Secundum errorem: Tertium seculi amorem: Quartum

-id est requies. ✠Exo.20.b †6.dis.his itaq;25.q.c.no licet †testificaberis.

a Christum scil. purum hominem putans. nomen eius assumpserit. a Vt omnia facias propter sabbathum, id est æternam requiem ad spiritus sancti donum pertinentem. a Obseruã diem sabbathi, vt a Omnia sancte faciendo, a strepitu vitiorum cessando. sanctifices eum, sicut præcepit tibi dominus Deus tuus a Omni tempore operandi. b Bona & perfecta. Sex diebus operaberis, & a Naturæ tuæ congrua. facie omnia opera tua. Septimus dies sabbathi est, id est requies domini Dei tui. Nõ facies in eo quicquam Seruilis. Quia more seruit. operis, tu & filius tuus & fi a Qui adhuc scil. timore premuntur. b Iudæus vel sapiens. lia, seruus & ancilla, bos & a Gentilis vel stultus. b Homines & iumenta saluabis domine. Psal.35.b. asinus, & omne iumentum a Nouiter conuersus. Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Psal.38 b. tuum, & peregrinus qui est a Ecclesiæ tuæ: Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Ps.86 a. intra portas tuas, vt requiescat seruus & ancilla tua sicut & tu. Memẽto quod & a Deo vel diabolo. b Mundo. ipse seruieris in Ægypto, a Ad filialem timorem. & eduxerit te inde domin⁹ Omnipotens. Filio. Deus tuus in manu forti & Manifesto. brachio extẽto. Idcirco præcepit tibi vt obseruare diẽ a Hoc est maximum & primum mandatum in altera tabula. Officio pietatis. & honoris. b Carnalem vel spiritualem. sabbathi. †Honora patrem a Ad literam vel Deum vel ecclesiam. b tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus a Vita æterna pro qua laborandum est. tuus, vt longo viuas tempo a Viuentium. re, & bene sit tibi in terra quam dominus Deus tuus a Gratis. daturus est tibi. †Non occi a Re vel voluntate, vel subtrahendo quod potes præstare. Qui odit fratrem suum homicida est. 1.Io.3.c. b Adulterium prohibet carnale vel spirituale. Fornicatio est idolatria, & scripturarum expositio praua. des, neq; mœchaberis, furtumque nõ facies. Nec† lo a Actu vel consensu, vel auaritia committi lenti. Qualibet rapinam. queris contra proximum a Pessimum genus mendacij. Falsitatem interdicit. tuum falsum testimonium. a Sola voluntate. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est. Math.5. Nõn concupisces vxorem proximi tui. Non domum Decimo mandato omnis rei cupiditatem interdicit. non agrum, non seruum, Ambitionem & concupiscentiam damnet, non ancillam, non bouem, non asinum, & vniuersa quæ illius sunt. Hæc verba locutus est dominus ad omnem Nemo excipitur. multitudinem vestram in monte de medio ignis & nubis & caliginis, voce ma- In tabulis, gna, nihil addens amplius a Duo sunt testamenta. Duo dilectionis præcepta. c & scripsit ea in duabus tabu a Quia corda Iudæorum dura & insensata. Quas lapidei erant accepturi lis lapideis quas tradidit mihi. ¹Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum & maiores natu, atque dixistis: Ecce ostendit nobis dominus Deus noster maiestatem & magnitudinem suam. Vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quód loquente Deo cum homine vixerit homo. Cur ergo moriemur & deuorauit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltra uocem domini Dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viuentes, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & possit viuere? Tu magis accedere, & audi cuncta quæ dixit dominus Deus noster tibi, loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea. ²Quod cum audisset dominus, ait ad me: Audiui vocem vorborum populi huius, quæ locuti sunt tibi: ³Bene om- a Nisi ego. nia locuti sunt: ⁴†Quis det talem eos habere a Gratiam infusam. Casto timore. b Non lapideã, sed sensibile. c Vt vnum iota non prætereat. mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit

tum impietatẽ. Quintum fornicationem, Sextum crudelitatẽ, Septimum rapacitatem: Octauum falsitatem: Nonum cogitationem adulterii: Decimum cupiditatem mundi. Et notãdum, quod sicut decẽ plagis percutiuntur Aegyptii, sic decem præceptis regitur populus Dei, & dæmones occiduntur.

c *In duabus tabulis Lapideis quas tradidit mihi.* ISIDORVS. Duo testamenta significãtur in duabus tabulis vel dilectio Dei & proximi, in quibus tota lex pendet & prophetę. In vna enim tabula tria præcepta ad dilectionem Dei pertinẽt, in altera septem ad proximi societatem. Lapideæ tabulę, lapidea Iudæorũ corda significant, de quibus dicitur: *Auferam a vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum*, sẽsibile scilicet & intelligile.

d *Quis det talem eos habere mentem.* Vult Deus intelligi gratia sua hoc beneficium concedi, ut in omnibus sit

D Nota. Exo.20.c. Ezec.36. E †locutio est hebraica pro voti nam.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vos autem, *Hic consequenter describitur audientis populi fragilitas, vbi primo describitur timor populi. secundo approbatio Dei, ibi: Quod cum audisset dominus. Circa primum sciendum, quod humana fragilitas non potest bene sustinere sublimitatem Dei. vnde & Daniel ex apparitione angeli iuxta se corruit in terram, vt habetur Dan.x.ca. & eodem modo hic populus ex sublimitate diuini sermonis territus & debilitatus petijt humiliter, quod solus Moyses qui erat perfectior & Deo familiarior, verba Dei audiret & eis referret, & quod parati erant illi obedire sicut nuntio Dei. & patet litera.*

2 Quod cum. *Hic consequenter describitur approbatio Dei, & ideo subditur.*

3 Bene. *petentes audire mandata Dei per internuntium, cuius causa subditur.*

4 Quis det. *q.d. hoc est mihi placitum, scilicet quod tine* ✠ *num*

MORALITER.

✠ 1 *Vos autem postquam audistis vocem.* Per hoc autem quod populus nõ potẽs sustinere uerba domini loquentis, petit qd solus Moyses, audiret immediate a domino, & referret po ✠ pu o,

bus sit iustitia Dei ex fide, non quasi ppria ex lege, vnde. *Auferā eis cor lapideum, & dabo cor carneum*, id est sensatum, caro enim sensum habet, lapis vero non habet. Et alibi. *Idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu.*

Ezec.36.f
† statuta.
2.Cor.3.b.

eis & filiis eorū in sempiternum? Vade ergo & dic eis: Reuertimini in tentoria vestra. Tu verò hic sta mecum, & loquar tibi omnia mandata & † cęremonias atq. iudicia, quæ docebis eos vt faciant ea in terra quam dabo illis in possessionē. Custodite igitur & facite ea quæ præcepit dominus Deus vobis. Non declinabitis ¶ Vt addatis aliquid vel minuatis. neque ad dextrā, neque ad sinistram, sed per * viam quam præcepit dominus Deus uester ambulabitis, vt viuatis, & bene sit vobis, & protelentur dies vestri in terra possessionis vestræ.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

num, & eius mandata recipiant humiliter & obseruent, non solum audita a Deo immediate, sicut sunt præcepta decalogi, sed etiam alia, eis denuntiata per nuntios ex parte Dei, sicut per Moysen & alios prophetas.

1 Non. *Id est pro aliqua prosperitate obtinenda uel aduersitate euitanda. Cætera patent.*

CAP.

MORALITER.

populo, & dominus hoc approbauit. significatum fuit q̄ p̄lati & doctores credenda & operanda debent accipere a Deo qui loquitur eis in sacra scriptura, & ipsi per doctrinā aliis tradere debent eo modo quo capere possunt. Greg. in pastorali. Secundum qualitatem auditorū formari debet sermo doctorum. Et Apostolus j.Cor.ij.b.dicit. *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Et ibidem.3.a. *Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis non escam, nondum enim poteratis*. scilicet intelligere altiora.

ADDITIO I.

*In ca.5. vbi dicitur in postilla. Et primo replicantur decalogi præcepta, quę proprie dicuntur lex.*

*Hæc præcepta decalogi quæ in hoc loco ponuntur, proprie dicūtur lex, præceptum tamen de dilectione Dei, quod ponitur, & plene exprimitur in capitu. sequenti sc.6. in quo tota lex pendet & prophetæ, vt Matth. 22.d. Non minus proprie lex debet dici, cum sit primum & principale præceptum totius legis, tanquam illud in quod cætera præcepta ordinantur, quia ut Apostolus dicit* 1. Tim. 1. Finis præcepti est charitas. *Vnde hæc prima distinctio postillatoris uidetur inconuenienter dicta, specialiter quantum ad secundum membrum, quod comprehendit sextum c. Circa quod melius & uerius diceretur, quod in eo ponuntur prima præcepta fidei, & maximum & principalissimum legis mandatum, cum quibusdam aliis ad legem pertinentibus, prout in eodem capitulo patebit*

ADDITIO II.

*In eodem cap.5. vbi dicitur in postil. Et ponuntur consequenter aliqua pręcepta decalogi eodem ordine, & fere sub iisdem verbis, sicut ponuntur Exod.22.c.*

*Doctores* Hebręorum *qui nimis literam sequuntur, asserunt aliquam varietatem esse inter præcepta decalogi quę ponuntur supra, Exod.22. & præcepta decalogi, quæ hic ponuntur, specialiter in præcepto de obseruatione sabbathi, de quo in prima traditione dicitur. Memento, ut diem sabbathi sanctifices, & in secunda traditione, scilicet in hoc c. dicitur. Obserua diem sabbathi, inter quę uerba dissimilia asserunt esse magnam differentiam. Dicunt enim quod cum dicitur.* Memento. *In primo est præceptum affirmatiuum, in quo præcipitur quod homo sit memor ad sanctificandum illum diem. Itaque si quis nihil operis seruilis faceret in die sabbathi & tamen non haberet in memoria, quod illa dies esset sanctificanda vt sabbathum, esset transgressor illius mandati affirmatiui per omissionem. Similiter si quis haberet memoriam quod esset dies sabbathi, & sanctificaret eum, faciendo eum diem solennem, & tamen cum hoc quicquam operis seruilis faceret, non esset transgressor primi præcepti affirmatiui, in quo dicitur.* Memento. *sed esset trāsgressor secundi. s.* Obserua. *Consequenter ad prędicta dicunt, quia ut Moyses qui fidelissimus in tota domo Dei est, nō reputetur falso repetiisse huiusmodi præcepta, ideo dicunt, quod hęc duo verba, scilicet memento & obserua fuerunt a Deo prolata similiter & semel sub propriis literis & syllabis utriusque uerbi, quod est ineffabile, quia per omnipotentiam diuinam hoc dicunt esse factum, & quia Moyses non poterat hoc facere uerbo nec scripto, ideo in prima traditione scripsit.* Memento. *In secūda uero traditione.* Obserua. *In quo loco altercatio Hebræorum dicitur friuola. Tum quia ubi dicitur.* Memento. *statim prohibet opera seruilia, dicens.* Non facies opus, &c. *& sic etiam ibi tradit rationem negatiui præcepti, & in hoc loco vbi dicitur.* Obserua diē sabbathi, *statim sequitur. vt* sanctifices eum, &c. *quod pertinet ad hoc, ut homo vacet diuinis in sabbatho, quod est affirmatiuum. Tum quia Moyses etsi non potuerit similiter & semel duo uerba dissimilia proferre potuisset tamen tradere ista præcepta dicē*do. Memento & obserua diem sabbathi. *& sic magis conformaretur diuinæ locutioni, quam dicendo vnum & omittendo aliud. Et notandum, quod hæc distinctio ab eis assignata inter memento & obserua, facit valde contra eos in expositione illius verbi Malach.6.b. ubi dicitur.* Memento legis Mosi, *prout Deo duce ibidem declarabitur.*

ADDITIO III.

*In cap.5. vbi dicitur in postilla. Cuius causa subditur.* Quis det eos talem habere mentem.

*In hoc quod dicitur.* Quis det eos talem habere mentem? *non solum intelligitur quod esset bene placitum Deo, vt Deum timerent, &c. sed etiam includitur quod hoc pendet etiam a potestate humana per liberum arbitrium, iuxta illud Eccl.15.c.* Deus creauit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. *Inanum enim aliquis diceret optando, quis det ut hoc fiat, si illud optatum omnino esset in potestate optantis.*

E
Liberū arbitrium.

ADDITIO IIII.

*In eod. ca.5. vbi dicitur in postil.* Non declinabitis ad dexteram neque ad sinistram.

*In hoc enim quod dicitur.* Non declinabitis ad dexteram neque ad sinistram, *prohibetur declinatio ab obseruatione præceptorum, nō solum causa prosperitatis vel aduersitatis, sed etiam ne ex aliqua alia causa deuietur ab intentione legislatoris ad unam partem, nec aliam: sicut cum dicitur supra in Deuteron.4.a.* Non addetis super uerbum quod, ego præcipio, nec minuatis. *& iste sensus videtur comprehendere primum, & magis pertinere ad sensum literalem, nam quod per dexteram intelligatur prosperitas, & per sinistram aduersitas, videtur pertinere ad mysticam expositionem.*

REPLICA *correctorij contra Bur. In 5. cap. distinguit postil. præceptu decalogi a præceptis dilectionis Dei & proximi, per hoc quod decalogus propriè dicitur lex; dilectio autem finis & principium est decalogi, in quam decalogus ordinatur, prout innuitur in 6. cap. huius.* Hanc distinctionem ęgrè ferens Burgen. *dicit præceptum dilectionis dici debere legem proprissime, cum sit primum & maximum pręceptum in lege, ad quod omnia præcepta ordinatur, iuxta illud Apost.* Finis præcepti est charitas. *Hoc autem argumentum Bur. tentatiuum, est laborans in iniquitatem, nam postillator per suam distinctionem non negat, quin pręceptum dilectionis sit maximum præceptum in lege contentum, quia Saluator sic respondit quærenti de magno mandato in lege, uerumtamen non sequitur quod Burg. intendit, quia consequētia non valet. Hoc est mādatum magnum in lege, igitur est propie lex: quia multa continentur in lege quæ contra legem proprie acceptam per apostolum distinguuntur, ad Gal.3. vbi Apostolus volens ostendere propriam legis acceptionem, dicit per legem non esse iustitiam, sed per fidem. Dicit etiam legem propter transgressionem positam, & multa similia, prout in suis epistolis uideri potest, quæ proprie dilectioni non conueniunt, quia utique dilectio iustitia est, ut distinguitur contra legem, quia qui diligit, unus efficitur cum eo spiritus, quod sine perfecta iustitia non fit. Etiam dilectio non est propter transgressionem, imo fuit recte ratione complantata in angelo & homine ante trangressionem. Sic igitur accipiendo legem, prout Apostolus distinguit, a promissione & fide formata, quæ est dilectio. proprie lex non est, quamuis in lege principaliter, vt finis intendatur sicut & promissio, quę in lege patribus facta est lex dici non meretur simili ratione. Frustra igitur Burg. postillatorem notauit, qui circa c.6. in quo hoc maximū pręceptum continetur, breuiter se expediuit, ponens tamen ad intellectū necessaria. quia non erat sui propositi scribere tractatus, quemadmodum Bur. & alii, sed solum ordinare postillam, literalis sensus sufficienter declaratiuam.*

a Dominus Deus noster, Deus vnus est. ✠ THEODORET. Frequenter diuinas dictiones istas, dominus & Deus, natura diuinæ, non distinctionis personarũ esse significatiuas. Hęc vero pater, filius & spiritus sanctus, proprietates indicare. Verũ Iudæis adhuc infirmis hęc exacta Theologia exhiberi nõ poterat: quoniã inde dicẽdi plures deos occasionẽ cepissent. Idcirco nomẽ diuinũ in veteri testamento singulari numero pronunciatur, nihilominus habet occultas Trinitatis significationes. Hęc enĩ clausula dominus Deus tuus, dominus vnus est, vnitatem substantiæ insinuit & personarum numerum demonstrat. Semel enim posuit hoc verbum, Deus: bis autem istud, dominus.

b Diliges dominum.

## CAP: VI.

Hæc sunt precepta & † cęremonię atque iudicia, quæ mandauit dominus Deus uester, vt docerem vos, † & faciatis ea in terra ad quam transgredimini possidendam, vt timeas dominum Deum tuum, & custodias omnia mandata & pręcepta eius, quæ ego præcipio tibi, & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuę, vt prolongentur dies tui: Audi Israel & obserua ut facias, & bene sit tibi, & multiplicceris † amplius, sicut pollicitus est dominus Deus patrum tuorũ tibi terrã lacte & melle manãtẽ. Audi Israel † Dominus deus noster, deus vnus est. Diliges

† Omni copia.

a ✠ In maiestate, trinus in personis. Nec habet diuisionem, nec recipit solitudinem.

AVGVST: Charitas non auferetur, sed implebitur contemplata quod credebat, adepta quod sperabat, in ea plenitudine hoc præceptũ implebitur. Cum inest aliquid carnalis cõcupiscẽtiæ, vel qđ continendo frenetur, non omnino ex tota anima Deus diligitur. Nõ enim caro sine anima cõcupiscit, quis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter aĩa cõcupiscit. Tũc aũt lex nulla erit in mẽbris, quæ repugnet legi mẽtis, sed toto corde, tota anima, tota mente diligetur Deus. Debuit aũt homini ista perfectio præcipi, quis in hac vita non possit haberi, non.n. recte curritur si quo currendũ est nesciatur. Curramus aũt sperãdo, credẽdo, & desiderãdo, eleemosinas dãdo, & orãdo, vt currẽtes adiuuemur, & sic pręcepta perfectionis audiamus, nec ad plenitudinẽ charitatis currere negligamus. *Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & c. & proximum tuum sicut te ipsum. in his tota lex pendet & prophetæ.* Finis ergo præcepti dilectio gemina, Dei.s. & pximi. Quod si te totũ intelligas i. aĩam & corpus, & proximũ similiter totũ, (homo n. ex anima constat & corpore) nullũ diligendarũ rerum genus in his duob. pretermissum est. Cum.n. pcurrat dilectio Dei, eius modus pscriptus est, vt cætera in illũ cõfluant. De dilectione tua nihil dictũ vr. Sed vbi dictum est tanq̃ teipsum: vt teipsum diligas, non est prętermissum. Ille aũt ordinate diligit, q̃ q non est diligẽdũ nõ diligit, & diligẽda diligit, nec plus q minus est diligẽdum, nec æqualiter q plus vel minus, nec plus vel minus q̃ eq̃ est diligẽdũ. Oĩs peccator inquãtũ peccator est, diligendus nõ est, sed oĩs homo inquantũ homo est, propter Deũ diligendus est. Deus vero pptet seipsum, & si Deus oĩ homine plus diligẽdus est, plus dẽt q̃sq; diligere eũ q̃ seipsum. Item amplius alius homo diligẽdus est quã corpus nostrũ, q̃a, ppter Deũ oĩa ista diligenda sunt, & potest nobiscũ alius homo deo perfrui, quod nõ potest corpus, q̃a per animã viuit qua deo frui mur: oẽs autẽ eque diligendi sunt, sed cum omnib. prodesse non possis, his potissimũ consulendũ est q̃ pro locorum & temporũ vel quarumlibet rerũ opportunitate magis nobis coniuncti sunt.

GREGORIVS. *Diliges dominum Deum tuum, & c.* Per amorem Dei gignitur amor proximi, & pamorẽ proximi nutritur amor Dei. Nam q̃ amare negligit Deũ, diligere proximum nescit. Et plenius in dei dilectione pficimus, si in eius dilectionis gremio pximi charitate lætamur. Dicturus ergo *Diliges proximũ tuum*, præmisit. *Diliges dominum deum tuum*. vt prius in nobis radicem sui amoris figat, & postea fraterna dilectio ramos expãdat. Quod aũt amor dei pximi amore coalescat, Ioãnes ostẽdit dicens. *Qui non diligit fratrẽ suum quẽ uidet, Deum quẽ non uidet quomodo potest diligere.* Dilectio dei p timorẽ nascitur, sed in affectu crescendo mutatur, vt aũt ostẽdatur quam longe quisque sit a charitate proximi vel in ea pfecerit, alios flagellis Deus deprimit, alios successibus fulcit. Sæpe enim nos miseros insequuntur, qui felices sine comparatione venerantur. Cum aũt quis in prosperitate diligit, incertum est an prosperitas, an persona diligatur. In bonis enim non agnoscitur amicus, & in malis non absconditur inimicus.

Triplicis naturæ est aĩma: ideo iubetur diligere tripliciter. Non vult deus amorẽ suum partiri, vt simul diligamus deum & aurum, vel vxorem, vel filios. *Nemo potest duobus dominis seruire*, ipse super omnia diligendus, eius dilectio præponitur.

✠ THEODORETVS. Manifeste nos docuit Deus, neminem posse duob. dominis seruire. Ex hoc igitur loco docemur dilectio-

Quæst. 1. in Deute. c. — † Mat. 22. d. Mat. 12. c. Leui. 19. c. Lib. 1. de doctrina Christianæ c. 26. 27. 28. — Mat. 22. d. — 1. Tim. 1. b — † statuta — † valde — Lib. 7 Mora. c. 10. — 1. Io. 4. d. — Matt. 6. — Quæst. 3.

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. VI.

Haec sunt præce. *Hic consequenter agitur de præceptis aliis a præceptis decalogi & primo de preceptis hmoi ponitur exhortatio generalis secũdo explicatio specialis, ibi.* Audi Israel. *Circa primum dicitur.*

1 Hæc sunt præcepta, & c. *quia in huiusmodi præceptis aliqua sunt circa mores, & dicuntur præcepta aliqua circa modum colẽdi Deum, & dicuntur ceremoniæ, aliqua circa iustum hominis conuictum, & dicuntur iudicia.*

2 Et facia. *quia aliqua eorum obligabant tantum in terra illa, & aliqua extra illam terrã fieri non poterant, vt dictum fuit Num. 34.*

3 Quæ ego pręci. *quia obligabat futuros sicut & præsentes.*

4 Vt pro. *Hic est effectus obseruantiæ legis, vt dictum est supra 3. capitulo.*

5 Et multipliceris. *numero & potestate.*

6 Audi. *Hic consequenter ponitur explicatio illorum preceptorum, quæ sunt alia a præceptis decalogi, quę sunt in duplici gradu, quia aliqua se habent ad præcepta decalogi, sicut principia eorum, aliqua autem se habẽt ad ea sicut quædam conclusiones elicitę ex præceptis decalogi. Illa autem quę se habent vt principia, sunt dilectionis pręcepta. Cuius ratio est, quia in agibilibus finis habet rationem principii. præcepta autem dilectionis sunt finis pręceptorum decalogi sicut patet manifeste, quod tria prima præcepta ordinantur sicut ad finem ad dilectionem Dei. alia uero septem ad dilectionem proximi. & ideo dicit saluator Matth. 22.d. quod in duobus præceptis dilectionis tota lex pendet & prophetæ, sicut ex fine. & Apostolus 1. Timot. 1. a.* Finis pręcepti est charitas. *Alia autem pręcepta a præcep is dilectionis & pręceptis decalogi, sunt quasi quædam conclusiones elicitæ ex præceptis decalogi, & per consequens quędã declarationes qualiter præcepta decalogi debeant obseruari. Item sciendum, quod dilectio proximi ordinatur finaliter ad dilectionẽ Dei, ex quo sequitur quod preceptum de dilectione Dei habet rationem finis, & per consequens principii respectu omnium preceptorũ. Primo ergo agitur de Dei dilectione, quæ est quasi finis, ad quem pręcepta decalogi ordinantur secundo de aliis præceptis quæ sunt conclusiones q̃ ex principiis decalogi eliciuntur 12. c. Circa primum Moyses describit primo ea quæ pertinent ad Dei dilectionẽ, secundo infert conclusionem intentam 11. c. quod sic incipit.* Amã itaque dominum deum. *Circa primum, Moyses primo per modum exhortationis describit preceptum dilectionis diuinæ quantum ad diligendi modum. Secundo huius dilectionis multiplex impedimentum & incitamentum, impedimenta excludendo, & incitamenta includendo, ibi.* Cumque intro duxerit. *Circa primum dicitur.* Audi Israel. *id est attende diligenter, quia ad illud quod subditur tota lex finaliter ordinatur.*

7 Dominus. *& ideo unice super omnia & perfectissime diligẽdus est, & subditur huius dilectionis modus cum dicitur.*

8 Diliges. *i. ex toto motu voluntatis qui hic designatur nomine cordis, quia sicut cor mouet alia membra corporis, & sic uoluntas mouet alias animæ potentias ad actus suos.*

Diuisio.

## MORALITER.

✠ 1 Hec *sunt præcepta & ceremo.* Sequitur.

† *Sicut pollicitus.* Ista terra figura fuit secundum sensum allegoricũ virginis gloriosæ, de qua dicitur Esa. xlv. b. *Rorate cæli desuper & nubes pluant iustũ, aperiatur terra & germinet saluatorem.* Ista terra fluit lacte, ad nutritionem paruulorũ in fide: & mellis, reficiendo perfectos in contemplatione, nã vtrosque sua dulcedine fouet & consolatur. Secundũ aũt sensum anagogicum terra ista figura fuit cælestis patriæ de qua dicitur Ps. cxlb. *Portio mea in terra uiuentium.* Manat autem ista terra lacte & melle. nam in ea impletur totum desiderium.

Anagogice.

✠ 3 Eruntq;

a dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: Eruntq. verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & † narrabis ea filiis tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, b dormiens, atque consurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq. † & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq. ea in limine & ostiis domus tuæ. Cumque introduxerit te dominus deus tuus in terram, pro qua iurauit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas nō ædificasti, domos plenas cunctarū opum, quas non † extruxisti, cisternas, quas non fodisti, vineta & olivueta, quæ non plantasti, & comederis & saturatus fueris, caue diligenter, ne obliuiscaris domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis. † Dominum deum tuum timebis, & † ipsi soli seruies, ac per nomē illius iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quę in circuitu c vestro sunt: quoniam deus æmulator dominus deus tuus in

¶ Intellectu. ¶ Vita. ¶ Viribus uel effectu. a ¶ In eis. ¶ In omnibus scilicet quæ egeris. ¶ Domi vel foris. ¶ Foris. a ¶ Vt opere compleas, & aliis exemplum tribuas. b ¶ Vt in memoria habeas. ¶ Vt die ac nocte meditaris ea. c Cordis. a ¶ Ingrediens & egrediens semper ea mediteris.

ctione nō scindere, in A dilectionē dei & dilectionem auri, in dilectionē dei & vxorum in dilectionē dei & liberorū, sed totam dilectionis vim creatori deo cōseruare. Deinde secūdū creatorem quæ vnicuiq; sunt vtilia impartiri, veluti liberis, fratribus & amicis. Siquidē pertinet etiā ad dilectionē dei B hæc præstare. Qui em diligit me, mandata mea seruabit. Mandata vero dei ista præcipiunt.

a *Ex toto corde tuo*.

* BASILIVS. Hoc autem quod ex omni dicit, diuisionē in alia nullā admittit. Quātū em dilectionē in hęc inferiora insumpseris tantum necesse sit vt ei adimas quod totū est, eoque pauci ex hominib. amici Dei appellati sūt, quemadmodum scriptum est Mosen fuisse amicum.

† in fronte lia. † impleui sti In Psa. 44. † ipsum coles.

✠ AMBROSIVS. D *Deus tuus unus est*. Et tu ad similitudinē domini vnus esto, atque idē. Nō hodie sobrius, cras ebriosus: hodie pacificus crastina die litigiosus, hodie frugi, crastina die incontinēs. Mutatur enim vnusquisq; morū varietate, & fit alter, in quo non agnoscitur E quod fuit & incipit esse quod non fuit, sui degener.

b *Et ligabis ea quasi signum*. Hoc Pharisæi male interpretantes, in membranulis decalogum) id est, decem verba) scribebant, & ligata in fronte portabant. Quod usque hodie faciūt Babylonij, vt putentur religiosi. Vnde: *Dilatāt enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias*.

c *Per nomen illius iura* AVGVSTINVS. Permittuntur iurare per nomen Dei, ne forte per idola iurantes, & assidue nominātes

Annotatione 1 Ex odum ad Iustum. tacuis. id est diligēter inculcabis.

† inf. 10. d. Matt. 4 d Luc. 4. b. 3. dist. c. fi. Matt. 23. a

Quest. 11. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et ex tota. *i. ex toto intellectu & sensitiuo appetitu. Vt ex motu dilectionis intellectus sit deo subditus maxime in his quæ pertinent ad fidem, & appetitus sensitiuus sit secundum ordinem dilectionis diuinæ regulatus.*

2 Ex tota. *Per quam designatur uis exterior executiua, quod fit cum ex diuina dilectione actus noster exterior exequitur imperium voluntatis prompte & expedite.*

3 Eruntque. *dilectione diuina.*

4 In corde. *ad firmiter retinendum.*

5 Et narrabis. *de dilectione dei eos informando.*

6 Et meditaberis. *id tempore quietis.*

7 Et ambulans. *tempore laboris.*

8 Dormiens. *In Hebræo habetur.* Cubans atque consurgens, *quia in egressu lecti ad dormiendum, & ingressu ad vigilandum debet homo per dilectionem cor suum reducere in deum. Potest etiam exponi dormiens secundum translationem nostram quia de his circa quæ solicitatur homo in vigilia, solent in dormiendo occurrere phantasmata, & sic sollicitis in vigilia de dilectione dei solent consimilia phantasmata occurrere in dormitione. propter quod dicit Philosophus 1. Ethicorū, quod in dormientib. meliora sunt phātasmata studiosorum, id est vrtuosorum, quam quorumcunque.*

9 Et ligabis. *i. in operibus tuis, quia manus est organum organorum, 3. de Anima. quæ debent fieri charitate.*

10 Eruntque, &c. *i. nullo modo erunt tibi obliuioni, sicut homo non obliuiscitur rei quæ ante oculos eius appenditur.*

11 Scribesq. *i. intrans domum tuam & exiens recordaberis de dei dilectione. Iudęi autem hoc ponentes nimis literaliter, dixerunt passum istum qui incipit ab illo loco.* Audi Israel, dominus deus noster vnus est, diliges dominum, & cæ. *vsque hic.* In limine & ostiis domus tuæ. *Similiter passum illum de dilectione dei qui habetur infra. 11. ca. qui sic incipit.* Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio uobis: ut diligatis dominum, *usq; ibi.* Et scribes ea super postes & ianuas domus tuę, *inclusiue debebant scribi in schedulis & ligari in brachio & super frontem, & poni in limine superiori domus. Et adhuc Iudæi hoc obseruant in pluribus locis, quod prædicti duo passus scribuntur in schedula, quæ ponitur in superiori limine ostij domus. Intentio tamen legislatoris est, quod sint in recordatione modo supradicto. Notandum etiam, quod omnia prædicta de modo dilectionis diuinæ non sic præcipiuntur, quod sint semper in actu, sed in habitu, quia homo tenetur semper habere charitatis habitum, qui secundum Augu. diuidit inter filios regni & perditionis.*

12 Cumque introduxerit te dominus. *Hic consequenter ponuntur impedimenta & incitamenta prædictæ dilectionis, illa remouendo, ista inducendo, & primo ponuntur ista prout cōtingunt homini respectu sui, secundo respectu extranei uel aduersarij, c. 17. tertio respectu Dei, capite octauo. Prima in duas, qua primo remouetur impedimentum, secundo exprimitur incitamētum ibi.* Custodi pręcepta domini. *Circa primum sciendum, quod homo de penuria veniens ad magnam abundantiam, ex hoc in semetipso solet eleuari, & a Dei amore retrahi & impediri, secundum quod dicit Grego. homilia vicesima. Tanto quis a superno amore disiungitur, quāto inferius delectatur, & ideo Moyses timebat ne filij Israel exeuntes de terra deserta, & intrantes terram promissionis plenam omnibus bonis, per hoc ab amore Dei retraherentur, propter quod etiam dicitur in Cantico infra 32. b.* Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus Dereliquit Deū factorem suum, &c. *ideo præmonuit eos, ne ex tali affluentia auerterentur a dei amore, & ad idolatriam cōuerterentur, & hoc est quod dicitur.* Cumque introduxerit, &c. *& enumeratis multis bonis mobilibus & immobilibus, quę habituri erant filij Israel gratis, intulit.* Caue diligenter.

13 Dominum Deum tuum timebis. *timore filiali.*

14 Et ipsi soli ser. *seruitute latrię.*

15 Ac per nomen illius iurabis. *Ex hoc loco errauerunt aliqui Iudæi dicentes, quod iuratio per nomen domini erat frequentāda, etiam sine necessitate. Quod improbat saluator Matth. 5. dicens.* Nolite iurare omnino. *id est, non iuretis ex qualibet causa, quia hoc ad irreuerētiā nominis Dei pertinet, sed tantum ex causa necessaria, ut si occurrit necessitas aliquid affirmandi inter homines, debet fieri per ueritatem immobilem, quod fit iurando per numen domini, & in tali casu loquitur hic scriptura.*

16 Non ibitis post deos alienos. *impendendo eis cultum latriæ.*

17 Cunctarum gentium quę in circuitu vestro sunt. *& idem intelligendum est de dijs aliarum gentium gentium a Iudæis remotarū, sed pro exemplo ponitur illud quod erat propinquum.*

Philos. Aug. Diuisio.

## MORALITER.

✠ 3 Eruntq;. Ex quo patet, quo Moyses loquitur de verbis Deute. secūdum vero Hieronym. in epistola ad Paulinum, de oībus sacræ scripturæ libris. Deuteronomium est nouæ legis pfiguratio, quæ est lex amoris, & ideo debet esse in corde scripta, propter quod a Christo scripta non fuit in tabulis lapideis uel chartis, sed in cordibus credentium per missionē spiritus sancti in signo visibili. Act. 11. sicut prędictū fuerat Hiero. 31. f. *Ecce dies uenient dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris, &c.* Sequitur. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in deum, ipsi mihi erunt in populum.*

5 Et nar. Sicut enim pater tenetur puidere filiis de victu & vestitu, ita & de documento quantum ad agenda & credenda, q sunt de necessitate salutis, & tanto magis eis in istis prouidere tenetur, quanto quæ sunt animæ corporalibus præferuntur: Cætera uero non indigent moralitate quia sensus eorum literalis est, & etiam moralis.

medio tui, ne quando irascatur furor domini dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. Non tentabis dominum deum tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præcepta domini dei tui, ac testimonia & † cęremonias, quas præcepit tibi, & fac quod † placitum est & bonum in conspectu domini, vt bene sit tibi, & ingressus possideas terram optimam de qua iurauit dominus partibus tuis, vt deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locus est. Cum interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid sibi volūt testimonia hæc & cęremoniæ atque iudicia, quæ præcepit dominus Deus noster vobis? dices ei. Serui eramus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos domin⁹ de Ægypto in manu forti, fecitq. signa atq. prodigia magna, & pessima in Ægypto cōtra Pharaonem, & omnem domū illius in conspectu nostro, & eduxit nos inde, vt introductis daret terram super qua iurauit patribus nostris. Pręcepitq. nobis dominus, ut faciamus omnia† legitima hęc, & timeamus dominum deum nostrum, vt bene sit nobis cunctis diebus † vitę nostrę, sicut est hodie. Eritque † nostri misericos, si custodierimus & fecerimus omnia pręcepta eius coram domino deo nostro, sicut mandauit nobis.

a ¶ Hoc diabolo Christum tentanti obiectum est cum diceret: Mitte te deorsum. Matth. 4. a.

a ¶ Pro opinione sustinentium.

Marginal notes: Matth. 5. c. — † rectum — † statuta — Quæst. 4. — † statuta — † nobis & iustitia — † statuta — Quæst. 5. — Matth. 4. — † & viuamus.

(A) ...tes ea colere inciperēt. Non iurare iubet, sed per aliud Dei nomen iurare prohibet. Melius autē omnino non iurare, non quod mala sit iuratio vera, sed ne facilitate iurandi ī periurium cadas. Qui enim iurat, non solum verum sed falsum iurare potest. Qui autem omnino non iurat, longe a periurio est. (B)

✻ THEODORETVS. Cur dixit vt iurēt per Deum? Ne iurēt per falsos deos. Idē enim per prophetam dixit: Si abstuleris nomina Baalim de ore tuo, & iuraueris: Viuit dominus, cum veritate. Et hic, vbi dixit, dominum deum tuū timebis, & illi soli seruies, & adhærebis illi, & per nomen eius iurabis, subiunxit. Non (C) ambulabi[..]s post deos alienos, qui sunt ex dijs gentium quę in circuitu uestro sunt. (D)

a Non tentabis dominum deum. Deum tentat qui habens quod faciat, sine ratione se committit periculo, experiens vtrum possit liberari a Deo.

✻ THEODORETVS. Dominus hoc ipsum exposuit in Euangeliis. Nam cum diabol⁹ dixisset: *Mitte te deorsum*, ait. Non tentabis dominum Deum tuum. Tentat autem Deum, qui sine ratione obiiciens se periculo, quidpiam agit. (E)

❧ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non tentabis dominum deum tuum, sicut tentasti, &c. *De hac tentatione qualiter sit intelligenda, dictum fuit* Exo. 17.

Diuisio.

2 Custodi præcepta. *Remoto impedimento diuinę dilectionis, hic ponitur eius incitamentum, & primo respectu subiecti proprij, secundo respectu filij, qui est quasi idem cum patre, ibi: Cumq; interrogauerit, & quia signum dilectionis est exhibitio operis, vt dicit beatus Greg. ideo dicitur hic.* Custodi præcepta domini Dei tui, &c. *s. ex dilectione & incitamentū ad hoc subditur, cum dicitur, vt bene sit tibi, &c. & patet litera.*

3 Cum. *Hic ponitur incitamētum amoris diuini respectu filij, qui est quasi idem cum patre, quia in ipso remanet pater post mortem, quodam modo, & ideo debet ipsum incitare ad dei dilectionem & mandatorum eius implationem, per beneficia patribus facta, & hoc est quod dicitur hic.* Cum interrogauerit te filius tuus cras. *id est in posterum.*

4 Dices ei: Serui eramus. *seruitute grauissima, &c.*

5 Eduxit nos dominus de Aegypto in manu forti. *Hęc exposita sunt sup. 4. c.*

6 Præcepitque, &c. *ex dilectione.*

7 Vt bene sit nobis. *quia per opera bona ex charitate facta, acquiritur gratia in præsenti & gloria in futuro, ideo subditur.* Eritque nostri misericors.

✻ CAP.

*ADDITIO* IIII.

*In c 6. vbi dicitur in postilla.* Audi Israel.

*In hoc c. ponuntur duo legis præcepta. Quorū vnum est primum & principalissimum circa credenda. s.* Audi Israel, dn̄s deus noster vnus est. *Articulus. n. de vnitate dei primū locum in symbolo tenet; secundum vero præceptum quod hic ponitur, primum est & maximum circa agenda s.* Diliges dn̄m deum tuū. *Vnde saluator Matt. 22. c.* Hoc est primū & maximū mandatum. *Et quia in horum præceptorum expositione postillator valde breuiter videtur se expediuisse, ideo circa eorum declarationem vlterius videtur esse insistendum.*

*Circa declarationē primi inquirendum prima facie occurrit. Quæ fuerit necessitas ponēdi hic istud p̄ceptum de vnitate dei, vnitas. n. diuina manifeste traditur in decalogo, q a deo immediate fuit populo traditus, Exo. 20. & in p̄cedēti c. 5. a. Moyse repetitus. In utriusque enim decalogi p̄ambulo dicitur.* Ego sum dn̄s deus tuus, qui te eduxi, &c. *In quo & p totū decalogum ita nomina quā verba, quæ de deo dicuntur, sunt singularis numeri. In quo manifeste ostenditur vnitas. Si autem dicatur, q hoc præceptum de vnitate dei, p̄ponitur ad excludendum pluralitatem deorum, circa quod multi errauerunt, vt Manichæi & alij, hoc nō uidetur sufficere nā pluralitas deorum manifeste excluditur in primo p̄cepto decalogi, ubi dicitur.* Nō habebis deos alienos coram me. *i. p̄ter me, vt supra expositum est, & adhuc expreßius sup. 4. c. talis pluralitas excluditur, dicitur enim ibi.* Scito ergo hodie & cogita ī corde tuo, quia dominus ipse est deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & nō est alius. *Vnde dicendum uidetur, q licet unitas diuina cum exclusio pluralitas deorum intelligatur ex prædictis aliis in sacra scriptura cōtentis, exprimitur tamē his per modū p̄cepti, quod deus est vnus, & vnitas quæ hic deo attribuitur, per quandā excellentiam intelligatur, sic s. vt vnitas huiusmodi soli deo conueniat. Si. n. vnitas, quæ hic deo attribuitur, ēt creaturis poßet conuenire: sicut de vno conuertibili cum ante communiter intelligitur, sic superflue poneretur in p̄cepto. Sicut enim quilibet homo est vnus homo, & quilibet equus est vnus equus, sic quilibet deus est vnus deus, vnde hoc non indigebat vt institueretur tanquam p̄ceptum & promulgaretur, sed in hoc q hic proponitur vt præceptum pertinens ad fidem, & cum hoc præmittitur: Audi Israel.* Fides. n. est ex auditu, *ad* Rom. *x. c. manifeste datur intelligi, q vnitas q̄ hic singulariter deo attribuitur, intelligi debet sic, quod deus credatur esse maxime vnus, quod nulli rei creatæ cōpetit. Cuius ratio est, nam secundum sanctū Tho. in prima parte q. 11. art. 4. in corpore quæstionis: Cum vnum sit ens indiuisum, id est quod est maxime ens, & maxime indiuisum, oportet quod sit maxime vnum. Constat aūt, quod deus est maxime ens, inquantum est ipsum eße subsistens omnibus modis interminatum, & prima causa totius entis creati. Similiter constat, quod deus est ens maxime indiuisum, inquantum non diuiditur nec actu, nec potentia, nec alio modo diuisionis, sed omnibus modis est summe simplex. Vnde oportet dicere, quod deus est maxime vnus, sic, quod nulli creaturæ talis vnitas competit, & ideo licet in decalogo & aliis locis scriptura de deo loquatur tanquā de vno, excludendo pluralitatē deorū, nihilominus tamen fuit datum boc præceptum exprimens diuinam vnitatem, vt talis vnitas intelligatur singulariter deo cōueniens modo prædicto. Vnde Bernardus in 5. de Consideratione, postquā posuit multiplicē modum vnitatis q̄ in creaturis diuersimode inuenitur, de vnitate dei sic dicit: Verum hæc omnia quid ad illū summum unū, atq. (vt ita dicā) vnice vnū, ubi unitatē consubstantialitas facit, huic vni quoduis illorum si adsimiles, erit quodammodo vnum, si compares nullo. Hæc ille.*

*Sed potest dici cōtra prædicta, quod talis vnitas quæ hic attribuitur deo, scilicet sit vera, non tamen pertinet ad fidem, saltem apud omnes. nam Deum esse vnum modo p̄dicto potest esse scitum per demonstrationem. Vnde Philosophus 12. Metaph. hoc demonstratiue probat. Multi etiam alij Philosophi hoc demonstratiue induxerunt, prout in secunda secundæ. q. 1. sanctus Tho. tradit, articu. 5. in responsione ad quartum argumentum. Ad quod dicendum secundum eundem ibidem, quod multa per fidem tenemus de deo, quæ naturali ratione Philosophi inuestigare non potuerunt, puta circa prudentiam eius & omnipotentiam, & quod ipse solus sit colendus, quæ omnia cōtinentur sub articulo vnitatis dei. Hæc ille. Ratio autem quare prædicta videantur contineri sub articulo vnitatis dei, talis videtur esse.* Nam per fidem illum credimus eße vnum Deum, q est omnipotens & omnibus prouidens, qui solus est colendus. Omnia enim quæ in symbolo traduntur, copulatiue intelliguntur esse credenda.

Philoso.

*Vlterius circa hoc videtur attendendum, quod ex ista trina iteratione diuini nominis, cum dicitur.* Dominus deus noster, dominus vnus est, *conuenienter secundum ueritatem catholicæ fidei, secundum quam vnus Deus in trinitate veneratur, intelligenda est trinitas personarum*

Trinitas personarum.

A *sonarum in diuinis cum vnitate essentia. Si.n.in prædictis verbis* Moyses *solum vnitatem Dei sine quacunque pluralitate credendam tradere voluisset, sufficeisset dicere :* Audiui Israel, Deus noster vnus est, vel dominus vnus est. *& sic dicendo perfecte vnitatem expressisset, semota quacunque pluralitate: sed in hac trina iteratione manifeste ostenditur præsupposita fide vera, ꝙ esset diuinum est vnum. verbum.n. essentiale quod hic ponitur. s. est, singularis est numeri, tria vero nõia diuina, quæ per modum suppositi significant pluralitatem trium personarum proprie ostendunt. & sic talis vnitas omnem aliam vnitatem maxime transcendit. Vnde Bern. ubi supra.* Inter oĩa quæ vnum rectè dicuntur, *arcem tenet unitas trinitatis, qua tres personæ vna substantia sunt. Et ibidem infra. Nec abducimur ab hac vnitatis professione assertione triũ, cum in hac trinitate non recipiamus multiplicitatem, sicut nec solitudinem in vnitate. Quamobrem cum dico vnũ non me trinitas turbat. Numerus.n. qui essentiam non multiplicat, non variat, non partitur. Rursum cum dico tria, non me arguit intuitus vnitatis, quæ illa quæcunque tria seu illos tres, nec in confusione cogit, nec in singularitatem redigit: Hæc ille. Quæ quidem verba huius sancti doctoris bene videntur adaptari verbo proposito, s. cum dicitur.* Audi Israel. *hoc.n. mysterium, prout ipse dicit ibidem, non ratione perspicuum est, sed fidei persuasum. vnde:* Audi Israel. *i. ex auditu crede. hoc.n. sacramentum magnum est: nam quomodo sit pluralitas in unitate, & unitas in pluralitate, scrutari temeritas est: credere uero pietas: nosse uerò vita æterna.*

*Circa hoc etiam notandum est, quod Hebræi, qui ista præcepta, s.* Audi Israel, &c. *&* Diliges dominum Deum tuum, &c. *cũ magna solennitate bis in die recitant, dictis his uerbis, s.* Audi Israel dominus Deus noster Deus vnus est, *antequam incipiant dicere:* Diliges dominum Deum tuum. *interponunt sub silentio uerba Hebraica quæ hoc dicunt, s. benedictum nomen maiestatis regni eius in secula seculorum, quod tamen in alijs inuocationib. diuini nominis hoc nõ dicunt. Ex quo satis videtur innui, ꝙ in hoc loco specialius exprimitur, ꝙ nomen diuinæ maiestatis est trinum & unum. Est.n. ordinatio huius benedictionis eis tradita ab antiquo. s. a tempore prophetarum, qui fuerunt in initio templi secundi, prout ex codicibus eorum comprobari posset, & hoc de primo præcepto prædicto circa credenda.*

*Sequitur in litera:* Diliges dominum Deum tuum.

B *Circa continuationem huius præcepti ad immediate præcedens, s. de vnitate Dei credenda considerandum est, ꝙ per charitatem homo vnitur Deo. Amor.n. secundum Dionysium 4. de diuinis nominib. est vis unitiua. per vnionem autem charitatis homo sic vnitur deo, vt quodammodo dicatur vnus spiritus cum eo iuxta illud 1. Cor. 6. d.* Qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. *Idcirco postquã de vnitate dei ineffabili in præcedenti præcepto tractauit, statim subiunxit præceptum charitatis, per quam homo supernaturaliter vnitur summæ vnitati.*

*Circa quod quidẽ præceptum sane intelligendum multa, & magna a doctorib. traduntur, quæ hic ommittũtur causa breuitatis, nisi solũ quædam quæ ad intellectum huius præcepti vr̃r potius requiri. Quorũ primum occurrit inquirere rationem quõ istud præceptum dicatur primum & maximum legis præceptum, iuxta s. ñiam saluatoris Matth. 22.* Ad quod dicendum ꝙ ratio huius proprie & sufficienter habetur ab Apostolo 1. ad Tim. 1. a. vbi dicit quod finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. *In hoc.n. ꝙ dicit. Finis præcepti est charitas, manifeste habetur ꝙ præceptum charitatis est primum inter legis præcepta. Finis.n. in agibilibus habet rationem principij, cum finis secundum Philosophum est primum in intentione. In hoc autem quod subiungit: De corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, ostendit ꝙ præcepta legis, quę omnia de actibus virtutum dantur, requiruntur & ordinantur ad diligendum Deum. Quæ quidem præcepta sunt in triplici differentia, quia aut sunt talia, quæ ordinantur ad purificandum cor a turbationibus passionum, sicut virtutes*

Præceptũ primũ & maximũ.

C *quæ sunt circa passiones, de quibus dicit:* De corde puro. *Cor.n. impurum a Dei dilectione abstrahit, propter passionem declinantem ad terrena, vel ordinantur ad habendum bonam conscientiam circa operationes, de quibus dicit,* Et conscientia bona. *conscientia.n. mala facit horrere diuinam iustitiam propter timorem pœnæ, vel ordinantur ad habendum rectam fidem, sicut illa quæ pertinent ad diuinum cultum, de quibus dicit,* Et fide non ficta. *Fides autem ficta, s. non recta trahit affectum in id quod de Deo fingitur, separans se a Dei veritate. & sic patet, ꝙ dilectio Dei est per se intenta a legislatore tanquam finis. Cętera vero præcepta quæruntur propter hanc tanquam ea quæ sunt ad finẽ & quia in quolibet genere id quod est per se potius est eo quod est ad aliud: ideo maximum præceptum est de charitate. quæ omnia plene traduntur secunda secundę q. 44.*

*Secundo considerandum occurrit, quod ex hoc quod huiusmodi præceptum est maximum, ad quod omnia sunt referenda, vt dictum est, ideo totalitas quædam fuit designãda circa pręceptum de dilectione Dei. unde dicit,* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c. *Si autem contra hoc arguatur ex eo quod hoc quod dicitur,* Ex toto corde, *importat modum diuinæ dilectionis, modus autem virtuosi actus nõ cadit sub præcepto, ut in 1. 2. q. c. art. 10. in responsione ad quæstionem.*

*Ad hoc dicendum, quod licet modus quem habet actus virtutis ex aliqua superiori virtute, non cadat sub præcepto inferioris uirtutis, non.n. cadit sub præcepto de honoratione parentum, ꝙ honoratio fiat ex charitate, modus tamen qui pertinet ad rõnem propriæ uirtutis cadit sub præcepto ipsius virtutis, sicut quod aliquis operetur sciens cadit sub ratione præcepti tam legis diuinę quam humanæ.* Ignorantia.n. *simpliciter considerata tollit rationem prę mij uel pœnæ in actib. humanis, & hoc modo sub præcepto de diligendo Deum cadit, quod dicitur,* Ex toto corde. *Si autem contra hoc dicatur, quod quicunque facit aliquid quod non pertinet ad dilectionem Dei, non diligit Deum ex toto corde, & sic agit contra* Dei *præceptum, & per consequens peccauit mortaliter, ex quo sequeretur, quod peccatum veniale esset mortale.*

D

*Ad hoc dicendum, quod Deum diligere ex toto corde, contingit dupliciter. Vno quidem modo in actu, sic ut cor hominis semper actualiter in Deum feratur, & ista est perfectio charitatis patriæ, quæ cuicunq; peccato quantumcunque minimo ueniali non est compatibilis. Alio modo diligere Deum ex toto corde, est cum habitualiter totum cor hominis in Deum fertur, & hoc dupliciter.*

*Vno modo, quando homo ex tali dilectione Dei se abstrahit inquantum possibile est, a rebus temporalibus etiam licitis, quæ per occupationem animi impediunt actualem motum cordis in Deum: Et hęc est perfectio charitatis ad quam ordinantur consilia.*

*Alio modo quandò hõ ex dilectione habituali quam hẽt ad Deũ, etsi non abstrahit se a reb. temporalib. licitis, quę actum charitatis impedire solent, nihil tamen contra Dei dilectionẽ coreius recipit. Et hæc est perfectio charitatis vitæ, quæ est ex necessitate salutis. Et istis duob. modis vltimis non contrariatur ueniale peccatum diuinæ dilectioni, cum non tollat habitum charitatis, sed solum impedit charitatis vsum.*

*Vlterius considerandum occurrit, quõ totalitas quæ assignatur in hoc loco circa dilectionem Dei intelligenda sit in corde & anima & fortitudine prout hic dicitur,* Similiter & in mente *prout Matth. 22. & in uirtute prout Mar. 12.* Et in omnibus viribus, *prout Lucæ 10.*

*Ad cuius declarationem sciendum, ꝙ ista nomina quæ in materia huius pręcepti ponuntur, s. cor, aĩa, mens, & huiusmodi, uarias significationes habent in scripturis sacris. Cor.n. non solum significat cor carneum, sed etiam significat quandoque intellectum humanum. Eccl. 8. a.* Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. *Quandoque uero significat affectum intellectiuum humanũ, ut in Psalmo.* Desiderium cordis eius tribuisti ei. *Mens ẽt quandoque significat humanas cogitationes. vnde 1. Paral. 28. b.* Vniuersas mentium cogitationes intelligit. *Quandoque uero significat memoriã hominis. vnde in Psal. 76. b.* Annos æternos in mente habui. *Similiter anima quandoq; significat animam sensitiuam. Gen. 1. c.* Producat terra animam viuentem. *quandoque uero significat animam rationalem. Ezech. 18. a.* Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. *habent ẽt prædicta nomina pręter prædictas significationes quasdam alias, quæ causa breuitatis omittuntur. Ex qua quidem significationum uarietate doctores nostri diuersimodè prædicta nomina in hoc loco exposuerunt. Nam Aug. primo de doctrina Christiana, per cor intelligit cogitationes, per animam uero uitam, per mentem autem intellectum. Alij uero per cor animam vegetatiuam, per animam uero sensitiuam, per mentem autem intellectiuam. Alij uero aliter. Ista tamen diuersitas expositionum nõ uidetur deuiare a mente legislatoris. Intentio aũt legislatoris, vt dictum est in præcepto fuit, ut Deus diligatur sicut finis ultimus ad quẽ omnes actus humani interiores sunt saltem habitualiter referendi. Vnde quõcunque prædicta nomina a dictis sanctis doctorib. accipiantur, omnia quæ in homine sunt, in Deum referibilia uidentur continere, ut patet recte consideranti. unde nulla expositio eorum est excludenda. Videtur tamen planior sensus circa hoc esse talis. s. ut per hoc quod præcipitur Deum diligi ex toto corde, intelligatur ꝙ tota intentio feratur in Deum. Sicut.n. cor corporale omnium temporalium motuum est principium, ita intentio uoluntatis respectu finis vltimi est principium omnium spiritualium. Includitur etiam in hoc præcepto, quod intellectus noster subdatur Deo, iuxta illud 2. Cor. 10. b.* In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. *Et sic diligitur Deus ex tota mente. Includitur etiam in hoc præcepto, quod appetitus noster inferior regule tur secundum Deum, quod est ex tota anima Deum diligere. Includitur etiam, quod exterior actus noster obediat Deo, quod est tota fortitudine vel virtute vel viribus Deum diligere.*

Diligere deũ ex corde, anima & viribus &c.

E

Psal. 20. a.

Auguſt.

F

*Vlterius quia secundum* Aug. *in lib. de perfectione iustitiæ, in plenitudine charitatis patriæ præceptum istud impletur. s.* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. *Nam cum adhuc est aliquid carnalis concupiscentiæ, nõ omnino ex tota anima diligitur Deus: videndum est ergo quomodo Deus nobis præcipit quod implere in via nõ possumus. Maledictus est.n. secũdum* Hieronym. *qui dicit Deum aliquid impossibile præcepisse.*

*Ad quod dicendum secundum sanctum Thom. in secunda secundę vbi supra, quod implere præceptum contingit dupliciter. Vno modo perfecte, & hoc est quando peruenitur ad finem, quem intendit præcipiens. Alio modo imperfecte. quando etsi non pertingat ad finem quem, inten-*

A dit præcipiens, non tamen receditur ab ordine ad finem quem intendit præcipiens. Sicut si dux exercitus præcipiat militibus, vt pugnent ad victoriam hostis, ille perfectè implet præceptum, qui pugnando hostem vincit, quod dux principaliter intendit. Ille etiam implet sed imperfectè cuius pugna etsi ad victoriam non pertingit, pugnat tamen sic q contra disciplinam militarem non agit. Intendit autem Deus per hoc præceptũ, vt homo totaliter Deo vniatur, quod fiet in patria, quando Deus erit omnia in omnibus, vt dicitur 1.Cor.15.d. Et ideo plene & perfectè implebitur hoc præceptum, in via vero impletur, sed imperfectè modo iam dicto.

Sed contra prædicta solet dici, q frustra daretur hoc præceptum, si impossibile esset illud adimplere: præcepta enim dantur ad dirigendos homines in viam salutis. vnde in Psal.18.b. Præceptum domini lucidum illuminans oculos.

Ad quod respondetur, q ideo præcipitur homini ista perfectio quamuis eam in hac uita nemo habeat de cõi lege, quia non rectè curritur, si quo currendum est nesciatur, neq; quo currendum est si sciretur, si nullis ostenderetur præceptis. Sed et hoc non videtur ex toto sufficere: nam si sic, hoc non deberet dari per modum præcepti, cum non datur nisi solum ad ostendendum terminum ad quem curritur, ad quod sufficeret dicere, sicut Apostolus. Deus erit omnia in omnibus. In quibus verbis Apostolus non procedit vt præcipiens, sed vt prænuntians. Vnde salua semper sanctorum reuerentia videtur dicendum, quod hoc præceptũ de dilectione Dei non fuit impossibile vt impleretur perfectè etiã in hac vita vniuersaliter loquendo. Impleuit istud præceptũ perfectè Christus etiam quando fuit in hac vita, in qua fuit verus viator simul & verus comprehensor, & ideo a primo instanti suæ conceptionis hoc præceptũ, in quo plenitudo legis secundum Apostolum, Rom.13.c. consistit, impleuit, cuius respectu principaliter in lege promissum est hoc præceptum, tanquam possibile, saltem per ipsum Christum totaliter adimpleri. per

1.Cor.14.d

B alios vero imperfectè & quasi principatiue. vnde tanto unus perfectius alio implet, quanto magis accedit per quandam similitudinem ad perfectionem impletionis Christi, de quo Mat.5.b. Non veni soluere legem, sed adimplere. propriè.n. & uere loquendo totam legem impleuit Christus, implendo perfectè huiusmodi præceptũ vt dictum est. Nec mirandum si propter vnum singulare indiuiduum præceptum generale daretur, quia dicitur Leuit.12. Mulier si suscepto semine pepererit masculum. Quæ quidem conditio, quæ intelligitur, cum dicitur: Si suscepto semine, solum fuit apposita propter vnam singularem personam, s. beatam Virginem. Nulla.n. alia sine susceptione seminis concepit & peperit, & similiter dicendum est in proposito.

Quæstio.

Vlterius si quæratur circa prædicta præcepta. Cum præceptum de dilectione Dei sit simpliciter primum & maximum, vt dictũ fuit, & præceptum de credendo vnitatem Dei, est primum & maximum respectu credendorum, cur ista non fuerunt proposita populo in decalogi traditione, in quo præcipua legis præcepta traduntur? Ad quod dicendum, quod

D hæc quæstio fuit mota supra in additione supra Exod.20.cap. specialiter circa præcepta charitatis. Ad quod fuit respõsum diuersimode secundum uarias opiniones.

Opinio autem quæ mihi saluo meliori iudicio in hoc rationabiliter uidetur, hæc est, quod præcepta decalogi data fuerunt de notioribus quo ad intellectum, & facilioribus quo ad affectum, & quia præceptum de dilectione Dei prout in lege traditur, scilicet vt Deus diligatur ex toto corde & ex tota anima, &c. quod importat etiam interiorem motum animi cum magna promptitudine, est difficillimum seu impossibile non habenti charitatem, idcirco expressio huius præcepti fuit rationabiliter reseruata ad tempus vltimum totius doctrinæ Mosaicæ, s. in 60. anno, in quo tempore postquam repetijt præcepta decalogi, in capitulo videlicet immediate præcedenti, consequenter in hoc capitulo proposuit eis tanquam aliqualiter iam perfectis hoc præceptum de dilectione Dei per extensum, prout plenius continetur in prædicta additione, vide ibi. Idem dicendum est de præcepto immediatè præcedẽti, s. Audi Israel, &c. in quo diuina unitas traditur cum implicatione trinitatis personarum, vt dictum est; quod quidem mysterium inter cætera quæ nobis per fidem traduntur altius est & ineffabilius. Vnde non dicebat, ut in primis rudimentis populo rudi proponeretur, sed fuit reseruatum usque ad ultimũ tempus Mosaicæ doctrinæ ratione prædicta.

Quæstio.

Sed adhuc restat quærendum quare ista duo præcepta, cum sint præcipua & dignissima, non fuerunt tradita populo a Deo immediate saltem in hoc tempore, s. in 60. anno, quãdo iam populus erat magis perfectus, vt dicitur in prædicta additione.

Ad quod dicendum, q licet populus iam isto tempore esset quodammodo aptior ad capienda diuina, non tamen sufficiebat ad vocem domini audiendam, vnde dicitur supra in capitulo præcedenti. Si enim audierimus ultra uocem domini Dei nostri moriemur. Et ideo Moyses post repetitionem decalogi in præcedenti capitulo ab ipso factam, ante quam ista præcepta maxima exprimerentur, introduxit narrando terrorem magnum quem populus habuerat in audiendo uocem Dei, & quomodo ab ipso Moyse instanter petierunt dicentes. Tu magis accede, & audi cuncta quę dixit dominus Deus noster tibi, loquerisq; ad nos, & audientes faciemus ea. q.d. Ista pręcepta quæ statim proponenda sunt uobis ab ipso Deo immediate, debuissetis audire tanquam

E principalissima legis diuinæ pręcepta, sed ad instantiam vestram (dictum est) ego fui intermedius inter Deum & vos, prout ista amplius apparent intuenti ea quæ leguntur hic in litera inter repetitionem decalogi, & horum præceptorum propositionem. Consequenter ut hæc præcepta tam principalia efficacius memoriæ commendarentur, subiunxit. Eruntque verba hæc quæ ego precipio tibi hodie, s. de charitate et fide in corde tuo. Et narrabis ea filijs tuis & meditaberis, &c. exponatur prout in postilla.

## CAP. VII.

Allegor. de septem gentibus.

a Gentes multas. Septẽ gentes sunt septẽ principalia vitia q per Dei gratiã spiritualis miles exuperans exterminare iubetur. Maioris numeri dicuntur, quia plura sunt vitia quã virtutes, In catalogo dicuntur, septẽ nationes, in expugnatione sine numero ponuntur. Sed cum deleuerit gentes multas coram te. Numerosior.n. est quam Israel populus carnalium passionum, qui multiplicatur de septenario fomite vitiorum. De gastrimargia, comessatio, ebrietas. De fornicatione, turpiloq̃, scurrilitas, ludicra, & stultiloquia. De philargyria, mendaciũ fraus, furta, periuria, turpis lucri appetit⁹, falsa testimonia, violentia, inhumanitas & rapacitas. De ira, homicidiũ, & clamor & indignatio. De tristitia, rancor, pusillanimitas, amaritudo, & desperatio, & pigritia. De acedia, otiositas, somnolẽtia, importunitas, inquietudo mẽtis & corporis instabilitas verbositas, & curiositas. De cenodoxia, cõtẽtiones, hæreses, iactãtia, & præsumptio nouitatũ. De superbia contemptus, inuidia, inobedientia, blasphemia, murmuratio detractio, & alia plura. Hæc cum maioris numeri sint quã virtutes, deuictis tamẽ principalib. omnes quescunt, & perpetua nece delentur. Quod autem hę pestes robustiores sint, in tentatione sentimus. Fortius.n. militat in mebris nostris carnalium delectatio passionum, quam studia virtutum

†23.q.5.c. reuertuntur
† abstulerit.

## CAP. VII.

1 CVM veró introduxerit te dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingrederis, &c. † deleuerit gentes multas coram te,

Septem principalia vitia & eorum genimina.

C F

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. VII.

CVm vero intro. Hic consequenter remouentur impedimenta diuinæ dilectionis contingentia respectu aduersarij, & sunt tria. Primũ est falsa pietas, 2m pusillanimitas, ibi. Si dixeris in corde tuo. tertiũ cupiditas, ibi. Sculptilia eorum, &c. Adhuc primo remouet amoris impedimentũ primum, secundo infert oppositũ incitamentum, ibi. Custodi ergo. Adhuc circa primum primo ostendit propositum. secundo remouet quoddam falsum, ibi. Non quia cum circa primum sciendum, quod septem gentes terram promissionis habitantes ante ingressum filiorum Israel ex Dei sententia condemnatæ erant ad mortem propter iniquitates suas, ut habetur infra 9.cap. & filij Israel illuc a domino mittebantur, ut prædictam Dei iustitiam exequerentur, & ideo si parcerent falsa pietate delusi contrahentes cum eis amicitias, Deus merito permitteret eos ab eis decipi, & a suo amore retrahi, & ad idololatriam conuerti, & hoc est quod dicitur.

1 Cum vero intro. & patet litera usque ibi. * 1 Non

MORALITER.

† 1 Cum introduxerit te dominus. In hoc capitulo septẽ gentes enumerantur, de quib. præcepit dñs filiis Israel, vt nullum fœdus cum ipsis habeant, sed totaliter destruantur, per quas moraliter intelliguntur septem vitia capitalia, quæ sunt a fidelibus totaliter destruenda, s. acedia, quę est quædam tarditas & pigritia in bonis operib. incipiendis & continuandis, & significatur p Hebrẽum qui formidans interpretatur. Acediosus.n. semp est formidans & trepidans in bonis operibus inchoandis. Prouerb.26.b. Dicit piger, leo est in uia, leæna in itineribus. Secundum

tum, quæ summa cordis & corporis contritione acquiruntur. Harum gentium regiones possidemus, cum Israelis exercitu, id est virtutib. vitia superamus. Vt in corde nostro locum fornicationis castitas obtineat, locum furoris patiētia, locum tristitię salutaris lętitia, accediæ locum incolat fortitudo, locum superbiæ humilitas, sic singulis vitijs expulsis, loco eorū regnent filii Israel, id est animę Deum videntes. Cum vero Abrahæ de futuris loqueretur deus, nō septem, sed decem gētes numerasse legitur, quorum terra semini eius promittitur, abiectis scilicet idololatrijs gentium, blasphemia Iudæorum, errore hæreticorum: quibus autē notitiam Dei & gratiam baptismi, in spiritali, Aegypto commorantur subiecti sunt. Sed qui inde egreditur & per gratiam Dei ad eremum spiritalem peruenit, ab impugnatione trium gentium liberatur, cont. septem congreditur.

a *Hethęum & Gergezęū, &c.* HIERONYMUS. Hethęum formidantem siue stupētem. Gergezęum, id est, colonum applica, vel colonum eijciens siue aduena appropinquans. Amorrhęum, amarum vel loquentem. Chananęum possidentem, vel possessionem, vel negotiatores, vel motabiles. Pherezæum sperantes siue disseminatos. Heuæum, id est lapides colligens. Iebuzæum, id est, calcatum siue præsepe eorum.

b *Septem gentes.* Abrahæ ꝓmissum est quod decem delerentur. Tunc enim decem erant, sed cum filii Israel transirent ad Iordanem, iam tres deletæ erant. Filii enim Lot deleuerunt gigantes, filii Esau Hethæos, Cappadoces verò partem Heuçorum.

c *Et robustiores.* Spiritales nequitię subtiliores sunt, & plus valent ad decipiendū, quam infirmitas hominum ad sustinendum.

d *Sitis populis pauciores.* ✱ PROCOPIUS. Non inepte ad illos qui expertes hęreditatis erant, dictum est illud, pauciores sitis cūctis populis, atq; adeo similiter hinc: pauci qui seruantur. Item hinc, contendite intrare per angustam portam.

a Hethæum, & Gergezæū, & Amorrhæum & Chananęū, & b Pherezæum, & Heuæum: & Iebusęum, septē gentes multò c maioris numeri quā tu es, & robustiores te, tradideritq. eas dominus Deus tuus tibi, ꝑcuties eas vsq. ad internecionē. † Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earū, neq. socia- [a ¶ Cogitationem tuam scilicet, vitiis non sociabis.] bis cum eis coniugia. Filiam tuā non dabis filio † eius, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuū ne sequatur me, & vt magis seruiat diis alienis. Irasceturq. furor domini & † delebit te cito. Quin potius hęc facietis eis: + [a ¶ Astutias contemnite.] Aras eorum subuertite, & cōfringite statuas, lucosq. succidite, & sculptilia cōburite, quia populus sanctus es domino deo tuo. Te elegit dominus deus tuus, vt sis ei populus peculiaris † de cunctis populis qui sunt super terrā. Non quia cū- d ctas gētes, numero vincebatis, † vobis iunctus est dominus & elegit uos, cum omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos dn̄s, & custodit † iuramentū quod iurauit patribus vestris. Exauditq. vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis de manu Pharaonis regis Aegypti, & scies [a ¶ Nullum in se sperantem decipit.] quia dominus deus tuus ipse est deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiā diligentibus se, & his qui custodiūt præcepta eius in mille generationes, & reddēs odiē- [a ¶ Omne tempus æternitati comparatum est quasi punctum.] tibus se † statim, ita vt disperdat eos, & vltrà non differat, ꝓtinus eis restituens † quod merentur. Custodi ergo ꝑcepta & † cęremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie vt facias ea. Si postquam audieris hęc iudicia, custodieris

Marginalia: † dispdet. † pro † in faciē eorum † in faciē eorum † statuta Diuisio. De nominibus Hebraicis, tomo 3. † Exo. 23. d. 28. q. 1. c. sic enim §. tu uero. 35. q. 1. c. cū igitur. † suo † Exo. 34. b. 12. a † complacuit in uobis. † testamētum.

☞ a Bene-

## NICOLAUS DE LYRA.

✱ 1 Non inibis cum eis fœdus. *vt remaneant in terra sub tributo.*

2 Nec misereberis. *dimittendo eos abire cum sola uita.*

3 Neque sociabis cum eis coniugia. *hoc est cum illis gentib. quæ erant prope terram suam, quia per talia fideles solent trahi ad idololatriam.*

4 Quin potius hęc facietis eis. *ad destruendum omnino idololatram.*

5 Aras eorum subuertite. *super quas ponebantur idola & incendebantur thura.*

6 Et confringite statuas. *id est imagines metallicas & lapides.*

7 Lucosque succidite. *qui erant circa templa idolorum ad exercendum luxuriam.*

8 Et sculptilia comburite. *id est idola lignea.*

9 Quia populus sanctus es domino. *id est separatus ab aliis, & dedicatus cultui diuino.*

10 Non quia cunctas gentes. *Hic remouet falsam opinionem eorum, qua aliqui possent credere, quod dominus elegisset illum populum, eo quod esset maior numero, quod remouet dicens.* Non quia cunctas gentes numero, &c. *sed quia dilexit vos dominus ex sola sua benignitate, & ex merito patrum, ideo subditur.*

11 Et custodiuit iuramentum. *de quo habetur Genes.22. Abraham.* Per memetipsum iuraui, dicit dominus, &c.

12 Et reddens odientibus se. *Hoc intelligitur de filijs Israel, de quibus dicitur 2. Machab. cor. 6. d.* Non enim sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, vt eas cum iudicii venerit tempus in plenitudine peccatorum puniat.

13 Custodi ergo præcepta. *Hic consequenter ponitur incitamentum diuinæ dilectionis, scilicet bonum multiplex ex hoc consequendum, præmittitur ergo monitio, cum dicitur.*

Custodi ergo præcepta. *scilicet ex dilectione, & subditur incitamentum, cum dicitur.*

✱ 1 Custodiet

## MORALITER.

✱ cundū viliū est auaritia cuius etymologia est æris auiditas. Eccl. 5. b. *Auarus non implebitur pecunia.* Et significatur per Chananæum qui interpretatur commutans & possidens, nā in cōmutationibus rerū frequenter fiunt fraus & dolus ex auaritia Auarus enim ita tenaciter possidet ea quæ habet, quod nō ꝓsunt aliis nec sibi. Hieronymus in epistola ad Paulinū de oīb. sacræ scripturæ libris: Antiquè dictum est. Auaro deest tam quod habet, quam quod non habet. Tertiū vitium est sup̄bia quæ semp̄ nititur alios sibi subiicere, & ꝑ cōsequens eos a statu suo & honore deiicere: ꝓp quod significatur ꝑ Gergezæū qui interpretatur eijciens colonū. Ps. cxviij. g. Superbi inique agebant vsquequaq; cunctos volentes suppeditare. Quartū vitium est inuidia quæ est tristitia de bonis proximi, & significatur ꝑ Amorrhæum, qui interpretatur auarus, inuidus. n. amare fert prosperitatē alterius, Eccl. 14. g. *Nequā est oculus inuidi, qa uidere non potest bonū proximi.* Quintum vitium est ira, quæ est appetitus vindictæ propter quod significatur per Heuæū, qui interpretatur colligens lapides. Iracundus. n. cum lapide vel alio lędente statim percutit proximum iniuriose, ideo dr̄ Prouerb. 18. c. *Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere.* Sextum vitium est gula, quæ significatur per Iebusçum, qui interpretatur præsepe meū. Gulosus enim semp̄ vult in præsepe ciborum super cibum & potū se effundere sicut animal brutū. Vnde de diuite epulone dicitur, Luc. 16. e. ꝙ epulabat̄ quotidie splendide. Septimū vitiū est luxuria: quæ significatur ꝑ Pheresæum, qui disseminatio interpretatur. Per luxuriā enim semen humanum indebite disseminatur. Vnde Sap. 2. b. dicitur in persona luxuriosorum. *Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.*

A Quæst. 6.

*Benedicetque fructui uentris tui.* ✻ THEODORETVS. Vide, quid huic populo tanquam puero polliceatur. Cum essent infirmi & lacte vescerentur, nec essent capaces auditores æternorum bonorum, pollicetur eis sobolis multiplicationem, terræ fertilitatem, fœcunditatem gregis & armenti, corporum denique bonam valetudinem, ac in bellis victoriam.

Ex cathena Græca.

✻ CHRYSOSTOMVS. Bñdicet fructui vẽtris, i. multiplici prole cumulabit. Cum vero hõnes Deo bñdicunt in alia significatione accipiendũ. Ea est, laudãt & extollũt, atq; illud ꝙ ex ea re boni emergit totũ reflectitur in eos, nõ ĩ Deũ: Nullius enim rei indiget, cui oẽs seruiũt. Bñdictio apud Hebreos, crementum est boni maledictio vero detrimẽtum.

b *Frumẽto tuo, atq; uindemiæ, oleo, & armentis.* ✻ PROCOPIVS. Dei em̃ legitimis filiis, sancte ac fœliciter cedẽt Christi mysteriorũ participatio, & q̃ per spiritũ sãctũ fit vnctio. Qui vtique ab ęgritudinibus animi liberi sunt ac immunes. Nec non vero aĩa Dei studiosa his fertilissima ẽ, quas tñ uirtutis operib. repelli atq. discutit.

c *Sterilis.* Quædam steriles apud Iudæos fuerũt, sed adeo paucę, vt ad cõparõnẽ fæcundarũ viderentur nullæ.

d *Plures sunt gentes.* ✠ PROCOPIVS. In Exodo cum cũfirmaret eos veritos Aegyptiorũ vires, inqt, Dñs ꝑpugnabit ꝑ vobis, vsque quiescetis. Hic vero memoriã eorum qui Dei uirtue deuicti sunt, refricat.

Allegoricæ.

e *Insuper & scrabrones, &c.* Nõ legitur alicubi in historia, quod scrabrones uel uespas in hostes eorum Deus præmiserit. Sed per animalia aculeata timoris compunctiones designat, quibus hostes territos fugabat.

D Ex cathena Græca.

✻ SEVERIANVS. Ne hostiũ multitudinẽ timerent Israelitæ, insectis agere cum illis pollicetur, & tantulo animali in fugã conuertere. Sunt etiam qui per scrabrones allegorice vltricium vires occultas intelligunt, & exitiales dæmones, quib. Deus vtitur in hostes.

ea & feceris, custodiet & dominus Deus tuus pactum tibi, & [1] misericordiam quam iurauit patribus tuis, & diliget te ac [2] multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui ter- [3] (a) ræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo & armentis, (b) gregibus ouium tuarum super terram, pro qua iurauit patribus tuis, vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes po- [4] (c) pulos. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. Auferet dominus a te omnem [5] languorem, & infirmitates Ægypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Deuorabis omnes populos, quos dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruies diis eorum, ne sint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo, plures sunt gentes istæ quàm [6] (d) ego, quomodo potero † delere eas? Noli metuere, sed recor- [7] dare quæ fecerit dominus Deus tuus Pharaoni, & cunctis [8] Ægyptiis † plagas maximas, quas uiderunt oculi tui, & signa atque portenta manumque roubstam, & brachium extentum, † vt eduxerit te dominus Deus tuus. Sic faciet cunctis [9]

a ¶ Timoris punctiones.

(e) populis quos metuis. Insuper & scrabrones mittet dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat, qui te fugerint, & latere non poterint. Non timebis eos, quia

a ¶ Omnipotens liberando suos. b ¶ In aduersarios suos iuste vindicando.

dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus & terri-

a ¶ Non alius, ipsi soli victoria ascribitur, per quem hostes superantur.

bilis: Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim at- [10] (f) que per partes. Non poteris delere eas pariter, ne forte multi- [11] plicentur contra te bestiæ terræ, Dabitque eos dominus Deus tuus in conspectu tuo, & interficiet illos donec penirus deleantur. Tradetque reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo. Nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. Sculptilia eorum igne combures. Non concupisces [12] argentum & aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex [13] eis tibi quicquam, ne † offendas, propterea quia abominatio est

¶ Imaginem vel statuam fabricatam & bene positam.

domini Dei tui: Nec inferes † quippiam ex idolo in domum

a ¶ Adorando & colendo. ¶ Alienatio.

tuam, ne fias anathema sicut & illud est. Quasi spurcitiam † detestaberis, & † velut inquinamentum, ac sordes abominationi ha- (g) bebis, quia anathema est.

Marginal notes: † expellere. B † tẽtationes. † quo eduxit. † detestando. † tu illa queas. † abominationem. † abominando.

f *Non poteris, & cæt.* Cauẽdum esse ostẽdit, ne forte expulsis peccatis a carne nostra insurgat spiritalis bestia, i. iactantia, supbia vel vana gloria, quæ difficilius extirpantur q̃ carnalia vitia. Lot. n. qui in Sodomis cõtinuit, in monte fornicatione pollut⁹ est. Expulso uitio statim virt⁹ plantetur, ne immũdus spiritus redeat, & domum vacantem inueniat. (Gen. 19. g. Matt. 12. d.)

Moraliter.

RABANVS. Quibusdam maiora bona Deus dat, nec minora, vt sẽꝑ animus eorũ habeat unde se reprehẽdat, & dum perfecti esse appetũt nec possunt, minimè se extollãt in his quæ habent, qui per se parua non habere valent. Hinc est ꝙ fortes & potẽtes aduersarios extĩxit Philistæos, & Chananæos diu reseruauit, ut eis erudiretur Israel habẽs ꝯtra quos pugnaret, ne de maioribus deuictis sese extolleret. Eadẽ ergo mens pollet ex uirtute, lassescit ex infirmitate, ut dum q̃rit quod habere nõ ualet, ꝙ habet humiliter seruet. Superna quoq; regio in ciuib. suis ex parte damna ꝑtulit. ex parte fortiterstetit, vt electi Angeli dum alios per superbiam cecidisse ꝯspicerẽt tãto robustius quãto humili⁹ starẽt. Sic in unaquaque anima agitur, ut maxima lucra conferant, aliquando minima damnant.

g *Anathema.* ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι, id est, a sursum ponẽdo, uel suspendendo, sicut donaria in templis suspendebantur, & ab eis qui dabant, alienabantur.

E F

✻ SEVE- ☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Custodiet dominus Deus tuus pactum, &c. *id est, bonum patribus promissum.*

2 Et diliget te. *dando tibi gratiam suam.*

3 Ac multiplicabit. *in prole & in bonis temporalibus & exemplificat in litera de multis bonis; & patet.*

4 Benedictus. &c. *quantum ad famæ claritatem.*

5 Auferet, &c. *quia non solum multiplicabit te in bonis, sed etiam pręseruabit te malis.*

6 Si dixeris: *Hic remouetur impedimentum secundum, quod est pusillanimitas, quod posset contingere, si filij Israel considerantes prædictarum gentium multitudnem, & fortitudinem, non essent ausi bellare contra eas. & sic facerent cum eis pacem & contraherent amicitias, ex quibus ab amore Dei retraherentur, & ad idolatriam conuerterentur. hoc remouet dicens.*

7 Noli me. *s. eorum multitudinem & fortitudinem, cuius causa subditur.*

8 Sed recor. &c. *cuius exercitũ magnũ & fortẽ una flatu submersit.*

9 Sic faciet, &c. *& ideo non habes causam metuendi.*

10 Paulatim, &c. *non quia Deus non possit eas delere simul, sed propter aliud quod sequitur.*

11 Ne forte multi, &c. *quia filij Israel non erant adhuc in tanto numero, qnod possent terram sufficenter colere.*

12 Sculptilia eorum. *Hic remouetur tertium impedimentum proueniens ex cupiditate, uidelic et si de idolis confractis acciperent aurum & argentum & in vsus suos conuerterent, & sic Deum offenderent, & ideo probibet hoc dicens.*

13 Non concupisces argentum, &c. *& patet litera.*

✻ CAP.

CAP. VIII.

A a ET recordaberis cuncti ✱ PROCOPIVS. Si eius recordatus fueris, in tentationib. reliquis non facile collaberis. Etenim Dauid cum solidus in Deo esset, inqt proba me Domine, & cor meum explora. Item probasti nos & tētasti nos, quemadmodū tētatur argētum. Ad Dauidē itē inquit Deus: An putas me alia rōne tecū egisse, quam vt appareres iustus.

b *Quadraginta annis*. Ideo.n. per xl. annos permisit eos affligi, vt cognosceret quātæ fragilitatis essent.

c *Vt affligeret*. AVGVSTINVS. Hic apertius dictū est, quod alibi genere locutionis obscurū est. Hoc est, tentat vos dominus Deus vester, vt sciat si diligitis eum, id est sciri faciat ꝙ modo aperte dictū est *ut tentaret te, & nota fierent quæ in tuo animo uersabantur, &c.* Non.n. ait vt cognosceret. Quod si dixisset, intelligendum erat, cognita faceret.

d *Manna*. Carnem Christi, qua refecti ad verā ꝓmissionis terrā veniamus Quadraginta annis manna comedimus, id est toto tempore nostro, ꝙ quatuor vicissitudinib. voluitur, dominici corporis sacramento pascimur.

e *Non in solo pane uiuat homo sed in omni, &c.* Spiritalis cib. commendatur, unde animę in ęternum victuræ satiantur. Manna de cælo datum carnem Christi significat. qui ait: *Ego sum panis uitæ, hic est panis qui de cælo descendit.* quia verbum caro factū est, & habitauit in nobis. *Qui manducat hanc carnem, habet uitam ęternam.*

*Non in solo pane, &c.* Significat geminā naturę nostrę substantiam. Homo.n. ex anima & corpore constat, quod ex terra est, terreno alitur cibo, anima vero viuit de verbo Dei, spiritū vero hominis viuificat spiritus Dei, tū homo est in corpore ecclesiæ, id est Christi, & in fide filii Dei. Ideo addit, *uestimentum eius uetustate non deficere*, quia noui hominis conuersatio in nouitate, vitę debet ꝑmanere, cuius pes nō est subtritus, q̄a gressus operū eius seruat illęs. *Quia nouit dominus uiam iustorum, & iter impiorū peribit.*

f *Vestimentum tuum.* ✱ THEODORET. Post tentationem cōsolatio, post correptionem suauis recreatio, in proficiscēdo, fames & delitiæ, labor & corporis prospera valetudo, necessariorum inopia & incorruptarum vestiū & calceamentorum copia sufficiens.

✱ PROCOPIVS. *uestimentum, &c.* Prioribus hoc statim subiungit ne caulam seu testimonium hinc haberent quib. in securitate degere est animus. Quo sane seruator in Euangeliis, cum viris superstitiose etiam legem amplectentibus agens, vsus est. *Si enim Mosi credidissetis, inquit, utique & mihi credidissetis.* Vnde rebus omnib. manifestis, eos, volatilia cæli, liliaque agri proponēdo a solicitudine conuertit. Non eguerunt veteres calceamentis, eo quod pedes eorum, nulla itineris aspe ritate attererentur. Quin ēt habuerunt vestimenta nō attrita, item manna, aquam deniq; largam ex pètra, abunde uniuersa ad uitam.

g *In terram bonam, &c.* ✱ PROCOPIVS. Non enim Aegyptus, si ei conferatur, tanta est. Item rursus distinguimus, inquit aquam cælitus ac ex fontibus habere, illa enim præter ascititiam, nullam habet. Deinde cum in camporū mētionē incidisset, atque hoc commune cum Aegypto habet, de montib.

Marginalia: Quæst. 13. — Mat. 4. a. Leui. 4. a. — Deut. 13. a. — Io. 6. d. — Ps. 1. d. — Quæst. 6.

CAP. VIII.

1 OMNE mandatum quod ego præcipio tibi hodie, caue diligenter vt facias, vt possitis viuere & multiplicemini, ingressique possideatis terrā pro qua iurauit dn̄s patribus vestris. 2 Et recordaberis cūcti itineris per quod adduxit te dn̄s Deus tuus ✱ quadraginta annis per desertum, 3 vt affligeret te atque tenta- 4 ret, & nota fierent quæ in tuo animo versabantur vtrum custodires mandata illius, an non. 5 Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu & patres tui, 6 vt ostenderet tibi quod † non in solo Pane viuat homo, 7 sed in omni verbo quod egreditur ex ore Dei. 8 Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, 9 & pes tuus non est subtritus. En quadragesimus annus est, vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit homo filium suum, sic dominus Deus tuus erudiuit te, vt custodias mandata domini Dei tui, & ambulles in viis eius, & timeas eū. 10 † Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonā, 11 terram riuorum aquarumq; &

a ¶ Tibi vel aliis: Deo enim aperta sunt omnia. a ¶ Verbum caro factum est, &c. b ¶ Conuersatio. ¶ Habitus virtutum quem non vult vetustate Deus deficere. a ¶ Gressus bonorum operum vel fidei. ¶ Quod iustum est.

NICOLAVS DE LYRA.
CAP. VIII.

Diuisio. 1 Omne mandatum. *Hic ponuntur incitamenta ad Dei dilectionem sumpta in respectu ad Deum, & primo ex consideratione sua munificentiæ. Secundo ex consideratione suę misericordiæ. 9. c. Prima in duas, quia primo ponuntur incitamenta ex Dei munificentia in beneficiis preteritis. Secundo in futuris, ibi. Dominus Deus tuus introducet te Circa primum dicitur* Omne man. &c. facias. *& hoc ex Dei dilectione, cuius incitamenti subditur causa, cum dicitur.*

2 Et recordaberis cuncti. *ab egressu de Aegypto vsq; ad diē hanc.*

3 Vt affligeret te. *non ex defectu dilectionis, sed ad bonū tuum. sicut pater aliquando ex dilectione permittit affligi filium. ideo subditur.*

4 Atque tentaret. *vt patientia tua aliis esset nota ad eorum, exēplū & tibi ad meritum. Et loquitur hic scriptura quantum ad bonos illius populi, quia secundum regulam Isidor. ad intelligendum sacrā scripturā sacra scriptura frequenter attribuit toti populo, quod tamen ei conuenit ratione vnius partis.*

5 Afflixit te penuria. *id est defectu cibi & potus, vt habetur in Exodo, & libro Numeri in plurib. locis. Hoc tamen cessit ad bonū eorū, quia ex hoc dulcior & acceptior fuit abundantia potus & cibi a Deo dati. ideo subditur.*

6 Nō in solo pane viuat homo. *id est cibo hominis labore parato.*

7 Sed in omni verbo quod egreditur, &c. *id est ex manna, quæ ad præceptum domini descendebat In Hebræo.n. non habetur verbo, tamen secundum translationem nostram, vbi habetur manna. potest dici verbum inquantum ex mandato domini descendebat, sicut, & uerbum aliquando accipitur pro re que uerbo dicitur, sicut habetur. 2. Reg. 1. a. Quod est verbum quod factum est. i. res gesta vel facta.*

8 Vestimentum, &c. *Dicit autem hic Ra. Salo. quod vestimenta puerorum crescebant cum eis secundum augmentum suæ quantitatis.*

9 Et pes tuus non est subtrius. *Hoc nō potest intelligi generaliter, sed tantum de bonis, prout dictum fuit. Nu. 11. in principio, super illud.* Dolentium pro labor. *quia si ex itinere fuit dolor in corporibus, hoc maxime fuit in pedibus, & ibi requiratur expositio huius passus.*

10 Dominus enim Deus tuus. *Hic ponitur incitamentum ex Dei beneficiis futuris, & primo facit propositum. secundo infert corollarium ibi.* Obserua & caue. *Circa primum dicitur sic,* dominus enim. *Hoc dicitur vt scirent, quod terram illam non obtinerent virtute propria, sed diuina.* Diuisio.

11 Terram riuorum aqua. *dicuntur autem fontes aquæ existentes origine riui fluentes ab origine, Stagna, lacus, & paludes retinent sibi nomen commune, s. aquarum.*

✱ 1 In cuius

MORALITER.

Allegorice. † 1 *Omne mandatum quod ego præcipio, &c.* Sequitur infra.

† *Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam &c.*

Militans ecclesia. Secūdum sensum allegoricum per terram istā significat militans ecclesia, quæ bene dicitur terra riuorum, aquarū, & fontiū. Per fontes intelligunt doctores in scholis. Per riuos scholares audientes ab ipsis: Per aquas vero prædicantes populis. Prouer. 5. cap. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.

montib. addidit. Porro postquam de vulgarib. puta de tritico & hordeo dixisset, statim de peculiarib. eius terræ frugib. infert. Quinetiam olei & vitium inops Aegyptus est. Horum loco regnū cęlorū, terramq; mansuetorū Christus nobis tribuit, cuius torrens ipse quoq; Christus est. Torrēte.n. delitiarum tuarum potabis eos. Qui etiam vitæ fontem esse se ait. Cęterum aquæ per explicatos hominum submissorum, fertiliumque cāpos erumpunt, necnon per montes sublimitate cœlestis speculationis sublatos. Illic est frumentū quod cor hominis confirmat. Item hordeum quod inferioris sortis homines, necnon mulos nutrit. Illud enim quinquemillia in euangelio, hoc vero septem millia exatiauit. Illic vera vitis est, de qua Saluator: *Ego vitis sum vos palmites*. Illic est oleum sanctorum impinguans capita. Ita quoque fluenta, sunt, dulcedinem intra se ferentia politiæque acerbitatem forinsecus circumlabentia. Illic ficus quæ magna vbertate spiritus suauitatem gignit, non ea quidem quæ propter sterilitatem, ac foliorum inanem ornatū exaruit. Illic mel est. Illic lapides ferrei, sancti super terra volutati, & ad tētationes infracti. Itē alibi. In terram sanctam lapis non importatur, lapides.n. eius ferrei sunt. Illic metalla ęris ex quo armaturam spiritualem, vires inimicas certaturi instruxerunt. Horum vero omniū caput seu summa proprie est, vt Deum laudent atq; celebrent.

Comparatio fertilitatis terræ sanctę & ecclesiæ. Ps. 35. Io. 15. †ubi aquā

a *Iudicia*. quæ per Moysen post legem datam diuersis temporibus populo præcepta sunt, quę in Exodo iustificationes appellantur.

b *Et ceremonias*, Circūcisionem, ritus sacrificiorum. Vnde Ambrosius super epistolam ad Romanos. Triplex (inquit) lex est prima pars de sacramento diuinitatis. Secunda congruit legi naturali. quæ peccatū interdicit. Tertia festorum legis, id est sabbatha, neomenię, & circuncisio.

c *Ac dipsas*. Genus aspidis quæ Latine dicitur situla, quemcunque momorderit, siti perit. Adeo patua, vt cum calcatur, non videatur. Cuius venenum ante extinguit, quam sentiatur, nec tristitiam sentit moriturus.

Dipsas.

¶ Mediocribus. a ¶ Id est doctoribus. b ¶ Ad mentes auditorum fluunt. c ¶ In ecclesia doctrinæ flumina.

fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluiorum 1

a ¶ Euangelicæ doctrinæ. b ¶ Legalis quæ duro tegmine literæ inuoluta. c ¶ Feruentis doctrinæ quæ lætificat cor hominis. d ¶ Dulcedo sapientiæ.

abyssi: terram frumenti hordei ac vinearum, in qua ficus & 2

a ¶ Congeries virtutum. b ¶ Opera misericordiæ. c ¶ Misericordiæ. d ¶ Dulcifluę charitatis.

mala granata & olíueta nascūtur, terram olei ac mellis, vbi † † †

¶ Qui de cœlo descendit Io. 6. d.

absq; vlla penuria commedes panem tuum, & rerū omniū †

a ¶ Doctrina firma vel sancti inuincibiles. b ¶ Sanctis eminentibus.

abundantia perfrueris: Cuius lapides ferrū sunt, & de mon- †

a ¶ Sonoritas prædicationis.

tib. eius æris metalla fodiuntur, vt cum comederis & satia- 3

¶ Gratias agendo. ¶ A quo omnia. ¶ Ecclesia.

tus fueris, benedicas domino Deo tuo pro terra optima, qui 4

dedit tibi. Obserua & caue nequando obliuiscaris domini 5

a ¶ Moralia: decem mandata legis scripta in tabulis. b ¶ Discretio boni & mali.

a Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & ceremo- 6

a ¶ Circuncisionem.

b nias quas ego præcipio tibi hodie, ne postquā comederis & satiatus fueris, domos pulchras ędificaueris & habitaueris in eis, habuerisq. armēta boum, & ouiū greges, argēti, & auri, cunctarumq; rerū copiā, eleuetur cor tuū, & non reminiscaris domini tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis, & ductor tuus fuit in solitudine magna atq. terribili, †

c in qua erat serpens flatu adurēs, & scorpio ac dipsas, & nullæ †

a ¶ Doctrinæ scilicet b ¶ Petra autem erat Christus. 1. Corint. 9. b.

omnino aquę, q eduxit † riuos de petra durissima, & cibauit 7

¶ Corpore Christi: ¶ veteris legis.

te māna ī solitudine qđ nescierūt patres tui. Et postq̃ afflixit †

Mystice.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 In cuius campis & montibus erumpunt, &c. *Hoc dicitur, ad ostendendum quod illa terra erat humida & pascualis pro animalib. nutriendis.*

2 Terram frumenti. *ad ostendendum fertilitatem terræ pro sustentandis hominib.*

3 Cuius lapides ferrum sunt. *quia minera ferri est in terra lapidosa, vt communiter.*

4 Et de montib. eius æris metalla, &c. *Id est mineræ vnde fiunt metalla. Ista autem dicuntur ad ostendendum bonitatē illius terræ, quantum ad metalla, de quibus fiunt vasa varia & instrumenta in vsus vitę humanæ necessaria.*

5 Benedicas domino Deo tuo. *id est ista dicta sunt, vt diligas dominum Deum tuum corde, & benedicas ore pro suis beneficijs tibi collatis.*

6 Obserua & caue nequādo obliuiscaris domini Dei tui. *Hic infert corollarium. Frequenter enim cōtingit. quod ex diuinis beneficijs, quæ debent esse materia diligendi Deum & obediendi sibi, homines insolescunt. & mandata dei contemnunt, ideo ad hoc excludendum dicit.* Obserua & caue, ne quando obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius, &c. *& patet litera ex prædictis vsque ibi:*

7 In qua erat serpens flatu adurens, & scorpio, ac dipsas. *a quorum læsione te defendit. Et accipitur hic singulare pro plurali. Serpens, id est serpentes, & sic de alijs sicut Exo. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est multitudo muscarum. Sciendum etiam quod secundum quod dicit gl. Dipsas est genus minimum serpentis, ita quod vix percipitur, & quemcunque momorderit, siti perit. Cætera patent ex dictis.*

✻ CAP.

### MORALITER.

✻ 1 *In cuius campis & montibus, &c.* Per quod designatur sacramentū baptismi quod datur a sacerdotibus, qui dicuntur mōtes propter altitudinem status super populū, datur etiam in necessitate a simplicibus laicis, qui camporum planicie designantur, & sic fluuius baptismalis erūpit de mōtib. & cāpis.

2 *Terrā frumenti hordei ac vinearum.* Dicitur autē ecclesia terra frumenti ratione corporis Christi, q in ea consecratur in pane frumenti, propter qđ Christus grano frumenti se comparat dicens Io. 12. d. *Nisi granum frumenti cadens in terram, & c.* Dicitur etiam terra vinearum ratione sanguinis Christi, qui in ea conficitur in vino vitis. Dicitur autē hordei terra propter sacramentum pœnitentiæ, quæ exigit austeritatem vitæ.

† *In qua ficus.* id est dulcedo mansuetudinis, quæ debet esse in fidelibus & maximè in prælatis ecclesiæ.

† *Et mala granata.* vbi grana interius connectūtur, & per hoc connexio fidelium in charitate significatur.

† *Et oliueta.* id est pietatis opera.

† *Terram olei*, i. exultationis internæ Ps. 44. b. *Propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lætitiæ.*

† *Ac mellis.* degustationis diuinæ bonitatis, Ps. 33. b. *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.*

3 *Cuius lapides ferrum*, per quos significantur simplices Christiani, qui dicuntur ferrum propter firmitate fidei, q̄ frequenter magis viget in eis, quam in hominib. literatis.

4 *Et de.* Per montes intelliguntur prælati & doctores. per metalla vero quæ sunt sonorosa, intelliguntur sonus prædicationis, & sonus diuinæ laudis, qui educuntur de prælatis & eorū ministris, & de doctorib. & eorum discipulis.

† *Ductor tuus fuit in solitudine.* s. dominus. Per solitudinē intelligitur religionis status. de quo dicitur Ps. 54. b. *Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine.* Ad hanc solitudinē adducit dominus sua sancta inspiratione.

7 *In qua erat serpens flatu adurens.* id est, diabolus cuius anhelitus prunas ardere facit, vt dicitur Io. 49. b. Diabolus.n. fortius tentat religiosos communiter quam seculares. Vnde dicit Leo papa de diabolo. Illos pulsare negligit, quos quasi subiectos tenet.

† *Et scorpio.* qui vultu blanditur, & cauda pungit, propter q tentationem significat, qua sub specie boni ad malum inducit, & hoc modo tētādi diabolus frequēter religiosos seducit.

Nota de scorpionibus.

† *Et dipsas.* quæ illum quē percutit, siti mori facit, ideo significat tentationem de vitio proprietatis, qua religiosus percussus moritur siti cupiditatis.

MORA-

Mysticè. Varii serpentes hæreses sunt inter se quidē diuersæ, sed omnes mortiferæ.

* PROCOPIVS. Quemadmodum ipsi experti sunt, postquā permeassent mare rubrum, in quo Apostolus eos baptizatos esse in Mosen, ait. Peragrarunt desertū horrificum, vbi serpens ardens & scorpius, qui figuram serpentis spiritualis gerit, quem etiam conculcandum nobis dominus exhibuit. Ita quoque post baptisma verum, per tentationes deducuntur in desertum fideles vt a diabolo tententur: quorum figuram Christus sustinet, cum quo ad tentatorem dicunt: *Non in solo pane victitabit homo.*

ac probauit te ad extremum † misertus est tui, ne diceres in corde tuo: Fortitudo mea & robur manus meæ hęc mihi omnia præstiterunt: sed recorderis domini Dei tui, quod ipse tibi vires præbuerit, vt impleret pactum suum super quo iurauit patrib. tuis, sicut pręsens indicat dies. Sin aūt oblitus domini Dei tui, secutus fueris Deos alienos, colueris; illos & adoraueris, ecce nunc † prædico tibi, q̄ omnino dispereas, sicut gentes quas deleuit dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci domini Dei vestri.

(Glosses: *Cui attribuenda omnia.* — *Promissionem.* — *Firmiter promittendo.* — † benefecit tibi. — † fructificor vobis.)

CAP. IX.

Quæst. 7. a FIlios Enacim. * THEODORET. E gigantibus erant oriundi, sicut narrat historia, hoc enim dicit, populum numerosum proceræ magnitudinis, filios Enac quos tu vidisti & audisti. Quis resistet in faciem filiorū Enac. Adiecit autem, quos tu vidisti, vt illis in memoriam reduceret exploratores illius terræ, qui dicebant, Nempe eramus in conspectu illorum tāquam locustę. Hoc modo superbiam de sua fortitudine reprimens, admonet eos ne de dotibus animi glorientur. *Ne dixeris, propter iustitias meas, &c.* Ista porro dixit, duo moliens apud se, tum vt modestè se gererent, tum vt auxilio Dei omnia tribuerent.

Quæst. 14. b *Neq; enim, &c.* AVGVSTI. Isti sunt qui non meruerunt perire in deserto, quia nescierunt dexteram aut sinistram. Iam verò dura ceruice dicūtur. Illud ergo in sacramento dictum est, non istorum merita commendata, ne quis enim existimet subitò vituperabiles factos, qui merito fuissent ante laudati, paulò post eis dicitur, Memento & ne ob. &cæt. Si autem quidam tales erant, quidam vero fideles & boni, etiam sic non datur illis terra promissionis, qui nesciunt dexteram aut sinistram, vt hoc sic intelligamus, quasi non ostenderint dominum. Nam & patres eorum qui mortui sunt, nec in terram promissionis intrauerunt, tales fuisse inueniuntur, ut in eis essent aliqui boni. Vnde Apostolus quosdā eorum, non omnes dicit offendisse, & peccata eorum commemorat. Similes enim parentibus suis, quod adiunctum est, ostendit, & in Horeb exacerbastis dn̄m, vbi illi exacerbauerūt dominū, q̄ merito suo in terrā promissionis introducti nō sunt. (Rom. 1. d.)

(Glosses: † deuorās atque. — † expellas & perdas eos. — † expulerit Deus istas. — † rectitudine.)

CAP. IX.

1 AVDI Israel: Tu trāsgredieris hodie Iordanē, vt possideas nationes maximas et fortiores te ciuitates ingentes & ad cęlū vsq; muratas, populū magnū atq. sublimem, filios Enacim quos ipse vidisti, et audisti, quib. nullus pōt ex aduerso resistere. Sciesergo hodie, q̄ dn̄s Deus tuus ipse transibit ante te ignis deuorans, atq. consumens, qui cōterat eos, & deleat atq. † disperdat ante faciē tuam velociter, sicut locutus est tibi. 2 Ne dicas in corde tuo, cū deleuerit eos dn̄s Deus tuus in conspectu tuo: propter iustitiā meam introduxit me Deus vt terrā hanc possiderē: cum propter impietates suas † istæ deletæ sint nationes. Neque. n. propter iustitias tuas & † æquitatem cordis tui ingredieris, vt possideas terras earū: 3 sed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt, & vt compleret verbum suum dn̄s, quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, & Iacob. Scito igitur, q̄ non propter iustitias tuas dominus Deus tuus dederit tibi terrā hāc optimā in possessionē, cum durissimæ 4 ceruicis sis populus. 5 Memēto & ne obliuiscaris qūo ad iracūdiā prouocaueris dn̄m Deū tuum in solitudine, & ex eo die quo egressus es de Ægypto vsq; ad istū semp aduersum

✠ PRO-

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. IX.

1 AVdi Israel. *Hic consequenter ponuntur incitamenta diuinæ dilectionis ex consideratione diuinæ misericordiæ portantis patienter eorū peccata ac etiam remittentis, & primò describitur trangressionis actus. secūdo reconciliationis fędus c. x. Adhuc primū excluditur eorum iustitia. secundò cōcluditur eorum culpa, ibi:* Memento. *circa primū prædicit eis Moyses, quod in terra eis promissa, habituri erant virtute diuina victorias multas & magnas. Et quia ipsi vel aliquis eorum possent credere quod hoc faceret eis propter eorum merita, ideo hoc excludit cum subditur.*

2 Ne di. &cæt. *& patet litera, & subditur causa vera dictarum victoriarum, quæ est duplex. Vna propter iniquitates gentium in terra promissionis habitantium pp quos mortē meruerant, q̄ notatur cū dicitur.*

3 Sed quia illæ, &c. *Secūda, ut impleretur iuramentum domini factum ad Abraham, Gene. 22. c.* Per memetipsum iuraui dicit dominus, &c. *Sequitur.* Possidebit semen, &c. *Cætera patent.*

4 Memento. *Hic consequenter describitur eorum multiplex culpa, & primò ante recessum eorum de monte Sinai. secundò post recessum, ibi.* Incendio quoque. *Circa primum præmittitur trangressio populi. secundo subditur oratio Moysi, ibi.* Et procidi ante dominum. *Circa primum dicitur, Memento & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris dominum Deum tuum in solitudine, id est post transitum maris rubri, murmurando propter defectum aquæ & cibi, vt habetur Exo. 15, & 16. & 17.*

5 Et ex &cæt. *quia cum adhuc essent in Aegypto super mare rubrum uidentes Aegyptios super se uenientes, insultantes domino & Moysi dixerunt;* Forsitan non erant sepul. &c. *vt habetur Exodi 14.*

*MORALITER.*

* † *Dominus Deus, &c.* per hoc docemur, q̄ nullum bonum actū debemus nobis attribuere, sed totū uirtuti diuinæ. Videmus enim in instrumentis alicuius artis q̄licet sint optime constituta in esse sibi competenti, tn̄ nihil agere possunt sine motu artificis, ut securis quātumcunq; acuta scindere nō potest, nisi moueatur manu carpentatoris. Res aūt naturales cōparātur ad Deū, sicut ad artificem. Sap. 7. c. *Omnium est enim artifex omnem habens virtutem.* Et ideo res constitutæ in esse naturali operari non possunt sine Dei motione gn̄ali, quia causa prima plus influit in causatum quam secunda, prima propositione de causis. Eodem modo in actum meritorium nullus potest exire sine speciali Dei motione.

4 *Memento, &c.* licet enim bonorū actuū nostrorū debeamus reminisci Deo gratias agēdo, q principalis est auctor eorū, vt dictū est, tamen peccatorum nostrorū frequentius debemus memorari, dolendo de ipsis & veniā postulando, q̄a peccatū totum est a nobis inquantum peccatum. Deus enim non est causa peccati, secundum quod ipse dicit Osee 14. c. *Perditio tua Israel: ex me tantummodo auxilium tuum.*

* Dimitte

☞ ✻ PROCOPIVS. A Gloriationem horũ amolitur, ac ostendit id quod Abrahamo antè prędixerat. Completa enim deinceps fuerũt peccata Amorrhęorum. Quod vero propter iustitiam suã hęc illis non euenerunt, omnium peccatorum quæ statim ab egressu ex Aegypto commiserunt, commonefacit non quidem iuxta seriem, sed in summa quasi.

Quęst. 15. B a Dixitq; &cæt. AVGVSTINVS. In Exod. legitur quòd tabulas Moysi dominus dederit. Moyses verò ea dictante scripserit, cũ dominus facultatem scribendi dederit. Notandum est quod tabulę quas dominus dedit, in quib. homo non laborauit, confractæ sũt, illæ verò quæ humano labore compositæ sunt, integræ permanserunt. Allegor. Quia lex, quam dominus Iudæis dedit, illis nolentibus operari non permãsit. Euangeliũ verò quod gentibus datum est, ipsis operantibus & spiritaliter exercentib. durat in seculũ. ☞ CAP.

†corrupit. seipsum.

†pręcepi. C

dominũ † contendisti. Nã 1 & in Horeb prouocasti eũ, & iratus delere te voluit, quando ascendi in montẽ, vt acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiscũ Deus: & perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam nõ bibẽs. Deditque mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba quę vobis locutus est in monte de medio ignis, quãdo concio populi congregata est. Cumq; transissent quadraginta dies & totidẽ noctes, dedit mihi domin⁹ duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitque mihi: Surge & descẽde hinc

a Quasi non meus quem offendit.

citò, quia † populus tuus quem eduxisti de Ægypto,

a Quasi leues. b Christum qui est via veritas & vita. Io. 14. a.

deseruerunt velociter viam

a Ideo inexcusabiles.

quã † demonstrasti eis, feceruntq; sibi conflatile. Rursumque ait dominus ad me: Cerno quod po-

a Indomitæ superbiæ. b Quem precibus remoraris.

pulus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, vt conteram eum, & deleam nomen eius de sub cæ- †

a Intellectum legis. b Populum Gentilem ad fidem conuersum.

lo, & constituam te super gentem, quæ hac maior & fortior sit. Cumque de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis vtra-

a Quia præcepta opere sunt tenenda.

que tenerem manu, vidissemq; vos peccasse do

a Vitulum fecerunt, quia Aegyptios boues colere viderunt.

mino Deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam eius quam

Per me.

vobis ostenderat, proieci tabulas de manibus 2 meis, confregique eas in conspectu vestro. Et procedi ante dominum, sicut prius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra dominum, & eum ad iracundiam prouocastis. E Timui enim indignationem & iram illius, qua aduersum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudiuit me dominus etiam hac vice. Aduersum Aaron quoque vehementer iratus voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. 3 Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vitulum arripiens igne combussi, & in frusta comminuens, omninoque in puluerem redigens proieci in torrentem, qui de 4 monte descendit. In incendio quoque & in 5 tentatione & in sepulchris concupiscentię prouocastis dominum, & quando misit vos de Cadesbarne, dicens: Ascendite & possidete terram quam dedi vobis. Et contempsistis imperium domini Dei vestri, & non credidistis ei, F neque vocem eius audire voluistis, sed semper fuistis rebelles a die qua nosse vos cœpi. 6 Et iacui coram domino quadraginta die-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Nã & in Horeb prouocasti eũ. *fabricãdo vitulũ aureũ & adorando eum, dũ Moyses moram contraheret in monte cũ domino, vt acciperet ab eo legem & tabulas, vt habetur Exod. 32. vbi exposita est ista historia, quæ hic repetitur.* 2 Et procidi. *Hic consequenter describitur oratio Mosis pro remissione peccati prædicti, & hoc est quod dicitur:* Et procidi ante domi. *quia sicut ante quadraginta diebus ieiunauerat in monte ad accipiendum tabulas, ita secundo ieiunauit alijs quadraginta diebus & noctibus ad impetrandum populo remissionem & etiam ipsi Aarõ qui timore populi vitulum fecerat, ut habetur Exo. 33.* 3 Peccatum autem vestrum quod fece. *id est vitulum. licet enim esset res inanimata in qua non potest esse peccatũ, vocatur tamen peccatum populi, eò quod populus peccauerat ipsum faciendo & colendo.* Diuisio. 4 In incendio quoque. *Hic consequenter recolitur culpa populi post recessum de monte Sinai, & primo ponitur culpa populi, secundò oratio Moysi, ibi:* Et iacui coram domino. *Primũ autẽ habetur Numeri 11. vbi dicitur, quod propter murmurationem populi ex labore itineris accensus est ignis ex imperio domini, & deuorauit magnã partem populi, & hoc est quod dicitur:* In incendio quoque. *Itẽ peccauit populus ad aquas contradictionis, prout habetur Nu. 20. b. & hoc tãgitur cùm dicitur:* Et in tentatione. *Et iterũ quando inordinatè desiderauit esum carnium. propter quod multi sunt ibi mortui & sepulti, vt habetur Nume. 11. & hoc est quod dicitur:* 5 Et in sepulchris cõcupiscentię prouocasti dominũ. *propter hoc enim vocatus est locus ille sepulchrum concupiscentiæ, quia ibi sepultus est populus qui desiderauit carnes. Quarto peccauit populus, quãdo territus verbis exploratorum tanquam rebelles domino noluerũt reuerti in Aegyptũ, ut habetur Nu. 13. & hoc est quod dicitur.* Quando misit vos de, &c. *& sequitur:* 6 Et iacui coram domino quadraginta diebus ac noctibus, *Hic describitur oratio Moysi, & secundũ quod dicunt Hebræi, ista est tertia quadraginta quã fecit Moyses in monte. Prima fuit quando ascendit in mõtem, vt acciperet primas tabulas, prout habetur Exo. 24. Secunda quando post fabricationem vituli ascendit ad dominum ad impetrandum remissionem illius peccati, ut habetur Exod. 32.* Ascendã ad dominũ si quo modo quiuero eũ depcari ꝓ scelere vestro. *Tertia fuit quando dominus placatus orationib. Moysi dixit ei:* Pręcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, *quib. precisis ascendit in montem, vt lex in illis tabulis scriberetur, ut habetur Exod. 34. & ibi stetit. xl. diebus & xl. noctib. sicut fecerat pro primis tabulis. unde, & c. se. ubi dicitur.* Ego autem steti in monte sicut prius xl. diebus, &c. *In Hebræo habetur* Ego autem steti in monte sicut diebus prioribus xl. diebus, &c. *quod exponit Rab. Sa. dicens, Sicut prima quadragena fuit Moysi consolabilis, quia fuit ante offensam domini, ita & tertia, quia fuit post remissionem peccati. secunda autẽ quæ fuit intermedia, fuit tristabilis, quia orabat pro remissione peccati, nec erat certus de obtentu usq; ad ultimum diẽ illius quadragenæ, qua dñs dixit ei:* Indulsi peccatum ꝓ quo orasti. *Et in signũ huius pcepti secũdas tabulas excidit, ut lex repararetur. Expositores autẽ nostri cõmuniter tenẽt, quod Moyses fecit in mõte tm̃ duas quadragenas, qa (vt dicunt) nõ plures ponuntur in Exodo. ubi plenius hæc historia describitur. Itẽ quia a primo ascẽsu Moysi ad accipiendum tabulas a quo incipit prima quadragena usq; ad diẽ expiationis in quo descendit Moyses apportans secundas tabulas, ut supponunt oẽs doctores catholici & Hebræi (propter quod illa die fit festũ expiationis ex placatione domini) non possunt inueniri tres quadragenæ dierũ, ut dicunt, sed ista non infringunt dictũ Hebræorum. Primum. n. nõ ualet, quia qñ historię scripturę sacræ in plurib. locis eiusdem scripturæ narrantur, frequenter cõtingit, ut qđ omittitur in uno loco suppleatur in alio, ut patet in omnibus libris historiarum* ✻ *sacræ*

Tres quadragenæ Moysi.

MORALITER.

✻ † *Dimitte me ut cõ. eum.* Ex hoc verbo qđ dicit dominus Moysi de populo peccatori, patet quod boni prælati suis meritis & orationibus retinent a peccante populo vindictam Dei, & quia pauci sunt tales prelati, ideo dicitur Esa. 64. c. Non est qui *inuocet nomen tuum, qui consurgat & timeat te.* Cætera sunt moralia vel replicationes quorundam factorum, quorum sensus mysticus suprà positus est.

✻ MO-

A bus ac noctibus, quibus eum suppliciter de- 1 precabar, ne deleret vos, vt fuerat comminatus, & orans dixi: Domine Deus, ne disperdas 2 populum tuum, & hereditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti, Recordare seruorum tuorũ Abraham, Isaac, & Iacob. Ne aspicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatum, ne forte dicant habitatores terrę, de qua eduxisti nos, non poterat dominus introducere eos in terram quam pollicitus est eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in solitudine, qui sunt populus tuus, & hereditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, & in brachio * extento. D

*tuo.

## NICOLAVS DE LYRA.

*✻ sacræ scripturæ, maxime in libro Regum, & Paral. in veteri testamento, & in euangelijs, in nouo. Et eodem modo potest dici in proposito. quod tertia quadragena quæ in* Exo. *omittitur, hic suppletur.* Similiter *secundum non valet, quia assumit falsum. Ad cuius intellectum considerandum, quod filij Israel exerunt de Aegypto 15. die mensis primi: vt habetur* Exo. 12. *Festum autem expiationis celebratur* 10. *die septimi mẽsis.* Leuiti. 23. *& sic a prima die primi mensis, in quo exierunt filij Israel de Aegypto, vsque ad diem expiationis fluxerunt sex menses integri, & decem dies, qui simul iuncti faciunt dies clxxxvij. quia Iudæi faciunt menses per lunationes, & ideo duo menses contigui faciunt lix. dies, & sic de alijs combinando, si igitur a clxxxvij. diebus prædictis subtrahantur xiij. dies primi mẽsis ante egressum filiorem Israel, remanent clxxiij. dies ab exitu filiorum Israel de Aegypto usque ad diem expiationis. Omnes autem doctores tam catholici quam Hebraici dicunt, quod lex fuit data quinquagesima die ab exitu de Aegypto, & potest hoc haberi* Exo. 19. c. *Si igitur cum prædictis quinquaginta diebus addãtur tres quadragenæ dierum, non habentur nisi centum lxx. dies. Ex quo patet, ꝙ a primo ascensu Moysi, qui fuit immediate post dationem legis prædictæ, usque ad expiationis diem fluxerunt tres quadragenę, & plus, & ideo prædicta non impediunt dictum* Hebræorum. Andreas *etiam super Leui. 23. dicit, quod Moyses ieiunauit in monte Sinai tribus quadragenis. Qui autem uult tenere oppositum, potest dicere quod cum hic dicitur* Et iacui coram domino 49. dieb. &c. *refertur ad illud quod prędictum est.* Et procidi *ante dominum sicut prius quadraginta diebus ita quod secunda quadragena hic repetitur & non additur tertia, & secundum hoc eadem quadragena dierum fuit in qua Moyses orauit pro remissione peccati ex fabricatione uituli, & pro expectatione secundarum tabularum, & huic dicto satis uidetur consonare textus sequens, cum subditur.*

B

E

1 Quib. *s. diebus eum suppliciter deprecabar ne deleret uos. Et consequenter ponitur oratio* Moysi. *cum dicitur.*

2 Domine, &c. *& patet litera ex his quæ dicta sunt super* Exo. 32. *ubi ponitur consimilis oratio quantũ ad sensũ, & partim quãtũ ad uerba.*

## DAP. X.

Quę. 14 in Deuteronomiũ. Au. literaliter d̃ duabus tabulis.

a *Scripsitque in.* AVGVSTINVS. In Exodo Moyses 10. verba legis in tabulis scripsisse narrat. In Deutero. ipse Deus. in Exodo quoque priores tabulas digito Dei scriptas & postea fractas, secundas autem in arca & ĩ tabernaculo custoditas, duo testamenta significare diximus, vt in veteri testamento lex cõmendaretur tanquã opus Dei, vbi homo nihil fecit, quia lex timore nõ potest impleri, qa cum vere fit opus legis, charitate fit, non timore, quæ charitas est gratia noui testamenti. Ideo in secundis tabulis homo legitur scripsisse verba Dei, quia homo potest facere opus legis p charitatẽ iustitiæ, quod non potest per timorem pęnę. Cũ ergo legitur in Deut. *Et scripsit Deus, &c.* s. in tabulis secundum scripturam priorem, &c. vtrasque Deus tabulas scripsisse legit̃, & nõ homo. In Exodo quoque dixit dominus. *Scribam in tabulis verba quæ erant in priorib. &c.* Solus ergo Exodus quæstionẽ facit. Paulo post. n. dicitur. Scribe tibi verba hęc: Et post pauca adiungit. *Et scripsit in tabulis verba testimonij.* Si enim sic intelligatur: *Scribe tibi verba hæc.* alia s. q̃ nõ sunt scripta in tabulis, sed in libro legis, certe, ꝙ sequitur. *Erat ibi Moyses in conspectu domini* 49 *dieb. &* 49 *noctibus panẽ nõ mãd. & scriptsit in tabulis verba federis.* 10. manifestat Moysen in tabulis scripsisse, nõ Deũ, nisi violenter dñm subaudiamus, non Moysen, & sic non erit differentia testamentorũ, cũ priores & secũdas tabulas scripserit Deus non homo, priores tamẽ sine dubio Deus fecit & scripsit. Non enim tunc dictum est ad Moysen. *Excide tibi duas tabulas,* sed ita legitur. *Descẽdit Moyses de monte, & duæ tabulę in manib. eius, & tabulæ opus Dei erant & scriptura.* Supra quoque dictum erat. *Dedit Moysi tabulas lapideas scriptas digito Dei.* Secundas autem Moyses iubetur excidere, vt opere humano intelligantur excisæ, quamuis Deus scripserit. Ideo autẽ utrumq; dicitur in secũdis tabulis, quia Deus per gratiã suã opus legis facit in hoĩe, & homo p fidẽ, gratiã Dei suscipiẽs (qđ ptinet ad nouũ testamentũ) cooperator est adiuuantis Dei. Ideo in primis solũ Dei opꝰ memorat̃, qa lex spiritualis & facta est, & non a ☞ datum

Exo. 34. a. Exo. 34. d Ibidem. C

F

†Ex. 34. a

## CAP. X.

IN tẽpore illo dixit dñs ad me: † Dola ti- 1 bi duas tabulas lapideas, sicut ❡ priores fue- 2 rũt, & ascẽde ad me ĩ mõtẽ, faciesq. arcã ligneam, & scribam in tabulis verba quę fuerunt in his quas ante confregisti, ponesque eas in arca. Feci igitur arcam de 3 lignis Sethim. Cũq. dolassẽ duas tabulas lapideas ĩstar priorũ, a ascẽdi in mõtẽ habẽs eas in manib. Scripsitq. in tabulis iuxta id

❡ Vel instar priorum.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. X.

Diuisio.

1 IN tempore illo. *Hic consequenter describitur dininæ placationis fœdus, & primo describitur propositum. secundo concluditur intentum. ibi. & nunc Israel. Prima in duas, in partem principalem & incidentalem. secunda ibi.* Fili autem Israel. *Circa primum sciendum: quod signum diuinæ placationis fuit legis reparatio in secundis tabulis, & hęc reparatio describitur, cum dicitur.* In tempore illo dixit dominus ad me, *in signum reconciliationis perfectæ.*

2 Dola tibi duas tabulas. &c. *Hoc fuit expositum Exodi* 34. *Sequitur.*

3 Feci igitur, &c. *Dicit Ra. Sa. quod ista arca fuit alia ab ea quã fecit Beseleel, sed non est verisimile, quia postea subditur.*

✻ 1 Et posui

## MORALITER.

✻ 1 *In tempore illo dixit dominus ad me. Dola tibi duas tabulas lapideas sicut priores fuerunt, &c.* Sicut dictum fuit supra, tabulæ primæ quę fractæ fuerunt, significant vetus testamentum, quod factum est irritũ, quãtum ad cęremonialia pcepta & iudicialia. Secundę vero tabulæ q̃ remanserunt integræ, significãt nouũ testamentũ, quod est permãsiuũ. In primis aũt tabulis homo nihil operatus est, sed dñs dedit Moysi tabulas illas dolatas & scriptas, vt habetur Exod. 31. In secundis aũt tabulis homo. s. Moyses cooperatꝰ fuit, s. eas dolãdo, vt dicitur hic, & Exo. 34. per quod significatũ fuit, quod tempore dationis veteris testamẽti, Deꝰ nõ erat homo. & sic datũ fuit a solo Deo, sed tẽpore noui testamẽti in vna persona est Deus & homo, qui dedit nouũ testamẽtũ, & istæ secũdę tabulæ positę fuerũt in arca de lignis Sethim imputribilib. facta, vt dicitur hic, per quã significatur fidelis anima, quę p naturã est immortalis, & p gratiam a putrefactione peccati cõseruat̃. In hac aũt arca seruari debet nouũ testamẽtũ, p verã & firmã fidẽ charitate formatã. Ad cuius portationẽ aũt huiꝰ arcæ deputata fuit trib. Leui. sicut dicitur infra eodẽ c. Eo tẽpore separauit tribũ Leui, vt portaret arcam &c. p ꝙ significatũ fuit, ꝙ sacerdotes q p tribũ Leui significãt̃, & maxime curã animarũ habẽtes, p exẽpla bonę vitę & honesta mẽta sanę doctrinę, & opa misericordiæ dẽnt portare fideles. Cętera huiꝰ capituli moralia sũt, iõ nõ ẽ alia moralitas [illegible]

† Mora-

a quod prius scripserat, verba decem, quę locutus est dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est, &c. dedit eas mihi. Reuersusq; de monte descendi, & posui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucusque ibi sunt sicut mihi pręcepit dominus. Filii autem Israel castra mouerunt ex Beroth filiorum Iachā in Mosera, vbi Aaron mortuus & sepultus est, pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius eius. Inde venerunt in Gadgad, de quo loco profecti, castrametati sunt in Ietabatha in terra aquarum atque torrentium. Eo tempore † separaui tribum Leui, vt portaret arcam fœderis domini, & staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius vsque in pręsentem diem. Quamobrem nō habuit Leui partem neque possessionem cum fratribus suis, quia ipse dominus possessio eius est, sicut promisit ei dominus Deuus tuus. Ego autem steti in monte sicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me dominus etiam hac vice, &c. te perdere noluit. Dixitque mihi: Vade & pręcede populum, vt ingrediatur, & possideat terram quam iuraui patribus eorum, vt traderē eis. Et nunc Israel quid dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasque mandata domini & † cęremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, vt bene sit tibi? En domini Dei tui cęlum est, & cęlum cęli: terra, & omnia quę in ea sunt, † & tamen patribus tuis † conglutinatus est dominus, & amauit eos, elegitque semē eorum post

a ¶ Priuilegio ætatis.

¶ Quasi ne putes eum secutio tuo eguisse, & ideo talia præcepisse.

Marginalia: † separaui tribum domini. — Philip. 2. b — Denarius numerus. — † statuta eius quæ. — † vel tantū modo in — Num. 20. b. & 33. c. — Psal. 72. d. & 15. b. — Quest. 7. — † complacuit sibi. — Cęli quot.

[...]ecatum sanctum, vbi nullū opus hominis quia infideles nō cōtemperantur adiutorio gratię sed iustitiā suam volūt cōstituere, & lex eis in dānationem est, quod significat contritio tabularum. Ideo autē superius promisit se Deus scripturum, & in Deutero. nō solū pmisisse, sed etiam scripsisse narratur. Deus enim operatr in nobis velle, operari, & pficere, *& nos cum timore & tremore salutem nostram operamur*, ipse autem adiuuat bonæ voluntatis arbitrium.

a *Verba decē.* GILBERT. Conueniēter in denario numero terminātur verba legis. Denarius. n. ex octonario constat, & binario Octo si qdē sūt beatitudines duo charitatis mandata. Ex septenario quoq. & ternario constat, quia septē dona spiritussancti implēt fidē trinitatis. Diuiditur etiam in senariū & quaternariū, qua explicās pfectionē operū & impletionē quatuor euāgeliorū.

b *In Mosera, &c.* In libro Numeri i mōte Hor mortuus scribitur, sed forsitan locus est binomius. Beroth enim filiorū Iachan chā locus est in deserto sicut Mosera, vbi obiit Aaron, sicut in libris locorū legitur. Et ostenditur vsq; hodie in decimo lapide vrbis Petræ in montis vertice.

c *Tribum Leui.* Nisi per hanc significaretur omne regale sacerdotiū, qđ pertinet ad nouū testamentū, nō auderet homo dicere, qui de ea tribu non erat, pars mea dominus. Et alibi. *Dominus, pars hæreditatis meæ, &c.*

✱ PROCOPIVS. Hoc est quod Ioānes dicit, præcepta ipsius nō sunt grauia. Item Christus ad eundem modum; Iugū meū bonum est, & onus meum leue.

✱ THEODORET. Vide qđ domin⁹ pro amplissimis innumerisque beneficiis exigat a nobis dilectionē & obsequiū. Sed ne forte opinarentur sacrorū ritus institutos à Deo, quia nidore delectaretur, aut aliquo suffitu indigeret, adiecit: En domini Dei tui cęlum, terra, &c.

e *Cœlum cœli, &c.* Quidā dicūt tres esse cęlos, aereū, ęthereū, & sydereū. Nōnulli septem, primum aereum, secūdū ęthereū, tertium

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et posui ta. in, &c. ex quo sequitur secundum dictum Rab. Sa. quod illa arca cum tabulis erat intra arcam. quā fecit Beseleel, quia iam quadragesimus annus ab exitu de Aegypto inceperat, quando Moyses dixit ista. In epistola ad Heb. 9. habetur, quod in arca quam fecit Beseleel, non erant nisi duæ tabulæ, manna, & virga Aaron, & ideo melius videtur dicendum, quod arca de qua hic fit sermo, est illa eadem quam fecit Beseleel. dicitur tamen hic Moyses eam fecisse. quia præcepit eam fieri & disposuit qualiter fieri deberet tāquam architector.

2 Filii autem Israel, &c. Hec est pars incidnetalis quæ primo ponitur. secundo ad pręcednetia Moyses reuertitur. ibi. Ego autem steti. Circa primum incidentaliter ponitur motio filiorum Israel per aliquas mansiones, & sepultura Aaron, & separatio Leuitarum ab aliis tribubus, & videtur satis extraneum, quod ista hic interponuntur, maxime quia aliqua cōtrarietates ad supradicta hic poni uidetur. primo quia hic dicitur. Filii autem Israel, &c. in Mosera. & Nu. 33. vbi describuntur mansiones per ordinem, cum dicitur. Et de Moseroth castrametati sunt in Beneiacan. Moseroth autem eadem est mansio cum Mosera, vt dicunt Hebræi, & Beroth filiorum Iachan cum Beniacan, quia Hebraice בני bene idem est quod filiorum, & subintelligitur Beroth. Secundo quia hic dicitur.

Marginalia: Diuisio.

3 Vbi Aaron mortuus & sepultus est. s. in Mosera. sed Nume. 20. dicitur, quod mortuus est, & sepultus fuit in monte Hor; tertio quia hic dicitur.

4 Eo tempore separaui. Et tamen fuit separata & sanctificata domino a tempore quo interfecerunt idolatras in adoratione vituli, vt habetur Exo. 32. quod fuit anno primo egressionis filiorum Israel de Aegypto, & Nume. 2. expresse habetur, quod fuerunt separati Leuitæ ab aliis tribubus ad seruiendum domino ante recessum filiorum Israel de monte Sinai, & tamen recesserunt inde anno secundo egressionis de Aegypto, secundo mense, vt habetur Nume. 10. Motio autem filiorum Israel, de qua fit hic sermo, fuit anno 49. ab egressu de Aegypto. Dubitationes autem istas expositores nostri parum aut nihil tangunt, sed Ra. Sa. ad solutionem auctoritatis primæ dicit, quod quando filii Israel pugnauerunt contra regem Arad, & victi fuerunt ab eo, vt habetur Num. 21. a. quod quidem bellum fuit 49. anno ab exitu de Aegypto: populus vel saltem magnam pars eius territus, incepit reuerti versus Aegyptum. & sic ex Beroth filiorum, Iachā reuersi fuerunt in Mosera, & ad quadam alia loca declinauerunt, quæ hic nominantur. & ideo istud interponitur hic ad arguendum filios Israel de tali rebellione contra dominum, eo quod cap. præce. Moyses arguendo eos ad memoriam reduxerat plures eorum rebelliones alias. Secunda vero dubitatio soluta fuit Nume. 20. ad tertiam dicit Ra. Sa. quod filii Leui qui perfectius cæteris tribubus domino adhęserant, sicut ex zelo Dei interfecerunt idolatras post adorationem vituli anno primo egressionis de Aegypto, vt habetur Exod. 32. sic 49. anno à dicta egressione contra populum retrocedentem modo prædicto pugnaue runt, & interfectis plurib. illorum alios reduxerunt ad obediendum domino. & sic secundo pugnauerunt contra regē Arad & deuicerunt, & ideo istud factum. Leuitarum per recordationem coniungitur, & cum eo quod fecerunt tēmpore fabricationis vituli, vt sit sensus. Eo tempore separaui tribum. id est sicut tempore fabricationis vituli aliis tribub. recedentib. a domino per idolatriam, tribus Leui non sic declinauit. sic & in retrocessu prædicto, aliis se male habentib. tribub. Leui bene se habuit & ideo ex vtroque facto fuit digna separari ab aliis, & domino applicari.

5 Ego autem steti. Positis incidentibus prædictis, Moyses ad propositum reuertitur dicens. Ego autem steti in mōte sicut prius 49. diebus. hoc refertur ad secundam quadragenam supradictam, secundum expositores catholicos, qui communiter dicunt, tantum Moysen duas quadragenas in monte fecisse, vt prædictum est: secundum Hebręos vero refertur ad tertiam de qua dictum est. c. pręce.

6 Et te perdere noluit. Licet meruisses.

7 Dixitq. mihi. In quo ostenditur magna Dei misericordia, quia non solum pepercit populo a morte quam meruerat, sed etiam adimpleuit in eo promissum, qđ patrib. fecerat de obtinenda terra promissionis.

8 Et nūc Israel. Hic cōcludit ex pdictis ppositū, videlicet, qđ debeat timere & diligere Deum, qui ppter peccata pdicta eos nō dimisit, cum tamen in nullo eis indigeret, sed magis econuerso. vnde subditur.

9 En domini Dei. s. cęlum sydereum uisibile. 10 Et cęlū cęli. s. empyreum nobis inuisibile, qđ dicitur cęlum per antonomasiā. ideo dicitur Cælū cęli, terra, & omnia quæ in ea sunt. Per hoc intelligitur omnis creatura, quę cęli ambitu continetur. q. d. ex hoc patet quod tui non indiget. 11 Et tamen patrib. id est glutino charitatis cōiunctus ex sua mera liberalitate, quia non indigeat eis, sicut nec te.

✱ 1 Circun-

tertium olympium, quartum ignem, quintum firmamētum textum, aqueum septimum angelorum.

A Mystica circumcisio. a Circumcidite &c. Spiritualem circuncisionē significat, id est, mentis custodiam & veram abstinentiam. Quasi cum luxuriā carnis extinxeritis, et mēt. superflua resecate. Circūcidēdi sūt omnes sensus. vnde Moyses se incircūcisum labiis cōqueritur; Et Stephanus Iudaeis: *Incircumcisi, inquit, corde & auribus*, &c. Vere ergo circūcisus est, qui obturat aures ne audiat sanguinem, & claudit oculos, ne videat malū, qui nō delinqt in lingua, cuius cor non grauatur crapula & ebrietate, q lauat inter innocentes manus suas, & ab omni via mala prohibet pedes suos. Qui castigat corpus suum & seruituti subiicit, & omni custodia seruat cor suum. Bina quoque circuncisione indigemus, ne ex his quaeramus vanam gloriam ne foris mundi & intus immundi simus, & simulatae sanctitatis pęnas sustineamus, sicut Sichimitae qui patriarcharum circuncisionē imitati sunt, nō Dei amore, sed ob causā luxuriç ideo nihil mercedis acquisierūt. sed die tertia intra ciuitatis ruinas perierūt. Tales.n. in tempore resurrectionis euacuatis, quib. confidebant virtutib. in aeternum moriuntur.

Exo.6.b. Actuū.7.f. 1.Cor.9.b

✠ THEODORETVS. Aperit quaenam circuncisio, sit Deo grata, Circuncidite.n.ait. duritiem cordis vestri. Haec autem dicebantur his qui praeputium nondum habebant amputatum. Iosue.n. filius Naue transmissio Iordane circūcidit eos in Galgalis. Atqui licet minime essent circuncisi, non praecipit vt circunciderēt praeputium, sed duritiā cordis, & ceruicem duram. Si quidem longe praestantior est circuncisio cordis. Eadem de re dominus Deus instituit accusationem aduersus eos per Hieremiam prophetam. *Omnes enim gentes, inquit, carne sunt incircuncisae, verum domus Israel incircuncisa est corde.*

b *Deus Deorum.* ✠ THEODORETVS. Deos appellat principes. Diis enim, inquit, non detrahes, & principi populi tui non maledices. Et vbi septuaginta dixerunt, Adduces enim in iudiciū, qui secuti sunt Aquilam & Symmachū, interpretati sunt adduces eū ad Deos, vocantes Deos, iudices. Horum Deorum ipsum esse iudicem asserit. non autem falsorum Deorum.

c *Descenderunt patres tui in Aegyptum.* Descenditur in Aegyptum, facilis est descensus Auerni. In Ierusalem ascenditur, quia arcta est uia quae ducit ad vitam, & tēdit in ardua virtus.

eos, id est vos de cunctis gentibus, sicut hodie cōprobatur, †

a ¶ Superflua cordis. ¶ Omnem malam voluntatem. b ¶ Omni custodia serua cor tuum, Prouer.4.d. c ¶ Tumorem superbiae.

a Circuncidite igitur praeputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius: quia dominus Deus vester ipse

¶ Vel vltra.

1 2 3

a ¶ Contra quem stultum est superbire.

b est Deus deorū & dominus dominātiū, Deus magnus & potens & terribilis, qui personā non accipit nec munera: Facit iudicium pupillo & viduę, amat peregrinum, & dat ei victū atque vestitum. Et vos ergo amate peregrinos: quia & ipsi fuistis aduenae in terra Aegypti. Dominum Deum tuum timebis & ei soli seruies. Ipsi adhaerebis, iurabisque in nomine illius. Ipse est † laus tua & Deus tuus, qui fecit tibi hęc magnalia & terribilia, quę viderunt oculi tui. In septuaginta animabus c descenderunt patres tui in Aegyptum, & ecce nunc multiplicauit te dominus Deus tuus, sicut † astra cęli.

¶ Quem debetis imitari. a ¶ Sicut ipse, vt sitis filii patris vestri qui in caelis est. Mat.5.g. ¶ Filialiter. 4 a ¶ Spiritualiter. b ¶ Mihi autem adhaerere Deo bonum est. Ps.72.d. c ¶ Promissio est. d ¶ Non idolorum. a ¶ Quem solum laudare debes. ¶ In domino laudabitur anima mea. Ps.33. b ¶ Ne sis ingratus. c ¶ Quae nemo alius fecit. a ¶ Hostibus. b ¶ Ne audeas dubitare. a ¶ Secundum fideles ecclesiae.

† laudatio decātatio, hymnus tuus.

✠ THEO-

NICOLAVS DE LYRA.

✠ Circuncidi, &c. cor. vestri, *id est omnem malam cogitationem & voluntatem auferendo.*

2 Et ceruicem vestram ne induretis ampli. *Per rebellionem contra eum.*

3 Quia, &c. Deus Deo est. *id est praecellens diis per participationē, sicut sancti angeli & homines sequitur.*

4 Amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenae. *Propria enim passio debet inducere ad aliorum compassionem. Caetera patent ex praedictis.*

3 Quia

CAP. XI.

a ¶ Omnia mandata legis dilectione Dei consummantur.

Ama itaque dominū Deum tuum, & † obserua pcepta eius & ceremonias iudicia atque mandata omni tempore. Cognoscite hodie quae † ignorant filii vestri, qui non viderunt † disciplinam domini Dei vestri, magnalia eius & robustam manū, extentumq. brachium signa & opera, quae fecit in medio Aegypti Pharaoni regi & vniuersae terrae eius omniq; e exercitui Aegyptiorum, & equis.* ac curribus, quomodo † operuerint eos aquę rubri maris cum vos persequerentur, & deleuerit eos dominus vsque in pręsentem diem, vobisque quę fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum, & * Dathan atque Abiron filiis Heliab, qui fuit filius Ruben, quos aperto ore suo terra absorbuit cum domibus & tabernaculis & vniuersa substantia eorū, quam habebant in medio Israelis. Oculi vestri † viderunt omnia opera domini magna quę fecit, vt custodiatis vniuersa mandata illius, quę ego hodie pręcipio vobis, & possitis introire *, & possidere terram ad quam ingredimini, multoque in ea viuatis tempore, * quam sub iuramento pollicitus est dominus patribus vestris & semini eorum lacte & melle manantem.

1 2 3

a ¶ Qui perseuerauerit saluus erit. ¶ Potentiam vel operationem. a ¶ Quem demersit mari rubro.

† custodi custodiam eius & statuta eius. † quia nō cū filiis vestris q nō cognouerunt. & † eruditionem. * eius † inūdare fecerit super eos aquas.

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XI.

1 Ma itaq; dominum. *In hoc c. ponitur conclusio respectu praedictorum a principio 6.c. vbi incipit agere de dilectione Dei. Et primo ponit conclusionem intentam. Secundo inducit ad hoc multiplicem rationem per modum cuiusdam replicationis & additionis, ibi.* Cognoscite hodie. *Circa primū dicit.* Ama itaque dominum. *& patet litera.*

2 Cognoscite. *Hic adducit primo rationem supra frequenter positam ex beneficiis iam praedictis, cum dicitur:* Cognoscite hodie quae ignorant filii vestri. *non quod ignorarent simpliciter saltem quantum ad illos qui attigerant annos discretionis, sed quia non viderant mirabilia quae fecerat dominus illi populo, saltem quantum ad multa, sed tantum audierant per relationem quae non sic mouet ita animum sicut visus.*

3 Et Dathan atque Abiron. *de quorum rebellione & punitione habetur Nu.16. & omnia praedicta & consimilia debebant eos inducere ad timendum Deum & diligendum.*

✠ Terra

## CAP. XI.

A a De qua existi. Mente: duce Moyse, id est docēte lege terrenas voluptates despicere, & terram ꝑmissionis duce Iesu intrare.

b In hortorum. Quia carnales quique præsentem felicitatem & copiam rerū temporalium appetūt sibi multiplicare.

✱ Procopivs. His quidem pueriliis Israel regitur, nobis vero iuxta normā spiritus extendenda sunt Ipse enim Deus toti' mūdi fabricæ opifex est, & misericordia eius referta est terra. Sæpius vero terram ob incolarum pietatē inspicit. Atqui terra spiritalis cęlestibus imbribus humectatur, nullamq; ex mundi sapientia terrena sub pedibus eius propter depressionem ac abiectionē terræ huius, partem capit. Ecclesia itaque ea est, quā Deus iugiter ab initio anni electi, iuxta Isaiam vsque ad finem eius inspicit. In quo imbris instar, Dei verbum supra terram est delapsum, qui etiam inspicit super omnes qui habitatam ipsius ecclesiam incolunt.

B

c A principio anni. Ab initio scilicet bonæ voluntatis vsque ad perfectionem boni operis cursum vitæ dirigit. *Deus enim est qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate.*

C D Philip. 2. b

d *Temporaneam, &c.* Quia electis suis priore tempore legis intellectum cōtulit Serotinā pluuiā tribuit: quia vltimo tempore incarnationis suę mysteriū patefecit nobis.

✱ Procopivs. Cæterum nobis perfectioribus, tempestiuam quidem per prophetas, serotinam vero sua in carne præsentia nouissimis diebus demisit. Ita enim & nos quoque donis spiritualib. fruemur. Quod si vero mandata mea transgressi fueritis, pluuiam continebit, inquit, & iuxta Isaiam, nubibus pluuiam edere prohibebit. Ecce enim nūc multæ apud eos prophetiæ, multa dona spiritualia, verum in opia omniū bonorū, & soli mutatio, iam olim quidem ob idololatriam Babylonijs traditi, nūc vero quod Christum in crucem adegerunt.

E

e *Et serotinam, &c.* Quia nouissima hora est, cum prædicatio eius ad nos peruenit, qui dicit, *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* Ps. 140. a

f *Scribes ea super postes.* Avgvstinvs. Hoc secundū literam nemo Quæst. 17.

---

1 Terra enim ad quam ingrederis possidendam, non est sicut, 2 a terra Ægypti de qua existi, vbi iacto semine, in hortorū mo- b rē † aquę ducuntur irriguę, sed montosa est, et campestris, de † cęlo expectans pluuias, quam dominus Deus tuus semper 3 c inuisit, & oculi illius in ea sunt a principio anni vsque ad finē eius. † Si ergo obedieritis mādatis meis quæ ego pręcipio vobis, vt diligatis dominū Deū vestrū, & seruiatis ei in toto corde vestro, & in tota anima vestra, † dabit pluuiam terræ ve- 4 5 d strae ✱ † temporaneam et serotinam, vt colligatis frumentum e et vinum et oleum, fęnumq. ex agris ad pascenda iumēta, et vt ipsi comedatis ac saturemini. Cauete ne forte † decipiatur 6 cor vestrum, et recedatis a domino, seruiatisq; diis alienis, et adoretis eos, iratusq. dominus claudat cęlū, et pluuię non de- 7 scendant, nec terra det germen suum, pereatisq. velociter de terra optima quā dominus daturus est vobis. Ponite hęc ver- 8 ba in cordib. et in animis vestris, et suspendite ea pro signo in manib. et inter oculos vestros collocate. Docete filios vestros vt † illa meditentur. Quando sederis in domo tua, et ambu- f laueris in via, et accubueris atque surrexeris, scribes ea super postes et ianuas domus tuę, vt multiplicentur dies tui et filiorū tuorum in terra quam iurauit dominus patrib. tuis, vt daret eis, quandiu † cęlum imminet terrę. Si enim custodieri- 9 tis mandata quę ego pręcipio vobis, et feceritis ea, vt diligatis dominum Deum vestrum, et ambuletis in omnibus viis eius, adhęrentes ei, disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, et possidebitis eas quę ma-

Interlinear: a ¶ Quæ in imo. ¶ Sicut prosperitas vitæ præsentis. — a ¶ Altitudine virtutum. — a ¶ Munditia bonorum operum. b ¶ Diuinæ gratiæ. — a ¶ Cælesti munere replens. b ¶ Oculi domini super iustos. c ¶ Misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Ps. 22. — a ¶ Prædicationis. vnde, Mandabo nubibus ne pluant. Esa. 5. b. — ¶ Quia a principio anni. ¶ In fine. ¶ Temporalem victum.

Marginal: † irrigas pede tuo ea: terræ illius natura est eā seminabis & pedibus superindu ces aquas. Significat aūt labore & decursu ꝑ totā Aegyptum duci solitā aquā e flumine Nili sup. 10. c. † tempore suo. † matutinā: vox Hebrea ꝑsertim significat eā pluuiam, quæ circa Octobrem ad fęcūdādā terram cadit. † de illis loquantur. † vel durāt dies de cęlo sup terram. † dabo. † seducat.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Terra enim. *Hic consequenter adducit rationem ex beneficijs futuris, sub conditione tamen si timerent Deum & diligerent & seruirēt ei. Et primo sub hac conditione promittitur fertilitas terrę & abundantia bonorum. Secundo debellatio & eiectio aduersariorum, ibi:* Si n. custodieritis. *Circa primum notandum, quod fertilitas terræ promissionis dependet ex descensu pluuiæ super terram, quæ promittitur eis, & hoc est quod dicitur.* Terra n. ad quam ingrederis possidendam nō est sicut in terra Aegypti. *id est ita fertilis de facili sicut terra Aegypti secundum expositionem aliquorum. vnde subditur.*

Fertilitas terræ promissionis.

2 Vbi iacto semine, &c. *id est cum modico labore potest fructificare. Sed hoc non videtur conforme scripturæ in plurib. locis, quæ describit terrā promissionis tanquam lacte & melle manentē & abūdantem omnib. bonis, & ideo aliter exponūt Hebręi. Non est sicut terra Aegypti, quasi diceret, multo melior est quā illa, & ideo subditur. Vbi sit in terra Aegypti iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, quia ad fœcundandam eam non sufficit pluuia de cęlo descendens & ros, sed requiritur quod cum magno labore aquæ de fluuio Nili per alueos deducantur, sicut solet fieri in hortis, in quorum cultura maior labor requiritur quam in terra campestri.* 3 Et oculi illius in ea sunt, &c. *sc. ad dādum rorē & pluuiam secundum oportunitatē temporum, supposita tamen predicta conditione. ideo subditur.* Si ergo obedieritis mandatis meis, &c. *Sequitur:* 4 Dabit pluuiam. *i. post seminationem ad germinationem & augmentationem eorum quæ seminata sunt.*

5 Et serotinam. *s. ante messem ad ingrossandum grana.* 6 Cauete ne forte decipiatur cor vestrum. *declinando a dilectione & seruitute Dei.* 7 Iratusq; dominus clau. *Ex cuius influentia dependet fertilitas terræ vestræ.* 8 Ponite hæc verba, &c. *ista exposita sunt supra. 6. c.*

6 Si enim custodieritis. *Hic consequenter inducit rationem ex debellatione aduersariorum si diligant dominum & obediant ei. & patet litera vsque ibi.*

✱ 1 A deserto

---

## MORALITER.

✱ 1 *Terra enim ad quā ingrederis, &c. terra* Aegypti. Per terrā Aegypti, quæ tenebræ interpretatur, malorum significatur vita, quæ peccatorum tenebris est obscura: Prouer. 4. c. *Via impiorū tenebrosa.* Et de terra Aegypti subditur.

2 *Vbi iacto semine, &c. aquæ.* Per quod significat, quod vita malorum aquis delitiarū carnalium irrigatur, sicut de diuite epulone dicitur Lu. 16. d. quod induebat purpura & bisso, & epulabat quotidie splēdide. Per talem autē irrigationē vitia pullulant, nutriuntur, & augmentātur. ꝑ terrā à Deo promissam significat vita bonorū: Et de terra ꝑmissa dr̄ hic quod non est sicut terra Aegypti. Per quod significatur quod vita bonorū non irrigatur aquis delitiarum ad pullulationem vitiorum & augmētū, sed ad sustentationē corporis in exercitio virtutū.

† *Sed Montosa, &c.* quia vita bonorū debet esse montosa. i. sursum eleuata per meditationē cęlestium. Philip. 3. d. *Nostra aūt conuersatio in cælis est,* & campestris per exercitiū bonæ actionis de cęlo expectans pluuias i. desiderās & postulans influentiā diuinæ gratiæ, sine qua non potest homo proficere in operib. actiuæ vitæ & contemplatiuæ. Ps. 67. *Pluuiam voluntariā segregabis Deus hæreditati tuę.* Et hæc pluuia infra eodē c. dicitur temporanea & serotina. Per temporaneā significatur gratia iusti ficans in præsenti. Per serotinā gratia glorificās in futuro. gloria namq; dr̄ gratia consumata. Ps. 83. c. *Gratiam & gloriam dabit dominus.* Istę vero pluuię à Deo dantur obedientib. sicut in textu dicitur.

† *Si ergo obedieritis mandatis meis quæ ego hodie.* Sed rebellib. denegātur. ideo sequit. *Cauete ne decipiatur cor vestrū, &c.* sequit.

7 *Iratusq; dominus clau. &c.* Subtrahendo gratiā suā cor emolliētem, propter hæc ipsa subtracta, sequitur obduratio cordis, & per consequēs defectus fructus bonæ operationis, ideo subditur. *Nec terra proferet germen suum.*

nemo Israelitarum fecisse memoratur, nec facere potuit, nisi per multas partes domus suæ forte ea diuiserit, an hyperbolica commendatio est sicut multa dicuntur?

a *Terrorem vestrum.* ✱ PROCOP. Quid enim hominibus & dæmonibus iusto terribilius? Cum quo feræ agrestes quoq; inquit, diuinæ imaginis notam agnoscentes, pacificuntur.

b *Benedictionem, &c.* ✱ IDEM. Et alibi vitã & mortem. Nam & per ignem illis oracula protulit, ac indicauit, si obedierint, lumen habituros, sin vero obedire noluerint, ignem.

c *Montem Garizim.* Garizim interpretatur diuisio vel aduena. Hebal vorago vet⁹ interpretatur. Qui enim a vitiis se separant, & se aduenas & peregrinos in hoc mundo iudicant, etiã ęternã merẽtur benedictionem. Qui vero in voraginem veteris vitæ se præcipitãt carnalibus desideriis seruientes æternę maledictioni subiacebũt. ✱ PROCOPIVS. Garazim, si interpreteris, mõs est redemptorum, seu abscissio habitationis eorum. Gabel vero mons frustratus, seu dolorum ipsorum. Nec absurde sane cum super illo benedictiones, super

iores et fortiores vobis sunt: † Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit. A deserto & a Libano & flumine magno Euphrate, vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum & formidinem dabit dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis. En propono in conspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem. Benedictionem, si obedieritis mandatis domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: Maledictionem, si non audieritis mandata domini Dei vestri, sed recesseritis de via quam ego † nũc ostendo vobis, & ambulaueritis post deos alienos quos ignoratis. Cum vero introduxerit te dominus Deus tuus in terram, ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montẽ Hebal: qui sunt trans Iordanem, post viam quæ vergit ad solis occubitum in terra Chananæi qui habitat in campestribus contra Galgalam quæ est iuxta vallem † tendentem & intrantem procul. Vos enim transibitis Iordanem, vt possideatis terram quam dominus Deus vester daturus est vobis, vt habeatis ac possideatis illam. Videte ergo, vt impleatis † cæremonias atque iudicia, quę ego hodie ponam in cõspectu vestro.

(Interlinear glosses: a Quod est in meridie. b In septentrione. a Qui in oriente. b Mediterraneum, hi sunt termini terræ promissionis. a Vt noceat vobis. Terrenitatem. Ne superbiat. Qui non mentitur. Vt eligatis quod vultis. Gratiæ. Quod est liberi arbitrii. a Vorago vetus interpretatur. a Quæ est collis præputiorum, quia ibi a Iosue circuncisus est populus. Iosu. 5. a. Baptismum. Viuentium. Gratis. Ne perdatis terram.)

Margin: † Iosu. 1. a. — † hodie præcipio. — † More. — † statuta.

p hoc vero maledictiones sint editę. Siti autẽ isti mõtes sunt ab orientali parte Hierichuntis vltra locũ Galgal. cæterũ Samaritæ Sicimis vrbi q̃ & Sichem dicta, eos adiacere putant, vbi dominus apud puteum cũ muliere Samaritica disseruit, quæ nunc Neapolis vocitatur. Nec nõ vero Samaria nũcupatur, si quidem mons ille quem Garizim dicunt, Someri qui filium habuit Somoron dictum erat. Verum enim vero nomẽ illud robur suum post tẽpus illud quo ab Assyriorum rege coloniæ in eam terrã ductæ, est adeptũ. Porro etiam ex vicinis gentibus, quæ cor Samaritanorum peruerterunt, vt orantibus quocunq; terrarum tractu ac situ essent ac preces funderent, ad montem illũ respiciendum esset. Nam gẽtium septuaginta sacrificuli cognito quod Esdras quoniam legem Dei idololatras lapidare præcipientem tenebat, idola abominaretur, aduentasset, citra moram ædiũ sublimium idola cõuulserunt, ac in cauerna quadam montis Garizim (sicut traditio habet) absconderũt. Cum itaque subtus idola iaceant, quamuis id ignorauerint, eo conuersi adorant.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

Margin: Termini terrę promissionis.

✱ 1 A deserto & a Libano. *Hic describuntur termini terræ promissionis, quia terminus australis est desertum Aegypti, terminus aquilonaris est mons Libani, orientalis flumen Euphrates. Non habuerunt tamen terram usque ad terminum illum vsque ad tempora Salomonis, ideo alibi communiter ponitur terminus orientalis, Iordanis fluuius, quia vsque ad illum terminum terram possederunt statim ab ingressu suo vt habetur in libro Iosue. Mare autem mediterraneum est terminus occidentalis. Et dicitur hic mare occidentale ad differentiam maris mortui, quod est in parte orientali.*

2 En propono in conspectu. *Hic adducit rationem ad propositum ex benedictione diuina, quæ erat concedenda diligentibus Deum & obedientibus ei, & ex maledictione eius quæ erat inferenda recedentibus ab eius dilectione & obedientia, & vt ista benedictio et maledictio magis moueret animum, hic præcipitur quod post ingressum terræ pro missionis publicentur solenniter in monte Garizim & in monte Hebal, & hoc est quod dicitur.*

3 Cum vero introduxerit, &c. *Et patet litera. De istis tamen benedictionibus & maledictionib. plenius habetur infra 27. c. Quod autem hic breuiter dicitur de eis, est per anticipationem.*

## ADDITIO.

*In cap. 11. vbi dicitur in postil. Circa primum sciendum, quod fertilitas terræ promissionis dependet ex descensu pluuiæ, &c.*

*Hæc expositio Hebræorum quã hic videtur postillator approbare, est solius Rab. Sa. Alij autem, qui magis sunt autentici, tenent primam expositionem, quod planius consonat literæ præcedenti & sequenti. Ad quod sciendum, quod terra Aegypti multum commendatur in scriptura ex amœnitate. Vnde Gene. 13. terra Aegypti comparatur paradiso domini. Quod autem fertilitas terræ Aegypti plurimum excedat fertilitatem terræ promissionis, satis patet ex gestis patriarcharum. Abraham enim propter sterilitatem terræ promissionis descendit in Aegyptum, vt patet Gene. 12. Et de Iacob & filijs eius Gen. xlvi. Et ratio est, quia in terra quæ est irrigua specialiter ex aliquo magno fluuio, prout est terra Aegypti, non ita contingunt sterilitates, sicut in terris quæ licet sint magis fructiferæ, non tamen possunt irrigari nisi solum ex pluuia cælesti, qua deficiente in aliqua parte anni ad hoc opportuna statim sequitur fames, cuiusmodi erat terra promissionis, quæ non erat irrigua. Vnde dicitur in litera: Montosa est, de cęlo expectans pluuias, & ideo ex hoc inducit eos Moyses ad timorem Dei, quia terra illa ad quam ingressuri erant, frequenter indigebat beneficio diuino in pluuijs opportunis, de quo dicitur, Semper oculi illius in ea sunt a principio anni usque ad finem eius, & sic fertilitas terræ illius dependet ex obedientia mandatorum Dei. Vnde sequitur.* Si ergo obedieritis, &c. *dabit pluuiam terræ vestræ temporaneam & serotinam, vt colligatis frumentum & vinum &c. & insuper oppositum, Iratusq; dominus claudat cælum, & pluuiæ non descendant, & sic ex prædictis inducit eos ad timorem domini, tanquam frequentius indigentes beneficio diuino scilicet pluuia ad necessaria vitæ habenda, quam si commorarentur in Aegypto, vbi talis frequentia non erat sic necessaria. Quod autem dicitur de terra promissionis, quod est lacte & melle manans, non contradicit prædictis, nam hoc intelligitur præsupposita pluuia opportuna, prout qualitas patrię requirebat.*

Margin: Fertilitas Aegypti an excellat terrã promissionis.

REPLICA *In cap. 11. vbi postil. exponens illud:* Terra, quã ingredieris non est sicut terra Aegypti, *adducit quorundam Iudæorum expositionem dicentium, quod terra promissionis non est sicut terra Aegypti. Sed illam expositionem abijcit rationabiliter ex litera, quę dicit terram promissam non solum hic, sed in multis alijs locis optimam lacte & melle manantem. Burgen. autem dicit illam abiectã expositionem esse maxime autenticam. Et nititur soluere argumentum postillatoris dicentis, quod terræ promissæ commendatio debet intelligi præsupposita pluuia opportuna prout qualitas terræ requirebat, addens quod fertilitas illius terræ dependet ex obedientia mandatorum Dei. Hoc enim etsi verum esset, quo ad singularem respectum diuinũ erga illum populum Isr. adhuc non est tamen verum de communiter acciden tibus, imo sic semper fuit optima etiam tempore incredulorum. Vnde etsi filij Israel propter inobedientiam aliquando passi sunt penuriam in terra illa, hoc non arguit sterilitatem terræ, quia & sic eorum*

*inobedientia puniri potuit in Aegypto, & diaboli inobedientia punita est in cęlo. Nec valent motiua quæ Burgensis pro sua opinione allegat. Pro commendatione enim Aegypti vltra terram promissionis allegat falso, Gene. 13. c. quod Aegyptus comparatur paradiso domini, nam solum illa portio qua de Aegypto venitur in Segor commendatur, assimilando non paradiso vt allegat Burgen. se regioni circa Iordanem. Vide bene falsam Burgen. allegationem. Nec gesta patriarcharum quæ Burgen. ad idem allegat, probant quod intendit. Abraham enim non propter sterilitatem terræ promissæ peregrinabatur in Aegyptum, quia vt Actuum 7. b. dicitur: Deus non dedit ei hæreditatem in illa terra: nec passum pedis, sed repromisit. Nam peregrinabatur etiam per illas & alias terras nunc ad orientem, & cæt. Et nouissime ad meridiem quæ terra fuit propinqua Aegypto, & cum esset ibi fames non propter sterilitatem, sed propter aliud accidens. Et forte vt communiter exponitur, propter probationem fidei Abrahę, vide in post. quā sustinet Burg. Tunc iuit in Aegyptum, hoc enim sępe contingit quod in terris bonis satis consequenter se habentibus, fames ex parte est in vna terra & non in alia, & econuerso. Nec tempore Iacob erat fertilitas in Aegypto: quia vt habetur Gen. xliiij. septem anni sterilitatis nō modo erat in alijs terris, sed etiam in Aegypto, in qua non ratione fertilitatis terræ, sed industria Ioseph seruauit frumenta ad vendendum, pro quib. iuit Iacob & familia eius. Ratio autem quam ad id assignat Burg. potius est ad oppositū, quia magna flumina præterfluentia terras, sępe cuncta terræ nascentia, excrescente inundantia, absorbent & sterilitatem causant vt patet circa Renum, Albeam, &c. & fortassis ita fuit tempore Ioseph in Aegypto, quam plus Burg. magnificat quam suam natiuam patriam sine tamen ratione & auctoritate.*

Burgen.

CAP. XII.

a AD locum quē elegerit, etc.

✻ PROCOPIVS. Quo loco deinceps adepto, simul quoque ab oblatione victimarum, quas ab initio concesserat, ꝓpter cōsuetudinem quę apud Aegyptios inoleuerat, q̄q. pręcipiti mutatione abolere nō poterāt, cessarēt aliquando. cum cōsilio enī & bona venia, non violētia, salutē conferr.

✻ THEODORET. In omnibus locis in quibus tentoria fixērant, obtulerunt dōmino Deo sacrificia ędificatis altarib. ex rudi lapide, idq; antequam constructū esset tabernaculum. Eo vero composito, non ita diuina sacrificia peragebant, uō quod vno tātum in loco illa celebrarēt, sed in vnaquaq; mā† sione. Siquidem spatio quadraginta annorum ī solitudine consumptorum, cōtinen-

Quæst.

† vel vindo.

# CAP. XII.

1 HÆc sunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in terra quam dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus, quibus super humum gradieris. 2 Subuertite omnia loca [a Fana & idola quæ coluntur in locis.] in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis, Deos suos, 3 super montes excelsos, et colles, 4 et subter omne lignum† frondosum: 5 Dissipate aras earum et confringite statuas, lucos igne comburite, et idola comminuite, disperdite nomina eorum de locis illis. [Vt non remaneat memoria.] 6 a Non facietis ita dn̄o Deo vestro, 7 sed ad locū 8 quem elegerit do-

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XII.

HAec sunt præcepta. *Postquā Moyses explanauit ea q̄ pertinent ad præceptū dilectionis diuinæ, quod est principium respectu præceptorum decalogi, ut supra dictum est cap. 6. Hic consequenter ponit alia præcepta & monitiones, quæ sunt quasi quædam conclusiones elicitæ ex præceptis decalogi, & per consequens quædam explanationes quomodo decē præcepta debeant ordinari & obseruari. Circa quod sic proceditur, quia primo ponitur huiusmodi præceptorum explicatio, secundo infertur intēta conclusio c. 26. Adhuc primo ponuntur illa quæ ordinant ad Deum, secundo ea quæ ordinant ad proximum c. 16. ibi:* Iudices ac magistros constitues. *Sciendum tamen quod ista diuisio nō est ita pręcisa, quin in prima parte multa ponantur quę ordinant ad proximum, & in secunda multa quæ ordinant ad Deum. Moyses enim hunc librum primo tradidit filijs Israel verbis p modū exhortationis & prędicationis, sicut dictū fuit in pricipio huius libri, & patet hoc ex toto processu ipsius, propter q̄ frequenter repetit eande sententiam in diuersis locis, & aliquādo sub eisdē verbis, & de vna materia frequenter transit ad aliam, & ad pręcedentem reuertitur, sicut solet fieri in prędicationibus & exhortationibus, & ideo in hoc libro & maxime in sequentibus huius libri non potest inueniri diuisio ita pręcisa, quin de materia vnius partis tractetur in alia & econuerso. Hoc igitur præmisso sciendum, q̄ circa Deū ordinatur homo per destitutionem idololatrię & institutionem latrię, & quia opposita iuxta se magis elucescunt, ideo frequenter facit vtrūq; in eo c. ut uidebitur. Primo igitur prosequitur propositum ex consideratione operis. Secundo ex consideratione temporis c. 16. Prima in tres, quia primo prosequitur propositum suum in facto, secundo in signo, c. 14. tertio in motiuo ca. 15. Prima adhuc in duas, quia primo prosequitur propositum respectu totius communitatis, secundo respectu vnius personæ vel vnius ciuitatis 13. c. Prima in duas, quia primo præcipitur destrui locus idololatrię, secundo per oppositum locus institui latrię ibi.* Non facietis ita. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Hæc sunt præcepta. *Et ideo obligatoria.*

2 Subuertite omnia. *Ne ex fanis seu templis idolorum remanentib. Iudęis occasio idololatrię daretur, & vt memoria idololatrię totaliter deleretur.*

3 Super montes. *Quia ibi communiter fiebant templa idolorum.*

4 Et subter. *Tales enim arbores plantabantur iuxta loca idololatrię ad exercendum actum luxurię.*

5 Dissipate aras. *Hęc exposita sunt supra 7. c. prope principium.*

6 Non facietis. *Hic consequenter determinatur latriæ locus et ritus, & primo circa hoc ponitur pręceptum, secundo declaratur dictum, ibi.* Non facietis. *tertio concluditur principale intellectum ibi.* Obserua & audi. *Circa primum pręcipitur vnitas loci vbi debeāt sacrificia & oblationes offerri, cum dicitur.* Non facietis ita dom. *s. ita offerendo sacrificia in pluribus locis, ut faciebant idololatrę suis idolis.*

Diuisio.

7 Sed ad locum. *scilicet.*

8 Quem eleg. *Quia iste locus non erat secundum voluntatem hominum determinandus.*

✻ 1 De

## MORALITER.

✻ 1 *Subuertite omnia loca.* Hic tria loca notantur in quib. exercebatur idololatria s. montes excelsi, colles & ligna frondosa siue luci. Apostо. aūt Coloss. 3. a. Auaritiā nominat idolorū seruitutem, q̄ non est intelligēdum proprie sed similitudinarie, eo q̄ auarus colit pecuniam suam, sicut idololatra suum idolum, & per talem modum loquēdi quodlibet vitiū idololatria pōt dici. Secundum hoc igitur super montes excelsos idolatrant illi qui sunt multū in superbia eleuati, contēnentes alios, & se tantummodo reputātes, sicut ille Pharisæus dicebat Luc. 18. *Non sum sicut cęteri hominum.* Quod exponens Aug. dicit: Qui sunt cęteri hominū, nisi omnes præter ipsum. Super colles idololatrāt ambitiosi. Collis enim a collo dicit, eo q̄ est quasi collū montis inter cacumen eius & partē eius inferiorē existens. & sic est in ascensu montis, Sic est autē in ambitiosis, qui semper quęrunt ascendere ad gradū indebitū sibi, & per modū illicitū. Subter ligna frōdosa, vel in lucis idololatrāt luxuriosi, q̄ latibula quærunt ad exercitium peccati, Iob. 24. c. *Oculus adulteri obseruat caliginē.* Quod bene significatur per lucum, qui dicitur a luceo luces per contrariū. Vnde versus: *Lucus & officium bellum libitinaq; parca. Ista per antiphrasin dicuntur nomina mons q.* Qui dicitur a moueo moues, per contrarium. Igitur idololatria montiū subuertitur, q̄n superbia per verā humiliationē deijcitur. exēplū Da. 4. g. de Nabuchodonosor valde superbo, qui vere humiliatus dixit; *Nunc ergo ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cęli, quia omnia opera eius uera, & omnes vię eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.* Idololatria vero collium subuertitur, quādo ambitio vel cupiditas abiicitur p contemptum oīū mundanorum. Exem. de Matthæo ꝑ surgens de teloneo secutus est christū, vt habetur Matt. ix. & non est dubiū quin oīa mūdana reliquærit, sicut & alii apostoli pp Deum. Idololatria vero lucorum subuertitur, q̄n luxuria per castitatē omnino repellit. Exēplum de Magdalena Lu. 7. de qua dicit Greg. cōuertit ad uirtutes numerum criminum, ut totum seruiret Deo in pœnitentia quicquid ex se Deum contempserat in culpa.

✻ MORA-

tinenter migrabant. Prohibet igitur in terra promissionis hæc fieri, ne occasionem inde capiant [illegible] sacrificandi. Denunciat autem & admonet ut in eo loco quem elegerit dominus sacrificia celebrent, mactent, & precentur. Vbi vero inhibuit offerre sacrificia in omni loco, carnes edere volentibus permisit, in vrbibus quidem in quibus morantur, sacrificante sacerdote, & sanguine effuso iussitque; vt sine discrimine tam mundi quam immundi carnibus vtantur huiusmodi, docens hæc sacrificia non esse diuina sed communia. Nam ex sacrificiis non licebat immundis quicquam sumere. Vnde merito subiunxit, *edite illud veluti capream aut ceruum.* Aut eius quidem generis animalia munda erant, non tamen offerebantur in sacrificium.

a *Decimas & primitias, &c.* AVGVST. Quærendum est, quo modo iubeat decimationes omnium fructuum & primitia omnium pecorum nõ manducari nisi in ciuitate vbi templum erat, cum eas Leuitis dari in lege præceperit.

b *Non facietis ibi, &c.* ✱ PROCOPIVS. Etiam adhuc superstite Mose transgressi sunt, & tamen veniam sunt consecuti. Necdum enim venistis, inquit, in requiem. Vnde

*quæretis & illuc.

Quæst. 18. † omnia electa vota vestra.

† Attamen prout desideraueit anima tua mactabis, & comedes carnem secundum benedictionem domini Dei tui, quam dederit tibi intra oes portas, im mundũ & mundum comedes vel immundi & mundi poterũt comedere sicut capream & ceruũ absque; eiu &c.

minus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo † venietis & offeretis in illo loco holocausta & a victimas vestras, decimas & † primitias manuum vestrarum & vota atque † donaria, primogenita boum & ouium, & comedetis ibi in conspectu domini Dei vestri, ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manum, vos & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis dominus Deus vester. b Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. Neque enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem quam Dominus Deus daturus est vobis. Transibitis Iordanem, & habitabitis in terra quam dominus Deus vester daturus est vobis, vt † requiescatis a cunctis hostibus per circuitum, & absque vllo timore habitetis in loco quem elegerit dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocausta, & hostias, ac decimas, & † primitias manuum vestrarum, & † quicquid præcipuum est in muneribus quæ vouistis domino. Ibi † epulabimini coram domino Deo vestro vos & filii ac filiæ vestræ, famuli & famulæ, atque Leuites qui vestris in vrbibus commorantur. † Neque enim habet aliam partem et possessionem inter vos. c Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit dominus: in vna tribuum tuarum offeres hostias, et facies quæcunque præcipio tibi. † Si autem comedere volueris, et te esus carnium delectauerit, occide et comede iuxta benedictionem domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus d tuis, siue immundum fuerit, hoc est maculatum et debile, siue mundum, hoc est integrum et sine macula, quod

de sub preputio non recusabant custodire legem, neque vtique victimas offerre licebat. Iam uero iuxta prophetam, vbiuis loco rum incensum adoletur nomini eius, & victima pura offertur.

c *Caue ne. of.* Occasionem amputat idolis sacrificandi. Ideo. n. præcipit in templo & ad altare domini hostias offerri, vt ubi integra est religio, ibi cultus congruus exhibeatur. Mysticè autem innuit nullum munus acceptabile esse Deo extra catholicam ecclesiam, hic enim est locus quem Deus elegit, vt poneret nomen suum ibi, & habitet in eo.

d *Siue immundum fuerit, siue mundum.*

✱ PROCOPIVS. Quidam capream & ceruum reliquis animalibus mundiora esse existimauerũt. Verum contrarium innuit. Ea enim quæ vitæ mundioris erãt, nõ comedebant. Quid igitur dicere intẽdit? Illud videlicet, quod qui oue aut boue, aut aliquo eius generis vesci volebant, id ipsum quo sacrificaret, ad altare deferebant, atque ita tandem vescebantur. Cæterum capreã vel ceruum nec mactare nec offerre licitum erat: offerebant. n. nulli nisi qui in vrbe vbi templum atque etiam arca erant. Porro super caprea aut ceruo simpliciter, sanctificari tantum interdictum erat, quanto magis sacrificare.

Mysticè.

† oblationem spõtaneam i. munera quæ spõte & voluntario animo offerens.

† requiem det vobis.

† oblationes.

† de cõ. di. 1. c. sicut non.

a *Absque*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 De cunctis. *Ista fuit tribus Leuitarum, in cuius sorte fuit altare holocaustorum & templum.*

2 Vt ponat nomen suum. *Per recordationem, quia nomen domini recolebatur in sacrificijs & oblationibus, & diuinis laudibus.*

3 Et habitet in eo. *Per specialem conseruationem loci, vt habetur 2. Macha. 3. g.* Ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, &c.

4 Venietis. *non alibi.*

5 Et come. *Hoc non est intelligendum, quod semper comederent talia in loco templi, sed intra muros ciuitatis Ierusalem.*

6 Non facietis. *Hic exponitur prædictum præceptum quantum ad duo ibi inclusa, & primo quantum ad sacrificij locum, secundo quantum ad comestionis modum, ibi: Si autem comedere volueris. Circa primum sciendum, quod licet regulariter esset deputata vnitas loci pro sacrificijs & oblationibus offerendis, tamen in casu poterat aliter fieri, & hoc est quod dicitur.*

Non facietis ibi quæ. *Vt offeratis sacrificia & oblationes in pluribus locis sicut non hic facimus, quandiu enim filij Israel fuerunt in deserto etiam post constructionem tabernaculi, poterant offerre sacrificia & oblationes voluntarias alibi, quam in tabernaculo, vt dicit Rab. Sal. non autem sacrificia & oblationes ad quæ tenebantur ex debito, & hoc fuit eis licitum, quousque essent quietati in terra promissionis, quod non fuit 14. annis, quos posuerunt ad capiendam terram & diuidendam eã, & hoc est quod subditur.*

7 Neque enim. *Sed quando fuerunt quietati non debebant offerre prædicta, nisi in vno loco, vbi fuit positum tabernaculum, & iste locus fuit primo Silo, vbi tabernaculum & arca domini habuerunt stabilem mansionem f. cccxliij. an. sicut potest probari per tempora iudicum, qui fuerunt a Iosue vsque ad mortem Heli, quia tunc fuit arca capta, vt habetur j. Reg. 4. postea capta arca a Philistæis translata fuit in Cariathiarim & inde in Masphath, & inde in Galgala, & inde in Nobe & inde in Gabaa: vt habetur libro de Hebrai. quæst. & inde in domum Obededon, & inde in ciuitatem Dauid, vt habetur 2. Regum 6. & inde in templum Salomonis, vt plenius dicetur 1. Reg. 7. Et tunc habuerunt pacem perfectam tempore Salomonis, & tunc non fuit eis licitum alibi offerre, quia ille locus fuit ad hoc simpliciter electus, & vltimatè à Deo, vt habetur 2. Paralip. 6. nisi ex diuino instinctu & dispensatione. sicut Helias obtulit sacrificium in monte Carmeli, ut habetur 3. Reg. 17 Vnde subditur.*

8 Illuc omnia. *Tempore medio inter destructionem Silo, & consummationem templi Salomonis sacrificia votiua & oblationes poterant alibi fieri, quam vbi erat arca, quia illo tempore non habuit stabilem mansionem, sicut & quando erat in deserto, ut dictum est, sic autem nõ potest dici de Silo, quia arca ibi habuit diu stabilem mansionẽ f. cccxliij. an. quibus fluxerunt a 14. anno ducatus Iosue, quo fuit posita arca in Silo vsque ad mortem Heli quando fuit capta a Philistæis. Cætera patent.*

9 Si autem comedere uolue. *Hic exponitur præceptum quantum ad comestionis modum, quia dixerat ibi: Comedetis in conspectu domini. Possent aliqui credere quod esus carniũ esset omnino eis prohibitus extra Ierusalem, ideo declarat quomodo esus carnium erat alibi eis licitus, scilicet de animalibus quæ non tenebantur offerre, nisi essent de animalib. immundis secundum legem quorum carnes prohibebantur comedere, & hoc est quod dicitur.*

10 Siue immundum. *Non immunditia immediate prædicta, sed immunditia quæ reddebat animal immolatitium ineptum ad sacrificium, & hoc est quod dicitur.*

11 Hoc est maculatum. *Istud non habetur in Hebræo, sed appositum fuit a translatore ad intelligendum, quid vocetur hic immundum s. animal habens defectum alicuius membri vel languidum, quod non poterat offerri, licet esset immolatitium secundum genum vel speciem.*

11 Siue mun. *Non solum mundicia comuni, quæ animalia licita sunt comedi a Iudæis, sed etiam munditia speciali, quæ licita sunt offerri, & hoc est quod dicitur.*

13 Hoc est. *Hoc enim non est in Hebræo, sed additum est a translatore, ad intelligendum quid vocetur hic mundum.*

a *Absque esu.* Homicidium prohibet. Sanguis pro anima ponitur, quia sedes animæ i. humanæ vitæ in sanguine est.
b *Non poteris comedere, &c.* ✠ THEOD. Duas rerum decimas dedicari præcepit. Vnam Leuitis offerri, alteram autē vendi, & pretium eius in conuiuium illorū, & curam viduarum orphanorum & aduenarum insumi. Epulari vero in sacro loco iussit eos in loco sacro. Porro sapientissimus dominus ista lege cōplexus est, Hebræos ab errore falsorum deorū. Cū enim doctor impietatis humano generi gule & voluptatum illecebris subiugato, festis dæmonū iudicia permulta miscuisset, is qui sagacissimus est, Israelē ab illo errore liberare desiderans, etiā de his quæ pertinēt ad festa, leges scribit, sacrificia permittit, instrumēta musica tolerat, & iubet epulari, vt talibus illectamentis idolorū cultu impiū amputet. ✠ CHRYSOST. Quoniam suspectam habebat Synagogæ mētem merito illam loco circumscribit, tēploque includit, nō permittens vt quouis loco sibi constituat altare. Nam cū in vno loco accepisset altare, si terrā omnem impleuit idolorū cultu, cogita in quam enormē idololatriā incidisset, si plena libertas cōcessa fuisset. Ob hāc causam et canticum loco circumscriptum est, altare loco definitū, & populus ille loco conclusus. At ecclesia quæ vbiq; Christū in se circūfert, innumerosq; martyres immolauit, ob charitatem quā gerit erga victimā, a nullo prohibetur loco, sed in omni loco sunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædixit Deus per prophetā, in omni loco sacrificiū offertur nomini meo, & sacrificium purum. Vide quam luculenter sacrā interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia.

✠ AVG. Ecclesia est locus electus, mons sanctificatus, ciuitas supra montem posita, vt abscondi non possit, hec radix catholica, vitis fructifera longe lateque diffusa. Attende tibi ne offeras in omni loco, id est, in omni hæresi, & dicas, hic Deus, & ibi Deus est, sed in loco quem elegerit dominus tuus in tribu tua, id est, in tribu eius, ibi offeres holocaustomata tua & ibi facies omnia quæ præcepta sunt tibi.

c *In oppidis.* Id est meritis tuis non assignabis quæ diuina largitate perceperis, non viribus tuis, sed Deo, cuius munere hoc habueris.

d *Caue ne, &c.* Communicet is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in om. &c. qui enim euangelium annunt. de euang. vi. &c.

e *Hoc solum caue.* Ad literam Apostoli hoc præceperunt. Et in sanguine prohibetur homicidium & odium fratrum. Qui enim odit fratrem suum, homicida est.

✠ PROCOPIVS. Illud ingeminat, Caue, seu attende tibi ipsi. Quod quidē exteri traductū in: cognosce teipsum tritū in prouerbium, transtulerunt. Ad eundem modum in scriptura dicitur. Sapientes sunt, qui seipsos norunt. Et iterum, si cognoueris teipsam, ô pulchra mulierum.

f *Sanguis enim eorum.* Quia aliquod vitale est in sanguine, & per ipsum maxime in hac carne viuitur, qui per omnes venas diffunditur, ipsum animam vocat, id est, corporis vitam quę morte finitur. Mystice autē innuitur, vt carnales homines a pristi-

[Margin: Leu. 17. c. Qō. 10. — † intra portas tuas. — Homil. in Psal. 95. — † Sup. 15. d. — † vel mundum & immundum pariter comedes. — Ecclesia non sicut synagoga vno loco sacrificia offerēda definita est. — Cōtra Iulgentiū Donatistam, cap. 15. — † oblationem. — † intra portas tuas. Galat. 6. b. & reficieris. — 1. Cor. 6. b. — † intra portas tuas. — 1. Ioan. 3. — † te ipsū ex. — Mystice.]

a offerri licet, sicut capream & ceruum, comedes absque esu 1 duntaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effun- 2 b des. *(a Bonam voluntatem.)* Non poteris comedere † in oppidis tuis decimam fru- 3 c menti, & vini, & olei tui, *(a Gratiam spiritalem. b Misericordiam.)* primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris & sponte offerre volueris, & † primitias manuum tuarum, sed coram domino Deo tuo co- 4 medes ea, *(a Affectu humanitatis & innocentiæ.)* in loco quem elegerit dominus Deus tuus, tu, & fi- 5 lius tuus, *(Generale est hoc preceptum, vt omnes conseruent.)* & filia, seruus & famula, atque Leuites, qui manet † in vrbibus tuis, *(Super. in gaudio: Gaudete in domino semper & iterum dico gaudete: Philip. 4. a. Qui gloriatur, in domino glorietur. 1. Cor. 1. d.)* & lætaberis, & reficieris coram domino Deo d tuo, in cunctis ad quæ extenderis manum tuam. Caue ne de- 6 relinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra. Quando dilatauerit dominus Deus tuus terminos tuos, sicut locutus est tibi: & volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua: locus autem quem elegerit dominus Deus tuus, vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, sicut præcepit tibi, & comedes † in oppidis tuis, vt tibi placet. † Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vesceris eis, & † mundus & immundus in commune vescen- 7 e tur. Hoc solum caue, ne sanguinem comedas. Sanguis enim f eorum pro anima est, & idcirco non debes animam comedere *(Id est terrenitati deputans.)* cum carnibus, sed super terram fundes quasi aquam, vt bene sit tibi, & filiis tuis post te, cum feceris quod † placet in conspe-

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Sicut capream. *i. ita licite & absque oblatione eorum sicut ceruus & caprea offeruntur & licite comeduntur.*

2 Absque esu. *Cuius esus generaliter prohibetur in lege, cuius ratio est ne per esum sanguinis homines non abhorreant effusionem sanguinis humani, ad quam Iudæi erant proni, & vt ad pietatem exercerentur, etiam circa bruta animalia, ut per hoc circa homines magis mouerentur pietate, & quia idololatræ post sacrificio sua congregabantur circum ... comedentes sanguinem sua victimæ in veneratione idoli.*

3 Quem super. *Id est totaliter, sicut aqua perfectius effunditur de vase quam cæteri liquores, & quia dixit quod extra Ierusalem poterat comedi animal mundum, vt dictum est, ne hoc intelligatur generaliter, excipit primogenita animaliū & decimas, & ea quæ ex voto offerebantur cum dicitur:* Nō poteris comedere in oppidis tuis, &c.

4 Sed coram. *Contra hoc arguitur, quia decimæ debebantur Leuitis, & primitiua sacerdotibus, si ergo talia reddentes poterant inde facere festa sibi & familijs, sequitur quod sacerdotes & Leuitæ fraudabantur debito suo saltem in parte, & ideo dicunt hic aliqui, quod Iudæi faciebant quolibet anno duas decimas de omnibus bonis suis, & prima erat tota de iure Leuitarum. secunda quæ erant de nouem partibus eis remanentibus non sic erant & de ista hic loquitur scriptura. Et eodem modo dicunt, quod faciebāt secunda primitiua, & de illis similiter est hic sermo, quæ non erant de iure sacerdotum. Sed hoc dictum nō habetur ex scriptura, sed solum vna decima quolibet anno fiebat, alia quolibet tertio anno quæ erat pro pauperibus ut habetur infra 14. Et ideo aliter soluitur, quia Iudæi in festiuitatibus in quibus tenebantur apparere coram domino, non debebant venire vacui muneribus, vt habetur Exod. 23. & 24.* Nec intelligitur hoc de apportatione decimarum & primitiuorum cum hoc esset debitum, sed de hostijs pacificis quas tunc faciebant quarum pectusculum & armus dexter erant sacerdotis de iure, cæteræ carnes erant offerentium, & de istis loquitur hic cum dicitur.

5 Comedes ea, &c. *Et hoc videtur per illud quod habetur infra 16. Oblationem spontaneam quam offeres iuxta benedictione Dei tui. id est, facultatem datam a Deo.* Et epulaberis coram dño Deo tuo tu & filius tuus, &c. *Aliqui vero dicunt quod intelligitur de primitiuis animalium, quæ propter maculam non erant immolatitia, & ideo redimebantur & comedebantur in oppidis, & de pretio emebantur in Ierusalem animalia, ex quibus fiebant epulationes prædictæ. Sed hoc videtur redire in inconueniens prædictum, quia si tenebantur redimi, pretium redemptionis erat de iure sacerdotum, & sic fraudabantur acsi fierent de primitiuis immolatitiis.*

6 Caue ne derelinquas, & c. *sc. promissionis, quia sicut dicunt Hebræi non obligabantur ad hoc quando erant extra terram Israel positi, vt pote in captiuitate Babylonica vel alia, & nō rationabiliter, quia ibi non habebant hereditatem sicut nec Leuitæ, primitiua tamen animalium in casu poterant comedi extra Ierusalem, videlicet quando habentes talia erant longe à Ierusalem, ut parceretur labori eorum, concessum fuit eis vt illa venderent vel quod iusto pretio sibi retinerent, & sic comederent & in solennitate, quando tenebantur ire in Ierusalem portarent pretiū, & inde emerent animalia consimilia mūda, & de illis offerrent, vt habetur infra 14. cap. plenius & hic breuius tangitur cum dicitur:* Quando dilatauerit dominus Deus tuus terminos. &c. *Sequitur.*

7 Mundus & immundus in commune uescentur. *Quia homines immundi ex tactu mortui vel alterius rei immūdę poterant inde comedere*

pristina conuersatione discedētes, in unitate fidei & bonorum operum sociantes, eorum errores in vsum nostrum non conuertamus, sed effundamus, id est per confessionem prolatos terrenæ fragilitatu deputemus, & quasi indignos viris spiritualibus abiiciamus.

a *Offerentes filios.* ✻ PROCOPIVS. Dæmoniacum enim est, naturalem affectionem erga affectā sobolem cōculcare. Nam omnes creauit Deus ut essent, ita quoq; generationes, ut

ctu domini. Quæ autem sanctificaueris et voueris domino, 1 tolles et venies ad locum quem elegerit dominus: et offeres oblationes tua, scarnem et sanguinem super altare domini Dei tui. Sanguinem hostium ✝ fundes in altari, carnibus autem ipse vesceris. Obserua et audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt be- 2 ne sit tibi et filiis tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonum est, et ✝ placitum in conspectu domini Dei tui. ✝ Quando disperdiderit dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingredieris possidendas, et possederis eas atque habitaueris in terra earum. caue ne ✝ imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersæ, et requiras ✝ cæremonias earum, dicens: Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita et ego colam. Non facies similiter domino Deo tuo. Omnes enim abominationes quas auersatur dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios, et fi- 3 a lias, et comburentes igni. Quod præcipio tibi, ✝ hoc tantum fa- b cito domino, nec addas quicquam nec minuas.

ut mundum conser uarent.

b *Nec addas quicquam.* ✻ IDEM. Duplex enim in peccatum lapsus est, uel supra uel infra mandata Dei delinquendo. Quidam enim præpotentes sibi uisi, hoc quod stateram ingentem suæ vitæ fabricassent, seipsos ab ecclesia abstraxerunt. Quidam uero fluidius ac languidius de matrimonio, itemque cibis statuentes, hoc ipso quod stateram parvam erexerunt, Dei regnum adipisci nō poterunt.

✝ rectum. ✝ inf. 19. a. ✝ deos. * tuarum. ✝ illa quæres te post illas. ✝ obseruare debetis vt illa faciatis. E Idolum Moloch.

NICOLAVS DE LYRA.

B ✻ *medere sicut & mundi, licet non possent intrare templum donec essent mundati, vt dictum fuit Nume. 5. Ab ista tamen concessione venditionis animaliū prædictorum recipiuntur animalia per votum Deo sanctificata, quorum carnes non poterant comedi extra Ierusalem, & nisi essent prius oblata in templo, & hoc est quod dicitur.*

1 Quæ autem sanctificaueris, &c. *Talia.n. animalia per votū obligata domino mutari non poterant vt habetur Leui. 27.*

2 Obserua & audi omnia, &c. *Hic concluditur principale intentū huius cap. Ad hoc enim prædicta sunt omnia, vt diligenter cauerent ab idololatria, & patet litera vsque ibi.*

3 Offerentes filios, &c. *Modus autem huius combustionis, secūdum quod dicunt Hebræi erat, quia fiebat idolū cupreum concauum, & in illa cōcauitate accendebatur ignis, & quādo idolum in qualibet parte erat ignitū, tunc super manus idoli quæ erant disposita ad accipiendum, ponebantur pueri, & sic ex adustione moriebantur, sacerdotes uero idoli habebant tympana in quibus percutieb ãt fortiter, ut ex fortitudine illius soni non audiretur clamor pueri, & sic parentes de morte puerorum non dolerent, sed magis crederent animas eorum sine afflictione a dijs accipi.*

CAP. XIII.

Diuisio. a S*I surrexerit.* Vult intelligi ea quę a diuinis non secūdū Deum dicūtur, etiāsi euenerint nō esse sic accipienda, vt fiant q ab eis prędicūtur, nec prēter potestatē suā ostendit esse quę ita cōtingūt. Sed quare permittat supponit, ad cognoscendum s. quantū diligāt Deū seruientes ipsis, non illi qui omnia nouit. ✻ CHRYS. Quod dicit tale est, si quis Propheta dixerit, possum excitare mortuū mederi cęco, sed obtēperate mihi, adoremus dæmones, immolemus idolis, & si qui hæc loqi possit mederi cęco excitareq. mortuū ne credideris iquit, quia permisit vt ille hoc possit, nō qd ille ignoraret tuū animū, sed vt tibi pbationis occasionē exhiberet, an vere diligeres Deū. Est aūt amantis, etsi exanimes ad vitā reuocēt, qui nos cōātur ab amato distrahere, nequāq tamē ab amato discere. Sed dicis, affligit te corporis morbus. Atqui non tāta passus es quāta beatus Iob, imo ne minimam partem malorū illius. Neq; tamen cōfugit, ad diuinos, nō adiit incātatores, aut eos qui per applicaturas promittūt sanitatem, sed expectauit diuinam opem.

✝ 16. q. 5. nec mirū. circa fi. & & in ca. illudante si. Orat. 5. ad uersus Iudæos.

C Aduersus eos q mor bus afflicta ti ad magiam con fugiunt.

CAP. XIII.

a SI ✝ surrexerit in medio tui prophetes, aut 1 qui somnium vidisse se dicat, et prædixerit 2 signum atque portentum, et euenerit quod 3 locutus est, et dixerit tibi: eamus et sequa- 4 mur Deos alienos, quos ignoras, et seruia- 5 6 mus eis: non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, 7

Gentilis vel hæretici.

✻ THEODORET. Quæst. 11. Qua virtute propheta qui cōtraria docet, edit miracula permittente Deo dæmones operantur. Sic & medici Pharonis, prodigium virgæ, fluuii & ranarum ediderūt, ita permittente Deo, ad arguendam operātis insaniam. Iussit enim vt plagas a Deo missas augerent ipsi, qui tamē dissoluere supplicia non poterant, imo ne muscas quidē abigere. Nā quæ Deus concessit, operati sunt, quod etiam hic declarauit, dum permissu Dei, ppheta prodigiosa facit. Instruimur autē non attendendum esse signis, quādo is q edit illa contraria pietati docet.

F

☞ a *Vt*

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIII.

1 SI surrexerit. *Hic cōsequenter præcipitur destructiō idololatriæ in particulari, & per consequens confirmatio latriæ sibi oppositæ. Et primo quantum ad vnam personā, secundo quantum ad vnam ciuitatem ibi:* Si audieris in una vrbium. *Adhuc primo facit propositum in persona non coniuncta, secundo in coniuncta ibi:* Si tibi voluerit persuadere frater tu⁹. *Circa primum sciendum, quōd sicut dictum fuit super librum Nume. xxij. homines aliquando instruuntur de veritatibus supernaturalibus per dæmones, & tales dicuntur prophetæ dæmonum, vt dictum fuit ibidem de Balaam, & isti etiam aliquando habent reuelationes a Deo immediate vel mediantibus sanctis angelis, licet ab eis non quærant sicut fuit idem dictum de Balam, tamen quando reuelationes fiunt eis a Deo vel a sanctis angelis, hoc fit ad bonum finē, vt dictū fuit ibi, de propheta Balaam. Sed quādo ordinatur talis reuelatio ad malū finem, & deceptionem, hoc fit a dæmonibus, qui quandoq; plures ueritates dicūt hominibus, ut postea magis credant eis in falsi suggestione, sicut ibidem fuit declaratum per exemplum. Et de tali propheta est hic sermo, qui deceptus a dæmonibus nititur homines pertrahere ad idololatriam cum dicitur:* 2 Surrexerit in me. &c. *Deceptus modo prædicto in vigilia.* 3 Aut qui somnium, &c. *ab eis confictum vel immissum a diabolo.* 4 Et prædixerit, &c. *mirabile venturum de propinquo.* 5 Atq; portentum. *futurum magis de longinquo, & dicitur a portendo, dis, quod significat protensionem in longum.* 6 Et euenerit, &c. *quia dæmones aliquando prædicunt vera futura, quæ excedunt cognitionem humanam, prout declaratum est Nume. xxij.*

7 Et dixerit tibi. *Ex hoc patet quod reuelatio sibi facta fuit per dæ✻ mones,*

MORALITER.

✻ 1 *Si surrexit in medio tui propheti. &c.* Per illum prophetam falsum, qui pcipitur interfici significātur omnes diuinatores & doctores superstitiosi, q primo sunt occidēdi spirituali gladio per excōicationē, & si permanserint obstinati, dimittēdi sunt iustitiæ seculari occidendi per mortem corporalem.

a Vt palam fiat vtrum dilig. ✻ AVGVSTINVS. Septuaginta. Scire an diligatis, sed latini interpretes ita, vt sciat an diligatis, quamuis eadem sententia videatur, cum nimis id quod dictum est scire, facilius ad illos refertur, vt sic accipiamus, tentat vt scire, ac si diceretur, tentando vos facit scire.

b Quia locutus est. ✻ PROCOPIVS. Si enim corporis cędes cęde mutua restituit, quanto magis id faciendum est, si quis animum corpore, Seruatoris quoque testimonio prestantiorem interficiat. Porro dæmonibus nulla fides tribuenda est, etsi vera aliquando dixerint. Ea enim nó ob veritatem dicunt præcipue, verum vt his mendacia commiscere queant. Quocirca Christus etiam eos increpauit, qui dicebant, nouimus te qui sis. Ita Paulus etiam eos qui dicebant: Homines isti Dei altissimi serui sunt, & denuntiant vobis viam salutis. Verum quoniam dæmonum elogia a rudibus discerni non possunt, semel eis omnem fidem quam infamibus tribueret, exclusit, cum inquit tace, ob mutesce. Quid prædicationem apostolicam, dignitatem a te prorsus alienam surripis?

c Si tibi voluerit. ✻ PROCOPIVS. Fide enim violata, valeat natura, valeat cognatio. Quale & Seruatoris illud est: Qui patrem aut matrem amplius me diligit, non me dignus est. Tale etiam hoc Hieremiæ est: A proximo suo sibi quisque caueat, & in fratribus suis non fiduciam collocet. Quoniam omnis frater supplantatione supplantat, & omnis amicus fraudulenter incedit,

A Gen. 22.
✻ vt stabularii per eam.
† talem rem malam in medio tui

1 quia tentat vos dominus Deus vester, vt † palam fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde & in tota anima vestra. Dominum Deum 2 vestrum sequimini & ipsum timete: Mandata illius custodite, & audite vocem eius. Ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Propheta autem ille 3 (b Morte æterna.) aut fictor somniorum interficietur, quia locutus est † vt vos auerteret a domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Ægypti, & redemit de domo seruitutis: vt errare te faceret de via quam tibi præcepit dominus (Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te: Melius est tibi vnum oculum habentem in vitam, &c. Matth. 18.b.) c Deus tuus, + & auferes malum de medio tui. † Si † tibi voluerit persua- 4 dere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis, vt animam tuam, clam dicens: 5 Eamus, & seruiamus diis alienis, quos ignoras tu, & patres tui, cunctarum in circuitu gentium quæ iuxta vel procul sunt ab initio vsque ad finem terræ: non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, 6 vt miserearis & occultes eum. Sed statim interficies. Sit primum ma- 7 8 (a Dura obiurgatione & forti sententia.) nus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus 9 obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere a domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis, vt & omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltra faciat + quippiam huius rei simile. † Si audie- 10 ris in vna vrbium tuarum quas dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos: Egressi sunt † filii Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis suæ, atque dixerunt: Eamus & seruiamus diis alienis, quos ignoratis: quære solicitè, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur: & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladi, & delebis eam, omniamque quæ in illa sunt vsque ad pecora. Quicquid (Studii.) etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum (a Diaboli quæ est Babylon magna cum qua fornicati sunt omnes reges terræ. Apoc. 16.c.) (b Igne perpetuo.) ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur dominus ab ira fu- 11 roris sui, & misereatur tui, multiplicetque te, sicut iurauit patribus tuis, 12 quando audieris vocem domini Dei tui, custodiens omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod † placitum est in conspectu domini Dei tui.

D † sciat.
† sermonem auertentem vos.
† 23. q. 5. c. legitur.
† incitauerit te.
E
† 23. q. 5. c. si audieris
† filii Belial, i. homines ex leges, perditi, scelerati.
† rectum
F

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ mones, ideo subditur, Non audies verba prophetæ illius. Sequitur.

1 Quia tentat vos dominus. *Permittit talia fieri, ut probemini.*

2 Vt palam fiat. *Id est ab alijs sciri faciat ipse de nouo non accipit alicuius rei notitiam, sed omnia nouit ab æterno, & hoc modo loquitur Gen. 22. c.* Nunc cognoui, quod timeas dominum. *id est cognoscere feci, quia per oblationem Isaac nota fuit hominib. obedientia Abrahæ & posita eis in exemplum.*

3 Propheta aut &c. interficietur. *Sine misericordia, dum tamen conuictus fuerit per testes vel confessus, & patet litera.*

4 Si tibi. *Hic præcipitur destrui idololatria respectu personæ coniunctæ quacunque propinquitate, & hoc est quod dicitur; Frater tuus, &c.*

5 Clam dicens: Eamus, &c. *Corrumpens in secreto & inducens homines ad idololatriam.*

6 Non acquiesc. *Recipiendo eius persuasionem iniquam.*

7 Neque parcat. *Falso iudicio iustificando eum, uel tacendo malum suum.*

8 Sed statim. *Cum iudicatus fuerit per iudices.*

9 Sit primum. *Quia testes habebant interficere tales condemnatos, vt habetur infr. 17. c. Vnde Act. 7 g. de beato Stephano dicitur:* Et testes deposuerunt vestimenta sua, &c. *Cætera patent.*

10 Si audieris. *Hic præcipitur idololatria destrui respectu vnius ciuitatis, quæ si fuerit corrupta idololatria, præcipiuntur hic homines interfici & pecora, & supellectilia comburi, & omnia quæ pertinent ad illam ciuitatem. & ipsa ciuitas destrui absque reædificatione, & patet litera vsque ibi:*

11 Vt auertatur. *Quia tali corruptione vnius ciuitates ira domini prouocatur contra totum regnum, & maxime quando negligitur puniri eius peccatum.*

12 Multi. *Hoc in fine huius capituli additur, ut ex destructione idololatriæ, latria fortius confirmetur.*

7 Neque

✻ CAP.

## MORALITER.

✻ 4 *Si tibi voluerit.* Ex hoc videtur, quod in ecclesia nulli personę quantumcunque propinquæ parcendum sit in perfidia hæresis, si fuerit obstinata, & maxime si studeat ad subuersionem aliorum. Matth. 18. 6. *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde & proijce eum abs te.* Per manum enim, vel pedem, intelligitur ibi persona familiaris & propinqua.

10 *Si audieris.* Ex hoc patet, quod licet in multis casibus parcendo sit communitati, non tamen in casu idololatriæ uel hæresis est parcendum.

✻ MORA.

CAP. XIIII.

a *NOn vos incidetis.* Vsque hodie multæ gentes incidunt se in funeribus mortuorum. Vnde: *Non vos contristemini sicut & cæteri qui & spem non habent.* Hæc autem facere eorũ est qui desperant de resurrectione.

A — 1.Thes.4.c

Quęst. 13.

✻ THEODORET.

Arcet eos a moribus impiarum gentium. Per hęc vero, non facietis caluitium, luctum immodicũ prohibet. Quidam enim extranearum gentiũ pilos capitis abradebant, & hos offerebant mortuis, alii pilos barbæ, alii superciliorum.

† vel estis.

† Sup.7.a. & inf.26.d & Leui.11

† præ.

† omnem abominationem. Matt.10.d

b *Nec facietis. Capilli capitis vestri numerati sunt.* id est, cogitationes quas non oportet ab honestate capitis auferre, & diabolo offerre, sicut qdã corporales capillos diabolo offerunt.

B

c *Ne comedatis.* Animalia immunda sunt sed quæ significando exprimunt, mors scilicet hominũ & act⁹ & uoluntates.

d *Camelopardalum.* Qui albis maculis respersus, capite camelo similis, collo equino, pedibus bubalo, per cætera pardus, in Aethiopia nascitur.

e *Omne.* Illos recipit ecclesia & membris suis incorporat, qui vngulam findũt, qui discretionem boni & mali habere sciũt & qui ruminãt meditantur in lege die ac nocte.

f *Quod.* Qui scilicet duo testamenta suscipiẽs firmo gradu iustitiæ & innocentiæ sese constitui.

g *Came.* Iudæum qui liquat culicem, & glutit camelum, qui literam ruminat, sed non habet fissã vngulã, quia a spiritu literã non diuidit, hi sunt & Scribę & Pharisæi.

h *Leporẽ.* Per chœrogyllum & leporem multitudinẽ significat Iudæorũ. Vtrũq; enim animal debile & infirmum.

D

CAP. XIII.

a Sicut leguntur fecisse sacerdotes in libro Regum.

a FIlii † estote domini Dei vestri: Non vos in-

a Sicut Ethnici capillos tendent & mortuis consecrant.

b cidetis nec facietis caluitium super mortuo, † quoniam populus sanctus es domino Deo tuo, et te elegit, vt sis ei in populũ peculiarem † de cunctis gentibus quæ sunt

c super terram. Ne comedatis † quæ immunda sunt. † Hoc est

a Mundum scilicet.

animal quod comedere debetis: Bouem, et ouem, et capram,

a Bubali sunt qui alieno nomine bisontes dicuntur. b Hircocerutum, similis est enim hirco & ceruo.

ceruum, capream, bubalum, tragelaphum, pygarũ, orygem,

d † camelopardalũ. Omne animal quod in duas partes fundit

e vngulam et ruminat, comedetis: de his autem quæ ruminãt

f et vngulam non findunt, hec comedere non debetis: Came

a Velocem, timidum. b debilem, rapacem, mortiferum.

g h lum, leporem, chœrogyllum: quia ruminant, et non diuidũt

Lota in volutabro luti.

i vngulam, immunda erunt vobis. Sus quoque quoniam di-

a Simulatis virtutibus.

uidit vngulam, et non ruminat, immunda erit. Carnibus eo

a Tales sin societatem non recipies: mortua non imitabimini. b Morticinia id est peccata. Id est opera Communicando.

K rum non vescemini, et cadauera non tangetis, Hęc comede-

Baptismi.

l tis ex oĩbus quæ morantur in aquis. Quæ habent pinnulas et

Ignorantia quæ cito aufertur.

squamas comedite, quæ absque pinnulis et squamis sunt,

a De contemplatiuis proprium capitulum ponit sicut in sacrificijs.

ne comedatis, quia immunda sunt. Omnes aues mundas

a Aliena rapientes, & iniustis lucris gaudentes.

comedite, immundas ne comedatis, aquilam scilicet et gry-

a Falco. b Qui bellis gaudet & mortibus. c Rapientium.

m phem, et haliæetum, ixion, et vulturem ac miluũ iuxta genus

a Quod est sine affectu, quod mani festum est ex eo, quod emissus a Noe ex prima.n [corvus auola]tione transgressus est, cui similis Iudas circa suum magistrum fuit & dominum. Lxx. Glaucum.

n o suum, et omne coruini generis: et struthionem ac noctuam

1 2 3 4 5 6 7 8 9

i *Quia rum.* Ruminant Iudæi verba legis, seu vngulam non diuidunt, quia in patrem & filiũ non credunt, nec duo testamẽta recipiũt. Quidã autẽ hæretici vngulã findunt, sed doctrinã veritatis in ore non ruminant.

§ Sup.7.a. & 26.d. Leuit.11.a

K *Hæc come.* Per hæc Gẽtiles intelligũtur, qui in aquis baptismi renascuntur.

† leopardalum.

l *Qua ha.* Meditantes legẽ vitæ sublimis & cęlestis, quia ignorãtia diuinæ legis diu in gẽtibus fuerat, pinnulas & squamas adiungit. Sicut enim pisces squamati sunt & pinnati, sic quibus est ignorãtia temporalis cito additur cognitio sublimis & vitæ celestis.

E

m *Et gryphem.* Quæ est quadrupes capite, & alis aquilę similis, reliquo corpore leoni. & abũdat in Hyperboreis mõtibus, equis maxime ĩfensa & hominibus.

n *Struthionem.* Qui a terra non leuatur, sed secularibus negotiis implicatur.

o *Noctuam.* Quæ in nocte acutè videt, & non in die. Sicut qui scientia legis glo riantur

F

## NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XIIII.

FIlii estote domini. *Hic consequenter destruitur idololatria in signo, & primo destruitur huiusmodi idololatria, secũdo instruitur latria opposita, ibi.* Decimam partẽ. *Circa primũ sciendũ, quod idololatriæ signa sunt assimilari idololatris in exteriori apparentia, quæ consistunt in modo se habendi & in modo viuendi. Primo ergo prohibetur modus idololatrarum circa mortuos, secundo circa cibos, ibi.* Ne comedatis. *Circa primum dicitur.*

Diuisio.

1 Filii estote domi. *q.d. non debetis in aliquo idololatris assimilari.* 2 Non uos incidetis. *In Hebr. habetur,* Non uos lacerabitis *sicut in plãctu mortuorũ aliqui Gentiles & idololatræ vnguibus lacerabant carnem suam.* 3 Nec facietis calui. *Eradicando capillos vel tondendo. Talis enim luctus immoderatus & inhonestus non decet filios Dei, qui habent fidem resurrectionis mortuorum, moderatus tamen luctus & honestus procedens ex pietate naturali bene licet, & decet.* 4 Ne comedatis. *Hic consequenter prohibetur modus idololatrarum circa cibos, & primo in carnibus animalium, secundo piscium, ibi:* Hæc comedetis. *tertio auium, ibi:* Omnes aues. *Circa primum dicitur:* Ne comedatis quæ immunda sunt. *Sciendũ, quod nulla immunditia spiritualis potest esse in brutis quæ peccare non possunt, potest tamen aliquo modo redũdare in eis inquantũ homines vtũtur eis ad mala, vtpote quia idolis immolãt ipsa, uel eis vtũtur ad maleficia alia, potest autẽ in eis esse directe immunditia corporalis, vt quia immundo cibo nutriuntur, sicut porcus, vel quia in loco immundo habitant sicut mures in terra, vnde et ex hoc fœtorẽ contrahunt, & ex hoc abominabilia sunt, propter vtrãq; enim causam & consimilem multa animalia & aues & pisces prohibẽtur in lege Iudæis. Sunt etiam præter hoc aliæ causæ mysticę & figurales, inquãtum per talia designantur homines habentes aliqua vitia sicut carnalis assimilatur porco, piger, asino, & sic de alijs.* 5 Hoc est animal quod comedere debetis, &c. *Tanquã carens immũditiis prędictis, & enumerat aliqua in speciali dicens.* 6 Tragelaphũ. *Tragelaphus animal est mundũ & est partim simile hirco, & partim ceruo, & dicitur a τράγος quod est hircus, & ἔλαφος quod est ceruus.* 7 Camelopardalũ. *Animal est simile camelo in capite, & ideo ab eo denominatur, habet tamẽ maculas albas in corpore sicut pardus, & equo similis est in collo, bubalo uero in pedibus. Cõsequẽter ponit regulã communem, cũ aliqua tamẽ exceptione, cũ dicitur:* 8 Omne animal *Cætera exposita sunt Leuit.xi. ubi hęc materia plenius tractatur, aliqua tamen ponũtur hic, quæ non sunt ibi, & illa sunt hic exponẽda.* 9 Ixiõ. *Auis* ✻ *est ae*

Luct⁹ mortuorum.

Diuisio. De esu carniũ & piscium.

*MORALITER*

✻ 1 *Filij estote.* Non vos. Per hoc docentur Christiani, quod immoderate nõ debẽt affligi de morte amicorum suorũ. hoc enim quoddã signum est defectus fidei, quantum ad articulũ resurrectionis & vitæ beatæ, & talẽ afflictionem immoderatã faciebant fideles vitam aliam non sperantes

4 *Ne comed.* Mysticæ rõnes istorũ sunt positæ supra Leuit.xi. tamen hic additur inter aues immundas ixion, q̃ est auis alba minor miluo, & est de genere vulturis, q̃ pascitur cadaverib. & significat vitiũ hypocrisis, q̃ propter laudem humanam p̃tendit exteri⁹ albedinem sanctitatis, & interius pascitur cadaverib. iniquitatis, Matth.xxiii.c. *Væ uobis Scribæ, & Pharisęi hypocritę, qui similes estis sepulchris de albatis quę a foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorũ & omni spurcitia.*

riantur, & lucem euangelii non capiunt.

A a *Larum.* Qui vt auis volat, vt aquatile natat, qui scilicet circũcisionem veneratur & baptismа. Talibus Paulus ait. *Si circuncidimini Christus nobis non prodest.* (Gal. 5. a.)

b *Accipitrem, &c.* Qui mansueti videntur, sed potentibus & auaris sociantur.

c *Cygnum & ibin.* Hæc longi colli esse, & cibum de profundo terræ trahere dicuntur. Nos autem debemus quærere panem qui de cælo descendit, nec esse soliciti quid manducemus. († vel cuculum. † ciconiã. Ioan. 6. c. Matt. 6. d.)

e *Nycticor.* Quæ nocte repit & operatur, significãs eos qui noctis operibus dedicantur, quæ sunt fornicatio, immunditia, idolorum cultus & similia. (* illud.)

e *Vpupam.* Quæ luctum amat. Seculi autem tristitia mortem operatur. *Nos vero debemus in domino gaudere, in omnib. gratias agere.* (2. Cor. 7. c. 1. Thes. 5. d.)

B f *Vespertilionem, &c.* Quæ circa terram uolat, & penuis ambulat. Nostra autem cõuersatio in cælis debet esse. (Philip. 3. d.)

g *Quicquid autem.* Mystice præcipitur ecclesiastico uiro, ut se in sanctitate seruet, & omnẽ peccati immunditiam deuitet, peregrinum, id est Gentilem in suis sordibus remanere permittat. (Mystice. * vt ponat nomẽ suũ ibi, vel inuocet nomẽ suum ibi.)

h *Peregrino qui intra portas tuas est.* Quasi paganis & hæreticis immunda relinque. Hinc dæmones in euangelio permittuntur ire in gregem porcorum, & dicitur, *Sine mortuos sepelire mortuos suos.* (Matt. 8. d. Luc. 9. g.)

i *Non coques hædum.* * Clemens Alexand. Non fiat enim id quod est uiuẽtis nutrimentum, interempti animalis codimentum, neque quod est uitæ causa, opem ferat ad consumptionem corporis. (C. Li. 2. Stromat.)

K *In lacte.* Mediocribus disciplinis, sed austerioribus, ut restaurarent amara quæ perdiderunt dulcia.

l *Decimam.* Quasi bona quæ facit secundum diuinæ legis præcepta facias, & domino separes, vt ad eius laudẽ omnia facias.

m *Decimam partem separabis.* * Theod. Duas decimas omnium rerum seponi iussit, vt hic manifeste declarauit, quando constituit, vt populus duas decimas offerret, unam Leuitis, alteram in rationem epularum faciendarum. *Decimam,* inquit, *addecimabis, &c.* Quod si unica esset decima, quomodo fieri posset, vt eam Leuitæ caperent, et eadem in conuiuium offerentium expenderetur? Verum satis constat cum decimam vnã Leuitis distribuisse, alteram autem offerẽtium epulis, quod quidem subsequentia demonstrant. *Si enim,* inquit, *abs te fuerit longior uia, vende, &c.* Iosephus in de nactus occasionem, aut potius Iudæorum morem probe sciens, asserit legem constituisse, vt tres offerentur decimæ: vna Leuitis, altera pupillis & viduis, tertia ĩ epulum offerentium. (D Quest. 13.) († noctuam vlulam, vespertilionem. † pelicanũ † mergulũ † Omnes aues, maũdas. † Ex. 23. c & 34. d. 13. quõ. 1. §. his ita 16. q. 1. §. sicut & qõ. 7. c. õẽ decimę. E)

---

a & † larum atque accipitrem iuxta genus suum: † herodium
(a Gryfalco vulgo rapit aquilam.)

b ac cygnum & ibin ac † mergulum, porphyrionem & † ny-
(Lxx pelicanum. a Non calandre vt putant.)

c d cticoracem † onocrotalum & charadrium, singula in genere suo: Vpupam quoque & vespertilionem, & omne quod 1
(a Intentum terrę quãmuis contemplationem simulat.)

e f reptat & pinnulas habet, immundum erit, nec comedetur: †
(a Honestis operibus & moribus communicate. Sine peccato. b Peccato contaminatum.)

g Omne quod mundum est comedite: Quicquid autem mor-
(a Consentiendo vel in faciendo. b Ab operibus mortuis abstinete.)

h ticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, da * vt comedat, aut vende ei, quia tu populus 2 3
(a Purgabis. b Peccatorem. Qui statuetur a sinistris.)

i sanctus domini Dei tui es. † Non coques hædum in lacte 4
(Ecclesiæ.)

K l matris suæ. Decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis, quæ nascuntur in terra per annos singulos, & comem des in conspectu domini Dei tui in loco quem elegerit, vt
(a Corporis Christi vel prædicationis. b Sanguinis Christi vel hilaritatis mentis.)

in eo nomen illius inuocetur: decimam frumenti tui & vini 5
(a Operum misericordiæ vel charismatis. b Melioribus operibus. c Simplicitate.)

n & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis, vt discas timere dominum Deum tuum omni tempore. Cum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit dominus Deus tuus, * tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta o portare, vendes omnia & in pretium rediges, portabisque manu tua, et proficisceris ad locum quem elegerit domip nus Deus tuus, et emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis siue ex ouibus, vinum quoque
(a Omne scil. quod inebriare potest excepto vino.)

et siceram, et omne quod desiderat anima tua, et comedes doram domino Deo tuo, et epulaberis tu et domus tua, et Leuita qui intra portas tuas est. Caue ne derelinquas eum,
(a Vno interposito.)

q quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur ti- 6
(a Non deferes ad locum quem elegit dominus.)

r bi eo tempore, et repones intra ianuas tuas, venietque Leuites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus et vidua, qui intra portas tuas sunt, et comedent et saturabuntur, vt benedicat tibi dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum, quæ feceris.

---

n *Primog.* Id est boni operis initia, quæ decimanda sunt, id est domino consecranda.

o *Portare.* Quasi qui longe sunt a perfectione sanctorum, nec possunt ascendere culmen uirtutum nec contemplationi vacare, quod possunt agant humiliter & deuote, & faciant sibi amicos de mammona iniquitatis, & thesauros in cælis, ut recipiantur in ęterna tabernacula, ubi epulandũ & lætãdum cũ amicis, i. sãctis & electis Dei.

p *Et emes ex eadem pecun. &c.* Spiritualibus præcipitur vt semp bonis operib. insistamus, quatenus post hãc vitã ad domũ nostram i. ad cæleste patriam reuertamur. (F)

q *Aliam.* Extra illam s. quam manducas cum tuis & Leuitis in loco quem elegerit dominus.

r *Veniet q;* Manifeste ostendit hanc decimam non esse ei qui offert communicandam, sed tãtum illis quibus præcipit erogari, in quibus præcipue Leuiten posuit.

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

* *est de genere vulturis alba & minor, quam sit vultur.*

1 Nycticoracẽ. *Auis est de nocte volans a νὺξ quod est nox, & κόραξ quod est coruus, quasi coruus noctis. Dicunt tamen aliqui, quod est idem quod noctua, sed hoc non videtur, quia hic separatim prohibentur.*

2 Peregrino *Si est pauper.*

3 Aut vende ei. *Si habet unde emat, & loquitur hic de peregrino qui est conuersus ad Iudaismum, aliter non posset comedere licite.*

4 Non coques hædum in lacte matris suæ. *Hoc fuit expositum Exod. xxiij.*

5 Decimam frumenti tui, uini, &c. *Hic cõsequenter inducit ad latriam, per hoc quod inducit ad sustentationem sacerdotum & ministrorum ad quos pertinebat colere Deum pro se & pro populo. Primogenita enim debebantur sacerdotibus, & decimæ Leuitis, portabantur tamen ad templum quantum ad partes Leuitarum, qui manebant ibi ad ministrandum. Et patet litera ex his quæ dicta sunt supra xij. Consequenter inducit ad sustentationem pauperum, cum dicitur.*

6 Anno. *Scilicet pro sustentandis pauperibus, vt patet ex sequentib. quod fiebat ex lege pietatis naturalis & ne Iudæi pauperes cogerentur quærere eleemosynas a gentibus, vel seruire eis pro sustentatione vitæ suæ, & sic cogerentur de idolotitis comedere cum Gentilibus, & per cõsequens possent pertrahi ad cultum idololatriæ.*

* CAP.

CAP. XV.

a Septimo anno. In hoc ca. pietas & dilectio commendatur, ut proximis misereamur, & præmium a domino expectemus. Tempore .n. suo metemus nō deficiētes, si dū tēpus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. vnde; *Dimittite & dimittetur vobis, & date & dabitur vobis.*

1. Tim. 5. a
Luc. 6. f

Septimo. an. Quia in septiformi spiritu remissio est. Omnes pene legis solennitates in septenario numero sunt. Sabbathū enim in die septima est. Et pentecoste finitis septem hebdomadib'. Septimus quoq; annus celebratur. Et iubileus septies septē annis succedit.

b *A peregrino*. Licet sint omnes proximi nostri, maxime tamen illis misericordia impendenda est, qui Christi sunt nobiscum membra. *Qui enim habet substantiam mundi, & fratri indigenti non impēdit, quo modo manet in eo charitas Dei?*

1. Ioan. 3. c

c *Omnino indigens & mendicus*. ✱ CHALDAEVS. Solummodo vt non sit in te egenus, cum benedicendo benedixerit te dominus i terram, quam dominus Deus dat tibi in hæreditatem, vt possideas eam. Imo si receperis verbum domini tui, ut custodias & facias, &c. Vtiq. dñs Deus tuus benedicet te, & dabis mutuū populis multis.

✱ ABENESRA sic explicat. Scias quod istud quod præcepi vt non exigas fratrē tuum, non erit opus. Si omnis Israel aut maior pars obedierint voci Dei, tunc non erit in te pauper, cui necesse erit ut mutuum des ei, imo omnes vos mutuum dabitis gentibus multis.

C ✱ PROC. Hoc etiā Lucas in actis habet: Et gratia erat super omnes eos. Neq. enim pauper quisquā erat inter eos, de his q crediderāt, loquēs. Pręcipit vero lex a peregrino exigere debita. At ciuib. benigne remissionē largiri anno septimo, q revolutione sua instantis seculi consummationem significat. D

d *Fœnerabis gentibus multis*. ✱ AMBROSIVS. Mysterium ecclesiæ euidenter exprimitur, cum dixit ad discipulum legis: *Si audieris legem, & cæt. fænerabis gentibus*. Quod factum est a patribus nostris. Fœnerauit Moyses gentibus qui proselytos acquisiuit. Fœnerauit Iesus Naue, Gedon, Samuel, Dauid, Salomon, Esdras, Elisæus, & si quis volebat verbum cognoscere, pergebat ad eos. *Regina austri veniebat audire sapientiam Salomonis*. Vbi cœpit populus Iudæorum non custodire legem, cœperunt aduenæ, hoc est ex populo nationum, qui in Christum crediderūt interpretationem scripturarum fœnerare illi vetusto populo. Fœneremus hodieque sacerdotes in ecclesia verbum Iudæis, qui de synagoga ad ecclesiam transierunt. Fœneremus nouam & vetustam pecuniam. Etenim quā habuerunt, iam non habent.

Li. de Zobia ca. 19.

*Fœnera*. Quasi ditior eris omnibus gentibus. Ecclesia quoque abundat spiritalibus diuitiis, ipsa docet nec habet necesse doceri.

## CAP. XV.

a Septimo anno facies remissionem, quæ [Moralia præcepta.] hoc ordine celebrabitur. Cui debetur ali- [a Intra ecclesiam. In Deo. b Pater noster qui est in cęlis vnus est Christus.] quid, ab amico vel proximo ac fratre suo repetere non poterit, quia annus remissio- [Qui alienę religionis est.] nis est domini. b A peregrino et aduena exiges, † ciuem et pro- c pinquum repetendi non habens potestatem. † Et omnino [Mystice quasi pecunia verbi omnibus large dispensatur.] indigens et mendicus non erit inter vos: † vt benedicat tibi dominus Deus tuus in terra quam traditurus est tibi in possessionem. † Si tñ audieris vocem domini Dei tui, et custodieris vniuersa quę iussit, et quæ ego hodie pręcipio tibi† be- [Verbum Dei.] d nedicet tibi, vt pollicitus est. † Fęnerabis gentibus multis, et ipse a nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, et tui nemo dominabitur. Si vnus de fratrib. tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuę in terra quam dominus e Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non ob- [a Quasi immisericors. b Per auaritiam, sed extendens per misericordiam.] durabis cor tuum, nec cōtrahes manū, sed aperies eam pauf peri, et dabis mutuū, quo eum indigere perspexeris. Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio, et dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis, et † auertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare, ne clamet contra te ad dominū, et fiat tibi in peccatum, sed dabis ei. Nec ages quippiā callidè in eius necessitatibus subleuandis, vt † benedicat tibi dominus Deus

[Margin: & aduena. † Duntaxat si. † Mutuū dabis. B † quia huius rei gratia benedicet. † fratri aūt remittes tuo quod tuum erit vel non repetes a fratre tuo. † Quia. † benedicet enim. *dominus enim De' tuus. E † maligne sit oculus tuus cōtra fratrē tuū mendicū, vel in paupertatē redatum. Ex catena Græca.]

e *Non obdurabis cor tuum*. ✱ CYRIL. Tria sunt apud scripturā, quibus ea uirtus exprimitur animi, quæ imperium tenet, princeps duxque aliarum. Mens, spiritus, cor. Quis nouit ea q sunt hominis nisi spiritus ipse, qui est in homine? Dauid Psal. 50. *Cor mundum crea in me Deus*. Quo loco creare nō est id quod non erat in naturam inducere, sed quod iam existit, in meliorem formam commutare.

f *Caue*. AVG. Lxx. attende tibiipsi, ne fiat uerbum occultū in corde tuo iniquitas, dicēs, Appropiat annus septimus, annus remissio

Quæst. 21. F

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XV.

1 Septimo. *Hic inhibetur idololatria quantum ad principium motiuū seu occasionem. Si enim obligati debitis & impotentes soluere arctarentur p pęnas corporis uel alio modo, possent habere occasionē fugiēdi de terra Israel, & habitare inter Gentiles, & sic seruire dijs alienis, secundū quod dicit Dauid de seipso fugitiuo 1. Reg. 27. cap. Maledicti sunt in conspectu domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate domini dicentes:* Vade serui diis alienis. *Licet enim* Dauid *hoc non fecerit, tamen persecutores eius dabant ei occasionem faciendi. Ad hoc igitur admonendum septimus annus remissionis fuit in lege institutus, in quo remittebantur debita impotentibus soluere. Sic ergo primo aufert idololatriæ occasionem, secundo inducit, ad latriæ culturam, ibi:* De primogenitis. A*dhuc primo inducit ad relaxationem debitorum, secundo ad relaxationem seruorum, ibi:* Cum tibi venditus fuerit frater tuus. *Adhuc primo inducit ad debitorū relaxationem secundo ad liberalem accommodationē, ibi:* Si vnus de fratrib. tuis. *Circa primum sciendum q remissio debitorum in septimo anno non imponitur, nisi pro illis qui sunt de ritu Iudæorum, ideo subditur.* 2 Aper. *In* H*ebr.. Ab extraneo exiges, per quod patet, quod idē intelligitur hic p peregrinū & aduenam, extraneus autem dicitur qui non est de ritu eorum.*

Annus septimus remissionis; quare institutus. Diuisio.

3 Et om. *Hic consequēter inducit ad pauperū subleuationem, & intelligitur de* I*udæis pauperibus, quos debebant adiuuare, ita quod non cogerentur publice mendicare.* 4 Vt be. *multiplicando te in bonis temporalibus & spiritualibus.* 5 Si ta. I*d est si feceris quod dictum est, & per hoc intelligitur opposita negatiua videlicet, quod si non feceris, nō multiplicabit te.* 6 Fęnera. *Hic non accipitur pro vsura, quæ licet esset eis permissa cum extraneis gentibus, non tamen potest eis permitti pro pręmio pietatis erga pauperes cum sit illicita, sed accipitur hic pro accōmodatione. vnde in Hebr. habetur.* Vadiabis gētes multas. I*d est vadia accipies ab eis, quia non tenebantur eis accōmodare sine vadio, in hoc igitur promittitur eis multiplicatio bonorum temporalium, per q possent dare mutuū non solum fratrib. suis* I*udęis, sed etiā alienis gentibus.* Domi. *quia pro actu pietatis non solū promittitur eis multiplicatio diuitiarū, sed etiā dominij siue excellentiarum.* 7 Si vnus. *Hic inducit eos Moyses ad liberā mutuationem, quæ debet procedere ex affectus, iō subditur.* Sed aperies manū pau, &c. 8 Quo eū. *Quia non tantū debebant fratrib. suis accōmodare pecuniā, sed etiā aliā rē necessariā vtpote equū, currū, & similia quę frequēter deteriorātur ex accōmodatione.* 9 Caue. I*nducit eos vt non retrahantur ab accommodatione propter appropinquationem anni septimi in quo debita relaxabantur.* 10 Nec. *Vt per hoc machineris ad aliquod malum, vt ad familiaritatem inhonestam cum eius vxore, vel filia, vel aliquid aliud illicitum.*

3 Et ✱ 1 Non

MORALITER.

✱ 1 *Septimo anno, &c.* Illa quæ hic ponuntur moralia sunt, ideo pertranseo vsque ibi:

remissionis, & malignetur oculus tuus in fratrem tuũ egenũ

A Magnificè occultũ verbum hoc dixit, quoniam nemo audet hoc dicere qui potuerit cogitare, ideo non esse mutuũ dandum indigẽti, quoniam appropinquat annus remissionis, cũ Deus propter misericordiam vtrunq; pręceperit, & commodari cum quisque indiget, & remitti anno remissionis. Quomodo misericorditer remissurus est illo anno quo remittẽdum est, si crediliter cogitat illo tempore dandum non esse, quod dandum est.

& filii eius erũt domini sui. Seruo empto dat dominus vxorẽ cũ prædicator eũ quẽ domino mancipauit, bonę actioni coniugit. Prædicatores enim domini vocantur. vnde: *Scis quoniam dominus tuus tollatur a te.* Vxor filios & filias parit, cum bona actio fructus fortes vel tenores gignit. Hæc mulier cum filiis domino remanet, seruus exit cũ veste, quia bona actio & eius fructus prædicatori imputantur, ipse cũ desiderii intentione ad contemplationem per gratiã liber egreditur. Si dixerit seruus: Diligo dominum meũ, &c. Seruus dominum diligit, quando prædicatoris verbo sollicita mente custodit. Vxorem amat & liberos, vitã scilicet actiuam & fructus eius. Dominus offert eum diis, & applicat ad ostiũ & postes & perforabit aurem subula, ut sit seruus in seculum, quia prædicator antiquorum patrũ dictis imbuit ad ostiũ, & postes tabernaculi, ut de ingressu æterni tabernaculi aliquid audiat, & iudicii terrorẽ agnoscat, de bonis operibus gloriam quærat ab hominib. Auris subula perforatur, dum mens illius timoris Dei subtilitate percutitur, ut uerbi acumine trãsfixa, ingressum regni semper attẽdat, quasi ad ostiũ & postẽ tabernaculi pforata. Seruus erit in seculũ, ut liber sit post seculum. Nunc ergo non solũ actiua in seruitute est, sed etiam contemplatio libertatẽ mentis nõ obtinet, quia in ęnigmate ĩtimã quietem videt. Ne hoc serui Christi animo domini flagitarent, Apostolus iubet seruos dominis esse subditos, ne doctrina Dei blasphemetur. Mystice enim dictum intelligitur, vbi subula recusantis libertatem, aurem perfodi præcipitur.

tuus in † omni tempore, & in cunctis ad quæ manum miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco [1] ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versantur in terra. Cum tibi † venditus fuerit [2] frater tuus Hebræus aut Hebræa, et sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Et quem libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris, sed † dabis viaticum de gregibus et de area et è torculari tuo, quibus dominus Deus tuus benedixerit tibi. Memento quod et ipse seruieris in terra Ægypti, et liberauerit te dominus Deus tuus, et idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit, nolo egredi, eo quod diligat te, et domum tuam, et bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulam et perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, et seruiet tibi vsque in æternum. Ancillæ quoque similiter facies. Non † auertas ab eis [3]

In fide. a Transiens. Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Eccl. 24 c. b Perfectione actiuæ vitæ. a Non generalis remissionis, sed quicunque a venditione septimus occurrerit. Aeterna requies. a Ab actiua vita. b Prædicatorem. Ecclesiam. a Diuini timoris subtilitatem. b Mentem inobedientem. a In introitu ecclesiæ, vt sit memor cęlestis tabernaculi. In actiua vita bene operando. Secundum præsens. Infirmiori & indoctiori.

omnibus operibus tuis. — † te vendiderit. — † tibi graue vel durum videatur quod. — 4. Rig. 2. — Ad Tit. 2.

a *Cum tibi venditus, &c.* ISID. Si Hebręus puer in seruitutẽ deuenerit, pręcipitur vt seruiat sex annis, septimo liberetur. Si noluerit propter vxorem & filios, perforabitur auricula eius, & erit seruus in seculum. Hoc de pręsenti seculo non dicitur, sed de futuro, quia in sex ætatib' huius seculi, seruiens, septimo die, id est æterno sabbatho liberamur, si tamen liberi esse, voluerimus dñ in seculo peccato seruimus. Si autem noluerimus, perforabit nobis auricula, in testimoniũ inobedientiæ, & cum uxore & filiis nostris, quos prętulimus libertati, id est cum carne, & operib. eius, s. peccatis in ęternum seruiemus. (Allegorie.)

B *Cum tibi venditus, &c.* Hebręus transitor, qui ad æternam. s. patriam tendit, & de vitiis ad uirtutes, de terrenis ad cælestia trãnt, si talis se tibi vendiderit, id est magisterio tuo se addixerit, docebis eum ut in præsenti vita studeat operari. ut ad requiẽ peruenire possit. Hoc est sex annis seruiet tibi, septimo dimittes eum liberũ, nec vacuum abire patieris, quasi æterna præmia & veram libertatem promittes ei in alia uita. Si autẽ dixerit nolo egredi, eo quod diligat te, & domũ tuam, id est si bona quę fecit, nõ pro ęterna mercede, sed p humana laude. quasi diligens præsentem vitã fecerit, perforabis aurẽ eius subula, id est mentem eius terrore iudicij conpunges in ianua domus, quia iudicium est in eius uitę egressũ & alterius ingressu, & seruiet tibi usque in ęternũ; id est docebis eum si seculum plus amauerit quã Deũ, ęternis suppliciis mancipãdũ. (Mystice.)

GREG. Cum actiua uita & contemplatiua sit nobis ex Dei gratia, una est in necessitate, altera in uoluntate. Nemo enim Deum cognoscens regnũ ingreditur sine actiua uita, sine cõtemplatiuã vero multi. vnde: *Si emeris seruum Hebræum, &c.* Hebræus id est transiens emitur, quando vnusquisque q a seculo mente transit, seruitio Dei subiicitur. Sex annis seruire pcipitur, ut in septimo gratis liberetur. In senario actiuæ vitę perfectio. In septenario contemplatiuã exprimit. Sex annis seruit, septimo liber egreditur, quia per actiuã perfecte transactam ad contemplatiuę uitæ libertatem transit gratis, quia cum bene fecerimus serui ĩutiles sumus. Sicut ergo actiua est ex munere, ita & contemplatiua. Cum quali veste intrauerit, cũ tali exeat, qa necesse est ut in incepto quisq; pseueret. Bene aũt ad contẽplatiuã vitam transit, qui in actiua intentionis suę uestẽ nõ mutauit. Quidã vero priusquã seruitio Dei societur, bene operari diligũt, alii postq ad eius puenerint seruitiũ. Qui ergo bonã operationẽ prius habuerit, cũ vxore emptus est. Is põt ad cõtemplatiuã uitã transire, & tamen actiuã non desereat, vnde vxor egrediatur simul. Ad cõtemplationẽ enim trãsiẽs affectionem boni operis qua aliis prosit, nõ relinquit. Mulier (Hom. 3. super Ezec. Moraliter Exod. 21. a)

C

b *Sex annis seruierit tibi:* ✻ PROC. Ante Seruatoris aduentum legi seruitutis Israel astrictus, atque sub disciplina erat. Postremis vero temporib. cum humanitatẽ asciuisset, seruitutis spiritus est sublatus, sponteque & gratis in filios sunt adoptati. Non enim legis operum, sed fidei viatico accepto victimã immaculatã ab ouib. extractam, ouem inquam, ad lanienam nostri causa adductam. Quod si vero lege carnalem fratrem libertati donare cõueniebat, quanto magis spiritualem nobis conuenit? Ac spiritualib. quidem annus septimus, mundi cõsummatio semper præsto est.

c *Assumes subulam, &c.* ✻ PROC. Quicunq; post remissionẽ peccatorũ ad libertatis dignitatẽ puenire nõ potuerunt neq. syncero erga dñm affectu, aurẽ circunciderunt, nihilominus I inferiore additiõe sub ipso ad ostium in limine esse uolunt, nunq enim ex præsenti seruitute egredi præsumpserunt, aurem subula perforantur. Quo foramine edocti, bñ seruire poterunt, donec seruitutis spatio exacto, inter mercenarios descripti, ad filiorum dignitatem seipsos intrudant. Christus enim prima figura liberos efficit, fratres & amicos vocitando. *Seruus enim, inquit, nescit voluntatem domini sui.*

✻ CYRILLVS. *Perforabit. &c.* Vt intelligat post hac nihil de libertate amplius auditurum, cum eam partem quam natura voci peruiam fecit, quodammodo impediri voluerit. (Ex catena Grȩca.)

d *Seruiet tibi in æternum.* ✻ ORIG. Solet his verbis qñq; scriptura vitam hominis circunscribere. Paulus: *Si propter esum carnis frater offenditur, carnem non comedam in æternum, id est, dum viuam.*

F

☞ a De pri-

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Non deerunt. *Non est contrariũ ei quod supradictũ est. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos, quia ibi loquitur de mendicante publice, quod non debebant Iudęi permittere, vt dictum est. Hic autem loquitur de paupere, qui de suis facultatibus non potest conueniẽter sustentari, & ideo indiget per accommodationem ab alys auxiliari.*

2 Cum tibi uendi. *Ista exposita fuerunt Exod. 21. hoc excepto.*

3 Non auertas ab eis. *Id est non respicies eos toruo oculo, quasi tibi sit grauis libertas eorum. Vnde in Hebræo habetur:* Non erit graue oculis tuis cum dimiseris eos liberos.

✻ 1 De pri-

MORALITER.

✻ 1 *Cum tibi ven.* Cuius sensus mysticus supra positus est Exod. 21.

✻ 1 *De pri-*

a *De primogen.* AVG. Primogenita dicit quæ primo vuluã aperiunt, & primo partu exeunt, rGæce autem πρωτότοκα, nec Latine dici nisi primogenita potuerant, in his tantum intelligẽda sunt quæ nascuntur ex matribus, ipsa enim proprie patiuntur potius quam gignũtur. Parere quippe est τίκτειν quod ex fœmina, vnde πρωτότοκον dicitur. Gignere autẽ est γεννᾶν, vnde ꝓprie Latine primogenitus dicitur. Ex fœminis autem dabantur primitiua, id est quæ prima pariebantur, non quæ prima gignebãtur a viris, &c. Si ergo est in his verbis certa distinctio, non frustra dominus non dicitur a patre μονότοκος sed μονογενής, id est vnigenitus quod est vnicus. Quod autem Latine dicitur a mortuis primogenitus, Græce πρωτότοκος, non πρωτογενής, dicitur, tanquã pater æqualẽ sibi genuerit, & creatura peperit. Nam quod dicitur primogenit⁹ omnis creaturæ, quia prim⁹ ita surrexit, ut iam nõ moriatur, omnis creaturæ, id est πρωτότοκον, s'm nouam creaturam põt intelligi de qua dicitur. Si qua ergo noua in Christo creatura, ex qua ille primitiuus est, quia primus ita surrexit, vt iam non moriatur, ad nouæ creaturæ quæ in illo est futurum in fine promittitur. Mouet tamen quod in prouerbiis dicitur: *Primogenite tibi dico fili.* Si enim pater ad filium loquitur, eundem dicit primoganitũ, quem vnigenitum, quia & nos filii Dei sumus, ille autem vnigenitus, quia solus de substantia patris, & æqualis, & coæternus.

A Quæst. 23. Nota differentiã apud Grecos inter prototocos & protogenis, &c.

B

2. Cor. 5. d

Prou. 6. b.

C

b *Sanctificabis domino Deo tuo.* Non tibi, sed omnium largitori: *Quia omne datum optimum desursum est.* Quod autem leue in nostra cogitatione, vel maculosum in nostra conuersatione vel claudum in operũ progressione, vel cæcum ignorantia mẽtis aut aliqua parte deforme vel debile, nõ debemus Deo immolare, id est imputare, sed bonis.

Iacob 1. c

oculis tuos, quando dimiseris eos liberos, quoniam † iuxta mercedem mercenarii per sex annos seruiuit tibi, vt † benedicat tibi dominus Deus tuus cunctis operibus quę agis. De primogenitis tuis quæ nascuntur in armentis et ouibus tuis, quicquid sexus masculini est sanctificabis domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis, et non tondebis primogenita ouium. In conspectu domini Dei tui, comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit dominus, tu et domus tua. Sin autem habuerit maculam, et vel claudum fuerit vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur domino Deo tuo, sed intra portas vrbis tuæ comedes illud, tam mundus quam immundus similiter vescentur eis, quasi caprea et ceruo. Hoc solum obseruabis, vt sanguinem eorum non comedas, sed effundas in terram quasi aquam.

[Interlinear glosses: a Solicitudinem. b In contemplatione. c Augu. Liberos a seruitute vitæ actiuæ. d Vt recipiant mercedem æternam. a Prædicatori. Remunerando. Bonis dictis vel factis. Primordijs bonæ voluntatis & operationis. Fortes siḿ & viriles. a Attribuendo. b Non tibi. a Prædicabis. b Bona operatione primi temporis adhuc infirma ætate. Quasi neophytum non permittas in ecclesia docere. c Hoc est primogenita innocentiæ non nudabis, vt videatur & laudentur ab hominibus. Non sunt in exemplum ostendenda nisi quæ sunt firma. a Id est de bono opere tuo soli Deo placere curabis. Criminis. Gressu boni operis. Ignorantia. a Imputabitur. b A quo omne bonum, sed tibi a quo malum.]

c *Non operaberis.* GREGO. In primogenito bouis arare, est bonæ conuersationis primordia in exercitio actionis publicare. Primogenita ouium tondere, est ab occulto rationis tegmine inchoantia bona nudare. Si quid enim bonum robustumque incipimus exercere, non debemus cito ostendere, simplex quoque & innocuum non debet nudari suo velamine. Ad sola diuina sacrificia ista proficiant, vt ad honorem intimi iudicis in ara cordis immolentur, ne primordia adhuc carnali vitæ cõmissa citius innotescãt, & cum laudant bona, deceptus animus nõ deprehẽdat quæ in eis sunt mala.

Lib. 8. Moral. c. 34. † vel duplex mercenarius, vel duplex est merces mercenarii. † & benedicet.

d *Sin autem habue.* Sunt quædã opera quæ licet minus placeãt Deo, prosunt tñ proximo, & si Deo offerri non possunt, comedi possunt. Cum n. Deo minus placeãt pro fucata intentione quã Deus intuetur, proximis tñ exemplo opitulantur. Quasi caprea & ceruo. Caprea saltatim incedit, ceruus inimicus est serpenti, & aspera & spinosa transiliens montana transcendit, & ideo in bonam partem accipiuntur.

✱ THE. Quare primogenitũ mutilum prohibet offerre? Ab animalib. rõne caretib. instruit homines ratione præditos, cõsum. mitæ debere esse sapiẽtiã ad omne opus bonũ apparatæ.

Quæst. 14.

F

☞ CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 De primogenitis. *Destituta idolatriæ quantum ad occasionẽ, hic reuertitur ad determinationem latriæ excludendo quandam cupiditatem occasione latriæ aliqualiter contingentem. Et primo facit propositum, secundo remouet quoddam dubium, ibi:* Hoc solum. *Circa quod sciendum, quod ex eo tempore quo dominus percussit primogenita Aegyptiorum tam in hominibus quam in animalibus, omnia primogenita filiorum Israel fuerunt obligata domino & sanctificata, vt habetur Exod. xiij. & in pluribus alijs locis. Veruntamen aliqui cupiditate ducti volebant inde trahere vtilitatem suam, vtpote in primogenito bouis arando, & primogenitum ouis tondendo, antequam offerentur, ideo istud prohibetur hic, & patet litera. Et dicit hic Rab. Sa. quod idem est intelligendum de oue, quæ offerebatur pro primogenito asini, vt habetur Exod. xiij. quia debebat offerri cum lana.*

2 Sin autem. *Id est defectum alicuius membri seu aliquam aliam deformitatem, propter quam non deberet domino offerri, cui meliora sunt offerenda, & ne diuinus cultus veniret in contemptum ex oblatione talium defectus habentium, & per consequens vilium & contemptibilium tale primogenitum licite poterat comedi extra Ierusalem, in oppidis & ab immundis hominibus sicut & a mundis.*

3 Quasi caprea, &c. *Id est sicut de illis comedunt homines absq; hoc quod faciant inde aliquam oblationem domino, nec redemptionem, sic et de istis. Tamen distinguendum est, quia si talis macula inerat primogenito animali a natiuitate, comedebatur absque oblatione vel redemptione aliqua, quia nunquã fuerat obligatum domino, ex quo nunquam fuerat immolatitium. Si autẽ post natiuitatẽ superuenerat, tunc aut erat curabilis, aut non. Si curabilis, debebat post curationẽ offerri, si incurabilis poterat redimi, quia erat obligatum domino ante euentum maculæ, & hæc distinctio accipitur ex sententia Rab. Sa. hic & xvij. cap.*

4 Hoc solum. *Quia carnes talium licite comedebantur in oppidis, absque redemptione in casu prædicto, propter hoc aliqui forte possent credere, quod esus sanguinis ipsorum esset licitus, propter quod hoc excluditur hic specialiter, quia nec in vilibus animalibus erat concessus, sed generaliter prohibitus.*

✱ CAP.

## MORALITER.

✱ 1 *De primogenitis tuis quæ nascuntur in armentis & ouib.* De primogenitis istis duplex sensus mysticus ponitur a doctoribus. Vnus est ꝙ per primogenita significant bonorum operum initia. Et de istis dicitur.

† *Quicquid sexus etc.* Quia quicquid est ibi perfectionis, debet Deo attribui, sexus. n. masculin⁹ perfectus est, ideo significat perfectionem Deo attribuendam.

2 *Sin autem habu. ma.* Per quod significatur, quod si in operib. nostris bonis defect⁹ aliqs sit admistus, attribuẽdus est nostro defectui. Osee xiii. c. *Perditio tua Israel, ex me tantũ auxilium tuũ.* Alius sensus mysticus est, ꝙ p primitiua significantur hoĩes de nouo cõuersi incipientes seu neophyti, & de istis dicitur.

† *Non operaberis.* Quia prædicti incipientes noui non debent operi doctrinę vel ꝑdicationis significato ꝑ opus bouis applicari, nã ad opus doctrinæ seu prædicationis requiritur maturitas & firmitas. Quod aũt per agriculturam, quæ est opus bouis, significetur prædicatio & doctrina habetur 1. Cor. 3. b. vbi dicit Apostolus: *Dei adiutores sumus, Dei agricultura estis.*

† *Non tondebis.* Per qđ significatur, ꝙ opera bona neophytorum non sint exterius denudanda, ne ꝑ inanẽ gloriã amittantur. Grego. Primogenita ouium tõdere, est occultationis tegmine inchoantium bona nudare. Solis autem firmis & perfectis dicitur illud Matth. 5. b. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.*

✱ MORA-

## ADDITIO.

*In cap. xv. vbi dicitur in postil. Ad hoc igitur amouendum, septimus annus remissionis in lege institutus est &c. Licet communiter teneatur apud Hebræos, quod in anno septimo totaliter remittebantur debita,*

*debita, sic quod etiam post transitum illius anni septimi non possent repetere ea, tamen hoc non uidetur rationi consonum, quia sic, si aliquis accommodaret proximo suo pecuniam, vel aliquid huiusmodi in anno sexto vel prope finem anni statim intrante anno septimo erat remittenda, quod videtur contra æquitatem iustitiæ, secundum quam homo tenetur reddere mutuum: vnde Psalm. 36. d.* Mutuabitur peccator & non soluet. *Nec valet dicere, quod hæc remissio intelligitur quo ad impotentes soluere tantum, prout postillator videtur dicere, tum quia scriptura indistincte loquitur dicens:* Cui debetur aliquid ab amico vel proximo vel fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est domini, *non distinguens de potente vel impotente, tum quia ab impotente non solum anno septimo, sed etiam in alijs temporibus non erat debitum repetendum. Dicitur enim infra:* Si vnus de fratribus tuis, &c. *ad paupertatem venerit, non indurabis cor tuum nec contrahes manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere prospexerit. Vnde circa hoc aliter videtur dicendum. Ad quod sciendum quod in Hebræo vbi nos habemus:* Septimo anno facies remissionem: *est quædam dictio quæ sonat subtractionē, & est sensus quod in toto anno septimo non poterant debita repeti. Cuius ratio est, quia septimus annus erat sabbathum terræ, in quo non licebat seminare agros, nec vindemiare nec colligere fructus terræ, sed omnia quæ sponte nascebantur erant communia quibuslibet hominibus, & etiam bestijs, ut habetur supra* Leui. 15. *vnde in tali tempore debebat cessare exactio debitorum cessante collectione fructuum & redituum. Sed sabbatho terræ, scilicet anno septimo transacto, cum iam poterant terras colere, & fructus suos vnusquisque colligere, licitum erat debita repetere, & etiam debitor, si esset potens, tenebatur reddere, cum restitutio debiti pertineat ad veram iustitiam. Ad hanc sententiam facit quod sequitur in litera de hac materia.* Caue ne forte surrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos a paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare. *Si enim in septimo anno fieret talis remissio, vt prædicti intelligunt, quare diceretur impie cogitare ille, a quo per mensem vel aliquod breue tempus ante septimū annum mutuum postularetur, si a mutuatione retraheretur, cum hoc iam non esset mutuatio, sed mera donatio, quæ non in tanta quantitate solet dari, sicut mutuum? Facit etiā pro prædicta sententia, quod infra in eodem c. dicitur.* Cū tibi uenditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, sex annis seruiet tibi, ī septimo anno dimittes eū liberum. *non enim dimittebantur in anno sabbathino terræ, sed postquam seruiuisset per sex annos integros, & ideo reddens rationē, quare dominus serui non deberet grauiter sustinere hanc dimissionem dicit.* Quoniam iuxta mercedē mercenarii per sex annos seruiuit tibi. *Ex quo patet, quod si post breue tempus seruitutis præciperetur liberi dimitti, esset quid durum & graue, non ergo minus durum est totaliter debitum dimittere, quam seruum emptum liberare. Quia tamen ista lex remissionis debitorum sic intellecta, sicut Hebræi intellexerunt est intolerabilis, per quam penitus claudebatur via ad mutuandum, idcirco Thalmudici antiqui quoddam fecerunt statutum, per quod lex prædicta totaliter euacuabatur, & sic impletur dictum Christi Matt. 15. a.* Irritum fecistis man. Dei, &c.

REPLICA. *In capit. 15. cum postillator remissionem debitorum verius dilationem in anno septimo exponeret de impotentibus soluere, sicut & supra exposuit Leuit. 25. Burgen. ibi & hic dicit huiusmodi expositionem non habere fundamentum pro eo, quia vt dicit, scriptura indistincte loquitur de potentibus & impotentibus. Hic dico saluo meliori iudicio, quod fundamentum expositionis postillatoris stat in recta ratione. Recta enim ratio hoc exigit, vt potens soluere soluat sine dilatione, non enim sine fraude ad annum remissionis differret, si soluere posset. Quod si non posset, nā potens non esset, & sic sequeretur quod potens de hoc casu non esset potens, quæ est contradictio. Vnde etsi litera loquatur indistincte, oportet tamen & ratione recta de impotentibus specialiter intelligi, alias si potens eset ad soluendum & differret daretur occasio non mutuandi, imo & potens in anno remissionis tenebatur soluere, quamuis mutuās non potuit rem suam aggrauantur exigere. Ille igitur annus erat pro impotentibus, a quibus non potuit illo anno quicquam repeti, nec per eos oportuit propter impotentiam aliquid solui. Potentes autem & illo anno & quolibet alio solutionem sine fraude differre non poterant. Nec valet quod Burgen. dicit, quod ab impotente nec illo nec quocunque alio anno repeti debitum posset, quia sic daretur via pauperibus non mutuandi, sed solum pauperes reciperent per modum donationis, & sequeretur septimum annum non solum dilationis esse, sed totalis remissionis, cuius oppositum Burgen. nititur ostendere hic contra Iudæos. Nec textus quem Burgen. allegat, est ad sui propositum, quia textus ille dicit omni tempore mutuandum necessitatem patienti, non prohibet repetitionem nisi in anno septimo, qui dicebatur remissionis pro illo anno, quo completo, repetitio fieri potuit, ut habetur a Scholastica historia ponente differentiam inter annū iubileum, & remissionis. In illo namque remittebantur debita, in isto differebantur.*

A

## CAP. XVI.

a *Obserua mensem.* Quia in eo manipuli spicarum, id est primitiæ p sacerdotē offerebātur dño. Mensem primū, scilicet Hebræorū, qui apud eos ניסן nisan, apud Græcos quoq; ξανθικός, apud Latinos Aprilis dicitur, in quo agnus paschalis occidebatur.

Mystice. b *Eduxit te.* Mysticè. Nos quoque de Aegypto huius mundi liberati, nouum hominē induti, in nouitate vitæ ambulemus, primitias bonorum operum consecrantes, & phase, id est, trāsitum bonum celebrantes, vt relicta Aegypto ad terram promissionis veniamus.

c *Et de bobus in loco.* AVGVSTINVS. Quest. 24. Boues addit, cum de oue tantum præceperit, quam suscitace cipi & ouibus & hædis vel capris, propter Christum, qui secundum carnem ex iustis fuit & peccatorib. Nō enim ait ex ouibus vel capris, sed ex ouibus & capris, licet proprie non intel-

## CAP. XVI.

a OBSERVA mensem † nouarum frugum 1 et verni primum temporis, vt facias phase b domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te dominus Deus tuus de Ægypto nocte. Immolabisque phase domino Deo tuo de 2 c ouibus, et de bobus, in loco quē elegerit dominus Deus tuus, vt

† Abib, i. Aprilis in quo oīa renascuntur.

a Mundo. Agnum. a Simplicitatis. b Operationis. c In ecclesia.

D

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XVI.

B 1 Obserua mensem. *Hic declarātur præcepta quæ ordinant hominem ad Deum ex consideratione temporis. Circa quod sciendum, quod trib. temporib. in anno celebrabant Iudæi festa solennia, videlicet primo mēse festū phase, ꝓ beneficium egressionis de Aegypto, et tertio mense festum pentecostes, propter beneficium legis datæ, & septimo mense festum tabernaculorum, propter beneficium conseruationis ipsorum in deserto xl. annis, quibus Deus promisit habitantib. in tabernaculis. Primo ergo agitur de primo festo, secundo, de secūdo, ibi.* Septē hebdomadas, *tertio, de tertio, ibi.* Solennitatem quoque tabernaculorum. *Sciendum etiā, quod de istis tribus festis habentur plura Num. 28. & Leui. 23. & aliqua hic adduntur, & aliqua repetuntur. Quantum igitur ad primum festum dicitur.*

Festa solēnia Iudæorum.

Diuisio.

Obserua mensem. *Non quia tunc tempus esset messium, sed quia circa 14. diem mensis primi in aliqua parte terræ promissionis aliquæ fruges propinquabāt ad maturitatem, & de illis colligebantur spicæ, de quibus fiebat manipulus, qui offerebatur in solennitate paschali, & torrebatur, & tunc per confricationem grana excutiebantur, & de illis fiebat sacrificium.*

E

2 Immolabisque. *Non loquitur hic scriptura de immolatione agni paschalis, de quo postea agetur, sed de alijs sacrificijs quæ offerebantur in illa solennitate, quorum aliqua offerebantur a tota communitate, quæ determinantur Num. 28. Aliqua vero offerebantur a personis singularibus ex deuotione, & talia non cadunt sub numero determinato, quia in talib. cuilibet permittebatur facere suam voluntatem, sequitur.*

## MORALITER.

✱ I *Obserua mensem.* Hic replicat Moyses de tribus solennitatibus, s. paschæ, pentecostes, & tabernaculorum, de quibus actum est supra, Leui. 23. Primum autem istorum figura fuit resurrectionis Christi passi, qui est pascha nostrum sicut dicit Apostolus 1. Cor. 5. c. *Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur, non in fermento veteri neq; in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veritatis.* Igitur per septē dies azymorum significatur totum tempus nostrum, eo quod septem dieb. reuoluitur vt dicit Grego. Homil. 5. & ille septenarius debet deduci sine fermento malitiæ & nequitiæ, & in azymis synceritatis & veritatis, & tunc reuertemur in tabernacula nostra, id est ad mansiones patriæ cælestis, sicut filii Israel celebratis septem die. phase ad loca sua reuertebantur. De secundo festo, scilicet pentecostes dicitur.

F

✱ II Septem

intelligatur ouis ex capris, ne Iudæi dicerẽt subaudiendũ esse caprũ. Quare ergo additi sunt boues, an propter alia sacrificia, quæ diebus azymorum sunt immolanda.

a *Panem fermen.* Corruptã doctrinam, vel veterem conuersationem. vnde: *Epuletur in azymis, non fermento veteri, &c.* (1. Cor. 5. c.)

b *Septem.* Toto rempore præsentis uitæ. Sicut illi septem diebus azyma comedebant, sic nos pure & simpliciter septẽ diebus huius vitæ conuersemur quib. quotidie agnus occiditur, & pascha celebratur, si innouati nihil ex ueteri corruptione retinemus. Quid enim est aliud fermentum, quam naturæ corruptio? Fermẽtatum enim recedit a naturali dulcedine, & corrumpitur adulterino rancore.

c *Non ap.* *Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, &c.* (1. Cor. 5. c.) quasi relinquite veterem hominem, & induite nouum. (Eph. 4. f.)

d *Non remanebit.* In hac vita omnia sacramenta dominicæ incarnationis perscrutanda, & cuncta præcepta eius implenda sunt, antequam mane, id est finis seculi adueniat.

e *Non poteris.* In vna domo agnus paschalis editur, & in uno loco phase immolatur, i. in catholica ecclesia, extra illam nõ recte pascha celebratur. Vetat celebrare mysteria Christi in conuenticulis hæreticorum.

✠ PROCOP. Vnicus enim locus est & vrbs vnica, vniuersalis inquã ecclesia, quæ legitimos cum quæ facrificeos habet. Quisane honorẽ non sibi rapuit, quemadmodum ecclesiæ deiertores facere solent, qui taurorum quorundam contumaciã instar suis ferunt placitis. Hæc igitur ciuitas sola ad paschatis immolationẽ est idonea. Hæreticorum enim speluncæ iuxta legem repudiãtur. In Aegypto itaque solũ agnum mactare eis est præceptum. (Extra ecclesiã obla tum non iuua bit sacrificium.)

(† festinatione. † fermẽtũ. * pernoctẽ. fermentũ. † assabis.)

a habitet nomen eius ibi: Non comedes in eo panem fermen-
*Tota præsenti vita.*
b tatum. Septem diebus comedes absque fermento afflictio-
*a Qui in valle lachrymarum.*
nis panem, quoniam in † pauore egressus es de Ægypto, vt 1
memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus
c vitæ tuæ. Non apparebit † fermentatum in omnibus terminis
d tuis septem diebus, & non remanebit * de carnibus eius, quod 2
*a Vsque in diem seculi.*
e immolatum est vespere, in die primo vsque mane. Non po- 3
*a Congregationum scil. Iudæorum, hæreticorum, atque Gentilium.*
teris immolare phase in qualibet vrbium tuarum, quas domi-
*a Subiecturus. b Ecclesia. c Gratia sua. d Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Ioan. 15. c.*
nus Deus tuus daturus est tibi, sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Immolabisque 4 5
*a Christi. b Mortem. Mundo.*
f phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægy- 6
*Ecclesia.*
pto, & † coques & comedes in loco, quem elegerit dominus 7
g Deus tuus, maneque consurgens vades in tabernacula tua. 8
*In tota laboriosa vita. a Synceritatis & veritatis. Non in fermento veteri, &c. b Requiescit Deus die septima. Sanctorum.*
h Sex diebus comedes azyma, & in die septima, quia collecta 9
*a Seruile. b Quibus finitis aduenit spiritus sanctus.*
i est domini Dei tui: Non facies opus. Septem hebdomadas 10
*a Hoc Iudæi nec ad literam, nec ad spiritum custodiunt.* 11
numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris, 12
*a In quo suscipietis spiritum sanctum.*
& celebrabis diem festum hebdomadarum domino Deo 13

f *Vespere ad solis.* Nouissima ætate mundi quando verus sol in passione occubuit, & Aegyptiacam captiuitatem soluit, cum pascha nostrum immolatus est Christus.

g *Vades in tabernacula.* Peracto seruitio domini mane resurrectionis trãsibimus in æterna tabernacula: vt quiescamus ab oĩ labore, lætantes de pcepta retributione.

h *Die septima.* Aeterna requie quã septenarius significat, propter sabbathum ubi nullus labor, nulla operandi ratio.

i *Septem hebd.* In Leuitico plenius. Numerabis ergo ab altero die sabbathi septem hebdomadas plenas usque ad alterã diẽ expletionis hebdomadæ septimæ.

AVG. *Septem hebdomadas, &c.* Si ab vniuerso populo hęc pẽtecoste iussa est obseruari, nũquid oẽs credendũ est vno die falcẽ iussos mittere in messem? Si autẽ sibi quisq; obseruat istã quinquagesimam, dinumerans ab illo die quo falcẽ mittit, non vna est vniuerso populo. Illa vero vna quæ computatur ab immolatione paschæ usque in diem datæ legis in Sina. (Quęst. 25.)

Nos

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Quoniã. *In Hebræo habetur:* Subito *vel* festinanter egressus es de Aegypto, *& propter hoc tunc comederunt azyma, quia fermentare non poterant Aegyptijs cogentibus eos exire, vt habetur Exod. xij.* 2 Et non re. *Scilicet agni paschalis, de cuius carnibus nihil debebat remanere vsque mane, vt habetur Exod. xij.* 3 Non poteris immo. *Hoc præcipiebatur ad euitandum occasionem idolatriæ, quia sub prætextu huius & occasione possent fieri aliæ immolationes pertinentes ad idolatriam, & ut cũ maiori reuerentia fieret ista immolatio in ciuitate electa ad diuinum cultum, & hoc est quod dicitur.*
4 Sed in. *Et accipitur hic locus pro tota ciuitate Ierusalem, quæ fuit electa a Deo ad cultum diuinũ, quia in qualibet domo poterat immolari, dum tamen haberetur numerus animarum, quæ sufficerent ad esum agni, vt dicitur Exod. xij. Debebat etiam poni de sanguine super utrunq; postem, & in superliminaribus domus ubi comedebatur quod nõ põt intelligi de domo tẽpli, quia ibi nihil ponebatur de sanguine agni.*
5 Ad solis. *Id est post declinationem solis.* 6 Quando. *Non quod illa nocte egressi fuerint filij Israel de Aegypto, sed quia ipsa immolatio erat quædam præparatio ad exitum, & quia illa nocte se præparauerunt ad exitũ, & mane sequẽti egressi sunt, vt habetur Exo. 12.*
7 Et coques & co. *De modo coquẽdi & comedẽdi habetur Exo. 12.*
8 Maneq;. *Hic accipitur mane secundæ diei, prima autem dies incipiebat a vespera 14. diei primi mensis, & terminabatur in primo vespere 15. diei, & tota die illa & nocte sequenti debebant remanere in Ierusalem, & mane sequenti poterant recedere qui vellent.*
9 Sex diebus co. *Supra eo. ca. dicitur:* Non apparebit fermẽtatũ in omnibus terminis tuis septem diebus. *Ad hoc soluẽdũ dixerũt aliqui Hebræi, quod dies septimus non est de præcepto, sed qui volebãt, comedebant azyma. Dicunt etiam quod nec alij sex dies sicut nec septimus, sed solũ vespere primæ diei in qua immolabatur agnus. Sed hoc videtur contra tex. Exod. 12. ca. vbi sic dicitur:* Quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel a primo die vsq; ad septimam diem. *Et ideo dicendum quod per hoc quod dicitur hic: Sex diebus comedes azyma, nõ excluditur septimana ab ista obseruatione, quia senarius includitur in septenario, & qui obseruat septenarium obseruat senarium. Distinguitur tamen hic dies septima, quia erat celebrior quinque præcedentibus, quia prohibitum erat opus seruile in illa sicut & in prima, vt habetur* Nume. 28. *non autem in intermedijs, & hoc est quod subditur:* 10 Et in die septima, &c. *Quia dicitur hic collecta, dicunt aliqui quod illa die fiebat collecta pro sustentatione pauperum, sicut in Septembri fiebat collecta pro necessarijs ad vsum sacrificiorum templi. Sed hoc non videtur bene consonum ei quod iam prædictum est scilicet quod secunda die habebant licentiam recedendi qui vellent. Si autem illo tempore fieret collecta pro pauperibus, probabilius videtur, quod deberet fieri ante recessum populi, vnde in Hebræo habetur: In die septimo retentio est domini Dei tui, quod exponitur pro retentione ab operibus seruilibus secundum Hebræos, quæ illo die prohibentur fieri, vt patet in litera. Translator autem noster accepit pro retentione populi ad collectam faciendam, seu pro retentione pecuniæ sic collectæ, & ideo transtulit collecta. Primus tamen modus dicendi communior est apud auctores nostros. Potest etiam dici, quod dies septimus erat collectæ dies, eo quod tunc numerabatur pecunia, & reponebatur in thesauro templi, quę tamen pecunia fuerat recepta ab offerentibus a principio festi.* 11 Septem hebdo. *Hic agitur de solennitate pentecostes quæ celebrabatur 50. die a solẽnitate paschæ, & hoc est quod dicitur:* Septem hebdomadas *quæ faciunt 49. dies*
12 Ab ea die. *Id est a die paschæ, non quia tunc inciperet messis frugũ, vt prædictum est, sed quia tunc secabantur spicę magis appropinquantes ad maturitatem.*
13 Et celebrabis diem fest. *Scilicet pentecostes die immediate sequenti septem hebdomadas prædictas, & illa erit quinquagesima dies a die paschæ.*

✠ 1 Et

MORALITER.

✠ 11 *Septem hebd.* Per quas figurata fuerunt septem dona spiritus sancti, q datus fuit in pentecoste nostra apostolis, aliisq; discipulis in signo visibili. De tertio vero festo dicitur.

✠ 3 *Solen.*

Nos quoq; celebramus pentecosten, id est aduentum spiritussancti, qui est digitus Dei quo scripta est lex in tabulis.

a *Solennitatem.* Qui ut tabernaculo præsenti mundo vtitur, festiuitatem agere, & lętari in eo potest, propter futuri expectationem. *Quia si terrena domus huius habitationis dissoluatur, habebit domum non manufactam in cælis.* (2. Cor. 5. a.)

b *Quando.* Consummata perfectione omnium bonorum & multarum collectione uirtutum, lætandũ & exultãdum esse cũ amicis significat. Cũ exultabit quisque de percepta retributione, qui hic largus fuerit in munere, tunc vere tabernaculorum solennitas agetur, nõ mutabiliũ scilicet sed æternorum. unde: *Ut recipiant vos in æterna tabernacula.* (Luc. 16. c.)

c *Masculinum.* Non fœmineũ, nihil enim molle, fragile, & infirmum in nostra conuersatiõe debet esse, fortia quæq; a nobis exigit Deus. Si autem in fide trinitatis patris & filij & spiritussancti æternæ mercedis respectu tẽpore præsentis vitæ bonis operibus insudamus, masculum in conspectu domini statuimus. († Exo. 23. b & 34. c. Eccl. 35. a. De con. d. 1. c. omnis Christianus.)

d *Non*

tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres (Cui omnia debes. a Hilarem datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. b. b Operationis propriæ.) iuxta benedictionem domini Dei tui, & † epulaberis coram (Multiplicationem bonorum operum. a In azymis synceritatis & veritatis. b Beneplacens.) domino Deo tuo, & filius tuus & filia tua, & seruus tuus & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas: & aduena, & pupillus, & vidua, qui morantur vobiscum in loco quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi, & recordaberis quoniam seruus fueris in Ægypto, custodiesque ac facies quæ tibi præcepta sunt. (a Non est personarum acceptio apud Deum, Ephes. 6. b.) Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris (a Non habemus hic manentem ciuitatem, Heb. 13. c.) de area & torculari fruges tuas, & † epulaberis in festiuitate tua, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus & ancila, Leuites (a Tu cum tuis. a Paruulus & magnus ibi sunt, & seruus & libera a domino suo. Iob. 3. d.) quoque & aduena & pupillus ac vidua, qui intra portas tuas sunt. (Ecclesiæ.) Septem diebus domino Deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit dominus, benedicetque tibi dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuũ (Virtutum fructibus.) tuarum, erisque in lætitia. (In fide trinitatis. Placens per bona.) Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu domini Dei tui in loco quem elegerit, in solennitate azymorum, & in solennitate hebdomadarum, et in solennitate tabernaculorum. † Nõ apparebit ante dominum vacuus, sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini Dei sui, quam dederit ei. (a In iudicio. b In cuius manus incidere est horrendum. Fructum laboris. a Tantum debet quantum potest. b Omne datum optimum desursum est, Iaco. 1. c. Ecclesiæ. Immobiles.) † Iudices et † magistros constitues in omnibus portis tuis, quas dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, † nec in alteram partem declinent. (a Dictis apostolorum & prophetarum. a Diuinæ legis. a vel prece vel pretio.) † Non accipies personam

e *In omnibus.* Vt aduenięntes vndiq; statim in introitu, paratos inue

d *Non apparebit.* ✱ GRE. NAZIAN. (Orat. 41.) Non apparebis in cõspectu meo vacuus, verum siquid pulchri habes, tecum feres. At nunc diuerso modo nouus appare, sic nempe vt totus immuteris. Vetera trãsierunt, ecce noua facta sunt omnia. Huic festo muneris loco præclaram mutationem offer, ac ne sic quidem de te magni fieri sentias, verum dic cũ Dauide: Hęc mutatio dexteræ excelsi. Nec uero hæc oratio eo pertinet, ut eodẽ semper in statu maneas, sed ut perpetuo ac laudabili motu agiteris, ac noua creatura semper sis, quod quidẽ assequeris, si vel in peccatũ lapsus, ad bonã frugẽ te referas, uel cũ ex virtute aliquid geris, cursum adaugeas. ✱ GREGO. q. d. Qui promerẽdæ vitæ mercedem bene agendo non prouidit, in conspectu domini vacuus apparebit. unde: *Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.* (Psal. 125. a) Ad examẽ quippe iudicii portãtes manipulos veniunt, qui in semetipsis recta opera quibus vitam merentur, ostendunt. (Lib. 7. Moral. c. 17. †Exo. 23. b & 34. c. Eccl. 35. a. De con. d. 1. c. omnis Christianus. † præfectos vel officiarios. † non peruertas iudicium. † Ex. 23. a 1. Cor. 2. d Eccl. 20. d 11. q. 3. c. pauper. Iustitia necessaria.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et epu. *Et adduntur quattuor titulo hominis facientis illud conuiuium cum dicitur, Filius tuus & filia tua, seruus tuus & ancilla tua, & quatuor titulo ipsius Dei curam habentis de pauperibus, s. Leuites & aduena, pupillus & vidua, vt patet in litera.*

2 Et recorda. *Et per consequens obligatus es ad seruiẽdum Deo, ideo subditur:* Custodiesque, &c. *& patet.*

3 Solennitatem. *Hic agitur de festo tertio quod celebrabatur in septembri collectis frugibus anni, de cuius sacrificijs & oblationibus determinatur* Num. xxviij. *& Leuit. xxiij. & patet litera, postea recolligit de tribus solennitatibus prædictis dicens.*

4 Tribus. *Scilicet in tribus festiuitatibus prædictis, veruntamen illis qui erant longe a Ierusalem, parcebatur de duobus festis scilicet tabernaculorum & pente. & patet litera.*

5 Iudices. *Postquam posita sunt præcepta quę sunt quasi conclusiones præceptorũ decalogi ordinantes ad Deum, hic consequenter ponuntur illa quæ sunt quasi conclusiones ordinantes ad proximum. Ordo autem inter homines consistit in diuersis gradibus hominum bene institutis, & seruatis. Primo ergo agitur de his quæ pertinent ad diuersos status personarum sublimiũ, secundo de his quæ pertinent ad status etiam vulgarium xix. cap. Circa primum agitur primo de iudicibus inferioribus, secundo de superioribus 17. cap. ibi: Si difficile & ambigium, &c. tertio de regis institutione ibi: Cum ingressus fueris, quarto de sacerdotum & Leuitarum sustentatione 17. cap. in principio, quinto de prophetica reuelatione, ibi: Quando ingressus fueris. Circa primum describitur iudicum institutum, secundo officij executio, ibi:* Non plantabis. *Circa primum sciendum, quod nulla societas potest permanere absque iustitia, etiam illorum qui oderunt iustitiam, vtpote latronum, quia nisi iuste inter se furta diuiderent, oriretur inter eos seditio, & sic eorum societas deperiret, propter quod in conseruatione reipublicæ iustitia est maxime necessaria, ad quam faciendam hic per legem iudices ordinantur, cum dicitur:* Iudices. *& exponitur ly, et pro id est, cum dicitur.* Iudices & Magistros, *id est magistros peritos, quia iudices tales debent institui, qui sint in legib. & instructi, secũdum quas debent iudicare, aliter esset simile acsi mitteretur artifex ad executionem operis absque regula suæ artis. In Hebræo habetur: Iudices & exactores, ut uocentur iudices qui habent inquirere veritatem industria mentis & cautela uerborum, & dare sententiam secundum inuẽta. Exactores vero qui caritatem inquirunt verberib. & afflictionibus, moderatis tamen, & exequuntur iudicum sententiam quia frustra daretur sententia, nisi esset qui eam exequeretur.* (Diuisio.)

6 In omnibus. *Id est in portis cuiuslibet ciuitatis, non tamen in qualibet porta ipsius, hoc tamen fuit institutũ, quia porta ciuitatis est locus communis ad quem possunt accedere pauper sicut diuites, & extranei sicut ciues.*

7 Non accipies. *Loquitur iudicibus, ut non plus deferant in iudicio diuitibus & propinquis, quam pauperibus & extraneis.*

✱ 1 Nec

## MORALITER.

✱ 3 *Solennitatem quoq; tabernaculorũ, &c.* Fiebat. n. istud festũ in memoriam quod dñs filios Israel habitare fecerat in tabernaculis procedendo per desertum ad terrã promissionis, propter quod figura fuit nostræ peregrinationis in hac vita, quæ tota decurrit per septem dierum reuolutionem, vt prędictum est.

4 *Tribus vicibus.* Per sexũ masculinũ, qui perfectus est, significantur opera perfectionis, & per tres vices significatur fides trinitatis. Per hoc igit significatur, quod opera bona in cõspectu dñi fieri debent in fide trinitatis. Per istum autem ternarium potest etiam intelligi deuotio cordis, oris, & operis.

† *Non apparebit, &c.* Scilicet a sanctis meditationibus.

4 Tri- ✱ 5 Non

inueniant, a quibus iusta iudicia accipiant.

A a *Oculos sapientum.* Apud homines, non apud Deū, quibus dicitur: *Væ qui sapientes estis in oculis vestris.* (Esa. 5.c.)

b *Iuste.* GRE. Iniuste quod iustum est exequitur, qui ad defensionē iustitiæ non virtutis æmulatione, sed amore præmii tēporalis excitatur, & iustitiam quā prætendit, vendere non veretur. Iuste ergo iustū exeq, est in assertione iustitiæ ipsā iustitiā quærere. *Sunt viæ quæ videntur homini bus iustæ, &c.* Et: *Væ qui iustificatis vos corā hominibus.* (Li. 10. Moral. ca. 19.; Prou. 14. b; Luc. 16. d.)

✱ THEODO. Quid est: iuste persequeris quod iustū est? Iuxta viri iusti intentionem, inquit, non ob bonam gloriā neq; propter humanū aliquod emolumentū, sed ipsis boni gratia. Sunt enim quidam qui animo quidē nihil faciunt quod iustum est, tamen propter eos qui re vera complectuntur, simulant honore se prosequi quod iustum est. (Quæst. 16)

c *Non.* Occasionem idololatriæ amputat. Solebant enim gētes in lucis immolare, & in delubris statuas adorare.

d *Lucum.* ISID. Nemus, frondentes arbores infructuosæ, sola delectatione visus plantatæ, Gentiles sunt, qui rationem suam verborum decore componunt, vt non auertant a vitiis sed delectēt. Nos autem circa altare Dei id est dominicam fidem, nihil in verbis infructuosum, nihil illecebrosum cōponimus, sed purā veritatis sciētiā prædicamus. vnde: *Non in doctis humanæ sapientię verbis, sed in doctrina spiritus & veritate.*

e *Iuxta.* Mysti. Iuxta altare fidei prohibet infructuositatem otiosi sermonis vel prauorum operum, & obscuritatem ignorantiæ, nec permittit fictionē falsitatis vel erroris veritati catholicæ sociare.

† peruertunt vel destruunt

a nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & [1] b † mutant verba iustorum. Iustè quod iustum est persequeris, [2] vt viuas, & possideas terram, quam dominus Deus tuus [3] [4] dederit tibi. Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta [5] altare domini Dei tui, nec facies tibi atque constitues † statuas, [6] quæ odit dominus Deus tuus. Non immolabis domino Deo [7] tuo bouem & ouem, in quo est macula, aut quippiā vitii, quia abominatio est domino Deo tuo.

(Interlinear: a Non durius æquo nec remissius. Aliàs exequeris. In æternum. Viuentium. a In futuro. Gratis. Vnde: Gratia autem Dei vita æterna est, Rom. 6. d. b Pulchram philosophorum facundiam, id est inanem. a Mysterium passionis vel incarnationis Christi. Quasi, non disputabis de mysteriis Christi secundum argumenta sapientiæ secularis. a Fortiter operantem. b Simplicem. c Quodlibet peccatum quod fœdat cætera bona.)

† statuam.

B

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nec. *Quia cupiditas ratione accepti muneris trahit extra limites suos iudicium rationis.*

2 Et mu. *Quia os conformatur cordi, eo quod voces sunt notæ, id est signa earum passionū quæ sunt in anima, vt dicit Phil. 1. Petri her. & saluator Luc. 7. g.* Ex abundantia cordis os loquitur.

3 Iustè quod iustū est perse. *Quia modus pcedēdi debet esse iustus.*

4 Vt uiuas & possideas terram. *Hoc non solum refertur ad iudices sed etiam cum hoc ad communitatem populi quæ per exercitium iustitiæ in bono statu diu conseruatur.*

5 Non plan. *Hic ponitur officij executio. & primo ponitur casus, secundo iudicij effectus xvij. cap. Circa primum sciendum quod ponitur hic casus pro exemplo, vt sic fiat in aliis, & quia intentio legislatoris principaliter tendit ad destructionem idololatriæ, & latriæ institutionem, vt patet ex processu libri, & ideo pro exemplo ponitur casus pertinens ad destructionem idololatriæ. Et etiam quia quicquid ad idololatriam pertinet est contra primum legis præceptum, ideo de hoc ponitur exemplum, cum dicitur:* Non plantabis. *Supra enim dictum est frequenter, quod in locis idolatriæ luci & arbores plantabantur, & ideo a loco cultus diuini talia prohibentur, ne ex assimilatione loci traherentur ad assimulationem facti, ideo subditur.*

6 Nec facies. *Id est idolū adorādū, ac si dicat, primū ptrahit ad istud secundū. Consequenter ponitur casus de latriæ institutione, cū dicitur.*

7 Non. *Quia in cultu latriæ debent offerri meliora.*

E

## MORALITER.

✱ 5 *Non plantabis.* Hoc fuit præceptum ad excludendum luxuriæ vitium, qđ exercebatur prope altaria idolorum, & per hoc significatur ꝙ sacerdotes noui testamenti, qui accedunt ad altare Christi & eorum ministri mūdi debent esse & casti.

## ADDITIO.

In cap. 16. *vbi dicitur in postil. Et in die vij.* quia oo llecta est domini Dei tui. *Quod intelligatur festum cœtus vel collectæ dictum fuit in additione supra Leuit. 23. uide ibi.*

*REPLICA. Et quicquid Burgen. tangit 16. cap. de festo collectę, vide correctorium supra Leuit.* 23.

## CAP. XVII.

a Cvmq; reperti ue. lex errorē & idololatriam maxime detestat: Maximū. n. scelus est honorē creatoris impēdere creaturę, qđ faciunt Gētiles vel mali catholici, qui licet ab ecclesia non recedāt, tamen magis inueniūtur per diuersa vitia seruire diabolo, quā per bona opera militare Deo. Hos lapidib. iubet obrui, quos irreuocabilis sententia damnādos esse præuidit.

b *In ore duorum aut trium testium:* Attestatione scilicet legis, prophetarum & euangelii, secundum illud. Sermo quem locutus sum, ipse iudicabit eum in nouissimo die. In titulo quoque crucis tres linguæ testantur Christum esse regem Iudæorum, Hebraica, Græca, & Latina.

(†Mat. 18. b; Ioan. 8. a.; 2. Co. 13. a.; Heb. 10. e.; 1. Tim. 5. d; 2 q. 3. §. 6.; 3. 6. §. fi; Ioan. 12. g; Ioan. 19. d)

C

a CVMQVE reperti fuerint apud te intra vnam [1] portarum tuarum, quas dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier, qui faciunt malum [2] in conspectu domini Dei tui, & transgrediuntur pactum illius, vt vadant & seruiant diis alienis, & adorent eos, solem & lunam & omnem militiam cæli, quæ non præcepit, & hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter, & verum esse repereris, et [3] abominatio facta est in Israel, educes virum ac mulierem, qui [4] rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, [5] b et lapidibus obruentur. † In ore duorum aut trium te- [6]

(Interlinear: a Ecclesiarum, quę ducunt ad cęlum. a Etsi homines lateat. Legem. Recedentes a Deo. Quæ militant creatori. a Nihil indiscrete agens. a Vbi celebrantur iudicia, ne sine iudicio quis damnetur. a Districta sententia.)

☞ a Nemo

F

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XVIII.

1 Cvmque reperti fuerint. *Hic consequēter ponitur effectus iudicij, cum dicitur.*

Cumque reper. *Quia homines iudicant ea quæ patēt, Deus aūt intuetur cor 1. Re. 6. Et ideo omnino occulta diuino iudicio reseruantur, quę autem aliquo modo patent, hominum iudicio committuntur.*

2 Vir. *Ita quod pro fragilitate sexus non est mulieri parcendum in diuini mandati transgressione.*

3 Audiensque. *Quia non est procedendum ad sententiam sine diligenti examinatione præuia, seu etiam ad infamiam denuntiatorum.*

7 Educes virum. *Vt in loco iudicij detur eis audientia antequam inferatur contra eos sententia.*

5 Et lapidibus. *Post sententiam data.*

6 In ore duorum aut. *Istud debet precedere prolatione sententie.*

a *Nemo occi.* Tanta concordia eſt veteris ac no. teſta. vt neutrum ſine altero ſit.

In humano iudicio primum diuinæ ſcripture auctoritas requirenda eſt.

b *Si difficile.* Sacerdotes eeclesiæ Dei inſtruit, ut iudicia eccleſiaſtica ſecundum poteſtatem ſibi a Deo datam reuerenter agant, & iuſte decernant, non ad libitum ſuum, ſed ſecundum legis decretū, ne ſuſcipiendo perſonam mutent ſententiam. ✻ PROCOP, Hæc ad iudices in urbe pertinent. Cæterum illud, inter ſanguinem & ſanguinem, de pugna eſt accipiendum, qua ventū eſt ad ſanguinem, ſeu vulnera, ſeu cæde a iudicibus relicta in controuerſia, quod ſignificat inter iudicium & iudicium. Atq; id cum per genus inferius enuntiaſſet, & ad ſupremū genus recurriſſet, per gen⁹ adhuc inferius id edicit, ac inquit, inter plagam & plagam. Veluti ſi quis in pugna familiarem ſuum attrectauerit, primoque plagam incuſſerit. Item inter litem & litem, veluti ſi rixæ fiant, quæ in quæſtionem aliquam forte legis, aut ad contumeliam tendant. Veniat, inquit, ad ſacerdotes Leuitas & iudicē, ſummus.n. Iudex Moſis figurā geſſit. Sacerdotes vero Leuitæ ſeptuaginta ſeniorū, ad quos cauſas difficiliores referebāt. Conſonū vero præſenti loco illud quoq; eſt: Interroga patrem tuū, & denūtiabit tibi ſeniores, tuos & dicent tibi.

✻ THEO. Si iudicando non poſſis inueſtigare verū, aut probare ſit ne corpus leproſum, ne dānaueris, neq; iudices ex côiectura, ſed ad locum diuinū confuge, & ſacerdoti rem expone, aut ei cui tunc deducendi populi cura cōmiſſa ſit, & quod ille iuſſerit, exequere. Quod ſi quis reſponſis pontificis obtēperare noluerit, morte multetur.

[Margin: A] [Margin: †Qui filii ſint legi.c. per venerabilem. † plagā & plagam.] [Margin: B] [Margin: †& cuſtodies faciē da iuxta oīa quæ docebunt te iuxta ſermonem legis quē docebunt te. Pſal.5.d. †inf.16.a.] [Margin: Queſt.17.] [Margin: C]

a Vnius teſtimonium nec legibus nec canonibus ſuſcipitur.

a ſtium peribit qui interficietur. Nemo occidatur vno con-

Non teſtis.

tra ſe dicente teſtimonium. Manus teſtium prima interficiet

Vt ſcilicet terreantur cæteri.

eum, & manus reliqui populi extrema mittetur, vt auferas

Hoc quoque in eccleſia ſeruandum eſt.

b malum de medio tui. † Si difficile & ambiguum apud te iu- 1

dicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cau- 2

a In ciuitate tua.

ſam & cauſam, † lepram & non lepram, et † iudicum intra 3 4

a Nota appellandi tribuit facultatem. Eccleſiam.

portas tuas videris verba variari, ſurge et aſcende ad locum 5

Gratia ſua. a Qui cuſtodiunt ſcientiam.

quem elegerit dominus Deus tuus, venieſque ad ſacerdotes †

a Legitimos ſcilicet. Pontificem.

Leuitici generis, et ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæ-

a In partem non declinantes. Obediendo.

reſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, et facies 6

Obedite prepoſitis veſtris. Heb.1 3.c.

c quodcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit do-

d minus, † et docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſen- 7

e tentiam eorum, † nec declinabis * ad dexteram vel ad ſini- 8

ſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis im-

perio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, † ex de-

Exemplum mali.

creto iudicis morietur homo ille, et auferes malum de Iſrael

a Sententiam. b Initium ſapientiæ timor domini. Pſal.110.b. Illo punito.

† cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps in- 9

Promiſſionis.

f tumeſcat ſuperbia. Cum ingreſſus fueris terram, quam domi- 10

nus Deus tuus dabit tibi, et poſſederis eam, habitaueriſque in

Tu non ego. Non Deum, ſed hominem.

g illa et dixeris: Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent oēs

c *Iuxta.* Nota nō dicit tibi, vt obedias, niſi iuxta legem docuerint. vnde: *Supra cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & Phariſæi.*

d *Sequeriſque ſententiam eorum, &c.* ✻ PRO. Omnis enim qui ad iudicandum populum aggreſſus eſt, locum ſupremi legiſlatoris ac iudicis obtinet, quapropter inobedientiæ contumelia in Deū redundat. Morietur uero, inquit, quiſquis domini miniſtro rebellauerit. Dei enim aſſiſtentia ſeu approbatio honorifica eſt. Et ſi uitā agat ſe indignā, ſæpe enim homo mente ſua excidit, tres tamen diuinas exequitur. Nec uero diuina aſpernāda propter humana ſunt, ſiquidem ſeruator nobis dicit, ſuper cathedra Moſis ſederūt ſcribæ & Phariſæi, cuncta igitur quæcunque vobis dixerint, facite, opera autem eorum æmulari nolite.

e *Sacerdotis imperio.* Chriſti qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinē Melchiſedech, qui uicarios ſibi ſubſtituit, quibus ait: *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, &c.* Iure ergo damnationis ſuſtinet ſententiam, qui contemnit diuinitatis potentiā.

f *Cum ingreſſus fueris, &c.* AVG. Quæri poteſt cur diſplicuit populus Deo, cum regē deſiderauit, cū hic inueniatur eſſe permiſſus. Sed intelligēdum eſt merito non fuiſſe ſecundū volūtatem Dei, quia hoc fieri non præcepit, ſed deſiderantib. permiſit. Veruntamen præcepit, ne fieret alienus, ſed frater ex eodem populo indigena, non alienigena. Quod autem ait: Non poteris, intelligendum eſt non debebis.

g *Conſtituam ſuper.* Vt habitatoribus terræ. Habitatores terræ conſtituunt ſibi regem contra Dei voluntatem.

✻ PROC. *Conſtituam, &c.* Nos.n. omni idololatria repulſa, impetuque ad fidem tanquam ad promiſſionis quandam terrā facto, unicum ducem eligere oportet, Chriſtum, iuxta illud quod

[Margin: D] [Margin: Matt 23.a] [Margin: Improba ſacerdotis vita ptātē nō aufert] [Margin: †& quicquid contentioſæ cauſæ eſt.] [Margin: E] [Margin: * a verbo quod annunciabunt tibi. Luc.10.a. †vel iudici.] [Margin: Quæſt.26.] [Margin: Regē conſtituere.] [Margin: F]

c *Iuxta.*

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Si difficile. *Hic agitur de ſuperioribus iudicibus, ad quos debet eſſe recurſus in dubijs & difficilibus, & ponuntur aliqua pro exemplo, cum dicitur.*

2 Inter ſanguinem, &c. *Hoc eſt quando vna pars iudicum dicit, quod effuſio ſanguinis alicuius hominis eſt morte plectenda, quia reducitur ad homicidium voluntarium. Alia pars dicit nō, quoniam reducenda eſt ad homicidium caſuale.*

3 Cauſam & cauſam. *Scilicet quando vna pars iudicum dicit cauſam actoris eſſe iuſtam, alia autem cauſam rei.*

4 Lepram & non lepram. *Scilicet quando una pars dicit infirmitatem alicuius, alia non.*

5 Surge. *In his caſibus & conſimilibus recurrendum eſt ad ſuperiores iudices ſcilicet ad ſummum ſacerdotem & iudicem populi Iſrael. Et aliquando contingebat, quod vtrunqde officium in vnam concurrebat perſonam, ſicut patet de* Heli *qui fuit iudex & ſummus ſacerdos populi 1. Reg. iiij. ſed vt communius erant perſonæ diſtinctæ, ſicut & officia. Poteſt ergo intelligi iſte recurſus ad vtrunque coniunctim, & hoc erat in cauſis quæ non poterant terminari ab vno ſine alio, vt potе in ædificatione templi, qui non poterat fieri ſine poteſtate regia, nec diſponi abſque ſacerdotali ordinatione, uel diuiſim, vt in cauſis ſpiritualibus eſſet recurſus ad ſummum ſacerdotem, & in temporalibus ad iudicem. Et ex hoc inoleuit conſuetudo, quod ab inferioribus iudicibus eccleſiaſticis appellatur ad ſummum pontificem, & ab inferioribus principibus & iudicibus ſecularibus ad regem ſeu imperatorem.*

[Margin: Summus ſacerdos & iudex.]

6 Qui indica. *Debent.n. eſſe magis inſtructi alijs, ita quod poſſint dirigere in dubijs.*

7 Sequeriſque. *Quia eſt ultima quantum ad omnes.*

8 Nec decli. *Id eſt motus commodo vel damno temporali. Hic dicit gl. Hebraica, Si dixerit tibi, quod dextera ſit ſiniſtra, uel ſiniſtra dextera, talis ſententia eſt tenenda, quod patet manifeſte falſum, quia ſententia nullius hominis cuiuſcunq. ſit auctoritatis eſt tenenda, ſi cōtineat manifeſte falſitatem uel errorem, & hoc patet per hoc quod pmittitur ī textu, Indiccabunt tibi iudicij veritatem, poſtea ſubditur:* Et docuerint te iuxta legē eius. *Ex quo patet, quod ſi dicāt falſum, vel declinent a lege Deo manifeſte, non ſunt audiendi. Cætera patent uſq; ibi.*

9 Cunctuſque populus. *Pœna.n. mortis non infligitur ad correctionem illius qui ſuſtinet, ſed aliorum.*

10 Cum ingreſ. *Hic conſequenter agitur de regis inſtitutione. Circa quod ſciendum, quod illud quod dicitur hic.*

✻ 1 Eum

## MORALITER.

✻ † *Venieſque ad ſacer.* Leui. &c. Per quod oſtenditur, quod Chriſtiani debent in dubiis, ad pontifices recurrere quātum ad ſpiritualia, & ad principes quantū ad temporalia, & eorum firmiter tenere ſententiā, niſi errorem contineat manifeſtū.

✻ 1 Cumq;

quod ab eo dictum est, . Dauid enim inquit: Ego vero constitutus sum rex ab ipso supra Sion montem sanctum eius. Quem cum Iudæi abdicassent, principem suũ creauerunt antichristũ, alienigenã alienũ q; a sanguine Israelis.

Quæst. 18. a *Non multiplicabit sibi equos.* ✱ THEODOR. Quare hoc? Vult eos soli Deo fidere. Quapptet beatus Dauid clamat. *Non saluatur rex per multam virtutem, &c. gygas non saluabitur in multitudine virtutis suæ, fallax equus ad salutem, in multitudine virtutis suæ non saluabitur.*

Psal. 32. † ne declinet vel alienatur cor eius. † iteratam legẽ hanc.

Quæst. 17. Vtrũ Dauid contra hoc præceptũ non fecerit & Salomon. b *Non habebit, &c.* AVGVST. Manifestũ est Salomonem hoc præceptum transisse, Dauid autem plures habuit, nec præceptũ præterit. permissum est enim plures habere, non plurimas quę alliciant animã multipli-

a In circuitum impij ambulant. Psal. 11. b. b Gentes quæ tantum natę, non renatę. c Permittit non committit. d Magistrum vel sacerdotem.

per circuitum nationes, cum constitues quem dominus Deus 1

a Aliquo indicio sicut Saulem. Canonica electione. b Non de aliena secta. c Id est non debebis. 2

tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alte-

Alienigenam. Cognatione.

rius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. †

a Pompam & ambitionem seculi. Fallax equus ad salutem. Psal. 32. d.

a Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec 3

a Exemplo dominatione, persuasione. b Varium & mutabilem. c Mundi appetitum. d Multiplici superbia & humana potentia vel mundana. e Sicut puluis quem proijcit ventus, a facie terræ. Psal. 1. b. 4

reducet populũ in Ægyptum equitatus numero subleuatus, præsertim cum dominus præceperit vobis, vt nequaquam

a Sed per aliam viam, subaudi, reuertimini in regionem vestram. b Solicitudines superfluas.

b amplius per eandeam viam reuertamini. Non habebit vxores 5

a Etsi plures. b Alienigenas videtur tangere. c Auaritiam suggillat.

c plurimas, † quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri 6

a Vltra mensuram necessitatis. b Non adiumenta. Portantem in infernum mergentia. c Qui est grauitas, maturitas regum est. 7

immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni

a Ne ad voluntatem suam faciat, sed secundum diuina præcepta. Ne alienæ.

sui, describet sibi † deuteronomium legis huius in volumi- 8

a Vt nihil fucatum, nihil corruptum.

ne, accipiens exemplar a sacerdotibus Leuiticæ tribus, & ha- 9

Vsus reddit magistrum.

d bebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt di-

a Legendo. b Casto timore. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Psal. 18. c.

scat timere dominum Deum suum, & custodire verba & † cæ

a Ne corde intumescat.

remonias eius, quæ ĩ lege precepta sunt. Nec eleuetur cor eius

Quæ sequitur potestatem. a Amicitia vel odio vel qualibet occasione, sed regat in virga ferrea. 10

e in superbiá super fratres suos, neq; declinet * in partem dexte- †

a Corporaliter, & spiritualiter.

f ram vel sinistrá, vt longo tpe regnet ipse & filii eius sup Israel. † 11

plicare. Cum tamen additur, vt non eleuatur cor eius alienigenas habere prohibitũ esse vt veruntamẽ multiplicatio uxorum generaliter prohibita est permissum est regi plures habere sed nõ multiplicare, ne multiplicãdo pueniat ad alienigenas.

c *Neque argenti. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Matt. 6. c.

d *Legetque.* Nota quãta assiduitate legere debẽt sacerdotes, cũ assidue legant reges. Lectio ipsa lux est & vita. vnde. *Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt.* Ioan. 6. g.

e *Superb.* Quasi, sciat se esse fratrẽ. Vnum patrem Deũ omnes habem⁹, cui dicim⁹, Pater noster qui es in cælis, &c. Luc 11. a.

† statuta.

f *Super.* Benedictio est regnare super Israel, scilicet regnando facere Israel, scilicet Deum videntes.

* a præcepto.

✠ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Eum consti. *s. in regem, & non est præceptum, nec simplex concessio, quia sic non peccasset populus Israel petendo regem, cuius cõtrarium dicitur 1. Regum xij. sed est permissio quæ est de malo. Bonum enim populi consistebat in hoc quod solus Deus regnaret super eum eo quod erat populus pecularis Dei, veruntamen si importune regem habere vellent, permittebatur eis sub conditionibus tamen. Prima erat quod esset de filijs Israel, quod notatur cum dicitur de numero fratrum tuorum. Secunda, quod non esset simpliciter ad voluntatem populi, sed per electionem Dei quod notatur cum dicitur.*

2 Quem dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum. *Et sic factũ fuit de Saule primo rege, & de Dauid secundo, vt habetur 1. Regum x. & 16 Consequenter describitur conditio regis constituti cũ dicitur.*

3 Non multiplicabit sibi equos. *Scilicet ad iactantiam, sed solum ad decentiam sui status & regni defensionem.*

4 Nec reducet populum in Aegyptum equitatus. *præsumens acquirere terram illam.*

5 Non habe. *Non inhibetur regi simpliciter pluralitas vxorum, cum Dauid qui fuit sanctus, sex vxores habuerit, sed quod non habeat in numero excessiuo, & potissime alienigenas, & hoc est quod notatur cum dicitur.*

6 Quæ alliciat. *scilicet ad nimiam carnalitatem, & inde ad idolatriam, saltem aliqualiter, sicut de Salomone accidit, licet esset sapientissimus, de quo scribitur 3. Reg. xi. a.* Cumque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, ut sequeretur Deos alienos. &c.

7 Neque argenti. *Id est, ad superfluitatem, sed solum ad necessitatem sui status & regni defensionem.*

7 Describet sibi. *i. faciet describi.*

9 Et habebit secum. *Dicunt Hebræi, quod debebat habere volumẽ duplicatum, vnum ad portandum secum ut posset ibi frequenter legere, aliud ad reseruandum in domo thesauri sui tanquam quid pretiosum.*

10 Nec eleuetur. *Sicut accidit de Saule, propter quod fuit a domino reprobatus, & regnum ablatum a filijs eius 1. Reg. xiij.*

11 Vt longo. *Sicut patet de Dauid, propter cuius iustitiam regnum fuit sibi & filijs eius a domino confirmatum, vt habetur 2. Reg. vij. & in pluribus alijs locis.*

✱ CAP.

MORALITER.

✱ † *Cumque fu. &c.* scilicet rex de quo loquitur.

3 *Non multiplicabit.* Ex hoc ostenditur, q᷑ reges catholici non debent esse superbi, nec lubrici, ne cupidi aut ignaui sed humiles. Eccle. 3. c. *Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam,* Debent etiã esse continentes, liberales, & diuinę legis zelatores, & iustitiã omnibus conseruantes. Ideo subditur in fine.

† *Neque.* Propter fauorẽ vel vtilitatẽ tplẽ a iustitia declinãdo.

† *Vel sini.* Ex afflictione peruersa vel odio iustitiã subuertẽdo.

✱ MORA-

ADDITIO.

*In ca. xvij. vbi dicitur in po. Circa quod sciendũ, q illud quod dicitur hic:* Eum constitues, *s. in regem, non est præceptum nec simplex concessio. Præceptum istud de constitutione regis non est permissiue intelligendũ, prout in post. sed est simplex concessio cũ conditionib. in litera scriptis. Nec sequitur, quod si sit concessio simplex, tunc non peccasset populus Israel petendo regẽ. Nam petierunt regem aliter quam fuit sibi concessum. Nec hoc quod ille populus erat peculiaris Dei, sequitur quod nõ deberat habere regem supra se, prout ista amplius domino concedente tractabuntur in additione supra 1. Reg. 8. vbi postilla mouet quæstionem, vtrum filij Israel peccauerunt petendo supra se regem.*

REPLICA. *In cap. xvij. vbi postillator literam de constitutione regis dicit nec sonare præceptum, nec simplicem concessionem, sed permissionem. Burg. dicit esse præceptum & simplicem concessionem cum conditionibus in litera positis. Et videtur Burg. duplicem intrare contradictionem. cum enim secundum eum sit concessio, non erit præceptum: ipse tamen dicit esse præceptum, cum tamen nullum verbum præceptorium nec præcepto æquipollens in litera ponatur. Et cum dicit esse concessionem simplicem, videtur contradicere ei quod dicit concessionem sub conditionibus, conditionata enim concessio simplex dici non potest. unde intuendo literam & postillatoris intentionẽ, occurrit quod locus iste de regis constitutione sit prænosticus, & huic prænostico additur præceptum negatiuum de non constituendo extraneo, & cætera negatiua in litera posita de non multiplicandis vxoribus & equis, &c. Illa enim sola sonat præcepta, sed non ad intentionem Burg. Et quia Burg. hanc materiam remittit ad primi Reg. vij. vide ibi latum correctorium.*

A

a

CAP. XVIII.

NOn habebunt. Et in veteri & in nouo testa. ministris altaris pceptũ est de oblationib. & decimis viuere, nec terrenis possessionib. acquirendis ↄcessum est inhiare. vnde: *Nolite possidere aurum neque argentum, &c.* & post pauca *Dignus est enim operarius cibo suo.* Et alibi: *Qui altario seruiunt cum altario participant.* Nõ enim oportet, vt qui semper altare debet officio diuino, inhiet terreno lucro cui Deus hæreditas est. Quid ergo deesse potest illi, qui omnia habentem habet.

Matt. 10. a.

1 Cor. 9. b.

†Nu. 18. c

12 q. 1. c. clericus.

b

b *Hæreditas.* Pro operatione bona, ut quod mente cõceperit, opere probet. unde: *Cœpit Iesus facere & docere.*

Act. 1. a.

c *Dabunt.* Quia in corporalibus solatiis & spiritualibus emolumentis deuote doctoribus nostris communicare debemus. vnde: *Communicetis qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omni opere bono.*

Gal. 6. b.

d *Ventriculum.* Venter receptaculum ciborum, omnes hominum labores, & momentanea gulæ blandimenta sunt, quorũ finem condemnat, & mentari

†habet de victu & vestitu bono patrũ.

C

mentibus Deo sacratis ostendit totũ qđ voramus in secessum proiici. vnde: *Esca ventris, & venter escis: Deus autem & hunc & hanc destruet.*

D

e *Primitias.* Primitias frugum laborantem agricolã oportet primum de fructibus accipere.

# CAP. XVIII.

Nemo militans Deo impli. se nego. secu. 2. Tim. 2. a.

a †NOn habebunt sacerdotes & Leuitæ, 1 & omnes qui de eadem tribu sunt, par 2 tem & hæreditatem cũ Israel, quia sa- 3

Non de victu vel vestitu sint curiosi.
Quasi quis quærat, vnde ergo viuent.

crificia domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipiant de posses-

a Qui omnia possidet.

b sione fratrum suorum. Dominus enim ipse est hæreditas eo- 4

a Vt tanto sponsore sint securi.

rum sicut locutus est illis: Hoc erit iudicium sacerdotum a po 5 pulo, & ab his qui offerunt victimas, siue bouem siue ouẽ im- c molauerint, dabunt sacerdoti armum * ac † ventriculum, pri- 6 d mitias frumenti, vini & olei, & lanarum partem ex ouiũ ton- 7 e sione. Ipsum enim elegit dominus Deus tuus de cũctis tribub. 8

a Firmus in domo domini in atrijs domus Dei nostri. Psal. 131. a.

tuis, vt stet, & ministret nomini domini, ipse & filii eius ĩ sempiternum. Si exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni. 9 f Israel in qua habitat, & voluerit venire desiderans locũ quem elegerit dñs, ministrabit in nomine dñi Dei sui, sicut omnes

Consanguinei. Fimulter.

fratres eius Leuitæ, qui stabunt eo tempore coram domino.

Beneplacentes. a Qui altario seruiunt cum altario participant. 1. Cor. 9. a.

Partem ciborum eandem accipiet quam & cæteri, excepto eo 10 quod † in vrbe sua ex paterna ei successione debetur. Quan- 11 do ingressus fueris terram quam dominus Deus tuus dabit

f *Si exierit.* Quasi vrbem & domum deserit, qui gratis Deo seruit, & sine sumptu Euangelium ponit.

g *Excepto.* AVGVST. quod LXX. prẹter venditionem quæ secundum familiam est. Quam dicat venditionem, obscurũ est, nisi forte quia decimationes & primogenita præcepit vendi ab eis qui in longinquo habitarent, ne multa cogerentur portare ad locum inuocationis domini, vel pecora ducere ut illic denuo emerentur ex eodem pretio. Et iusserat habere ibi partẽ Leuitã qui maneret in ea ciuitate, inde illi decimationes et primogenita debebantur. Et ideo dixit secũdum familiã hoc deberi Leuitẹ quoniã ex successiõe qua succeditur parẽtib. hoc circa cũ seruari oportet quod parentibus exhibitum est.

Quest. 32.

E

*& maxillã

†intestina aut stomacum.

F

h *Quando ingressus.* AVGV.

Cassianus collatione prima.

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XVIII.

Diuisio.

NOn habebunt. *Hic consequenter agitur de sacerdotum & Leuitarum sustentatione. Et primo in generali secũdo in speciali ibi:* Si exerit Leuites. *Secundum quod dictũ fuit Nu. xviii. tribus* Leui *non habuit partem in terra sicut aliæ trib. nisi solũ vrbes & suburbana ad habitandũ & ideo debebant de bonis aliorum sustentari. & hoc est quod dicitur.*

2 Non habebunt sacerdotes. *& subditur modus sustentandi eos, cum dicitur.*

3 Sacrificia. *Si accipiantur stricte sacrificia & oblationes quæ fiebant in templo, & ex illis sustentabantur tantum sacerdotes & Leuitæ, qui ministrabant in templo in Ierusalem. Si autem accipiantur large oblationes prout se extendunt ad decimas, sic ex eis sustentabantur Leuitæ qui morabantur in alijs vrbibus & oppidis.*

4 Dominus enim ipse. *Hoc dicitur, quia de oblatis domino modo prædicto sustentabantur sicut de hæreditate propria, sicut locutus est illis.* Num. xviij. *Consequenter descenditur ad id quod pertinebat ad ius sacerdotum, cum dicitur.*

5 Hoc erit. *Hoc iuste traditum vel concessum.*

6 Armum. *Scilicet dextrum. Hoc autem fiebant ad designandum. qđ sacerdos debet habere fortitudinẽ & constantiã ad sustentandum onus populi, quod est armum dextrum, designatur ubi est fortitudo corporis. Itẽ ad remouendũ quandã idololatriæ speciem quæ spatulomantia dicitur. Idololatræ enim os de sacrificijs reseruant, & in eo diuinationẽ exercebant.*

6 Ac uentriculum. *Dicunt aliqui quod hic accipitur ventriculus pro pectusculo, quod de iure sacerdotis determinatur,* Exo. xxix. *& hoc eisdem rationibus quibus & de armo dextro dictum est, quia per ipsum fortitudo designatur. Et quia in osse pectoris reseruatio, ab idololatris diuinatio exercebatur, in Hebræo habetur:* Armum & genas & mu leram, *ita quod per duo vltima intelliguntur quædam superaddita armo, & pectusculo danda sacerdoti.*

7 Primitias. *Ista similiter pertinebant ad sacerdotes. quantitas autem talium non determinatur per scripturam, sed determinata fuit per sapientes Hebræorum, videlicet quod pro primitijs daretur par. lx. ad minus xl. ad plus l. medie criter, ita quod minus deuoti dabant sexagesimam, magis deuoti quadragesimam, intermedij quoque quinquagesimã, & hoc idem habetur in libro de collationibus patrum, collatione prima. Theo. abbatis, & sic quãtitas ista quantum ad aliquid, erat determinata & quantum ad aliquid deuotioni dantium derelicta.*

8 Ipsum enim elegit. *Iustum est autem quod qui seruiunt Deo, sustententur a populo.*

9 Si exierit. *Hic agitur de sustentatione* Leuitarum *in speciali, scilicet quando aliquis* Leuites *extra Ierusalem habitans deuotione ductus veniebat ad manendum in Ierusalem, vt seruiret domino in templo, & in isto casu determinatur hic quod accipiat partem de oblationibus, sicut etiam alij* Leuitæ *ibidem ministrantes, & patet litera vsque ibi.*

10 Excepto eo quod in vrbe sua. *In vrbibus enim in quibus manebant extra Ierusalem, habebant domos ad habitandum pro se & pro pecoribus suis, & talia succedebant eis a patribus, & de talibus poterant uiuere qui veniebant in Ierusalem modo prædicto cum illis quæ accipiebant de oblationibus. In Hebræo habetur. Exceptis venditionib. suis, & in eandem sententiã reuertitur, quia quando veniebant in Ierusalem ad manendum, vendebant talia, & de pretio se iuuabant.*

Diuisio.

11 Quando ingressus fue. &c. *Hic consequenter agitur de prophetica reuelatione, & primo a quibusdam abominationibus populorum inhabitantium terram promissionis filios Israel dehortatur. in secundo ostenditur necessitas prophetiæ, & missio prophetæ, ibi:* Gentes istæ.

*Circa primum sciendum, quod homo ordinatur ad finem supernaturalem, vim rationis naturalis transcendentem, secũdum illud 1. Corin. 2. c.* Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. *Tendenti autem ad finem, necessarium est præcognoscere aliqualiter finem, & ea quæ in finem dirigunt. Cum igitur se ad hoc non extendat respectu vltimi finis simpliciter cognitio naturalis, requiritur diuina reuelatio hanc autem cognitionem supernaturalem, nõ tamen respectu vltimi finis & dirigentium in eam secundũ veritatem, sed secundum falsam æstimationem seu deceptionẽ, quærebant Gentiles a dæmonibus per sacrificia, & quædam alia superstitiosa, quæ omnia prohibentur filijs Israel, cum dicitur.*

* 1 Cum e

*MORALITER.*

* 1 *Non habebunt sacerdotes & Leuitæ & omnes qui de eadem tribu sunt partem.* Ista sunt frequenter superius exposita, propter quod pertranseo.

* Nec

Quæst. 29.

A Avg. Quoniam portentorum inspectores interdicuntur, quærendũ est quo portenta quæ inspici prohibentur, discernantur ab eis quæ diuinitus dantur, vt quid significent dici debeant, sicut miracula q̃ in scripturis reperiuntur significantia q ad regulam fidei pertineat, velut vellus in area compluta siccum, aut in sicca area complutum, aut virga Aaron quæ floruit & nuces protulit, & huiusmodi. Sicut autem discernuntur diuinationes quas insequentibus prohibet a prædicationibus vel annuntiationibus prophetarum, sic illæ inspectiones prodigiorum a significationibus miraculorum discernendæ sunt.

Iudic. 6. g. Nu. 17. c. +Le. 20. d. 1. Re. 28. a

B a *Ariolos*. Qui circumeunt aras nefandis precibus, & diuinationem in extis animalium quærunt.

b *Auguria*. Quasi auigeria, quæ in vocibus auium geruntur. Vel auigaria ab auiũ garritu.

C c *Pythones* Ventriloquos, de quorum ventre dæmones loquuntur, a pythone sic dictos i. Apolline, quẽ deum diuinationes credebant esse.

d *Nec diuinos*. ✱ Proc. Omne genus diuinationis dæmoniacæ interdicit. Dei enim solius quemadmodũ mũdi opificiũ, quemadmodum viuificatio, omniumque rerum potẽtia, rerum futurarũ cognitio propria est. Ac sane impius est, q satanæ eam attribuit, de quo Christus inquit, quando mendaciũ loquitur, ex suo peculio loquitur, quoniam mendax est quẽadmodum pater ipsius. Quapropter cũ veritatem diuinationi per Christum editæ ex astruere vellet, illud intulit, prophetam ex fratrib. mei similem excitabit tibi dominus.

* & absq; macula.

1 tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, 2 nec inueniatur in te qui lustret filium suum aut filiam ducẽs a per ignem, 3 † aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia b 4 atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui c 5 pythones consulat, nec diuinos, & quærat a mortuis verita- d 6 tem. Omnia enim hæc abominatur dominus: & propter

a Caue ne & te similiter deleat. b Humano modo. Perfecti estote sicut & pater vester celestis. Matth. 5. g.

7 istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo: 8 Perfectus eris

a Criminali. b Cum sancto sanctus eris. Psal. 17. d.

9 et absque macula cum domino Deo tuo. 10 Gentes istę, quarũ

Vel possidebitis.

11 possidebis terram, augures diuinos audiunt: 12 tu autem a do-

Iosue vel alios sequentes.

e mino Deo tuo aliter institutus es: 13 † Prophetam † de gente tua

Verum hominem.

& de fratribus tuis sicut me, 14 suscitabit tibi dominus Deus tuus, 15 & ipsum audies, vt petisti a domino Deo tuo in Horeb, 16 quando concio congregata est, atque dixisti: † Vltra non audiam 17 vocẽ domini Dei mei, & ignẽ hunc maximũ amplius 18

D e *Prophetam de*. Licet historia iter de pphetis accipi possit, q post Moysen in populo Israel repleti sunt spiritu dei, melius tamen de domino prophetarum accipitur, de quo turbæ ab ipso satiatæ dixerunt: *Hic est vere propheta, qui venturus est in mundũ*. Et alibi: *Propheta magnus surrexit in nobis*.

Io. 6. Luc. 7. c.

✱ Procopivs. Quod propheta ille Christus fuerit, non Iosue filius Naue, manifestum est ex eo quod circa finẽ Deuteronomii dicitur: E Non surrexit amplius propheta in Ierusalẽ talis qualis Moyses extitit. Et alibi, Et iã suscitauit eum, & constituit corã toto cœtu, vt in Numer. Verum nõ fuit legislator Mosi similis, neque parẽ adeptus est gratiam, p partẽ duntaxat ipsius accepit. Quod vero nullũ prophetarũ alium innuat, ex eo quod multi prophetæ fuerunt, clarum est, vt de uno quodam per excellentiam dicatur. Quem sane sibi similem fore Moses indicat. Quẽ quidẽ Iudæi quoq; expectantes, post tot prophetarum vitam, Ioannẽ interrogarũt, Nũ tu propheta ille es? Sed & Christus Mosi non tantũ similis, sed maior est. Ille quidẽ ex Aegypto asseruit populum vnicum, Christus ex diaboli imperio terrã vniuersã. Ille populũ p mare traduxit, Aegyptiosq; maris fluctib. inuoluit:

† Act. 3. e. & 7. medio. † Ex. 20. c. Quõ Christus Mose maior.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Caue ne imitari. *superstitiosas inquisitiones occultorum idolorum*.

2 Nec inueniatur. *Erat enim quidam superstitionis modus, quo adhuc dicuntur vti Tartari, qui credunt omnia per ignem purificari. & ideo homines extranei ad principem accedentes, ante transeunt inter ignes, & talis transitus vocatur hic lustratio.*

Ignis purificat.

3 Aut qui. *Quærendo ab eis futura vel alia occulta. Dicuntur autem arioli, qui in visceribus animalium super aras idolis immolatorum diuinant.*

4 Et obser. *Qualiter autem sit licitum, & qualiter superstitiosum diuinare per somnia, dictum fuit Gene. xl. c. in fine.*

5 Atque augu. *Diuinationes fiunt per garritum seu volatum auium.*

6 Nec sit. *Qui per inuocationes quasdam seu incantationes facit apparere dæmonem in aliqua effigie visibili ad dandam responsa.*

7 Nec incan. *Qui deludit sensus humanos, ut videatur quod non est.*

8 Neq; q py. ho. *Dicuntur autem pythones ventriloqui, qui habent in uentre dæmonem uerba exterius proferentem, tamen 1. Reg. 28. dicitur illa mulier pythonissa, quæ faciebat apparere mortuos quasi suscitatos.*

9 Nec diuinos. *Qui fingunt se loqui ex reuelatione dei, cum tamen loquantur ex reuelatione dæmonum sicut Balaam.*

10 Et quærat a mortuis. *Stando super tumulos, & eos inuocando, seu per aliquem alium modum superstitiosum.*

11 Perfectus. *Deo fideliter seruiendo.*

12 Et absque. *A prædictis cauendo.*

13 Gentes. *Hic consequenter describitur missio prophetę, & primo agitur de propheta vero secundo de propheta falso ibi, Propheta autem.*

Diuisio.

*Circa primum primo continuat sententiam prædictis, cum dicitur. Gentes istæ, &c. secundo exequitur propositum, cum dicitur.*

14 Tu autem a domino. *Populus dei scilicet per legem diuinitus datam, & vbi non sufficit legis determinatio, dabitur tibi prophetica reuelatio, & hoc est quod subditur.*

15 Prophetam de gente tua. *id est, de Iudæis.*

16 Sicut me. *Verba sunt Moysi.*

17 Ipsum au. *s. prophetam a deo tibi dandum.*

18 Vt petisti a do. *Vt habetur Exod. 20. quia non poterant vltra sustinere verba dei loquentis, petierunt quod loqueretur eis per Moysen, quod fuit eis concessum, & non solum per Moysen, sed etiam per alios prophetas in diuersis generationibus succedentes. vt patet de Iosue, Samuele, Esaia, Hieremia, & alijs. & hoc est quod subditur: Et ait dominus. & sequitur.*

## MORALITER.

b *Si receperit, &c.* ✱ PROCOPIVS. Huiusmodi etiã sunt quæ Christus mandauit suis discipulis, ut uidelicet sint paci fici cum omnibus qui pacem ipsorum recipiant: ab his vero qui non receperint, puluere e pedibus excusso sese abducant.

c *Nullum omnino permittes.* Nulli uitio in nostra conuersatione parcendum, ne coram oculis domini uoluptatibus corrupti & abominabiles appareamus, & exultantes inimici de ruina nostra dicant: *Euge euge animæ nostræ, deuorabimus eum.*

d *Non succides. &c.* ✱ PROCOPIVS. Ne hosti cum victoribus fiat inutile. Neque vero arbor hostilis est, inquit, ut urbem expugnantibus

(Margin notes:) 1. Tim. 2. a. Psal. 34. d.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Ne pauere. *Et qua ad duces non solum pertinet remouere ineptos, sed etiam ordinare & excitare aptos ad fortiter bellandum. Ideo subditur.*

2 Vnusquisque. *s. de principibus, & capitaneis exercitus.*

3 Suos ad. *Dicitur autem cuneus acies ordinata ad modum trianguli seu cunei, quasi disposita ad subintrandum & diuidendum aciem aduersariorum.*

4 S quando accesseris. *Hic consequenter ostenditur quid sit agendum in obsidione aduersariorum, & primo quantum ad homines, secundo quantum ad arbores, ibi: Quando obsederis. Circa primum dicitur,* Si quando accesseris ad expugnandum ciuitatem offeres ei. *Loquitur de ciuitatibus quæ erant extra terram promissionis, quia de illis quæ erant intra, erat eis prohibitum, ne aliquo modo facerent cum eis pacê. Sequitur.*

5 Percuties omne quod, &c. *Et hoc in pœna illius peccati, quod noluerunt recipere pacem, & propter hoc excipiuntur mulieres quib. non competit bellare, & pueri qui nondum venerant ad ętatem & robur bellandi.*

6 Sic facies cunctis ciuitatibus, etc. *Ex quo patet quod supra dictû est sci-licet quod scriptura loquitur hic de ciuitatibus existentibus extra terrâ promissionis, contra quas filii Israel habebant iustum bellum ex aliqua iniuria eis illata, seu alia ratione iusta.*

7 De his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi. *Scilicet in terra promissionis.*

8 Nullum omnino permittes. *Quia ex iusto Dei iudicio propter suas iniquitates erant omnes omnino delendi & interficiendi & ad hoc filii Israel mittebantur, ut dictum est supra, vii.c. Additur etiam alia ratio s. ne si remanerent aliqui eorum cum filiis Israel, pertraherent eos ad idololatriam, & hoc notatur cum dicitur:* Ne forte doceant uos &c. *subditur.*

9 Quando obsederis. *Hic ostenditur quid sit agendum in obsidione aduersariorum quantum ad arbores, & sub hoc intelliguntur vineæ & consimilia, de quibus dicitur.*

10 Non succides, &c. *Et hoc qui poterant eis proficere tempore obsidionis edendo de fructibus, & etiam tempore captionis, quia terra ex reseruatione talium erat melior & aptior ad inhabitandum, & per consequens si talis ciuitas erat intra terram promissionis, erat melior pro habitatione ipsorum. Si autem extra, redderet eis melius tributum & hoc notatur cum dicitur.*

✱ 1 Quoniam

(Margin note:) Diuisio.

MORALITER.

✱ 10 *Non succides, &c.* Homo dicitur arbor conuersa. unde 2. de Anima dicitur, quod radices sunt ori similes, nam per illas trahût arbores alimêtû sicut homines per os, qđ est in parte supe-te superiori. Per hoc igitur q̃ hic dicitur de arboribus fructiferis, quod non debeant succidi, significatur quod etiã in bello iusto nõ sunt hoïes occîdendi, de quibus est spes quod fructificent in ecclesia Dei, sed illi tantû de quibus talis spes non habetur, & de quorû reseruatione timetur periculû euenire.

tib. resistat. Intelliget arbores illas de quib. Isaias ad Babylonē inquit. *Omnis terra iubilat læta voce, & ligna Libani lætata sunt de te, &c.* Conducere ad expugnationes vrbium steriles arbores inquit. Huiusmodi Athenienses fuerunt. Nulli enim rei vacarunt, præterquā inanibus uerborum iactationibus auditionibusque. Quocirca Paul⁹ Athenas expugnans, & euertens eorum impietatem, Viri Athenienses, inquit, p omnia quasi superstitiosiores vos video, inueni item aram, quæ ignoto Deo inscripta est. Eum igitur Deum quem per ignorantiam colitis, vobis denuntio. Vides quantum ipsis per ipsos vallum sit demolitus. Per quod vrbem eorum, quanuis non totam simul cœpit. Quidam enim crediderunt, quorum è numero Dionysius quoque Areopagita erat.

a Acumine acrioris iudicij.

test nec securibus per circuitum debes vastare regionem, quo[1] niam lignum est & non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia & in cæteros apta vsus, succide[b]s, & instrue machinas * donec capias ciuitatem, quę contra te dimicat.

Fructiferum.

a Figmenta & voluptuosa carmina.

a Agrestis sensus & inordinati. b Aurphando studio euelles. Vnde: Nec cum huiusmodi cibum sume re, donec in meliorem vsum conuertantur. c Gentiles ex libris suis sunt superandi.

* sed agrestia & in cæteros apta vsus. *aduersus ciuitatem

NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Quoniam lignum, &c. *Quasi diceret non potest fugere, nec contra te bellare, nec fructus suos tibi denegare. Et ex hoc patet, quod si ciuitas expugnanda esset ita fortis, quod filij Israel desperarent de eius captione & recederent de obsidione, poterant talia excidere, quia si remanerent, deseruirent utilitati aduersariorum, & per consequens essent eis in nocumentū, & hoc modo filij Israel recesserunt de obsidione vrbis regiæ filiorū Moab, succisis arboribus fructiferis regionis. 4. Reg. 3.*

ADDITIO II.

*In cap. 20. vbi dicitur in postilla:* Quoniam lignum est, & non homo. *In Hebræo non est aliqua hic dictio negatiua expressa, sed hic dictio Lignum est homo, quod varie exponitur ab expositoribus Heb. sed translatio nostra posuit illa verba interrogatiue, ut intelligerentur sic:* Nunquid lignum est homo. *scilicet ut fugiat a te. q. d. lignū nō est homo. & sententia translationis nostræ consonat verbis, quæ hic ponuntur in Hebraico, si intelligantur admiratiue, vt dicendo,* Nunquid lignum est homo? *quod satis literæ Hebraicę consonare potest.*

## CAP. XXI.

a *Quando inuentum, &c.* Cadauer corpus sine anima, & anima sine Deo, qui est eius vita. In terra quam dominus Deus tuus da. est tibi. hoc est in ecclesia. Cædis reus, actor seditionis. Maiores natu, vita & sapientia maiores. Iudices, id est sacerdotes, quorum officium est de singulis iudicare, id est discernere. Metietur a loco cadaueris. id est cum summa discretiōe inuestigabūt actorem seditionis. Tollent vitulam de armento. id est carnē Christi, quam de patribus sumpsit. Quæ non traxit iugū, quia *peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Nec terram scidit vomere, nullam scilicet seditionis maculam admisit.

* Procopius. Vulneratus qui propter peccata nostra Christus est. A patre quidem traditus, a Iudæis vero afflictus. qui eum interemissent nunquam, nisi Deo ita fuisset visum. Vulneratus in Iudæa est. Apud gentes vero mysterium eius perficitur. Ducitur in vallem asperam & incultam. Vulneratus enim in cruce, ad gentium concessit solum quod ante aridum & incultum iacuit. Ad quod Isaias inquit, *Lętare terra deserta, &c.*

* Rap. Huius loci mysterium maiores nostri, iudices nostri Apostoli scilicet hoc modo impleuerunt. In terra qn̄ Deus dedit illis, id est, in sancta scriptura, cadauer hominis occisi inuenerunt, id est, sacrilegium eorum qui occiderunt, & eius Christi qui occisus est, innocentiam, aut iam quoq; intellexerūt. Sed quodammodo ignorabatur cędis reus, tum quia Iudæi nō ipsi manibus suis occiderent, sed gentilibus occidēdum tradiderunt, tum quia non se regem Christum sed magum occidisse pertinaciter defendunt. Exierunt igitur a loco cadaueris in illa terra quam dominus dedit, id est, i sancta scriptura, quæ manifeste passionem exprimit redemptoris. Verbi gratia, *Sicut ouis ad occisionē ducetur, &c.*

b *Et ignorabitur.* Diabolus qui inuisibilis, & ideo ignorari dicitur. Scitur enim, quia misit in cor, ut traderet eum Iudas.

c *Maiores natu. &c.* Apostoli & doctores qui scripturæ attestatione, perceperunt nullam nationem sic prōmptā ad cędē vt Iudæorum gentem, qui & prophetarum, & domini sanguinem fuderunt.

CAP. XXI.

Quando inuentū fuerit in terra quam dn̄s[1] Deus tuus daturus est tibi hoīs cadauer occisi, & ignorabitur cędis reus, egredietur maiores natu & iudices tui, & metientur a loco cadaueris singularū pcircuitū spatia ciuitatū, & q̄ vicinorē cæteris esse † perspexerint, seniores ciuitatis eius tollēt vitulā[2] de armento, q̄[3]

Corpus Christi.

a Apostoli & apostolici viri, per quos pro peccatorum nostrorum expiatione crucifixa prædicatur. b Christi carnem. c Patriarcharum, & prophetarum.

* a Et du-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXI.

1 Quando inuentū. *Postquā actum est de homicidio cuius actor cognoscitur, hic cōsequēter agitur de illo cuius actor ignoratur, ad cuius inuestigationē secū dum q̄ dicit Rab. Moyses de ciuitate propinquiori loco in quo fuerat factū homicidiū, uitula accipiebatur & occidebatur & carnes eius in loco occisionis relinquebantur in putredinem conuertendæ. Locus etiam ille remanebat incultus, & in his duob. damnificabatur illa ciuitas Senes etiam ciuitatis iurabant, quod non fuerant negligentes de custodia viarum, ita quod per negligentiam eorum non contigerat illud homicidium. Hoc autem iuramentum non libenter facerent, si scirent aliquid de perpetratione dicti homicidij, nec ciues prędicta damna sustinerent, & ideo ad euitandum prædicta frequenter prodebatur homicida, qui ut communius est de ciuitate propinquiori loco facti homicidij, quia difficile erat, quin verba aliqua et suspiciones cucurrissent inter ciues de actore illius homicidij. His dictis pro magna parte patet litera.*

2 Tollent vitulam de armento. *Ita quod sit sufficiens ætatis.*

3 Quę non traxit iugum. *Quia debebat esse fortis & non fractalabore, & hoc erat ad inferendum maius damnum ciuibus, nisi proderent homicidium.*

* 1 Et pu-

MORALITER.

* 1 *Quando inuentum fuerit, &c.* Homo primus a die transgressionis fuit occisus, Gen. 2. c. *In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris.* Cuius homicida fuit diabolus, qui dicitur hic Mystice occultus, eo quod est inuisibilis hominibus.

† *Seniores ciuitatis, &c.* Per istos seniores intelliguntur prophetæ veteris testamenti. Per vitulam autem humanitas Christi. hanc autem vitulam tulerunt prophetę, id est tolli prędixerunt in eius passione.

3 *Quæ non traxit iugum.* id est nullum contraxit peccatum.

* Nec ter-

1. Pe. 2. d. Isa. 53. Io. 13. Libr. Iu. Deut. c.

a Peccati. b Sine semine viri edita, de virgine nata.

a non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducent eā ad

a Ierusalem quam Esaias vocat vallem visionis Esa. 22. a. b Duram & indomitam a spinis vitiorum asperrimam. c Quia sanctis doctoribus non perfecte cessit. vnde: Ierusalem quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt. Matt. 23. d.

vallem asperam atq; saxosam, quæ nunquam arata est, nec se

a Euangelij, sed pro fructu spinas, & pro vuis attulit labruscas. Esa. 5. a.
b Vbi Christi carnem crucifixerunt.

mentem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. Accedentq;

a Apostoli & eorum sequaces, quibus ordinem ecclesiasticum regere & prædicare commissum est.
b Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Io. 15. c.

sacerdotes filii Leui † quos elegerit dominus Deus tuus, vt mi

Prædicando. Non ipsorum.

nistrent ei, & † benedicant in nomine eius, & ad verbū eorum omne negotium pendet, & quicquid mūdum vel immundū

Discernatur.

est, iudicetur: Et venient maiores natu ciuitatis illius ad inter b fectum, † lauabuntq́. manus suas super vitulam quæ in valle

Christi.

percussa est, & dicēt: Manus nostrę non effuderunt sanguinē

Nec consensimus. Vt scil. facias Israel.

c hūc, nec oculi viderūt. † Propitius esto populo tuo Israel quē

Pœnam scil. innocentis sanguinis.

redemisti domine, & non reputes sanguinē innocentē in me-

Sic. Christi.

dio populi tui Israel, & auferetur ab eis reatus sanguinis. Tu aūt alienus eris ab innocentis cruore, qui effusus est, cum fece

Supradictam expiationem. Spiritualem.
a Dæmones vel Gentiles.

d ris quod præcepit dn̄s. Si egressus fueris ad pugnam cōtra inimicos tuos, & tradiderit eos dn̄s Deus tuus in manu tua, capti

a Ad iugum Christi. vnde: In captiuitatem redigentes omnem intellectum, 2. Cor. 10. b.
b Superata falsitate. c Vtilem sententiam. Animam in Gentili conuersatione.
d A Deo creatam.

e uosq́. duxeris, & videris ī numero captiuorū mulierē pulchrā

a Vera charitate. b Id est corpori ecclesiæ sociare.
c In adiutorium Christi.
d Ecclesiam.

et adamaueris eā, voluerisq́. habere vxorē, ītroduces eā in do

---

a *Et ducent eam, &c.* Mortem scilicet despectā & turpissimā. vnde: *Morte turpissima condemnemus eum.* Quæ nunquam arata est, quia mors Christi absq; culpa fuit. Nec sementem recepit id est zizania peccati, quæ inimicus homo superseminauit. Possumus per uallem asperam Gētilitatem accipere, quæ aspera erat. Saxosa, quia saxa adorabat. In qua cęsa est ceruix vitulę, quia pro salute gentium mors Christi celebrata est. Ceruix robur carnis qd̄ in morte deposuit. Lauabūt manus super uitulam, id est, purgabunt opera per passionis Christi confidentiam.

b *Lauabuntque manus suas, &c.* Id est opera sua in passione Christi demonstrabunt esse munda. Licet enim eiusdem passionis sacramenta quotidie iterentur ab omni tamen fraude Iudæorum corda & o-

(Margin: A Mystice. Sap. 2. d. — Matt. 13. d † quia eos elegit. † laudent nomen eius. — B † leuabūtque. — † Expia populū tuū. — C)

& opera habent munda. 

c *Propitius esto.* Pro officio suo benedicunt populo, vt non reddatur uindicta pro scelere, sed salus pro redemptione.

d *Si egressus fueris ad pugnam.* ISIDORVS. Dicant Iudæi, quomodo hæc seruent? quid causę sit mulierem decaluati & vngues circuncidi? quid si sine capillis & unguibus inuenta fuerit.

e *Mulierem pulchram.* Sicut Paulus qui de Menandro sumpsit: *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et de Arato: *In ipso viuimus, mouemur, & sumus, ipsius enim & genus sumus.*

Alii putant hanc mulierem specie decoram significare rationabilem disciplinam apud Gentiles inuentam, ab ea enim oportet recidi omnem superstitionis immunditiam, ut ad studium ueritatis

(Verse numbers: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11. Margin: D — E Menādar poeta. 1. Cor. 15. d — Aratus poeta. — Act. 17. f — F)

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam. *Per quod designatur horror homicidij perpetrati.*

2 Et cædent in ea ceruices uitulæ. *Ad designandum quod homicida & celantes homicidium essent digni dolorosa morte.*

3 Accedentque sacerdotes. *Qui erant cæteris certiores in iudicijs, & perspicatores in factis inquirendis, ad uidendum si de auctoribus homicidij appareret aliquod signum.*

4 Lauabuntque manus suas super uitulam quæ in &c. *Ad designandum innocentiam suam.*

5 Et dicent. *cum iuramento.*

6 Manus nostræ non effuderunt sanguinem. &c. *Dicit Ra. Sa. hic, quod nulli debebat esse dubium, quod senes illi qui erant meliores in toto populo ciuitatis, non fecerant homicidum illud manibus proprijs, & ideo non erat de hoc ipsorum iuramentum, sed iurabant quod hoc nō esset factum per eorum negligentiam uel consensum.*

7 Nec oculi uiderunt. *Per hoc intelligitur, quod nihil omnino scirent, quia per visionem omnis alia cognitio designatur.*

8 Si egressus fueris ad pugnam. *Postquam egit de homicidio, hic consequenter agitur de his quæ solent procedere ex odio, licet enim odium sit passio partis concupiscibilis sicut & amor, tamen passiones irascibilis omnes oriuntur ex passionibus concupiscibilis, & in ipsis terminantur, quia oriuntur ex amore & odio, & terminantur in delectationem & tristitiam, ita quod passiones irascibilis, quæ malum respiciunt oriuntur ex odio. Igitur de talibus agit. Et primo respectu personæ coniunctæ. secūdo respectu extraneæ, ibi:* Quando peccauerit. *Prima in duas, quia primo excluditur effectus odij respectu uxoris, secundo respectu prolis, ibi:* Si habuerit homo. *Circa primum sciendum, quod licet esset prohibitum filijs Israel, ne acciperent mulieres alienigenas de terra promissionis, vt dictum est supra vij. cap. tamen propter suam concupiscentiam permissum erat eis accipere vxores de alijs gentibus, dimisso prius Gentilitatis ritu, & quia frequenter contingebat quod talis mulier fiebat odiosa marito, ideo lex prohibet hic iniuriam fiendam illi mulieri, & hoc est quod dicitur:* Si egressus fueris, &c. *& sequitur.*

(Margin: Diuisio.)

9 Et videris in numero captiuorum mulierem pulchram. *Quæ frequēter plus allicit hominem ad se, quā aurum & argentum.*

10 Voluerisque habere vxorem. *Ductus concupiscentia illius, licet esset melius abstinere ab alienigenis mulieribus.*

11 Introduces eam in domum tuam. *Istud est permissio, vt dictum est.*

## MORALITER.

† *Nec terram scidit vo.* i. nullam seditionem commouit.

1 *Et ducent eam ad vallem asperam & saxosam.* i. eam duci prædicent ad Ierusalem, quæ dr̄ vallis, propter eius lapsum in malis, aspera & saxosa, propter eius duritiam & rebellionem cōtra prophetas, & etiam Christi uerba Matt. xiii. g. *Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt &c.* ideo subditur.

† *Quæ nunquam arata est.* s. aratro timoris domini.

† *Nec sementem recepit.* id est verbum Dei, quod dicitur semē Lucæ viii.

2 *Et cedent, in ea ceruices uitulę.* i. cædi prædicent. Nam prophetæ prædixerunt Christū hominem passurum in Ierusalē, ubi ceruix eius cæsa fuit corona spinea.

† *Et auferetur ab eis reatus, &c.* s. homicidii, qui auferebat a ciuibus, non tn̄ ab homicidis, per quod significatum fuit, quod mors Christi profutura erat sanctis patribus & prophetis in limbo detentis, non autem diabolo & angelis eius, quorum peccatum est inexpiabile & pœna interminabilis.

8 *Si egressus fueris, &c.* Sequitur.

† *Captiuosque duxeris, &c.* Per hanc mulierem significatur peccatrix anima, q̄ pulchra dr̄ ratione imaginis, sed captiua rōne criminis, Ioan. viii. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Hanc mulierē adamat Christus aliqn̄, sicut patet de Magdalena. Luc. 7 g. Et vult eam sponsam habere per fidē formatam charitate, sed oportet qd̄ deponat vestes in quibus capta fuit, omnia vitia & peccata præterita per veram contritionem & cōfessionem, & quod radat cæsariem & circūcidat vngues, per quod designatur quod debet peccatorum circunstantias aggrauantes per confessionem deponere & occasiones peccandi cauere, & qd̄ fleat patrē suū & matrem, i. dolere debet & plangere, quod habuit diabolum patrem, sicut dicitur Ioan. 8. f. *Vos ex patre diabolo estis, &c.* quod matrem habuit malorum congregationem, sicut ecclesia, quę est congregatio fidelium, mater est iustorum.

A ritatis assumatur. Nihil. n. mundum habent disciplinæ Gentiliũ, quia nulla apud eos disciplina est, cui non sit aliquid immunditiæ vel superstitionis admistum.

✱ RVP. Mulier pulchra in numero captiuorum siue inimicorum, sancta scriptura est, in tractatibus hæreticorum. Nam plerique hæretici in cathedra Mosis, imo in culmine Apostolico sederunt, & quanquam de diuinitate male sẽtiẽtes, demotibus tamẽ & allegorica subtilitate multa dixerunt.

*Libr. 1. in Deut. c. 9.*

✱ PROC. Radere caput & supercilia, domesticos item suos lugere triginta dieb. iubet, quo aspectus ĩ sui tanta turpitudine desyderium sedet, ac lamentationis tempore amor depellat. Non enim mente effræna ad concupiscentias est accedendum. B Ita quoq; Deus Aegyptios cũ oppugnasset, Iudaicam a patribus oriundam synagogam uenustã uidit, atque ad cultũ suũ accommodauit. Ac priusquam tabernaculũ suum fixisset ea mq; introduxisset, ac per vmbram ad veritatem deduxisset, caput quoque eius animo ab idololatriæ cogitationib. repurgato, denudauit dicens: Non erunt tibi Dii alii pręter me.

*† fortitudinis.*

a *Vno mense.* id est xxx. diebus, vt post fidem trinitatis & op⁹ legis, mereatur ecclesię sociari. ter enĩ decem triginta efficiũt.

Curam & prouidentiam. a Nouacula verbi Dei. b Superfluas cogitationes. Superflua, vt poetarum figmenta. Quicquid mortuum in operibus. Omne peccatum infidelitatis quod emortuum est, & superfluum est. c Crudelitatem vel rapacitatem.

mum tuam. Quę radet cęsariem, & circuncidet vngues, & de- 1

a Pristinum errorem. Cultum idololatriæ. Circunstantias falsitatis vel vanitatis. b Humiliata. c Errorem. Damnabilem & fletu dignum demonstrabit.

ponet vestem in qua capta est: sedensq; in domo tua flebit pa-

a Id est diabolum, qui est pater imitatione, non natura. b Omnem memoriam mundanam & carnales illecebras. Humanam curiositatem.

a trem & matrem suam vno mense, & postea intrabis ad eam,

aVt spiritalem prolem gignas. In societatem recepta.

b dormiesque cum illa, & erit vxor tua. Si autem postea non se- 2
derit in animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere pote- 3
ris pecunia, nec opprimere per potentiam, quia humiliasti 4

a Deus. b Populum Iudæorum & Gentilium. c Ecclesiam de gentibus quę fide & deuotione diligi meruit. d Synagogam quę infidelis & ingrata. 5

c eam. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & alterã 6

Fideles.

d odiosam, genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ pri-

e a Sanctus tanquam sanctæ matris primitiuus. vnde: Alienati sunt peccatores a vulua errauerunt ab vtero, &c. Psal. 57. a. b Dona spiritualia.

f mogenitus, volueritque substantiam inter filios suos diuidere,

Voluptuose & remisse.

non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præfer- †

a Austere, & seuere. Id est habebit.

g re filio odiosæ, sed filium odiosę agnoscet primogenitum, da-

Vt abundet.

h bitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. Iste est enim
principium † liberorum eius, & huic debentur primogenita. 7

In fide. a Prædicator.

i Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui nõ

a Dei vel prædicatoris. b Ecclesiæ vel legis. Sæpe admonitus.

audiat patris ac matris imperium, & coercitus obedire cõtem-

Vt corrigant. Quorum auctoritati acquiescendum.

pserit apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis il-

a Ecclesiam qua itur in cælum. b Discretionis. c Sic in ecclesia faciunt minores episcopi ad maiores maiorem causam referentes.

lius, & ad portam iudicii, dicentque ad eos. Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit:

a Duris increpationibus.

comessationibus vacat & luxuriæ atque conuiuiis, lapidibus

a Vt publice correctus erubescat citius. b Peccato vt viuat Deo. Sic. c Peccatum.

eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis ma-

b *Et postea.* Cum nec in in capite, id est sensibus, nec in manibus. i. operibus, aliquid superfluum aut immundum erit.

c *Si habuerit homo vxo. duas, &c.* Christus sibi duas vxores, populum. s. Iudæorum, & gentiũ coniugii copulauit nomine, odiosa est synagoga, semper contentiosa, dura ceruice, incircõcisa C corde, dilecta Gentilis ecclesia, sed nõ põt filium dilectæ præ- D ferre filio odiosæ, id est ecclesiam de gentibus, & filios eius p̃ferre apostolis & aliis primitiuis, q sũt filii synagogę. Agnoscit odiosę primogenitũ, dat ei duplicia, qa primitiuis synagogæ filiis dedit legem & prophetas, & notitiã nominis sui, & primo eis euangeliũ prædicauit. Hic enim est primogenit⁹ liberorum eius.

d *Vnã dilectam.* Animalitatẽ, quę dulcis uidetur & delectabilis, omnia voluptuosa cupit, & nullo mœrore afficit.

e *Alteram odio.* Rationalitatem, quę nõ ĩdulget corpori, nec seruit voluptati, sed abdicat occulta dedecoris.

f *Primogeni.* Apostoli, & Apostolici viri, qui locum primogeniti obtinent, quorũ ecclesia sequitur auctoritatem.

g *Sed filium.* Hoc ad E literam faciẽdum est, ne sequatur quis animi sui motum, uel amorem, vel odium, sed naturam.

h *Cuncta du.* Apostoli cuncta duplicia susceperunt, qui doctrina & operatione præditi sunt.

Alii dabit ut uiuat, non vt abundet, sicut Abrahã filium ancillæ super nationes pręfecit filio Saræ, non solũ temporalia, sed spiritualia accumulauit.

*Gen. 17.*

i *Si genuerit.* Melior est obedientia quam victimæ, & ausculta re magis quam offerre adipẽ arietum, quoniam quasi peccatum ariolãdi est repugnare, &c. Inobedientẽ ergo filium & vitiosum Moyses iubet obtui lapidib. euangeliũ quoque duris increpationib. quasi lapidibus ales arguit: *Genimina viperarum quis docebit vos fugere a ventura.* F

*1. Reg. 15. Lucę 3. b. 2. Tim. 5. a*

a *Appensus*

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quæ radet cæsariem & circuncidet vngues, &c. *Per ista designatur dimissio Gentilitatis, & conuersio ad Iudaismum.*

2 Si autem postea non sederit in animo tuo. *Sicut frequenter contingit de alienigenis mulieribus, quia habent mores dissimiles & odibiles viris suis.*

3 Dimittes eam liberam. *Absque pretio ab ea vel eius amicis pro dimissione accipiendo.*

4 Nec uendere poteris. *Quia ex quo facta est vxor, non debet redire ad conditionem ancillarum.*

5 Nec opprimere per potentiam. *Imponendo ei in domo tua opera seruilia & dura.*

6 Si habuerit homo. *Hic consequẽter excluditur effectus odij respectu prolis. Et primo ponitur propositum, secundo ex dictis concluditur corollarium, ibi: Si genuerit. Circa primum dicitur. Quod si filius odiosæ esset primogenitus, pater non poterat propter odium priuare iure primogenituræ, quod consistebat in duobus, quia primogenitus erat alijs in honore præponendus & tantum debebat accipere de bonis paternis quantum duo alij. vnde & Ioseph qui successit patri suo Iacob in iure primogenituræ, quantum ad hæreditatem accepit duplicem partem, vt dictũ fuit Genes. xlix. Ex dictis patet litera.*

7 Si genuerit homo filium contumacem. *Quia dictum est, q ex odio non debet filius a bono sibi debito impediri. Ex hoc corollario concluditur, quod ex amore inordinato non debet in malis foueri, sed magis iudicibus tradi, vt moriatur antequam ad peiora per insolentias deducatur, & sic mors talis ei proficiebat, inquantum ei præcludebatur augmẽtatio malorum & alijs, quia per hoc dabatur eis correctionis exẽplum, tamen per hoc non debebat fieri nisi de illis, de quibus non apparebat probabilitas correctionis, & patet litera.*

✱ 1 Quando

## MRO ALITER.

✱ 6 *Si habuerit homo uxores &c.* Hominis Christi duæ sunt vxores. s. Iudæa & Gentilitas. Iudæa facta est odiosa, quia pro maiori parte remansit in infidelitate. Gentilitas vero facta est dilecta, quia fidem Christi recepit deuote.

† *Non poterit filium dilectę facere, &c.* Per quod significatur, q nullus de Gentilitare renatus in Christo præpositus est apostolis in donis gratiæ & gloriæ, sed magis econuerso qui renati sunt de Iudæa.

7 *Si genuerit homo.* Prælatus vel predicator bonus, pater spiritualis est illius, q per eius exhortationem vel ministerium suscepit baptismum, & si talis renatus in malis fuerit obstinatus, dẽt per prȩlatum excommunicari, & vlterius si in cõtumacia perseuerauerit, in casibus aliquibus tradi iustitiæ seculari.

✱ 1 *Quando*

a *Appensus.* Cruciatū eius videatre populo. vnde: *Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri metum habeant.*

A ✱ PROC. Atque qui in parentem delinquit & in Deū, punitur. At qui diuinum præceptum præuit, absque venia non cōdemnatur. At qui in parentes delinquit lapidibus obruitur. Memēto enim, inquit, quod ab ipsis viuendi initium acceperis. Iacobquoque inquit, Si enim metus patris mei Isaac fuit in me. Insuper quoque prouerbiorum autor execratur oculum subsānantem patrem, contumeliamque matris seruo parantem, corui torrentiū eruant.

1. Tim. 5. c

✱ THEO. Quare parentū accusationē aduersus filium institutam vult esse communem? Quia veritatem accusationis comprobat accusantium concordia. Contingit. n. plerunque patre sine causa filiū deferente, matrem contradicere, & contra conquerente matre patrem reluctari. Vbi vero rem eandem ambo deferunt, perspicua est accusationis veritas, propter quam interfici iubet eum qui sic delatus est.

Quæst. 20.

B ✱ RVP. Grauis & matura sententia sanctę legis, teneros falsæ pietatis affectus, a cordibus patrum erga filios nehabeantur, excludit. Nam in causa Dei nec filium pater sapiens agnoscit. Quā legis autoritatē, quia senex Heli neglexit ideirco in pauendum vitæ periculum incidit. Nam quidem tā molliter dixisse cōtentus esse debuit, *quare facitis res eiusmodi? nolite filij mei.* Rectè igit arguitur non corripuisse filios suos, Domino dicente, *magis honorasti filios tuos quam me.*

Vbi supra cap. 11.

1. Reg. 2.

b *Non permanebit.* Hoc est non dēt relinqui in eadem damnatione, sed reuocari doctorum exhortatione, vt nulli dum uiuit, reconciliatio negetur.

*Non permanebit.* Non est de die in diē differendi pœnitentia, sed statim agenda, vt p pœnitentiā fructuosam ab oculis Dei abscondantur delicta. vnde: *Beati quorum tecta sunt peccata.*

Psal. 31. a.

c *Maledictus a Deo.* AVG. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictū. (Adā namque in ligno præuaricationis corruit, Ideo sibi & posteris suis maledictionē meruit, de qua dicit (Maledictus oīs qui pēdet in ligno.) Maledictā nāque id est execrabilem & turpissimam mortē suscepit.

Li. 14. contra faustū. Gal. 3. b.

IDEM. *Maledictus a Deo est qui pendet* &c. Quidā hæretici ad calūniam passionis Christi hanc sniam transferunt, non intelligentes qa mors ex pęna peccati est. vnde & peccatū dicta est, non φ peccet hō dum moritur, sed quia ex peccato factū est vt moriatur, sicut loquela per linguam formata lingua dicitur, & manus scriptura. unde dicimus, probata & electa est

Vbi supra cap. 3. & 4.

C manus eius. Peccatum ergo non tantum opus malum quod pœna dignū est, sed ipsa mors quę peccato facta est appellat. Illud ergo peccatū quo reus esset mortis nō commisit Christus, sed alterum. i. mortem q peccato inflicta est, suscepit pro nobis. Hoc suspendit in ligno, hoc maledictum per Moysen, id est mors, dānata est, ne regnaret, et maledicta vt periret. Per Christum tale peccatum nostrum damnatum est, vt liberaremur, ne regnāte peccato damnati, remaneremus. Quam ergo miratur Faustus maledictū esse peccatū, maledictumesse mortē, maledictam esse mortalitatem carnis sine peccato Christi? Ex peccato tamen hominis etiam in Christo factum, ex Adam quippe corpus assumpsit, ex quo Maria q

D

a Ne alios exemplo corrumpat. Pestillente flagellato sapiens astutior fiat. Prouer. 19. d.

lum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat

a Christianus. b Mortale crimen. c Tormentorum vel excommunicationis.

1 Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & ad-

a Reatui.

a iudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit

2 b cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur quia ma-

a Pro peccato, punitus. b Qui dixit: Quacunque die tetigeritis morte moriemini, quia peccatum & mortem o lit. c Perseuerando. Fixus non vt Iudas, sicut quidam voluerunt. d Peccato, quia primum peccatum in ligno. Sordibus peccatorum.

C d ledictus a Deo est qui pendet in ligno: & nequaquam conta-

a Carnem.

minabis terram tuam, quam dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

Christi peperit. Dixit vero Deus: *Qua die tetigeritis, morte moriemini*, hoc est, maledictum quod pependit in ligno. Ille negat Christū maledictum, qui negat & mortuū. vnde Apostolus. *Vetus homo noster simul cum illo crucifixus est, & factus est pro nobis maledictum.* Maledictū vero est omne peccatū, siue ipsum p quod sequit, supplicium, siue ipsum supplicium. Suscepit autē Christus supplicium nostrum, nō erat caro Christi peccati, qa non de traduce mortalitatis in Mariā per masculum venerat, sed qa de peccato est mors, quamuis ex virgine mortalis fuit, ex qua similitudinem habebat carnis peccati. vnde: *Vt de peccato damnaret peccatum in carne* Et alibi: *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fuit.* Maledictum aūt comes peccati est. Maledictus ergo oīs qui pendet in ligno. Nisi Deus odisset peccatū & mortem, non ad eam suscipiendam & delēdā filium mitteret. Bene ergo maledictum dicitur, quod odit Deus, hoc pependit in ligno.

Gene. 2. c

E Rom. 6. a. Gal. 3. a.

Rom. 8. a. 2. Cor. 5. d

✱ RVPE. Hoc plane dixisse scientes Iudæi, callide prophetā magnū, cui cantatū fuerat, Benedictus qui venit & c. appendunt in patibulo, vt consequēter constaret eum maledictū esse a Deo, & proinde certum esset, hunc hominē iuxta sniā vel accusationem ipsorum non fuisse a Deo. Sed ō Iudæi malitia cæci, fuerit quidē Dñs noster maledictum legis, vt nos a maledictione redimeret, nunquid secundū verba legis pēdet in ligno, præcedente cā est maledicti. Vt taceam quod non dixit, qui homo adiudicatus morti, appensus fuerit patibulo, sed ita præmittit, quando peccauerit homo, quod morplectendū sit, & tunc demū subintulit, & adiudicatus morti suspensus fuerit in patibulo, quodquidem a maledictio purgat dominum nostrum.

Vbi supra cap. 5.

F

d *Contaminabis.* Pœnitentiæ lachrymis fœtorem peccatorum abluere debemus, ne aliis scandalū & nobis germinet cruciatum.

CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Quando peccauerit homo, &c. *Hic cōsequenter excluditur effectus odij in personis non coniunctis. Et primo in mortuis, secundo in viuis, in principio 32. cap. Circa primum sciendum, quod sepelire mortuum est opus misericordiæ, & ideo de condemnatis ad mortem & suspensis in patibulo præcipitur hic quod non priuentur sepultura, licet eorum vita fuerit odiosa, & assignatur ratio cum dicitur.*

2 Quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno. *In Hebręo habetur: Vilificatio Dei est suspensio. Quod exponit Rab. Sal. dicens, quod homo ad imaginem Dei factus est, & ideo si diu remaneret suspensus hoc quodammodo rediret in dehonorationem Dei, secundum vero translationem nostram maledictio Dei hic accipitur pro pœna suspensionis inflicta a iudicibus qui tenent locum Dei, vt sit sensus: Quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno, id est, quia debet sufficere talis pœna a tenentibus locum Dei imposita, ideo non debet vltra hoc priuari sepultura, & quod dictum est hic de sepultura suspensi intelligendum est de sepultura lapidati, vel decapitati, uel alio modo condemnati ad mortem.*

✱ CAP.

MORALITER.

✱ 1 *Quando.* Sequitur.

† Non perman. &c. Cadauer dici potest clericus vel religiosus pro patienti crimen infamis effectus, & dicit pēdens ī ligno, id est in aperto, nam ex eo maius scandalū nascitur quā ex laico, propter qd debet per reclusionem sepeliri, ne ex eius habitatione inter homines scandalum augmentetur.

✱ MORA.

ADDITIO.

*In cap. xxj. vbi dicitur in postilla: In Hebræo habetur maledictio Dei est suspensus, ad quod assignatur ab Hebræis duplex ratio. Vna est ipsius Ra. Sa. quam postillator hic assignat. Alia est, quia nullus suspendebatur in ligno apud eos, nisi blasphemus & idololatra, & ideo si diu remaneret suspensus, dabatur occasio hominibus vt loquerētur de blasphemia illa, vel de idololatria. Quæ quidem peccata erant tam abominabilia, quod nolebat deus quod nominarentur, iuxta illud Apostoli ad Eph. 5. a. Fornicatio autem & omnis immunditia nec nominetur in vobis.*

1. Tim. 2. d

CAP. XXII.

Mulliebria facere.

A a *Non videbis.* Moraliter. Frater tuus doctor ecclesiæ cuius discipulū vel doctū, qui significatur per bouem, vel indoctū, qui significatur per ouē, si videris errarre, noli negligere, sed exhortare vt fratri .i. magistro possis reconciliare. *Duc in domum tuam*, *id est adhibe curam*. Et si non est propinquus, id est ecclesiæ tuæ sed alterius doctoris.

1.Cor.11.6

✱ PROCOPIVS. Constringit nos ad dilectionem mutuā. Qui enim iumēto humanitatē negat, quanto magis dominis iumentorum, ac eiusdē naturæ consortibus faciet? Quapropter fratrem nominat proximum, licet hostis fuerit.

† abscōdes vel subtrahes te ab eis.

B b *Similiter.* Gentili, scilicet cuius vilitatē & immunditiā nō debemus despicere.

† occultaueris.

c *Vestimento.* plebe, qua ornatur doctor. Ad literā quoq; omnia hæc & similia seruanda sunt.

† 30 d.c. si qua mulier. ?.

Moraliter

## C A P. X X I I.

Hæc ad literam ex benignitate naturæ facienda sunt. a Operatorem. Qui a iugo legis ad fidem vocatus est. b Christi qui ait: Ite nunciate fratribus meis. Matt.28.b. c Catholicum simplicem.

a **N**On videbis bouem fratris tui aut ouem er- **1**

a Per hęreses peccantem. b Negligenter. c Christo. Reuocando. d A quo discedit.

rantē et † prętēribis sed reduces fratri tuo.

Etiamsi nō est propinquus frater tuus, nec

Domesticam curam. In vnitate ecclesiæ.

nosti eum duces in domum tuam, et erunt apud te quandiu

a Veniens ad iudicium. b Te redeunte. c Gentili. Indocto.

b quærat ea frater tuus et recipiat. Similiter facies de asino et de **2**

a Operibus exterioribus. b Quem si viderimus deuiare, debemus in viam iustitiæ dirigere. c Ab i. so.

c vestimento et de omni re fratris tui quæ perierit: si inueneris

Gentilem.

eam ne † negligas quasi alienam. Si videris asinum fratris tui **3**

Iudæum lege doctum. Peccato improuisō. a Pręsentis vitæ. b Alter alterius onera portat. Gal.6.a.

aut bouem cecidisse in via, non † despicies, sed subleuabis cū

a Vtrique sexui diuersum indumentum natura dedit.

d eo. † Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœ **4**

e minea. Abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. Si **5**

f a Pręsentis vitæ. b Contemplatiua vita. Scriptura qua de contemplatiua loquituri. c Quæ de actiua. Verba historiæ. d Historia. **6**

ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inue-

Quęst.32. d *Non induetur mulie, r &c.* AVG. Alia editio. Non erunt uasa visi super mulierem, Vasa bellica voluit intelligi, id est arma, Nam quidam etiā hoc interpretati sunt. Mystice autē hoc exponit Apostolus. *Non permitto mulieri docere in ecclesia*, nec.n. sacerdotiū nec doctrina conceditur fęminis in ecclesia, ne induant veste virili. Sed nec vir debet indui veste fęminea. Qui enim vir est principatum gerit ecclesiæ, non dēt aliquid fęmineum vel molle in doctrina sua habere.

1.Cor.13.d e *Mulier.* Cuius naturaliter diuersus color, motus incessus, uires, cui non permittitur docere, nec dominari in virum, nec vsurpet officium prædicandi.

Moraliter C Cōtra naturam est virum muliebria facere, comam crispare, torquere capillos. vnde Apostolus: *Vir si comam nutriret, ignominia est illi.* Mulieri autem capilli pro velamine dati sunt. non ergo induetur uir ueste fœminea, operatione scilicet fluxa & dissoluta. D

✱ AMBRO. Cur mentis fœminam, vt tu fœmina virum? Suis vnumquemque sexum induit natura indumentis. Diuersus vsus, diuersus color motus, incessus diuersæ vires, diuersa uox est in uiro & fœmina: mares speciosi, fœminę non item pēnarum vario pinguntur decore. Mēdacium & in verbo turpe est, necdum in habitu. Arbitror autem quod nō tam de veste, quā de moribus dixerit uel de vsibus nostris atque actibus. Quam deforme uirum facere opera muliebria. Ergo pariant, ergo & partureant qui crispant comā sicut & fęminæ.

Epist. 15. ad Irenæū

E

† subtrahes te.

Li.2. Stromat.

✱ CLEM. ALEX. Quare lex uiro prohibet ne vestem induat muliebrē? An nō nos vult esse uiros, & nec corpore nec factis, ne mēte nec verbis effęminari? Vult.n. eum esse masculum qui veritati dat operā, in ferendis laborib. & perpessionibus, in vita & moribus, in sermone & exercitatione, noctu & īterdiu, & sicubi testimonio seu martyrio opus sit quòd procedat per sanguinem.

Quęst.31. f *Si ambulans per uiam.* ✱ THEODO. Cur statuit vt is qui pullos auium repererit, eos capiat, progenitores autem dimittat. Humanitatem docet, Si enim parentes capiat relictis pullis, intereunt plane, cum desit qui nutriat eos. Sin autem hos & illos venando capiat, peribit vtique genus auium, si omnes talia committant.

RABANVS. Per uiam imus, dum præsentem uitam transimus Nidus auis in arbore uel in terra verba historiæ, aut in contemplatiua aut in actiua uita. Præcepta actiuę ni- F

## N I C O L A V S D E L Y R A.

CAP. XXII.

Diuisio.

1 **N**On videbis bouem fratris tui aut ouem. *Postquā Moyses ordinauit irascibilem respectu personę coniunctæ, hic consequenter eam ordinat respectu personæ nō coniūctæ. Et diuiditur in duas partes, s. in partem principalem & incidentalem, secunda ibi:* Non arabis. *Adhuc primo ordinat irascibilem respectu præsentis, secundo respectu futuri, ibi:* Cū ædificaueris. *Adhuc primo ordinat eam respectu creaturæ rationalis, secū do respectu irrationalis, ibi:* Si ambulans.

*Circa primum sciendum, quod ad ordinationem partis irascibilis pertinet, si homo subtrahat auxilium proximo, quia hoc videtur procedere ex odio, & importat signum crudelitatis & defectum pietatis, & ideo prohibetur hic, cum dicitur:* Non uidebis &c. præteribis. *acsi non videres, nullum remedium apponendo. Et idem intelligitur de reb. alijs, quæ sunt in periculo amissionis, vnde sequitur.*

2 Similiter facies de asino, & de vestimento, & de omni re fratris tui. *Et nomine fratris hic intelligitur* Iudæus uel *proximus secūdum doctores. Et quia non solum apponendum est remedium in animali errante, sed etiam in animali sub onere lapso vel iacente, ideo subditur.*

3 Si uideris asinum fratris tui aut bouem, &c. *Dicit autem hic Ra. Sa. quod sacerdos in casu non debebat iuuare ad leuandum onus, vt si animal esset lapsum in loco sepulturæ, ubi sunt ossa mortuorū, quia ex hoc contaminaretur. Sed hoc non habet locum in noua lege, vbi cessant istæ cęremoniæ. Ex quia sicut ad inordinationem irascibilis pertinet subtrahere fratri auxilium, ita etiam pertinet ad eam præsumptuose tendere ad aliquid sibi indebitum, ideo subditur.*

4 Non induetur mulier ueste uirili. *Quod ēxponunt doctores aliqui (& bene vt credo) quod hoc intelligitur de armis quibus viri utuntur, unde in Hebræo habetur: Non erit uas viri super mulierem. Et accipitur hic vas vt alibi in scriptura pro armatura. Vnde 1. Reg. 20. dicit de Ionatha quod tradidit puero arma sua.* In *Hebræo habetur*, כלים *chelim id est vasa. probibetur autem hic quod mulier non portet arma viri, tum quia est indecens mulieri, & præsumptuosum, tum quia pro tunc erat superstitiosum, quia* Gentiles *mulieres in sacris Martis portabant arma viri, & in sacris Veneris viri portabant ornamenta mulierū & instrumenta earum, vt pote colum, fusum, & similia, ideo subditur.*

Mulier ne masculina portet.

5 Abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc. *Abominatio enim in sacra scriptura communiter accipitur pro idololatria, seu pro aliquo ad idololatriam pertinente. Si autem litera prædicta intelligatur de veste communi, prohibetur hic talis vsus, vel potius abusus, quia est occasio libidinis, quia mulier in ueste uirili posset licentius cum hominibus luxuriam exercere, & similiter vir in veste mulieris, quia liberius posset loca secreta mulierum ingredi.*

6 Si ambulans per viam: *Hic ordinatur irascibilis respectu irrationalis*

## *M O R A L I T E R.*

✱ 1 N*on uidebis &c.* Moralitas supra posita est Exodi uicesimo tertio.

4 *Non induetur mulier veste uirili, nec vir utetur veste fęminea, &c.* Per hoc significatur ꝙ mulier exercere non debet actus viriles, vt prædicare, docere, & similia, nec actus muliebres, ut filare, & lauare pannos, & similia. Aliter potest exponi, ut per virum intelligatur ratio, & sensualitas per mulierem, sicut accipit Aug. Igitur mulier veste virili vtitur cū rationi sensualitas incipit dominari, & veste fęminea vir vtitur, quando rō per sensualitatem ad mollia carnis & vilia pertrahitur.

5 *Si ambulans per viam in arbore.* Mystice sacra scriptura nidus dicitur, in quo contēplatiui, qui dicuntur aues cæli requiescunt, mater habens pullos, sensus dicitur literalis, pulli vero sensus mystici qui sub litera nutriuntur & crescunt.

✱ † Non

ue nidus in terræ cõtẽplatiuę in arbore. Mater pullis vel ouis incubat, cum spiritualẽ intellectum fouet historia, & quædã pleno eloquio quasi pullos pfert, quędã vero ut ex eis legẽtis animũ ad altiora perducat & quasi sub se oua cõtinẽs, ex quibus pullos producat. Oua.n. fouentur, vt ex eis pulli nascantur. Et sunt quędam contemplatiuæ vitæ quæ modo per quasdam imagines videntur, vt post in sua virtute & natura videantur. vnde: *Videmus nũc per speculum in ænigmate, &c.* Cum vxor habenda non sit, nisi filiorum gratia: Paul. tamen ait: *Propter fornicationem vnusquisque vxorem suam habeat:* vnde scilicet ad meliora surgerent, id est, ad coniugij copulam legalem. Hinc quoq; prędicatores timorẽ pręmittunt, & sic ad amorẽ perducunt, sed perfecta charitas foras mittit timorem, & pulli viuere incipiunt cum timori nõ succumbunt. Lex quoque oua imposuit dicens: *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Pullos pduxit cũ dixit. *Ne quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ.* Notandum autem quod dicitur, Non tenebit eã cũ filiis, sed abire pa.ca.tenens filios, quia aliquãdo pretermittenda est historia, vt reficiat nos spiritualis intelligẽt.a, nõ historialis vsus reficiat. Legimus autẽ, & argẽtum Aegyptiorũ ab Israelitis deceptoria petitione surreptũ, & carnalia sacrificia Deo exhibita. Sed in hoc verborũ nido mater dimittenda est, filii tenẽdi. Cum enim a secularib. vigilantiam ingenii ad defensionem veritatis trahimus, & eorum eloquiũ in vsum rectitudinis, aurum & argentũ tollimus ab Aegyptiis, vt nos diuites, illi pauperes efficiantur. vnde: *In captiuitatem redigentes omnẽ intellectũ in obsequium Christi* Et cũ nostra corpora per abstinentiam domamus, carnalia sacrificia offerimus. Historiæ igitur excẽpla dimittimus, sed ex ea allegoricũ sensum in mente retinem⁹.

[Margin: 1.Cor.7.a; 1.Ioan.4.d; Exod 21 c; Leui.19.d; B; 2.Cor.10.b; C; Quæst.22.]

a *Cum ædificaueris, &c.* PROC. Mœnia super pauimento extruẽda esse inquit, quo domus pinnaculis circumsepta regiæ figuram habeat. Oportet vero necnon virtutes in sublime euehentes humilitate munire. Animæ enim lapsus, superbia est.

b *Domum nouam.* Id est ecclesiam.

✱ THEODORETVS. Cur hortatus est coronã addi domui? Subsequenti a docent. Inquit enim, Et nõ cõmittens cędẽ a lio inde labente. Siquidem cum rõne nos cohonestauerit, ea vult nos uti, qñ necessitas postulat, & omnib. conferre, nec imprudẽter omnia Deo cõmittere, sed pro uiribus nostris nitentes, auxiliũ inde sperare. Sicuti dum seminamus, nõ collocamur fiduciam in terra, sed beneuolentiam diuinam præstolamur.

[Margin: D]

neris, & matrem pullis vel ouis desuper incubantem, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, captes tenens filios, vt bene sit tibi & longo viuas tempore. Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & si reus labente alio, & in præceps ruente. Non seres vineam tuam altero semine, ne & ✱ sementis quam seuisti, & quæ nascantur ex vinea pariter † sanctificentur.

[Interlinear: a Spirituali intellectu iam manifesto. b Non manifesto quasi nondum egresso. a Quia in quibusdam locis prætermittenda est historia, vt soli pulli, id est spiritualis intelligentiæ sensus reficiat nos. a Longo viuit tempore, qui per spiritualem intelligentiam æternitatis annos apprehendit. b Virtutibus. c Conuersationem propriam vel congregationem aliorum prædicationibus paratam. a Munimen rectæ fidei & diuinæ protectionis vel humilitatis custodiam. a Qui doctrina & exemplo seruare potuisti & neglexisti. a Institues. Ecclesiam. Aliena doctrina. Vel suffocentur.]

✱ RVPERTVS. Domum nouam ędificat, qui domi⁹ Dei curam habens, suorũ auditorum mentes pro officio suo doctrinę verbo informat. Igitur, cum ędificaueris domum nouam, inquit, id est, cum subiectorum mentibus doctrinam posueris inchoatiuã, facies murũ tecti per circuitum, id est, quæcunq; dixeris, sufficientib. communies rationib. siue testimoniis scripturarũ, ne fiat reus labente alio, quod fit quando incauta dictio peruersę dat auditorib. occasionẽ intelligẽtię.

[Margin: Libr.1. in Deut c 16; ✱ plenitudo. † Cal. seu polluatur.]

c *Murum tecti.* Id est virtutum custodiam.

d *Ne effundatur sanguis in domo tua.* hoc est ne alio peccante reus tenearis.

GREG. *Ne effundatur.* Per incuriam atque desidiã. Vnde qui uirtutes sine humilitate congregat, quasi puluerem in ventum portat.

[Margin: Li.8. Moral.c.19.; E]

e *Vineam.* doctrinam, uel plebem doctorib. commissam, vbi vinum spiritalis gratiæ abundare debet.

f *Altero* Id est hæretico. Semen bonum verbũ Dei, semẽ ne quam quod inimicus seminauit. Cauẽdũ ergo, ne immisceatur aliquid erroris, & corrumpatur semen Dei.

g *Pariter sanctificentur.* ✱ PROC. Quemadmodũ anathema dicitur omne qđ Dño consecratur, & quod abominandũ, execrandum q; est ita sanctum quoq; duplici modo dicitur. At in bonam partem qño vsurpetur superuacaneum est demõstrare. Dicit igitur ne conteras vineam diuersis seminibus, partim quidem p vineę officiat, si dum humor in semen vertitur, teratur, opimã enim qrit, per vices est, partim vero his verbis morũ diuersitatẽ & fraudẽ insatiabilitatẽq; detestat.

[Margin: Matt.13.d]

✱ THEOD Et inexplebilem auiditatem amputat, & agricolis prouidet. Terra enim sata diuersis seminib. exiliores fructus producit.

[Margin: Quęst.23.; F]

✱ RV-

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *tionalis creaturæ. per hoc enim quod lex inducit ad ea quę speciem pietatis habent, & retrahit ab his quę habent speciem crudelitatis circa irrationabilia, multo fortius ad talia inducit homines circa rationalem creaturam. ad quandam autem crudelitatem videtur pertinere, quod auicula capiatur simul & detineatur cum pullis suis, & ad pietatem quod dimittatur abire, ideo ad hoc inducit lex, & patet litera.*

1 Cum ædificaueris domum. *Hic ordinat irascibilem respectu futuri. Sicut enim ad pietatem pertinet non subtrahere auxilium fratri in necessitate præsenti, sic ad eum pertinet præcauere periculo eius futuro, & maxime periculo personę. Et ideo pręcipitur hic, quod in circuitu tecti dominus fiat murus ad pręcauendum pericula casus hominibus desuper ambulantib. in terra enim promissionis tecta domorum erant plana, & ibi conueniebant homines causa recreationis & collocutionis, & ideo nisi ibi fieret quoddam retinaculum immineret periculum. Secundo debet homo pręcauere periculo proximi respectu substantię, & quantum ad hoc subditur.*

[Margin: Diuisio.]

2 Non seres vineam tuam altero semine. *semine Vtpote, in vinea seminando triticum vel hordeum uel huiusmodi.*

3 Ne & sementis q̃ seui. *Id est fruct⁹ proueniẽs ex grano seminato.*

4 Et quæ nascuntur ex vinea. *Scilicet racemi.*

5 Pariter sanctificentur. *Reddendo inde primitias & decimas domino. Fructus enim proueniens ex semine prædicto citius maturescit & colligitur, quam fructus vineæ, & ideo in collectione bladi, si darentur inde primitiæ, & decimę, crederent aliqui quod hoc deberet sufficere pro primitiis & decimis totius agri, & sicut damnificarentur sacerdotes & Leuitæ quantum ad primitias & decimas fructuum vineæ. Secundum autẽ Hebræos hic est textus: Non seres mistim, ne polluatur plenitudo seminis quod seminasti, & prouentus vineæ. Et uocatur hic plenitudo seminis quando gradum est prope maturitatem eius, & exponitur litera sic: Fructus enim vineæ de nouo plantatę tribus annis primis secundum legem reputatur immundus, vt habetur Leui. xix. de arboribus plantatis, & idem est de vinea, & sic de illo poterat fieri oblatio domino, fructus autem grani seminati eodem anno reputatur mundus: Si igitur in vinea de nouo plantata seminaretur bladum, fructus inde proueniens tangens fructum uineæ immundum, similiter pollueretur ex tactu rei immundæ, & sic de illo non possent fieri oblationes domino, utpote primitiæ & decimæ, & sic damnificarentur sacerdotes & Leuitæ. Ratio autem quare Hebræi hic dicunt pollutionem, vbi translatio nostra habet sanctificationem, est quia dictio Hebraica תקדש quadash, quę hic ponitur æquiuoca est, & importat utramque significationem, prout vario modo punctuatur, et tñ puncta nõ sunt de substãtia literę, sed variãt modũ pronuntiãdi & significandi, sicut uarius accẽtus apud Latinos variat pronuntiationẽ, & et significationẽ.*

✱ 1 Non

## MORALITER.

✱ † *Non tenebis eam cum filijs.* scilicet matrem, per quod significatur quod a tempore publicationis euangelii in quo cęremoniæ veteris testamenti sunt mortiferæ, sensus literalis est dimittendus, & sensus mystici sunt tenendi.

1 *Cum ædificaueris domum.* Domum nouã ædificat, qui religionis ingressum vel nouum sacerdotium inchoat.

† *Facies murum.* Debet enim talis sensus suos & actus diligenter custodire, ne sint aliis occasio ruinæ, sibiquæ imputetur ad interitum gehennæ.

2 *Non seres.* Id est ecclesiam tuæ custodiæ commendatam p te. uel per alterum non instrues miscendo cum semine ei bi diuini zizaniam malę doctrinæ.

✱ 1 Non

A. Vbi supra cap. 17. Matt 13. d

✱ RVP. Hoc rusticorũ nouit industria. Aliqui terræ pinguedo, cuius abundantiam vinea poscit, in vanum disperit, qua dum in multa diuiditur, in singulis minus valet.

a *Non arabis.* ISIDO. In boue & asino arat, qui recipit euangelia cum Iudæorum obseruantia, quæ præcessit in vmbra. In boue quoque bene operantium vita in asino stultorum socordia. Quasi, fatuũ sapienti in prædicatione non socies, ne per eum qui rem implere non valet ei obsistas qui præualet. Stultus vero & sapiẽs bene coniunguntur, vt vnus præcipiat & alter obediat, non vt æquali potestate verbum Dei annuntiẽt.

16. q. 7. c. In nona. De elec. c. cum causa. De aposta. c. quidam.

✱ PROCOPIVS.

a centum. † Non arabis in boue simul & asino. Non indueris ueste quod ex lana linoque cõtextum est. † Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui, quo operiris. d Si duxerit vir vxorem &* postea odio habuerit eam, † quæsieritque occasiones quibus dimittat eam, obiiciens ei nomen pessimum, & dixerit: vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam

a Iudæo sub iugo legis posito. b Gentili qui ad euangelium pertinet. a Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c. Matt. 7. d. b Simplicitate innocentiæ. c Subtilitate malitiæ scilicet. d Hyacinthinas fimbrias. a In omnibus quæ agis memor esto præceptorum Dei. a Id est regendam accepit plebem. b Doctor. c Ambitione ma oris principatus. Sibi commissam. a Hæresis vel inobedientiæ. Regendam. a Vt fructum spiritualem gigneret.

*ingressus ad eum.

B. Bos victimæq; ciboq; sacer est, cum asinus neutrius vsum pbeat. Itaq; animæ suæ terram nouantem, ut diuinum semen excipiẽdi fiat idonea, profanorum ac indoctorum magistrorũ disciplinã recipere non debet, hæreticorũ seu Græcorũ videlicet. Quin cũ Dauide dicere: *Exposuerũt mihi iniqui fabulas, sed nõ vt lex tua Dñe.* Cæterũ mutet asin⁹ & fiat purus, iuxta illud apud Isai. Fœlix q seminat sup aquã, vbi bos calcauit & asin⁹. Qualis vero illa aqua est? Mysteriũ lauacri regenerationis.

b *Non indueris vestimento.* Moraliter. Lana simplicitas, linum subtilitas. Vestis quæ ex lana l noq; cõficitur, linum interius celat, in superficie lanã demõstrat. Veste ex lana & lino indui tur, qui sub locutione innocentię celat subtilitatem malitiæ.

Allegor. Allego. Lineis vestib. lanam uel purpuram miscet, q in ordinate viuit, & pfectionib. diuersi generis, vt si sanctimonialis habeat ornamẽta vxoris, vel uxor gerat speciem virginis. Hoc aũt figurabatur in uestib. q nũc declaratur in moribus.

✱ PROCO. Minime vero conuenit, vt qui Christum, ac veræ ouis lanam induerunt, simul quoq; terreum illud linum induant. Huiusmodi vero est, qui sub ouina pelle lupus rapax, & mentis sensu, & operib. existit.

C. c *Funiculos.* Ad differentiã scilicet, sicut signum circumcisionis Israelitas separat a cæteris. Superstitiosi uero magistri captãtes aurã populi & lucra ex mulierculis, dilatabãt fimbrias & eis alligabant spinas, vt vel ambulãtes vel sedentes pungerentur, & sic ad seruiendum Deo monerentur. vnde: *Dilatant phylacteria sua & ma fim.*

D. Matt. 15. a. Vxor sub dita viro. Quæst. 13.

d *Si duxerit.* AVGV. Apparet quomodo subditas viris fœminas, & penè famulas lex esse voluerit vxores, quia dicens aduersus vxorem vir testimonium, vt lapidetur illa si verum constat, ipse nõ vicissim lapidatur si falsum inuenitur, sed castigatur & damnificatur, & eam perpetuo habere iubetur. In aliis autẽ causis qui testimonio falso nocere voluit eadem pœna plectitur, qua fuerat alter plectendus.

† Nu. c. d. in fimbriis. † imposue ritq; ei occationes verborũ. i. imponitei aliquid ma li vnde ver ba fiant a. pud populum. Vbi supra cap. 19.

✱ RVPERTVS. *Si duxerit, &c.* Spiritualiter ita factum est. Vir vxorem duxit, qñ naturam assumpsit humanã filius Dei. In illa carnis assumptione vir ipse cognouit vxorẽ suam, s. Iudæorum & gentium ecclesiam, pro temporum & locorum diuersitate numerosam, sed iuxta fidei sacramentũ vnam. Verum sic acceptam quodãmodo, odio habuit, quæsiuitq; occasiones quib. eam dimitteret. *In viam,* inquit, *gentium ne abieritis.* Item, *non missus nisi ad oues, &c.*

E. Matt. 10. Voces eiusmodi, voces erant odii, sm sensum humanitatis priori non consonantes proposito eius. Nam priusquam incarnaretur amorẽ ecclesiæ gentiũ professus fuerat in omnibus prophetis. Ita tanq mutato consilio dicebat, non inueni virginem, sed multorum Deorum, tãquam virorum millib. prostitutam. Verum in copula [illegible] ei ctã [illegible] carnationis, vestigia virginitatis spectanda reposita fuit. Egit. n. illa quondam prostituta, pœnitentiam, mutauit carnem suam, & tandem pp virum effudit sanguinem suum. Propter ipsum crimen vnde ecclesiã degẽnb. redarguit, uerberatus & cruci affixus est, & in porta ciuitatis, coram seniorib. vrbis, id est, consistorio cœli, virgo esse iudicata est, quæ in coniunctione eius potuit vestigia sanguinis sui, quæ in prædicatione eius pœnitentiam egit, & pro fide eius sanguinem fudit. Pater & mater eius sunt Apostolicus ordo & ecclesia primitiua, quorum testimonio in cœlo & in terra defenditur.

F. ☞ a Pater dicit.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Non arabis. *Hæc est pars incidentalis in qua ponuntur duo incidentia ex prædictis. primum est quia supra inducendo ad pietatem circa irrationabilia. posuerat tantum exemplum de auibus. Posset aliquis credere, quod non esset intelligendum de animalibus ideo deipsis ponit exemplum dicens:* Non arabis in boue simul & asino. *Bos enim est fortior asino, & habet maiorem passum, & ideo asinus nimis grauaretur si cum eo in opere copularetur. Aliqui tamen dicunt quod hic est parabolica locutio, per quam intelligitur quod sapiens & fatuus in opere prædicationis non sunt simul combinandi. Secundum incidens est, quia supra dixerat quod mulier non debet vti veste virili, vel econuersio, ideo hic tractat de decentia vestimentorum apud Iudæos primo ostendo quod sit cauendum, cum dicitur.*

Diuisio.

2 Non indueris vesti. &c. *Quod exponit Iosephus dicens, quod hoc fuit prohibitum propter sacerdotij dignitatem, quia in vestibus summi sacerdotis erat talis commistio texturę, & ideo non erat licita alijs vestis sic contexta. Alij autem doctores dicunt, quod hoc fuit inhibitum ad euitandum quandam similitudinem idolatrarum qui colebant militiam cæli, & ad designandum coniunctiones planetarum in sacris suis talibus varijs commistionibus vtebantur in vestibus suis & reb. alijs. Secundo ostendit quid sit in vestibus Iudæorum obseruandum, cum dicit:*

3 Funiculos. *Et istud est expositum supra Nu. 15.*

4 Si duxerit vir. *Postquam ordinauit hominem in parte irascibili hic consequenter ordinat enim in parte concupiscibili. Et primo reprimendo adulterium, secundo stuprum, ibi, Si inuenerit vir puellam, tertio incestum, ibi:* Non accipiet.

*Circa primum sciendum, quod mulier potest accusari de adulterio dupliciter. Vno modo postquam ducta est in vxorem. Alio modo ante, tamen post affidationem de quo agitur secundo, ibi:* Si puellam virginem desponsauerit vir. *Adhuc circa primum sciendum, quod post contractum matrimonij mulier dupliciter potest de adulterio accusari. Vno modo, quia a viro non inuenta est virgo & de hoc agitur primo. Alio modo, quia licet sit inuenta virgo, postea tamẽ adulterata est, de qua agitur secundo, ibi:* Si dormierit vir.

*Circa primum dicitur sic, Si duxerit vir vxorem, & postea odio habuerit eam, quod potest esse iuste, & tunc mulier est punienda, vel iniuste, & tunc vir est puniendus, vt declarabitur postea.*

5 Obiiciens ei nomen pessimum *scilicet eam commisisse adulterium, non post eius acceptionem in vxorem, sed post affidationẽ, & sic est ibi fractio datæ fidei, & per consequens adulterium inquantum tale peccatum accidit ei post matrimonium prædicto modo inchoatum.*

✱ 1 Et

## MORALITER.

✱ 1 *Non arabis simul.* Id est opus prędicationis non impones similiter sapienti & ignaro.

2 *Non indue. vestimento quod.* In tali nanque ueste linum abscõditur sub lana. Moraliter igitur tali veste induitur, qui subuerbis innocentiæ celat subtilitatem malitiæ.

3 *Funiculos in fim.* Hoc est expositum supra Nu. 15.

4 *Si duxerit vir vxorem.* Per istum significatur episcopus, qui sponsus est ecclesiæ sibi traditæ, propter q portat annulum in dispensationis signũ. Nec eam põt dimittere sine licentia Papę. Igitur si ex odio uelit eã dimittere, crimẽ hęresis imponens ei priusquã acciperet eam incurrisse, q crimen est violatio virginitatis, id est integritatis fidei. Si falsum est quod dicit pater & mater, id est Christus & ecclesia debẽt contrariũ declarare, & ille tenetur per debitam pęnitentię & mandatorum Dei obseruantiam satisfacere, quæ significatur per centũ siclos argenti in quib. condemnatur. centenarius enim numerus per multiplicationem denarij in seipsum cõsurgit, & sic perfectam impletionem mãdatorum decalogi designat. Quod si verum est quod obiecit, scilicet quod illa ecclesia hęresi fuit corrupta priusquam illam acciperet:

✱ Eijcient

a ¶ Ecqua: Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. 2. Corin. b ¶ Deus. c ¶ Ecclesia.
a non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & fe- 1
a ¶ Diuinorum testamentorum opera. b ¶ Integræ fidei. c ¶ Magistros ecclesiæ.
rent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in 2
a ¶ Indicantes causam populi. b ¶ Cuius iudicio manifestantur occulta. ¶ Ecclesiam.
porta sunt, & dicet pater: Filiam meam dedi huic vxorem,
quam quia odit, imponit ei † nomen pessimum, vt dicat: nõ
a ¶ Integræ fidei & operationis.
inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc sunt signa virgini
a ¶ Diuinæ legis opera, quibus probatur incorrupta.
tatis filiæ meæ. Expandent vestimentum coram senioribus 3
¶ Doctores.
b ciuitatis, apprehendentque senes vrbis illius virum, & ver- 4
¶ Auctoritate ecclesiæ corripient.
c berabunt illum, condemnantes insuper centum siclis argen 5
¶ Deo, cui cura est de nobis.
ti, quos dabit patri puellę, quoniam diffamauit nomen pes-
¶ Deum videntium.
¶ Vt illa relicta transeat ab aliam ecclesiam.
simum super virginem Israel, habebitque eam vxorem, &
non poterit dimittere omni tempore vitæ suę. Quòd si ve- 6
a ¶ Id est si plebs illa est errore stuprata, vel vitijs corrupta & incorrigibilis inuenta.
rum, est quod obiicit, & non est in puella inuenta virgini-
a ¶ Ecclesiæ iudicio condemnabunt. b ¶ Limina vniuersalis ecclesiæ. c ¶ Duris anathematibus, quia fidem catholicam corrumpere non timuit.
tas, eiicient eam extra fores domus patris sui, & lapidibus 7
¶ Aeterna morte. ¶ Hæresim.
obruent viri ciuitatis eius, & morietur: quoniam fecit nefas 8
a ¶ Recedendo à vero sponso. a ¶ Ecclesia. ¶ Ne consentiendo facias tuum.
in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui: & auferes malũ
a ¶ Ad literam adulteria deterret. ¶ Corrumpendo. b ¶ Hæreticus vel Iudęus. c Ecclesia Christi cui fide & dilectione sociata. d ¶ ille qui seduxit: & illa quia consensit.
d de medio tui. † Si dormierit uir cum vxore alterius, vterque 9
a ¶ De peccato pœnitendo, vel impœnitens æterno deputabitur tormento.
morietur, id est adulter & adultera, & auferes malum de Is-
a ¶ Plebem scilicet ecclesiasticam, vel animam Christianam verbo Dei desponsatam.
¶ Arra fidei. ¶ Christus.
e rael. † Si puellam virginem desponderit vir, & inuenerit 10
a ¶ Iudęus vel hæreticus, uel schismaticus, uel paganus. b ¶ Errore maculans. c ¶ Iudicium seniorum ecclesiæ.
eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum illa, educes vtrumque ad portam
a ¶ Duris increpationibus vel sententiis. b ¶ Plebs, vel anima. c ¶ In auxilium vocando doctores ecclesiæ, qui corruptorem corriperent. ¶ Errori consentiens.
ciuitatis illius, & lapidibus obruentur. Puella, quia non clamauit, cum esset in
a ¶ Vbi cito audiretur, & liberaretur a doctoribus. b ¶ A dignitate fidei. ¶ Christi.
ciuitate: vir, quia † humiliauit vxorem proximi sui: & auferes malum de medio
a ¶ Extra ecclesiam, nec in societate sanctorum susceptam. b ¶ Inter gentiles. c ¶ Animam. d ¶ Deo. ¶ per cathechismum fide imbuta. ¶ Ibidem.
tui. Sin autem in agro repererit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehen-
a ¶ Semine erroris corrumpendo. ¶ Seductor. ¶ Anathemate punitus. b ¶ Quia seductori non potuit resistere, nec habuit doctorem qui eam adiuuaret.
f dens concubuerit cum ea, ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea
¶ De insidijs. ¶ Spirituali gladio.
mortis, quoniam sicut † latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animã

a *Pater & mater eius*. A Doctores ecclesię qui quasi pater & mater fouẽt plebem. Patres auctoritate, matres pietate.

b *Et verberabunt*. Non mirum, si vir qui falso accusat, iubetur cædi, & multam reddere: puella vero si culpabilis sit lapidari, quia per fœminam initiũ peccati, quæ virũ seduxit & dupliciter peccauit, prius in Deum, postea in virum, vir tantum in Deum.

† occasiones verborum.

c *Centum siclis, &cæt.* Perfectione doctrinæ & solicitudinis, quam impendat subiectæ plebi vel pœnitentiæ. Centenarius enim perfectus est, quinquagenarius pęnitentiæ consecratus.

d *Si dormierit vir cum uxore, &c.* ✱ PROCOPIVS. Maximum delictorum quod in mulierem cõmittitur, adulterium est, quod disiungit coniuges. B Eadem quoq; ratio de anima quæ Deo vnita est per fidem & spiritum. Qui enim cum domino cõglutinatus est, vnus spiritus est.

✠ 23. q. 5. c. reos. Leui. 20. b

† 34. q. 2. c. non satis.

e *Si puellam virginẽ despõ.* In hoc capitulo sicut in duobus præcedentibus & duob. succedentibus corporalem condemnat fornicationem.

† Afflixit aut oppressit. Quęst. 24.

✱ THEODORETVS. Cur ijsdem pęnis plecti iubet eum qui desponsatã alteri corruperit, quibus adulterum: C Quoniam sponsaliorum symbola cõcurrunt in ea, vnde etiam vxorem appellauit. Humiliauit enim vxorẽ proximi. D Hunc in modum sãcta quoque virgo appellata ẽ vxor ipsius Ioseph. *Ne timeas* inquit, *accipere Mariam coniugem tuam*.

† vit.

✱ PROCOPIVS. Per virginem, animã ad syncera cognitionis principia vocatã, E nec dum perfecte cũ Deo vnitam, neque nuptias seu ad gratiam baptismi pgressam, ceterum institutione eius rei seu pignore dotatam intelligendum est. Ita quoque cum Ecclesiam gentium Christo Paulus adduceret, inquit: Coniunxi vni viro vt castam viriginem vos sisterem Christo.

f *Nihil*. Sed ad inceptam fidem reuocabitur per gratiam baptismi liberata ab hostibus.

a Non F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et ferent secum signa virginitatis eius. *Quę autem sint illa, postea dicetur.*

2 Ad seniores vrbis. *i. ad iudices.*

3 Expandent vestimentum corã senioribus ciuitatis. *Dicunt expositores catholici cõmuniter, quod pater & mater sponsæ reseruabant lintheum in quo eorum filia a viro suo fuerat deflorata sub sigillo autentico vt per hoc ostenderent signa virginitatis, si vir eius vellet postea ei obijcere malitiosè, quod eam virginẽ nõ inuenisset. Sed hoc videtur valde turpe, quod pannus talis expenderetur corã iudicibus.* Præterea non *est verisimile, quod vir eius auderet eam falso accusare, cum sciret parentes vxoris habere testimonium prædictum suæ virginitatis, quia erat cõsuetudo communis sic seruare pannum secundũ istam opinionem, & ideo aliter exponunt* Hebræi *dicentes, quod hæc est locutio parabolica, cum dicitur.* Expandent vesti. &c. *id est per verba testium declarabunt, & explicabunt virginitatẽ filiæ suæ, sicut explicatur pannus. sicut Exo. 22. de fure nocturno est locutio metaphorica, cũ dicitur. Quod si orto sole hoc, &c. sicut ibidẽ fuit expositum. Modus aũt testificandi virginitatem poterat esse per matronas fidedignas, quæ ad petitionem parentum vidissent virginem secrete quando debuit tradi viro:* Scriptura *sacra in pluribus locis habet talẽ modum loquẽdi metaphoricũ, sicut habetur Iudicum 1. Ierunt ligna, vt vngerent super se regem, &c. & in plurib. alijs locis.*

4 Apprehendentq; senes vrbis illum virum. *Si conuictus fuerit de falsa accusatione.*

5 Et verberabunt illum. *id est facient corã se verberari, ista tamen uerberatio non debet excedere 49. ictum, vt habetur infra 25. c. Ex hoc etiam patet, quod vir & uxor non semper iudicabantur ad paria, etiam in fidelitate tori, quia uir deficiens in probatione impositi criminis, non puniebatur secundum legem talionis, scilicet morte, sicut vxor, similiter uir poterat habere plures uxores & non econuerso, & uir poterat repudiare uxorem, & non econuerso.*

6 Quod si verũ est quod obiicit. *scilicet eam fuisse cognitam post affidationem.*

7 Eiicient eam extra fores domus patris sui. *In uerecundiam parentum, qui in domo sua nutrierunt tantum malum.*

8 Et lapidibus obruent. *Ex quo patet, quod non accusabatur de fractione uirginitatis ante affidationem uiri, quia tale peccatum non punitur morte, ut habetur in fine huius c. & Ex. 22.*

9 Si dormierit vir. *Hic agitur de adulterio post cõtractum matrimonium perpetrato, quod punitur morte adulteri & adulteræ.*

10 Si puellam. *Hic agitur de fractione virginitatis imposita puellæ post affidationem uiri, quę tamen erat ante consummationem matrimonii, & sic iste casus differt a præcedenti, in eo quod vir imponebat uxori iam ductæ culpam, eam non esse uirginem inuentam ab eo in consummatione matrimonij, & si hoc accidat in ciuitate, ubi puella per clamorem poterat adiutorium habere, & tacuit, uterque debet mori, scilicet* ✱ puella

MORALITER.

✱ 7 *Eijcient, &c.* s. per excõmunicationem, & si contumax fuerit, puniri debet per gladium materialem. Residuum huius capituli morale est.

a Non poterit. AVGVSTINVS. Merito quæritur, vtrũ ista pena sit, vt nõ eam possit dimittere p omne tẽpus, quam inordinate & illicite violauit. Si enim intelligamus eam nõ posse, i. nõ debere dimitti p oẽ tps, qa vxor effecta est, occurrit q Moyses permisit dare libellũ repudii & dimittere. In his aũt q illici te vitiãt noluit licere, ne videat ad ludibriũ fecisse, & potius finxisse q eam duxerit. Hoc quoq; de illa iussit, cui vir calũniat⁹ fuerit de virginalib. nõ inuẽtis.

b Nõ acci. Pater noster Christus est, cuius ecclesia vxor est, non licet homini dignitatẽ istius sponsi transferre in se, nec sponsam eius violare, vt amorẽ eius cõmutet in se ex dono virtutum vel ex predicatione laudem suam quærendo non Dei: cui dicere conuenit. Non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

PROCOPIVS. Condignas peccatis pœnas irrogat. Animam enim Christo per fidem nondum obligatam si quis vitiauerit, perdideritque, quemadmodum hæretici, qui hoĩes ex gentibus aliquando & Iudæis rapiunt, solent facere, patri spirituũ, hoc est, deo delicti rationem in pecuniarum diminutione repræsentatam reddet. Illud vero, *eius erit uxor*, scire operæpretium est. Duplex em̃ lex est, carnalis & spiritualis. Respondet vero huic. *Quod igitur Deus coniunxit, homo non separet.* illud. *Non enim poterit eam dimittere per omne tempus. Tanta uero virginitatis excellẽtia est, ut uiolatio eius excidium uocetur.*

Quæst. 34. — inuenti fuerint. — reteget discooperiet. — Psal. 103. d. — ipsi.

eius, ita & puella perpessa est. Sola erat in agro, clamauit *, & nullus affuit, qui liberaret eam. Si inuenerit uir puellam virginem, quæ non habet sponsum, apprehendens concubuerit cum illa, & † res ad iudicium venerit, dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam. Non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. Non accipiet homo uxorem patris sui, nec † reuelabit operimentum eius.

[Interlinear: ¶ Vicogente. a ¶ Extra societatem ecclesiæ. ¶ Multi enim tales repugnant. a ¶ Aliquis doctor. ¶ Discipulum. a ¶ Cui scilicet non adest consilium ecclesiæ. b ¶ Id est sibi sociare præsumpserit. ¶ Vel ea. ¶ Deo. ¶ Perfectam pœnitentiam. a ¶ Sub cura & prouidentia sua. ¶ Maxime ubi se uoto discipulus alligauit. a ¶ id est, non seducet animam Deo patri coniunctam. b ¶ Prædicator. c ¶ Ecclesiam. a ¶ Christi.]

## NICOLAVS DE LYRA.

* *puella & vir qui concubuit cum ea, si aũt extra ciuitatẽ, vbi non poterat habere adiutorium per clamorem, solus vir debet mori: quia lex interpretatur factum in partem meliorẽ, s. quod puella clamauerit, et cognita fuerit per violentiam, & ex hoc habetur argumentum, quod dubia sint in meliorem partem interpretanda.*

1 Si inue. *Hic reprimitur concupiscibilis quantum ad stuprum, quia agitur de puella deflorata ab aliquo antequam esset alicui affidata: & de tali determinat lex quod vir eam deflorans debet dare patri puellæ quinquaginta siclos argenti pro iniuria sibi facta, quia puella erat in eius tutela, & cum hoc tenetur eam accipere vxorẽ, si pater puellæ voluerit sibi dare, nec postea potest eam repudiare. Sed si pater puellæ dare noluerit, quia est potentior vel nobilior, seu alia ratione, nihilominus vir ille tenebatur dare patri puellæ predictos 50. siclos, ut habetur Exo. 22. & si non posset soluere, tenebebatur ad æquiualentiam seruire, seu per aliam viam satisfacere.*

2 Non. *Hic refrænatur concupiscibilis quantum ad incestũ, vt nullus accipiat in uxorem nouercam suã, qa hoc reuertitur in verecundiam patris, cum uir & uxor sit vna caro, & ideo uxor patris nõ debet esse sub iecta filio, cum igitur uxor sit subiecta viro, secundum matrimonij legẽ, contra reuerentiam filij ad patrem, quam debet ei de iure naturali, est, quod accipiat nouercam suam in uxorem, ideo 2. Reg. 16. d. dicitur quod Absalom fœdauit patrem suum Dauid, ingrediendo ad concubinas eius. propter quod in detestationem huius criminis præcipiuntur interfici uir & mulier de tali crimine conuicti, Leui. 20.*

## CAP. XXIII.

a Non intra. Omnes qui mollitur viuunt, nec virile opus perficiunt, nõ possunt pmanere in congregatione sanctorũ, nec digni sunt introitu regni cælorũ, q violentiã patitur, & violenti diripiunt illud.

THEODORETVS. Sterilitas animæ per hoc denotatur. Alienũ em̃ est a Deo fruct⁹ bonorũ operũ non producere. Alioqui non solum in hominum genere, sed in pecoribus tale quidpiã admitti prohibet, pptereа quod ad multiplicationem generis creatæ sunt hę partes genitales. Verum sicut sterilitatem interdicit, ita fructum malum repellit. Non enim ingredietur in ecclesiam Dei de meretrice natus.

b Manzer. Degener sensu vel moribus, vel quẽ hæreticorum prauitas in perceptione sacramentorũ degenerem fecit, vel ritus Gentilitatis aut Iudaismi maculauit. Is in ecclesiam recipietur, cum integra fide decalogum legis secundum euangelij institutionem seruauerit, & carnalẽ conseruationẽ spiritusancto roboratus abdicauerit, unde. *Si uis ad uitam ingredi serua mandata.* Et alibi. *Ego sum ostium, per me si quis intrat, saluabitur.*

c Ammonites. AVGVSTINVS. Alia editio: Non intrabit Ammonites & Moabites ecclesiam domini, & vsque ad decimã generationẽ non intrabit ecclesiam domini, & vsque in ęternũ. Quo ergo Ruth Moabitis intrauit. Forte mystice prophetauit intraturam q ait, usq; ad decimam generationem. Computãtur. n. generationes ab Abraham

Moraliter. Matt. 11. b. — Quæst. 25. — Mat. 19. c. Ioh. 10. b. — id est, nũquã, est. n. denarius perfectus & absolutus numerus. — abscisso veretro. — Quæst. 35. — vel communitatẽ aut cõgregationem & cœtum. — Mystice.

## CAP. XXIII.

NON intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis & absciso veretro † ecclesiam domini. Non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus in ecclesiam domini † vsque ad decimam generationem. Ammonites &

[Interlinear: ¶ Qui non habet semen verbi, nec potest gignere bona opera. a ¶ Consortium electorum. ¶ Societatem sanctorum. ¶ Decalogi obseruationem. ¶ Qui de incestu nati.]

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP. XXIII.

1 Non intra. *Postquam declarata sunt quę pertinent ad ordinationem partis irascibilis & concupiscibilis, hic consequenter ponuntur ea quæ pertinent ad ordinationem partis rationalis, & primo attendendo ad bonum commune, secundo ad bonum singularis personæ, ibi. Non trades seruum. Prima in duas, secundum quod bonum commune est attendendum tempore pacis & tempore belli. Secunda ibi. Quando egressus fueris aduersus hostes. Circa primum sciendum, q bonum cõe maxime pacis tempore ex tribus conseruatur. Primum est, si bona & honesta connubia coniungantur, quia per hoc bona proles procreatur. Secundum est, si personæ immundæ a diuinis elongentur. Tertium, si personæ uiles & defectuosæ, ad honores & regimẽ populi non admittantur, & secundum hoc litera ista tripliciter exponitur, primo modo sic, dicunt enim Hebræi, quod per ingressum in ecclesia Dei a quo repelluntur hic aliquæ personæ & gentes, & aliquæ ad semper, & aliquę ad tempus intelligitur contractus matrimonij cum muliere Israelitica, a quo impediuntur impotentes ad generandum, quia non est ibi bonum prolis, & patientes defectum natalium propter vilitatem originis. Ammonitę & Moabitæ repelluntur ad semper, pp peccatũ contra populũ Israel cõmissum, & Aegyptij, & Idumæi ad tempus scilicet usque ad tertiam generationem, quia sicut dicit Rab. Sal. non peccauerunt ita grauiter contra populum Israel, sicut Ammonitę & Moabitæ, quia fecerũt eis persecutionem corporalẽ, vtpote Aegyptij populum laboris affligendo, & pueros in flumine demergendo, ut habetur Exod. 1. d. Idumæi uero in gladio filijs Israel occurrendo. Nu. 20. c. sed Ammonitæ & Moabitæ persecuti sunt eos spiritualiter conducendo Balaam ad maledicendum eis, de cuius consilio * filij*

Diuisio. — Bonũ cõmune quo modo cõseruetur.

## MORALITER.

* 1 *Non intra.* Per hoc significatur q uir impotens ad generãdum verbo vel exemplo filios in ecclesia Dei, ad curam animarum non debet promoueri.

2 *Non ingre.* ab hoc similiter excluduntur qui defectum natalium patitur.

3 *Ammonites & Moabites.* per istos qui quantũ potuerunt, impediuerũt filios Israel ab ĩgressu terre pmissionis, significãtur. * illi.

Abraham qñ fuit Lot q genuit Moabitas & Ammonitas, & inueniuntur ab Abrahã generationes decẽ vsq; ad Salmõ, q genuit Booz maritũ Ruth. Sũt enim istę, Abrahã, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Efron, Arã, Aminadab, Naason, Salmon, q genuit Booz, cui Ruth in ecclesia dñi peperit filios. Sed cur additũ est, & vsq; in æternũ? an quia post nullla anima Ammonitis & Moabitis intrabit in illam ecclesiã Hebreorũ; an potius ita dictũ est, & vsque ad decimã generationem, vt semper intelligi voluerit p denarium vniuersitatem, & exposuerit dicens, & vsque in æternũ. Sed si ita est, Ruth contra meritũ admissa videtur. An Ammonitas phibuit & nõ Ammonitidas, i. viros admitti, non fœminas. Maxime, qa cum euertissent Israelitę illam gentẽ, oẽs viros occidere iussi sunt, fœminas aũt non, nisi eas quæ nouerãt virũ, qm ipsæ in fornicationem subduxerant populum. Virgines vero dimiserunt, nõ eis imputantes culpam qua euerti illa gens meruit, quam etiam hic cõmemorauit, quasi qreretur: Cur Moabitas & Ammonitas admitti noluerit, subiunxit: eo q non obuiauerint vobis cũ panibus & aqua in via cum exiretis de Aegypto, & cõduxerũt aduersum te Balaam filium Beor de Mesopotamia, vt malediceret te. Has culpas nec tunc quãdo gens illa depugnata est, fœminis imputauerunt, quas conferuare maluerunt.

a Moabites etiam post decimam generationem nõ intrabũt b ecclesiã domini in æternum, quia noluerũt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egressi estis de Ægypto, & qa cõduxerũt contra te Balaã filiũ Beor de Mesopotamia Syrię, vt malediceret tibi: & noluit dñs deus tuus audire Balaã, vertitq; maledictionẽ eius in benedictionẽ tuã, eo q diligeret te. Non facies cum eis pacẽ, nec quæres eis bona d cũctis dieb. vitæ tuæ in sempiternũ: non abominaberis Idumẽũ: qa frater tu⁹ est, nec Ægyptiũ, quia aduena fuisti i terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt

a ¶ Isido. hoc est in æternum, quia denarius clausula numerorum. a ¶ Mundo. b ¶ Sicut hæretici excitant per diabolum persecutionem populo fidelium. ¶ Gratis scilicet. a ¶ Præsentem vitam. ¶ Sanguineum vel terrenum, hæc est caro nostra, quæ de terra est. a ¶ Tenebrosum id est corpus morbidum. b ¶ Patria nostra paradisus. a ¶ In perfecta fide trinitatis.

Ad Titũ 3. c.

a *Moabites.* Hereticos semp ab ecclesia esse pellẽdos significat quasi *hæreticum hominem post vnam & alteram correctionem deuita.*

✱ THEODORETVS. Quare in perpetuum vetat eos communicare cum Moabitis & Ammonitis. Primo propter infectã eorum radicem, cum ex illegitimo cõgressu nati sint. Deinde propter impietatẽ ad quã tentauerũt adducere Israelita. adornãtes vxores, & per eas ad cultum idolorũ illos venantiu iusta allicientes. Cum Idumæo tamen & Aegyptio conuersari iubet, post tertiam generationem, & cum hoc tanquam cũ fratre, cum illo vero tãquam beneficio, tẽpore opportuno. Vrgente.n. fame patres nostri accedentes acceperũt ab Idumęis alimẽta. Lex igitur docet nos antiqui beneficii non obliuisci.

b *Quia noluerũt vobis occurrere cum.* Tradunt Hebræi, q hæ gentes propinquæ sibi exeũtibus de Aegypto occurrerunt cũ pane tantum, cum scirent eos in deserto maxime siti laborare. ideo huic maledictioni subiecti sunt.

Mystice. Mystice designant hæreticos, q fugientib. de Aegypto hui⁹ mundi ad veram terrã promissionis, offerunt panẽ pollutum, nõ aqua sapientię dulcoratam, & ideo ab ecclesia alienati sũt.

✱ PROCOPIVS. Ammonitę & Moabitæ, qui cultorũ simulacrorum, quandiu tales permanserint, figuram sustinent, quæ summis virib. ac conatibus contra nos obuiam ruerũt, summãque crudelitatem exercuerunt. Idumæi hæreseon sunt imago, oriundi enim ex Esau erant, Israelitisq; sanguine propinqui. Volunt vero etiã hæreticorum liberi, Christiani nuncupari. Neq; vero tanta ipsis, quanta simulacrorum cultoribus constituta est pœna. In tertia .n. generatione recipiendos inquit, sicut & Aegyptios gentiles represẽtãtes, q erga Christianos non prorsus hostiliter sunt affecti. Aduenæ, inquit, fuistis apud eos. At Moabitarũ decretũ ĩ Ruth finẽ cępit.

c *Vertitq;.* quia persecutio causa maioris prosperitatis est. *Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* — Rom. 8. c.

d *Non.* Idumæus sanguineus vel terrenus, carnẽ, cuius est terrena materia, significat. Aegyptius, i. tenebrosus, corpus morbidũ. Carnẽ nostram non debemus abominari, sed fouere & necessaria illi præbere, curã tñ eius in desideriis nõ facere. Frater, inquit, tuus est, quia ex carne sumus & anima. Aegyptiũ, i. corpus non abominemur, in cuius terra aduenæ fuimus. Aĩa .n. quę celestẽ habet origiñẽ, quasi aduena moratur in corpore. vnde Apostolus. *Dum sumus in corpore, peregrinamur a domino.* Qui nati fuerint ex eis, &c. i. paulatim fient spirituales. — Ro. 13 d. — 2. Cor. 5. d.

Mysticæ. *Non.* Per Idumęum & Aegyptium significatur pręsens vita, cui qua nuis renuntiantes Aegyptiam terram, i. conuersatio nem pristinam & concupiscentiam mundi declinemus dum tamen huius mundi necessitatibus subdimur, nõ omnino Aegyptiam nationem extinguimus, sed quodammodo separati quotidiano victu & vestitu contenti sumus, tertia generatione in ecclesiam intrabunt, quia sæcularis potest sanctis Dei cõiungi, cum perfecte in patrem & filium & spiritum sanctum crediderit, vel cum ipse fide & charitate ornatus fuerit.

a Quando.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *filij Israel inducti sunt ad luxuriam & idololatriam. Assignatur etiã alia ratio in litera, s. quod Idumæi descenderunt de Esau, qui fuit frater Iacob, a quo descenderunt Israelitæ: & sic Israelitæ & Idumæi erãt quodammodo fratres, & hoc est quod dicitur: Quia frater tuus est. Similiter Aegyptij receperunt filios Israel in terra sua tẽpore famis, & fuerunt ibi conseruati sub prouidentia Ioseph, & hoc est quod dicitur: Aduena fuisti, &c. ideo Idumæi & Aegyptij citius admittebantur ad contrahendum matrimonium, & s̃m hanc sententiam, patet litera, hoc exce.*

1 Quia noluer. &c. *quod uidetur cõtrarium ei quod dictum est sup. 2. q licet Moabitæ non concessissent eis transitum per terram suam: tamen in confinio terræ suæ portauerunt eis alimenta venalia. Ad hoc respondẽt Hebræi, quod viri non portauerunt talia, remanentes in ciuitatibus armati ad custodiam terræ, sed mulieres tantũ. & propter hoc viri fuerunt repulsi a matrimonio prædicto, non autẽ mulieres, vnde & Ruth Moabitis fuit vxor viri Israelitæ, & ideo dicitur hic Ammonites & Moabites, quæ sunt nomina masculini generis & non fœminini. Secundo modo exponitur ab aliquibus doctoribus catholicis, quod per ingressum ecclesiæ dei, a quo personæ supradictæ excluduntur, intelligitur ingressus atrij, in quo homines mundi orabant in Ierusalem prope templum, a cuius ingressu arcebantur personæ prædictæ tanquam immundæ, rationibus prædictis: & c. exponantur sicut prius. Tertio modo exponitur ab aliquibus doctoribus nostris, & rationabilius, ut videtur. Dicunt aũt, quod lex diuina nullum excludit etiam extraneum a cultu dei, & ab his quæ pertinet ad animæ salutem, unde dicitur Exodi 22.* Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniã, & facere phase dñi, circumcidetur prius omne masculinũ eius, & tũc ritè celebrabit, eritq; sicut indigena terrę. *sed in temporalib. quãtum ad ea quæ pertinebant ad regimen populi per personas eminentes, vt pote magistratus, iudices, tribunos, centuriones, & consimiles, non eos admittebantur sed excludebantur eunuchi, quia cum essent impotentes ad generandum, honor paternus qui consistit in regimine populi, eos non decebat, unde antiquitus iudices & gubernatores populi uocabantur patres conscripti. Similiter excludebantur patientes defectum natalium quia propter vilitatem suæ originis non decebat eos status tanti honoris, nec populus subiectus pacifi. è toleraret, propter quod talis promotio esset turbationis occasio. vnde & in ecclesia tales ab ordinib. & dignitatibus repelluntur, similiter alienigenæ a regimine populi merito repellebantur, quia non est tm̃ cõfidendum in eis sicut in indigenis. Oportet autem habere magnam confidentiam de illis quibus committitur regimen populi, quia oportet q sciant secreta & infirma populi. Aliqui tamen excludebantur ad semper, & aliqui ad tẽpus prædictis rationibus, & secundum istum intellectum satis patet litera, considieratis cum hoc supradictis.*

Quare Moabitæ prohibiti ab ecclesia

Exclusi a cultu diui no.

✱ 1 Quando.

## MORALITER.

✱ illi, qui deuotos quãtum possunt, impediũt ab ingressu religionis, & ingressos per se & p alios impedire nitũtur ab actu pfessionis, & tales priuari merẽtur ab ingressu patrię celestis.

† *Non.* Hoc verbum dicitur filiis Israel, per quos intelligũtur homines literati, q nõ debẽt despicere simplices Christianos circa terrena occupatos, propter quod significãtur p Idumæos qui terreni interpretãtur, & ratio dicti subditur cũ dicitur.

† *Quia.* i. regeneratus ex Christo & ecclesia, sicut & tu qui es literatus.

† *Nec.* Per Aegyptiũ qui tenebrosus interpretatur, peccator significatur, quem iustus non debet abominari, quia fuit aduena in eius terra, i. peccator, sicut ipse 1. Io. b. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos sedu. & ue. &c.*

a *Quando.* Spiritales Christi milites instruit, quibus alibi dicitur: *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* (1. Cor. 9. d)

b *S. Augustinus.* Multa ponit lex in sacramentis & vmbris futurorum. Quędã enim in semine materialis informitas quæ formata corpus hominis redditura est, in significatione posita est vitę informis & ineruditæ, a qua informitate oportet hominē doctrinæ forma & eruditione mundari, ideo illa purificatio præcepta est post seminis effusionem, nec enim in somnis peccatũ sit: aut si hoc quis peccatum putat, non arbitrans accidere nisi huiusmodi desiderio, qđ falsum est, nunquid & solita mensium peccata sunt fœminarum, quas lex pręcipit expiari, non nisi propter ipsã materialem informitatem, quę facto conceptu tanquam in ędificationem corporis additur. Ac per hoc cum informiter fluit, significari lex voluit animum sine disciplinæ forma indecenter fluidum ac dissolutũ: quem formandũ significat, cum fluxũ purificari imperat. Postremò mori peccatũ non est, & mortuũ sepelire humanitatis officiũ est, & tamen purificatio mandata est, nõ quia corpus mortuũ peccatum est, sed significat peccatũ animæ a iustitia desertæ. (Lib. de bono coniugali c. 20. tomo 6.) († super arma tua i. qui erit tibi vice ligonis.) (Ro 7. b) (Lib. 9. Mora c. 40.)

*Mysticè.* Mysticè. Greg. Si fuerit inter vos homo, qui no. pol. &cæ. Nocturnum somniũ tentatio occulta, qua tenebrosa cogitatione turpe aliquid concipit, sed opere non expletur. Nocturno somnio pollutus extra castra egreditur, vt q cogitatione polluitur indignum se societate fideliũ arbitretur, & bonorum se comparatione despiciat. Ad vesperũ lauatur aqua, cũ defectũ suũ cõspiciēs, ad lamenta pęnitētiæ cõuertit vt fletib. deleat qđ occulta inquinatio accusat. Sed post occasũ solis redeat ad castra, i. deferuescēte caloris ardore fiduciã erga bonorũ societatē sumat, & ad fideliũ merita reparetur psumenda.

c *Habebis.* Corporalē enim mũditiã diligit Deus: ideo præcepit nihil fœdũ remanere in castris. Mysticè. Gregorius. *Habebis locum.* &c. Naturę corruptibilis pondere grauatę a nostræ mētis vtero quędã cogitationũ superflua quasi ventris grauamē erumpũt. Sed portare sub baltheo paxillũ debemus, vt ad reprehēdēdos nosmetipsos semp accincti acutũ circa nos stimulum cõpunctionis habeamus, q terrã nostræ mentis pęnitētiæ dolore cõfodiat, & qđ a nobis fœtidũ erũpit, abscõdat. (Li. 31. Mora. c. 22.)

✱ *Theodoretus.* Aer aliquo fœtore perfusus, solet pestem vt plurimũ pducere. Idcirco mandat agentibus in exercitu, vt quę egeruntur, in terram defodiãt. Et ne non credentes aliqđ damnũ inde sentirent, necessario subdidit: Quia dominus deus tuus in castris habitat. Ex eo nos docet nihil agere debere qđ sit indecorum. Hoc enim subinfert, vt sancta sint castra tua. (Quęst. 17.)

a ecclesiam domini. 1 Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re mala. b 2 Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, 3 egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur c aquã, & post solis occasum regredietur in castra. 4 Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisita naturæ, d gerens paxillum † in baltheo. Cumq. sederis, fodies per circuitum, e & egesta humo operies quo reuelatus es. 5 Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum, * vt eruat te & tradat tibi inimicos tuos, & sint castra tua sancta, & nihil in f eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. 6 Non trades seruum

(Interlinear: ¶ Dæmones. a ¶ Nociua. a ¶ Occulta tentatione. ¶ Tenebrosa cogitatione. b ¶ Consentiendo. c ¶ Societate fidelium se indignum iudicans. a ¶ superato scilicet feruore tentationis. ¶ Lachrymarum. a ¶ Pęnitentiæ. b ¶ Tentatione deferuescente. c ¶ fidelium consortia. a ¶ Conscientiam in qua compungaris, b ¶ Sanctorum. a ¶ Acutum compunctionis stimulum. b ¶ Cordis compunctione vel memoria castitatis. a ¶ Ne appareat ante oculos Dei. a ¶ Ecclesiæ quę est vt castrorum acies ordinata. a ¶ Visibiles uel inuisibiles. a ¶ A seruitute diaboli uel peccati fugientem.)

✱ Cyrillus. In hoc munditiarum studio latet admonitio, esse nullum non genus sordiũ abiiciendum si de hostibus uictoriam sperare velimus. Præterea quam infirma hominum natura, ita vt facile aberret, inhabitat enim membris nostris peccati lex, primum ab oculis procul aliorum secedat aberrans, deinde bonis operibus peccata contegat, fętorem delicti fragrantia recte factorum opprimes, atq; ita in castra sanctorum redire poterit. Quod si clauum in zona, id est, in mente instructã crucem Christi gestauerit, fœlicius succedet Sepelienda igitur omnis immunditia, si cum domino volumus esse in castris quæ sancta dicuntur. (Ex catena Græca.) (-ad requisita naturę addidit interpres explicandæ rei gratia.) (* tuorum.)

d *In. Baltheo* enim renes accinguntur, ideo per baltheũ malę voluntatis contritio designatur vnde Iob. *Baltheum regum dissoluit, & præcinxit fune renes eorum.* (Iob. 12. c.)

e *Operies.* Terrena fragilitate considerata, sordes debemus operire.

f *Non.* Augustinus. Lxx. *Non trades puerum domino suo, qui appositus est tibi a domino suo.* Nen quod dominus eum apposuerit i. commendauerit, quia depositum diceret, sed appositum dixit, i. adiunctum huic, cum ab illo discessisset. Reddi ergo prohibuit fugitiuos, non suscipi. Quomodo putari potest nisi gēti & populo intelligamus ista dici, non vni homini? Et alia vtique gente refugientem ad hãc cui loquebatur, a domino suo, i. a rege suo, reddi prohibuit, quod alienigena Achis rex Geth seruauit, quãdo ad eum fugit Dauid a facie domini sui, i. regis Saul. Hoc explanat dicens. In vobis habitabit in omni loco vbi placuerit ei. (Quæst. 36.) (1. Re. 27.)

✱ Pro-

## Nicolavs de Lyra.

✠ 1 Quando. *Hic consequenter ordinatur rationaliter attendendo ad bonum commune tempore belli, quod quidem bonum consistit primo in munditia spirituali, quia quando munde seruiebant deo, dabatur eis victoria, & ideo dicitur hic:* Quando. *i. ab omni peccato, ne veniat super te diuina offensio, & cadas coram inimicis tuis gladio, secundo requiritur munditia corporalis, ideo subditur.*

2 Si fuerit. *In somno enim non est immunditia spiritualis, licet possit esse in vigilia præcedenti vel subsequenti, tamen ibi semper immunditia corporalis, quam comitatur depressio mentis, ideo subditur:*

3 Egredietur. *s. deitatis & Leuitarum quæ erant in medio exercitus, non tamen oportebat egredi castra cõmunis populi, prout dictum fuit in simili Nu. 5. & idem intelligendum de alijs immunditijs, quæ quandam irregularitatem faciunt, vt dictum fuit ibidem, sed ponitur hic ista immunditia pro exemplo, quia frequenter accidit. Quod autem subditur.*

4 Habe. *intelligitur etiam de castris communis populi, qa si tales immunditiæ fierent intra castra populi, corrumperetur aer ex fętore, & sequeretur infirmitas, & mortalitas in populo. Item quia arca cum sacerdotib. & Leuitis erat in castris, non erat decens, quod talis fœtor esset ibi & hoc est quod subditur.*

5 Dominus enim Deus, &c. *quia ibi erat per specialem cultum sacerdotum & Leuitarum, qui tenebantur exire cum populo ad exercitum licet non omnes, sed aliqui eorum.*

6 Non trades. *Hic consequenter ordinatur pars rationalis attendendo ad bonum singularis personæ, Et diuiditur in tres partes, secundum tria quæ sunt de dictamine rationis, s. vt legalitas seruetur ad omnes, pietas ad pauperes, & seueritas ad rebelles, secunda incipit ibi.* Cum repetes a proximo tuo. *circa medium 24. c. tertia in principio xxv. capitulo. Adhuc prima in duas, secundum quod legalitas duo respicit. s. operationes & punitiones, secunda intipit 24. capitu. ibi:* Si deprehensus. *Prima in duas, secundum duo ad quæ ordinatur legalis operatio, scilicet ad uitam politicam & domesticam. secunda incipit in principio 24. capitulo. Adhuc prima in dua: secundum duo quæ respicit uita politica, scilicet vrbanitatem & fidelitatem. Secunda ibi.* Cum votum voueris. &c. *Circa primum sciendum, quod homo viuit vrbane & conuenienter primo, quando compatienter se habet ad afflictum, & quantum ad hoc dicitur.* Non trades. *& intelligitur quando quæritur a domino ad occidendum seu mutilandum seu aliter indebite affligendum, ideo subditur.*

✱ 1 Habita

## Moraliter.

✱ 2 *Si fuerit.* Ex quo inoleuit consuetudo, qđ sic polluti non celebrant vel cõicant in crastino, nisi necessitas vel diei solennitas recompenset, vel propabiliter credatur quod a diabolo talis pollutio procuretur, vt a polluto fructus eucharistiæ subtrahatur. Vnde legitur in collationibus patrum, quod quidã semper in diebus solennibus quibus alii communicabant, talē pollutionem communiter patiebatur, & senes præceperũt quod communicaret, sicut alii, sic cessauit illa machinatio diaboli.

6 *Non trades ser. domino suo.* Per seruum significatur peccator, de quo dicitur Io. 8. d. *Qui facit peccatum seruus est peccati.* Qui p pœnitentiam & spem ueniæ confugit ad confessorem, qui debet eum ita charitatiue tractare, & discrete, quod non det ei occasionem recidiuandi in culpam.

✱ 7 Ingres-

A ✱ PROC. In prouerbiis item inquit, Ne tradas seruũ in manus domini, ne forte execretur te, & pessum eas. Arguit uerò illud ne tradas, immanitatem, quæ imprimis symulacrorum cultoris est adiuncta. Nam de uicinis gentibus sermo est, quibus seruum necare, etiã nihil reputabatur Cæterũ Hebræos lex de humanitate admonuit, qua pcipitur ne iumentum quoque in itinere negligatur. Verum bona fide, inquit, fratri tuo restituas. Quanto vero magis famulum, quando herum iram suam deposuisse certum est.

Quæst. 27. Fornicari omnibus prohibitũ.

a *Non.* AVGVSTINVS. LXX. *Non erit meretrix à filiabus Israel, & non erit fornicans à filijs Israel.* Manifestè prohibet uiros & fœminas fornicari, etiam cum nõ alienis cõiugibus, peccatum esse demonstrans misceri nõ coniugibus suis, quando & meretrices esse, & ad eas prohibet accedere, quarũ publice venalis est turpitudo. In decalogo autem nomine mœchiæ non videtur hoc aperte prohibuisse, quæ non nisi adulteriũ intelligi solet. vnde qđ nobis videretur, ibi tractauimus.

†Eccl. 5. a. Baruc. 6. d

†a te.

B

Lib. 2. qõnũ super Exod. q. 71

Spiritualiter innuit, quia non licet animæ Christianæ erroribus hæretisiorũ se miscere, & filium Dei impudicitiæ, & libidini non licet se tradere.

†De cie c. venerabilẽ. in prin.

Quæst. 38 Canis cõmutatio prohibetur.

b *Non offe.* AVG. LXX. *Non offeres mercedẽ meretricis, neq; commutationem canis in domo domini Dei tui ad omne uotum, quoniam abominatio domino Deo tuo est,* vtrunq;, s. nõ vnum. De cane enĩ uetat fieri cõmutationẽ primogenitorũ, quã iubet fieri de immundis animalib, i. equis, asinis, & quę adiuuant homnem unde & iumenta dicuntur. De cane aũt noluit & de porco, & quare noluit quęrendũ est. Et si de omnib. talib. noluit, quare hic solũ canem excipit? De mercede meretricis videtur repulisse, qa superius phibuit esse Meretrices de filiab. Israel, aut quenquã filiorũ Israel vti meretrice, & ne quis putaret posse hoc expiari si aliquid inde in templum offerret, dicendum

C fuit, quod domino abominatio sit.

✱ CIRIL. Hoc fieri poterat, si meretricibus data sit ouis aut hœdus pro mercede, aut si quis pro cane acceperit agnũ.

D Ex catena Græca.

c *Pretium.* Canis rapacis. Dona iniquorum non probat altissimus. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasiqui victimat filium in conspectu patris.*

Eccl. 34 c.

a Diabolo vel peccato. b Fidem veniens vel penitens. c Sub munimine fidei. d Ecclesia vel sub quocunque ordine fidelium. Respuendo vel in desperationem mittendo.

domino suo, qui ad te cõfugerit. Habitabit tecum in loco, 1

a Ecclesiarum vel conuersationum. b In pace ecclesiæ. c Quia magis fouendus est ne desperet.

qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarũ requiescet: † ne con

a Fornicarioni hæreticorum iuncta. b Animabus, quæ sunt templum Dei viui. c Vnde fugite fornicationem.

a tristes eum. Non erit meretrix de filiabus Israel, neq; scorta

a Quia Deo adoptati sunt. b Moraliter ostendit sicut abominatio est merces prostibuli sic & donum rapacitatis.

b tor de filiis Israel. Non offeres mercedẽ prostibuli, nec pre- 2

c tiũ canis in domo domini Dei tui, quicquid illud est quod 3

uouerit: quia abominatio est vtrumque apud dominum

Mercedem cupiens. Catholico. Iudæo. Verbi Dei.

d Deum tuum. Non fęnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniã, 4

e nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Fratri aũt tuo absq; vsura id quo indiget, cõmodabis, vt benedicat tibi dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam

a Vouete & & reddite domino Deo vestro. Psal. 75.

ingredieris possidendam. † Cum votum voueris domino 5

Quasi debitum.

f Deo tuo, nõ tardabis reddere, quia requiret illud dominus

Reddere. Ipsa mora.

Deus tuus *& si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatũ.

Si nolueris polliceri, absq; peccato eris: Quod autem semel 6

egressum est de labiis tuis obseruabis, & facies sicut pmisi-

Ideo in re teneris.

sti domino Deo tuo, & propria volũtate & ore tuo locutus

Scripturam sacram, vel ecclesiam catholicam. b Christi. c Necessitati consuluit, auaritiam prohibet. d Incarnationem Christi crede: faciam entis eius participa.

g es. † Ingressus vineam proximi tui cõmede vuas quantum 7

d *Non fœnera.* Vsuram & auaritiam remouet, & charitatem impendere iubet.

Est pecuniam, quæ ad usurã dari prohibetur quia uitiũ cupiditatis est exigere velle quod cognoscis te non cõmodasse. Hanc dominus habuit, & inde pauperibus erogandã tradidit, & nos ad liberalitatẽ largitatis inuitauit. Altera est quam ad vsuram dare debemus. vnde: *Nonne oportuit te pecuniam committere numularijs, vt ego ueniens exigerem quod meum est cum vsura?*

Date pecuniá ad vsuram prohibetur.

† nõ vim inferes ei.

Mat. 25 c.

✱ PROCOPIVS. Excitat tandem eos, ac manu adducit quodammodo ad expensarum liberalitatem tam erga domesticos quam peregrinos, quã uis apud vtrosq; diuersam. Nondum enim huius vocis capaces erant, *omni abs te petenti da, & ab eo quo res tuas abstulerit, noli repetere*

E

✱ CLEMENS ALEX. Cum lex prohibet fratrem fœnerari, fratrem nominat, non eum solum qui ex iisdem natus est parentibus, sed etiam qui fuerit eiusdem trib. eiusdemq; sententiæ, & cuiusdam uerbi participes, non æquũ censens, vt ex pecuniis usuras, sed laxis manib. & animis gratificari egentibus.

Li. 2. Stromat.

e *Sed alieno.* Infideli uel iniquo cui pecuniam damus ad usuram, cum pro uerbo prædicationis exigimus fidem, pœnitentiam & operationem bonam.

f *Non tarda.* vnde Salomon: *Ruina est homini post vota tractare vel tardare.*

Prou. 20. d

h *Ingres.* eclesia alterius episcopi, potest alter aliquos cotrigere uel confirmare, totam plebem non licet ei regere, uel magna negotia tractare.

✱ CI- ☞ *Foras.*

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Habitabit. *s. quousq; quiescat ira domini sui, & tunc reddendus est ei cum sit res domini sui sicut & aliæ res sunt restituendæ. Secundò quando ad seipsum se habet mundè & decenter, & hoc notatur cum dicitur.* Non erit meretrix de filiab. Israel, &c. *Tertio quãdo ad Deũ se habet reuerenter, & quantum ad hoc subditur.*

2 Non offe. *quia est quid uile, & propter hoc uocatur turpe lucrum: & ideo talia offerre domino maxime in publico pertinet ad Dei irreuerentiam. potest tamen de hoc fieri eleemosyna.*

Pretium canis.

3 Nec pretium. *Dicit autem Iosephus, q hoc intelligitur de pretio q accipiebatur ab illis qui locabant canes venaticos, & custodes auiũ ad impragnationẽ canicularũ, quod prohibetur offerri, eo quod erat turpe lucrũ, sicut & de meretricio dictũ est. Alij autẽ exponunt de primogenito canis, quia primogenita animaliũ immundorũ inter quæ est canis, nõ poterant offerri, redimebantur tamẽ quinq. siclis, ut habetur Num. 18. & dabãtur sacerdoti, sed pro primogenito canis nõ dabantur propter vtilitatẽ huius animalis, ita q hic excipitur redẽptio primogeniti canis à redemptione aliorum. Qui autẽ fiebat de primogenito canis non redempto hic non exprimitur, uidetur tamẽ probabile, q interficiebãt, sicut de primogenito asini dicitur, Exod. 13. quando non redimebatur. Quartò quando ad proximum se habet liberaliter, & quantum ad hoc subditur.*

F

4 Nec fęne. sed alieno. *Istud est permissio nõ liciti, sed minus mali ad euitandum maius, s. ne fratres suos Iudæos grauarent vsuris.*

5 Cum vo. *Hic consequenter ordinatur rationale in vita politica, prout respicit fidelitatẽ, quæ primo & principaliter habenda est ad Deũ, & hoc notatur cum dicitur.* Cum vo. *Ad fidelitatem autem hominis ad Deum requiritur, quod adimpleat quod ei promisit, sed quia votum non est de bono necessario ad salutem, sed de bono super erogationis subditur.*

6 Si nolueris. *quia non tenetur ad istud bonum nisi ratione voti. secũdò habenda est fidelitas ad proximum. ideo subditur.*

7 Ingres. vi. proxi. *quod intelligitur de eo qui ingreditur vineam aut segetem proximi sui ad operandum, vt dicit Ra. Sa. & ideo ei conceditur de fructibus comedere non tamen ad domum suam portare quia hoc esset infideliter agere secundum expositores nostros. Intelligitur etiam de alijs, quia intentio legis erat inducere Hebræos ad amicabilem communicationem rerum suarum adinuicem, & ideo lex concessit in talibus esum, & prohibuit excessum, s. deportationem ext. quia hoc ad infidelitatem & cupiditatem pertinet.*

✱ CAP.

## MORALITER.

✱ 7 *Ingres.* Per uineam intelligitur ecclesia, Esa. 5. b. *Vinea domini ex. do. Israel est.* Igitur intrans ecclesiã alterius & saluti animarũ consulens prædicando & confessiones audiendo ibidẽ vuas comedit, nam etiam sibi proficit, sed ext. portat qui hoc sine licentia curati uel superioris prælati facere præsumit. Quod autem ibidem subditur de messe, idem significat sub alio nomine.

a tibi placuerit, †foras autem ne efferas tecum. Si intraueris b segetem amici tui franges spicas, †& manu conteres, falce autem non metes.

a Meditando. a Legem. b Christi qui verus amicus. c Rigorem literæ exponendo ad spiritalem sensum rediges. d In alienum sensum non transferas.

a *Foras.* extra ecclesiam hanc gratiam efferre non licet, quia in vna domo carnes agni edi iubentur.

✻ RVP. Vinea ecclesia est, quam ingressus per fidem comede vuas quantum placuerit. foras verò ne efferas, id est, opera bona quæcunque potes, corde bono & animo volēti, nihil autem quasi ad oculos hominum. Qui enim lucem suam lucere facit coram hominibus, vt videant opera eius bona, intus vuas comedit, & proximo nequaquam damnosus existit. Qui autem fecerit iustitiam coram hominib. vt videatur ab eis vuas profecto foras extulit, & amici gratiam læsit.

b *Si intraueris.* Sunt quædā loca scripturæ quæ historialiter fidem imbuūt, quædā moraliter sanctā cōuersationē instruūt, quędā non secundū historiā, sed secundum allegoriam veneranda mysteria ostendunt. Cautè ergo in segetē proximi intrandum est. ut discernēdo carpas cibum, non pręcipitandū succisæ messis incurras iudicium.

c *Falce autem.* ✻ PROCOPIVS. illud enim non necessitate facere, verùm auarit ā exercere est. Cæterùm hoc falce demetere sibi velle aiunt, quod exprompta magistrorum voces literis mandandę non sint, tanquam q̄ præmeditationis maturitate carent, hinc enim damnum ad legentes fratres redit.

Libr. 1. in Deut. c. 26. †sed in vase tuo nihil pones. Nota vtilitatem scripturarum. †manu tua.

## CAP. XXIIII.

a †Si acceperit homo vxorem, et† habuerit 1 eā, & non inuenerit gratiā ante oculos b eius propter aliquā fœditatem, scribet li 2 bellū repudii, & dabit in manu illius, & 3 dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritū duxerit, & ille quoq. oderit eam, dederitq. ei libellum repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta

a Quilibet. b Terrenæ actionis curam. a Quia terrena actio priusquam habeatur, fortiter amatur antequam fœda cognoscatur. a Peccatum quod cognoscit in ea. Id est abijciet amorem eius a mente. a Quia terrenam actionem, quam vnus deserit, alius concupiscit. a Non ex animo succumbendo ei. b In anima succumbendo ei. a Ipsius iudicio: quia eam quasi pollutam prius dimisit.

## CAP. XXIIII.

a Si acceperit. RAB. Homo vxorem accepit, cum terrenæ actionis curā suscipit. Fœditatem agnoscit, cū pollutā esse p peccata sentit. Dimittit eā de domo sua, i. morē eius sua abiicit a mēte sua. Egressa alterū accipit, q. a terrenam actionē quam deseris alius concupiscit. Ipsi quoque in odiū uenit & eam vtiliter dimittit. vnde bene sequit. *Si dimiserit eā aut mor. f. &c.* quisq; terrenā curā aut dimittit aut moritur, i. aut non ex animo succūbit, aut per eā funditus in animæ uita succumbit. Siue ergo sequens maritus dimiserit, siue mortuus fuerit prior nō recipiet eam in vxorē, q. polluta est, vt scilicet q semel terrenam curam reliquit, ad eam vltra non redeat, quā ipse proprio iudicio polluit, qui prius deseruit, quia pollutam cognouit.

Mysticè. *Si acceperit homo uxorem, &c.* Christus vxorē sibi, accepit, cū synagogā sibi copulauit, q. ā legē tribuendo in iudicio & iustitia & misericordia desponsauit, sed illa nō inuenit gratiā pp incredulitatē & idololatrię fœditatē. Scripsit enī libellū repudii, i. euāgelii, in quo declaratur quā indigna fuerit spiritualis cōsortii cū Christū crucifigendū tradidit, Barrabā elegit. Datus est in manus eius libellus repudii cū potestas data est crucifigendi. Ideo de domo, i. eccl̄a, eiecta est. unde: *Multi uenient ab oriente & occidēte & recumbent cum Abrahā, &c.* Quod aūt sequitur, Cumq; egressa alterū, &c. significat, quod licet Apostoli post passionē & resurrectionē Christi eā ad fidē & pœnitentiā prouocauerint, & spiritalibus nuptiis copulare voluerint, tanquam indigna & errore polluta abominabilis permāsit. vnde: *Vobis oportebat primū loqui uerbum Dei, sed quoniam, &c.*

AVGVSTINVS. multæ erant in lege causę dimittendi vxores, Christus solā fornicationē excipit, cæteras molestias iubet pro fide & castitate coniugii sustineri. Et mœchū dicit eum qui eam duxerit, quæ alligata est viro, i. quādiu vir eius vixerit, quo mortuo soluta est. Vir quoq; si dimiserit, aliā nō ducat. Si aūt nec illi nubere, nec huic licet alterā ducere viua vxore q̄ dimisit, multò min⁹ licet cū qualibet scortari. Beatiora, sēnè cōiugia, q̄ siue filiis procreandis siue terrena ꝓle cōtēpta, pari cōsēsu cōtinētiā seruare possunt. Nec illud ē ꝯ ꝙ dn̄s cōiūgē dimitti vetat. Nō. n. dimittit, q cū ea nō carnaliter sed spaliter viuit, ut q hēnt uxores, sint quasi nō habētes.

b *Scribet.* Ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses preceptū istud.

†Mat. 5. e. & 19. b. Matt. 8. b. † coierit cum ea. Act. 13. g. li. 1. de sermone domini in monte. 1. Cor. 7. e.

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP XXIIII.

Diuisio.

1 SI acceperit ho. *Hic ordinatur rationalis in vita domestica, quæ maximè consistit in cohabitatione viri cum vxore, & quia contrariorum eadē est disciplina, iō primo agitur de separatione viri ab vxore, secūdo de cohabitatione, ibi:* Cum acceperit homo. *tertio, de necessarię supplectilis pacifica possessione, ibi* Non accipies. *Circa primū sciendū, quòd in veteri lege plures erant causæ pp quas homo poterat dimittere vxorem, saluator autē vnam solam ponit, s. fornicationem* Matth. 5. *licet enim hic odiū dicatur, causa dimissionis, veruntamen quia vxor non habetur odio nisi propter aliquam aliam causam, ideo reducenda est talis dimissio in aliam causam vlteriorē, q potest esse multiplex, ideo dixerunt aliqui, ꝙ causæ propter quas poterat dimitti vxor, erant fœditates in corpore, puta infirmitas uel aliqua macula notabilis in corpore vel in anima, sicut fornicatio occulta vel aliquid huiusmodi, quòd in moribus deformitatem facit, & hoc est quod dicitur in litera.*

2 Propter. *s. in corpore vel in moribus in In Heb. autem habetur: Propter rem turpem, & eodē modo potest intelligi. Alij autem restringunt has causas satis probabiliter dicentes, quod non poterat vir repudiare vxorem, nisi propter aliquā causam post matrimonium superuenientē, nec etiam propter quamlibet talem sed propter illas solas, quæ possunt bonum prolis impedire, vel in corpore, ut sterilitas, lepra, morbus caducus & similia. Vel in anima, ut si vxor esset malorum morum, quos & filij & filiæ ex conuersatione cum matre imitarentur.*

3 Scribet. *Licet repudiatio non esset iniuncta, sed tantum permissa, conscriptio tamen libelli repudiantibus erat iniuncta, ad hoc vt mulier libere posset alteri nubere si uellet. vnde dicit Iosephus, quòd forma illius libelli talis erat, promitto tibi, quod nunquam tecum conueniam. Alij autem dicunt, quod in libello erat scripta causa repudij, sed hoc nō videtur rationabiliter dictum, quia aliquando causa erat occulta, vt pote fornicatio soli marito nota, & ideo si hanc causam vel consimilem in libello scriberet, eam diffamaret, publicando peccatum occultum, propterea in litera dicitur, quòd iste libellus in manu mulieris repudiatæ dabatur, & ideo non est verisimile, quod ibi aliquid expresse contineretur, quod esset in diffamationem mulieris. Sed magis hoc præceptum de libelli datione uidetur fuisse datum in fauorem mulieris repudiatæ. Nam dabatur ad hoc, ut posset alteri nubere, ut dictum est, & ne maritus posset eam inuoluntariam ad se reuocare, et sic esset minus pronus ad repudiandum ipsam a principio.*

Fornicatio repudii.

✻ 1 Ne

## MORALITER.

✻ 1 *Si accipe.* Per uxorē viri intelligitur ecclesia prælati, quæ si post eius acceptionē displicuerit curato, eò quod nō videtur ibi se proficere, sed magis deficere propter populi malitiā vel aliā causam, si propter hoc eam dimittit, intrans religionē, & si alius illam ecclesiā acceperit, & ex simili causa similiter dimiserit, vel mortuus fuerit, & sic ecclesia vacet, nō poterit prior maritus recipere eam in vxorem dimittendo religionem, quia scribitur Luc. ix. g. *Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus est regno Dei.*

✻ Non

istud, males .s. indulgere difficilium, quam cōmiti homicidiū.

A ✻ PROCOPIVS. Quamlibet ob causam vxorem abdicare præcipit, quem vtiq; Iudæorū demētia ac insania nō latuit, ac cauit ne ipsam occideret, seq; vna iret perditū. Alioqui enim Dei snīa hæc non est, qui primitus marem fœminam fecit, iuxta Seruatoris dictū. Illud quoq; apud Ieremiā secūdum legem est. *Si abdicauerit maritus vxorem suā, & discesserit ab ea, ac ipsa duxerit alium virum, nunquam ad eum reuertetur amplius.*

a *Ne peccare.* Polluit terrā suā, qui concupiscentiis carnalibus inquinat corpus suū. Ideo necesse est ambitionē præsentis vitę citi° domari, ne valeat dominari. Et cū terrena actio semel fuerit repulsa, nō est repetenda: ne post tergū respiciat, q in aratro manū posuerat.

B *Cum ac.* quasi quicunq; carnalis desideriis se obligat ad regimen ecclesiæ, & ad spiritalem militiā se non habilē esse cognoscat. Quia *nemo militans deo implicat se secularibus negotiis, ut ei placeat, cui se probauit.* vnde: *Nemini cito manum imposueris.*

✻ PROCOPIVS. Capet enim ne in pugna nullo relicto post se semine, cadat. Miseret vero eum vxoris & sponsæ & viduæ vna futuræ. Ita q virtuti studere inchoauit, ꝓ ea statim decertare non est idoneus. Nondum enim ad sapientiæ fastigium

C euect°, falsa discutere pōt dogmata. Porro et eos q ad fidē nuper accesserunt, communicationem persecutionum captare

D non esse neque vile, ne in pietatem cum qua cōsuetudinem habere statuerunt, impingat.

c *Non accipies.* ✻ CYRILLVS. His instrumentis omnia alia cōplectitur, sine quibus vita pauperis hominis sustineri nō potest, si auferantur.

Ieremi. 3. — †sup. 20. b — † immunis erit in domo sua. — Luc. 9. g. — 2. Tim. 2. a — 1. Tim. 5. d

a est, & abominabilis facta est coram domino: ne peccare facias terram tuam, quam dominus Deus tuus tibi tradiderit b possidendam. † Cum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quipiam + necessitatis iniungetur publice, sed † vacabit absq; culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam, quia † animam suam apponendo dicit, age mala quantū vis: deus pius est, & ad veniam paratus, vtiliter vtraque mola habetur, si spes sit cum emendante formidine, formido cum spe.

¶ Vel pollui. ¶ Carnalem delectationem. ¶ Contra dæmones. ¶ Ecclesiasticæ curæ. a ¶ Quam incurrisset si ecclesiam regendam suscepisset. a ¶ Auferes. b ¶ Confessionis peccatoris, quæ est pignus emendationis. a ¶ Timorem qui quasi pigra mola iacet immobilis. b ¶ Spem quæ mira celeritate voluitur & acceptas fruges ad vsum hominum molit & minuit.

Ex catena Græca

Loco ergo pignoris mola superior aut inferior nō tollatur, q qui prædicat peccatori tanta dispensatione ꝓdicare debet, vt non relicta spe timorē subtrahat, nec subtracta spe timorē relinquat.

† oneris militaris iniungetur.

E ISIDORVS: Tollit molā superiorē, q peccatum flenti dicit Nō habebis veniā de cōmissis. Tollit inferiorē qui peccatū palpando dicit, age mala quantū vis: deus pius est, & ad veniam paratus, vtiliter vtraque mola habetur, si spes sit cum emendante formidine, formido cum spe.

† cum ipsis fit esca omni animę.

GREGORIVS. *Non accipies loco pignoris inferior, &c.* accipere aliqd auferre dicimus: vn̄ aues q alias rapiunt, accipitres vocamus, vnde: Si quis deuorat, si q̄s accipit, i. rapit. Pignus debitoris, confessio peccatoris, hoc accipitur, cū a peccatore peccati ꝯfessio tenet. Superior & inferior mola, spes & timor, spes ad alta subuehit, timor aūt cor inferius ꝓmit. Vna mola sine altera inutiliter habetur. Peccatoris ergo in pectore semper dent & spes & formido coniungi, qa incassū misericordiā sperat, si

F iustitiam

Lib. 33. Mor. c. 16 2. Cor. 11.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Ne pecca. *i. habitantes in terra tua, quia si mulier bis repudiata iterum nuberet alteri, vel marito priori, propter ꝓcedentia tanquam abominabilis posset de facili a marito interfici. Ad maiorem intellectum eorum quæ dicta sunt hic: quæritur vtrum repudiatio vxoris esset licita in veteri lege. Dicendum quod sic, in casu fornicationis, & ideo in hoc cōueniunt omnes, loquendo saltem de repudio quantum ad thorum. In alijs etiam casibus dicunt, aliqui, quod erat licita ex dispensatione legis, sicut habere plures vxores, sicut enim vnitas vxoris est de dictamine naturæ, sic & inseparabilitas, & ideo sicut illud fuit licitum, quia Abraham & Iacob non peccauerunt, nec etiam Dauid, qui post legem habuit plures vxores sic nec repudiantes peccabant. Item lex vetus etsi non conferebat gratiam, tamen peccatum ostendebat, secundum omnes doctores. Si igitur repudium esset illicitum, ostensum fuisset per legem, quod non fuit factum, quia magis concedit, vt videtur hic, cum dicitur: Scribet li. &c. Aut per prophetas, quod non uidetur etiam. quia Malach. 2. d. dicitur.* Si odio habueris eam dimitte eā. *Item dicit Chryso. quod sicut Apostoli permiserunt secundas nuptias, sic Moyses libellum repudij, secundæ autem nuptiæ sunt licitæ, ergo, &c. Sed hoc videtur esse contra dictum saluatoris Matt. 21. a. scilicet quod libellus repudij concessus est a Moyse propter duritiam cordis eorum, talia non excusant a peccato. quia non uidentur concessa nisi ad deuitandum maius malum, sicut etiam dictum est c. præced.* Non trades fratri tuo ad vsuram, sed alieno, *tradere tamen alieno nunquā fuit licitum, ut omnes doctores catholici dicunt: & etiam Philoso. dicit, quod est contra naturā 5. Ethic. & ideo dicendum, quod nunquam tale repudium fuit licitum, quia fuit concessum, vel potius permissum ad euitandum maius malum, s. vxoricidium, & hoc non fuit licitum, sicut permissio fornicationis. ad euitandum adulterium non facit eam licitam.*

*Ad primum dicendum, quod non est simile, quia vnitas uxoris in vet. le. fuit intermissa propter maius bonum, s. propter multiplicationē prolis ad cultum diuinum, quæ tunc multiplicandæ erat per generationem carnalem, & talis intermissio est sancta & licita, sed permittere malum aliquod propter maius malum euitandum, non facit illud licitum, ut dictum est.*

*Ad secundum dicendum, quod aliquid est illicitum, quod tamen lege permittitur, ostenditur dupliciter. Vno modo per prophetam a spiritu sancto loquentem, & hoc modo vsuram esse illicitam etiam cum extraneo Dauid propheta ostendit dicens.* Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. *sequitur.* Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. *absolute loquendo, & nullum excipiendo. quia infinita iuris æquipollet vniuersali; vnde in libro Mach hoc qui apud Iudæos est authenticus, ubi exponitur Psalmus prædictus super illud uerbum.* Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. *dicit glo. etiam Gentili. Alio modo ostenditur illicitum per communem obseruationem bonorum, quia consuetudo est optima interpres legis, & dicitur consuetudo bonus vsus, non aūt abusus, & sic ostensum est repudium illicitum: quia nullus eorum qui commendantur in scriptura, legitur hoc fecisse, nisi de mandato uel instinctu diuino, sicut de mādato Dei Abraham emisit, Agar, quia Deus potest matrimonia coniungere & dissoluere, prout sibi placet.*

*Ad tertium dicendum, quod contractus secundarum nuptiarum improprie uel large vocatur permissio, in quantum consilium quod datur de minori bono, ut more ne maius bonum minus conseruetur, uocatur permissio, & sic Apostolus consuluit vel permittit large loquendo iuniores uiduas nubere 1. Tim 5. & hoc est respectu liciti, non sic autem permissio minoris mali ad vitandum maius, ut dictum est.*

2 Cum ac. *Hic agitur de viri & uxoris cohabitatione in nouitate matrimonij contracti. quia tunc permittebantur simul cohabitare & letari, vt amor ad inuicem magis firmaretur, ideo dicitur.*

3 Non procedet. *cuius causa superius est expressa 20. c.*

4 Nec ei. *Dicit Ra. Sa. quod hoc est intelligendū tantum de pertinentibus ad bellum, unde in Hebræo habetur,* Nec imponetur ei aliud, *sc. de pertinentibus ad bellum, ita quod refertur ad literā immediate præcedentem, quia sicut non debebat bellare, ut dictum est supra 20. cap. sic nec victualia portare exercitui, uel uias præparasse, ut exercitus posset transire, vel alia ad bellum pertinentia. Illis autem qui plantauerant uineas de nouo, & domos ædificauerant, & uxores desponsauerant, sed nondum acceperant, ista bene iniungebantur, licet eis de congressu belli parceretur.*

5 Nō accipies. *Hic consequenter agitur de necessaria supellectili in domestica vita seu habitatione. Non enim possunt habitare in domo vir & vxor absque supellectili ad cibum præparandum, & ideo hic prohibetur ne creditor accipiat talia pro pignore, cum dicitur.* Non accipies in loco pignoris inferiorem & superiorem molam: *quia utraque est necessaria ad terendum bladum, vnde fit panis, uel alia ad uitam necessaria, & idem intelligendum est de alijs utensilibus necessarijs ad præparandum cibum, ut dicit Rab. Sa. licet istud solum ponatur pro exemplo.*

An repudium licitum. — Philoso. Quędam permissa sed non licita. — Secundę nuptię. — Ps 14. a.

✠ 1 Si

## MORALITER.

✠ 5 *Non accipies loco pignoris. &c.* superior mola spem vitæ cœlestis significat, quæ eleuat ad superiora: inferior autem significat timorem, qui deprimit conscientiam. Confessor igit uel doctor qui a peccatore pœnitente pignus accipit, pro peccati satisfactione molam accipit superiorem, quando per increpationem nimis duram facit eum labi in desperationem, sicut fecit senex de quo supra dictum est c. 21. Accipit autem molam inferiorem, quando per magnitudinem diuinæ misericordiæ aufert ei peccandi timorem, & utrumque mortem inducit spiritualem.

a posuit tibi. Si deprehensus fuerit homo † sollicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium, interfi-
b cietur: & auferes malum de medio tui. Obserua diligenter ne
c incurras plagam lepræ sed facies quæcunque docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id quod præcepi eis, & imple
d sollicite. Mementote quæ fecerit dominus deus vester Mariæ
e in via, cùm egrederemini de Ægypto. Cùm * repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet † quod habuerit. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei † ante solis occasum, vt dormiens in vestimento suo benedicat tibi, & habeas iusti-
f tiam coram domino deo tuo. † Non † negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum mo-

a ¶ Seductor. b ¶ Ad peccandum. a ¶ Cum peccamus, diabolo venundamur. b ¶ Intentionis suæ finem. c ¶ Spiritualiter. ¶ Excommunicabitur. a ¶ Ab hæreticis, quorum vt sermo cancer serpit. Tim. 2. c. a ¶ Peccati vel erroris. b ¶ Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: quæ dicunt uobis facite. Mat. 23. c ¶ Contra peccatum uel hæresim. a ¶ Apparet omnem sacerdotem Leuitam fuisse, quamuis non omnis Leuita sacerdos fuerit. ¶ Non quod addunt uel fingunt. ¶ Vt caueatis. ¶ Id est synagogæ murmuranti contra Aethiopissam id est ecclesiam. a ¶ Prohibet uiolentiam & commendat misericordiam. ¶ Ne perturbes. a ¶ Secundum historiam, affectus misericordiæ & æquitatis opera erga pauperes commendat. a ¶ Prædicatoris, cui sæculus & pera interdicitur. ¶ Qui est pauper spiritu. b ¶ Aduena ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Ps. 38. c.

A iustitiam non timeat, & in sua ... qui non confidit,
a *Si deprehensus.* ✱ PROCOPIVS. Si deprehensus fuerit homo, qui furatur animã ... Eodem sane modo hæretici qui animis recte sentire cupientibus vim faciunt, & mentes liberas ad seruiles opiniones rapiunt, condignã a iudice sustinent mortẽ. Vnde ne salutẽ quidem huiusmodi hominibus Paulus dicit, non quo eos irritet, verũ quod qui cum lupo nũquã conuenire posse nouit. Quid enim consortij fideli cum infideli.

Quæst. 39. Quid sit auferre malum.

b *Auferes.* AVGVSTIN. Assidue hoc scriptura dicit, cum malos iubet occidi, sicut ibi: *Auferte malum ex uobismetipsis.* i. malignũ, secũdũ Grecũ masculino genere nõ hoc malũ, eum, s. qui
B tale aliquid cõmisit, vt excõmunicatione dignus sit. Hoc enim nunc agit in ecclesia excommunicatio, qđ tunc interfectio. Quãuis illud apostolicum aliter intelligi possit, vt vnusquisq; malum vel malignũ ex seipso auferat, q sensus acceptabilior esset, si hoc malum vel hoc malignum, nõ hunc malignum scriptum esset, nunc vero credibilius est de homine dictum quã de vitio, quãq; elegãter posset intelligi homo auferre a se malum hominem, sicut dictum est: *Exuite vos veterem hominem.* quod exponens ait. *Qui furabatur iam non furetur.*

† pignus.

Colo. 3. b. Ephe. 4. f.
C
2. Pa. 28. d.

c *Plagam leg.* Nota, propter peccatum hanc infirmitatem hominibus accidere, sicut Oziæ qui sacerdotium vsurpauit.

Quæst. 29.

d *Mementote quæ fecerit.* ✱ THEODORETVS. Denuo ferens legem de lepra, meminit Mariæ dicens: Memineris, & c. Innuẽs fuisse plagam a Deo missam, quam peccatibus ipsis infligebat Deus, & rursum pœnitentiam agentibus cessare faciebat.

D

✱ PROCOPIVS. Mementote. Si enim illa cum mihi rebellasset, in conspectu omniũ est notata, & extra castra est eiecta, quanto magis vobis si legislatorem etiam post exemplum illud contempseritis, idem accidet.

† furans

e *Cum repet.* AVGVSTINVS. Ad opus misericordiæ pertinet vt pignorator in domũ non intret, ne fiat perturbatio debitori, sed & debitorem admonet pignus foras proferre creditori. Sed mouet, q iubet egẽti pignus eodem die restitui, quia non habet vbi dormiat, cur non potius creditori præcipit, vt non auferat pignus, quod eodem die restituendum est: Quod si ad compellendum debitorẽ fieri voluit, quomodo se vrgebit ad soluendũ, cum sciat se pignus eodem die receptuũ. An forte propter memoriam fieri hoc voluit, ne obliuiscatur reddere? & tunc non reddat, si vere non habuit. Maxime q creditoris misericordia vincitur, cui non debet esse ingratus, si pignus receperit in quo dormiat. Creditor quoque cũ non reddiderit, debet eum credere non habere, quia hic etiam indiget misericordia vt pignus sibi restituatur, non habens vbi dormiat.

Quæst. 41. Egenti pignus restituendum.

E

* mutuatus fueris proximo tuo aliqđ

† occidente sole.

† Leu. 19. c. Tobie 4. c. † uim inferes mercenario indigenti.

f *Non neg.* *Qui euangelium annuntiat, de euangelio viuat. Dignus est enim operarius mercede sua.*

Cor. 9. c. Luc. 10. b.
F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Si deprehen. fuerit. *Postquam actum est de legalitate seruanda in operationibus, hic consequenter agitur de eius obseruatione in punitionibus: & hoc in duob. gradibus castrus, & primo describitur punitio ab homine inferenda, secũdo punitio a deo timenda, ibi.* Obserua diligenter. *Circa primum sciẽdum, q. quod homo inter creaturas inferiores est nobilior, quia ad imaginẽ Dei factus est, & ideo pro furto hominis imponitur maior pœna. s. pœna mortis, & hoc est quod dicitur:* Si deprehen. i. *conuictus in iudicio.*

2 Sollicitans fratrem. *i. sollicite insidians, vt eum possit furari.*

3 Et vendito. *Ex quo patet, q si deprehenderetur fur antequam hominem furto sublatum vendidisset, non puniebatur pœna mortis, sed alia minori secundum arbitrium iudicis, sicut Exod. 22. dicitur, de illo qui furatus fuerat ouẽ uel bouẽ & occiderat uel vendiderat, quod debebat reddere quatuor oues pro vna, & quinq; boues pro vno. Si autem inueniebatur animal viuens apud eum antequam vendidisset vel occidisset, non restituebat nisi duplum. sicut & de alijs rebus.*

4 Et aufe. ma *scilicet malum culpæ per bonum iustitiæ.*

5 Obserua diligent. *Hic describitur punitio a deo timenda pro peccato rebellionis ad superiores, & maxime sacerdotes, pro quo a deo inflicta est aliquando plaga lepræ, vt patet in Ozia rege Iuda, 2. Paral. 26. & hoc est quod dicitur hic.* Obserua diligenter, ne incurras plagam *propter rebellionem ad superiores. & ideo subditur.*

6 Sed facies, &c. *In Hebræo habetur.* Obserues in plaga lepræ. *quod exponit Rab. Sa. dicens. Caue ne celes plagam lepræ in te, vel in alio. Sed facies quæcunque docuerint te, & cætera, id est si dixerint, te uel alium eijciendum de castris sicut leprosum, vel recludendum ad diligentius considerandum, uel iudicauerit immundum, obedias eis, prima tamẽ expositio uidetur magis concordare literæ sequenti.*

7 Mementote quę. *quam percussit plaga lepræ propter eius rebellionem contra Moysen, vt habetur Nume. 12. acsi dicatur, memores debetis esse huius facti, ne propter peccatum rebellionis plaga lepræ inferatur vobis, quia in hoc dominus non pepercit Mariæ, licet esset sancta & prophetissa, vt habetur Exo. 15.*

8 Cum repetes. *Post ordinationem rationalis in legalitate ad omnes, hic ordinatur in pietate ad pauperes, & primo in pignoribus accipiendis secundo in mercedibus reddendis, ibi.* Nõ negabis mercedem. *tertio in iudiciis non peruertendis, ibi.* Non occidetur, *quarto in eleemosynis faciendis, ibi.* Quãdo messueris segetem. *Circa primum dicitur.* Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi. *& non potest soluere propter quod vis habere pignus.*

9 Non ingredieris domum eius, vt pignus auferas. *quia posses ibi uidere aliquid de quo verecundaretur.*

10 Sed stabis foris, *pignus curialiter accipiendo.*

11 Sin autem pauper est, nõ pernoct. *si est vestimentum necessarium de nocte, sed in mane iterum potest accipi, & ita intelligendum est de vestimento necessario de die, quod debet reddi in mane, & potest recipi in vespere, sicut dictum fuit. Exo. 22.*

12 Non nega. *Hic consequenter agitur de pietate ad pauperes in mercedibus laboris sui reddendis. quia communiter sunt ita pauperes, quod non possunt commode solutionem expectare, & hoc est quod subditur.*

✱ 1 Et

MORALITER.

✱ 1 *Si deprehensus fuerit homo, &c.* per hoc significatur, quod ille qui hominem diabolo vendit per inductionem ad peccatum morta incurrit pœnam gehennæ.

5 *Obserua diligenter ne incur. &c.* per quam hæresis significatur vt dictum est supra lib. Numerorum. incurrit autẽ per malam doctrinam infidelium vel hæreticorum: ideo subditur:

6 *Sed facies quæcunque, &c.* i. boni & sani doctores.

12 *Non negabis mercedem &c.* i. victum pauperis prædicatoris de quo dicitur Lu. x. b. *Dignus est operarius mercede sua.*

✱ 3 Non

a Non occi. AVGVSTINVS. Etiam lex dicit sua quemque culpa interimendum. Quid est ergo quod dicitur: Reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. An de filiis nondum natis intelligendum est propter originale peccatum quod ex Adam traxit genus humanū? Hic autē de filiis natis facta est distinctio, vt quisque moriatur in peccato suo. Nihil enim trahit ex patre peccante qui iam natus est. Sed cum ibi dicitur (his qui oderūt me) manifestum est illam cōditionem posse mutari, si filii parētum suorum facta nō fuerint imitati. nā & illud ex Adā temporaliter redditur, qa omnes propter hoc moriunt, non aūt in æternū eis q fuerint p gratiā regenerati, & in ea vsque in finē pseuerint. Quāuis merito qratur, si reddūtur peccata patrū in filios his qui oderūt Deū, cur in tertiā & qrtā generatione, vel pretermissa prima & secunda, vel nō ēt in cæteras permanēte impietate, & imitationem malorum parentū? An p septenariū vniuersitatē intelligi voluit? nec posuit ipsum septenarium dicens: in septimā generationem, sed causā perfectionis eius. Ideo. n. septenarius perfectus dicitur, quia constat ex ternario primō, s. impari toto, & quaternario primo pari toto. Similiter illud intelligendum puto, in tribus & quattuor impietatibus non aduersabor. vniuersas enim impietates non tres vel quattuor intelligi voluit.

Quest. 41. A Questio. Exo. 20. a. B C D Septenarius quare perfectus. E F 4. re. 14. b

¶ Exilii. a ¶ Ecclesiam: Diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Ps. 86. a. b ¶ Expectans. ¶ Seminauimus vobis spiritualia, non magnum est si vestra carnalia me. 1. Corin. 9. b.

ratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei

a ¶ Laborantem agricolam oportet primum accipere de fructibus. b ¶ Finem mundi. ¶ In hoc mundo.

pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex 1

a ¶ Vsquequo præmia æterna suscipiat. b ¶ Re si non voce.

eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad domi- 2 a num, & reputetur tibi in peccatum. † Non occidentur patres 3

a ¶ Filius non portabit iniquitatem patris &c. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezech. 18. a.

pro filiis, nec filii pro patribus, sed vnusquisq. p peccato suo

*PROCOPIVS. Non intellecto hoc quod in Exodo scriptum est. Parentum peccata super liberos Deum iniustitiæ insimulārūt. Quapropter expositionē insup addidit. Illi quoq; qui a Nabuchodonosor in captiuitate detinebātur, ac si nulla eius hic mentio esset facta, denuo clamitabant, Patres nostri māducauerunt omphacem, & dentes liberorum obstupuerūt: Quare iterum p Ezechielem exposuit: Anima quæ peccat, morietur.

a Non

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Et ex eo sustentat. *id est vitam*

2 Ne cla. contra te ad do. *quia talis clamor auditur a domino, secūdum quod dicitur Iac. 5. a.* Ecce merces operariorum vestrorum q messuerunt regiones vestras, q fraudata est a vobis, clamat, & clamor eorū in aures domini sabaoth introiuit. *In dilatione autem solutionis defraudatur pauper quantum ad hoc, quod non habet ad necessitatem suam.*

3 Non occi. *Hic consequenter ordinatur rationalis in pietate, quantum ad iudicia non peruertenda. Et primo inducit ad hoc generaliter, secūdo specialiter in iudicijs pauperum ibi.* Non peruertes iudiciū. *Circa primum dicitur.* Non occi. *Sed contrarium huius videtur haberi Exo. 20. a.* Visitans iniquitatem patrum in filios, &c. *Ideo ad concordiam huius dicunt aliqui, quod quadruplex est mors, corporalis, spiritualis, temporalis, & æterna. Dicunt igitur, quod morte spirituali & æterna non punitur pater pro filio, nec econuerso, secundum quod dicitur Ezech 18. c.* Filius non portabit iniquitatem patris, nec pater, &c. *Morte vero corporali & temporali interficitur aliquando filius pro peccato patris, & econuerso. Sed licet istud dictum sit verum, non tamen videtur valere ad propositum, quia lex ista est ad informationem iudicum temporalium, ad quos non spectat imponere pœnam spiritualem vel & ideo pro nihilo diceretur eis.* Non occidentur patres pro filiis, &c. *Ideo alij dicunt, quod iudicibus temporalibus nullo modo est licitum interficere filios pro peccatis parentum, vt hic dicitur* Non occidentur, &c. *nisi essent participes criminis, & tūc nō interficerentur & tantum pro peccato alterius, sed pro suo, sed Deus qui est auctor vitæ & mortis, & est quilibet quantumcunque iustus mortis debitor, potest interficere filios pro peccatis parentum, & econuerso, & hoc fit ab ipso immediate, sicut in diluuio pro peccatis parentum submersi sunt paruuli, qui adhuc non poterāt esse participes in peccatis parētū, vt pote rationis vsum non habentes, uel mediantibus angelis sanctis, sicut in submersione Sodomorum interfecti sunt paruuli cum parentibus vel mediantib. angelis malis, quib. aliquando vtitur Deus ad executionem suæ iustitiæ, sicut pro peccato Aegyptiorum primogeniti fuerunt interfecti, quantumcunque paruuli. vel mediantib. hominib. sicut de mandato domini filij Israel interfecerunt habitatores terræ Chanaan cum vxorib. & filijs quantumcunq; paruulis, sed absque speciali mādato Dei non possunt innocentes interfici. & secundum hoc currit prohibitio ista:* Non occidentur, &c. *Sed hoc non videtur sufficere, quia in sacra scriptura inueniuntur filij quantumcunque paruuli & innocentes pro peccatis parentum interfecti, nec habetur expresse quod hoc fuerit de speciali mandato* Dei, *sicut habetur Iosue 7. quod Achan cum filijs & filiab. interfectus fuit. nec tamen inuenitur quod fuisset conscij de furto patris nec quod dominus præceperit eos cum patre lapidari Iud. 22. decem tribus pugnantes contra tribum Beniamin, interfecerunt mulieres & paruulos pro peccato parentum, aliter nō fuissent solliciti reparare tribum illam per alias mulieres dandas fugitiuis de prælio, quia potuissent habuisse suas vxores potuisset etiam reparari illa trib. per filios si remansissent, nec tamen inuenitur quod dominus præceperit paruulos interfici. Item ibidem capitulo 21. dicitur. quod vndecim tribus prædictæ miserūt viros ad interficiendum viros Iabes Galaad cum mulieribus & paruulis, exceptis mulieribus quæ viros non cognouerant. Nec legitur quod dominus hoc præceperit, nec scriptura factum eorum reprehendit. Item secundum iura ciuilia non reprobata aliquando pro crimine læsæ maiestatis interficiuntur subditi pro peccatis dominorum, & filij pro peccatis parentum. propter quod videtur quod in aliquibus casibus possunt filij etiam innocentes pro peccatis parentum interfici, etiam absque speciali mandato Dei. Et ideo dicunt alij, quod occisio potest dupliciter considerari. Vno modo vt est pœna tantum, & sic habet rationem mali, cū sit priuatio boni scilicet vitæ, quod est maximū bonum inter corporalia: & sic nullus occiditur iuste pro peccato alterius, quia peccatum est quid personale, pœna autem vt habet rationem pœnæ, præcise respicit tantū culpam vel peccatum, & ideo non transfertur ad aliam personam, sicut nec culpa actualis, de qua est sermo. Alio modo consideratur occisio, inquantum est quædam medicina, quia morte aliquorum multi deterrentur, & a peccatis cohibentur, & sic non habet rationem mali simpliciter, sed tantum secundum quid: Sicut & potio amara inquantum inducit sanitatem, vel abscisio membri putridi vt saluetur corpus, non habet rationem mali nisi secundum quid, sed habet rationem boni simpliciter. Vlterius dicunt, & verum est, quod bona exteriora ordinantur ad vitam corporalem, & vita corporalis ad salutem animæ & ad Dei gloriam, & bonum particulare ad bonum commune. Ex quo concludūt quod sicut rationabiliter ordinatur detrimentum in rebus exterioribus ad salutem corporalis vitæ ut patet in eo qui proijcit merces in mari, vt per hoc possit in vita saluari, ita rationabiliter ordinatur detrimentum vitæ corporalis ad salutem animæ & gloriam Dei, detrimentum boni parat particularis ad bonum commune, & ideo quando occurrit casus, in quo propter peccatum alicuius occisio ipsius & etiam aliorum, licet sint innocentes, cedit ad salutem animarum, & ad commune bonum, potest rationabiliter ordinari per iudicium humanum, vt si per destructionem vnius domus melioretur tota ciuitas, & per destructionem vnius ciuitatis melioretur totum regnum, vtpote quando propter enormitatem criminis cedentis in detrimentum salutis animarum, uel honoris diuini, uel communis boni, infligitur pœna sic dura paucis respectiue, & multi per hoc terrentur, & ab enormib. per quæ posset tranquillitas ciuitatis uel regni perturbari, arcentur, & sic bonum cōmune per detrimentum boni particularis conseruatur, talis tamen occisio innocentum inquantum est pœna, refertur ad peccantes qui in hoc puniuntur, inquantum filij sui uel amici seu subditi occiduntur, inquantum tamen est medicina refertur ad illos qui occiduntur, quia ualet eis ad salutem animæ, si patienter sustineant ordinem iustitiæ propter bonum commune. Est etiam medicina respectu aliorum qui per hoc deterrentur, & a malis coercentur, ut predictum est. Secundum istam uiam quod dicitur hic.* Non occidentur, &c *intelligendum est inquantum occisio habet rationē pœnæ, non autem inquantū habet rationem medicinæ modo prædicto. Sed quoniam occisio innocentis est directe contra præceptū decalogi, quo dicitur:* Non occides, *sicut dictum fuit* Exo. 20. *quod quidem præceptum in essentiale salute non per hominem. ideo difficile videtur qualiter innocens possit per hominem ad mortem condemnari,* *cuiuscunque

MORALITER.

* 3 Non occidentur pa pro filijs. quod intelligitur de morte spirituali, & æterna.

a Non per. AVGVST. LXX. Non declinabis iudicium aduenæ & orphani & viduæ. Non pignorabis vestimentum viduę. Cur non ait & non pignorabis vestimentum eorũ? Quę causa est vt triũ iudiciũ declinare vetuerit, pignus vestimentum soli viduę auferri, nisi quia iudicia omnium facienda, q nõ habēt a quibus defendatur. Viduas vero admonet veras esse q pauperes sunt. vnde: *Si qua vidua filios vel nepotes habet, discat prius domum suã pie tractare, &c.* & cõtinuo subiunxit. *Quæ autem vere vidua est & desolata, speret in domino, &c.* Hãc veram viduam dixit, quæ non habet a quibus sustentetur, quæ & viro & posteris & omni ope destituta est, diuitē quippe non diceret desolatam. Eo ipso quoque quod vestimētũ prohibet auferre, pauperem ostendit. Creditor namque libetius auferret argētũ quã vestimentum. Si autem multa habet & superflua, quomodo est vere vidua? vera enim vidua desolata est, nec dlitiosa. Quæcunque autem diuites nubere nolunt, continentia in eis laudatur, non desolatio commendatur.

b *Viduæ.* Vidua anima ante diabolo iuncta, cui conuersæ fidei vestimentum non est auferendum.

c Memento quod. PROCOPIVS. In lætitia, natũ est exactorum meminisse laborum. Vicissim.n. dierũ genialium spatiũ non finit obliuisci malorum in egestate antelatorum.

d *Quando messueris, &c.* RVPERTVS. Spiritualiter, messes segetum, fruges oliuarum, racemi vinearum nostrarum, iustitiæ nostræ sunt, quæ absque residuo colligimus, quando ita cauemus iustitiã nostrã facere coram hominibus, vt a nullo videamur. Verum si tãtopere semper timeamus spectatorē, nũquam habebimus imitatorem. Aduena pupillus & vidua, qui nõ seminauerunt, nec oliuas & vineas non plantauerunt, pauperes sunt ecclesiæ, qui fidem quidem habēt sed nondũ fidei congrua opera iustitię fecerunt.

e Non reuerte. Inuidē do gentibus qui sunt aduenę testamentorum Dei.

f *Si fruges col.* Et si superbi colligant & improbi, ille misericordiam facit qui hoc animo dimittit, vt egentes habeant. Præterea cum hæc populo præcipiuntur, qui nõn indigēt, admonenē ne ista quærant. Si autem quęsierunt, tãquam prędones pauperum iudicandi sunt.

g *Vineã tuam.* Vineã de qua colligit vinũ, quod lętificat cor hõis.

Quæst. 43. A — 1.Timo.5. — B — C — D — Lib.1.in Deutero. c.33. — †Leui.9.d & 23.d — E — Psal.103.b F

a ¶ Qui non potest se defendere in aliena terra. b ¶ Qui parentib. caret.

a morietur. Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli. Nec 1

a ¶ Quæ marito caret, imo pauper & omnimodo desolata quæ est vera vidua anima.

b auferes pignoris loco viduæ vestimentum. Memento, quod 2

¶ Mundo. ¶ In sanguine filii. ¶ De potestate tenebrarum.

c seruieris in Aegypto, & eruerit te dominus Deus tuus inde. 3

¶ Ne sis ingratus s. a ¶ Misericordiam commendat.

d Idcirco præcipio tibi, vt facias hanc rem. † Quando messueris 4

¶ Meditando legem. ¶ Spiritualem sensum. ¶ Non valens intelligere.

segetem in agro tuo, oblitus manipulum reliqueris, non re-

a ¶ Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum Ephes. 2. d.

e uerteris, vt tollas eum, sed aduenam & pupillum & viduam

a ¶ Quæ neglexisti. b ¶ Multiplicet te & tua.

auferre patieris, vt benedicat tibi dominus Deus tuus in o-

¶ Qui non laborat, non manducet. ¶ Scripturarum.

f mni opere manuum tuarum. Si fruges collegeris oliuarum,

quicquid remanserit in arboribus non reuerteris vt colligas,

¶ Vt supra.

sed relinques aduenæ, pupillo ac viduæ. Si vindemiaueris

¶ Sub qua requiescit sanctus. a ¶ Sententias spirituales.

g vineam tuam non colliges remanentes racemos, sed cedent

a ¶ Qui reliquerint diabolum patrem malorum. b ¶ Quæ fugit diaboli matrimonium.

in vsus aduenæ, pupilli ac viduæ. Memento, quod & tu ser-

a ¶ Venundatus sub peccato.

uieris in Aegypto, & idcirco pręcipio tibi, vt facias hanc rem.

CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

*cuiuscunq; etiam sit auctoritatis, sed auctoritate Dei & mandato potest hoc fieri, quia nullus in præsenti vita quantum ad hoc est ei innocēs sed omnes sunt debitores mortis, ideo potest hoc debitum quando & quo modo vult, exigere. Ideo qui vult tenere opinionem aliam, quæ mitior videtur, potest facile respondere ad scripturas inductas pro alia opinione licet.n. non habeatur expresse de textu, quod dominus præceperit filios Achan cum ipso interfici, tamen credendum est, quod Iosue in quo erat spiritussanctus, nihil fecit in hoc, nisi de mandato domini. potest etiã hoc haberi ex textu aliquo modo vbi dicitur a domino.* Non poteris stare coram hostib. tuis donec deleatur ex te, qui cõtaminatus est hoc scelere. *Deletio autem hominis importat mortem eius cũ sua posteritate, quia quamdiu viuunt filij, remanet in eis pater defunctus quodammodo, vt habetur 2. de Anima. Et Eccl. 30. a dicitur* Mortuus est pater eius: & quasi non est mortuus: reliquit.n. filium similem sibi. *Similiter dicendum de interfectione paruulorum Beniamin, quia cum a decem tribub. quæreretur consilium domini, respondit* Ascēdite: cras.n. tradam eos in manus vestras, *Iudi. 20. d. Et ideo cũ processerunt ad bellum de consilio & mandato domini, non est verisimile quod excesserint consilium & mandatum eius, & quod dominus mandauerit omnes interfici cuiuscunque ætatis, licet non sit scriptũ, quia non omnia quæ Deus dixit, fuerunt scripta. Et eodem modo dicendum est, de interfectione paruulorum in Iabes Galaad. Ad illud quod inducitur de iure ciuili, potest dici, quod leges humanæ multa permittunt & etiã statuunt, quæ per diuinum iudicium sunt punienda, quia ratio humana non est infallibilis regula, sed aliquando deficit deducendo conclusiones ex principijs operabilium. leges autem humanæ sunt tales conclusiones prout a Principibus sunt constitutę, licet secundum veritatē non habeāt rationem legis quando deuiant a veritate. Ad rationem autem alterius opinionis potest dici, quod propinare talem medicinam quæ est per mortem innocentis, nõ pertinet nisi ad supremum medicum, qui est dominus vitæ & mortis.*

1 Non per. *Hic ordinatur rationalis quantum ad pietatem in iudicijs magis in particulari, videlicet vt non peruertatur iudicium aduenæ, & pupilli. quia in hoc committitur duplex peccatum, s. iustitiæ subuersio, et pauperum depressio, & quia pupillus & vidua frequenter simul iungũtur in sacra scriptura, ideo consequenter agitur de pietate ad viduam, cum dicitur.*

2 Nec auferes pignoris, &c. *Dictum est enim supra quod vestimentum necessarium de die non erat retinēdum de die ab ipso creditore, sed solum per noctem, nec vestimentum necessarium de nocte debebat retineri per noctem, sed solum in die, viduæ autem pro illo tempore habebãt vestimenta distincta per quæ distinguebantur ab alijs mulierib. & ideo tale vestimentum pauperib. viduis erat necessarium de die ad incedēdũ & de nocte ad se cooperiendũ. & ideo rationabiliter præcipitur, quod nõ accipiatur loco pignoris, quod nõ debebat retineri a creditore, nec de die nec de nocte.*

Pignus.

3 Memento quod seruieris in Aegypto, & eruerit te domi. &c. *quasi dicat.* Ex hoc tu debes scire te esse obligatum ad obediendum mandatis meis.

4 Quãdo messueris segetem in agro tuo, &c. *Hic ordinatur rationalis in pietate erga pauperes in eleemosynis conferēdis, quibus titulo eleemosynæ de fructib. colligendis erat pars aliqua relinquēda, & patet litera.*

* CAP.

### MORALITER.

* 4 *Quãdo messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum, &c.* Per hoc autem quod manipulus oblitus prohibetur a mente colligi, significatur quod præcedens doctor vel pastor non debeat tribuere sibi meritum sequentis. Verbi gratia, dicendo quod sequēs nihil addidit ad dicta sua: asserens quod in dictis suis, quicquid boni sequens dixerat, realiter vel virtualiter cõtinebatur. Et si hoc factum fuerit in doctrina iuris, potest dici manipulus, si autem in opere pietatis, oliuę fructus, & si in expositione diuinæ legis, racemus.

MORA-

### ADDITIO. I

In c. 24. *vbi dicitur in postilla. Circa primũ sciendum, quod in veteri lege, &c.*

*Sententia saluatoris de causa legitima repudij est verissima, prout litera testatur.* Nam vbi nos habemus. Propter aliquam fœditatem. *in Hebræo habetur.* propter aliquã turpitudinem. *Quæ quidem dictio sub eadē forma ponitur supra Leu. 18. vbi de adulterijs & incestuosis coitibus agitur. Ex quo patet quod nullo modo licebat repudiare vxorē, nisi*

nisi propter huiusmodi turpitudinem quæ fornicationem includit. Thalmudici uero, qui Pharisæorum doctrinam sectantes sæpe irritabant mandata Dei propter traditiones suas, vt Matt.15. In tantum deuiauerunt a ueritate in hoc loco, quod secundum eorum communem falsam doctrinam, pro solo libito voluntatis vir posset repudiare vxorem, & sic inoleuit vsus vel potius abusus perniciosus vsque ad hodiernum diem inter eos, quod constat manifestè esse contra diuinam legem. Nec obstat quod dicitur Malac.ij.d. Si odio habueris eam, dimitte eam. Nam hoc est intelligendum de odio causato secundum formam Mosaicæ legis in præsenti cap. contentam. Ipse enim Malachias in fine suæ prophetiæ concludit: Mementote legem Moysi.

ADDITIO. II.

In eodem cap.24. ubi dicitur in postilla: Ad maiorem intellectum eorum quæ dicta sunt.

Circa quæstionem hic motam per postillatorem, s. An repudiatio vxoris esset illicita in veteri lege, sunt duæ opiniones principales. Quarum illa tenet, quæ communius tenetur, s. quod repudium nunquam fuit licitum, sed permissum ad euitandum maius malum, s. vxoricidium, quæ quidem permissio non facit licitum. sicut tradere ad usuram nunquam fuit licitum et alieno cum sit contra naturam, secundum Philosophum in 5. Ethi. Licet fuerit permissum ad euitandum maius malum, s. ne fœnerarentur fratribus.

Sed est alia opinio quam quidam tenent, s. quod repudiatio vxoris fuit licita in ue. le. ex permissione diuina. Quæ quidem opinio sola, licet non sit communiter tenenda, vt tamen saluo semper meliori iudicio magis consona literæ & rationi. Quod patet primo sic. Nam lex vetus quamuis gratiam non conferret, tamen ad hoc data erat, ut peccatum ostenderet. Vnde apostolus ad Ro.7.b. Peccatum non cognoui, nisi per legem. Si igitur repudiare vxorem semper esset peccatum, hoc saltem eis per legem aut prophetas ostendi debuisset. unde Esa.58.a. Annuntia populo meo peccata eorum. Si.n. aliqua quæ necessaria sunt in salutem nunquam eis nuntiata fuissent, excusabiles fuissent iuxta illud saluatoris Io.15.d. Si ego non venissem & eis locutus non fuissem, peccatum non haberent. Sed constat quod repudiationem vxoris fuisse peccatum, nunquam eis fuit per legem nec per prophetas indicatum. igitur, &c.

Si aut contra hoc dicatur quod repudiationem vxoris esse illicitam habetur de iure naturali, eo quod inseparabilitas matrimonij est de iure naturæ, prout postillator intendit probare super Matt.19. Et ideo non fuit opus ut denuntiaretur per legem & prophetas iuxta illud Apostoli 1. Cor.11.c. Nonne natura docet vos? Hoc non uidetur ualere. Nam ea quæ sunt de lege naturæ plenarie traduntur in lege & euangelio. Et sic exponitur illud quod dicitur in decretis d.1. quod ius naturale est quod in lege & in euangelio continetur, prout sanctus Tho. in prima secundæ. q.xciij. ar.4. in responsione ad primum argumentum exponit. Sed repudiationem vxoris esse illicitam, non traditur in lege, sed potius oppositum, vt in præsenti c. Similiter nec in euangelio, sed potius oppositum. nam. Mat.19.b. dicitur. Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quo plane intelligitur a contrario sensu, quod qui dimiserit vxorem suam ex causa fornicationis, & aliam duxerit, non mœchatur.

Ex quibus patet, quod inseparabilitas matrimonij non est de iure naturæ in lege & in euangelio contento, de quo tamen supra Matt.19. Deo duce amplius videbitur, vbi postillator de hoc largè tractat. Item illud, quod Deus in lege sua non solum expressè mandat fieri, sed etiam dat modum & formam quomodo fieri debeat, non est intelligendum concessum fuisse per modum permissionis alicuius illiciti. Vnde in argumento a simili, quod deducit postillator de vsura permissa alieno, Deus non dedit modum & formam, quomodo Hebræus daret pecuniam alieno ad vsusuram, sed solum dixit. Non trades fratri tuo ad vsuram, sed alieno. Sed hic non solum Deus mandat seu permittit fieri repudium, sed etiam dat certam formam repudiandi dicens: Scribet libellum repudij. Ex quo habetur, quod repudium debet dari in scriptis a viro in manu vxoris, & sequitur: Dimittat eam de domo sua. Ex quo habetur quod de cætero non debet cohabitare cum ea. Talis ergo concessio simpliciter est tenenda esse licitum. Deus .n. licet aliqua mala permittat, non tamen dat modum & formam quomodo talia fiant.

Item si repudium esse illicitum in ue. le. tunc facto repudio in lege contento, adhuc remaneret vinculum matrimonij inter repudiantem & repudiatam. Inconuenienter ergo Deus permitteret quod repudiata posset alteri nubere, cum primus semper esset verus maritus, et post repudium, quod tamen in litera manifestè uidetur permitti, vt patet præsens ca. intuenti.

Item posito, quod de dictamine iuris naturalis esset inseparabilitas matrimonij, prout postillator præsupponit, licet minus verè, vt patebit in additione super Mat.19. hoc non obstante repudium esset licitum in veteri lege, eo quod fiebat de mandato expresso Dei. Deus.n. pot matrimonia coniungere & dissoluere prout sibi placet, sicut ipsemet postillator dicit in hac eadem materia in solutione ad secundum argumentum, excusando Abraham de hoc quod emisit Agar, eo quod illa emissio fuit facta de mandato Dei prout in postilla. Constat autem quod idem Deus est qui mandauit Abrahæ dimittere Agar vxorem suam, & qui mandauit per Moysen dari libellum repudij in casu per legem determinato.

Confirmatur hæc opinio autoritate Chrysostomi planè intellecta, dicentis, quod a peccato absoluit culpam legislator, quando permisit repudium.

Autoritas.n. quam postillator inducit in contrarium de dicto saluatoris, Mat.19. ubi dicitur quod libellus repudij concessus est a Moysè propter duritiam cordis eorum, non concludit suum propositum. Pro quo sciendum, quod lex vetus secundum Apostolum ad Heb.7.c. neminem ad perfectum adduxit. cuius causa non fuit ex parte Dei legem dantis, cum Dei perfecta sint opera, vt inf. 32. sed ex imperfectione populi cui lex dabatur. Et sic intelligitur, propter duritiam cordis vestri. i. propter ineptitudinem vestram ad capienda perfecta seu sublimia mandata, quapropter multa pertinentia ad perfectionem non præcipiebantur in uet. le. quæ tamen præcipiuntur in noua. vnde saluator Mat.5.c. Audistis, quod dictum est antiquis. Non occides, &c. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Constat aut quod qui irascitur fratri, non est transgressor alicuius præcepti vet. test. sed noui tantum. Similiter intelligendum est de repudiatione vxoris, quod in lege ueteri erat licita, non aut in lege noua, in qua matrimonium est inseparabile. vnde illud dictum Christi Mat.19.b. Qui dimissam duxerit, mœchatur. proprie intelligendum est secundum legem nouam Christi. Et ideo discipuli audientes huiusmodi indissolubilitatem matrimonij, quasi de quodam nouo alias inaudito dixerunt. Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.

Circa quod attendendum, quod est quædam ratio specialis in matrimonio, qua ratione in ueteri lege separatio erat licita, non autem in noua lege, quam rationem sanctus Thomas in 1.2.q.102.art.5. in responsione ad tertium argumentum ponit, vbi sic dicit. Matrimonium fuit quidem in veteri lege prout erat in officium naturæ, non autem prout est sacramentum coniunctionis Christi & ecclesiæ, quæ nondum erat facta, vnde in ueteri lege dabatur libellus repudij, quod est contra sacramenti rationem. Hæc ille.

Ex dictis faciliter excluduntur solutiones postillatoris pro prima opinione hic positas. Nam prima in qua dicit, quod unitas uxoris in ueteri lege fuit prætermissa propter maius bonum, s. multiplicationem prolis, non uidetur ualere. Nam secundum Apostolum Ro.3 b. Non sunt facienda mala, vt veniant bona. Constat autem secundum ipsum postillatorem, quod pluralitas uxorum est de se mala, tanquam contra legem naturæ facta. In hoc etiam quod ulterius intendit in eadem solutione dicere, s. quod repudium de se est malum, unde si concedatur propter maius malum uitandum, non facit illud licitum, præsupponit falsum. Nam repudium in ueteri lege determinatum fuit licitum & bonum saltem durante tempore ueteris legis, ut dictum est.

Ad hoc quod dicit in tertia solutione, quod aliquid est illicitum, quod tamen lege permittitur, ostenditur uno modo esse per prophetam a spiritusancto loquentem. Dicendum, quod hoc uerum est, & isto modo non ostenditur per aliquem prophetam a spiritusancto loquentem, quod repudium fuisse illicitum, sed potius oppositum, ut patet Malach.2.d. ubi dicitur. Si odio habueris eam, dimitte eam, ubi loquendo, sed indistinctè loquendo, quod æquiualet uniuersali locutioni, prout ipse postillator ibidem allegat. De alio uero modo quem ibidem ponit [illegible] dendum, quod repudium sit illicitum, eo quod nullus [illegible] qui [illegible] dantur in scriptura, legitur repudium fecisse, &c. parum est curandum, tum quia non est necessarium, quod de omnibus licitis legatur quod fecerit talia fecerunt. Esus.n. ceruilicitus est secundum legem, ut [illegible] tamen legitur, quod aliquis sanctus ceruinas carnes comederit, [illegible] quia habere plures uxores multi sancti leguntur in ueteri testamento, quod tamen aliquam separabilitatem matrimonij includit, cum uir habens plures uxores, carnem suam in plures diuidat, contra illud. Erant duo in carne vna.

Ratio autem postillatoris in tertia solutione præsupponit, quod in repudio uxoris permittitur minus malum ad uitandum maius, quod est præsuppositum, ut dictum est, non est uerum. Nam in repudio tempore legis non permittitur aliquod malum, ut dictum est, sed potius conceditur aliquod bonum, non tamen ita perfectum, sicut in lege noua, in qua perfectiori modo matrimonium datur, s. non solum in officium naturæ, sed etiam in sacramentum, ut dictum est.

Et notandum, quod secundum sanctum Tho. in 3. dist. istius quæstionis, vtraque pars potest teneri. pro utraque.n. parte arguit, & soluit, licet attendenti mentem suam ibidem primam opinionem sustinet tanquam magis communem, secundam uero tanquam probabiliorem.

ADDITIO III.

In eodem ca.24. ubi dicitur in post. Ideo qui vult tenere opinionem. Non solum alia aliam quæ mitior uidetur, &c. opinio est mitior, sed etiam tutior, & tutior. Dicitur enim supra Exod.23. Insontem & innocentem non interficias, quod est specialiter præceptum quod dirigitur iudicibus, nec habet aliquam exceptionem in litera, nec in autoritatibus sanctorum doctor.

REPLICA In cap. 24. ubi postillator disputat de libello repudij & diuor-

A & diuortio, sicut & Scotus circa quartum sententiarum, & cæteri doctores, solus Burg. cum sancto Thoma se procaciter determinat ad partem minus probabilem, volens quod in ueteri lege repudium erat non modo licitum, sed etiam a Deo præceptum expresse, ut terminis eius utar, & hoc in odium puro postil. nititur multis ijs hic confirmare, & prætendit rationibus postil. in contrarium factis respondere. Et quamuis hic de his longam faciat digressionem, tamen Matt. 19. resumit, & quædam alia addit, ibi uide utriusque digressionis satis latum correctorium. D

## CAP. XXV.

Quæst. 45.

a Si fuerit causa. AVG. Lxx. Si autem fuerit altercatio inter homines, & accesserint, ad iudicium, & iustificauerunt iustū iudices, subaudi, & reprehenderint impium, & erit si dignus fuerit plagis qui impiè agit, constitues eum in conspectu iudicū, & flagellabunt eum ante se secundū impietatem eius, numero quadragenario flagellabunt eū. & nō apponēt. Notandū a quia cum impium dixit, quem non morte sed paucis plagis iussit puniri. Putāt enim quidam non esse impietatē, quæ fit in hominem, vel adulteriū quod tamē morte punitur, sed est leuis impietas, quæ verbere digna est: est & grauis quæ morte digna est, sic & peccata que non in Deū sed in hominem vsū admitti, quędā sunt digna morte, quęda verbere.

Impius. B

† Filiū plagarum vide tur Heb.

† fœde lace retur vel vilescat & horribilis fit.

-- in area fruges tuas

b Quadrag. Quadragenarius denario quater ducto perficitur, nos verò de quatuor elementis sm corpus consistimus, precepta decalogi per denariū accipiuntur. Iubet ergo iudicium vel vindictā in qua carnis peccatū plectitur, secundū præcepta ordinari, & omnia præcepta in decalogo vult intelligi.

Allegor. De numero quadragenario

✠ THEOD. Quare cum Deus præceperit delinquentem vapulare quadraginta plagis, Iudęi vna minus inferunt? Quia maior numerus vapulantem infamat. [Si n ceciderint eū pluribus deformis abibit frater tuus in conspectu tuo. In eo transgredi legem permittunt, ne exactum obseruātes numerum etiam nolentes vapulantem infament pluribus plagis illatis.

Quæst. 30.

✠ PROCOP. In Ezechiele item inquit Deus, post quadraginta annos Aegyptios ex omnibus gētibus in qua dispersi sunt colligā. Populus enim qui per septimanā & in sabbathi mysterium deliquit, numero septem decadū punitur. Et qm numerus quadragenarius pœna Aegyptiorum est, propterea arbitrator Israelitā aut quemvis aliū peccantē, quadragenas per vnā plagas accipere. Infert porrò lex, nec addas ictus plures, ne frater tuus dedecore contabescat. Dedecus. n. erat Israelitæ sanctæ terræ ciui, numero Aegyptiorum puniri. Errauit verò et quadraginta annis in deserto populus. Oportebat enim ipsum ex Aegypto egressum, numeroque quadraginta probrum Aegypti deponere. Nec non vbique scripturarum mali omnis numerus quadragenarius est. E

✠ RVPER. Prosterni tur homo ille tot ictibus, quia simul omnes peccauerūt in fe lere vituli, & prostratus Moyses quadraginta diebus & 40. noctibus sub plagis ieiuniorum satisfecit domino, pro reatu ipsorum.

Vbi supra cap. 24. † 1. Co. 9. b. 1. Tim. 5. c 12. q. 1. ca. ecclesias.

ISID. In quadragenario hoc tps figuratur, quo ecclesia per quatuor mundi partes diffusa sub decalogo viuit. Quadragenario numero delinquentes cædimus, si in hoc tpe pœnitentiæ verberib. flagellamus. Debet ergo peccator tpalibus flagellis atteri, vt in iudicio purgatus valeat inuenire. Beatus homo qui cor. a do. nulla. n. in æternum animaduersio affligere poterit, quos hic pœnitentiæ disciplina percussit. Si pro peccatis hic cędimur, illic sine peccato inuenimur.

Iob 5. e.

c Os bo. ISID. In boue vita operantium exprimitur, de quo dicitur. Dignus est enim opera. mer. sua. Vult ergo scriptura prædari carnalia a quibus accipimus spiritualiā, qui occupati in doctrina, non possunt sibi prouidere necessaria.

Luc. 10. b.

d Quando. AVGVST. Si ante habitauerint fratres in unum, & mortuus fuerit unus ex eis, semen aūt non fuerit ei, uxore defuncti foris non

Quæst. 46 F

## CAP. XXV.

a Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, ¶ Ipsi. quē iustum esse prospexerint, ¶ Victoriam. illi iustitiæ palmā dabūt: quē impiū, condēnabunt impietatis. Sin aūt eū qui peccauit †dignū viderint plagis, prosternent & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarū b mod⁹, ita dūtaxat vt quadragenariū numerū nō excedāt, ne a Id est victum non subtrahes prædicatori, vt totus vacet orationi & prædicationi. †fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus, † Nō ligā- a Prædicantis. b Corda auditorum vel rigorem scripturarum c Ecclesia. d Scripturas. c bis os bouis triturantis in area fruges tuas. Qn habitauerint d

1 2 4 3 4 5 6 7

C

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAP XXV.

Diuisio.

1 Si fuerit. Hic consequenter ordinatur rationalis in seueritate iustitiæ contra rebelles, & primo erga indigenas. Secundo erga alienigenas, ibi Memento quæ fecit Amalec. Circa primum per seueritatem pœnæ excludit maliciam, & secundo concludit iustitiam, ibi: non habebis in sacculo diuer. A. Adhuc primo declarat seueritatē in sexu virili secundo in sexu muliebri, ibi, Si habuerint inter se iur. Adhuc primo facit propositum in casu litigij, secundo in casu matrimonij, ibi, Quando habita. Prima adhuc in duas, in partem principalem & incidentalem, ibi. Non lig. os. bo. Circa primum sciendum quod pax communis frequenter impeditur & turbatur per litigia iniusta, & ideo lex arcet a talib. per seueritatem pœnę erga iniuste litigantes, & per exhibitionem honoris erga iustam causam habentes, quia exhibitio huius honoris reflectitur in pœnam iniustæ partis. & hoc est quod dicitur; Si fuerit. & subditur.

2 Quem iu. id est victorem, pronuntiantes eum causam iustā habuisse, nomine autem palmæ significatur victoria, eo quod antiquitus victores in præliis ramis palmæ in capite & manib. ornabantur. Vel ad litterā habenti iustam causam dabatur palma in manu, ad ostendendum quod habuisset victoriam in causa.

3 Sin au. vt puta quia eius malitia non potest conuenienter puniri pecunia.

4 Prosternent. Ex quo patet, quod non erat verberandus stando vel sedendo, sed in terra iacendo ad maiorem confusionem.

5 Et co. ne in eorum absentia executores iustitiæ deficerent propter fauorem a debita punitione, uel odio seu alia occasione excederent, ideo subditur, Pro mensura, & c. sequitur.

6 Non liga. Hæc est pars incidentalis, ubi reprimitur iniustitia erga bruta animalia, ad quandam. n. iniustitiam uidetur pertinere irrostrare bouem, ut non possit de frugiq. in quib. actualiter laborat comedere. Dicit autem Rab. Sal. quod idem intelligendum est de omni animali laborante circa rem ab eo comestibilem, sed ponitur tantum exemplum de boue, in quo frequentius hoc accidit. Fuit etiam hoc institutum ad assuefaciendum homines in pietate circa bruta animalia, ut ex hoc magis mouerentur ad pietatem erga creaturam rationabilem.

7 Quando habi. Hic determinatur pœna in causa matrimonij, uidelicet quando homo moriebatur sine liberis, & ideo ne deleretur nomen eius, eo quod non habebat successorem in hæreditate sua, quod est contra inclinationem naturalem, eo quod omnes appetunt post mortem remanere in hominum memoria, præceptum fuit in lege, ut frater defuncti uxorem eius acciperet, & primus filius ex illo matrimonio procreatus fratri defuncti ascriberetur, & ei succederet in hæreditate. Ratio autem quare talis suscitatio seminis statuta fuit fieri per fratrem defuncti est, quia filius sic procreatus magis uidebatur pertinere ad defunctum, quam si hoc fieret per extraneum. Item quia frater defuncti magis tenebatur esse sollicitus de conseruatione nominis fratris sui defuncti quam extraneus & ideo quando nolebat hoc facere puniebatur pœna confusibili tanquam deuians a fraterna charitate, quæ pœna describitur, cum dicitur.

Quare suscitatio seminis instituta.

✠ Tollet

5 Et

### ADDITIO I.

† 1 Si fue. Morale est vsq; ibi. Non liga. Mystice. Bos triturans prædicans est siue docens, cuius non debet os ligari. s. eius doctrinam impediendo, vel ei victum denegando. 1. Cor. 9. b. Si nos uobis spiritualia seminamus, non est ma. si nos car. & c.

7 Quando

7 Quando ha. per hanc fratrū cohabitationē figurata fuit habitatio Christi cū apostolis, aliisq; discipulis, de quib. dicitur Heb. 2. pp quam causam nō confunditur eos vocare fratres. Christus aūt dici potest mortuus absque liberis. nā ante mortē eius pauci valde cōparatiue fuerūt eius filii per fidē, quod autem modicum est, non est cōputādum, vt habetur 2. Phy.

† Accipiet.

*non appropiante, frater eius intrabit ad eam, & accipiet vxorē sibi, & cohabitabit ei, & erit infans quicunque natus fuerit, constituetur ex defuncti nomine, & non delebitur nomen eius ex Israel.* Videtur tantū lex præcepisse hoc, vt suscitetur semē fratri qui defunctus est. Quod autē ait: *Constituetur ex defuncti nomine.* dictum videtur vt qui nascitur nomen habeat defuncti cui ꝓpagatur. vnde nobis visum est magis secūdum adoptionis morem, soluere in euangelio quæstionem de duob. patrib. Ioseph, quorum vnum memorat Matt. s. qui eū genuit, alterum Lucas, cuius s. filius erat, quia nulli⁹ eorum Ioseph nomen accepit, nisi forte intelligatur, constituetur ex defuncti nomine, non vt nomen eius accipiat, sed vt ex nomine eius, i. tāquam filius, non eius a quo genitus, sed ei⁹ cui semen suscitatur. Quod autem dictum est: *Non delebitur nomē eius ex Israel*, pōt intelligi, non quod nomē eius puer accipiat, sed quia non sine posteritate mortuus esse videbit, & ideo ꝑmanebit nomen eius. i. memoria. neq; .n. si ipse filium ei genuisset, nomen suū ei imposuisset, vt nomē eius nō deleret ex Israel, sed vt sine liberis ex hac vita nō migraret: & hoc iubetur in vxore eius impleri, quod ipse non potuit. Nā etsi frater non fuisset, propinquus ducebat vxorē mortui, sicut Booz Ruth, vt semē excitaret ei de quo vxor non pepererat. Quia tamen de illa natus est, ex nomine defuncti cōstitutus est, qa ei⁹ fili⁹ dictus ē, ne nomē eius deleret, non tñ eius nomine appellat. Abundantius ergo duob. modis solui ꝑ̄t euangel ca q̄stio, vt vnus eorū s. ita fuerit propinquus alteri ducendā vxorē eius, vt alios parentes atq; maiores ille, alios ille habere potuerit. Nā si fratrū filii fuissent, vnū auū habuissent, sed s̄m Math. Mathā est auus Ioseph, s̄m Lucā Mathat, Quod si quis putat tantā esse similitudinē nominis, vt a scriptorib. in vna litera erratū sit, vt fieret tāquā parua & pene nulla diuersitas, qd diceret de istorū patrib.? Nā s̄m Luc. Mathat filius fuit Leui, s̄m Mat. Mathā fuit filius Eleazar. Ita sursum versus diuersi sunt patres & aui & Maiores vsq. ad Zorobabel, qui vere est vicesim⁹ sursū versus a Ioseph apud Lucā, apud Mattheū u. Qui propterea idē esse credit, quia pater eius apud vtrūq. Salathiel dr̄. Fieri tñ potuit, vt alius esset eodē nomine habens eiusdē nominis patrē cuius & ille, quia deinde sursum versus diuersi sunt. apud Lucā qppe Zorobabel habet auū Neri, apud Mattheū Iechoniā, & inde nulla est cōsonātia vsq; ad Dauid. apud Mattheū ꝑ Salomonē, apud Lucā ꝑ Nathā. Difficile aūt videt nō fuisse aliquē ꝓpinquiorē, qui duceret vxorem fratris sui, quā q ex Dauid esset cōsanguine⁹ tā lōginquo gradu, cū sit Dauid apud Lucā pene quadragesim⁹ Ioseph, apud Mattheū vicesimusseptim⁹. Vel si ꝓpinq ex sanguine fœminarum nrā ad hoc qrebantur, fieri potuit, vt aliquis ita propinquus Ioseph genuerit de vxore ꝓpinqui sine liberis defuncti ac si esset ei alter ex natura, pater, alter ex lege. In patrib. vero & auis & maiorib. ideo nulla appareret ꝓpinqtas, qa nō ex maribus, sed ex fœminis ꝓpinquaret. Sed si ita esset, vt Dauid aliqñ vn⁹ pater occurreret aut si quis potuisse cōtendat, opponimus ꝙ non cōsueuit scriptura fœminas in genealogia pro maribus ponere. vnde nullas euāgelista interposuit: vbi enim commemorantur matres, non cōmemorantur nisi cū patribus. Ideo autē propinquior defuit ad vxorē defuncti sibi copulanda, vt origo cognationis à Dauid repeteretur aut adoptio fecit alterū patrē, quē posset habere Ioseph.

Mat. 1. b. — Luc. 3. e. — Ruth 4. c. — Luc. 3. f.

a ¶ Christus qui ait: Ite nuntiate fratrib. meis. Matt. 28 c. b ¶ Quia adhuc doctorum numerum non impleuit.

a fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, v-

a ¶ Ecclesia. b ¶ Christi. c ¶ Philosopho vel heretico. d ¶ In suam. c ¶ Synagoga. c ¶ Apostolorum chorus.

b xor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius &

a ¶ Prædicando hortando. b ¶ Sanctum. a ¶ Fideles, sanctos filios Dei. f. ¶ Fidem s. & bona opera ex synagoga. c ¶ Semen.

suscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium no

a ¶ Vt Christianus dicatur a Christo.

mine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel.

a ¶ Id est si doctor noluerit consulere ecclesiæ. b ¶ Vt regat. c ¶ Ecclesiam. d ¶ Christi. e Diuina institutione.

Sin autem noluerit accipere vxorem fratris sui, quę ei lege

a ¶ Id est ecclesia. b ¶ Vbi fiunt iudicia.

c debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit

a ¶ Sanctiores & digniores. b ¶ Sacerdotes vel episcopus ecclesiæ sponsus. Vel nomen.

maiores natu, dicetq; Nō vult frater viri mei suscitare semen

a Inter sanctos videntes Deum.

fratris sui in Israel, nec me in coniugiū sumere. Statimq. accersiri eum facient, & interogabunt. Si responderit: nolo eā vxorē accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, &

a Quia proximi curam neglexit. b Manifeste improperabit & contemptu dignum ostendet.

d tollet calciamentum de pede eius, spuetq. in faciem illius, & [1]

e Christi.

f dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Et [2] vocabitur nomē illius in Israel, domus discalceati. Si habue- [3]

a *Mortuus fuerit.* Passus est & ascēdit in cælum adhuc synagoga sterili permanente.

b ✻ PROCOPIVS. *Accipiet eam frater eius.* Nōdū .n. manifestata resurrectione, ipsa posteritas, ac memoria ꝑ ipsam generis conseruata solatio veterib. fuit. interim vero resurrectionis figurā obtinuit. Quā neglecta Onan cū noluit cū Thamar cōcūbere, ipsi⁹ semē loco insolito effusum est merito. Eā vero cū obseruasset Booz & duxisset Ruth, ꝓdigii quiddā simile adeptus est, vt pauus esset Christi, nato ex ipso Iesse patre Dauidis, futurā ꝓmissionē resurrectione mortali imitatus. Nā oportebat eū qui nobis resurrectionē donauerat, genus deducere ꝑ eos qui typū eius s̄m carnem conseruauerant, eumq; in quo cessauerunt omnes typi, ipsam veritatem nobis exhibere.

*Sed accipiet, &c.* qui regere valet, cui nolēti in faciē mulier expuit. Qui .n. donis spiritalib. non curat prodesse aliis, huius ēt bonis ecclesia exprobrans quasi in faciem iactat saliuam.

c *Ad portam ciuitatis.* ✻ PROCOPIVS. Illic .n. veteres cętus agitabant. Illic peregrinos tāquā quodammodo venari volentes eos, excipiebant. Quēadmodum in exemplo Loth, qui ēt Angelorum aduentu dignus est habitus, fit manifestum.

d *Calciamentum.* De quo dr̄. *Calciati pedes in præparatione euangelij pacis.* Si vt nostram sic curam proximi gerimus, vtrunque pedem calciamento munimus, qui vero suam cogitans vtilitatem proximorum negligit, quasi vnius pedis calciamētum cum dedecore amittit. — Eph. 6. c.

e *De pede.* id est mercede prædicationis priuatum ostendet. Doctorum .n. pedes calciati sunt, quia exemplis præcedentiū patrum muniti gressus prædicationis eorū imitati sunt Vtroque pede calciatus est, qui sibi & aliis prodest.

f *Spuetq.* ✻ THEODO. Quare hoc? Necessitatē diligēdi fratris adfert ab infamia. Satius .n. erat affectione naturali permotū consulere mortuo. Sed quia non omnes naturę legem reuerentur, infamię pęnam necessario ipsis imponit. — Quęst. 32.

a *Et vnus*

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Tollet cal. &c. *tanquam hominis ab omnibus despicabilis. Dicit autem Ra. Salo. quod spuebat coram eo in terram in contemptum illius.*

2 Et vo. &c. *ita quod istud vituperium transibat ad posteros ipsius, ut magis abhorrerent homines denegare suscitationem seminis fratrum suorum.*

3 Si habuerint inter, &c. *Hic determinatur seueritas iustitię in sexu muliebri, quia præcipitur amputari manus mulieris apprehendentis uerenda hominis, ut liberet maritum suum de manu illius, & patet litera. Et multo fortius imponi debebat hęc pęna si in alio casu minus habente de motiuo apprehenderet virilia hominis. Dicit autem hic Ra. Sa. ꝙ manus mulieris non erat amputanda, quin poterat se redimere per pecuniam, & tunc secundum arbitrium iudicum taxabatur manus pretium. Sed hoc dictum non consonat ei quod subditur.*

4 Si ha- ✻ 1 Nec

## MORALITER.

✻ † *Accipiet eam fra, &c.* quod impletum est mystice in apostolis, quia quilibet eorum in solidum accepit officium generandi filios in ecclesia ipsi Christo, & ex eius nomine nominando s. Christiani nāque dicuntur, & non Petrini vel Pauli. Et apostolorum successores per se & per alios inferiores ecclesiæ ministros debent hoc officium exercere. Quod si noluerint, sed magis circa terrena lucra occupari voluerint, ecclesia debet in eorum faciem spuere, id est viles & contemptibiles reputare.

✻ Non

a *Et vnus contra alterũ.* Catholicus hæreticusq; quorũ perpetua contentio, quia dispar intentio. Alter.n.falsitatẽ, aliter defendit veritatem, & resistere oportet errori, ne sibi stultus sapiens videatur.

Veritas defendenda.

b *Miseritque.* Per falsam ignominiam vel actionem abominandam voluerit catholici conuersationẽ maculare, vel doctrinam diffamare.

c *Verenda.* Infirmiora membra ecclesię.s.volent blandiendo decipere, vel insultando deridere.

✱ PROCOPIVS. Digna enim est supplicio, tum propter cędem, tum propter impudentiam.

d *Non habebis in sacculo.* In Leuitico idem interdicitur. Salomõ quoque ait: *Pondus magnum & pusillum & mẽsuræ duplices immunda sunt apud Deum.*

Prouer. 20.b.

Mystice.

ISIDORVS. *Non habebis in sac.* Spiritualiter quoque studendum est, ne diuersi pondera in corde habeamus, id est districtionis regulã nobis mollientes, eos q. bus verbũ Dei prędicamus districtioribus præceptis quasi grauioribus ponderib. obruamus. Quod cũ facimus, diuerso pondere præceptorum domini mercedẽ frugemq. appendimus. vnde: *Abominatio est domino duplex.*

Prou. 20.d

e *Memento quæ.* Tradũt Hebręi, quod leprosos & femine fluẽtes, & alios extra castra positos interfecerit Amalech & hos dicunt esse extremos agminis domini.

Allegorice.

Amalech lingẽs sanguinem. Hi sunt dæmones qui nobis per baptismum de spiritali Aegypto exeuntibus aduersantur, & in virtutib. extremos & in itinere huius vitæ lassatos peccata suggerẽdo student occidere. Hos cum dominus facultatẽ dederit, omni no debemus subuertere, & suggestiones eorũ omni modo ejcere atque delere, ne si aliquas reliquias sicut Saul seruauerim' quasi inobedie̋tes cũ eis subuertamur.

✱ THEODORET. Erant enim impii & fratres oderant. Nam cũ ab Esau genus ducerent, primi suscepe runt bellum aduersus Israelem, qui necdum attigerat terminos eorum. Cæterum hæc omnia quæ toties Moses repetere videtur, non vna altera ve die habita sunt ad populum, sed com plures e re nata dies intercesserunt, sicut ex his certius apparet quæ sequuntur.

Quæst.31.

---

¶ Disputationem de fide.

a rint inter se iurgium viri: & vnus contra alterum rixari cœ-

a ¶ Hæretica prauitas. b ¶ Subiecti. c Hæreticum. ¶ Catholici.

perit volensque vxor alterius eruere virum suũ de manu for-

b tioris, miseritq; manũ & apprehenderit verenda eius, abscin-

c a ¶ Anathemate. b ¶ Operationem impudicam.

des manum illius, nec flecteris super eam vlla misericordia. 1

a ¶ Creduli. ¶ Id est, non doceas agere quod non vis facere, quia cœpit Iesus facere & docere. Act. 1. d.

d Non habebis in sacculo diuersa põdera, maius & minus, nec 2 erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebit iu- 3 stum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam dominus Deus tuus dederit tibi. Abominabitur enim dominus eũ qui facit hęc, &

e auersatur omnẽ iniustitiam. Memento quę fecerit tibi Ama- 4

a ¶ vitæ præsentis b ¶ Spiritali.

lech in viã, quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo oc-

a ¶ Quasi leo frendens. b ¶ Primos non audet inuadere. c ¶ Exercitus ecclesiastici.
d ¶ Tædio laborum. e ¶ Eunte occidere non poteft. Beati enim qui ambulant in lege domini. Psal. 118. a.

currerit tibi & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ce- 5

a ¶ Gladio spiritali. b Verbi Dei fame & labore confecti facile occ dunt. c ¶ Qui factus est vt nullum timeret.

ciderit, quando tu eras famẽ & labore confectus, & non ti- 6 muerit Deum. Cum ergo dominus Deus tuus dederit tibi †

a ¶ Ab infestatione dæmonum adepta victoria. b ¶ Dæmon im qui circumeunt quærentes quem deuorent.

requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in

a ¶ Promissionis. b ¶ Cum esses in Aegypto. c ¶ Hoc Samuel & Saul impleuerunt. d ¶ Sanctorum habitaculo.

terrã, quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub cælo. 7

¶ Hoc præceptum.

Caue ne obliuiscaris.

✱CAP.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Nec fle.&c. *Si autem manus posset redimi pecunia, fieret sibi aliqua misericordia.*

2 Non habe. *Exclusa iniustitia per seueritatem pœnæ, hic consequẽter concluditur iustitia, cum dicitur.* Non habebis in sac.&c. *ut cum maiori emas, & cum minori vendas.*

3 Pondus ha.&c. *tam in vendendo quam in emendo tam erga extraneos quam erga propinquos.*

4 Memento. *Hic ponitur seueritas iustitiæ erga alienigenas.s.erga Amalechitas, qui in exitu de Aegypto inuaserunt filios Israel primo, & sic dederunt occasionem alijs gentibus per circuitum impugnandi eos.*

5 Et ex.&c. *scilicet filios Dan, qui erant vltimi in motione castrorum, & aliquos de alijs tribubus, qui lassi non poterant sequi locum suarum tribuum.*

6 Et non timuerit Deum, *inuadendo populum cuius erat ductor in columna nubis, & defensor in mirabilib.factis.*

7 Delebis nomen eius sub. *quod factum fuit tempore Saulis, vt habetur 1.Reg.15.*

✱ CAP.

## MORALITER.

✱ 2 *Non habebis in sac.&c.s.* maius ad accipiendum ab alijs, & minus ad tradendum alijs. Igitur moraliter ille habet in sacculo diuersa pondera, qui magna beneficia accipit in ecclesia & Deo reddit praua obsequia. Contra quos dicit Greg.Hom. 31. Tanto ergo esse humilior atq; ad seruiendum Deo promptior quisq. debet ex munere, quanto se obligatiorẽ esse conspicit in reddenda ratione.

† *Cum ergo,&c.* Per Amalech, qui interpretatur, gẽs bruta, significatur sensualitas, per quam homo cõuenit cum brutis. Israel, qui interpretatur videns Deũ ipsa ratio, seu pars intellectiua. Per requiẽ vero gratia contẽplandi. Per hoc ergo quod habita requie nomẽ Amalech per Israel deleri præcipitur, significatum fuit, quod homo habens gratiam contemplandi delere debet nomẽ sensualitatis. Quod tũc delet, qñ sensualitas iam non repugnat rationi, sed sibi subijcitur. ab hoc.n. sensualitas nominatur, quod rationi contradicit, ſm illud Gal.5. c. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.*

† MORA.

CAP. XXVI.

A a Cumque intraueris, &c. Sicut Israelitæ in terræ promissionis suas primitias iubentur offerre pro gratiarum actione, quia erepti sunt de Aegypto, sic nos per spiritalem Iordanem, id est baptismum, terram ecclesiæ in trantes ponamus in cartallo conuersationis nostræ primitias operationis bonæ, & offeramus Deo in altari fidæi catholicæ, vt sacerdos noster Christus suscipiat, ibique confiteamur domino dicentes, quod Syrus qui interpretatur sublimis vel humectans, i. diabolus persequebatur patrem nostrum. i. protoplastum, vt deceptum per superbiã, gulã, & auaritiã, paradisi possessiõe priuarēt. vnde exul in Aegypto huius mũdi peregrinatus est in paruo numero, quia multi idolola triam, secuti sunt, & pauci fideles remanserunt. Sed postquã lege data plures surre-

Mysticè. Primitias offerre.

CAP. XXVI.

1 Cumque intraueris terrã quã dñs Deus tuus tibi daturus est possidendã, & obtinueris eam atq. ha-2 bitaueris in illa, tolles de cunctis frugibus tuis primi-3 tias, & pones ĩ cartallo, pergesq. ad locũ quẽ dominus Deus tuᵒ elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. Accedesq. ad sacerdotẽ qui fuerit in dieb. illis, & dices ad eũ: 4 Profiteor hodie coram domino Deo tuo, φ ingressus sum in terram pro qua iurauit patrib. nostris, vt daret nobis. Suscipiensq. sacerdos cartallum de manu 5 tua, ponet ante altare domini Dei tui, & loqueris in cõ-6 spectu domini Dei tui: Syrus persequebatur patrẽ meũ, 7 qui descendit in Ægyptum 8 & ibi peregrinatus est in 9 paucissimo numero, creuitque in gentẽ magna 10 ac robustam & infinite multitudinis. Afflixerũtq. nos Ægyptii, & persecuti sunt, imponen-† tes onera grauissima, & clamauimus ad dominum Deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatẽ nostram, & labo-11 rem atq. angustias, & eduxit nos de Ægypto

a ¶ Ecclesiam. a ¶ Potenter victo hoste. a ¶ Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. Ps. 14. a. a ¶ Virtutib. & operib. a ¶ Vase vimineo. a ¶ Conuersationis vel spiritus. Dei. Altare fidei. a ¶ Quicunque inuocauerit nomẽ domini saluus erit. Iohel. 2. g. a ¶ Christum secundum ordinem Melchisedech. b ¶ id est esse apparebit. a ¶ In tempore huius sacerdotis non est nox. b ¶ Gratias agens. a ¶ In conspectu domini Dei, nõ hominis. a ¶ Secundum humanitatem. a ¶ Ecclesiam. b ¶ Firmiter promittendo. a ¶ Fide vel carne ¶ Abraham, Isaac, & Iacob. a Filiis, vnde Gen. 13. c. Terram in qua dormis tibi dabo, & filiis tuis, & semini tuo. a ¶ Qui bona nostra offert patri mediator Dei & hominum. b ¶ Opere. a ¶ Cæleste. ¶ Vel sui. a ¶ Laban. ¶ Diabolus qui omne sublime videt, & est rex filiorum superbiæ. ¶ Adam. a ¶ De paradiso. hic est qui descendit ab Ierusalem in Iericho & incidit in latrones. Lu. 10. c. b Mundum nocte peccati tenebrosum. a ¶ Dum sumus in corpore, peregrinamur a domino. 2. Corin. 5. b. a ¶ Ad comparationem infidelium. ¶ Vnde Cum essent numero breui paucissimi & incolæ eius. Ps. 14. b. b ¶ Fidelium. c ¶ Accepta lege. d ¶ Sanctorum. ¶ sicut stellæ cæli. ¶ Visibiles vel inuisibiles. a ¶ Peccatorum. b ¶ Animæ. c ¶ Intentione cordis. ¶ Vt consueta beneficia quæ patrib. impendit, non negaret filijs. a ¶ Clamantes. b ¶ Qui humilia respicit, & alta a longe cognoscit. ¶ Corporis. ¶ Mentis. a ¶ De potestate tenebrarum.

D xerũt, scientiã & fidẽ vnius Dei accipiẽtes, afflixerunt eos Aegypti, i. dæmones, onera peccatorũ grauissima ĩponẽtes. Sed respexit Deᵒ humani generis afflictionẽ & laborẽ, & misit filiũ suũ, q manᵒ eiᵒ & brachiũ dicitur, vt eriperet de potestate tenebrarũ, & trãsferret in regnũ lucis. Sic tradidit nobis terrã lacte & mel le manantẽ, i. potẽtẽ ecclesiã, vbi lac innocẽtię & fauus doctrinę, vñ nutriãtur paruuli, & mel dulcis & multi- E F

NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVI.

Diuisio.

1 Cumq. intraueris. *Superius 12. c. citra posita sunt illa pcepta quæ sunt quasi quædam conclusiones elicitę ex præceptis decalogi. hic consequenter ponitur intenta conclusio respectu dictorum a dicto loco videlicet, vt homo sit gratus Deo beneficijs acceptis, & obediẽs eius mãdatis, secundum quod ponitur ibi:* Hodie dñs Deus tuus pręcepit tibi. *Gratitudo autem hominis ad Deum debet esse non tantum in corde, sed et in ore & opere, secundum quod dicitur* Ro. 10. b. Corde creditur ad iustitiã, ore autem cõfessio fit ad salutem. *Et ideo confessio huiusmodi gratitudinis statuitur hic per legem. Primo in redditione primitiarum. Secundo in redditione decimarum, ibi.* Quando cõpleueris decimam, *Circa primum dicitur sic.*

Cumq. intraueris. *Ex hoc patet, quod non tenebãtur ad primitias donec terra promissionis esset obtenta & diuisa.*

2 Tolles de, &c. *Dicit hic Ra. Sal. φ primitiæ quantum ad terræ nascentia de septem rebus tantum dabantur, s. de frumento, hordeo, vinea, oliua, malogranato, ficu, & palma, de alijs autẽ fructib. seu terræ nascẽtib. non tenebãtur dare. vnde saluator Mat. 23. c improperat Pharisęis quod sub ostentatione maioris iustitiæ decimabant mentam & anethum, & talia minima, ad quæ non tenebantur secundum aliquos doctores nostros grauiora legis, ad quæ necessario astringebantur, relinquentes. Quod autem ibidem subditur.* Hæc oportuit facere, & illa non omittere, *li,* oportuit, *non videtur posse referri ad vtrumque, quia tunc esset necessitas eadem faciẽdi hęc & illa, quia nõ omittere aliquid, idem est quod facere illud, quod tamen saluator intendit excludere. Et ideo saluator addidit, & illa non omittere, ad ostendendum quod soluere decimas de talib. minimis, non erat malum de se, sed bonum, quãuis non esset necessarium, dabantur etiam primitiæ de lana. vt habetur supra 18. c.*

3 Pergesq; ad lo. *s. in Ierusalem, & idem intelligendum est de alijs locis, vbi fuit arca domini, & cultus diuinus, post acquisitionem terræ promissionis, & antequam cultus ille esset in Ierusalem.*

4 Profiteor ho. coram do. *opere & ore beneficia eius cognoscẽdo.*

5 Ponet ante al. *In Hebræo habetur.* ventilabit. *quia sacerdos supponebat manus suas manib. offerentis & tenentis primitias suas, & elevabat sursum, & retrahebat deorsum, & postea vertendo ad quatuor partes orbis, ad designandum quod ille cui talia offerebantur, erat dominus cæli & terræ, & totius orbis siue creaturę.*

6 Syrus persequebatur, &c. *quia Laban qui fuit de Mesopotamia Syriæ, persecutus est Iacob vt habetur Genes. 31. qui fuit pater totius populi Israel.*

7 Qui descendit in, &c. *fame vigente, vt habetur Gene. xlvi.*

8 In pau. *s. in 70. animab. vt ibidem dicitur.*

9 Creuitq; in &c. *Quia cum exiuerunt de Aegypto fuerunt sexcenta millia absq; paruulis & mulierib. Exo. 12.*

10 Afflixeruntq. nos. *vt habetur Exo. 1.*

11 Et eduxit nos de Aegypto in manu forti. *Aegyptios plagis percutiendo.*

✠ 1 Et bra-

MORALITER.

✠ 1 *Cumq; intra.* Secundum sensum allegoricum ista terra significat ecclesiam militantem, in quã per Iordanis trãsitum, id est baptismi sacramẽtũ intratur, & per bonã vitam, susceptionem baptismi sequentem possidet, sed de cũctis frugib. primitiæ ad sacerdotem offerũtur, cũ opera bona Christo, q est sacerdos sm ordinem Melchisedech attribuũtur, qui primitias huiusmodi ponit super altare domini, quoniam offert eas Deo patri, & tunc offerens potest dicere.

6 *Syrus persequebatur patrem meum.* Per Syrum qui sublimis interpretatur, diabolus intelligitur, de quo dr Iob. 49. 1. d. *Omne sublime videt.* Per patrem intelligitur Adã primus pater: hunc enim diabolus persecutus fuit quando eum decepit.

7 *Qui descendit in, &c.* id est a paradiso deiectus fuit.

9 *Creuitq; in gẽtem mag.* per diuinæ legis susceptionem, quam posteritas Adæ per Seth & alios patres sanctos in monte Sinai suscepit.

10 *Afflixeruntq. nos Aegyptij.* Per Aegyptios q tenebrosi interpretantur dæmones signi ficantur, qui affligunt fideles suis costentationib. impugnantes.

† *Et clamaui. ad dominum Deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, &c.* Ad clamorem enim sanctorum patrum venit filius Dei in mundum.

11 *Et eduxit nos, &c.* id est de diaboli seruitute.

✠ In ma-

multiplicis sapientiæ: vnde satietur perfecti:

a Quam dominus Deus &c. Quasi non offero nisi quod dedit: omne enim bonum a Deo est.

b Domini Dei tui. Qui quasi sub oculis seruabit, & reddet in illa die iustus iudex.

c Epulaberis. spiritali conuiuio, de quo dicitur: Comedite amici, & inebriamini charissimi. (Cant. 5. a)

d Et Leuites. verus Dei minister assumptus ex hominibus, & constitutus pro hominib. in his quæ ad Deū sunt.

e Quando comple. hoc legis implesse Tobiā: sed qui longe erant a tēplo tertio anno collectas trium annorū decimas dabant pauperibus & Leuitis qui secū morabantur. († postquā curaueris te.)

a ¶ Filio inuincibili & manifeste. in manu forti & brachio 1 a ¶ Aegyptiorum. extento, in ingenti pauore, † ¶ Minoribus. ¶ Maioribus. in signis atque portentis, & 2 3 a ¶ Tam pretiosum tam amœnum. introduxit ad locum istum 4 a ¶ Ecclesiam. & tradidit nobis terram lā † a ¶ Facilis doctrinæ. b ¶ Dulcedine. c ¶ Abundantem. cte & melle manātem: Et idcirco nunc offero primi- a ¶ Quod ipse incipit in nobis, ipse perficit. Philip. 1. a. b ¶ Virtutum bonorum operum. c ¶ Fructificantis animæ vel conuersationis sanctæ. a tias frugum terræ, quam do a ¶ Gratis. b ¶ Seruo. minus Deus dedit mihi. Et a ¶ Commendabis seruandas. b ¶ Beneplacito. dimittes eas in conspectu b domini Dei tui, & † ado- † a ¶ Per talia sacrificia. ¶ Secundum illud. Dominum Deum tuum adorabis, &c. c rato domino Deo tuo epu- 5 ¶ Spiritualibus. laberis in omnibus bonis, quæ dominus Deus tuus ¶ In itatoribus tuis. dederit tibi, & domui tuæ, tu, & Leuites, & ad- d a ¶ Qui vere dicit. Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Ps. 38. b ¶ Eiusdem voluntatis est in cęlo, & transit in terra. uena, qui tecum est. Quando compleueris de- e ¶ Per sectionem. cimam cunctarum frugum tuarum anno de- 6 a ¶ In nomine trinitatis, quæ perfectionem dat nobis. b ¶ Communicet is qui cathechizatur verbo ei qui se cathechizat in omnibus bonis. Gal. 6. b. c ¶ Qui non habet hic manentem ciuitatem. d ¶ Cui mortuus est pater diabolus. 7 8 cimarum tertio, dabis Leuitæ, & aduenæ, & pu- 9 a ¶ Cui defunctus est inmundus. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Ps. 4. Vn. le: maxime autem ad domesticos fidei. 1. Timo. 3. a. pillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, ¶ Non te iactando, sed te non ingratum ostendendo. 10 & saturentur. Loquerisque in conspectu domi 11 ni Dei tui: Attuli quod sanctificatū est de do- 12 mo mea, & dedi illud Leuitæ, & aduenæ, & pu 13 pillo ac viduę, sicut iussisti mihi: Non præteri ui mandata tua, nec sum oblitus imperii tui: 14 Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui 15 ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his 16 a ¶ Parentalia significat, quæ solebant obseruare gentes. quicquam in re funebri. Obediui voci domi- 17 ni Dei mei, & feci omnia sicut pręcepisti mihi: Respice de sanctuario tuo & de excelso cælorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & terrę quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terrę lacte & melle mananti. 18 Hodie dominus Deus tuus præcepit tibi, vt fa 19 cias mandata hęc atque iudicia, vt custodias, 20 & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima 21 tua. Dominum elegisti hodie, vt sit tibi Deus, 22 & ambules in viis eius, & custodias ceremonias illius & mādata atque iudicia, & obedias 23 eius imperio. En domin⁹ elegit te hodie, vt sis 24 ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & 25 custodias omnia pręcepta eius, & faciet te ex- 26 celsiorem cunctis gentib. quas creauit in laudem, & nomen & gloriā suam, vt sis populus sanctus domini Dei tui sicut locutus est.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Et brachio extento. *eos in mare submergendo.*
2 Ingenti pauore. *quia aliæ gētes ex auditu talium fuerunt territæ.*
3 In signis. *de cælo datis, vt in columna ignis, & nubis, & descensu mannæ.*
4 Atque portentis. *in terra datis, vt in eductione aquarum de petra. Cætera patent vsque ibi:*
5 Epulaberis in omnib. bo. *non de primitijs quæ erant sacerdotum sed de oblationib. pacificis, quarum maior pars erat offerentium.*
6 Quando comple. *Hic describitur confessio gratitudinis in redditione decimarum, cum dicitur.* 7 Anno dec. ter. *quod exponunt aliqui, eo quod tertio anno erant tres decimæ, vt dicunt. vna .n. erat ad sustentationem Leuitarum. secunda erat de nouem partib. residuis, & ista portabatur in Ierusalem, & inde epulabantur offerentes cum suis familijs & Leuitis. & fiebat similiter singulis annis. Tertia fiebat tertio anno solum, & dabatur pauperib. sed secunda decima quæ ab istis ponitur videtur conficta. quia nō habetur ex textu, nec ex gl. sed solum duę aliæ, vt habitum est supra 14. c. & ideo dicendum, quod cum dicitur:* Anno decimarū tertio. *intelliguntur istę duę decimæ, s. prima, quæ erat Leuitarum, & alia quæ erat pauperum, quæ ambo fiebant anno tertio, & ideo dicitur anno decimarum in plurali, duobus vero annis pręcedentib. fiebat tantum prima, quæ erat Leuitarum.*
8 Dab. Leui. *s. primam decimam, quæ Leuitis debebatur.*
9 Et aduenæ, & pu. & vi. *aliā decimam, quæ pro pauperib. fiebat.*
10 Loquerisq; in com. *profitēdo eius bonitatē.* 11 Attuli quod san. *In Hebræo habetur,* abstuli q̄ sanctificatū est de domo mea, *id est separaui ab alijs reb. ad vsum meum pertinentib.* 12 Et dedi, &c. *modo iam exposito, ideo litera nostra quæ habet attuli, videtur falsificata vitio scriptorum propter similitudinem dictionum, quia decimæ prædictæ quæ vocantur hic sanctificatum, non afferebantur in Ierusalē, sed dabantur Leuitis & pauperib. ad domum decimantium venientib. nisi forsitan in casu, vt si in tertio anno esset de eis aliquid residuum, q̄ non fuisset Leuitis & pauperib. traditum, tūc debebat apportari in Ierusalem.* 13 Non præteriui man. *hoc non dicebatur ad sui ipsius cōmendationem, sed agendo gratias Deo, qui voluntatem & fortitudinem dederat homini adimplendi mandata eius, sicut Ezechias dixit Esa. 37. a.* Memento domine quō ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto. 14 Nō come. *id est tempore indigentiæ meę non consumpsi talia in vsus meos.*
15 Nec separaui. *quia illud quod separabatur pro decima, debebat esse mundum ex parte rei separatæ, ita quod non esset polluta ex contactu alicuius rei immundę. Similiter ex parte hominis separātis, qui debebat esse mundus quando talia separabat. Aliter etiam exponitur.*
16 In qualibet &c. *i. aliquid pertinens ad idololatriam quę in scriptura immunditia nominatur.* 17 Nec expen. *faciendo inde conuiuia in sepulturis aut anniuersarijs mortuorum. Cętera patent.*
18 Hodie dominus, &c. *Hic ponitur intenta conclusio quantum ad partem secundam, quæ est obedientia in diuinis mandatis, cum dicitur:* Hodie dominus, &c. *i. semp debes esse paratus ad obediendū diuinis mandatis, ac si presentialiter præciperet tibi, sicut fecit in monte Sinai.*
19 Vt facias. *quantum ad moralia.* 20 Atque iu. *quantum ad iudicialia.* 21 Ex toto, &c. *hoc est expositum supra 6. c.* 22 Dominum, &c. *i. hoc semper debet esse in corde tuo, sicut quando elegisti eū in monte Sinai legem recipiendo.* 23 En dominus, &c. *i. ita familiariter se habet ad te & habebit, sicut se habuit in monte Sinai, dum tamen obedias ei.* 24 Vt sis ei, &c. *id est singulariter dilectus.*
25 Et faciet, &c. *in sanctitate, fama, & potestate, quod adimpletum est in Christo.*
26 Quas creauit in, &c. *quia quicquid est excellentię & boni in quacunque creatura, ordinatur finaliter ad gloriam Dei.*

*CAP.

## MORALITER.

* † In ma, &c. *s. in crucis ligno.*
† Et intro. &c. id est ad ecclesiam militantem per sacramētū baptismi quod habet a Christi passione virtutem.
† Et adorato domino Deo, &c. id est recipies sacramentū eucharistię, q̄ nō administrat nisi baptizatis, & est cib. in se cōtinēs omne bonū, & quia non proficit nisi recipiētib. deuote, ideo præmittitur. Et adorato domino Deo i. s. ex mag. deuotione.

## ADDITIO I.

In ca. 26. vbi dicitur in postilla. Ventilabitque, *quia sacerdos supponebat manus suas, &c. In hac ventilatione sacerdos propri faciebat signum crucis, prout fuit dictum supra Leuit. 7. in additione quadam.*

CAP. XXVII.

A a LApide. Doctores debent omnem asperitatē deponere, & ideo splendidi apparere habentes legem scriptā in cordibus suis.

* PROCOPIVS. Lapides apostoli sunt in alto collocati, qui cū virtutibus & opinionibus essent conspicui, supra nos sint constituti, lapis etiā angularis Christ⁹ est qui in fundamenta Sion positus est, super ipso etenim inniximus ceu viui lapides extruimur domus spiritualis, in templū sanctum. Reddimur aute altare, p vnitatem spiritualem, si fidem in Christo virtutum cibo instruimus.

† linies.

* RVP. Transmisso Iordane ingentes erigere lapides, eosque ut possint in eis scribere omnia verba legis domini calce leuigare, est celebrata Christi passione & resurrectione, lapideas euangelizantiū mentes euangelizando concutere, eisque non aliqua vi, sed dulci ac leni prædicatione doctrinæ salutaris, uoces aut rationes inscribere. Econtra, altare domino de lapidib. quos ferrum tetigerit, velle ædificare, est coacte legē Christianā inuitis auditorib. imponere. Sed hoc vetat sacra lex. Igit sine ferro altare domino, id est, sine vi christiana construatur religio, & duri lapides, lapidumq; cultores leuigentur calce id est, suaui mulceantur prædicatione.

Libr. 2. in Deut. c. 4.

† perfectis vel i. e. ris i. nō iectus ferro.

B

b *Quando ergo.* Is 1. Quō hoc factū fuerit libro Iosue legitur: *ædificauit Iesus altare deo excelso, & scripsit in lapidibus Deuteronomium legis Moysi &c.* Lapides ex quib. ædificatur altare, omnes sunt qui credunt in Christū, de quib. dicitur. *Vos estis lapides viui &c.* His non est iniectū ferrum, quia incorrupti & immaculati carne & spiritu, & iacula diaboli ignita non receperunt. Hi vnum altare faciunt vnitate fidei & concordia charitatis. in his Deuteronomium. i. secundā euangelii legem domin⁹ noster Iesus rescripsit, qui dicit: *Dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis: si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mœchatus est in corde suo.* Hanc legem Iesus notat in cordibus credentium, qui altaris constructione digni sunt.

Alleg. Iosue 8. f.

1. Pet. 2. a.

Matt. 5. d.

C

c Hi

# CAP. XXVII.

a Illi septuaginta qui electi sunt a Moyse domino præcipiente.

PRecepit autem Moyses & seniores populo Israel, dicentes: Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. Cumque transieris Iordanem in terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes

a Sanctos scil. prædicatores, qui a Christo lapide viuo lapides viui dicuntur.

a lapides, & calce † leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius Iordane transmisso, vt introeas terram quam dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis. b Quando ergo transieris Iordanem erigite lapides quos ego hodie præcipio vo-

Viuos.

a Qui interpretatur vorago, vetus, & est figura legis quæ sub maledicto erat dicente Moyse: Maledictus omnis qui non permanserit in ferm omnibus legis huius. b Concordia scil. charitatis.

bis in monte Hebal, & leuigabis eos calce, & ædificabis ibi

Vnitatem fidei & sanctorum.

a Qui immaculati & incorrupti carne & spiritu diaboli iacula non susceperunt.

altare domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de saxis † informibus & impolitis, & offeres super

a Altari. b Perfectionem fidei & charitatis. c Virtutes quæ pacem nobis veram acquirunt.

eo holocausta domino Deo tuo, & immolabis hostias pa-

a De fructu virtutum. b Spiritalibus delitijs. c Cui placet tale conuiuium.

cificas: Comedesq. ibi, & epulaberis coram domino Deo tuo.

a Sanctos qui euangelium scriptum in cordibus suis habent. b Euangelij. Sine scrupulo dubitationis.

Et scribes super lapides omnia verba legis huius plane & lucide. Dixeruntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem: Attende & audi Israel: Hodie factus es populus domini Dei tui. Audies vocem eius, & facies mandata atque iustitias, quas ego præcipio tibi. * Præcepitque Moyses

a Quasi filii ex charitate seruientes, & ad benedictionem tendentes. Nobiliores tribus.

populo in die illo dicens: Hi stabunt ad benedicendū † dño su-

1

2

3

4

* c Hi stabunt. IRE. Notandum benedicēdi munus his tribubus demandatum, ex quibus Christus designatur, cognoscitur & generatur. Ioseph enim typus Christi fuit. De Leui simul & Iuda tanquam lex & sacerdos natus est, quantum ad corpus per Simeonem agnitus in templo. De Beinamī Paulus per gentes, Christi nomen propagauit. At verō Ruben tametsi & ex ancilla non sit, adiicitur maledicentibus, quia et ipse fuerit a patre maledictus. Simeon autam quia in medio Iudæ habitat, quasi pas Iudæ computatē, atq; vbi Iudas, il lic etiam Simeon annumeratur.

D Ex catena Græca.

E

* THEODORETVS. Sunt qui quærant cur subiecit eos maledictionib. & benedictionibus. Cum dominus Christus pfectam scientiam traderet perfectis pollicitus est implentib. ista regnum cælorū, transgressoribus aūt gehēnam comminatus est. At vero Iudæis humi repēti præditis animo, & terrena sapiente, terrenas maledictiones et benedictiones indulsit. Qui enim ne conspicus quidem miraculis credebant, quō suscepissent q̄ spectant ad vitam futuram. Notandum autem est benedicēdi facultatem cōcessisse tribubus ex liberis oriundis, & ibidē vna cum populo tribum sacerdotalem cōmemorasse. Insup tribum Ioseph duplicē velut vnicā benedicere iussit. Ad maledicendū vero seruos constituit, propter numerum tribuum collocauit Ruben & Zabulon, illū, vt qui in scelus pro lapsus fuerat, hunc velut postremum filiorum Liæ.

Quæst. 34.

* hodie.

† populo.

* RVP. Christi iudicium vltimum hic significatur. *Cum venerit, inquit, filius hominis in maiestate sua, &c.* Iudicium vniuersale quod illic continuo passurus clara luce pronunciat dei filius, ipsum continuo moriturum in vmbra & sub velamine suo prophetat Moyses dei famulus. *Illuc dextra regis & sinistra,* diuisis ac separatis ouibus ab hœdis, hic duo colles contra inuicem respicientes, Garizim & Hebal quorum Garizim diuisio interpretatur. Hebal vero deficiens siue disterminans uel vorago vetus interpretatur. Illic sex opera misericordiæ dextris ad benedicendū, & sex impietatis sinistris ad maledicedū. Hic sex homina filiorū Israel in mōte Garizim itidem ad bñdicen-

Vbi supra cap. 5. Matt. 25.

F

## NICOLAVS DE LYRA.
CAP. XXVII.

1 PRæcepit autem Moyses, &c. *Hæc est tertia pars principalis huius libri, in qua excitatur populus ad reuerentiam & obseruationem legis per benedictiones obseruatoribus conferendas, & maledictiones obseruatoribus inferendas. Et primo ponitur benedictionum & maledictionum institutio, secundo earum imprecatio c. xxviij. tertio earum susceptio. c. xxix. quartò maledictionum mitigatio xxx. capite. Circa primum præponitur institutioni actus: secundo subditur pronuntiationis modus ibi: Et pro-* *pronuntiabunt Leuitæ. Quantum ad proximum describitur tempus cū dicitur.*

2 Cumque transieris. *quia ante ingressum terræ promissionis non debebant istæ benedictiones & maledictiones fieri, sed postea, fuerunt factæ, vt habetur Iosue. viij. Secundo describitur solennitatis ritus in decalogi descriptione, & altaris ædificatione, & holocaustorum immolatione.*

3 Vt posis. *i. decem præcepta decalogi, quia omnia alia non possent ibi scribi.*

4 Aedificabis ibi altare. *Causa huius dicta est Exo. 20. c. in fine. Tertio tangitur locus cum subditur?* Hi stabunt ad benedicendū domino super montem Garizim, *cum subditur post.*

## MORATER.

* 1 *Præcepit &c. Custodite.* Huius autem præcepti ponitur executio Iosue viii. & ibidem ponetur sensus mysticus dño concedente.

* 1 Et

dicendū, & sex nihilominus in monte Hebal ad maledicendū. Sed & sedes duodecim de quib. alibi, nō hic omnino tacitæ sunt. Sequitur.n. & pronuntiabūt Leuitæ, &c. Maledictus, &c.

Tropolo. Qui iuxta montē Garizim incedūt electi ad benedicendū. figurāt eos q nō metu pęnę, sed cęlestis promissionis amore succensi veniunt ad salutē. Qui iuxta mōtem Hebal incedūt, in quo maledictiões prolatę sunt. Hi sunt qui non amore benedictionū vel promissionū sed suppliciorū timore legis pcepta faciūt. Omnes autem circa arcā incedūt, quia ab ecclesiæ sinu nō recedūt. Sed nobiliores q ex charitate, quam q pœnę timore seruiunt. Solus vero Iesus pōt huiusmodi mentes cognoscere, & alios in mōte Garizim ad benedicēdū, alios ī mōte Hebal ad maledicendum statuere, nō vt maledictionē accipiāt, sed vt maledictiōes scriptas & peccatoribus cōstitutas caueant, & timore supplicii pœniteant.

† lxx. fiat vel esto, si ue ita fit.

b † sup. 19.d

a *Et pronuntiabunt.* Quia sacerdos verbū instāter et valēter populis pędicare dēt vt sciant, si mandata dei pręterierint quę pericula maneant, si obedierint q sequātur beneficia, s. in presenti vita solatiū, & ī futura pręmiū ęternū. Maledictiōes aūt & bndictiōes historialiter ptinēt ad eos q felicitatē terrenā amat, vel infelicitatē formidāt. Sed maxime Christianis cauēdū, ne per inobedientiā spiritualium patiātur penuriam. Perfectis enim viris terrenorū sæpe cōtingit indulgētia cum semper adsit copia. vnde *Vsque in hanc horam esurimus & sitimus & nudi sumus, &c.* 2. Cor. 4. c

a Qui interpretatur diuisio & significat doctrinam noui testamenti. b Baptismi sacramento.

per montem Garizim Iordane transmisso Simeon, Leui, Iu-

a Qui timore pęnæ & maledictionis futuræ præcepta faciunt. Ignobiles scil. inter quos est Ruben quia ascendit cubile patris sui. Zabulon vltimus Liæ, & ancillarum filij.

das, Issachar, Ioseph et Beniamin. Et è regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, et Azer, Zabulon, Dan, et Nephtali. Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentque

a Tota mentis intentione.

ad omnes viros Israel excelsa voce: Maledictus homo qui facit sculptile et conflatile, abominationem domini opus ma-

Cordis.

nuum artificum, ponetque illud in abscondito. Et respondebit omnis populus, et dicet, † amen. Maledictus qui non

a Honora patrem tuum & matrem tuam, &c. b Deum, vel prædicatorem. c Ecclesiam. Carnalem.

honorat patrem suum & matrem suam: Et dicet omnis popu-

Quia commune præceptum.

a Auaritiam & hæresim detestatur. Statuta patrum transferunt heretici.

lus, amen. † Maledictus qui transfert terminos proximi sui:

a A veritate. Falsa suggerendo.

Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui errare facit

a Qui lumen scripturarum non habet. Simplicem imprudentem. b Scripturarum, quæ sunt viæ ad Deum.

cæcum in itinere. Et dicet omnis populus, amen. Maledictus

a Iuste iudicate filij hominum, Psal. 57. a. b Spiritalis. c Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Psal. 9. g d Viduam eius benedicens benedicam. Psal. 131. c.

qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, et viduæ: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, et reuelat operimentum lectuli eius: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cum omni iumen-

b *Male.* Nō solū idololatria simulachrorum prohibetur, sed omnis hæreticorum error. Hi enim artifices vanitatis & superstitiosi dogmatis, qui de corde suo quos volunt fingūt sibi deos.

c *Omnis populus.* Oēs debent laudare bona, & detestari mala, tam pręlati, quam subditi.

d *Maledictus qui transf. terminos.* Hic est qui non cōtentus fide catholica & sana doctrina, superstitiones & sectas inducit.

† vilipēdit vel despicit.

e *Maledictus qui dormit cum.* Omnis incestus abominatio est, sed specialiter & hæreticos atq; schismaticos petit, qui ipsam Christi (q omnium pater & creator est) errore corrūpūt. Tropologice vero prohibet, ne quis actionem prauam patris sui imitādo diffamet, & ignominiam eius reuelet.

f *Maledictus.* Maledictus est qui Gētiliū stultitiā sequitur. Vir aut mulier, nō p fragilitatē, sed psuerātertali cōmistiōe ihęrens, reus est mortis.

a Dor

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et e regione. *Sunt enim duo monticuli propinqui & prope ciuitatem Sichem.*

2 Et pronunt. *Hic cōsequēter ponitur pronūtiatiōis modus. Et primo circa obseruationē & transgressionem aliquorū præceptorū specialiter. Secūdo totius legis generaliter, ibi:* Maledictus. *Circa primū dicitur:* Et pronunt. *s. benedictiones & maledictiones. Sed contra hoc videtur quod iam dictū est, q trib. Leui est de stātibus ad benedicēdū. Ad quod dicunt aliqui expositores, q sacerdotes & Leuitæ primo cum arca ascendebāt montem Garizim, & pronuntiabant ibi benedictiones, & populus ibi existens per singulos respondebat amen, & post ad maledicendum cum arca ascendebāt mōtem Hebal, & populus ibi existens respōdebat amen. tñ supra trib. Leui nominata est, cum benedicētibus tamen, ad designādū q ad prælatos & rectores ecclesię per se pertinet benedicere. nō aūt maledicere, nisi per accidens pro peccantiū contumacia. Ra. Sa. dicit q sex trib. stabāt in mōte Garizim, ita quod Ioseph accipiatur hic p duabus tribub. s. Ephraim & Manasse. Sex autem aliæ erāt in monte Hebal. Sacerdotes aūt & Leuitæ erāt in medio duorū mōtiū, & primo vertebant facies suas versus montem Garizim, & pronuntiabant vnā benedictionem per modū qui post dicetur, & omnis populus existēs in utroque monte respondebat amen. postea vertebant facies suas ad montem Hebal pronuntiando maledictionē oppositā, & populus hinc & inde populo respondebat, amen. Dicuntur tñ illi, qui erant in monte Garizim stare ad benedicendum, eo quod sacerdotes & Leuitæ pnuntiando benedictiones vertebant facies suas ad illos, & eodem modo dicuntur alij stare ad maledicendum. Quod aūt Leui numeratur inter benedicentes tantum, ratio iam dicta est. Potest etiā dici quod aliqui de tribu Leui erant in monte Garizim, qa non oēs erant necessarij ad pronuntiandum benedictiones, sed nulli eorum erant in monte Hebal.*

Bndictiones in mōte Garizi.

3 Maledictus hō, &c. *Hic non ponitur aliqua benedictio expresse, et tamen de ipsis facta est supra mentio. Ad hoc dicit Ra. Sa. quod intelliguntur per maledictiones oppositas, ita quod sacerdotes & Leuitæ primo dixerūt:* Benedictus homo qui non facit scul. & confla. &c. *& responsio à populo, amen, dicebant,* Maledictus homo qui facit scul. *& sic consequenter de alijs maledictionibus & benedictionibus oppositis.*

4 Maledictus qui non. *In Hebræo habetur:* Maledictus qui uilificat patrem. *vilificare enim peius est, quam non honorare.*

5 Maledictus. *Per talem translationem furando partem terræ proximi.*

6 Maledictus. *Cæcus vocatur hic non solum ille qui priuatus est visu quia tales non incedunt sine ductore communiter, sed etiam ille qui ignorat viam per quam debet incedere. Cætera patent.*

1 Maledi

MORALITER.

5 *Maledictus, &c.* Per istū proximū significatur Christus, de quo dr Ioā. 1. a. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Igitur transferre terminos huius proximi est discedere a doctrina euangelii, qd faciunt heretici & schismatici propter quod sunt a domino maledicti.

6 *Maledictus.* GREG. Homi. 36. In pręsenti etenim vita, quasi in via sumus, qua ad patriā pergimus. Igitur prælati, curati, & doctores, qui per malam doctrinā suā vel vitam simplices faciunt peccare, cæcos in itinere faciunt errare. Grego. in pastoral. Cum pastor per abrupta graditur, consequens est vt ad pcipitum grex sequatur.

† *Maledictus qui dor. cum.* Prælatus, curatus, siue pędicator cū vxore patris sui dormit, quando verbo malo vel facto ecclesiā Christi patris sui sponsam polluit.

† *Maledictus qui dor. cum omni.* Per iumēta possunt intelligi homines voluptuosi. Greg. exponens illud Iohel. 1. d. *Computruerunt iumenta in stercore suo,* dicit, Iumenta in stercore suo cōputrescere, est in fœtore luxuriæ vitā finire. Igitur moraliter cū iumento dormit, qui cum luxurioso in malis actibus se coniungit.

Male-

a *Dormit.* maculat praue docendo, aut praua exépla demonstrãdo alterius animã. Pater enim noster vnus est deus, & mater ecclesia, nos autem omnes fratres aut sorores sumus.

b *Cũ socru sua.* Socrus prauæ actionis cócupiscẽtia, quia omnis peccati concupiscẽtia mater est. Diligẽter ergo attẽdamus, vt concupiscentiæ resistam⁹, nec cupita impleamus.

c *Maledi.* Quocunque mõ hominẽ occidere peccatum est. Mirũ ergo vr quare maledictũ tãtum dixit, qui clã percusserit. Sed forte clam percutere est corde odisse. vnde: *Qui odit fratrem suum, homicida est.* (Ioan. 3. c.) Et alibi: *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.* (Leu. 19. b.)

d *Maledi.* Hæc sententia generaliter & præterita & presẽtia & dicenda legis mandata cõplectitur, tãto grauitor quãto generalior. Quis enim potest sine trãsgressione in omnibus sermonib. legis permanere. cum & Paulus dicat: *Quicunq; ex operib. legis sunt, sub maledictio sunt.* (Gal. 3. d.) Nemo hãc maledictionẽ euadere, potuit, nec legislator nisi Christus. vñ: *Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictũ, etc* (Vt supra.)

a to: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui dormit cũ † sorore sua, filia patris sui vel matris suę? Et dicet omnis populus, amẽ. Maledictus qui dormit cum socru sua: Et dicet omnis populus, amen: Maledictus qui clam percusserit proximũ † suum: Et dicet omnis populus, amẽ. Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui accipit mun era vt percutiat animam sanguinis in- † nocentis: Et dicet omnis populus, amen. Maledictus qui non 1 † permanet in sermonibus legis huius nec eos opere perficit: Et dicet omni populus, amen.

(Interlinear glosses: a Oderit. b Quemlibet hominem. a Auaritiam percutit. a Sicut Iudas. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Esa. 33. c. b Vitam temporalem vel animam immortalem. a Perfecte. Mente. b Omnibus. Custodiens. c Non sufficit facere nisi perficias. Id est, vere vel semper.)

✱ BASILIVS. Cur recitatis maledictionibus adiũgitur, Amen benedictionibus vero nulla sequitur affirmatio. Diluit hanc dubitationẽ Apostolus dicens, filius Dei non est etiã & non, sed in se ipso est etiam. Omnes enim istas promissiones in ipso sunt et. Amen. Ipse enim est qui benedixit nobis in omni benedictiõe spiritali.

(Ex catena Græca. — maledict⁹ q dormit cũ vxore proximi sui & dicet omnis populus amẽ — † statuit verba i. opere perficit.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Maledictus. *Hic ponitur maledictio & benedictio ei proposita respectu obseruãtię & transgressionis totius legis generaliter, & sicut in aliis prædictis primo pronuntiabatur benedictio super obseruantes, & maledictio super transgrediẽtes legem in aliquo particulari mandato, sic in isto generaliter primo pronuntiabunt Leuitæ dicentes* Benedictus qui permanet in sermonibus legis huius: *& responsio a populo, amen pronuntiabant et maledictionem oppositam, dicentes, Maledictus qui non permanet, &c.*

## MORALITER.

✱ 1 *Maledictus qui dormit cum sorore sua. fi. pa.* Per istã sororem intelligitur sapientia. Prouer. 7. *Dic sapientiæ soror mea es.* Ipsa etiam est filia dei patris omnium. Eccl. 1. a *Omnis sapientia a domino deo est.* Ille igitur prælatus vel doctos cũ sorore sua, filia patris sui dormit, q sapientiã a domino sibi datã, immũditia vitę polluit, & contẽptibilẽ aliis reddit. Gre. Homi. xxxvii. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.

† *Maledictus &c.* Hoc autem facit qui occulte proximo detrahit.

† *Vt percutiat.* Hoc moraliter faciunt qui propter temporale lucrum personas simplices innocentes ad mortale peccatũ inducũt sicut faciunt frequẽter mediatores & mediatrices fornicationis & adulterii vel alterius cuiusque mortalis peccati.

## CAP. XXVIII.

a SI autem audie. Sicut inobedientibus prędicit maledictiones & supplicia, sic obedientib. pmittit benedictiones & præmia.

✱ RVPERTVS. Quæ hactenus dictæ sunt benedictiones siue maledictiones, cunctis gentibus pro meritis singulorum cõmunes sunt. Non enim est distinctio. Quicũque enim in legẽ peccauerint, siue Gentiles, siue Iudæi, qui & ipsi decem uerba legis acceperunt, per legem iudicabuntur. Porro sequentes maledictiones propriæ Iudęorum sunt, et ecce hodie super illum in foelicem populũ uenerunt, eumq; manifeste apprehenderũt. (Vbi supra cap. 6.) Sunt autẽ numero triginta, quarũ prima est, maledictus eris in ciuitate, vltima vero, a duena qui tecũ versatur in terra ascẽdet super te. Et merito triginta maledictionib. obruti sunt, q triginta argenteis emptũ datorem benedictionis Christum Dei filiũ occiderunt. Iuxta causam eandẽ in Psalmo triginta maledictiones sunt, tam in eum qui vendidit, Iudam scilicet quam in eos qui emerunt, quarum prima est, *Constitute legislatorem super eos.* Vltima vero, *induantur sicut diploide confusione sua.*

b *Benedictus tu in ciuitate.* ✱ PROCOPIVS. In ecclesia, vbi qui agit, serit & metit fructũ in vitam æternam. fetura vero vteri pię cogitationes sunt. Dicit enim Isaias. *Per metum tuũ domine in ventre concepimus, dolores pertulimus & parturiuimus, &c.*

## CAP. XXVIII.

a SI autem audieris vocem domini Dei tui, 1 vt facias atq; custodias oĩa mandata eius † quæ ego pręcipio tibi hodie, faciet te do † minus Deus tuus excelsiorẽ cunctis gẽtibus, quæ versantur in terra. Venientq; super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent, si tamen b præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & bñdictus † †

(Interlinear glosses: Corde. a Opere. b Mente. c Nec vnum prætereas. d Non mea. a Melius. b Id est præcepta ostendo. c Præmijs blanditur. a Quia a Deo. b Quas iam dicet. c Circumdabant te vndique. Benedictionem contemplatiuæ vitæ & actiuæ significat. a Intus fortis. b Ecclesia in qua gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, in qua benedictus qui vacat contemplationi.)

a Fru.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVIII.

✱ 1 Si autem. *Hic consequenter ponitur benedictionum & maledictionum imprecatio. & primo benedictionum super obseruatores legis, secundo maledictionum super trãsgressores, ibi:* Quod si audire nolueris. *Circa primum sciendum, quod benedictiones imprecantur,* ✱ *secundum* (Diuisio.)

## MORALITER.

✱ 1 *Si autem.* non solum aure corporis, sed etiam cordis firmiter retinendo.

† *Vt fa.* opere adimplendo.

† *Faciet.* excelsiorem cunctis gentibus, s. in cælorum regno, Mat. 11. b. *Qui minor est in regno cælorum, maior est illo.*

† *Benedictus.* i. in operibus vitæ actiuæ, quæ pertinent ad politicam.

† *Et benedictus.* i. quantũ ad opera vitę contẽplatiuę quæ exercentur extra tumultum ciuilem.

a *Fruc.* diuersos ordines notat subditorũ. Alii enim doctorib. corporalia præbent. Alii laborare possunt quod sibi fuerit præceptum. Alii simplicitate contenti per innocentiam uitę studẽt deo placere. vnusquisque proprium donum habet ex deo.

b *Benedictæ reliquiæ.* Bonæ intentionis pmium, etsi uoluntas non habeat effectũ, quia par hominibus bo. vo. &c.

c *Ingrediens.* Ingreditur ille per ostium q per fidem catholicam iuxta uoluntatem dei intus meditatur & tractat. Egreditur quando idem coram hominibus ad laudẽ dei manifestat.

✱ PROCOPIVS. Cum hoc quoq; Dauid concinit, dicens: Domin⁹ tuebitur exitum tuum vt introitum. Oportet.n. ei q ab impietate recedit, manu ad pietatẽ iter præbere. Porro & nobis cõtra Dei hostes in bellũ est egrediendum. Per introitum vero licebit intelligas accuratam cognitionis custodiam. Per exitum autem eam cognitionem qua omnis solertia relinquitur, & erga infirmos fit dem ssio.

d *In conspectu tuo.* Vt gaudeas: *Lætabitur iustus cũ viderit uindictã.*

e *Emittet.* ✱ PROCOPIVS. Si enim mandata Dei pro uirili obseruauerimus, fœlicitati conseruabuntur

Luc. 1. b.

† vel conspersio siue pasta aut esca tua. Chal. interpretatur penaria & inf.
† vel pcussos & vulneratos.

† Statuet. B

Psal. 17. b.

C

a Exercitio boni operis. b Hoc ad ciuitatem respicit. c Consilia, cogitationes. d Mentis vel cordis vnde procedunt cogitationes e Hoc ad agrum. f Corporis. Actiones extrinsecę. Opera.

a in agro. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ: †

a Opera. b Homines & iumenta saluabis domine. Subditorum. Quinque sensum qui cum iumentis nobis communes sunt. c Boum eorum scilicet qui laborare possunt.

fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuo- †

a Conuentus innocentium. b Virtutum custodia.

b rum, & caulæ ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & bene- † 1

a Bona voluntas quæ remanet post opera. b In perceptione præmij. Ecclesiam. Fidem. c Ostium. de quo dicitur: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Io. 10. b.

c dictæ † reliquiæ tuæ. Benedictus eris & ingrediens & e- 2 3

a De præsenti vita ad æternam. b Si custodieris mandata. c Spirituales, dæmones, hæreticos, Gentiles. d Quasi superbi.

grediens. Dabit dominus inimicos tuos qui consurgunt ad- †

a Dominus conteret Sathan sub pedibus tuis. Rom. 16. b. b Adunati ad nocendum.

d uersum te † corruentes in conspectu tuo: Per vnam viam ve- 4

Terrore dissipati.

e nient contra te & per septem fugient a facie tua. † Emittet †

Gratiam spiritalem. Cordis secreta.

dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia

a Gratiam donorum cęlestium multiplicando. b Ecclesiæ.

f opera manuum tuarum, benedicetque tibi in terra quam ac-

A morte animæ.

ceperis. † Suscitabit te dominus sibi in populum san- 5

ctum, sicut iurauit tibi, si custodieris mandata domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius: Videbuntque

Corporales & spirituales. a Intus in fide, foris in opere radians.

omnes terrarum populi, quod nomen domini inuocatum sit

a Qui prædicatoribus necessaria ministrant.

super te, & timebunt te. Abundare te faciet dominus om- †

Mentis.

nibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuo-

Corporis vel ecclesiæ.

rum, fructu terræ tuæ, quam iurauit dominus patribus tuis,

a Placatus, qui aliquando e audit iratus.

vt daret tibi. Aperiet dominus thesaurum suum optimum 6

a Doctrinam. b Cordibus terrenorum.

g cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo, benedicetque cunctis operibus manuum tuarum: Et fœ-

h nerabis gentibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies. 7

buntur tã occultæ cogitationes, quã manifestæ actiones, cũ ea q diminuuntur, tum ea quæ ad incrementum tendũt. Dauid enim dicit: *Ex secretis meis purga me.* Seruator item: *Sine me nihil potestis efficere.*

f *Benedicetque.* Bonis operibus tribuẽs incrementũ, & felicem successum.

g *Cælum.* Prophetas & Apostolos, de quibus dicitur: *Cæli enarrant gloriam dei*: quos dominus aperit cum per eos doctrinæ abundantiam tribuit: ut carnalium corda hoc imbre irrigata proferãt germina bonorum operum.

h *Fœnerabis.* Id est tanta erit abundãtia tibi, quod poteris dare pecuniã gentibus, illis uero non tanta. Vel doctrina ecclesiastica intelligitur.

*Fœnerabis gentibus.* Fœnerat ecclesia gẽtibus multis, quando diuina charismata expendit nationibus. Nec fœnus accipit, quia non præsentem remunerationem sed futuram inquirit. Excellit enim omnibus & caput est orbis non cauda. Semper supra est, & non infra. Quia licet pressuras & persecutiones malorum in mũdo patiatur, fortior tamẽ aduersariis est, fide & uirtute præeminet uniuersis. Vnde constituet te dominus in caput. &c.

D

Tropolo.

† præcipiet dominus vt sit tecũ benedictio in cellariis tuis. E

☞ PROC. F

NICOLAVS DE LYRA.

✱ *secundũ ea quæ solẽt homines desiderare in præsenti vita, quia in veteri lege obseruatoribus legis promittebantur bona temporalia tanquã hom. ni is carnalibus & imperfectis, qui non possunt capere spiritualia, & propter hoc dicit Apostolus ad Heb. vij. c.* Nihil ad perfectum adduxit lex. *Solẽt autem homines desiderare primo prosperitatem domus suæ, quę consistit in fœcunditate prolis & abundantia temporalium bonorum & quantum ad hoc dicitur in generali*: Benedictus tu in ciuitate & benedictus in agro. *Et consequenter explicatur magis in particulari, cum dicitur* Benedictus fructus ventris tui, &c.

Quo hõmines desiderant prosperitatẽ domus suæ.

1 Benedicta hor. *quia plena erunt bonis, nec putrefient ibi.*

2 Et bene. *i. superabundantia bonorum tuorum, quia de illis dabis pauperibus, & illi benedicent tibi. Consistit etiam bona dispositio domus in corporis incolumitate sine qua prædicta bona parum valerent homini. ideo subditur.*

3 Benedic. &c. *Quia intus ciuitatem & extra poteris conuenienter exercere opera tibi conuenientia. Secũdo solent homines desiderare inimicorum suorum depressionem. & quantum ad hoc dicitur*: Dabit dominus inimicos, &c.

4 Per vnam viam. *Modus est enim veniendi ad prælium, s. vnite & coniunctim, & modus fugiendi per diuersas vias. Tertio desiderant homines famæ celebritatem in bonitate. & quantum ad hoc dicitur.*

5 Suscita. *Et sanctitas ista per famam diuulgabitur ad dei gloriam & tuam. ideo subditur.* Videbuntque omnes terrarum populi, &c. *& subditur.*

6 Aperiet. *dicitur aũt cælum thesaurus, quia ibi reposita sunt & ascõdita bona diligentibus deũ, secũdum illud. 1. Cor. 2. a.* Quod oculus nõ vidit, &c. *Dicitur autem thesaurus, quia tota fertilitas bonorum in istis inferioribus prouenit ex influentia cæli & stellarum.*

7 Et fœnerabis. *i. accommodabis. q. d. ita plenus eris, diuitijsq; poteris accõmodare gratis gentibus multis. Quarto desiderãt homines dominij & honoris sublimitatem, & quantum ad hoc dicitur.*

✱ 1 Consti

MORALITER.

✱ † *Benedictus.* i. tuę mentis in meditationibus sanctis.

† *Fructusque.* i. sensuum exteriorum.

† *Greges armentorum &c.* i. sensuũ interiorũ per sensus. n. interiores & exteriores cõuenit homo cum animalib. brutis, pp quod eorum nominib. nominantur. differunt tamen in hoc, quod in homine pars sensitiua deseruit virtuti, inquantum est obediens rationi, quæ non est in brutis.

1 *Benedicta horrea.* Per quæ significatur merita reposita a deo & conseruata homini tempore futuro.

2 *Et benedictæ.* Merita nanq; hominis non sibi soli valent, sed etiam aliis, ex hoc vocantur reliquiæ, id est aliis relictę.

3 *Benedictus eris ingrediens,* id est opus bonum incipiens.

3 *Et egrediens.* i. bonum opus inchoatum perficiens.

† *Dabit dominus inimicos tuos* id est dæmones.

4 *Corruentes ante te.* id est superatos in tẽtatione. Iaco. 4. a. *Resistite diabolo, & fugiet a uobis.*

† *Emittet domi.* Per cellaria intelliguntur cordis secreta aliis cęlata, quę dñs benedicit, quando meditationes sanctas hominib. immittit, per opera manuũ intelligũtur exteriora bona, q patent aliis & a deo benedicũtur, quando non ad hominum laudem, sed ad dei gloriam ordinantur.

5 *Suscitabit te dominus si.* i. in fine mundi resurgere faciet in par te sanctorum.

† *Abũdare te faciet dominus, &c.* In gloria cęlesti, de qua dicitur Psa. xvi. d. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.*

6 *Aperiet. do.* s. cælum ad recipiendum te in anima & corpore gloriosum.

† *De* ✱ *Quod*

* PROCO. Mutuo dabis probatum diuinæ cognitionis argentum. Tu vero nihil mutuo accipies. Apud eos enim nulla est scientia intelligentia.

a *In caput non in caudam.* * THEODOR. Hoc est imperantem, non nec seruientem.

* PROCOPIVS. Verũ nõ omnes hac fausta imprecatione digni extiterunt. Soli Apostoli & nos si ipsos cõsectamur, quos post Christum capitis loco habem⁹. Eos vero qui nõ crediderũt, in caudã posuit.

b *Non declina.* AVGVSTINVS. Lxx. *Non præteribis ab omnibus verbis, q̃ ego mando tibi hodie in dextra aut sinistra, ire post deos alienos, seruire illis.* Dextera in laude ponitur. Quod aũt reprehenditur in via vitæ q̃ declinat ad dexterã, non ea reprehẽduntur quæ in dextera sũt, sed q̃ declinat in ea, i. qui sibi q̃ dei sunt, arrogat. vñ: *Nõ declines in dexteram aut in sinistra. Vias enim q̃ a dextris sũt, nouit dominus, &c.* Bonę ergo sũt dextræ, q̃a nouit dñs vias iustorũ. Declinare ergo in dexteram, ẽ nõ dei gratię, sed bonum sibi tribuere. Vñ addit: *Ipse enim rectos faciet gressus tuos &c.* Dextera ergo aut sinistra ire post deos alienos seruire illis, non ideo dictum est quod dii alieni possint in dextris accipi, sed aut terrena loca, q̃ in dextra aut sinistra habebant gentes alienos deos colentes. Vel ita: *Non præteribis ab omnibus verbis, &c.* vt præteream ea q̃ mandata sunt, eas post deos alienos. Hoc enim post omnia seorsum commendare voluit, vt ne propter felicitatem appetendã, aut infelicitatẽ fugiẽdam auxiliũ petas ab alienis diis. Aut sic, vt vel cõsulãtur vt prosint, vel placẽtur ne noceãt, secundum illud: *Dextera eorum dextera iniquitatis*, qui opinantur hominem scilicet his rebus fieri beatum, quas & boni & mali habere possunt. Et ideo dextera iniquitatis, quia iniqui sunt qui eam dexteram putant. Non est enim uera dextera, sed dextra eorum qui *beatum dixerunt populum cui hæc sunt, cũ beatus sit populus cuius dominus deus eius.* Hæc est, vera dextra æquitatis non iniquitatis. Non est ergo eundum post deos alienos nec in dextera, vt existimet homo ex ipsis se fieri beatum, neque in sinistra, existimãdo illis aduersantib. fieri miserũ. Aut si p dexterã intelligam⁹ æterna, sinistram vero tẽporalia bona, nec propter illa, nec propter ista colendi sunt.

Quæst. 48. In dexterã declinare. Timore Heb. 12. d. Psal. 143. b

a Constituet te dominus Deus tuus in caput & non in caudam, 1 & eris semper supra & non subter, si audieris mandata domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & fece-b ris, ac non declinaueris ab eis, nec ad dexteram nec ad sini-2 c stram, nec secutus fueris deos alienos, neq. colueris eos. Quod 3 si audire nolueris vocem domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, & † cęremonias quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus 4 in agro. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, et fructus terrę tuę, armenta boum tuorum, et greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, et maledictus egrediens. Mittet dominus super te † famem et esuriem, et increpationem in omnia opera tua quæ tu facies, donec conterat te, et perdat velociter propter adin-5 uentiones tuas pessimas, in quibus reliquisti me. Adiungat ti-6 bi dominus pestilentiam, donec cõsumat te de terra ad quam d ingredieris possidendam. Percutiat te dominus † egestate, fe-e bri et † frigore, ardore et † æstu, et † aere corrupto, ac † rubigine: et persequatur, donec pereas. Sit cęlum quod supra te est ę-7 f neum, et terra quam calcas ferrea. Det dñs imbrem terrę tuę 8 puluerem, et de cęlo descẽdat super te cinis, donec conteraris.

(Interlinear glosses: Principatum. Dilectionem. In recta mortalitate vel operibus bonis, qui sibi attribuit ille declinat in dexteram. a Corde. b Cum posse. c Qui audiendus, quia Deus & dominus. d Dilectione. a Opere. a Opprimendum & apprehendent te ne euadas. a Verbi Dei. b Sterilitatem virtutum. a Perturbatio nem vitiorum & malignorum spirituum. In nouissimo. Ecclesia. a Veri panis. a Carnalium desideriorum ardore. b Infidelitatis duritia. Inuidia. a Id est perire permittat. b Prædicatores. a Dum non rore doctrinæ profluit. b Auditor. c Nullo humore fœcunda. Hoc tempore Achab ad orationem Heliæ completum est. a Sterilitatem. Corruptam doctrinam. Combustio, æterna damnatio quæ miserorum corpora exurat.)

c *Quod si audi.* Sicut custodientibus mandata promisit benedictionem, sic negligẽtibus pronũtiat maledictionem.

d *Percutiat te do.* AVGVSTINVS. Quis tã impie desipiat, ut dicat deũ malas hominũ volũtates quas voluerit, quando voluerit, vbi voluerit in bonũ non posse conuertere. Sed cũ facit, per misericordiã facit. Cũ non facit, per iudiciũ non facit, *qui cui vult miseretur, & quem vult obdurat.*

e *Et aere corrupto.* uita polluta ex carnali immunditia. Carnalis vita polluta ex carnali immũditia. Carnalis vita per aerẽ exprimitur, quia aeris spiramine humanũ corpus viuificatur.

f *Sit cælum.* Elementa quibus fructus nutriuntur, cõparat durissimis metallis, qa peccata hominũ cõmutant ordinem rerum, & q̃ ad solatium condita sunt humano generi. vnde: *Pugnab. pro eo orbis terrarum contra insensatos.*

Celũ est æneũ prævaricatorib. legis, cu nullã a sanctis doctoribus merẽt clementiã, sed durissimã disciplinã, qm ipsi nõ cor carneũ & molle animũ sed lapideũ habẽt & ferreũ. Sicut duro populo lex i lapide dabat, vt ex munere acceptor figuraret.

f *Det dominus imbrem.* quasi sicut puluis & cinis nõ faciũt fructũ, sic doctrina tibi infusa nõ excitet germina virtutum, sed æternum prænuntiet interitũ. Puluis enim bonorum operũ sterilitatẽ, Cinis designat combustionem, quia paleæ peccatorum comburentur igni inextinguibili.

In Enchiri dio c. 29. † statuta. † maledictioné & perditionem. † gladio. † ariditate. Sap. 5. d. Allegor.

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Costituere te. do. &c. *Quia est superior pars corporis.*

2 Ac non declinaueris ab eis, nec &c. *id est quocumque impulsu prosperitatis seu aduersitatis.*

3 Quod si. au. no. *hic consequenter ponitur imprecatio maledictionũ super legis transgressores, & sicut imprecatæ sunt benedictiones secundũ ea quæ homines desiderant in vita præsenti, vt dictũ est, sic etiã maledictiones imprecantur secundum ea quæ homines abhorrent in præsenti vita & secundũ hoc posset diuidi sequens litera, vt patebit per distinctiones eorũ, quæ abhorrentur. Ista cũt distinctio non est ita præcisa, quin de pertinentibus ad unam partem plura ponantur in alia & econuerso, quia Moyses ista tradebat populo per modum exhortationis & prædicationis, & ideo frequenter intermiscet illa, quæ pertinent ad diuersas maledictiones per modum cuiusdam exaggerationis. Accipiatur tamen distinctio prout potest fieri per oppositum ad benedictiones, quia primo solent homines abhorrere malam dispositionem domus suæ, quæ consistit in sterilitate prolis & penuria bonorum, & quantum ad hoc dicitur.*

4 Male. *& patet litera ex prædictis vsque ibi.*

5 Propter. *i. peccata quæ sunt a nobis, sed bona sunt a deo secundum quod habetur Osee xiij. c Perditio tua ex te Israel, tãtũ modo ex me auxilium tuum. Consistit etiam secundo principaliter mala dispositio domus in languore & infirmitate corporis, quę potest causari multis modis & quantum ad hoc dicitur.*

6 Adiungat. *ex fulgure, tonitruo, & gradinibus, & similibus bona terræ & aerem corrumpentibus, ex quibus sequuntur infirmitates, ut languores.*

7 Sit. *i. ad modum aeris siccum & clausum ita quod inde non procedat ros nec pluuia.*

8 Et ter. *i. dura & sicca nullum fructum proferens.*

## MORALITER.

* 1 *Quod si audi.* Sequitur.

4 *Maledi. fru. ven.* Hic ponunt maledictiones inferendæ nolentibus obedire deo, per oppositũ ad benedictiones pdictas propter qd ex sensu mystici benedictionum de facili potest accipi sensus mysti. maledictionum, quia sicut dicitur 1. de Anima. Rectum est index sui & obliqui, ergo pertranseo.

Tradat te dominus † corruentem ante hostes tuos. Per vnam viam egrediaris contra eos & per septem fugias * & dispergaris per omnia regna terræ. Sitq; cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cæli, & bestiis terræ, & non sit qui abigat. Percutiat te dominus vlcere Ægypti, & partem corporis per quam stercora geruntur, scabie quoque & prurigine, ita vt curari nequeas. Percutiat te dominus amentia, & cæcitate ac † furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam. Bos tuus immoletur coram te, & con comedeas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis tuis, & non sit qui te adiuuet. Filii tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua. Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras, & sis semper † calumniam sustinens & oppressus cunctis diebus, & stupens ad terrorem eorum quæ videbunt oculi tui. Percutiat te dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanarique non possis a planta pedis vsque ad verticem tuum. Ducetque te dominus & regem tuum, quem constitues super te, in gentem quam ignoras tu, et patres tui, et seruies ibi diis alienis, ligno et lapidi, et eris † perditus, in prouerbium ac fabulam omnibus populis ad quos te introduxerit dominus. + Sementem multam iacies in terram, et modicum congregabis, quia locustæ deuorabunt omnia. Vineam plantabis et fodies, et vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, quoniam vastabitur a vermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, et non vngeris oleo, quia † defluent et deperibunt. Filios generabis et filias, et

Interlinear glosses: a Spiritales vel Romanos. a Collectis in vnum viribus. Multis modis. a Disperde eos in virtute tua, & destrue eos protector meus domine. Psal. 58. c. b Pœna post mortem futura iudicatur. a Dæmonibus. b De quibus dicitur Ne tradas bestijs animas confitentium tibi. Psal. 73. d. c Deo irato nemo liberare potest. a Semel damnationi datos æterna pœna consumet. Pruriente malitia. b Quod vlcera est & vesicæ turgentes. c Fœtorem post hanc vitam futurum significat. a Sicut Philisthæi percussi sunt in posterioribus. 1. Reg. 5. b. b Feruo re irævel desiderij, quia scabies ex feruore humoris procedit. c Furoris insania. a Quia in inferno nulla est redemptio. a Quo Christum crucifixerunt. Hoc hodie in Iudæis impletur, nec vnquam liberabuntur. a Plebem. b Hoc ad literam Iudæis contingit. Diabolus. a Discipuli. a Christiano. b Hoc ipsis videntibus quotidie fit. c Inuidiæ. d Quia intentionem ad effectum ducere non valet. a Gentiles scil. fruentur scientia scripturarum tuarum. a Ab infimis vsque ad summos. a Inanis gloria, mentis instabilitas. Qui non moriuntur. i. peccata.

a *Et dispergaris*: Sicut Iudæi capti narij per latitudinem orbis dispersi sunt, qa contra deū collecti sunt, sic generatio malorū a spiritibus immūdis disperſa per peccatorū genera perturbatur. unde: *Inimici tui peribunt & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem*, (Psal. 91. b.) b *Percutiat te dominus vlcere Aegypti.* Vlcera dolorosa & purulēta malitia. Vesicæ inflata supbia. Scabies & prurigo, ira feruida, & furoris insania. Hæc ī præsēti cōgrua pęna peccatis infligitur. post hāc vitā (qđ signatur in posteriori bus) fœtorem scelerum in æternis cruciatibus sustinebunt. (A — † cęlum.) († timore vel stupore cordis.)

B *Percutiat te dominus.* hæretici & schismatici clarescente euāgelio in toto orbe erroris cęcitate īuoluti, amētiā suā exercētes catholicæ fidei cōtra dicūt. Ideo ecclesię calumniā sustinēt, & a veritate opprimūtur. Amētes et cęci fuerūt, cū Christi miracula vidētes, ī Beelzebub ea fieri dicebant, & Christū deum esse negabāt, nec veritatē videbāt. i. ītelligebāt. (Matt. 7. f.)

c *Et palpes.* Tenebræ factæ sunt cū crucifigeret Iesus vsq; ī horam nonā, sicut tenebræ erant in cordib. Iudæorum.

✱ PROCOPIVS. Nunc enim cum gentes in media luce ætatē degant, Israel versatur in tenebris, & tanquā cæci murum palpāt, legē ipsis traditā, eo quod lucis radios Christi cognitionis nollent admittere, & cum Dauide dicere: *Reuela oculos meos, &c.* († Leu. 26 c Mich. 6. d. Aggei. 1. b) (C) (Psal. 118.)

d *Non dirigas*, nec Christo pdicāte crediderunt, nec per pęnitentiam dirigi uoluerunt.

e *Vxorem accipias & alius, &c.* In vxore plebs hæreticis socia ta accipitur, cum qua diabolus fornicatur, dū in errorē seducitur. Animalia hæreticis rapiuntur, cū subiecti ab eis liberātur, cū ipsi uita & doctrina priuantur. Substantiā quoque quam Iudæi sibi docendo & scribēdo singulariter præparauerunt, ecclesia sibi conuertit in vsum. (D) (* coram te)

f *Fructus terræ tuæ.* Tota cęremoniarum vtilitas ad ecclesiam translata est. Hæc abundantia fruitur, Iudæi egestate pereunt. vnde per Esaiam dicitur: *Serui mei comedent, & vos esurietis.* (Esa. 65. b)

g *In geni.* Fortitudinem, s. & stabilitatem auferat. Vel in genibus percutiatur, cuius nouissima opera damnantur. (E)

h *A planta pedis.* Sicut ab initio prauæ voluntatis vsque ad perfectionem operis malitiam exercuistis vnde: *a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Hoc in vltima captiuitate cōpletum est. (Esa. 1. b.) († contritionem.)

i *Ducetque te.* Hæretici uel mali catholici, qui contemnunt præcepta dei a dæmonibus & vitiis uariis captiuātur. Sicut seruus ita & domin' & rex sicut populus, magister sicut discipulus. († in perditione vel ꝑ elatione)

K *Et regem.* Osee regem Samariæ Salmanasar rex Assyriorū cum decem tribubus duxit in captiuitatem, Nabuchodonosor, Ioachin, & Sedechiam regē Iuda cū populo captiuauit. (4. Re. 17 d 4. Reg. 24.) (F) († proiicietur oliua.)

l *Sementem, &c.* Nobis quoque cauendum est, ne perdamus panem qui cōfirmat cor hominis, & vinum quod lætificat, & oleum quod exhilarat faciem.

e *Vxorem* ☞ *Adue*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Tradat. *secundo solent abhorrere homines deprimi ab inimicis quæ quidem depressio fit multis modis, & quantum ad hoc dicitur.* Tradat. *& patet expositio ex prædictis.*

2 Sitque &c. *abhorret enim homo quod corpus eius occisum ab inimicis remaneat insepultum.*

3 Percut. te. *de quo vlcere habetur Exo. ix.*

4 Et partem. *tali plaga percussi fuerunt Philisthæi, ut habetur 1. Reg. v.*

5 Omnique tempore. *Ab aduersarijs, ita quod non sit tibi aliquod interuallum pacis & quietis.*

6 Vxorem acci. *non ad lætitiam, sed dolorem, ideo subditur.*

7 Et alius dor. *quod solet fieri, quando aliqui sunt ab inimicis deuicti, quia mulieres in prælijs non interficiuntur, sed victores ad luxuriam eis abutuntur, & postea vilibus personis dimittuntur.*

8 Domū. *afflictio magna est non reportare fructum ab illis in quib. homo multum laborauit sicut est in ædificatione domus, & plantatione vineæ & similibus.*

9 Filij tui. *Quod fit quando aduersarij victores existentes capiunt eos, & vendunt in seruos & ancillas.*

10 Videntibus oculis, &c. *Quod facit ad augmentum doloris.*

11 Fructus terræ, &c. *Come dat populus quē ignoras, quia omnia bona hominum deuictorum consumuntur ab inimicis, & si est aliquid residuum, rapitur & portatur alibi.*

12 Et in suris. *Sura est posterior pars tibiæ.*

13 Ducetque. *Et hoc fit quando aduersarij deuictos nolunt occidere, sed ducunt eos captiuos, & affliguntur longa morte. Tertio solent homines abhorrere infamiā & improperia sustinere. & quantum ad hoc dicitur:* Et eris perditus in prouerbium & fabulam omnibus populis. *& subditur.*

14 Sementem multam iacies in ter. *Vt per hoc appareat omnibus quod tu es homo maledictus a deo & derelict'. Quarto solent homines* ✱ *abhorre*

A a *Aduena*. Aperte significatur abiectio Iudæorum & electio gētium. vnde. *Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti fa.f.e.* Et alibi: *Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.*

† locusta vel vstio. Matt.21.d. Matt.20.b

Moraliter. RABAN. *Aduena qui tecū versatur, &c.* Creator omniū per incarnatiōis suæ mysterium Iudæam, visitare dignatus est, sed ipsa nō cognouit tēpus visitationis suæ. Ideo gentibus frequēter in prædā data est nouissime Romanis tradita, & venerunt super eam omnia genera maledictionū, quę in libro legis scripta sūt. Similiter his qui gratiā Dei ingrati accipiunt, certa est dānatio. Si eñ qs irritā faciēs legē Moysi sine vlla miseratione moritur, quāto deteriora meretur supplicia qui filiū dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit.

† mutuabit.

† statuta.

B

b *Ponet iugum ferreū.* ✻ PROCOPIVS. De graui seruitute loquitur. Ac proinde ferreū maluit ponere quam ligneum. Ieremias quoq; ob id sibi imponere præcipit vt captiuitatis molestiam significet. De qua nūc vaticinatur, & īquit. Adducet super te gentem e longinquo. Quibus uerbis Ieremias & prophetæ alii Assyrios Babyloniosq; innuerunt Quorū hostiū pernicitatem atq; vires volatu aquilę adūbrauit Moses. Quinetiā deuorabit, īquit fœt⁹ vteri tui. Quod in terrenis Ieremias lamentatur, & a Romanis factum esse loseph⁹ narrat.

† fortem faciei. i. ferocem, crudelem, immitem.

C c *Homo delicatus.* ✻ IDEM.

non frueris eis, quoniam ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas, & fruges terræ tuæ † rubigo consumet. Aduena qui tecum versatur in terra, ascendet super te eritque sublimior, tu autem descendes & eris inferior. Ipse † fęnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones istę, & persequentes apprehendent te donec intereas, quia non audisti vocem domini Dei tui, nec seruasti mandata eius & † cæremonias quas præcepit tibi. Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternum eo quod non seruieris domino Deo tuo in gaudio cordisque lætitia, propter rerum omnium abundantiam. Seruies inimico tuo quem immittet tibi dominus & siti, & nuditate & omni penuria, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat. adducet dominus super te gentem de lōginquo, & de extremis terræ finibus in similitudinē aquilę volantis cum impetu: Cuius linguam intelligere non possis, gentem † procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli, & deuoret fructū iumentorum tuorum, ac fruges terrę tuæ, donec intereas, & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ouium, donec te disperdat & conterat in cunctis vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi atque sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. † Obsideberis intra portas tuas in omni terra quam dabit tibi dominus Deus tuus, & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus Deus tuus, in † angustia & vastitate, qua opprimet te hostis tuus. Homo † delicatus in te & luxuriosus valde, inuidebit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo, * ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet, eo quod nihil aliud habeat in obsidione & † penuria qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter molliciem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro suo, qui cubat in sinu eius super filii & filiæ carnibus, & illuuie secundinarum quæ egrediuntur de medio feminum eius, & super liberis qui eadem hora nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam, in obsidione & vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custodieris & feceris omnia verba legis huius, quæ scripta sunt in hoc volumine, & timueris nomen eius gloriosum et terribile, hoc est dominum Deum tuum, † augebit dominus plagas tuas, et plagas seminis tui, plagas magnas et † perseuerantes, infirmitates pessimas et perpetuas, et conuertet in te omnes afflictiones Ægypti, quas timuisti et adhærebunt tibi. Insuper et vniuersos langores et plagas, quæ non sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet dominus super te, donec te conterat. Et remanebitis pauci numero qui prius eratis sicut astra cæli præ multitudine, quoniam non audistis vocem

Interlinear glosses: Gentilis. (fruges … consumet) — Humiliaberis. (tu autem descendes) — a Chaldæos vel Romanos. (adducet dominus) — Honorem. (non deferat seni) — a Filios, sicut in libro Regum legitur, & in excidio Ierusalem. (fructum vteri tui) — a Pelliculam quæ tegit puerum in ventre matris etiam comedebant. (illuuie secundinarum)

Verse numbers in margin: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15.

D ✻ IDEM. Qui delitiis est assuetus, inquit ad cibū ab omni humanitate alienū redibit. Nec anim⁹ quicquā de hoc ītimis suis decerpere permittet.

Quæst. 36. ✻ THEODORETVS. Qui fit vt plures sint maledictiōes quā benedictiones? Improbi serui non tā mouētur promissionibus libertatis, quā plagarum comminationibus.

† 4 Re. 6. b. Tute. 4 b.

† obsidione & coarctatione.

† tener in te & delitiosus vel in voluptatibus viuens

* & filiis suis quos reliquerit

† coarctatione.

† Chalde⁹ interp. sic interpretatur & filiis qui egressi sunt ex se.

E

† vel mirabilio. tecū aget dominus in plagis, aut mirabilibus plagis affliget te dominus.

† stersaut certas, stabiles, iuges, veras.

F

NICOLAVS DE LYRA.

✻ *abhorrere subiectionem maxime ab inferioribus se. & quantum ad hoc dicitur.*

1 Aduena. *Quantum ad diuitias, ideo subditur:* Ipse fœnerabit tibi: *& quantum ad honores, ideo subditur:* Ipse erit in ca. &c *subditur.*

2 Et erunt in te sig. *Id est pestilentię de cælo descendentes.*

3 Atque prodigia. *De terra vel aliter. Signa. i. infortunia de præsenti. Atq; pdigia. i. infortunia de futuro. vnde dicitur prodigium, quasi procul a digito lōge a psentibus quæ digito possunt tāgi Quinto solent homines abhorrere obsideri ab inimicis, eo quod tunc multa mala contingunt ipsis obsessis, & maxime quando obsessio est longa & a gente crudelissima, & quantum ad hoc dicitur.* Adducet dominus &c.

4 In similitudinem. *Id est ita subito venientes, quod non poteris te parare ad resistendum victualibus & armis.*

5 Cuius lin. *Et sic non poteris cum eis tractare de pace.*

6 Gentem pro. *Et ideo non dimittet obsidionem.*

7 Quæ non deferat &c. *Capta ciuitate sed omnia destruens.*

8 Obsideberis intra portas tuas &c. *Ita quod non poteris adiuuare alios fratres tuos nec ipsi te, nec p arma, nec p victualia, ideo subditur*

9 Et comedes fru. &c. *Præ nimia fame quod est maxime horribile.*

10 Tenera. *nō ex defectu membrorū, sed præ teneritudine sicut in eundo sustentantur magnæ dominæ.*

11 Inuidebit. *i. abscondet ne inde accipiat partem, sed ipsa totum glutiat præ nimia fame.*

12 Et illuuie. *i. immunditie.*

13 Secū. di. *Dicitur aūt secūdinę pelliculę in quibus inuoluuntur pueri in ventre matris, & simul egrediuntur cū eis quando nascuntur. Dicūt aliqui q melius dicitur.* Secundarum de medio femorum eius. Secūdinę.

14 Et super. *cum predictis pelliculis.*

15 Et plagas. *quę non sunt scriptę, quia non possunt ad plenum ex-*

6 Gentem

a *Et erit vita.* Nihil peius inter maledicta, quæ Iudæis merito superbiæ acciderunt, quam uidere uitam suam, i. filium dei pendentem, & nō credere ei. Maledicta autē cum ex prophetia dicuntur, non de malo voto sunt, sed prædicuntur. Potuit aūt sic sonare Iudæis, uidebis vitam tuā pēdentē, & nō credes vitæ tuæ, i. inter minas & dolos hostium uitā tuam videbis pendere ex incerto.

✱ PROCOPIUS. *Erit vita.* Hoc est, in dubio & interitus periculo erit ei, qui mortem ante pedes videbit. Traduci quoque in Christum potest

domini Dei tui. Et sicut ante lætatus est dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans, sic lætabitur disperdens vos atque subuertens, vt auferamini de terra ad quam ingrediemini possidendam. † Disperget te dominus in omnes populos a summitate terræ vsque ad terminos eius, & seruies ibi diis alienis, quos et tu ignoras et patres tui, lignis et lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi dominus ibi cor pauidum et deficientes oculos et animam mœrore consumptam, et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte et die, et non credes vitæ tuæ. Mane dices: quis mihi det vesperum: et vespere: quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, et propter ea, quę tuis videbis oculis. Reducet te dominus classibus in Ægyptum, *de qua dixit tibi, vt eam amplius non videres: Ibi venderis inimicis tuis in seruos et ancillas, et non erit qui emat.

a Ibi trepidauerunt vbi non erat timor. Psal. 13. b. b Obscurentur oculi eorum ne videant Psal. 68. f. a Christus qui est via veritas, & vita. Io. 4. a. b In cruce. c In conspectu tuo. a Ne perdas locum & gentem. b Quia pendentem videbis. Hæc ad literam sæpe contigere Iudæis.

† Disperdet.

* per viam

teste quod dicit. Ego sum vita, quem cum e ligno pendere viderent fide non exceperunt.

b *Reducet te dominus.*

✱ IDEM. Non reduxit ipse, verum redeuntes non prohibuit. Argumēto illud est, de quo tibi dixit, non videbis ipsum amplius. Cum enim reditio illa vitii loco vertatur, quando ipse autor fuisset? Suo igitur marte reuersi sunt, nunc quidem ab ipsis auxiliū contra Assyrios petitum, nunc vero a Nicanore, Pharaone, & aliis Aegyptiis regibus captiui abducti.

☞ CAP.

## NICOLAUS DE LYRA.

✱ *primi præ multitudine & magnitudine.*

1 Et sicut. *Vtens sua benignitate & gratia, quando ei seruiebatis.*

2 Sic. *utens sua æquitate & iustitia, eo quod a seruitute eius recessseritis.*

3 Disperget. *quod factum est per Titum & Vespasianum xlij. anno a passione Christi, eo quod peccauerant occidendo eum.*

4 In gen. *quia frequenter eiiciuntur de ciuitate in ciuitatem, & de regno in regnum.*

5 Dabit. *timore malorum imminentium de futuro.*

6 Et deficien. *dolore malorum præsentium.*

7 Et erit. *i. in pendulo posita ex periculis imminentibus.*

8 Et non. *s. quod possit etiam ad modicum stare, utpote de mane ad uesperam, & econuerso. ideo subditur:* Mane dices, &c. *& patet.*

9 Reducet te. *& hoc fuit per Titum & Vespasianum, quia vt dicit Iosephus lib. de Iudaico bello, capta ciuitate Ierusalem multi Iudæi fuerunt captiui, in tantum quod dabantur xxx. pro denario vno, vt dicunt aliqui & ideo oneratæ fuerūt plures naues de ipsis, in quib. ducti sunt in Alexandriā, quæ est in Aegypto, vt ibi reuenderentur carius a mercatoribus, qui eos emerant.*

✱ CAP.

### ADDITIO.

*In cap. 28. ubi dicitur in postilla: Quod si audire nolueris.*

Maledictiones quæ sunt agitatæ Iudæis.

*Maledictiones in hoc c. contentæ non solum sunt comminatoriæ, sed etiam propheticæ, quia omnes contigerunt illi populo in sequentibus temporibus. Sed notandum est, quod sicut dictum fuit supra Leuitici 26. in additione secunda, vbi aliæ maledictiones ponuntur, quæ contentis in hoc c. in multis assimilantur maledictiones ibidem contentæ pertinent ad Babylonicam captiuitatem. prout ibidem satis fuit expositum. Maledictiones vero in hoc cap. contentæ pertinent ad hodiernam captiuitatem Iudæorum, quam ipsi Romanam vocant, eo quod fuit per Romanos incepta, per quos etiam consummata fuit vastitas templi secundi & ciuitatis Ierusalem, & status eorum destructus, prout per Dan. 9. capitulo fuit pronuntiatum. Quod autem huiusmodi maledictiones propheticæ in hoc c. contentæ pertineant principaliter ad hodiernam captiuitatem Iudæorum patet ex multis, specialiter ex octo quæ sequuntur. Primo quia in hoc c. non assignatur tāquam causa præcipua destructionis eorum peccatum idololatriæ, sicut in aliis maledictionibus in prædicto c. Leui. contentis. Cuius ratio est, quia in templo secundo non incurrerunt peccatum idololatriæ, sed solum assignatur hic, vt causa destructionis, hoc quod dicitur, s.* Quod si audire nolueris vocem domini dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius &c. *Quod quidem peccatum in hoc loco expressum, quod omnia mandata legis comprehendit, proprie incurrunt Iudæi in vltimo tempore templi secundi, & specialiter tempore Christi qui eos redarguens dicebat:* Nōne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem, *vt habetur Io. vij. Quæ quidem interpretatio manifeste concordat cū causa huius destructionis ante dicta. Secundo hoc patet ex progressu utriusque destructionis seu captiuitatis. Prima enim destructio eorum fuit paulatiue seu partibiliter, quia primo per Assyrios vt 4. Reg. xv. c. vbi dicitur, quod tempore Phaceæ regis Israel Teglathphalassar rex Assur cepit Galaad & Galilæam & totam terram Nephtali, & quasdam ciuitates regis Israel, & transtulit eos in Assyrios. Postea vero a tempore Osee filii Hela regis Israel, Salmanasar rex Assyriorum cepit Samariam, & transtulit hinc Israel in Assyrios iuxta fluuium Gozan vt in 4. Reg. 17. Postea vero tempore Ezechiæ regis Iudæ Sennacherib rex Assyriorum accepit omnes ciuitates munitas regni Iudæ, vt patet 4. Reg. xviij. Post uero tēpore Ioachin regis Iudæ Nabuchodonosor rex Babyloniæ transtulit Ioachin & matrem eius & omnes principes Iudę in Babyloniam, vt 4. Regum xxiiij. Quam quidem destructionem seu transmigrationem sic partibiliter factam uidentur sonare uerba in prædicto c. Leuitici contenta, vbi dicitur:* Si autem nō obedietis mihi, addam correptiones vestras, *& infra:* Si autem ambulaueritis ex aduerso mihi, nec audieritis me, addam plagas vestras &c. *Quæ uerba & similia vlterius repetuntur, in quo designatur quod in variis modis & temporibus illa destructio erat fienda, iuxta illud Dan. 19. cap. qui de captiuitate Babylonica dicebat.* Distillabit dominus maledictionem quæ scripta est in lege Moysi: *prout ibidem exponitur. In maledictionibus uero in hoc cap. contentis nihil huic simile ponitur, in quo denotatur quod destructio de qua hic loquitur, non partibiliter & per diuersos reges sed quasi in uno semel & continuatim per eandem gentem esset consummanda. Tertio patet ex hoc, quod in maledictionibus contentis in Leui. dicitur:* Vos autem dispergam in gentes. *quod impletum fuit cum fuerunt dispersi in Chaldæa, Persia, & Media, & huiusmodi propinquis regionibus tempore captiuitatis Babylo. Sed in hoc cap. dicit:* Disperget te dominus in omnes populos a summitate terræ vsque ad terminos eius, *quod impletum fuit tantummodo in hac captiuitate in qua per omnia mundi climata sunt dispersi. Quarto patet propositum ex tempore durationis vtriusque captiuitatis scilicet Babylon. & hodiernę. Prima enim durauit per lxx. annos. Hiere. xxxix. Quod quidem tempus fuit ęquale tempori quo non seruarunt sabbatha. vnde in prędicto capite Leuitis dicitur:* Tunc placebunt sabbatha sua terræ cunctis diebus solitudinis suæ *&c. prout ibidem fuit expositum in additione secunda. Duratio autem captiuitatis hodiernę excedit non solum tempus sabbathorum, sed etiam totum tempus durationis vtriusque templi. vnde in hoc cap. quod respicit hodiernam captiuitatem, non designatur nec innuitur aliquod tempus determinatum huius durationis. Quinto patet ex hoc quod maledictiones contentę*

A contentæ in Leuitici ca. supra dicto terminantur in consolationem cum ibi dicitur, Recordabor fœderis mei Iacob, &c. Et terræ quoque memor ero, *scilicet ad hoc, vt iterum habitarent in ea, & in fine ad ostendendum quod etiam post illam captiuitatem essent sub diuino cultu sicut antea, subdit ibidem finaliter.* Et recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Aegypti in conspectu gentiu, vt essem Deus eorum ego dominus Deus. *In quo manifeste ostenditur, quod illa captiuitas erat terminanda in consolationem, sic quod Deus haberet eos in populum sicut antea. Maledictiones vero contentæ in hoc capitulo non terminantur in aliquam consolationem, sed potius videntur terminari in quandam pessima maledictionem, quæ contigit eis in vltimo tempore templi secundi, scilicet quod fuerunt deducti in Aegyptum & Alexandriam in classibus, & hoc per Titum & Vespasianum, & ibi fuerunt in tanta vilitate venundati, quia non erat qui emeret, vt habetur in historia Iosephi de quo dicitur hic:* Ibi uenderis in seruos & ancillas, & non erit qui emat. *& post illam finalem maledictionem statim subdit:* Hæc sunt verba fœderis quæ præcepit dominus, &c *Ex quo patet, quod huiusmodi captiuitas de qua in hoc capitulo loquitur, non erat terminanda in aliquam consolationem, sicut de destructione ciuitatis & templi secundi, de qua Dan. ix. dicitur.* Et finis eius uastitas, *ad designandum quod non erat in destructione templi secundi spectanda aliqua consolatio restitutionis. Sexto patet propositum ex hoc quod dicitur in hoc capitulo:* Ducetque te dominus ac regem quem constitues super te in gentem, quã ignoras tu & patres tui. *Quod impletum fuit cum Herodes rex eorum tempore templi secundi fuit ductus Romam, vbi erat gens quam ignorabant Iudæi & patres eorum, nusquam enim legitur quod patriarchæ seu prophetæ uel populus Israeliticus in regionem Romanam deuenissent, quæ quidem auctoritas non potest sane intelligi de Sedechia qui fuit ductus in Babylonium per Chaldæos. Tum quia de Sedechia non*

B *proprie diceretur:* Regem quem constitues super te. *Sedechias autem constitutus erat a Deo inquantum descendebat de genere Dauid, qui fuerat a Deo constitutus rex pro se & semine suo, vt patet 1. Reg 16. Tum quia de gente Caldaica non vere diceretur,* Quam ignoras tu & patris tui, &c. *Abraham enim qui primus pater fidei fuit, non ignorauit Chaldæam, sed in ea fuit natus, & inde fuit eductus sicut Gen. xi. cap. De Herode uero proprie dicitur:* Regem quem constitues super te, *quia non fuit a Deo constitutus, imo contra legem Lunam quæ prohibebat alienigenam constitui in regem, vt habetur Deute. 17. Similiter de gente Romana proprie dicitur:* Quam ignoras tu & patres tui, *ratione prædicta. Septimo patet propositio ex hoc quod dicitur in hoc capitulo:* Adducet dominus super te gentem de longinquo, cuius linguam intelligere non possis. *Constat autem quod hoc sane intelligi non potest de lingua Chaldaica, quæ maximam conformitatem habet cum Hebraica, vt patet in translatione Chaldaica, quæ communiter habetur ab Hebræis. Vnde & Esa. 36. legitur quod Eliachim & alij serui Ezechiæ Regis qui erant Iudæi, dicebant ad Rabsacen Chaldæum:* Loquere ad seruos tuos Syra lingua, *id est Chaldaica, intelligimus enim. Ex quo manifeste patet, quod lingua Chaldaica non erat ignota Iudæis, etiam ante captiuitatem Babylonicam. Vnde verba prædicta,* scilicet cuius linguã intelligere non possis,

D *possis proprie intelliguntur, de lingua Romana, cuius gentis lingua scilicet Latina maxime distat a lingua Hebraica, vt patet habenti notitiam aliqualem prædictarum linguarum. Octauo patet propositum in reconciliatione, quam Deus eis promittit seu pronuntiat infra 30. ca. quod incipit:* Cum ergo uenerint super te omnes sermones isti, &c. *Pro quo sciendum, quod postquam proposuit Moyses in præsenti capitu. 28. maledictiones propheticas, quæ tempore templi secundi Iudæis contigerunt, quas insinuauit esse interminabiles per aliquam absolutionem generalem toti populo, prout dictum fuit statim supra consequenter subiunxit in xxix. cap quandam exhortatoria pertinentia ad statum illius populi, vt eos redderet attentos ad maledictiones & benedictiones sibi proponendas in monte Garizim & in monte Hebal, ut dictum est præcedenti ca. ibi.* Vocauitque Moyses & omnem Israelem & dixit ad eos, &c. *vsque ad finem ca. Consequenter in prædicto 30. cap. prænuntiat eis qualiter ab ista captiuitate erant Deo reconciliandi, dicens:* Cũ ergo super te uenient oẽs sermones isti, &c. *scilicet completa destructione ciuitatis & templi secundi, & dispersione populi de quibus agit, vt dictum est, tunc reconciliandi erant primo & principaliter per pœnitentiam cordis, de quo dicit.* Et ductus pœnitudine cordis in uniuersis gentibus, & reuersus fueris ad Deũ, & obedieris eius imperiis, &c. reducet te dominus Deus tuus de captiuitate tua ac miserebitur tibi, *quod manifeste impletur in quolibet Iudæo, qui ductus pœnitudine cordis de infidelitate & obstinatione pristina reuersus fuerit ad Christum, & obedierit eius imperijs, talis .n. statim reducitur a Deo de captiuitate. & Deus ei miseretur per gratiam, & quia in tali reconciliatione seu redemptione nihil facit distantia localis, sicut in captiuitate Babylonica, ideo dicit,* Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde retrahet te dominus Deus tuus, & assumet atque introducet in terrã quam possederunt patres tui, *scilicet terram uiuentium, & vt insinuet qualiter prædicta ei essent salutifera eis eueniret, subdit.* Circuncidet dominus Deus tuus cor tuum, *scilicet auferens duritiam cordis, per quam domino saluatori suo non credidisti, &* E cor seminis tui a te descẽdẽtis secundum spiritum, ut diligas dominum Deum tuum in toto corde tuo, &c. *quia hoc est finis præcepti, vt possis viuere vita gratiæ seu æterna. Promissiones enim consolatoriæ in hoc loco positæ intelligendæ sunt spiritualiter, nõ autem literaliter primo sonat, Cuius rõ est, quam si literaliter intelligerentur, sequeretur quod quicunque Hebræus esset pœnitudine ductus ad Deum, & ei obedire, quod statim a Deo fuisset assumptus, & reductus in terram promissionis, sicut antea possidebam, quod est falsum etiam secundum eos, nullo enim modo concederent, quod a tempore destructionis templi secundi vsque hodie non fuit aliquis inter eos vere pœnitens, & tamen constat, quod nullus eorum fuit sic reductus modo prædicto ad literam intellecto. Relinquitur igitur, quod huiusmodi vltimæ consolationes intelligendæ sunt spiritualiter modo prædicto. Ex quibus bene attentis satis patet, quod Iudæi expectantes præsentis captiuitatis redemptionẽ per Messiam quem credunt omnes illas simul fore congregaturum falso & inaniter hoc æstimant. Præsens enim captiuitas eorum nullo modo est terminanda, nisi per conuersionem seu pœnitudinem vniuscuiusque singulorũ vt iam dictũ est, quod manifeste concordat catholicæ ueritati.*

## CAP. XXIX.

a *Hæc sunt.* AVGVST. LXX. *Hæc sunt verba testamenti, quod mandauit dominus Moysi in terra Moab præter testamentum quod testatus est eis in Horeb.* Ostendit vnde appellatus sit liber iste Deuteronomium, quasi secunda lex, vbi magis repetitio est quã aliquid aliud. Pauca enim sunt hic quæ in eo nõ sunt, quod primum datum est, nec tamẽ appellãtur duo testamenta, quamuis ita hæc verba sonare videantur. Vtrunque vnum testamentum est, quod dicitur vetus. Nam si proprie hæc verba duo testamenta dicẽda essent, iam non duo sed plura essent excepto nouo Nultis enim locis scriptura dicit testamentum, sicut quod factum est ad Abraham de circuncisione vel ad Noe.

Quæst 49. — †propter. — Quare Deut. — C — †Exo. 19. a — F — Gen. 17 b. Gen. 6. d.

## CAP. XXIX.

a 1 HÆC sunt verba fœderis, quod præcepit (*Testamenti.*) dominus Moysi, vt feriret cũ filiis Israel in (*Statueret.*) terra Moab, †preter illud fœdus quod cum 2 eis pepigit in Horeb. Vocauitque Moyses omnem Israel, et dixit ad eos: † Vos vidistis 3 vniuersa quæ dominus coram vobis in terra Ægypti

☞ THEO.

## NICOLAVS DE LYRA.
### CAP. XXIX

1 HAec sunt. *Hic consequenter ponitur prædictarũ benedictionum & maledictionũ susceptio, sicut enim in susceptione legis in mõte Sinai professi sunt se eam suscipere & seruare, sic replicata lege p Moysen super Iordanam fluuium & expressis benedictionib. super obseruantes, & maledictionib. super transgressores, professi sunt eam obseruare sub istis benedictionib. & maledictionib. Circa quod sic proceditur, quia primo ponitur huius professionis causa motiua, secundo professio ipsa ibi.* Vos statis hodie. *tertio transgressionis pœna ibi.* Vos enim nostis. *Circa primum ponitur primo quasi quidam prologus cum dicitur.* Hæc. *id est legis federantis inter Deum & populum.*

Diuisio.

2 Præter. *Non quod sit alia lex ab illa, quæ fuit data in monte Sinai, sed quia sunt in hoc lib. aliqua addita ad illius legis declarationem & propter benedictiones & maledictiones hic expressas per modum additionis. Et consequenter exprimitur triplex causa professionis fiendæ. Prima est beneficium eductionis de Aegypto, quod notatur cum dicitur.*

3 Vos vidistis. *Percutiendo multipliciter Aegyptios, vt vos inde educeret.*

A ✱ THEOD. Quare maledictiones istas & benedictiones patrib. eorum non concessit? Habet liber ista præter cæteros nouā quandam doctrinam, quod etiam propheta notauit. Nā cōpleto sermone de maledictionib. & benedictionibus, subiūxit, Hæc sunt verba fœderis, quod præcepit dominus Moysi, &c. præter illud quod dominus pepigit cum illis. Introducturus enim illos in terram promissam, bonorum pollicitationibus blanditur, & pœnarum comminationibus terrefacit eos, omnem denique tentat meatum, ut eorum sanet animos.

Quæst. 35.

† Ambulare fecit.

Vbi supra Quæst. 30.

a Tenta. AVGV. Et non dedit dominus Deus vobis cor scire, & oculos videre, & aures audire, &cæt. Quomodo ait superius: *Vos vidistis tentationes, &cæt.* sed non dedit dominus oculos videre. Sed corpore viderunt & non corde. Vnde præmisit. *Non dedit dominus uobis cor scire.* Ad hoc pertinent duo quæ sequuntur, oculos videre & aures audire, id est intelligere, & obedire. Quod vero dicit. *Non dedit dominus Deus vobis cor*, nullo modo increpās & arguens hoc diceret, nisi ad eorum quoq; culpam pertinere intelligi vellet, ne quisq; se ex hoc excusabilē putet Simul enī ostēdit sine adiutorio. domini Dei eos intelligere & obedire non posse oculis & auribus cordis. Et tamen si adiutorium Dei desit, non ideo esse excusabile hominis uitium quoniam iudicia Dei quamuis occulta, tamen iusta sunt.

Quæst. 37. Rom. 1. Exod. 10.

b *Non dedit dominus uobis cor intelligens, &c.* ✱ THEODOR. Quomodo hoc intelligitur? Quemadmodum illud. *Tradidit illos in reprobum sensum, &c.: Indurauit cor Pharaonis.* Bonorū.n. autor est Deus, malorum autem minime. Nā quid sit agendū ostendit, & contraria dissuadet, nō tamē cogit animū humanū, sed libero suo arbitrio relinquit. At quoniā geri contraria permittit q̄ prohibere posset, non tamen prohibet, ne videatur necessitate quadā fieri videatur q̄ agitur, quod enim a virtute procedit, tū laudatur quando voluntariū est, permissionē tamen causam appellauit. Huic simile est, q̄ in euangelio dictū est: *Excæcauit oculos eorum, & cor indurauit.* Itaq; cuniculum omnem mouit, vt saltem consequerentur, edendo miracula mutilata membra curando, nutriendis illis in deserto, & elementis imperando. Nō igitur causa est incredulitatis eorum. Quare vero testimoniū pphetico citauit. Vt manifestū faceret, Deū nihil horum ignorasse, sed multo ante prænosse. † Auditu, inquit, audietis, & non intelligetis, videntes videbitis, & non cognoscetis. Sic intelligi debet quod hoc loco positum est: *Non dedit dominus vobis cor intelligens, nec oculos videntes, &c.* Si verò Deus non concessit illis facultatem videndi, audiendi, aut ratiocinandi, cur maledicit & plectit nō sponte delinquētes? Atqui superfluū puto, de hoc prolixius disputare. Perspectum.n. est etiam valde stupidis, quod is qui talem doctrinā proponit, nō adimit visum, sed suppeditat & illustrat, ad rectam viā ostendit, quod quidem constat ex sequentib. *Non enim vobis solis propono fœdus illud & maledictionem hanc, sed etiam his qui nobiscum ambulant hodie in conspectu domini Dei vestri, & his quo rue qui non dum sunt vobiscum hodie.* Porro qui postero rum curam habet, quo potest præsentes qui legem excipiunt, negligere? Itē, ad quid leges proponit intelligere non valentib. Hoc itaque sciendum est, sæpenumero prophetas vti humano more loquendi tanquam notiore. Solent enim nonnulli seruos aut discipulos obiurgātes, dicere, excæcauit Deus animum tuum, aut surdas obreddidit aures. Tale quid piā hic egit propheta, & vsitatis verbis stupiditatem eorum increpauit.

Qd Deus nō sit causa peccati

D

Ioan. 12.

E

† Nu. 21. g.

c *Panem non.* AVGVST. Hinc apparet Israelitas tantum vini conseruata.

F

Israel vinū ex Aegypto portauit.

a Pharaoni, et omnibus seruis eius, vniuersæq; terræ illius, [1] tentationes magnas, quas viderunt oculi tui [2] signa illa porten- [3] b taq. ingentia, et non dedit dominus vobis cor intelligens, et [4] oculos videntes, et aures quæ possint audire vsque in præsentem diem. † Adduxit vos quadraginta annis per desertū, nō [5] sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamēta pedū vestro- [6] c rum vetustate consumpta sunt. Panē non comedistis, vinū [7] et siceram non bibistis, vt sciretis quia ego sum dn̄s Deus ve- [8] ster: Et venistis ad hunc locum: † Egressusque est Sehon rex [9] Hesebon, et Og rex Basan occurrens nobis ad pugnam, et [10] percussimus eos, et tulimus terram eorum, ac tradidimus [11] possidendam Ruben et Gad et dimidiæ tribui Manasse. Custodite ergo verba pacti huius, et implete ea, vt intelliga

a Voluntatem operandi qua intelligeretis.

a Cordis. Intelligentes. Obedire.

a Corpora significat quæ non peribunt, nec capillus de capite peribit.

a Hominum: sed angelorum, i. manna officio angelorum præparatum.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Tenta. *Sicut enim dominus tentando Abraham notam fecit alijs eius obedientiam sic toties percutiens Aegyptios, notam fecit alijs eorum malitiam & duritiā, & ideo plagæ illæ tentationes Dei possunt dici:* 2 Signa illa. *De cælo immissa, sicut grandines ignem & tonitrua, vt habetur* Exod. ix. 3 Portentaq. ingen. *Data de terra, sicut in sparsione cineris factæ sunt uesicæ turgentes super Aegyptios, ut legitur* Exod. ix. *& in percussione pulueris terræ factæ sunt scynifes* Exod. 8. 4 Et non dedit. *Quia post prædicta signa frequenter contra dominum murmurauerunt, nec eius beneficia debito modo recognouerunt. Secunda causa est sustentatio in deserto, quæ notatur cum dicitur* 5 Adduxit uos. *In columna ignis & nubis dans conductum & in descensu mannæ victum.* 6 Non sunt at. ue. *Quia diuina virtute sunt conseruata.* 7 Panem non come. *Labore vestro acquisitum sed cælitus datum.* 8 Vinum & siceram non bi. *Quia talia non leguntur bibisse in deserto, sed aquam de petra eductam.* 9 Vt sciretis, &c. *Qui in deserto sic vobis prouidit sua virtute & gratia. Sciendum tamen, quod aliqua victualia habuerunt peremptionem, ut dictum fuit supra 2. c. sed hoc fuit in exitu de deserto, quia emerunt ab Idumæis & Moabitis, quorum terra erat fructifera, per cuius confinia transierunt filij Israel. Tertia causa est protectionis in confinio, quod notatur cum dicitur.* 10 Et uenistis. *Qui erat inter desertum & terram promissionis Deo deducente vos & protegente, ideo subditur.* 11 Egressusq; est. *Ista exposita sunt Nu. vicesimoprimo, vbi plenius hæc habentur, & tunc infertur conclusio cum dicitur.* Custodite ergo verba pacti huius, &c. *& sequitur.*

Secunda causa.

Tertia causa.

✱ 1 Vos

## MORATER.

✱ 5 *Adduxit vos, &c.* Per quadragenarium numerū, qui cō surgit ex multiplicatione denarii p quaternarium, significatur abundans impletio decē præceptorum decalogi, prout exprimit in quaternario euangeliorū, Matt. 5. c. *Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.* Et quæ sit hæc abundantia subditur ibidē. *Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, &c. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.* Multo enim perfectius implet præceptum qui non irascitur quam ille q non occidit, licet irascatur, Impletio namq; stricta & necessaria ad salutē est, non occides, non mœchaberis & sic de alijs, vt habetur Exod. 20. b. *Abundans autem impletio est non irasci fratri suo, & auertere oculos ab aspectu impudico*, vt habet Matt. 5. Per hoc ergo quod dicitur. *Adduxit uos per desertum quadraginta annis.* significatur abundans iustitia quæ obseruatur in deserto religionis, ubi non solum decalogi præcepta sed etiam euangelii consilia saltem aliqua sunt obseruanda.

6 *Non sunt attrita vestimenta vestra.* Per uestimenta virtutes intelliguntur, quæ per exercitium bonorum operum in religione non atteruntur, sed magis solidantur.

† *Nec calceamenta pedum vestrorum, &c.* Calceamenta fiunt de pellib. animalium mortuorum, & ideo significant memoriā sanctorum patrum defunctorum, quæ non debet in religione per obliuionem consumi, sed per iugem meditationem quotidie renouari.

7 *Panem non comedisti.* Nam in deserto filii Israel manna nutriti fuerunt loco panis, quæ fuit figura sacramenti eucharistiæ, quo religiosi & fideles alii spiritualiter nutriuntur.

8 *Vinum & siceram non bibistis, ut sciretis quia ego sum dominum.* Per hoc significatur sobrietas, quæ dēt esse in religiosis, vt sciretis, quia ipse est dominus Deus vester. Per sobrietatē enim in uita corporali, & deuotum vsum eucharistiæ in vita spirituali, habetur quædam prælibatio futuræ beatitudinis in spe, ad quam postea veniemus in re domino concedente.

✱ MO-

portasse, cum de Aegypto exirent, quod cito consumere possent. Nam si omnino nihil tulissent, vnde diceretur: *Sedit populus manducare & bibere & surrexit ludere?* Non enim hoc de aqua diceretur, cum & Moyses dicat non fuisse illam vocem † principium belli, sed principium vni.

a *Ne forte sit.* AVG. Lxx. Nunquid aliquis est inter vos vir aut mulier, vel familia, vel tribus cuius mens declinet a dño Deo vestro, ire seruire diis gentium illarũ, Num est qua in eo radix sursum germinans in felle & amaritudine, & erit cum audierit verba maledictionis huius, & opinabitur in corde suo dicens: Sancta mihi fiat, &c. Quod dicit, *Nunquid est inter vos?* requirit ne forte sit. Si autem esset terret vehementer, ne audiens maledicta dicat: Sancta mihi sunt, id est nõ sunt mihi mala, sed sacta, id est propitia & innoxia. Non perdat simul peccatorẽ & eũ qui sine peccato est, talia scilicet persuadẽdo qualia cogitat, non quod ex toto sit illo cui psuadet sine peccato, sed quia sine illo. Similiter dictum est: *Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent.* hoc scilicet quod nõ crediderunt in eum. Dicit etiam Deus ad Abimelec de vxore Abrahae: *Scio quia mundo corde fecisti hoc,* non vtique mundum cor illius ita voluit intelligi, ut similis eis esset,

[Margin: † facturi estis, vel vt prudentes sitis in oĩbus quę facitis. — Exo. 32.b. — † praefecti vestri — † statuat hodie. — † principiũ — Quest. 52. literaliter. — † tametsi ambulem. — Ioan. 15.d. — * Dei patrũ — Gen. 20.b.]

tis vniuersa quae † facitis. Vos statis hodie cuncti coram domino Deo vestro, principes vestri, et tribus, ac maiores natu, atq; † doctores, omnis populus Israel, liberi, et vxores vestrae, et aduenae qui tecum morantur in castris, † exceptis lignorum caesoribus, et his qui comportant aquas, vt transeas in foedere domini Dei tui, et in iureiurando quod hodie dñs Deus tuus percutit tecum, vt † suscitet te sibi in populũ, et ipse sit Deus tuus sicut locutus est tibi, et sicut iurauit patrib. tuis Abrahã, Isaac, et Iacob. Nec vobis solis ego fędus ferio, et haec iuramenta con- (a Qui nunc viuunt. b Qui nascituri sunt.) firmo, sed cunctis praesentibus et absentibus. Vos enim nostis quomodo habitauerimus in terra Aegypti, et quomodo transierimus per medium nationum, quas transeuntes vidistis, abominationes et sordes, id est idola eorum lignum et lapidem, a argentum et aurum, quae colebãt. Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auersum † est hodie a domino Deo nostro, vt seruiat diis illarum gentium, et sit inter b vos radix germinans fel et † amaritudinem. Cumque audierit (a Blandiatur quasi non possit inter multos inueniri.) verba iuramenti huius, benedicat sibi in corde suo, dicens: Pax erit mihi, et † ambulabo in prauitate cordis mei, et assu- (Curiosam animam in pono.) c mat ebria sitientem, et dñs non ignoscat ei, sed tunc quam maxime furor eius † fumet, et zelus contra hominem illum, et se- (a Qualibet omnibus, non sit immunis ab omnibus.) deant super eum omnia maledicta quae scripta sunt in hoc vo- (a Al' sic. Et deleat super omne nomen eius.) lumine, et deleat dñs nomen eius sub caelo, et consumat eum in perditionem ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quae in libro legis huius, ac foederis continentur. Dicetque d sequens generatio, et filii qui nascentur † deinceps, et peregrini qui de longe venerint, videntes plagas terrę illius, et infirmitates (a Sicut Sodomam & Gomorrham.) quibus eam † affixerit dominus sulphure et salis ar- (a In diebus Achab tribus annis & sex mensibus non pluit. reg. 17.a.) dore comburens, ita vt vltra non seratur, * nec virens quippiã germinet, et in exemplum subuersionis Sodomę et Gomorrhae, Adamae, et Seboim, quas subuertit dñs in ira, et in furore suo, et dicent omnes gentes: Quare sic fecit dñs terrae huic? Quae est haec ira furoris eius immensa? Et respondebunt: Quia dereliquerunt pactum dñi, * quod pepigit cum patribus † eorum, quando eduxit eos de terra Aegypti, et seruierunt diis alienis, et adorauerunt eos quos nesciebant, et quibus nõ fuerant attributi. Idcirco iratus est furor dñi cõtra terrã istam, vt induceret super eã omnia maledicta, quę in hoc volumine scripta sunt, et eiecit eos de terra sua, in ira et in furore et in indignatione

sit, de quibus dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* sed ab illo peccato de quo agebatur, quia quantum ad ipsum pertinebat, nõ coniugem sibi concupiuerat alienam.

b *Cumq; audierit verba, &c.* * THEOD. Hic sermo describit eum qui se contumacem reddit aduersus mandata Dei. Multi enim per ignauiam committũt in legem diuinam. Plures etiã per contumaciam & superbiam aspernantur mandata. Huiusmodi hominem subiecit, velut aduersariam viam eligẽtem, & erroneam rectae viae praeferentem, cui quidem extremũ cõminatur interitum, vt omnibus tum videntibus, tum audiẽtibus, sit impietatis exemplum. Praeterea instruens eos Deum nihil eorum latere, quae clam fiunt, subdidit, *Abscondita domino Deo vestro, manifesta vero vobis & filiis vestris,* quasi diceret, Vos cognoscitis quae conspicue geruntur, ita mihi patent vel ipsi cogitationum motus.

c *Ebria sitientem & dominus, &c.* Id est ne quis plenus malitia & idololatria seducat eũ, qui sitit discere & scire veritatẽ, sicuti faciũt haeretici.

d *Dicetq; sequens generatio.* * PROCOP. Generationem alteram, coetum ex gentibus collectum vocat. Queadmodũ Dauid quoq;: *Diuulgate in generationem alterã, quod ipse Deus vester* ☞ *est*

[Margin: Matt. 5. a. — † lignorũ caesoribus, vsq. ad eos — Quest. 8 — † fit. — † absynthium. — † cogitatione, i. quẽ admodum videt cordi meo. — † ascendet — * vestri. — † post vos. — † egrotare fecerit. — * ministerii eius. — † eis.]

## NICOLAVS DE LYRA.

* 1 Vos statis. *Hic consequenter ponitur professionis forma, quae fuit sub iuramento vt esset firma, & primo cum praesentibus, cũ dicitur:* Vos statis hodie. *ut profiteamini legẽ eius obseruare sub poena maledictionum supradictarum, & praemio benedictionum, ideo subditur.* 2 Vt transeas. *Sicut seruus in homagiũ domini sui.* 3 Et in iureiurando. *Quia veritas diuina ratione suae firmitatis habet vim iuramenti de impletione promissi, & similiter obligatio populi fuit sub attestatione iuramenti, secundo fit cum futuris, cum dicitur :* 4 Non vobis. *Quia filij nascituri in parentibus obligabãtur.* 5 Vos enim. *Hic consequenter ponitur transgressionis pena quę est duplex. Prima est destructio consumens, secunda derisio subsannans, quę ponitur ibi:* Dicetq; sequens generatio. *Circa primũ pręmittitur probabilis timor transgressionis, cũ dicitur:* Vos enim nostis. *in qua abundat idololatria, et ideo timendũ erat, ne filij Israel ex his quae ibi uiderant, inclinarẽtur ad eã, & similiter ex visione idolorũ illarũ gentiũ per quas trãsierãt, & hoc notatur cum dicitur:* Et quomodo. *ideo subditur.* 6 Ne forte. *Declinãs ad idololatriam pp ista.* 7 Et sit. *id est aliquis corruptus per idololatriã, qui vlterius corrũpat alios per suam iniquam persuasionem* 8 Cumq; au. *Ex tunc non peccabit per ignorantiam.* 9 Benedicat. *Promittat sibi ueniã, & sic confidentius transgrediatur legẽ Dei, ideo subditur:* 10 Et assu. *Qui prius peccabat ex ignorantia sicut ebrius. per assuefactionem acquirit sibi habitũ vitiorum, & sic tunc peccat ex certa malitia, in qua delectatur, sicut ebrius sitiens in potu, secundum quod dicitur Prouerb. ij. c.* Qui lętant cũ malefecerint, & exultãt in reb. pessimis *In Hebraeo habetur. Et augmentat satiata sitientem, id est addat super multitudinem peccatorũ praecedentiũ, satieta sitientem sequitur desiderium potus, & in idem redit quia ex multitudine peccatorũ generatur habitus.* 11 Et do. *In peccante enim ex infirmitate vel ex ignorantia est aliqua ratio miserationis diuinae, sed non in peccante ex certa malitia.* 12 Sed tunc. *Loquitur scriptura de Deo secundũ modũ humanũ, quia de naribus hominis multũ irati egreditur fumus.* 13 Et se. *id est sint sup eũ lõgo tẽpore, & non transitoriẽ vsq; ad cõsumptionẽ.* 14 Dicetq. *Hic cõsequẽter ponitur derisio subsannans, quae valde aggrauat hominis miseriam, quando non solum sustinet poenam, sed etiam cum hoc omnem derisionem, & patet litera vsque ibi*

[Margin: Diuisio.]

* 1 Abscon-

est. Et iterum. *Populum quoq; acquisitus laudabit dominum.* At quę hæc gñatio seu hic populus sit, Moyses subiunxit dicens, ac dicent omnes gentes, quare sic fecit dominus terræ huic. Terrã vero non sensilem concipere oportet. De nulla enim terra pręter Sodomorũ & Gomorrę quod mala ignis & salis sit perpessa in historiis extrat. De ea vero quæ per figuram dicitur, quæ cum olim esset fertilis, in salem propter incolarum improbitatẽ est redacta ac igne consumpta, quam spiritus immundus vtpote aridam & a Deo desertam permeat.

a *Abscondita domino Deo, &c.* ✱ IDEM. Quę Christus cum venisset legis auctario exposuit. Veluti, diligite inimicos, &c. Quæ ab Israelitis olim abstrusa erant, ob quæ Mosis facies velo tegebatur.

† i. manifestauit nobis Deus voluntatẽ suam præ cunctis populis. Abscõdita dicuntur.

maxima, proiecitq; in terram alienã, sicut hodie cõprobatur.

a Id est apud dominum Deum nostrum.

a † Abscondita dño Deo nostro, quę manifesta sunt nobis et filiis 1 nostris vsq; in sempiternũ, vt faciamus vniuersa * legis huius. 2

* verba.

NICOLAVS DE LYRA.

b *Creauit.* Creauit, dum materiam vnde formari possit condidit. Stultus ergo & insipiens, quia creatorē, & factorē suū digna veneratione non colit, immemor eius beneficii, quo eū Deus de manu inimicorum eruit & possedit, per mare rubrū duxit, manna de cœlo dedit, ipse ingratus idola coluit dicēs. *Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti.*

Exo. 32. d.

c *Patrem.* Doctorem legis & prædicatorem euangelii, cuius doctrina & exemplo. s. instruaris.

d *Quando diuide.* Quasi cum multitudo hominū innumerabilis sit filios tātum Israel in hæreditatem suam dñs elegit, quibus potentiam suam, & secreta sua per legis & prophetarū manifestabat indicia.

✱ PROC. Initium gentium diuisionis in dispersione filiorū

C

Adam factum iuxta numerum anelorum Dei occasionē ei

a ¶ Pro beneficiis,

a sa, hęccine reddis domino populo stulte & insipiens? Nun-

a ¶ Creatione non generatio. b ¶ Per fidem expulsis errorib. vindicauit sibi. c ¶ Id est ad imaginem formauit.

b quid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit

a ¶ Vt ad Deum tedeas. ¶ Quib. data beneficia. b ¶ Quando elegit patres tuos in populum peculiarem sibi. c ¶ Quib. elegit Abraham, Isaac, & Iacob. ¶ Nulli enim defuit liberalitas creatoris.

te? Memento dierum † antiquorum: † cogita generationes

a ¶ Antecessores. b ¶ Opera Dei quæ pro gente tua fecit. c ¶ In antiquis est sapientia, &c.

c singulas. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: † maio-

¶ In confusione linguarum.

d res tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gen-

a ¶ Disseminando per omnes terras. b ¶ Hyperbole, id est tot constituit singulas gentes, quot erant singulæ personæ in populo Israel, vel quot ingressæ sunt in Aegyptum, id est septuaginta. ¶ Vel statuit.

e tes, quando separabat filios Adam. Constituit † terminos

f populorum iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem

pbuisse linguarum, quæ in turris extructione accidit, cōfusione videtur. Qm̄ enumeratio filiorū & nepotū & neptū Noe non longe est descripta. Quæ complectitur instituta genium quarum septuaginta existunt numero. Ac ēt Iacobi filii & nepotes in septuagenarium numerum concludūtur, qui in Aegyptum descenderūt.

D

e *Constituit.* GREG. Alia editio. Statui terminos gentium iuxta numerum angelorū Dei. Vbi videtur ministeria angelorum sup gentes singulas vel ēt homines ordinata significare, quib. regantur & defendantur. vnde. *Angeli eorum semper vident, faciem patris mei.* Dei. n. ciuitas ex angelis & hominib. constat ad quā tanti conscendunt hominū quāti illic remanserunt angelorū, q̄ ex hoc pōt haberi. Statuit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei. Debemus ergo ex imitatiōe eorū ad vsū nostræ cōuersationis aliquid trahere, & æmulatione boni studii nos inflammare, vt similes simus illis ad quos debemus ascendere. Distinctę. n. conuersationes hominum distinctis congruit ordinib. angelorum, & in eorum sortem per conuersationis similitudinem ascendunt.

Hom. 4. in euangelia Mystice. Mar. 18. b.

† intellige vel attēde.

† tenes.

E

† id ē regiones cuiliber populo habitandas.

✱ SEVERVS. *Constituit.* Hęc verba hūc habent sensum. Omnibus gentib. diuisis, angelos s̄m eundem numerum præfecit, attribuens aliquem vnicuique ad custodiam mensura & numero. Non. n. gentium terminos eiusdem numeri myriadū angelorū, qui sine numero sunt, fecit, sed terminos s̄m numerum præfectorum Angelorum distribuit. Secundum igit hanc prouidentiam, quæ continet omniū hominū vitam, & illud quod vnusquisq; est erant quodammodo omnes gētes eiusdem conditionis, quæ habent ad custodiam angelos fauētes. Postea vero Israeliticam gentem ob cognitionem sui familiarem sibi fecisset. partem propriam & funiculum & hęreditatem nominauit.

In epist. d Tribuni. Ex catena Græca.

F

f *Pars autem domini populus eius.* Cum Deus vniuersas gentes creauit, solos Israelitas elegit, quos sua cognitione signis & miraculis glorificauit.

a *Funi-*

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Hæccine reddis. *s. malum pro bono.*
2 Popule stulte. *Credens vtile quod non est.*
3 Et insi. *Non cognoscens vtilitatem vbi est.*
4 Nunquid. *Hic consequenter ostenditur Deum esse colendū, & ex septem beneficiis Primum est primæ creationis, quod notatur, cum dicitur.* Nunquid. *colendus & venerandus. q. d. sic.*
5 Et creaui te. *In eductione de nihilo.*
6 Fecit. *In distinctionis primordio.*
7 Possedit. *Conseruationis auxilio, quod si ignoras.*
8 Memento, &c. *Per tuam cognitionem reducendo generationes ad primam creationem.*
9 Interroga patrem tuum. *vt discas per aliorum narationem Secundum beneficium est gratuitę electionis, quia elegit populum Israel. præ aliis & quantum ad hoc dicitur.*

Dei beneficia septē Iudęis impensa.

Secundū

10 Quando diui. *confusione linguarum, quia per hæc diuisę sunt gentes, & diffusæ per mundum.*
11 Constituit. *Qui distincti sunt secundum. 70. linguas.*
12 Iuxta. *Qui ingressi sunt Aegyptum cum Iacob, qui fuerunt 70. vt habetur. Gen. xlvi. e vbi dicitur* Omnes animæ dom⁹ Iacob, quæ ingressæ sunt Aegyptm, fuere 70. *& s̄m hoc sunt 70. populi distincti s̄m diuersas linguas seu idiomata. Translatio LXX. habet.* Iuxta numerum filiorum Dei, *per quos aliqui intelligūt angelos. ita quod s̄m eos tot saluabuntur homines quod remanserunt angeli boni vel tot homines quot sunt angeli stantes & cadentes, vt dicunt aliqui & secundum hoc dicitur hic.* Constituit. *determinatur numerus electorum.*
13 Pars. *Quia populus Israel fuit Deo specialiter dedicatus. Tertium beneficium est separatio ab errore idololatriæ. primo Chaldæorum, vnde abstulit Abraham, vt habetur Gene. 11 & quantum ad hoc dicitur.*

✱ 1 Inuenit

MORALITER.

✱ in mendacium veritatem & econuerso.
1 *Haccine.* malum pro bono populo. Propter defectum bonę cognitionis.
3 *Et insi.* propter defectum bonæ affectionis. non. n. sapiūt ea quæ Dei sunt, sed ea quæ sunt hominum. Consequenter hic arguitur ingratitudo malorum clericorū in speciali, cum dicitur.
4 *Nunquid.* faciendo te nasci. q. d. sic.
† *Qui pos.* gubernando.
† *Et fe.* promouendo.
5 *Et cre.* in ecclesiastica dignitate te statuēdo, eo modo quo dicitur prælatus creari, quando statuitur in dignitate.

8 *Memento dierum, &c.* In quib. Leuitę præ cæteris, filiis Israel fuerunt electi.
† *Cogita. ge.* Per quas clerici fuerunt eleuati.
9 *Interro.* Iesum Christum.
† *Et an. ti.* s. in euangelio.
† *Maio. tuo.* id est apostolos.
† *Et di. ti.* qualiter ipsi fuerunt præ cæteris illuminati.
10 *Quando.* Quia populum Christianū diuisit per diuersas diœceses sub archiepiscopis, episcopis, & aliis curatis.
13 *Pars autem domini.* s. clerus. vnde dicit. Hieron. Clericus qui seruit Ecclesiæ, primò vocabulum sum interpretatur, & nitatur esse quod dicitur. κλῆρος enim Grece, sors Latine dicitur, ideo clerici dicūtur q quia sunt de sorte domini, vel quia dñs ipse est sors vel pars clericorum, tales igitur esse debent, vt ipsi possideant dominum & a domino possideantur.

✱ 1 Ihue

a *Funiculus.* ✠ CHRYSOSTOMVS: Nam fune terræ diuisiones faciebant. Sic metita & diuisa est terra filiis Israelis A cõsuetudine dictus est igitur funiculus.

Ex chatena græca.

b *Inuenit:* Quia in Sina pactum cum eo iniit, manna dedit, & aquam de petra ꝑduxit, coturnices ministrauit, & in eremo quadraginta annis eos circunducendo præcepta sua docuit.

f *Prouocans.* ad terram Chanaan possidendã dominus populum suum prouocauit, adiuuit, & ab inimicis protexit.

g *Dominus.* Pater & filius & spiritussanctus vnus est Deus. Nõ dicit solus pater ne excludat filiũ vel spiritumsãctum, sed dominus, solus, id est, Deus.

a ¶ Fidelis. b ¶ Nouus populus veteri prælatus, sicut Iacob Esau, i. Ecclesia synagogæ prælata. c ¶ Funes ceciderunt mihi in præclaris, Ps. 15. a. ¶ Possessio charitatis. ¶ Cum Ecclesiam de errore liberauit vbi idololatriæ horror nullaque Dei mentio.

a domini populus eius, Iacob † funiculus hereditatis eius. In- 1

a ¶ Arabiæ. b ¶ Gentilitatis quæ sine Deo.

b uenit eũ in terra deserta † in loco horroris, & vastæ solitudi- 2

a ¶ Per viam montis Seir. b ¶ Legem & præcepta sua. c ¶ Diligentissime. ¶ Quia in ea lux veritatis.

c nis. Circũduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam 3 4

¶ Christus. a ¶ Dictis & exemplis. b ¶ Quos fouet quasi gallina. & cõgregat sub alas.

d oculi sui. Sicut aquila † prouocans ad volandum pullos suos, 5

a ¶ Geminæ dilectionis, & auxilium protectionis.

e f & super os volitans expandit alas suas, & assumpsit eum at- 6 7

a ¶ Cum in cruce peccata eorum sustinuit. b ¶ Non etiam idola Aegyptiorum. c ¶ Illis exeuntibus de Aegypto, nobis de mundo, incarnato filio.

g que portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit, & 8

a ¶ In ducatum. b ¶ Diabolus vel idolum. c ¶ Ferunt ibi esse verticem terræ quasi vmbilicum.

h non erat cum eo Deus alienus. Cõstituit eũ super † excelsam †

a ¶ Abundantiam omnium rerum. b ¶ Dulcedinem miraculorum. c ¶ Christo adhuc mortali.

i terrã, vt comederet fructus agrorũ. Et sugeret mel de petra, 9 10

a ¶ Vnctionem spiritus. b ¶ Christo iam immortali. c ¶ Fertilitatem terræ promissionis significat. ¶ Alii de firma petra. ¶ Pinguedinem fidei & charitatis, vel solidam doctrinam. d ¶ Patriarcharum exemplis. e ¶ Deitatis. ¶ Simplicitatem mentis vel facilitatem doctrinæ. f ¶ De innocentia patrum in exemplum tractat.

oleumq. de saxo durissimo. Butyrũ de armẽto, & lac de oui- 11

a Pinguedine charitatis b ¶ Filiorum apostolorum. c ¶ Apostolorum qui duces gregis. vnde. Afferte domino filii Dei. afferte domino filios arietum. ¶ Magistrorum. d ¶ Pinguedinis, noui s. testamenti, vbi scientiæ multitudo & virtutum.

K l bus cum adipe agnorum, arietum filiorum Basan. Et hircos 12 13 14

Allegorice. vel sors.

c *Circunduxit.* Ecclesiam per orbem terrarum dilitando, in viã mãdatorum suorum dirigendo.

† vel in chaotristi lachrymabili ac vasto.

d *Custodiuit.* Multi in deserto prostrati sunt sed postquam mãdata Dei trãsgressi sunt

mortaliter † quæ excitauit vel exurgere facit nidũ suum sup pulos suos incubans vel volitãs

Nota de aquila.

e *Sicut aqui.* Aquila secundum physicos ab acumine oculorum vocata, tam acute videt, vt cum super maria immobili penna fertur, nec humanis visibus patet, pisciculos in mari natare videt & tormẽti instar descendens raptam penis prædam ad litus pertrahit. Pullos quoque plumescentes aliis verberat. & ad volandum prouocat. Si Christus nos B dictis exemplis exhortans ad alta prouehit, vt sequamur quo præcessit. vnde. *Vbi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilę.* Sup cęlos quoque exaltatus, & humanis subtractus aspectibus in mari huius mundi natantes oculis misericordię videt, & pennis amoris ꝑtrahit ad littus ęternæ securitatis. vnde. *Ego si exaltus fuero a terra, omnia traham, ad meipsum.*

Mat. 24. c.

Ioã. 12. e

*Sicut aquila, &c.* Aquila (vt aiũt) cum plumescere pullos suos videt ad solem cõuertit, & illum nutrit, & irreuerberata acie aspicit radios solis, & si lumina deflectit quasi degeneres negligit, Pullosq; ad volandum prouocat, & lassos alis sustentat, sic Deus ad verum solem nos inuitat, infirmitatib. nostris compatitur, & alis gratiæ sustentat. C

*Dominus.* Hæreticorum, tot domini sunt, quot errores colunt.

h *Excelsam.* Palestinam, quæ montuosa Aegypt⁹ plana &, depressa. Ecclesiam quæ virtute & scientia sublimis. In qua comeditur fructus agrorum quia ibi germinat semen bonum, id est, Dei verbum. Ibi fructus tricesimus, sexagesimus, & centesimus, vt quisque pro capacitate sua sufficienter commedat.

i *Et sugeret.* GREG. Vt sugeret mel de petra, & oleũ de firma petra. hoc iuxta historiam factum nusquã legitur, sed de petra, id est, Christo mel suxerunt, qui eius facta, id est miracula viderunt. Oleũ vero de firma petra, quia post resurectionem eius spiritussancti vnctionem meruerũt. Petra mel dedit cũ adhuc mortalis, miraculorum dulcedinem ostendit *Firma petra oleũ fudit.* quia post resurrectionem impassibilis. per afflationem spiritussancti donũ sanctę vnctionis donauit. vnde. *Cõputrescet iugum à facie olei.* i. donatio diaboli ꝑ vnctionem spiritussancti. D E

Esa. 10. f

Mel quidem ad literam omnium rerum copiam significat

k *Filiorum.* Basan regio est, quæ pecorib. abundat propter pascua. vnde Rubenitis & Gaditis & dimidię tribui Manasse tra ta est, quia pecora multa habebant.

l *Et hir.* qui pęnitentes significant, quin ꝑ peccato offerebantur. Non satis est fidelib. dona virtutum ꝑcipere nisi studeãt pro

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Inuenit eum in terra. *id est, priuata Dei cultura.*

2 In loco horroris. *Quia Chaldæi colebant ignem tanquam Deum quod est horrendum. secundo ab errore Aegyptiorum, a quo reuocauit eos in datione legis, & quantum ad hoc dicitur.*

Quartum

3 Et va. *Eo quod in solitudine Sina data est lex. Quartum beneficium est reductio ad terram promissionis & quantum ad hoc dicitur.*

4 Circunduxit. *s. per desertum vsque ad terræ promissionis ingressum.*

Quintum

5 Et docuit. *Per Moysen dando Deuteronomium. Quintum beneficiũ est paternæ protectionis, & quantum ad hoc dicitur.*

Sextum.

6 Et custo. *Inter alias partes corporis pupilla oculi diligentissima custoditur, sic & filij Israel præ cæteris populis habuerunt beneficium diuinæ protectionis. Sextum beneficium est salubris eductionis de Aegypto, & quantum hoc dicitur.*

7 Sicut. *Quia per multa signa & mirabilia eis data prouocauit eos Deus ad egrediendum de Aegypto.*

8 Expandit alas. *Quando aquila vult trãsferre pullos suos de loco ad locum, portat eos super humeros suos, quia non timet a parte superiori, sed tantum ab inferiori, ne emittantur sagittæ. & ideo ponit pullos super humeros, vt prius ipsa recipiat sagittas quam pulli percutiantur, sic angelus personam Dei repræsentãs, posuit se inter castra filiorum Israel & Aegyptios super mare rubrum, vt habetur Exo. 14. ne sagittæ & spicula Aegyptiorum lederent Israelem.*

*Septimum beneficium fuit solennis introductio in terram promissionis, & quantum ad hoc dicitur.*

9 Constituit. *Quia terra promissionis altior est alijs terroris in circuitu existentib.*

10 Et suge. *id est, de terra petrosa, quia in terra promissionis in montibus petrosis sunt arbores, in quib. mellificant. apes.*

11 Oleumq. *Quia ibi etiam in locis saxosis sunt oliuæ, de quarum fructu fit oleum. Aliter exponitur, quia in vasis lapideis mel & oleum reseruantur.*

12 Butyrum. *subditur.*

13 Filorum. *Qui terra Og. regis Basan est valde pascualis, & apta animalib. nutriendis vt habetur Nu. 32.*

14 Et hir. *s. paruulos qui vocantur hædi.*

✠ 1 Cum

*MORALITER.*

✠ 1 *Inuenit eum in terra.* id est, in primitiua Ecclesia, quæ propter acerbitatem ꝑsecutionis videbatur a Deo deserta, & derelicta. ideo subditur.

2 *In loco.* Quia qui de clero ad populum regendum præficiebatur primus ad tormenta ducebatur.

4 *Circunduxit eum.* Per sanctos s. Petrum & Paulum, Syluestrẽ Ambrosium & alios patres & doctores.

6 *Et custo.* Per potentiã & diligentiam Cõstantini Karoli magni & alios imperatores & reges, Ecclesiæ zelum habentes.

8 *Expandit alas, & as.* per dilationem fidei & multiplicationẽ ministrorum Ecclesiæ.

8 *Atque porta.* humeri dicuntur hic perfecti Cõstantini, & aliorum principum, qui de mandato eorum super se portauerũt clerum.

† *Dominus.* Quia principes & eorum ministri faciebant hoc instinctu Dei, propter quod ipse solus fuit dux principalis.

9 *Constituit.* id est, super ciuitatem Romanam quam Constantinus dimisit Papæ, qui est caput cleri.

10 *Vt come.* Constantinus & alij principes dotauerunt Ecclesias multis & magnis mobilib. & immobilib. bonis.

12 *Butyrum, &c.* per hæc intelligunt carnis delectabilia. Et quia multi prælati & clerici abusi sunt prædictis bonis tanquam ingratissimi Deo & benefactoribus suis, ideo subditur.

pro commissis penitere. vnde. *Amplius laua me ab iniquitate mea.* Hi cos vocat qui exemplo suo aliis ministrant pęnitentiæ opera quamuis non commiserint grauia, deflent.n.cogitationum peccata tanquam facta.

Ps.50.a. A

a *Cum me.* corporis Christi.vnde. *Nisi granũ frumenti cadens in terram, &c.*

Io.12.d.

b *Incras.* Sicut Iudæi incrassati beneficiis, idololatræ facti sunt, sic quidam Christiani acceptũ mysteriũ corporis & sanguinis domini in perditionẽ sibi conuertunt.

✠ PROCOPIVS. Iuxta Salomonem enim *Anima repleta fauos quoque conculcat.* Alibi itẽ inquit. *Mel si reperis, comede de illo quantum satis est, ne forte satiatus euomas illud.* Doctrinã enim in seipsis non digesserunt, vt per spiritum concoquerent. Quin cor carneum crassumque habuerunt, ac per angustam afflictamque viã non incesserunt.

c *Prouocauerunt.*

✠ CHRYSOTOMVS. Omnia pernde ac opera Dei, Deo seruiũt & subiecta sunt, sed sua pessima electione & studiorũ prauitate alienantur a Deo, tanquam si non essent creaturæ ipsi subiectæ. Sic diabolus a Deo defecit. Itidem & homines qui ... conditi sunt, quando quidem relinquentes vitæ fontem & adhærentes illis qui tea Deo seiungunt, irritauerunt Deum ad iustam iram, quæ non sic accipienda est vt Deus patiatur. Deus.n. pati non potest, sed humano more hoc dicitur. Ira.n. Dei accipitur pro vindicta peccatorum.

*Prouocauerunt.* Alii sunt heretici, alii idololatræ, qui de corde idola & abominationes sibi fingunt.

d *Noui recentesque.* Recedentes a cultura Dei inuenerunt sibi Deos, quos patres eorum non coluerunt.

†direct⁹ & saturatus. † opertus. i. pinguedine. Chald. inter. possedit opes. Alii recalcitrasti. Prouer. 27 Ibid. 25 † despexit petram salutem suã. † Nouis q. e propinquo. † oblitus es. † prę furore contra filios suos & filias suas. B Ex catena Greca. *ad zelum †Ro.10.d.

¶ Prędicta beneficia maximo dono accumulat. a ¶ De quo: Hic est calix noui testamẽti in meo sanguine Lu.22.b b ¶ Sine falsitatis vel hæreũs corruptione.

a cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissi-

a ¶ Diuina largitate. b ¶ Israelita vel Christianus. c ¶ Ingratus benefactori & contumeliosus. ¶ Contemnendo præcepta. d ¶ Scientia & virtute.

b mũ. Incrassatus, est † dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, † & dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum,

a ¶ Multiplicatus sic, vt numerari non posset. b ¶ Post tanta beneficia. ¶ Sequendo idola.

c & † recessit a Deo salutari suo prouocauerunt eum * in diis alienis, et in abominationibus ad iracundiã concitauerunt. Immolauerunt dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant.

a ¶ Idolis vel aareis. ¶ Expositio. b ¶ Id est. ¶ Idolis. a ¶ Prophetæ, Apostoli

d † Noui recentesque venerunt: quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit † dereliquisti, & oblitus es domini Dei creatoris tui. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est, † quia prouocauerunt eum filii sui & filię. Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo † nouissima † eorum. Generatio enim peruersa est, & infideles filii. Ipsi me prouocarunt * in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis. † Et ego prouocabo * eos in eo, qui non est

a ¶ Formauit per legem & circuncisionem, Iudæum per baptismum Christianum. ¶ Auditionem tuam. ¶ Hæc mala. a ¶ Ad vindictam. ¶ Non ex se. ¶ Quos in filios & filias elegerat. ¶ Vterque sexus. a ¶ Subtraham auxilium b ¶ Notitiam, beneuolentiam. c ¶ Non miserebor. ¶ Expectabo, ad quem finem perueniant. ¶ Tormenta. a ¶ Reddens mala pro bonis voluntate & operatione. b ¶ Fidem Deo promissam non seruantes. ¶ Sicut patres a quibus sumserunt. ¶ Superstitionib. eorum. a ¶ Qui Deum ignorabant, qui vice ad.

e *Deum qui te.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Sermo est reprehensione plenus, dictus ex persona Mosis exprobrãdo ipsis defectionem, quod neq; vt creatorem honorarint, neque vt beneficii auctorem, & altorẽ agnouerunt. Nõ modo.n. ad id quod este deduxit, sed ad id, quod bene es, Ipse enim dedit tibi vitæ primordia, & insuper largitus est tibi imperiũ in oĩa animalia.

f *Et ait abscondam.* Nihil grauius, est quã visione Dei priuari. vnde. *Ne proiicias me a facie tua.* Item *Ne auertas faciem tuam, &c.*

g *Ipsi me.* Quasi sicut irritauerunt me multitudinem falsorum Deorum colendo & me reprobando sic irritabo eos i. multitudinem gentiũ assumendo illos & reprobando.

h *Et ego.* Tradendo eos gentibus qui aliquando non populus nunc autem populus Dei Similiter Christiani, qui de terra veritate ad errores declinant malignis spiritibus traduntur, qui dignitatem angelicã perdiderunt. Quæ bene gens stulta dicuntur, iustitiam odientes, iniquitatem amantes.

D Vbi supra. Ps.50.c Ps.68.g. *ad zelum E †quid ad extremũ cũ istis. *in zelum F Quæst. 41.

∴ THEODORETVS. Quomodo hæc sunt accipienda? Non vna gens ea est, quæ credidit in Christum, verum innumeræ, quæ quondam fuerant stultæ, ac quem admodum Paulus scribit, voluptatibus cupiditatibusque variis seruientes. Nempe vos, inquit, vno Deo derelicto, multas falsasque admisistis superstitiones; ita & ego vno abiecto populo, multis gentib. salutem aperiam. Sed vos colètes, qui nulli sunt, nullo modo ... poterit, vt vobis aliquid sint. Ego vero gentes alioqui stultas, reddam omnino sapientes & eruditas, ita vt vidente inuidia rumpamini.

a Ignis subditur.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Cum me. *id est, cum panib. factis de farina tritici delicatissima, & a cortice exteriori purgata.*

2 Incrassatus. *Hic consequenter ostenditur per oppositum populus a Dei cultura recessisse, cum dicitur.* Incrassat *id est, populus Israel primo a Deo dilectus, repletus est omnib. bonis in terra promissionis. Et loquitur scriptura de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ.*

3 Et recal. *Deo recedendo.*

4 Incra. *diuitiis.*

5 Imp. *deliciis.*

6 Dilatatus. *honorib. & excellentiis, & quia ista sunt frequenter occasio dimittendi Deum & conuertendi se ad idololatriæ cultum, ideo subditur.*

7 Dereliquit. *Idololatria autem aliquando impenditur dæmonib. in aliqua effigie apparentib. & quantum ad hoc dicitur.*

8 Immolauerunt. *aliquando corporib. celestibus. & quantum ad hoc subditur.*

9 Diis. *quia patres eorum vt Moyses & Aaron prohibuerunt adorare celi militiam, aliquando idolis humana arte adinuentis. & quantum ad hoc dicitur.* Noui recentesque venerunt, &c. *subditur.*

10 Vidit. *hic consequenter ostenditur diuinum iudicium esse iustũ puniendo populum prædictum. Circa quod primo ponitur comminationis materia, secundo dilatationis causa, ibi.* Et dixi vbi nam sunt. *tertio punitionis forma ibi.* Nonne hæc condita sunt. *Circa primam primo eis comminatur dominus subtractionem sui auxilii, cum dicitur.*

11 Abscondam faciem. *Non aspiciendo ad eorum afflictionem.*

12 Generatio enim peruersa est. *Propter deprauationem affectus.*

13 Et infideles. *Propter deprecationem intellectus. Secundo comminatur eis subiectionem respectu vilis populi, & quantum ad hoc dicitur.*

14 Ipsi me prouo. *Colendo vilem creaturam.*

15 Et ego prouocabo eos. *Superponendo eis vilem gentem, Tertio comminatur eis afflictionem supplicii. Et primo a creaturis non viuentib. cum dicitur.*

Diuisio. Comminatio ... 

✠ 1 Ignis.

MORALITER

✠ 2 *Incrassatus.* per superabundantiam bonorũ temporalium

3 *Et recal.* per abundantiam vitiorum, propter quod sicut refert magister Henricus de Gandauo in suo quodlibeto, quando Constantinus dedit ecclesiæ bona temporalia, vox fertur audita fuisse. hodie cecidit venenum in ecclesiã Dei, & hoc propter malorum abusum.

7 *Dereliq.* eius officia negligẽdo. Nam sicut dicit Bernar. sup Can. Multorum calcaria plus quam altaria fulgent.

† *Prouocauerũt eum.* Nã cupidi Deos suos fecerunt de auro & argento & lapidib. pretiosis. Luxuriosi vero de meretricibus suis. sic de aliis vitiis.

10 *Vidit dominus.* Non approbando, sed reprobando. ideo subditur.

10 Et *ad iracundiam.* contra nequitias eorum.

11 *Et ait. Abscondam faciem meam.* Dimittendo eos ruere de peccato in peccatũ, ac si non viderem, nec punire deberem

† *Et con.* Reseruãdo gehennę punitionẽ eorũ, ideo subditur.

✠ 1 *Ignis.*

a *Ignis suc.* GREG. De his quos damnant flagella, & non liberant scriptum est: *Percussisti eos nec doluerunt, &c.* His flagella in hac vita inchoant, & in æternum pmanebunt. vnde Moyses: *Ignis exarsit ab ira sua & ardebit vsque ad infernos & deorsum.* De præsenti enim pcussione dicitur: *Ignis exarsit ab ira mea.* De æterna sequitur. *Et ardebit vsque ad inferos. & deorsum.* Non tamē iudicat Deus bis in idipsum, vnum est enim flagellum quod temporaliter incipit & in æternis suppliciis consummatur.

*Ignis.* ✱ PROCOPIVS. Ignis enim vorax Deꝰ est. Qui ab impiis supplicium sumit certissimum. & in Plutonis forum committit, si ab induciarum diuinatum die, ad eum se conuertere noluerint. Sibi ipsis enim colligunt iram in die iræ: incedite enim inquit, in lumine faciei vestræ, & in flamma quam succendistis. Cęterum in his verbis perpendatur extrema per gentem Romanam facta internecio, qua terra eorum est vastata, ac inflammata, & montiū fundamenta seu radices igne sunt absumptæ, & in propugnaculo la transfugarum excelsa & munita, cauernas item & latibula redactæ.

b *Deuorabitque terram.* Alii comedent terram & nascentia eius, id est carnem propter opera libidinis æterna flamma comburet, nascentia. n. carnis opera concupiscentiæ carnalis quæ sunt fornicatio, immunditia, & huiusmodi.

c *Aues morsu.* Quæ iuxta viam comedere sementem.

d *Dentes be.* ✱ CYRILLVS. Mittam, pro misi, quando serpentes ad ipsos misit, interficientes eos in solitudine. feras hostes intelligendū est, instar ferarū eos deuorantes, & quasi dētib. consumentes, cū sint praui & nihil humani in ipsos ostendāt qui cum Dei præsentiam dereliquissent. a feris intelligibilib. deuorati sunt.

Trahunt bestiæ & serpentes dentib. furiosis reprobos sup terrā, quando quod prius blandiendo carnalib. persuaserunt vt seducerent, furiose a peccatorib. expetunt, vt crucient.

Li. 18 moral c. 12. — A — Hier. 15. a — Ps. 88. g. — Num. 1. c. secūdum LXX.

a populus, & in gente stulta irritabo illos: Ignis succensus est 1 in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deuorabitque terram cum germine suo, & montiū fundamēta comburet. Congregabo super eos mala, & sagittas meas † cō- 2 plebo in eis. Cōsumētur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos † cū furo- 3 re trahentium super terrā atq. serpentiū. Foris vastabit eos 4 gladius, & † intus pauor, iuuenem simul ac virginem lacte- 5 tem cum hoīe senē. Et dixi: † Vbi nam sunt? Cessare faciā 6 7 ex hominib. memoriam eorum. † Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte † superbirent hostes eorū, & dicerēt: 8 Manus nostra excelsa, & nō dns fecit hęc omnia. Gens † abs- 9 que consilio est, & sine prudentia: vtinam saperent, & intel- 10 11 ligerent, ac † nouissima prouiderēt. Quō persequebatur v- 12 13 nus mille, & duo fugarēt decē millia: Nonne ideo quia deus 14 15 suus vendidit eos, & dominꝰ † cōclusit illos. Non enim est 16 17

a ¶ Quasi iam ardescit vindicta mea.
a ¶ Vsque in æternum puniendo.
a Reprobos terrena amantes. b Operibus malis. c Superborum. d Consilia quib. se credebant impune peccare. e ¶ Spem, fiduciam.
a Flammis æternis. b Congregari permittam. c Puniendos. d Flagella, quæ sustinentibus mala, sed Deo bona, quia iusta. ¶ Opera, verba cogitationes quibus puniantur. e Iram indignationis & vltionis acutæ, vt etiam animam penetret.
a Per varia tormenta b ¶ Verbi Dei & sterilitate bonorum. c Peccata improperantes.
d ¶ Dæmones leues, instabiles. e Ore maledico.
a Dæmones bestiæ dicuntur propter ferocitatem.
a ¶ super terram trahuntur, qui in terrenis dissipantur.
a Inimicorum. b In ciuitatib. clausos. c Lasciuum. d Sterilem a bono opere. e Hebetem sensu, paruulum.
a Pigro inutili. Dixi feci vastata ciuitate & populo.
b Non ex ignorantia interrogat, sed vt corripiat.
a Quia hoc minatus sum. b Opprimendam.
a Gentilium. Dæmonum. b Damnationem malorum catholicorum. c Sibi arrogantes.
d Dæmones qui tribulant me exultabunt si motus fuero. e Attribuentes suis virtutibus.
a Potentia. b Superatis Iudæis. c Iudæorum vel quorumlibet impiorum.
a Prouidentia. b Per se. c Perdoctores.
a ¶ Tormenta vel præmia.
¶ Quasi ita fieri potuit. a Deus qui fecerat.
a Inimicis tradidit. b ¶ Qui poterat. c In manib. inimicorum.
¶ Tanquam suos. d Ideo puniti sunt.

† vel in cubiculis. † Disperdā eos p angulos vel extremitates terræ. — B — † sibi attribuerent. — † intelligerent quid euēturum sit eis postea. — † vel tradidit.

e *Foris.* Corpus ignis æterni torquebit exustio, & mentem angustię magnitudo. vnde. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.*

*Foris.* ✱ PROCO. Ea quæ in obsidione acciderunt, particulatim tragice deplorat, quēadmodum per Ieremiam & Ezechielem diuinus narrauit sermo. Nam hi quidem foris ab hostib. percussi, alii vero intus timore & morbo & fame corrupti sunt.

f *Iuuenem.* Nulli ætati parcetur, quia omnes idololatria macula uit.

✱ PROC. Simul enim cum peccarunt, simul quoque perierunt. Dicit enim Ieremiæ Deus: An non vides quid ipsi faciunt in vrbibus Iuda, & in aulis Ierusalem? filii eius ligna colligunt, & patres ipsorum ignem accendūt, vxores autem farinam aqua conspersam subigunt, vt placentas faciant machinæ cælorum.

g *Cessare.* A terra sua eiecti & per totum orbem dispersi sunt. Generaliter vero peccatores tollentur de terra sanctorū, & memoria eorum. vnde. *Propterea Deus tuus destruet te in finē, euellet, & educet te de terra viuentium, &c.*

h *Distuli.* Ne blasphemarēt nomē meū nec tñ abstuli vidictā.

i *Quomodo.* Tantum ostendit timorē Iudaicæ gēti, postquam domino peccauerunt, vt vnus hostium, mille de eis, & duo fugarent decem millia, hoc, est pauci plurimos.

✱ *Quomodo.* Hoc ē minime hostib. captiui fuissent, & quolibet timore

Esa. 6 — † vel consumam. — † furore vel veneno terpentiū. — E — † Nisi iram inimicorum timerem. — † perierunt consiliis sunt. — Ps. 51. a — F — Ex catena Græca

Ex catena Græca — C

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Ignis succensus. *id est pœna eius preparata, quia nomine ignis in sacra scriptura intelligitur omnis pœna. Vel dicendum, quod ista comminatio respicit futurum iudicium, ante quod præcedet ignis terram cōburens.*

2 Et sagittas meas. *Sagittæ diuinæ hic vocantur pęnę ab eo subito immissæ ad modum sagittarum. Secundo a viuentib. & primo a volatilib. cum dicitur.* Deuorabunt eos aues *secundo a feris animalib. ibi* Dētes bestiarum, &c. *tertio a reptilib. ibi.*

3 Cum furore trahentium. *Qui reptilia incedunt super terram trahendo costas. quarto ab hominib. cum dicitur.*

4 Foris vastabit eos gladius *s. aduersariorum.*

5 Et intus. *Propter imminens periculum.*

6 Iuuenem. *Quantum ad omnem ætatem & sexum.*

7 Et dixi. *Hic consequenter ponitur dilationis causa, & primo præmittitur dilatio, cum dicitur.* Et dixi. *id est, proposui eos delere totaliter, ita quod nō remaneret eorum memoria. Et subditur dilationis causa quæ est duplex. Vna est. ne hostes superbirent imputando virtuti suæ factum diuinæ vindictæ, quod notatur cum dicitur.*

8 Ne for. *Et nota, quod loquitur hic scriptura de Deo ad modum hominis, qui aliquid proponit statim facere & postea mutat, cum tamen talis mutatio non fit in Deo, sed solummodo in suo effectu. Secunda causa dilationis pœnæ est, vt daretur populo Israel tempus pœnitentiæ & hoc est quod dicitur.*

9 Gens absque. *non præcauendo malum.*

10 Et sine. *in non eligendo bonum.*

11 Vtinam, *præterita.*

12 Et intel. *præsentia.*

13 Ac nouissima. *id est, futura, quia per præteritorum memoriam, & præsentium intelligentiam habet homo viam ad prouidēdū de futuris.*

14 Quomodo. *de aduersarijs.*

15 Mille. *de Iudæis.*

16 Nōne. *Quasi diceret, deberent manifeste cognoscere, quod hoc non est virtute siue fortitudine aduersariorum, sed ex vindicta diuinæ iustitiæ. Et quia aliquis posset quærere, quare Deus ita punit peccata populi Israel, cum dij aliarum gentium non puniant peccata suorum cultorum ideo ad hoc respondetur, cum dicitur.*

17 Non. *Quia est Deus verus & potens & volens exercere iustitiam suam, illi aūt nō, cū sint Dij falsi. & quia Deus executionem iustitię aliquando facit per malos homines, sicut per dæmones, ideo subditur.*

✱ 1 Et

MORALITER.

✱ 1 Ignis. Et ardebit vsq; ad inferni nouissima, nam sicut prælati & clerici mali fuerunt in statu altiori, sic erūt in loco gehennæ profundiori. Cętera verò propter proxilitatē dimitto: & quia ad modum punitionis malorū applicari de facili possunt a quolibet intelligente.

timore consternati, vt vnus hostiũ mille psequeretur & duo innumerabilem multitudinẽ, nisi res in contrarium versæ essent. Et quemadmodũ ipsi olim gesserũt, facile hostes expugnantes, Deũ propitium habentes, hæc patiuntur. Verũ hæc haudquaquam sustinuissent, nisi eius ope orbati essent, venditi ob peccata.

✱ Procopius. Peccatores.n. Deus patitur, vsque dum mensura est repleta, ex quo supplicium ante pedes est quale illud est, nundũ consummata sunt peccata Amorrhæorũ. Post cõsummationem.n. tempus & dies vltionis accelerat, si quis a uia recta deflexerit.

✱ Paraphra. Quando Israel studebant legi & seruabant præcepta, vnus ex eis persequebatur mille, & duo ex eis fugabãt decem millia. Quia autem peccauerunt, & prouocauerunt eũ ad iracundiam, ideo fortis dereliquit eos in manu inimicorum suorum.

Quia Dei magnitudinem agnoscit, non ex infirmitate diuinæ potentiæ, sed iusti iudicii permissione, hęc in uenire intelligit.

a *Iudices.* Approbatores etiam qui idola colunt, vnum Deum esse intelligunt, qui fecit cęlum & terram.

b *De vinea, &c.* Hæreticorum nequitiam significat, qui a sanctis doctoribus spiritalem doctrinam purã acceperunt, sed veneno suo corruperunt, & in fellis & absinthij amaritudinem peruerterunt. Sępe Ierusalẽ Sodomæ & Gomorræ comparatur. vnde. *Audite verbum domini principes Sodo. & Gomor, &c.*

c *Botri ama.* Fructus .s. opera amarissima sunt, vinum.n. cũ felle mixtum obtulerunt.

d *Fel draco.* Quasi intra se retinent venenũ malitiæ, ne salutis & correctionis medicinã suscipiant. Hæretici sicut serpentes amaritudinem & venenum occultant, vt incautos lædant.

e *Nonne hæc condita.* ✱ Cyrillvs. Symmachus manifestius explanans reddidit. Nonne hoc repositũ est apud me; Nimirum eorum feritas & homicidiũ, & quę futura sunt, aggredi rabie perciti in eorũ saluatorem. Veruntamen inquit, procrastino, & libero arbitrio locum do, actum expectans.

(Interlinear: a Qui iustus & verax. b Idola falsa & vana. c Non modo nos. Firmum testimonium ab hoste. Dei nostri experti mirabilia. d Domus Israel.)

a Deus noster, vt dii eorum, et inimici nostri sunt iudices. De [1]

(a Ex qua Christo amaritudinem propinauit abutens beneficiis Dei. b Non Sorech.)

b vineá Sodomorũ vinea eorum, & de † suburbanis Gomorrę. [2]

(a Quia in amaritudinem conuersa de morte Christi meditatur. b Ex quo verum botrum, id est, Christum in ligno suspendeunt.)

c Vua eorũ vua fellis, & botri amarissimi. Fel draconũ vinum

(a Plinius ait venenum aspidis aceto repelli. b Nisi summus medicus subuenerit. c Iudicio proferenda.)

d eorum, & venenum aspidum † insanabile. Nonne hæc con- [3]

(a Cui omnia præsentia, ideo obliuio nulla. vnde: Signasti quasi in sacculo omnia peccata mea, Iob 14. b Memoria æterna. c Ad me pertinet.)

e f dita sunt apud me, & signata ĩ thesauris meis? mea est vltio,

(a Oportuno: præocupemus faciem eius in confessione. b Affectus. c Cito veniet.)

g & ego retribuam in tempore, † vt labatur pes eorum. Iuxta

(a Certus. a Vltionis. b Licet longe post futura videantur. Fugientib. aliis. c Ventura.)

h est dies † perditionis & adesse festinant tempora. Iudicabit ✱ [4]

(a Per misericordiam ęternam dando beatitudinem. b Videri faciet.)

i K dominus populum suũ, & in seruis † miserebitur. Videbit [5]

(a Nihil auctori proficiens. b Qualibet opera malorum vel multitudo imminuta. c Obsessi. Clausi Iudæi in captiuitate, impii in dęmonum potestate. d Fame, vel capti ab hostib.)

✱ quòd infirmata sit manus, & † clausi quoq. defecerunt, re- [6] [7]

(Alii. Morte. Qui in virtutib. confidunt. Videntes.)

l siduique consumpti sunt. Et dicet: † Vbi sunt dii eorum, in [8]

(Spem in eis ponentes.)

quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comede- [9] [10]

(Iniusio.)

bant adipes, & bibebant vinum libaminũ. Surgãt & opitu- [11]

(Cultoribus suis. Intelligite. Proprie. Deus.)

m lentur vobis, & in necessitate vos protegant. Videte ✱ q̃ ego [12]

se diem perditionis eorum, & vocationem gentium propen sissimam fore.

f *Mea est vltio, &c.* Paulus de hoc loco sumpsit. *Mihi vindictam, & ego retribuam* secundum merita.

g *In temp.* Quasi, *cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.* Hinc Moysi pro populo o ranti dixit: *In die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.*

h *Iuxta est dies per.* Vnicuique. Quidquid enim finitur breuissimum est, si æternitati comparatur. Secundum historiam Iudęorum vindicta festinat quia locum & gẽtem & omnem prosperitatem in breui perdiderunt, quia prophetas & Saluatorem occiderunt.

✱ Cyrillvs. Vaticinationis spiritu, quæ multis post temporibus futura sunt, tanquam & presentia & proxima contemplatur, dicẽs, prope esse diem perditionis eorum, & vocationem gentium propen sissimam fore.

i *Iudicabit.* Discernendo a malis, secundũ illud: *Iudica me Deus & discerne causam meam.*

K *Videbit quod infir. sit.* *Quodcunque potest manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia est apud inferos.*

l *Vbi sunt dij.* Quasi nihil prosunt idola in quib. confidebant, vel opes, vel honores, vel seculi voluptates, nihil.n. secum ferunt de vniuerso labore.

m *Videte q́.* Generalis admonitio, quasi relicta idolatria vel hæresi & omnib. spretis immundiciis, ad verum Deum conuertimini.

✱ Procopivs. Hoc est, defectio tua te erudiet, & malitia tua

(Margin: crudele. — mali euẽtus eorum — enim — † defecit vel non erit clausus & derelictus vt seruatus si ne salus factus & roboratus. — Esa. 1. c. — Rom. 12. d — † vel vitib. aut aruis frugiferis — Ps. 74. a — Exo. 32. e. — † quo nutabit. — enim — † pęnitebit eum — † Ier. 2. f — Ex catena Gręca. — nunc — Ps. 42. a — Exo. 9. c.)

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et inimici nostri, &c. *quia Deus zelo suæ vindictæ supposuit Iudæos primo Chaldæis tempore Nabuchodonosor, & postea Romanis tẽpore Titi & Vespasiani & iudicabant eos pro volũtate sua ad mortem, & exilium & ad alias pœnas, huius autem vindictæ subditur causa, quę fuit Iudęorum culpa, quæ notatur cum dicitur.*

2 De vinea Sodomorum, &c. *in quo ostenditur grauitas peccati ipsorum in hoc quod Sodomis comparantur. Et nota, quod peccatum primo est in corde per consensum, secundo in interiori machinatione ad opus perpetrandum, tertio quãdo procedit in exteriorem actum. primum vocatur hic vinea, secundum vua, & tertium vinum.*

3 Nonne hęc condita sunt apud me & signata, &c. *Posita causa dilationis ad tempus hic consequenter describitur forma impletionis eo quod non fuerunt vsi tempore sibi dato ad pœnitentiam, & primo describitur eorum punitio, secundo aduersariorum destructio, ibi.* Videte, quod ego sum solus. *Circa primum ponitur certitudo punitionis cum dicitur.* Nonne hæc condita sunt apud me, &c. *q.d. licet distulerim punire peccata populi mei quasi ignorata, non tamen est ita, quia sunt firmiter retenta, & obseruata apud me punienda suo tempore. Secundo subditur acceleratio temporis cum dicitur:* Iuxta est dies perditionis. *tertio seueritas afflictionis, cum dicitur.*

4 Iudicabit dominus populum suum. *feriendo peccata eorum.*

5 Et in seruis suis miserebitur. *quia in qualibet captiuitate Iudæorum dimisit aliquos vt cum eis exerceret suam misericordiam. vnde & circa finem mundi conuertentur ad fidem Christi.*

6 Videbit quod infirmata sit manus. *loquitur de captione Iudæorum ad modum ciuitatis debellatæ, in cuius muris exteriorib. ponuntur aliqui viri fortes ad defensionem, & illi primo deficiunt propter lassitudinem, & quantum ad hoc dicitur.* Videbit, quod infirmata sit manus *.s. bellantium. secundo deficiunt illi qui sunt inclusi in fortalicijs interiorib. & quantum ad hoc dicitur.*

7 Et clausi quoq. defece. *& per consequens alij consumuntur. ideo dicitur.* Et residui consumpti sunt.

8 Et dicet *.s. aduersarij eorum eos subsannantes & deridentes ad augmentationem pœnæ.*

9 Vbi sunt dii eorum. *q.d. non poterunt eos defendere, sicut Rapsaces loquebatur 4. Regum 19. Vel aliter, vt sint verba aliquorum iustorũ de populo Israel, sicut Ieremias & plures alij iusti fuerunt tempore captiuitatis Babyloninicæ, qui videntes populi miseriam, dicebant eam euenisse propter idolatriæ culpam & dicebant.* Vbi sunt dii eorum, &c. *& hoc magis consonat literæ sequenti, cum dicitur.*

10 De quorum victimis comedebant adipes. *Hic.n. erat modus in sacrifiis idololatrantium, quod adipes a sacerdotib. commedebantur & vina libaminum bibebantur, quod prohibitum erat in sacrificijs domini, vt habetur Leuitici in plurib. locis.*

11 Surgant & opitulentur vobis. *q.d. non possunt, vt manifeste videtis.*

12 Videte. *Hic denunciatur aduersariorum destructio ad consolationem Iudæorum. Hic enim modus fuit prophetarum vt postquam denunciauerant mala futura populo Israel propter sua peccata, in fine ad eius consolationem denuntiabant vastationem aduersariorum*

tua te redarguet. Cum enim rebus secundis benefactorẽ tuũ non cognoueris afflictus ipsum disce. Verum nõ ad s re te pu nio, in tuam enim gratiam idipsum quoque facio. Occidam enim te, vt viuum reddam. Vlnerabo vt medear.

Li. 7. Mor. c. 18.

a Ego occidam. GREG. Occidit, vt viuificet, percutit vt sanet, exteriora verberat, vt interiora transfigat. Quia mentis nostræ duritiam suo percutit desiderio & percutiendo sanat, quia terroris iaculo transfixos ad sensum rectitudinis nos reuocat. Corda enim nostra malè sana sunt, cum nullo Dei amore sauciantur, cum peregrinationis ærumnã nõ sentiunt, & infirmanti proximo nullo affectu compatiuntur. Sed amoris sui spiculis insensibiles Deus percutit, & sensibiles per ardorem charitatis facit.

Ex catena græca.

✱ SEVERVS ANTIOCHENVS. Occidam, &c. Nam omnia in vestrã salutẽ tracto & propterea pœnas à peccatoribus in hac vita exigo, vt per pœnitentiam ipsis vitam largiar, quæ nihil aliud est quam impietatis cognitio. Eos qui ob impietatem mortui sunt, vt ne amplius malum cõmittãt, eosdem dicimus viuificari per rectam fidem & per bonas actiones. Sic enim bonos Deus occidit, vt viuos efficiat, & percutit, vt sanet.

b Leuabo. alia editio. Tollam in cælum manum meam, & iurabo per dexteram meam & dicam: viuo ego in æternum. In cælum manum Dei leuare, vel attollere, est potentiam æternitatis suæ super omnia excellentem ostendere. Iurare per dexteram id est per filium, qui est dextera patris est, promissa ipsius in conspectu hominum confirmare, & æternitatem suã credẽtib. sibi per Euangelium reuelare, quia potestas eius potestas æterna.

Dan. 7. d.

Ex catena græca.

c Si acuero. ✠ SEVERVS. Gladium inquit vlciscendi potẽtiam, quandoquidem bellicum instrumentum, & ad hostes vlciscẽdos accommodatus est gladius, sed Dei gladius non cernitur, & secũdum spiritũ est. Inquit enim vates: Inebriatus est gladius domini vsque ad cælũ. Hunc inquit acuere vt fulgur ad splẽdorem & eius claritatem ostendens, & tũc omnib. manifestũ erit, & accipiet iudicium manus, quando quidem totum iudicium dedit filio, vt omnes honorẽt filiũ.

---

a † sim solus, & non sit alius Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo, † & non est qui de manu mea possit eruere. b Leuabo ad cælum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum. c Si acuero † vt fulgur gladiũ meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionẽ hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. d Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. De e cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis. f Laudate Gentes populum eius quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum, & propicius erit terræ populi sui. Venit ergo Moyses, & loquutus est omnia verba cantici huius in auri-

*Interlinear glosses:* a ¶ Veterem hominem cum actionibus suis. ¶ Carnem. a ¶ Quasi dominus vitæ & mortis. b ¶ Nouum qui secundum deum creatus est. ¶ Mentem. ¶ Potestate. ¶ In sanctis ostendam potentiam meam. a ¶ Quia vita sum. b ¶ Id est repentinam vindictam & ineuitabilem hostibus infligero. c ¶ Manifeste. a ¶ Ex improuiso. b ¶ Iustam retributionem. c ¶ Potestas diuina. d ¶ Quam debebo. e ¶ Hæreticis, Iudæis. a ¶ Plenam vindictam significat. a ¶ Vltiones subitas & improuisas quæ non occulte, sed subito impios penetrabunt. b ¶ Damnatione perditorum. c ¶ Diuina sententia. d ¶ In iudicio extremo. ¶ Omnino. e ¶ Carnalia sapientes. ¶ Opera carnis. a ¶ Aeterna morte damnatorum. b ¶ Vano consilio patefacto. c ¶ Captiuorum. d ¶ Mentis vel magistri. ¶ Fidelem. a ¶ Afflictionem vel martyrium. b ¶ Sanctorum. Vnde: Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum. Apo. 9. a. ¶ Misertus. ¶ Ecclesiæ. ¶ Sanctorum.

---

1 d Sagittas. Dæmones, de quibus ait Iob Sagittæ domini in me sunt. quasi tãtam exercebo vindictam, quæ dæmonibus quoque posset sufficere.

Iob 6. a.

† Iob 10. b

e Inebriabo sagittas. ✱ SEVERVS. Nam cũ Iudæos punisset qui in eũ debacchati sunt cumq; ipsi Cæsari tradidisset, quem regem inscripserunt, impleuit sagittas eorum sãguine qui extremam seruitutẽ ppessi sunt. Esse posset gladius secundum sensum. Romanorum arma, quæ tãquam res animatæ carnes deuorabant.

† acie gladij mei. Vbi sup.

e Et de captiuitate. Captiuorũ capita radebantur qui distrahebantur, & sub corona vendi dicebantur. De captiuitate. Caput inimicorum nudatur, quando consilium iniquæ mentis vanũ esse pbatur, quo se impune peccare arbitrabatur. Capita quoque inimicorum sunt magistri, in quos vltio nouissima redũdabit, vnde. Exiuit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum. id est vltio tormentorum vsque ad rectores populorum.

Apo. 14. d

✱ SEVERVS. De cruore occisorum. Miscet & gladium spiritualem & sensibilem, hunc quidem dicẽs plenum esse sanguine eorum, qui in facie occubuerunt & qui in seruitutem redacti sũt, illum uero spiritualẽm dico inebriatum esse a capite principum gentium qui diabolus est. Propterea dixit Isaias. In nouissima die inducet Deus gladium sanctum magnum & fortem supra draconem serpentem. Idcirco cum Dei uerbum uiuens aduenisset, potentias inuisibiles in cruce deuicit.

Vbi sup.

f Quia sanguinem. In iudicio, populus Dei laudabitur, cum apparebit

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ sariorum, sicut patet in Isa. Iere. & pluribus alijs, & hoc rationabiliter, quia licet infideles essent exequutores diuinæ iustitiæ, puniendo eos qui Deum colebant de peccatis suis, tamen hoc non faciebant ex amore vel obedientia ad Deum, sed cupiditate nocendi, vel ex aliqua alia mala voluntate, sicut & dæmones ex mala uoluntate, & peruersa exequuntur diuinam iusticiam, quia dominus voluntatibus malis dæmonum, & hominum vtitur ad gloriam suam, & ideo mali homines diuinam iusticiam exequentes merentur a Deo puniri, propter quod prophetæ vastatores Iudæorum finaliter denunciabant destrui & vastari, & eodem modo hic facit Moyses: & primo ostenditur vnitas veri Dei, cum dicitur: Videte quod ego sim solus. quia alij dij non habent potestatem iuuandi.

1 Ego occidam. male facientes.

2 Et ego uiuere faciam. bene agentes.

3 Percutiam. vos, cum me ad iracundiam prouocaueritis.

4 Et ego sanabo. cum per pœnitentiam reuersi fueritis, sed sic non erit de aduersarijs vestris, quos ego destruam simpliciter, unde subditur.

5 Leuabo &c. modus est iurandi ad affirmationem eius quod sequitur.

6 Viuo ego in eternum. id est sicut verum est, quod vita mea est immutabilis, ita faciam vindictam de aduersarijs vestris, ideo sequitur.

7 Si acuero ut fulgur gladium meum. & accipitur hic si, pro quia.

8 Reddam vlt. hostibus meis. hostes enim domini dicuntur hic hostes filiorum Israel, quia licet puniendo filios Israel essent exequutores diuinæ iusticiæ, hoc tamen faciebant ex mala voluntate, & peruersa intentione, intendentes diuinum cultum qui apud Iudæos erat, destruere: & ideo consequenter dicuntur hostes domini: Deus tamen per omnipotẽtiam suam, & sapientiam vtitur malis actibus, & voluntatibus hominum ad suam gloriam, vt supra dictum est.

9 Inebriabo sagittas meas. Id est pœnas volũtate mea immissas. & si quæratur, quomodo inebriabuntur, subditur.

10 De cruore occisorum, &c. modus erat antiquitus, quod captiui ducebantur nudatis capitibus ad maiorem eorum confusionem, & victoriæ declarationem, & quia Deus puniet aduersarios filiorum Israel, ideo concluditur.

11 Laudate Gentes populum eius. id est populum Israel, qui dicitur spiritualis populus Dei.

12 Quia sanguinem seruorum suorum. id est Iudæorum qui ei seruiebant in cultu latriæ, & accipitur hic totum pro parte, secundum vnam regulam exponendi sacram scripturam. Licet enim in populo Israel essent multi mali, tamen cum illis erant etiam multi boni, & frequenter cum malis interficiebantur, & captiui ducebantur, sicut patet de Tobia & Daniele cum socijs suis. & de uindicta talium loquitur hic scriptura.

13 Et propicius, &c. quia post captiuitatem Babylonicam fuerunt Iudæi reducti ad terram suam, & tunc fuit exculta quæ longo tempore manserat quasi deserta.

14 Venit ergo. hic ponitur epilogus respectu cantici prædicti, in quo primo ostenditur ipsius publicatio, cum dicitur. Loquutus est omnia uerba cantici huius in auribus populi: secundo impressio eius in cordibus eorum ad memoriter retinendum, & opere adimplendum cum dicitur. Ponite corda vestra &c. patet litera.

bus populi, ipse & Iosue filius Nun. Compleuitque omnes sermones istos loquens ad vniuersum Israel, & dixit ad eos. Ponite corda vestra in omnia verba quæ ego testificor vobis hodie, vt † mandetis ea filiis vestris custodire & facere & implere vniuersa quæ scripta sunt in volumine legis huius, quia non in cassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent, quæ facientes longo perseueretis tempore in terra, ad quam Iordane transmisso ingrediemini possidendam. [1] Loquutusque est dominus ad Moysen in eadē die dicens: [2] Ascende in montem istum Abarim, id est transitū in mōtem Nebo, qui est in terra Moab contra Iericho, & [3] vide terram Chanaan quam ego tradam filiis Israel obtinendam, & [4] morere in monte. † Quem conscendens [5] iungeris populis tuis [6] sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis, [7] quia prçuaricati estis contra me in medio filiorum Israel, ad quas contradictionis in Cades deserti Sin, & non sanctificastis me inter filios Israel. † Econtra videbis † eam, & non ingredieris in eam, quem ego dabo filiis Israel.

¶ Vt intelligatis & memoriter teneatis. ¶ In conclusione. a ¶ In spiritu. b ¶ Gloriam ecclesiæ futuram. ¶ Videntibus Deum. ¶ Præcedentibus sanctis. ¶ Scilicet sanctum ostendistis. ¶ Alias contra.

A parebit gloriosus, & inimici iusta retributione punientur.

a *Ascende in montem.* עברים Abarim interpretatur transitus, נבו Nebo in conclusione. Dicitur Nebo mons esse in terra Moab cōtra Iericho supra Iordanem in supercilio Phasga iuxta montem Phogor, a quo circa eum regio vsque nūc Phasga appellatur. Moses ergo B in Abarim & in monte Nebo contra Iericho vltra Iordanem moritur, quia lex & circuncisio vsque ad Christū & baptismi sacramentum processit, ibiq; conclusa est, quia finis legis Christus. Vidit Moses terram pmissionis, sed nō ingressus est, quia in spiritu præuidit, & in lege prædixit Christi gratiam futuram: C sed præsentem nō vidit eum. vnde. *Multi iusti & prophetæ voluerunt videre quæ uos videtis & non viderunt.*

b *Et uide terram Chanaan.* ✻ THEODORETVS. Cur ob leue delictum iussus est Moses procul aspicere terram, populum autem prohibitus introducere? Per hæc docet nos Dominus se summam virtutē a perfectis exigere, & cum erga alios homines grauiter peccātes sit longanimis, sanctis tamen hanc veniam non concedere: quod quidem sapiēs dixit. *Tenuissimus, venia & misericordia dignus, potentes autem potenter torquebuntur.* Nec tamen hoc est ignorandum Dominum ex aliis alia moliri, sicuti profecto nō permisit, hunc summum prophetam introducere populum in terram promissionis, ne illum tanquam Deum coleret Israelitæ. Qui enim anima carentia pro Diis habuerant, & imaginem vituli Deum appellauerunt, multò magis eum vt Deum venerati fuissent, cuius ministerio tanta sunt adepti. Ea de causa eius sepulchrum latere voluit.

Margin: † præcipiatis. — id est transitum. — † Nu. 20. d. & 33. e. — † terram. — Mat. 13. c. Quæ 43. — Sap. 6. b. — Cur Moyses in terram promissam populum nō introduxit. — † E regione.

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Loquutusque est. *hic describitur consummatio legislatoris Mosis, & primo ei mors a domino prædicitur, secundo populus Mose benedicitur, cap. 33. tertio moritur & sepelitur, cap. 34. Circa primum dicitur Moysi.*

2 Ascende in. עברים *Abarim est nomen montis magni, &* נבו *Nebo cuiusdam partis supereminentis in illo: vnde melius uideri poterat terra promissionis.*

3 Et uide terram. *hoc dicitur ad eius consolationem, ut quam non poterat ingredi, posset tamen intueri.*

4 Et morere in. *quia hoc diffinitum est apud me.*

5 Iungeris populis tuis. *in libro sanctorum patrum.*

6 Sicut mortuus. *id est ita suauiter & quiete, de cuius morte dictum fuit* Num. 20. *& subditus causa quare ambo mortui sunt ante ingressum terræ promissionis, cum dicitur.*

7 Quia prçuaricati. *de qua præuaricatione dictum fuit.* Num. 20.

## ADDITIO. I.

*In c. 32. ubi dicitur in Postil. hic consequenter describitur exhortatio ple. &c. Hoc carmē Mosaicum non est exhortatorium seu comminatorium, sed mere propheticum, in ipso enim non ponuntur aliqua uerba comminatoria nec conditionalia, vt dicendo. Si hoc feceritis uel non feceritis, continget vobis hoc vel illud, vt supra c. 28. ubi procedit non solum prophetice sed etiam comminatorie, ut ex ipso modo loquendi ibidē patet: sic in hoc cap. prophetice tantummodo denunciabantur ea quæ vētura erant circa statum illius populi in his quæ ad diuinum cultum uidētur pertinere: & hoc prædicendo circa peccata magna eorū futura quibus Deus illum populum a sua speciali familiaritate saltem pro minori parte adiecturus erat pertinebat enim ad perfectionem Mosaicæ prophetiæ, ut Moyses qui legislator fuerat uet. test. & tanquā principalis Dei minister populum illum adduxit ad diuinum cultum, prophetando prædiceret ultimum, ad quod lex per ipsum data deueniret. Quod quidem vltimum erat, ut populo illo suis peccatis a Dei peculiari familiaritate pro maiori parte excluso, aliqua pars eorum cum Gentibus in cultum diuinum adunaretur, quod fuit impletum sub Christo, & sic ultimum in Mosaica doctrina cōtinuatur cum exordio publicationis legis Christi in qua Gentium vocatio in populum Dei per apostolos fuit inchoata, unde & hoc carmen tanquam maxime notandū districtissime cōmendatur a populo retineri, de quo dicitur in prçc. c. Nunc itaq; scribite nobis canticum istud, & docete filios Israel, ut memoriter teneat, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israel Quæ quidem prophetica denunciatio proponitur absque aliqua conditione ut patet intuēti, sicut in dictis prophetarum sæpe contingit, quod prophetæ aliquando denunciant futura, prout sunt in diuina præscientia, quæ infallibilis est: & sic contenta in hoc ca. sunt mere prophetica, non autem exhortatoria nec comminatoria. Illa uero quæ superius in prædicto c. 28. dicuntur, quę ad hanc materiam pertinent, comminatorie seu permissorie & etiam cōditionaliter intelligenda sunt. prout sonant, & hoc propter cōtingentiam humanorum actuum, quam non tollit diuina prçscientia seu prouidentia prout in 1. p. q. 22. in corpore quæstionis, & ēt in respō. ad vlt. arg. licet ēt prophetice intelligantur vt dictum est. Item quod hic dicitur. Audite cæli & aurib. per. ter. &c. intelligendum est per modum attestationis: nā statim supra ante huiusmodi carminis propositionem dicitur. Et inuocabo contra eos cælum & terram, ubi in He. habetur, & testificabo contra eos cælum & terram, qualiter autem cælum & terra intelligantur esse testes, habetur ex glos. ord. quæ ubi dicitur cælum, interposuit cælestes: & vbi terram, terrestres: & sic vocantur hic in testes angeli beati qui cælestes sunt. Similiter per hoc quod dicitur Terra, inuocantur animæ sanctorum patrum, quę nondum erant in cælo, vt quando ea quæ continentur in hoc c. populo contingerent, prædictæ creaturæ cęlestes & terrestres testificarent iustitiam & veritatem diuinam in abiectionem huius populi propter demerita eorum, unde Isa. cuius tempore ea quæ hic prænosticantur ad executionem procedere incipiebāt, ab huiusmodi Mosaica attestatione suam prophetiam incepit dicens. Audite cæli, & auribus percipe terra, ubi glos. Sicut populo Israeli per Moysen dictum fuit. Audite cœli loquar, & audiat terra uerba oris mei: sic post pręuaricationem populi, eos uocat in testimonium, ut omnia cognoscant deum, ut vltorem suorum mandatorum ad iracundiā concitatū, ut in glo. Vnde aduertenti vtrunque capitulum, s. istud, & primum Isaiæ, satis patet, quod ea quę in hoc capitulo prænosticantur, in illo capitulo Isa. denunciantur tanquam procedentia ad executionem, dicitur. n. ibi. Filios enutriui & exaltaui ipsi autem spreuerunt me &c. hic dicitur. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui, & multa similia.*

*Item circa ista quæ hic tradūtur de Deo, scilicet cum dicitur: Dei perfecta sunt opera &c. quæ uerba uera sunt in se, prout in* Postilla *exponuntur. Vlterius tamen in eis aliqua sunt attendenda, quę ad propositum proprie pertinent.*

*Ad quod sciendum, quod quia Deus promiserat patribus multa bona se daturum filijs, ut patet de Abraham Gene. 12. & in quam plurimis alijs capitulis sequentibus, in quorum executione magnalia fecerat cum eis in Aegypto & in ma. ru. &c. Similiter & legem eis dederat tanquam populo peculiari, ut Exo. 12. Idcirco quod Moyses in loco deiectionem eorum prophetare & testificari intendebat, ne forte quis præsumeret Deo attribuere aliquam imperfectionem, saltem in operibus suis cum populum imperfectum accepisset, uel legem imperfectam dedisset, & huiusmodi, ideo in exordio suæ attestationis dicit: Date magnificentiam Deo*

A Deo nostro q. d. Ex istis quæ dicturus sum nihil imperfectionis Deo est attribuendum, nec eius operibus, quia Dei perfecta sunt opera. Similiter illa quæ sequuntur, ne quis debeat reputare contrariari diuinæ misericordiæ ait. Et omnes viæ eius iudicia.

Circa quod attendendum est, quòd viæ domini quibus regit vniuersum secundum Psal. sunt misericordia & veritas, id est iustitia. Sed in quibusdam effectibus diuinæ gubernationis magis relucet misericordia quàm iustitia, prout patet in vijs Dei quas Deus Moysi ostendit suprà Exod. 34. Et hoc est præcipue cum Deus procedit parcendo & miserando, sicut in peccato vituli, de quo ibi agitur. In quibusdam vero diuinis effectibus magis relucet iustitia quam misericordia, sicut cum punit peccata, præsertim illa quæ contra diuinum honorem publice committuntur: de quibus in hoc ca. specialiter agitur, ostendendo qualiter talia fuerunt a populo commissa, & a Deo ratione suæ iustitiæ erant punienda, in quibus iudicijs diuinis diuina fidelitas absque vlla iniquitate demonstratur, ex hoc quod nullum malum remanet impunitum, & de hoc dicit: Deus fidelis absque vlla iniquitate. Similiter & eius iustitia & rectitudo ostenditur, inquantum punitiones proueniunt a sua iustitia secundum quam iustus dicitur, rectè correspondentes peccatis quæ per delinquentes fuerunt commissa, prout in hoc capite patebit, & de hoc dicit: Iustus & rectus & cætera.

## ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in Postilla. Secundo comminatur eis subiectionem respectu vilis populi. In his duobus versibus, scilicet ipsi prouocauerunt me, &c. Et ego prouocabo eos &c. notabiliter & propriè ostenditur rectitudo iustitiæ diuinæ in Iudæorum punitione. Nam quærendum quòd Iudæi principaliter recesserant a Dei obedientia dupliciter. Vno scilicet modo colendo idola, vt præcipue patet in historijs 3. & 4. Regum, & in alijs locis de quo dicitur hic: Ipsi me prouocauerunt in eo quod non erat Deus, scilicet in idolo quod non est Deus, recipiendo illud tanquam Deum. Secundo peccauerunt principaliter contra Deum, non idola colendo, sed Deum irritando per vanas & insanas doctrinas a Pharisæis maliciosè confictas, quibus mandata Dei irritauerunt, iuxta illud Matt. 15. a. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. de quo dicit: Et irritauerunt in vanitatibus suis. vnde ibi dicitur in vanitatibus suis, Glo. inter. in superstitionibus eorum. Quæ quidem superstitiones propriè pertinent ad doctrinam Pharisaicam, qui præcepta Dei sic falsè & vanè exponebant, vt intentio Dei præcipientis irritaretur propter eorum falsas traditiones, vt Christus eis ostendit circa præceptum de parentum honoratione in prædicto capitulo. Ex qua quidem falsissima doctrina Christum dominum reum esse mortis iudicauerunt dicentes Ioan. 21. b. Nos legem habemos, & secundum legem debet mori. propter quæ duo peccata prænosticant eis duplicem pœnam prædictis peccatis correspondentem. Pro primo enim peccato, secundum quod coluerunt non Deum pro Deo, Deus puniuit eos correspondenter assumendo non populum scilicet populum Gentilem in populum Iudæis reprobatis, de quo dixit. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus vnde glo. super hoc verbo. Sicut irritauerunt me, multitudinem falsorum deorum colendo, & me reprobando: sic irritabo eos, multitudinem gentium assumendo, & illos reprobando. Quæ quidem glossa in dictis Apostoli manifestè fundatur, qui hanc auctoritatem ad propositum allegauit ad Ro. 10. d. sic di. primus Moses sic dicit: Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem & nõ gentem in gentem &c. Pro secundo vero peccato per quod non colendo Deos alienos, sed superstitionibus varijs Deum irritando atque blasphemando a Deo recesserant, prænosticat eos fore puniendos per gentem stultam, scilicet paganorum, quã Deus non assumit sibi in populum sed habet tanquam gentem vanam et stultam, quæ tamen gens scilicet pagana irritat eos cum quotidie Iudæi sub eorum dominio habitantes maxime affliguntur & irritantur. de quo dicit. Et in gente stulta irritabo illos. Et sic notandum est, quod in hoc loco status Iudæorum à Christo recedentium hodiernus proprie prænosticatur, qui quidem status est maxime seruilis, qui tamen antea fuerat maxime liber, cum soli Deo seruire regnare est ante huiusmodi peccata subdebantur, de quo dicitur supra eo. ca. Dominus solus dux eius fuit & cæt. De hoc etiam statu seruili eorum hodierno paulò ante dixerat, & consideraret nouissima eorum, id est statum eorum tempore legis Christi, quod quidem tempus prophetæ nouissimum vocant vnde Isa. 2. a. Erit in nouissimis diebus.

## ADDITIO III.

In eodem ca. 32. vbi dicitur in Postilla: Ideo concluditur. Laudate Gẽtes populum eius. In expositione huius versus, scilicet Laudate Gentes quæ conclusio finalis totius huius huius cantici, videtur Postillator manifeste a veritate deuiare. Exponit enim prædictum versum, qui solus inter cæteros versus huius cantici consolationem sonat de reuertione Iudæorum a captiuitate Babylonica, quod est manifeste contra Apostolum ad Rom. 15. qui allegat hunc textum ad probandum vocationem Gentium. Ibi enim inter alias autoritates sacræ scripturæ, quas ad hoc allegat istum versum inducit sic dicens: Et iterum dicit. Letamini Gentes cum plebe eius. Vbi notandum, quod in hoc loco vbi translatio nostra habet Laudate Gentes populum eius. Idem enim verbum omnino ponitur hic & in Ps. vbi dicitur. Exultate iusti in domino, & sic ueritas Hebraica concordat cum allegatione Apostoli, & per consequens prædicta autoritas ad literam intelligenda de vocatione Gentium. Expositio autem Postillatoris quæ est ipsius Ra. Sa. manifeste est inconsona literæ: tum ratione iam dicta, tum quia vt litera manifesto sonat, in hoc cantico principaliter intendit prænosticare reprobationem Iudæorum propter eorum maxima peccata in hoc c. assignata, vt dictũ est. Tum quia a captiuitate Babylonica principaliter fuerunt reducti ex meritis patrum, & etiam ex compunctione seu confessione eorum, prout satis clare habetur supra Leui. 26. vbi de illa captiuitate & de termino ipsius plene agitur ut ibi est expositum. In hoc autem capitulo nihil ponitur pertinens ad pœnitentiam seu confessionem Iudæorũ, nec ad merita patrũ, unde ille versus nullo modo est allegendus ad reductionem, sed uere & proprie applicandus, prout allegatur ab ipso quem sequitur glo. nostra ad assumptionem Gentium in populum Dei, de quo dixerat: Ego prouocabo eos in eo qui non est populus. Ratio autem continuationis huius versus ad præcedentia accipitur per dicta Apostoli ad Rom. 11. c. vbi dicit. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gẽtium intraret. Et ideo postquã Moyses declarauit in toto cap. præsenti cæcitatem quę in Israel contigerat, statim concludit introductionem Gentium in hoc ver. finali dicens: Exultate seu lætamini Gentes cum plebe eius, & est sensus: O vos Gentes exultate cum plebe eius, cũ qua estis assumpti in populum Dei, quia prædicta cæcitas Iudæorum in vestrum commodum versa est: sed quia in primitiua ecclesia quando Gentes fuerunt assum. ptæ in populũ Dei, multæ afflictiones & sanguinis effusiones contigerunt in seruis Dei, scilicet in martyribus & sanctis, ideo subdidit: Quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur, quos quidem seruos nominat siue hoc quod dominentur a Gentilibus uel ab Israelitis, quia tam indistinctè ab vtroque populo, scilicet Gentili & Iudaico serui Dei, scilicet discipuli Christi affligebantur seu cruciabantur. Consequenter quia in hac uocatione ecclesia Dei fuit fundata & dilatata, ideo finaliter subdit: Propitius erit terræ populi sui, id est misertus erit ecclesiæ suæ Iudæorum, prout in glo. Ecclesia enim Gentium de cuius assumptione hic agitur in sola misericordia Dei fundatur, nam secundum Apostolum ad Ro. 15. b. Dico enim Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem, &c. Gentes autẽ super misericordia, unde hæc uidetur uera & catholica expositio, secundum quam præcedentia in hoc cantico sunt exponenda, ut cum paulo ante dicitur. Reddam ultionem hostibus meis &c. non est intelligendum de Chaldæis, sed de Pharisæis & similibus odientibus Christum. Et conformiter est intelligendum de alijs similibus in hoc capitulo contentis.

E

✓ REPLICA. In cap. 32. vbi Postil. optime exponit canticum Moysi: Audite cæli &c. Burg. ponit longam digressionem, qui primum contra Postil. dicit carmen illud Moysi non esse exhortatiuum & comminatoriam, sed uere propheticum, sed Burg. qui sæpe allegat glo. ordinariam in proposito habet eam contra se. Ait enim glo. Hæc verba Moysi non sunt simpliciter accipienda, quia secundum hist. Iudæis Deo largitori ingratis exprobrat perfidiam, per allegoriam sanctam instruit ecclesiam, & ad morum prouocat honestatem per tropologiam. Seruantur ergo in historia ueritas, in allegoria mysterium, in tropologia disciplinæ vtilitas, et infra ad lit. glo. Locutus est Moyses uerba carminis huius, ut qui Deum collaudat, opere non contradicat, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, & infra circa illum versum. Ego occidam glosa dicit. Generalis admonitio est. Huic consonat magister historiarum in expositione huius carminis dicens ipsum esse monitorium. Burg. igitur irrationabiliter notat Postil. sic exponentem, & mirum unde veniat hæc singularitas Bur. ut dicat in hoc carmine nullum uerbum exhortatorium uel comminatorium contineri, cum Moyses ad exprobrandum, admonendum & exhortandum fecit ad se uocari senes per tribus, ut dicitur in litera introductoria carminis. Scio inquit ceruicẽ tuam durissimam, quoniam semper contentiose egistis contra dominũ me viuente, quanto magis cum mortuus fuero. & infra. Locutus est ergo Moyses uerba carminis huius, &c. unde patet, quod litera ipsa introducit hoc carmen, tanquam exhortatorium & c. cũ quo bene stat quod in multis sit propheticum. Eadem etiam literæ introductio est comminatoria cum dicitur. Occurrent nobis mala in extremo tempore &c. cũ quo tamen stat, quod comminatio sit prophetica. Nescio quid mouit Burg. ut tanta digressione se restringeret ad locutionem propheticam solum nisi quia forte voluit aliquid habere contra Post. quamuis quo ad hoc non sit magni ponderis. Et certe comparatio huius c. & primi ca. Isa. quam Burgen. pro confirmatione suæ intentionis adducit, est contra eum, & pro intentione Postil. Consideranti enim diligenter modos loquendi, hic & ibi clare videt quod stilus est duplex, scilicet comicus & tragicus, nam propheta ibi ubi ubique exprobrat iniquos, comminatur pœnam, exhortatur ad pœnitentiam, promittendo ueniam, & puto raro tã præcisam propheticã reperiri, quin habeat exprobationis mixturã. &c.

In eo-

*In eodem carmine cum Postil. exponit illum versum: Ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos de oppressione Iudæorum a paganis, vt sicut ipsi Iudæi coluerunt non Deū pro deo, ita Deus stultum populum Deum ignorantem prætulit Iudæis, subijciendo eos paganorum oppressionibus. Burg. non stans contentus in tali rationabili & literali expositione, exponit prouocationem de electione nō populi s. Gentilis: congregando ex eis ecclesiam Iudæis reprobatis, & irritationem in gente stulta exponit de punitione Iudæorum a paganis. Sed hæc Bur. expositio etsi posset mystica expositione sustineri, literalis tamen esse non potest, nisi valde extorte. Extorta est enim sententia, electionem populi Gentilis dicere Iudæorum prouocationem, quia ex Iudæis & Gētibus est a principio collecta ecclesia diuina electione in charitate, non prouocatione, & in fine fiet ex eiusdem & Iudæorū reliquijs vnum ouile & vnus pastor sine prouocatione, quia prouocatio hic sonat in pœnam, non in gratiam. Videtur igitur prouocatio & irritatio ad vnū effectum pertinere, & sic ad idem pertinent, non populus & stultus populus: nam & glo. interli. dicit ad vtrunque pertinere, quia deum uerum ignorans fuit Gentilitas etiam stulta, & per consequens non populus, sed conuersa ad Christum facta est Dei populus & sapiens populus. Nec igitur irritatio prouocatio est, quia illum populū aliquando non populū & stultum prætulit Iudæis incredulis, & ipsos Iudæos illius populi subiecit seruituti, ut sic maior seruiat minori prout declarat Apostolus ad Ro. ix. quem etiam allegat Bur. sed non ad suam intentionem ut patet. Si enim irritatio in gente stulta dicitur afflictio Iudæorum a Gentibus prout Bu. vult, dicit utique Christianos esse gentem stultam, quod in ecclesia tolerari non debet a Iudęo baptizato.*

*In eo carmine cum Postil. illum uersum: Laudate Gentes populū eius &c. exponit de consolatione Iudæorum in reditu captiuitatis Babylonicæ, Bur. dicit eum manifeste a ueritate deuiare, asserens esse illam expositionem contra Apostolum ad Rom. 15. qui vt Bur. dicit illum uersum adducit de uocatione Gentium ad fidem, &c. Hic dico, quod si ita esset, ut Burg. allegat, non obstaret quin particularis reductio captiuitatis Babylonicæ ad literam, etiam exponatur de humani generis generali redemptione. Hoc enim sæpe fit in sacra scriptura, quod transfertur de parte ad totum, & conuerso, vt patet in regulis Ticonij, quas ponit beatus Aug. 2. de doctrina Christiana. & est regula quarta, sed non apparet q̄ Apostolus hunc versum assumat ad intentionem Burg. nam scribens Romanis, distinguit in loco allegato inter vocationem Iudęorum & Gentium, dicens in sententia Christum vocasse Iudæos ex debito quodam ad confirmandum promissiones patrum. Gentes autem super misericordia sine tali præuia promissione. Hortatur igitur vtrosque ad Deum honorandum, & ad hoc iducit tria testimonia sacræ scripturæ, quorum secundum sumpsit ex hoc loco. Nunc autem inuitare Gentes & Iudæos, imo omnes creaturas ad laudandum Deum, non obuiat expositioni Post. Nec valet quod Burg. secundo adducit, quod vilicet hic prænosticatur reprobatio Iudęorum propter eorum maxima peccata. in hoc enim c. assignatur principaliter idololatria pro causa reprobationis & deiectionis eorum, cum dicitur. Prouocauerunt eum in dijs alienis &c. quę præcedunt & sequuntur, quæ idololatria tempore uocationis Gentium in Iudęis locum non habuit, ut Bur. sæpe testatur in hoc suo correctorio, specialiter supra Leu. 23. Abiectio igitur Iudæorum de qua in hoc c. fuit p̄ captiuitatem Babylonicam, igitur hæc consolatio quæ concluditur est eadem prout Postil. vult. Nec valet quod vlterius Burg. pro sua intentione adducit, dicens, quod reductio captiuitatis Babylonicæ fuit meritis patrum, confessione captiuorum, & in hoc c. talium ponitur. Nam sæpe dictum est argumentum ex auctoritate negatiue nō valet sed sapit errorem Vuiklef & Hussitarum, nam si ualeret, possemus & nos arguere contra suam, & gl. allegoricam expositionem. Deiectio hæc Iudęorum & Gentium vocatio est propter Iudæorū perfidiam, quia Christum negauerūt sed nihil talium habetur in litera nisi de idolatria quæ locum pro tunc habuit, vt dictum est, sed manifestum est utrunque argumentum non valere. cum expositione igitur uera Postillatoris expositionem glo. ord. nō abijcio. quia stant simul secundum regulas Ticonij supra allegatas, quamuis Bur. se ad unam astringat, & in odium Postillatoris primum obijciat sine ratione ut patet ex dictis.*

## CAP. XXXIII.

A De benedictione Moysi.

a HÆc est benedictio. Bene in fine Deuteronomij benedictionem posuit, quia Christus post cōpletionē euangelij ascensurus in cælum eleuatis manibus discipulos suos benedixit. Bndictio qua filis Israel in Deuteronomio (quod est secunda lex) benedixit ad gratiam pertinet no. Te. in quo priscæ legis mysteria reserantur, & veri Israelitæ benedictionem per Moysen hominē Dei prædictam per hominem Christum consequuntur. Bene autem imminēte morte Moysi benedictio datur, quia legis vmbra moriēte, cælestium donorum veritas aperitur. B Præuidens ergo Moyses Saluatoris aduentum & gratiam no. Te. quasi præteritam explicans voce primitiuæ ecclesię lætabundus exultat, dicens. Dominus de Sina venit, &c.

✲ PROCOPIUS. Non solum hominibus pecuniæ hæreditario obueniunt, verum etiam sanctorum [illegible] ęorum qui è viuis excedūt filiis, benedictiones spirituales. Qua propter cum ad ætatem exactam peruenisset Isaac, ipsi Esau benedicere cupiebat. Iacob item moriens Iosephi liberis, aliisque quotquot digni erant, benedixit. Nunc vero Moses tribubus. Patres enim decedentes donum id quod ipsis peculiare erat, in cōe transmittebant. Nam ex vnico principio in vniuersos Deus suam prouehit gratiam, quod verum principium Christum repsētat, qui donum suum in suos trāsmisit, postquam ad cęlos migrauit. Iacob moriens futura prædicturum promisit, nec fausta illis nūcupauit. Aliquib. n. tribubus dira est imprecatus, vt Leui ac Simeoni. Sua vero verba bndictiones vocat Moyses, C qui Iacobi execrationes eneruauit. At bndictio quid aliud est, quam execrationis dissolutio. Hoc quidem figurā gerit Christi, qui Israelem a legis maledictione erat liberaturus.

D Quæst. 56.

AUGUS. Alia litera: Hęc est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel, priusquā defungeretur, & dixit: Dominus ex Sina venit & alluxit ex Seir nob s, festinauit ex mōte Pharā cum multis millibus Cades. Ad dexterā eius angeli cū eo, & pepercit populo suo, & oēs sanctificati sub manᵘ tuas, & hi sub te sunt. Et accepit de verbis ipsius legem quam mandauit nobis Moses in hæreditatem congregationis Iacob, & erit dilecto princeps, congregatis principibus populorum simul cum tribus Israel. Non negligenter prætereunda est ista prophetia. Apparet. n. hęc bndictio ad nouū populū pertinere, quē Christus sāctificauit, ex cuius psona hęc dicuntur a Moyse, nō ex persona Moysi, quod in sequētib. apparet. Si enim hoc dictū est: Dominus ex Sina venit: ideo quia in monte Sina lex data est, quod sequitur, & alluxit nobis ex Seir, cū Seir mons Idumęę sit, vbi regnauit Esau. Deinde, cum Moyses filios Israel benedicat, quomodo idem dixit, & accepit de verbis ipsius legem quam mandauit Moyses. prophetia est ergo nouum populum Christi gratia sanctificatum prænunciās Ideo sub nomine filiorum Israel, quoniā semen est Abrahę, idest filii promissionis, & interpretatio eius, vidēs Deum. Dominus ergo e Sina uenit, id est Christus quia Sina interpretatur tētatio Venit ergo ex tentatione passionis, crucis, mortis Et alluxit ex Seir, quod interpretatur pilosus, q̄ significat peccatorem. Sic. n. natus est Esau odio habitus. Sed quoniam qui sedebāt in tenebris & vmbra mortis lux orta est eis, ideo alluxit ex Seir. Intelligitur etiā de Gentibus, q̄ significatur per nomen Seir qui mons est pertinens ad Esau, venturā Christi gratiā populo Israel, vnde Apostolus: Ita & hi nūc nō crediderunt

E Allegorice.

F Ro. 11. d

## NICOLAUS DE LYRA.
## CAP. XXXIII.

Diuisio.

I HAec est benedictio, &c. *Hic cōsequenter punitur bndictio Moysi super populum sicut & Iacob patriarcha benedixit filios suos imminente morte sua ut habetur Gen. xlix. In hac ergo benedictione præmittitur præfatio, secundo subditur executio, ibi. Viuat Ruben tertio ponitur conclusio, ibi. Non est alius. Circa primum præmittitur titulus cum dicitur. Hæc est benedictio & subditur benedictionis causa, qua fuit datio legis & eius susceptio. & hoc notatur cum dicitur.*

✲ 1 Domi-

*MORALITER.*

✲ 1 *Hæc est bened. &c.* Et primo ponitur benedictio Rubē primogeniti Iacob, cum dicitur infra: Viuat Ruben. Per Ruben q interpretatur visionis filius cōuenienter intelligi potest cōtemplatius diuinis meditationibus intentus, ideo dicitur.

✲ 4 *Viuat*

a b Moyses homo Dei filiis Israel ante mortem suam, & ait: Do- c d minus de † Sina[a] venit, & de Seir ortus est nobis. Apparuit de e f monte Pharan, & cum eo sanctorū millia. In dextera eius ignea g h lex:* dilexit populos, oēs sancti in manu illius sunt, & qui appro- i

a ¶ In quo lex data fuit, quia per legem coniunctus est Iudęis. ¶ Sina amphora mea uel mensura mea vel mandatum.
a ¶ Qui ferocitas eorum vel frugifer. b ¶ Primitiua ecclesia. ¶ Per ecclesiam de gentibus acquisitam. ¶ Id est sanctis qui mandata Dei audientes facibus amoris inardescunt.
a ¶ Charitas. b ¶ Legem charitatis primus impleuit. ¶ Vsque ad mortem. c ¶ Vtrosque circuncisionis & præputij. ¶ Potestate. d ¶ Vt discant humiliter uel qui sequuntur uestigia eius. ¶ Fide & dilectione.

†Sinai

runt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiam cōsequātur. Hi ergo dicūt, alluxit ex Seir nobis, & festinauit ex mōte Pharan.i.fructifero, quo significatur ecclesia cum multis millibus Cades & mutata interpretatur Cades & sanctitudo. Mutata sunt ergo multa millia, & sanctificata per gratiā: cū qb. venit Christus ad Israelitas postea colligendos ad dexterā eius. Et angelicum co. hoc expositione non indiget. Et pepcit populo suo donas s. remissionē peccatorū. Inde ad ipsū conuertit sermonē. Et oēs sācti-ficati sub manus tuas. & hi sub te sunt, non superbiētes scilicet sed agnoscētes gratiam. Et accepit de verbis ipsius legem, populus Christi scilicet quam mandauit nobis Moyses, quia doctrina eius intellexit legem quam mādauit nobis Moyses: vnde: *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.* Nō enim accepit populus ille legem, quando nō intellexit, sed tunc accepit qn̄ intellexit de verbis eius, carens velamine veteri conuersus ad dominū. Hanc dicit hæreditatem congregationis Iacob, quę non est terrena sed cęlestis, non temporalis sed æterna. Et erit in dilecto princeps, ipse vtique in dilecto populo erit princeps dominus Iesus. Congregatis principibus populorum, id est Gentiū simul cū tribub. Israel. vnde: Letamini Gentes cū populo ei⁹. Quia cęcitas cōtigit ex parte ī Israel, donec plenitudo &c.

*eis uel ad eos. Etiam vel quam, admiratiue prenūtiatum.
Io.5.g
Rom.15.c
Rom.11.c

a *Moyses homo.* Moyses significat legē, q̄ ante mortē id est anteq̄ in ipso finiretur prædixit ecclesiā in Christo benedicendā
b *Dominus.* סיני Sinai interpretatur amphora mea vel mensura mea vel mandatum. שעיר. Seir pilosus vel hispidus. פראן Pharan ferocitas eorum vel frugifer; Sina igitur figurat vetus test. quia certam mensuram mandatorum iuxta decalogi decretū tenens prohibere nouit non iuuare, nec spiritu dilectionis liberat, sed timore pęnę subditos ligat. vnde. Vnum quidē in monte Sina in seruitutem generans &c. Dn̄s ergo uenit de Sina, i. ex lege, & prophetis credentibus innotuit. Inde enim venit, cū ibi legens innotescit, unde; *Ipse incipiens a Moyse & omnibus prophetis,* discipulis ex ponebat, ad quorum corda venire cupiebat. De Seir ortus secundum carnem, scilicet de Iudæis malitiæ & præfidiæ spineto asperrimis, nouæ lucis ortu tāq̄ verus sol iustitiæ fideles illuminauit, unde: N*obis orietur sol iustitiæ.* Et alibi. *Orietur stella ex Iacob, & consurget homo de Israel.*

Tropolo.
Gal.4.d
Luc.24.d
Mala.4 a.
Nu.24.c.
Allegorice

Dominus &c. Sina interpretatur tentatio. Dominus ergo de Sina venit, quia carnem nostrā, in qua tentaretur, accepit.

c *Et de Seir. &c.* Qui & Edom vel Esau, hic populus Iudæorū, qui gulę desiderio quasi pro lētis edulio primatus gloriā p̄didit, & bn̄dictionis grā fide iunioris populi supplātat⁹ amisit.

De Seir ortus est nobis &c. Hunc mōtē longo tp̄e circumierunt & in eo aliqua præcepta acceperunt. Seir id est hispidus vel pilosus, Gētilitatē significat q̄ peccatis erat horrēda de qua ort⁹ ē do. quia ī fine de ecclesia gentiū Iudæis p̄dicabit, quia reliqæ saluæ fient.

d *Apparuit. &c.* Qui frugifer interpretatur, qa de ecclesia Gentium virtutib. frugifera fides Christi prædicabatur Iudęis, de monte Pharā ferocitas eorum vel frugifer interpretatur. Christus ergo de Pharan apparuit, quia quanto contra eum ferocitas infideliū extarsit, tanto altius diuinitatis eius notitia creuit. Quanto enim inter passionis contumelias latuit, tanto per virtutem resurrectionis effulsit, & qui prius incredulitatis ferocitate persecuti sunt, postmodum ei charitatis ardore adhęserunt, de quibus additur, & cum eo sanctorum millia.

e *In dextera.* Tabulæ scilicet in quibus lex quæ purgat & vrit peccata. Dextera quoque patris est filius, qui attulit legē charitatis dicens. *Ignem ueni mit. in ter. &c.*

*In dextera eius ignea lex.* Dextera euangelium, per quod beatitudo æterna promittitur, quæ dextera dicitur, non temporalis sicut ī lege, quę dicitur leua. vnde *Dextera illius amplexa me.* In hac dextera lex ignea id est charitas spiritusancto in electorum cordibus inflammata, vnde dicit. Plenitudo legis dilectio. Et alibi. *Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem.* Hæc igneis linguis spiritussancti apostolis infusa, omnem legis plenitudinem tāquam digito Dei descripsit. & spiritu feruentes & operatione lucentes fecit. Sed quia non vni populo vt lex Moysi, sed omnibus data est, adiungit, dilexit populos.

f Dilexit. unde. *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat &c.*

g *Omnes.* sin personæ acceptione. unde. *Qui timet Deum & ope. iu. acce. est illi.*

*Omnes sancti.* Sanctificati scilicet in nomine eius qui audierunt. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum &c.

h *In manu.* id est potētia, qua proteguntur. vnde: *Non rapiet quisquam de ma. mea.* Hi p charitatē sunt vnū regnū ī manu dn̄i. vn̄ Esa. *Et eris co. gloriæ in ma. domini, & diade. regni in manu dei tui.*

i *Et qui appropinquant. &c.* quasi non contristentur qui Christum

Luc.12 f.
Gen.2.b.
Ro.13.c.
Io.13.d.
Ioan.15.b
Act.10.f.
Leui.19.a.
Io.10 f.
Esa.62.a

## NICOLAVS DE LYRA.

*1 Dominus de. *quia ibi dedit legem, vt habetur* Exo.20.

Quib. lex primo data.

2 Et de. *Dicunt* Hebræi, *quod dominus primo legem obtulit Idumæis, qui habitant in monte Seir, & Hismaelitis, qui habitant circa montem Pharan, sed ipsi noluerunt eam accipere, & tunc dedit eam filijs Israel in monte Sinai. & sic secundum eos exponitur quod dicitut: De Seir. or. est. no. &c. id est illius locis venit ad nos dando nobis legem ab alijs recusatam. Sed quod dictum non consonat faciæ scripturæ, que in toto suo processu videtur sonare, quod populus Hebræorum a Deo fuit specialiter electus, ut inde Christus nasceretur, p̄pter quod speciali sanctitate debuit pollere: propter quod ab alys populis primo fuit segregatus, per fidem vnius Dei scilicet in Abraham: vt habetur Gen.12. & postea distinctus per circuncisionē, quæ fuit signum fidei, ut habetur Ge.17. postea Deo specialiter applicatus per legis susceptionem. Exod.20. & de talibus beneficijs illi populo singulariter datis, dicit Ps. cxlvij.b.* Non fecit taliter omni na. *&c.* iudicia. *&c. quæ in lege continentur, & ideo a Iudæis uidetur esse confictum, quod lex illa oblata fuerit alys populis, p̄pter quod aliter exponunt doctores nostri sic:* De Seir. *id est Idumæis & Hismaelitis in sua infidelitate & idololatria dimissis, Deus per speciale beneficiū ortus est nobis in datione legis. Licet autem hoc sit bene dictum, tamen non consonat ad plenum literę: quia scriptura vniformiter loquitur hic de Sina & de monte pharan, ut patet in textu, ideo potest aliter exponi, quia post dationem legis in monte Sinai populus eundo versus terram promissionis transiuit iuxta montem Seir, vt habetur Nume. 20. Et dum circuirent montem illum, cœpit populum tędere itineris & laboris, & ex hoc murmurarunt, propter quod dominus immisit serpentes ignitos in populum, ut habetur Nu.21. Et cum populus clamaret propter morsus serpentum, dominus præcepit Moysi vt faceret serpentem æneum, ad cuius conspectum percussi à serpentibus sanabantur. Ille autem serpens habebat similitudinem animalis venenosi, erat tamen sine ueneno, & ideo fuit figura Christi qui habuit carnem similem peccatrici, sed fuit sine peccato, cuius intuitus per ueram fidem sanat a morsibus peccatorum. Illam autē figurā intellexit Moyses. & ideo dixit.* De Seir ortus. *quia in circuitu montis Seir reuelatum fuit ei beneficium incarnationis Christi & passionis, quod est maximum.*

3 Apparuit. Nu.10. *habetur quod cum populus recessisset de monte Sinai, nube eos ducente, requieuit nubes in solitudine Pharan. & cum populus ibi desideraret carnes dominus dedit eis coturnices in tanta multitudine, quod habuerunt satis usque ad mensem integrum, quod Moysi uisum fuit ualde magnum ut habetur* Nume.11. *Tunc etiam in adiutorium Moysi in regimine populi repleuit dominus 70. senes spiritusancto vt ibidem habetur & propter istud beneficium dixit Moyses.* Apparuit de monte Pharan. *illuminando 70 senes.*

4 Et cum eo sanctorum millia. *i. angelorum ei ministrantium, secundum quod dicitur Dan.7.c.* Milia milium ministrabant ei &c. *Sic igitur post beneficium legis datæ in monte Sinai Moyses facit hic mentionem de alijs duobus locis propter prædicta beneficia ibi collata.*

5 In dextera eius. *quia fuit data de medio ignis ut habetur Exodi.11.*

6 Dilexit popu. *id est 12. tribus quia quælibet poterat dici populus vnus. Vel aliter. Dilexit populum, generaliter, secundum illud Sapient.* 11 Diligis domine omnia quæ sunt & nihil odisti eorum quę fecisti. *sed specialiter dilexit populum Israel tanquam sibi deputatum, ideo subditur.*

7 Omnes sancti. *id est in gubernatione & protectione, licet enim ibi essent aliqui mali, tamen pro maiori parte erant boni.*

8 Et qui appropinquant. *hoc dicitur quia in datione legis dominus super montem Sinai loquebatur, & populus erat in ualle iuxta pedem montis audiēs uerba domini, & quia decem præcepta decalogi data sunt ab eo immediate, cætera uero mediante* Moyse. *ideo sequitur.*

c Et ue ... *1 Legem

stum in carne docentem nō audierunt, quasi ab hominib. de- A cipiātur. Per eos, i. sāctos loquitur Christus, per pedes doctrina capitis audit ... unde: *Qui vos audit, me au. &c.* Vel illi appropinquant pedibus eius ad capiendam doctrinam, qui spiritali desiderio flagrātes euāgelicis & apostolicis scripturis die noctuque inuigilant. Sed quia hęc de nouo test. dicta sunt, sequitur; quorum voce Moyses loquitur de veteri lege dicens legem precepit nobis, &c.

Luc. 10. g

† vel hæreditate. † Chal. in terpre. in Israel. Rabanus.

a *Hæreditatem.* quia hæc est vtilitas legis, hæreditas Abrahę promissa. *Si volueritis & audieritis me, bo. ter. comedetis.*

b *Erit &c.* Iacob ab angelo benedictus, B Israel vocatus est, id est rectus Dei, & Iudeus ad fidē conuersus ab eo post resurrectionē benedictus cui ī passione preualuit, ob iustitiæ professionem rectissimus appellatur. vnde: Audi Iacob serue meus, & rectissime quem elegi, &c.

Esa. 44. a Ps. 2. b

a ¶ Apostolis, euangelistis, quorum doctrina repletur orbis. Vnde: Quam pulchri supra montes pedes euangel. zantium pacem, &c. b ¶ Euangelium.

pinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præ- 1

a ¶ Non iuuit, non iustificauit, imo iubendo præuaricatores fecit. b ¶ Christus, cui obedientes cælestem acquirunt hæreditatem. ¶ Multit. illius credentium erat cor vnum & anima vna. Act. 4. a ¶ Quæ scilicet benedictionem gratiæ consecuta de maledicto legis liberatur.

a cepit nobis Moyses, & + hæreditatem multitudinis Iacob. Erit 2

a ¶ In vnitatem fidei. ¶ Apostolis & sequacibus.

b † apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum 3

a ¶ Respectu infidelium. sed fide maximus & gloriosus.

c d tribubus Israel. Viuat Ruben & non moriatur, & sit paruus 4 5

a ¶ Desiderii sancti, de qua voce mea ad dominum clamaui. Ps. 76. b ¶ Christi. ¶ Ecclesiæ laudantis.

e f in numero. Hæc est Iudæ benedictio: Audi domine vocem Iu- 6 7 8

a ¶ Gentilem scilicet saluandum. ¶ Patriarchas, prophetas, apostolos, per quos ecclesia genita. ¶ Multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum. b ¶ Vt audiat: Intra in gaudium domini tui. Matth. 25. b. c ¶ Virtus, operatio. d ¶ Christi. e ¶ In cruce contra aereas potestates.

g dæ, & ad populum suum introduc eum. Manus eius pugnabunt 9 10

a ¶ Iuda uel populo. b ¶ Dæmones vel quoslibet. c ¶ Christo & choro perfectorum.

h pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius † eris. Leui quo- 11 12

Moraliter

c *Rex.* Christus. Ego autem constitutus sum rex ab eo, vt scilicet faciat regnū & potestatē, qui est rex & potestas prima.

d *Cū tri.* De qb. primitiua ecclesia. Bñ prius principes, deinde trib. cōgregāde dicūt, qa prīū apostoli, & p eos crediderūt alii.

e *Viuat Ruben.* Prædicta salute primitiuę ecclesiæ singulis tribubus proprias benedictiones tribuit, veros Israelitas de vtroque populo prænuntians, nunc de Christo nunc de apostolis, nunc de primitiua, nunc de tota ecclesia uaticinatur.

*Viuat Ruben.* Quasi scilicet Ruben cubile patris violauerit, & primogeniti dignitatem amiserit, viuat tamē, & agēs penitētiā non moriatur. Filii Ruben id est Iudei per Ruben significati, lectum patris violauerūt, id est Christum filium eius sputis immundis polluerunt: tamen ad penitentiam reseruantur C sed pauci ad comparationem ecclesiæ gentium.

Ruben. Ge. 29. g.

*Ruben.* Visionis filius, quia mater ait. Vidit Deus humilitatē meam. Hic est primogenitus significans electos ex Iudæis, q D Christum negando & crucifigendo mortui predicatione apostolorum conuersi ex fide Christi sunt viuificati: hi visionis filii, quia respectu diuinę misericordiæ salui.

✠ THEODORETVS. Primum benedicit Ruben, soluit paternam maledictionem, opponēs fraternum amorem sceleri in patrē admisso. Poterat autem tanq̄ legislator maledictionē in benedictionem cōmutare. Viuat Rubē &c. Si quidem cum dixisset pater, Deferuesces velut aqua, hoc est, nō calefies ad multiplicādam sobolē, meritò posterorum multudinē illi precatur.

Quest. 44.

f *Hæc est Iuda.* Iudas E qui interpretatur cōfessio, vniuersalē significat ecclesiā, in qua laudis diuinę cōfessio & gratiarum actio de quo mater ait. *Modo confitebor domino.* Hæc est vera sponsa Christi quę virtutum monilibus adornata, non superbit, sed gratias agit, pro hac orat vt audiatur.

Iuda. † eris vel sis. Gen. 29. g.

*Iudæ.* Regum. scilicet qui de Iuda, qui Christū desiderabant, & ipsius Christi, qui ait *Confitebor tibi pater rex cæli & terrę &c.*

✠ THEODORETVS. Iudæ cōfert benedictionem, propter dominum huic secundum carnem oriundum. Pænuntiat ēt regnum Dauidicum. Exaudi, inquit, domine vocem Iuda, & ad populum suum redeat.

Luc. 10. d Vbi supra

g *Manus.* Orauit dominum pro Iuda, cui nunc domini pmittit auxilia, quasi non præsumat de viribus suis Iudas, sed in illo confidat qui ait. *Confidite ego vici mundum.* cuius manus in cruce contra spiritales nequitias pugnauerunt, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium.

Io. 16. g

h *Adiutor.* Vt vincat, & dicat: *Super excelsa mea deducet me victor.* Ipse enim in nobis vincit, & pro victoria sua coronat nos in misericordia & miserationibus. F

Abac. 3. d.

a Perfectio.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Legem præcepit, *auctoritate Dei.*

2 Hereditatem multitudinis. *quia sicut hæreditas est res immobilis, ita lex fuit data Iudæis, vt immobiliter seruaretur ab eis.*

3 Erit apud rectissimum rex. *si lex sic conseruetur a popolo, erit rectissimus, quia lege diuina gubernatus, & dominus erit eorum rex, unde & 1. Re. 8. quando primo elegerunt alium regem, dixit dominus ad Samuelem.* Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.

4 Viuat Ruben. *Hic consequenter ponitur benedictionis executio, & diuiditur in 11. partes secundum tribus 11. benedictas a Moyse: & patebunt partes prosequendo. Primo ergo ponitur benedictio ipsius Ruben, qui fuit primogenitus, cum dicitur:* Viuat Ruben. *vita naturæ.*

5 Et non moriatur. *morte culpæ vel gehennæ.*

6 Et sit paruus in numero. *Hoc autem addit Moyses ad concordandum cum verbo Iacob, quo dixit ipsi Ruben Gen. xlix. a. Effusus es sicut aqua, non crescas, &c.*

7 Hæc est Iudæ benedictio. *Post benedictionem Ruben immediate ponitur benedictio Iudæ, quia successit ei in honore regni quantum ad eius primogenituram.*

8 Audi domine vocem Iudæ. *Dicit Ra. Sa. quod hæc prophetia respicit ad vocem orationis ipsius Dauid & Salomonis, qui fuerūt exauditi in pluribus orationibus suis, & ipsius Asa pro exercitu Aethyopum inuadente ipsum. 2. Paral. 14. & Iosaphat pro Ammonitis 2. Par. 20. & Ezechiæ pro Sennacherib. 4. Reg. 21. qui fuerunt reges Iuda.*

Reges Iuda semper exaudi.

9 Et ad populum. *id est ad limbum patrum post vitam præsentem, vnde de sanctis communiter scribitur de morte eorum.* Et appositus est *ad populum suum, vel ad patres suos.*

10 Manus eius pugnabunt pro eo. *quia vsque ad electionem Saulis, tribus Iuda habuit ducatum belli, ut habetur Iudic. 1. a. Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixitque dominus: Iudas ascendet, & 20. c. in bello contra filios Beniamin, cum aliæ tribus quærerent, quis erit in exercitu nostro princeps certaminis. Respondit dominus Iudas sit dux vester.*

11 Et adiutor illius cōtra aduersarios eius. *Dicit Rab. Sa. quod hoc specialiter dicitur pro Iosaphat rege Iuda, qui impetu facto contra eum in Ramoth Galaad, exclamauit ad dominum, & audiuit eum, 3. Reg. 22. Potest etiam intelligi de pluribus alijs regibus de tribu Iuda, qui fuerūt adiuti a domino in periculis.*

12 Leui. *Post benedictiones Iudæ immediate ponitur benedictio Leui propter dignitatem sacerdotij.*

✠ 1 Perfe-

## MORALITER.

✠ 4 *Viuat Ru.* scilicet vita gratiæ in psenti, & gloriæ in futuro.

5 *Et non.* morte culpe nec gehennę. Contēplatio nanque quedam est participatio cælestis & immortalis vitæ.

6 *Et sit paruus.* Contemplatiuus enim debet fugere tumultū multitudinis præsentis vitæ quantum potest, bono modo, ne per hoc impediatur in contemplatione.

7 *Hęc est.* Per Iudam, qui confitens interpretatur, uere pœnitens significatur, qui nō abscōdit nec excusat peccata sua, sed ea fideliter confitetur. propter quod dignus est exaudiri & cōsequi misericordiam Dei, Prouer. 28. b. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. ideo subditur.

8 *Audi domine.* peccata confessa sibi remittendo.

9 *Et ad populum suum introduc eum.* cum sanctis in cælestibus recipiendo.

10 *Manus eius pugnabunt pro eo.* de cætero fortiter tentationibus resistendo.

11 *Et adiutor illius cōtra aduersarios eius.* supple ipse Deus qui adiuuat legitime decertantes.

12 *Leui quoq; ait.* Per Leui, cuius tribus electa fuit ad cultū Dei, significatur bonus prælatus, qui de cultu Dei debet esse maxime sollicitus, & quia debet esse perfectus in actiua uita & contemplatiua, secundum quod dicit Greg. in pasto. Sit præsul in actione præcipuus, sit præ cæteris in contemplatione suspensus. ideo subditur.

Audi ✠ 1 Perfe-

a *Perfectio.* Quasi quam sis perfectus, & quã sancta doctrina tua per Moysen declarasti. Vel a sancto viro tuo, id est Leuitis est perfectio tua & doctrina tua. Illi enim debent legẽ custodire, facere, & docere.

Vbi supra

✻ THEODORETVS. Postquam tribum regiam benedixit transitu ad sacerdotalem. Date Leui manifestos ipsi & ueritatẽ illius uiro sancto. Humero sacerdotali imponebatur rationale quod continebat manifestationem & ueritatem. Nam per illud multa declarabãtur. Claris autem cohæret ueritas propter certitudinẽ declaratorum. Quem tentauerunt in tentatione & conuitiati sunt ei ad aquam contradictionis. Meminit illorum quæ in illum & fratrẽ cõmissa sunt.

†93. dist. c. diaconi sunt.

Qui dicit patri suo & matri suæ. Nõ vidi te, & fratres suos nõ nouit. Custodiuit eloquia tua, & pactũ tuum obseruauit. Integritatem sacerdotũ exponunt hæc uerba. Nã omnia quę spectant ad vitã, debet sacerdos contemnere, & in ministerio diuino assiduè versari, ꝓpterea nullã ei dedit hæreditatẽ nec ꝑ legem concessit, vt possessionem habere liceret, sed cauit ut ab omni populo primitię atq; decimę przestarentur, vt a curis huius vitę liberati, sanctę peragant ordinatam sanctificationẽ Verbi gratia: Aaron primo pontifici non fuit concessum ut filios defunctos curaret.

Mystice.

*Perfectio tua.* Choro angelorum & martyrum & omniũ ꝑfectorum ista dicuntur, qui perfectionem charitatis moriẽdo pro domino implerunt, & mundo renuntiantes, culmen ecclesiasticæ doctrinę assecuti sunt, tanquam ueri Leuitæ in terra partẽ nõ habentes, sed cũ propheta dicentes: *Dominus pars hæreditatis meæ &c.* Scdm illud: *Si quis uult uenire post me, abneget se. &c. Qui perdiderit animam suam propter, &c.* Christus autẽ verus Leui, qui hæc omnia fecit & docuit. Ipsi Leuitæ adhærent imitantes illum vsq; ad sanguinẽ, de cuius passione subditur, quem probasti in tentatione, &c.

Psal. 15. b. Luc. 9. c. Mat. 10. d

---

a De qua: Si vis perfe. esse, vade &c, Matth. 19. c. Cœpit Iesus facere & docere. b Euangelica. c A Christo & sanctis eius. Moyse scilicet. d Corpus Christi id est ecclesiam.

a que ait: Perfectio tua & doctrina tua a viro sancto tuo, quem

a O pater. Quia probatus est per omnia. b Tribulationis, & cum tentaretur a diabulo in deserto & in passione. Tamen. c Iudicare permisisti. Discreuisti.

b probasti in tentatione, & iudicasti ad aquas contradictionis.

Cursum mentis impedientibus. Vim diuinæ charitatis minuentibus.

c † Qui dixit patri suo & matri suę, nescio vos, & fratribus suis,

Volentes esse filii Dei. A mundo alienati. a Vere. b Verbum Dei ad te factum.

ignoro illos, & nescierunt filios suos. † Hi custodierunt eloquium tuum,

a Quod pepigit dominus tecum. b Quæ Deus iudicauit in te. c Actiui.

& pactum tuum seruauerunt, * iudicia tua o Ia-

Decalogũ vel charitatem. a Contemplatiui. b Incensum orationis & boni operis. c Placando.

d cob, & legem tuam o Israël. Ponent thymiama † in furore

a Seipsos flamma charitatis incensos. b Fidem, cordis deuotionem. c Cælesti gloria inuictam patientiam remunerando.

e tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic domine

---

b *Ad aquas*, Locus est vbi Moysi & Aaron ingressum terræ promissionis contradixit.

*Ad aquas* Legem significat, quæ male viuentib. introitum regni cęlestis contradicit. Aquæ populi qui ꝯtradicẽtes clamauerunt: *Crucifige eum. Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Ad cumulum perfectionis Leui adiungit.

Mat. 27. d.

c *Qui dixit.* Quando fecerunt uitulum aureum, iubente Mose Leuitę accincti gladiis a porta vsque ad portam idolatras interfecerunt.

Exo. 32. f.

In ultione idolatriæ quasi suos non cognoscebant, quia sine differentia occidebant.

†Quia. *docebũt.

*Nisi quis reliquerit pa. & ma. & vxo. & fi. propter me, non est meus dis.*

Luc. 18. c. †in manibus.

*Qui dixit patri suo & matri, &c.* Debemus & temporaliter his cum quib. vicinius ꝯiungimur plus prodesse. Debemus copulam terrenæ cognationis agnoscere, sed si cursum mentis præpedit, ignorare, vt affectus mentis viscera repleat, sed a spirital proposito non auertat. Hæc bene vaccę innuunt, q̃ sub arca dñi ad montana tendentes, affectu & rigido sensu gradiuntur, pro vitulis pergentes mugiebant, sed accepto itinere gressus non deflectebant.

d *Ponent thymia.* Sicut Aaron stans inter mortuos & uiuentes ꝓ populo deprecatus est. *Ponent thymiama.* Sanctorum oratio, suauissimum incensum est domino, quo(peccãte populo, domini furor mitigatur, quia ab õi terrena sorde defecata, cęlesti desiderio ignita, quasi thymiama in conspectu Dei flagrat, & quasi holocaustum ab ara pii cordis flamma deuotionis in cælum subuolat. Hoc præcipue apostolis & martyribus congruit, de quibus dicitur: *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit.*

Mystice. Nu. 16. g.

Sap. 3 b.

e *Benedic.* ✻ THEODORETVS. Postulat ipsis benedictionem. Qui enim Deo ministrant, ualetudine corporis opus habent, ne quid obsit animi promptitudini. Prosterne lum-

Vbi supra

---

NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Perfectio tua. *quantum ad vitam sanctam.*
2 Doctrina tua. *quantum ad sanam doctrinam.*
3 A uiro. *id est a Moyse, qui fuit de eadem tribu, & sanctitas vitæ & veritas doctrinæ ab eo deriuata fuit ad alios eiusdem tribus. Et loquitur hic Moyses de seipso quasi de quodam alio ex humilitate, quia pertinent ad commendationem eius, sicut & Ioannes Euangelista Ioan. xix. e. dixit de seipso, Vidit illum discipulum quem diligebat Iesus &c.*
4 Quem probasti. *Hoc dirigitur ad Deum, qui patiẽtiam Moysi probauit in multis tentationibus Iudæorum.*
5 Et iudicasti. *determinando super eum pœnam mortis, vt habetur Num. xx. & ex hoc patet ueritas ipsius Moysi, qui ita fideliter exprimit peccatum suum sicut & meritum.*
6 Qui dixit. *hoc non solum intelligitur de Moyse, sed etiam de aliis filiis Leui, qui ad præceptum Moysi interfecerunt propinquos suos propter culpam ex adoratione uituli. Exod. 32.*
7 Hi custodierunt. *quia lex diuina præcepit idolatras interfici.*
8 Et pactum. *dicit hic Rab. Sa. quod hoc intelligitur de circuncisione, quæ uocatur pactum domini, Gen. xvij. quia aliæ tribus non circuncidebant filios suos natos in deserto quousque fuerunt in terra promissionis, vt habetur Iosue 5. Sed tribus Leui filios suos circuncidit, vt iste dicit Contrarium autem dicunt communiter expositores nostri, & huic consonat scriptura Iosue 5. b. vbi dicitur, Populus autem qui natus est in deserto per xl. annos incircuncisus fuit, ita quod generaliter loquitur, & nullum excipit. Et secundum hoc quod dicitur hic, Pactum tuum, potest intelligi de obseruatione legalium, sicut & alia quæ hic ponuntur.*
9 Ponent thymiama in. *ad auertendum furorem tuum a populo tuo.*
10 Benedic domine fortitudini. *dicit hic Ra. Sa. quod hoc refertur ✻ ad Ma-*

---

MORALITER.

✻ 1 *Perfectio tua.* quantum ad speculatiuam.
2 *Et doctrina tua.* quantum ad actionem.
3 *A uiro sancto tuo.* i. a Christo, qui dicitur sanctum sanctorum & dedit se omnib. nobis formam & perfectionis & doctrinæ. Dedit pastorib. ecclesiæ Ioan. x. b. Ego sum pastor bonus. Qd exponens Greg. homili. 44. dicit. Ostensa est nobis uia quam sequamur, apposita forma cui imprimamur.
4 *Quem probasti in tentatione.* f. dæmonis in deserto, quẽ superauit, Matt. 4. Verbum istud, quẽ probasti, potest ad Deũ patrẽ referri qui permisit eum a diabolo tentari, põt etiam referri ad quemlibet Christianũ & specialiter ad prælatum, qui debet probare, i. approbare Christi uictoriam, de diabolo, & eã pro uiribus imitari.
6 *Qui dixit patri suo & matri suæ nescio uos, & fratribus suis.* id est quicũque patrem & matrẽ & alios amicos carnales dimiserunt propter Christum, secundum formam ab eo traditã.
7 *Hi custodierunt eloquium tuum.* f. euangelicum.
8 *Et pactum tuum.* i. nouum testamentum, quod dicitur pactũ Dei nouum, Iere. xxxj.
† *Et iudicia tua.* euangelii dulcedine temperata.
† *O Iacob.* i. Christe, qui dicitur Iacob, id est supplantator, qa diabolum supplantauit.
† *Et legem tuam.* euangelicam.
† *O Isra.* i. Christe, qui dr̃ Israel. i. videns Deum propter claritatem diuinæ uisionis quã homo Christus habuit ab instanti suæ conceptionis.
9 *Ponent thymiama in furo.* i. boni prelati opponẽt orationẽ deuotã, pro populo peccatore ad auertendũ ab eo furore tuũ.
† *Et holocaustum super altare tuum.* i. incendium charitatis in altari cordis.
10 *Benedic domine fortitu.* multiplicãdo ipsum in operib. bonis

ne lumbos insurgentium inimicorum eius, & qui oderunt eum ne consurgant. Per hæc tyrãnorum audaciam reprimit, & in memoriam reducit ea quæ passi sunt Chore Dathan & Abiron.

a *Suscipe.* Quasi gratia, vt remuneres, dantur nunc singulis albæ stolæ, scilicet animarum lætitia, & in iudicio secundum corpus, recepta immortalitate, *fulgebũt sicut sol & tãquam scintillæ in arũdineto discurrẽt*, exurẽdo s. vacuos & infructuosos aduersarios, de quorũ pœna subditur. (Vbi supra)

b *Percute dorsa.* Quasi uidebantur sibi impune martyrum sanguinem fundere, sed quasi post dorsum pœna improuisa parabatur, id est æterna damnatio, in quã ruentes surgere non valebunt. vnde: *Virga in dorso prudentium.* (Prou. 26. a)

c *Et Beniamin.* Videtur hostiæ alludere, quia Beniamin, patriarcha & propheta Iacob spiritu plenus vnice amabat, & dispensatione Dei, locus diuino cultui mancipatus, eius tribui custodiendus decernitur. unde addit. Quasi in thalamo tota die, &c. (Beniamĩ. B)

✲ THEODO. Quare posuit quarto loco Beniamin, cum postremus esset? Illius tribus erat metropolis, in qua ædificatum est templum. Quapropter merito post sacerdotalem tribum, sacram ædem collocauit. (Quæst. 45.)

d *Amantissimus.* Christus est amantissimus Dei patris qui de seipso ait: *Hic est filius meus dilectus.* Hic habitat in dextera patris confidenter, cui dicitur illud: *Sede a dextris meis.* (Allegor. Mat. 17. a. Psal. 109. a)

Aliter. Beniamin de filio doloris dextræ dictus, exprimit Paulum de persecutore apostolum & vas electionis factũ, ipse. n. de hac tribu fuit. dignum autẽ erat, vt sicut domini persecutor propetali oraculo præditus est, ita magister gentiũ uniuerso mundo profuturus, inter magna ecclesiæ mysteria prædicaret. In cuius mente Christus fiducialiter habitauit, cũ inter innumera pericula coram gentibus & regibus eum constanter prædicauit. Deo cuius anima dicitur. (Act. 9. c.)

e *Quasi in thalamo tota die morabitur.* Vel maritali connubio mira oblectatione perfruens, & virtutum prole fœcundans, nullius vitii inquietudine, secretum placidissimi pectoris derelinquens, uel in ea quasi in thalamo residens tanquã sponsus speciosus virgineas credentium mentes per prædicationẽ eius suis iungit amplexib. vnde: *Adducentur regi virgines post eam.* Ipse quoq; ait: *Despondi enim uos vni viro uir. cast. exhibere Christo.* (Psal. 44. d. 2. Cor. 11. a)

Diuinitas quoq; in humanitate Christi habitat cõfideter. In thalamo morabitur, significat quod in vtero virginis cælesti sponso iuncta est ecclesia, q in fortitudine, potentiæ Christi, & in operib. fiducialiter requiescit. (C D)

f *Et inter humeros illius requiescet.* Humeris onera portantur, ideo in eis robusta patientia designatur. Tãto autem libetius Christus in illo requieuit, quanto pro ipso durissimos labores tolerauit, tanto arctius amplexus est, quanto ab illius amplexu nullo terrore auulsus est. unde ait: *Quis nos separabit a charitate Christi.* (Rom. 8. g.)

a Labores manuum tuarum quia, &c. Psal. 127. a. b Aeterna pœna.

a fortitudine eius, & opera manuum illius suscipe. † Percute dor-

a Vt terga vertentes fugiant. Qui præuidere neglexerunt. b Cum ceciderint.

b sa inimicorum eius, & qui oderunt eum, non consurgant. Et (c)

a Quem Iacob tenere diligebat. Christus. Patris vel Dei. b Sede a dextris meis.

d Beniamin ait: Amantissimus domini habitabit confi- (1, 2)

a Humanitate Christi, vel mente Pauli. Ecclesia. b Templo Ierusalem. c Nullo vitio alienatus aliquando. id Deus.

e f denter, † in eo quasi in thalamo tota die morabitur, & in- (3, 4)

a Bona opera ecclesiæ. Christo.

g ter humeros illius requiescet. Ioseph quoque ait: † De (5)

a Odoreferis virtutum fructibus, quibus ecclesia repletur. vnde: Posui vos, vt eatis, & fru. Io. 15. b.

h i benedictione domini terra eius, de † pomis cæli & (6, 7)

(† iuxta eũ tegens eũ tota die. — † vel transfige. — † vel a domino sit benedicta † nobilib. fructib. i. dentur e. fructus terræ nobiles, & aquæ & infra.)

✲ THEODORETVS Istud, inter humeros illius requiescet, de Deo dixit, ut qui Hierosolymis cõstrui templum iussErit. In illo enim peculiariter apparebat. (Vbi supra)

g *Ioseph quoque ait.* Ioseph, auctus interpretatur. Hic est Christus, q a suis fratrib. suis abiectus, in Aegypto huius seculi princeps factus est, & genus humanũ a famis inopia euangelici frumẽti dispensatione liberauit, q est vere saluator mũdi. (Mystice. Allegor. E)

✲ PROCO. Iosephum Beniamin præposuit Iacob, quia temporis seriẽ obseruat. Moses uero post posuit, quo locum & regno & sacerdotio accõmodet. Et ille quidẽ insidias Iosepho structas & diuinum auxilium præmisit. Quib. demum subiũgit benedictionẽ, tanquã erga fratres clementiæ mercedem. Hic vero p̃mittit benedictionẽ, quã terræ fertilitatẽ uaticinat quã tum ex superno rore, tum infernis fontib. ex calore solis, humiditate lunæ fruges nutriuntur, montes & prata fructũ ferunt, prout Deo uisum est, qui ab eo forma angelica mollique uisus est, qd uenditus non est, vltus, quin uero beneficiis uenditores demeruit.

h *De benedictione domini terra eius.* Ad literam, fertilitatẽ significat, quam duæ tribus ex Ioseph, id est Ephraim & Manasses habuerunt in vbertate frugum pomorum & pastu pecorum. Hæc est Basan fertilissima regio, unde pinguedo interpretatur.

Temperie cæli, & rore fructus & fontiũ & fluminum abũdantia, homines delectantur, quæ in anviso significantur.

*Benedixisti domine terram tuam.* ecclesiam s. quæ non propria uirtute, sed virtutũ benedõne diuinitus impletur. vnde: *Benedictus Deus qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo.* (Psal. 84. Ephe. 1. a.)

i *Cæli.* Cælum dicuntur proter unitatem fidei & doctrinæ apostoli & euãgelistæ, de quib. alibi pluraliter dicitur, *Cæli enarrant gloriam &c.* In ipsis enim uita & contemplatione fulgentibus (Psal. 18. a. F)

## NICOLAVS DE LYRA.

✲ *ad Machabæos, qui fuerunt de tribu Leui, & fortiter pugnauerunt contra aduersarios fidei. & quia fuerunt valde pauci respectu aduersariorum, ideo Moyses hoc præuidens ora pro eis.*

1 Et Beniamin ait: *Hic post benedictionem Leui, ad quem pertinebat sacerdotium, ponitur immediate benedictio Beniamin, in cuius sorte fuit templum.*

2 Habitabit confidenter in eo *s. in domino, eo quod Deus speciali modo habitabat in templo, de qua habitatione subditur.*

3 Quasi in thalamo tota. *templum. n. vbi Deus colebatur, erat quasi thalamus ipsius.*

4 Et inter hu *licet. n. humeri sint in superiori parte corporis, tamen inferiores sunt capite, & per hoc designatur locus ædificationis tẽpli, quia licet templum ædificatum fuerit in monte Moria, non tamen in summitate eius, sed in decliui per spatium xxiiij. cubitorum a summitate montis, ut dicunt Hebræi.*

5 Ioseph quoque ait. *Post benedictionem Beniamin ponitur benedictio Ioseph, quia sicut in sorte Beniamin fuit templum, sic in sorte Ioseph fuit Silo, vbi filij Israel posuerunt tabernaculum Moysi & arcam testimonij, vt habetur Iosue. xviij. Et quia locus templi fuit excellentior & Deo diligibilior, ideo præponitur benedictio Beniamin benedictioni Ioseph, licet Beniamin fuerit iunior.*

6 De benedictione domini terra eius. *quia sors Ioseph fuit ualde fertilis.*

7 De pomis. *quia arbores fructificant ex influentia cæli & stellarum.*

## MORALITER.

✲ † *Et opera manum eius suscipe* acceptando ea pro peccatis, & eorum subditis, ad meritum uitæ æternæ.

† *Percute dorsa inimicorum eius.* Id est dæmonum, conuertendo eos ad fugam.

† *Et qui oderunt eum non consurgant.* Per quod significatur, qd dæmones non sunt ad bonum reuertibiles.

1 *Et Beniamin ait.* Per Beniamin sm Augustinum, intelligitur Paulus apostolus de tribu Beniamin natus, qui primo uocari potuit filius doloris mei, eo q ecclesiã ante suam conuersionem impugnauit acriter & afflixit, & postea filius dexteræ, qa post suam conuersionem mirabiliter ædificauit ecclesiam, & propter hoc dicitur hic, amantissimus domini habitabit cõfidenter in eo. nam Paulus cõfidẽs de Christo nullo labore fuit fractus, nec persecutione territus. ideo subditur.

3 *Quasi in thalamo tota die morabitur.* propter diuinas cõsolationes sibi iugiter affluentes.

4 *Et inter humeros illius requiescet.* Diuina fortitudine roborat᷒.

5 *Ioseph quoque ait.* Per Ioseph qui interpretatur accrescens, significatur bonus actiuus, qui fertilis est in bonis operib. ideo subditur.

6 *De benedictione domini terra.* Corpus actiui quod est terreum dicitur eius terra, & de benedictionib. quia exercitatur in bonis operib. ex benedictione diuina procedentib. & ex amore præmii quod est desuper, & timore supplicii quod est desubtus, ideo subditur.

7 *De pomis cæli, & de rore.* Per quæ significatur præmium.

✲ *Atque*

a rore atque abysso subiacente. De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorũ montium, de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph, & super verticẽ Nazaræi inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerotis cornua illius. In ipsis ventilabit gẽtes vsq; ad terminos terræ. Hę sunt multi

(Interlinear: a Quos nutrit calor solis & humor lunæ. — Spiritualium donorum. — a Patriarcharum prophetarum, qui vita contemplatione alti. — b Nobi em terram & celebrem significat. — a In semine tuo benedicentur omnes gentes. — a Non in propria substantia, sed per angelum. — a Id est Christi, qui flos Dauidicæ stirpis, & proles mundę castitatis est. — a Singularem principatum tribus Ephraim significat. — b Fortis, insuperabilis. — c Crucis in quibus aries hæsit. — Cornibus. — Vt dilatet ecclesiam ad terminos terræ. — a Multi filii desertæ magis quam eius quę habet virum Esa. 54. a.)

tib. tanquam in cœlo habitat Deus, intonans terrorẽ, pluens consolationem, & coruscans miraculis. A

a *Rore*. Cœlesti prædicatione, quæ miræ subtilitatis & gratiæ, qua contra æstum tentationis corda rigantur, & vt semper vireant virtutibus. vnde: *Det tibi Deus de rore cœli, &c.* (Gen. 27. d.)

b *Abysso*. vt scilicet pinguior fiat, de fonte ascẽdente irrorata quasi paradisus Dei. vnde: *Fons ascendebat de terra irri. superficiem terrę.* (Gen. 2. b.) A maria abundauit sensus eius, & cogitatus illius de abysso magna. (Eccl. 24. d.) Frustra enim exterius irrigat sermo doctoris nisi riget interius gratia conditoris. vnde subdit, De pomis col. &c.

c *Solis*. Christi qui est sol iustitiæ, qui ait: *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eo.* qui similes ei erimus. (Mat. 13. f.)

d *Ac lunæ*. Ecclesiæ q̃ accipit hos fructus a sole, id est, a Christo. Semper igitur solem plena deuotione respiciat, ne aliquãdo auersa lumen perdat.

e *De pomis*. Colles æterni fideles vete. testa. qui humiles filii immobili firmitate in fide prophetarũ & patriarcharũ fundati (vnde: Mons domus domini eleuabitur sup colles) quorũ pomis terra Ioseph benedicitur, cũ Ecclesia Christi doctrina ꝓphetis exẽplo virtutis in fide fructificant. (Mysticè. Esa. 2. a.) B Et notandũ, quia supra in pomis & rore cęli doctrina euangelica, hic in vertice antiquorum montium & pomis collium æternorũ, legalis & prophetica signatur, & vtriq. terra Ioseph locupletatur, quia sancta Ecclesia vtriusque te. paginis, & nouorum & veterũ patrũ exẽplis īformatur. vnde: *Omnia poma dilecte mi.* id est, noua & vetera *ser. tibi.* & : *Omnis scriba doct us profert de thesauro suo no. & ve.* (Can. 7. d. Matt. 13. g) Manichę ergo & Iudæi (quia illi vetus, isti nouũ testamentum non recipiunt) in hac terra opulenta hæreditare nequeunt.

f *Et de frugibus*. Ecclesia in toto orbe iustitiæ fruge fœcunda & charismatum largitate, de plenitudine sui Ioseph accepit. vnde sequitur.

C g *Benedictio illius qui appa.* Totus Ioseph, id est, caput & corpus benedictione plenus, sed benedictionis plenitudo præcipue ĩ capite. vnde: *Sicut vnguẽtum in capite quod descendit in barbam Aaron, &c.* (Psal. 132. a.) Hic priuilegio gratiæ, fratrib. id est, fidelibus præeminens, septiformi spiritu tanquam verus Samson ex vtero virginis Nazaræus, id est, Deo consecratus, quasi 7. crinibus intactis effulsit.

h *Super ca. Io.* Christi, q est caput Ecclesiæ in quo benedicuntur omnes gentes, de cuius passione & resurrectione subdit: quasi primogeniti tauri, &c.

i *Quasi*. AVG. primogenitus, tauri, pulchritudo eius. Non est ita legendum vt dicatur primogenitus tauri, sed cum sit primogenitus, pulchritudo eius pulchritudo tauri est propter cornua crucis. (Quęst. 55.) D

Christus vitulus saginatus, quem de armento patrũ primogenitũ regresso filio pater immolauit, q die tertia suscitatus gloriosus apparuit, q est primogenit' mortuorũ & princeps regum terræ, post resurrectionis gloriam de virtute passionis adiungit cornua.

K *Cornua*. Ioseph cõparat cornibus rhinocetoris, significans Ephraim habiturum principatum inter decem tribus, in quibus regnauit Ieroboã de tribu Ephraim in tẽpore Roboam filii Salomonis.

l *Cornua rhinocerotis*, Cornua crucis significat de quibus ait Abacuc: *Ibi abscondita est fortitudo eius.* (Abac. 3. a.) Per īfirmitatẽ nãq; carnis quasi aries illusorũ spinis coronatur, his cornib. hæsit, sed passionis incõparabili fortitudine vnicornis extitit mortis victor, & eius q habebat mortis imperiũ. vnde: *Quod infirmum est Dei, fortius est hominib.* (E. 1. Cor. 1. d.)

✻ TERTVL. Non utique Rhinoceros destinabatur vnicornis, vel minotaurus bicornis, sed Christus in illo significabatur, taurus ob utramq; dispositionẽ, aliis ferus ut iudex, aliis mansuetus, vt saluator, cuius cornua essent crucis extima. Nã & in antenna nauis, q̃ crucis pars est, hoc extremitates huius cornua vocantur, vnicornis autem media stipitis palus. Hac deniq; virtute crucis, & hoc more cornutus, vniuersas gẽtes nũc uentilat per fidem, auferens a terra in cęlum, & nunc uẽtilabit per iudicium, deiiciens de cęlo in terram. (Lib. aduersus Iudęos)

m *ventilabit*. Prædicatione crucis discernens paleas a frumẽto verbum enim crucis pereuntibus stultitia.

n *Gentes*. Postula a me, & dabo tibi ge. &c. (Psal. 2. b.) De hæreditate enim veri Ioseph q̃ est terra inclyta hæc omnia dicunt, de cuius cultorib. ex vtroque populo congregatis, sequitur.

o *Hę sunt multitudines Ephraim*. Hæ duæ trib. ex Ioseph, non in se, sed in parente benedicunt. Filios significant vtriusq; populi, q in christo benedicuntur, secundũ illud, In semine tuo benedi. omnes gẽ. (F. Mysticè. Gen. 22. d.) Hos patriarcha Iacob Ephraim & Manassen cancellatis manib. in modum crucis benedicens, & primogenito minorẽ præferẽs, in fide crucis Christi benedicendos esse signauit, in minore ex gentib. fidelem populũ in Christi gratia tempore minorẽ, sed fide maiorẽ, ad quẽ Israelitici populi gratia transiuit, de cuius inæstimabili multitudine dicitur: *Multi filij desertę magis quam eius quæ habet virum.* (Esa 54. a.)

Manasses primogeniti honore priuatus, & tamen bñdictus est Iudaicus populus. qui ex maiore sui parte ꝑ infidelitate reprobatus, in reliquis tamen benedictionem consecutus. vnde: *Cæcitas contingit ex parte in Israel, &c.* (Rom 11. c)

☞ à Et

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et rore atque abysso. *Terra enim humecta, est apta ad fructificandum, humectatur autem a superiori ex descensu roris, & ab inferiori ex aquis sub terra latentibus, quæ hic nomine Abyssi designantur.*

2 De pomis fruc. *hoc additur ad designandum quod inter cęli luminaria sol & luna habent maiorem efficaciam super terrenascentia.*

3 De uertice. *Ibi enim fructus citius maturantur, & propter nouitatem magis diliguntur.*

4 Benedictio illius qui apparuit. *Id est, ipsius Dei, qui in rubo apparuit Moysi.*

5 Super verticem. *Id est, sancti, quia Ioseph inter alios fratres suos fuit sanctior.*

6 Quasi primogeniti. *Hoc dicitur propter tribum Ephraim, quæ fuit fortis & bellicosa, & propter regnum decem tribuum, quod fuit datum illi tribui in primo rege, scilicet Ieroboam, ut habetur 3. Re. 11.*

7 Hæ sunt multitudines Ephraim. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo referendo ad numerositatem populi utriusq. tribus. Alio modo referendo ad multitudinem aduersariorum ab eis deuictorum.*

✻ 1 Et

## MORALITER.

✻ 1 *Atque abysso subiacente.* per q̃ significatur supplicium. cuius timor resilire facit a malo, & in bonum promoueri.

2 *De pomis fructuum solis, &c.* Per solem intelligitur Christus & per lunam virgo Maria, quę sunt cęli magna luminaria, & nos fructificamur eorum ex influentia.

3 *De vertice antiquorum montium.* Id est, ex meritis & exemplis patriarcharum & prophetarum.

3 *De pomis collium æternorum, & de frugib. terræ de plenitudine.* Id est, ex meritis minimorũ iustorũ ꝓdictis, sicut colles sunt minores montibus.

4 *Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput.* Id est bonii actiui.

5 *Et super verticem Nazaræi inter fratres suos.* Hic accipitur &, pro id est, quia bonus actiuus, Nazaræus id est, sanctus vel floridus inter alios fideles est reputandus.

6 *Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.* Nam bonus actiuus inter alios pulcher apparet ex pietatis operibus ex quibus pulcher apparet coram Deo & hominibus.

† *Cornua rhinocerotis cornua illius.* Est enim fortis ad resistendũ tentationibus.

Innumerabiles. a Fructificantis: labores manuum tuarum quia mand. Gentiles populi Iudaico prælati. b Certum ponit numerum, quia pauci de Iudæis salui fiunt. c Iudaici populi, qui primogenita perdidit.

a tudines Ephraim; & hæc millia Manasse. Et Zabulon ait: Læ-

a De captiuitate Aegypti vel diaboli. De Iudæis ad gentes. In omnem terram exiuit sonus eo. Psal. 18. a. b Quasi securus & quietus in terra promissionis.

b c tare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis;

a Vtrosque. b Christum: venite ascendamus ad montem domini. Qui angularis lapis est. c In Christo. d Terrena desideria mortificare docentes.

d e populos ad montem vocabunt; ibi immolabunt victimas

a Laudis. In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tuas. Psal. 55. c. b Apostoli. c Confluentes ad fidem populos. d Humani generis. e Immutatio dexteræ excelsi, lac dulce sugitur de amaro mari. f In corpus Christi, id est Ecclesiam traijcient. Vita nostra abscondita est cum Christo, in Deo. Col. 3. a

f g h iustitiæ, quæ inundationem maris quasi lac sugent; & thesau-

A solis ortu vsque ad occasum, &c. Psal. 112. a. a Amplam illius tribus significat possessionem.

i k ros absconditos arenarum. Et Gad ait: Benedictus in latitu-

a Gad accinctus. Indutus est dominus fortitudinem, & præcinxit se. Psal. 92. a. b Ex voluntate mortuus. c Inimicorum fortitudinem. d Mundani imperij.

l m dine Gad, quasi leo requieuit: Cepitque brachium & verti-

A a *Et Zabulon.* Zabulon & Issachar in Galilææ possessionem acceperunt, vbi Christus maxime docuit, vnde apostolos elegit. Per eos ergo apostoli designant, & in eis exitu lætitia promittitur, quia exeuntes de finib. suis populum gentium Christo subiugauerunt, & in tabernaculis pro conuersione Iudæorū, de quibus & ipsi electi sunt. Pro vtroque ergo populo, præsens eis lætitia promittitur, & futura, quia in præsenti de conuersione eorum gauisi sunt, & in cœlestibus æterna lætitia remunerati.

Zabulon. Matt. 4. c.

*Letare Zabulon in.*

✱ PROCOPIVS.

B Merito Zabulon lętari iubet, eo quod & terra, & mari fruiturus esset. Eo enim maris processit, vt in portus & littora marium pertigerit, quemadmodum Iacob est uaticinatus.

b *In taber.* Iudæorum. vnde: *Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem*, quia in ecclesiis de Iudæis habitat latitudo minoris populi per vnitatem fidei. Gen. 9. d.

c *Ad montem.* Sion, s. vel Ierusalem, vel contemplationem & virtutum altitudinem.

d *Vocabunt.* Iustitiam tantū in fide Christi esse docentes. *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.* In monte immolāt victimas iustitiæ, dum oēs qui ad Christum veniunt (in quo construit Ecclesia) nō ex operibus legis, sed ex fide Christi iustificari docent, secundū illud *Iustus autem ex fide viuit.* Sunt ergo veri Christiani victimę iustitiæ, quæ ab apostolis immolāt, dum terrena desideria mortificare docentur, vt spiritualia uiuificentur. vnde: *Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Rom. 10. a. Abac. 1. a. Rom. 8. a.

e *Ibi immo.* Non est locutus veri sacrificii extra catholicā Ecclesiam, quæ supra hunc montem posita est.

C literaliter. f *Quæ munda.* Hæ tribus negotiationib. vacauerunt, de trāsmarinis regionib. mercimonia reportantes, & thesauros absconditos, argētū s. aurū vel gēmas quasi lac suget. i. facile accipiāt.

*Qui inundationem maris.* Gentiū vocationem significat. Mare enim vniuersum genus hominum significat. vnde: *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere pi. cō.* Mare; mūdus, sagena, doctrina, omne genus piscium, oīs sexus, ętas & cōditio intelligitur. Maris ergo inundationē Apostoli quasi lac suxerunt, quia cōfluentes ad doctrinam euāgelii turbas populorū in augmētum corporis Christi traxerunt. D Matt. 13. d.

g *Absconditos. Nouit dominus qui sunt eius: multi enim sunt vocati pauci, &c.* 1. Tim. 2. c. Matt. 10. b

Arenæ, infideliū multitudo. Thesauri, pretiosæ electorum animæ Sic ergo suxerūt, vt ex auditoribus euāgelii, alii quasi uasa in honorem thesauris regis trāsferrētur, alii quasi arenæ steriles & inutiles uacui remanerent. E

h *Et Gad ait.* In benedictione Gad videt prædicere potētiam virorum fortium vel iudicum, qui de illa tribu fuerunt, sicut Iephte, & alii multi. Gad.

i *In latitudine.* Quia omnis plenitudo benedictiōis supra Christum requieuit, vnde suos benedixit.

k *Gad.* Id est, accinctus, Christum significat, qui cōtra spiritales nequitias pugnaturus, in infirmitate carnis virtute diuinitatis pcinctus apparuit, s'm illud: *Indutus est dominus fortitudinē. & pręcinxit se.* Et alibi. *Dominus fortis & potens in prælio, &c.* Hic in latitudine benedictus est, quia nō in solis Iudæis, sed in omnibus gentibus amplissimū regnū accepit. Inde propheta ait: *A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen domini.* Sed quia per humilitatē passionis ad hanc gloriam peruenit, de morte eius subiungit, quasi leo requieuit, &c. Psal. 92. Psal. 23. a. Psal. 112. a.

l *Quasi leo requieuit. Potestatem habeo ponendi animam meam.* Potestas mortis, non necessitas exprimitur. vnde: *Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam.* Ioan. 10. d Ibidem.

*Quasi leo fremuit.* Quicquid enim dixit, potenter impleuit.

F m *Cepitque brachium & verticem.* cum resurgens a mortuis fortitudinem inimicorum sibi subiugauit. Cepit quoque verticē. i. mundani imperii sublimitatē ad suscipiendam fidem in de tribu Issachar.

NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et Zabulon ait. *Hic consequenter describitur benedictio Zabulon & Issachar simul, fortes enim eorum fuerunt propinquę, et vt dicūt Hebręi, tribus Zabulon fuit intenta mercationibus in portubus maris qui fuerunt in sorte eius, tribus autem Issachar fuit magis intenta studio legis & vt liberius ad hoc vacare, tribus prouidebat ei saltem in magna parte de necessarijs, & hoc est quod dicitur.*

2 Lætare. *pro mercationibus exercendis.*

3 Et Issachar in taber. *ibi manendę studio diuinę legis.*

4 Populos. *Id est, ad Ierusalem in monte sitam, quia in solemnitatibus veniebat ibi populus ad audiendum doctrinam legis a doctoribus de tribu Issachar.*

5 Ibi immolabunt uictimas iu. *quia in tribus solennitatibus pręcipuis debebant apparere coram domino, non vacui, sed cum muneribus & sacrificijs.* 6 Qui inunda. *bona apportata in nauibus per vndas maris.* 7 Et thesau. *id est, metalla diuersa & lapides pretiosos, quę de arena terrę extrahuntur, & ad loca longinqua per mare frequenter transportantur.* 8 Et Gad ait. *Hic ponitur benedictio Gad cū dicitur.* 9 Benedictus in. *per quod designatur, quod habuit latitudinem terrę in sua sorte.* 10 Quasi leo. *quia in illa tribu fuerunt homines fortes & bellicosi, secundū quod dicitur Gē. xlix. c. Gad accinctus pręliabitur.* 11 Cepitque. *erant enim ibi aliqui ita fortes, quod vno ictu amputabant* ✱

MORALITER.

✱ 1 *Et Zabulon ait.* Zabulon & Issachar simul benedicuntur, & significant pfectiones actiuę vitæ & contemplatiuę, quę simul in eadē domo sunt necessarię, vt de Martha & Maria dicitur Luc. 7. & similiter necessarię sunt in eadē religione, nā aliqui sunt claustrales intenti cōtēplationi, & alii officiales intenti actioni, & aliquando concurrunt in eadē persona, sicut de prelule dictū est eodem capitulo. Sic est etiā suo modo in prędicatoribus religiosis, qui in claustro vacare debent cōtēplatiuę p studium & orationem, & exterius actiuę docendo populum exemplo vitę & verbo doctrinę. Patet igitur, qđ hęc litera plurib. modis mystice posset exponi, sed ad pręsens sufficiat eā exponere vno modo, s. de persona religiosa interius vacante cōtēplationi & exterius actioni, de qua potest dici:

2 *Letare Zabulon.* s. de claustro, vt intendas fidelium saluti verbo & exemplo.

3 *Et Issachar.* i. manens in claustro causa studii & orationis.

4 *Populos ad mon.* i. ad Christum qui est magnus, implens vniuersam terram, Dan. 2. Et dicitur, vocabūt, in plurali de eadē persona, propter duo exercitia prædicta intus & extra.

5 *Ibi immolabunt victimas iustitiæ.* id est, sacramentum euacharistię, qđ dr victimæ in plurali propter duplicem consecrationē s. corporis & sanguinis Christi, quia hoc sacrificium tanquā perfectissimum per sacrificia veteris legis multā & varia fuit figuratum. 6 *Qui inundationem maris.* id est tribulationem vitę præsentis. 7 *Quasi lac.* id est, dupliciter per patientiā sustinebunt, sic. n. debet esse exemplo apostolorū, de quibus dicit Actuum 5. g. *Ibant apostoli gaudentes a conspe. conci. quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.*

7 *Et thesauros.* i. merita preciosa sanctorum, quæ tales prædicatores assequentur Quod aūt per arenas intelligantur sancti hoc est, quia contēpti sunt in hoc mundo & conculcati vt arena. Iob. 12. a. *Deridetur iusti simplicitas,* lampas contēpta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum.

8 *Et Gad.* Per Gad q̄ felicitas vel felix interpretat, dñs noster Iesus Christus significat, q inquantū Deus felix est per seipsū & felicitas filiorū sanctorum, ideo subditur. 9 *Benedictus*, quia fides eius dilatata est per orbē, in quo fideles eū laudant & benedicunt. 10 *Quasi leo.* s. in morte, quia sicut leo dormit oculis apertis, ita Christus dormiuit ī cruce vigilāte deitate. Can. v. a. *Ego dormio, & cor meum vigi.*

11 *Cepitque brachium & ver.* Per verticē dęmon intelligitur, q ✱ caput

clinauit.unde: *Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruiet ei.* Sequitur de nouo statu regni eius.

a *Et vidit principatum suum, quod in parte sua.* Subiectis sibi regnis & gentib. potentia eius apparuit, nō armorum terrore, sed uirtute doctrinæ.

sed uirtute doctrinæ.

b *Repositus.* Occultus, dum scribit leges suas in cordibus fidelium. unde ait: *Vos unctionem habetis a sancto, & non necesse haberis, ut aliquis doceat uos de omnibus.* Vel. Repositus, quia in lege & prophetis in figuris latebat, & docebat absconditus quæ manifeste in Euangelio declarauit. unde, *Incipiens à Moyse & omnibus prophetis interpretabatur illis.*

1 a cem & vidit principatum suum, quod in parte sua doctor es- 2 b set repositus, qui fuit cum principibus populi, & fecit 3 c iustitias domini, & iudicium suum cum Israel. 4 Dan quo- 5 d que ait: 6 Dan catulus leonis, 7 fluet largiter de Basan. 8 Et 9 g Nephthali dixit. 10 Nephthali abundantia perfruetur, & 11 h plenus erit benedictionis domini, 12 mare & meridiem pos-

a Electis, qui pars est eius, & hæreditas. b Per inspirationem docendo. a Apostolis toto orbe prædicantibus. a Christus propter nos paruulus. b Christus qui in humilitate passionis Iudæos excæcauit, gentes illuminauit. Quia in resurrectione inuictus apparuit. Ignominia crucis. c Fluentis Euangelii irrigans orbem. a Chorus Apostolorum qui de Nephthali & Zabulon & Issachar fuerunt. b Cælestis doctrinæ. Fertilitate terræ. c Quasi ex ipse fonte. a Excellenter. b Quia de eo sapientes, & legis doctores fuisse dicuntur. Omnibus spiritualibus donis. Vel Dei. c Occidentale id est Iudæos. d Gentiles luce Euangelij feruentes.

c *Qui fuit cum principibus populi.* Adiutor. vnde: *Domino cooperante & ser. confirmante sequentibus signis.* quit ait. *Sine me nihil potestis facere.*

d *Fecit.* id est iustificans in se credentes, & tandem secundū merita iudicabit cum Israel, id est cum populo suo ad visionem Dei electa.

e *Iustitias.* Iustificationes credētium. Ipse enim iustificat impium ex fide. Neque enim ex operib. legis iustificatur omnis caro.

f *Dan quoque.* Alij per Dan Antichristum signari putant, quē de hac tribu nasciturū æstimant. Ipse est catulus leonis, id est diaboli, qui largiter fluet de Basan, quia plenus cōfusione. Basan quippe confusio, vel pinguedo, vel bruchus interpretat. Dan quoq; iudicium, Basan ignominiam. Dan vero Christū significat, qui ait: *In iudicium ego in hunc mundum veni.* Catulus leonis propter fortitudinem, & quia paruulus fieri dignatus est. Sed suscipiens infirmitatem nostram, non amisit virtutem suam. *Quod enim infirmum est Dei, fortius est hominibus,* De ipso dicitur. *Vicit leo de tribu Iuda, &c.* Ignominiam quidē crucis a Iudæis sustinuit, putantibus nomē eius per mortem deleri. Sed qui infirmitatem eius carnis, in passione catulus fuit, per diuinitatis potentiam leo inuictus in resurrectione apparuit. vnde Apostolus. *Et si crucifixus est ex infirmitate, viuit tamen ex virtute Dei.* Quasi ergo ex Basan largiter fluxit, cum per ignominiam mortis perueniēs ad gloriā immortalitatis fluentis euāgelii totum orbem irrigauit. vnde Esaias. *Repleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris operientis.*

g *Dan catulus leonis.* Hoc propter Samsonē dicit, qui de tribu Dan fuit, & quasi leo fortis, cuius possessio vsq; Basan. Antichristus vero fluet largiter de Basan, quia satiabitur pinguedine luxuriæ, & omnium vitiorum.

h *Mare & meridiem possidebit.* quia possessio eius ab australi parte in occidentem usque ad mare Tyrrhenum pertingit.

*Mare & meridiem possidebit.* Per apostolos.n. ex Iudæis & gentib. ecclesia acquiritur Christo. Per mare enim occidētale (q hic intelligitur) Iudęi figurantur, qui vmbrę & exemplari deseruiunt, nec habent lucem scientiæ & veritatis, & quia eis sol

Psal. 71. c. Ioan. 2. c. Luc. 24. d. Mar. 16. d. Ioan. 15. a. Gal. 3. b. Rom. 3. c. Dan. Ioan. 9. g. 1. Cor. 1. d. Apoc. 5. 2. Co. 13. b. Esa. 11. c. Mystice.

## NICOLAVS DE LYRA.

* *bant caput hominis cum humero & brachio, vt dicit Ra. Sal. Aliter exponitur, ut per brachium intelligatur fortis aduersarius, per verticem turmę uel aciei capitaneus, & neutri poterant impetum Gaditarum sustinere. & propter hoc fuerunt positi in fronte exercitus filiorum Israel pugnando contra Chananæos.*

1 Et uidit prin. su. *quod in parte sua doctor esset repositus. Iste doctor fuit Moyses, qui fuit sepultus in sorte Gad, & hoc cessit ad magnū honorem & dignitatem illius tribus.*

2 Qui fuit cum princ. *id est cum principibus nouem tribuum & dimidię quousque esset eis hæreditas acquisita.*

3 Et fecit iustitias. *In hoc adimplendo quod promiserat Mosi Num. 32.*

4 Et iudicium. *I. d est, tenendo eis in hoc fidelitatem.*

5 Dan quoque. *Hic ponitur benedictio ipsius Dan, cum dicitur.*

6 Dan ca. *quod dicitur speciali propter Samsonem, qui fuit fortissimus & de tribu Dan.*

7 Fluet lar. *hoc dicitur propter fluuium Iordanem, qui oritur in sorte eius iuxta ciuitatem captam ab eis, quę prius Lachis vocabatur, sed ab eis fuit denominata Dan ex nomine patris sui, vt habetur Iudic. 18. & est in termino aquilonari terræ promissionis sub monte Libani, in cuius radicib. sunt duo fontes, vnus nomine Ior, & alter Dan, qui simul iuncti Iordanis nomen efficiunt.*

8 De Basan. *in terra enim illa vltra Iordanem est quidam fons quem Hier. vocat Phialam. Marcus Dalmanutha. Matthęus Magedon, vbi & primus ortus Iordanis, nam palcę ibi immissæ sub terraneo meatu ducta recipiuntur in Dan.*

9 Et Nephthali. *ipsum benedicendo.*

10 Nephthali. *in quo suę sortis fertilitas designatur.*

11 Et ple. *In sorte enim eius terrenascentia citius appropinquabant ad maturitatem, quam in alijs partib. terræ promissionis, & ideo ex fructib. illius terrę primo afferebantur primitię ad templum. unde & sacerdotes & Leuitę benedicebant dominum, & eadem sententia habetur Gen. xlix. in benedictione Nephthali.*

12 Mare, &c. *quia mare Galileę quantum ad sui partem meridionalem cecidit in sortem Nephthali,*

Iordanis. Ortus Iordanis. Mar. 8. b. Mar. 15. d.

## MORALITER.

* caput est omnium malorum, per brachium eius potestas, & vtrumque cepit Christus in morte dæmonem confundendo, & potestatem eius diminuendo.

1 *Et vidit prin.* vidit enim humanitatem suam principatum adepturam super choros angelorum.

1 *Quod in parte sua doctor esset re.* Iste doctor est spiritussanctus, qui secundum quod dicitur 1. Io. 2. *docet de omnib.* cuius plenitudinem habuit Christus inquantum homo. Ioa. 1. b. *Vidimus eum quasi vnigenitum a patre, plenū gratię & veritatis.* Et in quantum Deus ab ipso sicut a patre procedit spiritussanctus, ideo bene dicitur repositus in parte eius.

2 *Qui fuit cum principibus populi.* Principes isti sunt apostoli, de quib. dicit Ps. xliiii. d. *Constitues eos principes super omnem terram,* & cum ipsis fuit spiritussanctus etiam in signo visibili.

3 *Et fecit iustitias.* iustificans impios.

4 *Iudicium suum.* nam ad visionem Dei claram per Israel significatam deducit iustificatos, Roman. 8. f. *Quos autem iustificauit, &c.*

5 *Dan quoque ait.* Per Dan qui iudicium interpretatur, bonus iudex significatur, propter quod 5. Eth. bonus iudex dicitur iustum animatum. ideo dicitur.

6 *Dan catulus leonis.* quia bonus iudex constans est in operibus æquitatis.

7 *Fluet largiter de Basan.* quæ interpretatur pinguedo, propter quod significat pietatem. nam in bono iudice semper cum iustitia & misericordia debet esse.

GREG. In esse bonis rectorib. debet iuste consulens misericordia & piè sæuiens disciplina, ne nimis sit aspera iustitia, & pietas sit remissa.

9 *Et Nephthali dixit.* Per Nephthali q interpretatur dilatatio mea, significat homo pius & largitate diffusus, ideo subdit.

10 *Abundantia perfruetur.* sicut dicitur Matth. 5. a. *Beati misericordes quoniam ipsi. &c.*

11 *Et plenus erit bene.* Misericors benedicitur à Deo, sanctis, angelis, & hominibus.

12 *Mare & meridiem possidebit.* Per mare significatur vita præsens, quæ est in continua transmutatione, per meridiē vō, quę uenit feruor caloris, significatur vita beata, quæ cōsistit in feruore dilectionis. Per hoc ergo quod dicitur mare & meridiē possidebit, significatur quod misericors post bonā dispēsationē bonorum vitæ præsentis, bona cælestis patriæ possidebit.

sol iustitiæ occubuit, perpetuis remanserunt in tenebris. Hunc occidentem apostoli possederunt, cum ex eis plurimos gratia fidei illuminatos Christo subiecerunt, vt qui fuerunt aliquando tenebræ, lux essent in domino. In meridie intelligitur ecclesia de gentib. collecta, quæ ablato legis velamine, Euangelij luce perfruitur & cubans cum sponso in meridie, reuelata facie gloriam domini contemplatur.

a Aser quoque ait. Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis. Aser beatus, Christus scilicet nostræ beatitudinis spes, cuius primitias nobis ostendit resurgens a mortuis. Hic est benedictus in filijs, quia credentes, per eius gratiam renascentes, totum orbem eius similitudine repleuerunt, quib. dicitur: *Credite in lucem, vt filij lucis sitis.* Ipsi adferunt fructum lucis in omni bonitate & iustitia & veritate. Hoc aūt factum est, quia fratribus suis, id est, apostolis, quos de Iudæa elegit, vera charitate cōplacuit, vt spretis figuris gauderent de ueritate euāgelij, & q̄a digni essent pro nomine Iesu contu. pati. Et unde eis tanta charitatis abundantia supponit.

✱ PROC. Aser vt pote maritimo vberem prouentum futurū prædicit, quem impertiturus sit superiora tenentib. Adeo vt regib. delitiarum materiam suppeditet. Quapropter fratrib. plausibilem quoque fore ait. At mollitiem resque delicatas adumbrauit oleo, ferrum autem & æs calceorum officio functurum esse apud eos qui per mare importent.

b *Et tingat in oleo pedem suum.* Christus caput nostrū ascendens in celum, apostolos, scilicet pedes suos mundū prædicando circuituros in terra adhuc cōsistētes, oleo spiritussancti copiosissimè vnxit, vt nullo labore deficerēt, sed immarcessibilis gaudij claritate pollerent. Incorruptibile quoq; præbuit calceamenti munimentum de quo subditur.

c *Ferrum & æs cal.* GREC. hoc de ecclesia sub specie Aser dicitur. Calceamentum prædicationis munimentum. vnde: *Calceati pe. in præpa. euange. pacis.* Ferrum, virtus, æs, perseuerantia intelligitur. Ferrum vero & æs calceamētū ecclesiæ dicit, cuius prædicatio acumine & constantia munitur. Per ferrū. n. aduersantia penetrat, per æs testimonia q̄ proponit lōganimiter seruat. Ferro quippe antiq; legis firmitas vel duritia significatur, q̄ sicut ferrū omnia metalla domans, cōtumaces rigore iustitię, vel domuit corripiendo, vel puniuit conterendo. Quomodo Christi quoq. potentia virgæ ferreę comparatur, qui de legis firmitate testatur, Facilius est cęlum & terrā transire, quā de lege vnum apicem cadere. In ære, q̄ rubigine non violatur, & vetustate fit fortius, & inter metalla vocalis est euāgelij doctrina exprimitur longè lateq; resonantis, & exuta vetustate literæ inuiolata pollet spiritus nouitate, hoc est. n. euāgelium æternum, his calceamentis verum pascha celebrandum.

d *Sicut.* Significat hanc tribum prosperitate & delitijs abundasse vsque ad senectutem captiuitatis.

*Sicut.* Promittitur ecclesiæ cruda viridiisque senectus, vt sicut fortiter in principio omnes impetus euicit, ita eminente fine Antichristi furorē euincat. vnde: *Ecce ego vobiscum sum omni. di. vsque ad consu. sę.* Et alibi: *Senectus mea in misericordia uberi*

✱ THEOD. Quamobrem non benedixit Simeoni? fraternus amor Ruben, fuit illi benedictionis occasio. Nam illius ergo liberatus est a maledictione. Leui similiter ob magnum illū Moysem benedictionem adeptus est, quandoquidem tribus illa quę dissoluebat aliorum maledictiones, multo magis suā soluebat. Porro Simeō, nullā habuit causā maledictionis, vt benedictionē consequi deberet. Ego vero arbitror eum autorē fuisse præcipuum structarum in Ioseph insidiarum, q̄ inde coniicere licet, q̄a vir ille admirandus anos oēs fratres dimitti iusserit, hunc aūt solum comprehendi, vinciri & in carcerē tradi. Sed hic nihilominus benedictione non caruit, quia nō solum peculiarem cuiq. tribui dedit benedictionem, sed omni populo communem: *Habitabit enim,* inquit, *Israel confidenter solus, super terram frumenti & uini, & cęlum tibi roscidum erit,* mulaque alia benedictioni addidit.

e *Non est Deus.* supradicta admirans in laude Christi, qui hęc omnia fecit lætabundus erumpit.

f *Ascensor cæ.* propria virtute ascendit, & quotidie ecclesiā ad se trahit. *Trahe me post te, curre in odo vnguentorum tuorum.*

g *Nubes.* Apostoli q̄ pluunt uerbis, coruscant miraculis, quos ascendens in cęlū misit ad predicādum. vnde. *Vocem dederunt nubes,* quę. s. nullo remorante discurrunt, non sua, sed Christi virtute signa & prodigia facientes, & quasi coruscationib. corda mortalium terrentes. vnde *Bonum certamen certaui, cursum consummaui.*

h *Habitaculum ei sursum, &c.* Corpus a mortuis suscitatū in patris dextera collocatum, de quo dicitur, Soluite templū hoc.

a Bra-

[Margin: A; Ephe. 5. b.; Aser.; Ge. 49. a.; Non est ut deus Israel (vel nullus est deus sicut Deus recti aut Israelis.); Ioan. 12.; B; Allegor.; Act. 5. f.; Li. 34. Moralis c. 5.; Eph. 6. c.; C; D; Luc. 16. d.; Mat. 28. d.; Psal. 91. b.; E; Quæst. 46.; Can. 1. b.; Allegor.; Psal. 76. d.; F; 2. Tim. 4. b; Ioan. 2. d.]

Per mundum multiplicatis fidelibus. In multitudine prolis. a Prius.

a fidebit. Aser quoque ait: Benedictus in filiis Aser, sit placens

Vt etiam gaudeant pro nomine eius pati. a Apostolis, qui sicut ipse de Iudæis nati.
Corporis. b Sancti spiritus. c Apostolorum chorum quam pulchri super montes pedes euang. bona, &c. Esa. 52. b. d Acumen, quo adugrsantia penetrat.
e Constantia. f Prædicationis munimentum quod his metallis abundat.

b fratribus suis, et tingat in oleo pedem suū, ferrum et aes cal-

a Greg. in primordio fidei, cum floruit virtute & sapientia, miraculis, inuicta virtute persistens.
b Cum refrigescet charitas, abundabit iniquitas. Matt. 24. Ne proiicias me in tempore senectutis, &c. Psa. l. 70. b. Circa finem mundi.

d ceamentum eius. Sicut dies iuuētutis tuæ, ita et senectus tua.

Non est Deus sicut Deus noster. Vnde: Quis similis tui in fortibus domine. Psal. 85. b.
Israelis. a Ascendo ad patrem, &c. Habitator sanctorum.

e †Nō est Deus † alius, vt Deus rectissimi a'scensor cæli, auxi-

a In omnibus vsque ad consummationem seculi. b O Israel vel ecclesia.
c Magnus dominus noster, & magna virtus eius. Psal. 146. d. Non sua. e Prædicando per mundum.
f Quorum conuersatio est in cęlis.

f g h liator tuus: Magnificentia eius discurrunt nubes, habitaculū

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Aser. *ipsi in benedicendo.*

2 Benedi. *in hoc designatur pulchritudo prolis. ideo subditur.*

3 Si pla. *quia filiæ eius erant ita pulchræ, vt essent aptæ ad maritandum regibus ac sacerdotibus, vt dicit Ra. Sa.*

4 Et tingat in oleo pedem suum. *quia in sorte sua multæ fuerunt oliuæ & fructiferæ, ex quibus abundabat oleum, quę abundantia designatur per tinctionem pedis, sicut Iob. xxix. a.* Lauabā pedes meos butyro.

5 Ferrum & æs Calceamentum eius. *quia in sorte Aser fuerunt mineræ ferri & æris, quæ calcabantur calceamentis eorum, qui ibi operabantur.*

6 Sicut dies iuuen. *sunt delectabiles & placidi.*

7 Ita & se. tua. *sit amabilis & placida. Hic quæritur, quare Simeon non habuit benedictionem? Ad quod respondent Hebræi, quod hoc fuit quia primo tractauit de venditione Ioseph, & alios ad hoc induxit, propter quod Ioseph retinuit eum in vinculis, cæteris fratribus ad patrem remissis, vt habetur Gen. xlij. Item quia princeps tribus Simeon fornicatus est in Beelphegor, ex quo accidit mortalitas in populo, vt habetur Num. 25.*

8 Nō est de. ali. *Hic ponitur conclusio intenta, quæ est inductio populi ad Dei reuerentiam & amorem. Ad eius autem reuerentiam inducit Moyses ex consideratione magnitudinis diuinæ, cum dicitur.* Non est alius. *similis in magnitudine.*

9 Vt Deus recti. *id est, vt Deus populi Israel rectissima lege gubernati.*

10 Ascensor cęli *id est, Deus qui est celis excelsior.*

11 Magnificentia eius. *In Hebræo habetur, Discurrunt cęli, quia motus eorum necessarium Dei magnificentiam ostendit.*

12 Habita. eius sursum. *quia super omnia est benedictus.*

[Margin: Quæst.]

## MORALITER.

✱ 1 *Aser.* Per Aser qui beatus interpretat, bonus doctor & sapiens intelligitur. Eccl. 14. c. *Beatus vir qui in sapientia morabitur, &c.* Psa. 1. a. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorū, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Talis. n. doctor iam beatus est in spe, & postea erit in re.

2 *Benedictus in filijs Aser.* Id est, in bonis discipulis, quos relinquet post se ad informationem ecclesiæ.

3 *Sit placens fratrib. suis.* Id est doctorib. alijs, eo quod reuerēter tractat eorum dicta.

4 *Et tingat in oleo pedem.* Per pedem intelligitur affectio, eo q̄ aīa procedit affectib. sicut corpus pedib. Pedē igitur in oleo tingere, est affectum ponere in oleo misericordiæ.

5 *Ferrum & æs cal.* Calceamentum est munitio pedum, & ideo per soliditatem æris & ferri significatur constantia volūtatis & perseuerantia bonę operationis.

6 *Sicut dies iuuen.* Nam bonus doctor ita diligens debet esse de profectu circa bonam vitam & scientiam in senectute, sicut fuit in iuuentute, unde quidam antiquus Philosophus dixit, Si alterum pedem in sepulchro haberem, nihilominus addiscere vellem.

✱ MO-

a *Brachia.* virtus, s. passionis, quę omnes defendit, quam in cruce extensis brachijs accepit.

*Subter brachia.* s. hæc brachia contra verum Amalec dimicantes defendunt. Nec sicut Moysi lassitudine grauantur, sed indefessa virtute subleuant, donec veram consequant uictoriam. Veneremur ergo in supernis primitias nostræ resurrectionis, in infimis sacramētum nostre redemptionis, vt & ipsi debellato aduersario immortalitatis gloriam consequamur, de quo vero Israeli promittitur, Eijciet a facie tua inimicum.

b *Et solus.* suo scilicet more & suis legibus uiuens. unde Balaam: *Populus solus habita. & inter gen. non repu.*

c *Oculus Iacob.* Qui hic vitiis supplantandis desudabat, ibi se leuissimo mentis intuitu gloriam Christi, qui propter nos terram veræ carnis accepit, indesinenter cōtēplabitur, vt cuius hic corpore & sanguine per sacramentū frumenti & vini pascebatur, ibi diuinitatis eius perpetua visione saginetur. vn: *Satia. cū app. gloria tua.* Et alib. *Et manifestabo ei meipsum.* Tunc Iacob in perfectum Israel cōuersus, facie ad faciem Deū uidebit, tam larga, tā subtili, tam delectabili Dei cognitione, quasi leuissimo rore repletus, vt prædicatorum sciētia qua in pñti instruimur, caligare videatur. vnde: *Sine scientia destruetur.* Et alibi: *Tenebrosa aqua in nubibus aeris, præ fulgo. in cōspe. eius*, ad quā cum peruētum fuerit, omnis hæc doctrina cessabit, *& erunt omnes docibiles Dei.* unde merito adiungit: *Beatus es tu Israel &c.*

Marginal references: Hi. 2. d; Nu. 23. b.; Psal. 26. d.; Ioan. 14. c; 1. Co. 13. c; Psal. 17. b.; Ioan. 6. c.

d *Cælique caligabunt.* quasi tam abundanter terræ fœcundādæ ros infundetur, vt hominū tenebrescat obtuitus. In quo significatur, quia Iudei cum terrenā opulētiam vltra modum diligerent, caligauerunt, & Christū cognoscere non potuerunt. vnde: *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum &c.*

a In Celo. b In terra. c Potestas qua bonos liberat, malos damnat. Non tuis viribus expugnatur, sed fortitudine brachiorum. d In tenebras exteriores.

1 a eius sursum & subter brachia sempiterna. Eijciet a facie tua

Diabolum & corpus eius. a Faciet vt conterat. b Separatis in ignem palcis. In terra promissionis. c Electorum populus Deum videns facie ad faciem. d Quia nullus casus erit illic ibi intid. æ.

Deus pacis contereret Sathan sub pedibus vestris.

2 inimicum, dicetque conterere. † Habitabit Israel confidenter,

3 a Quomodo se ibi habeat verus Iacob ostendit. b Quia ille populus pro bonis terræ domino seruiebat. Carne Christi quæ nunc pascitur in sacramentis panis & vini: c Apostoli.

4 b & solus: oculus Iacob in terra frumenti & vini, cæliq; caliga-

a Doctrina prædicatorum. Præ subtili & leuissima Dei cognitione. b Israel fortis qui vere beatus accepta potestate super omnem virtutem inimici.

5 c d bunt rore. Beatus es tu Israel: Quis similis tui popule, qui sal-

6 e a Ipse est scil. Protectio. In prælio. Ab omni incursione defendens. Virtus ad superandum diabolum. In resurrectione.

7 f uaris in domino? Scutum auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ.

a In præsenti vita scil. Nolentes per euangelium credere, vel reconciliari. b Diabolus & membra eius. c Quia inuincibilis. d Quæ superbe extendunt contra te. e Aeternis pœnis.

8 g h Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

e *Quis similis tui popule.* Quasi, ideo beatus, ideo tibi similis nullus, quia non de tua uirtute, sed de Christi gratia salutē speras, qui saluum facit populum suum a peccatis eorum.

f *Et gladius gloriæ.* In futuro aduersarios irreuocabili seueritate pcutiens, quādo sanguinem seruorum vlciscetur. Gladius modo hic in humilitate patientium occultatur, in gloria resurgētium reuelabitur, ideo gladius gloriæ Israel dicitur. Xpo ergo quasi scutum protegit præliātem, & quasi gladius gloriæ vlciscetur triumphantem. Ad eū quasi ad caput, in fine vaticinij refertur gloria corporis, cum dicitur.

Marginal reference: Ioan. 11. f

g *Negabunt.* Abominabūtur & odiēt sicut Balac qui rogauit Balaam, vt Israelitas maledicendo repelleret.

h *Chalcabis.* Subiiciendo eos ecclesiæ, quam abominantur & persequuntur.

Notandum 11. tantum esse benedictiones. Simeon nanq; his benedictionibus non reperitur, in quo Iudas ab apostolis excluditur, 11. tantum remanentibus. Inde quoq; xi. mansionibus filii Israel de Horeb peruenerunt ad locum in quo Deu. acceperunt.

Marginal note: Simeō prætermissus in benedictione.

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Et super brachia. *In Hebræo habetur, Brachia seculi. per quæ intelliguntur angeli, quorū virtute administrantur aliæ creaturæ, & ipsi subsunt Deo tanquam eius ministri. Consequenter inducit ad* Dei amorem *ex consideratione beneficiorum promissorum cum dicitur.*

2 Eijciet a facie tua inimicum. *id est inimicos, & accipitur hic singulare pro plurali, sicut Exod. viij. f.* Venit musca grauissima. *id est multitudo muscarum.*

3 Dicetque conterere. *id est verbo suo conterentur absq; tuo labore.*

4 Habitabit Israel. *deuictis aduersarijs.*

5 Et solus. *quia propter securitatem magnam non erit necesse, quod homines congregentur ad resistendum aduersarijs, sed quilibet poterit habitare per se sub vite sua & ficulnea sua.*

6 Oculus Iacob inter. *id est videbit fertilitatē bonorū in terra sua.*

7 Cælique caligabunt rore. *in hoc designatur abundantia roris, ad fœcundationem terræ.*

8 Beatus es tu. *q. sic visitatus a domino & defenderis, vnde subditur.*

9 Scutum auxilii tui. *supple est dominus Deus tuus.*

10 Negabunt te inimici tui. *In Hebræo habetur, Mentientur tibi inimici tui. quod exponunt Hebræi de Gabaonitis, qui mentientes dixerunt filijs Israel: De terra longinqua valde venerunt serui tui, vt habetur Iosue 9. Potest etiam exponi secundum translationem nostram de regibus Chananæorum, qui negantes filijs Israel terram eis promissā a domino, venerunt vnanimiter ad pugnandum contra eos, vt habetur Iosue ix.*

11 Et tu eorum. *quod impletum fuit, quando principes exercitus Israel posuerunt pedes suos super colla quinque regum latentium in spelunca, vt habetur Iosue 10.*

## ADDITIO.

*In cap. xxxiij. vbi dicitur in postilla. Propter quod aliter exponunt doctores nostri &c. Ad vlteriorem euidentiam eorum quæ in hoc cap. 33. traduntur, vna cum continuatione eorum ad prædicta in præcedenti cap. considerandum est, quod secundum apostoli doctrinam ad Rom. 11. supra allegatam:* Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, *in quo seueritas Dei, scilicet eius iustitiæ rectitudo & eius bonitas comprobatur Seueritas quidem in deiectione Iudæorum proportionata peccatis eorum, vt dictum est, bonitas vero in vocatione gentium. vnde dicit ibidem loquens Romanis: Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te vero bonitatem, de qua quidem seueritate & bonitate Dei in præcedenti cantico agitur, prout ibidem fuit declaratum, & quia secundum ipsius apostoli doctrinam ad Rom. 9. populus Iudaicus non fuit sic totaliter eiectus a Deo, quin ex eo remansissent aliquæ reliquiæ, prophetante Esa. 1. b.* Nisi dominus reliquisset nobis se. &c. *Quæ quidem reliquię secundum ipsum ibidem, comparantur ad gentem nouę legis sicut radix ad ramos, vnde gentilibus ibidem dicit:* Tu autem cum oleaster esses &c. & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, *quod in magnam laudem seu benedictionem populi Israelitici vertitur. ideo de hac laude per modum propheticę benedictionis Moyses in hoc cap. principaliter agit. vnde & gloss. in hoc loco sic dicit, Non negligenter prę tereunda est ista prophetia. apparet enim hęc benedictio ad nouum populum pertinere, quem sanctificauit Christus, hęc in glo.*

*In qua quidem benedictione Mosaica Moyses intendit principaliter prophetare, quod lex a Deo per ipsum data, licet solum populo Israelitico dirigeretur, quia ad magnam dignitatem illius populi pertinebat, finaliter tamen in Israeliticam dignitatem totius mundi plenitudo transire debebat, prout ecclesia orat in quadam collecta in officio sabbathi sancti pasche. vnde in hac benedictione primo incipit a datione prædictę legis ... Dominus de Sinai venit, quia de monte Sinai dominus Moysen vocauit & etiam populum ad dandam legem prædictam, quā eis ... vt supra Exo. xix.*

*Consequenter quia ista lex nihil ad perfectum ducebat, vt ad He. vij. c. Nec enim curabat morbos spirituales per gratiam, ideo subdit, De Seir ortus est nobis, quia ille populus circumeundo montem Seir, ... serpentes ... quem dominus iussit fieri, & in ligno suspendi, a serpentibus ... sanarentur, quod proprie figurabat incarnationem et ... in Christo, per quam morsus spirituales curantur, vt in postilla ...*

*Consequenter autem dicit, Apparuit de monte Pharan, quia ibidem*

A r pleuit dominus lxx. senes spiritussancto prout in postilla, quòd figurat copiosam effusionem spiritussancti in discipulos post passionem & resurrectionem, per quam effusionem spiritus domini repleuit orbem terrarum, quod etiam Moyses ibidem. scilicet Nu. 11. f. innuit dicens: Quis det vt totus populus pphetet, & det eis dominus spiritũ suu. q.d. vtinam iam nunc esset illud quod hic figuratur, scilicet quod totus populus Dei recepisset spiritum sanctum. In primitiua enim ecclesia per baptisma & impositionem manuum apostolorum omnes recipiebant spiritumsanctum cum signis visibilibus, vt habetur in actibus apostolorum. Fecit igitur Moyses post beneficium legis latæ mentionẽ de prædictis duobus beneficijs tum quia lex illa non ducebat ad perfectium sine huiusmodi beneficijs, quia alij populi sine ipsis beneficijs secundum legem ordinatam in Israeliticã dignitatem non transirent, de quo hic intendit, vt dictum est: Exponantur cætera prout in postilla vsque ibi: Dilexit populos, in quo Moyses ostendit, quod prædicta beneficia debebant se extendere de populos generaliter, vnde in Hebræo habetur: Etiam dilexit populos. q.d. non solum te, scilicet Israel Deus dilexit ad ista beneficia percipienda, sed etiam populos, & consequenter reddens causam huius extensionis dicit: Omnes sancti in manu illius sunt q.d. ex quo omnes sancti cuiuscunque nationis sint, in manu Dei sunt, inquantum a Deo mouentur ad sanctitatis vitam habendã. B Idcirco non uidetur æquũ, ut in una tantum natione beneficia salutaria recluderentur, vnde Petrus apostolus circa materiam reductionis gentium dicebat Act. x. e. In ueritate comperi, quod non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente &c.

Et sequitur, Qui appropinquabit pedibus eius, quod refertur ad sanctos de quibus dixerat, Omnes sancti in manu illius sunt, Quę quidem appropinquatio ad pedes illius potest intelligi moraliter. Vel quia sancti vel electi venientes ad fidem Christi, de quibus ait, cum magna humilitate debebant venire, sicut illi qui ex humilitate pedibus dominorum appropinquant, lex enim Christi, quæ ipsa gratia est, ita recipiente humilitatem præcipue requirit. vnde Iacobi iiij. a. Humilibus autem dat gratiam. Vel quia tales electi debent sequi vestigia Christi, cuius vita est ĩstructio fidelium, iuxta illud primæ Petri 3. d. Vt sequamini vestigia eius, quæ quidem vestigia per pedes designantur. Vel in hoc innuit Moyses, quod patres no. te. scilicet apostoli, cum post resurrectionem disponerentur ad annuntianda ministeria Christi per orbem, pedes Christi tenuerãt, vt Matthæ. xxviij. & ideo de illis sanctis dicitur, Qui appropinquant pedibus eius, de quo potest enim intelligi illud Esa. lij. b. Quam pulchri supra mõtes euãgelizantis &c. Qui quidem sancti de doctrina Christi accipiũt. vnde Matthæ. vi. d. docentes eos quæ præcipio vobis, ideo dicit Accipient de doctrina illius. Vbi notandum quod non dicit: Accipient doctrinam illius sed de doctrina illius quia perfectio doctrinæ huius plenarie, & sine mensura residet in Christo. C Alij uero secundum mensuram donationis Christi, vt ad Eph. iiij. Et isto modo dicitur Ioan. 1. b. De plenitudine eius omnes accepimus. Non enim dicit plenitudinem, sed de plenitudine.

Consequenter, ne forte quis ex prædictis æstimaret, quod per doctrinam Christi, de qua dixerat, Accipient doctrina illius, lex Mosaica penitus euacuaretur, ideo subdit: Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Et est sensus, quod lex quam Moyses præcepit nobis, id est populo Israelitico, de quo numero erat ipse Moyses, qui loquebatur: Venit in hæreditatem ecclesiæ, quæ designatur per hoc quod dicit multitudinis Iacob, Nam sicut illud quod parentes iuste acquirunt, ad eorum successiones hæreditarie prouenit, sic & lex Mosaica licet populo ve. te. data fuit, de quo dicit: Præcepit nobis. venit tamen hæreditarie ad ecclesiam, de quo dicit: Hæreditatem multitudinis Iacob. Et notandum, quod vbi translatio nostra in hoc loco habet (Multitudinis) Hebraica litera habet quandam dictionem quæ significat ecclesiam. Eadem enim dictio ponitur, hic, & Nume. 10. a. vbi dicitur: Cur eduxisti ecclesiam Dei in solitudinem? Similiter 1. Re. 17. a. Nouerit omnis ecclesia, quod non in gladio saluat dominus, sic in quam plurimus alijs locis, & forte translatio nostra posuit hanc dictionem (Multitudinis) ut innueret hoc referendum esse ad illud quod dicitur Act. 4. a. Multitudinis credentium erat cor vnum.

Con-

Consequenter dicit, Et erit apud rectissimum rex congregatis principibus populi cum tribubus Israel. Pro quo considerandum, quod quia ex hoc quod dixerat, quod lex hæc fuerat præceptn vni populo, & deinde hæreditarie deuenerat ad multitudinem seu ecclesiam, posset quis æstimare quod hæc multitudio seu congregatio non constituebat aliquod corpus ciuile vnum, sed erat quædam multitudo in se diuisa. Idcirco ostendit, quod hæc ecclesia seu multitudo Iacob debebat esse quoddam vnum, tum ex parte rectitudinis fidei quæ vna est, de quo dicit, Et erit apud rectissimum, populus enim in cuius multitudind consistit ecclesia, rectissimus potest dici, in quantum omnes recipiunt primum veritatem per verã fidẽ tum ex parte capitis, qui est vnus Christus, & de hoc dicit. Et erit apud rectissimum rex scilicet Christus, tum ex parte membrorum. membra autem principalia huius congregationis sub capite Christo manifestat, cum dicit, Congregatis principibus populi scilicet apostolis, & eorum sequacibus, qui nunc in vnitate fidei congregantur cum tribubus Israel, scilicet eorum qui in primitiua ecclesia remanserunt in fide, vel etiam in temporum successione ad fidem veniunt.

Ex quibus patet. qualiter Moyses in prædictis istum populum laudat seu benedicit in hoc, quod in dignitatem Israeliticam totius mundi plenitudo transiret. Et quia mentionem statim fecerat ante de tribubus Israel, a quibus Moyses de propinquo erat recessurus, ideo introduxit benedictionem singularum tribuum dicens, Viuat Ruben &c. E unde in glos. prædicta salute primitiuæ ecclesiæ singulis tribubus proprias benedictiones tribuit. Hæc in glos. Exponantur hæ benedictiones tribuum, prout in postilla, exceptis his quæ sequũtur, scilicet primo de benedictione Iudæ. Circa quam attendendum est, quod in hac tribu singulari modo intitulauit benedictionem dicens: Hæc est Iudæ benedictio. in alijs vero non sic, sed Leui dixit, Beniamin dixit, & sic de alijs. Quæ quidem benedictio Iudæ videtur referenda esse ad benedictionẽ Iacob de eodem Iuda Genesis penultimo, prædixerat enim ibi Iacob, quod sceptrum & ducatus populi Israelitici pertinebat ad Iudam, & insuper de illa tribu exspectabatur Messias de quo dixerat, donec veniat qui mittendus est. Nunc autem Moyses precatur Deum, vt adducat illud scilicet qui mittendus est ad populum suum.

REPLICA. In cap. 33. Burg. continuat expositionem allegoricam glossæ, inter cętera nititur præferre iudaismum, quasi in ecclesia constituta ex uocatione gentium, quendam obtinere debeat primatum. Et ad hoc persuadendum adducit Apostolum & Romanos 11. vbi secundum quod Burg. exponit dictum Apostoli comparat Iudæos radici, gentes autem dicit ramos insertos &c. Sed hæc conclusio correcta est supra, Gene. 9. correcto. 3. Nec facit ad propositum Burgensis dictum Apostoli allegatum, quia bene pensando hoc dictum, radix fides est, rami fideles. Dicitur enim radix sancta in patriarchis & prophetis, sed vnde? non ex operibus legis, sed fide. Radicis igitur sanctitas, non patriarcha, non propheta, nec opus eorum secundum legem, F sed fides Christi pro tunc venturi & sanctitas fuit, & radix in qua & patriarchas & prophetas, ut essent sancti rami Deus inseruit. Huius insertionis principes dicit ibidem, & Apostolus gentes sanctas dicens, Tu autem dum oleaster esses, insertus es in illi scilicet ramis, socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, scilicet gratiæ & iustitię Christi, quæ ex fide est, in qua communiter gentes & Iudęi radicati sunt, & sic in illa radice non est distinctio Iudæi & Græci, quia ab Apostolo dicuntur socij qui currunt de pari, vnde Apostolus infra decimoquinto, ponens differentiam, dicit Iudæos vocatos ad hanc radicem propter promissa facta patribus. Sed vnde promissio nisi ex gratia, sicut & uocatio gentium, de qua Apostolus ibidem. Gentes autem super misericordia, quæ similiter est gratia, eadem enim est igitur radix vtrorumque ramorum, & in hac radice consistit Israelitica dignitas, in quam vt orat ecclesia, transibit totius mundi plenitudo Non potest igitur Burgensis Iudaismu abscribere aliquem primatum dignitatis in ecclesia, nisi secundum prioritatem temporis, quia prius tempore insertus est radice gratiæ, quam Gentilitas, & de hoc primatu dicit Apostolus ad Romanos primo b. quod virtus est in salutem omni credenti, Iudęo primum & Græco. ex prioritate autem temporis non formaliter arguitur prioritas dignitatis, quia alias bestiæ essent digniores homine, tanquam prius tempore creatę a Deo.

A a

## CAP. XXXIIII.

Ascendit ergo. Tam Moyses quã cęteri patres ve. Te. per spiritũ in altitudinem contẽplationis leuati, puidere potuerunt gratiã noui Testamenti, q̃ in Christo data est, & virtutum collatione & cælestis regni perceptione, sed eam in carne expectare nõ potuerunt, in fide aũt & spe mortui sunt, ad Iferos deducti, vbi expectabãt redemptoris aduentũ, qui persanguinẽ suæ redemptionis iñ de eos liberaret.

†2.Ma.2.a

b *Ostenditque ei.* Terram promissionis vidit Moyses, nec itrauit, quia lex aduentũ Christi & doctrinam euãgelii verbis & figuris pręsignauit, sed neminem ad perfectum duxit.

†Gen.12.b & 40.d.

b c *Omnem terram.* Partem o nnis terrę, quã ex altissimo monte potuit videre. Vel omnem terram ostendit ei in spiritu

d *Mortuusque est ibi, &c.* Nulli electorũ parcit, & minima quo quæ peccata vlciscitur Deus, etiã ĩ amicis. vnde: *Moyses & Aron sacerdotib. eius.* & addit: *Propitius fuisti eis, et vlciscens in omnes adinuentiones eorum.* Lege scilicet finita, quæ seruiuit domino in tẽpore suo. vrbs destructa & altare, nusquam sacrificia, nusquam libamina, nusquam sacerdos vel pontifex.

Psal. 98.b.

e *In valle.* In monte mortuus est, in valle sepultus est, quia lex tẽpore suo gloriosa fuit, sed comparata euãgelio abscondi videtur & humilis. vnde: *Dedi eis præcepta non bona.*

Ezec.20.d

✱ PROC. Sepelierunt eum prope domum Phogor, vt cum prope esset, imposturam dæmonem dissolueret. Itẽ vt Israelis accolæ legislatorẽ inspiciendo ad pietatem conuerterent.

Alleg.

f *Et non cognouit homo.* Iudæi autumant hoc factũ, ne Iudæi semper ad idololatriam proni, mortuum colerent tanq̃ deũ. Secundum allegoriã tempus & modum finiendi legis in sola Dei pręscientia significat esse abscondita, nec profunditatẽ sapientię Dei, vel secretum cõsilii alicui patere, quia incomprehensibilia iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

Rom.11.d.

✱ AVG. Duab. causis mortis eius & sepulchri nemo cõscius erat, quatenus illam faciem quæ cõsortio sermonis Domini rutilauerat, mortis mœrore repressam, nullus videret. Et ne sepulchrum eius populus Israel, si cognouisset, adoraret. Vnde & virgam in qua signa fecerat, ut plurimi putant, ne adoraretur, secum abstulerat, quoniam & serpentem quem fecerat, filii Israel postmodum adorabant. Omnis autem illius ætas ĩ tres quadragenarias partes diuiditur. Quadraginta enĩ annis tin Aegypto, ĩ domo Pharaonis ab ĩfantia literas didicit. Quadraginta annis exul ab Aegypto in domo sacerdotis Madianfuit Et quadraginta annis p desertũ ducatũ populo præbuit

Libr. 1. de mirabilib. sacrę scriptur æ.c.35.

C

D

✱ CATENA GRECA. In epistola catholicã legimus. Michael vero Archãgelus, quando cum diabolo disputãs altercaret de corpore Moseos. Vbi sciendum est, quod cum Deus patefacere vellet hominib. occultã diaboli tyrannidem in animas hominum propter Adæ culpã præmisit vt de sepulchro corporeque pphetæ, quæ res euidens erat, cum Angelo concertaret. Consueuit enim de populo pręsertim Israelitico, qui nil nisi corporeum curabat, per ea quæ cernuntur indicare quæ sub oculos non cadunt.. Ex Michaelis enim congressione cũ dæmone, palã Deus facere voluit, quãtopere conetur hostis humani generis, ne aĩæ è corpore hoc egredientes, cursu suo ad superiora contendant. Cõtra quẽ tempestiuè angeli Dei occurentes, iustos i faucib. orci eripiant. Est quidem in apochrypho mysticoque codice legere, nubẽ lucidã, quo tẽpore Moses mortuus est, locum sepulchri cõplexã, oculos circunstantium perstrinxisse ita, vt nullus neq; morietẽm legislatorem, neque locum uidere potuerit, ubi cadens conderetur.

✱ PROC. Quidam tradunt a spiritu Mosis corpus transmutatum esse. Qui enim sibi cõstitit, cum quadraginta dies nec edit, nec bibit, nec dormiuit, si quidem homo permansit? Et quoniam huiusmodi corpus ipsius fuit, nemo vel sepulchrũ eius cognitum habuit.

✱ RVP. Asserunt pleriq; quod Moyses non proprie mortuus sit, sed dominus eum absconderit, & per nomen mortui, abscõsionẽ eius siue translationem debere intelligi, sicut Enoch & Eliæ contigit Verũ si non mortuus sed translatus est quo istud pro indignatione vel ira Dei reputabitur? Nam sic transferri, nõ ĩdignationis, sed dignationis, nõ irę, sed magnę gratię est. Dicit. n. ipse Moses. *Iratus est dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt non transirẽ Iordanem, nec ingrederer terram optimam. Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem.* Ad summũ, nonne mortuus est Aaron vera depositiõe corporis. Dicit et Dominus, paulo supra Moysi: *Morere sicut mortuus est frater tuus, quia pręuaricati estis coram me, ad aquas contradictionis.*

Li.2.comment. in Deut.c.22

Deuter. 4.

Deute.32.

## CAP. XXXIIII.

a 1 Ascendit ergo Moyses de cãpestrib. Moab 2 super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho: b 3 ostenditque ei dominus omnem terram Galaad vsque Dan, c 4 & vniuersam Nephtalim, terramque Ephraim & Manasse, & omnem terrã Iuda vsq; 5 ad mare nouissimum, & australem partem, 6 & latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarũ vsq; Hegor. Dixitq; dominus ad eum. † Hæc est terra pro qua iuraui Abraham, Isaac & Iacob dicens: Semini tuo dabo eam. d Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad illam. 7 Mortuusque est ibi Moyses seruus domini in terra Moab iubente dño, & a † e sepeliuit eum in valle terrę Moab cõtra † Phogor. 8 f Et nõ cogno

a Quia dispensatione domini lex est finita: succedente gratia. Dominus.

g †Bethphegor.

tres

a Moyses

## NICOLAVS DE LYRA.
## CAP. XXXIIII.

Diuisio.

1 Ascendit ergo Moyses. *Copleta benedictione populi, hic consequenter describitur mors & sepultura Moysi, & primo describitur consummatio pastoris, secundo subditur cõfortatio successoris, ibi. Iosue uero. tertio commendatio prędecessoris ibi: Et non surrexit propheta. Circa primum præmittitur obedientia Moysi implentis præceptum Dei, qui dixerat sibi supra 32. in fine. Ascende in montem istum Abarim &c. & sequitur: Et morere in monte. & ideo completa benedictione populi ascendit illuc.*

2 Super montem Nebo, in uerticem Phasga. *Abarim est nomen totalis montis. Nebo est nomen cuiusdam monticuli supereminentis in ipso. Phasga vero est superior pars illius monticuli, vnde potest longe videri.*

3 Ostenditque ei dominus omnem terrã. *ad consolationẽ suam.*

4 Vsq; Dan, & vniuersam Nephtalim, &c. *vbi est terminus aquilonaris terræ promissionis.*

5 Vsq; ad mare nouissimum & australem partem. *id est mare mortuum, quod est in termino opposito terræ promissionis scilicet.*

6 Et latitudinem campi Iericho ciuitatis palmarũ. *Vocabatur enim duplici nomine, scilicet Iericho, & ciuitas palmarum. Et subditur mors Moysi, cum dicitur.*

7 Mortuusq; est Moyses seruus domini in terra Moab iubente domino, & sepeliuit eum. *scilicet dominus ministerio tamen angelico.*

8 Et non cognouit homo sepulchrum eius. *quod factum est a Deo, ne Iudæi colerent ipsum tanquam Deum, propter magnitudinem & multitudinem signorum.*

✱ 1 Non cali-

## MORALITER.

✱ 1 *Ascendit ergo Moyses, &c.* Per Moysen, q̃ de monte vidit terrã promissionis, & non intrauit, licet multũ desideraret, allegoricè significat quilibet sanctus veteris Testamenti, q̃ sublevatus in montem contemplationis, vidit Deo sibi reuelãte futurum mysterium Christi, ad q͂ tamen non peruenit, licet desiderauerat ex tota intentione animi. vnde dicit Saluator x.d. *Dico vobis quia multi reges, & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis & non viderunt.*

Moraliter aũt per Moysen significatur contemplatiuus cęlestis patriæ, per terram promissionis significatæ, quã tamen non intrat, licet multum desideret nisi morte corporis pręcedente Vnde dicitur Heb. ix. g. *Statutum est hominibus semel mori.*

7 *Mortuusque est ibi Moyses, &c.* Sequitur.

† *Et sepeliuit eum in valle.* scilicet dominus. Et per hoc significatur, quod amoto impedimento naturę per Christũ anima

a uit homo sepulchrum eius vsque in præsentem diem. Moyses centum & viginti annorum erat, quando mortuus est. Nō caligauit oculus eius, nec † dentes illius moti sunt. †Fleuerunt que eum filii Israel in campestribus Moab, triginta diebus, & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. Iosue vero filius Nun, repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filii Israel, feceruntque sicut præcepit dominus Moysi. Et non surrexit propheta vltra in Israel sicut Moyses, quem nosset dominus † facie ad faciem, in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum vt faceret in terra Ægypti Pharaoni & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, & cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

a Post perfectionem mandatorum, scil. quæ est in duobus præceptis charitatis. a Nube maliciæ. b Intuitus piæ intentionis, intellectus mentis a recto non deuiauit. c Ordo discretionis non est deprauatus vitiorum tempestate. In aduentu Christi. a Christus Iesus, qui successit Moysi & finis legis. a Vnde. Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, &c. Isa. 11. a Prædestinati ad vitam. b Quia crediderunt in illum, quem dominus per Moysen populo suo promisit. a Non apostolis eum præsens, quibus dicitur: Multi reges & prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis. Luc. 10. d. Misit scil. vt faceret.

A De ætate Moysi. † Bethphegor. † fugit vigor eius, vel genæ illius conciderant. Tropolo.

a *Moyses centum & viginti annorum.* Si ab vno per naturalem ordinē vsque ad 15. singulorum numerorū summas coniunxeris, vnum. s. & duo & tria, & deinceps, cxx. fiunt. Quindenari⁹ vero ex septē & octo conficitur, septem ad sabbathum refertur octo ad circuncisionem, quia octaua die circuncidebatur puer. Si vero ad no. Te. respicias, habes vii. dona spiritus sancti, & i octauo resurrectionē Christi cxx. ergo eos significant qui uel in ueteri vel in no. Te. legis creuā gelii præcepta implere student.

*Moyses centum & viginti annorum.* Hoc significat tamē ꝗ ceteros patres ve. Te post perfectionē mādatorum Dei, q̄ est ī duob. præceptis charitatis, p gratiā Christi & sanguinis redēptionem eternę quieti & futuræ vitæ aptos esse, quorum oculus non caligauit, B pię intentionis intuitus nubilo non fuit obscuratus, nec dentes malitię moti, qa non est perturbatus tēpestate vitiorū ordo discretionis eorū cxx. fuerunt anni legislatoris, quo numero confirmata est altitu- Salomonici tēpli. Primitiua quoque ecclesia post passionem & resurrectionē, dominique ascensionem hoc numero uirorū gratiā spiritus sancti accepit. Quindecim nāque qui ex 7. & octo constant, futurā vitam significant q nunc geritur in sabbatho animarū, & perficiet in resurrectiōe corporū. In trigonū quoq; quindenarius ductus, id est cum partib. suis adnumerat⁹, efficit cxx. Apte ergo cētenario & vicenario electorū beatitudo in futura vita signat, & tertio domus Dei cœnaculū cōsummat, quia post fidelium labores, post requiē animarū plena ecclesiæ fœlicitas in resurrectionis gloria complebitur.

b *Fleuerunt q.* Quia regnauit mors etias in eos qui non peccauerunt ab Adā vsque ad Moysen, ideo lachrymæ prosequuntur ad inferos descendentem.

Epist. ad Paulam super obitu Blesillæ. Acta 8 a. Gen. 50. b. Iosu. 24 g. Rom. 5. c.

HIER. Non mirū, si Moysi & Aaron planctus exhibetur, qa et in nouo Te. super Stephanum fit planctus magnus, De Iacob quoq; dicitur: *Planxerunt eum planctu magno & forti nimis.* Iesus Naue sepultus refertur non defletus. Sub veteri nanque lege omnes sub peccato tenebantur, & quęque ad inferos descendentem lachrymæ prosequebantur. vnde: *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen &c.* In Iesu vero. i. in euangelio, per quē paradisus aperitur, mortem gaudia prosequuntur. Flentes vsq; hodie Iudæi, nudis pedibus in cinere volutati, sacco induti, ex superstitione Pharisæorum prius cibū lentis accipiūt signantes quali edulio primogeniti perdiderūt, & merito, qa resurrectionē domini non credentes, Antichristi parātur ad C uetui. Nos vero qui Christū induimus, & regale & sacerdotale genus electum sumus, non debemus sup mortuos cōtristari, immo de resurrectione futura lætari, quia cōpleti sunt dies lugentiū Moysen, & dies domini appropinquauit, de quo dicitur, *Melior est dies una in atrijs tuis super milia*. Vnde Moyses ad Aaron & ad filios eius q relicti erant: *Capita uestra nolite nudare, & vestimēta vestra nolite scindere.* Quasi, nolite lugere ne moriamini. Mors nostra peccatum est. Sacerdos magnus etiam ad patrem mortuū prohibetur accedere ne anima sacrificiis Dei mancipata aliquo impediatur affectu. In euangelio quoque dicitur: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* In Leuitico quoque additur: *De sanctis nō egredietur, & non contaminabitur sanctificatio Dei eius, quia sanctum oleum vnctionis super eum est.* Postquā enim ī Christum credidimus & vnctionē eius accepimus, non debemus exire de tēplo, i. de proposito Christiano, vt incredulitati Gentium misceamur, sed intrinsecus esse, idest voluntati domini ministrare.

D Psal. 83. c. Leui. 10. b. † 23. q. 2. c. quia alii. Matt. 8. c. Leui. 21. c. † de facie. E

c *Et completi.* Hinc videtur orta consuetudo, vt fidelibus mortuis 30. diebus pietatis officia persoluantur.

d *Posuit super eum.* In scripturis suis testimonium ei perhibuit dicens: *Prophetam Deus su. &c.* unde: *Si crede. Mo. cre. for. & mi.*

Deut. 18. c. Ioan. 5. c.

✱ PROC. Imposuit enim Moyses ei manus. Legitima manuum extensio, spiritum sapientiam confert, & diuinis donis eos replet quibus populum subdit Deus, quemadmodum testis est Dauid.

*Et non surrexit. &c.* Hoc (vt fertur) Esdras de suo adiecit, qui bibliothecam a Chaldæis exustam diuino sensu reparauit, & literas quib. Iudæi nunc vtantur inuenit. vnde & velox scriba appellatus est.

*Et non surrexit Propheta.* Quia Moyses omnibus prophetis veteris Te. præstantior, vnde Iudæi arroganter dierūt: *Nos Moysi discipuli sumus.* Sed postquā dominus prophetarum incarnatus venit in mundum, oīs illa prior dignitas & vmbra futurorum cessauit, quia *lex & figura per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum, qui est finis legis ad iustitiam omni credenti.*

Ioan. 9. f. Heb. 10. a. Ioan. 1. b. Rom. 10. a.

✱ CAT. GRAEC. At cur paulo ante dixerat, prophetā de medio tui & de fratrib. tuis sicut me suscitabit? Nimirū qa ex eo populo nullus qui simpliciter homo fuerit qualis Moses. Solus qui Emmanuel dict⁹ est, & legislator extitit & propheta, lōge melior Mose, & in signis miraculis & prodigiis apud Aegyptios, i. apud homines huius seculi, qui Pharaonē, hoc est principem harum tenebrarū contriuit, vt populū sibi cōpararet ab errore mentis vindicatum. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ 1 Non caligauit oculus eius, nec dentes &c. *quia sensus eius perseuerauerunt viuaces vsque in finem. Iudæi dicunt. Et non fuit obscurata visio eius. Et accipiunt visionem pro colore, qui est obiectum visus.*

2 Iosue uero. *hic consequenter ponitur confortatio successoris. s. Iosue, qui fuit confortatus dupliciter, s. a superiori, quia fuit repletus spiritu sancto, quod notatur cum dicitur.*

3 Repletus est spiritu sapientiæ. *& ab inferiori per bonam obedientiam populi, quod notatur ibi,* Et obedierunt ei *&c.*

4 Et non surrexit. *hic consequenter ponitur commendatio prædecessoris, quia dixerat scriptura Iosue repletum fuisse spiritu sapientiæ ne ex hoc crederetur ipsum æqualem fuisse Mosi, ideo subditur,* Et nō surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses. *i. æqualis ei.*

5 Quem nosset dominus facie ad faciem. *i. loquens cum eo familiariter & ad voluntatem suam, sicut solet homo loqui ad amicū suum.*

6 In omnibus signis atq; por. *quia tot & tanta mirabilia, & tam longo tempore, non fuerunt facta per alium prophetam in veteri lege.*

## MORALITER.

✱ munda separata ascendit ad Deū, & corpus quod sepelitur in terra remanet vsque ad iudicium Eccle. 12. c. *Donec puluis reuertatur in pulueren vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum.* Qui reditum prosperum nobis concedat qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

1 *Non caligauit oculus eius.* Per oculum intelligitur cōtemplatio, quæ non deficit in bono contēplatiuo, sed magis proficit tempore senectutis sedatis passionibus sensitiuæ partis.

† *Nec dentes illius moti sunt.* Per dentes eius qui cibum in interiora traiiciunt, labor prædicationis intelligitur, per quē auditores ad fidē & deuotionem trahuntur 1. Act. x. b. *Surge Petre, occide & manduca.* i. Cornelium & eius amicos Gentiles per tuam prædicationem Christo per fidem incorpora, sicut ibidem patet per literam præcedentem.